BIBLIA

SACROSANCTA TESTAmēti Veteris & Noui, è ſacra Hebræorum lingua Græcorúmque fontibus, conſultis ſimul orthodoxis interpretib. religioſiſſime tranſlata in ſermonem Latinum.

Authores omnemq́ totius operis rationem ex ſubiecta intelliges Præfatione.



PAVLVS ROM. XV.

Quæcunq́ ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.

TIGVRI EXCVDEBAT C. FROSCHOVERVS
ANNO M. D. XLIII.

In te domine speravi
Non confundar in æternum

BIBLIA

Sacrosancta Testamenti Veteris & Noui, è sacra Hebræorum lingua Græcorumq; fontibus, consultis simul orthodoxis interpretibus, religiosissime translata in sermonem Latinum.

Authores omnemq; totius operis rationem ex subiecta intelliges Præfatione.



PAVLVS ROM. XV.

Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

TIGVRI EXCVDEBAT CHRIST. FROSCH. ANNO M. D. XLIII

16 51

Digitized by Google

deprompptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandumq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque èmendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

deprompptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime denique & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaque præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeque immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeque ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaque ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūque aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime denique & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaque præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeque immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeque ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaque ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũque aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IUDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sive huius editionis ratio.

Digitized by Google

deprompṫam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime denique & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaque præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeque immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeque ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaque ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandumque aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse quàm indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queā, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; èmendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderūt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cōposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentū uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queam, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis siue huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; èmendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

deprompτam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, qu & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimi , & horum pusillanimitate admir tioneq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, u l nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

deprompiam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sue huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sue huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq́ præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq́ immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq́ ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq́ aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queā, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderūt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cōposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentū uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queā, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; èmendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderūt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cōposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentū uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis suæ huius editionis ratio.

Digitized by Google

4° B. lat. 48m

407, 99, 1238

[illegible] [illegible] 16. (1936) S. 58 A 2°.
als Ausgabe Zürich 1550!

4º. 585

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIA

Sacrosancta Testamenti Veteris & Noui, è sacra Hebræorum lingua Græcorumq; fontibus, consultis simul orthodoxis interpretibus, religiosissime translata in sermonem Latinum.

Authores omnemq; totius operis rationem ex subiecta intelliges Præfatione.



PAVLVS ROM. XV.

Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

TIGVRI EXCVDEBAT CHRIST. FROSCH.
ANNO M. D. XLIII

e.

1.6.51

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Encomium Scripturæ

sanctæ, quæ uerbum dei est.

Deuteronomij 4.

SCISCITARE idq; à priscis temporibus quæ ante fuerunt, ex eo die quo creauit deus hominem super terram, ab extremitate cœli usq; ad extremitatem eius, si unquã facta sit huiusmodi res magna, aut audita sit similis huic. Num audiuit unquam populus uocem dei loquentis de medio ignis, & uiuus mansit? Tu per apparitiones edoctus es Dominum ipsum esse deum, nec esse alium præter eum. De cœlis fecit te audire uocem suam, ut erudiret te, & in terra ostendit tibi ignem suum magnum, & uerba eius audisti è medio ignis.

Deuteronomij 13.

INCEDITE post dominum deum uestrum, illum timete, illius præcepta custodite, illius uocem audite, illi seruite, atq; illi adhærete.

Psalmo 12. & 19.

ELOQVIA domini eloquia munda, argentum excoctum in catino terreo, septies depuratum. Lex domini integra est, conuertens animam: testimoniũ domini uerum, imperitis sapientiam suppeditans. Decreta domini recta sunt, cor exhilarantia: præceptum domini repurgatum, illuminans oculos. Timor domini mundus, perstans perpetuò: iudicia domini uera simulq; iusta. Magis expetibilia quàm sit aurum uel præstantissimum atq; plurimum, & dulciora melle & fauo stillantibus.

Lucæ 16.

HABENT Mosen & prophetas, audiant illos. Si Mosen & prophetas nõ audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

2. Timoth. 3.

TV persistito in his quæ didicisti, & quæ tibi cõcredita sunt, cum scias à quo didiceris, & quod à puero sacras literas noueris, quæ te possunt eruditum reddere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionẽ quæ est in iustitia, ut integer sit dei homo, ad omne opus bonũ apparatus.

Digitized by Google

De operis huius instituto & ratione ad Christianum Lectorem Præfatio.



EATVS Hieronymus ad Damasum scribēs episcopū & de sua Noui testamenti noua è Græco uersione loquēs, Pius est labor, inquit, quē suscepi, sed periculosa præsumptio iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandū, senis mutare linguā, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter uel indoctus, cum in manus uolumen sumpserit, & à saliua quā semel imbibit, uiderit discrepare quod legit, non statim erumpat in uocem me falsarium, me clamitans esse sacrilegum: qui audeam aliquid in ueteribus libris addere, mutare, corrigere. Hoc ipsum & nobis in hac nostra editione utriusq; testamenti ad Hebraicam et Grçcam ueritatē facta euenturū certissime expectamus, præsertim in nostro illo crasso, exulcerato, ingrato & calumnioso sæculo, cui nihil quantūuis religiosum, sanctū et utile, summa quoque fide & diligentia elaboratum, profertur, quod non impetat, calumnietur, & rabiose laceret. Verum consolabatur sese uir ille magnus contra inuidiam & calumniā hostium suorum hisce rationibus, quod Damasus primi nominis episcopus, uir doctus et sanctus hoc facere iusserat quod fecerat: quod eo in opere bona fide & magna usus fuerat diligentia, nil sacris addens, detrahens, uel etiam inuertens: & quod Nouum testamentum citra controuersiam Græce scriptum esse constet, unde lectionis ueritatem nō è diuersis exemplaribus Latinis petere, sed ad Græcam originem reuerti oporteat, id quod pro uirili sua præstiterit. Iisdem uero illis caussis confirmati sunt hactenus animi nostri contra calumniatorū sycophantias, qui huc nulla priuata libidine delati, sed fratrū precibus improbis compulsi, hoc laboris & hanc nouam editionem nostram ægre incepimus, & tandem deo iuuante perfecimus. Necq; uero unus & alter episcopus, non unus & alter uir pius, sed complures ecclesiarum domini antistites, uiri pij iuxta & docti, confertim & indesinenter postularunt, ut quod hoc opere perficere conati sumus, tentaremus tandē. Initio quidē operā nostrā hac in re negabamus omnibus, non tam quod illud quod à nobis postulabatur nō esset in nostra facultate, ui dereturq; requirere in linguis exercitatiores, & per oĩa eruditiores, q̃ quod sęculū nostrū egregia, ac ueluti his rebus nata haberet ingenia, à quibus illud uideatur & postulandū esse & expectandum. Præterea extare hodie non unā Bibliorum ex Hebræorū & Græcorū fontibus

Caussæ & occasiones huius operis.

Digitized by Google

deprompram translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; èmendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

labore suo finem proponens, quàm ecclesiæ utilitatem, cui pro uirili sua prodesse uoluit. Proinde nullibi mente præsente uel iota omisit, nullibi quicquam malitiose detorsit, nullibi sciens & uolens tantillum corrupit aut deprauauit, nihil usquam alieni infarsit, nihil impie detruncauit, sed quod reperit uertit, & ita ut potuit ac optimum simplicissimum maximeq́ genuinum esse putauit, uertit, optima ubiq; fide utens, & aliter ac melius interpretaturus, si meliora doctus fuisset. Ipse enim in præfatiuncula sua quam Prouerbijs Solomonis, uiuens adhuc, præposuit atque uulgauit, Mihi hoc unicum (ait) semper in omnibus studijs meis propositum fuit, hic unicus scopus, ad quem collimaui, ut id quod ore dei proditum esset mihi βάσανον, & ceu Lydium lapidem sequendum proponerem, neue transuersum pilū ab eo deflecterem. Deinde ut mihi & alijs ea quæ ex ore dei obseruassem ad uirtutem & ueram pietatem promouendam accommodarem, adeoq́ multis prodessem. Hoc si assequor, satis mihi fuerit: sin minus, contentus ero conscientia recti, idq́ fecisse quod dictat charitas, quæ nihil agit perperam. Hæc Leo hactenus. Porro in uertendo non fuit superstitiosus. Sensum enim reddidit quàm fidelissime, uerbis non nimium affixus inhæsit. Rursus non abusus est libertate interpretis, maiorem religionem in sacris adhibendam ratus quàm in prophanis. Vnde à uerbis, quoties ipsa res ferebat, quàm minimum recessit. Interea uero orationis incommoda & salebras farsit & complanauit, hiatus expleuit, scabritiem expoliuit, breuitatemq́ mediocri illustrauit copia. Curauit ubique ut oratio siue uersio esset simplex, & quantum potuit Latina, exceptis uerbis aliquot & idiomatis, quæ receptiora & notiora sunt, utpote & ab apostolis usurpata, quàm ut mutari conueniat aut necesse sit, cuius generis sunt Fides pro fiducia, Fidelis pro fidenti & ueraci, Benedictus pro laudandus, prædicandus aut laudatus, Benedicere pro fortunare, omnigenis bonis ditare, bene precari, laudare, prædicare, gratias agere & gratulari, Gratia pro fauore & beneficio gratuito siue condonatione, Confiteri pro libere fateri, laudare, uel cum laude prædicare, item cum gratiarum actione celebrare, Euangelizare pro lætum nuncium afferre: & quæ huius classis ac ordinis permulta alia sunt. Videntur enim nobis quidam nimis esse morosi, qui cum omnibus professionibus siue facultatibus peculiaria quædam permittunt uocabula, solis id diuinis literis non concedunt, & utentes ijs mire suggillant. Quid quod quædam in sacris loquutiones sunt, quæ uix possunt in alienam linguam terse conuerti, ut non simul pereat bona pars gratiæ adeoq́ mysterij, quod aliàs ex relicta linguæ proprietate rectius faciliusq́ agnoscitur. At quis hic non uideat potiorem rationem habere oportere religionis, quàm linguæ exteræ auriūq́ plus satis delicatarum? Iste noster ut in hoc opere non affectauit eloquentiam, ita munditiem, si qua in promptu fuit, non respuit. Sacræ enim

literæ

literæ & à phaleris abesse uolunt, ne precarium quicquam habeant, & culta tersaq; simplicitate gaudent, non alio magis nomine, quàm quod sacræ, id est spiritalis & planè cœlestis doctrinæ sunt internunciæ. Odit deus superbam eloquentiam, sed idem quoq; abominatur superciliosam, arrogantem & rixosam infantiam: probat autem idoneam propriam & castam dicendi mediocritatem sancta cum religione coniunctam. Certe quo hic noster omnia ageret religiosissime, sicubi unum atque alterum uerbum pro explenda sententia adijcere oportuit, ne oratio esset hiulca & inabsoluta, mox illud suũ supplementum notis huiusmodi [ ] inclusit, quo uidelicet sacræ scripturæ sua constaret sanctitas integritasq;. Verum hæc & his similia in ipso opere deprehendet quisquis legerit cum iudicio, fatebiturq; fidelem hunc interpretem nil temere uel malitiose egisse, sed omnia optima cum ratione, fide & religione.

Mors authoris huius editionis.

Equidem labor hic uirum optimum magno constitit. Priusquam enim illum ad optatum finem perduxisset, mole grandis operis oppressus, in grauissimum incidit morbum. Super quo cum consuleret medicos, respondebant nihil uitæ uel sanitatis esse sperandum. Corpusculum enim senio debilitatum, tenerum alioqui, & fractum laboribus, denique cura & studijs immodicis, omnibus destitutum uiribus, nihil nisi lentam, sed eam tamen præsentissimam polliceri mortem. Nec admodum falsi sunt. Vbi enim mensibus aliquot decubuisset, sensit ipsius tandem omni succo uitali consumpto & uiribus semel omnibus exhaustis, nihil porrò superesse nisi mortem certissimam. Vocat itaque quatriduo antequam excederet è uiuis nos omnes qui ecclesiæ in urbe Tigurina ministramus, pastores uidelicet, professores & diaconos, ac breui, sed euidenti oratione exponit, quo modo hactenus in ecclesia Tigurina annos XIX. & amplius sit uersatus, quomodo uarijs sit exercitatus malis, quantaq; dominus erga ipsum usus sit gratia & misericordia: quid item & quomodo ecclesiam sibi creditam à domino docuerit, & quod ea in re (utcunque aliâs se maximum peccatorem esse agnoscat, deoq; confiteatur, cum Apostolo dicens, Nullius fraudis mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum,) optime sibi conscius, traditæ doctrinæ

Confessio authoris.

& cõfessioni orthodoxæ oĩbus modis nunc immori desideret. Confitebatur autem indubitate & ex animo, se credere scripturæ canonicæ & spiritui sancto, tam in illis quàm omnium fideliũ cordibus per uniuersam ecclesiã testificanti, IESVM CHRISTVM uerum deum patri & spiritui sancto consubstantialem, uerum item hominem nobis consubstantialem, à deo patre in mundum, secundũ promissiones, missum, è spiritu sancto in utero & ex substantia intemeratæ uirginis Mariæ conceptum, & ex eadem illa natum, uerũ & expectatũ esse Messiã, regem, pontificẽ & saluatorẽ mundi: qui innocẽs & absque peccato pro peccatis nostris passus, à peccatis nostris nos

Digitized by Google

pretioso suo sanguine lauerit, patri deniq; reconciliarit, deinde & uiuifica ueri sui corporis resurrectione uitam (natura nostra meritoq; nostro mortuis & damnatis) reduxerit restitueritq;, fideles suos omnes donans, gratuito, uita æterna. Huic, inquit, Iesu Christo domino & liberatori meo, spei & saluti meæ, me totum anima & corpore dedo & offero, huius misericordiæ & gratiæ innitor, huius promissionibus & æternæ ueritati, meis omnibus diffidens, totus confido & secure immorior, sperans firmiter ipsius me beatissimo illo & iam diu aliis prædicato, mihiq; desideratissimo fruiturum consortio, in quo est gaudium plenissimum & lætitia sempiterna. Hic gratias agebat deo patri per Iesum Christum amplissimas, pro beneficiis illis ingentibus sibi totiq; mortalium generi collatis: ueniam precatus delictorum suorum & condonationem, primum quidem à deo, deinde à singulis nobis, si modo quenquam nostrum offendisset, condonans simul omnibus hominibus, qui ipsum uel uerbo uel facto conturbassent, pro iis quoque ardentissima intercessione interpellans apud clementissimum deum. Hinc omnes nos adhortabatur ad sobriam uigilantiam, ad diligens pacis studium, ad preces perpetuás, ad ueram constantiam in doctrina & fide euangelica, ad sedulam solicitudinem gregis à domino nobis cõmissi, ad Christianam denique charitatem mutuamq; concordiam, nostræ fidei insuper diligentissime ac denuo commendans in primis ecclesiam, Christi sanguine redemptam, hinc uxorem suam & liberos, mox uiduam & pupillos futuros. Quibus magna cum grauitate absolutis, precibus & obsecrationibus ex ardentissimo impetu animi effusis, urbem Tigurinam Senatum populumq;, ministros item ecclesiarum adeoq; totam ecclesiam, unà cum tota sua familia, deo patri per Iesum Christum commendauit, ualedicens omnibus nobis, & amicis iubens benedicere. Postremo autem ad D. THEODORVM BIBLIANDRVM sacrarum literarum in ecclesia Tigurina fidelissimum interpretem conuersus, Te autem charissime mi Theodore, ait, per ipsum dominum Iesum, cui seruimus, & per charitatem fraternam, qua arctissime omnes in unum corpus copulati sumus, adeoq; per ipsam ecclesiam, cui nos totos debemus, oro atq; obtestor, ut ea tu in nostra Bibliorum uersione absoluas, quæ morbo hoc meo interceptus, transferre absoluereq; non potui. Octo uidelicet postrema capita Ezechielis, à quadragesimo nimirum capite, Danielem totum, librum Iob integrum, Psalmos siue hymnos quadragintaocto ultimos, à 102 scilicet Psalmo, Libellos item Solomonis duos Ecclesiasten & Cantica canticorum, quos ob rerum & orationis difficultatem hactenus non attigi, uolens illos ultimo reseruare conatui, ac singulari cũ diligẽtia, siquidẽ ita deo meo placuisset, trãsferre. Potuisses autem ab initio longe felicius, doctius, simplicius & melius uniuersa uertere Biblia: sed quoniam id à te hactenus impetrare non potuimus, sine

Theodorus Bibliander.

Digitized by Google

mus, fine modo ut moriens nunc hoc saltem à te impetrem. His nos omnes nostram quoq; adiunximus adhortationem, rogantes ne se difficilem præberet morienti. Quibus tandem ille uictus, morientis præcipue precibus, suam hac in re operam sancte promisit: quanquã is tum quoq; afflictissima esset ualetudine, & tantum non quereretur onus sibi à nobis imponi, quod humeros requireret longe robustiores. Inter hæc clarissimus uir D. CONRADVS PELLICANVS ecclesiæ Tigurinæ professor linguæ sanctæ, qua est facilitate & humanitate præditus, sua sponte, morienti omnem pollicetur operam. Cui ille madabat ea fideliter reuideret quæ propter morbum nondum ipse recognouerat, curaretq; omnia è prælo quàm castigatissima prodirent in lucem. Postquam uero ad dominum felicissime migrasset Leo, Bibliander ea quæ promiserat fide præsentissima diligentiaq; accuratissima præstitit, quemadmodum ipsi libri quos uertit abunde testabuntur. De quibus ideo pauca dicimus in præsenti, quod certò nouimus illos nulla opus habere cõmendatione aliena: quippe quos nostra laus non tantũ extulerit, quantũ ipsi seipsos. Ac priusquã hinc soluamus, testamur ante omnia beatæ memoriæ Leonem hunc suum laborẽ dicatũ uoluisse religiosissimis fidelissimisq; per agrum Tigurinum fratribus, pastoribus uerbi & ecclesiarum ministris, quibus nos in præsenti hac nostra Præfatione totum opus, sicut ille uoluit, ac D. Theodorus cõprobauit, dedicamus, obsecrãtes ut in hoc libro sacrosancto, id quod uiri illi pręstantissimi sua illa dedicatione unice spectarunt, diligẽtissime sese exerceant, quo aliquando pastori summo Iesu Christo domino nostro redituro mox in iudicium, pro ouibus sibi concreditis, rationẽ reddere possint. Obsecramus item omnes alios per orbem Christianum uerbi ministros ecclesiarum præsides fratres & symmistas, deniq; omnes Christi Iesu religiosos cultores, quibus optimi illi uiri non minus q̃ nostris illis desudarunt, ut boni fidelem ipsorum laborem cõsulant, eoq; semper & ubiq; ad promouendam pietatem sancte utantur.

Conradus Pellicanus. *Quibus dedicatũ hoc opus.*

Ex iis autem quæ attulimus hactenus, intelligis amice Lector, institutum caussas adeoq; omnem rationẽ huius nouæ editionis, præcipue autem qui sint eius authores: porrò autẽ ad querelas quorundam paucula hæc respondebimus, si fortè hos quoq; placare queamus, quo & ipsi affectu posito nostra hæc æquis animis legant, lectaq; boni consulant. De iis enim qui non ducuntur affectibus, bene nobis pollicemur, sperantes nos apud ipsos magnam iniisse gratiam, tametsi non omnia assequuti fuerimus quæ alioqui strenue sumus sequuti. Clamant illi sacrosanctam & inuiolabilẽ esse scripturæ sanctæ authoritatem, quam nos concutiamus & apud simpliciores uertamus in dubium, dum preterita editione uulgari & recepta, qua hactenus usa est ecclesia, in diem uersiones ecclesiæ proferamus nouas inter se uerbotim non congruentes. Quibus nos libere & inge-

Ad calumnias & querelas. *Authoritas scripturæ inuiolabilis.*

Digitized by Google

nųe fatemur scripturarum authoritatem inuiolabilem & oportere & debere esse in ecclesia. Quisquis enim has deprauat, inuertit, mutat aut detruncat, contumeliam facit spiritui sancto maximã: uerum hic addimus eam maiestatem in ipsis esse fontibus. Nam uersio semper fuit libera. Neq; enim probari poterit Christi ecclesiam ulli unquam certæ translationi fuisse alligatã. Extat Canon in Decretis canonicis Distinct. 9. sic pronuncians, Veterũ librorum fides de Hebræis uoluminibus examinanda est: ita nouorum ueritas Græci sermonis normam desiderat. Verba mutuata sunt ex S. Augustino ad D. Hieronymum epistola. Quod si ecclesiæ ad unam aliquam certam uersionem Latinam fuissent astrictæ, perperam Augustinus ad ueritatem Hebraicam & Græcam ceu ipsos fontes remisisset, cum breuiore compendio ad uulgatam illam receptamq; Latinam potuisset relegare. Fatemur sanè fuisse aliquot Græcanicarum antistites ecclesiarum linguæ imperitos Hebraicæ, adeoq; ipsum Origenem Hebraice, ut aiunt, doctum, qui uno ore Græcæ uersioni tribuerunt plurimum, utpote ex qua putarunt ueritatem lectionis esse petendam. Verum quis ignorat complures fuisse uersiones Græcas, deq; ipsa LXX. interpretum uersione inter ueteres diuersissimas fuisse sententias? Certe horũ translationẽ non ubiq; cõuenire cum ueritate Hebraica pluribus ijsq; manifestissimis argumentis euincit Sanctus Hieronymus in suis operibus. Quibus illud accedit quod uulgaris ista nostra Latina, neque Hebraicæ neque Græcæ linguæ per omnia respondet. In Nouo testamento, quod certò constat Græce scriptum esse ab apostolis, cuius quidem linguæ antistites illi & Latinorum quoque non pauci ecclesiarum præsides peritissimi fuere, longe rectius & syncerius iudicarunt. Semper enim Græco usi exemplo, quisq; prout linguæ doctus erat, ecclesiæq; maxime intelligibile uidebatur, interpretans, transferebat. Vnde nimirum apud nos uel hodie remanet uaria illa Noui testamenti lectio siue uersio. Nam multis in locis aliter interpretatur Augustinus, aliter Cyprianus, aliter Hieronymus. Id quod beatæ memoriæ D. Erasmus Roterodamus in suis illis ad Nouum testamentum annotationibus copiosissime euidentissimeq; demonstrat. Eodem uero iure in testamento Veteri ad ipsos Hebræos fontes, quo in Nouo testamento ad Græcos, recurrere licet. Præterea certum est occidentalem ecclesiam Sancti Hieronymi sæculo usam fuisse Latina uersione incertis quanquã translatam interpretibus, cuius tamen non tanta fuit authoritas, ut non auderet D. Hieronymus translationem moliri nouam, ueteris quidem testamenti ad Hebraicam, Noui ad Græcam ueritatem castigati. De seipso enim scribens in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, Nouum testamentum, inquit, Græcæ fidei reddidi, uetus iuxta Hebraicam transtuli. An uero illa uersio, quæ hodie uulgaris & recepta est Hieronymianaq; dicitur illa ipsa uersio sit, cuius ille meminit,

Versio libera.

Versio Hieronymiana.

Digitized by Google

meminit, nostrū non est pronunciare. Reclamant quidem non parū eius libri, maxime uero Quæstiones eius siue Traditiones Hebraicæ. Imò quo certius colliquescat ecclesias, ne ad ipsam quidem Sancti Hieronymi editionem uulgatam fuisse astrictas ceu authenticam, uerum ijs suam libertatem in translationibus recipiendis aut repudiandis mansisse intactam, ipsius Sancti Hieronymi testimonia subiungam, perstringentia interim & nostrorum morosophorum morositatem. In Præfatione Pentateuchi ad Desiderium scribens, Quid igitur, inquit, damnamus ueteres? Minime, sed post piorum studia in domo domini quod possumus laboramus, proq; nostra portione uirili in tabernaculo dei offerimus quod possumus, sciētes opes alterius aliorū paupertate nō fœdari. Rursus idem in Præfatione ad Iob, Habeant, ait, qui uolunt ueteres libros uel in mēbranis purpureis auro argentoq; descriptos, uel uncialibus, ut uulgo aiunt, literis onera magis exarata quàm codices, dummodo mihi meisq; permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices quàm emendatos. Item in Præfatione Ezræ & Nehemiæ ad Domnionem & Rogatianum, Obsecro uos, ut priuata lectione contenti, libros non efferatis in publicum, nec fastidiosis cibos ingeratis, uitetisq; eorum supercilium, qui iudicare tantum de alijs, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt, quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar. Hactenus Hieronymus. Iam quod aiunt plurima eaq; diuersa exemplaria, uersiones deniq; illas nouas & multiplices non uerbotim consentientes suspectam reddere ueritatem canonicam, apud ignaros uetustatis & historiarum locum habet, apud peritos non habet. Certissimum enim est ueteres Orientis & Occidentis ecclesias pluribus ijsq; diuersis cum exemplaribus tum translationibus fuisse usos, quas ecclesijs nihil obesse, prodesse autem plurimum sancte & crediderunt & asseuerauerunt. Neque extat ullus in orbe liber, in quo describendo, reddendo uertendoq; plura laborarint egregia ingenia, quàm in Codice Bibliorum sancto. Nam ut in præsenti nihil dicam de Hebræorum interpretibus, de libris Chaldaicis & Arabicis, quorum alicubi meminit S. Hieronymus, annon magna fuit interpretum uarietas nascente iam ecclesia & Origenis sæculo? Hic certe famosissimos illos codices composuit, in quibus per columnellas singulas è regione separatim collocatas cuiusq; interpretis opus (quemadmodum apud Eusebium legitur) descripsit, ita ut primo omnium ipsa Hebræa uerba Hebraicis literis poneret, secundo in loco per ordinem Græcis literis è regione Hebræa uerba describeret, tertiam Aquilæ editionem subiungeret, quartam Symmachi, quintam Septuaginta interpretum, sextam Theodotionis collocaret. Et propter huiusmodi compositionem exemplaria ipsa nominauit ἑξαπλᾶ, id est, sex ordinibus multiplicata conscriptaq;. Post istas uersiones dicuntur fuisse adhuc plures,

Varia ueteribus fuisse exemplaria, uarias translationes.

Digitized by Google

Sexta uidelicet & Septima, & quæ dicebatur Communis editio. Testatur præterea Origenes præter istas adhuc alias se reperisse in Actiaco littore apud Nicopolim, in Hiericho, ac aliis quibusdam locis, quibus interpretum nomina non fuerint præfixa. De Sancti Hieronymi sæculo & conatibus iam diximus abunde satis. Post Hieronymum testatur Augustinus plurimos in ecclesia scripturarũ esse interpretes, Noui testamenti maxime. Nam libro de Doctrina Christiana secundo, cap. 11. Qui, inquit, scripturas ex Hebræa lingua in Græcam uerterunt linguam numerari possunt, Latini autem interpretes nullo modo. Vt enim cuiq; primis fidei temporibus in manus uenit codex Græcus, & aliquantulum facultatis sibimet utriusq; linguæ habere uidebatur, ausus est interpretari. Et in cap. 12. eiusdem libri addit, Quæ quidem res plus adiuuit intelligentiam quàm impediuit, si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum sæpe manifestauit inspectio. Hæc hactenus Augustinus. Proinde antiquarum rerum scriptorumq; ecclesiasticorum uel obliti uel ignari sunt, qui hodie tantopere obstrepunt piis sanctorum & eruditorum interpretum laboribus. Nam quod queruntur uersiones non uerbotim & per omnia consentire, ineptum est. Sufficit enim si in sententia fideliter reddenda, præsertim autem in dogmatum & religionis nostræ ueritate non dissentiant.

Vtcunq; uero illud habeat, nos D. Hieronymi exemplo docti, nolumus cum quoquam propter uersionem uel editionem nostram digladiari, aut imperiosius à quoquam postulare nostram ut recipiat, ueterem conspuat. Quibus enim hæc nostra displicet, iis manet integra & intacta uetus uulgaris & recepta illa sua, quam nos hac nostra minime damnamus: etsi interim aperte fateamur ipsam non ubiq; & semper cum Hebraica & Græca ueritate congruere. Imò nemini præiudicamus, neq; contemnimus in hoc uel alio scripti genere ullius pii & docti uiri labores & uigilias, quin potius probamus omnium sanctorum sanctam & sedulam diligentiam, scientes optimum quenq; interpretem, fide optima, id doni quod cœlitus sibi concessit munificus dominus, ad ecclesiarum protulisse utilitatem: quo nomine laudem certe merentur eximiam, non malignum uituperium, tametsi non omnia ubiq; sint assequuti. Interim non arbitramur nos assequutos hac editione omnia. Per ómnia enim cum illustrissimo literarum antistite D. Erasmo Rot. consentientes, ingenue poscimus ut quiq; conferant atq; expendant quod allatum est, atq; ita demum probent si attigimus scopum: emẽdent amice si quid ut homines aberrauimus à uia, & minus assequuti sumus, quod sedulo sumus sequuti. A quibus autem id non impetramus, hoc saltem donent nobis, ut credant nos simplici pioq; iuuandi studio quicquid hoc laboris est suscepisse. Quod si parum alicubi successit, error est,

Qua ratione proponatur ecclesiæ hæc editio.

Digitized by Google

ror est, non scelus: & corrigi meremur, non damnari. Nihil enim magis agnoscimus quàm nos homines esse, & parũ aut nihil scire quàm Iesum, & hunc crucifixum. Profiteantur ac polliceantur alij quantumuis ingentia, nos pro nostra tenuitate nihil iactantes profitemur, semper parati discere meliora. Iccirco si quis felicius, doctius & tersius sacra Biblia post illos nostros interpretes uerterit ex Hebræo in Latinum, non inuidebimus, non calumniabimur, sed probabimus potius illorum fidem & diligentiam, domino agentes gratias, qui ecclesiæ suæ fidelia & felicia donat ingenia. His placauimus fortasse querulos illos, si modo apud ipsos quicquã ualet ueritas, æquitas, humanitas. Quod si nihilo minus calumniari, latrare, & fideles nostrorum uigilias lacerare perrexerint, iudicium iusto iudici committimus, freti bonitate caussæ, & quod nostro hoc labore omnibus prodesse, nemini obesse uoluimus. Interea si è re ueritatis & ecclesiarum uidebitur, respondebimus istorum etiam rabiosæ calumniæ. Verum pacem magis quàm bellum amamus.

De ordine librorũ Biblicorum.

Restat ut iam paucis alia quædam quæ & ipsa ad hoc opus pertinere uidentur perstringamus. Principio in dispositione librorum sacrorum, eo ferè usi sumus ordine, quem Cyprianus in Expositione symboli contexuit. Coniunximus enim libros historiarum omnes à condito orbe ultra instauratam urbem, à captiuitate Babylonica, quos alij ferè disiungunt. His subiunximus Prophetas maiores & minores XVI. quibus demũ appendimus reliquos uarie contextos libros, librum uidelicet Iob, librum Hymnorum, & Solomonis libros tres. Porrò libri ecclesiastici omnes soli in unum uolumen sunt redacti, quos Lector Veteris testamenti libris canonicis coniungere, uel post canonem Noui testamenti collocare potest. De ordine autem Canonicorum utriusq; testamenti librorum, dicetur copiosius in Expositione instituta de Omnibus sanctæ scripturæ libris eorumq; præstantia.

Præfationes librorum.

Deinde quod contra omnium typographorum consuetudinem nullas libris sacris Præfationes præfiximus, hisce de caussis factum est. Præmisimus libris sacris, mox ab hac præfatione, Expositionem de omnibus sanctæ scripturæ libris, non infelici breuitate comprehendentem occasiones & consilia singulorum totius operis librorum. Reperientur item per uniuersum opus singulis capitibus sua esse apposita argumenta, semel adumbrantia nõ tam scopum quàm contextum ferè eorum quæ dicuntur. Etenim potuit consilium authorum & orationis structura commodius ferè sic adumbrari, quàm prolixis & operosis præfationibus. Et quo suauius delectaremus Lectorem, appendimus uniuerso operi argumenta singulorum capitum, carmine comprehensa, & à doctissimo uiro D. Rodol. Gualthero in usum studiosorum conscripta. Porrò argumenta quæ ijs librorum capitibus adiuncta reperies, quorum D. Leo translator est, Leo

Digitized by Google

nis quoque industria sunt composita: aliorum author est D. Theodorus, qui suis quoque libris suas annotationes apposuit, quemadmodum Leo suae uersioni sua adiecit.

Annotationes enim quas sparsim uides adiectas in margine, non tam diuersitatem lectionis uersionisque indicant quam sensum aperiunt authorum, occasionem subministrantes ampliora cogitandi inuestigandique, rationem nonnunquam reddunt uersionis. Polliceri autem audemus paucula ista annotata perfrequenter futura uice prolixissimi commentarij. Sed offendet nonnullos fortassis quod non raro res annotantur Grammaticae, quas non oporteat misceri theologiae, in primis sacris literis. Verum si non licet annotationes grammaticas, linguae idiotismos, schemata, tropos, loquutionésue, & quae alia sunt huius generis, in loco affigere sacris literis, cur August. in lib. de Doct. Christiana grammaticam recte loquendi magistram ponit inter artes necessarias ad sacrorum uoluminum intelligentiam? Oportuit certe lectionis immutatae caussam aliquoties annotari, quo uideant calumniatores malitiose non peccatum ab interpretibus nihil ab his temere positum esse atque mutatum. Quasi non idem ante nos fecerint maximi quique probatissimique doctores ecclesiae, Origenes, Chrysostomus, Hieronymus & Ambrosius. Augustinus certe commostrat hypostigmas, digerit cola, commata & periodos, indicat tropos grammatistarum. Idem non unum librum condidit de loquutionibus, in quibus non puduit iam grandaeuum & episcopum etiam puerilia tractare, quae uidelicet in scholis puerorum docentur. Interim multa praeterierunt prudentes, omiseruntque nostri interpretes, ne uolumē nimiū excresceret, & sumptus plus nimio augeretur. His uero Annotationibus adiecit praestantissimus pietate et eruditione uir D. Conradus Pellicanus alterius generis annotata per opus integrum, Locos uidelicet communes, & quae in singulis capitibus memorabilia & in primis obseruanda uidentur, mirifice Lectoris memoriam adiuuantia: locos item similes & dissimiles, ac qui hic obscuriores uel breuiores, alibi uero illustriores copiosioresque inueniuntur. Hos uulgo appellarunt Concordantias, quarum usum indicans S. Augustinus in libro de Doct. Christiana, docet scripturam per seipsam esse interpretandam siue exponendam. Nam nullum in his locum uspiam tam obscure poni, qui non alibi apertius significantiusque legatur expressus.

De Annotationibus.

Porrò interpretationem Hebraicorum nominum, Chaldaicorum & Arabicorum, Graecorum item, his nostris non apposuimus, praecipue quod sparsim in uersione ipsa & annotationibus nostrorum, ea satis dilucide exposita sunt uocabula, quae ignorata officiunt sanae intelligentiae scripturarū: extra quē usum non uidemus quam utilitatem, aut quem locum habeant exoticarum uocum interpretationes, quae uidentur rectius commodiusque tradi in Lexicis.

Interpretationes nominum Hebraicorum.

Sed

Digitized by Google

Index Bibliorum.

Sed & Indicem dictionum & rerum in Biblijs contentarum nullum posuimus. Nam extant Concordantiæ, quas uocant maiores: extat & copiosus D. Pellicani in Biblia index, libri ad res multas perutiles. Noluimus ergo grandem alioqui codicem libris & additionibus non usq; adeo necessarijs reddere uastiorem.

Libri Ecclesiastici.

Hactenus uero Ecclesiasticorum librorum ideo nullam mentionē fecimus, quod ij peculiarē habeant appositam ab authore suo Præfationem, de omnibus ijs satis perspicue & copiose disserentem quæ de eo opere fuerunt dicenda. Hoc adijcimus authorem eius operis

Petrus Cholinus.

D. PETRVM CHOLINVM eo ipso die concessisse ad superos, lue extinctum pestifera, quo ipsum opus suum typis descriptum est ac absolutum. Fuit hic uir quinq; linguarum peritus, egregie doctus, pius, sanctimonia uitæ præclarus, generis patritij, fortis, constans & temperans: ac ut admodum laboriosus ita mire facilis, & minime arrogans: cuius mors uitæ per omnia respondit. Nam ut hæc fuit innocentissima, ita illa minimum habuit acerbitatis, consolationis & suauitatis plurimum. Obdormire suauiter in domino non mori uidebatur assistentibus.

De editione Noui testamenti.

TESTAMENTVM NOVVM doctissime & fidelissime uertit beatissimæ memoriæ magnus ille Erasmus Roterodamus, qui ne unquam corrumpi posset emendata eius lectio, illustrauit ipsum omni pietate & eruditione refertissimis, nec unquam satis laudatis Annotationibus, nihilominus collata est hæc nostra Noui testamenti editio cum ipsa ueritate Græca, è qua lectionis emendationem unice petendam esse omnes fatentur: consultis interim aliquot peruetustis exemplaribus & uersionibus, editione Hispaniensi siue Toletana, Gallicana siue Parisieñ. Anglicana deniq; & reliquis quibusdam codicibus. Speramus autem diligentes & æquos Lectores, qui hanc editionem cum alijs cōferent, istam minime improbaturū. Potissimam uero in hac operā præstitere optimi & doctissimi uiri D. Pe-

Rodolphus Gualtherus.

trus Cholinus & D. RODOLPHVS GVALTHERVS, felicis memoriæ Leonis in ministerio ecclesiastico successor, qui, quod illum præmatura mors abripuisset, maximam huius laboris partem sustinuit. Nam argumenta Noui testamenti omnia, & ea quoque quæ à 14. cap. Actuum apostolorum elaborata ac annotata sunt, ad finem usq; operis, solus ferè confecit: reliqua cum illo ac alijs communia habet. Complures enim fratres suam operam huic operi Biblico fidelem collocarunt.

Qua ratione proposita editio Noui test.

Quæ autem prius de editione Testamenti ueteris inculcauimus, eadem repetimus in præsenti, manere uidelicet ueterem uulgatamq; editionem suis admiratoribus per nos omnino integram atq; intactam, quippe quam nos hac nostra neq; mutamus neq; damnamus. Legatur illa in Theologorum scholis, canatur publice in templis, citetur sola in concionibus sacris, nullus obstat, nos nostra probanda

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime denique & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaque præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeque immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeque ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaque ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūque aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IUDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queam, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queam, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderūt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cōposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentū uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sive huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas fit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sive huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumniis, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obiiciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque aliis plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ aliis intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimiis & intempestiuis studiis conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingeniis parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus piis & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus sani certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IUDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sive huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumniis, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obiiciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque aliis plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ aliis intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimiis & intempestiuis studiis conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingeniis parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus piis & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IUDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queam, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis cer e periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumniis, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, legans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obiiciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque aliis plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē aliis intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimiis & intempestiuis studiis conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingeniis parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus piis & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis cer e periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis fiue huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queam, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum,& meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sive huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq́ præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq́ immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq́ ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq́ aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queam, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderunt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque composuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentum uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis fue huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumniis, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime denique & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obiiciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaque præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque aliis plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ aliis intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimiis & intempestiuis studiis conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingeniis parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeque immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeque ab omnibus piis & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaque ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũque aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse quàm indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum,& meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus

Leo Iudæ episcopus Tigurinus. si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum,& lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam. In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syl-

Versionis sue huius editionis ratio. uam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumniis, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas fit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime denique & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obiiciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaque præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque aliis plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ aliis intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimiis & intempestiuis studiis conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingeniis parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeque immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeque ab omnibus piis & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaque ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũque aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queā, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderūt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cōposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentū uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sue huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queam, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque èmendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

deprompτam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illa non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis fine huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumniis, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obiiciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque aliis plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ aliis intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimiis & intempestiuis studiis conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingeniis parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus piis & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queā, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderūt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cōposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentū uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas fit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut profint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IUDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̄ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IUDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; èmendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarū. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquā uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandūq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriū. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queam, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

Vetus testamentū uersum ad ueritatem Hebraicam.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderūt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cōposuit: non alium sibi hoc

Versionis fuæ huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sue huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosque affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisque quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaque mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusque inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusque: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumque ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoque emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubique spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisque ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neque neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunque ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisque authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his denique consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atque cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti objiciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; èmendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sæc huius editionis ratio.

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumniis, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut profint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IUDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis fine huius editionis ratio.

Digitized by Google

depromptam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidẽ alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatẽ ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queã, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq; & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; emendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illa non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderũt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cõposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentũ uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis huius editionis ratio.

Digitized by Google

deprompτam translationem Latinam. Nec aliud esse scribendi genus magis obnoxium calumnijs, quàm translationes: præsertim cum non tanta uultuum, quanta sententiarum diuersitas sit, non apud mediocriter tantum doctos, sed etiam apud peritos & doctissimos quosdam, quibus nihil, nisi quod ipsi faciunt, placet, & quibus nihil satis doctum, maturum, expensum, exactum, exornatum, elegans, sublime deniq; & numeris omnibus absolutum esse uidetur. Quibus isti obijciebant, nemini sanè mortalium concessa esse omnia, neminem nouisse omnia, neque expectandum cuiquam donec absolutus reddatur artifex. Cognitionem hominum esse imperfectam, iuxta illud Apostoli, Ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, interim dona concedi hominibus ut prosint: proinde donis concessis pro tempore & loco utendum esse ad utilitatem ecclesiarũ. Florere quidem multa ingenia eaq; præstantissima, quæ si uellent, hac in re atque alijs plurimum præstare possent: sed in tanta studiosorum ac eruditorum turba, alios quidē alijs intentos, uel sacra prorsus negligere, uel sacris non unice incumbere: alios rursus toto uitæ cursu Ciceronianam uenari eloquentiam, uel linguarum exactissimam peritiam, uel certe omnium disciplinarum absolutissimam cognitionem: esse præterea alios qui prius multas adire gentes & regiones, & ex his multiplicia non modo Hebraica, sed Chaldaica quoque, Arabica, & peruetusta Græca & Latina exemplaria colligere cogitent: quæ priusquam assequantur, aut sibi satisfaciant, & in his quicquam tentandum esse putent, uel senio uel nimijs & intempestiuis studijs conficiantur, uel sero nimis incipientes nihil ad iustum finem perducant, ut ex huiusmodi ingenijs parum aut nihil iusti fructus perueniat ad ecclesiam. Imò istos ecclesiæ hoc quoque damni dare, quod non infelicia & satis alioqui instructa ingenia, suo exemplo territant, quo & ipsi nihil tentent: itaque istorum affectatione nimia, & horum pusillanimitate admirationeq; immodica, fieri, ut ecclesiæ carendum sit non tam præcellentium ingeniorum, quàm mediocrium fructibus. Iam uero præstitisse quosdam uiros doctos & sanctos operam in uertendis sacris ex Hebræo libris non pœnitendam, maximeq; ab omnibus pijs & doctis laudandam. Horum tamen alios ita Græcæ uersioni addictos, alios Veteris interpretis religione sic obstrictos, & alios rursus Hebraicæ phrasi adeo fuisse deditos & affixos, ut uersio Latina uel non usquequaq; ad Hebraicam ueritatem sit emendata, uel nimis Hebraica facta, id est, propter Hebraismos relictos impedita, & in ea lingua nunquã uersatis, obscurissima. Addebant id scribendi genus satis certe periculosum esse, nec minus laboriosum, sed audendum tentandũq; aliquid, & sustinendum propter fratrum utilitatem & ecclesiæ commoditatē ineptientium opprobriũ. Doctos qui maligne obstrepunt & carpunt fratrum pie susceptos labores non plus metuendos esse q̃ indoctos

non

Digitized by Google

non intellecti operis contemptores: cum constet utrosq; affectibus non sana duci ratione. Doctos fortassis hoc opere excitari posse, ut & ipsi ingenij sui faciant periculum, & meliora, exactiora & doctiora exhibeant. Sed & neminem placere omnibus, satis esse prudentibus si placeant bonis & æquis. His & alijs æque ualidis arietibus non cessarunt animos nostros concutere, donec LEO IVDAE inter Tigurinæ ecclesiæ pastores & ministros non postremus, tandem illud D. Hieronymi proferret, In templo dei offert unusquisq; quod potest, alij aurum, alij argentum, & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiscum bene agitur si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et iterum, Diuersa sunt dei dona & talenta, maledictus qui non gnauiter talento sibi credito negotiatur: ego itaq; mea paupertate deprompta si quid lucrari queā, experiar. Itaque pio zelo ausus est hic uir dei aliquid, primusq; inter nos Latinam uersionem Bibliorum moliri cœpit. Ab initio autem si quid parasset, mox illud doctis aliquot exhibebat, explorans quid de eius conatu & laboribus alij quoque sentirent: imò rogabat illos impense, ne quid dissimularent, sed ingenue quod uideretur indicarent. At placuit hic conatus optimis quibusq;: & adeo placuit successus, ut sedulò inhortarentur in opere cœpto pergeret, absolutumq; ederet in lucem.

Leo Iudæ episcopus Tigurinus.

In transferendo autem usus est Leo Hebraico exemplari, eoq; èmendatissimo, quod religiosissime sequutus est, id ubiq; spectans & sequens, ceu unicam cynosuram, & æternæ infallibilisq; ueritatis regulam. Interim consuluit etiam alia exemplaria Hebræa, præsertim in locis difficilioribus & ambiguis. Et quanquam neque ex Græcis neque ex uarijs Latinorum editionibus lectionis ueritatem putauit esse petendam, consuluit tamen illas non infrequenter, neq; neglexit quæ de genuina lectione & germano sensu passim tradiderūt orthodoxi ecclesiæ interpretes. Adiutus est autem plurimum opera & diligentia clarissimorum uirorum, qui linguarum & rerum peritissimi, ab annis iam XVIII. & amplius, Vetus testamentum ex ueritate Hebraica & è linguarum collatione, è doctissimorum item interpretum traditionibus in ecclesia Tigurina fidelissime exposuerunt. Horum iste auditor assiduus & diligentissimus ex ore ipsorum excepit, quæcunq; ex proprietate & ingenio Hebraicæ linguæ, ex Hebræorum Rabinis seu interpretibus, ex ecclesiasticorum uirorum ueterum & neotericorum enarratione, è collatione exemplarium & diuersa lectione, incredibili eruditione & industria, protulerunt: quæ demum domi recolligens, & cum ipsis authoribus librisq; authenticis conferens, diuina haud dubie prouidentia sic præordinante, ueluti syluam futuro huic operi præparauit. His inquam omnibus adiutus, his deniq; consultis omnibus, Latinam suam translationem syncere ad ueritatem Hebraicam formauit atq; cōposuit: non alium sibi hoc

Vetus testamentū uersum ad ueritatem Hebraicam.

Versionis sue huius editionis ratio.

Digitized by Google

labore suo finem proponens, quàm ecclesiæ utilitatem, cui pro uirili sua prodesse uoluit. Proinde nullibi mente præsente uel iota omisit, nullibi quicquam malitiose detorsit, nullibi sciens & uolens tantillum corrupit aut deprauauit, nihil usquam alieni infarsit, nihil impie detruncauit, sed quod reperit uertit, & ita ut potuit ac optimum simplicissimum maximeq́ genuinum esse putauit, uertit, optima ubiq; fide utens, & aliter ac melius interpretaturus, si meliora doctus fuisset. Ipse enim in præfatiuncula sua quam Prouerbijs Solomonis, uiuens adhuc, præposuit atque uulgauit, Mihi hoc unicum (ait) semper in omnibus studijs meis propositum fuit, hic unicus scopus, ad quem collimaui, ut id quod ore dei proditum esset mihi βάσανον, & ceu Lydium lapidem sequendum proponerem, neue transuersum pilū ab eo deflecterem. Deinde ut mihi & alijs ea quæ ex ore dei obseruassem ad uirtutem & ueram pietatem promouendam accommodarem, adeoq́ multis prodessem. Hoc si assequor, satis mihi fuerit: sin minus, contentus ero conscientia recti, idq́ fecisse quod dictat charitas, quæ nihil agit perperam. Hæc Leo hactenus. Porrò in uertendo non fuit superstitiosus. Sensum enim reddidit quàm fidelissime, uerbis non nimium affixus inhæsit. Rursus non abusus est libertate interpretis, maiorem religionem in sacris adhibendam ratus quàm in prophanis. Vnde à uerbis, quoties ipsa res ferebat, quàm minimum recessit. Interea uero orationis incommoda & salebras sarsit & complanauit, hiatus expleuit, scabritiem expoliuit, breuitatemq́ mediocri illustrauit copia. Curauit ubique ut oratio siue uersio esset simplex, & quantum potuit Latina, exceptis uerbis aliquot & idiomatis, quæ receptiora & notiora sunt, utpote & ab apostolis usurpata, quàm ut mutari conueniat aut necesse sit, cuius generis sunt Fides pro fiducia, Fidelis pro fidenti & ueraci, Benedictus pro laudandus, prædicandus aut laudatus, Benedicere pro fortunare, omnigenis bonis ditare, bene precari, laudare, prædicare, gratias agere & gratulari, Gratia pro fauore & beneficio gratuito siue condonatione, Confiteri pro libere fateri, laudare, uel cum laude prædicare, item cum gratiarum actione celebrare, Euangelizare pro lætum nuncium afferre: & quæ huius classis ac ordinis permulta alia sunt. Videntur enim nobis quidam nimis esse morosi, qui cum omnibus professionibus siue facultatibus peculiaria quædam permittunt uocabula, solis id diuinis literis non concedunt, & utentes ijs mire suggillant. Quid quod quædam in sacris loquutiones sunt, quæ uix possunt in alienam linguam terse conuerti, ut non simul pereat bona pars gratiæ adeoq́ mysterij, quod aliàs ex relicta linguæ proprietate rectius faciliusq́ agnoscitur. At quis hic non uideat potiorem rationem habere oportere religionis, quàm linguæ exteræ auriūq́ plus satis delicatarum? Iste noster ut in hoc opere non affectauit eloquentiam, ita munditiem, si qua in promptu fuit, non respuit. Sacræ enim

literæ

literæ & à phaleris abesse uolunt, ne precarium quicquam habeant, & culta tersaque simplicitate gaudent, non alio magis nomine, quàm quod sacræ, id est spiritalis & planè cœlestis doctrinæ sunt internunciæ. Odit deus superbam eloquentiam, sed idem quoque abominatur superciliosam, arrogantem & rixosam infantiam: probat autem idoneam propriam & castam dicendi mediocritatem sancta cum religione coniunctam. Certe quo hic noster omnia ageret religiosissime, sicubi unum atque alterum uerbum pro explenda sententia adijcere oportuit, ne oratio esset hiulca & inabsoluta, mox illud suũ supplementum notis huiusmodi [ ] inclusit, quo uidelicet sacræ scripturæ sua constaret sanctitas integritasque. Verum hæc & his similia in ipso opere deprehendet quisquis legerit cum iudicio, fatebiturque fidelem hunc interpretem nil temere uel malitiose egisse, sed omnia optima cum ratione, fide & religione.

Mors authoris huius editionis.

Equidem labor hic uirum optimum magno constitit. Priusquam enim illum ad optatum finem perduxisset, mole grandis operis oppressus, in grauissimum incidit morbum. Super quo cum consuleret medicos, respondebant nihil uitæ uel sanitatis esse sperandum. Corpusculum enim senio debilitatum, tenerum alioqui, & fractum laboribus, denique cura & studijs immodicis, omnibus destitutum uiribus, nihil nisi lentam, sed eam tamen præsentissimam polliceri mortem. Nec admodum falsi sunt. Vbi enim mensibus aliquot decubuisset, sensit ipsius tandem omni succo uitali consumpto & uiribus semel omnibus exhaustis, nihil porrò superesse nisi mortem certissimam. Vocat itaque quatriduo antequam excederet è uiuis nos omnes qui ecclesiæ in urbe Tigurina ministramus, pastores uidelicet, professores & diaconos, ac breui, sed euidenti oratione exponit, quo modo hactenus in ecclesia Tigurina annos XIX. & amplius sit uersatus, quomodo uarijs sit exercitatus malis, quantaque dominus erga ipsum usus sit gratia & misericordia: quid item & quomodo ecclesiam sibi creditam à domino docuerit, & quod ea in re (utcunque aliâs se maximum peccatorem esse agnoscat, deoque confiteatur, cum Apostolo dicens, Nullius fraudis mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum,) optime sibi conscius, traditæ doctrinæ & cõfessioni orthodoxæ oĩbus modis nunc immori desideret. Con-

Confessio authoris.

fitebatur autem indubitate & ex animo, se credere scripturæ canonicæ & spiritui sancto, tam in illis quàm omnium fideliũ cordibus per uniuersam ecclesiã testificanti, IESVM CHRISTVM uerum deum patri & spiritui sancto consubstantialem, uerum item hominem nobis consubstantialem, à deo patre in mundum, secundũ promissiones, missum, è spiritu sancto in utero & ex substantia intemeratæ uirginis Mariæ conceptum, & ex eadem illa natum, uerũ & expectatũ esse Messiã, regem, pontificẽ & saluatorẽ mundi: qui innocẽs & absque peccato pro peccatis nostris passus, à peccatis nostris nos

pretioso suo sanguine lauerit, patri denique reconciliarit, deinde & uiuifica ueri sui corporis resurrectione uitam (natura nostra meritoque nostro mortuis & damnatis) reduxerit restitueritque, fideles suos omnes donans, gratuito, uita æterna. Huic, inquit, Iesu Christo domino & liberatori meo, spei & saluti meæ, me totum anima & corpore dedo & offero, huius misericordiæ & gratiæ innitor, huius promissionibus & æternæ ueritati, meis omnibus diffidens, totus confido & secure immorior, sperans firmiter ipsius me beatissimo illo & iam diu aliis prædicato, mihique desideratissimo fruiturum consortio, in quo est gaudium plenissimum & lætitia sempiterna. Hic gratias agebat deo patri per Iesum Christum amplissimas, pro beneficiis illis ingentibus sibi totique mortalium generi collatis: ueniam precatus delictorum suorum & condonationem, primum quidem à deo, deinde à singulis nobis, si modo quenquam nostrum offendisset, condonans simul omnibus hominibus, qui ipsum uel uerbo uel facto conturbassent, pro iis quoque ardentissima intercessione interpellans apud clementissimum deum. Hinc omnes nos adhortabatur ad sobriam uigilantiam, ad diligens pacis studium, ad preces perpetuás, ad ueram constantiam in doctrina & fide euangelica, ad sedulam solicitudinem gregis à domino nobis cõmissi, ad Christianam denique charitatem mutuamque concordiam, nostræ fidei insuper diligentissime ac denuo commendans in primis ecclesiam, Christi sanguine redemptam, hinc uxorem suam & liberos, mox uiduam & pupillos futuros. Quibus magna cum grauitate absolutis, precibus & obsecrationibus ex ardentissimo impetu animi effusis, urbem Tigurinam Senatum populumque, ministros item ecclesiarum adeoque totam ecclesiam, unà cum tota sua familia, deo patri per Iesum Christum commendauit, ualedicens omnibus nobis, & amicis iubens benedicere. Postremo autem ad D. THEODORVM BIBLIANDRVM sacrarum literarum in ecclesia Tigurina fidelissimum interpretem conuersus, Te autem charissime mi Theodore, ait, per ipsum dominum Iesum, cui seruimus, & per charitatem fraternam, qua arctissime omnes in unum corpus copulati sumus, adeoque per ipsam ecclesiam, cui nos totos debemus, oro atque obtestor, ut ea tu in nostra Bibliorum uersione absoluas, quæ morbo hoc meo interceptus, transferre absoluereque non potui. Octo uidelicet postrema capita Ezechielis, à quadragesimo nimirum capite, Danielem totum, librum Iob integrum, Psalmos siue hymnos quadragintaocto ultimos, à 102 scilicet Psalmo, Libellos item Solomonis duos Ecclesiasten & Cantica canticorum, quos ob rerum & orationis difficultatem hactenus non attigi, uolens illos ultimo reseruare conatui, ac singulari cũ diligẽtia, siquidẽ ita deo meo placuisset, trãsferre. Potuisses autem ab initio longe felicius, doctius, simplicius & melius uniuersa uertere Biblia: sed quoniam id à te hactenus impetrare non potuimus, sine

Theodorus Bibliander.

mus, sine modo ut moriens nunc hoc saltem à te impetrem. His nos omnes nostram quoq; adiunximus adhortationem, rogantes ne se difficilem præberet morienti. Quibus tandem ille uictus, morientis præcipue precibus, suam hac in re operam sancte promisit: quanquã is tum quoq; afflictissima esset ualetudine, & tantum non quereretur onus sibi à nobis imponi, quod humeros requireret longe robustiores. Inter hæc clarissimus uir D. CONRADVS PELLICANVS ecclesiæ Tigurinæ professor linguæ sanctæ, qua est facilitate & humanitate præditus, sua sponte, morienti omnem pollicetur operam. Cui ille madabat ea fideliter reuideret quæ propter morbum nondum ipse recognouerat, curaretq; omnia è prælo quàm castigatissima prodirent in lucem. Postquam uero ad dominum felicissime migrasset Leo, Bibliander ea quæ promiserat fide præsentissima diligentiaq; accuratissima præstitit, quemadmodum ipsi libri quos uertit abunde testabuntur. De quibus ideo pauca dicimus in præsenti, quod certò nouimus illos nulla opus habere cõmendatione aliena: quippe quos nostra laus non tantũ extulerit, quantũ ipsi seipsos. Ac priusquã hinc soluamus, testamur ante omnia beatæ memoriæ Leonem hunc suum laborẽ dicatũ uoluisse religiosissimis fidelissimisq; per agrum Tigurinum fratribus, pastoribus uerbi & ecclesiarum ministris, quibus nos in præsenti hac nostra Præfatione totum opus, sicut ille uoluit, ac D. Theodorus cõprobauit, dedicamus, obsecrãtes ut in hoc libro sacrosancto, id quod uiri illi pręstantissimi sua illa dedicatione unice spectarunt, diligẽtissime sese exerceant, quo aliquando pastori summo Iesu Christo domino nostro redituro mox in iudicium, pro ouibus sibi concreditis, rationẽ reddere possint. Obsecramus item omnes alios per orbem Christianum uerbi ministros ecclesiarum præsides fratres & symmistas, deniq; omnes Christi Iesu religiosos cultores, quibus optimi illi uiri non minus q̃ nostris illis desudarunt, ut boni fidelem ipsorum laborem cõsulant, eoq; semper & ubiq; ad promouendam pietatem sancte utantur.

Conradus Pellicanus.

Quibus dedicatũ hoc opus.

Ex ijs autem quæ attulimus hactenus, intelligis amice Lector, institutum caussas adeoq; omnem rationẽ huius nouæ editionis, præcipue autem qui sint eius authores: porrò autẽ ad querelas quorundam paucula hæc respondebimus, si fortè hos quoq; placare queamus, quo & ipsi affectu posito nostra hæc æquis animis legant, lectaq; boni consulant. De ijs enim qui non ducuntur affectibus, bene nobis pollicemur, sperantes nos apud ipsos magnam inijsse gratiam, tametsi non omnia assequuti fuerimus quæ alioqui strenue sumus sequuti. Clamant illi sacrosanctam & inuiolabilẽ esse scripturæ sanctæ authoritatem, quam nos concutiamus & apud simpliciores uertamus in dubium, dum preterita editione uulgari & recepta, qua hactenus usa est ecclesia, in diem uersiones ecclesiæ proferamus nouas inter se uerbotim non congruentes. Quibus nos libere & inge-

Ad calumnias & querelas.

Authoritas scripturæ inuiolabilis.

Digitized by Google

nue fatemur scripturarum authoritatem inuiolabilem & oportere & debere esse in ecclesia. Quisquis enim has deprauat, inuertit, mutat aut detruncat, contumeliam facit spiritui sancto maximã: uerum hic addimus eam maiestatem in ipsis esse fontibus. Nam uersio semper fuit libera. Neq; enim probari poterit Christi ecclesiam ulli unquam certæ translationi fuisse alligatã. Extat Canon in Decretis canonicis Distinct. 9. sic pronuncians, Veterũ librorum fides de Hebræis uoluminibus examinanda est: ita nouorum ueritas Græci sermonis normam desiderat. Verba mutuata sunt ex S. Augustino ad D. Hieronymum epistola. Quod si ecclesiæ ad unam aliquam certam uersionem Latinam fuissent astrictæ, perperam Augustinus ad ueritatem Hebraicam & Græcam ceu ipsos fontes remisisset, cum breuiore compendio ad uulgatam illam receptamq; Latinam potuisset relegare. Fatemur sanè fuisse aliquot Græcanicarum antistites ecclesiarum linguæ imperitos Hebraicæ, adeoq; ipsum Origenem Hebraice, ut aiunt, doctum, qui uno ore Græcæ uersioni tribuerunt plurimum, utpote ex qua putarunt ueritatem lectionis esse petendam. Verum quis ignorat complures fuisse uersiones Græcas, deq; ipsa Lxx. interpretum uersione inter ueteres diuersissimas fuisse sententias? Certe horũ translationẽ non ubiq; cõuenire cum ueritate Hebraica pluribus ijsq; manifestissimis argumentis euincit Sanctus Hieronymus in suis operibus. Quibus illud accedit quod uulgaris ista nostra Latina, neque Hebraicæ neque Græcæ linguæ per omnia respondet. In Nouo testamento, quod certò constat Græce scriptum esse ab apostolis, cuius quidem linguæ antistites illi & Latinorum quoque non pauci ecclesiarum præsides peritissimi fuere, longe rectius & syncerius iudicarunt. Semper enim Græco usi exemplo, quisq; prout linguæ doctus erat, ecclesiæq; maxime intelligibile uidebatur, interpretans, transferebat. Vnde nimirum apud nos uel hodie remanet uaria illa Noui testamenti lectio siue uersio. Nam multis in locis aliter interpretatur Augustinus, aliter Cyprianus, aliter Hieronymus. Id quod beatæ memoriæ D. Erasmus Roterodamus in suis illis ad Nouum testamentum annotationibus copiosissime euidentissimeq; demonstrat. Eodem uero iure in testamento Veteri ad ipsos Hebræos fontes, quo in Nouo testamento ad Græcos, recurrere licet. Præterea certum est occidentalem ecclesiam Sancti Hieronymi sæculo usam fuisse Latina uersione incertis quanquã translatam interpretibus, cuius tamen non tanta fuit authoritas, ut non auderet D. Hieronymus translationem moliri nouam, ueteris quidem testamenti ad Hebraicam, Noui ad Græcam ueritatem castigati. De seipso enim scribens in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum, Nouum testamentum, inquit, Græcæ fidei reddidi, uetus iuxta Hebraicam transtuli. An uero illa uersio, quæ hodie uulgaris & recepta est Hieronymianaq; dicitur illa ipsa uersio sit, cuius ille meminit,

Versio libera.

Versio Hieronymiana.

Digitized by Google

meminit, nostrū non est pronunciare. Reclamant quidem non parū eius libri, maxime uero Quæstiones eius siue Traditiones Hebraicæ. Imò quo certius colliquescat ecclesias, ne ad ipsam quidem Sancti Hieronymi editionem uulgatam fuisse astrictas ceu authenticam, uerum ijs suam libertatem in translationibus recipiendis aut repudiandis mansisse intactam, ipsius Sancti Hieronymi testimonia subiungam, perstringentia interim & nostrorum morosophorum morositatem. In Præfatione Pentateuchi ad Desiderium scribens, Quid igitur, inquit, damnamus ueteres? Minime, sed post piorum studia in domo domini quod possumus laboramus, procq; nostra portione uirili in tabernaculo dei offerimus quod possumus, sciētes opes alterius aliorū paupertate nō fœdari. Rursus idem in Præfatione ad Iob, Habeant, ait, qui uolunt ueteres libros uel in mēbranis purpureis auro argentoq; descriptos, uel uncialibus, ut uulgo aiunt, literis onera magis exarata quàm codices, dummodo mihi meisq; permittant pauperes habere schedulas, & non tam pulchros codices quàm emendatos. Item in Præfatione Ezræ & Nehemiæ ad Domnionem & Rogatianum, Obsecro uos, ut priuata lectione contenti, libros non efferatis in publicum, nec fastidiosis cibos ingeratis, uitetisq; eorum supercilium, qui iudicare tantum de alijs, & ipsi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum sunt, quibus nostra non displicent, his tribuatis exemplar. Hactenus Hieronymus. Iam quod aiunt plurima eaq; diuersa exemplaria, uersiones deniq; illas nouas & multiplices non uerbotim consentientes suspectam reddere ueritatem canonicam, apud ignaros uetustatis & historiarum locum habet, apud peritos non habet. Certissimum enim est ueteres Orientis & Occidentis ecclesias pluribus ijsq; diuersis cum exemplaribus tum translationibus fuisse usos, quas ecclesijs nihil obesse, prodesse autem plurimum sancte & crediderunt & asseuerauerunt. Neque extat ullus in orbe liber, in quo describendo, reddendo uertendoq; plura laborarint egregia ingenia, quàm in Codice Bibliorum sancto. Nam ut in præsenti nihil dicam de Hebræorum interpretibus, de libris Chaldaicis & Arabicis, quorum alicubi meminit S. Hieronymus, annon magna fuit interpretum uarietas nascente iam ecclesia & Origenis sæculo? Hic certe famosissimos illos codices composuit, in quibus per columnellas singulas è regione separatim collocatas cuiusq; interpretis opus (quemadmodum apud Eusebium legitur) descripsit: ita ut primo omnium ipsa Hebræa uerba Hebraicis literis poneret, secundo in loco per ordinem Græcis literis è regione Hebræa uerba describeret, tertiam Aquilæ editionem subiungeret, quartam Symmachi, quintam Septuaginta interpretum, sextam Theodotionis collocaret. Et propter huiusmodi compositionem exemplaria ipsa nominauit ἑξαπλᾶ, id est, sex ordinibus multiplicata conscriptaq;. Post istas uersiones dicuntur fuisse adhuc plures,

Varia ueteribus fuisse exemplaria, uarias translationes.

Digitized by Google

Sexta uidelicet & Septima, & quæ dicebatur Communis editio. Testatur præterea Origenes præter istas adhuc alias se reperisse in Actiaco littore apud Nicopolim, in Hiericho, ac alijs quibusdam locis, quibus interpretum nomina non fuerint præfixa. De Sancti Hieronymi sæculo & conatibus iam diximus abunde satis. Post Hieronymum testatur Augustinus plurimos in ecclesia scripturarũ esse interpretes, Noui testamenti maxime. Nam libro de Doctrina Christiana secundo, cap. 11. Qui, inquit, scripturas ex Hebræa lingua in Græcam uerterunt linguam numerari possunt, Latini autem interpretes nullo modo. Vt enim cuiq; primis fidei temporibus in manus uenit codex Græcus, & aliquantulum facultatis sibimet utriusq; linguæ habere uidebatur, ausus est interpretari. Et in cap. 12. eiusdem libri addit, Quæ quidem res plus adiuuit intelligentiam quàm impediuit, si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum sæpe manifestauit inspectio. Hæc hactenus Augustinus. Proinde antiquarum rerum scriptorumq; ecclesiasticorum uel obliti uel ignari sunt, qui hodie tantopere obstrepunt pijs sanctorum & eruditorum interpretum laboribus. Nam quod queruntur uersiones non uerbotim & per omnia consentire, ineptum est. Sufficit enim si in sententia fideliter reddenda, præsertim autem in dogmatum & religionis nostræ ueritate non dissentiant.

Vtcunq; uero illud habeat, nos D. Hieronymi exemplo docti, nolumus cum quoquam propter uersionem uel editionem nostram digladiari, aut imperiosius à quoquam postulare nostram ut recipiat, ueterem conspuat. Quibus enim hæc nostra displicet, ijs manet integra & intacta uetus uulgaris & recepta illa sua, quam nos hac nostra minime damnamus: etsi interim aperte fateamur ipsam non ubiq; & semper cum Hebraica & Græca ueritate congruere. Imò nemini præiudicamus, neq; contemnimus in hoc uel alio scripti genere ullius pij & docti uiri labores & uigilias, quin potius probamus omnium sanctorum sanctam & sedulam diligentiam, scientes optimum quenq; interpretem, fide optima, id doni quod cœlitus sibi concessit munificus dominus, ad ecclesiarum protulisse utilitatem: quo nomine laudem certe merentur eximiam, non malignum uituperium, tametsi non omnia ubiq; sint assequuti. Interim non arbitramur nos assequutos hac editione omnia. Per omnia enim cum illustrissimo literarum antistite D. Erasmo Rot. consentientes, ingenue poscimus ut quiq; conferant atq; expendant quod allatum est, atq; ita demum probent si attigimus scopum: emẽdent amice si quid ut homines aberrauimus à uia, & minus assequuti sumus, quod sedulo sumus sequuti. A quibus autem id non impetramus, hoc saltem donent nobis, ut credant nos simplici pioq; iuuandi studio quicquid hoc laboris est suscepisse. Quod si parum alicubi successit, error est,

Qua ratione proponatur ecclesiæ hæc editio.

Digitized by Google

ror est, non scelus: & corrigi meremur, non damnari. Nihil enim magis agnoscimus quàm nos homines esse, & parũ aut nihil scire quàm Iesum, & hunc crucifixum. Profiteantur ac polliceantur alij quantumuis ingentia, nos pro nostra tenuitate nihil iactantes profitemur, semper parati discere meliora. Iccirco si quis felicius, doctius & tersius sacra Biblia post illos nostros interpretes uerterit ex Hebræo in Latinum, non inuidebimus, non calumniabimur, sed probabimus potius illorum fidem & diligentiam, domino agentes gratias, qui ecclesiæ suæ fidelia & felicia donat ingenia. His placauimus fortasse querulos illos, si modo apud ipsos quicquã ualet ueritas, æquitas, humanitas. Quod si nihilo minus calumniari, latrare, & fideles nostrorum uigilias lacerare perrexerint, iudicium iusto iudici committimus, freti bonitate caussæ, & quod nostro hoc labore omnibus prodesse, nemini obesse uoluimus. Interea si è re ueritatis & ecclesiarum uidebitur, respondebimus istorum etiam rabiosæ calumniæ. Verum pacem magis quàm bellum amamus.

De ordine librorũ Biblicorum.

Restat ut iam paucis alia quædam quæ & ipsa ad hoc opus pertinere uidentur perstringamus. Principio in dispositione librorum sacrorum, eo ferè usi sumus ordine, quem Cyprianus in Expositione symboli contexuit. Coniunximus enim libros historiarum omnes à condito orbe ultra instauratam urbem, à captiuitate Babylonica, quos alij ferè disiungunt. His subiunximus Prophetas maiores & minores XVI, quibus demũ appendimus reliquos uarie contextos libros, librum uidelicet Iob, librum Hymnorum, & Solomonis libros tres. Porrò libri ecclesiastici omnes soli in unum uolumen sunt redacti, quos Lector Veteris testamenti libris canonicis coniungere, uel post canonem Noui testamenti collocare potest. De ordine autem Canonicorum utriusq; testamenti librorum, dicetur copiosius in Expositione instituta de Omnibus sanctæ scripturæ libris eorumq; præstantia.

Præfationes librorum.

Deinde quod contra omnium typographorum consuetudinem nullas libris sacris Præfationes præfiximus, hisce de caussis factum est. Præmisimus libris sacris, mox ab hac præfatione, Expositionem de omnibus sanctæ scripturæ libris, non infelici breuitate comprehendentem occasiones & consilia singulorum totius operis librorum. Reperientur item per uniuersum opus singulis capitibus sua esse apposita argumenta, semel adumbrantia nõ tam scopum quàm contextum ferè eorum quæ dicuntur. Etenim potuit consilium authorum & orationis structura commodius ferè sic adumbrari, quàm prolixis & operosis præfationibus. Et quo suauius delectaremus Lectorem, appendimus uniuerso operi argumenta singulorum capitum, carmine comprehensa, & à doctissimo uiro D. Rodol. Gualthero in usum studiosorum conscripta. Porrò argumenta quæ ijs librorum capitibus adiuncta reperies, quorum D. Leo translator est, Leo

Digitized by Google

nis quoq; industria sunt composita: aliorum author est D. Theodotus, qui suis quoq; libris suas annotationes apposuit, quemadmodum Leo suæ uersioni sua adiecit.

De Annotationibus.

Annotationes enim quas sparsim uides adiectas in margine, non tam diuersitatem lectionis uersionisq; indicant quàm sensum aperiunt authorum, occasionem subministrantes ampliora cogitandi inuestigandiq;, rationem nonnunquam reddunt uersionis. Polliceri autem audemus paucula ista annotata perfrequenter futura uice prolixissimi commentarij. Sed offendet nonnullos fortassis quod non raro res annotantur Grammaticæ, quas non oporteat misceri theologiæ, in primis sacris literis. Verum si non licet annotationes grammaticas, linguæ idiotismos, schemata, tropos, loquutionésue, & quæ alia sunt huius generis, in loco affigere sacris literis, cur August. in lib. de Doct. Christiana grammaticam recte loquendi magistram ponit inter artes necessarias ad sacrorum uoluminum intelligentiam? Oportuit certe lectionis immutatæ caussam aliquoties annotari, quo uideant calumniatores malitiose non peccatum ab interpretibus nihil ab his temere positum esse atq; mutatum. Quasi non idem ante nos fecerint maximi quiq; probatissimiq; doctores ecclesiæ, Origenes, Chrysostomus, Hieronymus & Ambrosius. Augustinus certe commōstrat hypostigmas, digerit cola, commata & periodos, indicat tropos grammatistarum. Idem non unum librum condidit de loquutionibus, in quibus non puduit iam grandæuum & episcopum etiam puerilia tractare, quæ uidelicet in scholis puerorum docentur. Interim multa preterierunt prudentes, omiseruntq; nostri interpretes, ne uolumē nimiū excresceret, & sumptus plus nimio augeretur. His uero Annotationibus adiecit præstantissimus pietate et eruditione uir D. Conradus Pellicanus alterius generis annotata per opus integrum, Locos uidelicet communes, & quę in singulis capitibus memorabilia & in primis obseruanda uidentur, mirifice Lectoris memoriam adiuuantia: locos item similes & dissimiles, ac qui hic obscuriores uel breuiores, alibi uero illustriores copiosioresq; inueniuntur. Hos uulgo appellarunt Concordantias, quarum usum indicans S. Augustinus in libro de Doct. Christiana, docet scripturam per seipsam esse interpretandam siue exponendam. Nam nullum in his locum uspiam tam obscure poni, qui non alibi apertius significantiusq; legatur expressus.

Interpretationes nominum Hebraicorum.

Porrò interpretationem Hebraicorum nominum, Chaldaicorum & Arabicorum, Grecorum item, his nostris non apposuimus, præcipue quod sparsim in uersione ipsa & annotationibus nostrorum, ea satis dilucide exposita sunt uocabula, quę ignorata officiunt sanæ intelligentiæ scripturarū: extra quē usum non uidemus quam utilitatem, aut quem locum habeant exoticarum uocum interpretationes, quæ uidentur rectius commodiusq; tradi in Lexicis.

Sed

Digitized by Google

Index Bibliorum.

Sed & Indicem dictionum & rerum in Biblijs contentarum nullum posuimus. Nam extant Concordantiæ, quas uocant maiores: extat & copiosus D. Pellicani in Biblia index, libri ad res multas perutiles. Noluimus ergo grandem alioqui codicem libris & additionibus non usq; adeo necessarijs reddere uastiorem.

Libri Ecclesiastici.

Hactenus uero Ecclesiasticorum librorum ideo nullam mentionē fecimus, quod ij peculiarē habeant appositam ab authore suo Præfationem, de omnibus ijs satis perspicue & copiose disserentem quæ de eo opere fuerunt dicenda. Hoc adijcimus authorem eius operis D. PETRVM CHOLINVM eo ipso die concessisse ad superos, lue extinctum pestifera, quo ipsum opus suum typis descriptum est ac absolutum. Fuit hic uir quinq; linguarum peritus, egregie doctus, pius, sanctimonia uitæ præclarus, generis patritij, fortis, constans & temperans: ac ut admodum laboriosus ita mire facilis, & minime arrogans: cuius mors uitæ per omnia respondit. Nam ut hæc fuit innocentissima, ita illa minimum habuit acerbitatis, consolationis & suauitatis plurimum. Obdormire suauiter in domino non mori uidebatur assistentibus.

Petrus Cholinus.

De editione Noui testamenti.

TESTAMENTVM NOVVM doctissime & fidelissime uertit beatissimæ memoriæ magnus ille Erasmus Roterodamus, qui ne unquam corrumpi posset emendata eius lectio, illustrauit ipsum omni pietate & eruditione refertissimis, nec unquam satis laudatis Annotationibus, nihilominus collata est hæc nostra Noui testamenti editio cum ipsa ueritate Græca, è qua lectionis emendationem unice petendam esse omnes fatentur: consultis interim aliquot peruetustis exemplaribus & uersionibus, editione Hispaniensi siue Toletana, Gallicana siue Parisieñ. Anglicana deniq; & reliquis quibusdam codicibus. Speramus autem diligentes & æquos Lectores, qui hanc editionem cum alijs cōferent, istam minime improbaturū. Potissimam uero in hac operā præstitere optimi & doctissimi uiri D. Petrus Cholinus & D. RODOLPHVS GVALTHERVS, felicis memoriæ Leonis in ministerio ecclesiastico successor, qui, quod illum præmatura mors abripuisset, maximam huius laboris partem sustinuit. Nam argumenta Noui testamenti omnia, & ea quoque quæ à 14. cap. Actuum apostolorum elaborata ac annotata sunt, ad finem usq; operis, solus ferè confecit: reliqua cum illo ac alijs communia habet. Complures enim fratres suam operam huic operi Biblico fidelem collocarunt.

Rodolphus Gualtherus.

Qua ratione proposita editio Noui test.

Quæ autem prius de editione Testamenti ueteris inculcauimus, eadem repetimus in præsenti, manere uidelicet ueterem uulgatamq; editionem suis admiratoribus per nos omnino integram atq; intactam, quippe quam nos hac nostra neq; mutamus neq; damnamus. Legatur illa in Theologorum scholis, canatur publice in templis, citetur sola in concionibus sacris, nullus obstat, nos nostra probanda

Digitized by Google

tantum & iuuandi studio studiosis sacrarum literarũ proponimus, quos nõ ingratos nobis fore speramus. Quid uero ingratius, ut egregie ille dicebat, quàm pro tot immẽsis laboribus uigilijsq́, quas tantum iuuãdi studio susceperis, & quibus nulla par gratia referri queat, rependi rixas, conuitia atq; calumniam, idq́ potissimum ab ijs ad quos maxime operis utilitas sit reditura? Cum ubiq; fœda est ingratitudo, tum in nullos æque par est gratos esse, atq; in eos qui dispendio rei pecuniariæ, iactura uoluptatum, multoq́ ualetudinis, ipsiusq́ uitæ & periculo & detrimento, in hoc totis uiribus, remis & uelis, incumbunt, ut ingenij sui monumentis ecclesiæ consulant. Attamẽ nihil dubitamus multos odio nominis nostri, nõ res (quod & Hieronymus queritur,) sed personas cõsideraturos, magisq́ aliorum silentium quàm nostrum studium probaturos, in eo disertos se arbitrantes & doctos, si alieno magis operi detrahãt, quàm quid ipsi possint dijudicent. Verum cõmittimus hoc iudicio dei & posterorũ. Dum uiuimus, & in uase fragili cõtinemur, uidentur amicorũ prodesse studia, & nocere æmulorũ opprobria: postquã autem reuersa fuerit terra in terram suam, & tam eos qui scribũt, quàm illos qui de scriptis iudicant, pallida mors subtraxerit, & alia uenerit generatio, primisq́ cadentibus folijs, uirens sylua succreuerit, tunc sine nominum dignitate aut respectu sola iudicantur ingenia, nec considerat Lector cuius, sed quale sit quod legit, siue ille episcopus siue sit laicus, aut purpura, serico, uel uilissimo panno iaceat, non honorum diuersitate, sed operũ merito iudicabitur. Domino IESV CHRISTO seruatori nostro in sæcula benedicto, omnium donorum munifico largitori, & sponso ecclesiæ suæ amabilissimo, sit laus & gratiarum actio semper.

Digitized by Google

De omnibus sanctæ scripturæ libris, eorumque præstantia & dignitate,

Heinrychi Bullingeri Expositio, ad Lectorem Christianum.



SAPIENTIA *dei clamat apud sapientissimum mortalium Solomonem in Prouerbijs ad omnes omnium ordinum ætatumque homines, ac dicit, Audite, loquar enim authentica ac insignia, & pronunciata mea recta sunt. Veritatem enim meditatur guttur meum, & labia mea abominantur iniquitatem. Omnes sermones mei iusti sunt, nec est in eis incuruum aut peruersum. Credenti sunt plani, & recti ijs qui inuestigãt scientiam. Apud me est consilium & conseruatio, apud me inquam est iudicium & magnificentia. Quæ cum ita habeant, miror quis malus genius illos agat, qui* BIBLIA *sacra, sapientiæ huius ueræ fontem unicum & copiæ cornu ditissimum atque inexhaustum fastidiunt, in falsam uero & fucatam sapientiam insaniunt. Inuenias enim hodie inter studiosos non paucos, qui toti & per omnem uitam fucis & imposturis philosophicis addicti, ad Bibliorum nomen & nausea afficiantur & horrore quodam concutiantur. Nimirum eloquentiam & eruditionem in illis desiderant, barbariem & crassam rusticitatem oderunt.*

Biblica eloquentia.

Atqui mirum profecto est, si Eloquentiam sibi ceu uitæ scopum præfixerunt, ad quem omnia studia uitæ suæ referant. Aliud uero spectandum esse sapientibus in hac uita ipsi quoque eorum testati sunt philosophi. M. Cicero eloquentiæ princeps à philosopho non requirit eloquentiam. Nam libro de Finibus bon. & mal. primo, de Epicuro uerba faciens, Oratio me istius philosophi, inquit, non offendit. Nam & complectitur uerbis quod uult, & dicit planè quod intelligam: & tamen à philosopho si afferat eloquentiam non asperner, si non habet, non admodum flagitem. Igitur cur isti nobis Cicerone iniquiores sunt? An uero nesciunt in Biblijs nostris cœlestem philosophiam ad uulgarium etiam hominum captum esse traditam? Et Cicero diserte docet eloquentiam sine sapientia uehemẽter esse perniciosam. Oportebat ergo sapientiam magis quàm eloquentiam expetere, præsertim cum idem ille in Oratorijs partitionibus eloquentiam finiat non aliud esse quàm copiose loquentem sapientiam: quisquis ergo sapientia destituitur, licet linguam habeat disertam & instructam ad dicendum, loquens non eloquens appellabitur. Non enim idem est dicere & benedicere, loquentia & eloquentia. Possunt quidem insani & uecordes uerba profundere, & faciunt plerunque largiter, & præter rem omnino, & ei quod decet quodque expedit aduersantia. Vir sapienter eloquens uerborum non est prodigus, sed dicit quæ prosint, quæque ad destinatum finem pertineant, & ita dicit quemadmodum oportet, cum multis, cum paucis, cum eruditis, cum rudibus, cum pari, cum inferiori, cum maiori, seruato semper temporis & loci decoro. Atque his finibus ipsi eloquentiæ magistri gentiles eloquentiam ueram circumscripserunt. Cæterum cum nulli scriptores authoribus sacris uerborum minus prodigi fuerint, utilia tantum, & omnia ad certum finem, ad beatitudinem uidelicet consequendam, & ad tranquille, iuste & honeste uiuendum, destinarint, eaque plano & perspicuo dicendi genere, obseruato ubique personarum, temporum & locorum decoro, proposuerint, audacter & uere dico solos scriptores Biblicos uera usos esse eloquentia. Id quod non renuellent seductricis philosophiæ uani admiratores, nisi subuerterint prius eloquẽtiæ descriptionem, quam ex suis ipsorum authoribus protulimus: aut euicerint scriptores nostros tales non esse quales prædicamus. Quod ut iustis argumentis nunquam efficient, ita simul atque istud uelle cœperint, blasphemiæ, sacrilegij, & crimine læsæ diuinæ maiestatis non absoluentur.

Iam & D. Aurelius Augustinus lib. de Doctr. Christ. 4. cap. 6. Audeo dicere, ait, omnes qui recte intelligunt quod ipsi loquuntur scriptores sacri, simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut enim quædam eloquentia est quæ magis ætatem iuuenilem decet, est quæ senilem: nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat eloquentis: ita est quædam quæ uiros summa autho

Digitized by Google

ritate dignissimos planeq; diuinos decet. Hac illi loquuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa, ipsis enim congruit: alios autem quanto uidetur humilior, tanto altius non uentositate, sed soliditate transcendit.

Sed offendunt molliculas eruditorum istorum aures loquutiones Hebræorũ, Latinis hoc est delicatis auribus insolitæ, barbaræ, prædurae, & prorsus intolerabiles. Scilicet quia expolita, mollis, & suauiter ubiq; cadens, & dulci harmonia oblectans dictio, supremum illud bonum est quod appetant omnes, quod unice respiciant omnes, & sine quo optima etiam credantur esse pessima, obsoleta ac barbara. Imò prodit se hic maxime iniquitas & malitia nostra. Etenim non sola Hebræorum lingua loquutiones suas habet, habent & Græci & Latini suos idiotismos, quos nemo hactenus uituperauit, aut parum elegantes dixit. Præterea scripsere nec pauci nec paucis de constructionibus & idiotismus linguæ Græcanicæ & Latinæ: scripserunt multi de tropis, metaplasmis & schematibus. In quibus uersari & exerceri, quæ scire & ediscere, quibus deniq; orationem uariegare pulchrum uidetur esse & elegans. Nemo queritur de insolentia & loquutionibus istarum linguarum: sola diuina & cœlestis lingua propter suos loquendi modos, propter sua schemata insolita nostris auribus, scabra, horrida & barbara esse uidetur. Sordet enim Adamo ueteri quicquid purum & diuinum, adlubescit & probatur quicquid terrenum, lutulentum, affectatum ac impurum est. Versus est in Latinam linguam Plato, uersus est Aristoteles, uersus est Lucianus, uersus est Plutarchus & Isocrates, uersa sunt infinita Græcorum epigrammata, aspera in illis complanata sunt, dura emollita, hiantia commissa, confusa digesta, & Latinis auribus insueta, ad Latinam reducta formam: igitur si tantopere offendit forma loquendi dicendiq; Hebraica, quare non paratis nobis Biblia Latina? quia gentilitia magis adlubescunt. Quid quod facultatum augendarum gratia liberos nostros mittimus in Gallias, in Italiam, & extimas Hispaniæ oras, ut earum gentium linguas ad unguem ediscant, quo rectius ac expeditius mercari liceat cum Gallis, Italis & Hispanis? Nullis hic laboribus, nullis parcitur sumptibus, omnia suauia & utilia esse putãtur, solam linguam sacram discere aut illius loquendi formis paulò insuetioribus assuescere, amarum, inutile, & quàm alienissimũ à liberalibus ingenijs esse creditur. Ita uero prodit se malitia nostra. Certè si uel dimidium temporis ac diligentiæ eius, cuius nõ piget rebus impendere nihili, daremus rebus sacris, sacrum eloquium sorderet nobis minus, magisq; adlubescerent loquutiones, & si raræ, eruditæ tamen. Biblicæ loquutiones.

Iam quod ad eruditionem attinet sacrarum literarum, non uideo quid aliud sit eruditio uera, quàm sapientia uera: & sapientia uera aliud, q̃ philosophia uera. Cicero enim ipse in libro Officiorum 2. Qui appetunt sapientiam, inquit, philosophi nominantur, nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari uelis, q̃ studium sapiẽtiæ. Sapientia autem est, ut à ueteribus philosophis definitum est, rerum diuinarũ & humanarum caussarumq; quibus eæ res continentur scientia. Ad quem modum & Plato in libro quem de philosophia scripsit, ostendit philosophi officium esse diuina nosse, & gubernare humana: in illo contemplatiuam, in hoc actiuam philosophiam comprehendens. Nam Platonici totam philosophiam partiuntur in Speculatiuã, Actiuam, & Sermocinalem: ad Speculatiuam retulere Metaphysicam, Physicam & Mathematicam: ad Actiuã, Ethicam, Politicam & Oeconomiã: ad Sermocinalẽ uero Grammaticã, Logicam & Rhetoricã. Putauerunt aũt Sermocinali uiam sterni ad Actiuam & Contemplatiuã philosophiã, in qua sapientiæ ueræ uersetur exercitatio & uis. Meminit horũ & Cicero Academicarũ quæst. lib. 1. Iam si sacris deest eruditio, caret & sapientia, hoc est, rerum diuinarũ humanarumq; scientia. Rursus si sacra Biblia scientiam tradunt rerum diuinarũ humanarumq;, sapientiã tradunt, ergo & philosophiam ueram. Sed uideamus quid tractetur doceaturq; in Biblijs, hoc est in cœlesti philosophia, ut simul etiam per compendium, & ueluti per transennam Lectori appareat quid è cognitione Bibliorum expectet, & quod in his omnis sapientiæ copiæ cornu mundo proposuerit diuina bonitas. Biblica eruditio.

BIBLIA plurativo numero tantũ, libri dicuntur & uolumina. Nam Græcis Biblos siue Biblion uolumen est ac libellus, itaq; à Græcis mutuata & scripturæ sanctæ data est appellatio, quæ perinde ualet ac si tu dicas, Libri aut Volumina sacra, siue codex rerũ sacrarũ. Idem ille sacer codex TESTAMENTVM appellatur, adeoq; & Vetus & Nouũ Testamentũ. Accipi- Biblia.

Digitized by Google

Testamentum. tur autem Testamentũ aliquando in sacris pro ordinatione aliqua, metaphora sumpta à morientibus, qui testamenta condunt, id est animi sui sententiã ordinatis rebus suis ut uolunt testatur, & per metalepsim accipitur testamentũ pro ipsa re testata: ita enim peccatorũ remissio testamẽtum esse dicitur. Vsurpatur testamentũ & pro fœdere ac pacto. Nam deus fœdere quodã se nobis obstrinxit, expositis conditionibus quid expectemus ab eo, & quid faciamus. Conditiones sunt, Deus uerus uult esse deus, hoc est, omnisufficiẽtia pater & copiæ cornu mortalibus. At hi deũ illum pro deo suo uenerari & colere debent, fide, innocentia & charitate. Huc aũt pertinent omnes promissiones, Ego sum deus tuus & seminis tui post te. Semen mulieris conteret caput serpentis. In semine tuo benedicẽtur omnes tribus terræ. Rursus pertinent huc omnia instituta uitæ, ipse præsertim decalogus. Non habebis deos alienos corã facie mea, &c. Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Dilige proximũ tuum sicut teipsum. Hoc aũt testamentũ & fœdus, hæc ordinatio & obtestatio dei incõmutabilis unica & sempiterna est. Nam una est omnium sæculorũ ecclesia, una est sanctorum uera fides & religio. Vnde ergo nobis Veteris & Noui testamenti nomina existunt? Nimirũ è tradendi modo: quod enim ad ipsam attinet substantiam unicum est. Expendenti enim quæ res ueteribus sint tradita, apparebit quod nihil aliud tradiderint nobis apostoli Christi. Veteribus traditũ est unũ esse deum, hunc solũ esse colendũ, colendum aũt spiritu, innocentia & fide: item unicã esse orbis iustitiã & redemptionem, unicum esse sacerdotem & sacrificium uerum Iesum Christũ dei & hominis filiũ. Sperandã quoq; à deo animarũ perpetuitatem & resurrectionẽ corporum. At quid aliud tradiderunt nobis apostoli domini? ergo quod ad fidei testamentiq; substantiã attinet, idem prorsus traditũ est utrisq;. Iam uero quod modũ attinet quo illud nobis idẽq; istis traditũ est, Paulus, Veteribus, inquit, omnia contingebant in figura: nobis autẽ illa euenere citra figurã. Christum enim, qui legis perfectio est, dedit nobis deus, ut nunc uelũti præsens præteritũq; hoc est cõpletum ueneremur, quod isti complendũ adhuc uelatũ in typo habebant, imò uerius expectabant. Atq; hũc ad modũ tradendi ratio diuersa cernitur. Illi habebãt figuras, nos ipsam rem: illi externis & ceremonialibus gaudebant, nos spiritualibus significatisq; rebus citra typos exultamus. Eò aũt pertinet sacerdotiũ Aaronicum & sacrificiorũ cruentæ formæ uariæ, typi sacerdotij & sacrificij Christi. Atq; ex hac diuersa traditione existũt iam Veteris & Noui testamenti uoces. Siquidẽ ea traditio qua per typos & figuras religio tradita est ueteribus, appellatur Testamentũ uetus: sed ea quæ citra figuras Christũ legis perfectionẽ nobis describit et exhibet, Nouum testamentũ dicitur: non ideo nouum quod ueteres Christũ nescierint, sed collatione ad uetus, & quod nouũ populum Gentiũ scilicet ecclesiam, in hoc fœdus per Christũ & prædicationem euangelicã constat esse receptam. Ex quibus nunc rectius intelliges quomodo Biblia nominentur Testamentũ Vetus & Nouum. Neq; enim ipsi Bibliorũ scripti libri magis sunt ipsum testamentũ, q̃ tabulæ siue literæ testamentales ac fœderũ ipsum testamentũ & fœdus sunt: interim ab omnibus Testamentũ & Fœdus dicuntur: igitur ex eo quod describũt hoc nominis sortiuntur. Quia itaq; prioribus Bibliorũ libris describuntur præcepta, promissiones, facta, ritus, traditiones, & modi uarij, quibus deus mortaliũ genus in testamento fœdereq; suo & in religione uera instituit & deduxit, ideo inquam Testamentum uetus appellari cœpere. Et quia libri posteriores describunt quomodo in Christo omnia impleta & innouata adeoq; restituta sint, quomodo itẽ nouus populus ex Iudæis & Gentibus collectus in unum corpus coierit, fideq; & charitate deum in Christo coluerit, ideo inquã Testamentum nouum cognominati sunt. Hæc in genere de inscriptione & instituto philosophiæ nostræ cœlestis diximus, iam singulorum librorum argumenta consiliaq; breuiter constricta subijciemus, ubi tamen prius nonnihil de librorum ueteris & noui testamenti ordine & distinctione dixero.

Scopus sacrorum bibliorum.

Testamentum uetus & nouum.

Ordo et numerus librorũ Veteris testamenti.

D. Hieronymus in Præfatione lib. Regum & Danielis indicat scripturam ueteris testamenti apud Hebræos distingui in tres partes, in Legem uidelicet, in Prophetas, & Hagiographa. Legis libros, ex illorum traditione quinq; numerat, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros, Deuteronomium: atq; hunc facit primum sacrorum librorum ordinem. In secundo ordine, quem prophetarum appellauit, octo ponit libros, nempe librum Iosue, Iudicum, cui coniungit libellum Ruth, Samuelis, Malachim, Isaiæ, Ieremiæ cum Threnis, Ezechielis, & librum XII. prophetarum. Idẽ annotauit XII. hosce prophetas nõ eodẽ ordine numerari ab Hebræis & LXX. inter

Digitized by Google

partibus. Hos enim hunc ordinē sequi, Oseas, Amoz, Micheas, Ioel, Abdias, Ionas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Haggeus, Zacharias, Malachias. Illos uero hunc ordinem seruare, Oseas, Ioel, Amoz, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum, Abacuc, Sophonias, Haggeus, Zacharias, Malachias. In Hagiographorum ordine, qui tertius est, recenset libros nouem, uidelicet librum Iob, librum Psalmorum, qui incisionibus siue distinctionibus quinq; & uno uolumine comprehenditur, librum Parabolarum Solomonis: eiusdem Ecclesiasten, Cantica canticorū, librum Danielis, Verba dierum, quæ significantius χρονικὸν appellauerimus, siue Annales, librum Ezræ, cui connectitur Nehemias, & librum Esther. His autem omnibus collatis existimat Veteris legis libros colligi 22. Admonet tamen esse qui librum Ruth & Lamentationes Ieremiæ numerent inter hagiographa; iuxta quorum supputationem colligantur ueteris testamenti 24. libri. Alij enim ex Hebræorum sententia hagiographos libros numerant undecim, quos hoc ordine collocant. Primo loco ponūt librum Paralipomenon siue Præteritorum, qui apud nos in duos diuiditur: deinde numerāt Psalmos: his subiungunt Prouerbia Solomonis, quibus apponunt Iob: quinto loco sequitur Ruth, sexto Ecclesiastes, septimo subduntur Threni siue Lamentationes Ieremiæ, octauum locum tenēt Cantica canticorum, nonum Hester, decimum Daniel, ultimum uero Ezras cum suo Nehemia. Cæterum Hagiographa nuncuparunt opinor, sancta siue sanctorum scripta, quæ uidelicet proximæ sint authoritatis. Primi enim & secundi ordinis libros ipsi deo tribuunt authori, hos ascribunt sanctis. Ego uero, ut libere quod sentio dicam, non uideo quomodo hi quoq; libri non possint eadē ratione & eodem iure deo authori attribui, quo superiores: nec uideo cur non isti quoq;, hoc est primi & secundi ordinis libri, uocari queant hagiographi, id est sancti libri à sanctis scripti. De omnibus enim prophetis, Dauide etiam, Daniele & Solomone loquens S. Petrus, Omnis, inquit, prophetica scriptura non est priuatæ interpretationis. Non enim uoluntate hominis allata est olim prophetia, sed à spiritu sancto impulsi loquuti sunt sancti dei homines. Certè hos cum illis parem obtinere authoritatem, cum alijs multis argumētis euincitur, tum illo potissimum quod dominus Iesus ac apostoli Psalmorum, Danielis ac quorundam aliorum librorum inter Hagiographos positorum testimonijs perinde usi sunt in docenda & confirmanda religione sana, ac Mosis, Isaiæ & reliquorum. Sunt alij qui ex argumento & materia uoluminū omnes testamenti ueteris libros partiuntur in quatuor partes, in libros uidelicet Legales, Historiales, (illorum utor uerbis) Sapientiales & Prophetales. Legis libros quinq; numerant omnibus cognitissimos, historiam tradentes XIII. nempe Iosue, Iudicum, Ruth, Regum IIII. Paralipomenon II. Ezram, Nehemiam, Hester & Iob. Porrò libros sapientiā docentes recensent 3. illos Solomonis sapientissimi mortalium sapientissimos libellos. In prophetarum ordinem conijciunt Psalmos, Prophetas item maiores IIII. & minores XII.

Hagiographa.

Non dissimulabo hic & Iosephi de libris testamenti ueteris iudicium. Nam contra Appionem disputans, Neq; innumera, inquit, apud nos habentur uolumina inter se inuicem discordantia, sed duo tantum & uiginti libri sunt, qui omnium temporum seriem continent, qui & iuste creduntur diuinitus inspirati. Ex quibus quinq; sunt Mosi, continentes leges uitæ, & successionis humanæ prosapiam usq; ad ipsius Mosis terminum pertendentem. A morte uero Mosis usq; ad Artaxerxen, qui post Xerxen regnauit apud Persas, quæ gesta sunt Prophetæ, qui'q; per ea tempora uixere, tredecim uoluminibus conscripserunt. Reliqui uero quatuor libri hymnos in deum & uitæ instituta ac monita mortalibus tradunt. Ab Artaxerxe autem usq; ad nostrum tempus scripta sunt omnia, fide tamen non eadem quæ primis habetur digna ducuntur, ideo quod non extiterit prophetarum iugis & explorata successio. His protinus addit quod uehementer authoritatem commendat scripturarū, Rebus igitur his constat q̄ nos uenerabiliter utamur scripturis nostris. Nam cum tot sæcula intercesserint, neq; addere quis unquam, neq; auferre, neq; permutare quid ausus est, sed omnibus gentis nostræ hominibus insita hæc quodammodo, atq; ingenita fides est, CREDERE HAEC DEI ESSE CONSVLTA, & his iugiter inhærere, & pro his (si ita res poposcerit) libenter & animam ponere. Hactenus Iosephus. Admodum uero probatur mihi hoc Iosephi de diuinis libris iudicium, quod ferè imitatus Cyprianus, siue is Ruffinus est (quod Ioanni Cassiano libro de Incarnatione unigeniti 7. uidetur) in expositione symboli, huiusmodi contexit

Iosephus de libris Test. ueteris.

sacrorum

Simplicissimus librorum ordo.

sacrorum librorum ordinem, qui mihi semper & optimus & simplicissimus esse uisus est. Coniungit autem libros historicos continuo ordine omnes: deinde prophetarum quoque scripta omnia connectit, ita ferè. Primo loco ponit Pentateuchum, id est quinque libros Mosis, quibus mox adiungit prophetas, quos alij priores nuncupant, nempe librum Iosue, Iudicum cum libello Ruth, Samuelis lib. 2. quos alij uocant primum & secundum Regum, & duos Regum libros, quos nos appellamus tertium & quartum lib. Regum. His protinus compingit reliquos historiarũ libros, duos uidelicet Præteritorum siue Paralipomenon, Hester, Ezræ 2. Nehemias enim hic pro altero computatur, qui alibi cum Ezra pro uno ponitur. Post hos collocat prophetas quos uocamus maiores, Isaiam, Ieremiam, Ezechielem & Danielem, quibus coniungit lib. XII. prophetarũ, eorum inquam quos cognominamus minores, quorum nomina superius sunt recensita. Tandem uero & reliquos collocat insignes & omnigena sapientia cœlesti refertissimos libros, librũ uidelicet Iob, Psalmos, & 3. Solomonis libellos. Huic autem numero certo & luculento includit omnes canonicos testamenti ueteris libros. Nec plures numerarunt Melito antiquissimæ Sardensis ecclesiæ episcopus, & Origenes ille Alexandrinæ scholæ apostolicæ doctor. Illius meminit Eusebius Ecclesiasticæ historiæ lib. 4. cap. 25. huius autem lib. 6. cap. 18. non tamen eodem utuntur in ijs collocandis recensendisque ordine. Quemadmodum nihil dubito pro diuersitate exemplarium uoluntateque & sententia librariorum adhuc alios & nouos librorum sacrorum ordines reperiri, dum hic præponit librum aliquem, quem alius posteriori loco collocandum existimat, non tam ratione certa quàm beneplacito suo commotus. Verum hic non erit curiose solicitus Lector cordatus, qui nouit rei non ordinis potissimam haberi oportere curam. Neque ego tot uerbis hac de re dissevuissem, nisi intellexissem quosdam anxie huiusmodi tractationem postulare.

Ordo et numerus lib. Noui testamenti.

Noui testamenti codex absoluitur libris XXVII. Est enim Euãgelica historia quatuor & libris & authoribus descripta. Unico libro continẽtur Acta Apostolorum. S. Pauli epistolæ numerantur XIIII. nempe una quæ Romanis inscripta est, II. Corinthijs, singulæ Galatis, Ephesijs, Philippẽsibus, Colossensibus, II. rursus Thessalonicen. & totidem Timotheo, una ad Titum, una ad Philemonem, & una ad Hebræos scribitur. Sequũtur illas epistolæ Canonicæ VII. nempe una Iacobi, Petri II. Ioannis apostoli III. & Iudæ una. Postremum locũ occupat Apocalypsis siue reuelatio facta Ioanni apostolo, & edita ab eodem. His uero libris Noui testamenti canonem absolui uno ore testatur uniuersa uetustas, testantur sanctissimi quique ecclesiarũ doctores, S. Hieronymus in suis illis Præfationibus, August. de Doct. Christ. lib. 2. cap. 8. Cyprianus item in expositione symboli. Nihil ab ijs uariat Origenes, nisi quod indicat esse in hoc canone libros aliquot de quibus nonnihil aliqui ueterũ addubitarint. Nam de epistola Pauli ad Hebræos, Dico, inquit, sicut mihi à maioribus traditũ est, quia manifestissime Pauli est, et semper omnes antiqui maiores nostri ita eam ut Pauli epistolã susceperunt. Author Eusebius Ecclesiast. hist. lib. 6. ca. 18. Origenem quoque imitatus idem ille Eusebius, Ut omnem (inquit) Noui testamenti canonem designemus, primo nobis omnium Euangeliorũ cœlestis quadriga iungatur: his Acta apostolorũ copulentur: post hos Pauli epistolæ socientur, quas manifeste XIIII. esse constat, quæ in authoritate habentur. Licet non nesciam apud Latinos de epistola quæ ad Hebræos scribitur, haberi dubitationem. Consequatur uero has prima Ioannis epistola, similiter & Petri prima. Hæc sunt de quibus nulla unquã prorsus extitit dubitatio. Sequẽti loco iam sunt illa, de quibus à nonnullis dubitatũ est, Reuelatio siue Apocalypsis Ioannis, & epistola Iacobi, sed & Iudæ, Petri quoque secunda, & item Ioannis secunda & tertia, siue hæ ipsius euangelistæ, siue etiam alterius eius nominis fuerint. Hactenus ille lib. 3. cap. 3. & 25. Docui uero aliàs quorũdam hominum hæsitatione non labefactari authoritatem scripturarum, quæ non cõfirmatur hominum testimonijs iudicijsúe, sed diuina & cœlesti comprobatione. Extat in Bibliotheca ecclesiæ Tigurinæ in collegio superiori uetustissimum & emendatissimum exemplar manu scriptum Bibliorum, quod in Epistolis apostolorum primo loco collocat septem epistolas canonicas, ea tamen serie qua apud nos ordinantur, ut primo ponatur Iacobi, inde Petri, postea Ioannis, hinc Iudæ: ijs demũ subiungũtur epistolæ Pauli 14. quarum postremum locum obtinet epistola ad Hebræos. Euangelistæ in eo primas tenent, succedunt Acta: postremas post omnes uidelicet epistolas obtinet Apocalypsis. Sed hæc hactenus.

Digitized by Google

nus de numero, ordine & distinctione librorum Codicis sacrosancti, redimus modo ad argumenta & consilia singulorum utriusque testamenti librorum.

MOSES omnium sacrorum scriptorum ueluti parens & canalis aureus, per quem cœlestis doctrina à deo translata est ad homines, omnem pietatem & ueram sapientiam quinque libris complexus, mira diligētia & fide admirabili sanctissimaque, toti mundo tradidit. Quæ ab exordio mundi usque ad ætatem suam descripsit, ita descripsit, ut per manus & sancti spiritus inspirationem acceperat: legem uero ministerio dei edidit: cui gesta quadraginta annorum, quibus oberrauit Israel in deserto, quandoquidem istorum maxima pars fuerat, omniaque & uiderat & gesserat, adiecit. Continent autem libri illi historiam annorum 2570. Nam Genesis annos habet 2390. Ab Adam enim ad diluuium sunt anni 1656. à diluuio uero ad exitum Abrahæ è Chaldæa 363. inde uero ad mortem Iosephi 290. Exodus habet annos adflictionis residuos 140. primique exitus anni gesta: reliqui tres libri absoluunt 40. annorum spatium, quibus oberrarunt in deserto: qui omnes collati efficiunt annos 2570. Moses & libri eius V.

Primus liber exponit originem & caussas omniū rerum, præsertim hominis ortum, qualis fuerit ab initio, quomodo lapsus & restitutus sit, quomodo ab uno nati sint omnes, perque terras sparsi, flagitijs enormibus diluuiū in se ab irato deo deriuarint: rursus qui in illo seruati omnibus regnis dederint principiū, postremo Abrahami, Isaaci, Iacobi & Iosephi sanctorum patriarcharum qui ante legem tabularem uixerunt, uitæ describuntur, mores, illustria dicta & facta, religio, & quomodo è terra Chanaan descenderint in Aegyptum. Et ob hos aliosque uiros beatos dictus est à quibusdam hic Mosis liber primus, Liber iustorū: obtinuit tamen apud nos & maiores nostros illorum appellatio qui uocauerunt Genesim, haud dubie ab origine & generatione omnium rerum, à qua librum Moses auspicatur. Genesis.

Secundus liber indicat, quomodo Israelitæ in Aegypto per Pharaonem oppressi, duce Mose liberati, atque per mare rubrum in desertum abducti sint, quomodo contra Amalechitas pugnarint, cœlitus depluto pane pasti sint, quomodo magistratum, iubente deo, crearint, postremo & leges acceperint, ueram religionem, mores sanctos, ceremonias & ritus, denique iustam politiam describentes ac præcipiētes, ubi etiam peccatum ipsorum circa uitulum fœde designatum perstringitur. Ab exitu uero, quem præcipue exponit, totus liber dictus est Exodus. Exodus.

Huic pulchre subnectitur liber tertius, qui à Leuiticis ministerijs quæ instituit, nomen obtinuit, & appellatus est Leuiticus. Præcipit enim de Sacrificiorū speciebus, de uotis, de pollutionibus & contagione, de generali expiatione scelerum, de licito & nefario concubitu, de sanctimonia, & his rebus similibus. Spargit quædā de politia, præcipue tamen tradit ritus sacros, ut appellare liceat Ius pontificium. In hoc uidere licet quã deceat sanctos, doctos & integros esse sacerdotes. In hoc item omnia euangelij mysteria, licet typis inuoluta, ipsum Christi sacerdotium & sacrificium, adeoque tota redemptio, & omnes Christi uirtutes continentur. Leuiticus.

Quartus liber Numerorum dictus est, ideo fortassis quod in eo agitur census populi Israelitici. Describit gesta à secundo anno egressionis ad mortem usque Mosis. Referuntur in eo egregia uariorum motuum tumultuumque in republica & populo rebelli exempla: indicatur quæ sors aut quis euentus obueniat seditiosis: ostenditur & mira sors eorum qui præsunt reipub. Intoleranda & à suis & ab exteris illata ferocius patitur patientissimus & constantissimus hominum Moses, qui tamen & ipse non caret suo uitio. Multa ponuntur in hoc libro quæ ad politiam pertinent & religionem, illud maxime, quod ostenditur pontifices à reipublicæ negotijs non abhorrere, neque reipublicæ præfectum magistratum à religione alienum esse debere. Ad finē propè describuntur grauia bella, & leges quædam copiosius explicatæ in campis Moabiticis. Numerorum.

Quintus & ultimus liber Deuteronomion, id est lex secundaria, dicitur, quasi quis dicat secundum iam exposita. Hic additur superioribus à Mose ueluti Enchiridion & Compendium totius philosophiæ cœlestis, in quo continentur omnia quæ ad beate uiuendum pertinere uidentur. Commendatur breuitate, & est quasi Commentarius ac explicatio Decalogi. Voluit autem dominus hunc librum semper suorum atteri manibus. Nam in ipso ita attemperauit omnia, ut omnibus ætatibus conueniant & ordinibus. Deuteronomium.

Iosue

Digitized by Google

Iosue. Iosue liber ostendit præcipue diuinæ promissionis ueritatem, nempe quomodo post mortem Mosis Israeliticus populus in terrã promissam duce Iosue, unde & nomen obtinuit, ut à primaria eius drammatis persona, inductus sit, excisis ac deletis Chananæorum principibus ac populis, in ultionem maximorum scelerum. Suppeditat & geographiam quandam terræ sanctæ, & exhibet exemplum optimi principis & populi obsequentissimi. Historiam texit annorum fortè 26. aut 27.

Iudicum. Iudicum liber nomen accepit à Iudicibus populi Israelitici, quorum res gestas & reipublicæ administrationem præclare describit. Fuere autem in populo iudices XIII. si ipsum quoque Iosue numeres. Et iudices illi non erant principes & monarchæ, sed populi liberi pastores, præsides & consules. Depingitur ergo liberi populi adeoque libertatis status, uices, uictoriæ, clades, oppressiones, liberationes, iudicia & uarij motus. Pingũtur uarij casus, pingitur uulgi ingeniũ mutabile, & ad pessima quæque procliue: pingitur ueræ religionis cum superstitione mirabile certamen. Adiungitur præterea exemplum ac status reipublicæ in qua nullus est magistratus, sed quisque quod sibi bonum uidetur sequitur, & quem finem nimia illa licentia sortiatur, funestissimũ. Sequuntur enim bella ciuilia, & intestina pernities, miraque rerum conturbatio confundit omnia. Texitur historia annorũ 336. si uidelicet huc referas annos Iosue, & è Heli administratione priores annos 20.

Ruth. Ruth libellus à potissima persona nomen inuenit. Argumentũ planè comicum est. Habet graues tentationes, casus difficiles, sed finem sortitur lætissimum. Docet ergo uirtutibus sua parata esse præmia, & deum casibus tristibus lætissimum dare finem, modo pergamus esse honesti, nullumque laborem fugiamus sanctum. Texit item catalogum Dauidici adeoque Messiæ generis, ad consequentem historiam & cognitionem promissionum dei opidò utilem. Pertinet historia ad tempora Iudicum.

Libri Regum IIII. Sequuntur deinde duo libri Samuelis, & duo libri Melachim siue Regum. Opus hoc uarium est & multiplex, salutari & multiiuga eruditione refertũ. Confirmantur & explicantur illustrissimis exemplis & diuinæ leges & promissiones. Ducuntur ex his Psalmi & sermones siue homeliæ prophetarũ. Breuiter inter optimos, uenustissimos, doctissimos & maxime necessarios Bibliorum libros, hi non postremi sunt. Iudicum liber pinxit statum Democratiæ, siue malis Aristocratiæ, Samuelis & Regum historia Monarchiam suis coloribus delineat: ergo non tantum persona regis describitur, sed aulæ quoque & totius regni forma, boni & mali. Reperiuntur in his insignia exempla omnium ordinum, sacra & prophana, mira legum uariatio, religionis multiplex obseruatio & neglectus, egregia exempla fidei, perfidiæ, prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis, denique omnium partium uitæ: item qui boni & fideles sacerdotes, qui peruersi: qui principes boni, qui tyranni. Verum nemo potest obiter & in argumento immensam rerum augustissimarũ materiam & utilitatem amplissimam istorum librorum complecti. Primus tantũ præcipue describit Samuelis & Saulis regnum: secũdus Dauidis: tertius Solomonis gloriam pingit, & mox demonstrat quomodo præclara regna dilabantur, nisi seruentur studio ueræ pietatis, religionis, uirtutis & concordiæ: ergo posteriori parte ostenditur quomodo reges Israelitarum & Iudæorum mutuis ceciderint uulneribus, quomodo reges Aegyptiorum & Assyriorum sibi in auxilium magnis sumptibus conduxerint, adeoque & occasionem dederint inuadendi regnum Israelitarum: id quod quartus liber copiose persequitur: addens & Iudæorum fata ac excidium, quod antecessit principium captiuitatis, quæ incepit à Iechonia, & incidit in annũ à condito mundo 3430. Historia enim Samuelis complectitur annos 100. uidelicet Heli posteriores 20. Samuelis & Saulis 40. Acto. 13. & Dauidis 40. at duo libri Regum ad captiuitatem usque habent annos 423. menses 6. quibus si addideris annos historiæ Mosaicæ & Iudicum, reperies 3430. annos. His adde captiuitatis Babylonicæ 70. annos, & habebis à 20. Heli anno, 493. menses 6. Cæterum in numerum 70. annorum captiuitatis uenit libellus siue historia Hester.

Hester. Quæ enim scribuntur de Hester, uidentur facta esse sub Astyage, cui fortassis permiserat potentissimus uictoriosissimi regis Nabuchodonozoris filius & princeps monarcha Euilmerodach imperium in eas gentes quas primum caput Hester recenset. Idem dictus uidetur (quantum ex 9. Danielis capite conicctari ferè licet) Assuerus regiæ dignitatis uocabulo, qui reuera appellabatur Astyages: is uidelicet qui Cyri fuit auus maternus, pater Darij, nõ Hystaspis, sed prisci illius

Digitized by Google

ac Medi, à Xenophonte Cyaxares cognominati, qui secum in Mediam abduxit Danielem, tum quoque satrapias possidens 120. Septem enim quas pater Assuerus, sicut Hester 1. dicitur, possederat, tunc cesserant haud dubie Persis, quibus tandem & reliquæ subijciebantur, post mortem uidelicet Darij Medi, cuius filiam uxorem duxerat Cyrus, uictor, dominus & monarcha Babylonis, Mediæ & Persiæ. Verum utcunque id habeat, describitur isto libello uita aulica, stulta, insana & perniciosa. Splendent ibi, luxuque dissoluta ac perdita sunt omnia. Sunt ibidem & casus tristes, anxietates, pericula, proditiones. Conferuntur inter se Vasthi superba ac rebellis & Hester humilis, pia, obsequens & pudica. Aman exemplum præfert ambitiosi, iniusti & crudelis tyranni, qui ex modicis initijs effertur in summum dignitatis fastigium, & protinus deijcitur, ac suspendio finit uitam, exemplum instabilis fortunæ, & quid maneat crudelia consilia omnibus in aula uersantibus relinquens. Contrà uero Mardocheus typus est principis optimi, omnibusque uirtutibus exornatissimi, ergo stabilis est eius fortuna, seruatque uirtutibus suis & se & populum suum, sed & studijs suis plurimũ prodest regi extero. Quemadmodum autem libellus Ruth, ita hic quoque ex præcipua persona nomen accepit.

Sequuntur libri, qui quid à captiuitate populo dei euenerit, exponunt. Et initio quidem liber Esdræ ueritatẽ promissionis dei prædicat. Clamat enim populus Israeliticus ad dominum in Babylonica captiuitate, & exauditur à domino, Completis ergo annis septuaginta, fauore Cyri regis libertate donati redeunt in Iudæam, non sine auro & regijs muneribus quæ templo reparato inferrent. Extruunt ergo aram, & ad templi extructionem accinguntur: uerum impediuntur 42. annis. Demum sub Dario iuniore extructum & dedicatum est. Post quæ uenit Esdras, qui leges & iudicia restaurans, corrigit magna quædam ecclesiæ procerumque ecclesiæ uitia. Esdras.

Post hunc uenit & Nehemias è captiuitate in terram sanctam, qui urbem Hierosolymorũ restaurat & munit, populum præterea iniquis quorundam exactionibus oneribus usurisque leuat, mira solertia & constantia ciues asserit, & quædam in ecclesia corrigit. In his mira energia depinguntur artes & insidiæ satellitum Antichristi impedientium ecclesiæ ædificium ne procedat, docetur item quanta opus sit uigilantia & prudentia, ut hostes populi dei fallamus atque uincamus. Continet hæc historia annos 70. A primo enim anno Cyri ad 20. Darij colligũtur 58. hinc ad 32. Darij 12. anni, quibus muri urbis restituti sunt. Nehemias.

Restat adhuc liber Annalium, quem Græci & Latini in duos diuiserunt, ac Paralipomenon uocarunt, id est, præteritorum aut omissorum. In his enim quædam quæ omissa sunt in superiori Regum maxime historia plenius referuntur. Certum tamen est, hos non illos esse Annales regum Iuda aut Israelis, quorum mentio non raro fit in libris Regum. Fuerunt isti haud dubie copiosissimi rerum gestarum regum Iuda & Israelis Commentarij, qui iniuria temporum perierunt. Alijs sanè uidentur illi libri compendium quoddam & epitome esse historiæ diuinæ, Iudæ regum præcipue. Conferunt maxime ad expositionem prophetarum. Et hactenus quidem recensuimus omnes libros diuinæ historiæ quæ ab initio mundi ad reparatam usque Hierosolymorũ urbem, hoc est, usque ad tricesimumsecundum annum Darij, comprehendit annos 3488. menses 6. Tot reperiet quisquis sacram historiam diligenter euoluerit. Nos enim hanc supputationem ex annis patriarcharum, iudicum, regum ac ducum subduximus. Nec refert quod & Iosephus & Eusebius alijque multi aliud sequũtur, nos scriptores sacros adeoque ipsam ueritatem sequuti sumus. Venimus iam ad alios quoque libros diuinæ scripturæ. Paralipomenon libri.

Iob præcipue docet sacrosanctæ crucis sustinentiam, nec id philosophicis præceptiunculis, sed admirabili tractatione consideratioṅeque diuinæ prouidentiæ. Initio quidem ipsa historia, afflictio scilicet uiri iustissimi, rarumque dei iudicium præmittitur. Deinde uero hoc iudicium siue dei negotium multiplici disputatione discutitur. Postremo sequitur uictoris corona & triumphus. Atque in hoc libro plus syncerææ philosophiæ traditur, quàm in omnibus libris omnium philosophorum: quorum nulli de hoc negotio quicquam puri tradiderunt. Epicurei autem à cruce uocant ad delicias, Peripatetici inter summa mala morbos egestatem & ignominiam numerant. Stoici quidam periculis circumuentos uel præcipitio sibi uel laqueo aut sica uiolentaque morte consulere, ac sese malis subducere suadent. Alij uero alijs stultiora docent. Iob.

Psalterium. Liber Psalmorum opus est planè diuinum, uarium, mire elegans, iucundũ, utile & eruditum. Voluit autem sapientia dei quæ omnes disciplinas perstrinxit & musicam attingere, pureq; tractare, si fortè à musica impuriore ac planè lasciua homines abstrahere posset. Ergo quæcunq; Dauid cæteriq; eius gentis uiri philosophi, poetæ, sacerdotes, uiri docti, pij sanctiq; sancta & erudita cantica conscripsere de uarijs rebus per tempora uaria & diuersa, ea omnia uoluit in hoc libro semel exhibere mundo sanctissimus deus. Continẽt enim Psalmi laudes diuinas rerumq; diuinarum, uaria exempla inuocationis, supplicationis, querelarum, gratiarumactionis, pœnitentiæ. Scripti sunt alij de uarijs uitæ officijs, de egregijs dictis & factis, item de impijs dictis & factis: breuiter omnis generis formas uitæ hic liber suppeditat, docens quomodo in omnibus casibus uitæ oporteat esse animatos dei seruos. Significat autem Psalmus hymnum, carmen siue cantum, aut si mauis odam: perinde enim hæc inscriptio Liber psalmorum sonat, atq; si quis dicat, Liber odarum, siue liber Hymnorum.

Solomon. De Solomone legis 3. Reg. 4. capite, Et loquutus est Solomon tria millia parabolarum & carmina eius fuerunt quinq; & mille. Cæterum ista omnia non peruenerunt ad nos. Habuit autem in aula familiares sibi uiros sanctos ac doctos, qui ex omnibus optima quæq; & quantum nobis satis erat, sic prospiciente mundo dei prouidentia ac bonitate, collegerunt, & tribus libellis nobis tradiderunt. Primus dicitur Prouerbiorum siue sententiarum Solomonis. Ponit enim gnomas, id est

Prouerbia. communes sententias: breues quidem, sed acutas & certas, ualentes communiter ad res multas, & pro multis. His pronunciat quid uerum sit, quid falsum: quid bonum, quid malum: quid expetendum sit, quid fugiẽdum: spargit alicubi & parænes[es]. Prouerbium alioqui finierũt nonnulli apud Græcos, sermonem esse ad uitæ rationem conducibilem, moderata quadam obscuritate, multam in sese continentem utilitatem. Erasmus putauit prouerbium esse celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne.

Ecclesiastes. Secundus appellatur Ecclesiastes. Est autem Ecclesia Græcis id quod nobis concio, populus inquam euocatus ad audiendum de reipublicæ negotijs. Et Ecclesiazin est apud concionem uerba facere, Ecclesiastes uero qui publicitus orat, siue disserit apud ecclesiam multitudinemq;. Fingitur ergo in eo libello magna ex toto orbe astare populi concio, inter se de summo bono concertans, prodire autem concionatorem Solomonem, ac omnium damnare sententias, ac dicere, Vanitas uanitatũ, & omnia uanitas. Siquidẽ in prima illa libelli parte tractat famosam illam de summo bono quæstionem, quod utiq; est coniungi cum deo, & hoc in perpetuum frui. Refutat itaq; eorum opiniones, qui summum bonum constituerunt in scientia siue peritia multarum rerum, in uoluptatibus, in gloria siue excellentia, aut in diuitijs: ubi interim de iusto & moderato usu uoluptatum & facultatum præcipit. In posterioribus capitibus informat iudicium de bonis & malis, expetendis & fugiendis, idq; per huiusmodi sententias quales posuit in Prouerbijs.

Cãtica canticorum. Tertius est Canticum canticorum libellus, planè allegoricus. Figurato enim sermone docet quale & quantum bonum sit coniungi cum deo: id quod summũ bonum est. Fingitur sponsus deus & sponsa fidelis anima. Multa mentio amorum, complexuum, osculorum, pulchritudinis & formæ. Quibus adumbrauit diuini amoris ac coniunctionis diuinæ ingenium iucunditatem ac uim. Ita enim uoluit nobiscum balbutire diuina bonitas, id est, sese nobis loquendo attemperare: quãdo in rebus humanis amoribus nihil est suauius, admirabilius & efficacius. Nemo ergo fœdum amorem sibi aut lasciui obscœniue quicquam concipiet. Sacra, casta & pudica hic sunt omnia. Canticum canticorum dicitur, id quod perinde est ac si dicas, Canticum excellẽtissimum, seu carmen præstantissimum. Ea enim est euidentia & significatio geminationis Hebraicæ: ita dicunt Sanctum sanctorum, id est, sanctum sacratissimum.

Prophetæ. Sequitur iam libri siue Orationes, Sermones aut Homeliæ, Declamationesue prophetarum. Fuerunt prophetæ uates & oratores diuini, uiri philosophi seu sapientes, concionatores sacri, sacerdotes, aut alioqui è plebe selecti homines, uitæ morumq; magistri, pietate uitæ, rerum peritia, spiritu, feruore, animi constantia & dexteritate, eloquentia deniq; uberrima efficacissimaq; illustres & prorsus admirabiles. Et apud priscum illud sæculum mediæq; ætatis homines q̃ plures floruisse prophetas clarissimos constat, inter quos fuere Samuel, Helias, Nathan, Heliseus, Mi-

Digitized by Google

cheas filius Iemla, quorum sermones ex integro ad nos non peruenere, nisi quatenus eorum dicta & facta describuntur in historia sacra: interim quantum nobis necesse & satis est, ueluti per manus accepimus, orationes scilicet ac lucubrationes XVI. maxime illustrium prophetarum. Hi omnes omnia sua dicta & facta ad cōmunem Bibliorum scopum dirigunt. Partim uero historias contexunt, partim orationes componunt. In historijs exempla proponunt uitæ fidei ac uirtutum, pingunt diuinam potentiam, ueritatem ac bonitatem. In orationibus pulchre docent quale sit ingenium dei, quæ eius uoluntas, quibus oblectetur uel offendatur, quomodo illi seruiendum sit, in fide, ueritate, iustitia, integritate ac charitate. Hortantur, dehortantur, & consolantur. Grauissime accusant scelera, in primis neglectum fœderis, idololatriā & perfidiam, homicidia, periuria, fraudes, dolos, usuram, pauperum oppressionem, iniurias, stupra, luxum, adulteria, & id genus alia flagitia. Omnibus modis uocant ad pœnitentiam, proponūt promissiones & beneficia dei, præmia amplissima, minantur iram & dira dei supplicia. Rursus de semine Abrahæ, Christo domino uero deo & homine ac benedictione eius, de redemptione, iustificatione, deq; regno & uniuerso mysterio eius, item de Gentium uocatione, Iudæorum repudio, & de gloria ecclesiæ ac uirtutibus adeo clare aperteq; disserunt, ut historiam euangelicam rerum præteritarū non futurarum contexuisse uideantur. Atq; hic ille communis est scopus omnium sanctorum dei prophetarum, de quorum libris sigillatim nunc paucula subijciam. Scopus prophetarum.

Isaias liberalibus institutus artibus, prophetauit ad minimum annos 60. Floruit enim sub Ozia, Iothan, Ezechia, & Manasse, cæterum ut ex Oziæ & Manassis regno nihil accipiamus, imperium trium aliorum regum prorogatur in 61. annum. Quinq; primis capitibus sui sæculi corruptissimum statum accusat, & reuocat ad pœnitentiam. Deinde subijcit uisionem quandam sibi temporibus Iothan exhibitam. Hinc collocat orationes temporibus Achas habitas. Denunciat & peregrinis quibusdā gentibus sua fata. Præterea bellū illud Assyriacū memorabile, grauissimū & reuera admirandum diligenter describit, & quas ante hoc bellū orationes habuit ad regem & plebem. A 40. uero cap. de liberatione per Cyrū è Babylonica captiuitate prophetat, consolans populum domini afflictū, & ubiq; ueram religionē defendens, falsam oppugnans. Postremo à cap. 49. in finē usq; libri uaticinatur de Christo & ecclesia, adeo aperte ut S. Hierony. censuerit eum non tam prophetā dicendum esse q̄ euangelistā. Ita enim uniuersa, inquit, Christi ecclesiæq; mysteria ad liquidū prosequutus est, ut non putes eum de futuro uaticinari, sed de præteritis historiā contexere. Idem in præfatione 1. lib. Comment. ad Isaiam, Nullus putet me, ait, uoluminis istius argumentū breui cupere sermone cōprehendere, cū uniuersa domini sacramenta præsens scriptura contineat, & tam natus de uirgine Immanuel, q̄ illustriū patrator operum atq; signorū, mortuus ac sepultus, & resurgens ab inferis, & saluator uniuersorū gentium prædicetur. Quid loquar de physica, ethica & logica? Quicquid sanctarum est scripturarum, quicquid potest humana lingua proferre, & mortalium sensus accipere, isto uolumine continetur. Hæc Hierony. Isaias.

Ieremias propheta eloquio ad Isaiæ urbanitatem non accessit, nonnihil habens durioris stili, imò facilioris & magis ad uulgarem captum inclinantis, sed sensibus par est. Fuit è uiculo Anathot, qui ab urbe tribus distabat miliaribus, sacerdos ex sacerdotibus, & in matris utero sanctificatus. Iuuenis admodum prophetico fungi officio cœpit, & quod ipse testatur 13. Iosiæ anno docere orsus est, & post subuersam etiam urbem, id est post 40. annos, nondum prophetare cessauit, imò prophetans ob parrhesiam nimbo lapidum obtectus spiritum domino contradidisse dicitur. Accusauit peccata sæculi sui, idololatriam, perfidiam, auaritiam, fraudes, crudelitatem, luxum, uocauit item ad pœnitentiā & uirtutes. Nam fidem in deum diligenter docuit, & uitæ officia præscripsit. Disseruit & de captiuitate, captiuos consolatus est, & uicinis Gentibus excidiū prædixit. Non semel autem de Christo prophetauit & regno eius. Idem cōposuit & Threnodiam, elegiam siue carmen lugubre, quo luget inclytæ urbis & clarissimi regni interitum. In eo tamen scripti genere mira apparent diuinæ iustitiæ & bonitatis argumenta. Ieremias.

Ezechiel ortus & ipse è sacerdotibus, raptus est cum Iechonia in captiuitatem Babylonicam. Eadem uero docuit in Babylone, quæ in Iudæa sanctus Ieremias. Inserit ubiq; pro munere prophetico locos communes de Christo & regno eius. Idem prophetat & contra Tyrum & alias gen- Ezechiel.

tes

Digitized by Google

tes etiam his annuncians dei iudicia. Cæterum plurimus est in descriptione restituendi templi & urbis nouæ, mysteria haud dubie ecclesiæ inuolucro quodam inuoluta proponens.

Daniel.

Daniel iuuenis admodum cum Iechonia abductus est in Babylonem. Hic aliquot utiles & illustres sui temporis historias mira elegãtia descripsit, cuius generis sunt ueræ & falsæ sapientiæ pugna, & religionis & superstitionis certamen. Vixit ad tempora usq; Cyri regis Persici octogenarius iam & grandioris nimirum ætatis. Fuit hic tantæ sapientiæ uir, ut locum dederit prouerbio, Daniele sapientior. Eo enim usus est Ezechiel in cap. 28. Datum est ei & polyhistoris nomen ab omnibus sapientibus. Nam ut omnium regnorum fata recenset, ita breui historia uel prophetia uerius complectitur & absoluit, quod logodedali gentium uix multis incipiunt libris. Solus uere pingit res Babyloniorum, Persarum, Macedonum & Romanorum. Idem ille pingit res Christi, regnum Christi, Antichristi ortum, conscelerationem & interitum, sed & urbis & orbis excidium, iudicem Christum, iudicium extremum, corporum resurrectionem & uitam sempiternam.

Minores prophetæ.

Sequuntur prophetæ duodecim, quos appellant minores, sanè non propter exilitatẽ argumenti aut operis ac eruditionis, sed propter breuitatem, & quod superioribus quatuor, quos maiores appellant, magnitudine, prolixitate & copia sunt dispares. Primum locum obtinet Oseas, tersi ingenij & eloquij uir, nisi quod succinctior paulò est & ideo obscurior. Prophetauit maxime contra decem tribus, id est contra regnum Israeliticum, quanquam & tribum Iuda alicubi etiam perstringat. Increpat scelera sacerdotum, principum & populi. Fuit enim acer idololatriæ & scelerum insectator, religionisq; & iustitiæ ueræ constans & fortis defensor. Suadet illis pœnitentiam, ni semel perire malint. Disserit & de uocatione omnium gentium.

Oseas.

Ioel.

Ioel uidetur prophetasse temporibus Ezechiæ unà cum Isaia post excidium decem tribuum. Hortatur regnum Iuda ad pœnitentiam, proponit horrendam diem domini, miseriam interim pingens, quam pœnitenti uita effugere possint. Deinde lætiora promittit, disserens de charismatibus ecclesiæ, cuius interpretem habemus Petrum in Actis.

Amos.

Amos neq; propheta, neq; prophetæ filius, id est, nullis liberalibus artibus institutus, sed idiota & rusticus fuit, nihilominus culta acri & concisa oratione decẽ tribubus prædicat, ut reliqui prophetæ inculcans pœnitentiam. Mox in uicinas quasdam gentes eiaculatur sentẽtias compactas ex domini iusto supplicio & hominum peccato. Infestus admodum fuit religionibus Ieroboamiticis & molli sacerdotum cantui. Prophetauit & de uocatione gentium. Vixit & docuit regnante in Israele Ieroboam iuniore, & in Iuda siue Ierusalem rege Ozia.

Abdias.

Abdias disserit contra Idumæam temporibus Achab regis Israel: & quamuis omnium breuissimus sit, summatim tamen omnia religionis ueræ capita cõprehendit, Deum scilicet colendum esse, & charitate quidem colendum, hoc est, fratri nullam omnino irrogandam esse iniuriam. Dominum enim iniurias uindicare. Præterea ostendit salutem esse in Zion, in ipso uidelicet Christo & fideli ecclesia. Præcipue tamen prædicit Idumæis interitum, caussas excidij ostendit, & indicat nihil esse quod è malo impendente possit liberare.

Ionas.

Ionas typum gessit Christi morientis ac resurgentis, id quod ipse dominus apud Matthæum tradidit. Reliquit nobis historiam elegãter descriptam, quæ depingit nobis naturam dei, q̃ potens, bonus & iustus sit, quod & Gentium deus sit: q̃uana sint hominum consilia, instituta contra dominum, quæ sit uera pœnitentia, quæ hominum imbecillitas, & quod tumida caro etiam in sanctis hominibus suam existimationem cupiat esse saluam, licet id cum multorum detrimento coniunctum sit maximo. Vixit sub rege Israelis Ioram, propheta & apostolus Gentium, licet & suis hominibus prædicarit, ceu scribitur 4. lib. Reg. 14. cap.

Micheas.

Micheas uidetur fuisse imitator Isaiæ, certè ijsdem temporibus uixit, & eodem usus est mecœnate rege Ezechia sanctissimo. Declamauit præcipue contra duas tribus, deinde contra decem. Minatur illis exitium ob peccata, reuocat eos ad pœnitentiam. Inuehitur in pseudoprophetas. Prophetat de restitutione per Christum, de regno Christi, de Gentiũ uocatione. Docet euidenter salutem obtingere per Christum credentibus, & ueram pietatem uerum esse dei cultum.

Nahum.

Nahum claruit & ipse sub Ezechia, & docuit post Ionam. Perorauit contra regnũ Assyriorum & eius metropolim Niniuen. Fingit autẽ à deo fœciales literas scribi & mitti Assyrijs, qbus

Digitized by Google

bellum indicatur, ostendatur'q; quis & quàm potens sit deus ille Niniuitarũ hostis, quas ob causas delere statuat urbem tantam & regnum uetustissimum, & hypotyposi subijcit quomodo perditurus sit. Quibus sanè exhibuit egregium sed horrendum exemplum omnibus antiquis potentibus'q; sed sanguinarijs regnis: rursus consolationem eximiam ijs qui aliqua iniusta premuntur tyrannide.

Abacuk. Abacuk probabile est floruisse sæculo Manassis post captam Niniuen, & circa principiũ monarchiæ Babylonicæ. Cæterũ sub Manasse nefario & cõsceleratissimo rege subuertebatur omnis religio uera, exultabant autem scelera & impia superstitio, cædebantur multi, effundebatur sanguis innoxius, exulabat'q; omnis probitas. Videbatur aũt quibusdam deus in utranq; dormire aurem, ideo'q; acerbius expostulabant cum eo pij. Hic ergo prodit insignis propheta Abacuk, & cõsolatur afflictos, territat contrà tyrãnos. Hortatur enim pios, ne desperent in afflictionibus. Deũ enim breui uindicem affuturum, qui per Chaldæos peccata & tyrannidem sit puniturus: sed addit & hos fore insolentes, ut excedant modum, uastandos itaq; & ipsos prædicit, Iudæos uero reducendos, & tum quidem Messiam orbi fore præstandum, sub quo aurea sæcula sint futura.

Sophonias. Sophonias temporibus Iosiæ regis cum Ieremia prophetauit. Cum autem iusta reformatione religionem restituisset rex, erant inter principes & è plebe non pauci qui maluissent superstitionem, ideo'q; meliora subinde, hoc est, superstitiosiora, expectabant tempora, quibus scilicet uera religio iterum excinderetur. Horum ergo perfidam impietatem hic accusat, hortatur'q; ad pœnitentiam, prædicens pœnam infligendam per Babylonium, ad quem tamen & malum hoc aliquando etiam peruenturum sit, ut ex deuicto dei populo non adeo magnam habeat exultandi materiam. In fine dicit Zion restituendam, & uaticinatur de temporibus Christi.

Haggeus. Haggeus sub Dario Histaspe restituti populi ingratitudinem accusat, ignauiam eorum increpat quod segnius restituant templum, restitutionem ergo urget, monẽs ne hostium formidine perculsi deficiant ab opere. Ad finem manifesta ponit uaticinia de Christo & ecclesia.

Zacharias. Zacharias eodem tempore floruit quo Haggeus, idem'q; argumentũ tractauit, inhortans populum & duces maxime ad templi ædificium. Hic tamen peculiariter populi Israelitici fata uidet, plurima cum Daniele communia habet. Instituit item mores & ad uirtutes incitat. Texit & plurima & aperta de Christo & ecclesia eius uaticinia, in qua re admirabilis & in primis euangelicus est. Disserit præterea de postremis quæ post Christi ascensionẽ sequuta sunt temporibus.

Malachias. Malachias, qui ultimum locum occupat, siue is idem ille Zacharias siue Esdras (quod & S. Hieronymo uisum est) sit, siue alius quispiam scriptor diuinus, acerbe admodum accusat sacerdotes, ipsorum taxans auaritiam inexplebilem, ignauiam socordem, & libidinem fœdissimam. Accusat item murmur populi, & leuium quorundam hominum blaspheme contra deum susceptum. Postremo subijcit quædam de temporibus Christi, & de iudicio extremo, in quo cuiq; rependetur iuxta studia & opera sua. Videtur autem etiam hic propheta docuisse sub Dario.

Supputatio temporum usq; ad aduentũ Christi. Cæterum à 32. Darij anno, qui incidit in 3. annum Olympiadis 72. nihil habemus ueteris ac canonicæ scripturæ usq; ad tẽpora Christi, nisi ea quæ propheta Daniel cum Zacharia euidenter adumbrauit, nempe imperiũ à Persis transferendũ ad Macedones, ab his rursum ad tetram illam multorum'q; regnorum uastatricem belluam Romam & principes Romanos: at sub his oriturum Christũ dominum, qui peccata mundi expiet, iustitiam sempiternam adducat, gentibus'q; sibi adiũctis, Iudaicam gentem repudiet, subuerso simul templo, & urbe per Romanos radicitus excisa. Atq; harũ quidem stupendarũ profecto rerum supputationem, hoc est annorũ numerum adijciens, ait, Numerabis ab extructa siue restaurata urbe, hoc est, ab Darij 32. anno hebdomadas 69. id est, annos 483. (totidẽ enim annos efficiẽt 69. per septenarium numerũ multiplicata) & habebis annos Christi aduentus in quã in carnem. Et cum hac supputatione congruunt etiam gentiũ olympiades. Olympias apud illos habuit annos 4. Incidit ergo Darij 32. annus in olympiadis 72. annũ 3. porrò Octauij Augusti Cæsaris 42. annus, in quo constat Christũ dominũ in carnem uenisse, incidit in olympiadis 194. annum 3. iam ergo si à 194. subducas superiores 72. remanebunt 122. olympiades, quas si multiplices per quaternariũ numerũ, colliges annos 488. tẽpus uidelicet 69. hebdomadum, quinq; duntaxat annis superantibus. Dixi enim 69. hebdomades conficere

fecere annos 483. Atqui exiguus hic 5. annorum numerus tantæ luci nullas offundit tenebras. Habemus ergo in Biblijs nostris certam & continuam ab exordio mundi ad Christum usq; historiam. Et haud dubie dedisset scriptores ecclesiæ plures diuina sapientia, nisi iudicasset has notas & compendium illud Danielis sufficere pijs. Præterea non uidebantur istorum temporum gesta magnopere pertinere ad institutionem sanctorum. Fuere enim ut turbulentissima sic corruptissima quoq;. Certè quæ Iosephus in Antiquitatibus suis biblicæ historiæ adiecit non adeo multum conducunt industrijs ac pijs lectoribus. Pleraq; enim scripta sunt de dolis, mendacijs, perfidia, parricidijs & nephandis crudelibúsue dictis & factis Iudaicorum pontificum, & Herodis uiri in omni scelere & impietate trismegisti. Videntur itaq; certo, utili & sancto dei optimi consilio corruptissimi illius sæculi gesta non ad plenum esse perscripta, sed à Daniele & Zacharia perstricta tantum. Hoc enim necessarium & ita nobis utile erat. Hæc autem diximus de Veteris testamenti libris canonicis, copiosius fortasis, quamuis non sine fructu & consilio certo. Subijciemus his argumenta librorum Testamenti noui.

Inter scriptores Testamenti noui primum locum occupant Euangelistæ, id est euangelicæ historiæ scriptores. Est autem EVANGELIVM uox huius significationis noua, nouæ rei indita. Veteres enim τὰ εὐαγγέλια appellarunt præmia quæ dabantur fausta nunciantibus. Nam Cicero ad Atticum, O suaues epistolas, ait, quibus euangelium deberi fateor. Nos uero usurpamus non pro ipso præmio, sed pro ipso nuncio læto, id est, pro prædicatione rei beatæ & felicis, quod uidelicet datus est nobis à patre cœlesti filius, & in hoc omnia quæ ad beate uiuendum pertinent. Angelus enim domini apud Lucam ad pastores clamat, Ne metuatis, ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, quod obueniet toti populo, quoniam natus est uobis hodie saluator, qui est Christus Iesus. Euangelium ergo prædicat nobis gaudium & animi tranquillitatem, quæ existit ex eo quod filium suum misit deus propitiationem & redemptionem totius mundi. Quo nomine & Paulus Euangelium esse finiuit potentiam dei ad salutem omni credenti. Nam potentia dei, siue brachium dei, filius dei est Iesus Christus dominus noster, qui omnibus credentibus ad iustitiam & salutem consequendam satis est. Proinde qui hoc negotium salutis ac iustitiæ, quomodo uidelicet in mundum uenerit Christus, fidem & pœnitentiam docuerit, & mundum redemerit à diabolo & omni iniquitate, describunt, Euangelistæ appellantur. Horum autem numerantur quatuor, quanquam ipsa denominatio ad multo plures extendi posset.

Inter illos primi duo oculati & auriti testes sunt: quæ enim referunt, ea uiderunt, magnaq; gestarum rerum pars fuerunt Matthæus & Ioannes. Nam ab ipso domino Iesu inter præcipuos allecti sunt in collegium apostolicum. Et Matthæus quidem apostolus prior scripsit & edidit historiam de euangelico negotio contextam, nono demum ab ascensione domini, ut quibusdam uisum est, anno. Indicat autem pulchro & historico ordine, & mira rerum digestione & luce, natales Christi, & quæ præcesserunt reuelationem ac publicam functionem eius. Deinde uero ubi iam officio suo fungi inciperet, quomodo & quales delegerit discipulos, quod docendi genus sequutus sit, quid & quomodo docuerit: rursus quanta miracula designarit, quantáue beneficia contulerit populo: item quid egerit publice, quid priuatim, quid cum aduersarijs, quid cum amicis, quid cum infirmis & peccatoribus, quid cum obstinatis & contemptoribus. Explicat præterea quibus claruerit uirtutibus, quomodo exemplum prætulerit uitæ, quanta polluerit authoritate. Postremo quomodo à discipulo Iudæis proditus, ab his gentibus traditus, indignissime tractatus, tandem & in crucem adactus, mortuus sit & sepultus, tertia uero die resurrexerit, rediuiuum se suis exhibuerit, hinc cœlos ascenderit, missis in orbem terræ apostolis, qui omnibus salutem per mortem Christi partam nunciarent, & credentes deo totos consecrarent.

Ioannes sero tandem suam historiam de incarnato uerbo scripsisse atq; euulgasse dicitur. Viderat haud dubie quæ scripserat Matthæus, cogitauit ergo ei adijcere coronidem, doctrinarum ac sermonũ Christi maxime, earumq; rerum quæ ille uidebatur aut præterijsse aut breuius perstrinxisse. Vnde duabus his mutuo sibi nexis historijs plenissima & absolutissima habetur omniũ rerum gestarum & præclare dictorum Christi historia.

Marcum aiunt fuisse discipulum S. Petri apostoli, quisquis autem fuerit, uirum certè præstitit

eruditione, fide & diligentia admirabilem. Nam compendio quodam Euangelium docta quadam breuitate constringit, & nobis ceu epitomen euangelicæ historiæ reliquit. Sunt qui dicant illum ita descripsisse Euangelium sicuti acceperat à Petro. Incertum autem est quando ediderit.

Lucas non fuit apostolus sed apostolicus, apostolorũ inquam discipulus, & comes indiuiduus, Pauli præsertim. Hic duos conscripsit de Euangelica historia libros. Priore complexus est dicta & facta Christi, quemadmodum & Matthæus & Marcus, nisi quod quædam copiosius explicat. Posteriore exponit quibus modis Christus reliquerit terras, ubi, quo loco, quibus modis aduenerit promissus ille spiritus, quibus initijs cœperit ecclesia, quæ fuerit eius infantia, qui auctus, quæ ecclesiæ iustæ facies, quæ doctrina apostolorum, qui ueteris ecclesiæ ritus, quæ studia, quæ religio, fides, quæ doctrina falsa, quinam falsi prophetæ, qui ueri, qualia utrorunq; ingenia, quæ artes, qui mores: qualia sint mundi studia, quales persequentium animi, successus qualiaue fata, item quomodo receperit mundus Euangelium. Plurima enim scribuntur de Petri & aliorum apostolorũ concionibus & factis, de Pauli apostoli prædicatione & profectionibus. Vnde & libro nomen inditum, & Acta apostolorum appellatus est. Continet autem uniuersa Euangelica & apostolica historia annos circiter 60. Nam Christus uidetur natus fuisse annos 32. cum numeraretur 18. annus Tiberij Cæsaris, eodem autem sublatus est in crucem: inde uero ad 4. Neronis annum supputantur anni 28. Et Paulus secundo Neronis anno Romam uinctus uenit, & biennium in libera custodia exegit. Hactenus uero historiam suam texuit Lucas, qui uixit annis 84. & bona pace excedens, sepultus est in Bithynia.

Lucas.

Acta apostolorum.

Supputatio tẽporũ Noui testamenti.

Iam quod quidam nescio quorum Euangeliorum Nicodemi, Thomæ, Barptolemæi & nonnullorum aliorum meminerunt, ad ipsam Canonicorum librorum absolutionem planè nihil pertinet. Nam ipse Ioannes testatur ea quæ de Christo tradidit sufficere ad fidem faciendam quæ saluet. Vnde & B. pater Cyrillus, Non omnia, inquit, quæ fecit dominus conscripta sunt, sed quæ scribentes tam ad mores q̃ ad dogmata putauerunt sufficere: ut recta fide & operibus ac uirtute rutilantes, ad regnum cœlorum perueniamus, per Christum dominum nostrum. Præterea dubium nõ est quin cæteri apostoli uiderint quæ de Christo quatuor isti prodiderant: ergo cum agnoscerent omnia planè esse tradita quæ ad pietatem pertinent, non putarunt uel necessarium uel operæprecium fore, ut quicquam ipsi uel adderent, uel de nouo scriberẽt. Quod si scripsissent, non aliud scribere potuissent, q̃ quod priores euulgarant. Et hoc quidem in ijs quibus utimur uidere licet. Nam quãtula quæso illa diuersitas est, quæ in tribus primis apparet? Fortassis uoluerũt antiqui quatuor eiusdẽ argumẽti scriptores extare, duos scilicet apostolos, & duos apostolicos, ut collatis omnibus, colliquesceret de euangelica historia non posse neq; ampliorẽ, neq; aliam ab hac traditionẽ cõmendari scripto, etiamsi centũ huius generis prodeant scriptores, cum constet quatuor illos authores authẽticos & ueritatis testes ueracissimos, eadẽ prorsus de eodem scripsisse negotio. Igitur qui uerum fateri uoluisset, eadem nimirum dixisset quæ quatuor illi priores dixerant. At quorsum pertinebat eandem rem infinitis libris commendare ecclesijs, quæ abunde potuit quatuor testimonijs & narratione explicari? Eodem consilio uidetur & Lucas nec omnia nec omnium apostolorum acta descripsisse. Alij enim apostoli non aliam sequuti sunt rationem neq; in docendo, neq; in ratione uitæ. Possunt ergo ex unius & alterius apostoli gestis omnium aliorum gesta æstimari. Igitur prudentiæ non defectui ascribendum est, quod hactenus modo progreditur euangelica & apostolica historia.

Historia euãgelica & apostolica absoluta est.

Sequuntur nunc Epistolæ apostolorum ad diuersas ecclesias scriptæ, de fide in Christum, de pœnitentia uera uitæq; innocentia, quem quidem scopum omnes communem habent. Occasiones epistolarum diuersæ sunt, & argumenta diuersa. Prima ordine & nobilissima erudita pietate Romanis inscribitur ab apostolo Paulo, in qua Euangelium ita descripsit, sicut hoc Iudæis & Gentibus prædicauit. Ergo ante omnia disputat de peccato, & euincit omnes homines peccato esse obnoxios. Deinde differit de iustitia, & ostendit sola Christi gratia per fidẽ, & non per opera uel per merita ulla iustificari credentes. Mox effectum gratiæ & fidei explicat, docens iustificatos pœnitentem uiuere uitam, cauere sibi à sceleribus, uiuere sancte & moderate. Præterea disputat de lege & legis ui, de pugna & ingenio renati hominis, de uocatione gentium, & repudio restitutione

Scopus apostolorũ.

Ad Romanos.

quoq;

Digitized by Google

quoq; Iudæorum. Postremo uitam salutaribus & uarijs instituit præceptis.

Ad Galat. Iam ea quam Galatis scripsit, ueluti compendium ac epitome est eius quæ ad Romanos extat. In ea enim disputat de iustificatione per fidem in Christũ contra iustificationem legis & operum: format item uitam iustificatorum fide. Ab initio epistolæ multis agit de uocatione sua, ut authoritatem sibi asserat apostolicam, quam hostes gratiæ collapsam cupiebant.

Ad Hebræos. Epistola ad Hebræos elegans & doctum exemplũ est, qua ratione et quibus modis prædicarit genti Iudaicæ Christũ. Ab initio ergo ꝓtinus claris scripturæ testimonijs demonstrat Iesum Christum uerum esse deum & hominem, unde non oporteat doctrinam eius contemnere, uerũ item ac unicum esse sacerdotem hostiamq; perpetuam, ut ad expiationem & purgationem nullis opus sit Aaronicis uel sacerdotibus uel sacrificijs. Nam absolutã iustificationẽ possidere quisquis Christũ in fide possideat. Et fide omnes testamẽti ueteris sanctos placuisse deo, seruijsse ei patiẽtia, charitate & innocentia uitæ, ad quas ille uirtutes adhortatur. Ad finẽ adijcit quasdã institutiones uitæ.

Ad Ephes. Epistola ad Ephesios breue & illustre exemplũ est, quomodo Gentibus prædicarit Christum. Docet autem sola gratia in Christo per fidem iustificari credentes. In Christo enim omnẽ esse plenitudinem, & per hunc gentes reconciliari deo. Deinde uarias subijcit de officijs uitæ parænes.

Ad Coloss. Epistola ad Colossen. illius ueluti compendium est. Idem enim argumentum tractatur, & breuius quidem, nisi quod in hac seuerius increpat pseudapostolos Iudaismum miscentes Euangelio.

Ad Philip. Philippenses hortatur ex urbe misso epistolio, ne uinculis suis offendantur, sed pergant in ueritate recepta: hortatur item ut unanimes sint, & caueant à pseudapostolis, merita & legem cum Euangelio inculcantibus. Ad finem tradit salutaria quædam, ut aliâs sæpe, præcepta uitæ.

1. ad Cor. In prima epistola ad Corinthios uaria tractat, corrigit tamen præcipue uitia eius ecclesiæ. Disserit contra philosophiam sæcularem pro simplicitate euangelij, de ministerio uerbi & prouectu siue gloria quæ inde existit ad unicum deum referenda: disserit etiam contra infamem Corinthiorum luxum & libidinem: item de coniugio, diuortio, digamia & uirginitate. Disputat de fugiendis sacris peregrinis, de iustis Christianorum sacris rite celebrandis restituendisq;, de charismatibus ecclesiæ uarijs & concordia siue charitate, de linguis & usu prophetiæ, de resurrectione mortuorum, & alijs quibusdam rebus utilibus.

2. ad Cor. Posterior ad Corinth. epistola propemodum apologetica est. Confert in hac tamen legem cum Euangelio, ostendit quanta puritate euangeliũ prædicarit, quantis cum periculis, & quanto cum successu. Disserit item de beneficentia in pauperes. Postremo plurima congerit de rebus suis, pro asserenda authoritate sua contra pseudapostolos.

1. ad Thess. In priore ad Thessalonicen. laudat Thessalonicen. fidem & constantiam, quam & confirmans hortatur ut perseuerent in fide, & ut uitam puram Christoq; dignam uiuant, utq; mortuos gentili planctu non lugeant: ubi interim disputat de resurrectione mortuorum, de iudicio uenturo, de uigilia & sanctimonia Christianorum.

2. ad Thess. In posteriore præcipue pingit Antichristum & regnum eius, & fucos ignauum pecus à præsepibus arcet.

1. ad Tim. In prima ad Timotheum epistola proponit absolutissimũ exemplar pastoris siue episcopi euangelici. Nã disputat de uera siue sana & falsa peruersaq; doctrina, de uita, moribus & familia episcopi, de studio eius & cura rei ecclesiasticæ, de uitandis quæstionibus inutilibus, rixis & auaritiæ uinculis inexplicabilibus.

Ad Titum. In epistola ad Titum eadem ferè repetit, sed succinctius. Nam indicat qui nam deligendi sint ad munus pastorale. Hinc personarum & ætatum officia informat. Inculcat mysterium gratiæ & iustificationem fidei: sed & quæstiones sophisticas & hæreticos insanabiles uitare præcipit.

2. ad Tim. In 2. ad Timoth. epistola commendat Timotheo & doctrinam sanam & ecclesiam, admonet eum officij sui, & ne ullis terreatur malis, prophetatq; de apostasia sæculi postremi.

Ad Phile. Philemoni autem breui, sed mire euidenti, docto, & charitatis Christianæ referto epistolio fugitiuum seruum Onesimum diligenter commendat, è uinculis scribens ex urbe Roma. Atq; hoc est compendium cœlestis illius philosophiæ quam Paulus apostolus didicit in tertio cœlo, & in epistolis nobis reliquit.

Digitized by Google

Quæ restant apostolorũ epistolæ septẽ breues & sanctissimæ, appellantur à ueteribus & Canonicæ & Catholicæ. Canonicæ, quia maxime pertinẽt ad canonẽ scripturæ: Catholicæ aũt, quia scriptæ sunt non ad certas quasdam ecclesias, sed ad uniuersas. Et Petrus quidẽ apostolus binas scripsit. In priore hortatur ad patientiam & fidei constantiam, & obiter explicat mysteria quædam fidei. Instituit præterea uitam sanctam, coniuges, afflictos, seruos, & presbyteros siue populi pastores. In posteriore prophetat de postremis illis infelicibus, hoc est, nostris Antichristianis temporibus, monens ut synceritatem doctrinæ euangelicæ amplectamur, & mordicus retineamus. Cui quidem argumento per omnia respondet epistola Iudæ apostoli. Canonicæ epistolæ septem. Petrus. Iudas.

Iacobus apostolus sui temporis mores ac peccata uulgaria grauiter accusat, docẽs religionem ueram non uersari circa garrulitatem & inanem fidei iactationem, sed circa pietatem, quæ uere bonorũ operum ferax sit. Tradit idẽ plurima, eaq́ maxime necessaria & salutaria uitæ præcepta. Iacobus.

Ioannes apostolus & euangelista, dilectus domini discipulus, ternas scripsit epistolas. In prima inculcat charitatem & puritatem uitæ, ueræ fidei fructus. In secũda quoq; ac tertia eandem charitatem ac ueritatem commendat, monens cauendum esse ab hæreticis. Ioannes.

Vltimus liber ab eodem conscriptus apostolo, Græcum præfert titulum, nam dicitur Apocalypsis, id quod reuelationem significat. In eo enim libro prophetico dicẽdi genere pingit quæ sibi reuelarat dominus, fata ecclesiæ, & quæ ei obuentura sint ad finem usq; sæculi. Plurima in eo ex Ezechiele, Daniele, Zacharia, & alijs prophetis mutuata reperies. Ita autem placuit diuinæ bonitati, mature & in tempore ecclesiam suam futurorum admonere malorum, quo sibi caueat prudentius, & deum oret ardentius. Apocalypsis.

Plures libros non habet noui Testamenti Canon. Nec magnopere curandum existimo quod à quibusdam traditur quosdam ueterũ dubitasse de epistola ad Hebræos, de epistola posteriore Petri & Iudæ, de epistola Iacobi & Apocalypsi. Quid enim ad nos quod pauci aliquot suis affectibus corrupti de rebus certis & authenticis authoribus dubitarunt? Credendũ est planè, hos quos recensuimus libros testamenti utriusq;, à spiritu dei profectos, & à prophetis apostolisq́ domini ecclesiæ dei esse traditos: atq; in his doceri omnem ueritatem certam, nihil ijs uel erroris misceri uel mendacij. Hæc dicta est ueteribus Canonica, id est regularis scriptura, quod à deo nobis data sit uitæ & ueritatis regula, qua omnia probemus, & iuxta quam uiuamus. Hebræi appellant legem thora, quod nominis generaliter uerbo dei, adeoq; toti scripturæ sanctæ attribuunt. Significat autem thora directorium: unde & Græci uidentur mutuasse suum illud uocabulum Canon, quod & ipsum interpretari potes Directorium, lex & regula. Canonici libri.

Reliquum est, ut nonnihil dicam de libris Ecclesiasticis, quos nonnulli appellarunt Apocryphos, uocabulo rei fortè non per omnia idoneo congruoue. S. Hierony. in prologo quem nuncupauit Galeatum, postquam Canonicos lib. 22. enumerasset, consequentia appendit, Quicquid extra hos est, inter apocrypha est ponendum. Igitur Sapientia, quæ uulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor, non sunt in canone. Machabæorum primum librum Hebraicum reperi. Secundus Græcus est, quod ex ipsa quidem phrasi probari potest. Et reliqua. Porrò S. Augustinus lib. de Ciuitate dei 18. cap. 36. Machabæorũ libros dicit haberi pro canonicis ab ecclesia. Atq; idem rursus non tantum ipsis tribuit, quantum ijs qui extra contrauersiam sunt canonici: quemadmodum uidere licet in lib. eius 2. contra Gaudentij epist. cap. 23. rursus de Doct. Christ. lib. 2. cap. 8. Cæterũ D. Hierony. prologo in Prouer. Solomonis, Machabæorum libros, ait, legit quidem ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit. Atq; idem ille Hieronymus de Baruch propheta & Ieremiæ epistola, huic subiecta, scribens, attestatur ipsa in canone Hebræo non contineri, sed in uulgata modo editione. Et in prologo Danieli præfixo testatur nec Susannæ historiã, nec Hymnum trium puerorum, nec Belis Draconisq; fabulas (illius utor uerbis) apud Hebræos inueniri. Verum de Susannæ historia longe aliud uisum est Origeni, qui plurimum fidei ei tribuit, quanquam non neget apud Hebræos non inueniri. Hactenus quid alij senserint de libris Ecclesiasticis retuli. Ego uero arbitror, saluo interim omnium aliorum iudicio, istos libros rectissime Hagiographa dici posse, nimirũ à sanctis uiris de rebus scriptos sacris: post canonicos tamen libros collocandos, quippe cum quibus non parem obtinent authoritatem. Nam De libris ecclesiasticis & apocryphis. Hagiographa.

Digitized by Google

Apocrypha. Omnino discernendum puto inter libros Apocryphos & Ecclesiasticos. Significat ἀποκρύπτω occulto aut abscondo. Sunt igitur Apocrypha occulta siue latentia scripta, quæ domi quidem aut priuatim pro suo cuiq; animo phas esset legere, cæterum in publicis conuentibus, præsertim autem in templis sacris, non recitentur, neq; quisquam illorum authoritate premeretur. Cuius generis est Euangelium Nicodemi, & Thomæ, & Barptolemæi, alijq; huius notæ quamplures, quorum catalogus contexitur in Decretis canonicis, Dist. 15.

Ecclesiastici. Ecclesiastici libri dicti uidentur illi, quos, quanquā non sint in canone Hebræo, ecclesia tamen quia sancta tradunt, & canonicis non contradicunt, recipit, ac in sanctorū cœtibus legit. Nec primus hæc profero, docuit hoc ipsum ante me Cyprianus siue Ruffinus in expositione Symboli, cuius uerba, si quis requirat, hæc sunt, Sciendum est quod & alij post canonicos libri sunt, qui non canonici, sed Ecclesiastici à maioribus appellantur, ut est Sapientia Solomonis, & alia Sapientia, quæ dicitur Iesu filij Sirach, qui liber apud Latinos hoc ipso generali uocabulo Ecclesiasticus appellatur, quo uocabulo non author libelli, sed scripturæ qualitas cognominata est. Eiusdem ordinis est libellus Tobiæ & Iudith & Machabæorum libri: quæ omnia legi quidem in ecclesijs uoluerunt, non tamen proferri ad authoritatem ex his fidei confirmandā. Cæteras uero scripturas Apocryphas nominauerunt, quas in ecclesijs legi noluerunt. Tantum ille. Ex istis porrò libris Ecclesiasticis alij tradunt historiā, alij uero sunt prophetici, uitæ tradentes præcepta, quorum argumenta nunc paucis & obiter perstringemus.

Tobias. Inter historias in plerisq; exemplaribus primum locum tenet liber Tobiæ, qui mea quidem sententia multo felicius Xenophonte & Aristotele Oeconomiā tradit. Nam & exemplis uiuis omnia demonstrat, & præceptis saluberrimis, nec minus perspicuis, instituit. Tobias enim senior paterfamiliâs aduersam experitur fortunam & secundā, tam in corpore quàm in fortunis, attamen in illa rerum uicissitudine nihil bono patrefamiliâs indignū cōmittit. In summa paupertate & afflictione integram retinet religionem, & innocentiam, & iustitiam, nullibi confugiens ad fraudes, aut dolos, quibus sarciat inopiam, imò in maxima egestate beneficia præstat, dum in eo quod potest, officium faciens, sepelit mortuos. Dictis & factis, id est exemplo sanctissimo uersatur in domo sua, imperium æquum retinens in uxorem, filium, familiam. Præterea condit testamentū, instituit filium plenissime, posteritati consulit, gratum sese erga deum & homines exhibet, & ubiq; boni patrisfamiliâs munere defungitur. Cæterum Tobias iunior senioris filius, pietatis in parentes exemplum præferens, religiosus est, & sancte parentibus obsequitur, quos in omnibus colit & reueretur. Idē laboriosus est, sedulus, humanus, sobrius, castus, & in omnibus religiosus. Præterea celebratur hoc libro nuptiarum honestas: docetur quàm sancte oporteat contrahere matrimonia, & seruare contracta: itē quàm male cedat si nuptias non dextro & religioso pede accedamus. Docet noxia è domibus & familijs nullo præsentiore remedio q̄ studio pietatis depelli: crucem quoq; sanctorum felicissimum sortiri euentū: impios perpetuò in sua impietate perire: ac his sanctissimis similia multa.

Iudith. Historia Iudith, sicut & Tobiæ, à potissima persona nomen habens, mirificis coloribus pingit impiorum crudelem tyrannidem, superbiam & fastum arrogantem, & luxum perditissimum, interim maxima quæq; de suis, id est humanis, præsumentem uiribus. Amplificatur ergo Holofernis regij ducis maiestas, potentia, uirtus militaris & luxuria plus quàm Persica. Ei opponitur uidua humilis, imbellis ac fragilis, sed pia & casta, fide & precibus, humilitate & prudentia pugnans contra insuperabilem illam potentiam. Fide enim uera in deum & precibus se armans, deinde crapula ducis, cupiditate & arrogantia, sancte & prudenter utens, impium in suo ipsius impietatis laqueo capit, ac suo ipsum gladio iugulat. In his apparet mirū dei consilium, suos cruce exercentis, & non protinus liberantis, tandem uero omnem impiorum potentiam citra negotium, & non sine risu dissipantis. Exerit ergo ille semper uires suas, & liberat omnes in se sperantes. Iudith uero celebrans dei beneficium, docet nos gratitudinem, deumq; solum in bello uictoriam, & in pace felicitatem conferentem, inuocandum esse & colendum.

Susanna. Susannæ historia elegantissimum exemplum est coniugalis fidei probitatisq; matronalis. Traditur eadem deum iustos asserere innocentiamq; tueri, iniustos autem, fornicarios, adulteros, & in primis iudices iniquos punire, & mirum in modum pudefacere.

Belis & Draconis historia. Danielis & sacerdotum Belis certamen super cultu externo deorum ac idolorum, incredibili

eum iucunditate pingit uerae ac falsae religionis ingenium, huius uidelicet pudendas artes & confusionem probrosissimam, illius uero probam simplicitatē & gloriam ac uictoriā splendidissimam. Viderint autem qui eam historiam pro fabula damnant, quibus nitantur authoribus: ego uideo historiam refertissimam esse multiplici fructu & eruditione. Ita uidetur non alienum esse à calumnia quod dicitur, uix tot otij pueris in fornace fuisse, ut carmine potuerint ludere. Nam pari ratione multa possent etiam in canonicis libris eleuari. In Iona certè legitur, Et orauit Ionas ad dominum deum suum de uisceribus piscis. Non incredibile uidetur hoc, confortante Ionam domino, & de otio puerorum in fornace disputatur ab otiosis hominibus. Hymnus ipse elegantissimus est, dei praeconium ac operum eius, & inuitatio ad laudem eius. Hymnus trium puerorum.

Ezrae tertius repetit quaedam ex quarto libro Regum, & retexit pleraq; quae per librū Ezrae ac Nehemiae exponuntur, nonnulla tamen copiosius explicans, multa & egregia pietatis exempla suppeditans. Ezrae 3.

Porrò Fragmenta Hester suppeditant elegantia precum exempla, & alia quaedam utilia. Fragmenta Hester.

Machabaeorum liber primus simplicitate & puritate stili nonnihil resipit ueteris phraseos, id est canonicae scripturae, selectissima exhibens fidei exempla. Nam fidei in deū fortitudinis, magnanimitatis, temperantiae, constantiae ac pietatis in deum & patriā uiuacissima exempla sunt, cum illustrissimo heroe Matthatia patre filij clarissimi. Pugnant hi pro patria & sanctis legibus contra impios, incredibili fortuna utentes, & felicitate tamen sua non abutuntur. Nam in primis & religiose religionem & cultum dei collapsum restaurant, & rempublicam foedissime laceratam restituunt & ornant. Discant hinc iustam & religiosam militandi contra infideles rationem, quibus id muneris per legitimam dei uocationem est impositum. Casus in hoc libro uarij & admirandi eueniunt, in quibus ubiq; elucescit dei ueritas, bonitas, sanctitas, aequitas, misericordia, iustitia, & caetera quae in deo celebrat scriptura, asserentis suos, & punientis aduersarios. Ac tantus omnino hic liber est, ut boni illo non possent citra iacturam carere. Machabaeorum primus.

Secundus liber Machabaeorum stilo dissimilis est omnibus alijs libris, planè Graecus, & Graecae eloquentiae plurimum habens, cui ueteres non tantum tribuerunt, quantum primo. Multas retexit historias quae primo libro puriore simplicitate sunt expositae. Continet tamen percelebre illud septem fratrum martyrium, & Eleazari senis omnibus pijs imitandam constantiam ac fidem: quae Caecilius Cyprianus in Exhortatione ad martyrium copiose producit. Secundus Machabaeorum.

Manassis confessio formulam nobis exhibet uerae poenitentiae & iustae confessionis peccatorum apud deum faciendae. Hanc aiunt Graece repertam esse in Bibliotheca Victoriana Parisijs. Hactenus enim Latine tantum scripta extitit. Confessio Manassis.

Inter reliquos libros qui uitae instituta tradunt, merito apud plerosq; primum locum habet liber Sapientiae. Nam reuera hoc est quod audit, Sapientia, fortasses Solomonis à primis appellata authoribus: non quod putarint Solomonem illius esse authorem, sed quod sapientia quae in eo tradita est, Solomone uideatur digna. Scriptus est stilo elegantissimo. Continet sapientiae encomium, quid sit & quanta, quis eius effectus, quantopere pro ipsa consequenda laborandum & orandum sit omnibus. In his deum sanctissime celebrat, quem recte nouisse, ipsissima est sapientia. Rursus persequitur falsam sapientiam, ipsiusq; uerae sapientiae pestem funestissimam, cultum idolorum siue simulachrorum. De quo & Lactantius dixit, ibi nullam esse religionē, ubicunq; sit simulachrorum cultus. Praeterea alia quamplurima doctissime tradit, quae ad ueram uidentur pertinere sapientiam. Huc ergo accedant quicunq; uerae philosophiae discendae cupidi sunt. Liber Sapientiae.

Ecclesiasticus, qui Iesu filio Sirach inscribitur, pleraq; cum Prouerbijs Solomonis habet communia, nisi quod hic noster copiosior est, & minus difficultatis habet. Ex eo rectius & minore cum periculo discent moralem philosophiam studiosi, quàm ex ullo Platone aut Aristotele. Ad finem sere attexit praeclaram sanctorum patrum, eorumq; fidei laudem, quò fortasis respexit apostolus Paulus, cum 11. cap. epistolae ad Hebraeos conscriberet: in quo fidem quoq; antiquorum celebrauit, non tam ut cognosceremus, quàm ut imitari anniteremur. Religiosissime autem totū opus suum oratione ad deum effusa conclusit. Ecclesiasticus.

Baruch propheta sanctae ecclesiae doctoribus perfrequenti in usu fuit. Scripsit libellum in ca- Baruch.

ptiuitate

Digitized by Google

ptiuitate Babylonica. Ideo tribuit deo iustitiam, qui meritum Iudæis supplicium irrogarit, adeoq; confitetur peccatum, accusatq; Gentis suæ ceruicosam inobedientiam atq; perfidiam. Præterea ueniam orat delictorum, & ut deus sui populi misertus, tandem reducat in patriam. Iam quo fidem in cordibus illorum excitet, promittit restitutionem Israelis.

Epistola Ieremiæ. Epistola Ieremiæ inscripta & adiecta libello Baruch, admonitio est docta & euidens, ne uidelicet captiui in Babylone, à deo uero auersi, deos reuereantur Babyloniorum. Iccirco grauissime inuehitur in idololatriam, suadens ut uerum deum adorent, & ei soli seruiant.

Ezræ 4. Quartus liber Ezræ uisiones siue reuelationes habet, uaria populi dei fata continens. Cui tametsi inter hactenus recensitos minimum semper tribuerint uetusti, tamen non prorsus damnarũt. Habet enim suum usum & fructum.

His omnibus placuit iam appendere quæ præcellentiss. eruditione uir D. Theodorus Biblianuder de Ecclesiasticis libris non sine eximio lectorum fructu disseruit de Optimo genere explicandi Hebraica, in quibus & summã quoq; librorum attingit, & tempora, quæ nos non apposuimus, perstringit. Verba eius hæc sunt, Ecclesiasticos libros etiam Hagiographa nominant & sancta scripta, quæ & si non habent idoneam authoritatem roborandi ea quæ in contentionem ueniunt, ut canonici scriptores, non tamen reijciuntur ut Apocrypha, qualis fuit prophetia Eldad & Medad, Ascensio Mosis, Apocalypsis Heliæ, & multa id genus maligni spiritus commenta. Ecclesiastici autẽ libri etiã in scholã & auditoria fidelis populi admissi sunt, & tam uenerandi multis, ut Iudith

Tempora librorum Ecclesiasticorum. etiam in ordinem canonicæ scripturæ à quibusdam reponatur. Eos ordine temporum seruato enumerare placet. Pars eorum librorum continet historias à temporibus Ezechiæ usq; ad ortũ Pompei, qui primus Iudæis abstulit regnum. Tobias à D. Hieronymo ex Chaldæo sermone translatus in Latinum, sicut & Iudith, memorat res gestas in Assyrijs post abductas X. tribus in seruitutem, insigni exemplo docens pietatem mutuam parentum & liberorum & coniugum. Iudith fidei & constantiæ naturam ostendens, refert Bethuliam à duce Nabuchodonozor patris magni Nabuchodonozor, qui Zedechiam & Ioachim & Iechoniam cepit, obsessam, opera uero sanctissimæ fœminæ Iudith liberatam. Dubium uero mihi est, an eo bello factum sit, quo & Manasses rex Iudæ in Assyrios deportatus, sed mox remissus est domum. Nam illo regnante in Medis Dioees, qui & Arphaxat cognominatur, Ecbatana condidit. Quanquam non me latet Iosephũ hæc ad Cambysen traijcere. Habet Daniel appendicem de Susanna & Beli Dracone. Habet Hester quædam addititia. Ezræ tertius liber repetit de phase Iosiæ, quod in Regum libris habetur, & post reditũ è Babylonia quæ in Ezra & Nehemia, interposito certamine ingeniorum atq; sapientiæ, in quo uictor euasit Zorobabel. Machabæorum libri afflictionem Israelis per Antiochum Epiphanem & Macedonas memorant, in quibus luculentissimus typus Antichristi geritur. Pars Ecclesiasticorũ librorum de pietate atq; morum institutione disputat. Baruch enim colligens sententias Isaiæ & Ieremiæ quæ ad ψόγον idolorũ faciunt, idololatriam insectatur grauissima uituperatione. Ezræ quartus liber habet uarias prophetias, & plurimus est in uisis, ut Ezechiel, Zacharias, Daniel. Iesus filius Sirach circa Olympiadem 138. Ecclesiasticum librum edidit, quem & Sapientiam nominant, & Hieronymus apud Hebræos titulo Parabolarum inscriptum reperit. Tradit autẽ philosophiam gnomis, qui mos uetustus admodum est, & pleraq; in Ecclesiaste & Prouerbijs Solomonis ante dicta sunt. Liber Sapientiæ, qui tribuitur Philoni Iudæorum eloquentissimo & alteri Platoni, ut Critici dicunt, copiosius prosequitur & Græca eloquentia quæ in Prouerbiorum initio ad laudes ueræ sapientiæ pertinent. Oratio Manassis, quæ in Græcis exemplaribus desideratur, planè phrasim Hebraicam redolet. Tantum Theodorus noster. Nos ad institutum nostrum nunc reuertimur.

Obscuritas & errores philosophorum. Habetis Lectores quantum per argumenta & periochas complecti & proponere licuit philosophiæ nostræ cœlestis opes & eruditionem amplissimam. Dicite nunc aduersarij quid nobis deesse uideatur, aut quid à philosophia illa uestrate putetis nobis esse emendicandum? Profecto si uerum fateri uolueritis, dicetis nulla nos destitui parte ueræ eruditionis & sapientiæ. Fateor sanè nihil tradi in Biblijs de Sermocionali philosophiæ parte, uel de Physicis rebus & Mathematica. Hæ autem ueluti ancillulæ quædã sunt quæ ad illam reginã omniũ artium ac disciplinarũ perdu

erunt, informantq́; ut cum ipsa colloqui & ex ipsa diuinarū humanarumq́; peritiam ueram haurire queamus, sermocionalis præsertim. Neq; damnamus studia sobria & moderata istarum partium: imò scimus illa omnino necessaria & sobrie cognoscenda esse feliciter uolenti in studio ueræ sapientiæ uersari. Neq; succensemus si omnes philosophiæ partes diligenter cognoscantur, sed ut adsit tamen modus. Siquidem habet id quoq; & usum & fructum suum. Hoc ergo dicimus ueram illam sapientiam quæ tractat metaphysica, id est, quæ scire conuenit de deo rebusq́; intellectualibus supernaturalibusq́;, & de ethica, id est, moribus aut uirtutibus uiuendiue normis, & de politica ac œconomia, id est, de publicis & priuatis siue domesticis rebus rite adiministrandis gerendisue, non modo tradere Biblia nostra, sed melius etiam, certius, planius pleniusq́; tradere. Philosophi enim uestri de his obscura & falsa multa prodiderunt. Nam Aristoteles, qui in hac parte apud uos regnat, & tantum non pro deo adoratur, illa quæ tradit de moribus, imò & de natura, obscurauit de industria. Præterea sententijs usus est de ambiguis & in utrunq; latus flexibilibus. Nam ut omnes scriptores qui ante ipsum fuerant carpserat, ita talionem ueritus semper timuit oriturum aliquem qui ipsius dicta etiam laceraret, ergo cauit sibi semper uia qua elabi deprehensus posset, ne teneretur. Idem ipse ad Alexandrū regem testatus est, neminem commentarios suos intellecturum, nisi qui ab se domi audiuisset. Affectauit item quoddam dicendi genus pressum & astrictum Attico etiam breuius & contractius, ut interdum non tam eloqui uideatur q̄ res indicare. Id quod acerrimi iudicij uir Io. Lodo. Viues in ipso obseruauit. In Moralibus suis tradit multa impia, sanæ rationi & religioni nostræ prorsus aduersa. Plato uero qui Aristotele in multis syncerior est, circa æterni numinis maiestatē designauit quod merito omnem eius philosophandi rationem reddit suspectam. Quod enim de deo uerum cognouit, metu impeditus libere profiteri non est ausus. Habeo hic testem Iustinum philosophum & martyrem, qui in Admonitorio ad Gentes, Plato, inquit, Mosis aliorumq́; prophetarum de uno deo demonstraturus doctrinā, quam dum esset in Aegypto percepit, ueritus tamen quæ Socrati acciderant, ne in se Anytū quendam & Meletum excitaret, quibus apud Athenien. læsæ diuinæ maiestatis accusaretur, metu uidelicet cicutæ, uarium quendam & tectum inuolucris sermonem de dijs molitus est, quo eorū posset opinio stare, qui plures deos autumarent, eodemq́; pariter ijs assentiri qui contraria illis arbitrarentur, sicuti facile est deprehendere ex ijs quæ scripta reliquit. Hæc scilicet designarunt duo illi inter philosophos uiri principes & quasi dij, ergo quid expectet uir bonus è uulgo illo & turba philosophorum, si uidelicet tantæ tenebræ deprehenduntur in istis luminibus? Nemo ignorat opinor quid cæci iudicarint de anima, quantas de hac excitarint turbas, quamq́; fatuas omniq́; sale carentes effutiuerint sententias. De summo bono tot propemodum inuexerunt opiniones quot sunt in anni curriculo dies. Breuiter de nulla ferè re ad ueram beatitudinē uirtutemq́; pertinente recte iudicarunt: & tamen illos duces cæcos sequimur, illis addicti sumus, illos adoramus & admiramur plus q̄ uniuersa Biblia, imò neminem uere eruditum arbitramur, nisi in istis errorum & sordium lacunis probe sit uolutatus. Quanto rectius consultiusq́; fecere magni illi quondam in ecclesia uiri, qui deserto philosophiæ studio, in quo tamen hactenus omnium philosophantium calculo fuerant excellentissimi, totos sese contulere ad studia Bibliorū, id est philosophiæ nostræ, ueluti ex enormibus mendacijs & imposturis tenebrisq́; Cymerijs transeuntes ad illustrissimum ueritatis solem: Origenem dico, Iustinum, Pantænum, Cyprianum, & innumeros alios philosophos & oratores clarissimos, quorum spiritus nunc uiuunt apud dominum. Igitur non iubeo quenquam ad cæcos illos magistros aut ad erroneos illorum senticososq́; libros accedere, quasi in his aliquid synceri & certi sit reperturus. Ad sacra Biblia omnes quāta uoce & spiritu possum uoco. Vna enim spes homini, una salus in hac doctrina, quam nobis tradunt Biblia, posita est. Omnis sapientia hominis iusta in hoc uno est, ut quisq; deum in Christo pro suo deo cognoscat, de quo omnes omnium philosophorum libri ne uerbum quidem prodiderunt: ut cognito fide uera & spe infracta adhæreat, utq́; dominum hunc potentissimum & patrem beneficentissimū charitate & uitæ innocentia colat. Hoc nostrum dogma, hæc sententia est. Quanta itaq; uoce possum testificor, proclamo, denuncio. Hoc est illud quod philosophi omnes in tota uita sua quæsierūt, nec unquam tamen comprehendere ac tenere potuerunt, quia non recte illud quærentes aut prauam religio-

Aristoteles

Plato.

Digitized by Google

religionem tenuerunt, aut totam penitus sustulerunt. Facessant igitur illi omnes qui humanam uitam non instruunt, sed turbant. Quid enim docent? aut quem instruunt qui seipsos non instruxerunt? Quem sanare ægroti, quem regere cæci possunt? An expectabimus donec Socrates aliquid sciat? aut Anaxagoras lumen in tenebris inueniat? aut Democritus ueritatem de puteo extrahat? aut Empedocles dilatet animi sui semitas? aut Arcesilas & Carneades uideant, sentiant, percipiant? Ecce uox DE COELO ueritatē docens, & nobis sole ipso clarius lumen ostendens, aperte, diserte, certe & indubitate in Biblijs loquitur. Huc ergo nos omnes, quibus est cura ueræ sapientiæ, conferamus. Quid nobis iniqui sumus? & sapientiam suscipere cunctamur? Qui uult sapiens & beatus esse, audiat dei uocem, discat Iesum Christum dei iustitiam & sapientiam, in quo omnes thesauri sapientiæ dei & scientiæ reconditi sunt, sacramentum fidei & natiuitatis suæ norit, mundana contemnat, cœlestia suscipiat, ut post hanc miserabilem & calamitosam uitam summum illud bonum, ad quod natus est, possit adipisci.

Collatio sacrorū cum prophanis.

Verum oblectat & mire afficit in prophanis scriptoribus iucunda uarietas & tradendi modus eruditus. Age ergo, explicent nobis, si libet, modos illos tradendi pulchre & erudite uariegatos. Tradiderūt illi nobis sapientiam, inquiunt, pulcherrimis & acutissimis disputationibus, iucundissimis dialogis, epistolisq; elegātibus, ut uidere licet in Platone, Aristotele & Seneca: deinde orationibus disertissimis atq; doctissimis, ut Isocrates, Cicero & Demosthenes: amœnissimis præterea fabulis ac allegorijs, ut Homerus & Maro: sed & Sententijs, apophthegmatis, chrijs atq; prouerbijs, ut breuibus, ita omni eruditione insignibus, ceu fecerunt sapientes illi Græcorū septem, Chrysippus & Diogenianus: historijs quoq; euidentibus & picturatissimis, quod fecit Herodotus Halicarnasseus, Diodorus Siculus, & Liuius Patauinus. Cæterum si largi isti gentilium authorum prædicatores sacris ut prophanis essent assueti, inuenissent iam olim & in Biblijs illos tradendi modos uarietate iucundos & amabiles, quos ita mirantur in fucatis, fallacibus & perditis illis magistris errorum. Prædicant acutas philosophorum disputationes editas de sapientia. At Cic. lib. de Oratore 1. non ueretur dicere, Premant omnes licet, dicam quod sentio, Bibliothecas me Hercle omnium philosophorum unus mihi uidetur XII. tabularum libellus, si quis legum fontes & capita uiderit, & authoritatis pondere & utilitatis ubertate superare. Porrò quis nesciat Decalogum diuinæ legis leges XII. tabularum multis post se parasangis relinquere? Premant ergo licet & nostri illi admiratores uanarum disputationum philosophicarum præposteri, dicam & ego quod sentio & quod longe uerissimum esse credo, Bibliothecas omnium philosophorum unus decalogus, uel unus Deuteronomij libellus, si quis legum fontes capita finesq; excusserit, & authoritatis pondere & utilitatis ubertate certo & multo superare. In libro Iob disputant methodo planè philosophica uiri sapientia religioneq; admirabiles: quibus si conferas disputatores uel Platonicos uel Ciceronianos præ illis planè sordescere uidebis. Quod & Hieronymus agnoscens, Omnes leges, ait, dialectica propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo uerba plena sunt sensibus. Iam una uel eloquentissimi Pauli, uel Petri facundissimi, uel Ioannis disertissimi epistola, plus ueræ sapientiæ sanctæ, eruditionis & iustæ elegantiæ habet, quàm omnes omnium philosophorum epistolæ. Neque desunt nobis oratores clarissimi, Isaias, Micheas, Ioel, Oseas, & infiniti alij, qui de rebus utilissimis eruditissimas cultissimasq; nullo prorsus exornationis genere carentes orationes nobis reliquerunt. Miramini omnes Periclis tonitrua, Demosthenis ac Ciceronis in dicendo energiam: dicuntur hi mire auditorum animos commouisse, & quò uoluerunt impulisse. Hoc uero si tantam laudem meretur, quid de Paulo nostro dicetis, qui læto ac intrepido uultu, licet in catenis staret, coram potentissimo eodemq; eruditissimo rege Agrippa, coram principibus Syriæ, & coram ipso præside Iudææ Festo, caussam suam propriam & capitalem quidem religionisq; omnibus gentibus inuisæ, adeo docte & euidenter egit, ut ipse rex Agrippa sibiipsi ereptus clamaret, Paululum abest ut non mihi persuadeas fieri Christianum: imò ipse Festus euidentissima oratione euictus, & in stuporem abductus magna uoce clamabat, Insanis Paule, multæ te literæ ad insaniam conuertunt. Erat hic alioqui non incultus, nec indoctus, neque philosophiæ studijs infestus Festus. Quid hic obsecro in tantorum hominum corona, in tanto omnium hominum odio, in tantis accusatorum calumnijs,

Cicero.

Digitized by Google

præterea in caussa capitali, adeoq; in ipsis catenis fecisset princeps eloquentiæ uestræ Cicero? Non potuisset haud dubie metu intercluso spiritu uel uerbum singultire. Quondam enim, cum Plutarchus de eo refert, non catenis uinctus & abductus, sed lectica molli in forum deportatus, ut caussam non suam uel sui capitis, sed Milonis ageret, uisis armis Pompeianis, quæ undiq; fulgebant, stupore confusus est, tandemq; tremens, ac uoce uix faucibus euulsa, trepide sermonem incepit non dicere, sed singultire. Præterea habemus sapientiam ueram, uenustissimis quoq; allegorijs ac figmentis obtectã, in typicis uidelicet illis ceremonijs, in multis parabolis, inq; canticorum canticis: in quibus certo plura inuenies mysteria siue arcana sapientiæ uenusta, casta & utilia, q̃ in omnibus omnium epicorum, lyricorum, ac dithyrambicorum poetarum fabulis ac carminibus prophanis. Expoliunt hi sanè suaui uerborum lenocinio fabulas suas, interim uero melle litum offerunt gladium. Pleraq; enim horum prodita sunt de stupris, adulterijs, libidinibus, fraude & dolo, de crudelitate & cædibus, de inani gloria & rebus nefandissimis: nostrum poema purum est, salutare, de rebus proditum honestissimis, ergo & omnis periculi exors. Quis uero Solomone nostro breuiores, acriores, aptiores & certiores protulit omnis generis sententias? De eodem legimus 3. libro Reg. 4. cap. Et dedit deus sapientiam Solomoni atq; intelligentiam supra modum eximiam, & latitudinem cordis quasi arenam maris. Et excelluit sapientia Solomonis sapientiam omnium filiorum Orientis, atq; omnem sapientiam Aegypti. Erat enim omnium mortalium sapiẽtissimus. Et uenerũt ex cunctis populis qui audirent sapientiã Solomonis, imò & ex omnibus terræ regionibus qui audierant de sapientia eius. Venit ad ipsum & regina Sabæ regio apparatu mirifice instructa, & sapientia ad miraculum usq; pollens: quæ cum de omnibus rebus cum ipso contulisset, & politiam œconomiamq; eius diligenter perspexisset, dixisse fertur, Vera est fama quam audiuĩ in terra mea de eloquio tuo & sapientia. Nolui autem credere, donec ipsa ueni, & oculis meis omnia uidi: & ecce non est mihi nunciata uel media pars rerum tuarum, adeo excellis sapientia, & ipsam de te famam superas. Beatissimi ergo serui tui, qui stant in conspectu tuo quotidie, & audiunt sapientiam tuam. Hæc scilicet indubitata & longe maxima sapientiæ nostræ encomia nemo miratur: miranur autem fabulas quasdam & res inanes, quas de ineptissimis philosophis, de Apollonio præsertim, uanissimi homines tradiderũt, quomodo is intrauit Persas, pertransiuit Caucasum, Albanos, Schytas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit, & ad extremum latissimo Physon amne transmisso, peruenit ad Brachmanas, ut Iarcham in throno sedẽtem aureo, & de Tantali fonte potantem inter paucos de natura rerum audiret disputantem. Miramur potius Pythagoræ & Platonis studia, quorum hic Aegyptum adiisse, ille Memphyticos uates accessisse periculosissimo itinere dicitur. Subsistite hic paululum, & ut cum ratione insaniatis expendite. Laudibus & admiratione dignos existimatis, qui longinquas ad nescio quos Sophos peregrinationes susceperunt ut discerent: nostros uero illos negligitis & contemnitis, ad quos totus orbis ut disceret accelerauit, utpote intelligens numen supremum inter nostros absolutissimæ eruditionis & sapientiæ thronum ac cathedram erexisse. Qui ergo fit ut idem & uos non agnoscatis quĩ eos hoc agnouisse cernitis, quos tantopere admiramini? Iam uero tantum abest ut careamus historia, ut nostra sit antiquior, liberior & certior de rebus prodita & maioribus & utilioribus. Et M. Tullius Cicero quid sit historia describens in Oratore suo, Historia, inquit, est testis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magistra uitæ, nuncia uetustatis. Quæ si recte dixit, uere ego dixero, Christianos duntaxat ueram habere historiam. In supputatione enim & notatione temporum nihil certi inuenias, præsertim ante repertas olympiades, quæ demum Isaiæ sæculo sub rege Iotham dicuntur inuentæ, pleraq; ergo istorum confusa sunt, & indigesta nonnunquam & fabulis interrupta, maxime apud Græcos historicos, qui magis gentẽ suam euehere, q̃ ueritatem proferre studuerunt. Hinc enim Græca historia ab ipso Cicerone, Quintiliano & Iuuenali mendaciorum damnata est. Et Ioan. Lodo. Viues diserte, Quidam quo minus, inquit, possent redargui, non ausi sunt de rebus Græcorum mentiri, longe ergo petierunt historiam in qua tutius mentirentur: res Persicas, res Aegyptiacas, res Chaldæas desumpserunt sibi, ut Herodotus, quem uerius mendaciorum patrem dixeris q̃ quomodo illum uocant nonnulli parentem historiæ, & Diodorus Siculus, quem nescio cur Plinius dicat desiisse primum apud Græcos nugari, cum nihil sit eo nugacius. Præterea

frequenter

frequenter de rebus leuibus & nihili scribunt, in quibus nihil est neq; fructus neq; utilitatis. Creberrime descriptionibus otiosis ac curiosis nimis q̃ superstitiose occupati loquentiã suam ostentant, uitam hominum non erudiunt. Nostra uero paucis describit ea quæ sunt utilia, & libere quidẽ ac uere describit, apponit ubiq; temporum notas, regna pulchre discriminat, in omnibus erudit, nihil præter rationẽ dicit. Sed & sola & præ omnibus alijs uetustatis nuncia uocari meretur. Nam ab initio mundi exorsa, progreditur in ipsam usq; monarchiam Persicam ad Xerxis usq; tempora. At Iosephus contra Appionem Alexandrinum, qui historias, ait, apud Græcos conscribere tentauerunt, id est, hi qui circa Cadmũ Milesium ut Acusilaus Argiuus, & post hunc quicunq; alij fuisse referuntur, paululum tempus Persicam, ut uidere est apud Hellanicum, militiam præcessere. Proinde ibi Græcorum historici inceperunt historiam scribere, ubi nostri desierunt. Latinorum uero historici Græcis multo iuniores sunt. Claret itaq; nostra an illorum uerius & melius dicatur uetustatis nuncia. Postremo quemadmodum eruditione & iucunda uarietate sacri prophanis authoribus adeo non impares sunt, ut merito superiores habeãtur, ita gloria & illustri nominis fama in omnibus ab exordio mundi regnis excelluerunt, ut nihil agant qui aiunt uel hoc nomine commendabile esse studium philosophiæ, quod ab omnibus semper summo habitum fuerit in pretio. Vetustissima enim in orbe regna fuisse perhibentur Aegyptiacum & Assyrium. Porrò quanto in pretio habiti sint in illo Ioseph & Moses omnibus est notissimum. In hoc autem philosophiæ nostræ ueritas præcipue enituit, cum iuxta Isaiæ uaticinium ad mœnia Hierosolymorum nocte una caderent Assyriorum centena octogintaquinq; millia. Quid quod nostræ philosophiæ sectatoribus adeoq; nostris philosophis ipsum numen æternum & sapientissimum regnum concessit amplissimum, uictorijs clarum, in toto orbe illustrissimum, & super æthera notum? Certè ut de Samuelis, Iosue, Dauidis imperio nihil dicam, nónne de Solomone legimus, Magnificatus est rex Solomon super omnes reges terræ, tam in diuitijs q̃ in sapientia? Et ut in monarchia Babylonica summa potestas Danieli nostro legitur contradita, ita totum Medorũ regnum administrauit Mardochæus noster. Apud Persarum reges potentissimos Cyrum & Darium maxima quædam philosophis nostris concessa sunt. Claret hoc in Iosua, Esdra & Nehemia, quorum opera, fauore tamen Persicorum principum, & templum & urbs Hierosolymorũ reparatur. Sub Macedonico imperio transfertur lex nostra in linguam Græcam, idq; postulante & iubente gloriosissimo rege Aegypti Ptolemæo Philadelpho, qui etiam incomparabilis pretij munera ad templum Hierosolymitanum misit. At sub Romanorum monarchia per uniuersum orbem philosophia biblica sparsa, atq; adeo promptis animis recepta est à toto mundo, ut peritiores sua sponte ualedicerent impostrici uestræ philosophiæ. Quid ergo uictam & sepultam denuo ab inferis reuocare conamini? aut quid restat aliud quàm ut desertis mendacijs, totos nos antiquissimæ, certissimæ & saluberrimæ philosophiæ Biblicæ instituendos tradamus?

Gloria authorum sacrorum.

Digitized by Google

Compendium & scopus
totius sacræ Scripturæ utriusq; Testamenti.

DEVS trinus & unus.

DOcent nos libri Veteris Exod. 3. Deut. 6.
testamenti, Deum illum, quem coluerunt Adam, Noe, Abraham, & reliqui patres nostri, solum uerum esse deum, eumq; omnipotentem & æternũ, qui propter bonitatem suam, Verbo suo cœlum & terram & quæ in eis sunt, uisibilia & inuisibilia, creauit, Spiritu autem suo omnia uiuificat atq; cõseruat: à quo omnia procedunt, sine quo nihil quicquam est: iustum & misericordem, quiq; omnia operetur in omnibus, secundum uoluntatem suam æquam, iustam, bonam: quem merito uereantur & adorent omnes creaturæ. Gene. 17. Gene. 1. Psal. 33. Col. 1. Isaiæ 40. 1. Cor. 12. Psal. 145. Psal. 95.

Homo.

Ad hęc ipsum hũc deum creasse Adam primũ hominem ad imaginem & similitudinem suam, dominumq; eum constituisse omnium creatorum in terra. Gen. 1. & 2. Psal. 8.

Peccatum.

Qui quidem Adam, inuidia & fraude diaboli, creatoris sui præcepto non obediens, suo peccato, peccatum in hunc mundum inuexit tale tantumq;, ut nos secundum carnẽ ab ipso progeniti, natura filij iræ simus, & ob id morti, damnationi, iugo & tyrannidi diaboli obnoxij reddamur. Gene 3. Ioan. 8. Rom. 5. Ephes. 2. Heb. 2.

Ira, mors & damnatio.

Gratia. Promissio seu euangelium.

Porrò autem promissum fuisse à deo patre semen illud benedictũ Iesum Christũ filium suum saluatorem nostrum ipsi Adæ, Abraham, Isaac, Iacob, Dauidi & reliquis patribus, qui à peccatis & tyrannide diaboli liberaret eos, qui uiua fide huic promissioni crederent, ipsiq; Iesu Christo fiderent, liberationem hanc ab ipso & per ipsum spectantes. Est autem hæc promissio sæpissime repetita in libris Veteris testamenti. Gene. 3. & 22. 2. Sam. 7. Isaiæ 53. Iere. 23. Dan. 9. Zach. 3.

Fides antiquorum.

Lex.

Interea autẽ dum à patribus expectabatur promissa salus & liberatio, quod ea est homi-

num

Iere.17. Roma.3. num natura, tam superba atq; adeo corrupta, ut non libenter
ipsi uelint se agnoscere peccatores, quibus promisso Salutari sit
Exo.19. & 20. opus, Legem scriptam in tabulis lapideis datam fuisse à deo per
2.Cor.3. Mosen, ut per eam agnito peccato & cordis humani malitia, ar
Rom.3. & 4. dentius sitirent homines Christi aduentum, qui ipsos à peccatis
Galat.3. Rom.8. redimeret, quod lex ipsa & legis sacrificia ac hostiæ non præsta
Hebr.7. Hebr.9. bant. Erant enim umbræ & figuræ ueræ oblationis Christi, qua *Sacrificia ueterum.*
& 10. peccata omnia obliteranda erant & abolenda.

Noui autem testamenti li
Rom.9. bris docemur CHRISTVM illũ promissum (qui est super *IESVS Christus saluator mũdi mittitur.*
1.Cor.10. omnia Deus benedictus in sæcula) & in libris ueteris testamen
ti adumbratũ sacrificijs ac figuratum, missum tandem à patre
Galat.4. fuisse, eo tempore, quod apud se cõstituerat & in prophetis prę
dixerat, eo inquam tempore quo abundabat omnis iniquitas.
Luc.12.23. & 24. Missum autem & incarnatum, mortuum, & ex mortuis resusci
Rom.3. tatum, non ex bonis cuiusquam operibus, (nam omnes erant
Titum 3. peccatores) sed ut uerax, abundantes gratiæ suæ diuitias, quas
promiserat, exhiberet, & secundũ misericordiam suam nos sal
uos faceret.

In Nouo igitur testamen
Ioan.1. to planissime ostenditur, quod Iesus Christus uerus agnus, & *Quæ & quanta nobis data in Christo.*
1.Cor.5. uera mũdi hostia, uenit, ut nobis pacem cum patre conciliaret
Ephe.2. Col.1. (ipse est enim pax nostra) lauando nos à peccatis nostris in san
1.Pet.1. 1.Ioan.1. guine suo, & liberaret à seruitute diaboli (cui peccando seruie
Rom.6. Ioan.1. bamus) in filiosq; dei adoptaremur per ipsum, cohęredesq; eius
Rom.8. efficeremur.

Vt autẽ singulare hoc & *Fides.*
Ioan.16. & 14. maximum optimi dei beneficium erga nos agnoscamus, dat no
Ioan.6. bis deus spiritum suum sanctum, cuius fructus & donum est fi
Ephe.4. Heb.11. des in deum & Christum eius. Nam sine spiritu sancto, quo si
gnamur, neq; credere possumus deum patrẽ misisse Messiam,
1.Cor.12. neq; Iesum esse Christũ. Nullus enim (inquit Paulus) dicere po *Obsignatio & securitas.*
Roma.8. test Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Idem spiritus testatur
Roma.5. 1.Cor.13. spiritui nostro, quod sumus filij dei, diffundit in uiscera nostra
eam charitatem, quam describit Paulus Corinthijs: præterea *Charitas.*

Digitized by Google

Spes. spem, quæ est certa uitæ æternæ expectatio, cuius idem ipse ar 2.Cor.1.
rabo est & pignus, nobis impertitur, & alia spiritualia dona, de Ephe.1.
quibus Paulus ad Galatas. Gal.5.

Iustificatio & sanctificatio. Per hãc itaque in Christũ
fiduciã & fidem, quę per charitatẽ operatᷓ, & se charitatis operi Gal.5.
bus exerit, ad ea hominẽ mouẽs, iustificamur & sanctificamur, Iacob.2.
id est Deus & pater domini nostri Iesu Christi (qui & pater no Rom.3.
ster effectus est per ipsum fratrem nostrũ) nos pro iustis & san 1.Cor.1.
ctis habet, sua gratia (nempe propter Christi meritum ac satisfa Ioan.20.
ctionem, cui soli hæc gloria debetur, nõ ullis nostris uel meritis Rom.4.
uel operibus) non imputãs nobis ad gehennam delicta nostra. Ephe.2. Gal.2. 2.Cor.5.

Bona opera. Venit denique Christus Titum 2.
ipse ut nos per ipsum sanctificati & purificati à peccatis, uolun Matth.7.
tatem eius, operibus bonis sectantes, quæ carnis sunt abnege
mus, ac libere seruiamus ei in iustitia & sanctitate omnibus die Col.3.
bus nostris: & ut per bona opera (quæ præparauit deus, ut am Luc.1.
bularemus in illis) nos ostendamus ad hanc gratiam uocatos: Ephes.2.
Fides inanis. quæ quidẽ bona opera, qui non habet, testatur se fidem in Chri 2.Cor.6.
stum non habere, qualem ille in nobis requirit. 2.Pet.1. 1.Ioan.1. 2.3.

Christus solus omnia suæ ecclesiæ. Ad eum oportet nos acce 1.Pet.2.
dere, & alacri animo ipsum sequi, ut nos doceat & perficiat. Est Ephe.1. & 5.
enim caput corporis sui, quod est ecclesia, sanctorum commu Matt.23. & 11.
nio. Est magister noster mitis & humilis corde: exẽplar nostrũ, Ioan.13.
à quo discere oportet innocentiam, patientiam, humilitatem, so
brietatẽ, fortitudinem, constantiã, omnes deniqꝫ uirtutes & iu Matt.5.
stam recte uiuendi normã. Noster præterea episcopus & sum Luc.6.
mus pontifex, unus mediator dei & hominum, qui nũc ad dex 1.Pet.2.
terã dei patris sedet, nobis aduocatus factus, orans interpellãsqꝫ Hebr.5. 1.Tim.2.
Oratio & Gratiarumactio. pro nobis; qui proculdubio impetrabit, quod uel ab ipso, uel Roma.8. 1.Ioan.2.
ipsius nomine à patre petierimus: si modo petentes ita illum fa Ioan.15. & 16.
cturum esse crediderimus. Sic enim promisit. Et qui in Christo Matt.7. Iac.1.
sunt, pro beneficijs sibi collatis perpetuas agunt gratias. Phil.4.

Pœnitentia. Ne igitur dubitemus, si 1.Ioan.2.
quando peccauerimus, cum pœnitẽtia (ad quam nos initio sta Marc.1.

Digitized by Google

Matt. 4. Luc. 24. Heb. 4. 1. Tim. 1. Matt. 9.

tim suæ prædicationis inuitat & incitat) cumq́ fiducia accedere ad thronum gratiæ eius: credentes quod misericordiam consequuturi sumus. Nam ideo uenit ut peccatores sua gratia saluos faceret.

Venia peccatorum & indulgentiæ.

Hic nimirũ est Christus

2. Thess. 2. Matt. 24. 1. Cor. 15. 2. Cor. 5. Ioan 5. Matt. 25. 1. Cor. 15. Isaiæ 66. 1. Thess. 4.

Iesus, qui post interfectum spiritu oris sui hominem peccati, sedebit in maiestate sua, omnes iudicaturus, uniuersa prius omnium qui mortui fuerunt hominum carne è mortuis resuscitata, & redditurus unicuiq́ propria corporis prout gessit, siue bonum siue malũ: dicturusq́ est ijs qui à dextris erunt, qui in hoc mũdo futura bona expectauerint, Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Iis autem qui à sinistris, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tũc uero finis erit, cum regnum deo & patri tradiderit filius, cum quo regnabunt sancti sine fine in sæcula sæculorum.

Antichristus. Iudicium.

Vita æterna, & mors siue damnatio æterna.

Hæc ut cognoscamus, bo

2. Pet. 1. Matt. 16. Ioan. 20. Marc. ult. Ephe. 4. Rom. 4. Ephe. 5. 1. Cor. 11. Ioan. 17. Ioan. 20. 1. Ioan. 3.

nitate dei per spiritũ eius sanctum tradita sunt nobis sacra hæc Biblia, creditæ claues regni cœlorum, ipsumq́ diuinitus institutum est ministerium uerbi dei seu prædicationis euangelicæ: instituta sunt sacramenta, beneuolentiæ dei, nostræq́ redemptionis signacula siue testimonia, & arcanorum dei ac ecclesiæ mystica sacra, ut cognoscamus inquam & credamus unum solum esse deum uerum, & quem misit Iesum Christum, utq́ credentes uitam habeamus in nomine eius.

Scriptura.

Ministerii uerbi & sacramentorum.

Finis ad quem omnia dirigamus.

Præter hoc fundamẽtum

1. Cor. 3. Gal. 1.

nemo aliud potest ponere, optatq́ Paulus eum anathema esse, qui aliam fidem & salutem annunciarit quàm per Iesum Christum, etiamsi fuerit angelus de cœlo. Domino Iesu Christo regi & liberatori orbis sit cum patre & spiritu sancto honor, laus & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Anathema.

Digitized by Google

Ordo librorum Veteris testamenti.

Ordo librorum Noui testamenti.

Digitized by Google

mundi. **Hebraice Beresith.**

CAPVT PRIMVM.

De creatione cœli & terræ, adeoq; rerum omnium: de mundi opificio, ordineq; pulcherrimo creaturarum per sex dies absoluto, maxime uero de homine, cuius gratia cætera omnia creata sunt.



Act.14.c 17.f. Psal.32.a 135. *Heb.11.a IN PRINCIPIO CREAVIT DEVS COE- A
lum & terram. Terra autẽ inculta erat ac uacua, tenebræq;
supra abyssum: & spiritus dei motabat supra aquas. Di-
xitq; deus, Fiat lux: factaq; est lux. *Viditq; deus lucem q
bona esset: & diuisit deus inter lucem & tenebras, appella
uitq; deus lucem, Diem, & tenebras appellauit Noctem:
Psal.135.a 148.a Iere.10.b fuitq; uespera & mane dies [a]unus. Et dixit deus, Fiat †ex- a Vel, dies primus.
pansio in medio aquarũ, & diuidat inter aquas & aquas.
Et fecit deus expansionem istam, & diuisit inter aquas sub expansione, & inter
aquas supra expansionẽ: & fiebat ita. Appellauitq; deus expansionem, Cœlum:
Psal.32.b & 88.b 135.b Iob 38.a & fuit uespera & mane dies secundus. Et dixit deus, †Congregẽtur aquæ sub
cœlis unum in locũ, ut appareat continens: fiebatq; sic. Et appellauit deus conti
nentem, Terrã: collectionem uero aquarũ appellauit Maria: uiditq; deus q esset
bonum. Et dixit deus, Progerminet terra germen herbam seminificantẽ semen: B
lignũ frugiferũ, ferẽs fructum iuxta speciem suam, cuius semen sit in semetipso
super terram: & fiebat ita. Et protulit terra germen herbã seminificantem semen
iuxta speciem suam: & lignũ ferens fructum, quod semen [habuit] in semetipso
secundũ speciem suam: & uidit deus q esset bonum: factaq; est uespera & mane
Psal.135.b dies tertius. Dixitq; deus, †Fiant luminaria in expansione cœlorũ, ut distinguãt
inter diem & noctẽ, sintq; in signa, & stata tempora, in dies & annos. Et sint in
luminaria in expansione cœlorum, ut lumen præbeant super terrã: fiebatq; ita.
Et fecit deus duo magna luminaria, luminare [uidelicet] maius, quod domina
retur interdiu: & luminare minus, quod dominaretur noctu, tum etiam stellas.
Posuitq; ea deus in expansione cœlorum, ut lucem præberent super terram. Et
ut dominarentur die ac nocte, distinguerentq; inter lucem & tenebras. Viditq;
deus q esset bonum. Et fuit uespera & mane dies quartus. Et dixit deus, Scatu- C
riant aquæ reptile animæ uiuẽtis, & uolatile quod uolitet super terram ante ex
pansionem cœlorum. Et creauit deus cetos magnos, & omnem animam [b]ui- b Anima uiuens, pro animante, aut animato, aut uiuente.
uentem reptantẽ, quã aquę scaturierant iuxta species suas, & omne uolatile pen
natum, [quodq;] secundũ speciem suam: & uidit deus q esset bonũ. Benedixitq;
illis deus, dicẽs, Fructum edite & augescite, & implete aquas in maribus, & uo-
lucris multiplicetur super terrã. Et fuit uespera, fuitq; mane dies quintus. Et di-
xit deus, Producat terra animãs uiuens secundũ speciem suam, iumentũ, & repti
le, & bestiã terræ, secundũ speciem suã: & fiebat ita. Fecitq; deus bestiam terræ se
cundũ speciem suam, & iumẽtum secundũ speciem suam, & omne quod reptat
super terram secundũ speciem suam: & uidit deus q esset bonum. Et dixit deus,
Col.3 b Infra 5.a 9.a Faciemus hominem in imagine nostra, secundũ simulachrũ nostrum, & domi- D
nentur in piscem maris, & in uolucrem cœli, & in iumentum, & in omnem ter-
1.Cor.11.b ram, & in omne reptile quod reptat super terrã. *Creauit itaq; deus hominem
*Mat.19.a Eccli 17.a in imagine sua, in imagine dei creauit eũ, marẽ & fœminã creauit eos. Et bene-
Ibi.8.c.9.a dixit illis deus, dixitq; ad eos deus, Fructũ edite & augescite, & implete terram,

Digitized by Google

& subijcite eam,†& dominamini in piscē maris,& in uolucrē cœli, & in omnē
bestiam quæ reptat super terrā. Et dixit deus, Ecce, dedi uobis omnē herbā semi-
nificātem semen, quæ est in superficie uniuersæ terræ, & omne lignū in quo est
fructus, lignū [uidelicet] quod semen seminificat, uobis in cibū erit. At omni be
stiæ terræ, & cunctis uolucribus cœli, & omni ei quod reptat super terrā in quo
est anima uiuēs sit omne uiride olus in cibū: & fiebat ita. Et uidit deus omne, q̄d
fecerat, & ecce,† erat ualde bonū. Et facta est uespera & mane dies sextus. II.

Homini subijciuntur omnia. Infra 9.a

Eccli 39.a Marc. 7.d

De sanctificatione Sabbati ac requie, de hortis deliciarum quibus excolendis homo præficitur, deq; creatione Heuæ, atq; institutione coniugij.

A PErfecti sunt itaq; cœli & terra, & omnis exercitus illorū. Et absoluit deus
die septimo opus suū quod fecerat,†& quieuit die septimo ab omni opere
suo quod fecerat. Et benedixit deus diei septimo, & sanctificauit eum: nam eo-
dem die ab omni opere suo quieuerat, quod faciendo deus creauerat. Istæ sunt
generationes cœlorū & terræ, quæ creata erant in die quo fecerat DOMINVS
deus terrā & cœlos. Et omne [a]uirgultū agri anteq̄ esset in terra, & omnē herbā
agri anteq̄ germinaret, quoniā nō pluuerat DOMINVS deus super terrā, nec
erat homo qui coleret terrā. Et uapor ascendebat è terra, & irrigabat uniuersam

Exod.20.b Heb.4.b

a Creauerat, scilicet deus.

B superficiem terrę. Finxit igitur DOMINVS deus hominē puluerem de humo,
& inflauit in nares eius spiritū uitalem,†factusq; est homo in animā uiuentem.
Et plātauit DOMINVS deus [b]hortos delicatissimos ab Oriente, & collocauit
illuc hominē quem finxerat. Fecit etiā germinare DOMINVS deus de humo
omnem arborē uisu delectabilem & in cibū commodā: & arborē uitæ in me-
dio hortorū, arborem quoq; scientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de de
licijs ut irrigaret hortos, ut inde dilapsus fieret in q̄tuor capita. †Nomen unius
Pison: is circuit totā terram Hauila, ubi est aurū: & aurum terræ illius bonū est:

1.Cor.15.b

b Quidam legūt, hortos in Eden.

Eccli 24.e

C est quoq; illic Bdelliū, & lapis [c]Schoham. Nomen uero fluuij secūdi Gihon, is
circuit totam terrā [d]Kusch. Porrò nomē tertij fluuij est Hidekel, is cursum suum
agit ad orientalē plagam Assyriæ. Et fluuius quartus est Euphrates. Tulit itaq;
DOMINVS deus ipsum Adā, et posuit eum in hortos delicatos, ut coleret & cu
stodiret illos. †Præcepitq; DOMINVS deus homini dicēs, De omni ligno hor
torū comede, de arbore uero scientię boni & mali, de ea [inquā] haudquaq̄ co-
medas: nam quacūq; die ex ea comedes, [e]morte morieris. Et dixit DOMINVS
deus, Non est cōmodum ut homo solus sit, faciam illi adiutoriū, q̄d corā eo sit.
Finxerat enim DOMINVS deus de humo omnem bestiā agri, & omnē uolu-

c Schoham, ut quidā uolunt, Onyx est.
d Kusch Aethiopiā quidam interpretantur.

Eccli 15.a

e Potest etiā legi, certissime morieris.

D crē cœli, & adduxerat [ea] ad hominē, ut uideret q̄modo appellaret ea. (Quod-
cunq; enim nomen Adā uiuētibus indidit, hoc nomine nominabātur.) Indidit
itaq; Adā nomina cuiq; iumento, & uolatili cœli, omniq; bestiæ agri: Adæ uero
non inueniebatur adiutoriū q̄d corā eo esset. Immisit igitur DOMINVS deus
soporem in Adā, & obdormiuit, tulitq; unā ex costis eius, carnē illius loco clau
dens. †Et ædificauit DOMINVS deus costā quam tulerat de homine in mulie
rem, & adduxit eam ad hominē. Et dixit homo, Hoc nūc os ex ossibus meis, &
caro ex carne mea, propter hoc uocabitur [f]uirago, eo q̄ de uiro sumpta sit hæc.
*Propterea deseret uir patrem & matrem suā, & hærebit uxori suæ, eruntq; in
carnē suam. Erant aūt uterq; nudus Adā & uxor eius, nec erubescebāt. III.

Adā nomina imponit animātib.

Institutio sancti matrimonij. 1.Cor.11.b *Mat.19.a Marc.10.a Ephes.5.g 1.Cor.6.d

f Vira dici posset, si uir hoc fœmininum apud Latinos reciperet.

De lapsu hominis ad quem serpens impulit, de pœna utriusq;, & consolatione seu promissione homini facta.

A SErpēs †uero callidior erat omni bestia agri, quā fecerat DOMINVS deus,
qui dixit ad mulierē, Ita ne dixit deus, Non comedetis de omni ligno hor-
torum? Et dixit mulier ad serpentē, De fructu ligni hortorū comedemus, de fru
ctu uero arboris quæ est in medio hortorū, dixit deus, Ne comedatis ex ea, neq;
contingatis

Sap.2.d

Digitized by Google

2. Cor. 11. a — cõtingatis eam, ne fortè moriamini. Et dixit serpens ad mulierem, †Haudquaq̃
moriemini. Verũ deus nouit, q̃ ipso die quando comederitis ex ipsa, aperientur
Trãsgressio mandati. — oculi uestri, eritisq; sicut dij, scientes bonum & malum. Et uidit mulier q̃ arbor B
Eccli 25. d — illa esui cõmoda esset, & oculis desiderabilis, iucũdaq; arbor illa ad erudiendũ,
tulit de fructu eius, & comedit, dedit deniq; & uiro suo secũ, q & ipse comedit.
Et aperti sunt oculi amborũ: cognitoq; q̃ nudi essent, consuerũt folia ficus, fece-
runtq; sibi cinctoria. Audiuerunt aũt uocẽ DOMINI dei deambulantis in hor
tis ad aurã diei: abscõditq; se Adam & uxor illius à facie DOMINI dei inter ar-
busta hortorũ. Vocauit ergo DOMINVS deus ipsum Adã, & dixit ad eum, Vbi
es tu? Qui ait, Vocẽ tuam audiui in hortis, & extimui q̃ nudus essem, & abscon
di me. Et dixit, Quis indicauit tibi q̃ nudus esses? Nimirũ de ipsa arbore, de qua
præceperã tibi ne comederes ex ipsa, comedisti. Et dixit Adã, Mulier ipsa quam C
dedisti ut mecũ esset, ipsa dedit mihi de arbore, & comedi. Et dixit DOMINVS
deus ad mulierem, Cur hoc fecisti? Et dixit mulier, Serpens seduxit me, & come
di. Et dixit DOMINVS deus ad serpentem, Quoniã hoc fecisti, execratus es pre
omni iumento, & præ omni bestia agri, super uentrẽ tuũ gradieris, & puluerem
Semẽ saluator mundi promittitur. — comedes cunctis diebus uitæ tuæ. Ponãq; inimicitias inter te, & inter ipsam mu
lierẽ, inter semen deniq; tuũ & inter semen illius. *Ipsum cõculcabit tibi caput,
& tu conculcabis ei [a]calcaneũ. Ad mulierem dixit, Dolorem tuũ & conceptum — a Alij legunt pro calcaneo uestigium.
Euangeliũ. — tuũ cumulatissime multiplicabo, in dolore paries filios, & ad uirũ tuum erit de
1. Cor. 14. f — siderũ tuum, †ipseq; dominabitur tibi. Ad Adam uero dixit, Quandoquidẽ au- D
disti uocem uxoris tuæ, & comedisti de arbore, de qua pręcepi tibi, dicens, Non
Homo labori addicitur. — comedes ex ea, execrata est humus propter te, in dolore comedes eam cũctis die
bus uitę tuæ: spinã atq; tribulũ progerminabit tibi, & mãducabis herbã agri. In
sudore uultus tui uesceris pane, donec reuertaris in humũ, ex ea enim sumptus
es: siquidẽ puluis es, & in puluerẽ reuersurus. Et appellauit Adã nomen uxoris
suæ Heua, eo q̃ sit mater omnis uiuentis. Fecit quoq; DOMINVS deus ipsi A-
dam & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et dixit DOMINVS deus,
Ecce, homo iste factus est quasi unus ex nobis, ut sciret bonũ & malũ, & nũc [pe
riculũ est] ne fortè mittat manũ suam, & accipiat etiã de arbore uitę, & comedat,
& uiuat perpetuò. Et emisit eum DOMINVS deus ex hortis delicatissimis, ad
Homo de paradiso eijcitur. — colendã humũ de qua sumptus fuerat. Expulit itaq; hominem, & collocauit à
plaga orientali hortorũ delicatorum Cherubim, & laminam gladij micantẽ &
sese uertentem, ad custodiendum iter arboris uitæ.

CAP. IIII.

Describitur cædes Caini cruenta, adeoq; crudele parricidium, deinde qua sit pœna multatus. Recensetur genealogia eiusdem ad Lamech usq;.

Cain. Abel. — PORrò Adã cognouit Heuam uxorẽ suam, quę concepit, & peperit Cain, di- A
cens, Adquisiui uirũ cum DOMINO. Rursumq; peperit fratrẽ eius Habel,
& fuit Habel pastor ouiũ, Cain uero fuit agricola. Exactis aũt aliquot diebus, fa
ctum est ut adferret Cain de fructu telluris munus DOMINO. Sed & Habel ad
Heb. 11. a — duxit de primogenitis ouiũ suarũ, & de adipe illarũ: & †respexit DOMINVS
ad Habel, & ad munus eius, ad Cain uero & ad munus eius nõ respexit. Iratus
itaq; Cain uehementer, & cõcidit uultus eius. Et dixit DOMINVS ad Cain,
Quare succesus es tu? & cur cõcidit uultus tuus? Nõnne si bene [a]egeris, feres?
& si nõ bene egeris, ad fores peccatũ cubat? & ad te desideriũ [b]illius, & tu domi
Sap. 10. a — naberis ei. Et loquutus est Cain ad Habel fratrẽ suum. Factumq; est quũ essent B
2. Ioan. 3. b — in agro, †insurrexit Cain aduersus Habel fratrem suum, *& occidit eum. Et di
*Mat. 23. e — xit DOMINVS ad Cain, Vbi est Habel frater tuus? Et dixit [Cain,] Nescio, nun
1. Ioan. 3. b — Iud. 1. d — quid custos fratris mei ego sum? Dixit ergo [DOMINVS,] Quid fecisti? Vox
Cain maledicitur. — sanguinis fratris tui clamat ad me de humo. Nunc itaq; execratus tu è terra,

a Nisi malis legere, feret, cedet ad utilitatem: nã infinitũ est. b Illius, uidetur ad peccatũ referendum esse: sic de Bi relatiuo intelligo.

Digitized by Google

quæ aperuit os suum, ut exciperet sanguinem fratris tui de manu tua. Quũ humum excolueris, amplius nõ dabit tibi robur suum, uagus & profugus eris in terra. Et dixit Cain ad DOMINVM, Iniqtas mea maior est q̃ ut remittatur. En eiecisti me hodie è terra, & à facie tua absc̃odar, ut sim uagus & profugus in ter
C ra: fiet itaq;, ut quicquid me inuenerit, interficiat me. Et dixit ad eum DOMINVS, Propterea quidquid interfecerit Cainũ, septuplo uindicabitur. Et posuit DOMINVS signũ in Cain, ne interficeret eum quidqd inueniret illũ. Egressus itaq; Cain à facie DOMINI, habitauit ꝓfugus in *terra ab Oriẽte deliciarũ. Et cognouit Cain uxorem suam, quæ concepit & peperit Hanoch: extruensq; ciuitatẽ, uocauit nomen illius ciuitatis iuxta nomen filij sui Hanoch. Porrò ipsi Hanoch natus est Irad, Irad aũt genuit Mehuiaël, & Mehuiaël genuit Methusaël, Methusaël uero genuit Lamech. Et Lamech duxit sibi duas uxores, nomẽ unius erat Ada, & nomen alterius Zilla. Genuitq; Ada ipsum Iabal, qui fuit pater eorũ
D qui habitant in tentorijs, & peculij. Nomen uero fratris sui Iubal, qui fuit pater omnium qui tractant citharam & fides. Et Zilla quoq; genuit Tubalkain, qui ᵇexpoliebat quodcunq; opificiũ tum æris tum ferri: soror uero Tubalkain Naëma. Et dixit Lamech ad uxores suas Adam & Zillam, Audite uocẽ meam uxores Lamech, auscultate sermonem meum, quoniã uirũ occidi in uulnus meum, & puerũ in liuorem meum. Si septuplo uindicabitur Cain, certe Lamech septuagies septies. Cognouit aũt Adam rursus uxorem suam, & ipsa peperit filiũ, appellauitq; nomen eius Seth, quia posuit mihi [inquit] deus semen aliud pro Habel quem interfecit Cain. Et ipsi Seth natus est filius, & uocauit nomen eius Enos: tum cœptum est inuocari nomen DOMINI.

Henoch. Prima ciuitas. — Mathusael. — Pastores. Musica. — Artifices. — Homicidiũ Lamech. — Seth. — Religio.

** Hic legũt quidã, in terra Nod, ut Nod sit proprium loci.*

ᵇ Potest etiã legi, qui expoliebat cuncta, opifex æris & ferri.

CAP. V.

Recensetur genealogia humani generis ab initio ad Noam usq;.

A HIc est liber generationũ hominis, in die quo creauit deus hominẽ, †in simulachro dei fecit illũ, marem & fœminã creauit eos: & benedixit illis, uocauitq; nomen illorũ Adam, in die quo sunt creati. *Vixit aũt Adam centum triginta annis, genuitq; in simulachro suo, iuxta imaginẽ suam [filiũ], & uocauit nomen illius Seth. Factiq; sunt dies Adam postq̃ genuerat Seth, octingenti anni, et genuit filios & filias. Fuerunt itaq; cuncti dies Adam quos uixit, nongẽti anni, & triginta anni, & mortuus est. Et uixit Seth quinq; annis & centũ annis, & genuit Enos. Et uixit Seth postq̃ genuerat Enos, septẽ annis, & octingentis annis, & genuit filios & filias. Factiq; sunt cũcti dies Seth duodecim anni, & nongenti anni, & mortuus est. Enos uixit nonaginta annis, & genuit Kenan. Vixitq;
B Enos postq̃ genuerat Kenan, quindecim annis, & octingentis annis, & genuit filios & filias. Fueruntq; cuncti dies Enos quinq; anni & nongẽti anni, & mortuus est. Kenan uero uixit septuaginta annis, & genuit Mahalaleel. Vixit deinde Kenan postq̃ genuerat Mahalaleel, quadraginta annis & octingẽtis annis, & genuit filios & filias. Fueruntq; cũcti dies Kenan decẽ anni & nongenti anni, & mortuus est. Mahalaleel uero uixit quinq; annis, & sexaginta annis, & genuit Iared. Vixit quoq; Mahalaleel postq̃ Iared genuerat, triginta annis & octin
C gentis annis, & genuit filios & filias. Factiq; sunt cuncti dies Mahalaleel nonagintaquinq; anni & octingenti anni, & mortuus est. Porrò Iared uixit sexagintaduobus annis & centũ annis, & genuit Henoch. Deinde uixit Iared postq̃ genuerat Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias. Fuerũtq; cuncti dies Iared sexagintaduo anni & nongẽti anni, & mortuus est. †Henoch aũt uixit sexagintaquinq; annis, & genuit Mathusalah. Et ambulauit Henoch cũ deo post quã genuit Mathusalah trecentis annis, & genuit filios atq; filias. Fuerũtq; cuncti dies Henoch sexagintaquinq; anni & trecẽti anni. Et ambulauit Henoch cũ deo, & non ipse, quia tulit eum deus. Vixit autem Mathusalah octogintaseptem annis,

*Epilogus breuis superiorum. — Sap. 2.d — Eccli 17.a — Supra 1.d — *1.Par. 1.a — Adæ ætas. — Seth. — Enos. — Cainan. — Malaleel. — Iared. — Henoch — Eccli 44.c — Heb. 11.a — Mathusalah.*

Discedo hic de industria à regula grãmaticorũ, qui supra cẽtum maiorẽ numerũ præponunt, & cum copula & sine copula. Nam nec Plinius adeo religiose supra centum obseruauit, interposita coniunctione. In summa, uolui sequi Ebraica: peto ergo ueniã à delicatis auribus, & quod toties annos contra Latinum morem repeto.

1 Adam	1	930		930	726
2 Seth	130	912	800	1042	614
3 Enos	235	905	695	1140	518
4 Kenan	325	910	605	1235	421
5 Mahalaleel		895	535	1290	366
6 Iared		962	470	1422	234
7 Henoch		365	308	987	679

Digitized by Google

annis, & centum annis, & genuit Lamech. Et uixit Mathusalah postq̃ genuerat ipse Lamech octogintaduobus annis, & septingentis annis, & genuit filios & filias. Et fuerunt cuncti dies Mathusalah nouem & sexaginta anni atq; nongenti anni, & mortuus est. Lamech uero uixit octogintaduobus annis & centũ annis, & genuit filiũ. Appellauitq; nomen eius Noah, dicens, Iste cõsolabitur nos ab opere nostro, & à dolore manuum nostrarũ de terra, †cui maledixit DOMINVS. Et uixit Lamech postq̃ ipse genuerat Noah, nonagintaquinq; annis, & quingẽtis annis, & genuit filios & filias. Fueruntq; cuncti dies Lamech septuagintaseptẽ anni, & septingenti anni, & mortuus est. Noah uero fuit [a]natus annos quingentos, & genuit Noah Sem, Ham, & Iapheth.

Lamech. Noe. Gen. 3. d. Filij Noe.

a Eb. Fuit filius quingentorum annorum.

CAP. VI.

Describitur malitia & conscelerato humani generis, ob quam diluuiũ uenit, in quo seruatur Noah per arcam, prouidente hoc domino: & de structura arcæ.

ET factum est, quum cœpissent homines multiplicari super terrã, nataeq; essent illis filiæ. Viderunt [a]filij dei filias hominũ, ꝙ elegantes essent, & duxerunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Dixitq; DOMINVS, Non [b]cõtendet spiritus meus perpetuò cũ homine, eo ꝙ caro est, eruntq; dies illius centum & uiginti anni. Fuerunt uero in diebus illis [c]Nephilim in terra, & etiã posteaq̃ filij dei ad filias hominũ uenissent, & illæ genuissent eis, isti [facti sunt] robusti à sæculo, uiri celebres. Videns autem DOMINVS ꝙ multa esset malitia hominum in terra: & [ꝙ] omne figmentũ cogitationum cordis humani dũtaxat malum esset, idq; omni tempore, †pœnituit DOMINVM ꝙ fecisset hominem in terra, & contristauit sese in corde suo. Et dixit DOMINVS, Delebo hominem quem creaui, à superficie terræ, tam homines q̃ iumenta, tam reptilia q̃ uolatilia cœli, pœnitet enim me ꝙ fecerim eos. Noah autem nactus est gratiam in oculis DOMINI. Istæ sunt generationes Noah. Noah uir fuit iustus & integer suo sæculo, cum deo ambulauit Noah. Genuitq; Noah tres filios, Sem, Ham, & Iapheth. Corrupta erat autem terra coram deo, & impleta uiolentia. Et uidit deus terrã, & ecce corrupta fuit, nam omnis caro corruperat uiam suam super terram. Dixit itaq; deus ad Noah, Finis uniuersę carnis uenit corã me, nam repleta est terra uiolentia coram illis, & ecce, ego perdã eos cum ipsa terra. Fac tibi arcã de lignis [d]Gopher, in [e]mansiones interstingues arcã, & bituminabis eã intus & extra bitumine. Et hoc [modo] facies eam, trecentorũ cubitorũ erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo eius, & triginta cubitorũ altitudo eius. Fenestram facies arcæ, & ad cubitũ eam superne consummabis: ostiũ uero arcæ in latere eius pones, infimis, secundarijs, & tertiarijs [interstitijs] facies eam. Et ecce ego, ego [inquã] adduco defluxum aquarũ super terram, ad perdendũ omnem carnẽ in qua est spiritus uitalis sub cœlis, quidquid est in terra expirabit. Et [f]confirmabo fœdus meum tecũ, uenies'q; in arcam tu & filij tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorũ tecum. Et ex omni animanti, omniq; carne bina de singulis duces in arcam, ut uiua seruentur tecum, mas aũt & fœmina erunt. De uolucre quoq; iuxta speciem suam, & de iumento iuxta speciem suam, & de omni reptili terræ iuxta speciem suam, bina ex omnibus uenient ad te, ut conseruentur. Et tu tolle tecum ex omni cibo qui comeditur, & colliges ad te, ut sit tibi & illis in escam. Quod fecit Noah, iuxta omnia quæ præcepit ei deus sic fecit.

Causa diluuij. Centum uiginti anni dati ad conuersionem. Cordis malitia deũ irritat. Infra 8. d. †1. Re. 15. c. Ambulare cum deo. Eccli 44. c. Forma arcæ.

a Quidam pro filijs dei legunt filij principum, alij filij Elohim.
b Pro contendet alij dicunt, iudicabit, litigabit.
c Nephilim à cadendo nomen habẽt, ego dicerem Defectores, alij gigantes.
d Gopher, quidã pinum, quidã cedrum, quidã cupressum exponunt.
e Ebr. Nidos facies ipsam arcam.
f Ebr. Faciam stare, seu erigam fœdus.

CAP. VII.

Ingreditur Noah arcam iuxta præceptum domini: uenit diluuium, & perelit omnia præter Noah & quæ cum eo sunt.

DIxitq; DOMINVS ad Noah, †Ingredere tu & omnis domus tua in arcã, quia uidi te iustũ coram me in generatione ista. Ex omni iumento mũdo accipies tibi [a]septena, marem & fœmellã eius, de iumento uero immũdo bina, marem & fœmellã eius. De uolucre quoq; cœli septena, marem & fœminã, ad-

1. Pet. 2. b

a Ebr. Septem & septem.

b Ebr Ad uiuificandum semen super faciem uniuer.

c Eb. Filius sexcentorum annorum.

b seruãdum semen super uniuersam terram. Quoniam intra septem adhuc dies
ego pluam super terram quadraginta dies, & quadraginta noctes, & delebo è
B terra omnem substantiam quam feci. Fecit itaq; Noah iuxta omnia quæ præ-
ceperat illi deus. Noah autem c natus erat sexcentos annos, quando defluxus
aquarũ factus est super terram. †Venit itaq; Noah & filij eius, uxor eius & uxo Matt. 24. d
res filiorum suorũ cum eo ad arcam, propter aquas diluuij. De iumento mun Luc 17 f. 1. Pet. 3. d
do, & de iumento immundo, & de uolucre, deq; omni eo quod reptat super ter
ram, bina uenerunt ad Noah in arcam, mas & fœmina, quemadmodum deus
mandauerat ipsi Noah. Et factum est [post] septem dies, uenerunt aquæ dilu
uij super terram. In anno sexcentesimo uitæ Noah, mense secundo, decimosepti
mo die mensis, eodem scilicet die, rupti sunt omnes fontes, abyssi magnæ, & fe-
nestræ cœli apertę sunt. Et fuit pluuia super terram quadraginta dies, & quadra
C ginta noctes. Ipso eodẽ die ingressus est Noah, Sem, Ham, & Iapheth filij No-
ah, & uxor Noah, tresq; uxores filiorũ eius cum eis in arcam. Ipsi & omne ani-
mans iuxta speciem suam, & omne iumentum iuxta speciem suam, omneq; re-
ptile quod reptat super terram iuxta speciem suam, & omne uolatile iuxta spe-
ciem suam, omne deniq; uolatile, omneq; pennatum. Veneruntq; ad Noah in
arcam bina ex omni carne in qua fuit spiritus uitalis. Et introeuntes mas & fœ
mina ex omni carne uenerunt, quemadmodum præceperat illi deus, & clausit
DOMINVS post eum. Stagnauitq; diluuium quadraginta dies super terram, Moses aquarum diluuij.
D & auctæ sunt aquæ, sustuleruntq; arcam, ut eleuaretur supra terram. Inualuerũt
itaq; aquæ, auctæq; sunt uehementer super terram, incessitq; arca super aquas.
Inualuerunt autem aquæ supra modũ in terra, opertiq; sunt omnes montes ex-
celsi, qui fuerunt sub uniuerso cœlo. Quindecim cubitis inualuerunt aquæ su-
perne, ut operirentur montes. †Et expirauit omnis caro quæ reptabat super ter Sap. 10 a
ram, uolucrum, iumentorum, bestiarum, omniumq; reptilium quæ repunt su- Eccli 39 c
per terram. Vniuersi deniq; homines, & quidquid erat in cuius naribus spirabat Diluuio pereũt omnia.
flatus uitæ, de omnibus quæ in sicco [degunt] mortua sunt. Deletumq; est omne
quod subsistebat, quodq; erat in superficie humi tam homines quàm iumenta,
reptilia, uolucres deniq; cœli: deleti inquam sunt de terra, ut solus Noah super-
stes maneret, & quæ cum eo erãt in arca. Auctæ sunt itaq; aquæ super terram cen
tum quinquaginta diebus.

CAP. VIII.

Quomodo remiserint aquæ, & quid post egressum Noah *ex arca deinceps factũ sit.*

a Eb. Pertransire fecit.

b Eb. Eundo & redeundo.

c Ararat Armeniam ferè exponunt.

d Ebr. Exibat & redibat.

A ET recordatus est deus ipsius Noah, cunctorumq; animantium, & omnium
iumentorum quæ erant cum eo in arca, & a adduxit deus uentum super ter
ram, & remiserunt aquæ. Et obstructi sunt fontes abyssi, atq; fenestræ cœli, & co Imminuuntur aquæ rursum.
hibita est pluuia de cœlo. Et reuersæ sunt aquæ de terra, b magis magisq; decre-
scentes, imminutæq; sunt aquæ post centum quinquaginta dies. Septimo uero Arca requiescit.
mense decimaseptima mẽsis resedit arca super montes c Ararat. Et aquæ quidem
magis magisq; decrescebãt usq; ad decimum mensem, decimo enim mense pri
ma [die] mensis uisa sunt cacumina montium. Factum est autem post quadra-
ginta dies, ut Noah aperta fenestra arcæ quam fecerat, coruum emitteret, qui e-
B gressus d ultro citroq; uolitabat, donec siccarentur aquæ super terram. Emisit
quoq; columbam à se, ut uideret si imminutæ essent aquæ à superficie humi, at
columba non inueniens quo pedem reponeret, reuersa est ad eum in arcã, erant
enim aquæ in superficie uniuersæ terræ. Ille uero exerta manu recepit eam, in-
troduxitq; eam ad se in arcam. Porrò quum expectasset adhuc alios septẽ dies,
rursus emisit columbã ex arca, quæ ueniens ad eum sub uesperam, folium oleæ
decerptum in ore suo [gestabat.] Cognouit ergo Noah quod aquæ imminu-
tæ essent super terram. Expectatis autem adhuc septem diebus alijs, rursum emi

Digitized by Google

sit columbam, quæ ultra non est reuersa ad eum. Factumq; est sexcentesimo pri-
mo anno, [mense] primo eiusdemq; primo [die] exiccatæ sunt aquæ de terra,
amouitq; Noah operculum arcæ, & prospexit, & ecce superficies terræ erat sicca
ta. Porrò in mense secundo, uigesimoseptimo die mensis, arefacta est terra. Lo- C
quutus est autẽ DOMINVS ad Noah, dicens, Egredere ex arca, tu & uxor tua,
filij tui & uxores filiorum tuorum tecum, cuncta animantia quæ tecum sunt, ex
omni carne, tam in uolatili, quàm in iumento, tum etiam omni reptili quod re-
Gene. 1. d Infra 9. a ptat super terram, educ tecum, ut repant in terra, †fructum edant atq; augescant.
Egressus est itaq; Noah, & filij eius, & uxor eius, uxores deniq; filiorũ eius cum
eo, sed & omnia animãtia, & reptilia, deniq; & uolatilia omnia, imò quidquid
repit super terram, egressa inquam sunt ex arca iuxta familias suas. Aedificauit D
autem Noah aram DOMINO, & accepit ex omni pecore mundo, & ex omni
uolucre mundo, & obtulit holocausta super aram. Odoratusq; est DOMINVS
odorem ᵉsuaueolentẽ, & dixit DOMINVS ad cor suum, Posthac non amplius — e Eb. Odorem quietis aut tranquillitatis, quod tranquillarent dominum.
Cor hominis malum. Supra 6. a execrabor terram propter hominem, †figmentum enim humani cordis malum
est ab adolescentia sua, neq; percutiam ultra omne uiuens quemadmodũ feci.
*Ge. 45. a *Adhuc [erunt] omnes dies terræ, sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hy-
Iere. 33. d ems: dies & nox non cessabunt.

CAP. IX.

Fœdus init deus cum Noah, & quædam præcepta ei præscribit: describitur quoque eius ebrietas & nuditas, filiorum deniq; execratio & benedictio.

Cõfirmatio coniugij. Sup. 1. c ET benedixit deus Noah & filijs eius, dixitq; ad eos, †Fructũ ferte & multi A
8. c fiatis, repleteq; terrã. Pauor & tremor uester erit super omne animãs terræ,
& super omne uolatile cœli, quidquid mouetur aut repit in terra, quidqd est in
Concessio ciborum. piscibus maris, traditũ est in manus uestras. Quidquid †mouet, quidquid uiuit,
Gene. 1. d sit uobis in escam, quasi herbam uirentem dedi uobis omnia. Veruntamen car-
nem in anima sua sanguine [scilicet] suo non comedetis. Etenim sanguinem
uestrum animarũ uestrarum requirã, de manu [inquam] cunctorũ animãtium
requirã eum, tum etiã de manu hominis, et de manu uiri fratris eius requirã ani
Ius gladij. mam hominis. †Qui effundit sanguinẽ hominis, huius sanguis per hominem B
Matt. 26. c Apoc 13 c effundetur, quoniam *in imagine dei fecit hominem. Vos autem fructũ edite,
*Gene. 1. d augescite, prolificate in terra, & multi fiatis in ea. Dixit quoq; deus ad Noah &
ad filios eius qui cum eo erant, nempe sic, Ecce confirmo fœdus meũ uobiscum,
& cum semine uestro post uos, & cum omni anima uiuẽte quæ uobiscũ est, tam
in uolatili q̃ in pecore, & in omni bestia terræ quæ est uobiscum, ex cunctis quæ
Esaiæ 54. c ex arca egressa sunt, iuxta cuncta animãtia terræ. †Cõfirmaui aũt fœdus meum
uobiscũ, ut nõ excindatur ultra omnis caro aquis diluuij, neq; erit amplius dilu
uium ad dissipandũ terram. Et dixit deus, Hoc erit signum fœderis, quod ego do C
inter me & inter uos, & inter omnem animã uiuentem quæ uobiscum est, in ge
Signum fœderis iris in nubibus. nerationes perpetuas. Arcũ meum posui in nube, eritq; signum fœderis inter me
& terram. †Eritq; quum obnubam nubem super terram, tum cõspicietur arcus
Eccli 43. b in ipsa nube. Tum recordabor fœderis mei quod est inter me & uos, deinde etiã
inter omnem animã uiuentem in omni carne, nec erũt ultra aquæ in diluuium,
ut dissipent uniuersam carnem. Quin arcus in nube erit, quem cũ uidero, recor-
dabor fœderis perpetui, [quod est] inter deum & inter omnem animã uiuẽtem
in omni carne quæ est super terrã. Dixitq; deus ad Noah, Hoc est signũ fœderis
quod constitui inter me & omnem carnem quæ est super terrã. Erant autem filij
Noah qui egressi erãt ex arca, Sem, Ham, & Iapheth. Porrò Ham pater fuit Cha
naan. Tres isti filij sunt Noah, & ab his dispersa est uniuersa terra. Cœpit autẽ D
Noah uir agricola plãtare uineam. Quumq; de uino biberet, inebriatusq; esset,
nudauit sese in ᵃtentorio. Porrò Ham pater Chanaan, quũ uideret uerenda pa- — a Eb In medio tentorij sui.

Digitized by Google

tris sui, indicauit [hoc] duobus fratribus suis, qui erant foris. Et sumpto Sem atque
Iapheth uestimento suo, posuerunt illud super humerum amborũ, & accedentes
retrorsum, operuerunt uerenda patris sui, auersis scilicet faciebus suis, ne uiderẽt
uerenda patris sui. Quumque euigilasset Noah à uino suo, & resciuisset quæ fece *Patris irri- sor maledi- citur.*
rat ei filius suus minor natu, dixit, Execratus Chanaan, [b] infimus seruus sit fratrũ
suorum. Dixitque, Laudandus DOMINVS deus Sem, sitque Chanaan illi seruus.
Dilatet deus Iapheth, ut habitet in tentorijs Sem, Chanaan uero sit eorũ seruus.
Vixit autem Noah post diluuiũ annis [c] trecentis & quinquaginta, fueruntque cun- *Aetas Noe*
cti dies Noah nongenti anni & quinquaginta, & mortuus est. CAP. X.

[b] Ebr. Seruus seruorum sit fratribus.
[c] Anni Ebræis subinde ad singulos numeros repetuntur, quod quia Latinis auribus ingratũ est, omisimus.

De propagatione generis humani ex Noah & filijs eius, deq; regnorum & monarchiarum in orbe potentißimorum initijs.

A HAe sunt generationes filiorũ Noah, Sem, Ham, & Iapheth, natique sunt illis
filij post diluuiũ. †Filij Iapheth, Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, atque *Filij Iapheth. 1. Par 1. a*
Tubal, & Mesech, & Thiras. Filij uero Gomer Aschkenan, Riphath, Thogar-
ma. Porrò filij Iauan Aelischa, Tharsis, Cithim & Dodanim. Ab istis diuisæ sunt *Diuisæ regiones.*
insulæ gentiũ in regionibus suis, quæque iuxta linguam suam, iuxtaque familias suas
in nationibus suis. Filij uero Ham, Chus, Mizraim, Phut, atque Chanaan. Porrò *Filij Cham.*
B filij Chus, Seba, Hauila, Sabta, Raema, & Sabthecha. Filij autẽ Raema, Scheba
& Dedan. Chus genuit Nimrod, is cœpit esse heros uiolẽtus in terra. Fuit enim
robustus uenator corã DOMINO. Idcirco dicitur, Quasi Nimrod robustus ue- *Nemrod tyrannus, prouerbium.*
nator coram DOMINO. Fuit aũt principium regni illius †Babel, Erech, Acad, *Gene. 11. b*
atque Kalne in terra Sinear. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen: *Babylon.*
& plateas ciuitatis, atque Calah. Resen quoque inter Niniuen & Kalah, quæ est ciui *Assur.*
tas magna. Porrò Mitzraim genuit Ludim, Anamim, Lehabim & Naphtuim. *Niniue ædificatur.*
Patrusim quoque & Casluhim, è quibus egressi sunt Philistijm & Caphthorim. *Palæstini.*
C Chanaan autẽ genuit Zidon primogenitũ suum, & Heth. Item Iebusi, Amorri, *Chananæi.*
Girgasi, Hiui, Harki & Hasini. Sed & Aruadi, Zemori, Hemati, & postea dissi-
patæ sunt familiæ Chananææ. Fuit autẽ terminus Chananæi à Zidon uenien-
te te in Gerar, usque ad Gazan, & eunte te in Sodomam & Gomorrã, & Adma &
Zeboim usque ad Lesa. Hi sunt filij Ham in cognationibus, linguis suis, terris &
nationibus suis. Ipsi quoque Sem, qui pater est omnium filiorũ Eber, & frater ma *Filij Sem.*
ior natu ipsius Iapheth, nati sunt [filij.] Filij ergo Sem [fuerũt] Elam, Assur, Ar-
phachsad, Lud atque Aram. Filij Aram, Vtz, Hul, Gether & Mas. Porrò Arphach-
D sad genuit Selah, Selah autẽ genuit Eber. Eber quoque nati sunt duo filij, nomen
unius Peleg: nam in diebus suis diuisa est terra, & nomen fratris sui Iactan. Por *Phaleg diuisio.*
rò Iactan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth & Iarah. Sed & Hadoram,
Vzal, Dikla, Obal, Abimael & Scheba. Item Ophir & Hauila & Iobab, omnes
isti filij Iactan. Et erat habitatio à Mesa pergente te in Sephar montẽ Orientis. *Terræ à quibus diuisæ post diluuium.*
Isti sunt filij Sem secũdum familias & linguas suas, in terris & nationibus suis.
Hæ itaque familiæ sunt filiorũ Noah iuxta cognationes suas in populis suis. Et
ab illis diuisæ sunt gentes in terra post diluuium. CAP. XI.

De structura turris Babylonicæ, deq; linguarum confusione: à fine refricantur generationes à Sem usq; ad Abraham.

A ERat autem uniuersa terra unius labij, sermonumque eorundem. Et factũ est *Sermo in terra unus. Sap. 10. a*
quum proficiscerentur ab Oriente, inuenerũt campum planum in terra Si-
near, & habitarunt ibi. Dixeruntque [a] alter ad alterũ, Agite, ducamus lateres, & in
cendamus incendiũ. Fuitque illis later pro lapide, & [b] argilla pro cemento. Dixe-
runtque, Agite, ædificemus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius caput [pertingat] ad cœ-
los usque, faciamusque nobis nomen, ne fortè dispergamur in uniuersam terram.
Descendit autem DOMINVS ut uideret ciuitatem & turrim, quã ædificabãt fi

[a] Eb. Dixerũt unusquisque ad proximum suum.
[b] Quidam legunt bitumen.

Digitized by Google

num hominũ. Dixitq; DOMINVS, En populus unus est, idemq; labiũ istis omni-
bus, & hoc cum cœperunt facere, posthac nihil prohibebit eos, quin sic pergant
Trinitatis nota. cõsummare omnia quæcunq; temere apud se statuerunt. Agitedũ, descẽdamus, B
Deute. 32. a & confundamus ibi labium ipsorũ, ne alter alterius labiũ percipiat. †Dispersit
itaq; eos DOMINVS ex illo loco in uniuersam terrã, cessauerũtq; ab extructiõ
Babel confusio, permixtio. ne ciuitatis illius. Idcirco nomen eius uocatũ est Babel, q; ibi confudisset DOMI-
NVS labiũ uniuersæ terræ, & inde dispersisset eos in uniuersam terrã. †Hæ sunt
1. Par. 1. b generationes Sem. Sem quum esset natus annos centum, genuit Arphachsad,
Aetas Sem. biennio post diluuium. Vixitq; Sem postq̃ genuerat Arphachsad, quingẽtis an-
Arphachsad. nis, genuitq; filios & filias. Arphachsad uero uixit trigintaquinq; annis, & ge-
nuit Sela. Vixitq; Arphachsad postq̃ genuit Sela, quadringentis tribus annis, ge-
Sale. nuitq; filios & filias. Porrò Sela uixit triginta annis, & genuit Eber. Vixitq; Se C
la postq̃ genuit Eber, annis quadringẽtis & tribus, genuitq; filios & filias. Eber
Eber. uixit trigintaquatuor annis, & genuit Peleg. Vixitq; Eber postq̃ Peleg genuit,
Phaleg. quadringentis annis & triginta, genuitq; filios & filias. Peleg uero uixit trigin
1. Par. 1. b ta annis, & genuit Reu. Vixitq; Peleg postq̃ Reu genuit, nouem annis & ducen
Reu. tis, genuitq; filios & filias. Porrò Reu uixit annis trigintaduobus, & genuit Se-
rug. Vixitq; Reu postquam Serug genuit septem annis ac ducentis, & genuit fi
Sarug. lios atq; filias. Serug uixit triginta annis, & genuit Nahor. Vixitq; Serug postq̃
Nachor. Nahor genuit ducentis annis, genuitq; filios ac filias. Et uixit Nahor uigintino
uem annis, & genuit Thare. Vixitq; Nahor postquam genuit Thare decem &
Thare. nouem annis atq; centũ annis, genuitq; filios & filias. Thare uero uixit septua- D
1. Par. 1. b ginta annis, & genuit Abram, Nahor atq; Haran. Istæ itaq; sunt generationes
Iosu. 24. a Thare. Thare genuit Abram, Nahor & Haran, Haran uero genuit Lot. Et mor-
tuus est coram patre suo in patrio solo, nempe in Vr Chaldæorum. Duxerunt au
tem Abram & Nahor sibi uxores. Nomen uxoris Abram fuit Sarai, nomen ue-
ro uxoris Nahor, Milca, filia fuit Haran patris Milca & patris Iesca. Fuit autem
Iosu 24. a Sarai sterilis, nec erat illi proles. Et tulit Thare filiũ suum Abram, & Lot filium
Neem. 9. b Haran, filium scilicet filij sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filij sui: &
Iudith 5. a egressi sunt simul de Vr Chaldæorum, ut commigrarent in terram Chanaan, ue
neruntq; usq; ad Charan, habitaueruntq; ibi. Fuerũt autem dies Thare anni du
centi & quinq;. Mortuusq; est Thare in Charan.

CAPVT XII.

Transit Abram ex Charan euocatus à domino, cui benedixit dominus. Deinde fame exorta, descendit in Aegyptum: rapitur uxor eius in aulam Pharaonis, qui admonitus pœnis, uiro uxorem reddidit.

Act. 7. a DIxit autem DOMINVS ad Abrã, †Exi è [a] terra tua, de patria tua, & de do A
mo patris tui, ad terrã quam ostendã tibi. Faciamq; te in gentem magnã,
& benedicã tibi, & magnificabo nomen tuum, tuq; sis benedictio. Benedicam
Christus quoq; eis qui tibi benedicunt: maledicentibus uero tibi, maledicã & ego: †bene
Gal. 3. b Infra 18. c dicenturq; in te uniuersæ familiæ terræ. Egressus est itaq; Abram sicut præcepe-
22. d 26. a rat ei DOMINVS, iuitq; cum eo Lot. *Septuagintaquinq; annos natus erat A-
*Heb. 11. b bram quũ egrederetur ex Charan. Et tulit Abrã Sarai uxorem suam, & Lot filiũ
fratris sui, uniuersamq; *substantiã suã quam cõparauerant, sed & animas [b] quas
adquisierant in Charan, egressiq; sunt ut irent in terrã Chanaan. Et cũ uenissent B
in [c] regionem Chanaan, pertransiuit Abram regionẽ usq; ad locum Sichem, &
Gen 13. d 15. d usq; ad [d] quercetũ Moreh. †Chananæus autem tum erat in ea regione. *Appa
*Ge. 24. a ruit autem DOMINVS Abram, & dixit, Semini tuo dabo terram istam. Et ædi
Deut. 34. b ficauit ibidẽ aram DOMINO qui ei apparuerat. Soluensq; illinc, uersus mon-
tem qui erat ab Oriẽte ipsi Bethel, tetendit tentoriũ suum, [ut haberet] Bethel ab
Occidente, & Hai ab Oriente, extruensq; aram DOMINO, inuocauit in nomi-

a Ebr. Vade tibi.
b Ebr Quas fecerant.
c Eb. Terram Chanaan.
d Quidã conuallem interpretantur. More uidetur uiri nomen esse.

C ne DOMINI. Soluens rursus Abram iuit, & uenit uersus Meridiem. Orta autẽ fame in ea regione, descendit Abram in Aegyptũ, ut ibidem [aliquandiu] habitaret, grauis enim fames erat in terra. Factumq́ue est, quum propius accessisset, uel letq́ue iam introire Aegyptum, dixit ad Sarai † uxorem suam, En scio te esse mulierem pulchro aspectu: erit itaq́ue, quum uiderint te Aegyptij, dicent, Hæc illius est uxor, & interficient me, te uero uiuam seruabunt. Dic obsecro, quod soror mea sis, ut benefiat mihi propter te, uiuatq́ue anima mea gratia tui. Factũ est itaq́ue, quũ uenisset Abram in Aegyptum, quod Aegyptij contemplarentur mulierem, erat

Gen. 20. c. Infra 20. c.

D enim supra modum formosa. Quumq́ue uiderent eam principes Pharaonis, laudauerunt eam apud Pharaonem, raptaq́ue est mulier in aulam Pharaonis. Et is quidem benigne fecit ipsi Abram propter illam, fueruntq́ue ei oues, boues, & asini, serui & ancillæ, [c]asinæ & cameli. Adflixit autem DOMINVS Pharaonem & domum eius plagis magnis propter Sarai uxorem Abram. Vocauit igitur Pharao Abram, & dixit, Quur fecisti mihi hoc? quare non indicasti mihi, quod uxor tua esset? Quare dixisti, Soror mea est? Et [fere] accepissem eam mihi in uxorem. En igitur uxorem tuam, tolle eam & uade. Præcepitq́ue Pharao super eo uiris, ut deducerent eum cum uxore sua, omnibusq́ue quæ habuit.

c Quidam mulas intelligunt.

CAP. XIII.

Reuersis Abram & Lot in Chananaicam regionem, lis inter pastores eorũ orta est, & quoniam ea regio pecoribus utriusq́ue non suffecit, separatus est alter ab altero.

A AScendit itaq́ue Abram de Aegypto, ipse & uxor eius, & omnia quæ habebat, atq́ue Lot cum eo Austrũ uersus. Erat autem Abrã grauis ualde, nempe pecore, argento & auro. Iuit aũt ad profectiones suas ab Austro ad Bethel, † usq́ue ad locum ubi fuerat tentorium eius ab initio, inter Bethel scilicet & Hai, ad locũ nempe aræ illius quã initio fecerat, † & [a] inuocabat illic Abrã nomẽ DOMINI. Quin & ipsi Lot, qui comes erat Abrã, erant greges & armenta, & tentoria, nec cepit eos terra ut simul habitarent, † fuit enim possessio eorum multa, nec poterunt simul habitare. Exorta itaq́ue est lis inter pastores pecoris Abram, & inter pa-

Gen. 12. B. Supra 12. a. Gene. 36. a.

a Ebr. Vocabat in nomine domini. a Potest etiam legi, Vbi inuocauerat nomen domini.

B stores pecoris Lot. Habitabat autem tum Chananæus atq́ue Pheresæus in terra. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos atq́ue pastores tuos, ([b] fratres enim sumus.) An non uniuersa terra coram te est? Separare quæso à me, si tu ad [c] leuam, ego ad dexteram concedam: si uero tu dexteram, ego sinistrã eligam. Sublatis igitur Lot oculis suis, uidit omnia æquora campi Iordanis, quæ uniuersa irrigua erant. Nam priusquã uastaret DOMINVS Sodomam & Gomorrã, ea pars quæ circa Zoar est, erat sicut hortus DO-

b Ebr. Viri fratres sumus nos. c Ebr. Si tu sinistrabis, ego dextrabo (si ita licet) infinitiui tamen sunt.

Lot in Sodomis.

C MINI, & sicut terra Aegypti. Elegit itaq́ue sibi Lot uniuersa æquora campi Iordanis, profectusq́ue est Lot ab Oriente, [d] secessitq́ue alter ab altero. Abram habitauit in terra Chanaan, Lot uero habitauit in ciuitatibus æquoris aperti, & pertendit tentoria Sodomam usq́ue. Porrò Sodomitæ ualde mali erant, & peccatores corã DOMINO. Dixitq́ue DOMINVS ad Abram postquam separatus est Lot ab eo, Attolle quæso oculos tuos, & uide à loco ubi tu es, ad Aquilonem & Meridiem,

d Ebr. Separatus est uir à fratre suo.

Aegyptus fertilissima regio. Sodomitæ mali.

D ad Orientem & Occasum. Nam omnem terram quam tu uides, eandem tibi dabo, & semini tuo usq́ue in sempiternum. Ponam quoq́ue semen tuum quasi puluerem terræ: si poterit homo numerare puluerem terræ, numerabitur & semen tuum. Surge, perambula terram in longitudine & latitudine sua, tibi enim dabo eam. Mouens igitur Abram tentorium, uenit & habitauit iuxta [e] quercetũ Mamre, quod est in Hebron, extruxitq́ue illic aram DOMINO.

Promissio repetita Abræ.

e Alij conuallem interpretantur. Mamre uiri nomen est.

Act. 7. a. Hebr. 7. a. Altare domino extruitur.

CAP. XIIII.

De bello regum in quo abducitur Lot cum suis. Abram persequens hostes, nepotem suũ reducit. Melchizedek redeũtes è bello humaniter excipit, cui dat Abrã primitias.

A FActum est autem [hisce] diebus, ut Amraphel rex Sinear, Arioch rex Aelasar, Kedarlaomar rex Elam, & Tideal rex gentium, bellum inirent contra Bera

regem

Digitized by Google

regem Sodomorum, & contra Girsam regē Gomorræ, contra Sineab regē Adama, & contra Semeber regē Zeboim & regē Bela (hæc est Zoar.) Omnes isti coniunxerunt [copias] in ualle [a]Siddim, quæ nūc est mare salsum. Duodecim enim annis seruierant ipsi Kedarlaomar, tertio uero decimo anno rebellarunt. Quartodecimo igitur anno uenit Kedarlaomar socijq; reges cum eo, & percusserunt Rephaim in Astheroth Karnaim, atq; Susim in Ham, & [b] Emim in planicie Kiriathaim. Et Horæū in montanis suis Seir, usq; ad campestria Paran, quæ sunt iuxta desertū. Reuersiq; uenerunt ad En Mispat, hæc est Kades, & percusserunt omnem regionē Amalek, sed & Amorræū habitantē in Hazazon Thamar. Et egressus est rex Sodomæ, rex Gomorræ, rex Adama, rex Zeboim, & rex Bela, ipsa est Zoar, & aciem instruxerūt aduersus illos in ualle Siddim, [nempe] aduersus Kedarlaomar regem Elam, & Thideal regē gentiū, & Amraphel regem Sinear, & Arioch regē Elasar, quatuor reges aduersus quinq;. Porrò uallis Siddim abundabat foueis agrillosis. Fugerunt autem rex Sodomæ atq; Gomorræ, & ceciderunt ibi: qui uero remanserant, fugerūt uersus mōtes. Et accipientes omnē substantiam Sodomorum, & Gomorræorum, & omnē commeatum eorum, abierunt. Lot quoq; nepotem Abram ex fratre abduxerunt, & substantiam eius, & recesserunt, habitabat enim Sodomæ. Et uenit quidam qui euaserat, & indicauit [hoc] Abrā [c] Hebræo, qui [tum] habitabat in [d] querceтis Mamre Amorræi, fratris Aescol, & fratris Aner, qui fœdus [e] habebant cum Abram. Audiens uero Abram quod captus esset frater suus, exercitatos ac instructos suos, uernas scilicet, numero trecentos, decem & octo expediuit, & insequutus est illos usq; ad Dan. Et diuisis copijs, ipse & serui eius [irruerunt] super eos noctu, percusserunt eos, & insecuti sunt eos usq; Hoba, quæ est ad leuam Damasci. Reduxitq; omnē substantiam, sed & Lot fratrem suum substantiāq; eius reduxit, deinde & mulieres & populum. Egressus itaq; rex Sodomorum obuiam ei (posteaquam reuersus est à cæde Kedarlaomar, & regum qui cum eo fuerant) in uallem planam, quæ uallis regum dicta est. †Et Malchizedek rex Salem protulit panem & uinum, & hic sacerdos erat dei altissimi. [f]Benedixitq; ei, & ait, Benedictus Abram deo excelso, qui possidet cœlum & terram. Et benedictus deus excelsus, qui tradidit hostes tuos in manum tuam: dedit itaq; illi decimas ex omnibus. Et dixit rex Sodomæ ad Abram, Da mihi animas, substantiam tolle tibi. Respondit Abram regi Sodomorum, [g]Leuaui manum ad DOMINVM deum excelsum possessorē cœli & terræ, ne [h] quidquam accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne filum quidem aut calceamenti corrigiam, ne dicas scilicet, Ego ditaui Abram: his tantum exceptis quæ insumpserunt pueri, deinde & portione uirorum illorum Aner, Aescol & Mamre, qui mecum profecti sunt, isti accipiant partem suam.

Sodoma diripitur.

Abram eripit Lot.

Hebr. 7. a

[a]Siddim quidam ei nerū interpretantur, quidam camporum.

[b]Hæc propria quidam appellatiua faciunt.

[c]Quidam legunt Abrā Ibri, hoc est quī flumen transierat: ac si diceres, Transfluuianus.

[d]Vel conuallibus.

[e]Vel socij erant & cōfœderati Abram.

[f]Benedixit, hoc est, laudauit, et uirtutem eius commendauit. Alij aliter exponūt.

[g]Leuare manum gestus est iurantium.

[h]Ebr. Si à filo usq; ad corrigiam calceamenti, & si ex omnibus tuis quidquam accepero.

CAP. XV.

Nouæ promißiones fiunt Abræ uetulo & sterili, de prole scilicet et numerosa posteritate, quæ ut adfligenda sit in terra aliena, ita expleto tempore sit magno cum cumulo restituenda & amplificanda.

POst hæc gesta, factum est uerbū DOMINI ad Abram in uisione [quadā] in [a]hunc modū, Ne timeas Abram, ego [b] clypeus tuus sum, & merces tua admodū ampla. Et dixit Abram, DOMINE deus, Quid dabis mihi, quū ego incedam sterilis? & [c]dispensator domus meæ est hic Damascenus Eliezer. Et ultra loquutus est Abrā, En, mihi nō dedisti semē, & ecce filius domus meæ hæres meus est. Et ecce uerbum DOMINI factū est ad eum in hunc modū, Hic non erit hæres tuus, sed qui egredietur de utero tuo, is erit hæres tuus. Eduxitq; eum foras, & dixit, †Suspice quæso cœlū, & numera (si potes) stellas: & dixit illi, *Sic erit semen tuū. †[d]Credidítq; Abram DOMINO, [e]imputataq; est ei hæc [fides] ad iustitiam. Et dixit ad eum, Ego sum DOMINVS qui eduxi te de Vr Chaldæorum,

Deus protector & merces boni.

Abræ promittitur filius.

†Deu 10. d

*Rom 4. d

Abram fide iustus.

Rom. 4. e

Gal. 3. a

Iaco. 2. a

Supra 11. d

[a]Ebr. dicendo.

[b]Clypeus, protectio, defensio.

[c]Potest & sic legi, et filius sterilitatis meę in domo mea est hic Eliezer Damascenus, adoptatus scilicet in filium à me. Hæc lectio magis quadrat sequentibus.

[d]Eb. Credidit in domino, seu in dominum.

[e]Ebr. legunt, Et reputauit hanc ei ad iustitiam. Ego malui Paulum interpretem sequi post Septuaginta.

Digitized by Google

ut darem tibi terram istam, ut possideres eam. Et ait, DOMINE deus, Unde scire possum quod possessurus sim eam? Respondit ei, Tolle mihi buculam triennem, & capram [f]triennem, atque arietem triennem, turturem quoque & pullum columbarum. Haec omnia sibi accipiens, †secuit ea per mediũ, posuitque unamquamque partem è regione comparis sui, caeterum aues non dissecuit. Descenderuntque uolatilia super cadauera illa, Abram uero ea proturbabat. Cumque sol occũberet, irruit sopor super Abram, & ecce horror tenebrosus ac magnus irruit in eum. Et dixit ad Abram, †Hoc tibi [g]persuasissimũ sit, semen tuum peregrinũ fore in terra non sua, & [h]subijcient eos seruituri, adfligentque eos quadringentis annis. Veruntamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo, & post haec egredientur cum magna possessione. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, & sepelieris in senectute bona. *Saeculo autem quarto reuertentur huc. Hactenus enim nondũ completa est iniquitas Amorraeorum. Factumque est occidente sole, ut caligo fieret, & ecce furnus fumans, pertransijtque fax ardens inter particulas illas. Eodem die †pepigit DOMINUS foedus cum Abram his [i]articulis, Semini tuo dedi terrã istam, à fluuio Aegypti usque ad fluuium magnum, nempe Euphratem. Cinaeum, Kenizaeum, Cadmonaeũ, Hethaeum, Pheresaeum, & Rephaim. Sed & Amorrhaeum, Chananaeum, Gergesaeum atque Iebusaeum.

Iere.34.d

Israelitę seruituri & liberandi prędicuntur.

Exod 12.f

Act 7.a

*Exo. 12.f

Infra 26.a

Deut. 34.a

f Alij legũt Meschulescheth, nõ triennẽ, sed sectã in tres partes, ut ternarius numerus non ad tẽpus, sed ad partes animalium referatur.

g Ebr. Cognoscẽdo cognosces.

h Potest etiã legi, Et operabuntur in eis.

CAP. XVI.

Sterilis Sarai ancillam marito uxorem locat, quae quum grauida facta esset, contempsit prae se dominã suã. Eiecta è domo, ab angelo edocta tandẽ redijt, ac obsequẽtior fit.

Sarai itaque uxor Abram [a]nihil peperit ei: habuit autem ancillã Aegyptiam, Hagar nomine. Dixit ergo Sarai ad Abram, En amabo, constrinxit me DOMINUS ne parerẽ, [b]ingredere quaeso ad ancillã meam, si fortè ex ea [c]aedificer. Obedijt autem Abrã uoci Sarai. Tulitque Sarai uxor Abrã, Hagar Aegyptiam ancillam suam, à fine decem annorũ, quibus habitauerat Abrã in terra Chanaan, & dedit eam Abram marito suo uxorem. Et quum ingressus esset ad Hagar, concepit illa. Cumque [d]intelligeret se cõcepisse, uiluit domina eius in oculis Hagar. Et dixit Sarai ad Abram, Iniuriam meam [e]tibi acceptam refero, ego dedi [f]ancillam meam in gremiũ tuum, quae intelligens se grauidam, uilis sum [g]coram ea. DOMINUS iudicet inter me & te. Dixit autem Abram ad Sarai, En ancilla tua in [h]manu tua est, fac illi quod tibi [i]uisum fuerit. Quũ ergo Sarai eam adfligeret, fugit Hagar à facie eius. Inuenit aũt eam angelus DOMINI iuxta fontẽ aquae in deserto, iuxta fontẽ [inquam] qui est in uia Sur. Dixitque, Hagar ancilla Sarai, unde uenisti, & quò uadis? Illa dixit, A facie Sarai dominae meae ego fugio. Dixitque ad eam angelus DOMINI, Reuertere ad herã tuam, & te sub manus eius subde. Porrò loquutus est ad eam angelus DOMINI, Multiplicabo semen tuũ [k]uehementer, ut prae multitudine numerari non possit. Et rursus dixit ad eam angelus DOMINI, Ecce tu praegnans es, paries que filiũ, & uocabis nomen eius Ismaëlem, audiuit enim DOMINUS adflictionem tuam. Hic erit [l]homo ferus, manus eius contra omnes, & manus omniũ contra eum: [m]coram omnibus fratribus suis habitabit. Vocauitque Hagar nomen DOMINI loquẽtis ad eam, Tu deus qui uides me: sic enim [n]cogitauerat, An nõn etiam hic uidi post uidentem me? Idcirco uocatus est puteus ille, puteus uiuentis uidentis me, qui est inter Kades & Bared. †Peperit autem Hagar ipsi Abram filium, appellauitque Abram nomen filij sui, quem pepererat illi Hagar, Ismaëlem. [o]Octogintasex annorũ erat Abram, quando Hagar peperit ei Ismaëlem.

Gal.4.c

a Ebr. Dicendo.

a Loquutio est Ebraica, Nihil peperit. i. fuit sterilis & infoecunda.

b Ingredi seu uenire ad aliquam, honesta circumloquutio est maritalis congressus, aut cuiuscunque concubitus.

c Aedificandi uerbo Ebraei pro instaurandi aut conseruandi utuntur.

d Ebr. Quũ uideret, uidere pro intelligere.

e Authorẽ facit maritum iniuriae: q. d. Inique mecum agis.

f Honeste maritalem societatem circumloquitur.

g Eb. In oculis eius: qui Ebraismus frequens est in scripturis.

h In manu esse, est in potestate esse, in aere tuo.

i Ebr. Quod bonum est in oculis tuis.

k Ebr. Multiplicando multiplicabo.

l Eb. Homo onager.

m Ad faciẽ omnium fratrum.

n Eb. Dicendo.

o Ebr. Filius erat octogintasex annorũ.

CAP. XVII.

Mutãtur nomina Abrã & uxori, confirmantur promissiones, init foedus cũ Abrahã dominus, adiũcto symbolo circuncisionis, & obsignatur foedus interposito iuramento.

QVum Abram natus iam esset annos nonagintanouẽ, †apparuit ei DOMINUS, & dixit ad eũ, Ego sum El [a]Schadai, [b]ambula corã me, & esto integer,

Gene. 12.b

a El, fortis deus. Schadai, omnisufficiens deus, qui non solum diues sit & opulentus ut omnia possit, sed & tã benignus, ut abunde omnia in omnes largissime transfundat.

b Ambulare pro conuersari.

Digitized by Google

integer, ponamq; fœdus meũ inter me & inter te, & multiplicabo te uehementer nimis. [c]Procidit q; Abram pronus, & loquutus est cum eo deus in [d]hanc sententiam, En †ego [ferio] tecũ fœdus meum, eris q; pater multarũ [e]gentium. Nec uocabitur ultra nomen tuũ Abram, quin potius Abrahã erit nomen tuum, quoniam te patrem multis gentibus constitui. Ego crescere te faciam uehementer nimis, ponamq; te in gentes, sed & reges ex te prodibunt. Et confirmabo fœdus meum inter me & inter te, interq; semen tuum post te in generationibus suis fœdere perpetuo, [f]ut sim scilicet tibi deus, & semini tuo post te. Daboq; tibi & semini tuo post te, [g]terram hanc in qua tu peregrinus es, nempe totam terram Chanaan, in possessionẽ perpetuã, eroq; illis deus. Rursumq; dixit deus ad Abrahã, Et tu custodies fœdus meum, tu [inquam] & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc autẽ est †fœdus meum, quod obseruabitis inter me & uos, deniq; inter semen tuum post te, [h]Circuncidatur uobis omnis mas. Circuncidetis uero carnem præputij uestri, *quod erit signum fœderis inter me & uos. Omnis mas qui fuerit in generationibus uestris dierum octo, circũcidetur uobis, siue uerna fuerit, siue ære cõparatus seruus à quocunq; extraneo, qui non est de semine tuo. [i]Omnino uerna, & emptitius ære tuo cõparatus, circuncidi debent, ut sit fœdus meum in carne uestra fœdere sempiterno. Porrò mas præputiatus, cuius præputium carnis circũcisum non fuerit, huius anima excindatur è populo suo, fœdus [enim] meum irritũ fecit. Dixit quoq; deus ad Abrahã, Sarai uxorẽ tuam non appellabis Sarai, sed Sarah erit nomen eius. Et benedicã ei, etenim dedi tibi filiũ ex ea: benedicã [k]ei, eritq; in gentes, & reges populorũ ex ea [l]nascentur. Procidit Abrahã [m]pronus, & gauisus est, [n]cogitauitq; in corde suo, [o]Centenarióne nascetur [proles?] Et Sarah nonagenaria paritura ne est? Dixitq; Abrahã ad deum, Vtinam Ismaël uiuat corã te. Ad quem dixit deus, Profectò †Sara uxor tua pariet tibi filiũ, uocabisq; nomen eius Isaac, & ego cõfirmabo fœdus meũ cum eo, ut sit fœdus sempiternũ semini quoq; eius post eum. Audiui quoq; te, quod ad Ismaëlem attinet, en benedixi ei, & faciam illũ crescere, multiplicaboq; eum uehementer nimis, duodecim duces generabit, & [p]faciam illũ in gentem magnã. Fœdus uero meũ confirmabo cum Isaac, quẽ pariet tibi Sara ad prӕstitutũ tempus istud, anno altero. Et desijt loqui cum eo, ascenditq; deus ab Abrahã. Et accepit Abraham Ismaëlem filiũ suum, & omnes uernas, & omnes eos quos ære suo cõparauerat, omnes scilicet mares inter uiros qui erant in domo Abrahæ, & circuncidit carnem præputij illorũ ipso eodẽ die, quemadmodũ loquutus fuerat deus cum eo. Porrò Abraham natus erat nonagintanouẽ annos, quum circũcidebatur caro præputij sui. Ismaël uero filius eius natus erat tredecim annos, quãdo circuncisus est ipse in carne præputij sui. Vno eodemq; die circuncisus est Abraham & Ismaël filius eius, sed & omnes [q]domestici eius, uernæ, & qui ab alienigenis pecunia comparati erant, circuncisi sunt cum eo.

Eccli 44.c — Circũcisio signũ fœderis. — Act.7.a — *Rom. 4.b — Luc.2.c — Gene. 18.b 21.a — Benedicitur Ismael.

B — C — D

[c] Ebr. Cecidit in faciem suam.
[d] Eb. Dicens uel dicendo.
[e] Eb. Eris in patrem multitudini gentiũ.
[f] Ebr. Vt sim tibi in deum.
[g] Ebr. Terram peregrinationis tuæ, id est, quã incolis, aut in qua aduena habitas.
[h] Eb. Circuncidi uobis, Himol passiuus infinitiuus.
[i] Ebr. Circuncidẽdo circuncidatur.
[k] Eb. scilicet Saræ.
[l] Eb. Erunt.
[m] Eb. In faciẽ suam.
[n] Ebr. Dixit in corde.
[o] Filio centũ annorum: sic de Sara, filia nonaginta annorũ.
[p] Eb. Dabo.
[q] Ebr. Viri domus.

CAP. XVIII.

Apparet dominus Abraæ, & tempus partus Saræ definit. Deinde iudicium domini in Sodomitas Abraæ manifestatur, qui serijs precibus pro ipsis interpellat.

APparuit aũt ei DOMINVS in [a]querceto Mãre, ipse uero †sedebat in ostio tabernaculi in ipso [b]feruore diei. Quumq; sublatis oculis respexisset, ecce *tres uiri stabant iuxta eum: quos cum uidisset, occurrit eis de ostio tabernaculi, & incuruauit se uersus terrã, & dixit, Amabo domine, si [c]hanc gratiã à te impetrare possum, ne quæso prætereas seruũ tuum. Adferatur quæso pauxillũ aquæ, ut lauentur pedes uestri, [d]recũbite sub arbore, ego uero adferam frustũ panis, & †reficite cor uestrum, deinde transite, idcirco enim ad seruum uestrũ diuertistis. Illi autem dixerunt, Fac quemadmodũ es loquutus. Festinauit itaq; Abrahã in tabernaculũ ad Saram, & dixit, Accelera, commisce tres [e]modios farinæ purga-

Gene. 19.a — *Trinitatis nota. — Abrahã hospitalis excipit angelos. — Heb.13.a — †Psl. 103.b

A

[a] Alij, in conuallib.
[b] Ebr. Secundũ calorem diei.
[c] Ebr. Si inueni gratiã in oculis tuis, ne quæso transeas à seruo tuo.
[d] Ebr. Innitimini. Passiuus imperat.
[e] Seim mensuræ genus fuit, fortè quadrantalia.

Digitized by Google

f Eb. Et tulit filium bouis teneru & bonum, &c. & festinauit ut faceret eum, &c.

g Ebr. Reuertedo reuertar.

h Potest etiam legi, iuxta tempus uitæ.

i Ebr. Venerant in dies, cessauit ut esset Saræ uia sicut mulieribus.

f Seu circa tempus uitæ.

k Ebr. Non faciet iudicium?

Infra 21.a Rom.9.b

Dei ad Abrahā familiaritas.

Prædicitur Sodomorū interitus.

Perseuerantia in oratione.

tissimæ, & fac placentas. Abraham uero currens ad armenta, & accepto f iuuen-
B co pingui ac bono, dedit [eum] puero, qui festinauit, & parauit illum. Butyrum
quoq; tulit & lac, & iuuencū quē parauerat, & apposuit eis, ipse uero iuxta eos
sub arbore, ipsis comedentibus, stabat. Dixerunt aūt ad eum, Vbi est Sarah uxor
tua? Respondit, En in tabernaculo est. Et dixit, g Certissime reuertar ad te circiter
h tempus uiuētis, † & ecce Saræ uxori tuæ filius erit. Sarah uero audiebat hoc in
ostio tabernaculi, quod erat post illum. Equidem Abrahā & Sarah senes erant,
i prouectæq; ætatis, ut menses desijssent Saræ iuxta morem fœminarū. Risit itaq;
Sarah apud sese, dicens, Posteaq̄ cōsenui, herusq; meus grandi est ætate, num uoluptati
indulgebo? Dixitq; DOMINVS ad Abrahā, Cur sic risit Sarah, dicens,
Num uere paritura sum, quū sim uetula? An ergo deo quidquam est difficile? ad
tempus definitū f circiter tempus uiuētis reuertar ad te, & Sarah habebit filium.
Negauit autē Sarah, & dixit, Non risi: timuit enim. Et ille dixit, Nihil, imò risisti.
Consurgentes ergo uiri isti illinc, respexerunt Sodoma uersus. Abrahā uero
C ibat cum eis, ut eos deduceret. Dixit autem DOMINVS, Num celabo Abrahamum
quæ ego gesturus sum? quum Abrahā omnino futurus sit in gentem magnam
& robustā, benedicendæq; sint in eo omnes nationes terræ? Hoc quoq;
scio, q; mādaturus sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant uiam DOMINI,
faciantq; iustitiam & iudicium, in hoc, ut adducat DOMINVS super Abrahamum
quæ loquutus est ad eum. Ait itaq; DOMINVS, Fama Sodomorū &
Gomorræorū multa est, & peccatū eorum supra modū graue, descendam nunc,
& uidebo, num ita habeat quemadmodū regionis illius fama ad me peruenit:
si fecerunt, actum de illis est: sin minus, ut sciam. Diuerteruntq; inde uiri illi, &
abierunt Sodoma, Abraham uero stabat adhuc coram DOMINO. Et accedens
Abraham dixit, Num iustum cum impio perdes? Fortassis fuerint quinquaginta
iusti intra urbem, num etiam perdes, & loco non parces propter quinquaginta
iustos qui illic sunt? Absit à te ut rem hanc facias, & interficias iustum cum impio,
fiatq; ut impio sic iusto: absit inquā à te, num is qui iudex est uniuersæ terrę,
D k æquitatem non seruabit? Et dixit DOMINVS, Si Sodomis intra mœnia quinquaginta
iustos inuenero, uniuerso huic loco illorum gratia parcam. Et respondens
Abrahā, dixit, En obsecro, induxi animū, ut loquerer cū domino meo, qui
puluis sum & cinis. Quid? si quinquaginta iustis, quinq; defecerint? num ob
quinq; totā illā ciuitatē uastabis? Et dixit, Si illic inuenero quadragintaquinq;,
non uastabo. Rursumq; loquutus est cum eo, hisce uerbis, Quid si inueniantur
illic quadraginta? Respondit, Nihil faciā propter quadraginta. Et dixit, Ne quæso
iram moueat domino meo, si loquar, inuenientur fortasse illic triginta. Et dixit,
Si inuenero ibi triginta, nihil faciam. Dixitq; iterū ille, En obsecro, obsequutus
sum animo meo ausus loqui ad dominū meum, fieri poterit, ut inueniātur
fortassis ibi uiginti. Et dixit, Ob uiginti non uastabo. Et dixit, Ne quæso irā moueat
dn̄o meo, si uel iam loquutus fuero, quid si inueniātur ibi decem? Et dixit,
Non uastabo ob decē. Postq̄ uero cessasset DOMINVS loqui ad Abrahā, abijt,
& Abrahā reuersus est ad locum suum.

CAP. XIX.

Hospitio excipit Lot angelos, puniuntur scelerati, educitur pius Lot cum suis: & quum unum periculum effugit, incidit in alterum.

A VEneruntq; duo angeli Sodoma sub uesperā, & Lot sedebat in porta Sodomorū,
uidensq; Lot, assurgit, itq; eis obuiam, inclinat pronus facie terram
uersus demissa, & ait, En obsecro domini mei, diuertite quæso ad domū serui uestri,
pernoctate, lauate etiā pedes uestros, & mane consurgentes proficiscimini
uiam uestram. At illi dixerūt, Non, sed in platea pernoctabimus. Ille uero efflagitabat
uehementius, ut ad se diuerterent. Ingressi itaq; sunt domū eius, qui in-

struxit

Digitized by Google

struxit eis cœnam, & pinsuit placentas infermentatas, & comederunt. Prius aūt quàm irent cubitum, ciues urbis, ciues scilicet Sodomorum, undiq; cinxerūt domum, à puero ad senem usq;, quin uniuersa plebs ab extremis locis urbis. Vocauerunt aūt Lot, & dixerunt ei, Vbi sunt uiri illi qui ad te hac nocte ingressi sunt? educ illos ad nos, ut cognoscamus eos. Egressus autem Lot ad eos foras, clausit post se ianuam, & dixit, Ne quæso fratres mei malum hoc committatis, en sunt mihi duæ filiæ, quæ uiros nondū sunt expertæ, quas ad uos educam, agite cum illis quod collibitū fuerit, modo uiris illis nihil faciatis, in hoc enī sub umbram tabulati mei introierūt. Et dixerunt, Concede huc. Et rursus dixerunt, Vnus ille ut incola uenit, & plane ius [nobis] dicet? te igitur plus q̄ illos infestabimus. †Vehementi igitur impetu irruentes in uirum (nempe Lot) accesserunt ut fores effringerent. Exerentes autē uiri illi manus suas introduxerunt ad se Lot in domum, clauserunt q; ianuam. Cæterū uiris illis qui erant iuxta fores domus à minimo ad maximū usq; oculos [a] præstrinxerunt, ut hallucinarentur, †nec fatigati quidem inuenirent ostiū. Et dixerunt uiri illi ad Lot, Habes adhuc quempiam hic, generū, filios tuos, & filias tuas, & quæcunq; habes in ciuitate educ de loco isto. Nam nos perdemus locū istum, eo q; ingens sit clamor illorū [b] coram DOMINO, misitq; nos DOMINVS ut perdamus illum. Egressus est itaq; Lot, & loquutus est ad generos suos, qui ducturi erant filias suas, dixitq; [ad eos,] Surgite, egredimini de loco isto, quoniā subuertet DOMINVS ciuitatē istam: fuit aūt hic [c] sermo ludicrus generis suis. Exoriente autem aurora, instabāt angeli Loto, & dixerūt, Surge, accipe uxorem tuam, & duas filias tuas [d] quæ supersunt, ne forte perdaris in iniquitate ciuitatis. Quumq; morā necteret, uiri illi apprehēsa manu eius, manuq; uxoris eius, sed & manu duarū filiarum eius, (uolebat enim parcere ei DOMINVS) eduxerunt eum, collocaruntq; eum extra ciuitatē. Cūq; eduxissent eum extra ciuitatē, dixit, Serua uitā tuam, neq; respectes post te, neq; consistas in tota ista planicie, effuge montem uersus, ne forte absumaris. Dixitq; Lot ad eos, Ne quæso mi domine, en gratiā à te impetraui, magnificaq; bonitate tua me prosequutus es, ut in uita me seruares, en ego non potero effugere uersus montem, ne forte me insequatur hoc malū, & peream. En oppidulum hoc uicinum, ut illuc cōfugiam, paruulū enim est, [permitte] quæso ut ibidem seruer: (an non paruulū est?) ut uiuat anima mea. Et dixit ad eum, En in hac quoq; re [e] exaudiui te, ut nolim subuertere oppidulū illud de quo loquutus es, †festina, & illic seruare: neq; enim facere possum quicq̄, donec tu illuc uenias: & hāc ob causam appellatum est nomen oppiduli illius Zoar. Porrò sol ortus iam erat super terram, quum Lot ueniret Zoar. Pluuit igitur DOMINVS super Sodomam & Gomorrā sulphure & igni à DOMINO de cœlis, & subuertit ciuitates illas, & totā illam planiciem, omnes quoq; habitatores illarū urbium, simulq; germen terræ. Vxor uero Lot retrospectauit post illū, & facta est statua salis. Abraham uero summo mane consurgens, [properat] ad eum locum, ubi steterat coram DOMINO, & prospiciēs uersus Sodomam & Gomorram, & uersus uniuersam terram istius planiciei, & en uapor illius terræ ascendebat, quemadmodū uapor fornacis calcariç. Cumq; perderet deus ciuitates illius planiciei, recordatus est deus Abrahæ, ut eximeret Lot ex [f] ipsa subuersione, qua subuertit ciuitates illas, in quibus Lot habitabat. Ascendit uero Lot de Zoar, habitauitq; in monte, unà cū duabus filiabus suis, timuit enim habitare in Zoar, [g] habitauit ergo in spelunca ipse & duæ filiæ eius. Dixit aūt primogenita ad natu [h] minorem, Pater noster senuit, neq; uir superest in terra, qui [i] nos ducat more uniuersæ terræ, adesto, dabimus uinum bibere patri nostro, dormiemusq; cum eo, ut seruemus semen è patre nostro. Nocte itaq; illa dederunt uinum bibere patri suo, ingressaq; est primoge-

Left margin notes: Libido Sodomitarū. | 2.Pet.2.b | Sap.19.c | Dominus parcit ac pœnā retinet propter unū pium. Sap.10 a Sodomorū exitium. Isa.13.d Iere.50.a Ezech.16.f Amos 4.d Osee 11.c Luc.17.f Iudæ 1.c Vxor Lot fit statua salis. Luc.17.g Lot propter Abraham liberatus. Incestus patris cū filiabus ex ebrietate.

Right margin section letters: B, C, D, E, F

[a] Eb. Percusserunt eos cæcitatibus, aut cæcutientia.
[b] Ebr. Coram facie domini.
[c] Ebr. Fuit quasi ludens in oculis generorum suorum.
[d] Quæ inuentæ sunt.
[e] Ebr. Suscepi faciem tuam.
[f] Eb. De medio subuersionis.
[g] Eb. Sedit.
[h] Ebræi minorē & maiorem dicunt.
[i] Eb. Qui ad nos ueniat.

Digitized by Google

[b] Ebr. Aduiuificandum semen super faciem uniuer.

[c] Eb. Filius sexcentorum annorum.

[b] seruãdum semen super uniuersam terram. Quoniam intra septem adhuc dies ego pluam super terram quadraginta dies, & quadraginta noctes, & delebo è
B terra omnem substantiam quam feci. Fecit itaq; Noah iuxta omnia quæ præceperat illi deus. Noah autem [c] natus erat sexcentos annos, quando defluxus aquarũ factus est super terram. †Venit itaq; Noah & filij eius, uxor eius & uxores filiorum suorũ cum eo ad arcam, propter aquas diluuij. De iumento mundo, & de iumento immundo, & de uolucre, deq; omni eo quod reptat super terram, bina uenerunt ad Noah in arcam, mas & fœmina, quemadmodum deus mandauerat ipsi Noah. Et factum est [post] septem dies, uenerunt aquæ diluuij super terram. In anno sexcentesimo uitæ Noah, mense secundo, decimoseptimo die mensis, eodem scilicet die, rupti sunt omnes fontes, abyssi magnæ, & fenestræ cœli apertę sunt. Et fuit pluuia super terram quadraginta dies, & quadra
C ginta noctes. Ipso eodẽ die ingressus est Noah, Sem, Ham, & Iapheth filij Noah, & uxor Noah, tresq; uxores filiorũ eius cum eis in arcam. Ipsi & omne animans iuxta speciem suam, & omne iumentum iuxta speciem suam, omneq; reptile quod reptat super terram iuxta speciem suam, & omne uolatile iuxta speciem suam, omne deniq; uolatile, omneq; pennatum. Veneruntq; ad Noah in arcam bina ex omni carne in qua fuit spiritus uitalis. Et introeuntes mas & fœmina ex omni carne uenerunt, quemadmodum præceperat illi deus, & clausit DOMINVS post eum. Stagnauitq; diluuium quadraginta dies super terram, & auctæ sunt aquæ, sustuleruntq; arcam, ut eleuaretur supra terram. Inualuerũt
D itaq; aquæ, auctæq; sunt uehementer super terram, incessitq; arca super aquas. Inualuerunt autem aquæ supra modũ in terra, opertiq; sunt omnes montes excelsi, qui fuerunt sub uniuerso cœlo. Quindecim cubitis inualuerunt aquæ superne, ut operirentur montes. †Et expirauit omnis caro quæ reptabat super terram, uolucrum, iumentorum, bestiarum, omniumq; reptilium quæ repunt super terram. Vniuersi deniq; homines, & quidquid erat in cuius naribus spirabat flatus uitæ, de omnibus quæ in sicco [degunt] mortua sunt. Deletumq; est omne quod subsistebat, quodq; erat in superficie humi tam homines quàm iumenta, reptilia, uolucres deniq; cœli: deleti inquam sunt de terra, ut solus Noah superstes maneret, & quæ cum eo erãt in arca. Auctæ sunt itaq; aquæ super terram centum quinquaginta diebus.

Matt. 24. d Luc 17. e 1. Pet. 3. d

Moses aquarum diluuij.

Sap. 10 a Eccli 39 c Diluuio pereũt omnia.

CAP. VIII.

Quomodo remiserint aquæ, & quid post egressum Noah *ex arca deinceps factũ sit.*

[a] Eb. Pertransire fecit.

[b] Eb. Eundo & redeundo.

[c] Ararat Armeniam ferè exponunt.

[d] Ebr. Exibat & redibat.

A ET recordatus est deus ipsius Noah, cunctorumq; animantium, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, & [a] adduxit deus uentum super terram, & remiserunt aquæ. Et obstructi sunt fontes abyssi, atq; fenestræ cœli, & cohibita est pluuia de cœlo. Et reuersæ sunt aquæ de terra, [b] magis magisq; decrescentes, imminutæq; sunt aquæ post centum quinquaginta dies. Septimo uero mense decimaseptima mẽsis resedit arca super montes [c] Ararat. Et aquæ quidem magis magisq; decrescebãt usq; ad decimum mensem, decimo enim mense prima [die] mensis uisa sunt cacumina montium. Factum est autem post quadraginta dies, ut Noah aperta fenestra arcæ quam fecerat, coruum emitteret, qui e
B gressus [d] ultro citroq; uolitabat, donec siccarentur aquæ super terram. Emisit quoq; columbam à se, ut uideret si imminutæ essent aquæ à superficie humi, at columba non inueniens quo pedem reponeret, reuersa est ad eum in arcã, erant enim aquæ in superficie uniuersæ terræ. Ille uero exerta manu recepit eam, introduxitq; eam ad se in arcam. Porrò quum expectasset adhuc alios septẽ dies, rursus emisit columbã ex arca, quæ ueniens ad eum sub uesperam, folium oleæ decerptum in ore suo [gestabat.] Cognouit ergo Noah quod aquæ imminutæ essent super terram. Expectatis autem adhuc septem diebus alijs, rursum emisit

Imminuuntur aquæ rursum. Arca requiescit.

Digitized by Google

sit columbam, quæ ultra non est reuersa ad eum. Factumq; est sexcentesimoprimo anno, [mense] primo eiusdemq; primo [die] exiccatæ sunt aquæ de terra, amouitq; Noah operculum arcæ, & prospexit, & ecce superficies terræ erat sicca ta. Porrò in mense secundo, uigesimoseptimo die mensis, arefacta est terra. Lo- C
quutus est autẽ DOMINVS ad Noah, dicens, Egredere ex arca, tu & uxor tua, filij tui & uxores filiorum tuorum tecum, cuncta animantia quæ tecum sunt, ex omni carne, tam in uolatili, quàm in iumento, tum etiam omni reptili quod re-
Gene. 1. d / Infra 9. a — ptat super terram, educ tecum, ut repant in terra, †fructum edant atq; augescant. Egressus est itaq; Noah, & filij eius, & uxor eius, uxores deniq; filiorũ eius cum eo, sed & omnia animãtia, & reptilia, deniq; & uolatilia omnia, imò quidquid repit super terram, egressa inquam sunt ex arca iuxta familias suas. Aedificauit D
autem Noah aram DOMINO, & accepit ex omni pecore mundo, & ex omni uolucre mundo, & obtulit holocausta super aram. Odoratusq; est DOMINVS odorem [e]suaueolentẽ, & dixit DOMINVS ad cor suum, Posthac non amplius
Cor hominis malum. Supra 6. a / *Ge. 45. a / Iere. 33. d — execrabor terram propter hominem, †figmentum enim humani cordis malum est ab adolescentia sua, neq; percutiam ultra omne uiuens quemadmodũ feci. *Adhuc [erunt] omnes dies terræ, semẽtis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems: dies & nox non cessabunt.

[e] Eb. Odorem quietis aut tranquillitatis, quod tranquillarent dominum.

CAP. IX.

Fœdus init deus cum Noah, & quædam præcepta ei præscribit: describitur quoque eius ebrietas & nuditas, filiorum deniq; execratio & benedictio.

Cõfirmatio coniugij. Sup. 1. c / 8. c — ET benedixit deus Noah & filijs eius, dixitq; ad eos, †Fructũ ferte & multi fiatis, repleteq; terrã. Pauor & tremor uester erit super omne animãs terræ, & super omne uolatile cœli, quidquid mouetur aut repit in terra, quidqd est in A
Concessio ciborum. Gene. 1. d — piscibus maris, traditũ est in manus uestras. Quidquid †mouet, quidquid uiuit, sit uobis in escam, quasi herbam uirentem dedi uobis omnia. Veruntamen carnem in anima sua sanguine [scilicet] suo non comedetis. Etenim sanguinem uestrum animarũ uestrarum requirã, de manu [inquam] cunctorũ animãtium requirã eum, tum etiã de manu hominis, et de manu uiri fratris eius requirã ani-
Ius gladij. Matt. 26. c / Apoc 13 c / *Gene. 1. d — mam hominis. †Qui effundit sanguinẽ hominis, huius sanguis per hominem B
effundetur, quoniam *in imagine dei fecit hominem. Vos autem fructũ edite, augescite, prolificate in terra, & multi fiatis in ea. Dixit quoq; deus ad Noah & ad filios eius qui cum eo erant, nempe sic, Ecce confirmo fœdus meũ uobiscum, & cum semine uestro post uos, & cum omni anima uiuẽte quæ uobiscũ est, tam in uolatili q̃ in pecore, & in omni bestia terræ quæ est uobiscum, ex cunctis quæ
Esaiæ 54. c — ex arca egressa sunt, iuxta cuncta animãtia terræ. †Cõfirmaui aũt fœdus meum uobiscũ, ut nõ excindatur ultra omnis caro aquis diluuij, neq; erit amplius dilu uium ad dissipandũ terram. Et dixit deus, Hoc erit signum fœderis, quod ego do C
inter me & inter uos, & inter omnem animã uiuentem quæ uobiscum est, in ge
Signum fœderis iris in nubibus. / Eccli 43. b — nerationes perpetuas. Arcũ meum posui in nube, eritq; signum fœderis inter me & terram. †Eritq; quum obnubam nubem super terram, tum cõspicietur arcus in ipsa nube. Tum recordabor fœderis mei quod est inter me & uos, deinde etiã inter omnem animã uiuentem in omni carne, nec erũt ultra aquæ in diluuium, ut dissipent uniuersam carnem. Quin arcus in nube erit, quem cũ uidero, recordabor fœderis perpetui, [quod est] inter deum & inter omnem animã uiuẽtem in omni carne quæ est super terrã. Dixitq; deus ad Noah, Hoc est signũ fœderis quod constitui inter me & omnem carnem quæ est super terrã. Erant autem filij Noah qui egressi erãt ex arca, Sem, Ham, & Iapheth. Porrò Ham pater fuit Chanaan. Tres isti filij sunt Noah, & ab his dispersa est uniuersa terra. Cœpit autẽ D
Noah uir agricola plãtare uineam. Quumq; de uino biberet, inebriatusq; esset, nudauit sese in [a]tentorio. Porrò Ham pater Chanaan, quũ uideret uerenda pa-

[a] Eb. In medio tentorij sui.

Digitized by Google

tris sui, indicauit [hoc] duobus fratribus suis, qui erant foris. Et sumpto Sem atque Iapheth uestimento suo, posuerunt illud super humerum amborũ, & accedentes retrorsum, operuerunt uerenda patris sui, auersis scilicet faciebus suis, ne uiderẽt uerenda patris sui. Quumque euigilasset Noah à uino suo, & resciuisset quæ fecerat ei filius suus minor natu, dixit, Execratus Chanaan, [b] infimus seruus sit fratrũ suorum. Dixitque, Laudandus DOMINVS deus Sem, sitque Chanaan illi seruus. Dilatet deus Iapheth, ut habitet in tentorijs Sem, Chanaan uero sit eorũ seruus. Vixit autem Noah post diluuiũ annis [c] trecentis & quinquaginta, fueruntque cuncti dies Noah nongenti anni & quinquaginta, & mortuus est. CAP. X.

Patris irrisor maledicitur.

Aetas Noe

[b] Ebr. Seruus seruorum sit fratribus.
[c] Anni Ebræis subinde ad singulos numeros repetuntur, quod quia Latinis auribus ingratũ est, omisimus.

De propagatione generis humani ex Noah & filijs eius, deque regnorum & monarchiarum in orbe potentissimorum initijs.

A HAe sunt generationes filiorũ Noah, Sem, Ham, & Iapheth, natique sunt illis filij post diluuiũ. †Filij Iapheth, Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, atque Tubal, & Mesech, & Thiras. Filij uero Gomer Aschkenan, Riphath, Thogarma. Porrò filij Iauan Aelischa, Tharsis, Cithim & Dodanim. Ab istis diuisæ sunt insulę gentiũ in regionibus suis, quæque iuxta linguam suam, iuxtaque familias suas in nationibus suis. Filij uero Ham, Chus, Mizraim, Phut, atque Chanaan. Porrò

Filij Iapheth. 1. Par. 1. a
Diuisæ regiones.
Filij Cham.

B filij Chus, Seba, Hauila, Sabta, Raema, & Sabthecha. Filij autẽ Raema, Scheba & Dedan. Chus genuit Nimrod, is cœpit esse heros uiolẽtus in terra. Fuit enim robustus uenator corã DOMINO. Idcirco dicitur, Quasi Nimrod robustus uenator coram DOMINO. Fuit aũt principium regni illius †Babel, Erech, Acad, atque Kalne in terra Sinear. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen: & plateas ciuitatis, atque Calah. Resen quoque inter Niniuen & Kalah, quę est ciuitas magna. Porrò Mitzraim genuit Ludim, Anamim, Lehabim, & Naphtuim. Patrusim quoque & Casluhim, è quibus egressi sunt Philistijm & Caphthorim.

Nemrod tyrannus, prouerbium.
Gene. 11. b
Babylon.
Assur.
Niniue ædificatur.

C Chanaan autẽ genuit Zidon primogenitũ suum, & Heth. Item Iebusi, Amorri, Girgasi, Hiui, Haarki & Hasini. Sed & Aruadi, Zemori, Hemati, & postea dissipatæ sunt familiæ Chananææ. Fuit autẽ terminus Chananæi à Zidon uenien te te in Gerar, usque ad Gazan, & eunte te in Sodomam & Gomorrã, & Adma & Zeboim usque ad Lesa. Hi sunt filij Ham in cognationibus, linguis suis, terris & nationibus suis. Ipsi quoque Sem, qui pater est omnium filiorũ Eber, & frater maior natu ipsius Iapheth, nati sunt [filij.] Filij ergo Sem [fuerũt] Elam, Assur, Arphachsad, Lud atque Aram. Filij Aram, Vtz, Hul, Gether & Mas. Porrò Arphachsad genuit Selah, Selah autẽ genuit Eber. Eber quoque nati sunt duo filij, nomen

Palæstini.
Chananæi.
Filij Sem.

D unius Peleg: nam in diebus suis diuisa est terra, & nomen fratris sui Iactan. Porrò Iactan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth & Iarah. Sed & Hadoram, Vzal, Dikla, Obal, Abimael & Scheba. Item Ophir & Hauila & Iobab, omnes isti filij Iactan. Et erat habitatio à Mesa pergente te in Sephar montẽ Orientis. Isti sunt filij Sem secũdum familias & linguas suas, in terris & nationibus suis. Hæ itaque familiæ sunt filiorũ Noah iuxta cognationes suas in populis suis. Et ab illis diuisæ sunt gentes in terra post diluuium. CAP. XI.

Phaleg diuisio.
Terræ à quibus diuisæ post diluuium.

De structura turris Babylonicæ, deque linguarum confusione: à fine refricantur generationes à Sem usque ad Abraham.

A ERat autem uniuersa terra unius labij, sermonumque eorundem. Et factũ est quum proficiscerentur ab Oriente, inuenerũt campum planum in terra Sinear, & habitarunt ibi. Dixeruntque [a] alter ad alterũ, Agite, ducamus lateres, & incendamus incendiũ. Fuitque illis later pro lapide, & [b] argilla pro cemento. Dixeruntque, Agite, ædificemus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius caput [pertingat] ad cœlos usque, faciamusque nobis nomen, ne fortè dispergamur in uniuersam terram. Descendit autem DOMINVS ut uideret ciuitatem & turrim, quã ædificabãt fi

Sermo in terra unus.
Sap. 10. a

[a] Eb. Dixerũt unusquisque ad proximum suum.
[b] Quidam legunt bitumen.

Digitized by Google

rũ hominũ. Dixitq́ DOMINVS, En populus unus est, idemq́ labiũ istis omnibus, & hoc cum cœperunt facere, posthac nihil prohibebit eos, quin sic pergant
Trinitatis nota. cõsummare omnia quæcunq́ temere apud se statuerunt. Agitedũ, descẽdamus, B
Deute. 32. a & confundamus ibi labium ipsorũ, ne alter alterius labiũ percipiat. †Dispersit itaq́ eos DOMINVS ex illo loco in uniuersam terrã, cessauerũtq́ ab extructio
Babel confusio, permixtio. ne ciuitatis illius. Idcirco nomen eius uocatũ est Babel, q̃ ibi confudisset DOMINVS labiũ uniuersæ terræ, & inde dispersisset eos in uniuersam terrã. †Hæ sunt
1. Par. 1. b generationes Sem. Sem quum esset natus annos centum, genuit Arphachsad,
Aetas Sem. Arphachsad. biennio post diluuium. Vixitq́ Sem postq̃ genuerat Arphachsad, quingẽtis annis, genuitq́ filios & filias. Arphachsad uero uixit trigintaquinq́ annis, & genuit Sela. Vixitq́ Arphachsad postq̃ genuit Sela, quadringentis tribus annis, ge
Sale. nuitq́ filios & filias. Porrò Sela uixit triginta annis, & genuit Eber. Vixitq́ Se C
la postq̃ genuit Eber, annis quadringẽtis & tribus, genuitq́ filios & filias. Eber
Eber. uixit trigintaquatuor annis, & genuit Peleg. Vixitq́ Eber postq̃ Peleg genuit,
Phaleg. quadringentis annis & triginta, genuitq́ filios & filias. Peleg uero uixit trigin
1. Par. 1. b ta annis, & genuit Reu. Vixitq́ Peleg postq̃ Reu genuit, nouem annis & ducen
Reu. tis, genuitq́ filios & filias. Porrò Reu uixit annis trigintaduobus, & genuit Serug. Vixitq́ Reu postquam Serug genuit septem annis ac ducentis, & genuit fi
Sarug. lios atq́ filias. Serug uixit triginta annis, & genuit Nahor. Vixitq́ Serug postq̃
Nachor. Nahor genuit ducentis annis, genuitq́ filios ac filias. Et uixit Nahor uigintinouem annis, & genuit Thare. Vixitq́ Nahor postquam genuit Thare decem &
Thare. 1. Par. 1. b nouem annis atq́ centũ annis, genuitq́ filios & filias. Thare uero uixit septua- D
Iosu. 24. a ginta annis, & genuit Abram, Nahor atq́ Haran. Istæ itaq́ sunt generationes Thare. Thare genuit Abram, Nahor & Haran, Haran uero genuit Lot. Et mortuus est coram patre suo in patrio solo, nempe in Vr Chaldæorum. Duxerunt autem Abram & Nahor sibi uxores. Nomen uxoris Abram fuit Sarai, nomen uero uxoris Nahor, Milca, filia fuit Haran patris Milca & patris Iesca. Fuit autem
Iosu. 24. a Sarai sterilis, nec erat illi proles. Et tulit Thare filiũ suum Abram, & Lot filium
Neem. 9. b Haran, filium scilicet filij sui, & Sarai nurum suam, uxorem Abram filij sui: &
Iudith 5. a egressi sunt simul de Vr Chaldæorum, ut commigrarent in terram Chanaan, uenerunt q́ usq́ ad Charan, habitaueruntq́ ibi. Fuerũt autem dies Thare anni ducenti & quinq́. Mortuusq́ est Thare in Charan.

CAPVT XII.

Transit Abram ex Charan euocatus à domino, cui benedixit dominus. Deinde fame exorta, descendit in Aegyptum: rapitur uxor eius in aulam Pharaonis, qui admonitus pœnis, uiro uxorem reddidit.

Act. 7. a DIxit autem DOMINVS ad Abrã, †Exi è [a]terra tua, de patria tua, & de domo patris tui, ad terrã quam ostendã tibi. Faciamq́ te in gentem magnã, & benedicã tibi, & magnificabo nomen tuum, tuq́ sis benedictio. Benedicam A
Christus quoq́ eis qui tibi benedicunt: maledicentibus uero tibi, maledicã & ego: †bene
Gal. 3. b dicenturq́ in te uniuersæ familiæ terræ. Egressus est itaq́ Abram sicut præcepe-
Infra 18. c 22 d 16. a rat ei DOMINVS, iuitq́ cum eo Lot. *Septuagintaquinq́ annos natus erat A-
*Heb. 11. b bram quũ egrederetur ex Charan. Et tulit Abrã Sarai uxorem suam, & Lot filiũ fratris sui, uniuersamq́ *substantiã suã quam cõparauerant, sed & animas [b]quas adquisierant in Charan, egressiq́ sunt ut irent in terrã Chanaan. Et cũ uenissent B in [c]regionem Chanaan, pertransiuit Abram regionẽ usq́ ad locum Sichem, &
Gen 13. d 15. d usq́ ad [d]quercetũ Moreh. †Chananæus autem tum erat in ea regione. *Appa
+Ge. 24. a ruit autem DOMINVS Abram, & dixit, Semini tuo dabo terram istam. Et ædi
Deut. 34. b ficauit ibidẽ aram DOMINO qui ei apparuerat. Soluensq́ illinc, uersus montem qui erat ab Oriẽte ipsi Bethel, tetendit tentoriũ suum, [ut haberet] Bethel ab Occidente, & Hai ab Oriente, extruensq́ aram DOMINO, inuocauit in nomi-

[a] Ebr. Vade tibi.
[b] Ebr. Quas fecerant.
[c] Eb. Terram Chanaan.
[d] Quidã conuallem interpretantur. More uidetur uiri nomen esse.

Digitized by Google

C ne DOMINI. Soluens rursus Abram iuit, & uenit uersus Meridiem. Orta autē
fame in ea regione, descendit Abram in Aegyptū, ut ibidem [aliquandiu] habi-
taret, grauis enim fames erat in terra. Factumq́ est, quum propius accessisset, uel
letq́ iam introire Aegyptum, dixit ad Sarai † uxorem suam, En scio te esse mulie- Gen. 20. c
rem pulchro aspectu: erit itaq́, quum uiderint te Aegyptij, dicent, Hæc illius est
uxor, & interficient me, te uero uiuam seruabunt. Dic obsecro, quod soror mea Infra 20. c
sis, ut benefiat mihi propter te, uiuatq́ anima mea gratia tui. Factū est itaq́, quū
uenisset Abram in Aegyptum, quod Aegyptij contemplarentur mulierem, erat
D enim supra modum formosa. Quumq́ uiderent eam principes Pharaonis, lau-
dauerunt eam apud Pharaonem, raptaq́ est mulier in aulam Pharaonis. Et is
quidem benigne fecit ipsi Abram propter illam, fueruntq́ ei oues, boues, & asi-
ni, serui & ancillæ, [c]asinæ & cameli. Adflixit autem DOMINVS Pharaonem &
domum eius plagis magnis propter Sarai uxorem Abram. Vocauit igitur Pha-
rao Abram, & dixit, Quur fecisti mihi hoc? quare non indicasti mihi, quod uxor
tua esset? Quare dixisti, Soror mea est? Et [fere] accepissem eam mihi in uxorem.
En igitur uxorem tuam, tolle eam & uade. Præcepitq́ Pharao super eo uiris, ut
deducerent eum cum uxore sua, omnibusq́ quæ habuit.

CAP. XIII.

Reuersis Abram & Lot in Chananaicam regionem, lis inter pastores eorū orta est, & quoniam ea regio pecoribus utriusq́ non sufficit, separatus est alter ab altero.

A AScendit itaq́ Abram de Aegypto, ipse & uxor eius, & omnia quæ habe-
bat, atq́ Lot cum eo Austrū uersus. Erat autem Abrā grauis ualde, nempe
pecore, argento & auro. Iuit aūt ad profectiones suas ab Austro ad Bethel, † usq́ Gen. 12. B
ad locum ubi fuerat tentorium eius ab initio, inter Bethel scilicet & Hai, ad locū
nempe aræ illius quā initio fecerat, † & [a] inuocabat illic Abrā nomē DOMINI. Supra 12. a
Quin & ipsi Lot, qui comes erat Abrā, erant greges & armenta, & tentoria, nec
cepit eos terra ut simul habitarent, † fuit enim possessio eorum multa, nec potue- Gene. 36. a
runt simul habitare. Exorta itaq́ est lis inter pastores pecoris Abram, & inter pa-
B stores pecoris Lot. Habitabat autem tum Chananæus atq́ Pheresæus in terra.
Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores
meos atq́ pastores tuos, ([b]fratres enim sumus.) An non uniuersa terra coram te
est? Separare quæso à me, si tu ad [c]leuam, ego ad dexteram concedam: si uero tu
dexteram, ego sinistrā eligam. Sublatis igitur Lot oculis suis, uidit omnia æquo
ra campi Iordanis, quæ uniuersa irrigua erant. Nam priusquā uastaret DOMI- Lot in Sodomis.
NVS Sodomam & Gomorrā, ea pars quæ circa Zoar est, erat sicut hortus DO-
C MINI, & sicut terra Aegypti. Elegit itaq́ sibi Lot uniuersa æquora campi Iorda Aegyptus fertilissima regio.
nis, profectusq́ est Lot ab Oriente, [d]secessitq́ alter ab altero. Abram habitauit in
terra Chanaan, Lot uero habitauit in ciuitatibus æquoris aperti, & pertendit
tentoria Sodomam usq́. Porrò Sodomitæ ualde mali erant, & peccatores corā Sodomitæ mali.
DOMINO. Dixitq́ DOMINVS ad Abram postquam separatus est Lot ab eo,
Attolle quæso oculos tuos, & uide à loco ubi tu es, ad Aquilonem & Meridiem,
D ad Orientem & Occasum. Nam omnem terram quam tu uides, eandem tibi Promissio repetita Abræ.
dabo, & semini tuo usq́ in sempiternum. Ponam quoq́ semen tuum quasi pul-
uerem terræ: si poterit homo numerare puluerem terræ, numerabitur & semen
tuum. Surge, perambula terram in longitudine & latitudine sua, tibi enim dabo
eam. Mouens igitur Abram tentorium, uenit & habitauit iuxta [e] quercetū Mam- Act. 7. a
re, quod est in Hebron, extruxitq́ illic aram DOMINO. Hebr. 7. a Altare domino extruitur.

CAP. XIIII.

De bello regum in quo abducitur Lot cum suis. Abram persequens hostes, nepotem suū reducit. Melchizedek redeūtes è bello humaniter excipit, cui dat Abrā primitias.

A FActum est autem [hisce] diebus, ut Amraphel rex Sinear, Arioch rex Aelasar,
Kedarlaomar rex Elam, & Tideal rex gentium, bellum inirent contra Bera
regem

[c] Quidam mulas intelligunt.

[a] Ebr. Vocabat in nomine domini.
[a] Potest etiam legi, Vbi inuocauerat nomen domini.

[b] Ebr. Viri fratres sumus nos.
[c] Ebr. Si tu sinistrabis, ego dextrabo (si ita licet) infinitiui tamen sunt.

[d] Ebr. Separatus est uir à fratre suo.

[e] Alij conuallem interpretantur. Mamre uiri nomen est.

Digitized by Google

regem Sodomorum, & contra Girsam regẽ Gomorræ, contra Sineab regẽ Ada
ma, & contra Semeber regẽ Zeboim & regẽ Bela (hæc est Zoar.) Omnes isti con
iunxerunt [copias] in ualle [a] Siddim, quæ nũc est mare salsum. Duodecim enim
annis seruierant ipsi Kedarlaomar, tertio uero decimo anno rebellarunt. Quar-
todecimo igitur anno uenit Kedarlaomar socijq́ reges cum eo, & percusserunt
Rephaim in Astheroth Karnaim, atq; Susim in Ham, & [b] Emim in planicie Ki-
riathaim. Et Horæũ in montanis suis Seir, usq; ad campestria Paran, quæ sunt iu
xta desertũ. Reuersiq́ uenerunt ad En Mispat, hæc est Kades, & percusserunt om
nem regionẽ Amalek, sed & Amorræũ habitantẽ in Hazazon Thamar. Et egres B
sus est rex Sodomæ, rex Gomorræ, rex Adama, rex Zeboim, & rex Bela, ipsa est
Zoar, & aciem instruxerũt aduersus illos in ualle Siddim, [nempe] aduersus Ke-
darlaomar regem Elam, & Thideal regẽ gentiũ, & Amraphel regem Sinear, &
Arioch regẽ Elasar, quatuor reges aduersus quinq;. Porrò uallis Siddim abun-
dabat foueis agrillosis. Fugerunt autem rex Sodomæ atq; Gomorræ, & cecide
runt ibi: qui uero remanserant, fugerũt uersus mõtes. Et accipientes omnẽ sub-
stantiam Sodomorum, & Gomorræorum, & omnẽ commeatum eorum, abie-
runt. Lot quoq; nepotem Abram ex fratre abduxerunt, & substantiam eius, & re
cesserunt, habitabat enim Sodomæ. Et uenit quidam qui euaserat, & indicauit C
[hoc] Abrã [c] Hebræo, qui [tum] habitabat in [d] quercetis Mamre Amorræi, fra-
tris Aescol, & fratris Aner, qui fœdus [e] habebant cum Abram. Audiens uero A-
bram quod captus esset frater suus, exercitatos ac instructos suos, uernas scilicet,
numero trecentos, decem & octo expediuit, & insequutus est illos usq; ad Dan.
Et diuisis copijs, ipse & serui eius [irruerunt] super eos noctu, percusserunt eos,
& insecuti sunt eos usq; Hoba, quæ est ad leuam Damasci. Reduxitq́; omnẽ sub
stantiam, sed & Lot fratrem suum substantiãq́ eius reduxit, deinde & mulieres
& populum. Egressus itaq; rex Sodomorum obuiam ei (posteaquam reuersus
est à cæde Kedarlaomar, & regum qui cum eo fuerant) in uallem planam, quæ
uallis regum dicta est. †Et Malchizedek rex Salem protulit panem & uinum, & D
hic sacerdos erat dei altissimi. [f] Benedixitq́ ei, & ait, Benedictus Abram deo ex-
celso, qui possidet cœlum & terram. Et benedictus deus excelsus, qui tradidit ho
stes tuos in manum tuam: dedit itaq; illi decimas ex omnibus. Et dixit rex Sodo
mæ ad Abram, Da mihi animas, substantiam tolle tibi. Respondit Abram regi
Sodomorum, [g] Leuaui manum ad DOMINVM deum excelsum possessorẽ cœ
li & terræ, ne [h] quidquam accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne filum quidem
aut calceamenti corrigiam, ne dicas scilicet, Ego ditaui Abram: his tantum exce-
ptis quæ insumpserunt pueri, deinde & portione uirorum illorum Aner, Aescol
& Mamre, qui mecum profecti sunt, isti accipiant partem suam.

CAP. XV.

Nouæ promißiones fiunt Abræ uetulo & sterili, de prole scilicet et numerosa poste ritate, quæ ut adfligenda sit in terra aliena, ita expleto tempore sit magno cum cumulo restituenda & amplificanda.

POst hæc gesta, factum est uerbũ DOMINI ad Abram in uisione [quadã] in A
[a] hunc modũ, Ne timeas Abram, ego [b] clypeus tuus sum, & merces tua ad-
modũ ampla. Et dixit Abram, DOMINE deus, Quid dabis mihi, quũ ego ince-
dam sterilis? & [c] dispensator domus meæ est hic Damascenus Eliezer. Et ultra lo
quutus est Abrã, En, mihi nõ dedisti semẽ, & ecce filius domus meæ hæres meus
est. Et ecce uerbum DOMINI factũ est ad eum in hunc modũ, Hic non erit hæ-
res tuus, sed qui egredietur de utero tuo, is erit hæres tuus. Eduxitq́ eum foras,
& dixit, †Suspice quæso cœlũ, & numera (si potes) stellas: & dixit illi, *Sic erit se-
men tuũ. †[d] Creditq́ Abram DOMINO, [e] imputataq́ est ei hæc [fides] ad iusti
tiam. Et dixit ad eum, Ego sum DOMINVS qui eduxi te de Vr Chaldæorum, B

Sodoma diripitur.

Abram eripit Lot.

Hebr. 7. a

Deus protector & merces boni.

Abræ promittitur filius.

†Deu 10 d

*Rom 4. d

Abram fide iustus.

Rom. 4. e

Gal. 3. a

Iaco. 1. a

Supra 14. d

[a] Siddim quidam et nerũ interpretantur, quidam camporum.

[b] Hæc propria quidam appellatiua faciunt.

[c] Quidam legunt Abrã Ibri, hoc est qui flumen transierat: ac si diceres, Transfluuianus.

[d] Vel conuallibus.

[e] Vel socij erant & cõfœderati Abram.

[f] Benedixit, hoc est, laudauit, et uirtutem eius commendauit. Alij aliter exponũt.

[g] Leuare manum gestus est iurantium.

[h] Ebr. Si à filo usq; ad corrigiam calceamenti, & si ex omnibus tuis quidquam accepero.

[a] Ebr dicendo.

[b] Clypeus, protectio, defensio.

[c] Potest & sic legi, et filius sterilitatis meæ in domo mea est hic Eliezer Damascenus, adoptatus scilicet in filium à me. Hæc lectio magis quadrat sequentibus.

[d] Eb. Credidit in domino, seu in dominum.

[e] Ebr. legunt, Et reputauit hanc ei ad iustitiam. Ego malui Paulum interpretem sequi post Septuaginta.

Digitized by Google

ut darem tibi terram istam, ut possideres eam. Et ait, DOMINE deus, Unde scire possum quod possessurus sim eam? Respondit ei, Tolle mihi buculam triennem, & capram [f]triennem, atque arietem triennem, turturem quoque & pullum columbarum. Hæc omnia sibi accipiens, †secuit ea per mediũ, posuitque unamquanque partem è regione comparis sui, cæterum aues non dissecuit. Descenderuntque uolatilia super cadauera illa, Abram uero ea proturbabat. Cumque sol occũberet, irruit sopor super Abram, & ecce horror tenebrosus ac magnus irruit in eum. Et dixit ad Abram, †Hoc tibi [g]persuasissimũ sit, semen tuum peregrinũ fore in terra non sua, & [h]subijcient eos seruituti, adfligentque eos quadringentis annis. Veruntamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo, & post hæc egredientur cum magna possessione. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, & sepelieris in senectute bona. *Sæculo autem quarto reuertentur huc. Hactenus enim nondũ completa est iniquitas Amorræorum. Factumque est occidente sole, ut caligo fieret, & ecce furnus fumans, pertransijtque fax ardens inter particulas illas. Eodem die †pepigit DOMINUS fœdus cum Abram his [i]articulis, Semini tuo dedi terrã istam, à fluuio Aegypti usque ad fluuium magnum, nempe Euphratem. Cinæum, Kenizæum, Cadmonæũ, Hethæum, Pheresæum, & Rephaim. Sed & Amorrhæum, Chananæum, Gergesæum atque Iebusæum.

Iere.34.d
Israelitę fer uituri & liberandi pręđicuntur.
Exod 12.f
Act 7.a
*Exo. 12.f
Infra 26.a
Deut. 34.a

f Alij legũt Meschu lescheth, nõ triennẽ, sed sectã in tres partes, ut ternarius numerus non ad tẽpus, sed ad partes animalium referatur.
g Ebr. Cognoscẽdo cognosces.
h Potest etiã legi, Et operabuntur in eis.
i Ebr. Dicendo.

CAP. XVI.

Sterilis Sarai ancillam marito uxorem locat, quæ quum grauida facta esset, contempsit præ se dominã suã. Eiecta è domo, ab angelo edocta tandẽ redijt, ac obsequẽtior fit.

SArai itaque uxor Abram [a]nihil peperit ei: habuit autem ancillã Aegyptiam, Hagar nomine. Dixit ergo Sarai ad Abram, En amabo, constrinxit me DOMINUS ne parerẽ, [b]ingredere quæso ad ancillã meam, si fortè ex ea [c]ædificer. Obedijt autem Abrã uoci Sarai. Tulitque Sarai uxor Abrã, Hagar Aegyptiam ancillam suam, à fine decem annorũ, quibus habitauerat Abrã in terra Chanaan, & dedit eam Abram marito suo uxorem. Et quum ingressus esset ad Hagar, concepit illa. Cumque [d]intelligeret se cõcepisse, uiluit domina eius in oculis Hagar. Et dixit Sarai ad Abram, Iniuriam meam [e]tibi acceptam refero, ego dedi [f]ancillam meam in gremiũ tuum, quæ intelligens se grauidam, uilis sum [g]coram ea. DOMINUS iudicet inter me & te. Dixit autem Abram ad Sarai, En ancilla tua in [h]manu tua est, fac illi quod tibi [i]uisum fuerit. Quũ ergo Sarai eam adfligeret, fugit Hagar à facie eius. Inuenit aũt eam angelus DOMINI iuxta fontẽ aquæ in deserto, iuxta fontẽ [inquam] qui est in uia Sur. Dixitque, Hagar ancilla Sarai, unde uenisti, & quò uadis? Illa dixit, A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Dixitque ad eam angelus DOMINI, Reuertere ad herã tuam, & te sub manus eius subde. Porrò loquutus est ad eam angelus DOMINI, Multiplicabo semen tuũ [k]uehementer, ut præ multitudine numerari non possit. Et rursus dixit ad eam angelus DOMINI, Ecce tu prægnans es, pariesque filiũ, & uocabis nomen eius Ismaëlem, audiuit enim DOMINUS adflictionem tuam. Hic erit [l]homo ferus, manus eius contra omnes, & manus omniũ contra eum: [m]coram omnibus fratribus suis habitabit. Vocauitque Hagar nomen DOMINI loquẽtis ad eam, Tu deus qui uides me: sic enim [n]cogitauerat, An nõn etiam hic uidi post uidentem me? Idcirco uocatus est puteus ille, puteus uiuentis uidentis me, qui est inter Kades & Bared. †Peperit autem Hagar ipsi Abram filium, appellauitque Abram nomen filij sui, quem pepererat illi Hagar, Ismaëlem. [o]Octogintasex annorũ erat Abram, quando Hagar peperit ei Ismaëlem.

Gal.4.c

a Loquutio est Ebraica, Nihil peperit. i. fuit sterilis & infœcunda.
b Ingredi seu uenire ad aliquam, honesta circumloquutio est maritalis congressus, aut cuiuscunque concubitus.
c Aedificandi uerbo Ebræi pro instaurandi aut conseruandi utuntur.
d Ebr. Quũ uideret, uidere pro intelligere.
e Authorẽ facit maritum iniuriæ: q. d. Inique mecum agis.
f Honeste maritalem societatem circumloquitur.
g Eb. In oculis eius: qui Ebraismus frequens est in scripturis.
h In manu esse, est in potestate esse, in ære suo.
i Ebr. Quod bonum est in oculis tuis.
k Ebr. Multiplicando multiplicabo.
l Eb. Homo onager.
m Ad faciẽ omnium fratrum.
n Eb. Dicendo.
o Ebr. Filius erat octogintasex annorũ.

CAP. XVII.

Mutãtur nomina Abrã & uxori, confirmantur promissiones, init fœdus cũ Abrahã dominus, adiũcto symbolo circuncisionis, & obsignatur fœdus interposito iuramento.

QVum Abram natus iam esset annos nonagintanouẽ, †apparuit ei DOMINUS, & dixit ad eũ, Ego sum El [a]Schadai, [b]ambula corã me, & esto integer,

Gene. 12.b

a El, fortis deus. Schdai, omnisufficiens deus, qui non solum diues sit & opulentus ut omnia possit, sed & tã benignus, ut abunde omnia in omnes largissime transfundat.
b Ambulare pro conuersari.

Digitized by Google

integer, ponamq́ fœdus meũ inter me & inter te, & multiplicabo te uehementer nimis. [c]Prociditq́ Abram pronus, & loquutus est cum eo deus in [d]hanc sententiam, En †ego [ferio] tecũ fœdus meum, erisq́ pater multarũ [e]gentium. Nec uocabitur ultra nomen tuũ Abram, quin potius Abrahã erit nomen tuum, quoniam te patrem multis gentibus constitui. Ego crescere te faciam uehementer nimis, ponamq́ te in gentes, sed & reges ex te prodibunt. Et confirmabo fœdus meum inter me & inter te, interq́ semen tuum post te in generationibus suis fœdere perpetuo, [f]ut sim scilicet tibi deus, & semini tuo post te. Daboq́ tibi & semini tuo post te, [g]terram hanc in qua tu peregrinus es, nempe totam terram Chanaan, in possessionẽ perpetuã, eroq́ illis deus. Rursumq́ dixit deus ad Abrahã, Et tu custodies fœdus meum, tu [inquam] & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc autẽ est †fœdus meum, quod obseruabitis inter me & uos, deniq́ inter semen tuum post te, [h]Circuncidatur uobis omnis mas. Circuncidetis uero carnem præputij uestri, *quod erit signum fœderis inter me & uos. Omnis mas qui fuerit in generationibus uestris dierum octo, circũcidetur uobis, siue uerna fuerit, siue ære cõparatus seruus à quocunq́ extraneo, qui non est de semine tuo. [i]Omnino uerna, & emptitius ære tuo cõparatus, circuncidi debent, ut sit fœdus meum in carne uestra fœdere sempiterno. Porrò mas præputiatus, cuius præputium carnis circũcisum non fuerit, huius anima excindatur è populo suo, fœdus [enim] meum irritũ fecit. Dixit quoq́ deus ad Abrahã, Sarai uxorẽ tuam non appellabis Sarai, sed Sarah erit nomen eius. Et benedicã ei, etenim dedi tibi filiũ ex ea: benedicã [k]ei, eritq́ in gentes, & reges populorũ ex ea [l]nascentur. Procidit Abrahã [m]pronus, & gauisus est, [n]cogitauitq́ in corde suo, [o]Centenarióne nascetur [proles?] Et Sarah nonagenaria pariturá ne est? Dixitq́ Abrahã ad deum, Vtinam Ismaël uiuat corã te. Ad quem dixit deus, Profectò †Sara uxor tua pariet tibi filiũ, uocabisq́ nomen eius Isaac, & ego cõfirmabo fœdus meũ cum eo, ut sit fœdus sempiternũ semini quoq́ eius post eum. Audiui quoq́ te, quod ad Ismaëlem attinet, en benedixi ei, & faciam illũ crescere, multiplicaboq́ eum uehementer nimis, duodecim duces generabit, & [p]faciam illũ in gentem magnã. Fœdus uero meũ confirmabo cum Isaac, quẽ pariet tibi Sara ad præstitutũ tempus istud, anno altero. Et desijt loqui cum eo, ascenditq́ deus ab Abrahã. Et accepit Abraham Ismaëlem filiũ suum, & omnes uernas, & omnes eos quos ære suo cõparauerat, omnes scilicet mares inter uiros qui erant in domo Abrahæ, & circuncidit carnem præputij illorũ ipso eodẽ die, quemadmodũ loquutus fuerat deus cum eo. Porrò Abraham natus erat nonaginta nouẽ annos, quum circũcidebatur caro præputij sui. Ismaël uero filius eius natus erat tredecim annos, quãdo circuncisus est ipse in carne præputij sui. Vno eodemq́ die circuncisus est Abraham & Ismaël filius eius, sed & omnes [q]domestici eius, uernæ, & qui ab alienigenis pecunia comparati erant, circuncisi sunt cum eo.

Eccli 44.c — Circũcisio signũ fœderis. — Act. 7.a — *Rom. 4.b — Luc. 2.c — Gene. 18.b 21.a — Benedicitur Ismael.

B — C — D

[c] Ebr. Cecidit in faciem suam. [d] Eb. Dicens uel dicendo. [e] Eb. Eris in patrem multitudini gentiũ. [f] Ebr. Vt sim tibi in deum. [g] Ebr. Terram peregrinationis tuæ, id est, quã incolis, aut in qua aduena habitas. [h] Eb. Circuncidi uobis, Himol passiuus infinitiuus. [i] Ebr. Circuncidẽdo circuncidatur. [k] Ei, scilicet Saræ. [l] Eb. Erunt. [m] Eb. In faciẽ suam. [n] Ebr. Dixit in corde. [o] Filio centũ annorum: sic de Sara, filia nonaginta annorũ. [p] Eb. Dabo. [q] Ebr. Viri domus.

CAP. XVIII.

Apparet dominus Abraæ, & tempus partus Saræ definit. Deinde iudicium domini in Sodomitas Abraæ manifestatur, qui serijs precibus pro ipsis interpellat.

APparuit aũt ei DOMINVS in [a]querceto Mãre, ipse uero †sedebat in ostio tabernaculi in ipso [b]feruore diei. Quumq́ sublatis oculis respexisset, ecce *tres uiri stabant iuxta eum: quos cum uidisset, occurrit eis de ostio tabernaculi, & incuruauit se uersus terrã, & dixit, Amabo domine, si [c]hanc gratiã à te impetrare possum, ne quæso prætereas seruũ tuum. Adferatur quæso pauxillũ aquæ, ut lauentur pedes uestri, [d]recũbite sub arbore, ego uero adferam frustũ panis, & †reficite cor uestrum, deinde transite, idcirco enim ad seruum uestrũ diuertistis. Illi autem dixerunt, Fac quemadmodũ es loquutus. Festinauit itaq́ Abrahã in tabernaculũ ad Saram, & dixit, Accelera, commisce tres [e]modios farinæ purga-

Gene. 19.a — *Trinitatis nota. — Abrahã hospitalis excipit angelos. — Heb. 13.a — †Ps. 103.b

A

[a] Alij, in conuallib. [b] Ebr. Secundũ calorem diei. [c] Ebr. Si inueni gratiã in oculis tuis, ne quæso transeas à seruo tuo. [d] Ebr. Innitimini. Passiuus imperat. [e] Scim mensuræ genus fuit, fortè quadrantalia.

Digitized by Google

ᶠEb. Et tulit filium bouis tenerũ & bonum, &c. & festinauit ut faceret eum, &c.

ᵍEbr. Reuertẽdo reuertar.

ʰPotest etiam legi, iuxta tempus uitæ.

ⁱEbr. Venerant in dies, cessauit ut esset Saræ uia sicut mulieribus.

ᶠSeu circa tempus uitæ.

tissimæ, & fac placentas. Abraham uero currens ad armenta, & accepto ᶠiuuen-
B co pingui ac bono, dedit [eum] puero, qui festinauit, & parauit illum. Butyrum
quoq; tulit & lac, & iuuencũ quẽ parauerat, & apposuit eis, ipse uero iuxta eos
sub arbore, ipsis comedentibus, stabat. Dixerunt aũt ad eum, Vbi est Sarah uxor
tua? Respondit, En in tabernaculo est. Et dixit, ᵍCertissime reuertar ad te circiter
ʰtempus uiuẽtis, † & ecce Saræ uxori tuæ filius erit. Sarah uero audiebat hoc in ostio tabernaculi, quod erat post illum. Equidem Abrahã & Sarah senes erant, ⁱprouectæq; ætatis, ut menses desijssent Saræ iuxta morem fœminarũ. Risit itaq; Sarah apud sese, dicens, Posteaq̃ cõsenui, herusq; meus grandi est ætate, num uoluptati indulgebo? Dixitq; DOMINVS ad Abrahã, Cur sic risit Sarah, dicens, Num uere paritura sum, quũ sim uetula? An ergo deo quidquam est difficile? ad tempus definitũ ᶠcirciter tempus uiuẽtis reuertar ad te, & Sarah habebit filium. Negauit autẽ Sarah, & dixit, Non risi: timuit enim. Et ille dixit, Nihil, imò risisti. Consurgentes ergo uiri isti illinc, respexerunt Sodoma uersus. Abrahã uero
C ibat cum eis, ut eos deduceret. Dixit autem DOMINVS, Num celabo Abrahamum quæ ego gesturus sum? quum Abrahã omnino futurus sit in gentem magnam & robustã, benedicendæq; sint in eo omnes nationes terræ? Hoc quoq; scio, q; mãdaturus sit filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant uiam DOMINI, faciantq; iustitiam & iudicium, in hoc, ut adducat DOMINVS super Abrahamum quæ loquutus est ad eum. Ait itaq; DOMINVS, Fama Sodomorũ & Gomorræorũ multa est, & peccatũ eorum supra modũ graue, descendam nunc, & uidebo, num ita habeat quemadmodũ regionis illius fama ad me peruenit: si fecerunt, actum de illis est: sin minus, ut sciam. Diuerteruntq; inde uiri illi, & abierunt Sodoma, Abraham uero stabat adhuc coram DOMINO. Et accedens Abraham dixit, Num iustum cum impio perdes? Fortassis fuerint quinquaginta iusti intra urbem, num etiam perdes, & loco non parces propter quinquaginta iustos qui illic sunt? Absit à te ut rem hanc facias, & interficias iustum cum impio, fiatq; ut impio sic iusto: absit inquã à te, num is qui iudex est uniuersæ terræ,
D ˡæquitatem non seruabit? Et dixit DOMINVS, Si Sodomis intra mœnia quinquaginta iustos inuenero, uniuerso huic loco illorum gratia parcam. Et respondens Abrahã, dixit, En obsecro, induxi animũ, ut loquerer cũ domino meo, qui puluis sum & cinis. Quid? si quinquaginta iustis, quinq; defecerint? num ob quinq; totã illã ciuitatẽ uastabis? Et dixit, Si illic inuenero quadragintaquinq;, non uastabo. Rursumq; loquutus est cum eo, hisce uerbis, Quid si inueniantur illic quadraginta? Respondit, Nihil faciã propter quadraginta. Et dixit, Ne quæso iram moueat domino meo, si loquar, inuenientur fortasse illic triginta. Et dixit, Si inuenero ibi triginta, nihil faciam. Dixitq; iterũ ille, En obsecro, obsequutus sum animo meo ausus loqui ad dominũ meum, fieri poterit, ut inueniãtur fortassis ibi uiginti. Et dixit, Ob uiginti non uastabo. Et dixit, Ne quæso irã moueat dño meo, si uel iam loquutus fuero, quid si inueniãtur ibi decem? Et dixit, Non uastabo ob decẽ. Postq̃ uero cessasset DOMINVS loqui ad Abrahã, abijt, & Abrahã reuersus est ad locum suum.

Infra 21.a Rom.9.b

Dei ad Abrahã familiaritas.

Prædicitur Sodomorũ interitus.

ˡEbr. Nõ faciet iudicium?

Perseuerantia in oratione.

CAP. XIX.

Hospitio excipit Lot angelos, puniuntur scelerati, educitur pius Lot cum suis: & quum unum periculum effugit, incidit in alterum.

A VEneruntq; duo angeli Sodoma sub uesperã, & Lot sedebat in porta Sodomorũ, uidensq; Lot, assurgit, itq; eis obuiam, inclinat pronus facie terram uersus demissa, & ait, En obsecro domini mei, diuertite quæso ad domũ serui uestri, pernoctate, lauate etiã pedes uestros, & mane consurgentes proficiscimini uiam uestram. At illi dixerũt, Non, sed in platea pernoctabimus. Ille uero efflagitabat uehementius, ut ad se diuerterent. Ingressi itaq; sunt domũ eius, qui in-

struxit

Digitized by Google

struxit eis cœnam, & pinsuit placentas infermentatas, & comederunt. Prius aũt quàm irent cubitum, ciues urbis, ciues scilicet Sodomorum, undiq; cinxerũt domum, à puero ad senem usq;, quin uniuersa plebs ab extremis locis urbis. Vocauerunt aũt Lot, & dixerunt ei, Vbi sunt uiri illi qui ad te hac nocte ingressi sunt? educ illos ad nos, ut cognoscamus eos. Egressus autem Lot ad eos foras, clausit post se ianuam, & dixit, Ne quæso fratres mei malum hoc committatis, en sunt mihi duæ filiæ, quæ uiros nondũ sunt expertæ, quas ad uos educam, agite cum illis quod collibitũ fuerit, modo uiris illis nihil faciatis, in hoc eñi sub umbram tabulati mei introierũt. Et dixerunt, Concede huc. Et rursus dixerunt, Vnus ille ut incola uenit, & plane ius [nobis] dicet? te igitur plus q̃ illos infestabimus. †Vehementi igitur impetu irruentes in uirum (nempe Lot) accesserunt ut fores effringerent. Exerentes autẽ uiri illi manus suas introduxerunt ad se Lot in domum, clauseruntq; ianuam. Cæterũ uiris illis qui erant iuxta fores domus à minimo ad maximũ usq; oculos [a]præstrinxerunt, ut hallucinarentur, †nec fatigati quidem inuenirent ostiũ. Et dixerunt uiri illi ad Lot, Habes adhuc quempiam hic, generũ, filios tuos, & filias tuas, & quæcunq; habes in ciuitate educ de loco isto. Nam nos perdemus locũ istum, eo q; ingens sit clamor illorũ [b]coram DOMINO, misitq; nos DOMINVS ut perdamus illum. Egressus est itaq; Lot, & loquutus est ad generos suos, qui ducturi erant filias suas, dixitq; [ad eos,] Surgite, egredimini de loco isto, quoniã subuertet DOMINVS ciuitatẽ istam: fuit aũt hic [c]sermo ludicrus generis suis. Exoriente autem aurora, instabãt angeli Loto, & dixerũt, Surge, accipe uxorem tuam, & duas filias tuas [d]quæ supersunt, ne fortè perdaris in iniquitate ciuitatis. Quumq; morã necteret, uiri illi apprehẽsa manu eius, manuq; uxoris eius, sed & manu duarũ filiarum eius, (uolebat enim parcere ei DOMINVS) eduxerunt eum, collocaruntq; eum extra ciuitatẽ. Cũq; eduxissent eum extra ciuitatẽ, dixit, Serua uitã tuam, neq; respectes post te, neq; consistas in tota ista planicie, effuge montem uersus, ne fortè absumaris. Dixitq; Lot ad eos, Ne quæso mi domine, en gratiã à te impetraui, magnificaq; bonitate tua me prosequutus es, ut in uita me seruares, en ego non potero effugere uersus montem, ne fortè me insequatur hoc malũ, & peream. En oppidulum hoc uicinum, ut illuc cõfugiam, paruulũ enim est, [permitte] quæso ut ibidem seruer: (an non paruulũ est?) ut uiuat anima mea. Et dixit ad eum, En in hac quoq; re [e]exaudiui te, ut nolim subuertere oppidulũ illud de quo loquutus es, †festina, & illic seruare: neq; enim facere possum quicq̃, donec tu illuc uenias: & hãc ob causam appellatum est nomen oppiduli illius Zoar. Porrò sol ortus iam erat super terram, quum Lot ueniret Zoar. Pluuit igitur DOMINVS super Sodomam & Gomorrã sulphure & igni à DOMINO de cœlis, & subuertit ciuitates illas, & totã illam planiciem, omnes quoq; habitatores illarũ urbium, simulq; germen terræ. Vxor uero Lot retrospectauit post illũ, & facta est statua salis. Abraham uero summo mane consurgens, [properat] ad eum locum, ubi steterat coram DOMINO, & prospiciẽs uersus Sodomam & Gomorram, & uersus uniuersam terram istius planiciei, & en uapor illius terræ ascendebat, quemadmodũ uapor fornacis calcariæ. Cumq; perderet deus ciuitates illius planiciei, recordatus est deus Abrahæ, ut eximeret Lot ex [f]ipsa subuersione, qua subuertit ciuitates illas, in quibus Lot habitabat. Ascendit uero Lot de Zoar, habitauitq; in monte, unà cũ duabus filiabus suis, timuit enim habitare in Zoar, [g]habitauit ergo in spelunca ipse & duæ filiæ eius. Dixit aũt primogenita ad natu [h]minorem, Pater noster senuit, neq; uir superest in terra, qui [i]nos ducat more uniuersæ terræ, adesto, dabimus uinum bibere patri nostro, dormiemusq; cum eo, ut seruemus semen è patre nostro. Nocte itaq; illa dederunt uinum bibere patri suo, ingressaq; est primoge-

Libido Sodomitarũ. (B)

2.Pet.2.b

Sap.19.c (C)

(D)

Dominus parcit ac pœnã retinet propter unũ pium. Sap.10 a (E)

Sodomorũ exitium. Isa.13.d Iere.50.a Ezech.16.f Amos 4.d Osee 11.c Luc.17.f Iudæ 1.c

Vxor Lot fit statua salis. Luc.17.g.

Lot propter Abraham liberatus. (F)

Incestus patris cũ filiabus ex ebrietate.

[a] Eb. Percusserunt eos cæcitatibus, aut cæcutientia.

[b] Ebr. Coram facie domini.

[c] Ebr. Fuit quasi ludens in oculis generorum suorum.

[d] Quæ inuentæ sunt.

[e] Ebr. Suscepi faciem tuam.

[f] Eb. De medio subuersionis.

[g] Eb. Sedit.

[h] Ebræi minorẽ & maiorem dicunt.

[i] Eb. Qui ad nos ueniat.

Digitized by Google

nita,& dormiuit cũ patre suo: ille uero non animaduertit, neq; dum filia accum
G beret, neq; dum surgeret. Postera die dicebat maior natu ad minorẽ, En ego dor
miui heri cũ patre meo, dabimus ei uinũ & hac nocte, & ueni tu, & dormi cum
eo, ut seruemus semen è patre nostro. Dederũt ergo uinũ patri suo etiam illa no
cte, surgensq; minor natu dormiuit cum eo: at ipse non aduertit neq; quãdo illa
accubuit, neq; quando surrexit. Et conceperũt duæ filiæ Lot ex patre suo. Pepe-
rit autem primogenita filiũ, & appellauit nomen eius Moab, is est pater Moabi Moab.
tarum usq; in hunc diem. Sed & minor natu peperit filiũ, appellauitq; nomen
eius Ben Ami, is est author filiorũ Amon usq; in præsentẽ diem. CA. XX. Amon.

Qum esset incola Abraham in terra Gerar, rapta est Sara in aulam regis, credeba-tur enim soror eius esse. Rex oraculo admonitus, reddit uiro uxorem non sine muneri-bus, precibusq; Abrahæ à multa liberatur.

A PRofectus Abrahã illinc in terram australem, consedit inter Cades, & inter Sur, incolaq; fuit in Gerar. Dixitq; Abrahã de uxore sua, ꝙ soror eius esset. Misit ergo rex Gerar Abimelech, & tulit Saram. Venit autẽ deus ad Abimelech per somnium noctu, & dixit ad eum, En tu morieris propter mulierem quã tuli sti, marito enim iuncta est. Abimelech uero non accesserat ad eam, & ait, Domi ne, num gentem iustam quoq; interficies? an nõ ipse dixit, Soror mea est? sed & ipsa dixit, Frater meus est: in integritate cordis mei, & innocentia manuũ mea-
B rum hoc feci. Dixitq; ad eum deus per somniũ, Et hoc noui, ꝙ in integritate cor dis tui hoc feceris, atq; ideo cohibui te quo minus peccares in me, nec permisi ut eam attingeres. Nunc igitur restitue uiro uxorẽ, est enim propheta, is pro te ora bit, ut superstes uiuas. Quod si nõ restitueris, hoc scito, certissime te moriturum: nec te solum, sed & omnia quæ habes. Summo itaq; mane surrexit Abimelech, & cõuocauit omnes seruos suos, & loquutus est omnes hosce sermones coram auribus illorũ, & timuerunt uehementer. Post hoc uocauit Abimelech Abraha-
C mũ, & dixit ei, Quid fecisti nobis? quid uero in te peccaui, ꝙ adduxisti super me & regnum meum peccatum tam grande? Commisisti [a] aduersum me, quæ com mittere minime conueniebat. Et dixit Abimelech ad Abraham, Quid spectasti, ut rem istam designares? Respondit Abrahã, Cogitaui, fortassis nõ uiget timor dei in isto loco, fiet ergo, ut me propter uxorem meam interficiãt. Atqui reuera soror mea est, nam filia est patris mei, tametsi filia matris meæ non sit, factaq; est mihi uxor. Cumq; errare me faceret deus à domo patris mei, dixi ad eam, Hoc in me beneficiũ colloca, in omni loco ad quem sumus peruenturi, dic de me ꝙ
D [b] frater sim tuus. Tulit itaq; Abimelech oues & boues, seruos & ancillas, & de dit ea Abrahæ, reddiditq; illi Saram uxorẽ suam. Dixitq; Abimelech, Ecce, terra mea tibi [c] patet, habita ubi tibi uisum fuerit. Ad Saram autem dixit, En dedi frã-tri tuo mille argenteos, idq; pro uelamento erit oculis tuis, & euidens argumen tum coram omnibus qui tecum sunt. Orauit itaq; Abrahã ad deum, & sanauit deus Abimelech & uxorem eius, atq; ancillas eius, & pepererunt. [D] Concluserat enim DOMINVS omnem uuluam domus Abimelech propter Sarah uxorem Abrahami. CAP. XXI.

a Hb. Opera fecisti quæ fieri nõ oporte-bat. Sensus, Non æ-quum fecisti.

b Hbr. Frater meus est.

c Hbr. Coram te est.

D Hb. Concludendo concluserat.

D Cõcludere uuluã, est sterilem reddere.

Sara neptis Thare ex filio, & ne-ptis Abra-hæ ex fra-tre.

Natus Isaac circunciditur & ablactatur. Eijcitur Hagar cum filio suo: initur fœdus inter Abimelech & Abrahamum.

A VIsitauit autem DOMINVS Saram, quemadmodũ promiserat, præstititq; DOMINVS Saræ quemadmodũ fuerat loquutus. Nam concepit & pe-perit Sarah ipsi Abrahæ filiũ in senectute sua, idq; ad tempus definitũ quod præ dixerat ei deus. Et Abrahã appellauit nomen filij sui ꝙ sibi natus erat, & quem ei genuerat Sarah, Isaac. Circuncidit quoq; Abrahã filiũ suum, quũ esset natus dies octo, † quemadmodũ præceperat illi deus. Porrò Abraham ipse natus erat centum

Sup. 17. d 18. b Gal. 4. c Heb. 11. c

Sup. 17. d Matth. 1. a

Digitized by Google

centum annos, cum nasceretur ei Isaac filius suus. Sarah uero dixit, Deus [a]fecit
mihi gaudium, ut omnis qui audierit, congratuletur mihi. Dixitq;, Quis diceret
Abrahæ, Sara lactat filios, & q; genuerim filium in senectute sua? Creuit itaq;
puer, & ablactatus est, instruxitq; Abraham conuiuium magnũ eodem die quo
ablactabatur Isaac. Vidit autem Sarah filium Hagar Aegyptiæ, quem genuerat
Abrahæ, lasciuientem. Et dixit ad Abrahamum, †Eijce ancillam hanc, simulq; fi
lium eius, filius enim istius ancillæ non erit hæres cũ filio meo, nẽpe cum Isaac.
Doluit [b]autẽ hic sermo Abrahamo uehementer, idq; filij sui causa. Dixitq; deus B
ad Abrahã, Ne doleat tibi de puero & de ancilla tua, obtempera uoci Saræ in o-
mnibus quę dixerit tibi, † in Isaac enim uocabitur tibi semen. Quin & filium an
cillæ faciam in gentem, siquidem semen tuum est. Surrexit itaq; Abraham dilu-
culo, & tulit panem ac urceũ aquæ, deditq; Hagar, imponens humero eius, pue
rum quoq; ei dedit, & amandauit eam, quæ abiens errauit in deserto Beer Seba.
Cumq; iam consumptæ essent aquæ urcei, proiecit puerũ sub uirgultum quod
dam. Ipsa uero abiens, [c]cõsedit è regione procul, quantũ est teli iactus: dixit enĩ,
Non possum uidere mortem pueri: sedensq; è regione, sustulit uocem suam &
fleuit. Audiuit autem deus eiulatũ pueri, uocauitq; angelus dei Hagar de cœlo, C
& dixit ad eam, Quid est tibi Hagar? Ne metuas, quoniã exaudiuit deus eiulatũ
pueri, eodem loci ubi est. Surge, tolle puerũ, & manu tua eum apprehẽde, quo-
niam faciam eum in gentem magnã. Et aperuit deus oculos eius, ut uideret fon
tem aquarũ, abijt ergo & impleuit urceum aqua, deditq; potũ puero. Adfuit au
tem deus puero, & creuit, habitauitq; in solitudine, fuitq; iaculandi peritus. Ha
bitauit autem in deserto Pharan, & accepit illi mater sua uxorem ex Aegypto.
Eodem tempore conuenerũt Abrahamũ Abimelech [rex] & Phichol summus
imperator eius, hisce uerbis, Deus adest tibi in cũctis quæ tu facis: iura igitur mi
hi hoc, [d]ne dolo malo mecum, cum prole ac posteris meis agas, iuxta beneficen
tiam qua tecum egi, tu quoq; mecum agas, & cum terra in qua tu incola fuisti.
Dixitq; Abraham, Ego iurabo. Arguit autem Abrahã regem Abimelech de cau
sa putei aquæ, quem ui eripuerant serui Abimelech. Et dixit Abimelech, Nescio D
quis istã rem fecerit, neq; tu mihi indicasti, neq; ego unq̃ de hac re audiui quidq̃
nisi hodie. Accepit uero Abrahã oues & boues, deditq; Abimelech, sanxeruntq;
ambo isti fœdus. Et Abrahã statuit septem agnas ouium seorsum. Dixit autem
Abimelech ad Abrahamum, Quid sibi uolunt septem istæ agnæ quas seorsum
statuisti? Respondit, Septem istas agnas accipies de manu mea, ut sint mihi te-
stes q; istum puteum foderim. Idcirco loco illi nomen inditum est Beer Seba, q;
uterq; illic iurasset. Sancito itaq; fœdere in Beer Seba, surrexit Abimelech & sum
mus imperator eius Phichol, & reuertuntur in terram Palestinorum. Conseuit
autem [Abraham] arboretum in Beer Seba, inuocauitq; ibidem nomẽ dei æter
ni. Incola itaq; fuit Abraham in Palestina diebus multis.

CAP. XXII.

*Tentatur Abrahæ fides, quum Isaac unigenitũ & dilectißimum filium iugulare iu
betur, at ex tam graui periculo liberatur. In fine sunt quædam de Nahor & Milca.*

POst hæc gesta tentauit deus Abrahamum, dicebatq; ad eum, †Abraham. Et A
respondit, En præsto sum. Et ait, Tolle nunc filiũ tuum, unicũ illum tuum,
quem unice amas, Isaac inquam, & uade in terram Moria, & sacrifica eum ibi-
dem holocaustũ super unũ montium, quem tibi indicaro. Surgens itaq; Abra-
ham diluculo, instrato asino, accepit secũ duos pueros, & Isaac filium suum, de-
inde diffindit ligna ad holocaustum, surgit, & abit ad locum de quo dixerat illi
deus. Tertio die sublatis oculis suis Abrahã, uidit locum illum à longe. Dixitq;
Abraham ad pueros suos, Vos manete hic cum asino, ego uero & puer ibimus
illuc adoraturi, deinde reuertemur ad uos. Accepit itaq; Abrahã ligna holocau- B

[a] Potest & sic legi, Risui me exposuit dominus, omnis q audiens ridebit me.

Gal. 4. d

Lasciuire, est improbius & petulantius lude

[b] Ebr. Malum fuit hoc uerbum in oculis Abrahæ.

Veri filij Abrahæ ex Isaac.
Rom. 9. b
Heb. 11. d
Agar cum Ismaele eijcitur.

[c] Eb. Sedit sibi.

[d] Ebr. Si mentitus fueris mihi.

Iudith 8. c
Eccli 44. c
Heb. 11. d

Obedientia ad uerbum dei.

Digitized by Google

sti, & imposuit ea Isaac filio suo, ipse uero manu sua ignē gestabat & cultrū, profectiq; sunt duo illi simul. Dixit ergo Isaac ad patrē suum, Pater mi. Qui respondit, Præsto sum fili mi. Et dixit, En ignis & ligna, ubi uero pecus est pro holocausto? Respondit Abrahā, Deus prouidebit sibi pecus in holocaustum mi fili. Perrexerunt autem ambo illi unà. Quumq; uenissent ad locum de quo deus illi dixerat, extruit ibi Abraham aram, rogum struit, Isaac filium suum colligat, imponitq; illum rogo qui erat in ara: extenta deinde manu Abrahā, apprehendit cultrum ut mactet filium suum. Angelus autē DOMINI clamauit ad eum è cœlo hisce uerbis, Abraham, Abraham. Qui respondit, En adsum. Angelus autem ait, Ne extēdas manum tuam in puerū, neq; facias illi quidquam, iam enim cognoui quod timeas deū, quum & filio tuo unico illo tuo propter me nihil peperceris. Sublatis itaq; oculis suis Abraham, respexit, & en aries retro implicitus erat uepreto cornibus suis. Et abijt Abraham, tulitq; arietem illū, & immolauit eum holocaustum pro filio suo. Nominauit autem Abraham nomen illius loci, DOMINVS uidebit: quemadmodū etiamnū hodie dicitur, In monte DOMINVS uidebitur. Angelus autem DOMINI uocauit Abrahamum secundo de cœlo, dixitq;, Per memetipsum iuraui (dicit DOMINVS) quandoquidem rem hanc fecisti, nec pepercisti filio tuo, unico illo tuo, certissime [a]benedicam tibi, & multiplicabo uehementer semen tuum quemadmodum stellas cœli, & arenā quæ est in littore maris, possidebit semen tuum portam hostium tuorum. Benedictas deniq; ducent se in † semine tuo omnes gentes orbis, eo quod uocē meā audiuisti. Reuersus est itaq; Abrahā ad pueros suos, & surgentes uenerunt pariter in Beer Seba, habitabatq; Abrahā in Beer Seba. Factū est aūt post hæc negotia, ut Abrahæ nunciaretur tale nuncium, En & ipsa Milcha peperit filios fratri tuo Nahor, nempe, ipsum Vtz primogenitum suum, Butz fratrem eius, Kemuel patrem Syrorū, Chesed, Hazo, Pildas, Idlaf atq; Bethuel. Porrò Bethuel genuit Rebeccam. Octo istos genuit Milcha Nahor fratri Abraham. Sed & concubina eius nomine Reuma genuit Tebah, Gaham, Tahas & Maacha.

Typus Christi Isaac. Immolat Isaac filium suum. Timet deū. Psal. 104. a Eccli 44. d 1. Mach. 2. f Luc. 1. g Heb. 6. c Christus. Sup 12. a 18. c Infra 26. a Eccli 44. d Act. 3. d Nachor. Bathuel. Rebecca.

C, D (margin section letters)

a Benedicere est locupletare, fortunare, ditare, felicē reddere: sed ob mysterium nolui quidquā mutare.

CAP. XXIII.

De morte & sepultura Saræ.

A Vixit autem Sarah centum uigintiseptē annis, tot fuerūt anni totius uitæ Saræ. Et mortua est Sarah in Kiriath [a] Arba: hæc eadē est Hebrō, in terra Chanaan: uenitq; Abraham ut lugeret Saram, defleretq; eam. Surgēs itaq; Abraham à funere suo, loquutus est ad [b]Hethæos in hanc sententiam, Peregrinus & incola sum apud uos, date mihi possessionem sepulchralem apud uos, ut sepeliam funus meum corā [c]me. Responderunt autē [d]Hethæi Abrahę, & dixerunt ad eum, Audito nos domine, princeps [e]diuinus es tu inter nos, in selectissimis monumētis sepeli funus tuum, nemo ex nobis prohibebit [tibi] sepulchrū suum, quo minus sepelias funus tuum. B Surgens autem Abraham, incuruauit se coram populo istius regionis, nempe corā Hethæis. Porrò loquutus est cum eis hisce uerbis, Si uobis [f]cordi est, ut sepeliam funus meum corā me, audite me, & conuenite mihi Ephronem filium Zohar, ut det mihi speluncām duplicem quā habet, quæ scilicet est in extremitate agri sui, & eam det mihi pro iusto [g]pretio, ut sit possessio sepulchralis. Ephron uero habitabat inter Hethæos. Ephron ergo Hethæus Abrahamo respondit, audientibus [h]hoc Hethæis, uniuersis scilicet qui ingrediebant portam oppidi sui, & dixit, C Nequaq̄ mi domine, audi me potius, do tibi agrum, do quoq; tibi speluncā, & eam do tibi [i]corā populo meo, ut sepelias funus tuum. Incuruauit se Abraham corā populo regionis, & loquutus est ad Ephronem audiente hoc populo istius regionis, in hanc sententiam, Tantum si tu mihi auscultares, ego do pretiū agri, hoc accipe à me, & tum sepeliam funus meum illò. Rursum respondit Ephron Abrahamo & dixit, Mihi ausculta mi domine, terra hæc

a Kiriath Arbe ciuitas quatuor: quidā Arba nomen gigantis faciunt.
b Ebr. filios Heth.
c Eb De facie mea.
d Eb. Filij Heth.
e Ebr. Princeps dei.
f Ebr. In animabus uestris.
g Ebr. Pleno argēto.
h Ebr. In auribus filiorum Heth.
i Eb. In oculis filiorum populi mei.

quadrin

Digitized by Google

quadringentorum siclorum argenti est: quid hoc autem est inter me & te? funus ergo tuum sepeli. Obtemperat igitur Abraham Ephroni, expenso argento quod D indicarat Ephron, idq; audientibus Hethæis, quadringentis nempe siclis argẽti, publicæ [k] & probatæ monetæ. Ager itaq; Ephronis, in quo duplex spelũca erat, è regione Mamre, ager inquam & spelunca quæ est in eo, sed & omnia ligna in agro & uniuersis finibus circunquaq;, Abrahæ in possessionẽ [l] accedit, [m] præsentibus Hethæis, uniuersis scilicet qui portam oppidi illius ingrediuntur. Post hæc sepeliuit Abraham Saram uxorem suam in speluncam agri duplicem, è regione Mamre, hæc est Hebrõ in terra Chanaan. [n] Accessit itaq; ager & spelunca quæ in eõ erat, ipsi Abrahæ in possessionẽ sepulchralẽ ab Hethæis.

Sara sepelitur.

Mambre quæ & Hebron.

[k] Ebr. Ad mercatorẽ transeuntis.

[l] Accedit, uerbum forense, quo utitur Columella 1. lib. 7. cap. Ebræus habet, surrexit.

[m] Eb. In oculis filiorum Heth.

[n] Ebr. Surrexit.

CAP. XXIIII.

Describitur hoc capite qualiter Isaac prouidentia patris & cura serui uxor electa sit & adducta.

ABrahã senex iã erat & [a] prouectæ ætatis, & DOMINVS [b] fortunauerat A- A brahamũ in cunctis. Dixit ergo Abraham ad seruũ suum, seniorẽ domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat, Pone quæso manũ tuam subtus fœmur meum, iuramentoq; te per deum cœli & terræ adigam, ne accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaan, inter quos ego habito, sed petas terrã meam nataleq; meum solũ, & isthinc uxorẽ filio meo Isaac adducas. Dixit uero seruus ad eum, Fortassis mulier illa me sequi nolit, ut ueniat in hanc regionẽ, reducámne filium tuũ in terrã de qua tu egressus es? Cui respondit Abrahã, Caue filium meum illuc reducas. DOMINVS deus cœli, qui tulit me de domo patris mei, & de patrio meo solo, & qui loquutus est ad me, quiq; iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo istam terrã, is mittet angelũ suum ante te, ut adducas inde uxorẽ filio meo. Quod si mulier te sequi nolit, liber eris ab hoc meo iuramẽto, modo ne filiũ meũ isthuc reducas. Admouit igitur seruus manum suam subtus fœmur Abrahami domini sui, & ei hac de re iurauit. Et accipiens seruus decem camelos de camelis domini B sui, abijt: (erat enim omne bonũ domini sui in potestate sua,) & surgens abijt in [c] Aram naharaim ad urbẽ Nahor. Porrò camelos fecit accubare extra urbem iuxta puteum aquæ sub tempus uespertinum, eo scilicet tempore quo solẽt egredi haurientes [puellæ.] Dixitq;, DOMINE deus heri mei Abrahã, fac [d] obsecro, auspicatum sit quod cœpi hodie, bonitate tua prosequere herum meum Abraham. En ego asto ad fontem aquæ, egrediunturq; [e] puellæ huius ciuitatis ut hauriant aquã: puella itaq; ad quam dixero, Inclina quæso cadũ tuum ut bibam, illaq; dixerit, Bibe, quin & camelis tuis potum dabo: eam ipsam certissime explorasti seruo tuo Isaac, atq; in hac ipsa sciam, quod beneficio prosequutus sis herũ meum. Priusquam uero finem loquendi faceret, en Rebecca egrediebatur: hęc nata erat Bethueli filio Milcha uxoris Nahor fratris Abrahæ, ferebatq; cadum suum super humero suo. Erat autem puella hæc specie peruenusta, deinde & uirgo, quippe quam uir nullus cognouerat. Hæc descendit ad fontẽ, impleuitq; cadum suum, & ascendit. Seruus autem accurrens dixit, Potũ præbe mihi quæso, nempe pauculum aquæ ex cado tuo. Quæ ait, Bibe mi domine: moxq; deposito cado suo su- C per manum suam, dedit illi potum. Cumq; dedisset illi potũ, dixit, Quin & camelis tuis hauriam, donec abunde satis biberint. Porrò festinanter effudit cadũ suũ in canalẽ potorium, & cucurrit iterum ad puteum ut hauriret, hausitq; omnibus camelis illius. Vir autem admiratione puellæ attonitus, tacite secũ expendit, fortunarit DOMINVS iter suũ nec ne. Quũq; cameli satis abunde iam poti erant, protulit uir inaurẽ auream dimidij sicli, & duas armillas super manus eius, quarum pondus erat decem [siclorũ] auri. Dixitq;, Filia cuius es? indica quæso mihi, éstne locus nobis in domo patris tui ad pernoctandum? Respondit ei, Filia sum Bethuelis filij Milcha, quem peperit ipsi Nahor. Dixitq; ad eum, Et stramentum

Mos iurandi patribus sanctis. Infra 47. g

Fides Abrahæ in dei promissiones. Supra 12. b

Rebeccæ modestia.

[a] Ebr. Venitq; in dies.

[b] Ebr. Benedixerat.

[c] Aram naharaim, quidam Mesopotamiam, aut Syriam interamnẽ intelligunt.

[d] Eb. Hakre, Fac occurrere, id est bene fortunato, faue, annue uotis, da bonum euentum.

[e] Ebr. Filiæ hominũ aut uirorum.

Digitized by Google

& pabulum abunde est nobis, quin & locus ad pernoctandũ. Inclinans uir ille uerticem [f]adorauit DOMINVM, dixitq́; Laudandus DOMINVS deus domini mei Abrahæ, qui non intermisit, quin bonitatem suam & fidem erga herum meum ostenderet: me enim, quum in uia essem, ad domũ fratrũ domini mei de-
D duxit DOMINVS. Puella interim currens nunciauit hæc in domo matris suę. Rebeccæ aũt frater erãt nomine Laban, qui cucurrit ad uirum foras ad fontem: (uiderat enim inaurẽ & armillas in manibus sororis suæ, audieratq́; uerba Rebeccæ sororis suæ dicentis, Sic loquutus est ad me uir ille:) & uenit ad uirũ stantem apud fontem iuxta camelos, & dixit, Veni benedicte DOMINI, cur foris stas? ego pręparaui intus locũ pro camelis tuis. Intrauit itaq; uir ille domũ, & camelis clitellas [g]detraxit, dabatq́; [Laban] stramentũ ac pabulũ pro camelis, & aquã ut lauaret pedes suos, pedesq́; uirorũ qui cum illo uenerant. Deinde apposuit ei cibũ. Dixit aũt [seruus,] Non comedã donec negotia mea cõfecero. Qui dixit, Loquere. Dixit ergo, Seruus sum Abrahæ, [h]locupletauit aũt DOMINVS herũ meum insigniter, ut potens sit, deditq́; illi greges & armenta, argentum & aurũ, seruos & ancillas, camelos & asinos. Porrò Sarah uxor heri mei peperit filium hero meo, idq́; quũ iam uetula esset, cui dedit omnia quæ habet. Adegitq́; me herus meus iuramento, & dixit, Non accipias filio meo uxorem de filiabus Chanaan, in cuius regione ego habito, sed uade ad domum patris mei, & ad co-
E gnationẽ meam, illinc adferas filio meo uxorem. Dixi aũt ad herũ meum, Fortassis nolit me sequi uxor. Ad quod respondit mihi, DOMINVS in cuius conspectu [hactenus] uersatus sum, mittet angelũ suum tecum, & prosperabit iter tuum, ut adferas filio meo coniugẽ de cognatione mea, & de domo patris mei. Tunc absolutus eris à iuramento quo te adegi, si ieris ad cognationem meam, & ipsi tibi non dederint, iuramento quo te adegi liberaberis. Ego itaq; ueni hodie ad fontem, & dixi, DOMINE deus heri mei Abrahæ, si tu iter meum, quo proficiscor, prosperũ fecisti, en ego sto ad fontem aquæ, sic ergo fiat, puella quæ exierit aquã haustura, ad quam dixero, Potũ præbe mihi, nempe pauculũ aquæ ex cado tuo: illaq́; responderit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: hæc eadem sit cõiunx quã certissime destinauit DOMINVS filio heri mei. Priusq̃ uero finiuissem sic uoluere in [i]corde meo, en Rebecca egressa est, ferẽs cadũ suum in humero suo, descenditq́; in fontem & hausit aquã, dixiq́; ad eam, Potũ prębe mihi, obsecro. Illa uero confestim, cado suo à se posito, dixit, Bibe, quin & camelis tuis potũ dabo. Bibi ego, camelis quoq; ipsa potũ dedit. Interrogans aũt eam dixi, Filia, cuius es tu? Respondit, Filia sum Bethuelis filij Nahor, quem illi pe-
F perit Milcha. Tum admoui faciei eius inaurem, & manibus eius armillas, inclinatoq́; uertice [k]gratias egi DOMINO, & laudaui DOMINVM deũ heri mei Abrahæ, qui me recto itinere deduxit, ut caperem filiã fratris heri mei filio eius. Iam uero si uultis herũ meum beneficijs & summa fide prosequi, significate: si uero non uultis, iterũ significate mihi, ut uertam [l]me aliorsum. Respondit Laban atq; Bethuel, & dixerunt, Hoc negotiũ à DOMINO egressum est: nõ possumus quidq̃ [m]contra te loqui. Ecce Rebecca corã te adest, accipe, & abi, sitq́; uxor filio heri tui, quemadmodũ DOMINVS loquutus est. Factũ est aũt, ut audiret seruus Abrahæ uerba illorũ, inclinauit pronus ad terrã, & gratias egit DOMINO. Protulit aũt seruus uasa argẽtea & aurea, atq; uestimenta, & dedit [ea] Rebeccæ, fratri autem eius ac matri dedit [n]dulces fructus. Comederunt ergo & biberunt, ipse & uiri qui cum ipso erant, & pernoctarunt. Mane cum surrexissent, dixit ille, Amandate me ad herũ meum. Respondit frater puellæ & mater eius, Maneat puella nobiscũ [o]aliquot diebus, postea eat. Dixit illis seruus, Nolite me remorari, quandoquidẽ DOMINVS iter meum fortunauit, dimittite ergo ut abeam

[f] Adorare pro gratias agere.

[g] Ebr. Aperuit.

[h] Ebr. Benedixit.

[i] Ebr. Loqui in corde.

[k] Ebr. Adoraui & benedixi.

[l] Eb. Siue ad dexteram siue ad sinistrã.
[m] Eb. Nõ possumus loqui aduersum te malum siue bonum.

[n] Quidã munera dicunt.

[o] Eb. Dies autem decem.

Digitized by Google

Rogatur puellæ consensus.

abeam ad herum meum. Illi autem dixerunt, Vocabimus puellam, & interrogabimus ex ore eius. Vocarunt ergo Rebeccam, & dixerunt ad eam, Vis ire cum uiro illo? Et respondit, Ibo. Amandarunt itaq; Rebeccam sororem suam atq; nutricem eius, seruum quoq; Abrahæ & comites eius. pBenedixerunt autem Rebeccæ, dixeruntq; ad eam, Soror nostra es, sis in mille millia, semenq; tuum possideat portas hostium suorum. Surrexit itaq; Rebecca & puellæ eius, & conscensis camelis sequutæ sunt uirum. Tulit itaq; seruus ille Rebeccam, & abijt. Isaac autem ueniebat ea uia qua itur ad puteum uiuentis & uidentis me, (hoc enim erat nomen putei,) habitabat enim in terra australi. Egressus autem erat Isaac sub uesperam in campum ad meditandum: qui cum attolleret oculos suos, uidit aduētantes camelos. Rebecca quoq; sustulit oculos suos, & uiso Isaac, decidit de camelo. Dixit ergo ad seruum, Quis est uir ille qui deambulat in campo nobis obuiam? Respondit seruus, Is est herus meus. Arrepto itaq; peplo, operuit se. Seruus narrauit Isaac omnia ea quæ gesserat. Introduxit ergo eam Isaac in tentorium Saræ matris suæ, & duxit Rebeccam ut esset ei uxor, & amauit eam, consolationemq; accepit Isaac post matrem suam. G

pBenedicere est ualedicere, simulq; fausta omnia imprecari.

CAP. XXV.

Abraham ducit aliam uxorem, plures procreat liberos: describuntur interim mors Abrahæ, generationes Ismaelis & Isaac, partus Rebeccæ. Vendit Esau primogenita.

Filij Cethuræ. 1.Par.1.c

A Braham uero duxit rursus uxorem, cui nomē Ketura, quæ peperit ei Zimran, Iaksan, Medan, Midian, Iisbak & Sua. Iaksan uero genuit Seba & Dedan. Filij Dedan fuerūt Assurim, Letusim & Leumim. Porrò filij Midian Epha, Epher, Henoch, Abida & Heldaah: omnes hi fuerunt filij Keturæ. Deditq; Abraham quidquid habebat ipsi Isaac. Filijs uero pallacarum quas habuit Abraham, dedit Abraham munera, & amādauit eos ab Isaac filio suo dū adhuc uiueret, ad Orientem ad terram Kedem. Et isti sunt dies annorum uitæ Abraham, quibus uixit, centū & septuagintaquinq; anni. Defecit autem Abraham, & mortuus est in senectute bona, senex & [uitæ] satur, collectusq; est ad populos suos. Isaac uero & Ismaël filij eius sepelierunt eum in spelunca duplici, in agro Ephronis filij Zohar Hethæi, qui erat è regione Mamre, quem agrum emerat Abraham ab Hethæis: illic sepultus est Abraham & Sarah uxor eius. Post mortem Abrahæ deus benedixit Isaac filio eius, habitauitq; Isaac ad puteum uiuentis & uidentis me. A B

Genealogia Ismaëlis. 1.Par.1.b

Hæ sunt generationes Ismaëlis filij Abraham, quem pepererat Hagar Aegyptia, ancilla Saræ ipsi Abrahæ. Et hæc sunt nomina filiorum Ismaëlis in nominibus suis secūdū generationes suas. Primogenitus Ismaëlis Nebaioth, deinde Kedar, Adbeel, Mibsam, Misma, Duma, Massa, Hedar, Thema, Ietur, Naphis, & Kedma. Hi sunt filij Ismaëlis, & hæc eorū nomina, per uillas suas & castella, duodecim principes populorū suorum. Hi uero sunt anni uitæ Ismaël, centum anni & trigintaseptem: defecitq; & mortuus est, collectusq; ad populos suos. Habitauerunt autem ab Heuilah usq; ad Sur, quæ est è regione Aegypti, itinere Assur uersus, coram facie omniū fratrum suorū cecidit. Hæ uero sunt generationes Isaac filij Abrahæ. Abraham genuit Isaac. Natus autem erat Isaac quadraginta annos, quum duceret sibi uxorem Rebeccam filiam Bethuelis Syri de Padan Aram, sororem Labā Syri. Et orauit Isaac DOMINVM pro uxore sua, sterilis enim erat. Et exoratus est ab eo DOMINVS, cōcepitq; Rebecca uxor eius. Et collidebāt sese filij in utero eius, dixitq; Rebecca, Si sic, cur ego hoc? Abijt igitur inquisitura DOMINVM. DOMINVS uero dixit ad eā, Duę gētes sunt in utero tuo, et duo populi ex uisceribus tuis diuident ur: alter autem altero erit robustior, & maior seruiet minori. Impletis uero diebus eius ut pareret, en gemini in utero eius. C

Mesopotamiam uocant.

†Hæc Paulus exponit ad Rō. 9 c Esau Osee 12 a Iacob Mat. 1.a

† Egressusq; prior rufus ueluti gausapina uillosa totus hispidus: uocauerūt ergo nomen eius Esau. Deinde prodijt & frater eius, manusq; eius prehendit calcem D

Digitized by Google

Esau, uocatumq́ est nomen eius Iacob. Porrò Isaac natus erat sexaginta annos cum illi nascerentur. Creuerunt itaq́ paruuli, & fuit Esau uir gnarus uenandi, & amans campi: Iacob uero uir fuit integer, habitans in tētorijs. Isaac dilexit Esau, [a]quod ferina gustui eius [grata esset:] Rebecca uero Iacob diligebat. Coxit autē Iacob [b] pultem quandā, & ueniebat Esau ex agro, eratq́ lassus. Et dixit Esau ad Iacob, Ingere mihi de rufo, de rufo inquam isto, lassus enim sum: & hinc uocatū est nomen eius Edom. Dixitq́ Iacob, Vende mihi hodie ius tuum primogenitorum. Et dixit Esau, En uado ut moriar, quid ergo mihi ius hoc primogenitorū? Respōdit Iacob, Iura mihi hodie: & iurauit ei, uendiditq́ ipsi Iacob ius suū, quod ei ut primogenito debebatur. Iacob ergo dedit Esau panē, & quod ex lentibus coxerat: ille uero comedit et bibit, surgensq́ abijt, uilipenditq́ Esau ius primogenitorum.

a Ebr. Eo quod uenatio in ore eius.
b Ebr. Coctionem.

Primogenita uendit Esau. Abd. 1.

CAP. XXVI.

Isaac fame compulsus incola fit in Gerar, cōfirmatur foedus ictum cum Abraham, rapitur uxor in aulam, & quo magis locupletatur à domino, hoc magis est inuisus Palestinis.

A ORta autē fame in terra ultra famem priorē quæ fuerat in diebus Abrahā, cōmigrauit Isaac ad Abimelech regē Palestinorū in Gerar. Apparuit autem ei DOMINVS, & ait, Ne descendas in Aegyptū, sed habita in terra quā indicaro tibi. Incola sis in hac regione, & ego ero tecum, benedicāq́ tibi: nam tibi & semini tuo dabo omnes terras istas, & confirmabo iuramentū quod iuraui Abraham patri tuo, & multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli, & dabo semini tuo omnes terras istas, † [a]benedicenturq́ in semine * tuo omnes gentes terræ, eo quod obtemperauit Abraham uoci meæ, & [b]obseruauerit obseruationē meam,
B præcepta mea, statua mea, & leges meas. Habitauit itaq́ Isaac in Gerar. Cūq́ uiri loci illius interrogarent de uxore sua, respondit, Soror mea est: ueritus dicere, Vxor mea est: [cogitans,] fortè habitatores illius loci occident me propter Rebeccam, quę uenusta erat aspectu. Cumq́ morā traheret eodem loci diebus aliquot, contigit ut Palestinorū rex Abimelech per fenestram prospiciens, uideret Isaac ludentem cum Rebecca uxore sua. Abimelech ergo accersito Isaac, dixit, Nimirum
C uxor tua est, cur ergo dixisti quod soror tua sit? Respondit Isaac, Hoc nempe consilio, ne fortè morerer illius gratia. Abimelech ait, Cur hoc fecisti nobis? In procliui [fuit,] ut aliquis è populo dormisset cū uxore tua, & adduxisses super nos culpam. Mandauit itaq́ Abimelech omni populo, dicens, Qui uirum illū & uxorē eius tetigerit, confestim occidatur. Seminans autem Isaac in terra illa, adquisiuit eodem anno centū modios, [c]locupletauitq́ eum DOMINVS. Auctus itaq́ uir ille promouit subinde, donec supra modū eueheretur. Habuit enim possessionē
D gregum & armentorum, & famulitium multū. Inuidebant ergo ei Palestini, & omnes puteos quos foderant serui patris sui in diebus Abraham, obruerūt Palestini, opplentes eos humo. Dixit itaq́ Abimelech ad Isaac, Secede à nobis, nam potentior es nobis plus satis. Soluens ergo isthinc Isaac, castrametatus est in ualle Gerar, illicq́ habitauit. Refodit autem Isaac puteos aquæ, quos foderāt in diebus Abraham patris sui, quosq́ obstruxerant Palestini post mortem Abrahæ, & uocauit eos nominibus, iuxta ea nomina quæ pater eis indiderat. Foderūt itaq́ serui Isaac in ualle, & inuenerunt ibi puteum aquarū uiuarum. Rixati autē sunt pastores Gerar cum pastoribus Isaac, dicentes, Nostra est aqua: uocatumq́ est no
E men putei illius [b]Esek, quod pro eo contenderant. Et foderunt alium puteum, & pro illo quoq́ rixabātur, & uocauit nomen eius [c]Sitna. Soluens illinc, fodit aliū puteum, de quo non contenderūt, uocauitq́ nomē eius [f]Rehoboth: quia dixit, Quoniam nūc dilatauit nos DOMINVS, ut crescamus in terra. Ascenditq́ inde in Beer Seba, et apparuit ei DOMINVS eadē nocte, et dixit, Ego sum deus Abraham

Pascit deus suos in medio famis.

Promissio dei ad Isaac de Chanaā. Supra 12.b 13.d.15.d
† Sup. 12.a 18.c.22.d
* Christo.

Isaac uxorem nominat sororē.

a Felices se ducent.
b Eb. Custodierit custoditionem meam.

c Eb. Benedixit.

b Esek contentio seu iurgium, uiolentia.
c Sitna odium seu inimicitiæ.
f Rehoboth latitudines.

ham patris mi, ne metuas, quoniam ego tecum sum, & benedicā tibi, atq; multi
plicabo semen tuum propter Abraham seruum meum. Extruens autē illic aram, F
inuocauit nomen DOMINI; extenditq; tentorium suum, et foderunt serui Isaac
Foedus cū Abimelech
ibi puteū. Venit autē ad eum Abimelech de Gerar, cœtusq; amicorū eius, & Phi-
chol summus imperator. Et dixit ad eos Isaac, Quare uenistis ad me, cum tamen
odio me habeatis, & eieceritis me à uobis? Qui responderunt, Omnino uidimus
DOMINUM tibi adesse, ô tu [g] fortunate DOMINI, & diximus, Sit iuramētum
inter nos, inter nos inquā & inter te, feriemusq; fœdus tecū, ut non adficias nos
malo, quemadmodū & nos te non attigimus, nec fecimus tibi quidquā nisi bo- G
num, & dimittemus te in pace. Instruxit itaq; eis conuiuium, & comederunt atq;
biberunt. Mane autem surgentes iurauit alter alteri, dimisitq; eos Isaac, illi uero
recesserunt ab eo in pace. Hoc ipso die uenerunt serui Isaac, & nunciarunt ei de
[h] puteo quem foderant, dixeruntq; ei, Inuenimus aquā. Et uocauit illum [i] Sibea:
ob hanc causam nomen ciuitatis illius est Beer Seba, usq; in hodiernum diem.
Cumq; Esau natus iam esset quadraginta annos, duxit uxorē nomine Iehudith,
filiā Beeri Hethæi, & Basmath filiam Elon Hethæi. Quæ res excruciabat animū
non solum Isaac, sed & Rebeccæ.

Beer Seba unde. Digamia Esau. Infra 27. g

g Benedicte

h Eb. De negotio putei.

i Sibea septem significat, aut iuramentū.

CAP. XXVII.

Iacob matris consilio benedictionem præripit fratri, indignabundus Esau de interficiendo fratre consultat. Hoc cum mater resciret, Iacob à se amandat.

CVmq; iam senio cōfectus esset Isaac, ita ut oculi eius caliginosi cæcutirent, A
uocauit Esau filium suum natu maiorē, & dixit ad eum, Fili mi. Is respon-
dit illi, Adsum pater. Et dixit, En ego iam senui, & nescio diem mortis meæ, cape
ergo instrumenta tua, pharetrā tuam & arcū tuū, & egredere in agrū, ut ueneris
mihi uenationē, paresq; mihi cibos delicatos quos appeto, hos adfer mihi ut co-
medā, & tibi ex [a] animo fausta ac felicia imprecer antequā moriar. Rebecca ue-
ro audiuit Isaac loquentē cum filio suo Esau. Abijt ergo Esau in agrū, ut uenare
tur uenationē, & eam adferret. Dixitq; Rebecca ad Iacob filiū suum, En audiui
patrem tuum loquentē cum fratre tuo Esau, dicentemq;, Adfer mihi ferinam, &
para mihi cibos delicatos, ut comedam, & fausta ac felicia tibi imprecabor corā
DOMINO ante mortē meam. Audi ergo uocem meam mi fili, in his quæ tibi B
mandauero. Vade quæso ad gregē, & adfer mihi isthinc duos hœdos caprarum
bonos, ut coquā eos cibos patri tuo gratos, quos tu inferes ad patrē tuū ut edat,
imprecerurq; tibi fausta & felicia anteq̄ moriatur. Dixit autem Iacob ad Rebec-
cam matrē suam, En Esau frater meus uir hispidus est, ego uero læuis & glaber,
quid si pater meus me attrectet, & uidear ei insidias struere, accersamq; mihi exe
crationē & non faustā imprecationē? Rursus mater ad eū, Mihi (inquit) eueniat
hæc execratio tua mi fili, modo uoci meæ auscultes, & uadas atq; adferas mihi.
Abiens itaq; tulit, & attulit matri suæ, & parauit mater eius cibos delicatos gratos
patri suo. Accepit autē Rebecca uestimenta cōcupita Esau filij sui maioris natu,
quæ secum in domo habebat, & induit ea Iacob filiū suum natu minorem. Sed
et hœdorū pellibus uestiuit manus eius, et læuorē colli eius, tradiditq; cibos quos
parauerat, panemq; in manus Iacob filij sui. Qui quū uenisset ad patrem suū, ait, C
Pater mi. Is uero respondit, Adsum. Quis es tu fili mi? Dixitq; Iacob ad patrē suū,
Ego sum Esau primogenitus tuus, feci quod mādaueras mihi: surge quæso, sede
& comede de uenatione mea, ut ex animo mihi fausta ac felicia imprecêris. Et re
spōdit Isaac filio suo, Quid isthuc mi fili, quod tam cito inuenisti? Qui ait, Quod
DOMINUS deus [b] tuus corā me bene fortunauit. Dixitq; Isaac ad Iacob, Accede
quæso ut tangā te fili mi, filius meus Esau an sis, an minus. Et accessit Iacob ad pa
trē suū Isaac, illeq; attrectans eū, dixit, Vox Iacob, manus uero manus sunt Esau.
Atqui non cognouit eū, eo quod manus eius essent sicut manus Esau fratris sui D

a Eb. Benedicat tibi anima mea.

b Eb. Fecit occurrere ante faciē meam.

Digitized by Google

a Ebr. Benedixit ei.

hispidę. Et a imprecatus est ei omnia felicia & fausta, & dixit, Tune es filius meus Esau? Respōdit, Ego idem. Et dixit, Adfer mihi de uenatione fili mi, ut comedā, utq; tibi ex aīo fausta ac felicia imprecer. Et apposuit ei, & comedit: intulit quoque uinum, & bibit. Dixit autem ad eum Isaac pater eius, Accede quæso, & osculare me fili mi. Accessit ille, & osculatus est eum, olfecitq; fragrantiā uestimentorum eius, imprecatusq; est ei fausta ac felicia, & ait, En odor filij mei quēadmodum odor agri, quem b uberem & lætū fecit deus. Det itaq; tibi deus de rore cœli, ubertateq; terræ, & copiam frumenti ac musti. Seruiant tibi populi, & incuruent se tibi nationes, sis dominus fratrū tuorū, ut se inclinent tibi filij matris tuæ. Qui tibi mala fuerit imprecatus, huic mala imprecatio c obueniat: qui uero bona tibi fuerit imprecatus, is felix & faustus sit. Cumq; iam Isaac cōplesset imprecationē

b Ebr. Benedixit.

c Ebr. Maledicens tibi sit maledictus: benedicens tibi, sit benedictus.

B faustā, uixq; egresso Iacob à patre suo Isaac, uenatu uenit frater eius Esau. Et is quoq; parauit cibos delicatos, quos intulit ad patrē suū, dixitq; patri suo, Surgat pater meus & edat de uenatione filij sui, ut mihi ex animo bene imprecetur. Et dixit illi Isaac pater suus, Quis es tu? Ait ille, Ego sum filius tuus, primogenitus tuus Esau. Et expauit Isaac ingenti pauore, idq; supra modū, & ait, Quis? Vbi ergo ille qui uenatus est uenationē, & intulit mihi, & ego comedi ex omnibus priusquam tu uenires, & imprecatus sum ei fausta & felicia, eritq; faustus & felix? Cū Esau audiret uerba patris sui, eiulauit eiulatu magno & uehementer amaro, & dixit patri suo, Et mihi bene precare pater mi. Qui respondit, Venit frater tuus fraudulenter, & præripuit imprecationē tuam faustā. Et dixit, An nō uere uocatū

F est nomē eius Iacob? Supplantauit enim me iam secundo, ius primogenitū meū tulit, & en nunc quoq; præripuit mihi faustā imprecationē. Et addidit, An nō & mihi imprecationē bonā retinuisti? Respondit Isaac & dixit ad Esau, En præfeci illum tibi dominū, omnesq; fratres eius constitui illi seruos, frumento & musto suffulsi eū, et tibi hic quid faciā fili mi? Et dixit Esau ad patrē suū, Mi pater, an unicam duntaxat imprecationē faustā habes? Imprecare & mihi felicia: sublataq; uoce sua fleuit Esau. Respondit ei Isaac pater suus, & dixit, In ubere solo sit habitatio tua, & de rore cœli desuper. Gladio tuo uiues, & fratri tuo seruies: futurū est autē cum f humiliaris, ut frangas iugum eius de collo tuo. Odit ergo Esau Iacob

Benedictio Esau. Hebr. 11. d

f Alij legunt, Quum abieceris: alij, cū dominaberis.

G propter faustā illam imprecationē, quam imprecatus ei fuerat pater eius, cogitauitq; Esau in corde suo, Appropinquabunt dies luctus patris mei, occidamq; Iacob fratrē meum. Nūciata uero sunt Rebeccæ uerba Esau filij sui natu maioris, misit ergo & accersiuit Iacob filiū minorē natu, dixitq; ad eum, En frater tuus Esau hoc uno se solatur, ut te interficiat. Nunc igitur me audies fili mi, surge & fuge ad Laban fratrē meū in Charan, habitaq; cum eo paucis diebus, donec fratris tui furor remittat, donec inquam ira fratris tui à te auertatur, & obliuiscatur eorū quæ tu aduersus eū cōmisisti. Tum mittā, & accersam te illinc, cur orbarer utroq; uestrū uno eodēq; die? Et dixit Rebecca ad Isaac, g Tædet me uitæ meæ, idq; propter filias Hethæas, si Iacob uxorē duxerit de filiabus Hethæis quales istæ sunt, de filiabus inquā istius regionis, ad quid mihi uita?

g Legunt quidā, Breuiaui in uita mea.

CAP. XXVIII.

Amandatur Iacob à patre ad Laban, & quid in uia ei contigerit.

A VOcans itaq; Isaac Iacob, ualedixit & bene precatur ei, mandatq; ei, dicens, Ne ducas uxorē de filiabus Chanaan. Surge, uade in a Padan Aram, ad domum Bethuelis, qui auus tuus est maternus, isthinc duc tibi uxorē de filiabus Laban auunculi tui. Deus aūt b omnipotens c benedicat tibi, & faciat te crescere, atq; multiplicet te, ut fias in cœtum populorū. Det quoq; tibi benedictionē Abrahæ, tibi & semini tuo tecū, ut hæreditate accipias terrā quam incolis, quā dedit deus Abrahæ. Amandauit itaq; Isaac Iacob, et ille abijt in Padan Aram ad Laban filiū

Duci uxor prohibetur ex infideli natione.

a Mesopotamiā interpretantur.
b Schadai omnisufficiens.
c Benedicat, id est feliciter, & saluum faciat te.

Osee 12. d

B Bethuelis Syri fratrē Rebeccæ, matris Iacob & Esau. Animaduertens autē Esau

quod

Digitized by Google

quod Isaac benedixisset Iacob, & quod misisset eũ in Padan Aram, ut isthinc sibi
duceret uxorem, præcepissetq; ei cum ualediceret, dicens, Non ducas uxorẽ de fi-
liabus Chanaan, & quod Iacob obtẽperasset patri suo & matri suæ, abijssetq; in
Padan Aram. Intelligens etiã Esau quod filiæ Chanaan [b] displicerent Isaac patri
suo, abijt ipse ad Ismaelẽ, & duxit sibi uxorẽ Mahalath filiam Ismaelis filij Abra-
ham, sororẽ Nebaioth, ultra uxores suas. Egressus itaq; Iacob de Beer Seba, pro-
fectus est Charan. Incidit autem fortè fortuna in quendã locũ, ubi pernoctauit,
nam sol occiderat, et tollens de lapidibus illius loci, fecit sibi ceruicalia, & dormi-
uit in eodem loco. Et habuit somniũ, & en scala erat posita in terram, cuius cul- C
men pertingebat usq; in cœlũ, angeliq; dei ascendebãt & descendebãt per eam.
Deus autẽ innitebatur scalæ, dixitq; ad eum, Ego sum DOMINVS deus Abra-
ham patris tui, et deus Isaac, terrã in qua tu dormis tibi dabo et semini tuo. Eritq;
semen tuum sicut puluis terræ, & tu erumpes usq; ad mare occidentale, ad Orien-
tem, ad Septentrionem, & ad Meridiem: [c] benedicenturq; in te & in semine tuo
omnes familiæ terræ. En ego adsum tibi, & custodiam te quocunq; fueris profe-
ctus, & reducam te in terram istam, neq; deserã te, donec fecero quæcunq; ad te
loquutus sum. Euigilans autem Iacob è somno suo, ait, Reuera DOMINVS
est in isto loco, & ego non noueram. Et timuit ac dixit, Quàm terrificus est lo- D
cus iste, non est hic nisi domus dei & porta cœli. Consurgens autem Iacob dilu-
culo, tulit lapidem quem sibi ceruical capitis sui posuerat, & erexit illum in sta-
tuam, fuditq; oleum super summitatem eius, & uocauit nomen loci illius Bethel
(etenim nomen illius ciuitatis antea Lus erat.) Vouit & uotũ hisce uerbis, Quan-
doquidem deus mihi adfuit, & custodiet me in uia ista qua proficiscor, & dabit
mihi panem ad comedendum, & uestimentum ad induendũ, reuersus ut quoq;
fuero incolumis & saluus ad domũ patris mei, erit mihi DOMINVS in deum,
Et lapis iste quem posui in statuam, erit domus dei: & quodcunq; dederis mihi,
de hoc decimam tibi dabo.

Christus promittitur.

Supra 16.a

Consolatio diuina.

Domus dei.

Bethel, Luza.

Victus & amictus petitur.

b Ebr. Quod malę essent in oculis Isaac.

c Benedicentur, id est felicitabuntur, saluæ fient.

CAP. XXIX.

Aduentus Iacob in Charan, qualiterq; exceptus à Laban: item de uxoribus eius Rahele & Lea.

LEuauit itaq; Iacob pedes suos, & perrexit ad terrã eorũ qui ad [a] Orientẽ ha- A
bitant. Et uidit puteum in campo, iuxta quẽ cubabant tres greges ouium:
nam ex puteo isto adaquabãt greges istos, eratq; ingens lapis [b] super puteo. Col-
lectiq; sunt illuc omnes greges, uolutoq; lapide ab ore putei, adaquabãt oues, et
reuoluebãt lapidẽ super puteũ in locũ suũ. Dixitq; ad eos Iacob, Fratres mei un-
de estis? Qui responderũt, De Charan sumus. Et dixit ad eos, Nostisne Laban fi-
liũ Nahor? Illi uero dixerũt, Nouimus. Dixitq; rursus ad eos, Rectène habet? Re-
sponderũt, Recte, en Rahel filia eius uenit iã cũ grege. Et dixit, Multũ adhuc diei
superest, adeoq; nec tẽpus pecora cogẽdi, potũ ergo præbete ouibus, euntesq; pa-
scite. Qui responderũt, Non possumus donec cõgregentur omnes greges, & uol-
uatur lapis à puteo, ut potũ demus ouibus. Cũ adhuc loqueretur cũ eis, uenit Ra- B
hel cum grege patris sui quem ipsa pascebat. Cumq; uidisset Iacob Rahelẽ filiã
Laban auunculi sui, gregẽq; eius, accessit & reuoluit lapidem à puteo, & adaqua-
bat gregẽ Laban auunculi sui. Osculatus quoq; est Iacob Rahelem, sublataq; uo-
ce sua fleuit. Nunciauitq; Iacob Raheli quod ipse esset [c] frater patris eius, & fi-
lius Rebeccæ. Illa uero currens nunciauit hæc patri suo. Cũ uero Laban audisset
rumorem de Iacob filio sororis suæ, currens ei obuiam, amplexatus est eum atq;
osculatus, & introduxit eum in domũ suam, & ille narrauit ipsi Laban negotia
ista cuncta. Ad quem Laban ait, Profecto os meum & caro mea es tu, & mansit
cum eo [d] mensem totũ. Dixit uero Laban ad Iacob, An quia frater meus es, gra-
tis mihi seruires? Indica mihi quę sit merces tua. Erant autẽ ipsi Laban duæ filiæ:

Fratres dicuntur cognati.

Osculũ purum.

a Eb. Filiorũ Orientis.

b Eb. Super os putei.

c Frater pro sobrinis, consanguineis, nepote ex sorore.

d Ebr. Per dies mensis.

Digitized by Google

nomen maioris natu erat Lea, minoris uero nomen Rahel. Porrò Lea habebat
C oculos debiles, Rahel uero erat pulchra forma & uenusta facie. Dilexit autē Iacob Rahelem, & ait, Seruiam tibi septē annis pro Rahele filia tua natu minori. Laban respondit, Satius est ut eam tibi dem quàm alij uiro: mane apud me. Seruiuit itaq; Iacob pro Rahele septē annis, qui uisi [e] sunt ei dies pauci, eo quod eam deamaret. Dixit autem Iacob ad Laban, Cedo [mihi] uxorem meam, quoniam dies mei exacti sunt, & [f] ueniam ad eam. Cōgregauit ergo Laban omnes uiros illius loci, & instruxit conuiuiū. Aduentante uespera, accepit Leam filiam suam, & introduxit eam ad Iacob, & ingressus est ad eā. Dedit ad hæc Laban ipsi Leæ filiæ suæ Zilpam ancillā suam ut famula esset. Cumq; iam mane esset, en ea erat Lea. Dixit ergo Iacob ad Laban, Cur fecisti mihi hoc? an non pro Rahele seruiui tibi? cur ergo imposuisti mihi? Respondit Laban, Non est hic mos nostri loci, ut minor natu elocetur ante maiorem natu. Absolue hanc hebdomadē, locabiturq;
D tibi & ista pro seruitio, quod adhuc alijs septē annis mihi seruiturus es. Hoc fecit Iacob, & absoluit istam hebdomadē, & dedit ei Rahelem filiam suam uxorem. Dedit & Laban Raheli filiæ suæ Bilham ancillam suam ut esset famula. Ingressus ergo Iacob ad Rahelem quoq;, & amauit Rahelē præ Lea, seruiuitq; illi adhuc alijs septem annis. Videns autem DOMINVS quod exosa esset Lea, reddidit eam [g] fœcundam, mansitq; Rahel sterilis. Lea igitur concepit, & peperit filiū, uocauitq; nomen eius Ruben: sic [h] enim cogitabat, Vidit DOMINVS afflictionem meam, nunc igitur diliget me maritus meus. Rursum concepiens peperit filium, & ait, Quandoquidem DOMINVS audiuit me odio haberi, dedit mihi & istum, uocauitq; nomen eius Simeon. Rursusq; concepit, & peperit filium, & dixit, Et nunc quoq; copulabitur mihi maritus meus, quandoquidem peperi ei tres filios: & ob hanc causam uocatum est nomen eius Leui. Denuo concepit & peperit filium, dicens, Et nunc gratias agam DOMINO: & idcirco uocauit nomen eius Iuda: destititq; parere.

Marginalia: Ruben. Simeon. Leui. Iuda.

[e] Eb. Fuerunt in oculis suis quasi uni dies.
[f] Venire ad aliquā, periphrasis est maritalis congressus. Sic ingredi. Posset etiā legi, Adeam eam.
[g] Ebr. Aperuit uuluam eius
[h] Ebr. dicendo.

CAP. XXX

Recensentur alij liberi qui nati sunt Iacob. Reditum parat in patriam, perfide cum eo agit socer. Dominus uero uirum locupletat & fortunat.

A CErnēs uero Rahel quod nihil pareret ipsi Iacob, æmulata est sororē suam, dixitq; ad Iacob, Da mihi liberos: si id minus, morior. Iacob autem ira incensus aduersus Rahelē, dixit, [a] Nū dei loco sum ego, qui prohibet [b] quo minus parias? Rahel ait, En ancilla mea Bilha, ingredere ad eā, ut pariat super genua mea, ut ego ex ea ædificer. Dedit itaq; Bilha ancillam suam ipsi Iacob uxorem, & Iacob ingressus est ad eam. Concipiens itaq; Bilha, peperit ipsi Iacob filiū. Et ait Rahel, [c] Causam meam egit deus, & exaudiuit uocem meam, dans mihi filium: & ob id uocatum est nomen eius Dan. Rursum concipiens Bilha ancilla Rahelis,
B peperit filiū secundū ipsi Iacob. Et dixit Rahel, Vicissitudinibus dei paria feci cum sorore mea, ut etiā præualeam: uocauitq; nomen eius Naphtali. Videns autem Lea quod destitisset parere, accepit Zilpam ancillā suam, deditq; eam Iacob uxorē. Peperit itaq; Zilpa ancilla Leæ ipsi Iacob filium, & ait Lea, Auspicato: uocauitq; nomen eius Gad. Zilpa ancilla Leæ peperit Iacob filiū secundū. Dixitq; Lea, In beatitudine mea, nam beatā me ducent filiæ: uocauitq; nomen eius Aser. Egressus Ruben in diebus messis triticeæ, inuenit mādragoras in agro, attulitq; eas ad Leam matrem suam, & dixit Rahel ad Leam, Da mihi quæso de mandragoris filij tui. Cui illa respondit, An parum est quod accipis uirum meum, insuper
C & mandragoras filij mei accipies? Dixit Rahel, Dormiat igitur tecū hac nocte pro mandragoris filij tui. Venit igitur Iacob è rure sub uesperā, & egressa est Lea ei obuiam, & ait, Ad me uenies, cōduxi enim te mandragoris filij mei: & dormiuit cum ea nocte illa. Exaudiuit autem deus Leam ut cōciperet, & pareret ipsi

Marginalia: Dan. Nephtali. Gad. Aser. Mandragoræ uenduntur propter prolem.

[a] Eb. Num pro deo sum.
[b] Ebr. Qui priuat te fructu uentris.
[c] Ebr. Iudicauit, ius dixit, uindicauit.

Digitized by Google

Iacob filium quintũ. Et dixit Lea, Reddidit [mihi] deus mercedẽ meam, eo quod
Issachar. dederim ancillam meam marito meo: uocauitq; nomen eius Issachar. Rursum
concepit Lea, & peperit ipsi Iacob sextum filium. Et dixit Lea, Donauit me deus
bona dote, nunc cohabitabit mihi maritus meus, quoniã peperi ei sex filios: uo-
Zabulon. Dina. cauitq; nomen eius Zebulon. Post hæc peperit filiam, cuius nomen uocauit Di-
na. Et recordatus est deus Rahelis, exaudiuitq; eam deus, & [b] reddidit eã fœcun- D [b] Ebr. Aperuit uuluam eius.
dam. Quæ concipiens peperit filium, dicens, Sustulit deus opprobriũ meum: uo
cauitq; nomẽ eius Ioseph, dicens, Adijciat mihi DOMINVS filiũ alterũ. Cumq;
peperisset Rahel Ioseph, contigit ut Iacob diceret ad Laban, Dimitte me, ut uadã
ad locum meum, & ad terram meam: da mihi uxores meas, & liberos meos, pro
quibus seruiui tibi, ut abeam: tu nosti seruitiũ meum quod tibi seruiui. Respon-
dit ei Laban, Si nunc [e] gratiam hanc à te impetrare possum, indica mihi mercedẽ [e] Si inueni gratiam in oculis tuis.
Dominus benefacit propter pios. tuã, & dabo: obseruaui enim hoc quod DOMINVS me propter te fortunauit.
Et dixit ad eum, Tu nosti quomodo seruierim tibi, & quale pecus fuerit tibi me
pastore. Nam modicum quod tibi fuit antequam ad te uenirem, uehementer au
ctum est, & quod DOMINVS te fortunarit mei [f] causa, nunc uero quando tan E [f] Eb. Ad pedem meum.
dem domui meæ prospiciam? Qui ait, Quid dabo tibi? Respondit Iacob, Nihil
dabis mihi, si feceris mihi istam rem, iterũ pascam & custodiã oues tuas. Transi-
bo hodie per omnes greges tuos, separa tu illinc omne pecus punctis respersum
& maculis uariegatum, & quidquid fuluum erit in agnis, punctis respersum, &
maculis uariegatum in capris, merces mea fuerit, & respondebit pro me iustitia
mea postero [g] tempore, ueniet enim ad mercedẽ meam coram te. Quidquid er- [g] Ebr. Crastino die.
go in capris aut punctis respersum, aut maculis uariegatũ, in agnis uero fuluum
non fuerit, furtũ hoc esto apud me. Dixit ergo Laban, Age, modo fiat quod dixi- F
sti. Relegauit igitur eadem die hircos circulatos, & maculis uariegatos, omnesq;
capras punctatas & maculosas: omnes inquã, in quibus albedinis aliquid fuit:
deinde quicquid in agnis fuluũ fuit, & dedit eas sub manus filiorum suorũ. In-
terstinxit uero inter se & Iacob iter trium dierum. Et Iacob pascebat oues Laban
reliquas. Porrò Iacob accepit uirgas uirides de populo, auellana & castanea, &
deglubit eas ut albedo appareret, denudans scilicet quod albũ erat in uirgis. Et
posuit uirgas, quas degluberat, in canales aquarios in quos decurrebant aquæ, il
luc enim conueniebant oues ad bibendũ. [Posuit autem uirgas] è regione ouiũ, G
ut potum uenientes inardescerent conciperentq;. In ardore ergo oues concipie-
bant ad uirgas, & pariebant circulatas, punctis respersas, & maculis uariegatas.
Iacob autem separauit agnos, & direxit faciem gregis aduersus circulatas & cun
ctas fuluas quæ erant in grege Laban: posuit enim sibi greges seorsim, non ad
oues Laban. In omni igitur admissura [h] ouium robustiorum posuit Iacob uirgas [h] Quidam pro robustis primitiua legit, pro debilib. serotina.
in canales ante oculos ouium, hoc scilicet agens, ut in admissura conspectis uir-
gis conciperent. In [admissura] autem debilium ouium nõ ponebat. Erant ergo
Ditissimus fit Iacob. debiliores Labã, robustiores uero ipsius Iacob. Auctus est ergo uir in immẽsum,
ut esset ei magnus grex, ancillæ, serui, cameli & asini.

CAP. XXXI.

Simultate soceri intellecta, Iacob reditum in patriam meditatur. Abeuntẽ cum uxoribus & rebus suis Laban insequutus, duriter reprehendit, atq; cum eo de furto expostulat, tandem inito fœdere uterq; iter suum conficit.

ET audiuit uerba filiorũ Laban, qui sic loquebãtur, Rapuit Iacob quidquid A
est patris nostri, & ex his quæ patris nostri sunt, omnem istã gloriã parauit.
Vidit quoq; Iacob faciẽ Laban, animaduertitq; eam non esse erga se quemadmo
dũ fuerat heri & nudiustertius. Et dixit DOMINVS ad Iacob, Reuertere ad ter-
ram patrũ tuorum, & ad natale solum, ego tibi adero. Mittens igitur Iacob, acces
siuit Rahelem & Leam in agrum ad gregem suum. Et dixit ad eas, Video faciem

Digitized by Google

patris uestri non esse erga me quemadmodū heri & nudiustertius, ueruntamen deus patris mei mihi adfuit. Et uos quidē nostis, quod toto robore meo seruiui patri uestro, pater autē uester dolo malo egit mecū, & immutauit mercedē meam iam decies, neq; tamē permisit deus ut me læderet. Quum diceret, Quæ punctis respersæ sunt, sint merces tua, nascebātur omnes oues punctis respersæ: si uero diceret, Circulis obuinctæ erunt merces tua, nascebātur omnes oues circulatæ. Eripuit igitur deus peculium patri uestro, & mihi dedit. Et hoc quoq; factum est, in ouium admissura sustuli oculos meos, uidiq; per somnium hircos obuinctos circulis, punctis respersos, & albis maculis notatos, qui inibant gregem. Tū dixit ad me angelus dei per somnium, Iacob. Et respondi, Præsto sum. Et dixit, Attolle quæso oculos tuos, et obserua omnes hircos obuinctos circulis, pūctis respersos, & albis maculis notatos qui ineunt gregē: uidi enim quæcunq; in te cōmisit Laban. Ego sum deus Beth El, cui illic statuam erexisti, quoq; loci mihi uotū uouisti: surge igitur, & egredere ex ista terra, & redi in patriā tuam. Respondit Rahel simulq; Lea, & dixerūt ad eum, Nū pars aut hæreditas adhuc nobis est in domo patris nostri? An non extraneæ ab eo reputatæ sumus? Vendidit enim nos, deinde et argentū nostrū insumpsit: quādoquidē ergo omnes opes quas eripuit deus patri nostro, nostræ sunt liberorumq; nostrorum, fac quidquid deus tibi mandauit. Surrexit itaq; Iacob, & imposuit filios suos & uxores suas camelis, abduxitq; omnes greges suos, & omes facultates suas quas parauerat, omes opes possessionis suæ, quas adquisierat in Padan Aram, ut remearet ad Isaac patrē suum in terram Chanaan. Laban autem abierat ut tonderet oues suas, furata est interim Rahel simulachra patris sui: Iacob uero furatus est cor Laban Syri, eo quod abitum suum illi non indicasset. Fugit itaq; ipse & omnia quæ illius erant, surrexitq; & traiecit fluuium, dirigens faciem suam uersus montem Gilead. Die tertio nunciatum est ipsi Laban quod Iacob fugisset. Et sumēs secum fratres suos, insequutus est illum itinere septem dierum, & apprehendit eum in monte Gilead. Venerat autē deus in somno nocturno ad Laban Syrū, & dixit ad eum, Caue quidquam [a]loquaris cum Iacob. Assequutus est itaq; Laban Iacob: fixerat autem tabernacula sua Iacob in monte, sed & Labā cū fratribus suis tetēdit [tentoria sua] in monte Gilead. Ait itaq; Laban ad Iacob, Quid fecisti quod furatus es cor meum, & abduxisti filias meas ueluti [b]bello captas? Cur [c]me clām et inscio fugā capessere uoluisti? Quin mihi indicasti, ut te cū gaudio amandassem, deduxissemq; cum canticis, tympanis & cithara? Insuper nō permisisti ut oscularer filios meos & filias meas. Stulte quidem egisti. Et satis [d]potens essem uobis malefacere, at deus patris uestri heri ad me dixit, Caue loquaris [e]cum Iacob quidquam. Quod si omnino abire collibitum fuit, utpote desiderio paternæ domus flagranti, cōtinuōne deos meos furari oportuit? Respondit Iacob & dixit ad Laban, Eo quod timui, cogitauiq; te ui rapturum esse filias tuas mihi. Cæterum is apud quē deos tuos inueneris, nō uiuat coram fratribus nostris: recognosce tibi, si quid apud me est, & cape tibi. Nesciebat autē Iacob quod Rahel eos esset furata. Ingressus ergo est Laban tabernaculū Iacob, tabernaculum Leæ, tabernaculumq; duarum ancillarum, & non inuenit. Egressusq; tabernaculum Leæ, uenit in tabernaculum Rahelis. Porrò Rahel simulachra illa acceperat, & posuerat ea sub stratū cameli, inseditq; eis: & cum Laban contrectasset totum tabernaculū, nihil tamen inuenit. Rahel autē dixit ad patrem suum, Ne succēseat [f]dominus meus quod nō possum assurgere tibi, quia iuxta consuetudinem fœminarum mihi accidit. Perscrutans itaq;, non inuenit simulachra. Hoc irā mouit ipsi Iacob, ut litigaret cum Laban, & diceret, Quæ præuaricatio mea? aut quod deniq; peccatum meum, quod sic inardescens me insequeris? Contrectasti omnem suppellectilē meam, quid ex uniuersa suppel

Marginalia: B; C; D; E. Deus seruat suos & defendit. Furari cor. Cura dei pro Iacob & suis.

[a] Ebr. Ne loquaris à bono usq; ad malum.

[b] Ebr. Captiuas gladio.

[c] Eb Cur abscondistus es ad fugiēdum, & furatus es me?

[d] Eb Esset ad deum manus mea.

[e] Eb A bono usq; ad malum.

[f] Eb Ne iram moueat in oculis domini mei quod non surgo ante faciem tuam, quia uia mulierum mihi.

Digitized by Google

sa suppellectili domus tuæ deprehẽdisti? Profer huc coram fratribus meis & fratribus tuis, ut isti inter nos duos disceptent. En uiginti istis annis fui tecum, oues tuæ & capræ tuæ non sunt abortæ, sed neq; arietes gregis tui comedi. A feris lace- F ratũ tibi non attuli: ego, si quid peccatum, pœnas dedi. E manu mea requirebas si quid uel interdiu, uel noctu furto surreptum fuerat. Interdiu cõsumpsit me æstus, nocturno uero tempore gelu, fugitq; somnus meus ab oculis meis. Viginti istis annis inquã seruiui tibi in domo tua, quatuordecim annis pro duabus filiabus tuis, & sex annis pro ouibus tuis, et immutasti mercedem meam iam decies. Et nisi deus patris mei, deus Abraham, & pauor Isaac adfuisset mihi, nũc quoq; uacuum me amandasses: sed adflictionem meam, & laborem manuũ mearum respexit deus, & redarguit [te] heri. Laban respondit, & dixit ad Iacob, An non filiæ istæ meæ sunt, & filij isti filij mei, sed & greges isti greges mei, imò quidqd tu uides an nõ meum est? & filiabus istis quid facerem hodie, aut filijs earũ quos pepererũt? Veni igitur, feriemus ego & tu fœdus, quod testis loco sit inter me & te. Accepto itaq; lapide Iacob statuam erexit, dixitq; ad fratres suos, Legite lapides. Qui adferentes lapides, tumulum excitarunt, & ibi super eum comederunt. Vocauitq; eum Laban [g] Iegar Schahadutha, Iacob uero uocauit eum Galeed. Dixitq; Laban, Tumulus iste testis est hodie inter me & inter te: & idcirco uocatum est nomẽ eius Galeed. Et [h] Mitzpa, quoniã dixit, Speculetur DOMINVS inter me & inter te, quando fuerimus separati alter ab altero. Si adflixeris filias meas, & si duxeris uxores ad filias meas, nemo nobiscũ est: en deus testis est inter me et inter te. Rursumq; dixit Laban ad Iacob, En iste tumulus, & en statua quã erexi inter me & te: testis esto tumulus iste, & testis quoq; hæc statua, quod ego tumulum istum non transibo ad te, nec tu tumulũ istum & statuã istam ad me ad malum. Deus Abraham, & deus Nahor, deus quoq; patris illorum, iudicent inter nos. Et iurauit Iacob per pauorem patris sui Isaac. Mactauit quoq; Iacob uictimam in monte, inuitauitq; fratres suos ut manducarent panẽ. Et comederunt panem, pernoctarũtq; in monte illo. Consurgensq; Laban diluculo, osculatus est filios suos & filias suas, & imprecatus est eis felicia. Valedicensq; Laban, abijt reuersus ad locum suum.

Pactum inter Labã & Iacob. G

[g] Vtraq; uox tumuli testimonij sonat.

[h] Mitzpa specula.

CA. XXXII.

Proficiscenti Iacob obuiam fiunt angeli, legatos ante se mittit ut placet iratum Esau, à quo sibi uehementer metuit. Munera ergo adornat, quibus eum demulceat. Luctatur Iacob cum angelo, superiorq; euadit, & fit ex Iacob Israel.

IAcob uero profectus est itinere suo, cui obuiã facti sunt angeli dei. Quos cũ A uidisset Iacob, dixit, [a] Castra sunt hæc dei: & uocauit nomẽ loci illius Mahanaim. Iacob autem nuncios ante se præmisit ad Esau fratrẽ suum in terrã Seir, in regionem Edom. Mandauitq; eis dicens, Sic dicetis domino meo Esau, Sic dicit seruus tuus Iacob, Apud Laban aduena fui, illicq; morã traxi hactenus. Et sunt mihi boues, asini & oues, serui & ancillæ, misiq; nunciatũ hæc domino meo, ut impetrarem gratiam apud te. Reuersi sunt nũcij ad Iacob, dicentes, Venimus ad B fratrem tuum, nempe ad Esau, qui tibi obuiã uenit, habetq; secum quadringentos uiros. Timuit uero Iacob uehemẽter, anxiusq; fuit: distribuit ergo populum qui secum erat, oues quoq; & boues & camelos in duas turmas, aitq;, Si uenerit Esau ad unam turmam, & trucidauerit eam, euadet altera, reliquaq; manebit. Et dixit Iacob, Deus patris mei Abrahã, & deus patris mei Isaac, DOMINE q dixi- C sti ad me, Reuertere in terram tuam, & in patriam tuam, & omnino benefaciã tibi, inferior sum omni beneficentia omniq; fide quam seruo tuo exhibuisti: quoniam baculo meo transiui Iordanẽ istum, & nũc creui in duas turmas: eripe me quæso è manu fratris mei, de manu Esau, nã timeo eum, ne ueniat & trucidat matrem simul cum filijs. Et tu quidẽ promisisti, quod uelis mihi benefacere, redde-

Consolationem accipit à deo per angelos.

[a] Mahanaim, castra aut turma.

In periculis orat deum ex fide.

Digitized by Google

reç semen meum ueluti harenā maris, quæ præ multitudine numerari non po-
D test. Pernoctauit itaç illic nocte illa, & accepit de ijs quæ sibi in manum uenie-
bant, munus ipsi Esau fratri suo. Nempe capras ducētas, hircos uiginti, oues du-
centas, & arietes uiginti, camelas lactantes cum pullis earū triginta, uaccas qua-
draginta, & tauros decem, asinas uiginti, & pullos decem. Tradiditç [isthæc] in
manum seruorū suorum, quemlibet gregē seorsim, & ait ad seruos suos, Transi-
te ante me, & facite spatium inter gregem & gregem. Præcepitç priori dicens,
E Si occurrerit tibi Esau frater meus, & interrogauerit te hisce uerbis, Cuius es tu,
quo uadis, & cuius ista quæ te præcedunt? Dices, Hæc sunt Iacob serui tui, mu-
nus hoc missum domino meo Esau, et en ipse subsequitur nos. Huiusmodi man
data dedit secundo & tertio, omnibus deniç qui greges sequebantur, nempe ut
sic loquerentur ad Esau, sicubi inuenirent eū, dicerentç quod Iacob seruus eius
sequeretur eos. Sic enim cogitabat, Placabo eum munere quod me antecedit,
deinde uidebo faciem eius, fortasse me [b] exaudiet. Præcessit itaç munus faciem
F eius, ipse uero eadē nocte māsit in castris. Nocte uero cōsurgens, tulit duas uxo-
res suas, & duas ancillas suas, undecim quoç natos suos, & traiecit uadū Iabok.
Accipiens ergo eos, transmisit eos ultra torrentē, transmisit quoç quidquid ha-
buit: & mansit Iacob solus, descenditç cum eo uir in harenam donec aurora ori
retur: qui uidens quod non posset ei præualere, tetigit uolam fœmoris eius, &
uola fœmoris Iacob luxata est, dum ille luctaretur cum eo. Dixitç, Dimitte me,
exorta est enim aurora. Et dixit, Non dimittam te, nisi bona mihi fueris impreca
tus. Et dixit ad eum, Quod est nomen tuum? Respondit, Iacob. Ait, Nomē tuum
ultra non uocabitur Iacob, sed Israel: nam & [c] Elohim & hominibus tanquam
G princeps superior euasisti. Iacob interrogans dixit, Indica quæso nomen tuum.
Et dixit, Cur sic interrogas de nomine meo? Faustaç imprecatus est ei ibidem.
Et uocauit nomen loci illius [d] Pniel: quoniam uidi [inquit] Elohim facie ad fa-
ciem, & erepta est anima mea. Ortusç est ei sol cū pertransisset Pniel, & ipse clau
dus erat fœmore suo: ob id filij Israel etiamnum hodie non comedunt neruum
obstupefactum in concauitate fœmoris, eo quod tetigerit concauitatem fœmo-
ris Iacob neruo obstupefacto.

b Ebr. Suscipiet faciem meam.

c Elohim uocem Ebraicā reliqui, quia uarie eam exponūt, quidā pro deo, quidam pro angelo.

d Pniel, facies dei.

Iacob nominatur nouo Isaelis nomine.

CAP. XXXIII.

Quo pacto exceptus sit Iacob ab Esau, & quod inita gratia quisque ad sua redierit.

A ATtollens Iacob oculos suos uidit, & ecce Esau uenit quadringentiç uiri
cum eo. [a] Distribuit itaç filios ad Leam, Rahelem, atç duas ancillas: col-
locauit autem ancillas & filios illarum in primo ordine, deinde Leam & libe-
ros eius, Rahelem tamen & Ioseph postremo. Ipse uero ante illos præcedens, se-
pties pronus terram uersus inclinat, quousç fratri appropinquaret. Esau uero
obuiam illi currens, amplexatus est eum, ruitç in collum eius, & osculatus est
eum, fleuerūtç. Attollens autem oculos suos, uidit mulieres & pueros, dixitç,
B Qui tibi isti? Et respondit, Pueri sunt quos benignitate sua deus donauit seruo
tuo. Accedentes itaç ancillæ & nati earū, inclinarunt. Appropinquauit & Lea
cum filijs suis inclinantes. Post hæc adductus est Ioseph & Rahel, & incuruati
inclinant. Dixit autem [Esau,] Quæ tibi uniuersa hæc turma, cui obuiam ueni?
Respondit, Vt gratiam ac fauorem impetrarem [b] coram domino meo. Et dixit
Esau, Abunde satis mihi adest mi frater, maneat tibi quod tuum est. Ad quem ait
Iacob, Ne quæso, si impetro gratiam coram te, accipe hoc munus meum de ma-
C nu mea: nam in hoc uidi faciem tuam, quemadmodum uidetur facies Elohim:
[c] gratum ergo mihi fac, cape quæso [d] honorariū munus meum quod tibi allatū
est, benigne enim mihi fecit deus, & satis habeo. Flagitante autem illo, accepit
[Esau,] & ait, Moue castra, & proficiscamur, ego te præcedam. Respondit illi [Ia
cob,] Dominus meus nouit nimirum quod pueri teneri sunt, deinde sunt mihi
oues

a Ebr. Dimidiauit.

b Ebr. Vt inuenirem gratiā in oculis domini mei.

c Vel, Redi mecum in gratiam.

d Eb. Benedictionē.

Prudentia Iacob occurrentis fratri.

Fratres ruunt in oscula.

Digitized by Google

oues & boues [e] fœtæ, quas si impulero uno die, morientur omnes oues. Trãseat quæso dominus meus ante seruum suum, ego sensim incedam, quatenus ferunt pecora ante me, & quatenus pueri ferre possunt, donec peruenero ad dominum meum in Seir. Dixit ergo Esau, Constituam quæso quosdam de ijs qui mecum sunt, qui tecum maneant. Iacob respondit, Cur istud? [Satis est] si gratiam impetro coram domino meo. Reuersus est itaq; Esau eadẽ die itinere suo uersus Seir: Iacob uero profectus in [f] Suchoth, extruxit sibi domum tentoriaq; suis pecoribus: hinc uocatum est nomen loci illius Suchoth. Venitq; Iacob incolumis in Sichem, quæ est in terra Chanaan, dum rediret ex Padan Aram, & habitauit è regione illius ciuitatis. Emit quoq; partem agri, ubi tenderet tabernaculũ suum, de manu filiorum Hemor patris Sichem, centum probatis nummis: ibiq; constituit aram, [g] inuocauitq; ibi fortem deum Israelis. CAP. XXXIIII.

[e] Quidã legunt, Lactentes, ut de pullis intelligatur.

D

[f] Suchoth, tentoria, tabernacula.

Altare extruit, et deũ inuocat.

[g] Alij legunt, Vocauit aram fortẽ deum Israelis.

Raptus Dinæ, stuprumq; eius quo à Sichem fuerat oppressa, ex qua re grauissimum latrocinium deinde sequutum est.

Curiositas Dinæ.

A

Dina filia Leæ, quam pepererat ipsi Iacob, egressa est ut filias illius regionis uideret: quã ut uidit Sichem filius Hemor Hiuei principis illius regionis, rapuit eam & dormiens cum ea, cõstuprauit eam. Adhæserat enim animus eius Dinæ filiæ Iacob, amauit puellã, [a] pellexitq; eam uerbis. Et dixit Sichem ad Hemor patrẽ suũ, Cura ut hæc puella detur mihi uxor. Audiuit aũt Iacob quod [Sichem] polluisset Dinam filiam suam, filij autem eius erant in agro apud pecora sua, & dissimulauit donec uenirent. Porrò Hemor pater Sichem egressus est ad Iacob, ut cum eo loqueretur. Venientes antẽ filij Iacob è rure, atq; audientes, sese discruciarunt uiri illi, & cõmouit eos uehementer, quod is rem tam nephariã designasset in Israele, dormiendo scilicet cũ filia Iacob, quod factũ minime conueniebat. Loquutus est ergo Hemor cum eis in hanc sententiam, Sichem natus meus [b] deperit filiam uestram, obsecro igitur ut detis eam ei uxorem. Iungite nobiscum affinitatẽ, collocate nobis filias uestras, & nostras filias uobis ducite. Habitabitisq; nobiscũ, regio ipsa uobis patebit, ut in ea habitetis, negotiemini, atq; etiam cõtineamini. Sichem quoq; dixit ad patrẽ puellæ & ad fratres eius, Sinite ut [c] impetrem hoc à uobis, quidquid dixeritis ad me, dabo, auctionẽ facite uel in immẽsum, idq; erga me, cum donationis propter nuptias, tum dotis, dabo quidquid indicaueritis mihi, modo detis mihi puellam hanc uxorẽ. Responderũt filij Iacob ipsi Sichem & Hemor patri eius dolose, expostulantes super eo quod sororem ipsorum Dinam polluisset. Dixerũt ergo ad eos, Rem istam facere haudquaquam possumus, ut collocemus sororem nostram uiro præputium habenti, id enim probrosum nobis esset. Veruntamen in hoc obsignati securi erimus de uobis, si fueritis sicut nos sumus, ut circũcidantur uobis omnes mares. Tum collocabimus filias nostras uobis, ducemusq; nobis filias uestras, habitabimusq; uobiscũ, & erimus uobiscũ unus populus. Quod si nos non audieritis, ut scilicet circũcidamini, recipiemus filiã nostrã & abibimus. Placuerunt uero uerba illorũ cum ipsi Hemor, tum Sichẽ filio eius. Et iuuenis quidẽ nihil cunctatus est facere rem istã, deperibat enim filiã Iacob, eratq; honoratior omnibus qui in domo patris erant. Venit itaq; Hemor & Sichem filius eius ad portã ciuitatis suæ, loquutiq; sunt cum ciuibus suis in hunc modũ, Viri isti pacẽ nobis offerunt, ut habitare eis liceat in nostra regione, in eaq; negotiari. Et terra quidẽ satis ampla est coram eis, ducemus ergo nobis filias eorũ uxores, collocabimusq; filias nostras eis: attamen hac in re obsignantur erga nos uiri illi ut nobiscũ habitent, coeantq; nobiscum in unum populum, si cuncti mares nobis circũcidantur, quemadmodũ ipsi circuncisi sunt. Pecora illorum, facultatesq; illorũ, & iumenta illorũ, an non nostra futura sunt, si illis hoc signo obstringemur, ut nobiscum habitent? Vniuersi

[a] Ebr. Loquutus est in cor puellæ.

B

[b] Eb. Anima filij mei concupiscit filiam uestram.

[c] Ebr. Inueniam gratiã in oculis uestris.

C

In portis erant iudicia.

Priuata libido fit cõmune exitium.

Digitized by Google

b Ebr. Qui egressi sunt portas illius ciuitatis.

c Ebr. In ore gladij.

itaq; b ciues illius urbis obsequuti sunt ipsi Hemor & Sichem filio eius, omnesq;
D mares illius urbis circuncisi sunt. Tertio itaq; die, quum essent in dolore ciues, duo filij Iacob Simeon & Leui, fratres Dinæ, arreptis gladijs suis, urbem introierunt confidenter, interfeceruntq; omnem marem, quin & Hemor atq; Sichem filium eius trucidarunt c gladio, tuleruntq; Dinam ex domo Sichem, & abierunt. Filij uero Iacob uenientes super occisos, despoliarunt ciuitatem, eo quod polluerant sororem suam. Oues quoq; & boues atq; asinos illorum, & quicquid erat in urbe & in agro, rapuerunt, sed & cunctam substantiam omneq; pubem, atq; uxores illorum ceperunt, atq; prædam abegerūt, cum omnibus quæ intus erant. Dixit uero Iacob ad Simeon & Leui, Cōturbastis me, putidumq; me reddidistis coram habitatoribus istius regionis, nempe coram Chananæo & Pherisæo, & ego quidem paruo sum numero, congregabuntur ergo illi aduersum me, & trucidabunt me, uastaborq; ego & domus mea. Illi uero responderunt, An ergo ut scorto abuti sorore nostra debuit?

Insiquus zelus duorum fratrū, quē adiuuant cæteri.

CAP. XXXV.

Iacob emigrans iubet ut simulachra abijciant sui. Moritur Rahel. Ruben polluit torum patris sui.

A Dixit autem deus ad Iacob, Surge ascende in Beth El, & habita ibi, faciesq; ibi aram deo, qui apparuit tibi quū coram Esau fratre tuo fugeres. Tum dixit Iacob ad domū suam, & ad omnes qui secum erant, Abijcite deos alienos qui sunt inter uos, mundamini, & immutate uestimenta uestra. Nam surgentes ascendemus in Beth El, & ibi faciā aram deo, qui respondit mihi in die afflictionis meæ, & adfuit mihi in uia quam ambulaui. Dederūt itaq; ipsi Iacob omnes deos alienos quos habuerunt, inaures quoq; quæ erant in auribus illorum, & defodit eos Iacob subter quercum quæ erat iuxta Sichem. Et quum emigrarent, fuit terror dei super ciuitates illas quæ erant per circuitū illorum, ut filios Iacob
B non insequerentur. Venit itaq; Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, ipsa est Beth El, ipse & cunctus populus qui cum ipso erat. Et extruxit illic aram, a appellauitq; locum illum, Deus Beth El: nam eodē loci apparuerat ei deus quum fugeret fratrē suum. Mortua uero est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est sub Beth El sub quercu: & uocatum est nomen [loci] illius Quercus fletus. Rursus apparuit deus ipsi Iacob quum rediisset è Padan Aram, & benedixit ei. Et dixit ad eum deus, Nomen tuum est Iacob, ultra non uocabitur nomen tuum Iacob, sed Israel erit nomen tuum: uocatumq; est nomen eius Israel. Dixit uero ad eum deus, Ego sum deus Schadai, cresce & augesce, gens, imò congregatio gentium
C ex te prodibit, quin & reges è lumbis tuis egredientur. Et terrā illam quam dedi Abrahamo & Isaac, tibi dabo, & semini tuo post te terram istam. Ascendit itaq; deus ab eo, in loco ubi loquutus fuerat cum eo. Posuit autem Iacob statuam lapideam in eodem loco in quo cum eo loquutus fuerat, libans super eam libamen, & fundens super eam oleum: uocauit nomen loci illius, in quo deus fuerat cum eo loquutus, Beth El. Cumq; proficiscerentur de Beth El, abessentq; iugerum arui ab Ephrata, parturijt Rahel, inq; pariendo difficulter habuit. Cumq; sic grauiter haberet in partu suo, dixit ad eam obstetrix, Ne timeas, nam & hunc habebis filium. Cumq; efflaret animam, (moriebatur enim) uocauit nomen eius Benoni, pater uero eius uocauit eum Beniamin. Mortua itaq; est Rahel, & sepulta in uia qua itur Ephrata: hæc est Beth Lehem. Et collocauit Iacob statuam ad se-
D pulchrum eius. Hæc est statua monumenti Rahel usq; in præsentem diem. Profectus ergo Israel tetendit tabernaculum suum ultra turrim Eder. Cum itaq; Israel habitaret in ea regione, iuit Ruben & dormiuit cum Bilha concubina patris sui, quod audiuit Israel. Filiorum autem Iacob fuerunt duodecim. Filij Leæ, primogenitus Iacob Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Isachar & Zebulon. Filij Rahelis

a Potest etiā legi, Inuocauit deū Bethel.

Terrentur impij, ne pijs incommodent.

Debora nutrix Rebeccæ moritur.

Secundo nōiatur Israel à deo.

Schadai omnipotēs, omnisufficiens.

Promissiones amplæ dei.

Bethel domus dei.

Benoni filius doloris mei.
Beniamin filius dexteræ.

Filij Iacob.

helis, Ioseph & Beniamin. Filij autem Bilha ancillæ Rahel, Dan & Naphtali. Et filij Zilpa ancillæ Leæ, Gad & Aser. Hi sunt filij Iacob, qui nati sunt ei in Padan Aram. Et uenit Iacob ad Isaac patrē suum in Mamre in Kiriath Arba, quæ est Hebron, ubi incolæ fuerant Abraham & Isaac. Fuerunt autem dies Isaac centū anni & octoginta. Deficiens autem Isaac mortuus est, collectusq; ad populos suos senex & satur dierū: filij autē eius Esau & Iacob eum sepelierunt. CA. XXXVI.

Moritur Isaac.

Recensentur duces qui ex Esau fuerunt. & migratio eius à Iacob.

Uxores Esau. 1. Par. 1. c

HAe autem sunt generationes Esau, qui & Edom. Esau duxerat uxores suas de filiabus Chanaan, nempe Ada filiam Elon Hithæi, & Aholibama filiā Ana filiæ Zibeon Hiuæi. Sed & Basmath filiam Ismaël sororē Nebaioth. † Ada peperit ipsi Esau Eliphas, & Basmath peperit Rehuel. At Aholibama peperit Iehus, Ialam atq; Corah. Et hi sunt filij Esau, qui nati sunt ei in terra Chanaan. Tulit autē Esau uxores suas, filios suos & filias suas, & omnes animas domus suæ, pecora sua, iumenta sua, cunctamq; possessionem suam quam comparauerat in terra Chanaan, & abijt in terram è regione fratris sui Iacob. Plurimæ enim facultates erant illis, nec poterant habitare simul, sed nec terra quam incoluerant ferre eos potuit propter pecora quæ habebant. Habitauit ergo Esau in monte Seir, Esau autem est Edom. Istæ autem sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir. Et ista sunt nomina filiorum Esau, Eliphas filius Ada uxoris Esau, Rehuel filius Basmath uxoris Esau. Filij Eliphas fuerunt Theman, Omar, Zepho, Gatham & Kenas. Porrò Thimna fuit pellex ipsius Eliphas filij Esau, & peperit ipsi Eliphas Amalek: & hi sunt filij Ada uxoris Esau. Isti uero fuerunt filij Rehuel, Nahath, Zera, Samma & Miza: isti fuerunt filij Basmath uxoris Esau. Isti fuerunt filij Aholibama filiæ Ana, filiæ Zibeon uxoris Esau, peperitq; ipsi Esau Iehus, Ialam & Kora. Isti sunt duces filiorum Esau, & hi filij Eliphas primogeniti Esau. Dux Theman, dux Omar, dux Zepho, dux Kenas, dux Korah, dux Gathā, dux Amalek. Isti sunt duces ex Eliphas in terra Edom, & hi sunt filij Ada. Hi quoque sunt filij Rehuel filij Esau. Dux Nahath, dux Zera, dux Samma, dux Mizah: isti sunt duces ex Rehuel in terra Edom, & hi sunt filij Basmath uxoris Esau. Porrò isti sunt filij Aholibama uxoris Esau, dux Iehus, dux Ialā, dux Korah: isti sunt duces ex Aholibama filia Ana uxore Esau. Isti itaq; sunt filij Esau, & hi duces eorū, is est Edom. Isti uero sunt filij Seir Horæi, qui habitauerant in terra, Lotā, Sobal, Zibeon, & Ana. Item Dison, Ezer atq; Disan. Et hi sunt duces Horæi filij Seir in terra Edom. Fuerūtq; filij Lotan, Hori & Heman, Soror uero Lotan Thimna. Et isti filij Sobal, Aluan & Manahath, Ebal, Sepho, atq; Onam. Isti sunt filij Zibeon & Aiah atq; Ana. Hic est Ana qui inuenit mulos in deserto, quū pasceret asinos patris sui Zibeon. Et isti sunt filij Ana, Dison: & Aholibama filia Ana. Hi uero sunt filij Dison, Hembdan, Esban, Iithran atq; Cheran. Isti sunt filij Ezer, Bilhan, Zaheuan & Akan. Et hi filij Disan, Vtz & Aran. Hi duces Horæi, dux Iotan, dux Sobal, dux Zibeon, dux Anah, dux Dison, dux Ezer, dux Disan: isti sunt duces Horæi secundum duces eorum in terra Seir. Isti uero sunt reges qui regnauerant in terra Edom, antequam regnaret rex super filios Israel. Regnauit autem in terra Edom, Bela filius Beor, & nomen ciuitatis suæ Dinhaba. Mortuo Bela, regnauit pro eo Iobab filius Zerah de Botzra. Cumq; mortuus esset Iobab, regnauit pro eo Husam de terra Theman. Mortuo Husam regnauit pro eo Hadad filius Bedad, qui percussit Midian in campo Moab: & nomen ciuitatis suæ Auith. Hadad mortuo, regnauit pro eo Samla de Masreka. Mortuo Samla, regnauit pro eo Saul de Rehoboth fluuio. Mortuus uero est Saul, & regnauit pro eo Baal Hanan filius Achbor. Sed & Baal Hanan filius Achbor mortuus est, & regnauit pro eo Hadar: & nomen ciuitatis suæ Pahu, nomē uero uxoris suæ Mehetabeel,

Diuitiæ patriarcharū. Esau habitat in montibus Seir. Generationes ducum eorum ex Esau. Amalechitæ. 1. Par. 1. c

quæ fuit filia Matred filię Mezahab. Hæc ergo sunt nomina ducum Esau iuxta familias suas, & iuxta loca sua secundum nomina sua. Dux Thimna, dux Alualı, dux Ietheth, dux Aholibama, dux Ela, dux Pinon, dux Kenaz, dux Theman, dux Mibzar, dux Magdiel, dux Iram. Isti inquam sunt duces Edom iuxta habitationes suas in terra possessionis eorum. Ipse est Esau pater Edumæorũ. Iacob autem habitauit in terra in qua pater eius incola fuerat, nempe in terra Chanaan.

CAP. XXXVII.

Incipit historia de Ioseph, qui ut à patre unice dilectus erat, ita fratribus est exosus, idq; propter somnia quædam. Venditus fuit à fratribus Ismaelitis, & in Aegyptum abductus.

A ISTæ sunt generationes Iacob. Ioseph quũ esset natus annos decem & septem, pascebat oues cum fratribus suis, & ipse puer [agebat] cũ filijs Billia, atq; cum filijs Zilpa uxorũ patris sui, & deferebat Ioseph infamiam eorum malam ad patrem eorum. Israel autẽ diligebat Ioseph super omnes filios suos, quod [a] natus esset ei in senectute sua, & fecit ei tunicã [b] uariam. Fratres autem eius quum animaduerterent ꝙ pater eorum amaret eum præ cunctis fratribus suis, odio prosequuti sunt eum, nec poterant cũ eo pacate loqui. Et Ioseph somniauit somniũ,

Iosephi zelus contra fratres peccantes.

[a] Ebr. Eo quod filius esset senectutis. [b] Alij legunt, tessellatam.

B quod cum fratribus narrasset, plus odisse eum cœperunt. Dixit enim ad eos, Audite quæso somniũ istud quod somniaui. En colligabamus in agro mergites, & ecce merges meus erectus stabat, mergites uero uestri tanq̃ in gyro meum mergitem proni uenerabantur. Cui dixerunt fratres eius, An ergo tu rex regnabis super nos, & dominus nobis imperitabis? Hinc maius odiũ conceperũt aduersus eũ, idq; propter insomnia sua, atq; huiusmodi sermones. Rursus uero aliud somniũ somniauit, quod narrãs fratribus suis, ait, En & hoc somnium somniaui,

Somnium primum.

Alterum somnium.

C ui, Sol & Luna unà cum undecim stellis me proni uenerabãtur. Cumq; hoc retulisset patri suo, fratribusq; suis, increpauit eum pater suus, dixitq; ei, Quid hoc somnij quod somniasti? An ego & mater tua fratresq; tui ueniemus, & corã te proni procidemus? Aemulati sunt itaq; eũ fratres sui, pater uero obseruabat negotium istud. Abierunt aũt fratres eius, ut pascerent gregẽ patris sui in Sichem. Dixitq; Israel ad Ioseph, An non fratres tui pascunt in Sichem? agedum mittam te ad eos. Respondit, En præsto sum. Dixitq; ad eum, Vade quæso, & uide si re-

D cte habeant fratres tui, & si grex recte ualeat, idq; ad me refer. Misit itaq; eum de ualle Hebron, & uenit in Sichem. Reperit autẽ eum uir quidã errantem in campo, interrogabatq; eum, Quid quæris? Respondit, Fratres meos quæro, indica quæso mihi ubi pascant. Et dixit uir ille, Profecti sunt hinc, audiui eos dicẽtes, Abeamus in Dothain. Insequutus est ergo Ioseph fratres suos, & inuenit eos in Dothan. Videntes autem eum procul anteq̃ accessisset eos, machinati sunt ei necem, [c] dixitq; alter ad alterũ, En magister iste somniorũ uenit, adeste, occidamus eum, & demittamus eum in puteũ aliquem, dicemusq;, Bestia mala eum deuora-

Cõspiratio fratrum in necem Ioseph.

[c] Ebr. Dixit uir ad fratrem suum.

E uit, & uidebimus qualiter cadant somnia eius. Audiẽs hoc Ruben, conatus est eum liberare ex eorũ manu, & dixit, [D] Ne uitam ei eripiamus. Et rursum dixit ad eos Ruben, Ne sanguinem effuderitis, sed demittite eum in hanc cisternã, quæ est in solitudine, & manũ ne inferatis ei: [hoc nempe cõsilio,] ut eriperet eum ex illorũ manu, & restitueret eum patri suo. Cumq; uenisset Ioseph ad fratres suos, nudauerũt eum tunica sua, tunica illa uaria qua erat indutus. Et arripiẽtes eum, demiserunt eum in cisternã uacuam in qua non erat aqua. Ipsi uero consedẽt ad edendum cibũ: & cum attollerent oculos, uiderunt in uia Ismaëlitas uenientes è Gilead, quorũ cameli ferebant aromata, resinam & [e] stacten: ibant autem ut de-

[D] Ebr. Ne percutiamus eum in anima.

[e] Fortè Lotum fuit.

F portarent hæc in Aegyptum. Et dixit Iuda ad fratres suos, Quid lucri, si fratrem nostrum occiderimus, & sanguinem eius obtexerimus? Adeste, uendamus eum

Iudas uendendũ, non occidendũ consultat.

Ismaë-

Digitized by Google

Ismaelitis, nec inferamus nos ei manus, frater enim noster est & caro nostra. Et
Sap. 10. c Psal. 104. b audierunt eum fratres eius. Cumq; præterirēt Madianitæ negotiatores, †extra
cto & sublato Ioseph è cisterna, uendiderunt eum Ismaelitis uiginti [siclis] ar-
genti, qui duxerunt eum in Aegyptum. Et reuersus est Ruben ad cisternam, &
ecce Ioseph non erat in cisterna: conscidit ergo uestem suam, & reuersus ad fra-
tres suos, dixit, Puer nusquam comparet, & ego quò ibo? Tulerūt itaq; tunicam
Ioseph, & mactantes hœdum ex capris, tinxerunt tunicam sanguine. Miserunt G
autem tunicam illam uariam, tuleruntq; eam ad patrem suum, dicentes, Hoc in-
Tunica filij agnoscitur, nō flagitiū. uenimus, dignosce quæso, tunica filij tui sit, an non. Et agnouit eam, dixitq;, Tu
nica filij mei est, bestia mala deuorauit eum, omnino laceratus est Ioseph: con-
scissisq; uestimentis suis, imposuit saccū lumbis suis, seq; discrucians filij sui cau
sa, idq; multis diebus. Surrexerunt uero omnes filij eius cunctæq; filiæ eius, ut
eum consolarentur, at noluit consolationē admittere: dixitq;, Quin lugens de-
scendam ad filium meum in sepulchrum: fleuitq; super eum pater suus. Porrò
Madianitæ uendiderunt eum in Aegyptum Potiphari cubiculario Pharaonis,
†capitalium rerum præfecto. CAP. XXXVIII. †Alij legunt, præfecto cocorum: alij, præfecto prætorio, &c.

Abrumpitur narratio Iosephi, & interseritur de Iuda, qui compressa nuru sua Thamar, ex ea sustulit duos filios. Pertinent autem hæc ad seminis benedicti seriem.

Coniugium Iudæ 1. Par. 2. a Contigit illo tempore, ut Iuda descēderet à fratribus, & diuerteret ad quen A
dam Adulamitem, Hiram nomine. Vidit ibidem Iuda filiam [a]cuiusdā ne a Quidam legūt, hominis Chananæi.
gotiatoris qui uocabatur Sua, & ducens eam, ingressus est ad eam. Concipiens
illa peperit filiū, uocatumq; est nomen eius Er. Rursum uero cōcipiens peperit
filiū, uocauitq; nomen eius Onan. Peperit ultra filiū, quem uocauit Sela, & fuit
[b]ipse in Chezib cum illa hunc pareret. Accepit autē Iuda uxorem primogenito b Quidam legūt, & fuit in mēdacio, hoc est, amplius non peperit.
suo Er, nomine Thamar. Et fuit Er primogenitus Iuda malus corā oculis DO- B
MINI, & interfecit eum DOMINVS. Dixit ergo Iuda ad Onan, Ingredere ad
uxorem fratris tui, & duc eam uxorē, ut exuscites semen fratri tuo. Sciens uero
Onan quod semen non esset ei futurū si ingrederetur ad uxorem fratris sui, disper-
dit ad terrā, ne daret semen fratri suo. Displicuit hęc res quā fecerat DOMINO,
idcirco & hunc occidit. Dixit itaq; Iuda ad Thamar nurū suam, Mane uidua in
domo patris tui, donec Sela filius meus adolescat: idq; eo cōsilio, ne & iste, quē-
admodum fratres sui, moreretur. Abijt ergo Thamar, & mansit in domo patris C
sui. Cumq; multi dies præterijssent, moritur filia Sua uxor Iuda: qui cōsolatio-
ne accepta, ascendit ad tonsores ouium suarū in Thimnath, ipse & Hiram ami-
cus eius Adulamites. Nunciatū uero est ipsi Thamar, in hanc formā, Socer tuus
ascendit in Thimnath, ut tondeat oues suas. Illa uero à se positis uestimentis ui
duitatis suæ, obtexit atq; obduxit se peplo, & consedit ad biuium, in propatulo
qua itur Thimnatah. Viderat enim adoleuisse Selam, neq; se datā illi uxorem.
Quam quū uidisset Iuda, existimauit eam esse meretricē, operuerat enim faciem
suam. Declinās ergo ad eam è uia, dixit, Age, sine quæso ad te ingrediar (nescie D
bat enī quod nurus sua esset.) Illa uero respondit, Quid dabis mihi, si ad me uis in-
gredi? Qui dixit, Mittam ex grege hœdū caprarum. Ait illa, An non pignus mi-
hi dabis donec mittas? Qui ait, Quale nam pignus darē tibi? Illa respondit, An-
nulum tuum, fasciam tuam, atq; baculum quem manu gestas. Dans itaq; ei, in-
gressus est ad eam, & concepit ex eo. Et surgens abijt, positoq; peplo suo, induit
uestimenta uiduitatis suæ. Misit aūt Iuda hœdum ex capris per manū amici sui E
Adulamitę, ut reciperet pignus de manu mulieris, at ille non inuenit eam. Inter
rogauit ergo homines loci illius hisce uerbis, Vbi est illa meretrix, quę [sedebat]
in propatulo ad uiam? Illi responderūt, Nulla fuit hic meretrix. Reuersus est igi
tur ad Iudā, dixitq; illi, Non inueni eam, sed & homines istius loci dixerūt nul-

Digitized by Google

Iam fuisse illic meretricem. Et dixit Iudas, Sibi seruet, ne & nos pudefiamus: en
F misi hœdum hunc, & non inuenisti eam. Post tres menses fermè nunciatum est
Iudæ tale nunciũ, Thamar nurus tua scortata est, & ex scortatione concepit etiã.
Iudas ait, Educite eam, ut comburatur. Cumq́ educeretur, misit ad socerũ suum
hisce uerbis, E uiro cuius hæc sunt, grauida sum: addiditq́, Dignosce quæso cuius
sit hic annulus, hæc fascia, & baculus iste. Et agnouit Iudas, & dixit, Iustior me
est, eo quod non dederim eam filio meo Sela: neq́ ultra cognouit eam. Cumq́ Matth.1.a
G aduenisset tempus ut pareret ipsa, gemelli erãt in utero eius, & in pariendo unus
manum exeruit, qua arrepta obstetrix, coccino filo circumligabat, dicens, Is primus egressus est. Contigit autem ut is manũ suam retraheret, & egrederetur frater eius, dixitq́ illa, Cur rupisti tibi rupturam? Et uocatũ est nomen eius Paretz. Phares.
Postea egressus est frater eius, in cuius manu filum coccinum erat, & uocatũ est Zara.
nomen eius Zarah.

CAP. XXXIX.

Resumitur historia Ioseph, qui quum esset charus hero suo, solicitatur ab uxore de stupro: cui dum non consentit, ac si reus esset, in carcerem conijcitur.

A Porrò Ioseph deductus est in Aegyptum, emitq́ eum Potiphar cubicularius Pharaonis, præfectus rerum capitalium, uir Aegyptiacus: emit eum inquã, de manu Ismaelitarum, qui abduxerant eum illuc. Et DOMINVS adfuit ipsi Ioseph, ut esset uir, cui omnia prospere caderent, eratq́ in domo domini sui Aegyptij. Cũq́ uideret herus eius quod DOMINVS adesset ei, quodq́ DOMINVS cuncta quæ gerebat Ioseph, sub manu eius fortunaret, nactus est Ioseph gratiam coram domino suo, seruiuitq́ ei: præfecitq́ eũ domui suæ, tradens sub manũ eius quæcunq́ habebat. Ab eo tempore ergo, quo eum domui suæ et omnibus rebus suis præfecerat, DOMINVS domum Aegyptij propter Ioseph fortunauit, quin
B quidquid habebat, siue domi siue ruri, fœcundũ reddidit DOMINVS. Reliquit ergo quæcunq́ habebat in manu Ioseph, nec quidquam cum eo nouit, nisi cibũ quem edebat. Erat autem Ioseph eleganti forma & pulchro aspectu. Factum est autem post hæc, ut uxor heri sui iniectis in Ioseph oculis, diceret, Dormi mecum. Qui renuens ait ad uxorem heri sui, En herus meus mecum nihil nouit earum rerum quæ in domo geruntur, quin cuncta quæ habet in manum meam concredidit. Non est maior me quispiam in hac domo, nec excepit à me quidquam præter te, eo quod tu uxor illius es: quomodo igitur designarem ingens hoc flagitium, ut peccem & in deum? Cumq́ sic quotidie cum Ioseph loqueretur, ipse ta-
C men eam non audit, nec dormire uult cum ea, imò nec cum ea esse. Contigit ergo quodam die, ut domum ueniret, faceretq́ opus suum, nec esset quispiam ex familiaribus in domo. Illa apprehendit eum ueste eius, dicens, Dormi mecum: qui relicta ueste sua in manu illius, fugit, & egressus est foras. Cum uero illa uidisset quod reliquisset uestem suam in manu eius, fugissetq́ foras, uocauit domesticos suos, dixitq́ ad eos, En introduxit ad nos uirum Hebræum, ut nobis illuderet, nam uenit ad me ut mecum dormiret, ego uero sublata uoce clamaui. Cumq́ is audiret me attollere uocem & clamare, ueste sua apud me relicta fugit, & egres-
D sus est. Et collocauit uestẽ eius apud sese, donec ueniret herus eius domũ. Tunc loquuta est ad eum hisce uerbis, Venit ad me seruus Hebræus, quẽ adduxisti nobis ut illuderet mihi, quum uero sustulissem uocem meam & clamarem, relicta ueste sua apud me, fugit foras. Audiens uero dominus eius uerba uxoris suæ, quæ ad illum erat loquuta, nempe, Sic fecit mihi seruus tuus, excanduit ira eius. Tollensq́ herus Ioseph, coniecit eum in [a] carcerem, in eum locum ubi uincti regis conclusi tenebantur. Et Ioseph fuit illic in carcere. At DOMINVS aderat ipsi Ioseph, & inclinauit ad eum beneficentiã, et dedit illi ut fauore eum prosequeretur ergastularius. Et tradidit præfectus carceris uniuersos uinctos qui in carcere

Vẽditur Ioseph Phutiphari.

Ex deo prosperitas iusto.

Benedictio domini propter iustũ.

Misericordia dei in carcere cũ innocente. Psal.104.b

[a] Eb. In domo carceris uel putei.

erant sub manum Ioseph, & quidquid ibidem faciebant, ipse faciebat. Nihil curæ gerebat præfectus carceris manu sua, quandoquidem DOMINVS aderat ipsi Ioseph. Et quidquid faciebat ipse, fortunauit DOMINVS. CAP. XL.

Quum esset in carcere Ioseph, interpretatus est somnia uinctis, & prædixit quid esset euenturum.

A Post hæc gesta contigit, ut regis Aegyptij pocillator & pistor peccarent aduersus dominum suum, regem scilicet Aegypti. Iratusque est Pharao aduersus duos præfectos, nempe aduersus præfectum pocillatorum, & aduersus præfectum [a]pistorum. Et coniecit eos in carcerem, in domũ uidelicet magistri suppliciorum, in eum carcerem in quo Ioseph uinctus tenebatur. Et præfectus rerum capitaliũ præfecit illis Ioseph, qui & ministrabat eis, fueruntque aliquot dies in carcere. Somniarunt uero uterque somnium, quisque suum somnium eadem nocte, & quisque iuxta interpretationem somnij sui, pocillator scilicet & pistor regis Aegyptij, qui uincti tenebantur in carcere. Et ueniens ad eos Ioseph mane, contemplatus est eos, & en erant consternati. Percunctatus est itaque præfectos Pharaonis, qui secum erant in carcere domini sui, hisce uerbis, Cur tristis est uultus uester hodie? Qui responderunt ei, Somnium somniauimus, nec est qui interpretetur. Dixitque ad eos Ioseph, An non dei sunt interpretationes? Narrate quæso mihi. Recensuit itaque præfectus pocillatorum somnium suum ipsi Ioseph, dixitque ei, Quum somniarem, en uitis erat coram me, & in ipsa uite tres palmites, uitis uero quasi germinabat exoriente flore eius, & maturantibus botris in flagellis eius. Sed & crater Pharaonis erat in manu mea, & accipiens uuas expressi eas in craterem Pharaonis, dedique craterem in manũ Pharaonis. Dixit uero ad eum Ioseph, Hęc est interpretatio eius, tres palmites, tres dies sunt. Intra tres dies Pharao extollet caput tuum, & te in gradũ tuum reponet, ut præbeas craterem Pharaoni in manum eius, iuxta pristinũ morem quum esses à caliculis [regis,] tu modo sis apud te mei memor quum tibi bene fuerit, ut mihi uel hoc beneficium præstes, ut mei mẽtionem facias apud Pharaonem, & cures ut extraher ex hac domo, quia furtim sublatus sum è terra Hebræorum, neque hic quidquam designaui, ob quod me in hanc foueam conijcerent. Intelligens autem pistorum præfectus expositionem hanc esse faustam, ait ad Ioseph, Et ego somniũ habui. Erant tria canistra alba super caput meum. Porrò in superiori canistro erant uarij generis cibi Pharaonis, opere pistorio parati, & aues comedebãt ex canistro quod erat super caput meum. Respondítque Ioseph, & dixit, Hæc est interpretatio eius, tria canistra sunt tres dies, intra triduum tollet Pharao caput tuum à te, agetque te in crucem, ut aues comedãt carnes tuas. Factum itaque est die tertio, qui erat dies natalitius Pharaonis, ut instrueret conuiuium omnibus seruis suis, & recensuit caput præfecti pocillatorum, atque caput præfecti pistorũ, inter seruos suos. Et præfectum quidem pocillatorum restituit, ut esset pocillator suus, qui & præbuit craterem in manum Pharaonis. Præfectum uero pistorum suspendit, quemadmodum coniecerat eis Ioseph. At præfectus pocillatorum Iosephi non est recordatus, sed tradidit eum obliuioni. CAP. XLI.

Margin notes: [a] Quidam legũt, coquorum, seu archimagirum. — Somnia diuinitus immissa. — Interpretator somniorũ Ioseph. — Natalitium Pharaonis cõuiuium. — Ingratus pincerna.

Somnia quędã habet Pharao, quæ dum Ioseph exponit, dominus fit totius Aegypti.

A Post duos annos somnians erat Pharao. Stabat ad riuũ, & ascendebant è riuo septem uaccæ aspectu pulchræ, & carne pingues, pascentes in loco palustri. Post illas ascendebant aliæ septẽ uaccæ de riuo, deformes illæ & tenui carne, stabantque iuxta illas uaccas in littore riui. Et uaccæ illæ quæ deformes erant atque macilentæ, deuorabant septẽ uaccas quæ erant eleganti forma & pingues: & euigilauit Pharao. Rursum uero dormiens, somniauit secũdo. Septem spicæ pullulabant in culmo uno, plenæ quidem & bonæ. Et rursus septẽ spicæ tenues

Digitized by Google

& Euro exhaustæ germinabãt post illas. Deuorabantq́ spicæ tenuiores, septem spicas crassas & plenas. Euigilauitq́ Pharao, & ecce somnium erat. Manè facto palpitabat [a]cor eius, mittensq́ conuocauit omnes magos Aegypti, & cunctos sapientes eius, narrauitq́ Pharao somniũ suũ eis, nec erat coniector qui ea Pharaoni interpretaretur. Loquutus est ergo præfectus pocillatorũ ad Pharaonẽ in hanc sententiã, Subeunt mihi hodie peccata mea. Pharao iratus aduersus seruos suos, coniecerat me in carcerẽ in domũ præfecti suppliciorũ, me inquam & præfectum pistorum. Somniabamus autem somniũ ego & ille eadem nocte, uterq́ iuxta somnij sui interpretationem somniabamus. Erat autem ibidem nobiscum puer quidam Hebræus, seruus præfecti capitaliũ rerum, cui cum recenseremus, interpretatus est nobis somnia nostra, utriq́ uidelicet iuxta suũ somniũ. Quem admodũ uero coniecit nobis, sic euenit: me restituit loco meo, illum uero in crucem egit. Mittens ergo Pharao uocauit Ioseph, & ilico eduxerũt eum è fouea, detonsus uero, mutatis uestibus uenit ad Pharaonẽ. Et dixit Pharao ad Ioseph, Somniaui somnium, & coniector non est qui explicet, ego uero de te audiui loqui, quod possis somnia quę audieris interpretari. Respondit Ioseph Pharaoni, & dixit, Deus uel absq́ me prospera respondebit Pharaoni. Loquutusq́ est Pharao ad Ioseph, Quum somniarem uisus sum mihi stare super ripam fluuij, & en de fluuio septem uaccæ pingues carne ascendebant, formaq́ eleganti, pascentes in loco palustri: rursus ascenderunt post illas septem aliæ uaccæ, tenues quidem & deformissimæ, macilentæ, quales non uidi in tota terra Aegypti. Et deuorauerunt uaccæ illæ macilentæ & deformes, septem priores uaccas pingues. Et tamen si essent ingressæ in uiscera illarum, animaduerti tamen non poterat illas in uiscera istarum introijsse, nam aspectus istarum erat, ut prius, deformis. Et euigilans, rursus uidi per somnium meum septem spicas pullulantes, ex uno culmo plenas & pulchras: fuerunt rursus aliæ septem spicæ exiccatæ, tenues, & Euro exhaustæ, quæ pullularunt post priores. Deuorauerunt́q spicæ illæ tenues, septem spicas bonas. Hæc narraui Magis, & nõ fuit qui mihi interpretaretur. Et respondit Ioseph Pharaoni, Somnium Pharaonis idem est, & quæ deus facturus est, nota facit Pharaoni. Septem uaccæ elegantes, sunt septem anni: & septem spicæ bonæ itidem septem anni sunt, unũ idemq́ est somnium. Septem ergo uaccæ macilentæ & tenues, quæ post priores ascenderunt, septem sunt anni: & septem spicæ uacuæ & Euro exhaustæ, etiam septem anni sunt famis. Hoc est uerbũ quod loquutus sum ad Pharaonem, & hoc facturus est deus, & ostendit id Pharaoni. Ecce ueniunt septem anni fertilissimi per totam terram Aegypti: & rursus, deinde uenient post illos septem anni famis, & obliuioni tradetur cuncta abũdantia per terrã Aegypti, & fames conficiet terrã ipsam. Nec cognoscetur ubertas in terra ob famem illã superuenientẽ, nam grauissima erit. Quod uero iteratum est somnium bis super Pharaonẽ, [significat] quod firmiter decretum est hoc à deo, festinaturumq́ deum, ut id perficiat. Nũc ergo prouideat sibi rex uirũ aliquem industrium & sapientem, quem præficiat super terrã Aegypti. Faciat & hoc Pharao, constituat præfectos super terram, & accipiat partem quintã de terra Aegypti per septẽ annos ubertatis. Congregent quoq́ omne alimentũ per annos bonos sequentes, & conuehant frumentũ sub manum Pharaonis, & annonã per ciuitates conseruent, eritq́ alimentũ hoc ad reseruationem ipsi terræ pro septem annis famis, q futuri sunt super terrã Aegypti, ne terra fame conficiatur. Placuit hic sermo Pharaoni & cũctis ministris eius: & dixit Pharao ad seruos suos, Nũ inueniri potest uir qui huic possit cõparari, in quo nẽpe sit spiritus dei? Dixitq́ Pharao ad Ioseph, Quandoquidẽ deus hæc omnia tibi nota fecit, nullus est qui te prudentia & sapientia æquet, tu igitur sis super domũ meam, & ad tuum imperium

[a] Hb. Spiritus eius.

Exaltatur pius è carcere in aulam. Psal. 104. b

Psal. 104. b 1. Mac. 2. f Act. 7. b

perium uniuersus populus meus [a]cibū capiet, solio duntaxat honoratior te ero. Et rursum dixit Pharao ad Ioseph, En constitui te super totam terram Aegypti. Et auferens Pharao annulum suum de manu sua, inseruit illū manui Ioseph; uestiuitq; eum uestimentis byssinis, & imposuit torquem aureum in collum eius. Iussit quoq; eum uehi in curru secundo quem habebat, & clamauerūt coram eo [b]Abrech, & constituit eum super totam terram Aegypti. Et dixit Pharao ad Ioseph, Ego sum Pharao, sine nutu tuo non sustollet quispiam manū suam aut pedem suum per totam terram Aegypti. Vocauitq; Pharao nomen Ioseph [c]Zaphnat Paeneah, & dedit ei Asnath filiam Potipharis, sacerdotis in On, uxorem. Egressus est itaq; Ioseph in terram Aegypti. Erat uero Ioseph natus annos triginta, quando stetit corā Pharaone rege Aegypti. Et egrediens Ioseph à Pharaone, pertransijt totam terram Aegypti. Septem annis autem fertilibus protulit terra aceruos, ille uero conuexit omnem prouētum septem annorū, qui fuit per totam terram Aegypti, & reposuit alimentum in urbibus, cuiuslibet agri prouentum conuexit in eam urbem quā ambiebat [ager.] Et conuexit Ioseph frumentū uehemēter multu[illegible]ā arenam maris, ut à numerando cessaret, innumerū enim erat. Natiq; sunt Ioseph duo filij anteq̄ ueniret annus famis, quos illi pepererat Asnath filia Potipharis sacerdotis in On. Vocauitq; Ioseph nomen primogeniti Manasse, [ac si diceret,] Quoniā effecit deus ut cūcti laboris mei, & uniuersæ domus patris mei obliuiscerer. Nomen uero secundi uocauit Ephraim, [ac si diceret,] Quoniam effecit deus ut fructum haberem in terra afflictionis meæ. Exactis itaq; septem annis fertilibus qui fuerunt in terra Aegypti, uenire cœperunt septem anni famis, quemadmodū prædixerat Ioseph. Fuit itaq; fames in omnibus regionibus, in cuncta autē terra Aegypti fuit annona. Cumq; fames grassari inciperet etiā in tota terra Aegypti, clamauit populus ad Pharaonē pro cibo. Et dixit Pharao ad omnes Aegyptios, Ite ad Ioseph, & quod ille dixerit uobis, facite. Fuit itaq; fames illa in uniuersa terra. Aperuit ergo Ioseph omnia [horrea] in quibus erat [annona,] & distraxit Aegyptijs. Inualuerat enim fames per terram Aegypti. Omnes quoq; regiones uenerunt in Aegyptū, frumentatum à Ioseph, inualuerat enim fames per uniuersam terram.

F

Vxorē ducit Ioseph.

G

Filij Ioseph Manasses. Ephraim.

a Quidam legūt, Armabitur; quidā osculabitur.

b Abrech quidā tenerum patrem interpretantur: quidam, geniculabor tibi: quidam faustam acclamationē putant.

c Zaphnat Paeneah, penetrator arcanorum.

CAP. XLII.

Fratres Ioseph in Aegyptum descendunt frumentatum, tentātur & adfliguntur aliquousq; à fratre: & catastropha est quasi somniorum.

Act.7.b

A INtelligens autem Iacob annonā esse in Aegypto, dixit ad filios suos, Cur sic desides cunctamini? Addiditq;, En audiui q; annona sit in Aegypto, descendite illuc, & emite nobis illinc frumēta, ut in uita superstites maneamus, nec moriamur. Descenderunt ergo decem fratres Ioseph, ut frumentū emerent ab Aegyptijs. Beniamin uero, fratrem Ioseph, non misit Iacob cum fratribus suis, dixit enim, Fortè accidet ei pernicies. Venerūt itaq; filij Israel ad coemendū simul cum alijs qui ueniebant: fuit enim fames in terra Chanaan. Ioseph autem dominus erat super terrā, ut ipse uenderet omni populo terræ. Accedentes itaq; fratres Ioseph, proni uersus terram inclinant. Videns autē Ioseph fratres suos, cognouit eos, sed alienū se simulat erga eos, loquiturq; cum eis dure, & dixit ad eos, Vnde uenistis? Responderunt, De terra Chanaan, ut emamus alimenta. Ioseph autem cognouit fratres suos, ipsi uero non cognouerunt eum. Recordatusq; Ioseph somniorū quæ de eis somniauerat, ait ad eos, Exploratores estis, uenistisq; ut nuditatem terræ obseruetis. Ad quem illi dixerunt, Non domine, sed serui tui escam emptum uenerunt. Nos omnes filij sumus unius uiri, probi sumus, nec exploratores, serui tui. Quibus rursum ait, Minime, sed uenistis ut nuditatē terræ exploretis. Illi rursus dixerunt, Duodecim fratres serui tui sumus nos, filij unius uiri in terra Chanaan, & minor natu etiamnū hodie cum patre nostro manet, unus

Agnoscit fratres Ioseph, & dissimulat.

B

C uero nõ extat. Et dixit ad eos Ioseph, Hoc est quod loquutus sum ad uos, quum dicerem, Exploratores estis, in hoc [quasi experimento] probemini (uiuit Pharao:) hinc non exibitis, nisi ueniat huc frater uester minor natu. Mittite ex uobis unũ, qui adducat fratrem uestrũ, uos interim uincti eritis, ut probentur uerba uestra, num ueritas sit uobiscũ: quod si minus, uiuit Pharao, exploratores estis. Co
D pulat itaq; eos in carcerem tribus diebus. Tertio demũ die dixit ad eos Ioseph, Hoc facite ut uiuatis (deum enim metuo) si probi estis, frater uester unus uinciatur in carcere uestro, uos aũt ite, & uehite frumentũ domibus uestris [ut occurratur] fami, fratrem uero uestrũ natu minorem adducite ad me, ut explorétur uerba uestra, uerane sint, ne pereatis. Et fecerunt sic. Dixitq; alter ad alterũ, Profecto scelerati fuimus, idq; erga fratrem nostrũ, quũ uideremus animi sui anxietatem, neq; exaudiremus eum, etiã dum magnopere nos precaretur, idcirco uenit hæc adflictio super nos. Respondit eis Ruben, dicens, An non dicebam uobis, ne peccaretis aduersus puerũ, sed nõ audiebatis? iam uero sanguis eius exquiritur. Sup. 37. d
E Nesciebant autem q; Ioseph intelligeret, erat enim interpres inter eos. Et auersus ab eis Ioseph, fleuit, reuersusq; ad eos, loquutus est cum eis: tulit autem ex eis Simeonem, uinxitq; eum ipsis cernẽtibus. Porrò præcepit Ioseph, ut impletis uasis illorũ frumento, restituerẽt pecuniam illorum, cuiusq; scilicet in saccũ suum, darentq; eis uiaticũ pro itinere: factumq; est eis sic. Imposito ergo frumento suo asinis suis, recesserunt illinc. Et aperiens unus saccũ suum, ut daret pabulũ asino suo in diuersorio, uidit pecuniam suam in sacco suo. Qui dixit ad fratres suos, Reddita est pecunia mea, en est in sacco meo. [a]Exanimati ergo sunt, & obstupe
F facti dixerunt inter se mutuo, Cur hoc fecit nobis deus? Venerũt itaq; ad Iacob patrem suum in terrã Chanaan, & indicauerũt ei omnia quæ illis acciderant, dicentes, Vir ille dominus terræ acerbe loquutus est nobiscũ, tractauitq; nos, ac si fuissemus exploratores terræ. Cui diximus, Probi sumus, non exploratores: sumus enim duodecim fratres, filij patris nostri, unus autẽ non extat, minor natu etiamnum hodie est apud patrem nostrũ in terra Chanaan. Et rursum dixit ad nos dominus terræ, In hoc experiar, probine sitis, relinquite apud me unum aliquem ex fratribus uestris, & annonam tollite pro domibus uestris, & abite, adduciteq; fratrem uestrum natu minorem ad me, ut sciam uos non speculatores, sed probos esse: tum dabo uobis fratrem uestrum, & in hac terra negotiari pote
G stis. Cumq; saccos suos effunderent, quisq; reperit fasciculum pecuniæ suæ in sacco suo. Videntes autem ipsi & pater illorũ fasciculos pecuniarũ suarum, metu perculsi sunt. Dixitq; ad eos Iacob pater illorum, Orbastis me, Ioseph non extat, nec Simeon adest, & Beniamin quoq; tollitis, [b]ego solus hæc omnia patiar. Dixit ergo Ruben ad patrem suum, Si hunc tibi nõ reduxero, interfice duos filios meos: cõmenda [c]illum fidei meæ, & ego tibi eum restituam. Et ait, Filius meus non descendet uobiscum, nam frater eius est mortuus, & ipse solus reliquus est: si illi accideret pernicies in itinere quo proficiscimini, deduceretis seniũ meum cum dolore in foueam.

Commiseratio ad pœnitentes.

Resipiscentia in periculis.

Parentũ angustia ex filiorũ improbitate enata.

Miseria ex filijs.

[a] Eb. Exiuit cor illorum.

[b] Ebr. In me hæc omnia.

[c] Eb. Da eum in manum meam.

CAP. XLIII.

Reuertuntur filij Iacob in Aegyptum, ducentes secum Beniamin, & in grauiores tentationes incidunt.

A INualuerat autẽ fames in terra, quumq; absumpsissent in cibo annonã quam ex Aegypto aduexerant, dixit pater eorũ ad eos, Reuertimini, & emite nobis paululum alimẽti. Iuda respondit ei, et dixit, Sancte obtestatus est nos uir ille, & dixit, [a]Ne ueniatis in conspectũ meum, nisi frater uester ueniat uobiscũ: si ergo miseris fratrem nostrũ nobiscum, descẽdemus, & ememus tibi alimentum: si uero non miseris, non descẽdemus: nam uir ille dixit ad nos, Ne ueniatis in cõspe
B ctum meum, nisi frater uester fuerit uobiscũ. Dixit ergo Israel, Cur tam inique mecum

Adflictione premente mutatur institutum.

Sup. 42. d

Angor Iacob ex filijs.

[a] Ebr. Ne uideatis faciem meam.

Digitized by Google

mecũ egistis, ut indicaretis uiro illi, quod superesset uobis adhuc frater? Responderunt, Diligenter percunctatus est uir ille nos de progenie nostra, dicens, Viuitne adhuc pater uester? estne uobis frater? Et secundum huiusmodi sermones respondimus ei: num prescire poteramus eum dicturũ, Adducite fratrem uestrum? Dixitq; Iudas ad Israel patrem suum, Mitte puerum mecũ, ut surgamus & abeamus, uiuamusq;, & non moriamur nos & tu, ac pubes nostra. Ego spondeo pro eo, de manu mea require eum: si eum nõ reduxero ad te, & ante conspectũ tuum collocauero eum, ero peccati reus in te omnibus diebus. Etenim nisi moram traxissemus, iam secundo reuersi essemus. Et dixit ad eos Israel pater eorum, Siqui- C
dem omnino ita fieri oportet, facite hoc, & accipite de nobilissimis [fructibus] terræ in uasa uestra, & deferte uiro illi munus, paululum resinæ, & paululũ mellis, aromata & [b] stacten, [c] iuglandes & amygdala, & pecuniã aliam accipite in manũ uestram, deinde & pecuniã quæ reposita est in saccos uestros, deferte in manu uestra, fortasse erratum est. Capite & fratrem uestrum, surgite, reuertiminiq; ad uirum. Deus omnipotens det, ut gratiam impetretis coram uiro illo, ut remittat uobiscum fratrem uestrũ alium, & hunc quoq; Beniamin: ego interim quemadmodum orbatus sum, orbatus ero. Acceperunt itaq; uiri illi munus illud, & duplicem pecuniam in manũ suam, & ipsum Beniamin, & surgentes descenderunt in Aegyptum. Cumq; starent coram Ioseph, & Ioseph uideret Beniamin cum illis, D
dicebat præfecto domus suæ, Introduc uiros illos in domũ, & macta tu ac para, uiri enim illi mecum prandebũt. Fecit uir ille quemadmodũ præceperat Ioseph, introduxitq; uiros illos in domum Ioseph. Timuerunt autem uiri, quum essent introducti in domum Ioseph, dicebantq;, Propter pecuniã ipsam quæ in saccos nostros ab initio reposita est, introducti sumus, ut deuoluat [hoc] in nos, irruatq; in nos, & capiat nos atq; asinos nostros, seruitutiq; subijciat. Et accesserũt uirum illum qui dispẽsator erat domus Ioseph, loquutiq; sunt ad eum ad ostiũ domus, & dixerunt, Mi domine, descendimus primum ut emeremus alimentũ, quumq; E
uenissemus in diuersorium, aperuimus saccos nostros, & en cuiusq; pecunia erat in sacco suo, pecunia inquam nostra iuxta pondus suũ, quam reportauimus in manu nostra, sed & aliam pecuniam portauimus in manu nostra, ut emamus alimentum, nescij quis nam pecuniã reposuerit in saccos nostros. Qui ait, Este [D] bono animo, ne metuatis, deus uester, & deus patris uestri dedit uobis thesaurum in saccos uestros, pecunia uestra peruenit ad me: eduxitq; ad eos Simeonem. Deinde introduxit uir ille uiros illos in domum Ioseph, & dedit eis aquã ut lauarent pedes suos, deditq; pabulum asinis eorum. Et illi instruxerũt munus interim, donec ueniret Ioseph meridie, audierant enim se illic pransuros. Ingresso uero Io- F
seph domum, intulerunt ei munus, quod habebant, in domũ, procideruntq; coram illo in terram. Interrogauit autem eos, num recte haberent omnia, & dixit, Pater uester senex, de quo mihi dixeratis, rectẽne ualet? uiuitne adhuc? Respõderunt, Pater noster seruus tuus recte ualet, & uiuit adhuc, & proni inclinabant. Sublatis autem oculis suis, uidit Beniamin fratrẽ suum, filiũ matris suæ, dixitq;, Estne iste frater uester minor natu, de quo mihi dixeratis? Et ait, Deus misereatur tui fili mi. Festinauitq; Ioseph (incaluerunt enim uiscera eius erga fratrẽ suum,) G
& quæsiuit ut fleret, ingressusq; penetrale, fleuit ibi. Et lauans faciẽ suã exiuit, & continuit se, & ait, Apponite panem. Et posuerunt ei seorsim, illisq; seorsim, Aegyptijs quoq;, qui cum eo comedebant, seorsim: quia non possunt Aegyptij comedere cibum cum Hebræis, siquidem abominandum est hoc Aegyptijs. Sederunt itaq; e regione ipsius, primogenitus iuxta primogeniturã suam, & minores natu iuxta ætatẽ suam: mirätiq; sunt uiri illi quisq; cum proximo suo. Et tulit à se fercula ad illos, auctumq; est ferculum Beniamin præ omniũ aliorũ ferculis, idq;

Schadai.

Emendati tractantur amicius.

Officiũ ad hospites

Pietas in parentes.

Fraternus affectus & pietas. Superstitio Aegyptiaca.

[b] Quidam pro stacte balsamũ legunt, quidam lotum.
[c] Batnim, quidã nuces, quidã pineas interpretãtur, quidam poma palmarum.

[D] Ebr. Pax uobis.

Digitized by Google

quintuplo: & bibentes cum eo, uino sunt exhilarati. CAP. XLIIII.

Rursus tentantur fratres Ioseph, & in grauissima pericula conijciuntur, ubi elucet amor eorum in patrem & Beniamin.

A IOseph autem præcepit magistro domus suæ, & dixit, Imple saccos uirorũ illorum frumento quantum capere possunt, & repone cuiusq; pecuniã in saccũ suum. Scyphum præterea meum, scyphum inquam argenteum, pone in saccũ natu minoris, unà cũ pecunia frumenti sui. Et fecit is iuxta mandatũ Ioseph quod mandauerat. Mane quũ illucesceret, emissi sunt uiri illi cum asinis suis. Cũq; urbem essent egressi, & haud lõge abessent, ait Ioseph ad magistrũ domus suæ, Surge, & insequere uiros illos, & quũ apprehenderis eos, dic ad eos, Quare reddidistis malũ pro bono? B An non hoc est è quo potat dominus meus, & quo augurijs scrutatur? male fecistis hac in re. Apprehendẽs ergo illos, loquutus est cũ illis uerba ista. Et responderunt illi, Quare loquitur dominus meus talia uerba, absit hoc ut serui tui rem istam designent. En pecuniã quã inuenimus in saccis nostris, reportauimus ad te ex terra Chanaan, & quomodo furaremur aurum uel argentũ è domo domini tui? Apud quemcunq; ex seruis tuis hoc inuentũ fuerit, is moriatur, C & nos quoq; serui erimus domini mei. Qui ait, Etiam. Fiat ergo iuxta uerba uestra, apud quem inuentus fuerit [scyphus,] is sit seruus meus, & uos innocẽtes eritis. Festinantes itaq; deposuerunt quisq; saccũ suũ in terram, & aperuit unusquisq; saccũ suum. Et incepit scrutari à maiore natu, desijtq; in minore, & inuentus est scyphus in sacco Beniamin. Illi uero conscissis uestibus suis, rursus onerarunt asinos suos, & redierunt in ciuitatẽ. Veniensq; Iuda & fratres eius in domũ D Ioseph, qui adhuc ibi aderat, corruerunt coram eo super terram. Quibus dixit Ioseph, Quidnam hoc est quod fecistis? an non scitis quod certissime augurari potest uir talis, qualis ego sum? Et dixit Iuda, Quid dicemus ad dominum meum? quid loquemur? aut qua ratione excusabimus nosipsos? Deus inuenit iniquitatẽ seruorum tuorum, en serui sumus domini nostri, nos inquam, & is in cuius manu inuentus est scyphus. Qui respondit, Hoc procul sit à me, ut istud faciam: is in cuius manu inuentus est scyphus, erit seruus meus, uos aũt ascendite in pace ad E patrẽ uestrum. Tum accessit eum Iuda, & dixit, Mi domine, liceat mihi quæso seruo tuo loqui coram domino meo, & ne succenseat ira tua aduersus seruũ tuum, tu enim es perinde ac ipse Pharao. Interrogauit † dominus meus seruos suos hisce uerbis, Estne uobis pater aut frater? Et diximus ad dominũ meũ, Est nobis pater senex, et puer paruus qui natus est ei in senectute, cuius frater mortuus est, relictusq; ipse solus ex matre sua, quem & pater suus unice diligit, † & dixisti ad ser F uos tuos, Adducite eum ad me, ut ponã oculos super eum. Diximus uero ad dominũ meum, Non poterit puer deserere patrem suum: nam si desereret patrẽ suũ, moreretur ille. Et dixisti ad seruos tuos, Si nõ descenderit frater uester minor natu uobiscũ, ne ueniatis amplius in conspectũ meũ. Factũ ergo est ut ascenderemus ad seruum tuum patrẽ meum, & indicaremus ei uerba domini mei. Dixit autem pater noster, Redite & emite nobis parũ alimenti. Et respondimus, Non possumus descẽdere, si uero frater noster minor nobiscũ fuerit, descendemus: nam non audebimus uidere faciem uiri illius, si frater noster minor non fuerit nobiscũ. Et dixit seruus tuus pater meus ad nos, † Vos scitis quod uxor mea duos mihi peperit, unus quidem egressus est à me, de quo dixi, omnino laceratus est, & non uidi eum hactenus, & tollitis quoq; istum à me: si quæ ei pernicies accidat, deducetis G seniũ meum in addictione in foueam. Nunc igitur quũ uenero ad seruũ tuum patrẽ meum, & puer ille nobiscũ non fuerit (quandoquidem animus patris cum animo illius colligatus est,) uideritq; puerum non adesse, morietur, deducentq; serui tui caniciem serui tui patris nostri cum dolore ad sepulchrũ. Etenim seruus tuus

Tentatio amica quidem, sed dira.

Malũ non pro bono reddẽdum.

Conscientiæ fiducia.

Sententia præceps.

Inter prauos non tuta innocentia.

Iudas pius, prudens & eloquens.

Supra 42.c

Supra 43.a

Supra 37.e

Digitized by Google

tuus spopondit pro puero coram patre meo, dicens, Si non reduxero eum ad te, peccauero in patrem meum perpetuo. Nunc igitur remaneat quæso seruus tuus pro puero illo, ut sit seruus domini mei, & puer ascēdat cum fratribus suis. Nam quomodo possem ascendere ad patrē meum, si puer non fuerit mecum? nisi forte uidere uellem malum quod accidet patri meo.

CAP. XLV.

Postquam satis tentati erant cognoscendum se præbet Ioseph fratribus suis, & lætissima catastropha tragœdia grauissima finitur.

Consolatio in aduersis.

NOn potuit autem Ioseph se continere coram omnibus qui stabant iuxta illum, quin clamaret, Submouete omnes uiros à me: et non mansit uir ullus cum eo, dum se cognoscendum præberet Ioseph fratribus suis. Emittebatq; uocem suam cum fletu, & audierunt hoc Aegyptij, audijt quoq; domus Pharaonis. A

Act. 7. b

Et dixit Ioseph ad fratres suos, Ego sum Ioseph, uiuitne adhuc pater uester? Et nō poterant fratres sui ei respondere, adeo terrore erant obstupefacti coram illo. Dixit ergo Ioseph ad fratres suos, Accedite quæso ad me: & accesserūt, & dixit, Ego sum Ioseph frater uester, quem uendidistis in Aegyptum. Nunc igitur nolite [a] mœrore confici, neq; commouemini intra uos, quod me huc uendidistis, quoniam ad conseruationem misit me deus ante uos. Et quidem hoc biennio fames fuit in terra, restant autem adhuc quinq; anni, in quibus neq; agros colent neq; metent. Misit ergo me deus ante uos, ut ponerem uobis reliquias in terra, & uitam uestram seruarem, ad magnam euasionem. Itaq; uos nō misistis me huc, sed deus, qui & posuit me patrē Pharaoni, & dominū totius domus suæ, & dominatorem per totam terram Aegypti. Festinate ergo & ascendite ad patrem meum, & sic dicetis illi, Filius tuus Ioseph sic loquutus est, Constituit me deus dominū totius Aegypti, descēde igitur ad me, ne differas. Habitabis in terra Gosen, erisq; penes me, tu & filij tui, & nepotes tui, greges tui & armenta tua, & quæcunq; habes. Ego tibi illic cibum administrabo, (quoniam [restant] adhuc quinq; anni famis,) ne forte inopia labores tu & domus tua, & cuncta quæ habes. Ecce oculi uestri uident, simulq; oculi fratris mei Beniamin, quod os meum loquitur ad uos. Referetis ergo patri meo omnē gloriam meam in Aegypto, & omnia quæ uidistis. Accelerate & adducite patrem meum huc. Et ruit in collum Beniamin, fleuitq; super collum eius: sed & Beniamin fleuit super collū illius. Et osculans omnes fratres suos, fleuit super eos, & postea loquuti sunt fratres eius cum eo. Et fama ipsa audita est in domo Pharaonis, ut dicerent, Venerunt fratres Ioseph: & placuit Pharaoni & seruis eius. Dixitq; Pharao ad Ioseph, Dic ad fratres tuos, Hoc facite, onus imponite iumentis uestris, & euntes pergite in terrā Chanaan, & adducite patrē uestrum, & domos uestras, & uenite ad me, & dabo uobis bonum terræ Aegypti, & comedite pinguedinem terræ. Et tu quidem iussus es, Facite hoc, accipite uobiscum plaustra è terra Aegypti pro pube uestra, & pro uxoribus uestris, & aduehite patrem uestrum, & uenite. Ne[b] pœniteat uos, si suppellectilem uestram post uos relinquatis, quia bonum uniuersæ terræ Aegypti uestrum erit. Fecerunt autem sic filij Israel, deditq; eis Ioseph currus iuxta mandatum Pharaonis: dedit etiam eis commeatum pro itinere, dedit insuper singulis uestes mutatorias. Ipsi Beniamin autem dedit trecentos argenteos, & quinq; mutatorias uestes. Patri autem suo misit in hunc modum, Decem asinos ferentes de bonis Aegypti, & decem asinas ferentes frumentū, panem, & cibū pro patre suo ad iter. Amandauitq; fratres suos ut abirent, & dixit ad eos, Ne tumultuemini in uia. Ascenderūt itaq; ex Aegypto, & uenerunt in terrā Chanaan, ad Iacob patrē suū. Et nūciarunt ei, dicētes, Ioseph adhuc uiuit, quin dominatur per totā terram Aegypti. [c] Vacillabat autem cor eius, non enim credebat illis. Et loquuti sunt ad eum cuncta uerba Ioseph quæ loquutus fuerat ad ipsos, cernensq; quadrigas

Christi typus. Culpa hominum deo seruit ad iustitiam. Prouidentia dei circa pios & impios. Beniamin pro mœrore consolatur. Conciliantur fratres Iosepho. Dona charitatis fraternæ. Pacē commendat in itinere.

B C D E F G

[a] Eb. Non urat in oculis uestris, aut ne flagret in oculis uestris, scilicet ira, ob id quod me uendidistis.

[b] Eb. Non parcat oculus uester uasis uestris. Quod alij sic exponunt, Nihil suppellectilis illic relinquatis, sed omnia adducite.

[c] Alij legunt, Defluxit cor illius.

Digitized by Google

quas miserat Ioseph ad ferendum eum, reuixit spiritus Iacob patris eorum. Dixitq; Israel, Sat superq; quod Ioseph filius meus adhuc uiuit, ibo & uidebo eum priusquam moriar. CAP. XLVI. Spiritus Iacob reuiuiscit ex euangelio.

Iacob parat se ad iter, descendit in Aegyptum, & honorifice à filio excipitur.

A PRofectus itaq; Israel cum omnibus quæ habebat, uenit in Beer Seba, & sacrificauit sacrificia deo patris sui Isaac. Et dixit deus ad Israel in apparitione nocturna, in hunc modum, Iacob Iacob. Et respondit, En præsto sum. Et dixit, Ego sum deus, deus patris tui, ne metuas descendere in Aegyptum, quoniam in gentem magnam faciam te ibidem. Ego descendam tecum in Aegyptum, & reducam te, & Ioseph ponet manum suam super oculos tuos. †Et surrexit Iacob de Beer Seba, tuleruntq; filij Israel Iacob patrem suum, & paruulos suos atq; uxores suas in plaustris, quæ miserat Pharao ad ferendum eum. Et tollentes pecora sua, & omnes facultates suas, quas parauerant in terra Chanaan, uenerũt in Aegyptum, Iacob & uniuersum semen eius cum eo. Filij eius, & nepotes eius cum ipso, sed & neptes ex filijs, omne deniq; semen suum duxit secum in Aegyptum. Promissiones renouatæ ad Israelem. Act.7.b

B Hæc sunt autem nomina filiorum Israel qui uenerunt in Aegyptum. Iacob cum filijs suis, primogenitus Iacob, Ruben. Filij uero Ruben, Hanoch, Phallu, Herzron, & Charmi. Filij Simeon, Iemuel, Iamin, Ohad, Iachin atq; Zohar, & Saul filius Chananitidis. Filij Leui, Gerson, Kahath, & Merari. Filij Iehuda, Er, Onan, Sela, Peretz atq; Zerah. Mortuus uero est Er & Onan in terra Chanaan. Filij Peretz fuerunt Herzron atq; Hamul. Porrò filij † Isaschar, Thola, Phua, Iob & Simron. Filij uero Zebulon, Sered, Elon & Iachleel. Hi filij Leæ, quos genuit ipsi Iacob in Padan Aram, unà cum Dina filia sua, omnes animæ filiorum eius & filiarum eius, trigintatres. Filij autem Gad, Ziphion, Haggi, Suni & Ezbon, Eri, & Arodi, atq; Areli. †Filij Aser, Iimna, Iisua, Iisui, et Bria, atq; Serah soror eorum. Filij autem Bria, Heber & Malkiel. Isti filij Zilpa, quam dedit Laban Leæ filiæ suæ, peperitq; istos ipsi Iacob: sedecim nempe animæ. Filij Rahel uxoris Iacob erant Ioseph & Beniamin. † Natiq; sunt ipsi Ioseph in terra Aegypti, Manasses & Ephraim, quos peperit ei Asnath filia Potipharis sacerdotis in On. †Filij Beniamin, Bela, Becher, Asbel, Gera, Naaman, Ehi & Rosch, Muppim, Huppim & Ard. Hi filij Rahel, quos peperit ipsi Iacob: omnes animæ quatuordecim. Filij Dan, Husim. Filij Naphtali, Iachzeel, Guni, Iezer & Sillem. Hi filij Bilha, quam dedit Laban Raheli filiæ suæ, peperitq; istos Iacob: omnes animæ septem. Itaq; omnes animæ quæ uenerunt cum Iacob in Aegyptum, egressæ de fœmore eius, (præter uxores filiorum Iacob) omnes inquam animæ sunt sexagintasex. Filij uero Ioseph, qui nati sunt ei in Aegypto, duæ animæ. Omnes itaq; animæ domus Iacob quæ uenerunt in Aegyptum, sunt septuaginta. Præmisit autẽ Iudam ante se ad Ioseph, ut dirigeret ante se ad Gosen, uenerũtq; in Gosen. Filij Iacob in Aegyptũ descendentes. Exod.1.a 6.b 1.Par.7.a 1.Par.7.f C Supra 41.f 1.Par.7.b 8.a Septuaginta ingressi Aegyptũ.

D Et apparans Ioseph currum suum, ascendit obuiam Israeli patri suo in Gosen. Et ut uisus est ab eo, ruit in collum eius, fleuitq; super collum eius uehementer. Et dixit Israel ad Ioseph, Iam moriar, posteaquam uidi faciem tuam, & quod tu adhuc uiuis. Dixitq; Ioseph ad fratres suos, & ad domum patris sui, Ascendam & indicabo Pharaoni, dicamq; ei, Fratres mei, & domus patris mei qui fuerunt in terra Chanaan, uenerunt ad me, sunt autem pastores gregum, (fuerunt enim homines pecuarij) adduxeruntq; greges suos, armenta sua, & omnia quæ habent. Et si fieret, ut Pharao uos uocet, & dixerit, Quod est opus uestrum? Respondebitis, Viri pecuarij sunt serui tui à pueritia nostra usq; in præsens: non solum nos, sed & patres nostri: ut scilicet habitare possitis in terra Gosen, quoniam abominandi sunt Aegyptijs cuncti pastores ouium. CAP. XLVII.

Digitized by Google

Receptis filijs Israel in terram Gosen, fames grassatur per totam Aegyptum, ut & pecora & agros pro uictu cogantur uendere. Iacob moriturus adigit filium Ioseph iuramento, ut funus suum sepeliat in terra Chanaan.

Venit itaque Ioseph & indicauit Pharaoni, dixitque, Pater meus, & fratres mei, A
greges eorum atque armenta eorum, unà cum omnibus quæ habent, uenerunt è terra Chanaan, & en sunt in terra Gosen. Accipiens autem quosdam è fratribus suis, nempe quinque uiros, statuit eos coram Pharaone. Dixit autem Pharao ad fratres Ioseph, Quod est opus uestrum? Et responderunt Pharaoni, Pastores ouium sunt serui tui, tam nos quàm patres nostri. Dixeruntque ad Pharaonem, Vt incolamus hanc regionem uenimus, non enim sunt pascua gregibus quos habent serui tui, quoniã grassatur fames in terra Chanaan: liceat igitur quæsumus, seruis tuis ut habitent in terra Gosen. Et dixit Pharao ad Ioseph, Pater tuus & fra B
tres tui uenerunt ad te, [a] terra Aegypti tibi patet, cura ut pater tuus & fratres tui habitent in melioribus [locis] terræ, habitent inquam in terra Gosen: & si deprehenderis inter eos uiros aliquos industrios, præfice eos pecori meo. Adduxit quoque Ioseph patrem suum Iacob, & statuit eum coram Pharaone. Et Iacob salutabat Pharaonem. Dixit autẽ Pharao ad Iacob, Quot sunt dies annorũ uitæ tuæ? Iacob respondit Pharaoni, Dies annorum quibus peregrinus fui, triginta sunt & centum anni: pauci quidem & mali fuerunt dies annorum uitæ meæ, nec attigerunt dies annorum uitæ patrum meorum, quibus ipsi fuerunt peregrini. Agens itaque gratias Iacob Pharaoni, egressus est à cõspectu eius. Assignauit itaque Ioseph C
patri suo & fratribus suis ubi habitarent, & dedit eis possessiones in terra Aegypti, in optimis locis regionis, nempe in terra Raemses, quemadmodum mandauerat Pharao. Porrò Ioseph administrauit cibum patri suo & fratribus suis, & toti domui patris sui, [b] ut solet pubi [fieri.] Non fuit panis per uniuersam terrã Aegypti, quoniam grassabatur fames adeo, ut non solum Aegyptus, sed & regio Chanaan præ caritate annonæ contabesceret. Ioseph igitur collegit omnem pecuniam quæ inueniebatur in terra Aegypti, & in terra Chanaan, pro frumento quod illi coemebant, & intulit Ioseph illam pecuniam in domum Pharaonis. Cumque iam consumpta esset pecunia de terra Aegypti, atque de terra Chanaan, uenerunt omnes Aegyptij ad Ioseph, & dixerunt, Da nobis panem, cur morimur coram te, quũ pecunia defecerit? Respondit Ioseph, Date pecora uestra, & quan- D
doquidem defecit pecunia, dabo uobis pro pecoribus uestris. Adduxerunt igitur pecora sua ad Ioseph, & dedit Ioseph illis frumentum pro equis, atque pro pecudibus ouium, & pro armentis, & pro asinis, & sustentauit illos cibo illo anno pro omnibus pecoribus suis. Exacto illo anno, uenerunt ad eum secundo anno, dixeruntque ad illum, Non celabimus hoc dominum meum, exhaustam esse pecuniam, deinde & possessiones pecorum esse apud dominum meum, nec reliquũ est coram domino meo, nisi corpora nostra, & humus nostra: cur morimur te id cernente? non solum autem nos, sed & agri nostri: eme nos & terram nostrã pro cibo, erimusque & nos & terra nostra seruientes Pharaoni, modo da semen ut uiuamus, & non moriamur, neue terra in solitudinẽ redigatur. Emit ergo Ioseph E
totam humum Aegypti ipsi Pharaoni, quoniam uendiderunt Aegyptij quisque agrum suũ, eo quod fames grauis erat super eos, factaque est humus Pharaonis. Populum uero ipsum transtulit in ciuitates ab extremis finibus Aegypti. Attamẽ terram sacerdotum non emit, quoniam demensum erat certũ constitutum à Pharaone sacerdotibus, ut comederent demensum quod largitus erat eis Pharao, & ideo non uendiderunt terram suam. Et dixit Ioseph ad populum, Ecce emi uos hodie, simulque terram uestram Pharaoni, en uobis semen ut seminetis terram, ex prouentu uero eius quintam dabitis Pharaoni, quatuor partes uestræ erunt pro F

Iacob nunc 130 annorum peregrinus.

Fame Aegyptij flagellantur.

Seruitus ex peccato & fame.

Sacerdotũ prouisio & immunitas.

Quintã Aegyptij regibus pendunt.

[a] Eb. Terra Aegypti est ante faciem tuam.

[b] Alij aliter. Eb. Ad os pubis.

Digitized by Google

semine agri, atque ut uos comedatis, & qui sunt in domibus uestris, & pubes uestra. Qui responderunt, Tu seruasti nos in uita, nos erimus serui Pharaonis, modo nanciscamur gratiam in oculis domini mei. Fecit autem Ioseph hoc decretū super terrā Aegypti usque in hunc diem, ut quinta pars esset Pharaonis: nisi quod terra sacerdotum, atque ea sola, nō facta est Pharaonis. Habitauit itaque Israel in terra Aegypti, nempe in Gosen, & detenti in ea creuerunt atque multiplicati sunt uehementer. Vixitque Iacob in terra Aegypti decem & septem annis: fueruntque dies
G Iacob, & anni uitæ suæ, centum & quadragintaseptem anni. Appropinquarunt autem dies Israel ut moreretur, & uocauit filium suum Ioseph, dixitque ei, Si hanc à te impetro gratiam, obsecro, pone nunc manum tuam subter fœmur meum, et fac mihi hoc beneficium, idque bona fide, ne me sepelias in Aegypto, iacebo cum patribus meis: transferas ergo me ex Aegypto, atque sepelias me in sepulchro illorum. Et respondit, Ego faciam iuxta mandatum tuum. Et ille ait, Iura mihi. Et iurauit ei. Inclinauit ergo Israel uersus caput lecti.

Mos iurandi patriarchis.

Iacob uult sepeliri cū maioribus.

XLVIII.

Iacob ægrotus benedicit & fausta imprecatur filijs Ioseph.

A POst hæc gesta nunciatū est ipsi Ioseph, En pater tuus ægrotat. Et tulit secum duos filios suos Manasse & Ephraim. Et nunciatum est ipsi Iacob tale nuncium, Ecce filius tuus Ioseph uenit ad te. Et cōfortauit sese Israel, & resedit super lectum. Dixitque Iacob ad Ioseph, Deus omnipotens † uisus est mihi in Lusa in terra Chanaan, benedixitque mihi, & dixit ad me, Ecce ego faciam te crescere, & multiplicabo te, daboque te ut sis cœtus populorum, & tradam terrā hanc semini tuo post te, ut possideant eam perpetuō. Et nunc duo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti priusquam ad te uenirem in Aegyptum, mei futuri sunt, Ephraim
B scilicet & Manasse, sicut Ruben & Simeon. Filij [a] autem tui, si qui post hos tibi nascentur, tui erunt, iuxta nomen fratrū suorum appellationem accipient in possessione sua. Equidē quū redirem ex Padan Aram, mortua est iuxta me Rahel in terra Chanaan in uia, quū adhuc iugero arui abessem ab Ephrata, sepeliuique eam ibidem in uia Ephrat, quæ est Beth Lehem. Et uidens Israel filios Ioseph, dixit, Qui sunt isti? Respondit Ioseph patri suo, Filij mei sunt quos dedit mihi deus in hoc [loco.] Et dixit, Adduc quæso eos ad me, ut fausta illis imprecer. Erant autē oculi Israel graues præ senio, nec poterat uidere. Et adduxit illos ad eum, qui osculum dedit eis, & eos est complexus. Dixitque Israel ad Ioseph, Quod faciē tuam
C uiderem, nunquam apud me cogitassem, & ecce deus ostendit mihi etiam semen tuū. Et eduxit Ioseph eos de gremio eius, & pronus [b] inclinauit ad terrā. Accepit autē Ioseph utrunque, Ephraim dextera sua ad sinistrā Israelis, & Manasse sinistra sua ad dexteram Israelis, & duxit ad illum. Extendens aūt Israel dexteram suam, posuit super caput Ephraim, qui erat minor natu: & sinistram suam super caput Manasse, sciens ac prudens dirigens manus suas, tametsi Manasse esset primogenitus. † Et fausta imprecatus est ipsi Ioseph, & ait, Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, Abraham & Isaac: deus qui pascit me tota uita mea in hunc usque diē: † angelus quoque ipse, qui tutatus est me ab omni malo, summa felicitate fortunet pueros istos, [c] uocentur nomine meo, nomineque patrum meorum Abraham & Isaac, & augescant in immensum in ipsa terra. Videns autē Ioseph quod
D poneret pater suus manum suam dexterā super caput Ephraim, ægre tulit, & apprehensa manu patris sui, transferre eam uoluit de capite Ephraim super caput Manassis. Et dixit Ioseph ad patrem suum, Non sic mi pater, nam iste est primogenitus, pone dexterā super caput eius. Sed pater eius renuit, et dixit, Scio fili mi, scio, ipse quoque in populum euadet, & magnus erit, ueruntamen frater eius natu minor, erit illo maior, & semen eius erit [d] impletio gentium. Imprecatus est itaque eis fausta eodem die, & ait, In te fausta imprecabitur Israel, ut dicat, Ponat te deus sicut

Visitare ægrotos.

Gen 28.c Gen.35.

Adoptantur duo filij Ioseph Israeli in filios, ut sit eius portio duplex. Ios.13.b.d 16.17 a

Supra 25.c Ioseph filijs benedictus.

Heb.11.d

Supra 32.a 31.d Matt.18.b

Iacob prophetat moriturus.

[a] Hebr. Generatio tua.

[b] Quidā legunt, Proni inclinarunt ad terram: ut de filijs intelligatur.

[c] Eb. Vocetur nomē meum in eis.

[d] Quidam legūt, erit plenum gentibus.

Digitized by Google

sicut Ephraim, & sicut Manassen. Et præposuit Ephraim ipsi Manasse. Dixit uero Israel ad Ioseph, En ego morior, & deus erit uobiscum, reducetq; uos ad terrã patrum uestrorũ. Et ego † dedi tibi [c] portionem unam supra [f] fratres tuos, quam tuli de manu † Amorræi gladio meo ac arcu meo.

Ios. 13. a 16 a Ios. 24. b

[e] Potest etiam legi, dedi tibi Sichẽ: nam illic sepultus est Ioseph.
[f] Potest etiam legi, iuxta fratres tuos.

CAP. XLIX.

Iacob moriens filijs suis fausta imprecatur, fataq; ipsis futura prædicit, deq; altißimis mysterijs uaticinatur.

Testamentũ propheticum Israelis.
Ruben. Supra 35. d 1. Par. 5. a
Simeon. Leui. Supr. 34. d

VOcans autem Iacob filios suos, ait illis, Congregamini, ut prædicã uobis quid euenturum sit uobis posteris temporibus. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israelem patrem uestrum. Ruben primogenitus meus tu es, robur quidem meum, at principiũ doloris mei, præcipuus ferendo, præcipuus robore, diffluens ueluti aqua: non excelles [prærogatiua,] quoniã ascendisti lectũ patris tui, tum stratum meum prophanasti ascendendo. Simeon & Leui fratres, arma uiolenta macheræ [a] eorum, in arcanũ eorum non ueniat anima mea, non in unum conueniat gloria mea cum cœtu illorum, quoniam in furore suo occiderunt uirum, & pro libidine sua suffoderunt [b] murum. Maledictus æstus ipsorum, quoniam uehemens est: & indignatio eorum, quia dura: dispartiar eos in Iacob, & † dispergam eos in Israel. A

[a] Quidam legunt, habitatio eorum.
[b] Potest etiam legi, subneruarunt taurũ.

Ios. 19. a 21. a. b
Iudas, unde Christus nasciturus, ex pectatio gẽtium.
Ioh. 1 g. 7. d Matth. 2. a

Iehuda, tu es, te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruice hostium tuorum, genu flectent tibi filij patris tui. Catulus leonis Iehuda, de præda fili mi ascendisti: demisitse & accubuit ueluti leo, & ueluti leæna, quis excitabit eum? Non recedet sceptrum de Iehuda, & legislator de pedibus eius, donec ueniat [c] Schilo, & ad illum gentes confluent. Ligans ad uitem pullum suum, & ad [d] Sorek filius meus asinam suam. Eluet in uino uestimentũ suum, & in sanguine uuarũ operimentũ suum. [e] Rubicundi oculi à uino, & dentes candidi à lacte. B

[c] Schilo, felicitator.
[d] Sorek, uitis nobilissimi generis.
[e] Quidam legũt, Rubicũdiores oculi ẽ uino, & dentes candidiores lacte.

Zabulon. Issachar.
Dan.

Zebulon ad portum maris habitabit, & ad statione nauium, latere suo ad Zidonem pertinget. Isachar asinus [f] osseus, accubans inter duos fines. Videns requiem quod esset bona, & terrã quod esset amœna: inclinauit humerum suum ad baiulandum, factusq; est [g] uectigalis. Dan iudicabit populum suum, quemadmodum alia tribus Israel. Futurus est Dan serpens in uia, & aspis in semita, mordens calcaneos equi, ceciditq; eques eius retrorsum: expectabo salutem tuam ô DOMINE. Cuneus latronum grassabitur in Gad, at ipse tandem uictoria potietur. C

[f] Osseus habẽt Ebraica, pro præduro, robusto, aut lacertoso.
[g] Eb. tributo seruiens.

Christus salus.
Gad. Aser. Nephtali. Ioseph. 1. Par. 5. a

De Aser pinguis panis illius, ipseq; dabit delicias regibus. Naphtali ceruа celeris, edens uerba elegantia. Ioseph filius fructum edens, filius ad [h] fontem fructum edens, filiæ incedentes super murum. Irritarunt eum, contenderunt cũ eo, & odio prosequuti sunt eum periti sagittandi, mansit tamen arcus eius firmus, roborataq; sunt brachia manuũ eius, idq; per fortẽ Iacobi, hinc pastor lapis Israeli. A deo patris tui qui adiuuit te, & cum omnipotente qui benedixit te. Benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi cubantis infra, benedictionibus uberũ, & uteri. Benedictiones patris tui ampliores sunt, quàm benedictiones maiorũ meorũ, usq; ad [i] desiderabiles colles qui iam olim fuerũt, eruntq; super caput Ioseph, & in uertice [k] Nazaræi fratrum suorum.

[h] Alij legunt, iuxta oculum fructum edens.
[i] Quidam legũt, usq; ad terminos colliũ, uel circuitus.
[k] Nezir segregatus.

Beniamin.

Beniamin lupus diripiens, mane comedet prædam, & ad uesperam diuidet spoliũ. Omnes D istæ sunt duodecim tribus Israel, & hoc est quod loquutus est pater eorum ad illos, & bene precatus est eis, cuiq; iuxta suã imprecationẽ. Præcepit præterea eis, & ait ad eos, Cum ego ad populũ meum collectus fuero, sepelite me ad patres meos, in spelunca quæ est in agro Ephronis Hithæi, † in spelunca in quã duplici in agro, qui est è regione Mamre in terra Chanaan, quem agrũ emit Abraham ab Ephrone Hithæo in possessionem sepulchralẽ. Vbi scilicet sepulti sunt Abraham & Sara uxor eius, illic etiam sepulti Isaac & Rebecca uxor eius, ibi etiam sepeliui ego Leam. Emptus est uero ager & spelunca quæ in eo est ab Hethitis. Cumq; iam finem faceret Iacob præcipiendi filijs suis, collegit pedes suos

Supra 23. d

Digitized by Google

ad lectum, & expirans, collectus est ad populos suos. Ruitq; Ioseph in faciē patris sui, & fleuit super eum, osculatusq; est eum. Iacob expirat.

CAP. L.

Magna cura ac pietate mortuū patrem sepelit Ioseph, moritur deinde & ipse, quū antea mandatum dedisset fratribus de transferendis oßibus suis.

A PORRÒ Ioseph seruis suis medicis mandauit, ut aromatibus cōdirent patrem suum. Et exacti sunt ei quadraginta dies (nam sic implentur dies eorū qui condiuntur,) & luxerunt eum Aegyptij septuaginta diebus. Transactis autē diebus luctus eius, loquutus est Ioseph ad domum Pharaonis, in hæc uerba, Impetrem quæso hanc gratiam à uobis, ut loquamini ad Pharaonem huiusmodi uerba, Iuramento adegit me pater meus, dicens, En ego morior, sepeli me in sepulchro meo quod mihi fodi in terra Chanaan: nunc igitur ascendam & sepeliam patrem meum, atq; reuertar. Et dixit Pharao, Ascende & sepeli patrem tuū quemadmodum te sacramento adegit.

B Quum igitur Ioseph ascenderet ad sepeliendū patrem suum, ascenderunt cum eo omnes serui Pharaonis, seniores domus eius, & cuncti senes terræ Aegypti. Sed & uniuersa domus Ioseph & fratres eius, atq; domus patris sui, duntaxat pubem suam, greges suos atq; armenta sua reliquerunt in terra Gosen. Ascenderunt quoq; cum eo currus & equites, & facta est turma magna nimis. Et uenerunt ad aream Arad, quæ est cis Iordanem, & planxerunt ibi planctu magno ac acerbissimo, luxitq; patrem suum septem diebus. Habitatores autem illius regionis, nempe Chananæi, quū uiderēt luctum in area Arad, dixerunt, Luctum ingentem habent Aegyptij: & ob hanc causam uocatū est nomen illius [loci] Abel [a] Mitzraim, qui [b] est cis Iordanem. Fecerunt ergo ei filij eius quemadmodum mandauerat illis. Nam abduxerunt eum filij eius in terram Chanaan, & sepelierunt in † spelunca duplici agri, quam emerat Abraham

C cum agro in possessionem sepulchralem, ab Ephron Hithæo, è regione Mamre. Reuersusq; est Ioseph in Aegyptum postquā sepelierat patrem suum, ipse & fratres eius, atq; omnes qui ascenderant cum eo, ad sepeliendum patrem eius. Fratres autem Ioseph [c] animaduertentes quod pater eorum mortuus esset, dixerunt, Quid si odio nos prosequatur Ioseph, planeq; rependat nobis uniuersum malū quod in eum designauimus? Significabant ergo [ei] in hanc sententiam, Pater tuus priusquam moreretur sic mandauit, Sic dicetis Ioseph, Ignosce quæso fratribus tuis in iniquitate & peccato eorum, nam male fecerunt tibi: & nunc ignosce quæso iniquitati seruorum dei patris tui. Ioseph autem fleuit quū illi loquerentur cum eo. (Venerant enim fratres sui ad eum, & proni prociderant in terrā co-

D ram eo, dicentes, Ecce, nos sumus serui tui.) Quibus dixit Ioseph, Ne metuatis, num dei loco ego sum? Equidem uos cogitastis aduersus me malum, at deus cogitauit idipsum in bonum, ut faceret quemadmodum hodie apparet, ut scilicet seruaret in uita populum multum. Ne igitur metuatis, ego administrabo cibum uobis, & pubi uestræ: consolatusq; est eos, & loquutus est [d] in cor eorum. Habitauit itaq; Ioseph in Aegypto ipse & domus patris sui, uixitq; centum & decem annis. Vidit etiam Ioseph ex Ephraim tertios filios. † Sed & filij Machir filij Manasse nati sunt super genua Ioseph. Dixit uero Ioseph ad fratres suos, † Me mortuo, deus certissime uisitabit uos, & reducet uos è terra ista, ad terram quam iurauit Abraham, Isaac & Iacob. Et Ioseph adegit filios Israel tali sacramento, Quum deus uos uisitabit, asportate ossa mea hinc. Mortuus itaq; est Ioseph, quum esset natus centum & decem annos, & condierunt eum aromatibus, posueruntq; [eum] in arcam in Aegypto.

Liber

Marginal notes:

Exequiæ Aegyptiorum pro Iacob.

Arad spina.

a Abel Mitzraim, luctus Aegyptiorum. b Alij legendum putāt, ultra Iordanem.

Supra 23. d Act. 7. b

c Pro animaduertentes alij legunt, & timuerunt.

Prouidētia dei consilia mala in bonum uertit.

d Loqui in cor, est amāter loqui, & sic, ut cor persuadeas, & tranquillum reddas, excepto omni metu.

Num. 32 g Heb. 11. d.

Ioseph moritur.

Digitized by Google

Liber Exodus, Hebraice Velle semoth.

CAPVT I.

Cum augesceret numerus filiorum Israel, tyrānus seruitute graui eos premit, & crudelißime in eos seuit.

Gene. 46. a Ingressi Aegypti filij Iacob.



HAEC sunt nomina filiorum Israel, qui uenerunt in Aegyptum A
cum Iacob, quisq; cum domo sua ingressus est: Ruben, Simeon,
Leui & Iehuda, Isaschar, Zebulon & Beniamin, Dan, Naphtali,
Gad & Aser. Fuerunt autem omnes animæ egressæ de fœmore Iacob, septuaginta: Ioseph uero fuit in Aegypto. Mortuusq;

Act. 7. c

est Ioseph, & omnes fratres eius, atq; totum hoc sæculū. Et creuerunt filij Israel, uermiumq; more scaturiebant, aucti in immensum, & roborati supra modum,

Nouus rex nos nouus.

ut terra ipsis impleretur. Exoritur interim rex nouus super Aegyptū, qui Ioseph B
non nouerat, qui dixit ad populum suum, En populus filiorum Israel maior est & fortior nobis, agite, callide circumueniamus eum, ne augescat: fieret enim, si nobis bellum ingruat, ut iunctus hostibus cōtra nos pugnaret, atq; ex terra emigraret. Constituerunt ergo super [populum Israel] præfectos qui tributa exigerent, affligerentq; eum oneribus suis, extruxeruntq; urbes Pharaoni, quæ essent repositoria, nempe Pithom & Raemses. Quo uero magis eum adflixerunt, hoc C

Barbarica seuities.

magis augescebat & erumpebat, ut [a] nauseam conciperent à filijs Israel. In seruitutem itaq; redegerunt Aegyptij filios Israel, idq; cum sæuitia. Hinc facta est illis uita amara, in seruitute illa graui ac dura, nempe luto & lateribus, omniq; seruitio ruris. [In summa,] omnis seruitus, qua illos premebāt, sæuissima erat. Dixit præterea rex Aegypti obstetricibus Hebræis, quarū una uocabatur Siphra, altera

Dirū edictū obstetricib. Sap 18. b Fœminea uirtus.

Pua: dixit inquā, Quando in partu adfueritis Hebræis mulieribus, uideritisq; eas in partu filium parturire, interficite eum: si filia fuerit, uiuat. Timuerūt uero D
obstetrices deum, & non fecerunt quod præceperat eis rex Aegypti, seruaruntq; filios uiuos. Rex ergo Aegypti uocauit obstetrices, dixitq; ad eas, Cur fecistis rem istam, ut seruaretis filios uiuos? Responderunt obstetrices Pharaoni, Quoniam Hebrææ mulieres non sunt sicut mulieres Aegyptiæ, sunt enim uegetę, & prius q̄ ueniat ad eas obstetrix, pariunt. Et benefecit deus obstetricibus, & multi

Pietatis merces.

plicatus est populus, & roborati sunt uehementer. Quandoquidem uero obstetrices deum timuerant, fecit [b] eis domos. Præcepit autem Pharao omni populo suo, dicens, Omnem prolem masculam in flumen deijcite, omnem fœminā uero seruate uiuam.

[a] Quidam legūt, ut excitaretur propter Israel.

[b] His apud Ebręos masculinum est lahem, sed refertur ad obstetrices.

CAPVT II.

Moses infans exponitur in ripa fluminis, extractus à filia Pharaonis, in aula educatur: quum uero percußisset quendam, fuga elapsus in Midian uenit, pastor ouiū factus, Ziporam filiam sacerdotis uxorem ducit, torquentur interim Israelitæ, & anxie ad deum clamant.

Salus nasci tur in media perditione. Arcula Mosis.

ABijt uir de domo Leui, & duxit filiam Leui. Et concipiēs mulier illa, peperit filium, & uidens eum esse elegantem, abscondit eum tribus mensibus. A
Et quum illū amplius abscondere non posset, accepit sibi arculam arundineam, quā bitumine atq; pice obleuit, & posuit in eam infantem illū, exposuitq; in carecto ad litus fluminis. Statuebat aūt se soror eius procul, ut resciret quid futurum

Act. 7. c Heb. 11. d

esset illi. †Porrò filia Pharaonis descendit lotū in flumine, & puellæ eius deam-

d

Digitized by Google

bulabant in littore fluminis, & uisa arcula in carecto, misit famulã suam ut tolleret eam. Cumq; aperuisset, uidit esse infantẽ, & ecce puer flebat, & miserta illius, dixit, De Hebræorũ pueris est hic. Dixit autem soror eius ad filiam Pharaonis, Vadámne ut uocem tibi mulierem nutricem ex Hebræis, quæ tibi puellũ lactet? Prouidẽtia dei per homines agit.

B Respondit filia Pharaonis, Vade. Abijt ergo puella, & aduocauit matrẽ pueri. Ad quam ait filia Pharaonis, Cape puerũ istum, & lacta mihi eum, ego dabo tibi mercedem. Et mulier accepit puerum, & nutriuit eum. Adoleuit autem puer, & adduxit eum ad filiam Pharaonis, factusq; est ei loco filij, & uocauit nomen eius Mose: dixit enim, Ex aquis traxi eum. Cõtigit uero quodã tempore quum iam adoleuisset Mose, ut egrederetur ad fratres suos, & uideret quod onera baiularent. Cumq; uidisset uirum Aegyptiũ percutientem quendã Hebræum, qui erat ex fratribus suis, cumq; quaquauersum circumspexisset, uidissetq; neminem adesse, ferijt Aegyptiũ, & abscondit eum in harenam. Egressus deinde altera die, cum contenderent duo uiri Hebræi, dixit ad uiolentum, Quare tu percutis proximũ tuum? Mosis nomen & adoptatio. Fides Mosis in fratres.

C Qui respondit, Quis constituit te principem & iudicem super nos? An ista loqueris tu, ut me occidas, quemadmodũ occidisti Aegyptium? Moses ergo timuit, dixitq;, Profecto hoc negotium palàm factum est. Audiens Pharao sermonem istum, quærebat ut occideret Mosen. Moses autem fugiens à conspectu Pharaonis, habitauit in terra Midian, seditq; iuxta puteum. Erant autem sacerdoti in Midian septem filiæ, quæ uenerunt haustũ, ut implerent canales, adaquarentq; oues patris sui. Et uenerunt pastores & eiecerunt eas. Tum surrexit Moses & adiuuit eis, potumq; dedit ouibus illarum. Cumq; uenissent ad Rehuel patrem suum, dixit ille, Quare hodie tam festinanter uenistis? Responderũt, Vir Aegyptius asseruit nos de manu pastorum, deinde hausit nobis, & adaquauit Defendit ab iniuria puellas.

D oues. Et dixit ad filias suas, Et ubi is est, quare sic dimisistis uirum illum? uocate eum ut comedat cibum. Et consensit Moses habitare cum uiro illo, deditq; ille Ziporam filiam suam Mosi. †Quæ quum peperisset filium, uocauit ille nomen eius Gersom: dicebat nempe, Peregrinus fui in terra aliena. Cumq; multi dies essent exacti, mortuus est rex Aegypti, suspirarũtq; filij Israel propter seruitutem, & clamauerunt, ascenditq; clamor illorum ad deum ex seruitute. Audiuitq; deus planctum illorum, & recordatus est deus fœderis sui cum Abraham, Isaac & Iacob. Aspexitq; deus filios Israel, & cognouit deus. Infra 18.a 1.Par. 23.b

CAP. III.

Apparens deus Mosi pascenti gregẽ soceri sui, amandat eum ad regem Pharaonem.

A PAscebat autẽ Moses oues Iethro soceri sui sacerdotis Midian, duxitq; oues post desertũ, & uenit ad Horeb montẽ dei. Visusq; est illi angelus DOMINI in flãma ignis de medio rubi. Et respexit, & ecce rubus ardebat igne, nec tamen consumebatur. Dixit ergo Moses, Concedã quæso, & uidebo uisionẽ istam magnam quare rubus non cõburatur. Videns autem DOMINVS quod abiret spe Moses pastor.

B ctatum, uocauit eum deus de medio rubi, & dixit, Moses Moses. Qui respondit, Adsum. Et ait, Ne huc accedas propius, solue calceamẽta tua de pedibus tuis, quoniã locus in quo tu stas, terra sancta est. Et dixit, †Ego deus patris tui, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Moses operuit faciẽ suam, quoniã ueritus est aspicere deum. Et dixit DOMINVS, Omnino uidi adflictionẽ populi mei qui est in Aegypto, & audiui clamorem eorũ [qui fit] propter exactores quos habent, Matt.22.c Marc.12.c Luc.20.f

C quoniã scio dolores eorũ: descendi quoq; ut liberem eos de manu Aegyptiorũ, educamq; eos de terra ista ad terrã bonam & spatiosam, ad terrã fluentem lacte & melle, ad loca Chananæi, Hithæi, Amorrhæi, Pheresæi, Hiuæi atq; Iebusæi. Clamor ergo filiorũ Israel uenit ad me, uidiq; oppressionẽ illam qua Aegyptij opprimunt eos. Nunc ergo age, te mittam ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Israel ex Aegypto. Dixit autem Moses ad deum, Quis sum ego, ut Vocatur Moses ad ardua.

adeam

Digitized by Google

Consolatur uocatus.

adeam Pharaonem, & educam filios Israel ex Aegypto? Et respondit, Ego enim D
ero tecum, & hoc tibi esto signum ꝙ ego miserim te, postq̃ eduxeris populum
istum de Aegypto, seruietis deo super monte isto. Et ait Moses ad deũ, En, si ue-
niens ad filios Israel, dixero eis, Deus patrum uestrorũ misit me ad uos: ipsiq; in-
terrogauerint me, Quod est nomen eius? quid respõdebo eis? Et respondit deus
Mosi, [a] Sum qui sum. Et ait, Sic dices filijs Israel, SVM misit me ad uos. Et rur-
sus dixit deus ad Mosen, Sic dices filijs Israel, DOMINVS deus patrũ uestrorũ, E
deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, misit me ad uos: hoc est nomen meum
in perpetuum, & hoc memoraculũ meum in omnia sæcula. Vade & congrega
seniores Israel, dicesq; ad eos, DOMINVS deus patrum uestrorum uisus est mihi,
deus Abraham, Isaac & Iacob, dicens, Omnino uisitaui uos, & quod factum est
uobis in Aegypto, [scio,] & dixi, Educam uos de adflictione Aegyptiorum ad ter-
ram Chananæi, Hithæi, Amorræi, Pheresæi, Hiuæi atq; Iebusæi, ad terram fluen- F
tem lacte & melle. Postq̃ uero uocem tuã audierint, ibis tu & seniores Israel ad
regem Aegypti, dicetisq; ad illum, DOMINVS deus Hebræorum obuiam fa-
ctus est nobis, liceat igitur nobis, ut eamus iter trium dierum in desertum, & sa-
crificemus DOMINO deo nostro. Et ego quidem scio ꝙ rex Aegypti non per-
missurus est uobis ut abeatis, & ne ualida manu quidem. Ego uero extendã ma- G
num meam, & percutiam Aegyptũ cunctis mirabilibus meis quæ facturus sum
in ea, tum demum emittet uos. Daboq; populo huic gratiam apud Aegyptios,
fietq; quum abieritis, non abeatis uacui, sed postulabit mulier à uicina sua, & ab
incola domus suæ uasa argentea, & uasa aurea, & uestimenta, quæ imponetis fi-
lijs uestris, & filiabus uestris, & [b] auferetis Aegyptum.

Essentiale dei nomen.

Præscientia dei.

[a] Ebræi ad uerbum habẽt, Ero qui ero: &, Erit misit me ad uos: uel, Eram qui eram.

[b] Potest etiam legi, & eripiemini ex Aegypto.

CAP. IIII.

Moses post longam excusationem, à deo miraculis & mandatis instructus, legationem obit.

Miracula pro non credentibus fiũt à domino.

RESpondit uero Moses, & ait, En non credẽt mihi, neq; audient uocẽ meã, A
sed dicent, DOMINVS nõ apparuit tibi. Et ait ad eũ DOMINVS, Quid
hoc est quod manu tua [gestas?] Respondit, Baculus. Et dixit, Abijce eum ad ter-
ram: et abiecit eum ad terrã, et factus est coluber. Et Moses fugit à cõspectu eius.
Et dixit DOMINVS ad Mosen, Extẽde manũ tuam, & apprehende caudã eius.
Et extensa manu sua apprehẽdit eum, factusq; est baculus in manu eius. Vt cre-
dant [scilicet] ꝙ DOMINVS deus patrũ suorum uisus sit tibi, deus [uidelicet]
Abrahã, deus Isaac, et deus Iacob. Rursus dixit DOMINVS ad eum, Insere quæ- B
so manũ tuam in sinũ tuum: & inseruit manũ suam in sinũ suum, & quũ exeruis-
set eam, ecce manus eius leprosa erat ueluti nix. Et dixit, Reduc manũ tuã in sinũ
tuum: & rursus inseruit manum suam in sinũ suum, proferensq; eam è sinu suo,
& ecce restituta erat quemadmodũ caro eius. Erit itaq;, si nõ fidem habuerint ti-
bi, neq; audierint uocẽ prioris signi, credent tamen uoci posterioris signi. Quod
si nec duobus istis signis crediderint, nec uocẽ tuam audierint, accipies de aquis
fluminis, & effundes in siccã [humum,] eruntq; aquæ illæ quas de flumine acce-
peris, erũt inquã sanguis in ipsa sicca [humo.] Et dixit Moses ad DOMINVM, C
Mi domine, ego [a] non sum eloquens ab heri & nudiustertius, etiã ex eo tempo-
re quo loquutus es ad seruũ tuum, sum enim graui ore, & graui lingua. Et dixit
DOMINVS ad eum, Quis dedit homini os? aut quis facit mutũ aut surdum, ui-
dentem aut cæcũ? an non ego DOMINVS? Vade ergo, † & ego adero ori tuo,
doceboq; te quæ loquaris. Qui ait, Obsecro DOMINE, mitte nũc per manum
[eius quẽ] mittes. Et iratus est furor DOMINI aduersus Mosen, & dixit, An nõ
Aharon frater tuus Leuita? scio ꝙ is omnino [b] eloquens est, & ecce is etiã egredi- D
tur tibi obuiã, & uiso te, lætabitur corde suo. Tu loqueris ad eum, & pones uer-
ba ista in os eius, & ego adero ori tuo, & ori ipsius, doceboq; uos quid agere de-

Primum.

Secundum.

Tertium.

Moses linguæ impeditioris.

Matt. 10. c

Infra 7. a

Eccli 45. a

[a] Ebr. Vir uerborum.

[b] Eb. Quod loquendo loquitur ipse.

Digitized by Google

beatis. Et ipse loquetur pro te ad populum, ipseq; erit tibi uice oris, tu autem eris
ipsi uice [c]dei. Baculũ istum cape in manũ tuam, quo signa edes. Abijt itaq; Mo-
ses, & reuersus est ad Iether socerum suum, & dixit ad eum, Liceat mihi quæso ut
uadam & reuertar ad fratres meos qui sunt in Aegypto, & uideam uiuántne ad

c Ebr. Ipse erit tibi pro ore, tu autẽ eris ei pro deo.

B huc. Et dixit Iethro ad Mosen, Vade in pace. Dixit quoq; DOMINVS ad Mo-
sen in Midian, Vade, reuertere in Aegyptũ, quoniam mortui sunt omnes uiri illi
qui quærebant animam tuam. Accepit itaq; Moses uxorem suam & filios suos,
& uexit eos super asino, reuersusq; est in terrã Aegypti: accepit quoq; Moses ba
culum dei in manũ suam. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Quũ ingressus atq;
reuersus fueris in Aegyptum, uide ut facias in conspectu Pharaonis omnia pro
digia quæ ego posui in manũ tuam, ego uero retinebo cor illius, ut nõ dimittat
F populũ. Dicesq; ad Pharaonem, Sic dicit DOMINVS, Israel est filius meus pri-
mogenitus, & ego quidem dixi ad te, ut dimitteres filium meum, ut seruiat mi-
hi: quandoquidẽ uero tu renuis dimittere, ecce ego occidam filium tuum, [nem
pe] primogenitũ tuum. Contigit autem in itinere, in ipso diuersorio, ut occur
reret ei DOMINVS, uolebatq; eum occidere. Zipora autẽ arrepto acuto silice,
abscidit præputium filij sui, applicuitq; pedibus eius, dicens, Quoniam sponsus
sanguinis tu mihi. Destititq; ab eo. Tũc dixit illa, Sponsus sanguinis ob circun

Sacramentorũ dei necessitas. Mulier circuncidit.

G cisionem. Dixit autem DOMINVS ad Aharonem, Vade Mosi obuiam in deser
tum: & abiens, obuiam factus est illi ad montem dei, osculatusq; est eum. Et ex-
posuit Moses Aharoni uniuersa uerba DOMINI qui miserat eum, & cuncta si
gna quæ ei mandauerat. Moses ergo & Aharon abierunt, & congregauerunt
omnes seniores filiorũ Israel. Et Aharon loquutus est omnia uerba quæ loquu-
tus erat DOMINVS ad Mosen, fecitq; signa coram oculis populi. Et populus
credidit, & audientes quod uisitasset DOMINVS filios Israel, aspexissetq; adfli
ctionem eorum, uertice inclinato adorarunt.

Signis credunt Israelitæ.

CAP. V.

Adeunt Pharaonem Moses & Aharon, mandatumq; domini proponunt, rex crudelior factus, atrocius furit in Israelitas.

A POstea ingressi sunt Moses & Aharon, & dixerũt ad Pharaonẽ, Sic dicit DO
MINVS deus Israel, Dimitte populũ meum, ut festum diem mihi celebrẽt
in deserto. Dixit aũt Pharao, Quis est DOMINVS, ut audiã uocẽ eius, & dimit-
tam Israelem? Nescio DOMINVM, nec Israelẽ dimittam. Et dixerũt, Deus He-
bræorum [a]uocauit nos, liceat nobis quæso, ut eamus iter triũ dierum in desertũ,
& sacrificemus DOMINO deo nostro, ne fortè accidat nobis pestilẽtia aut gla-
dius. Et ait rex Aegypti ad eos, Tu Moses & Aharon cur abstrahitis populũ ab
operibus suis? Ite ad onera uestra. Dixit quoq; Pharao, En multus est nũc popu-

a Alij legũt, occurrit nobis.

Impij admoniti, fiũt peiores.

B lus terræ, & uos facitis ut cessent ab oneribus suis. Et præcepit Pharao eodẽ die
exactoribus qui erant in populo, atq; præfectis eius, in hanc sententiam, Post-
hac non dabitis paleas populo ad ducendos lateres, quemadmodum heri & nu
diustertius, ipsi eant & colligant sibi paleas, at demensum laterũ quod antea fe-
cerunt imponetis eis, nec minuetis ex eo, otio enim torpent ipsi, & ideo clamãt
dicentes, Ibimus & sacrificabimus deo nostro. Aggrauetur seruitus super uiros,
ut faciãt [aliquid] in ea, neq; respiciant ad res uanas. Egressi itaq; exactores po
puli & præfecti eius, dixerunt ad populũ hisce uerbis, Sic dixit Pharao, Ego nõ
dabo uobis paleas, uos ipsi ite, & tollite uobis paleas ubicunq; inueneritis, nec

Tentatio a dei in aduersis.

C imminuitur de opere uestro quicq̃. Et dispersus est populus per totam terrã Ae-
gypti, ut colligerent stipulas pro paleis. Exactores autẽ urgebant, dicentes, Per-
ficite opus uestrum, cuiusq; diei demensum suũ, perinde ac dum erant uobis pa
leæ. Et uapulabant præfecti filiorũ Israel quos constituerant exactores Pharao
nis super eos, dicebaturq; [eis,] Quare non cõplestis demensum uestrum lateri-
tium,

Digitized by Google

tium, quemadmodũ antea, nec heri nec hodie? Venerunt itaq; præfecti filiorum Israel, & expostularunt apud Pharaonẽ hisce uerbis, Cur sic facis seruis tuis? Palea non datur seruis tuis, interim dicũt nobis, Ducite lateres, & ecce serui tui uapulãt, & peccatũ populo tuo [imputatur.] Qui ait, Vacatis uos, uacatis [inquã,] & ob id dicitis, Ibimus & sacrificabimus DOMINO. Ite ergo & operamini, palea non dabitur uobis, demensum tamen laterũ uos reddetis. Viderũt ergo præfecti filiorũ Israel sese esse in adflictione, quum diceretur, Non minuetur de lateribus uestris, demensum scilicet uniuscuiusq; diei. Et obuiã facti Mosi & Aharoni, quum egrederentur à Pharaone, stantes aduersum eos, dixerunt ad eos, Videat DOMINUS super uos, & iudicet, qui fœtere fecistis odorem nostrũ coram Pharaone, & coram seruis eius, dando scilicet gladiũ in manum eorum, ut nos interficiãt. Reuersus est itaq; Moses ad DOMINUM, & ait, Domine, quare tam inique agis cum hoc populo? cur nam misisti me? Ex eo enim tempore, quo ueni ad Pharaonem ut loquerer tuo nomine, adflixit populum istum, nec tu populum tuum liberasti. Et dixit DOMINUS ad Mosen, Iam uidebis quæ facturus sim Pharaoni, quoniam per manum ualidam dimittet eos, & per manum robustam è terra sua eos eijciet.

Pharaonis impietas iã summa. D

Impatientia uulgi aduersus patres.

Oratio ad deũ, asylum ultimum.

CAP. VI.

Clarius instruit dominus Mosen, quem rursum ad populum mittit. Recensetur genealogia Israelitarum, potißimum Mosis & Aharonis. Per epilogum refricantur superiora.

ET loquutus est deus ad Mosen, & dixit ad eum, Ego DOMINUS. Et apparui Abrahæ, Isaac & Iacob, in deo Schadai, & in nomine meo IEHOVA non sum eis notus factus. Erexi quoq; fœdus meũ cum eis, ut darẽ eis terrã Chanaan, terrã in qua peregrini ipsi fuerunt, & in qua incolæ fuerunt: audiui quoq; planctum filiorũ Israel, quos Aegyptij seruitute premunt, & recordatus sum fœderis mei. Dic ergo filijs Israel, Ego DOMINUS, & educã uos de oneribus Aegypti, & eruam uos de seruitute eorum, & asseram uos brachio exerto, & iudicijs magnis. Assumam quoq; uos mihi in populũ, eroq; deus uester, & scietis quod ego DOMINUS deus uester, qui educo uos de oneribus Aegypti. Introducam quoq; uos ad terram pro qua leuaui manũ meam ut darem eam Abrahæ, Isaac & Iacob, daboq; uobis eam, ut eam possideatis, ego DOMINUS. Moses ergo in hunc modum loquutus est cum filijs Israel, uerum ipsi non audierũt Mosen præ angore spiritus, & propter seruitutem grauissimã. Et loquutus est DOMINUS ad Mosen, dicẽs, Ingredere & loquere ad Pharaonem regem Aegypti, ut dimittat filios Israel è terra sua. Et loquutus est Moses coram DOMINO, dicẽs, Ecce filij Israel non audiunt me, quomodo ergo Pharao me audiret, qui sum in circuncisus labijs? Et loquutus est DOMINUS ad Mosen & Aharonẽ, & mandatum dedit eis ad filios Israel, & ad Pharaonẽ regem Aegypti, ut filios Israel de terra Aegypti educerẽt. Hæc sunt capita domus patrũ suorum, filij Ruben primogeniti Israel, Henoch, Pallu, Hetzron & Charmi: hæ familiæ Ruben. Et filij Simeon, Iemuel, Iamin, Ohad, Iachin, Zohar et Saul filius Chananitidis: hæ familiæ Simeon. Et hęc sunt nomina filiorũ Leui ad generationes suas, Gerson, Kahat, & Merari. Anni aũt uitæ Leui centũ anni & trigintaseptem. Filij Gerson, Libni & Simehi per familias suas. Et filij Kahath, Amram, Iitzhar, Hebron & Vsiel. Anni aũt uitæ Kahath, centũ & trigintatres. Et filij Merari, Mahali & Musi: hæ familiæ Leui per generationes suas. Et Amram duxit sibi uxorẽ Iochebed amitam suam [maiorem,] quæ peperit ei Aharonẽ & Mosen. Et anni uitæ Amram centum & trigintaseptem anni. Filij Iitzhar, Korah, Nepheg, & Zichri. Et filij Vziel, Misaël, & Elzaphan, & Sithri. Et Aharon duxit sibi uxorem Elisaba filiam Aminadab sororem Nahason, quæ peperit ei Nadab, Abihu, Eleazar, &

Promissionum dei cõfirmatio. A

Iehoua, essentia immutabilis, æterna, præsens.

B

Inobediẽtia uulgi.

Genealogiæ Ruben & Simeon. C

Leuitæ.

Familia Mosis.

Iochebed soror aui Amram: alij legũt, Patruelem suam.

Aharonis familia. D

Digitized by Google

Ithamar. Filij uero Korah, Assir, Elkana, & Abiasaph: hæ familiæ Koritarũ. Porrò Eleazar filius Aharonis duxit sibi uxorem de filiabus Putiel, quæ peperit ei Pinhas: & hæc sunt capita patrum Leuitarum iuxta familias suas. Hic est Aharon & Moses, ad quos dixit DOMINVS, Educite filios Israel è terra Aegypti secundum exercitus suos. Ipsi sunt qui loquebantur ad Pharaonem regem Aegypti, ut educerent filios Israel ex Aegypto. Is est Moses & Aharon. Factumq; est in die quo loqueretur DOMINVS ad Mosen in terra Aegypti, loquebatur ad Mosen in hunc modum, Ego DOMINVS, loquere ad Pharaonem regem Aegypti omnia quæ ego loquar ad te. Et dixit Moses coram DOMINO, En ego incircuncisus sum labijs, & quomodo audiet me Pharao?

Core familia. Num. 3 a. Eleazar. Phinees. Epilogus superiorũ. Moses uocatus toties recusat officium.

CAP. VII.

Moses & Aharon exequũtur mandatum domini, signa edunt coram Pharaone, sed necquicquam, magis enim magisq; cor eius induratur.

A ET dixit DOMINVS ad Mosen, Ecce cõstitui te deum Pharaoni, eritq; Aharon frater tuus propheta tuus. Tu loqueris omnia quæ ego tibi mãdo, Aharon aũt frater tuus loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israel è terra sua. Et ego indurabo cor Pharaonis, & signa mea atq; portenta mea multa faciã in terra Aegypti, & nõ audiet uos Pharao, & extendã manum meam super Aegyptũ, & educam exercitus meos & populũ meum, [nempe] filios Israel, è terra Aegypti in iudicijs magnis. Et scient Aegyptij q ego sum DOMINVS, quum extendero manum meam super Aegyptũ, & eduxero filios Israel de medio eorum. Fecit itaq; Moses & Aharon quemadmodũ præcepit eis DOMINVS, sic inquam fecerunt. Fuit autẽ Moses natus octoginta annos, & Aharon natus annos octogintatres, quũ loquerẽtur ad Pharaonẽ. Et dixit DOMINVS ad Mosen & Aharon in hunc modũ, Si loquutus fuerit ad uos Pharao hisce uerbis, [a] Ostẽdite portentũ, dices ad Aharonem, Tolle baculũ tuum, & abijce coram Pharaone, ut fiat serpens. Venit itaq; Moses & Aharon ad Pharaonem, & fecerunt ita sicut iusserat DOMINVS, abiecitq; Aharon baculũ suum corã Pharaone & coram seruis eius, & factus est coluber. Vocauit aũt Pharao etiam sapientes & incãtatores, & fecerunt quoq; sic, ipsi magi Aegypti incantationibus suis. Proiecerunt nempe singuli suas uirgas, & factæ sunt dracones, at baculus Aharonis deuorauit uirgas illorũ. Et induruit cor Pharaonis, & non audiebat eos, quemadmodũ loquutus fuerat DOMINVS. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Ingrauatũ est cor Pharaonis, renuit dimittere populũ, uade ad Pharaonẽ diluculo, ecce egreditur ad aquas, & stabis in ripa fluminis obuiã ei, tollesq; baculũ qui est in colubrum uersus, in manũ tuam, & dices ad eum, DOMINVS deus Hebræorũ misit me ad te hisce mandatis, Dimitte populũ meum, ut seruiant mihi in deserto, & ecce hactenus audire noluisti, sic ergo dixit DOMINVS, In hoc cognosces q ego DOMINVS, en ego percutiam baculo quem manu gesto super aquam quæ est in flumine, & uertetur in sanguinem. Pisces uero qui sunt in flumine, morientur, & computrescet flumen, & delassabuntur Aegyptij, [ut non possint] bibere aquas de flumine. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Dic ad Aharonem, Tolle baculum tuum, & extende manum tuam super aquas Aegypti, super flumina eorum, super riuos eorum, & super stagna eorum, & super cunctas collectiones aquarum quas habent, ut fiant sanguis, sitq; sanguis per totam regionem Aegypti, tam in ligneis quàm lapideis [uasis.] Moses & Aharon fecerunt quemadmodũ mandarat DOMINVS. Et eleuato baculo percussit aquas quæ erant in riuo coram oculis Pharaonis, & coram oculis seruorũ eius, uersæq; sunt omnes aquæ quæ erant in riuo in sanguinem. Pisces quoq; qui erant in riuo mortui sunt, & computruit riuus, ut nõ potuerint Aegyptij bibere de riuo, fuitq; sanguis per totam terram Aegypti. Et fecerũt quoq; sic incantatores Aegypti susurrationibus suis, & in-

Iudicia dei iusta. Aetas Mosis & Aharonis. [a] Eb. Date pro uobis. Baculus in colubrum. Magorum præstigia. B. C. D. Signum 1: Aquarũ in sanguinem uersio. Computruit, id est foetuit. Sap. 17. b

& induruit cor Pharaonis, ut non audiret eos, quemadmodum loquutus fuerat DOMINVS. Reuersus Pharao rediit in domum suam, nec corde suo hoc expendit. Foderũt autem omnes Aegyptii circum flumen, aquas ut biberent, quoniam non potuerunt bibere de aquis riui. Et exacti sunt septem dies postq̃ percussit DOMINVS riuum.

CAP. VIII.

Quo maiora eduntur signa, hoc magis indurescit tyrannus, etiamsi aliquando resipiscentiam præ se ferat.

II. Ranarum. Dixit autem DOMINVS ad Mosen, Ingredere ad Pharaonem, & dic ad eum, Sic dicit DOMINVS, Dimitte populum meum, ut seruiant mihi. A
Quod si tu dimittere renueris, en ego percutiam omnes terminos tuos ranis. Et ebulliet fluuius ranas, quæ ascendent, & uenient in domum tuam, & in conclaue cubilis tui, & super stratum tuum, & in domum seruorum tuorum, & in populum tuum, in furnos tuos, & in [a] farinam tuam aquis cõspersam. Sed & in te atq; in populum tuum, & in omnes seruos tuos ascendent ranæ. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Dic ad Aharonem, Extende manum tuam cum baculo tuo super fluuios, riuos ac stagna, ut adducas ranas super terram Aegypti. Et extendit Aharon manum suam super aquas Aegypti, & ascenderunt ranæ, & operuerunt terram Aegypti. Et fecerunt quoq; sic magi incantationibus suis, & adduxerunt ranas super terram Aegypti. Et uocans Pharao Mosen & Aharonem, ait, Orate ad DOMINVM, ut auferat ranas à me, & à populo meo, et dimittam populum ut sacrificent DOMINO. Et dixit Moses ad Pharaonem, [b] Gloriare de me, quando orabo pro te, pro seruis tuis, & pro populo tuo, ut exterminentur ranæ à te, & à domibus tuis, & duntaxat in flumine supersint. Qui ait, Cras. Et ille dixit, Iuxta uerbum tuum [fiat,] ut cognoscas quod nõ est sicut DOMINVS deus noster. Recedent itaq; ranæ à te, & à domibus tuis, à seruis tuis, & à populo tuo, duntaxat in flumine reliquæ erũt. Et exiuit Moses & Aharon à Pharaone, & clamauit Moses ad DOMINVM propter ranas quas posuerat Pharaoni. Et fecit DOMINVS iuxta uerbum Mosis, & mortuæ sunt ranæ de domibus, de [c] atriis, & de agris. Et collegerunt eas aceruatim, & [d] computruit terra. Videns autem Pharao q̃ facta esset respiratio, aggrauauit cor suum, & non audiit eos, quemadmodum dixerat DOMINVS. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Dic ad

(B, C, D in the margin; Orant pro impio. Ranarum aceruí.)

III. Ciniphes uel pediculi in hominibus & iumentis. Aharonem, Extende baculũ tuum, & percute puluerem terræ, ut uertatur in [e] pediculos per totam terram Aegypti. Et fecit sic. Et extendit Aharon manum suam cum baculo suo, feriitq; puluerem terræ, & redactus est in pediculos, tam in hominibus q̃ in iumentis. Omnis puluis terræ uersus est in pediculos in tota terra Aegypti. Et fecerunt quoq; sic magi incantationibus suis, ut producerent pediculos, sed non potuerunt. Fuerunt itaq; pediculi in hominibus & in iumentis. Dixerunt ergo magi ad Pharaonem, Digitus dei hic est. Et induruit cor Pharaonis, & non audiuit eos, quemadmodum loquutus fuerat DOMINVS. Dixit ergo DOMINVS ad Mosen, Cõsurge mane, & colloca te ante Pharaonẽ, en egredietur ad aquas, & dic ad eum, Sic dixit DOMINVS, Dimitte populũ meum ut seruiant mihi. Alioqui non dimiseris populũ meum, en ego mittam in te, in seruos tuos, in populũ tuum, & in domos tuas [f] uarii generis insecta, & implebuntur domus Aegyptiorũ uarii generis insectis, deinde et terra ipsa in qua ipsi sunt. Et separabo in die illa terrã Gosen, in qua populus meus habitat, ut in ea nulla sint insecta, ut intelligas q̃ ego sum DOMINVS in medio terræ. Et ponam redemptionem inter populum meum, & inter populũ tuum, cras erit signũ illud. Feciitq; DOMINVS sic, & uenerunt uarii generis insecta, atq; ea grauia, in domum Pharaonis, & in domũ seruorũ eius, & in omnem terrã Aegypti, & corrupta est terra ab insectis illis. Et aduocauit Pharao Mosen atq; Aharonem, & ait,

Digitus, id est potentia dei.

IIII. Animalia noxia.

Musca grauissima. Sup. 16. b

a Potest etiã legi, in reliqua: uel in receptacula reliquiarũ tuarum.

b Potest & legi, Sis me præstantior: uel, Du magst dich des rümen: uel, vertröst dich des zů mir.

c Potest etiam legi, de uillis.

d Computruit pro fœtuit.

e Quidã culices aut ciniphes legunt.

f Arob à cõmixtione nomen habet.

Ite, sacrificate deo uestro in ipsa terra. Et respondit Moses, Non conuenit ut ita faciamus, quoniã abominationem Aegyptiorũ sacrificaremus DOMINO deo nostro: en si abominationem Aegyptiorum sacrificaremus ipsis cernentibus, an non lapidibus nos obruerent? Ibimus uiam trium dierũ in desertum, & sacrificabimus DOMINO deo nostro, quemadmodũ nobis dixerit. Et ait Pharao, Dimittã uos ut sacrificetis DOMINO deo uestro in deserto, modo ne longius abeatis, orateq́ pro me. Et dixit Moses, Ecce ego egrediens à te, rogabo ad DOMINUM, ut recedãt insecta hæc à Pharaone, à seruis eius, & à populo eius cras, modo Pharao ultra ne fallat, ac populum sacrificatum DOMINO non dimittat. Et exijt Moses à Pharaone, & orauit ad DOMINUM. Et fecit DOMINUS iuxta uerbum Mosis, & abstulit insecta illa à Pharaone, à seruis eius, & à populo eius, ut ne unum quidẽ ex eis superesset. Et adgrauauit Pharao cor suum etiam tum, & non dimisit populum.

(Marginal letter G beside "non lapidibus". Margin notes: "Pro se cupit orari impius." — "Induratus Pharao.")

CAP. IX.

Pestis grassatur in pecus, ulcera in homines & iumenta, sed & grando in totã Aegyptum, indurescit autem magis magisq́; tyrannus.

A Dixit autem DOMINUS ad Mosen, Ingredere ad Pharaonẽ, & loquere ad eum, Sic ait DOMINUS deus Hebræorum, Dimitte populum meum ut seruiãt mihi: si uero renueris tu dimittere, & adhuc retinueris eos, ecce manus DOMINI erit super pecora tua quæ sunt in agro, in equis, in asinis, in camelis, in armentis & gregibus, pestilentia [erit] grauissima. Et separabit DOMINUS inter pecora Israel, & inter pecora Aegypti, ut non moriatur ex omnibus quę sunt filiorum Israel quidq̃. Et posuit DOMINUS certũ tempus, dicens, Cras faciet DOMINUS rem hanc in terra. Fecit igitur DOMINUS postero die rem hanc, & mortuũ est omne pecus Aegypti, & de pecore filiorum Israel ne unum quidẽ mortuum est. Et misit Pharao, & ecce de pecore Israelis ne unũ quidẽ mortuum fuit. Et ingrauatũ est cor Pharaonis, ut non dimitteret populũ. Et ait DOMINUS ad Mosen & Aharonẽ, Accipite uobis uolas uestras plenas fauilla fornacis calcariæ, & spargat eam Moses cœlũ uersus coram Pharaone. Eritq́; puluis super uniuersam terrã Aegypti, ut fiat in homine & iumento apostema germinans ulcera in uniuersa terra Aegypti. Et tulerunt fauillã de fornace calcaria, steteruntq́ coram Pharaone, & sparsit eam Moses cœlũ uersus, & facta sunt apostemata germinantia ulcera tam in hominibus q̃ in iumentis. Magi non poterãt consistere corã Pharaone propter apostemata, quoniã fuerunt apostemata in magis, & in omnibus Aegyptijs. Et retinuit DOMINUS cor Pharaonis, ut nõ audiret eos, quemadmodũ loquutus fuerat DOMINUS ad Mosen. Et dixit DOMINUS ad Mosen, Surgito mane, et colloca te in conspectũ Pharaonis, & dic ad eum, Sic dicit DOMINUS deus Hebręorum, Dimitte populũ meum ut seruiant mihi, aiam enim ego mittã omnes plagas meas in cor tuum, & in seruos tuos, & in populum tuũ, ut intelligas quod non sit mei similis in uniuersa terra. Iam enim extendi manũ meam, ut percutiã te & populũ tuum peste, & excinderis è terra. Equidem ob id te cõstitui, ut ostenderẽ tibi potentiã meam, & ut enarretur nomen meum in uniuersa terra. Adhuc tu te aggerẽ opponis populo meo, ut nõ dimittas eos? Ecce ego depluam cras hoc ipso tempore grandinem grauissimã, qualis nõ fuit in Aegypto, ab eo die quo fundata est usq́ in præsens. Mitte igitur & coge pecus tuum, & quidquid ruri habes: quidquid uel hominum uel iumentorum inuectum ruri fuerit, nec in domũ collectum, super illos descendet grando, & morientur. Qui itaq́ ex seruis Pharaonis uerbũ DOMINI metuit, curauit ut serui sui & pecus suum domũ fugerent: qui uero cor suum ad uerbum DOMINI non adcommodauit, reliquit seruos suos & pecora sua in agro. Et ait DOMINUS ad Mosen, Extende manũ tuam uersus cœlũ, ut sit grãdo in tota terra Aegypti super homines,

(Marginal letters: B beside "MINUS rem hanc"; C beside "ram Pharaone"; D beside "manũ meam"; E beside "Qui itaq́". Margin notes: "V. Mors pecorum." — "VI. Vesicæ ulcera." — "VII. Grando." — left: "a Ebr. Hac uice." — "Hūc locum exponit Paulus ad Rom. 9. d")

Sap.16.c & 19.d nes, super iumenta, & super uniuersam herbam agri in terra Aegypti. Et extēdit
Moses baculum suum uersus cœlum, & DOMINVS edidit tonitrua & grandi-
nem, discurritq́ ignis per terram, & depluit DOMINVS grandinē super terram
Aegypti. Et fuit grando, & ignis sese recipiens intra grandinē, grauissima quidē,
& qualis non fuerat per totā terram Aegypti, ex eo tempore quo facta est gens.
Et percussit grando illa in uniuersa terra Aegypti, omne quod fuit in agro, tam F
homines quàm iumenta, sed & omnem herbam agri percussit grando, & omnia
ligna campi confregit. Duntaxat in terra Gosen, in qua erant filij Israel, nō fuit
Confessio peccati hypocritica. grando. Mittens ergo Pharao, uocauit Mosen & Aharonē, dixitq́ ad eos, Pecca-
ui etiam nunc, DOMINVS iustus est, ego uero & populus meus impij. Orate
DOMINVM, & [b] abunde sat, si nō fuerint tonitrua dei et grando, dimittā uos,
nec est quod ultra maneatis. Et dixit Moses ad eum, Egrediens urbē expandam
manus meas ad DOMINVM, cessabuntq́ tonitrua, & grando ultra non erit, ut
scias quod DOMINI sit terra. Et [c] scio, quod, priusquam tu & serui tui timeretis G
in conspectu dei, & linum & hordeum percussa sunt, hordeū enim maturuerat,
& linum in calamos iuerat: triticū uero & far non percussa sunt, eo quod adhuc
Orationis uirtus. latuerant. Egressus autem Moses à Pharaone ex urbe, expandit manus suas ad
DOMINVM, cessaruntq́ tonitrua & grando, nec pluuia fusa est in terram. Vi-
dens autē Pharao quod pluuia cessasset, & grando atq́ tonitrua, perrexit pecca-
re, & aggrauauit cor suum ipse & serui eius. Et obriguit cor Pharaonis, nec dimi-
sit filios Israel, quemadmodum dixerat DOMINVS [d] per Mosen. CA. X.

Sequuntur alia quædam signa, locustarum nempe & tenebrarum, & de pertinacia Pharaonis.

VIII. Locustarū. ET dixit DOMINVS ad Mosen, Ingredere ad Pharaonem, nam ego aggra A
uaui cor eius, & cor seruorū eius, ut ponerem signa mea hæc inter eos, & ut
narrares ante aures filij tui, & nepotis tui, quæ ego tentauerim in Aegypto, &
signa mea quæ posui inter eos, & ut sciatis quod ego DOMINVS. Venit itaque
Moses & Aharon ad Pharaonē, & dixerunt ad eum, Sic dixit DOMINVS deus
Hebræorum, Quousq́ renuis humilis esse coram me? dimitte populū meum ut
mihi seruiant: alioqui si recusas dimittere populū meum, ecce adducam cras locu
Sap.16.b stas in fines tuos. Et operient superficiem terræ, ut terra uideri non possit, depa- B
scentq́ residuū quod seruatum est, quodq́ relictum est uobis à grandine, come-
dent etiam omnem arborem germinantem uobis in agro. Insuper domos tuas
implebunt, & domos omniū seruorum tuorum, & domos omniū Aegyptiorū,
quales non uiderunt patres aut aui tui, à die quo ipsi fuerunt super terram, usq́ in
hunc diem: & respiciens exiuit à Pharaone. Dixerunt uero serui Pharaonis ad
ad eum, Quandiu erit hoc nobis offendiculo? dimitte homines illos ut DOMI-
NO deo suo seruiant, uisne prius experiri Aegyptū esse perditā? Et retracti sunt C
Moses atq́ Aharon ad Pharaonē, dixitq́ ad eos, Ite & seruite DOMINO deo ue
stro. Qui uero sunt qui abibunt? Et dixit Moses, Cum pueris nostris, & cum seni
bus nostris ibimus, cum filijs nostris atq́ filiabus nostris, cū gregibus & armen-
tis nostris ibimus, quoniā dies festus DOMINI nobis est. Et ait ad eos, Ita fiet,
DOMINVS uobiscū [a] quum dimittā uos & pubem uestrā, uidete, an non malū
moliamini? Non sic, uiri eant & seruiant DOMINO, nam & hoc uosipsi po-
stulastis: & eiecit eos à facie Pharaonis. Ait ergo DOMINVS ad Mosen, Exten- D
de manū tuam super terrā Aegypti pro locusta, ut ascendat super terrā Aegypti, et
depascat omnē herbam terræ, & omne quod grando reliquū fecit. Extendit itaq́
Moses baculū suum super terrā Aegypti, adduxitq́ DOMINVS uentū orientalē
super terrā toto illo die & tota nocte. Mane facto, attulit Eurus locustā, ascēditq́
locusta super totā terrā Aegypti, & demisit se in omnibus finibus Aegypti, eaq́

[b] Alij legunt, plus tonitruorū quàm esse consueuit: ac si diceret, Satis est.

[c] Quidam legūt, scio quod antequam oro timeatis deum: alij, scio quod nondum timeatis.

[d] Eb. In manu Mosis.

[a] Potest etiam legi, sit ita dominus uobiscum, quemadmodū ego dimittam uos.

Digitized by Google

uehementer grauis: ante illam non fuit talis locusta, nec talis post illam uentura
E est. Operuit enim superficiem totius terræ, ut terra obscuraretur, & comedit omnem herbam terræ, atq; omnem fructũ arborum quem reliquum fecerat grando: non relictum est aliquid uiroris, tam in arboribus quàm in herba agri per totã terrã Aegypti. Pharao itaq; ilico uocauit Mosen & Aharonẽ, dixitq;, Peccaui in DOMINVM deum uestrum, & in uos. Ignosce igitur quæso peccato meo uel nunc, & rogate DOMINVM deũ uestrũ, ut auferat à me duntaxat istam mortẽ. Exiuit ergo à Pharaone, & orauit DOMINVM. Et uertit DOMINVS uentũ occidentalem fortissimũ, & sustulit locustas, defixitq; eas in mare carectosum, ut
F in omnibus finibus Aegypti ne una quidẽ superesset. Et retinuit DOMINVS cor Pharaonis, ut nõ dimitteret filios Israel. Dixitq; DOMINVS ad Mosen, Extende manũ tuam uersus cœlum, ut sint tenebræ super terrã Aegypti, & tenebræ quidẽ quas palpet aliquis. Et extendit Moses manum suam uersus cœlũ, factæq; sunt tenebræ obscurissimæ in uniuersa terra Aegypti tribus diebus, non uidit quispiã proximũ suum, nec surrexit quis de [b] loco suo tribus diebus, omnibus fi-
G lijs Israel autẽ lux fuit in suis habitationibus. Vocauit itaq; Pharao Mosen, & dixit, Abite, seruite DOMINO, ueruntamen greges uestri & armenta uestra maneant, etiã pubes uestra eat uobiscũ. Et dixit Moses, Tu etiam dabis in manus nostras sacrificia & holocausta, ut [c] sacrificemus ea DOMINO deo nostro, etiã pecora nostra ibunt nobiscũ, non relinquetur uel ungula, ex illis enim accipiemus ut seruiamus DOMINO deo nostro. Et nos quidem nondũ scimus quid [d] sacrificaturi simus DOMINO, donec illuc uenerimus. Et retinuit DOMINVS cor Pharaonis, ut non uellet eos dimittere. Et dixit ei Pharao, Recede à me, caue ne
H ultra uideas faciẽ meam, nam quacunq; die uidebis conspectũ meũ, morieris. Et dixit Moses, Quemadmodũ loquutus es, nõ uidebo ultra cõspectũ tuũ. XI.

Simulata pœnitẽtia.
IX. Tenebræ palpabiles.
Sap. 17. a
Sap. 18. a

[b] Ebr. De subtus se.
[c] Ebr. Vt faciamus.
[d] Ebr. In quo seruiamus.

Grauiora adhuc minatur dominus per Mosen, primogenitorum uidelicet internetionem, & iubet ut Aegyptijs mutuata auferant.

A ET dixit DOMINVS ad Mosen, Adhuc unam plagam adducam super Pharaonem & super Aegyptum, tum tandem uos hinc dimittet: quumq; plene [a] dimittet, omnino expellet uos hinc. Loquere quæso audiente populo, ut quisq; à proximo suo, & quæq; à proxima sua uasa argentea & aurea postulet, concilia
B bitq; DOMINVS gratiã populo coram Aegyptijs. Quin & uir ille Moses excellentissimus erat in terra Aegypti coram seruis Pharaonis, & corã populo. Et dixit Moses, Sic dixit DOMINVS, Circa medium noctis ego exibo in ipsam Aegyptum, morieturq; omne primogenitũ in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, usq; ad primogenitum ancillæ, quæ est post molã,
C atq; omne primogenitum iumentorum. Et erit clamor magnus per totam terram Aegypti, qualis nunquam fuit, & qualis nunquam futurus est. Apud cunctos autẽ filios Israel non [b] mutiet canis lingua sua, neq; in hominibus neq; iumentis, ut cognoscatis quale discrimen habeat DOMINVS inter Aegyptios & inter Israelitas. Descendentq; omnes serui tui isti ad me, et proni procumbent mihi, dicentes, Egredere tu & cunctus populus qui sub [c] te est, & tum tandem egre-
D diar. Et exiuit à Pharaone iratus. Dixit autẽ DOMINVS ad Mosen, Pharao uos nõ audiet, ut multa fiant prodigia mea in terra Aegypti. Moses itaq; & Aharon fecerunt omnia hæc prodigia corã Pharaone, et DOMINVS retinuit cor Pharaonis, ut non dimitteret filios Israel è terra sua. CAP. XII.

Supra 3. g
Infra 12. e
Eccli 45. a
X. Mors primogenitorum.

[a] Ebr. Quũ dimissio consummata erit.
[b] Quidã legunt, non exeret linguã canis.
[c] Ebr. Sub pedibus tuis.

Traditur ritus edendi agni paschalis: interficiuntur primogenita, populus eijcitur.

A ET dixit DOMINVS ad Mosen & ad Aharonẽ in terra Aegypti in hanc sententiam, Mensis iste erit uobis principiũ mensium, is erit uobis primus in mensibus anni, loquimini ad omnẽ cœtum Israel, dicentes, Decimo huius mensis tol-

Digitized by Google

sis tollant singuli sibi pecudem iuxta [a] domos patrum, pecudem pro domo. Si uero domus minor fuerit quàm ut edendo agno [sufficiat,] sumat is & uicinus eius, propinquus scilicet domui eius, pro numero animarum, numerabitis ad pecudem, quantum singuli edant. Pecus sit [b] integra, mascula, annicula, quã ex ouibus aut capris accipietis. Et hanc quidem seruabitis usque ad decimumquartum diem huius mensis, mactabitq; eam omnis cœtus congregationis Israel inter uesperas. Tollant insuper de sanguine, ponentq; in duobus postibus, & in superis B liminibus domorum, in quibus eam edent. Et comedent carnẽ illam eadem nocte, assam igni, & placentas infermentatas, cum amaris [herbis] comedent eam. Non comedetis ex ea [c] crudum, aut quod coctione coctum sit aqua, sed igni assum, caput eius cum cruribus atq; interioribus, ne reseruetis ex ea quidquã usq; mane: quod uero ex ea usq; mane relictum fuerit, igni comburetis. Sic autem comedetis illam. Lumbi uestri sint accincti, calceamenta uestra in pedibus uestris, & baculus uester in manu uestra, & comedetis eam cum festinatione, [d] pasa hoc DOMINO. Et transibo in terra Aegypti nocte illa, & cædam omne primogenitum in terra Aegypti, tam in hominibus quàm iumentis, & in cunctis dijs Aegypti edam iudicia, ego DOMINUS. Et sanguis ille erit uobis signum in domibus in quibus uos fueritis, cumq; sanguinẽ illum uidero, præteribo uos, nec erit in uobis plaga internecionis, quum cæcidero in terra Aegypti. Eritq; uobis dies C ille monumentũ, & celebrabitis eum, festũ DOMINO in posteritate uestra, statuto perpetuo celebrabitis eum. Septẽ diebus comedetis placentas infermentatas, ueruntamen primo die abolebitis fermentum è domibus uestris: quicunq; enim fermentatum comederit, à primo die ad septimum usq;, excindatur anima huiusmodi ex Israele. Et primo quidem die conuocatio sancta, & die septimo conuocatio sancta erit uobis, nullũ opus fiet in eis, duntaxat quod editur ab omni anima, hoc solum fiet à uobis. Et obseruabitis infermentata, nam hoc ipso die eduxi exercitus uestros de terra Aegypti. Obseruabitis igitur hunc diem apud posteros

Leuit. 23.a Num. 28.a uestros ritu perpetuo. In primo, † decimoquarto die illius mensis sub uesperam comedetis placentas infermentatas, usq; ad uigesimumprimum diem mensis ad uesperam. Septem diebus non inuenietur fermentum in domibus uestris, nam quicunq; fermentatum ederit, siue incola is sit, siue indigena terræ, excindetur D anima illa de cœtu Israelis. Nihil fermentatum comedetis, sed in omnibus habitationibus uestris infermentatas placentas comedetis. Conuocauit aũt Moses omnes seniores Israel, & dixit ad eos, [e] Ite & tollite uobis ouiculam pro familijs

Heb. 11.e uestris, & mactate Pasa. Accipite quoq; † fasciculum hysopi, & tingite in sanguine qui fuerit in pelui, & cõtingite supera limina & duos postes sanguine qui est in pelui, nullusq; ex uobis fores domus suæ egrediatur usq; mane. Transibit enim DOMINUS ut cædat Aegyptios, quũq; sanguinẽ in superis liminibus, & in duobus postibus uiderit, transiliet DOMINUS ianuam illam, neq; permittet uastatorem ingredi domos uestras ut cædat. Obseruabitis itaq; uerbum istud, ut sit & tibi & filijs tuis perpetuus ritus. Fietq; quum introieritis terram, quam DOMINUS uobis iuxta pollicitationem suam daturus est, hunc cultum seruabitis. Deinde si filij uestri ad uos dixerint, Quis hic cultus uester? Respondebitis, Mactatio Pasa hæc DOMINO, qui præterijt domos filiorũ Israel in Aegypto, quũ cæderet Aegyptios, & domos nostras liberauit. Populus uero inclinato uertice, E gratias [f] egit. Abierunt itaq; filij Israel, & fecerũt quemadmodũ præceperat DOMINUS Mosi & Aharoni, sic inquam fecerunt. Et factũ est media nocte, quod DOMINUS cæderet omne primogenitũ in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis sedentis super soliũ eius, usq; ad primogenitũ captiui qui est in [g] carcere, deinde & omne primogenitũ iumentorum. Et surrexit Pharao noctu, ipse et oẽs

[a] Domus pro familia.

[b] Integra, quæ omni uitio caret.

[c] Na, crudum intellige, quod nondũ plene assum est.

[d] Pasa, transitus uel præteritio, trãsilitio.

[e] Eb. Trahite & accipite, ut Germanus dicit, Ziehend hin.

[f] Vel, adorauit.

[g] Eb. In domo putei uel foueæ

Digitized by Google

serui eius, atque cuncti Aegyptij, & factus est clamor magnus in Aegypto, quoniã non erat domus in qua non esset mortuum aliquid. Et uocauit Mosen & Aharonem noctu, & dixit, Surgite, exite è populo meo, tam uos quàm filij Israel, & ite sacrificatum DOMINO iuxta uerbum uestrum: quin & greges uestros, armentaque uestra tollite, quemadmodum loquuti estis, & abite, atque fausta mihi imprecamini. Et instabant Aegyptij populo, ut festinanter eos expellerent è terra: dicebant enim, Omnes morimur. Et tulit populus massam farinaceam aqua subactam antequam fermentaretur, reliquias suas in uestibus ligatas super humerũ

F suum. Et filij Israel fecerunt iuxta mandatum Mosis, postulantes uidelicet ab Aegyptijs uasa argentea, & uasa aurea, & uestes. Et DOMINUS conciliauit gratiã populo coram Aegyptijs, ut petita darent eis, & abstulerunt Aegyptijs. Profecti sunt itaque filij Israel de Raemses in Suchoth circiter sexcenta millia peditum fortium uirorum, præter pubem. Sed & promiscuum [uulgus] plurimum ascendit cum eis, oues quoque & boues & pecora admodũ multa. Coxerunt ergo massam farinaceam, quam extulerant ex Aegypto, placentas infermentatas, quoniã non fermentauerant: eiecti enim ab Aegyptijs non potuerunt moram facere, nec etiã uiaticum sibi parare. Habitationis uero tempus, quo filij Israel in Aegypto habitarunt, fuerunt anni quadringenti triginta. Exactis uero quadringentis triginta annis, ipso eodem die egressi sunt omnes exercitus DOMINI è terra Aegypti. Nox hæc obseruabilis DOMINO, qua eduxit eos de terra Aegypti. Hæc inquã nox illa DOMINI est, quã obseruare debent oẽs filij Israel per posteritates suas.

Egrediuntur filij Israel.

430. annos habitauerũt in Aegypto.

G Et dixit DOMINUS ad Mosen & Aharonẽ, Hic ritus sit Pæsah, nullus extraneus edat ex eo. Et omnis [b]seruus ære emptus, postquã circũcideris eum, comedet ex eo. Incola & mercenarius ex eo non comedant. ¶In una domo comedatur, nõ exportabis è domo de carne illa foras, nec os cõfringetis in eo. Vniuersus cœtus Israel faciẽt ipsum. Et si aduena apud te incola fuerit, & fecerit Pæsah DOMINO, circuncidatur ei omnis mas, & tunc accedat, ut faciat ipsum, & sit ut indigena terræ, nullus enim incircũcisus ex eo comedat. Eadẽ lex erit indigenæ & incolæ qui inter uos habitat. Fecerunt aũt omnes filij Israel, quemadmodũ præceperat DOMINUS Mosi & Aharoni: sic [inquã] fecerunt. Eodẽ ergo ipso die eduxit DOMINUS filios Israel de terra Aegypti cum exercitibus suis.

Ritus celebrandi Phase.

Num. 9. b
Ioan. 19. f

[b] Eb. Omnis seruus uir.

CAP. XIII.

Consecrantur primogenita domino: refricatur præceptum de azymis, & iubetur ut liberis beneficia domini inculcent, ducit autem Israelem non rectà, sed per desertum, transferuntur ossa Ioseph. Dominus præcedit interdiu columna nubis, noctu columna ignis.

A Loquutusque est DOMINUS ad Mosen in hanc sententiã, Cõsecra mihi omne primogenitũ aperturã omnis uuluæ in filijs Israel, tam in homine quàm in iumento, meũ enim est. Et dixit Moses ad populũ, Meminisse [oportet] diei huius, in quo egressi estis de Aegypto, de domo seruorũ, quoniã potenti manu eduxit uos DOMINUS isthinc, ne comedatur fermentatum. Vos hodie egredimini in mense Abib. Cumque DOMINUS introduxerit te in terrã Chananæi, Hithæi, Amorrhæi, Hiuæi & Iebusæi, quam iurauit patribus tuis, ut tibi daret, terrã fluentẽ lacte & melle, præstabis in hoc mense huiusmodi obsequiũ, septem diebus comedes infermentata, septimo die festus dies DOMINI est. Placentæ infermentatæ comedẽtur septẽ diebus, ut ne uideatur quidẽ apud te, neque fermentatũ,

B neque fermentum in cunctis finibus tuis. Indicabis autẽ illo die filio tuo, dicens, Propterea hoc fecit mihi DOMINUS, quũ educeret me ex Aegypto. Eritque tibi signũ sup manũ tuã, et monumentũ inter oculos tuos, ut scilicet sit lex DOMINI in ore tuo, quoniã manu ualida eduxit te DOMINUS de Aegypto. Custodies igitur hunc ritũ stato tẽpore, idque [a]iugiter. Cumque introduxerit te DOMINUS in terram

Infra 34. c
Num. 8. c
Luc. 2. d
Leuit. 27. c

Memoria liberationis celebrãda.

[a] Eb. A dieb. in dies, id est, quotannis, ut quidam uolunt.

Digitized by Google

terram Chananæi, quam iurauit tibi & patribus tuis, dederitq; tibi eam, [b]mancupi facies omne [c]primogenitum DOMINO, & omne primogenitum fœtus iumenti, quod tibi fuerit, mares DOMINI [sunt.] Omne primogenitum autem asini pecudem redimes: si uero non redemeris, frange ei ceruicem: & omne primogenitum hominis de filijs tuis redimes. Cumq; interrogauerit te cras filius tuus, dicens, Quid hoc? Dices ad eum, DOMINVS eduxit nos potenti manu ex Aegypto, è domo seruorum, cumq; Pharao grauatim dimitteret nos, interfecit DOMINVS omne primogenitũ in terra Aegypti, à primogenito hominis usq; ad primogenitum iumenti, et hac causa ego sacrifico DOMINO omne primogenitum masculinum, atq; omne primogenitum filiorum meorum redimo. Sit itaq; signum super manum tuam, & monumentũ inter oculos tuos, quod DOMINVS eduxerit nos ualida manu ex Aegypto. Factum est autem quum Pharao dimitteret populum, non duxit eos deus per uiam terræ Palestinorum, quæ propior erat, quoniam ait deus, Ne forte pœnitudine ducatur populus quum uiderint prælium, & reuertantur in Aegyptum: sed circũduxit deus populum, uia deserti maris carectosi, & [b]armati ascenderunt filij Israel è terra Aegypti. Tulit quoq; Moses secum ossa Ioseph, sacramento enim adegerat [Ioseph] filios Israel, dicens, Deus certissime uisitabit uos, tum abducetis hinc uobiscum ossa mea. Profecti itaq; de Suchoth, castrametati sunt in Etham à fine deserti. Et præcedebat eos DOMINVS interdiu per columnã nubis, ut deduceret eos per uiam, noctu uero per columnã ignis, ut luceret eis, quo incederent die noctuq;. Interdiu columna nubis non recessit à conspectu populi, nec ignis columna noctu. XIIII.

Institutio filiorum in religione. C

Gen. 50. d Num. 14. c 1 Cor. 10. a

Neem. 9. d

D

[b]Eb. Transire facias scilicet ex tuo dominio ad domini cultum.

[c]Apertura uuluæ seu matricis, est primogenitum.

[b]Hamuschim, quidã exponũt quinto sæculo, alij quinquagenati, si ita licet, uel quinquageni.

Pharao populum persequitur, dominus autem populum suum asserit è manu eius & hostem perdit.

ET loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Loquere ad filios Israel, ut reflectentes maneant ante Pi Hahiroth inter [a]turrim & mare, è regione Baal Zephon, coram eo castrametentur ad mare. Nam Pharao dicet de filijs Israel, Perplexi sunt in terra, desertum eos conclusit. Et ego roborabo cor Pharaonis, ut persequatur uos, & gloriosus ero in Pharaone, & in cuncto exercitu eius, sciétq; Aegyptij quod ego sum DOMINVS. Et fecerũt sic. Nunciatum est autem Aegyptio regi quod populus fugeret, & uersum est cor Pharaonis & seruorũ eius contra populum, ut dicerent, Cur hoc fecimus, ut dimitteremus Israelem, ne nobis seruiret? Et accingens currum suum, tulit secum populum suum. Accepitq; sexcentos electos currus, & omnes currus Aegypti, & [duces] [b]triarios super quenquam illorum. Et roborauit DOMINVS cor Pharaonis regis Aegypti, persequutusq; est filios Israel. Filij autẽ Israel egressi erant excelsa manu. Et Aegyptij persequuti sunt illos, & apprehenderunt eos castrametantes ad mare. Omnis equitatus curruũ Pharaonis atq; equites eius, et copiæ eius iuxta Pi Hahiroth è regione Baal Zephon. Cumq; Pharao applicuisset, sustulerunt filij Israel oculos suos, & ecce Aegyptij proficiscebantur post eos, timueruntq; uehementer, & clamauerunt filij Israel ad DOMINVM, & dixerunt ad Mosen, An nulla erant sepulchra in Aegypto, ut educeres nos, ut moreremur in deserto? Cur hoc fecisti nobis, ut educeres nos ex Aegypto? An non hoc est quod [c]loquuti sumus ad te in Aegypto, dicentes, Sine nos ut seruiamus Aegyptijs? satius enim nobis fuerat seruire Aegyptijs, quàm ut moreremur in deserto. Et dixit Moses ad populũ, Ne timueritis, consistite, & uidete salutem DOMINI, quam uobis hodie feret: nam quos hodie uidistis Aegyptios, posthac ultra perpetuò non uidebitis. DOMINVS bellum geret pro uobis, & uos tacebitis. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Quid clamas ad me? Loquere ad filios Israel, ut proficiscantur, tu uero tolle in sublime baculum tuum, & extende manũ tuam super mare, & disseca illud, in-

A B C D

1. Mach. 4. a

Desperabũdi murmurant.

Clamor cordis.

[a]Quidam Migdal propriũ relinquũt.

[b]Equites uidentur fuisse cataphracti.

[c]Eb. addit, An non hoc est uerbũ: quod respuit Latinitas.

Digitized by Google

gredianturꝝ filij Israel per medium maris in sicco. Et ecce ego firmabo cor Ae-
gyptiorum, ut illos insequantur, & gloriosus ero in Pharaone, & in uniuerso
exercitu eius, in curribus eius, & in equitibus eius. Et cognoscent Aegyptij quia
ego DOMINVS, quum gloriosus fuero factus in Pharaone, in quadrigis eius,
& equitibus eius. Et soluens angelus dei qui praecedebat castra Israelis, ibat post Transitus
eos. Migrauit quoꝝ columna nubis quae erat ante eos, & stetit à tergo illorum. maris.
E Venitꝝ inter castra Aegyptiorum, & inter castra Israelitarum, & fuit nubes & te
nebrae [Aegyptijs,] illustrauit uero nocte [Israelitis,] ut alter ad alterum tota ista
nocte non accederet. Et extendit Moses manũ suam super mare, & DOMINVS
effecit ut decurreret mare per orientalem uentum uehementem tota illa nocte,
& fecit mare ut esset siccũ, & discissae sunt aquae. Et ingressi sunt filij Israel in me
dium maris in sicco, & aquae [fuerunt] illis murus à dextra eorum, & à sinistra eo
rum. Et insequuti Aegyptij, ingressi sunt post eos ad medium maris, totus [scili-
F cet] equitatus Pharaonis, currus eius, & equites eius. Factũꝝ est in custodia ma- Sap. 18. b
tutina, ut respiceret DOMINVS ad castra Aegyptiorũ in columna ignis & nu-
be, & castra Aegyptiorum conturbauit, & [b] constrinxit rotas curruum eius, atqꝝ
difficulter duxit eum, ut diceret Aegyptius, Fugiam à conspectu Israelis, DOMI
NVS enim pugnauit pro eis cõtra Aegyptios. Et dixit DOMINVS ad Mosen,
Extende manum tuam super mare, ut reuertantur aquae super Aegyptiũ, super
currus eius, & super equites eius. Et extendit Moses manum suam super mare, et
reuersum est mare in [c] alueum suum ante lucem, fugeruntꝝ Aegyptij obuiam il
G li. Et praecipitauit DOMINVS Aegyptios in mediũ maris, & refluebant aquae,
operueruntꝝ quadrigas & equites, atqꝝ totum exercitũ Pharaonis, qui mare in-
gressi fuerant post illos, ut ne unus quidem ex eis superesset. Filij autẽ Israel iue-
runt per medium maris in sicco, & aquae fuerunt eis uice muri à dextra eorũ, & à
sinistra eorum. Seruauit itaꝝ DOMINVS illo die Israelem de manu Aegyptio
rum, ut Israelitae uiderent Aegyptios mortuos ad littus maris. Vidit quoꝝ Israel
manum illam potentẽ, quam exeruerat DOMINVS cõtra Aegyptios: & timuit
populus DOMINVM, credideruntꝝ DOMINO & Mosi seruo eius. XV.

Canunt domino epinicium, et gratias agunt pro beneficijs, uenit populus in Marath ubi dulcescunt aquae.

A TVnc cecinit Moses & filij Israel canticũ istud DOMINO, & cecinerunt in
hunc modũ, Cantabo DOMINO, quia magnifice magnificentiã suã Sap. 10. d
exeruit, [a] equum & currus eius [b] sublatos in altum deiecit in mare. Dominus
est † robur & carmen meum, qui fuit seruator meus: iste [inquam dominus] est Isa 12. a
deus meus, hunc decorabo: deus patris mei, hunc extollam. DOMINVS uir Psal. 117. c
bellator, DOMINVS nomen eius. Quadrigas Pharaonis & copias eius de-
iecit in mare, & electi triarij eius demersi sunt in mari carectoso. Abyssi eos
operuerunt, descenderunt in profunditates ueluti lapis. Dextera tua ô DOMI
NE, excellenti uirtute eminuit, dextera tua ô DOMINE hostem confregit. Et
in multitudine magnificentiae tuae subuertisti insurgentes contra te, misisti furo
B rem tuum, qui deuorauit eos tanquam stipulam. In flatu narium tuarum cõ-
aceruatae sunt aquae, flumina constiterunt ut cumulus, abyssi coagulatae sunt in
[c] medio mari. Hostis dixit, Persequar, apprehendam, diuidam spolia, implebi
tur eis anima mea: exeram gladiũ meum, perdet eos manus mea. Vento tuo
flauisti, mare eos operuit, demersi sunt ueluti plumbum in aquis uehementibus.
Quis tui similis in dijs ô DOMINE? Quis sicut tu magnificus sanctitate? formi
dabilis laudibus, faciens admiranda? Extendente te dexteram tuam degluti-
uit eos terra. Duxisti tua bonitate populum istum, quem asseruisti, duxisti tua
fortitudine ad habitaculum sanctuarij tui. Audientes [hoc] populi cõtremue-
runt,

[b] Potest etiã legi, amouit rotas.

[c] Quidam legunt, in robur suum.

[a] Potest etiam legi, equũ & equitẽ eius. [b] Hebr. Exaltauit.

[c] Hebr. In corde maris.

Digitized by Google

runt, dolor apprehendit habitatores Palestinæ. Tunc perterriti sunt duces Edom, robusti Moab, apprehendit eos tremor, defluxerũt omnes habitatores Chanaan. Cadat super eos tremor & pauor, in magnitudine brachij tui obstupescant quasi lapis, donec pertransierit populus tuus ô DOMINE, donec pertransierit populus iste quem adquisiuisti. Introduces eos, & plantabis eos in monte hæreditatis tuæ, [ad]habitaculum mansionis tuæ, quod tu parasti DOMINE [ad]sanctuarium domini, quod manus tuæ firmauerunt. Dominus regnabit in sæculum, & in perpetuum. Quoniam ingressus eques Pharao cum curribus suis & equitibus suis mare, & reduxit DOMINVS super eos aquas maris: filij aũt Israel profecti sunt per siccũ in medio mari. Et sumpsit Maria prophetis soror Aharonis tympanũ in manũ suam, et egressæ sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & [b] choris. Et Maria [uicissim] respõdit eis, Cantate DOMINO, quia magnifice magnificentiã suam exeruit, equos & currus eius sublatos in altũ deiecit in mare. Mandauit itaq; Moses, ut Israelitæ soluerent à mari carectoso: egressi ergo in desertum Sur, profecti sunt tribus diebus per desertũ, & nõ inuenerunt aquam. Et uenerunt in Mara, nec poterant aquas [c] Mara bibere, eo quod amaræ essent: & ob hoc appellauit nomen eius Mara. Et murmurans populus aduersus Mosen, dixit, Quid bibemus? Et clamauit ad DOMINVM. Et DOMINVS ostendit ei lignum, quod cum immisisset in aquas, †dulces factæ sunt aquæ. Ibi dedit ei statuta & iudicium, & ibi tentauit eum. Et ait, Si diligẽter audieris uocẽ DOMINI dei tui, & quod rectũ in oculis eius est feceris, & auscultaueris præceptis eius, custodierisq; omnia statuta eius, nullũ languorẽ quem Aegyptijs immisi, tibi immittã, quia ego DOMINVS te sanans. CAP. XVI.

Murmurãt ob aquas amaras. Iudith. 5. c Eccli 38. a

[b] Quidam legunt, tibijs.

[c] Mara amarum sonat.

Murmuranti populo coturnices mittit dominus, & Manna depluit.

ET uenerunt in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarũ, & septuaginta palmæ, & castrametati sunt ibi iuxta aquas. Soluentes autem de Elim, uenerũt omnis cœtus filiorum Israel ad desertũ Sin, quod est inter Elim & Sina, quinto decimo die mensis secundi post egressum eorum è terra Aegypti. Et omnis cœtus filiorum Israel murmurabat contra Mosen & Aharonem in deserto. Et filij Israel dixerunt ad eos, Vtinam [a] mortui essemus per manum DOMINI in terra Aegypti, quando sedebamus nos ad ollas carnium, & quando comedebamus panem ad satietatem, quoniam eduxistis nos in desertum istud, ut omnem congregationem istam fame conficeretis. Et ait DOMINVS ad Mosen, En ego depluam uobis panem de cœlo, & egredietur populus, ut colligant demensũm in singulos dies, ut probem eum, ambulétne in lege mea nec ne. Die uero sexto parent quod inferant, eritq; illud duplum, huius respectu quod collegerunt in singulos dies. Dixitq; Moses & Aharon ad uniuersos filios Israel, Vesperi scietis quod DOMINVS eduxit uos de terra Aegypti, mane autem uidebitis gloriam DOMINI, eo quod audierit ipse murmurationem uestrã contra DOMINVM: nos enim quid sumus, quod aduersum nos murmurastis? Et ajt Moses, Quum DOMINVS dederit uobis ad uesperã carnes ad edendũ, & panẽ mane ad satietatem, [testabitur] se audisse querimonias uestras, quibus mussitatis aduersus eũ. Quid enim nos sumus? nõ cõtra nos sunt querimoniæ uestræ, sed cõtra DOMINVM. Et dixit Moses ad Aharonem, Dic ad omnẽ cœtum filiorũ Israel, Accedite in conspectum DOMINI, quoniã audiuit querimonias uestras. Contigit autem, quum loqueretur Aharon ad omnem cœtum filiorum Israel, ut respicerent ad desertum, & ecce gloria DOMINI uisa est in nube. Loquutusq; est DOMINVS ad Mosen, dicens, Audiui querimonias filiorũ Israel, loquere ergo ad eos in hanc sententiã, Inter uesperas comedetis carnes, & mane saturi eritis panibus, scietisq; quod ego sum DOMINVS deus uester. Factumq; est uesperi, ascendit

Fontes in Elim & palmæ. Sin desertum. Sap. 11. a

[a] Ebr. Quis det ut mortui essemus.

Querimonia contra dei ministros uindicatur à domino. Eccli 45. a

Digitized by Google

b Ebr. Proiectio roris, quę proiectio cū ascenderet.

coturnix operuitq; castra, & [b] mane proiectus fuit ros circum castra: quo absce-
D dente, ecce in superficie deserti minutum quiddam & orbiculare, minutum tan
quam pruina super terram. Et uidentes filij Israel, dixerunt quisq; ad proximum
suum, Hoc est Man, nesciebāt enim quid esset. Et ait Moses ad eos, Hic est panis,
quem dedit uobis DOMINVS in cibum. Hoc est uerbum quod præcepit DO-
MINVS, colligite ex eo, quisq; quantum edat, Gomer pro capite iuxta numerū
animarum uestrarum, quisq; pro his qui sunt in tentorio suo accipite. Et filij Is-
rael fecerunt sic, & collegerunt, alij plus, alij minus. Et quum metirentur per Go
mer, nihil superfuit ei qui plus, nihil defuit ei qui minus collegerat: quisq; colle
E git quantum ad uescendum [satis fuit.] Et ait Moses ad eos, Nemo quidquā re-
siduum faciat ex eo usq; mane. Qui non audierunt Mosen, sed quidam reserua-
runt ex eo usq; mane, & produxit uermes & computruit, & iratus est aduersus
eos Moses. Collegerunt autem illud mane per singulos dies, quisq; quantum
ad uescendum [satis fuit,] quumq; sol incalesceret, liquefiebat. In die sexto colle
gerunt panem duplicem, duo scilicet Gomer pro uno. Et uenerunt omnes pri-
mores congregationis, & retulerunt Mosi, & dixit ad eos, Hoc est quod DOMI
NVS loquutus est, Quies sabbati sancti cras est DOMINO, quod pinsere uo-
lueritis, pinsite: & quod coquere uultis, coquite, atq; omne quod superest, repo-
nite uobis ut seruetur usq; mane. Et reposuerunt illud usq; mane, quemadmo-
dum præceperat Moses, & non cōputruit, neq; uermis natus est in eo. Et ait Mo
ses, Comedite ipsum hodie, quoniam sabbatum est hodie DOMINO, hodie nō
F inuenietis in campo. Sex diebus colligetis, & in die septimo sabbatum est, quo
die non erit. Contigit autem ut quidam è populo septimo quoq; die exirent ad
colligendum, & non inuenerunt. Et ait DOMINVS ad Mosen, Quandiu re-
nuitis obseruare præcepta mea & leges meas? Videte, DOMINVS dedit uobis
sabbatum, & ob id dat uobis sexto die panem pro duobus diebus, maneat igitur
quisq; in loco suo, & nō egrediatur ullus de loco suo septimo die. Quieuit itaq;
populus die septimo. Domus Israel autem appellauit nomen illius Man, & erat
ueluti semen coriandri album, & gustus eius ut placentæ mellitæ. Dixitq; Mo-
G ses, Hoc est uerbum quod præcepit DOMINVS, Imple Gomer ex eo, quod ser-
uetur apud posteros uestros, ut uideant panem, quem uobis edendum dedi in
deserto, quando eduxi uos de terra Aegypti. Et ait Moses ad Aharonem, Accipe
[c] uasculum, & pone in eo Gomer plenum Man, & repone illud coram DOMI
NO, ut seruetur pro posteris uestris. Et Aharon reposuit illud coram testimonio
ut seruaretur, quemadmodum præceperat DOMINVS Mosi. Et comederunt fi
lij Israel Man annis quadraginta, donec uenirent ad terram habitandam. Mane
inquam comederunt donec uenirent ad terminum terræ Chanaan. Porrò Go-
mer est tertia pars Epha.

Pluit coturnices et mā na.
Num. 11.b
Psal. 77.c
Sap. 16.c
Ioan. 6.d
Seruatum Man computrescit.
Sabbatum domino obseruādum.
Man.
Man reseruatum pro posteris.
c Ebr. Vasculū unū.
Neem 9.d
Iudith. 5.c
Gomer.

CAP. XVII.

Datur aqua è petra querulanti populo, prælium fit cum Amalek.

A PRofectus itaq; uniuersus cœtus filiorū Israel de deserto Sin, per profectio-
nes suas [a] iuxta præceptum DOMINI, & castrametati sunt in Raphidim,
ubi non erat aqua ut biberet populus. Et expostulauit populus cum Mose, & di
xerunt, Date nobis aquam ut bibamus. Quibus ait Moses, Cur mecum expostu
latis? cur tentatis DOMINVM? Sitiuit ergo illic populus aquam, & querebatur
aduersus Mosen, dicens, Quare effecisti tu ut ascenderemus de Aegypto, ut me et
filios meos atque pecora mea siti interficeres? Et clamauit Moses ad DOMI-
B NVM, dicens, Quid faciam populo huic? parum abest quin me lapidibus ob-
ruant. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Transi coram populo, & tolle tecum de
senioribus Israel, & baculum tuum quo fluuium percussisti, † tolle in manum
tuam, & uade. Ecce ego sto ante te illic super petram quæ est in Horeb, & tu per

cuties

In Rhaphidim castra.
a Ebr. Os domini.
Num. 20.a
Supra 14.e
Psal. 77.b
1. Cor. 10.a

Digitized by Google

cuties petram, & egredientur ex ea aquæ ut bibat populus. Et Moses fecit sic coram oculis seniorum Israel. Vocauitq; nomen loci illius [b]Massa & Meriba, propter contentionem filiorum Israel, & quod tentassent DOMINUM hisce uerbis, Est ne DOMINUS in medio nostri, an non? Venit Amalek, & pugnabat cum Israele in Raphidim. Et dixit Moses ad Iehosua, Elige nobis uiros, & egrediens pugna contra Amalek, & cras ego stabo in uertice collis, & baculus dei in manu mea. Et Iehosua fecit quemadmodū præceperat ei Moses, pugnauitq; cōtra Amalek. Moses autem, Aharon & Hur ascenderunt in uerticem collis. Factumq; est, cū in sublime attolleret manus suas Moses, Israel superior fuit: quando uero manus remittebat, superior fuit Amalek. Manus uero Mosis graues fuerunt, tulerūt ergo lapidem, & supposuerunt [eum] illi, & sedit super eo. Aharon uero & Hur fulcierunt manus eius, unus hinc, alter isthinc: & fuit [c]firmus manibus suis usq; ad solis occasum. Debilitauit itaq; Iehosua Amalek, atq; populum eius [d]gladio. Dixitq; DOMINUS ad Mosen, Consigna hoc in librum ad monumentum, & commenda auribus ipsius Iehosua, quoniā plane delebo memoriam Amalek de sub cœlo. Et extruxit Moses arā, uocauitq; nomen eius DOMINUS [e]Nissi. Et dixit, [sublata] manu super solium dei, [Iuro] quod prælium DOMINI [futurum sit] contra Amalek per omnia sæcula.

Tentare deum. Amalek orādo quoq; uincitur. Iudith 4.b Sap.11.a Deut. 25.d

[b] Massa tentatio. Meriba contentio aut lis.

[c] Ebr. Fuit firmitas manibus suis: nisi malis legere, Fides mansit manib. eius.

[d] Ebr. In ore gladij.

[e] Nissi interpretatur uexillum meum.

CAP. XVIII.

Iethro socer Mosis genero uxorem & liberos adducit, consilioq; dato de constituendo magistratu super populum, domum reuertitur.

ET audiuit Iethro sacerdos Midian, socer Mosis, omnia quæ fecit deus Mosi & Israeli populo suo, quod eduxisset DOMINUS Israelem ex Aegypto. Tulit itaq; Iethro socer Mosis Ziporam uxorem Mosis postquam [a]remiserat eam, & duos filios eius, quorū unius nomen erat Gersom, quoniā dixerat, Aduena fui in terra aliena: nomen uero alterius Eliezer, quoniam [dixerat,] Deus patris mei in auxilio meo, qui eripuit me de gladio Pharaonis. Venit itaq; Iethro socer Mosis, & filij eius, & uxor eius ad Mosen in desertum, ubi scilicet ipse ad montem dei castra fixerat. Et dixit ad Mosen, Ego Iethro socer tuus uenio ad te, sed & uxor tua, atq; duo filij eius cum ea. Et egressus Moses obuiā socero suo, incuruauit se, & osculatus est eum, & interrogauit alter alterū num recte haberent [omnia,] ingressiq; sunt tentorium. Et recensuit Moses socero suo omnia quæcunq; fecerat DOMINUS Pharaoni & Aegyptijs propter Israelem, omnē deniq; molestiam quæ eis in itinere cōtigerat, & [quomodo] liberasset eos DOMINUS. Et Iethro lætatus est super omni bonitate qua prosequutus est DOMINUS Israelē, quodq; liberasset eum de manu Aegyptiorum. Et ait Iethro, Laudandus DOMINUS, qui liberauit uos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, quiq; eripuit populū istū à manu Aegyptiorū. Nunc cognoui quod magnus est DOMINUS præ omnibus dijs, quoniam in ea re [b]qua illi insolenter egerunt contra illos, [perierunt.] Et accepit Iethro socer Mosis holocaustū & sacrificia deo. Venitq; Aharon & omnes seniores Israel, ad comedendum panem cum socero Mosis coram deo. Postero die sedit Moses ad iudicandum populum, stabatq; populus coram Mose à mane usq; ad uesperam. Et uidens socer Mosis omnia quæ ille faciebat populo, ait, Quid hoc est quod facis populo? Quare tu solus sedes, & cunctus populus stat iuxta te à mane usq; ad uesperā? Et respondit Moses socero suo, Quoniam uenit populus ad me, ut consulat deum. Quū fuerit illis causa aliqua, uenit ad me, & ego ius dico inter uirū & proximū suum, & ostendo statuta dei & leges eius. Et ait socer Mosis ad eum, Res quā tu facis non est bona, omnino marcesces, & tu & populus iste qui tecū est: nam grauius est negotium, quam ut tu hoc solus conficias. Audi igitur uocem meam, consulam tibi, & erit deus tecum. Tu gere [c]curam populi coram deo, & refer causas ad deum, & doce eos statuta & leges, &

Mosis filij. Magnifica facta dei prædicantur gentili. Iethro dnm confitetur. Moses populum iudicat solus, iuxta legem dei. Deut.1.b

[a] Vel, post dimissionem eius.

[b] Potest etiam sic legi, Quoniam ea res qua illi insolescebant, super eos scilicet irruit.

[c] Ebr. Sis tu populo è regione dei.

Digitized by Google

D uiam eis ostende in qua ambulēt, atq; opus quod faciant. Porrò ex omni populo tu prospice uiros fortes, timentes deū, uiros ueraces, odientes auaritiā, & [c] præfice illos tribunos, centuriones, quinquagenarios atq; decuriones. Illi iudicent populū omni tempore: omnem rem uero grauē quæ inciderit, ad te referēt, ipsi uero uniuersas res paruas iudicent, leuabuntq; te quū ferent tecum. Si hoc feceris, [in his quæ] deus præcipiet subsistere poteris: deniq; omnis populus iste redire [poterit] ad locū suum in pace. Obediuit itaq; Moses uoci soceri sui, & fecit omnia quæ ille dixerat. Et elegit Moses uiros fortes ex omni Israele, & cōstituit eos capita super populū, [nempe] tribunos, cēturiones, quinquagenarios & decuriones. Illiq; iudicauerunt populū omni tempore, causas uero difficiles referebant ad Mosen, cunctas uero res paruas ipsi iudicarunt. Dimisit autem Moses socerum suum, abijtq; [c]is in regionem suam.

Typus eligendi magistratus.

c Ebr. Et pone ad uel super eos.

c Ebr. Abijt sibi.

CAP. XIX.

Constituto magistratu, rogantur leges: præmittitur autem præparatio quædam, & colloquutio Mosis cum deo in monte Sinai.

A MEnse tertio quū egressi essent filij Israel ex terra Aegypti, ipsa die uenerūt in desertū Sinai. Soluentes enim ex Raphidim, uenerunt in desertum Sinai, & castrametati sunt in ipso deserto, māsitq; illic Israel è regione montis. Moses uero ascendit ad deū, & uocauit eum DOMINVS de monte, dicēs, Sic dices domui Iacob, & annūcia filijs Israel, Vos uidistis quæ feci Aegyptijs, & gestaui uos super alis aquilarū, & duxi uos ad me: si ergo diligenter audieritis uocem meā, & fœdus meū custodieritis, eritis mihi peculiū præ omnibus populis: mea [quidē] est omnis terra, uos aūt eritis mihi regnum sacerdotale, & gens sancta. Hæc sunt uerba quæ loqueris ad filios Israel. Venit itaq; Moses & uocauit seniores populi, et [a]proposuit illis omnia uerba ista q̄ præceperat ei DOMINVS.

B Et responderūt omnis populus pariter, & dixerūt, Quæcunq; loquutus est DOMINVS faciemus: et retulit Moses uerba populi ad DOMINVM. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Ecce ego ueniā ad te in densa nube, ut populus audiat me tecum loquentē, & etiam credāt tibi perpetuò. Et nunciauit Moses uerba populi DOMINO. Et ait DOMINVS ad Mosen, Vade ad populū, & consecra eos hodie & cras, lauentq; uestimenta sua, ut sint parati in diem tertiū, quoniā in die tertio descēdet DOMINVS in oculis totius populi in montem Sinai. Et circumscribe termino populo circunquaq;, dicens, Cauete uobis, ne ascēdatis in mon-

C tem, neq; extremitatē eius attingatis: quicunq; montem attigerit, morte moriatur: nō feriet eum manus, sed lapidibus obruatur, aut telo petatur, siue iumentū fuerit, siue homo, non uiuat. Quū protractus fuerit sonitus [b]Iobel, ipsi ascendēt in montem. Et descendit Moses de monte ad populū, & consecrauit populū, & lauerunt uestimenta sua. Et dixit ad populū, Sitis parati in diem tertiū, neq; accesseritis ad uxores. Factumq; est die tertio quū esset mane, facta sunt tonitrua & fulgura, & nubes graues super montem, & uox cornu uehementissima, & expauit uniuersus populus qui erat in castris. Et Moses populū obuiam deo è ca-

D stris eduxit, & constiterunt ad imam radicē montis. Mons aūt Sinai totus fumabat, eo q descendisset super eum DOMINVS in igne, & ascendit fumus eius tanq̄ fumus fornacis calcariæ, & totus mons uehementer contremuit. Cumq; uox cornu incenderetur, & fieret uehementer fortis, loquebatur Moses, & deus respondebat ei in uoce. Descendit itaq; DOMINVS in montem Sinai in uerticem montis. Et quum uocasset DOMINVS Mosen in uerticem montis, ascendit Moses. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Descende, obtestare populū, ne forte prorūpant ad DOMINVM ut contemplent, corruātq; ex eis multi. Quin & sacerdotes, qui accedunt ad DOMINVM, se consecrēt, ne forte DOMINVS eos dissipet. Et ait Moses ad DOMINVM, Populus non poterit ascēdere montem.

Nume. 33. e

Act. 7. e

Electio Israelitarū ad dita conditione.

Deut. 29. a

Psal. 23. a

Sacerdotale regnum. 1. Pet. 2. b

Moses proponit uerbum dei.

a Ebr. Posuit ante faciem.

Parandus populus ad uerbū dñi.

b Iobel cornu est aut buccina, aut sonus illis editus.

Metuēdus dominus sanctis docetur.

Deut. 4. b

Sacerdotes sanctificandi.

tem Sinai, tu enim obtestatus es nos, dicens, Limita montem, & consecra eum.
Et dixit ei DOMINVS, Vade, descende, & ascende tu & Aharon tecum, sacerdo
tes autē & populus non prorumpant, ut ascendant ad DOMINVM, ne in illos
irrūpat. Descendit itaq; Moses ad populum, & loquutus est cum eis. XX.

Decalogi leges proponuntur à domino, populus insolito spectaculo terretur.

Deut. 5. a. c Psal. 80. c 96. b Leuit. 26. a
LOquutusq; est deus omnia uerba ista, dicens, Ego DOMINVS deus tuus, A
qui eduxi te ex terra Aegypti, de domo seruorū. Ne sint tibi dij alij coram
me. Ne feceris tibi statuā, nec ullū simulachrū [eius] quod est in cœlis superne,
nec quod est in terra subtus, nec q̄d in aquis est sub terra: non [a]adorabis ea, neq;
coles ea, quia ego DOMINVS deus tuus fortis, [b]indignabūdus, persequens ini
quitatem patrū in filijs, in tertijs & in quartis, odientibus [scilicet] me, & prose-
quens bonitate in mille, his qui diligunt me, & præcepta mea obseruant. Ne su
mas nomen DOMINI dei tui uane, quoniā neutiquam impunitū dimittet DO- B
Deut. 5. b Infra 31. b Eccl. 20. b
MINVS eum qui nomen suum uane sumpserit. Memineris diei sabbati, ut san
cte colas illum. Sex diebus operaberis, & omnia negotia tua conficies, septi-
mo autem die sabbatū est DOMINI dei tui: nō facies ullū opus, neq; tu, neq; fi-
lius tuus, neq; filia tua, neq; seruus tuus, neq; ancilla tua, neq; iumētum tuū, neq;
aduena tuus qui est intra portas tuas. Quoniā sex diebus fecit DOMINVS cœ
lum & terrā, mare & omnia quæ in eis sunt, septimo aūt die quieuit, idcirco DO
Deut. 5. b Matt. 15. a Ephes. 6. a
MINVS diem sabbati celebrem fecit, & eum cōsecrauit. Cole patrem tuū & ma
trem tuā, ut longius prorogētur dies tui in terra, quā DOMINVS deus tuus dat
tibi. Ne occidas. Ne sis mœchus. Ne fureris. Ne respondeas contra proximū C
Rom. 7. b 13. c
tuū falso testimonio. Ne cōcupiscas domū proximi tui, ne cōcupiscas uxorē pro
ximi tui, nec seruū eius, nec ancillā eius, nec bouem eius, nec asinū eius, nihil [de
niq;] quod est proximi tui. Omnis itaq; populus uidit tonitrua & lāpades, &
uocem buccinæ, & montem fumantē: quod quū uideret populus, uacillabat, &
stetit procul. Et dixerūt ad Mosen, Loquere tu nobiscū, & audiemus: & ne loqua
tur nobiscū deus, ne fortè moriamur. Et ait Moses ad populū, Ne timueritis, quo
Tentat ut metuatur dominus. Heb. 12. c Deut. 18. c
niam deus uenit ut uos tētaret, & ut metus eius sit corā uobis, ne peccetis. Et po-
pulus stetit procul, Moses uerò appropinquauit ad caliginē, in qua erat deus. Et D
dixit DOMINVS ad Mosen, Sic dices filijs Israel, Vos uidistis ꝙ de cœlo lo-
quutus sim uobiscū: nō facietis [c]me, deos argenteos, nec deos aureos facietis uo
Infra 27. b 38. a Deut. 27. a Iosue 8. f
bis. Arā de terra mihi extrues, & sup eam sacrificabis holocausta tua & salutares
tuas hostias, oues tuas, & boues tuos, in omni loco in q̄ meminisse fecero nomi
nis mei, ueniā ad te, & benedicā tibi. Et si arā de lapidibus extruxeris mihi, ne
extruas ex ijs q expoliti sunt: si enim cultrū tuū ei admoueris, cōtaminabis eam.
Ne per gradus ad arā meā ascendas, ne uerēda tua iuxta eam retegātur. XXI.

Feruntur leges quædam iudiciales, ut de seruitutibus, de homicidijs & alijs rebus, & constituuntur pœnæ transgressoribus.

Deute. 15. c Ierem. 34. c De seruis emendis.
HAec autem sunt iudicia quæ præpones eis. Si seruū Ebræum emeris, sex an A
nis seruiet, septimo uero exeat liber, [idq;] gratis. Si [a]solutus uenit, solutus
exeat: si uero uxorē habuerit, uxor eius cū eo exeat. Si herus eius dederit ei uxo-
rem, & hæc pepererit ei filios aut filias, uxor & liberi eius erunt heri sui, ipse ue
ro exibit solus. Quod si seruus ille cōstanter dixerit, Diligo herū meum, uxorem
meā & liberos meos, nō egrediar liber: adducet illū herus eius ad [b]deos, & ad-
mouebit eum ad ostiū uel ad postē, perforabitq; herus eius aurē eius subula, ser-
Filia uēdita in ancillā.
uietq; ei perpetuò. Et si quispiā uendiderit filiam suam ut sit ancilla, nō exibit ut B
serui exeūt. Si displicuerit oculis heri sui ꝙ nō despondet eam, sinat eam redimi,
populo alieno uendendi eam potestatē non habet, quandoquidem ipse eam de
spexit. Si autem filio suo desponderit eam, iure filiarum aget cum ea. Si alteram

a Potest etiam legi, non incurues te eis.
b Kana indignabūdum transtuli, non æmulatorē: ea enim uox non solum affectum significat qui inter amantes est, & nō ... ert corriualem, sed eū quo animus cōmouetur & suis & suorum contumelijs & iniurijs: quæ significatio huc quadrare uidetur.
c Alij legunt, mihi: alij, mecum.

a Eb Si cum corpore aut ueste uenit.
b Scriptura iudices deos uocat.

Digitized by Google

sibi duxerit,cibum eius,operimentũ eius,& ius coniugale,quo ei respondere de
bet,nõ minuet. Quod si ista tria ei non præstiterit,egredietur illa gratis absq; pe
C cunia. Qui hominẽ percusserit ut moriatur, morte plectatur. Et qui nõ teten
dit insidias,sed deus destinauit [illum] in manũ eius, cõstituam tibi locum,quò
confugiat. Si uero aliquis uolens & callide machinatur proximo suo necem,
ab ara mea illum rapias, ut interficiatur. Percutiens patrem suum & matrem
suam,morte multetur. Qui furatus fuerit hominẽ,& uendiderit eum,& depre
hensus fuerit in manu eius,morte multetur. Qui patri suo & matri suę maledi
cit,morte multetur. Si rixati fuerint uiri, & alter alterũ uel lapide uel pugno cæ
D ciderit,ut [tamen] non moriatur,sed lecto decũbat: si surrexerit, & egressus fue-
rit foras baculo suo [innixus,] absoluatur percussor,attamen [damnũ] uacatio-
nis illius,& impẽsas in medicos præstabit. Et si uerberauerit quispiã seruũ suum
aut ancillã suam uirga,ut moriatur sub manu eius,de illo omnino sumatur ultio:
ueruntamen si uno die aut per duos perstat,ultio de eo non sumatur, argentum
enim ipsius est. Si contenderint uiri, & pulsauerint mulierem ferentem uterũ,ut
abortiat,nec tamen exitialis fuerit noxa, omnino multetur talis iuxta æstimatio
E nem quam imponit ei maritus mulieris,quã dabit pro arbitrorũ sentẽtia. Quod
si noxa fuerit exitialis,dabis animã pro anima. Oculũ pro oculo,dentẽ pro den
te,manũ pro manu,pedem pro pede,adustionẽ pro adustione, uulnus pro uul-
nere,liuorẽ pro liuore. Et si quispiã ferit oculũ serui sui, uel oculũ ancillæ suæ,ut
pereat,manumittet eum pro oculo suo. Et si dentẽ seruo suo aut ancillæ suæ ex-
cusserit,manumittet illũ pro dente suo. Et si bos impegerit in uirũ uel in mulie-
F rem,ut moriantur,bos ille omnino lapidibus obrui debet, nec comedatur caro
eius,dominus autẽ bouis insons sit. Quod si bos cornupeta fuit ab heri & nu-
diustertius,& denunciatũ est domino eius, & non custodierit eum, & is uirum
aut mulierẽ interfecerit,lapidibus obruatur bos ille,& dominus eius interficia-
tur. Et si pretium piaculare ei fuerit impositũ,quidquid ei imponitur det,ut ani-
mam suam redimat. Si uero filiũ aut filiam petierit cornu, idem iudicium fiet il-
li. Si seruum aut ancillã bos cornu petierit, dabit domino eius triginta siclos ar-
G genti,bosq; lapidibus obruatur. Si quis foueam aperuerit,aut si quispiã fode-
rit foueam,& eam non obruerit, & ceciderit in eam bos aut asinus, dominus fo
ueæ rependet,argentũ restituet domino eius,& quod mortuũ est,eius erit. Si ali-
cuius bos bouẽ proximi sui cornu petierit, & ille mortuus fuerit,uendant bouẽ
uiuum,& diuidant pretiũ eius, sed & mortuũ diuidant. At si constiterit bouem
fuisse cornupetam ab heri & nudiustertius,& dominus eius nõ custodiuit eum,
omnino bouem pro boue reddet,& mortuus ei cedet. CAP. XXII.

Homicidium. Leuit. 24. c Deut. 19. a
Maledicta parenti. Leuit. 20. b Prou. 20. c Matt. 15. a Marc. 7. b
Rixantes. Seruũ percutiens.
Prægnantẽ percutiens.
Pœna talionis. Matt. 5. f Leuit. 24. d Deut. 19. d
Bos cornupeta.
Bos bouem lædens.

Leges de furto, de damno dato ac infecto, de deposito ac cõmodato, de locato ac mutuo, & aliæ de illata iniuria, &c.

A SI quis furatus fuerit [a]bouem uel pecudẽ, & hæc mactauerit aut uendiderit,
reddet quinq; boues pro boue illo,& †quatuor oues pro una pecude. Si de-
prehensus fuerit fur [b]cum instrumẽto perfossorio,& uerberatus mortuus fuerit,
aduersus [c]percussorẽ nõ dabitur capitalis actio. Si sol fuerit ortus super eum,ca-
pitalis [d]erit in eum actio: omnino reddet: & si non habet, pro furto suo uenda-
tur. Si uero furtũ manifeste in manu eius deprehendit, siue bos fuerit siue asinus
aut pecus,illaq; uiua fuerint,duplũ reddat. Si quispiã depasci fecerit agrũ aut ui-
neam,& immiserit iumentũ suum,ut depascatur agrũ alterius, [ex] prçstantibus
agri sui,& præstantibus uineæ suæ rependet. Si egressus fuerit ignis, apprehẽde
ritq; spinas,ut uel acerui,uel stantes segetes, uel ager absumãtur: qui [e]incendit,
B omnino rependet quod exustũ est. Si quispiã dederit custodienda proximo suo
[f]pecuniã,[g]aut uasa,& surrepta fuerint de domo uiri illius: si fur fuerit deprehen
sus,

Furis pœna. 2. Reg. 12 b
Damnũ restituendũ.
Depositum custodiendum.

a Per bouem armenta, per pecudem greges intellige.
b Quidam legũt, in effringendo.
c Ebr. Non illi sanguines.
d Eb. Sanguines ei.
e Ebr. Qui incendit incensionem.
f Ebr. Argentum.
g Sub argẽto omnia argẽtea & aurea intellige, sub uasis omnem suppellectilem.

Digitized by Google

ſus,reddat duplũ: ſi uero fur nõ fuerit deprehenſus, adducetur dominus domus
ad [h]deos,ꝙ non extenderit manũ ſuam in rem proximi ſui. Quidquid tandem
præuaricationis [inciderit] propter bouem,propter aſinũ,propter pecudem,pro
pter ueſtem, imò propter [i]omnem rem perditã, quum quiſpiã dicit hoc ſic eſſe,
cauſa amborũ ueniet ad deos,& quem dij damnauerint, is reddat duplum pro-
ximo ſuo.Si quis dederit proximo ſuo aſinũ,uel bouem,uel pecudem,aut quod
cunq; iumentũ ad cuſtodiendum, & illud fuerit mortuum,aut confractũ, aut ui
abactũ nemine uidente,iuſiurãdum DOMINI inter utroſq; interueniat,ꝙ non
extenderit manum ſuam in rem proximi ſui: quod recipiet dominus eius,& [al
ter] non reſtituet.Si uero furto ſurreptum ei fuerit,domino eius repẽdat. Si [à fe C
ris] laceratũ eſt,adducat eum teſtem, & laceratum non rependet.Si quis poſtula
uerit à proximo ſuo,& id cõfractum fuerit uel mortuum,domino eius nõ præ-
ſente,omnino rependet:ſi uero dominus eius fuerit cum eo, nõ rependet,quan
doquidem mercedẽ cõductus pro mercede ſua uenit. Si quis pellexerit uirgi-
nem nondũ deſponſam,concubueritq; cum ea,donatione donabit eam,[eritq;]
ei uxor.Quod ſi pater puellæ renuerit ei dare illam,argentũ dependet iuxta do-
nationem uirginũ. Malefica mulier non uiuat.Quicunq; cum iumento cõcum
bit,morte multetur. Qui ſacrificat dijs,præterꝙ̃ DOMINO ſoli,excindatur.Ad
uenæ ne uim inferas,neq; opprimas eum,nam & uos aduenæ fuiſtis in terra Ae
gypti.Nullã uiduam nec pupillũ adfligetis: ſi uero omnino adfligere eos perga D
tis,indubie ad me clamabunt, & ego certiſſime exaudiã eos,& excandeſcet na-
ſus meus,atq; interficiam uos gladio,& erunt uxores ueſtræ uiduę, & filij ueſtri
orbi.Si mutuo dederis pecuniã populo meo pauperi,[nempe] qui tecũ eſt, non
eris ei tanꝙ̃ exactor,neq; inferes ei [f]morſum. Si pignus acceperis ueſtimentum
proximi tui,ſub occaſum ſolis illud ei reſtitues:hoc enim eſt tegumentũ eius uni
cum, hoc eſt ueſtimentum eius quo [l]cutem ſuam [cõtegat,] in quo dormit: fiet
autẽ,ſi ad me clamauerit,ut ego eum exaudiam,quoniam miſericors ſum. Dijs
non maledices,& principem in populo tuo ne execreris. [m]Plenitudinẽ tuam &
lachrymã tuam ne differas. †Primogenitũ filiorum tuorũ mihi dabis,ſic quoq;
facies cum boue tuo,& cum ouibus tuis:ſeptem diebus erit cum matre ſua,octa
uo die mihi ipſum dabis.Et eritis mihi ſancti homines, neq; comedetis carnem
lacerati in campo,ſed cani proijcietis ipſam.

De reddendo depoſito. Gene.31.f Conſtuprata uirgo. Deut.22.d Maleficæ. Idololatria Leuit.19.g Aduena. Vidua. Zach.7.c Pecunia mutuo data. Pignus ut reddendũ. Magiſtratus & principes. Act.23 a Decimæ. Leuit.22.b Ezec.44.g Caro lacerata.

[h] Dij ſunt iudices.
[i] Ebr.Propter omnẽ perditionem.
[f] Per morſum fœnus intellige.
[l] Alij legũt, quo nuditatem ſuam contegat.
[m] Plenitudo arida, lachryma liquida.

CAP. XXIII.

Variæ ſunt leges,quarum quædam ad fora, quædã ad ceremonias attinent,quædam uero internum formant hominem.

NE [a]recipias rumorẽ uanũ,neq; [b]paciſcaris cum impio,ut ſis teſtis iniquus. A
Ne [c]ſequaris [c]multos ad malefaciendũ,neq; reſpondeas in iudicio, decli-
nãdo poſt multos,ut peruerſum quid cõmittas. Ne ornes pauperẽ in cauſa ſua.
Si occurreris boui inimici tui,aut aſino eius errãti,mox reduces eum illi.Si uide
ris aſinũ eius qui te odit ſuccũbentem ſub onere ſuo,num ceſſabis? [&] [d]derelin
ques eum?Num deſertum deſeres? Ne flectas iudiciũ pauperis tui in cauſa ſua.
A [e]uerbo mendaci longiſſime abſis,innocẽtem & iuſtum ne occidas, nec enim
impium iuſtum cenſebo. Munus ne recipias,quoniã munus excæcat oculatos, B
& peruertit [f]uerba iuſtorũ.Aduenam ne premas,uos enim nouiſtis animus ad-
uenarum [qualiter affectus ſit,] quandoquidem aduenæ fuiſtis in terra Aegy-
pti.Sex annis ſeminabis terram tuam,& colliges prouẽtum eius: in ſeptimo ue
ro relinques eam,atq; deſeres eam,ut comedant pauperes populi tui, & de reſi-
duo eorum comedent beſtię agri: ſic quoq; facies uineto tuo,& olìueto tuo. Sex
diebus facies opera tua,ſeptimo aũt die quieſces, ut quieſcat bos tuus, & aſinus C
tuus,& reſpiret filius ancillæ tuæ,& peregrinus. Omnia quæcunq; dixi uobis,
ſeruate,& nominis aliorũ deorũ ne mentionem quidem feceritis, ne audiatur ex

Mendaciũ. Aequitas iudiciorũ. Inimicis quoq; bene faciendum. Deute.22.a Munera. Deut.16.d Eccli.20.d Gene.45.a Sabbatum terræ. De ſtatis ferijs. Sabbatum dici.

[a] Poteſt etiam legi, ne magnifacias; uel ne feras.
[b] Eb. Ne ponas manum tuam cum impio.
[c] Eb.Non eris.
[c] Rabbim, non tantum multos,ſed etiã primores ſignificat & præcipuos.
[d] Alij legunt, relinquendo relinqueris cum eo.
[e] Poteſt etiam legi, à re falſa longe abſis.
[f] Poteſt etiam legi, negotia iuſtorũ, aut res iuſtas.

Digitized by Google

ore tuo. Ter in anno celebrabitis mihi dies festos. Solennē diem azymorum
seruabis, septem diebus comedes placentas infermentatas, quemadmodum præ-
cepi tibi, stato scilicet tempore mensis Abib, quoniam eodem egressus es ex Ae-
gypto. Corā me [g]nemo appareat uacuus. Et [seruabis etiam] diem festū messis
præcocium fructuum operis tui, quos seminasti in agro. Et diem festum colle-
D ctionis, qui fit in exitu anni, quū opera tua ex agro collegeris. Omnis mas tuus
ter in anno appareat in conspectu DOMINI dei. Non [h]mactabis sanguinem
sacrificij mei cum fermento, neq; pernoctabit adeps celebritatis mei usq; mane.
Principium primitiuorum fructuum telluris tuæ inferes in domum DOMINI
dei tui. Ne coquas hœdum in lacte matris suæ. Ecce ego mitto angelum ante fa
ciem tuam, ut custodiat te in uia, & introducat te ad locum quem paraui. [i]Obser-
uans sis illius, audiq; uocē eius, ne sis illi rebellis, neq; enim [impune] feret præ-
E uaricationes uestras, quoniam nomen meum est [k]in eo. Si uero diligenter au-
dieris uocem eius, & feceris omnia quæ loquar, hostis ero hostibus tuis, & adfli
gentes te adfligam. Nam præcedet te angelus meus, & introducet te ad Amor-
ræum, Hithæum, Pherisæum, Chananæū, Hiuæum atq; Iebusæum, illos autem
excindam. Ne adores illorū deos, neq; coles illos, neq; facias iuxta opera illo-
rum, sed funditus diruas eos, & statuas eorum minutim confringas. Et seruietis
F DOMINO deo uestro, qui cibum tuum & aquas tuas [l]fortunabit, & auferam à
te morbos. Non erit in terra tua abortiens aut sterile [quidpiam,] numerum die
rum tuorū implebo. Terrorem meum mittā ante te, & tumultuari faciā omnes
populos ad quos tu uenies, efficiamq; ut cuncti hostes tui terga uertant corā te.
Mittā quoq; ante te [m]crabrones, qui Hiuæum, Chananæum & Hithæum ante
te expellāt. Nec tamen uno anno eijciam eum ante te, ne fortè terra uasta fiat, &
G [n]bestiæ agrestes contra te multiplicentur. Paulatim eijciā eum ante te, donec cre
scas, & hæreditate capias terram. Terminū tuum ponam à mari carectoso, usq;
ad mare Palestinorū, & à deserto usq; ad fluuium, nam tradam habitatores terræ
in manus uestras, & tu expelles eos ante te. †Ne ferias cū eis & cum dijs eorum
fœdus: nec habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant contra me: si enim co-
lueris deos eorum, tibi offendiculo erit.

CAP. XXIIII.

Refricantur leges latæ & promulgatæ, & ostenditur quo ritu sanciatur fœdus.

A AD Mosen quoq; dixit, Ascende ad DOMINVM tu & Aharon, Nadab &
Abihu, & septuaginta ex senioribus Israel, & adorabitis procul. Moses ue
ro solus penetrabit ad DOMINVM, ipsi uero non accedant, nec populus ascen
dat cum eo. Venit itaq; Moses, & narrauit populo omnia uerba DOMINI, &
omnia iudicia: responditq; cunctus populus una uoce, & dixerunt, Omnia uer
ba quæ loquutus est DOMINVS, faciemus. Et scripsit Moses omnia uerba DO
B MINI, surgensq; mane extruxit arā infra ad montē, & duodecim columnas se-
cundū duodecim tribus Israel. Misitq; iuuenes filiorū Israel, qui adduxerunt ho
locausta, & sacrificarunt uictimas salutares DOMINO, nempe boues. Et Mo-
ses accepto dimidio sanguinis, fudit in crateres, dimidium uero sanguinis spar
sit super arā. Et accepto libro fœderis, legit audiente [a]populo. Qui dixerūt, Cun
cta quæ loquutus est DOMINVS, faciemus, & obtemperabimus. Tulit quoq;
Moses sanguinē, & sparsit super populū hisce uerbis, En sanguis fœderis quod
C pepigit DOMINVS uobiscum super cunctis hisce sermonibus. Ascenditq; Mo
ses, Aharon, Nadab & Abihu, & septuaginta ex senioribus Israel. Et uiderūt deū
Israelis, eratq; sub pedibus eius quasi opus quoddā lapideū Sapphirinū, & quasi
ipsum cœlū clarum. Selectis aūt ex filijs Israel non intulit manum suam, etiamsi
uiderent deū. Et comederūt atq; biberunt. Et ait DOMINVS ad Mosen, Ascen-
de ad me in montem, & esto ibi, daboq; tibi tabulas lapideas, & legem atq; præ
cepta,

g Ebr. Vultus mei non uidebuntur inaniter.
h Quidam legūt, nō sacrificabis.
i Eb. Custodire à facie eius.
k Eb. In medio illius.
l Ebr. Qui benedicet.
m Eb. Crabronem.
n Ebr. Bestia agri.
a Ebr. In auribus populi.

Festum azymorum. Supra 13 a. Infra 34.c. Deut.16.d. Eccli 35.a. Pentecostes. Tabernaculorum. Sanguis. Primitiæ. Deute.14.c. Infra 34.c. Angelus ducit populum. Infra 33.a. Iosue 24.c. Deut.7.c. Dij & statuæ. Seruire deo. Deut.7.c. Chananæus paulatim eiectus. Fluuius est Euphrates. Deut.7.a. Infra 34.b. Lex dei scripta populo legenda. Sanguis fœderis. Heb.9.e. Moses cum domino.

Digitized by Google

cepta, quæ scripsi ut eos dirigāt. Et surgens Moses & minister eius Iehosua, ascendit Moses in montē dei. Dixitq; ad seniores, Expectate nos hic, quousq; ad uos reuertamur: ecce Aharon & Hur uobiscū sunt, qui habuerit causas, accedat eos. D

Seniores populū iudicant.

Ascenditq; Moses montē, & nubes montē obtexit. Habitauit aūt gloria DOMINI super montē Sinai, & obtexit eum nubes sex diebus, uocauitq; Mosen die septimo de medio nubis. Et aspectus gloriæ DOMINI, quasi ignis lābens in uertice mōtis in oculis filiorū Israel. Et ingressus est Moses in [b] ipsam nubē, ascēditq; montē. Et fuit Moses in mōte q̄draginta diebus, & q̄draginta noctib. XXV.

b Ebr. In medio nubis.

Aliæ leges ceremoniales planæ & futurorū umbræ, de externo cultu dei quem præscripsit tum Iudæis, de extructione arcæ & aliarum rerum.

Voluntaria dona pro templo. Infra 35.a

LOquutusq; est DOMINVS ad Mosen huiusmodi uerba, Loquere ad filios Israel, ut accipiant mihi [a] Thruma: ab omni uiro qui cor suū ex munificentia [ad hanc rem] appulerit, accipietis mihi Thruma. Hæc aūt sit Thruma, quam accipietis ab eis, aurū, argentum & æs, hyacinthinū [sericum,] purpureum, coccinum bis tinctū, byssum & [pilos] caprarum. Pelles deniq; arietū rubras, et pelles [b] meliū, & ligna Sitim. Oleum ad luminare, odoramēta ad oleum unctionis, & aromata ad suffitum. Lapides [c] Schoham, & lapides [d] qui includantur ad Ephod & ad pectorale. Et faciant mihi sanctuariū, ut habitē inter eos. Iuxta omnia quę ego ostendo tibi, tam iuxta exemplar tabernaculi, q̄ iuxta exemplar cunctorū uasorum eius, sic facietis. Facient etiā arcam ex lignis Sitim, cuius lōgitudo sit duorum cubitorum & dimidij: latitudo autem eius cubitū [habeat] & dimidiū, & altitudo eius cubitum & dimidiū. Obducesq; eam auro mundo, intus & foris obduces eam, & facies super eam in circuitu coronā auream. Fundes quoq; ei quatuor circulos aureos, quos ponas in q̄tuor angulis eius: duo circuli erūt in uno illius latere, & duo circuli in altero illius latere. Et facies uectes ex lignis Sitim, & auro eos obduces, inseresq; uectes illos in circulos qui sunt ad latera arcæ, ut illis feratur arca. Eruntq; uectes in circulis arcæ, nec ab ea tollentur. Et in arcā repones [e] testimoniū quod tibi dabo. Et facies [f] propitiatoriū ex auro mundo, duorum cubitorū & dimidij erit longitudo eius, & cubiti ac dimidij latitudo eius. A

Heb.9.a

Arca foederis. B

Propitiatorium.

a Thruma hoc in loco quarumcunq; rerum munificū & liberale donum significat quod domino separatur.
b Quidā legunt, pelles Ianthinas.
b Melis animal quod uulgo Taxo uocatur.
c Schoham quidam interpretantur pro onyche.
d Ebr. Lapides impletionis.
e Quidam legunt, testificationem.
f Operculum arcæ est, quod propitiatorium alij, alij oraculum faciunt.

Cherubim duo.

Facies quoq; duos Cherubim aureos, solidos facies eos, in duabus extremitatibus propitiatorij. Cherub unū fac ab extremitate ista, et Cherub unū ab extremitate alia, ex ipso inquā propitiatorio facietis Cherubim in duabus extremitatibus eius. Eruntq; Cherubim expandētes alas superne, tegentes alis suis propitiatoriū, seq; mutuo intueantur Cherubim, faciebus ad propitiatoriū uersis. Pones aūt propitiatoriū superne super arcam, & intra arcā pones testimoniū quod ego dabo tibi. Illic te [g] conueniā, & colloquar tecum ē propitiatorio inter duos Cherubim, qui sunt super arca testimonij, de hisce rebus omnibus quę tibi mandaturus sum ad filios Israel. C

g Potest etiam legi, Ibi testificabor tibi, aut contestabor te.

Mensa propositionis.

Mensam quoq; facies de lignis Sitim, duorū cubitorum erit lōgitudo eius, latitudo eius unius cubiti, cubiti & dimidij altitudo eius. Et obduces eam auro mundo, faciesq; ei coronā auream per circuitū: sed & [h] limbo palmario eam circuncludas, & huic limbo addas per ambitum auream coronam. Et fac ei quatuor annulos aureos, & pone annulos illos in quatuor angulos, qui sunt in quatuor pedibus eius. Sub limbo erūt annuli pro loculis uectiū, ad gestandū mēsam. Facies aūt uectes ipsos ex lignis Sitim, & obduces eos auro, ut illis mēsa gestetur. Facies quoq; acetabula eius, & cochlearia eius, dimidiatas fistulas eius, & instrumenta quibus purgantur, quibusq; funditur, hæc [inquā] facies ex auro mundo. Et pones super mensam [i] panes facierū corā mę iugiter. D

h Et facies ei clausuram.

Vasa sacra.

Candelabrum.

Facies & candelabrū ex auro mundo, ductile fiat candelabrū, scapus eius, calami eius, calices eius, sphęrulę eius, & flores eius ex ipso fiāt. Et sex calami prodibūt de lateribus eius, tres calami cādelabri ex uno latere eius, & tres calami ex

i Panes facierū, qui aliàs panes propositionis uocātur: hoc est, propositi ad spectādum in cōspectu dei & hominum.

Digitized by Google

altero latere eius. Tres calices in formā amygdali facti in calamo uno, cū sphæ-
rula & flore, & tres calices amygdali formā habentes in altero calamo cū sphæ-
rula & flore, sic sex calamis qui ex cādelabro prodeunt. In ipso cādelabro autem
quatuor sint calices amygdali formā habentes cum sphærulis & floribus suis.
Eritq; [semper] sub duobus [quibusq;] calamis, quæ ex ipso [candelabro] pro-
deunt, sphærula una: sunt aūt calamorum sex qui ex candelabro prodeunt. Sphæ-
rulæ eorum & calami eorū ex ipso erunt, totumq; ipsum [opus] unum erit soli-
dum ex auro mundo. Facies quoq; lampades eius septem, & collocabis lampa
des eius in sublimi, ut illuminet [quæq;] è regione. Emunctoria quoq; eius &
uascula eius [in quibus emuncta excipiuntur,] ex auro mundo [fiant.] Talen
tum auri mundi faciet illud, cum uniuersis uasis istis. Et uide ut facias ad exēplar
eorum quæ tibi in monte [r]demonstrata sunt.

Sensus est reditus, uerba Ebræa aliter numerantur.

[r] Ebr. Quod tu factus es uidere.

Heb. 8. b
Act. 7. f

CAP. XXVI.

De tabernaculo & ijs quæ ad tabernaculum pertinent extruendū & ornandum.

A TAbernaculū facies, decem aulæa [ex] bysso torta, hyacinthino [serico,] pur
pureo, coccino bis tincto, Cherubim facies in eis [a]opere textorio. Longi-
tudo unius aulæi erit uigintiocto cubitorum, & latitudo aulæi unius erit quatuor
cubitorum, eandem mensurā habebunt singula aulæa. Quinq; aulæa coniuncta
erunt, alterū ad alterū, & [reliqua] quinq; aulæa coniuncta erunt, alterū ad alte-
rum. Facies quoq; ansulas hyacinthinas in oris uniuscuiusq; aulæi, ut extremis
suis alterū alteri consocietur. Vnicuiq; [scilicet] aulæo facies quinquaginta an-
sulas in oris, ut extremis suis alterū alteri cōsocietur, excipientibus sese mutuo an
B sulis. Facies & quinquaginta fibulas aureas, & consocia fibulis illis aulæū cum
aulæo, ut sit tabernaculū unū. Facies & aulæa de pilis caprarū, ad tentoriū super
tabernaculū, facies autē undecim aulæa. Longitudo aulæi unius sit triginta cu-
bitorū, & latitudo aulæi unius quatuor cubitorum, eandem mensurā habeant un-
decim aulæa. Et cōsociabis quinq; aulæa inter se, & sex aulæa inter se, & dupli-
cabis aulæum sextū è regione prospectus tabernaculi. Et facies quinquaginta
ansulas in oris uniuscuiusq; aulæi, ut finibus suis altera alteri cōsocietur. Facies
C deinde quinquaginta fibulas æneas, & inseres fibulas in ansulas, iūgesq; tento
rium illud, ut fiat unū. Et quod excedit abundatq; in aulæis tentorij, [nempe] di
midiū aulæi quod abundat, excedet in posterioribus tabernaculi, ut [scilicet] cu
bitus hinc, & cubitus illinc in longitudine aulæorum tentorij abundet, sitq; exces-
sus in lateribus tabernaculi hinc & illinc, ut ipsum operiat. Facias & tegumentū
ipsi tentorio ex pellibus arietū rubris, & summum operimentū ex pellibus me-
liū. Facies quoq; asseres pro tabernaculo de lignis Sitim, quæ stent erectæ. Lon-
gitudo asseris erit cubitorum decem, latitudo unius asseris cubiti & dimidij. Duo
D denticuli fiant in unoquoq; assere incisi alter è regione alterius: sic facias omni-
bus asseribus tabernaculi. Et facies asseres pro tabernaculo, uiginti asseres in an
gulo uersus Meridiē. Et quadraginta bases argenteas sub uiginti illis asseribus,
duas bases sub uno assere pro duobus dētibus, et duas bases sub assere altero pro
duobus denticulis eius. Pro alio latere tabernaculi q̄d est ad plagā aquilonarem
uiginti asseres erunt, & quadraginta bases illorum argenteæ, duæ scilicet bases sub
assere uno, & duæ bases sub assere alio. In latere uero occidentali tabernaculi fa
cies sex asseres. Facies etiā duos asseres in angulis tabernaculi in duobus lateri-
E bus, qui [b]gemini erunt infra, sic gemini erūt in capite suo ad annulū unū: sic erit
utrisq; ipsis, in duobus angulis erunt. Et erunt octo asseres, & eorū bases argen
teæ, bases uidelicet sedecim, duæ bases sub assere uno, & duæ bases sub assere alio.
Et facies uectes de lignis Sitim, qnq; pro asseribus tabernaculi in latere uno. Et
quinq; uectes pro asseribus tabernaculi in latere altero, & qnq; uectes pro asse-
F ribus tabernaculi in latere angulorū Occidentis. Medius autem uectis per me-
dium

[a] Quidam legunt, opere artificioso, quidam polymito.

Hebraica hic aliter habent, sed sensus est integer.

[b] Vel, geminati inferne.

Digitized by Google

dium asserum [transiens,] contignet à fine ad finem. Asseres autem obduces auro, & annulos eorum facies aureos, ut sint receptacula uectiũ, uectesq; ipsos auro obduces. Et eriges tabernaculum ipsum iuxta ordinem suum, qui tibi in monte monstratus est. Facies & uelum ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta, Cherubim facies in eo opere [c] textorio. Affigasq; illud super quatuor columnas argenteas, quæ sunt factæ ex lignis Sitim, auroq; obductæ, uncinique earum aurei super quatuor basibus argenteis. Affigasq; uelũ illud sub fibulis, ut illic intra uelum reponas arcam testimonij, & separabit uobis uelum illud sanctum à sancto sanctorum. Et pones propitiatorium super arcam testimonij in sancto sanctorum. Mensam uero pones extra uelum, & candelabrũ è regione mensæ, ad latus scilicet tabernaculi australe, & mensam pones in latere aquilonari. Et facies uelum ostio tentorij ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta opere acupictoris. Et illi uelo facies quinq; columnas [ex lignis] Sitim, & obduces eas auro, & uncini earum erunt aurei, fundesq; pro eis quinq; bases æreas. CAP. XXVII.

Sup.24.c Velum.

[c] Quidam legunt, artificioso, uel ingenioso.

G

De ara, atrio, & oleo sacro, &c.

Forma altaris holocausti. Inf.38.a.b

A

FAcies & aram ex lignis Sitim, quinq; cubitorum in longitudine, & quinq; cubitorum in latitudine: quadrata fiat ara: altitudo eius erit trium cubitorũ. Et facies ei cornua in quatuor angulis eius, sintq; cornua eius ex ipsa, & obduces eam ære. Facies quoq; ollas eius ad cineres [excipiendos,] & [a] scopas eius, pelues eius sparsorios, fuscinulas eius, ignis receptacula, atq; cuncta uasa eius ex ære facies. Facies quoq; illi cancellulos æreos opere reticulato, & ad rete illud facies quatuor annulos æreos in quatuor extremitatibus eius, ponesq; ipsum [reticulatum opus] sub ambitum aræ, ut sit rete hoc inferne usq; ad medium aræ. Facies & uectes aræ, uectes [de lignis] Sitim, quos ære obduces, & inserẽtur uectes eius in annulos. Eruntq; uectes in duobus lateribus aræ ad gestandum eam. Facies autem aram ex tabulis, ut sit [intus] inanis aut caua: quemadmodum ostendit tibi in monte, sic facient. Et facies atrium tabernaculi in angulo meridionali, tapetes ipsi atrio ex torta bysso, longitudine centum cubitorum pro uno latere. Columnæ eius erunt uiginti, & bases earum æneæ uiginti, uncini autem columnarum & cincturæ earum argentea. Sic quoq; uersus angulum septentrionalẽ, secundum longitudinem habebunt tapetes centum cubitorum longitudinem, & columnæ illius uiginti, & bases earum æneæ uiginti, uncini autem columnarum & cincturæ earum argentea. Porrò latitudo atrij ad angulum occidentalem [habebit] tapetes quinquaginta cubitorum, & columnæ earum erunt decem, & bases earum decem. Latitudo uero atrij ad orientalem plagam, [habebit] quinquaginta cubitos. Quindecim cubitorum tapetes ad latus, & columnæ earũ tres, & bases earum tres. In altero latere erunt tapetes quindecim, columnæ earũ tres, & bases earum tres. In porta atrij erit uelum uiginti cubitorum, ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso tortã opere acupictorio, columnæ earum quatuor, & bases earum quatuor. Omnes columnæ atrij circunquaq; cincturas habebunt argenteas, uncini earum erunt argentei, & bases earum æneæ. Longitudo atrij centum cubitorum, & latitudo quinquaginta in quinquaginta: altitudo uero quinq; cubitorũ, ex bysso torta, & bases earum æneæ. Omnia instrumenta tabernaculi, in omni ministerio eius, & omnes claui eius, atq; omnes claui atrij, ænei erunt. Præcipies quoq; tu filijs Israel, ut adferãt tibi oleum oleæ, purum & contusum, ad luminare, ad accendendũ lucernam iugiter. In tentorio constituto extra uelum, quod est iuxta testimonium, ordinabit eam Aharon & filij eius, à uespera usq; mane coram DOMINO. Ritus hic perpetuus erit filijs Israel, etiam apud posteros illorum. CAP. XXVIII.

[a] Vel, palas ut alij legunt, batilla.

Supra 20.d

B

Atrium tabernaculi.

C

D

Oleum lucernæ.

e 5

Digitized by Google

De uestibus sacerdotalibus, & consecratione sacerdotum.

A ET tu adhibe tibi Aharonem fratrẽ tuum, filiosq; eius cum eo, è medio filio
rum Israel, ut sacerdotio mihi fungatur Aharon, Nadab, Abihu, Eleazar at-
que Ithamar filij Aharonis. Et facies uestes sanctas Aharoni fratri tuo ad glo-
riam & decorem. Et tu loqueris ad omnes qui sapienti sunt corde, quos repleui
spiritu sapientiæ, ut uestes Aharoni faciant ad consecrandum se, & ut mihi sit sa-
cerdos. Hæ autem sunt uestes quas facient, pectorale, humerale, interula sinuo-
sior, & tunica stricta, tiara & zona: has sanctas uestes faciẽt Aharoni fratri tuo &
filijs eius, ut sacerdotio fungatur mihi. Et hi accipient aurum, & hyacinthinum
B [sericum,] & purpureum, & coccinum bis tinctum, et byssum. Humerale facient
ex auro, hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, atq; bysso torta ope-
re textorio polymito. Duo humeri sibi cohærentes erunt, adq; duas extremitates
committentur. Textura polymita limbi eius quæ est superne in eo, sit quemad-
modum opus eius, quin ex ipso sit, nempe ex auro, hyacinthino [serico,] purpu
reo, coccino bis tincto, & bysso torta. Accipies quoq; duos lapides Schoham, &
exculpes in eis nomina filiorum Israel, sex nomina illorum in lapide uno, & sex
nomina reliqua in lapide altero, secundum generationes illorum. Opere artifi-
cis, qui gemmas scalpit, & signa cælat, duos illos lapides exculpes, nominibus fi
liorum Israel, curabisq; ut aureis spintribus circundati includãtur. Ponesq; duas
illas gemmas in humeris Ephod, ut sint gemmæ monumenti pro filijs Israel.
C Aharon autem portabit nomina eorum coram DOMINO, in utroq; humero
suo ad monumentum. Facies & aurea spintra, & duas catenulas ex auro mun-
do, easq; in extremitatibus opere complicato facies, & inseres catenulas istas au-
reas complicatas spintribus fibulatis. Facies deinde pectorale iudicij opere texti
li polymito, quemadmodum opus humeralis, facies illud, nempe ex auro, hya-
cinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta, facies illud. Qua-
dratum erit & duplicatum, palmum habens in longitudine sua, & palmum in la
titudine sua, quod implebis gemmarum insitione, quatuor uidelicet ordinibus
gemmarum. Ordo Sardonychis, Topasij, & Smaragdi ordo unus. Secundus or
do Carbunculi, Sapphiri & Adamantis. In tertio ordine Lyncurius, Achates, &
Amethistus. In quarto ordine Hyacinthus, Onyx, & Iaspis, auro erunt inclusi pa
lis suis. Et gemmæ istæ erunt cum nominibus filiorum Israel, duodecim scilicet
pro nominibus illorum exculptæ, ut signa cælari solent, singulæ nominibus
D suis iuxta duodecim tribus. Facies quoq; pectorali catenulas complicato opere
ex auro mundo quæ sint in extremitate. Et ipsi pectorali facies duos annulos au
reos, & pones eosdẽ duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis. Et inse-
res duas aureas catenas cõplicatas in duos annulos qui sunt in extremitatibus pe
ctoralis. Et alias duas extremitates duarũ catenularũ cõplicatarũ inseres in duo
spintra fibulata, ponesq; in humeris Ephod è regione ipsius. Facies et duos alios
annulos aureos, quos pones in duabus extremitatibus pectoralis in oræ eius,
quæ est uersus Ephod intus. Et facies duos annulos aureos, & pones eos in duo
bus lateribus Ephod inferne è regione iuxta cõmissuras eius, supra texturam po
E lymitam ipsius Ephod. Cõnectentq; pectorale annulis suis ad annulos Ephod
fascia hyacinthina, ut sit supra texturam polymitam ipsius Ephod, & non se-
paretur pectorale ab ipso Ephod. Et gestabit Aharon nomina filiorum Israel
semper in pectorali iudicij super cor suum quum ingreditur sanctum pro mo-
numento coram DOMINO. Pones quoq; in pectorali iudicij Vrim & Thu-
mim, eruntq; super cor Aharonis quum ingreditur coram DOMINO, & gesta-
bit Aharon iudicium filiorum Israel super cor suum iugiter coram DOMINO.
Facies quoq; [a] interulã laxiorem ad Ephod, quæ sit tota hyacinthina. In summo
eius,

Ephod Ebraice, Græce Epomis, chlamys est humeralis.

Humerale.

Schoham ferè onychinos interpretantur.

Sap. 18. d

Ephod humerale.

Pectorale.

Ephod humerale.

Ephod est, quod aliàs humerale dixi.

Vrim, claritas, illustratio. Thumim, innocẽtia, integritas.

a Posset etiam dici, stola, poderis.

Digitized by Google

eius circa medium eius sit foramen, & circũ foramen limbus opere textorio fiat illi, quemadmodum limbus loricæ, ne dirumpatur. Et facies in fimbrijs eius [inferioribus] mala punica ex hyacinthino [serico,] purpureo, & coccino bis tincto, idq; per ambitum fimbriarum eius, & tintinnabula inter illa per ambitum. F
Eccli 45.b Tintinnabulum aureum, & malum punicum : tintinnabulũ aureum & malum punicum sit in fimbrijs interulæ laxioris per ambitum. Hac uestietur Aharon quum ministrat, ut audiatur sonus eius, quum ingreditur in sanctum in conspectum DOMINI, & quum egreditur, ut non moriatur. Facies & laminam ex auro mundo, & scalpes in ea cælaturas, ut solent sigilla [cælari,] sanctum DOMINO. Et pones illam super fasciã hyacinthinã, ut sit super tiara in anteriori parte tiaræ. Et hæc erit in fronte Aharonis, ut ferat Aharon iniquitatẽ consecratorum, quæ consecrant filij Israel cunctis donis suis sanctis, manebitq; iugiter in fronte eius pro reconciliatione eorũ corã DOMINO. Facies quoq; strictã tunicã byssinam, & tiarã byssinã, & zonã facies opere Phrygio. Et filijs Aharonis facies tunicas, facies & cincturas, et pileolos etiam facies eis, in gloriã & decus. Et uesties ijs Aharonẽ fratrẽ tuum, & filios eius cum eo, & unges eos, & implebis manus eorũ, & consecrabis eos, ut sacerdotio mihi fungantur. Facies quoq; illis femoralia linea, ut tegant carnẽ uerendorũ, quæ pertingant à lumbis usq; ad femora. Et ijs induentur Aharon & filij eius, quũ ueniũt in [b] tentorium constitutum: uel quum accedunt ad aram ad ministrandũ in sancto, ne ferant iniquitatem, & moriantur. Statutũ perpetuum hoc sit illi, & semini eius post ipsum. G

Alij intelligũt exculptum in ea fuisse sanctum nomen, יהוה

Impletio manuũ symbolum initiationis.

[b] Hb. Tentorij constitutionis.

XXIX.

Initiantur ara & sacerdotes.

Leuit.9.a ET hoc quoq; facies eis ad consecrandum eos, ut mihi sacerdotio fungantur, Tolle iuuencũ unum ex bubus, & arietes duos integros. Panes quoq; azymos, & placentas infermentatas oleo permixtas, et lagana infermentata oleo uncta: hæc facies ex similagine triticea, ponesq; ea in canistrum unum, & offeres ea in canistro, unà cum iuuenco & duobus arietibus. Aharonem uero & filios eius adduces ad ostium tentorij constitutionis, & aqua eos lauabis. Tollesq; uestes, et indues Aharonem tunicam strictam, & interulam laxiorem, Ephod & pectorale, & cinges eum textura quæ est in ipso Ephod. Pones etiam tiaram super caput eius, & coronam sanctam pones super tiaram. Accepto deinde oleo unctionis, fundes super caput eius, & unges eum. Deinde & filios eius adduces, & indues eos tunicis: cinges quoq; eos cinctura, Aharonem uidelicet & filios eius, & obuincies eos pileolis, eritq; eis sacerdotium in statutum perpetuũ. Implebis quoq; A
Leuit.1.b manum Aharonis, & manum filiorum eius. Post hæc † adduci facias iuuencum ante tentorium constitutionis, & admouebit Aharon & filij eius manus suas super caput iuuenci. Et mactabis iuuencum illum coram DOMINO, ad ostiũ tentorij cõstituti. Et tollẽs de sanguine iuuenci, pones super cornua aræ digito tuo, B
Leuit.3.a & omnem sanguinẽ fundes ad basim aræ. † Accipies quoq; uniuersum adipem qui obtegit [a] intestinum, & reticulum quod est circa epar, & duos renes, & adipem qui est super eos, & incẽdes super aram. Carnẽ uero iuuenci, & cutem eius, & fimum eius, extra castra igne combures, [b] peccatum est. Accipies deinde alterũ arietẽ, & Aharon atq; filij eius manus suas super caput arietis ponent. Et ubi arietem mactaueris, accipies de sanguine eius, & sparges per ambitum aræ, arietem autem ipsum incides iuxta incisiones suas, & lauabis intestinum eius, atq; crura eius, ponesq; ad incisiones eius, & ad caput eius. Deinde incendes totum arietem super aram, holocaustum hoc DOMINO, odor gratissimus & suaueolens, sacrificium igne confectum DOMINO. Alterum uero arietem tolles, & admouebit Aharon & filij eius manus suas super caput arietis illius, & mactato ariete, sumes de sanguine eius, ponesq; super auriculam molliorem auris Aharonis, C

[a] Quidam uentrem legunt.
[b] Peccatum, id est, sacrificium quo peccatum expiatur.

Digitized by Google

& super auriculam molliorem auris filiorum suorum dexteram, & super pollicem manus ipsorum dexterum, & super pollicem pedis eorum dexterum, & sparges sanguinem super aram per ambitum. Et accipies de sanguine qui est super aram, & de oleo unctionis, & sparges super Aharonem, & super uestes eius, et super filios eius, & super uestes filiorum eius cum ipso, & consecrabitur ipse, & uestimenta eius, atque filij eius, & uestimenta filiorũ eius cum eo. Tolles quoque adipem de ariete, & caudam, & adipem qui intestinum obtegit, & reticulum iecoris, & duos renes, & adipem qui circa ipsos est, & armũ dextrũ, est enim aries [c] impletionis. Sed & globum panis unum, placentam unam panis oleo permixtam, & laganum unum de canistro azymorum quod est coram DOMINO. Et omnia hæc pones super manus Aharonis, & super manus filiorum eius, & facias ea motari [o] Tenupha coram DOMINO. Et deinde tolles ea de manu illorum, & incendes super aram ad holocaustum, in odorem suaueolentem coram DOMINO, sacrificiũ igne confectum est DOMINO. Tolles etiam pectusculũ de ariete consecrationis Aharon, & motabis ipsum Tenupha coram DOMINO, eritque pars tua. Consecrabis itaque pectusculum Tenupha, & armum eleuationis, quod motum, & qui in altũ sublatus est, de ariete consecrationis, propter Aharonẽ & propter filios eius. Et erit Aharonis et filiorũ eius statuto perpetuo de filijs Israel, quoniam [e] Thruma est, Thruma inquam à filijs Israel, & à sacrificijs eorũ [f] pacificis, Thruma eorum DOMINO. Porrò uestes sanctæ quas habet Aharon, erunt filiorũ eius post ipsum, ut ungantur in eis, & impleant manũ suam in eis. Septẽ diebus induet eas sacerdos successor eius, qui est de filijs eius, quando uenerit ad tentorium constitutiõ, ut ministret in sancto. Tolles aũt arietem consecrationis, et coques carnẽ eius in loco sancto, comedetque Aharon & filij eius carnẽ arietis, & panes qui sunt in canistro iuxta ostiũ tentorij constitutionis. Vescentur inquam illis, eo quod propitiatio per ea facta sit, ad implendũ manus illorum, & ad consecrandum eos. Alienus autem non edet, quia sancta sunt. Si quid de carne cõsecrationis aut de panibus superfuerit usque mane, cõbures hoc residuum igne, non comedetur, quoniã sanctũ est. Sic facies Aharoni & filijs eius, iuxta omnia quæ præcepi tibi, septem diebus implebis manum illorum. Et [g] iuuencũ peccati facies per [h] singulos dies pro [i] expiationibus, & [k] expiabis aram, quũ super ea expiaueris, & unges eam, ut consecres eam. Septem diebus expiabis super ara, & cõsecrabis eam, eritque ara [l] sanctum sanctorum: quicũque tetigerit aram, [m] sacer esto. Hoc est autẽ quod facies super aram, duos agnos anniculos iugiter per singulos dies. Vnum agnum mane facies, & alterũ facies inter uesperas. [n] Decimã quoque [partem] similaginis mixtam oleo contuso, quartã partem Hin, & libamen uini quartam partem Hin ad agnum unum. Agnum autem alterum facies inter uesperas, quemadmodum sacrificium cibarium matutinum, & quemadmodũ libationẽ eius facies ei, ut sit odor suaueolens & sacrificium igne confectum DOMINO. Hoc holocaustum iuge sit etiam posteris uestris ad ostium tentorij constituti coram DOMINO, ubi conueniam uos ut tecum loquar. Illic paciscar cum filijs Israel, & consecrabitur [locus] in gloria mea. Et ego sanctum reddam tabernaculum constitutionis, & aram, sed & Aharonem atque filios eius consecrabo, ut mihi sacerdotio fungantur. Habitaboque in medio filiorum Israel, & ero deus illorum. Et scient quod ego sum DOMINVS deus eorum, qui eduxi eos è terra Aegypti, ut habitarem in medio illorum, Ego DOMINVS deus eorũ. XXX.

De ara in qua incendebantur odores, de censu capitum, de labro æneo, & consecratione olei & odorum.

A Ram quoque facies ad incendendum suffimentũ, de lignis Sitim facies eã. Cubitum habebit longitudo eius, cubitumque latitudo eius: quadrata erit cuius

[c] Impletionis, id est. cõsecrationis, initiationis.

[o] Tenupha sacrificiũ est, quod dextrorsum & sinistrorsum motatur aut uentilatur.

[e] Thruma uero genus est sacrificij, quod ab imis ad superna eleuatur, quod interpretamur eleuationẽ. Aliquando relinquimus Hebraicas uoces.

[f] Schlomim aliquando pacifica trãsfero, aliquando gratulatoria, aliquando salutaria. Sũt autem sacrificia, quibus pro rebus bene gestis & felicibus gratiæ aguntur.

[g] Iuuencus peccati, qui pro peccato immolatur.

[h] Hebr. Per diem.

[i] Vel, pro propitiatis.

[k] Eb Depeccabis.

[l] Sanctissima, sacrosancta, sanctiorque cæteris.

[m] Potest etiam legi, Quidquid aram contigerit, sanctum erit.

[n] Mensuræ nomẽ obmissum apud Hebræos.

Leuit. 8. f

Iuge sacrificium.

Digitized by Google

cuius altitudo duos habebit cubitos, cornuaq; eius ex ipsa erūt. Et obduces eam auro mundo, nempe tectum eius, parietes eius per ambitum, & cornua eius, & facies ei coronam auream per ambitum. Facies ei & duos annulos aureos sub corona, & facies in duobus angulis eius, in utroq; latere eius, ut sint loculi ipsis uectibus, ut eis ipsa gestetur. Facies autem uectes ex lignis Sitim, & obduces eos auro. Et pones eam [foris] ante uelum, quod est iuxta arcam testimonij, coram propitiatorio quod est super [a] testimonium, ubi tibi paciscar. Et Aharon adolebit super ea incensum aromatum singulis mane, quando scilicet instruxerit [b] lucernas, adolebit incensum. Similiter inter uesperas, quum promouet Aharon lucernas, adolebit ipsum, eritq; hoc suffimentum iuge coram DOMINO in posteritatibus uestris. Ne adferatis super eam incensum alienū, aut holocaustum, aut cibarium sacrificium, sed nec libamen fundetis super eam. Semel in anno expiabit B
Aharon super cornua eius, idq; per sanguinem hostiæ peccati, [quæ fit] pro his qui expiantur: semel inquam in anno expiabit super eam in posteritatibus uestris, [c] sacrosancta est DOMINO. Loquutusq; est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Quum [d] censum egeris secundum capita filiorū Israel, iuxta censum eorum, dabunt singuli expiationem animæ suæ DOMINO, quando eos cēsueris, ut non fit in eis plaga, quum ipsi censentur. Quicunq; ergo in censum uenit, hoc dabit, dimidium siclum iuxta siclum sanctuarij: siclus autem habet uiginti Gera, munus ergo DOMINO erit dimidius siclus. Quicunq; in censum transit, ab eo qui natus est uiginti annos, & supra, dabit [e] munus DOMINO. Qui diues est, nihil plus dabit: nec qui pauper est, minus dabit dimidio siclo, ad dandum munus DOMINO, ad expiandum animas uestras. Hanc expiatorum pecuniam à filijs Israel acceptam, tradas in cultum tentorij constitutionis, ut sit filijs Israel ad monumentum coram DOMINO, ut propitius sit animabus uestris. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, †Facies & labrum æneum & basim eius æneam C
ad lauandum, & pones ipsum inter tentorium constitutionis, & inter arā, & fundes in ipsum aquam, ut Aharon & filij eius manus suas & pedes suos ex eo lauent. Quando enim ingressuri sunt tentorium conuentionis, aqua se lauabunt, ne moriantur: aut cum accessuri sunt ad aram, ut ministrēt, & adoleant sacrificiū quod igne confit, lauabunt inquā manus suas & pedes suos, ne moriantur. Hic ritus perpetuus sit eis, tam Aharoni quàm semini eius per posteritates suas. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Sume tibi odoramēta præstantissima, myrrhæ sponte fluentis quingentos, cinamomi aromatici dimidium eius, nempe ducentos [f] quinquaginta, & calami aromatici ducentos quinquaginta, casiæ uero quingentos secundum siclum sanctuarij, & Hin olei de olea. Ex hoc conficies oleum unctionis sanctum, unguentum cōfectum opere unguentarij, eritq; oleum unctionis sanctæ. Vnges autem eodem tentoriū conuentionis, & arcam testimonij, & mensam, & omnia instrumenta eius, candelabrum & instrumenta eius, aram quoq; incensi: sed & aram holocausti, & omnia instrumenta eius, labrum & basim eius. Hæc inquam consecrabis, ut sint sacrosancta: quicunq; hæc contigerit, sacer esto. Vnges quoq; Aharonem & filios eius, et consecrabis eos, ut mihi sacerdotio fungantur. Ad filios uero Israel loqueris in hunc modum, Hoc D
oleum unctionis sanctæ meum erit per posteritates uestras, super carnem hominis non fundetur, nec talem cōpositionē facietis qualis hæc est, sancta enim est, & sancta uobis esto. Quicunq; tale confecerit, aut qui posuerit de hoc super alienū, excindetur è populo suo. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Sume tibi aromata, balsamum, ungulam [caballinā,] galbanū, aromata ista unà cum thure mundo, quodq; seorsim æqualiq; pondere sit. Ex ijs facies suffimentum, unguentum uidelicet opere unguentarij commixtum, mundum & sanctum. Et cōtundes ex

Bis repetitur in Hebræo.

[a] Testimonium pro arca testimonij ponitur.

[b] Lucernæ lampades sunt aut elychnia.

Leuit. 16. g
Heb. 9. a

[c] Sancta sanctorū est.

[d] Hebr. Quum receperis caput filiorum.

Siclus.
Leuit. 27. c
Num. 3. g
Ezec. 45. d

[e] Thruma hic donū aut munus significat quod domino separatur, ut sup. 25. cap.

Labrum æneum.
Exo. 40. d

Confectio olei sancti.

[f] Siclus ad singulas species uidetur esse referendus.

Confectio thimiamatis.

Digitized by Google

illo puluerem, ponesq́ ex eo coram testimonio in tentorio conuentionis, ubi ibi paciscar, sacrosanctum erit uobis. Et si suffimentum uultis uobis facere, talem cōmixtionem, qualis illa est, ne feceritis, sanctū enim DOMINO erit. Quicunq́ talem fecerit, ut eam olfaciat, excindetur è populo suo. CAP. XXXI.

De sanctuarij structoribus, de obseruatione sabbati, & lapideis tabulis.

A LOquutusq́ est DOMINVS ad Mosen, dicens, En ego nominatim uocaui Bezaleel filium Vri, filij Hur de tribu Iehuda, & impleui eum spiritu dei, sapientia, iudicio, peritia, & omni opere, ad texendum polymita, ad operādum in auro, argento & ære. In artificio quoq́ gemmas inserendi, & fabrefactione lignorum, ad operandum deniq́ in omni opere. Et ecce, adiunxi ei Ahaliab filiū Ahisamach ex tribu Dan, & in cor uniuscuiusq́, qui sapienti est corde, ego dedi

B sapientiam, ut faciant quæcunq́ præcepi tibi. Nempe, tentorium conuentionis, & arcam testificationis, & propitiatorium quod super illam est, & cuncta uasa tentorij. Sed & mensam & uasa eius, candelabrū mundum cum omnibus instrumentis suis, & aram incensi, & aram holocausti, & omnia instrumenta eius, labrum cum basi sua, & [a] uestimenta quibus quæ supersunt [inuoluuntur,] & uestimenta sancta pro Aharone sacerdote, & uestimēta sacerdotalia filiorum eius. Oleum quoq́ unctionis, & suffimentum aromaticum pro sanctuario, secundū

C omnia quæ præcepi tibi facient. Et dixit DOMINVS ad Mosen in hunc modum, Et tu loquere ad filios Israel hisce uerbis, Veruntamen sabbata mea obseruabitis, quoniam signum est inter me & inter uos in posteritates uestras, ut sciatis quod ego DOMINVS qui sanctos uos reddo. Obseruabitis igitur sabbatū, quoniam sanctum est uobis: prophanans ipsum, morte mulctetur. Quicūq́ enim

D opus in eo fecerit, excindetur anima illa è populo suo. Sex diebus fiet opus, die septimo sabbatum est, quies sancta DOMINO. Quicunq́ fecerit opus in sabbato, morte mulcetur. Obseruabunt igitur filij Israel sabbatum, ut faciant sabbatū per posteritates suas fœdere perpetuo. Inter me enim & inter filios Israel signum hoc est perpetuum, quoniam sex diebus fecit DOMINVS cœlum & terram, septimo autem die quieuit & refocillatus est. Dedit autem [DOMINVS] Mosi, posteaquam cessasset loqui cum eo in monte Sinai, duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito dei. CAP. XXXII.

a Quidam legunt, uestes ministerij.

Supra 20.b Ezec. 20.b Ezec. 20.b Exod. 20.b Gen. 1.d

Populus moram nectente Mose, murmurat, & grauissimum idololatriæ scelus designat fabricato & erecto iuuenco. Suppliciumq́ sumitur de sceleratis, ad radicem montis fractis tabulis.

A VIdens autem populus quod moram faceret Moses descendendi de monte, congregatus est populus ad Aharonē, & dixerūt ad eum, Surge, fac nobis deos qui nos præcedant, Mosi enim uiro isti, qui effecit ut nos ascēderemus è terra Aegypti, nescimus quid [a] acciderit. Et dixit Aharon ad eos, Abrumpite inaures aureas, quæ [pendent] in auribus uxorum uestrarum, filiorum uestrorum, & filiarum uestrarum, & adferte ad me. Abruperunt ergo populus inaures aureas omnes quæ pependerant in auribus suis, & attulerunt ad Aharonē. Qui sumens de manu illorum, finxit illud stilo, & fecit hoc ipsum, uitulum fusum. Et dixerūt,

B Isti sunt dij tui, ô Israel, qui effecerūt ut ascenderes à terra Aegypti. Quod uidens Aharon, extruxit aram coram eo. Et clamauit Aharon, & dixit, Cras erit festus dies DOMINO. Postero die summo mane consurgentes, immolauerunt holocausta, & adduxerunt gratulatoria. Et sedit populus ut manducaret & biberet, et surrexerunt ad ludendum. Loquutus est autem DOMINVS ad Mosen, Vade, descende, quoniam populus tuus quem adduxisti ex Aegypto, corrupit [uiam suam,] deflexerunt illico à uia quam præceperam eis, fecerunt sibi uitulū fusum, & adorarunt eum, atq́ sacrificarūt ei, dixeruntq́, Isti sunt dij tui, ô Israel, qui fecerunt te

a Ebr. Quid ei sit factum.

Vitulus aureus. Psal. 105.b Act 7.c 1. Cor. 10.b 3 Reg 12.g

Digitized by Google

runt te ascendere è terra Aegypti. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Vidi populũ istum, & en populus est præfractæ ceruicis: adquiesce ergo mihi, ut excandescat furor meus in eos, consumamq́ eos, te autem faciam in gentem magnã. Et [b] pre C catus est Moses coram DOMINO deo suo, et dixit, Cur excandesceret, ô DOMINE, furor tuus in populum tuum, quem eduxisti è terra Aegypti magna uirtute, & manu forti? Cur sic dicerent Aegyptij, Ad malum eduxit eos, nempe ut occideret eos in montibus, utq́ conficeret eos [c] è terra? Reuertere ab ira furoris tui, pœniteatq́ te mali huius contra populum tuum. Memineris Abrahæ, Isaac & Israelis seruorũ tuorum, quibus per temetipsum iurasti, & loquutus es ad eos, Augebo semen uestrum quemadmodum stellas cœli, & uniuersam terram hanc de qua dixi, dabo semini uestro, quam perpetua hæreditate possidebunt. Pœnituit D itaq́ DOMINVM mali, quod loquutus fuerat se facturum populo suo. Et uertens se Moses descendit de monte, habebatq́ duas tabulas testimonij in manu sua, quæ tabulæ scriptæ erant ab utraq́ facie. Erantq́ tabulæ illæ opus dei, & scriptum hoc fuit scriptum dei, sculptum in tabulis. Audiens autem Iehosua uocem populi cum iubilo, ait ad Mosen, Vox bellica est in castris. Et dixit, Vox hæc non est eorum qui respondeant fortiter, nec uox est eorum qui respondeant infirmiter, quin uocem cantantiũ uicissim audio. Quumq́ iam ad castra appropinquasset, uidit uitulum & choros. Et excanduit nasus Mosis, & abijciens tabulas è manu sua, eas infra ad montem confregit. Et tollens uitulũ quem fecerant, combus- E sit [eum] igne, & cõminuit eum in puluerem, & spargens in aquam, potũ dedit filijs Israel. Et ait Moses ad Aharonẽ, Quid fecit tibi populus ille, ut induceres super eum tam grande peccatum? Et respondit Aharon, Ne commoueat iram domino meo, tu nosti quod populus iste in molestia fuerit, dixerũt enim mihi, Fac nobis deos qui nos præcedãt, nescimus enim quid Mosi uiro isti, qui nos è terra Aegypti eduxit, acciderit: & dixi ad eos, Qui aurum habent, abrumpant, & dent mihi. Hoc abieci in ignem, exiuitq́ uitulus ille. Et uidit Moses populũ quod nu F datus esset, quodq́ Aharon nudasset eum ad ignominiã coram eis qui cõtra eos insurrecturi erant. Et stans Moses in porta castrorũ, ait, Qui DOMINI est, ad me [accedat.] Et congregati sunt ad eũ omnes filij Leui, quibus ait, Sic dicit DOMINVS deus Israel, Ponite quisq́ gladiũ suum super femur suum, transite & redite de porta ad portam in castris, & trucidet quisq́ fratrem suum, & quisq́ proximũ suum, quisq́ inquam propinquũ suum. Fecerunt autem filij Leui iuxta uerbum Mosis, & ciderunt eodem die è populo circiter tria millia uirorum. Et ait Moses, [d] Consecrate hodie manus uestras DOMINO, quisq́ in filio suo, & in fratre suo, ut detur uobis hodie fausta imprecatio. Postero die dixit Moses ad populũ, G Vos peccastis peccatũ magnũ, nunc igitur ascendã ad DOMINVM, si quo modo propitiari queã peccatũ uestrũ. Reuersus est igitur Moses ad DOMINVM, & ait, Obsecro, peccauit populus iste peccatũ grande, & fecerũt sibi deos aureos. Nunc igitur remitte peccatũ hoc eorum: aut si non uis [remittere,] expunge me quæso ex libro tuo quẽ scripsisti. Et respondit DOMINVS Mosi, Qui mihi peccauit, hunc expungam è libro meo. Vade igitur, duc populum ad eum [locum] de quo loquutus sum tecum, ecce angelus meus ibit ante te, in die autẽ uisitationis meæ uisitabo hoc eorũ peccatũ in eis. Et plagã intulit DOMINVS populo, quod fecissent uitulum, quem fecerat Aharon.

CAP. XXXIII.

Populus territus dolet, Moses extruit tabernaculum, loquitur dominus cum eo in nube.

ET loquutus est DOMINVS ad Mosen, Vade & ascende hinc, tu & popu- A lus, quem eduxisti è terra Aegypti, ad terrã (quam iuraui Abrahamo, Isaac & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. Et mittam ante te angelum, & eijciam

Psal. 105.b
Oratio Mosis pro populo.
Num. 14. c
Gen. 12.b 15.b.48.c
Tabulæ à deo scriptæ.
Obiurgat fratrem.
Idololatræ interficiuntur à leuitis.
Gen. 12.b Exod 23.c Ios. 24.c Deut. 7.c

b Ebr. Et infirmauit Moses faciem dei.
c Ebr. De superficie terræ.
d Eb. Implete manus uestras.

Digitized by Google

Chananæum, Amorræum, Hithæum, Pherisæum, Hiuæum atq; Iebusæum,) ad terram scilicet fluentem lacte & melle: ego enim non ascendam in medio tui, eo quod populus sis præfractæ ceruicis, ne fortè te in uia cõficiam. Audiens autem populus uerbum istud malum, luxerunt, nec ullus ornamentum suum sibi adhibuit. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Dic ad filios Israel, Vos estis populus duræ ceruicis, semel [a] subito irruam in medium tui, & conficiam te: pone igitur ornamentum tuum à te, ut sciam quid faciam tibi. Et spoliarũt se filij Israel ornamentis suis ad montem Horeb. Et Moses tollens tentorium, tetendit sibi extra castra
B procul à castris, & uocauit ipsum tentorium [b] conuentionis. Hinc factum est, ut quicunq; quærere uellet DOMINVM, exiret ad tentorium conuentionis, quod erat extra castra. Et hoc quoq; fiebat, quoties exiret Moses ad tentorium, surgebat uniuersus populus, stabantq; singuli ad ostium tentorij sui, & uiderunt post Mosen, donec tentorium esset ingressus. Quumq; ingressus esset Moses tentorium, descendit columna nubis, & stetit ad ostium tentorij, & loquutus est cum Mose. Et uidit cunctus populus columnam nubis stantem ad ostium tentorij, & surge-
C bat cunctus populus, proniq; incuruabant, quisq; in ostio tentorij sui. Loquebatur autem DOMINVS ad Mosen facie ad faciem, quemadmodũ quis cum amico suo loquitur. Cumq; rediret in castra, minister eius Iehosua filius Nun puer, non recedebat è tentorio. Et dixit Moses ad DOMINVM, Ecce tu dicis ad me, Duc populum istum, tu uero non ostendisti mihi quem missurus sis mecum: dixisti autẽ, Noui te ex nomine, sed & gratiam coram me nactus es. Si igitur hanc gratiam apud te impetraui, ostende quæso mihi uiam tuam ut te cognoscam, & ut gratiam coram te impetrem, & attende quod populus tuus gens ista sit. Et ait, [c] Facies mea ibit, & requiem tibi præstabo. Dixit ad eum, Si facies tua non ierit, ne ducas nos hinc: in quo enim cognoscetur nunc quod impetrarim coram te gratiam, ego & populus tuus? An non [tum] quum tu nobiscum ieris, tum scilicet eximij erimus cum ego tum populus, præ omnibus populis qui habitant in
D superficie terræ? Et ait DOMINVS ad Mosen, Et hoc quoq; faciam quod loquutus es, conciliasti enim tibi fauorem apud me, teq; ex nomine noui. Qui ait, Ostende mihi quæso gloriam tuam. Et respondit, Ego efficiam ut coram te trãseat omne bonum meum, & exclamabo nomen DOMINI coram te, & miserebor cuius miserebor, & uisceribus commouebor super quem uisceribus commouebor. Dixitq;, Nõ poteris uidere faciem meam, non [d] enim uidebit me homo, & uiuet. Et ait DOMINVS, Ecce locus est apud me, & statues te super petram. Quumq; gloria mea transierit, ponam te in fissuram petræ, & tegam manum meam super te, donec transiero. Et rursum auferam manum meam, tum tu post me uidebis, facies uero meæ non uidebuntur.

CAP. XXXIIII.

Alijs tabulis à domino acceptis, Moses ad populum reuertitur, qui fulgore uultus eius terretur.

A ET ait DOMINVS ad Mosen, Scalpe tibi duas tabulas lapideas priorũ instar, & scribã super eas tabulas uerba quæ fuerunt in tabulis prioribus quas fregisti. Esto ergo paratus mane, ut mane ascendas in montem Sinai, & stes mihi illic in cacumine montis. Nemo ascendat tecũ, nec ullus uideatur in toto monte, nec oues nec boues pascantur ad [a] montem istum. Scalpsit igitur duas tabulas lapideas instar priorum, & mane consurgens Moses, ascendit in montem Sinai, quemadmodum præceperat ei DOMINVS, tulitq; in manu sua duas tabulas lapideas. Et descendens DOMINVS per nubem, stetit ibidem cum eo, & exclamauit [b] nomen DOMINI. Et transiens DOMINVS coram eo, clamauit, DOMINVS, DOMINVS, [c] deus, misericors, beneficus, leni [d] animo, immensæ bonitatis ac ueritatis [aut fidei,] tenax bonitatis in mille, condonans iniquitatem, transgressionem

[illegible]

Marginal notes:

Supra 32.a

a Ebr. Vno momento.

b Constitutionis seu conuentionis tabernaculũ & tentorium appellatur, quod cõstituisset dominus cõuenissetq; cum Mose, se illic uisibili signo affuturũ responsaq; daturum.

Gratiam inuenire coram deo.

c Ebr. Facies meæ ibunt.

Optat uidere gloriam dei.

Rom. 9.c

d Alij sic exponunt, Non uidebit me homo dum uiuit: hoc est, Non dabitur homini in hac uita ut plene deum uideat. Et pro ut.

Totam naturam suam hisce uocibus exprimit deus, nam hic totus sermo dei est, non Mosis.

a Vel, è regione montis.

b Ebr. In nomine domini.

c Pro deus quidam legũt fortis: est enim El.

d Ebr. Longis naribus, uel patiens.

Psal. 142.a

Ierem. 32.c

Deut. 5.a

Digitized by Google

Psal. 142.a Iere. 32.c Deut. 5.a gressionem & peccatum: at impunita minime dimittens, uisitans iniquitatem patrum in filijs & nepotibus, in tertijs & quartis. Et festinans Moses inclinauit se terram uersus, & adorauit. Dixitq́; Sine quæso, ut hanc apud te gratiam impetrem, ô domine, ut dominus meus eat in medio nostri: & quandoquidem popu- B lus est præfractæ ceruicis, tu propitius fies iniquitati nostræ & peccato nostro, & in hæreditatem nos accipias. Qui dixit, Ecce ego excindam fœdus coram uniuerso populo tuo, faciã rara quædam, quæ creata nõ sunt in uniuersa terra, neq; in ulla natione, & uidebit omnis populus, in cuius medio tu es, opus DOMINI, nam terribile erit hoc quod faciam tecum. Obserua ergo tu quæcunq; ego tibi hodie præcipio, en ego eijcio ante te Amorrhæũ, Chananæum, Hithæum, Supra 27.d Deut. 7.a Pheresæum, Hiuæum & Iebusæum. †Caue ne ferias fœdus cum habitatore terræ ad quam tu uenis, ne forte cedat hoc in ruinã in medio tui. Quin aras eorum diruite, & statuas eorum confringite, atq; lucos eorũ succidite. Ne adores deum alienum, (quia DOMINVS indigne fert [iniurias,] nomen eius est deus indigne ferens [iniurias,]) ne forte, si fœdus ineas cũ habitatore terræ, illi post deos suos scortantes, & dijs suis sacrificantes, te quoq; uocent, comedasq́; de [e]sacrificio eorum: 3.Reg. 11.a †ducas insuper filijs tuis illorum filias, quæ post deos suos scortantes, filios quoq; tuos scortari faciant post deos suos. Deos fusos ne feceris tibi. C

Azymorũ solennitas. Azymorũ solennitatem custodies, septem diebus comedes placentas infermentatas, id quod tibi præcepi ad statum tempus, mensis scilicet Abib, nam in mẽse Abib egressus es ex Aegypto. De primogenitis. Supra 13.a 22.23. [f]Omne primogenitum meum est, & omne primogenitum pecus tuum masculum meum est, siue ex armento sit, siue ex grege. Asini autem primogenitum redimes pecude: si uero non redemeris, frãge ei ceruicem: omne quoq; primogenitum filiorum tuorum redimes. Coram me nemo appareat uacuus. Sabbatum. Sex diebus operaberis, septimo autem die quiesces, tam in semente q̃ in messe sabbatum ages. Festũ pentecostes & tabernaculorum. Solennitatem hebdomadũ facies tibi, quum præcoces fruges demetuntur, & solennitatem collectionis uertente anno. Ter in anno appareat omnis mas tuus ante conspectũ dominatoris DOMINI dei Israelis, quoniam eijciam gentes ante te, & dilatabo terminos tuos, ut nemo terram tuam desideret, quũ tu ter in anno ascendis, ut appareas coram DOMINO Sup. 23.c deo tuo. Non mactabis sanguinem uictimæ meæ cum fermẽto, neq; pernoctabit usq; mane mactatio solẽnitatis Passah. Supra 23.c Deut. 14.c Principium primitiuorum fructuum D terræ tuæ inferes in domum DOMINI dei tui. Ne coquas hœdum in lacte matris suæ. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Scribe tibi uerba ista, quoniam iuxta istorum uerborũ rationem sanciui fœdus tecum, & cum Israele. Fuit autem illic cum DOMINO quadraginta dies, & quadraginta noctes, nec panẽ edens, nec Verba decem. Deut. 4.b aquam bibens, [g]scripsitq́; super tabulas uerba fœderis, nempe decem uerba. Factumq́; est, quum descenderet Moses de monte Sinai, erant duæ tabulæ testimonij in manu Mosis, quum descẽderet [inquã] de monte. Moses autem nesciebat q; radios eiacularetur cutis faciei eius ex [h]colloquio diuino. Aharon uero & omnes filij Israel uiderunt Mosen, & ecce radios eiaculabatur cutis faciei eius, ut ad eum accedere formidarent. Et quum uocasset eos Moses, reuersi sunt ad eum Aharon & omnes primores qui erãt in cœtu, loquutusq́; est Moses ad eos. Deinde accesserunt quoq; omnes filij Israel, & præcepit eis cuncta quæ loquutus fuerat cum eo DOMINVS in monte Sinai. Quumq́; [i]cessasset loqui Moses cũ eis, Velamen super faciem Mosis. 2.Cor. 3.c posuit uelamen super faciem suam. Rursum quũ ingrederetur Moses in conspectum DOMINI, ut cum eo loqueretur, auferebat uelũ, donec egrederetur. Et egressus loquebatur cũ filijs Israel quæ iussus erat. Videbantq́; filij Israel faciem Mosis, q; radios eiacularetur cutis faciei Mosis, tum reduxit Moses uelamen super faciem suã, donec ingrederet ad loquendũ cum eo. CAP. XXXV.

[e] Ebr. De sacrificio eius.

[f] Eb. Quicqd uuluã aperit: seu, Omnis apertura uuluæ uel matricis.

[g] Dominus scripsit in tabulas, ut ab initio huius capitis patet.

[h] Eb. Quum loqueretur cum eo.

[i] Quidã sic, Quum Moses pergeret loqui cum eis.

Digitized by Google

Refricantur leges quaedam, & maxime quae ad structuram tabernaculi attinent definiuntur. Populus largiter contribuit, conducuntur structores tabernaculi, contracta materie.

A MOses coacto uniuerso coetu filiorum Israel, dixit ad eos, Haec sunt uerba quę praecepit DOMINVS, ut ea faciatis. †Sex diebus fiet opus, dies septimus sit uobis sanctus, sabbatū quietis est DOMINO: quicūque opus in eo fecerit, morte multet. Ne accendatis ignē in die sabbati in omnibus habitationibus uestris. Et ait Moses ad omnem coetū filiorum Israel, dicens, Hoc est uerbum quod praecepit DOMINVS deus, dicens, Capite ex uobis [a] Thruma DOMINO, quicūque cor suū ex munificētia [ad hanc] rem appulerit, is adferat Thruma DOMINO, nempe aurū, argentū atque aes, hyacinthinū [sericum,] purpureum, coccinum bis tinctum, byssum, & [pilos] caprarū. Pelles quoque arietum rubras, & pelles melium, unà cum lignis Sitim. Et oleū ad luminare, odoramenta ad oleum unctionis, & aromata ad suffitū. Lapides quoque Scholiam, & lapides qui includantur in Ephod, & in pectorali. Quicūque uero inter uos sunt corde sapienti, hi ueniāt, B & faciant quodcunque imperauit DOMINVS. Nempe tabernaculū, tentorium eius, operimentū eius, fibulas eius, asseres eius, uectes eius, columnas eius, & bases eius. Arcā quoque & uectes eius, & propitiatoriū, atque uelū obtentionis. Mensam & uectes eius, & omnia uasa eius, & panē faciem. Candelabrū luminaris, et instrumenta eius, & lampades eius, & oleum ad luminare. Arā incensi, & uectes eius, oleum unctionis, & aromata ad suffitū, uelum quoque ostij ad ingressum tabernaculi. Arā holocausti, & aereum reticulū quod habet, uectes eius, & omnia uasa eius. Labrū & basim eius. Tapetes atrij, columnas eius, & bases eius, & uelum in portā atrij. Clauos tabernaculi, & clauos atrij cum funibus eorum, & uestimenta quibus quae supersunt [inuoluūtur] ad ministeriū in sanctuario, & uestimenta sancta Aharoni sacerdoti, & uestimenta filiorū eius, ut sacerdotio fun-
C gantur. Et egressus est uniuersus coetus filiorum Israel à conspectu Mosis. Et uenit quisque quem cor suum ferebat, & quicunque spiritu fuit prompto ac uoluntario, & obtulerunt Thruma DOMINO ad opus tentorij cōstitutionis, & ad omne ministeriū eius, & pro uestibus sanctis. Et uenerunt uiri cū mulieribus, quicūque uoluntario erant corde, & obtulerūt fibulas, & inaures, annulos, & ornamēta: omnia illa instrumēta aurea erant, & quicunque motabat Tenupha auri DOMINO. Quicunque habebant hyacinthū, purpurā, coccum bis tinctū, byssum, & pilos caprinos, & pelles arietū rubras, & pelles melium, haec attulerunt. Quicunque in sublime tollebant Thruma argenti & aeris, obtulerūt Thruma DOMINO. Quicunque habebant ligna Sitim pro uniuerso opere ministerij, ea obtulerunt. Omnes quoque mulieres quę erant sapienti corde, manibus suis nebant, & quod nendo operatae erant, attulerunt: nempe hyacinthinū [sericum,] purpureū, coccinum bis tinctū, & byssum. Sed & omnes mulieres quas incitabat cor suum, neuerunt industrie pilos caprinos. Principes quoque attulerūt lapides Schoham, &
D gemmas inserendas in Ephod & pectorale. Odoramenta quoque, & oleum pro luminari, & pro oleo unctionis, & aromata ad suffitū. Omnis uir & mulier qui promptū cor habuerūt offerendi, pro cuncto opere, quod iusserat DOMINVS fieri per maū Mosis, offerebant filij Israel uoluntarium DOMINO. Et ait Moses ad filios Israel, Videte, DOMINVS ex nomine destinauit Bezaleel filiū Vri, filij Hur de tribu Iehuda. Et impleuit eum spiritu dei, sapientia, intelligētia, scientia & omni artificio. Qui polymitarius est artifex ad operandū in auro, & in argento, & in aere. Deinde artifex gemmarius, qui gemmas includit, in artificio quoque ligni, ut quodcunque opus ingeniosum fabrefaciat. Dedit insuper in cor eius ut docere possit, ipse & Ahaliab filius Ahimasach de tribu Dan. Impleuitque

cos

[a] Thruma uoluntarium & munificum donum, ut supra 25. capite.

Exod. 20. b. 23. b. 34. c

Prōptitudo offerentiū.

Exod. 31. a

Digitized by Google

eos sapientia cordis, ut facere possint omne opus fabrile polymitum, & Phrygium, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso, textorioque opere, factores omnium operum, & polymiti ingeniosi.

CAPVT XXXVI.

Populus liberaliter cõfert. Artifices et structores omnia faciũt iuxta præscriptũ dñi.

FEcit itaque Bezaleel & Ahaliab, & quicunque sapienti erant corde, quibus DOMINVS dedit sapientiã & iudicium, ut scirent facere omne opus pro cultu sanctuarij, atque omnia quæ præcepit DOMINVS. Et uocauit Moses Bezaleel & Ahaliab, & omnem uirũ qui industrio erat corde, quibus DOMINVS sapientiam in cor indidit, atque omnem eum qui sponte sua ad hoc ferebatur, ut accederet ad opus hoc perficiendũ. Acceperunt itaque à Mose omnẽ contributionem, quã contulerãt filij Israel ad opus ministerij sanctuarij, ut ipsum perficerent. Et illi quidẽ quotidie mane plura adhuc uoluntaria dona ad eum conferebant. Et uenerunt omnes sapientes, qui uniuersum opus sanctuarij faciebant, quisque ab opere suo cui faciẽdo insistebat, & loquuti sunt ad Mosen, dicẽtes, Populus plus adfert, quàm opus sit pro cultu & opere quod DOMINVS fieri præcepit. Præcepit ergo Moses, ut uoce [præconũ] per castra euulgari iuberent, in hanc sententiam, Nec uir nec mulier ultra quidquã doni adferat ad opus sanctuarij. Prohibitus itaque est populus, ne quid amplius adferret, nã satis erat materiæ ad uniuersum opus perficiendũ, ita ut superesset. Fecerũt itaque omnes qui sapienti erant corde, per hos qui faciebant opus tabernaculi, decem aulæa ex bysso torta, hyacinthino [serico,] purpureo, & coccino bis tincto, Cherubim fecit in eis opere polymito. Longitudo unius aulæi erat uigintiocto cubitorum, & latitudo aulæi unius quatuor cubitorum, eadem mensura erant omnia aulæa. Et consociauit quinque aulæa, unum ad alterũ: & rursus consociauit quinque aulæa, unum ad alterũ. Fecit etiam ansulas ex hyacintho in oris uniuscuiusque aulæi, ut extremis suis alterũ alteri cõsociaretur. Et fecit quinquaginta fibulas aureas, & coniũxit aulæa unum ad alterũ illis fibulis, factumque est tabernaculũ unum. Fecit & aulæa de pilis caprarum pro tentorio tabernaculi, undecim aulæa fecit. Longitudo unius aulæi habuit triginta cubitos, & latitudo unius aulæi habuit quatuor cubitos, eandẽ mensurã habebant undecim aulæa. Et consociauit quinque aulæa seorsim, & rursus sex seorsim. Fecit quoque ansulas quinquaginta unicuique aulæo in oris, ut extremis suis alterũ alteri consociaretur, excipientibus sese mutuo ansulis. Fecit deinde quinquaginta fibulas æneas, ad coniungendũ tentorium illud in unũ. Et fecit tegumentũ super illud tentorium ex pellibus arietum rubris, & tegumentum ex pellibus meliũ super illud. Fecit & asseres pro tabernaculo ex lignis Sitim, stantes. Decem cubitorum erat longitudo asseris, latitudo uero asseris cubiti unius & dimidij. Duos denticulos habebat unusquisque asser, qui incisi erãt alter è regione alterius: sic fecit omnibus asseribus tabernaculi. Fecit [inquã] asseres pro tabernaculo, nempe uiginti asseres uersus plagam meridionalem, & quadraginta bases argẽteas fecit sub uiginti asseres, duas bases sub unũ asserem pro duobus denticulis eius, & duas bases sub alio assere pro duobus denticulis eius. Alteri lateri tabernaculi, quod est ad angulũ aquilonarẽ, fecit uiginti asseres, & quadraginta bases argenteas, duas bases sub unoquoque assere. Ad latus uero tabernaculi occidentale fecit sex asseres. Et duos asseres fecit in angulis tabernaculi pro utroque latere, qui gemini erant infra, sic gemini erant in capite suo ad angulum unũ: sic fecit pro duobus illis, pro duobus [inquam] angularibus. Et fuerunt octo asseres, bases aũt eorum argenteæ sedecim erant, sub unoquoque assere duæ bases. Fecit & uectes ex lignis Sitim, quinque pro asseribus tabernaculi in latere uno: & quinque uectes pro asseribus tabernaculi in latere altero, & quinque uectes pro asseribus tabernaculi ad duo latera Occidentis. Fecit &

Marginalia: A — Thema. — Exod. 26. a — Aulæa. — B — Exo. 26. b — Ansulæ. — Asseres. — C — Exod. 26. c — Vectes. — D

Digitized by Google

uectem intermedium, qui per medium asserum [transiens,] contigneret à fine ad finem. Et asseres ipsos obduxit auro, eorumq; annulos fecit aureos, qui essent loculi ipsis uectibus, obduxitq; uectes auro. Fecit & uelũ ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta, Cherubim fecit in ipsis opere polymito. Fecit quoq; illi quatuor columnas de lignis Sitim, easq; auro obduxit: uncini autem earum aurei erant, & fudit pro eis quatuor bases argenteas. Fecit quoq; uelamen in ostium tabernaculi ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta opere Phrygio. Et columnas eius quinq; cum uncinis earum, obduxitq; capita illarum & ambitus illarum auro, bases autem earum erãt æneæ. Velamina.

CAP. XXXVII.

De *arca & propitiatorio*. De *Cherubim, mensa, candelabro, & cæteris.*

A FEcit quoq; Bezaleel arcã de lignis Sitim, longitudo eius fuit duorum cubitorum & dimidij, latitudo eius cubiti unius & dimidij: sic q̃q; altitudo eius cubiti & dimidij. Et obduxit eam auro mundo intus & foris, fecitq; illi coronã auream per ambitũ. Fudit pro ea quatuor annulos aureos pro quatuor angulis eius, duos uidelicet annulos pro uno eius latere, duos annulos pro altero eius latere. Fecit & uectes de lignis Sitim, & obduxit eos auro. Et inseruit uectes in annulos in lateribus arcæ ad gestandũ arcã. Fecit & propitiatoriũ de auro mundo, longitudo eius fuit duorum cubitorũ & dimidij, latitudo autem eius unius cubiti atq; dimidij. Fecit & duos Cherubim aureos, solidos fecit eos à duabus ex
B tremitatibus propitiatorij. Cherub unũ ab extremitate hac, & Cherub alterum ab extremitate ista: ex ipso propitiatorio fecit ipsos Cherubim, in extremitatibus scilicet eius. Et expandebant Cherubim alas superne, obtegentes alis suis propitiatoriũ: facies uero eorum erant, ut alter alterum respiceret, faciebus Cherubim ad propitiatoriũ uersis. Et fecit mensam ex lignis Sitim, longitudo eius erat duorum cubitorũ, latitudo eius unius cubiti, altitudo eius cubiti unius atq; dimidij. Et obduxit eam auro mundo, & fecit ei coronã auream per ambitum. Et fecit ei limbum palmariũ per ambitum, limbo autem addidit per ambitũ coronam auream. Et fudit quatuor annulos aureos, & posuit annulos illos ad quatuor angulos qui sunt in quatuor pedibus eius. Sub limbo erant annuli illi, loculi scilicet pro uectibus ad gestandũ mensam. Et fecit uectes de lignis Sitim, & obduxit eos auro ad gestandũ mensam. †Fecit & uasa pro ipsa mẽsa ex auro mũdo, nempe acetabula eius, cochlearia eius, dimidiatas fistulas eius, & instrumẽta quibus purgantur, quibusq; funditur. Fecit & candelabrũ ex auro mundo, solidũ (inquã) fecit candelabrũ, scapus eius, calami eius, calices eius, sphærulæ eius, & flores eius ex ipso erant. Sex calami prodibãt de lateribus eius, tres calami candelabri ex latere uno, & tres calami candelabri ex latere altero. Tres calices in formã amygdali in uno calamo, cũ sphærula & flore, & tres calices in amygdali formã in altero calamo cũ sphærula & flore: sic erat in sex calamis, qui ex ipso candelabro prodibant. Et in ipso candelabro quatuor erant calices formã amygdali habentes cũ sphærulis & floribus suis. Eratq; [semper] sub duobus [quibusq;] calamis, quæ ex ipso [candelabro] prodeunt, sphærula una: erant autẽ calamorum, qui ex ipso candelabro prodeunt, sex. Sphærulæ eorũ, & calami eorum ex ipso
D erant, totumq; ipsum [opus] unum erat solidũ ex auro mundo. Fecit & lampades septem cum emunctorijs eius, & uasis [in quibus emũcta excipiũtur,] ex auro mundo. Ex talento auri mundi fecit ipsum cum omnibus uasis eius. Fecit & aram suffitus ex lignis Sitim, lõgitudo eius erat unius cubiti, & latitudo eius cubiti unius: quadrata erat altitudo eius erat duorũ cubitorum, ex ipso quoq; prodibãt cornua eius. Et obduxit ipsam auro, tectum uidelicet eius, & parietes eius circunquaq;, atq; cornua eius. Et fecit ei coronam auream per ambitũ. Et fecit ei duos

Exod. 25, c

C Exod. 25, d

Digitized by Google

duos annulos aureos sub corona eius in duobus angulis eius, & in duobus lateribus eius, pro receptaculis uectium, ut gestaretur ipsis. Et fecit uectes ipsos ex lignis Sitim, obduxitque eos auro. Fecit & oleum unctionis sanctū, & suffimentum aromaticum mundum opere unguentarij. CAP. XXXVIII.

De ara holocausti, & absolutione sanctuarij.

Fecit quoque aram holocausti ex lignis Sitim, quinque cubitorum erat longitudo eius, & quinque cubitorū latitudo eius: quadrata erat: & trium cubitorum erat altitudo eius. Et fecit quatuor cornua eius in quatuor angulis eius: ex ipsa erant cornua eius, & obduxit eam aere. Fecit quoque omnia instrumenta arae, ollas, & scopas, & pelues sparsorias, & fuscinulas, & ignis receptacula: omnia instrumenta eius fecit aenea. Et arae fecit cancellulos aereos opere reticulato, sub ambitum arae inferne usque ad medium arae. Et fudit quatuor annulos ex aere ad quatuor extremitates reticulati operis, ut sint loculi uectiū. Et fecit uectes ex lignis Sitim, & obduxit eos aere, & inseruit uectes in annulos ad latera arae, ut ara illis gestetur, ex asseribus cauam eam fecit. Fecit & labrum aeneum, & basim eius aeneam cum speculis excubantium, quae ad ostium tentorij constitutionis excubabant. Atrium quoque fecit in angulo qui est uersus meridionalem plagam, & tapetes atrij erant ex bysso torta centum cubitorum. Columnae earū erant uiginti, & bases earum aeneae uiginti: uncini autem columnarum, & cincturae earum argenteae. Versus angulum aquilonarem [tapetes] centum cubitorum, columnae earum uiginti, & bases earum uiginti aereae: uncini columnarū, & cincturae earum erant ex argento. Ad angulum occidentalem erant tapetes quinquaginta cubitorū, columnae earum decem, & bases earum decem: uncini uero columnarum & cincturae earum erant ex argento. Ad angulū orientalem [tapetes] quinquaginta cubitorum. Erant autem tapetes quindecim cubitorum ad latus, columnae earum tres, & bases earum tres. Ex alio deinde latere hinc & hinc ad portam atrij tapetes quindecim cubitorū, cum columnis suis tribus, & basibus earum tribus. Omnes tapetes atrij per ambitum erant ex bysso torta. Bases uero columnarum aeneae erant, & uncini columnarum & cincturę earum argentea, capita uero earum obducta erant argento, & cingebantur cingulis argenteis omnes columnae atrij. Velū uero quod erat in porta atrij, erat opus Phrygium, ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta, habens uiginti cubitos in longitudine, & in altitudine ac latitudine quinque cubitos secūdum proportionem tapetium atrij. Columnae earum erant quatuor, & bases earum quatuor aeneae, uncini autem earum argentei, & obductio capitum earum atque cincturae earum ex argento. Omnes quoque claui tabernaculi & atrij per circuitum erant aenei. Haec est summa tabernaculi, tabernaculi inquā testimonij, quae ratione subducta est iuxta praeceptum Mosis, ministerium Leuitarum in manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis. Et Bezaleel quidem filius Vri filij Hur de tribu Iehuda, fecit quidquid DOMINVS praeceperat Mosi. Cum illo autē erat Ahaliab filius Ahisamach de tribu Dan, faber, & artifex, & acupictor, in hyacintho, purpura, cocco bis tincto & bysso. Omne aurū factum ad opus, in omni opere sanctuarij, & auri [quod datum fuit ad] Tenupha, fuit uigintinouem talenta, & septingenti triginta sicli, secundum siclum sanctuarij. Argenti uero quod ex censu coetus [collectum] erat centum talenta, mille septingenti & septuagintaquinque sicli, secundum siclum sanctuarij. Semissis pro capite, dimidium sicli iuxta siclum sanctuarij, pro omni eo qui transibat in numerum, ab eo qui natus erat uiginti annos, & supra, pro sexcentis millibus & tribus millibus, & quingentis quinquaginta. Et fuerunt centum talenta argenti ad fusionem basium sanctuarij, & basium ueli, ex centum inquam talentis centum ba-

Margin notes: A; Exod. 20. d; Labrum aeneum.; Atrium.; B; C; Supputatio pretij. Exod 30. b; D

ses, talentum pro base. Sed & mille septingentos, & septuagintaquinque uncinos fecit columnis, & obduxit capitella earum, & fecit cincturas earum. Aeris uero quod ad Tenupha [oblatum erat,] septuaginta taléta, & bis mille quadringenti sicli. Fecit autē ex eo bases ad ostium tentorij constitutionis, & aram æneam, & reticulum æneum pro ea cum omnibus instrumentis aræ. Sed & bases atrij per ambitū, & bases pro porta atrij, & omnes clauos tabernaculi, & omnes clauos atrij per circuitum. CAP. XXXIX.

De uestibus sacerdotalibus.

A DE hyacinthino uero [serico,] purpureo, & coccino bis tincto fecerunt uestes [a]inuolutionis quæ seruirent sanctuario. Fecerunt & uestes sanctas Aharoni, quemadmodū præceperat DOMINVS ipsi Mosi. Et fecit Ephod ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, et bysso torta. †Et diduxerūt bracteas aureas ut abscinderentur fasciæ, quę texebantur inter hyacinthū, purpurā, & coccum bis tinctū, & byssum, opere scilicet polymito. Humeros fecerūt ei cohærentes, ut ad duas extremitates eius cōmittantur. Textura polymita limbi eius quæ erat superne in eo, erat quemadmodū opus eius, quin ex ipso fuit, nempe ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & bysso torta, quemadmodū præceperat DOMINVS Mosi. Fecerunt quoque lapides Schoham, circūdatos aureis spintribus, scalptos cælaturis eius qui signa cælat, cū nominibus filiorum Israel. Et posuit eos in humeris Ephod, ut essent lapides monumēti pro filijs Israel, sicut præceperat DOMINVS Mosi. Fecit & pectorale opere textili polymito, quemadmodū opus humeralis, ex auro, hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta. Quadratū fuit, atque duplicatum fecerunt pectorale illud, cuius longitudo palmū habebat, & latitudo palmū, duplicatum. Et impleuerūt ipsum quatuor ordinibus gemmarum. Ordo Sardonychis, Topasij & Smaragdi ordo unus. Secundus ordo carbunculi, Sapphiri & Adamantis. In tertio ordine Lyncurius, Achates & Amethystus. In quarto ordine Hyacinthus, Onyx & Iaspis, circūdati palis aureis, [b]quibus erant inserti. Et gemmæ istæ erant cū nominibus filiorum Israel, nempe duodecim, pro nominibus illorum, exculptæ ut signa exculpi solent, singulæ nominibus suis iuxta duodecim tribus. Fecerunt quoque pectorali catenulas cōplicato opere ex auro mundo in extremitatibus. Fecerunt & duo spintra aurea, & duos annulos aureos, & posuerūt duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis, & inseruerunt duas aureas catenulas, cōplicatas in duobus annulis, in extremitatibus pectoralis. Sed & alias duas extremitates duarū [catenularū] complicatarum, inseruerunt in duo spintra fibulata, posueruntque ea in humeros Ephod è regione ipsius. Fecerūt & duos annulos aureos, quos posuerunt iuxta duas extremitates pectoralis, ad limbū eius, è regione Ephod intrinsecus. Feceruntque duos annulos aureos, quos posuerunt in duobus humeris Ephod inferne, è regione iuxta cōmissuras eius, supra texturam polymitam ipsius Ephod. Et consociarūt pectorale annulis suis ad annulos Ephod fascia hyacinthina, ut esset supra texturā polymitam ipsius Ephod, ut nō separetur pectorale ab ipso Ephod, quemadmodū DOMINVS pręceperat Mosi. Ad Ephod fecit interulā laxiorem opere textili, quæ fuit tota hyacinthina. Et foramen erat in medio interulæ, instar foraminis loricæ, & circa foramen limbus per ambitū, ne dirumperetur. Feceruntque in fimbrijs interulæ mala punica ex hyacinthino [serico,] purpureo, coccino bis tincto, & bysso torta. Fecerūt & tintinabula ex auro mundo, posueruntque tintinabula inter mala punica in fimbrijs interulæ per ambitū, inter mala punica. Tintinabulū & malū punicū, [& rursus] tintinabulum & malum punicū in fimbrijs interulæ per ambitū ad ministrandū, quemadmodum pręceperat DOMINVS Mosi. Fecerūt quoque tunicas byssinas opere textili

pro

Margin notes: B (at "rat DOMINVS Mosi"); C (at "unus. Secundus"); D (at "humeros Ephod"); E (at "co,] purpureo").

[a] Quidam dicūt ministerij: posset etiam dici inuolucra.

[b] Eb. In impletionibus suis.

Ephod. Exod. 28. Pectorale. Laxior tunica.

Digitized by Google

pro Aharone & filijs suis. Et tiaram byssinā, & pileolos byssinos decoros, & femoralia linea ex torta bysso. Et zonā ex bysso torta, hyacinthino [serico,] purpureo, & coccino bis tincto opere Phrygio, quemadmodū DOMINVS Mosi praeceperat. Et fecerunt laminā coronam sanctā ex auro mundo, & scripserūt super eam scripturā, ut signa caelari [solent,] Sanctū DOMINO. Et adhibuerūt ei fasciā hyacinthinam, qua alligaretur tiarae sursum, quemadmodū DOMINVS Mosi praeceperat. Absolutū est itaq; uniuersum opus tabernaculi tentorijq; constitutionis, & fecerunt filij Israel iuxta omnia quae praeceperat DOMINVS Mosi, sic fecerūt. Et attulerunt tabernaculū ad Mosen, tentoriū & omnia instrumenta eius, fibulas eius, & asseres eius, & uectes eius, et columnas eius, & bases eius. Et tegumentū ex pellibus arietinis rubris, & tegumentū ex pellibus meliū, & uelum obtentionis. Arcam testimonij, & uectes eius, atq; propitiatoriū. Et mēsam omniaq; eius instrumenta, & panē facierum. Luminare mundū, lampades eius, lampades dispositas, & omnia instrumēta eius, & oleum ad luminare. Et aram auream, & oleum unctionis, & suffimentū aromaticum, & uelum ad ostiū tentorij. Aram quoq; aeneam, & reticulū eius aeneum, uectes eius, & omnia instrumenta eius, labrū & basim eius. Tapetes atrij, & columnas eius, & bases eius. Et uelum pro porta atrij, & clauos eius, atq; funes eius, sed & cuncta instrumenta cultus tabernaculi ad tentoriū constitutionis. [c]Vestes quibus inuoluuntur res quae pertinent ad ministeriū sanctuarij, uestes sanctas pro Aharone sacerdote, & uestes filiorū eius, in quibus sacerdotio fungerentur. Iuxta omnia quae praeceperat DOMINVS Mosi, sic fecerunt filij Israel pro uniuerso ministerio. Et uidit Moses uniuersum opus, & ecce absoluerant hoc, sicut praeceperat DOMINVS sic inquam fecerant. Et [b]laudauit eos Moses.

Margin: Lamin &c. (left); B; G (right); [c] Alij dicūt, Vestes ministerij. [b] Eb. Benedixit eos Moses.

CAP. XL.

Erigitur tabernaculum à Mose, & disponuntur omnia ordine pulcherrimo.

LOquutusq; est DOMINVS ad Mosen, dicens, In die mensis primi, in primo mensis, eriges tabernaculū tentorij constitutionis. Et pones in eo arcam testimonij, & obteges arcā uelo. Inferasq; mēsam, & ordinabis eam iuxta dispositionem suam: inferes & candelabrū, & in [a]sublime collocabis lampades eius. Pones deinde arā auream incensi corā arca testimonij, & pones uelū ad ostium tabernaculi. Arā uero holocausti pones ante ostium tabernaculi tentorij constitutionis. Labrū ipsum pones inter tabernaculū constitutionis, & inter aram, & pones illuc aquas. Pones & atriū per circuitum, & expandes uelū ad portā atrij. Tolles & oleum unctionis, & unges tabernaculū, & quidquid in eo est, & consecrabis illud cum uniuersis instrumentis suis, ut sit sanctū. Vnges & aram holocausti, atq; omnia instrumenta eius, & consecrabis aram, ut sit ara sacrosancta. Vnges & labrū atq; basim eius, & consecrabis ipsum. Et adduces Aharonem & filios eius ad ostium tentorij constitutionis, & lauabis eos aqua. Indues quoq; Aharoni uestes sanctas, & unges eum, cōsecrabisq; eum, ut sacerdotio mihi fungatur. Sed & filios eius adduces, & indues eos tunicis. Et unges eos quemadmodum unxisti patrem eorū, ut sacerdotio mihi fungātur: futurū enim est, ut sit illis unctio eorū in sacerdotium perpetuum in posteritatibus suis. Fecit autem Moses iuxta omnia quae praecepit ei DOMINVS, sic inquam fecit. Et factū est mense primo, anno secundo, primo mensis erectū est tabernaculum. †Erexit autem Moses tabernaculum illud, ponens bases eius, & ponens asseres eius, & ponens uectes eius, & erigēs columnas eius. Extenditq; tentoriū super tabernaculum, & posuit tegumentū tentorij super illud superne, sicut praeceperat DOMINVS Mosi. Tulit quoq; testimoniū, & reposuit illud in arcam, addiditq; uectes arcae, & posuit propitiatoriū super arcam. Et inferens arcam in tabernaculum, obtendit uelum obtentionis, operiens eo arcā testimonij, quemadmodum prae-

Margin: A; [a] Alij, & accendes.; Exod. 30. c; B; Exod. 29. a; Num. 7. a

Digitized by Google

C ceperat DOMINVS Mosi. Posuit & mensam intra tentorium cõstitutionis ad latus tabernaculi septẽtrionale, extra tamen uelum. Et disposuit super eam ordinem panis in conspectu DOMINI, sicut praeceperat DOMINVS Mosi. Posuit & candelabrũ in tentoriũ constitutionis, è regione mensae, ad latus tabernaculi meridionale. Erexit & lampades corã DOMINO, quemadmodũ DOMINVS ipsi Mosi praeceperat. Et aram auream posuit in tentoriũ constitutionis ante uelum. Et adoleuit super ea suffimentũ aromaticum, quemadmodum praeceperat DOMINVS Mosi. Suspẽdit & uelamen ad ostiũ tabernaculi. Et aram holocausti posuit ad ostium tabernaculi tentorij cõstitutionis, & sacrificauit super ipsam holocaustũ, & cibarium sacrificiũ, quemadmodũ praeceperat DOMINVS Mosi. Posuit & labrũ inter tentorium constitutionis, & inter aram, & immisit in il-
D lud aquã ad lauandum. Et lauerunt ex eo Moses, & Aharon & filij eius manus suas & pedes suos quum introirẽt in tentoriũ constitutionis, & quum appropinquarent ad aram, lauerunt, sicut DOMINVS Mosi praeceperat. Erexit quoque atrium per circuitum tabernaculi & arae, & posuit uelamen ad portã atrij, & absoluit Moses opus illud. Et nubes obtexit tentoriũ constitutionis, & gloria DOMINI impleuit tabernaculum. Et Moses non potuit introire in tentorium constitutionis, eo ꝙ nubes habitaret super ipsum, & ꝙ gloria DOMINI impleret tabernaculum. Quumq́ nubes in altum tolleretur à tabernaculo, proficiscebãtur filij Israel per cunctas profectiones suas. Quando uero nubes non tolleretur in altum, non proficiscebantur, usq; ad diem quo sustolleretur. Nam nubes DOMINI erat super tabernaculum interdiu, & ignis erat in eo noctu coram oculis uniuersae domus Israel, in omnibus profectionibus suis.

3. Reg 8.b Num. 9.c Ezech. 9.a

Liber Leuiticus, Hebraice Vaicra.

CAPVT I.

De ritu holocaustorum quae fiunt uel de armento uel de grege.

A VOCAVIT autem Mosen, & loquutus est DOMINVS ad eum è tentorio cõstitutionis in hanc sententiam: Loquere ad filios Israel, & dic ad eos, Si quispiam ex uobis adduxerit sacrificiũ DOMINO, ex animalibus his, nempe de bobus & ouibus, adducetis sacrificia uestra. Si holocaustum fuerit sacrificiũ eius ex armento, adferat [uitulum] marem integrũ, & adducat eum ad ostium tentorij constitutionis, ut acceptus sit ipse coram DOMINO. Et admouebit manũ suam super caput holo-
B causti, & acceptum erit pro eo, ut expiatio pro eo fiat. Et [a]mactabit uitulum coram DOMINO, & adducent filij Aharonis sacerdotes sanguinem, spargentq́ illum super aram per ambitum, quae [ara] est ad ostium tentorij constitutionis. Deinde detracta pelle, incidat holocaustum iuxta incisiones suas. Ponentq́ filij Aharonis sacerdotis ignem super arã, & struent ligna super ignem. Et cõstruant filij Aharõis sacerdotes incisiones, caput uidelicet & [b]exta super ligna, quae sunt in ara super ignem. Ventrem autem eius & crura eius aqua lauabit, & incendet sacerdos omnia in ara holocausti, sacrificium hoc igne confectum, odor suaueo-
C lens DOMINO. Si uero de grege fuerit sacrificium eius, de ouibus scilicet aut capris holocaustum, adducat marem integrum. Et mactet ipsum ad latus aquilonare ipsius arae coram DOMINO, sparganto filij Aharonis sacerdotes sangui-

Ola. Holocaustum ex armento aut bobus. Exod. 29.b

Holocaustum ex gregibus.

[a] Mactabit, scilicet Leuita aut sacerdos.

[b] Quidam pro exta truncum legunt.

sanguinem eius super aram per circuitum. Et incidant ipsum incisionibus suis, nempe caput suũ & exta, construetq́ sacerdos ea super ligna quæ sunt in ara super ignẽ. Ventrẽ uero & crura aqua lauabit, & adducet sacerdos uniuersa, & incendet in ara holocaustũ, sacrificiũ hoc igne confectũ odor suaueolens DOMI- D

Holocaustũ ex auibus. NO. Si uero holocaustũ quis DOMINO offerre uoluerit ex auibus, adducat de turturibus aut pullis columbarũ sacrificiũ suum. Sacerdos adferet ipsum ad aram, contorquebitq́ caput eius, & incendet in ara, sanguis uero eius iuxta parietẽ aræ guttatim effundatur. Et tollet uentriculũ eius cum pluma, & proijciat eam iuxta aram ad Orientem, ad locũ cineris. Et findet ipsum cum alis suis, sed non separet, incendetq́ ipsum sacerdos in ara super ligna quæ sunt super ignẽ, ut sit holocaustum igne confectum odor suaueolens DOMINO. CAP. II.

De cibarijs sacrificijs.

Minha. Sacrificiũ cibarium, uel Mola. ANima quæ DOMINO cibarium sacrificiũ offerre uoluerit, sit eius oblatio A de similagine. Et fundat super eam oleum, & ponat super eam thus. Adferatq́ eam ad filios Aharon sacerdotes, & apprehendat inde uolam suam plenam de simila eius, & de oleo eius, cum uniuerso thure eius, & incendet sacerdos monumentum eius super aram, sacrificiũ hoc igne confit in odorem suaueolentem

Eccli 7.d DOMINO. Residuum uero illius cibarij sacrificij erit Aharonis & filiorũ eius, sacrosanctum de sacrificijs DOMINI. Et si attuleris oblationẽ, cibarium scilicet sacrificium ex ijs quæ in fornace coquũtur, sit placenta similaginea, azyma oleo conspersa, & lagana infermentata deuncta oleo. Si uero munus tuum oblatum B fuerit de sartagine, erit simila infermentata oleo subacta. Comminues autẽ eam minutim, & fundes super eam oleum, sacrificium cibarium est hoc. Si sacrificiũ cibarium, quod adfers, est de frixorio, fiat de similagine cum oleo. Et inferes sacrificium hoc cibariũ, quod factum est ex illis, ad DOMINVM, & adferes illud sacerdoti, ut adducat illud ad arã. Et sacerdos tollat separatim de sacrificio isto cibario monumentũ eius, & adolebit [illud] in ara, ut sit sacrificium igne confectũ ad odorem suaueolentem DOMINO. Et quod residuum fuerit de sacrificio isto C cibario, erit Aharonis & filiorum eius, sacrosanctum est de sacrificijs quæ igne

Infermentata sint sacrificia. fiunt DOMINO. Omne donũ quod DOMINO adfertis, infermentatũ sit, nullum enim fermentum nullumq́ mel incendere debetis in sacrificijs DOMINI quæ igne fiunt. Ex primitiuis quidem [fructibus] adferetis munus DOMINO,

Sale condita. Matth. 5.b Marc. 9.c Col. 4.a super aram uero non ascendent ad odorem suaueolentem. Omne munus sacrificij tui cibarij sale condias, ne unquã desit sal fœderis dei tui in cibarijs tuis sacrificijs, sed in omni munere tuo sal adhibebis. Si uolueris sacrificiũ cibarium ad- D ferre DOMINO ex primitijs, adferas cibarium sacrificiũ è primitijs tuis, nempe fruges maturescentes [a] igne tostas, quas profudit fertilissimus ager. Ponas etiam super illud oleum & thus: sacrificiũ hoc cibariũ. Et sacerdos adolebit monumentum eius, [nempe] illius [b] profusionis, & illius olei, unà cum uniuerso thure, sacrificium hoc quod igne confit DOMINO. CAP. III.

[a] Alij sic legunt, Fruges maturescentes igne tostas, spicas in quam in far cõtusas.
[b] Eb. Illius contusionis.

De uictimis, & gratulatorijs aut salutaribus sacrificijs.

SI uero sacrificium eius fuerit sacrificium [a] gratiarũactionis, attuleritq́ illud A de armento marem aut fœminam, integrum adferat coram DOMINO. Et ponet manum suam super caput sacrificij sui, iugulabitq́ illud ad ostium tentorij constitutionis, & spargent filij Aharonis sacerdotes sanguinẽ super aram per ambitũ. Et offeret de sacrificio gratulatorio, quod igne confiat DOMINO, nem

Exod. 29.b pe adipem qui operit uentrem, & omnem † pinguedinem quæ est circa uentrẽ. Et duos renes, & adipem qui est circũ eos, et super omentũ iliorũ, et reticulũ quod est super iecur, unà cum renibus tollet. Et incendẽt illud filij Aharonis in ara [b] super holocausto, quod est super ligna, ut fiat sacrificium igne DOMINO ad odo B

[a] Schelamim hostiæ sunt quæ offeruntur rebus bene gestis, gratulatoriæ, & pro gratiarumactione, salutares, pacificæ, &c. repensionum.
[b] Alij legũt, cum holocausto.

Digitized by Google

rem ſuaueolentem. Si uero de grege fuerit munus eius ad ſacrificium gratulato
rium DOMINO, offerat marem aut fœminam, ſed integrum. Vt ſi ouem attule-
rit pro ſacrificio, adducat illam in conſpectū DOMINI. Deinde ponat manum
ſuam ſuper caput ſacrificij ſui, & mactet ipſum ante tentoriū conſtitutionis, ſpar
C gantq́; filij Aharonis ſanguinem eius ſuper aram per circuitum. Et ſacrificet de
uictima gratulatoria ſacrificium, quod igne conſit DOMINO, nempe adipem
eius, integram caudam, quæ iuncta eſt ſpinæ dorſi, [c] tollet, adipem quoq; qui ob
tegit uentrem, & omnē adipem qui eſt ſuper inteſtina. Duos quoq; renes, & adi
pem qui eſt circa eos, & ſuper abdomen iliorum, & reticulum quod eſt ſuper ie-
cur, cum renibus [d] tollet. Sacerdosq́; illud incendet in ara, ut ſit cibarium ſacrifi-
cium igne confectum DOMINO. Si aūt capra fuerit munus eius, adducat hanc
in conſpectum DOMINI, & imponat manū ſuam ſuper caput eius, mactabitq́;
illam ante tentorium conſtitutionis, & ſpargant filij Aharonis ſanguinem eius
ſuper aram per circuitum. Et offeret de illo ſacrificiū ſuum, ſacrificiū, quod igne
conſit, DOMINO, nempe adipem qui obtegit uentrem, & omnem adipem qui
eſt ſuper uentrem. Et duos renes, & adipem qui eſt ſuper eos, & ſuper ilijs, & reti
culum ſuper iecur, unà cum renibus tollet. Et adolebit ea ſacerdos in ara, cibariū
ſacrificium quod igne cōſit, ut ſit ad odorem ſuaueolentem DOMINO omnis
†adeps. Ritus hic perpetuus ſit ad poſteros ueſtros, per cunctas habitationes ue- Leuit.7.c
ſtras, ut nullum adipem nullumq́; ſanguinem edatis. CAP. IIII. Gen.9.a

De ſacrificio pro peccatis, quod ſacerdos ſacrificat pro omni cœtu uel pro priuatis.

A ET loquutus eſt DOMINVS ad Moſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael in
hanc ſententiam, Anima ſi peccauerit per [a] errorem in cunctis prohibitioni
bus DOMINI, quæ fieri non debebāt, ipſe uero unum ex illis fecerit. Vt ſi ſacer-
dos [b] inunctus peccauerit ad delictū populi, adducat pro peccato ſuo quod pec-
cauit, iuuencum ex bubus integrum DOMINO ad ſacrificium pro peccato. Et
adducat iuuencum illum ad oſtium tentorij conſtitutionis in conſpectū DOMI
NI, ponetq́; ſuper caput iuuenci manū ſuam, & mactet iuuencū coram DOMI-
NO. †Et ſacerdos unctus capiat de ſanguine iuuenci, & inferat eum in tentoriū Leuit.9.b
conſtitutionis. Intingatq́; ſacerdos digitū ſuum in ſanguinem, & ſpargat de illo
B ſanguine ſepties coram DOMINO ante uelum ſanctuarij. Ponetq́; ſacerdos de
iſto ſanguine ſuper cornua aræ incenſi aromatici coram DOMINO, quæ ara eſt
in tentorio conſtitutionis, & cunctum ſanguinem iuuenci, fundet ad baſim aræ
holocauſti, quod eſt ad oſtium tentorij conſtitutionis. Et omnē adipem iuuenci,
qui eſt ſacrificium pro peccato, tollendo ſeparabit ex eo, nempe adipem qui obte
git uentrem, & omnē adipem qui eſt circa inteſtinum. Sed & duos renes, & adi-
pem qui eſt ſuper eos, & ſuper ilia, & reticulum iecoris cum renibus tollet, quem
admodū ſeparando tollitur in boue qui ſit pro ſacrificio gratulatorio. Et incen-
C det ea ſacerdos in ara holocauſti. †Pellem uero iuuenci, & omnē carnē eius, cum Exod.29.b
capite eius, & cruribus eius, & cum inteſtinis eius, & ſimo eius. [Breuiter,] totum Num.19.a
iuuencum extra caſtra efferet, ad locum mundū ubi cineres effunduntur, & com
buret illū ibi ſuper ligna in igne, iuxta locum ubi cineres effunduntur, combure-
tur. Quod ſi totus cœtus Iſrael errore peccauerit, res uero hæc cœtū latuerit, & fe- Leuit 9.c
cerint quidpiā ex omnibus prohibitionibus DOMINI, quæ facere nō debebāt, Num.15.c
atq; deliquerint, quū notum fuerit factū peccatum quod peccarunt, adducet cœ-
tus iuuencū ex bubus pro peccato, & adducent illū ante tentoriū conſtitutionis.
Et ſeniores cœtus admouebunt manus ſuas ſuper caput iuuenci coram DOMI-
D NO, & mactabitur iuuencus in cōſpectu DOMINI. Inferetq́; ſacerdos unctus
de ſanguine iuuenci ad tentorium conſtitutionis. Et intinget ſacerdos digitum
ſuum in ſanguinē, & ſparget ſepties corā DOMINO ante uelum. Ponat deinde
de ſan-

[c] Eb. Tollet eam.

[d] Eb. Tollet ea, ea omnia abundant Latinis, quum interim illis demptis, ſenſui nihil decedat.

[a] Schagag, peccatū eſt, in quod ex incogitantia, imprudentia & errore, impellente ſcilicet affectuum mole ac impetu, animus perplexus præcipitatur, quo minus rationis ac ſpiritus iudicium audiat.

[b] Vnctū ſacerdotem pro ſummo intelligunt.

Digitized by Google

de sanguine illo super cornua aræ, quæ est in conspectu DOMINI in tentorio constitutionis, & totum sanguinē fundet ad basim aræ holocausti, quæ est ante ostium tentorij constitutionis. Et cunctum adipē separando tollet ab eo, & incendet super ara. Facietq; cum iuuenco isto, quemadmodum fecit cum iuuenco pro peccatis: sic inquam faciet cum isto, & expiabit pro eis sacerdos, & propitiabitur ipsis. Efferet autē iuuencū istum extra castra, & cōburet eum, sicut cōbussit iuuencum primum, [c]peccatū est cœtus. Si princeps peccauerit per errorem, ac deliquerit, & fecerit quidpiam ex omnibus prohibitionibus DOMINI dei sui, quas facere non debebat, si illi constiterit de peccato suo quod commisit, adferat munus suum, nempe hircum caprarum marem integrum. Et applicet manum suam super caput hirci, mactabitq; eum in loco ubi mactari solet holocaustū in cōspectu DOMINI, [d]Peccatum enim est. Tolletq; sacerdos de sanguine sacrificij quod fit pro peccato digito suo, & ponat super cornua aræ holocausti, & sanguinē eius fundet ad basim aræ holocausti. Totum autē adipē eius adolebit in ara instar adipis sacrificij gratulatorij. Et expiabit pro eo sacerdos, ut à peccato suo [liberetur,] & propitiabitur ei. Et si anima aliqua peccauerit per errorem è populo terræ, feceritq; unum ex prohibitionibus DOMINI, quas facere nō debebat, atq; sic deliquerit. Si innotuerit ei peccatū suum quod peccauit, adducet munus suum hircum caprarum integrum, aut capram pro peccato suo quod peccauit. Et admoueat manū suam super caput [e] peccati, & mactet peccatū in eo loco ubi holocausta mactari solent. Tunc accipiet sacerdos de sanguine eius digito suo, & ponat super cornua aræ holocausti, & omnē sanguinē eius effundet ad basim aræ. Separandoq; tollet omnē eius adipem, quemadmodū separando tollitur de sacrificio gratulatorio, & incendat sacerdos super ara, ut sit odor suaueolens DOMINO, & expiet pro eo sacerdos, & propitiabitur ei. Et si ouē adduxerit pro sacrificio peccati sui, adducat fœmellam integrā. Ponetq; manū suam super caput sacrificij pro peccatis, & iugulabit eam in hostiā pro peccato in loco ubi mactantur holocausta. Et tollet sacerdos digito suo de sanguine hostię pro peccato, ponetq; super cornua aræ holocausti, & cunctū sanguinē fundet ad basim aræ. Et uniuersum adipem eius tollet, quemadmodū tollitur adeps ab oue in sacrificio gratulatorio, & incendet sacerdos ea in ara, ut fiat DOMINO sacrificiū igne confectū, expiabitq; sacerdos illū à peccato suo quod cōmisit, & remittetur ei.

E [c]Peccatū, id est, sacrificium pro peccato.

[d]Peccatum, id est, sacrificiū ꝑ peccato.

F

[e]Peccatum, id est hostiam pro peccato.

G

CA. V.

De sacrificijs quæ fiunt pro execratione aut periurio, & pro errore ac ignorantia.

Agg. 2. b 2. Cor. 6. c

A SI peccauerit anima, audieritq; uocē [a]execrationis, testisq; fuerit ipse, siue uiderit, siue cognitū habuerit, si non indicauerit, iniquitatē suam feret. Aut si anima tetigerit rem aliquam immundā, siue cadauer fuerit bestiæ immundæ, siue cadauer iumenti immūdi, siue cadauer reptilis immūdi, idq; eū latuerit, is immundus est, & deliquit. Aut si tetigerit immunditiā hominis, quęcunq; tandē immunditia eius fuerit, qua pollui posset, idq; eum latuerit, posteaquā ei constiterit, delictū incurrit. Aut si anima iurauerit effutiēdo labijs ut malefaciat aut benefaciat, iuxta oīa quæ temere effutire solet homo iurando, idq; latuerit eum, ipseq; resciérit se deliquisse in aliquo horū. Si sic in aliquo horū deliquerit, confiteatur quod ea re peccauit, & adducat DOMINO sacrificiū pro delicto suo, pro peccato inquā suo quod peccauit, fœminā ex grege, ouem aut caprā ad sacrificiū pro peccato, & expiabit eū sacerdos à peccato suo. †Si uero [b]facultas adferendæ ouis aut capræ defuerit ei, adferat DOMINO pro delicto suo quod cōmisit, duos turtures, aut duos pullos colūbinos: alterum pro peccato, alterum ad holocaustū. Adferat autem eos sacerdoti, qui sacrificet primum illū qui est pro peccato, contorquendo scilicet caput eius, iuxta ceruicem eius, ita tamen ut non separet. Et sparget de sanguine illius hostiæ pro peccato ad parietem aræ, reliquum uero sanguinem

[a]Quidam legunt, iuramenti, quidam blasphemiæ, aut periurij.

B

Leuit. 12. d

[b]Hb. Et si non attigerit manus eius sufficientiam pecudis.

Digitized by Google

guttatim ad basim aræ effundat: ᶜpeccatū est. Alterū uero faciet pro holocausto,
ᶜPeccatum, id est sacrificiū pro peccato. iuxta ritum, & expiabit illum sacerdos à peccato suo quod peccauerat, & remittetur ei. Si uero facultas adferendi duos turtures aut duos colūbinos pullos ei defuerit, adferat munus suum is qui peccauit, decimam scilicet partem similaginis Epha pro sacrificio peccati: at oleum non ponet super illud, neq; etiam thus addat, est enim ᵈ sacrificium pro peccato. Offerat autem eam [similaginē] sacerdos,
ᵈHb. Peccatum est.
C apprehendatq; sacerdos de ea uolam suam plenam, monumentum scilicet eius, & incendet in ara, ut sit DOMINO sacrificium igne confectum, sacrificiū scilicet pro peccato. Et expiabit eum sacerdos à peccato suo quod cōmisit in aliquo scilicet horum, & remittetur ei, eritq; sacerdotis, quemadmodum cibarium sacrificiū. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Anima si fuerit aliqua præuaricatione præuaricata, & peccauerit per errorem in his quæ DOMINO sunt consecrata, adducat DOMINO pro delicto suo, arietem integrum ex grege iuxta æstimationem tuam argenti ponderosi, iuxta †siclum sanctuarij, ut sit pro sacrificio delicti. Exod. 30. b Eam uero rem consecratam, in qua peccauit, restituet, addita ad eam quinta eius parte, quam tradat sacerdoti, sacerdos uero expiabit pro eo, ariete scilicet qui pro delicto sacrificatur, & remittetur ei. Quod si anima peccauerit, & fecerit quiddam ex prohibitionibus DOMINI, quæ fieri non debēt, nesciueritq;, & ita deliquerit, feret iniquitatem suam. Is adferat ad sacerdotem pro hostia delicti arietem integrum ex grege, iuxta æstimationem tuam, & sacerdos expiabit
D eum ab errore suo in quo errauit ignorauitq;, & remittetur ei. Sacrificium hoc est pro delicto, quo expiat [quis] delictum coram DOMINO. Loquutusq; est DOMINVS ad Mosen, dicens, Anima si peccauerit, & scelus designarit contra DOMINVM, negando uidelicet proximo suo depositum, uel datum in manū suam, aut rapiendo, calumniamq; faciendo proximo. Aut si rem perditam inuenit, & eam negauerit, iuraueritq; falso super quapiam re, ex omnibus his quæ facere solet homo, inq; his peccare. Si itaq; peccauerit & deliquerit, restituat raptū quod rapuit, aut quod per calumniam extorsit, aut depositum quod illi fuit commissum, aut rem perditam quam inuenit, quin totum illud super quo peierauit, reddet sortem, addita ei quinta eius parte, reddat inquam ei cuius est, in die quo expiat delictum suum. Sacrificiū uero pro delicto suo adducat DOMINO, arietem nempe integrum ex grege, iuxta tuam æstimationem, ad sacrificium delicti ipsi sacerdoti. Et expiet pro eo sacerdos coram DOMINO, & remittetur ei, quid quid illud fuerit quod fecit, & in quo deliquit.

CAP. VI.

De holocaustis quotidianis, alijsq; sacrificijs, & quid sacrificare debeat sacerdos quum inungitur.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicēs, Præcipe Aharoni et filijs eius in hanc sententiā, Hæc est lex holocausti. Holocaustū sit in pyra aræ tota nocte usq; mane, & ignis ipsius aræ incensus sit in ea. Holocaustum. Induetq; sacerdos uestimentū suū lineum, & lineis femoralibus induet carnē suam, leuet cineres quos absumpsit ignis holocausti in ara, ponetq; eos iuxta aram. Et exuens uestes suas, induet alias uestes, efferetq; cineres extra castra ad locū mūdum. Ignis uero in ara incensus maneat, nec unquā extinguatur, Iuge sacrificium. quin sacerdos per singulos dies mane ligna in ara incendat, & aptet super eam holocaustū, adolebitq; super eam adipes sacrificiorum pacificorū. Ignis semper accensus sit in ara, nec unquam extinguatur. Ignis perpetuus. Hæc uero lex est sacrificij cibarij. Adferent illud filij Aharonis corā DOMINO ante arā, separandoq; tollet ex illo uola sua, ex similagine scilicet ipsius sacrificij cibarij, & de oleo eius, totumq; thus, quod est super sacrificium cibarium, incen- Sacrificiū cibarium, quod dicitur Minha.
B deriq; in ara monumentum eius, in odorē suaueolentē DOMINO. Quod uero ex eo superfuerit, comedent Aharon et filij eius: placentæ infermētatæ comeden-

tur in

tur in loco sancto, in atrio tentorij constitutionis comedent illud, non coquetur fermentatum. Hoc ipsum dedi eis, ut sit pars eorum ex sacrificijs meis quæ igne fiunt, sacrosanctum est, quemadmodum sacrificiũ pro peccato, & sacrificiũ pro delicto. Omnis mas ex filijs Aharonis comedet ex eo: ritus hic perpetuus sit in posteritatibus uestris, de sacrificijs quæ igne cõfiunt DOMINO. Quicunq; contingit ea, sacer esto. Loquutusq; est DOMINVS ad Mosen, dicẽs, Hoc sit munus Aharonis & filiorum, quod adferent DOMINO, ab eo die quo fuerit unctus. Decima pars Epha similaginis pro iugi sacrificio, dimidium eius mane, & dimidium eius uespere. In sartagine cum oleo fiet, maceratam adferas eam, [a] cocta scilicet frusta cibarij sacrificij adferas, odorem suaueolentẽ DOMINO. Et sacerdos qui pro eo unctus fuerit de filijs eius, faciet istud: ritus hic perpetuus sit, DOMINO totũ incendatur. Omne sacrificiũ cibarium sacerdotis totum [incensum] erit, nec comedetur. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiã, Loque- C re ad Aharonem, & ad filios eius hisce uerbis, Hæc est lex hostiæ pro peccato. In loco ubi mactatur holocaustũ, mactabitur & hostia pro peccato coram DOMINO, sacrosancta enim est. Sacerdos qui sacrificat hostiã pro peccato, eam comedet, in loco sancto comedetur, nempe in atrio tentorij constitutionis. Quicunq; contigerit carnem eius, sacer esto. Et si de sanguine eius sparsum fuerit super aliquam uestem, quod aspersum fuerit lauabis in loco sancto. Vas autem fictile in quo cocta fuerit, frangetur: & si in uase æneo cocta fuerit, defricabitur, & aqua lauabitur. Omnis mas ex sacerdotibus comedet illã, sacrosancta enim est. Et omnis hostia peccati, de cuius sanguine infertur in tentoriũ cõstitutionis, ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed igne cremabitur.

Hostia pro peccato.

Heb. 13. b

[a] Quidam legunt, rotulas scissas.

CAP. VII.

De sacrificijs pro delicto. De sacrificijs gratulatorijs seu gratiarumactionis, quæ pacifica dicuntur, de adipe & sanguine, de unctione sacerdotali.

HAec uero lex est hostiæ pro delicto, sacrosancta est. In loco ubi mactant holocaustũ, ibi quoq; mactent hostiam pro delicto, & sanguinẽ eius sparget A super aram per circuitum. Omnem adipem eius adferent de eo, caudam, & adipem eius qui obtegit intestina. Duos quoq; renes, & adipem qui super eos est, & qui est super ilijs, & reticulum quod est super iecur cum renibus tollet. Et incendet ea sacerdos super ara, ut sit sacrificiũ quod igne confit DOMINO. Est enim hostia pro delicto. Omnis mas de sacerdotibus ex ea comedet, in loco sancto comedetur, est enim sacrosancta. Sicut hostia pro peccato, sic hostia pro delicto; eadem illis lex est, & erit sacerdotis qui per eam expiat. Sacerdos qui adfert alicuius holocaustum, illius erit pellis holocausti quod sacrificauit. Et omne sacrificium cibarium quod coctum est in fornace, & quodcũq; fit in frixorio, & in sartagine, sacerdotis illius erit qui illud sacrificat. Et omne sacrificium cibariũ quod permixtum est oleo, quin & aridum, erit omnium filiorũ Aharonis, unius ut alterius. Hæc est lex sacrificij pacificorum, cum offertur DOMINO. Si pro [a] gratia- B rumactione obtulerit ipsum, offerat pro sacrificio illo gratiarumactionis placentas azymas oleo permixtas, & extenuatas placentas infermentatas oleo unctas, & similaginem maceratam, lagana oleo subacta. Cum placentis panis fermentati, adducet sacrificium suum, pro hostia gratiarumactionis pacificorũ suorum. Et adferet ex eo unum, ex uniuerso sacrificio Thruma DOMINO, quæ erit sacerdotis spargentis sanguinem pacificorum. Porrò caro sacrificij gratiarũactionis pacificorum suorum, eodem die quo adfertur edi debet, nec reponat ex eo quidquam usq; mane. Si autem ex uoto uel sponte attulerit sacrificium suum, comedetur eodem die quo adfert sacrificiũ suum: postero uero die si quid residuum manserit, edi potest. Quod autem manserit de carne sacrificij in diem tertiũ, igne comburetur. Quod si omnino quidpiam comestum fuerit de carne pacificorum

Hostia pro delicto.

Hostia pacificorum.

Vota et uolũtaria munera.

[a] Quidam dicũt, laudis, quidam cõfessionis.

Thruma separatum quoddã munus, quod DOMINO in sublime tollitur.

Digitized by Google

suorum die tertio, fauorem non consequetur offerens illud, nec reputabitur ei, quin abominatio erit, & anima quæ comederit, feret iniquitatē suam. Caro quæ
C tetigerit quancunq; immunditiam, non comedetur, sed igne comburetur. Munda sit [b] omnis caro, & qui carnem comederit. Anima quæ comederit carnem de hostia pacificorum quæ DOMINI sunt, & habuerit in se immunditiā suam, excindetur anima eiusmodi de populis suis. Anima uero quæ tetigerit aliquid immundum, siue sit hominis immunditia, siue immundum animal, aut immunditia reptilis, & comedet de carne sacrificij pacificorū, quod DOMINI est, excindetur anima huiusmodi de populis suis. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Loquere ad filios Israel hisce uerbis, Omnem adipem bouis, & ouis, atq; capræ non comedetis. Adipis cadaueris, & adipis discerpti à bestia usus esse potest ad omnia opera, modo huiusmodi non edatis. Omnis enim qui adipem animalis, quod adducitur ad sacrificium quod igne confit DOMINO, comederit, anima illa edens excindetur è populis suis. Et omnem sanguinem ne edatis, in cunctis habitationibus uestris, siue auis sit, siue iumenti. Quæcunq; anima sanguinem aliquem comederit, huiusmodi anima excindatur è populo suo. Et lo-
D quutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad filios Israel huiusmodi uerba, Qui adducit sacrificium pacificorū suorum DOMINO, adducat suam illam oblationem DOMINO, de sacrificio pacificorū. Manus eius adducant sacrificiū quod igne confiat DOMINO, adipem cum pectusculo adferet ipse, pectus quidem ut agitetur ad [c] Tenupha coram DOMINO. Adipē uero incendet sacerdos in ara, eritq; pectus Aharonis & filiorum eius. Armū quoq; dextrum dabitis [d] Thruma sacerdoti, ex sacrificijs pacificorū uestrorum. Qui ex filijs Aharonis obtulerit sanguinem pacificorū atq; adipem, is habebit armum dextrum pro portione. Nam pectus Tenupha, & armum Thruma accepi à filijs Israel, de sacrificijs pacificorū ipsorum, & dedi ea Aharoni sacerdoti & filijs eius, statuto perpetuo à filijs Israel. Hæc est unctio Aharonis & filiorū eius de sacrificijs ignitis DOMINI, à die quo attulit eos, ut sacerdotio fungerentur corā DOMINO, quæ præcepit eis DOMINVS dari, in die unctionis eorū à filijs Israel statuto perpetuo in posteritatibus suis. Hæc est lex holocausti, & sacrificij cibarij, & hostiæ pro peccato, & hostiæ pro delicto, pro initiatione, & pro sacrificio pacificorū. Quam scilicet præcepit DOMINVS Mosi in monte Sinai, quū mandaret filijs Israel in deserto Sinai, ut adferrent sacrificia sua DOMINO.

VIII.

De unctione & initiatione Aharonis & filiorum eius, atq; tabernaculi.

A LOquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Accipe Aharonē & filios eius cum eo, & uestes, atq; oleū unctionis, & iuuencū pro peccato, & duos arietes, atq; canistrum placentarū infermentatarū. Et congrega uniuersum cœtū ad ostium tentorij constitutionis. Et Moses fecit quemadmodū præceperat ei DOMINVS, congregatusq; est cœtus ad ostium tentorij cōstitutionis. Et dixit Moses ad cœtum, Hoc est uerbū quod præcepit DOMINVS, ut fiat. Et adduxit Moses Aharonem & filios eius, & lauit eos aqua, & induit eum tunicam strictā, & cinxit eum zona, sed & interulā laxiorem inpuit eum, & induit eum humerale, & cinxit illud textura polymita quæ erat in humerali, cingens scilicet illum eo.
B Posuit & pectorale super eum, reponens in pectorali Vrim et Thumim. Deinde posuit tiaram in capite eius, ponens super tiaram in anteriori parte eius, laminā aueam coronā sanctā, sicut præceperat DOMINVS Mosi. Accepit quoq; Moses oleum unctionis, & unxit tabernaculum & quidquid fuit in eo, & consecrauit ea. Et spargens de illo super aram septies, unxit aram & omnia instrumenta eius, labrum et basim eius ut consecraret ea. †Fundens autē de oleo unctionis super caput Aharonis, unxit eum, ut eum cōsecraret. Et applicans Moses filios Aharonis,

[b] Alij legūt, Qui carne sunt munda, carnem edent.

[c] Tenupha quod dextrorsum et sinistrorsum agitatur.

[d] Thruma quod sursum & deorsum agitatur.

Adeps & sanguis nō comedenda.

Epilogus.

Exod. 28.

Exod. 30.

Eccli 45.

Aharonis, induit eos tunicis, atq; accinxit eos cinctura, & adhibuit eis pileolos, quemadmodũ præceperat DOMINVS Mosi. Adduxit quoq; iuuencũ pro peccato, & posuit Aharon atq; filij eius manus suas super caput iuuenci, qui fuit sacrificium pro peccato. Quo mactato, Moses accepit sanguinem, quẽ digito suo posuit super cornua aræ per ambitum, & expiauit aram, & sanguinẽ fudit ad basim aræ, consecrauitq; ipsam, & expiauit pro ea. Et tollens uniuersum adipẽ, qui erat super uentrem, & reticulum iecoris, & duos renes, atq; adipem eorũ, incendit Moses in ara. Iuuencum uero & pellem eius, carnem eius, et excrementũ eius extra castra igne combussit, quemadmodũ præceperat DOMINVS Mosi. Et adducto ariete pro holocausto, imposuerunt Aharon & filij eius manus suas super caput arietis. Quo mactato, Moses sparsit sanguinẽ super aram circunquaq;. Et incidens arietẽ in suas incisiones, incendit Moses caput, & alias incisiones cum extis. Ventrem uero & crura lauit aqua. Et incendit Moses totum arietem super ara in holocaustum, ut fieret odor suaueolens, et sacrificiũ quod igne confit DOMINO, quemadmodum DOMINVS Mosi præceperat. Adduxit deinde arietẽ alterum, arietem scilicet consecrationis, & imposuerunt Aharon & filij eius manus suas super caput arietis. Quem mactans Moses, tulit de sanguine eius, & posuit super auriculã molliorem auris Aharonis dextræ, & super pollicem manus eius dextræ, & super pollicem pedis eius dextri. Et adducens Moses filios Aharonis, posuit de sanguine super teneriorem partẽ auris eorum dextræ, & super pollicem manus eorum dextræ, & super pollicem pedis eorum dextri, sparsitq; Moses sanguinem super aram per circuitum. Tulit deinde adipem atq; caudam, & omnem adipem qui erat super uentrem, reticulũ iecoris, et duos renes cum adipe eorum, & armum dextrum. De canistro quoq; azymorum quæ erant corã DOMINO, tulit placentam unam infermentatã, & placentam panis delibuti unã, & laganũ unum, & posuit super adipes, & super armũ dextrũ. Et hæc omnia posuit super manus Aharonis, & super manus filiorũ eius, & agitauit ea Tenupha coram DOMINO. Deinde tulit Moses ea de manibus eorum, & adoleuit in ara [a] super holocaustum, fuit enim hoc sacrificiũ [b] consecrationis igne confectũ DOMINO in odorem suaueolentẽ. Et accipiens Moses pectus, agitauit ipsum Tenupha coram DOMINO, fuit enim de ariete consecrationis ipsi Mosi pars hæc, quemadmodũ præceperat DOMINVS Mosi. Tulit etiam Moses de oleo unctionis, & de sanguine qui erat in ara, & sparsit super Aharonem, & super uestimenta eius, & filios eius, atq; uestimenta filiorum eius cum eo, consecrauitq; Aharonem, uestimenta eius, & filios eius, atq; uestimenta filiorũ eius cum eo. Et dixit Moses ad Aharonẽ, & ad filios eius, Coquite carnẽ in ostio tentorij constitutionis, ibidẽq; comedite eam unà cum pane, qui est in canistro cõsecrationis, quemadmodũ [c] præcepi hisce uerbis, †Aharon & filij eius comedent eam. Quod uero de carne & pane reliquum fuerit, igne comburetis. De ostio quoq; tentorij constitutionis septem diebus nõ exibitis, ad eum usq; diem quo impleti fuerint dies consecrationis uestræ: septem enim diebus implebit manum uestram, sicut fecit hac die, sic præcepit DOMINVS fieri ad expiandũ uos. Porrò die noctuq; sedebitis in ostio tentorij constitutionis septem diebus, & obseruabitis obseruationẽ DOMINO, ut nõ moriamini, sic enim iussus sum. Fecit itaq; Aharon et filij eius omnia uerba quæ DOMINVS [d] per Mosen præceperat.

Marginal notes: Exod. 29. c — Exod. 29. d — Exod. 29. e — Exod. 29. f — C — D — E — F — G

Quid sit Tenupha, uide cap. 29. Exodi, & supra 7. cap.

[a] Alij legũt, cum holocausto: alij, post holocaustum.

[b] Ebr. Impletionum.

[c] Quidã legũt, iussus sum.

[d] Ebr. In manu Mosis.

CAP. IX.

Octauo die pro se primum Aharon, deinde pro populo sacrificat, igne cœlesti omnia deuorante.

Factum est autem octauo die, ut uocaret Moses Aharonem atq; filios eius, senioresq; Israelis. Dixit autem ad Aharonem, †Tolle tibi uitulum [a] iuuenẽ ex armento ad hostiam pro peccato, & arietem in holocaustum, integros[utrosq;,]

Exod. 29. a — A

[a] Ebr. Vitulũ filium bouis.

Digitized by Google

& adduc in conspectum DOMINI. Ad filios uero Israel dices hisce uerbis, Tollite hircum ex capris pro hostia peccati, & uitulum, & agnum, anniculos, integros pro holocausto. Bouem quoque & arietem pro pacificis, ad sacrificandum coram DOMINO, & oblationem [b] Minha oleo conspersam, hodie enim DOMINVS apparebit uobis. Tulerunt itaque quæ præcepit Moses, ante tentoriũ constitutionis, & accessit uniuersus cœtus, steterũtque corã DOMINO. Et ait Moses, Hoc est uerbum quod præcepit DOMINVS ut faciatis, & apparebit uobis gloria DOMINI. Et ait Moses ad Aharonem, † Accede ad aram, & fac [c] sacrificium tuum pro peccato, & holocaustum tuum, & fac expiationem pro te, & pro populo, & fac etiam sacrificium populi, ut expies eos, quemadmodũ præcepit DOMINVS. Accessit igitur Aharon ad aram, & mactauit uitulũ quem habuit pro peccato. Et attulerunt filij Aharonis sanguinem ad eum, & intingens digitum suum in sanguine, posuit super cornua aræ, fuditque sanguinẽ ad basim aræ. Adipem uero & renes, & reticulũ iecoris de illa hostia peccati, incendit in ara, quemadmodum præceperat DOMINVS Mosi. Porrò carnem & pellem igne combussit extra castra. Mactauit & holocaustum, & porrexerunt Aharoni filij eius sanguinem, quem sparsit super aram per circuitum. Sed & holocaustum ipsum administrarunt ei, cum incisionibus suis, & capite, quæ incendit super aram. Lauit quoque uentrem & crura, & incendit cum [d] holocausto in ara. Deinde adduxit sacrificium populi, accipiens caprum, quem habuit populus hostiam peccati, & mactans eum, confecit eum pro hostia peccati, quemadmodum priorem. Et sacrificauit holocaustum, & fecit illud iuxta ritum. Adduxit & cibarium sacrificiũ, implens manum suam ex eo, & incendens in ara præter holocaustum matutinum. Mactauit & bouem, & arietem, sacrificium scilicet gratulatoriũ, quod populus habuit. Et filij Aharonis porrexerunt ei sanguinem, quem sparsit super aram per ambitum. Et adipes de boue, & ariete, & caudam, & obtegentem [adipem,] & renes atque reticulum iecoris. Et posuerunt adipes super pectusculum, & incendit adipes in ara. Pectuscula uero & armum dexterum mouit Aharon Tenupha coram DOMINO, quemadmodum præceperat Moses. Et leuans Aharon manum suam super populum, fausta est eis imprecatus, tum descendit [ab ara,] ubi fecerat hostiam pro peccato, & holocaustũ, atque gratulatoria. Et ueniens Moses atque Aharon in tentorium constitutionis, egressi bene precati sunt populo, uisaque est gloria DOMINI uniuerso populo. Et egressus est ignis à facie DOMINI, deuorauitque in ara holocaustum, & adipes: quod uidens uniuersus populus, lætis uocibus exclamans, ceciderunt in facies suas.

Margin: B, C, D. [b] Minha est cibariũ sacrificium. [c] Eb. Fac peccatum tuum. [d] Potest etiam legi, super holocausto, aut post. Heb. 5. a 7. d. Aharon populo benedicit.

CAP. X.

Nadab & Abihu inferentes ignem alienum, igne absumuntur. Interdicitur uini potus sacerdotibus, definitur illis pars ex sacrificijs. De hirco pro peccatis qui combustus fuit.

A ET accipientes filij Aharonis Nadab & Abihu quisque acerrã suam, † imposito igne, miserunt in eas incensum, & attulerunt coram DOMINO ignem alienum, de quo nihil eis præceperat DOMINVS. Et egressus ignis à facie DOMINI, deuorauit eos, mortuique sunt in conspectu DOMINI. Et ait Moses ad Aharonem, Hoc est quod loquutus est DOMINVS, quũ diceret, In his qui mihi appropinquant sanctus ero, & in conspectu uniuersi populi gloriosus. Et Aharon tacuit. Vocauit ergo Moses Misaël & Elzaphan, filios Vsielis, qui fuit patruus Aharonis, & dixit ad eos, Accedite, efferte fratres uestros è sanctuario extra castra. Et illi accedentes, tulerũt eos in tunicis suis extra castra, sicut loquutus fuerat Moses. Et ait Moses ad Aharonem, & ad Eleazarum atque Ithamarum filios eius, Capita uestra ne nudetis, nec uestimenta uestra discindatis, ne moriamini, & ne indignatio cadat super uniuersum cœtum, sed fratres uestri, nempe tota domus Israel,

Margin: B. Num. 3. a 26. g. 1. Par. 24. a. Exod. 19.

Digitized by Google

mus Israel; defleant deflagrationem quam incēdit DOMINVS. Et de ostio tentorij cōstitutionis ne egredimini, ne fortè moriamini, quoniā oleum unctionis DOMINI est in uobis. Et fecerunt iuxta uerbum Mosis. Et loquutus est DOMINVS ad Aharonem hisce uerbis, Vinū & siceram non bibes, tu & filij tui qui tecum sunt, quum ingressi fueritis tentoriū constitutionis, ne moriamini: statutum hoc sit sempiternū per posteritates uestras. Et ut discernatis inter sanctū & inter prophanū, inter immundū & mundum. Vtq; doceatis filios Israel omnia statuta quæ DOMINVS ad eos [a]per Mosen loquutus est. Et loquutus est Moses ad Aharonem, & ad Eleazarū, & Ithamarū filios eius residuos, Tollite cibarium sacrificium quod superest ex eis sacrificijs, quæ igne confiunt DOMINO, & comedite illud infermentatū iuxta aram, quoniā sacrosanctū est. Comedetis illud, inquam, in loco sacro: est enim demensum tuum, & demensum filiorū tuorum, de eis sacrificijs quæ igne confiunt DOMINO, quoniā sic iussus sum. Et pectusculū Tenupha, armumq; Thruma comedetis in loco mundo, tu & filij tui, atq; filiæ tuę tecum, siquidem pro iure tuo, & pro iure filiorū tuorum data sunt [ista] de sacrificijs pacificorū filiorum Israel. Armū Thruma, & pectusculū Tenupha cum sacrificijs adipū quæ igne fiunt, inferent, ut motitent Tenupha coram DOMINO. Hoc erit tibi, & filijs tuis tecum, statutū perpetuum, quemadmodū præcepit DOMINVS. Hircum †quoq; pro peccato diligenter quæsiuit Moses, & ecce erat combustus. Iratus est ergo contra Eleazar atq; Ithamar filios Aharonis superstites, & ait, Quare non comedistis hostiā pro peccato in loco sacro, quum sit sacrosancta, illamq; uobis dederit, ut auferatis iniquitatē cœtus, ad expiādum eos in conspectu DOMINI? En sanguis eius non est illatus intra sanctuarium interius, omnino debueratis comedere eam in sanctuario, quemadmodū præceperam. Aharon autem respondit Mosi, En attulerunt hodie hostiā suam pro peccato, & holocaustū suum coram DOMINO, taliaq; mihi acciderunt, & si comedissem hostiā pro peccato hodie, num hoc benefactū esset in oculis DOMINI? Quod quum audisset Moses, boni consuluit.

Officiū sacerdotum. | C | D | 1. Mac. 2. c

a Eb. In manu Mosis.

De Tenupha & Thruma uide Exodi cap. 29.

CAP. XI.

De discrimine mundorum & immundorum animalium.

ET loquutus est DOMINVS ad Mosen & Aharonē, dicēs, Loquimini ad filios Israel in hanc sententiā, †Hoc est animal quod comedetis ex omni iumento quod est super terrā. Quidquid ex iumentis ungulā separat, & ungulas fissura findit, ruminationē sursum reuocans, hoc comedatis. Veruntamen hoc non comedetis ex his quæ ruminationē sursum reuocant, & ex his quæ ungulā separant, camelus, qui sursum quidē ruminationē reuocat, at ungulam non separat, & ob id immundus sit uobis. [a]Cuniculus, qui & ipse ruminat, sed ungulam non separat, immūdus sit uobis. Et lepus, qui ruminationē reuocat sursum, at ungulā non separat, immundus sit uobis. Et sus, quum ungulam separet, findatq; fissura ungulā, ruminationē tamen non reuocat, immundus sit uobis. De carne eorū ne edatis, & cadauer illorū ne tangatis, sed immunda sint uobis. Ex omnibus uero quæ in aquis sunt, hoc comedetis: quæcūq; in aquis pinnulas habent & squamas, tam in mari q̄ in fluminibus, ea comedetis. Et quidquid pinnulas nō habet ac squamas, in mari & fluminibus, ex omnibus reptilibus aquaticis, & ex cuncta anima uiuēte quæ in aquis est, abominandū sit uobis. Abominanda inquā sint uobis, de carne eorum ne comedatis, & cadauer illorum horreatis. Quidquid in aquis pinnulas & squamas non habet, sit uobis abominandum. In auibus hæc sunt, à quibus horrere nec ea comedere debetis, abominanda enim sunt, Aquila, accipiter, aquila marina, uultur & miluus iuxta speciē suā. Omnis coruus iuxta speciem suā. Struthio, [b]noctua, cuculus, nisus iuxta speciem suā: nycticorax, mergulus, bubo, [c]porphyrion, ibis, pelecanus, ciconia, & gracu

A | Deut. 14. a | 2. Mac. 6. d | B | Immunda in aquis. | Aues immundæ.

a Pro cuniculo quidam legunt, mus montanus.

b Quidam accipitrem putant.

c Pro porphyrione alij legunt, uespertilio.

Digitized by Google

C lus iuxta speciem suam, upupa & uespertilio. Quidquid ex uolucribus repit & uadit super quatuor, abominandum uobis esto. Veruntamen istud comedetis ex omni reptili pennato, quod graditur super quatuor, cui scilicet sunt suffragines super pedes eius, quibus saltare potest super terrã. Ex quibus hæc [b] comedetis, Arbe iuxta speciem suam, & Saleam iuxta speciem suã, & Hargol iuxta speciem suam, & Hagab iuxta speciem suam. Omne uero reptile alatũ quod quatuor pedes habet, abominandũ esto uobis. In istis polluemini, & quicunq; cadauer illorũ tetigerit, immundus sit usq; ad uesperam. Et quicunq; portauerit cadauer illorum, lauet uestimenta sua, eritq; immũdus usq; ad uesperam.

D Omne animal quod separat ungulã, sed fissuram nõ findit, nec ruminationẽ sursum reuocat, immunda hæc sint uobis: quicunq; tetigerit ea, immundus erit. Et quidquid graditur super manus suas, in omni animali quod ambulat super quatuor, immunda sint uobis talia: & quicunq; tetigerit cadauer illorũ, ad uesperam usq; sit immundus. Et qui portauerit cadauer illorũ, lauet uestimenta sua, eritq; immundus usq; ad uesperã: immunda hæc sint uobis. Et in reptili quod reptat super terram, hoc uobis immundũ sit, Mustela & mus, crocodilus iuxta speciẽ suam. Ericius, limax, stellio, lacerta & chamæleon: hæc immũda sint uobis in omni reptili: quicunq; tetigerit ea mortua, immundus erit usq; ad uesperã. Et super quodcunq; ceciderit cadauer eorũ, immundũ erit, siue fuerit uas ligneum, siue uestis, siue pellis, siue saccus, siue quodcunq; uas in quo fit aliquod opus, per aquam traducatur, sitq; immundũ usq; ad uesperã, & tum mundabitur. Omne quoq; uas fictile, in quod aliquid ex his inciderit, immundũ erit quidquid intra ipsum fuerit, uasq; ipsum cõfringetis. Sed & omnis cibus qui comedi solet, super quem uenerit aqua [huiusmodi,] immũdus erit: & omnis potus qui bibi solet, in quo

F cunq; fuerit uase, immũdus erit. Et omne super quod ceciderit cadauer illorum, immundũ erit, furnus & ollæ diruantur, quia immunda sunt, eruntq; uobis immunda. At fons, puteus, & aquarũ collectio munda erit: & qui cadauer illorũ tetigerit, immundus erit. Quod si cadauer illorũ ceciderit super quodcunq; [c] semen quod seminatur aut seminari possit, mundũ erit. Sin aqua fusa fuerit super semen, & ceciderit super illud cadauer illorũ, immundũ erit uobis. Si fuerit mortuum aliq̃d iumentũ, quod à uobis edi potest, & aliquis tetigerit cadauer eius, is immundus erit usq; ad uesperam. Qui comederit de morticino eius, lauabit uestimẽta sua, & erit immundus usq; ad uesperã: sic qui portauerit cadauer eius, lauabit uestimenta sua, & immundus erit usq; ad uesperam. Deniq; omne reptile quod reptat super terram, abominandũ sit uobis, nec comedatur.

G Quidquid incedit super pectus, & quidquid ambulat super quatuor, aut quod plures habet pedes, in omni reptili quod reptat super terrã, ea non comedetis, quoniam abominanda sunt. Ne reddatis abominãdas animas uestras in ullo reptili, neq; polluetis uos in eis, ut immũdi fiatis in eis, quoniã ego sum DOMINVS deus uester: sanctos ergo uos seruate, & sancti estote, quoniã ego sanctus sum, & ne polluatis animas uestras in ullo reptili quod reptat super terram. Ego enim sum DOMINVS, qui eduxi uos de terra Aegypti, ut essem deus uester: sancti ergo sitis, quia ego sanctus sum. Hæc est lex iumentorũ, & uolucrũ, omnisq; animæ uiuentis quæ reptat in aquis, & omnis animæ quæ reptat super terram. Vt scilicet discrimen fiat inter immundum & inter mundũ: inter animal quod edi potest, & inter animal quod edi non debet.

CAP. XII.

Qua lege quoq; ritu enixæ à partu purificentur.

A LOquutusq; est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Loquere ad filios Israel, & dic, †Mulier si suscepto [a] semine marem pepererit, septem diebus immunda erit, iuxta dies separationis menstruorũ suorum erit immunda, *octauo die

Marginal notes:

[b] Hæc quatuor nomina ideo reliqui, quod uarie ab interpretibus traducta sunt. Significant autem ferè locustarũ, cicadarum, ac bruchorum species, Græci uocãt attelabos.

Animalia immunda.

Cibus. Potus.

Fontes.

[c] Quidã per semen legumina intelligunt.

Sementis.

Reptilia.

1.Pet.1.c

Epilogus.

[a] Hb. Si seminificauerit. [a] Vel semen fecerit.

Luc.2.d Iohan.7.c *Luc.2.e

die circuncidetur caro præputij [pueri,] deinde maneat trigintatribus diebus in B
sanguine purificationis suę: nihil sanctũ tangat, in sanctuariũ non ingrediatur,
donec fuerint exacti dies purgationis suæ. Si uero fœminã pepererit, immunda
erit duabus hebdomadibus iuxta separationẽ suam, & sexagintasex diebus ma
nebit in sanguine purificationis suæ. Quumq; exacti fuerint dies purgationis C
suæ, pro filio uel filia, adducet agnũ anniculum in holocaustũ, & pullũ colum-
binum, aut turturem pro hostia peccati, ad ostium tentorij constitutionis, & ad
sacerdotem. Qui adducto illo in conspectũ DOMINI, expiabit pro ea, munda
biturq; à fonte sanguinis sui. Et hæc est lex pro pariẽte marem uel fœminam. D
Luc. 2. d Si uero facultas adferẽdi agni ei defuerit, accipiat duos turtures, aut duos pullos
columbinos, unum pro holocausto, & alterũ pro hostia peccati, & expiabit pro
ea sacerdos, & munda erit.

CAP. XIII.

De lepra & leprosorum purificatione.

ET loquutus est DOMINVS ad Mosen & Aharonẽ hisce uerbis, Si fuerit in A cute carnis alicuius hominis tumor, seu scabies serpens fuerit, siue candicãs macula, ut sit in cute carnis eius macula lepræ, ducet ad Aharonem sacerdotẽ, uel ad aliquẽ ex filijs eius sacerdotibus. Tum inspiciet sacerdos maculã in cute carnis: si pilus in ipsa macula uersus est in candorẽ, & aspectus maculę subsidet profundior scilicet q̃ sit cutis carnis eius, macula hæc lepra erit, & inspiciet eum sacerdos, & immundũ eum pronunciabit. Si uero candicãs macula fuerit in cute carnis eius, & aspectus eius nõ fuerit profundior ipsa cute, nec pilus eius uersus fuerit in candorẽ, occludet sacerdos maculã septem diebus, tum inspiciet [a]eum sacerdos die septimo, & si macula steterit specie sua, nec creuit macula in cute, occludet eum sacerdos secũdo septẽ diebus. Et tum inspiciet eum sacerdos septimo die rursus, & si obscurior fuerit macula, nec creuit macula in cute, mundum pronunciabit eum sacerdos, scabies est serpens, lauabit igitur uestimẽta sua, & mundus erit. Quod si scabies hæc serpens omnino creuerit in cute postq̃ à sacerdote B inspectus est, & mundus iudicatus, debet denuo inspici à sacerdote. Vidẽs igitur sacerdos q; scabies illa serpens creuerit in cute, immundũ pronunciabit illũ sacerdos, quoniã lepra est. Quũ macula lepræ fuerit in homine, adducatur ad sacerdotem, sacerdosq; ipse inspiciat, & si tuberculũ candidũ fuerit in cute, mutaueritq; pilũ in candorem, uiuacitas quoq; [b]carnis recentis fuerit in tuberculo illo, lepra erat inueterata in cute carnis eius, immundumq; pronũciabit eum sacerdos, & non includet eum, siquidẽ immũdus est. Si uero omnino floruerit lepra in cute, & operuerit lepra ipsa uniuersam cutẽ maculæ, à capite eius usq; ad pedes eius, quidqd cadit sub obtutũ oculorũ sacerdotis, inspiciet eum sacerdos: & en si operuerit lepra ipsa totã carnem eius, mundã iudicabit hanc maculam, eo q; tota uersa sit in candorem, eritq; ille mundus. In die uero illa, quando uisa fuerit in eo uiua caro, immundus erit, inspicietq; sacerdos carnem illam uiuã, & immundum eum pronunciabit, caro enim illa uiua immũda est, lepra est. Aut si reuersa fuerit caro uiua, & mutata est in candorẽ, ueniet ille ad sacerdotem, & inspiciet eum sacerdos: & si macula uersa fuerit in candorem, mundã pronũciabit sacerdos maculam illam, mundus enim est. Et caro in cuius cute fuerit ulcus, illudq; fuerit sanatũ, si enatus fuerit in loco illius ulceris tumor albicans, aut macula candicans, subrufa tamen, inspiciet à sacerdote: & quũ inspexerit sacerdos, fueritq; aspectus eius profundior ipsa cute, & pilus eius mutatus fuerit in albedinẽ, immundum pronũciabit eum sacerdos, macula lepræ est ex ulcere germinãs. Et si eam inspexerit sacerdos, nec fuerit in ea pilus albicãs, nec ea fuerit humilior ipsã cute, ipsa tamen obscura est, includet eum sacerdos septẽ diebus. Et si omnino dilatata fuerit in ipsa cute, immundũ pronunciabit eum sacerdos, macula est. Si uero in sese

[a] Hoc est, eum in quo macula apparet.

[b] Per recentem carnem aut uiuam, uidetur intelligere carnem putidam.

Digitized by Google

steterit macula illa, & non fuerit dilatata, cicatrix est ulceris, & mundũ pronun-
D ciabit eũ sacerdos. Quod si caro aliqua fuerit, in cuius cute fuerit adustio ignis, & uiuum illud adustionis habuerit maculã candicantem, subrufam, aut albam, inspiciet eam sacerdos, & si uersus fuerit pilus in alborẽ in candicante illa macula, & aspectus eius fuerit profundior ipsa cute, lepra est in ipsa adustione efflorescens, & ideo immundũ pronunciabit illum sacerdos, macula enim est lepræ. Si autem, quũ inspexerit eam sacerdos, non fuerit in macula illa pilus subalbicans, neq; ea fuerit profundior cætera cute, sed fuerit subobscurior, includet eum sacerdos septẽ diebus, inspicietq; eum sacerdos die septimo, & si omnino dilatata fuerit in ipsa cute, immundũ pronunciabit eum sacerdos, est enim macula lepræ. Et si in sese steterit macula illa candicans, nec dilatata fuerit in cute, sed fuerit subobscura, tumor est adustionis, & sacerdos pronunciabit eum mundum, est enim cicatrix adustionis. Vir siue mulier si habuerit maculam in capite uel barba, inspiciet sacerdos maculã illam, & si aspectus eius profundior fuerit cute ipsa, fueritq; in ea [c]pilus subfuluus, iudicabit illũ sacerdos immundũ, est enim psora fœda, & lepra capitis aut barbæ. Si uero sacerdos inspexerit maculã istius psoræ, & aspectus eius non fuerit profundior reliqua cute, nec fuerit in ea pilus niger, includat sacerdos [eum qui habet] maculã psorę septem diebus, septimo die inspi-
E ciat sacerdos maculã: si non creuerit psora, nec fuerit in ea pilus fuluus, & aspectus psoræ illius non fuerit profundior ipsa cute, faciet se tonderi: ita tamen ut psora nõ tondeatur, & includat sacerdos [eum qui habet] psorã septem diebus, idq; secundo, & septimo die inspiciat sacerdos psorã illam: si psora ipsa non creuerit in cute, neq; aspectus eius fuerit profundior cute, mundũ pronũciabit eum sacerdos, lauabitq; uestimenta sua, & erit mũdus. Quod si psora in ipsa cute creuerit post eius emundationem, inspiciat sacerdos, & si macula ipsa in cute creuit, non inquirat sacerdos de fuluo pilo, immũdus est. Si aũt psora in specie sua perstiterit, & pilus niger in ea pullulauerit, sanata est psora, & ille mũdus erit, mundumq; pronunciabit eum sacerdos. Vir siue mulier, si in cute carnis eorũ maculæ fuerint, maculæ inquã candicantes, inspiciet sacerdos: & si in cute carnis eorũ fuerint maculæ albicantes subobscuræ, lentigo est in cute germinans, mũdus est. Si è capite alicuius pili fuerint euulsi, caluus is & mũdus est: si defluxerint pili à
F fronte capitis sui, recaluaster est & mũdus. Si uero in recaluastri loco aut occipite caluo macula fuerit [d]alba subrufa, lepra germinans est in caluitie eius anteriori seu caluitie posteriori eius. Inspiciet aũt eum sacerdos, & si tumor maculæ albus subrufus fuerit in caluitie eius anteriori, uel posteriori caluitie eius, cutisq; carnis fuerit secundũ aspectum lepræ, is leprosus est, & immũdus, omnino immundum pronũciabit eum sacerdos, macula eius est in capite eius. Leprosus in quo fuerit macula, huius uestimenta lacera sint, & caput eius nudũ, mentũ superũ sit inuolutũ, pollutus & immũdus clamabit. Omnibus diebus quibus macula fuerit in eo, contaminatus & immũdus erit, seorsim habitabit, extra castra sit mansio eius. Vestis in qua fuerit macula lepræ, siue lanea fuerit uestis, siue linea, siue fuerit in stamine uel subtegmine lineo aut laneo, siue in pelle, siue in ope pelliceo. Si inquã macula huiusmodi [e]lurida fuerit uel subrufa, in ueste aut in pelle, aut in stamine aut subtegmine, aut in quocũq; instrumento pelliceo, macula lepræ est, demonstrabiturq; sacerdoti. Sacerdos igitur inspiciet maculã illam, & includet [eum qui habet] maculã, septem diebus, septimo die inspiciet maculã, quæ si dilatata fuerit in ueste, aut in stamine, aut subtegmine, aut in pelle, aut in quocũq;
G eo quod conficitur ex pelle, lepra est corrodens, & macula immũda. Comburet itaq; uestem, aut stamen, aut subtegmen, siue laneũ fuerit, siue lineum, aut quodcunq; instrumentũ pelliceum in quo fuerit macula, quia lepra corrodẽs est, ignẽ combu-

[c] Ebr. Pilus aureus tenuis.

[d] Ebræi per album & rufum, purpureum ac permixtum colorem significãt, qui ex albo & rufo fit, quidam dicunt luteus.

[e] Quidã pro lurida liuida aut uiridis legunt.

Digitized by Google

comburetur. Quod si sacerdos uiderit maculã non creuisse in ueste, aut in stamine, aut subtegmine, aut in quocunq; instrumento pelliceo, præcipiet sacerdos, ut lauẽt id in quo est macula, includetq; illud denuo septem diebus: postea℣ uero lotum fuerit, inspiciet sacerdos maculam ipsam, & si macula speciem suam non mutauerit, nec ipsa macula creuit, immunda est, igne cõbures eam, corrosio est in caluitio occipitis, aut in recaluastri loco. Et si uiderit sacerdos maculam obscuriorem redditam post℣ lota est, scindat eam à ueste, aut à pelle, aut à stamine, aut à subtegmine. Et si adhuc apparuerit in ueste, aut in stamine, aut subtegmine, aut in quocunq; instrumento pelliceo, [lepra] repullulascens est, igne exures maculam quæ est in ea. Et uestis siue stamen sit, siue subtegmen, siue quodcunq; instrumentũ pelliceũ, quæ laueris, si recesserit macula ab eis, lauabitur secundo, & tunc mundũ erit. Ista est lex plagæ lepræ, in ueste lanea uel linea, stamine uel subtegmine, & in omni instrumento pelliceo, ad emundandum uel contaminandum ipsum.

CAP. XIIII.

Præscribitur quo ritu ac quibus sacrificijs lepra purgetur, & cœtui restituatur leprosus.

ET loquutus est DOMINUS ad Mosen hisce uerbis, Hæc lex est leprosi, in die emundationis suæ. Adducetur ad sacerdotem, egredieturq; sacerdos extra castra, & inspiciet sacerdos, si sanata est macula lepræ à leproso, præcipiet sacerdos, ut tollat is qui mundandus est duas auiculas uiuas & mundas, & lignũ cedrinũ, & coccũ bis tinctũ, atq; hysopum. Et præcipiet sacerdos mactari unam auem super uase fictili, super aquis uiuis. Auiculã uero uiuã accipiat cum ligno cedrino, cocco bis tincto, & hysopo, & intinget ea cũ aue uiua in sanguine auis iugulatæ ad aquas uiuas. Et asperget super mundandũ à lepra septies, & [a]emundabit eum, dimittetq; auem uiuã in superficiem campi. Et mũdatus lauabit uestimenta sua, & radet omnes pilos suos, lauabit inquã in aqua, ut mundus sit, post hoc ueniat in castra, & manebit extra tentoriũ suum septem diebus. Septimo die radet omnes pilos suos, nempe caput suum, barbã suam, & supercilia oculorum suorũ: in summa, omnes pilos suos radet, & lauabit uestimẽta sua, lauabit quoq; carnem suam aqua, & mũdus sit. Octauo die accipiat duos agnos [b]integros, & ouiculã unam anniculam integrã, & tres decimas similaginis pro cibario sacrificio, quod permixtũ sit oleo, & unum Log olei. Sacerdos autem purificans collocabit uirum mundandum & ista coram DOMINO ante ostium tentorij constitutionis. Et tollat sacerdos agnũ unũ, & sacrificet eum pro delicto, & Log olei, & moueat ea Tenupha corã DOMINO. Agnũ mactabit in eo loco, ubi mactatur hostia pro peccato, & holocaustũ, in loco scilicet sacro. Nam sicut hostia pro peccato, sic hostia pro delicto sacerdotis est, sacrosanctũ est. Et tollet sacerdos de sanguine hostiæ pro delicto, quem ponet sacerdos super teneriorem auriculam auris dextræ eius qui purificatur, & super pollicem manus eius dextræ, & super pollicẽ pedis eius dextri. Accipiat quoq; sacerdos de Log olei, & fundat super manũ sacerdotis sinistrã. Deinde intingat sacerdos digitũ suum dextrũ in oleo, q̃d est in manu sua sinistra, & de oleo septies digito suo corã DOMINO aspergat. De residuo uero oleo quod est in manu sua, ponet sacerdos super molliorẽ auriculã auris dextræ eius qui purificatur, & super pollicem manus eius dextræ, & super pollicem pedis eius dextri, supra sanguinem hostiæ pro delicto. Et residuum olei quod est in manu sacerdotis, ponet super caput mũdandi, expiabitq; eum sacerdos corã DOMINO. Faciet quoq; sacerdos hostiã pro peccato, & expiabit mundandũ ab immunditia sua, & postea mactet holocaustum. Et sacrificabit sacerdos holocaustũ & sacrificium cibarium in ara, & expiabit eum sacerdos, eritq; mundus. Si uero is pauper fuerit, ut hæc non sint in facultate eius, su

[Margin notes:]
A
a Mundabit, id est mundum pronũciabit: externa scilicet ceremonia mũdum declarabit qui prius mundus est.
B b Integra pecus dicitur, quæ omni uitio caret.
Log mensuræ nomen.
C
Leuit. 5. b 12. d

Digitized by Google

mat agnum unũ pro hostia delicti ad Tenupha, ut expietur pro eo, & unam decimam similaginis mixtã oleo pro sacrificio cibario, & Log olei. Sed & duos turtures, aut duos pullos colũbinos, ut fuerit in facultate eius, quorũ unus erit pro
D hostia peccati, & alter pro holocausto. Adducet autẽ eos die octauo ad sacerdotem pro emundatione sui, ad ostium tentorij constitutionis coram DOMINO. Tum accipiat sacerdos agnum pro hostia delicti, & Log olei, morabitq́ ea sacerdos Tenupha coram DOMINO. Mactabitq́ agnũ pro hostia delicti, & sumet sacerdos de sanguine hostiæ pro delicto, & ponet super teneriorẽ auriculam auris dextræ eius qui purificatur, & super pollicẽ manus eius dextrę, atq; super pollicem pedis eius dextri. De oleo quoq; fundet sacerdos super uolã sacerdotis sinistram. Et sparget sacerdos digito suo dextro de oleo q̃d est in uola sua sinistra, septies corã DOMINO. Ponetq́ idem sacerdos de oleo quod est in uola sua super teneriorem auriculã auris dextræ purificandi, & super pollicem manus eius dextræ, atq; super pollicem pedis eius dextri, ad eum scilicet locũ ubi sanguis hostiæ pro delicto [fuerat positus.] Residuum uero olei quod est in manu sacerdotis, ponet super caput mundãdi, ut expiet eum coram DOMINO. Faciet quoq; unũ ex turturibus, aut pullis columbinis, de ijs scilicet quos apprehendit manus eius, de ijs inquã quos apprehenderit manus eius, unum [paret] pro hostia peccati, & alterum in holocaustũ, cum sacrificio cibario, expiabitq́ sacerdos emundandũ coram DOMINO. Hæc lex sit eius in quo est macula lepræ, & in cuius
E facultate non sunt [hæc] pro sui emũdatione. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen & Aharonem in hanc sentẽtiam, Quũ ueneritis in terrã Chanaan, quam ego do uobis possidendam, & dedero maculam lepræ in domo terræ possessionis uestræ. Veniet is, cuius est domus, & indicabit sacerdoti hisce uerbis, Quasi macula [lepræ] uidetur mihi esse in domo. Et iubebit sacerdos ut domum illam expurgent, priusq̃ sacerdos eam ingrediatur ad inspiciendũ maculã, ne immundum fiat quidquid est in domo illa: post hoc debet ingredi sacerdos ad inspiciendum domum, & ut inspiciat maculam. Si macula fuerit in parietibus domus, fouea scilicet luridæ aut subrufæ, & aspectus earum profundior erit ipso pariete, exibit sacerdos è domo ad ostium domus, & occludet domũ septem diebus, die septimo reuertetur sacerdos, & si uiderit creuisse maculam in parietibus domus, pręcipiat sacerdos ut eruant lapides in quibus est macula, & projiciant eos extra
F ciuitatem ad locum immundũ. Et domũ illam radant intus circunquaq;, effundentq́ puluerem quem abraserint, extra ciuitatem ad locum immundum. Et accipiant lapides alios, quos in locum istorũ lapidum substituant, accipiatq́ alium puluerem, cum quo domui tectorium obducat. Et si macula redierit, & pullulauerit in domo postq̃ eruti fuerint lapides, & postq̃ abraserint domum atq; tectorium obduxerint, ueniet sacerdos, & si uiderit creuisse maculam in illa domo, lepra corrodens est in domo illa, immũda est. Diruet ergo domum illam, lapides eius, ligna eius, & cunctum puluerem illius domus efferet extra ciuitatem ad locum immũdum. Et qui ingressus fuerit domum illam omnibus diebus quibus clausit eam [sacerdos,] immũdus erit usq; ad uesperam. Qui iacuerit in domo illa, lauabit uestimenta sua: & qui comederit in domo illa, eluet uestimẽta sua. Et
G si sacerdos uenerit, uideritq́ non creuisse plagam in domo postq̃ oblita est domus, mundam pronunciabit sacerdos domũ illam, quoniam sanata est plaga illa. Accipiat autem ad expiandam domum istam duas auiculas, & lignum cedrinum, & coccum bis tinctum, & hysopũ, unam auiculam mactabit super uase fictili & super aqua uiua. Deinde sumat lignũ cedrinum, & hysopũ atq; coccum bis tinctũ cum auicula uiua, intinget ea in sanguine auis mactatę, & in aquis uiuis, aspergatq́ domũ septies. Et expiabit domũ illam sanguine auis, & cũ aquis uiuis.

Lepra domorum.

Digitized by Google

uiuis, & aue uiuente, ligno cedrino, hysopo, atque cocco bis tincto. Auiculam autem uiuentem dimittet extra ciuitatem in superficiem campi, expiabitque domum illam, & munda erit. Hæc est lex pro quacunque plaga lepræ & psoræ. Pro lepra quoque uestis & domus, pro tumore, pro scabie serpente, & pro macula candicante, ad docendū scilicet, quo die inquinari, & quo die mundari debeat. Hæc est lex de lepra.

Epilogus.

CAP. XV.

De uarijs fluxibus immundis, siue in uiro fuerint, siue in muliere, interim etiam de eorum lustratione.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen & Aharonem in hanc sententiam, Loquimini ad filios Israel, & dicite ad eos, [a]Quicunque fluxū habuerit è carne sua, fluxu suo immūdus erit. Hęc uero erit immūditia eius in fluxu suo, si caro eius fluxū suum expuit, aut si caro eius obstructa fuerit à fluxu suo, hæc immūditia eius est. Omne stratū super quo iacuerit sic fluens, immundū erit, & omnis res super qua sederit, immūda est. Et quicunque stratū eius tetigerit, lauabit uestimenta sua in aquis, & immūdus erit usque ad uesperam. Et qui sederit super aliquo, super quo fluens sedit, eluet uestimenta sua, & lotus aqua immundus erit ad uesperam usque. Qui tetigerit carnē eius qui fluit, eluet uestimenta sua, & lauabit aqua, eritque immūdus usque ad uesperam. Et si consputerit is qui fluxum habet in mundum aliquem, eluet ille uestimenta sua, & lotus aqua, immūdus erit usque ad uesperam. B Quidquid ad equitatū aut uecturam pertinet, si is qui fluxū habet illud inscenderit, immundū erit. Et quicunque tetigerit rem quamlibet quæ sub eo est, immūdus erit usque ad uesperam: & qui gestauerit ista, eluet uestimenta sua, & lauabit aqua, & immūdus erit usque ad uesperam. Et quemcunque tetigerit is qui fluxum patitur, & manus suas aqua non abluit, eluet uestimēta sua, & lotus aqua, immūdus erit usque ad uesperā. Vas testaceum, quod tetigerit fluens, cōfringetur, & omne uas ligneum aqua abluatur. Posteaquam uero fluens à fluxu suo mūdatus fuerit, numerabit sibi septem dies pro sui emūdatione, & lotis uestimentis suis, lauabit & carnē suam aquis uiuis, & sic mūdus erit. Die octauo accipiat sibi duos turtures, aut duos pullos colūbinos, & ueniat in conspectū DOMINI, nempe ad ostiū tentorij constitutionis, & tradet illos sacerdoti. Sacerdos autem faciet illos, alterū pro hostia peccati, alterum pro holocausto, expiabitque eum sacerdos coram DOMINO à fluxu eius. C Vir de quo egreditur [b]proiectio seminis, lauabit totā carnem suam aqua, & immundus erit usque ad uesperā. Omnis uestis, atque omnis pellis in qua fuerit proiectio seminis, eluetur aqua, & immūda erit usque ad uesperā. Et mulier cum qua dormierit uir qui habet proiectionē seminis, lauabunt [uterque] aqua, & immūdi erunt usque ad uesperam. Mulier uero quæ fluxum habuerit, fueritque fluxus eius sanguis de carne eius, manebit septem dies in [c]mēsibus suis: quicunque eam tetigerit, immūdus erit usque ad uesperam. Et omne super quo illa iacuerit tempore separationis suæ, immundū erit: & omne super quo sederit, immundū erit. Quicunque tetigerit lectum eius, eluet uestimēta sua, & lotus aqua, immundus erit usque ad uesperā. Et quicunque rem ullā tetigerit super qua illa sederit, eluet uestimenta sua, lotusque aqua, immūdus erit usque ad uesperam. Et si quispiā stratū aut instrumentū aliquod tetigerit super quo illa sederit, immundus erit usque ad uesperā. Et si omnino iacuerit uir cum ea quæ [d]menses suos habet, immūdus erit septē diebus, & omne stratū super quo iacuerit, immundū erit. D Mulier si multis diebus fluxu sanguinis sui effluxerit, quū non sit tēpus profluuij sui, aut si fluit supra profluuiū suum, omnes dies fluxus immundi iudicentur, quemadmodū dies separationis suæ, eritque ipsa immunda. Omne stratū super quo iacuerit omnibus diebus fluxus sui, sit ei quemadmodū stratum separationis suę, & omne instrumentū super quo sederit, immundū erit, quemad

Leuit. 6. d

Leuit. 18. c

a Pro Quicunque, Hebraice est, uir uir.

b Quidam legūt, somniale semen, hoc est, quod somno effluit.

c Hbr. In separatione sua.

d Separatio, dies aut tempus separationis, periphrasis est mensium muliebrium, nam tum separatæ habitabant.

Digitized by Google

modũ immunditia separationis suæ. Et quicunq; aliquid istorum tetigerit, immundus erit, is eluet uestiměta sua, & lotus aqua, immundus sit usq; ad uesperã. Et si fuerit mundata à fluxu suo, numerabit sibi septem dies, deinde mũdabitur. Die octauo accipiat sibi duos turtures, aut duos pullos colũbinos, & ferat eos ad sacerdotem ad ostium tentorij cõstitutionis. Et faciet sacerdos alterum pro hostia peccati, alterũ pro holocausto, expiabitq; eam sacerdos corã DOMINO à fluxu immunditiæ suæ. [c]Religiose ergo prohibeatis filios Israel ab immũditijs suis, ne in immunditijs suis moriantur, si polluerint tabernaculũ meum quod est inter eos. Isto est lex eius qui fluxũ patitur, & de quo egreditur proiectio seminis, in quo polluitur. Item eius quæ ob profluuiũ separatur, aut qui fluit fluxu suo, siue mas sit, siue fœmina, & eius qui cum immunda iacuerit.

[c] Alij legunt, separetis filios Israel.

Epilogus.

CAP. XVI.

Quo tempore, quoq; ritu summus sacerdos sanctuarium ingredi debeat. De duobus hircis, & ieiunio septimi mensis.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen †post mortem duorum filiorũ Aharonis, quãdo appropinquarunt corã DOMINO, & mortui sunt. Dixitq; DOMINVS ad Mosen, Loquere ad Aharoně fratrem tuum, ne omni tempore intro eat in sanctuariũ, intra scilicet uelum coram propitiatorio quod super arcam est, ne moriatur, quoniã in nube apparebo super propitiatorium. In [a]hoc ingrediatur Aharon sanctuariũ, nempe cum [b]iuuenco bouis, qui sit pro peccato, & cum ariete pro holocausto. Tunica stricta linea sancta uestietur, & femoralia linea sint super carně eius, & zona linea accingatur, & tiara linea amiciatur: hæc san-

Supra 10.a

Exod. 30.b Heb. 9.b

[a] In hoc, id est, isto pacto & ritu.
[b] Eb. Filio bouis.

B cta sunt uestimenta, & lauabit aqua carnem suã cum induerit ea. Accipiat autě à cœtu filiorum Israel duos hircos caprarum pro peccato, & arietem unum in holocaustum. Et adducet Aharon iuuencum suum pro peccato, & expiabit pro se & pro domo sua. Deinde accipiet & duos hircos, et collocabit eos corã DOMINO ad ostiũ tentorij constitutionis. Et sortietur Aharon super duos hircos, sors una erit pro DOMINO, altera sors pro [c]capro sacro qui amãdatur. Et adducet Aharon hircũ illum super quě ducta est sors DOMINI, & faciet eum pro peccato. Alter uero hircus, super quě ducta est sors ut amandetur, statuetur uiuus corã DOMINO, ut isto expiet, ut amandet illũ, caprum scilicet emissariũ, in desertũ. Et iuuen

[c] Emissariũ alij uocant. Azazel uarie exponitur.

Hircus emissarius.

C cum quě habet adducat Aharon pro hostia peccati, & expiet pro se et pro domo sua, mactabitq; iuuencũ suum pro peccato. Accipiat quoq; acerrã plenã ignitis carbonibus ex ara quæ est corã DOMINO, & uolam suam plenã incenso aromatico contuso, & inferat intra uelũ. Ponetq; incensum super igně coram DOMINO, ut [d]fumus suffitus obtegat propitiatoriũ quod est super [e]testimoniũ, ne moriatur. Deinde accipiat de sanguine iuuenci, & spargat digito suo corã propitiatorio Orientě uersus, & corã propitiatorio spargat digito suo de sanguine illo septies. Et mactet hircũ pro peccato, qui est pro populo, & inferat sanguinem eius intra uelũ, faciatq; cum sanguine illo, quemadmodũ fecit cum sanguine iuuenci, spargens scilicet eum uersus propitiatoriũ, & corã propitiatorio. Et expia

Expiatio sanctuarij.

Heb. 9.d & 10.a

[d] Nubes pro fumo.
[e] Arca dicitur testimonium, quod testimonium in ea seruabatur.

D bit super sanctuariũ ab immũditia filiorum Israel, & à transgressionibus eorum, pro cunctis peccatis eorum: & sic quoq; faciet tentorio cõstitutionis, quod habitat cum eis inter immunditias eorum. Nullus aũt homo sit in tentorio cõstitutionis, quum ille ingreditur ad expiandũ in sanctuario, donec egrediatur, et expiauerit pro se & pro domo sua, atq; pro uniuerso cœtu Israelitico. Et egressus ad aram quæ est corã DOMINO, expiationě faciet super eam, sumetq; de sanguine iuuěci, & de sanguine hirci, & ponat super cornua aræ per circuitũ. Spargetq; super eam digito suo de sanguine septies, & emundabit ipsam, atq; eam sanctificabit ab immũditijs filiorum Israel. Et quum cessauerit ab expiando sanctuariũ, & tentorium

E constitutionis, & aram, tum adferat hircum uiuum. Imponetq; Aharon utranq;

manum

Digitized by Google

Confeſſio peccatorũ.

manum ſuam ſuper caput hirci uiuentis, & cõfitebitur ſuper ipſum cunctas iniquitates filiorum Iſrael, & omnes tranſgreſſiones eorum, omniaq; peccata eorũ, ponens ſcilicet eas ſuper caput hirci, & amandet [eum] per manum uiri tempeſtiui in deſertum. Et feret hircus ille ſuper ſe omnes iniquitates illorum in terrã ſeparatam, amandabitq; hircum in deſertum. Et ueniet Aharon ad tentorium conſtitutionis, & exutis ueſtimẽtis lineis, quibus indutus fuit dum introiret ſanctuarium, reponat ea iſthic, lotaq; carne ſua aqua in loco ſancto, induet ueſtimenta ſua, & egreſſus faciat holocauſtum ſuum, & holocauſtum populi, & expiet pro ſe & pro populo. Adipẽ hoſtiæ pro peccato incendat in ara. Porrò, is qui aman- F
dauit hircum [f] in campum caprarum, eluet ueſtimenta ſua, lotaq; carne ſua in aqua, ingredietur poſt hoc in caſtra. Iuuencum uero qui eſt pro peccato, & hircũ qui eſt pro peccato, quorum ſanguis illatus eſt ad expiandum ſanctuarium, efferat foras extra caſtra, † ut comburantur igne cum pellibus, carne & excremento eorum. Et is qui comburit ea, eluet ueſtimenta ſua, & lota carne ſua in aqua, tum tandem caſtra ingrediatur. Erit & hoc ſtatutum uobis perpetuum, ut menſe ſeptimo, decimo menſis [g] deijciatis animas ueſtras, nec ullũ opus faciatis, ſiue indigena ſit, ſiue incola, qui incolit inter uos. Quoniam eodem die expiabitur pro G
uobis, ut mundi fiatis, & mundi ſitis ab omnibus peccatis ueſtris coram DOMINO. Sabbatum ſabbatorũ hoc uobis, & deijcietis animas ueſtras ritu perpetuo. Expiabit autem ſacerdos qui unctus fuerit, & cuius manus fuerit conſecrata, ut ſacerdotio fungatur pro patre ſuo, induetur q; ueſtimẽtis lineis atq; ſanctis. Expiabit uero ſanctuariũ ſanctum, & tentorium conſtitutionis, expiabit & aram, & ſacerdotes, & uniuerſum populũ cœtus expiabit. Sitq; uobis hoc ſtatutũ perpetuum, ut expiet filios Iſrael ab omni peccato eorum ſemel in anno. Et fecit quemadmodum præcepit DOMINVS Moſi.

Heb. 13. b

Leuit. 23. e Feſtum expiationum.

Vniuerſale ſacrificiũ.

[f] Azazel quidã loci nomẽ eſſe putãt, quidam campũ quo abeunt capræ paſtũ.

[g] Quidam legunt, adfligatis.

CAP. XVII.

Quo in loco ſacrificia mactanda ſint, interdicitur eſus ſanguinis, quoq; ſpectent ceremoniæ, & quantum illis tribuendum.

ET loquutus eſt DOMINVS ad Moſen hiſce uerbis, Loquere ad Aharonem A
& filios eius, atq; ad cũctos filios Iſrael, & dices ad eos, Hoc eſt uerbũ quod præcepit DOMINVS, dicens, [a] Quicunq; è domo Iſrael mactauerit bouem, aut ouem, aut capram in caſtris, aut qui mactauerit extra caſtra, & ad oſtium tentorij conſtitutionis non attulerit, ut ſacrificet ſacrificium DOMINO ante tabernaculum DOMINI, ſanguis imputabitur uiro illi, [b] ſanguinẽ fudit, excindeturq; uir ille è medio populi ſui. Proinde quando filij Iſrael adducunt ſua ſacrificia, quæ ſacrificare uolunt in planitie campi, adducant talia ad DOMINVM, nempe ad B
oſtiũ tentorij conſtitutionis, ad ſacerdotẽ, ut ea DOMINO ſacrificent ſacrificia gratulatoria. Et ſparget ſacerdos ſanguinẽ ſuper arã DOMINI, quæ eſt ad oſtiũ tentorij conſtitutionis, & adolebit adipem DOMINO in odorem ſuaueolentẽ. Nec [c] ultra ſacrificent ſacrificia ſua [d] ſatyris, poſt quos ſcortati ſunt. Ritus hic erit perpetuus eis, etiã apud poſteros ſuos. Dices aũt ad eos, Quicũq; è domo Iſrael, aut ex incolis qui inter uos habitant, holocauſtũ aut ſacrificiũ attulerit, nec adduxerit hoc ad oſtium tentorij conſtitutionis, ut DOMINO illud faciat, is excinde- C
tur de populis ſuis. Et quicũq; è domo Iſrael, aut de incola qui inter uos habitat, ullum ſanguinem comederit, ponam faciem meam contra animam talẽ quæ comederit ſanguinẽ, & excindã eam de medio populi ſui. Nam anima carnis eſt in ſanguine, & ego dedi illũ uobis ſuper arã, ad expiandũ animas ueſtras, ſanguis enim animam expiabit. Et ob id dixi filijs Iſrael, Nulla anima ex uobis ſanguinem edat, deinde nullus incola qui habitat inter uos ſanguinem edat. Quicunq; ex filijs Iſrael, & incola qui habitat inter uos, uenatus fuerit uenationẽ feræ aut uolucris, quæ comedi poteſt, effundat ſanguinem eius, & obruat eum puluere.

Sãguine fit expiatio peccatorũ.

[a] Hæc non de mactatione animaliũ quæ ad eſum fit, intelligẽda ſunt ſed de mactatione ſacrificiorum.
[b] Quidã legũt, imputabitur uiro illi ſanguis, ac ſi ſanguinẽ fudiſſet.

[c] Ratio inſtitutionis ſacrificiorũ apud Iudæos.
[d] Seirim piloſi ſunt & capri, quales ſatyros fingunt: intelligit autem dæmones, qui iſtis ſpeciebus illuſerunt hominibus, & quos in ſyluis ac nemoribus coluerunt.

Digitized by Google

D Nam anima omnis carnis sanguis eius est, pro [e] anima eius est: ob id dixi filijs Israel, Nullius carnis sanguinem comedetis, quia anima omnis carnis sanguis eius est: quicunque comederit, excindetur. Omnis quoque anima (siue indigena sit, siue incola,) quæ cadauer aut discerptū à feris comederit, lauabit uestimenta sua aquis, & immundus sit usque ad uesperam, & tunc mundus erit. Et si non eluerit, carnemque suam non lauerit, feret noxam suam. Gen.9.b

[e] Quidam legunt, in anima eius est: sic habent Ebræi.

CAP. XVIII.

Quatenus inter consanguineos & affines matrimonia coeant, & quantum ab omni turpitudine abstinendum.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Ego DOMINVS deus uester. Secundum opera terræ Aegypti, in qua habitastis, ne feceritis: & secundum opera Chananaicæ terræ, in quam ego uos introduco, ne feceritis, in [a] ritibus eorum ne incedatis. Iudicia mea facietis, ritus meos obseruabitis, ut in illis incedatis: ego DOMINVS deus uester. Custodietis ergo ritus meos, & iudicia mea, quę faciens homo, in eis uiuet: ego DOMINVS. Nullus ad quascunque [b] reliquias carnis suæ accedat, ad retegendū uerenda: ego DOMINVS. Verenda patris tui, & uerenda matris tuæ ne retegas: mater tua est, ne retegas uerenda eius. Verenda uxoris patris tui ne retegas, turpitudo enim patris tui est. B Verenda sororis tuæ, quæ filia est patris tui, aut filia matris tuæ, [c] siue domi sit genita, siue foris, ne retegas turpitudinem earum. Verenda neptis ex filio tuo, aut neptis ex filia tua, ne retegas turpitudinem earum, quia turpitudo tua [d] est. Verenda filiæ uxoris patris tui, quæ genita est à patre tuo, soror tua est, ne retegas turpitudinem eius. Verenda amitæ tuæ ne retegas, quoniam reliquiarum est patris tui. Verenda materteræ tuæ ne retegas, reliquiarum enim matris tuæ est. Verenda patrui tui ne retegas, ad uxorem eius ne accedas, C uxor est patrui tui. Verenda nurus tuæ ne retegas, est enim uxor filij tui, idcirco ne retegas uerenda eius. Verenda fratriæ tuæ ne retegas, ignominia enim est fratri tuo. Verenda uxoris & filiæ eius ne retegas: neptem ex filio eius, & neptem ex filia eius ne ducas, ad retegendum turpitudinē eius, reliquiæ sunt ipsæ, & nephas est. Vxorem ad sororem suam ne ducas ad [e] lacessendum, ut scilicet retegas turpitudinem eius, uiuente adhuc illa. Ad mulierē quæ mensibus suis impolluta est, ne accedas, ad retegendum uerenda eius. [f] Vxorem proximi tui proiectione seminis tui ne contamines. De semine tuo ne des, ut ipsi Molech traducatur, neque prophanes nomen dei tui: ego DOMINVS. Cum mare ne cōcumbas D eo concubitu quo cum fœmina solet, abominanda res est. Ne concumbas cum ullo iumento, ut polluaris eo: neque mulier stabit coram iumento, ut se[illi] prostituat, quia [g] confusio est. In his omnibus ne polluamini, nam in hisce omnibus gentes polluuntur, quas ego eijcio ante uos. Et hinc cōtaminata est terra, & ego uisitaui iniquitatē eius super eam, & terra ipsa euomuit habitatores suos. Vos igitur custodietis statuta mea & iudicia mea, & ex oībus istis abominandis rebus nullam designabitis, siue indigena quis fuerit, siue incola qui inter uos habitat. Quoniā omnes istas abominationes fecerunt homines terræ illius qui fuerunt ante uos, ut polluta sit terra. An ergo terra uos non euomet, si pollueritis eā, sicut euomuit gentē quæ fuit ante uos? Nā quicūque fecerit quidpiā ex cunctis istis abominationibus, excindētur animæ sic faciētes è medio populi sui. Obseruabitis itaque obseruationē meam, ne quidpiā designetis ex ritibus illis abominandis qui facti sunt ante uos, ne polluamini in eis: ego DOMINVS deus uester.

Rom.10.a Ezec.20.b Gal.3.b. 4.Re.23.c Gentiū opera non imitanda.

[a] Hukoth ritus significat, mores, consuetudines, statua, legitima, decreta, ceremonias, præscriptiões. [b] Per reliquias consanguineos & propinquos intelligūt. Sunt enim reliquiæ carnis, quæ ad unitatem totam trahūtur. [b] Potest et sic legi ex Ebræo, Nullus ad reliquias carnis suæ accedat, ut obuoluat turpitudinem, &c. Sic ne obuoluas turpitudinem patri tuo. [c] Quidam Moledeth exponunt, quæ adoptata est in filiam. [d] Ebr. Sunt. [e] Potest etiā legi, ad copulandum, seu ad æmulandum. [f] Eb. Ad uxorē proximi tui ne des proiectionem tuam seminis, ut eam polluas. [g] Alij legūt, quia scelus est.

XIX.

Miscellanea quædam præceptorum, quæ partim ad rationem honestatis, partim ad morum formationem pertinent.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad uniuersum cœtum filiorum Israel, & dices ad eos, Sancti estote, quia ego sanctus sum 1.Pet.3.c

Digitized by Google

ctus sum DOMINVS deus uester. Quisque matrem suam & patrem suum reuere-
remini, & sabbata mea custodite: ego DOMINVS deus uester. Ne respiciatis ad
idola, neque deos fusiles uobis faciatis: ego DOMINVS deus uester. Si sacrifica-
ueritis sacrificium pacificorum DOMINO, ut gratum sit sacrificabitis illud. Eo
dem die & postero comedetur sacrificium uestrum, & si quid residuum manse- B
rit in diem tertium, igne comburetur. Quod si omnino die tertio comedetur, exe
crabile est, & non acceptum. Qui comederit ipsum, feret iniquitatem suam, eo
quod sanctum DOMINI prophanauit, & excindatur anima huiusmodi e po-
pulis suis. Quum messem terrae uestrae messueritis, ne tam exacte angulum agri
tui metendo deseces, & spicilegium messis tuae ne colligas. Ne facias racematio-
nem uineae tuae, & acinorũ reliquias in uinea tua ne collegeris, sed eas pauperi
& incolae relinquas: ego DOMINVS deus uester. Non furabimini, ne mentia- C
mini, nemo dolo malo agat cum proximo suo. Ne iuretis per nomen meum ne-
quiter, neque prophanabis nomen dei tui: ego DOMINVS. Ne uim facias pro-
ximo tuo, nec depraederis [ipsum:] [a]opus mercenarij ne pernoctet apud te usque
mane. Ne maledicas surdo, neque offendiculum ponas coram caeco, quin potius
[b] timebis deum tuum: ego DOMINVS. Ne feceritis iniquum quid in iudicio,
ne suscipias faciem pauperis, nec reuerearis faciem potentis, iuste iudicabis pro
ximo tuo. Ne incedas [c] mercator in populo tuo, neque stes contra sanguinem pro
ximi tui: ego DOMINVS. † Ne oderis in corde tuo fratrem tuum, at plane re- D
prehendas proximum tuum, ne feras propter eum peccatum. *Ne ulciscaris, ne
sis iniuriarum memor erga filios populi tui, sed † diliges proximum tuum ut te
ipsum: ego DOMINVS. Ritus meos seruabitis. Ne facias coire iumentũ tuum
mixtim, neque agrum tuum mixtim seras, uestem ex lana & lino contexta [d] ne in-
duaris. Vir qui dormierit cum muliere proiectione seminis, quae ancilla est, sed
uiro desponsa, ueruntamen redempta omnino non est nec manumissa, [e]inquisi E
tio fiat, nõ morientur, quia non fuit libera. Adducet insuper ipse DOMINO pro
delicto suo ad ostium tentorij constitutionis, arietem, qui sit hostia pro delicto,
& expiabit pro eo sacerdos coram DOMINO per arietem, qui hostia est pro de-
licto, pro peccato suo quod commisit. Et quum ueneritis in terram, & omnige-
nas arbores esui aptas [f] plantaueritis, fructus earum ac si praeputiũ haberent cen
sebitis. Tribus annis erunt uobis ac si praeputium haberent praeputiati, nec eden
tur: quarto anno cuncti fructus earum sancti erunt & laudabiles DOMINO: F
in quinto demum anno comedetis fructus earum, ut uberior sit uobis prouen-
tus earum: ego DOMINVS deus uester. Ne edatis [g] cum sanguine, nec magicã
exerceatis, neque tempora obseruabitis. [h]Ne in gyrum attondebitis angulum ca
pitis uestri, neque uities angulum barbae tuae. Incisionem mortui gratia ne pona-
tis in carne uestra, ne scripturae notam uobis imprimatis: ego DOMINVS. Ne
prostituas filiam tuam, ut scortari eam facias, ne & terra scortetur, impleaturque ter
ra scelere. Sabbata mea obseruabitis, & sanctuarium meum reuerebimini: ego
DOMINVS. Nolite uerti ad pythones, & hariolos ne inquiratis, ut in eis pol- G
luamini: ego DOMINVS deus uester. Coram canicie assurgas, & honora fa-
ciem senis, metuasque deum tuum: ego DOMINVS. Si commoratur †aduena in
terra uestra, ne afficiatis eum molestia, sed sit apud uos incola qui cõmoratur uo
biscum, quemadmodum indigena ex uobis, diligasque eum sicut teipsum, quia &
uos incolae fuistis in terra Aegypti: ego DOMINVS deus uester. Ne feceritis
quidpiam iniqui in iudicio, in dimensione, in pondere, & in mensura. Bilanx
iusta, lapides iusti, Epha iustum, & Hin iustum sit uobis: ego DOMINVS deus
uester, qui eduxi uos e terra Aegypti, custodietis itaque omnes ritus meos, & cun-
cta iudicia mea, ut faciatis ea: ego DOMINVS.

CAP. XX.

Parentes. Sabbata. Idola. Messis. Furtum. Mendaciũ. Periurium. Exod. 20. b Deut 5. b Eccli 10. a Deut. 24. c Tob 4. c Surdus. Aequitas. Acceptio personarũ. Odium. 1. Ioan. 2. b 3. c Eccli 19. b Vitio. *Mat 18. b Luc. 17. a Dilectio amici. † Mat. 5. g 22. d Rom 13. c Gal. 5. c Iac. 2. b Ager. Vestis Fructus primi. Magica. Coma. Barba. Mortuus. Stigmata. Sabbatum. Pythones. Senes. Aduena. Exod. 22. c Iudicium. Regula. Pondus. Mensura.

[a]Opus pro mercede operis.
[b]Eb. Timebis à deo tuo.

Rachil.
[c]Mercator metaphorice ponitur pro impostore, nã frequenter technis & artib. homines circũueniunt. Alij susurronem intelligũt, significantur homines dolosi, subdoli, qui rem suã cũ iactura proximi augent, sycophantę, delatores, qui nisi mentiantur, lucri nihil habent.
[d]Ebr. Nõ ascendat super te.
[e]Examen, cognitio.
[f]Fructus arborũ tribus primis annis incircũcisi, adeoque immundi censebantur. Ebr. Praeputiabitis praeputium eius fructum eius.
[g] Vel, super.
[h] Iudaei sic legunt, Nec in gyro attõdebitis angulũ. Sed uidetur nõ uetare tõsionẽ, sed potius calamistratos crines & barbae deformitatẽ, quod effoeminatorũ est.

Digitized by Google

Repetuntur hic quædam leges, & sanciuntur pœnæ.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Sic dices ad filios Israel, Qui Leuit. 18. d
cunque è filijs Israel, aut ex incolis qui commorantur in Israele, de semine suo
dederit ipsi Molech, morte multabitur, populus terræ lapidibus eum opprimet.
Et ego statuam faciem meam contra uirum huiusmodi, & eum de medio popu
li sui excindam, eo quod dederit de semine suo ipsi Molech, ut contaminaret san
ctuarium meum, & prophanaret nomen meum sanctum. Et si omnino populi
regionis oculos suos [a] absconderint à uiro isto, qui de semine suo Molech dede-
rit, & eum non interfecerint, statuam ego faciem meam contra uirum huiusmo-
di, & contra cognationem eius, & excindam eum, & omnes qui scortantur post
eum, ut scortentur post Molech, è medio populi sui. Et anima quæ respexerit Superstitio
post pythones, & post hariolos, ut post eos scortetur, ponam faciem meam con-
B tra animam illam, & excindam eam de medio populi sui. Sanctificamini igitur, 1. Pet. 1. c
& estote sancti, quia ego sum DOMINVS deus uester. Seruate ritus meos ut fa-
ciatis eos: ego DOMINVS sanctificans uos. Quicunque patri suo, aut matri suæ Parentes.
maledixerit, morte multetur, patri enim suo & matri suæ maledixit, [b] capitali pœ Exod. 21. c
na dignus est. Et uir qui adulterium committit cum uxore alicuius, qui adulte- Prou. 20. c
rium inquam committit cum uxore proximi sui, omnino moriatur adulter & Matt. 15. a
adultera. Qui dormierit cum uxore patris sui, & uerẽda patris sui retexerit, mor- Marc. 7. b
te multetur uterque, capitali pœna plectantur. Qui dormierit cum nuru sua, am- Mœchus. Adultera. Ioan. 8. a
bo morte multentur, scelus designarunt, ultimo supplicio sunt digni. Et si quis Deut. 22. d
dormierit cum mare concubitu fœminæ, abominandam rem ambo fecerunt,
morte multentur, digni enim sunt morte. Si quis duxerit uxorem & matrem
eius, nephas hoc est, eum & ipsas igne comburent, ut non sit nephas in medio
C uestri. Si quis concumbit cum iumento, morte multetur, & iumentum quoque in-
terficiatis. Mulier quæ ad pecus accedit, ut ei se prostituat, occidas mulierem atque
iumentum, morte multentur, ultimo supplicio digni sunt. Vir qui acceperit so-
rorem suam, filiam patris sui, aut filiam matris suæ, & intuitus fuerit uerenda
eius, ipsaque intuita fuerit uerenda illius, [c] ignominia est, [d] excindantur coram po-
pulo [suo] uerenda sororis suæ retexit, iniquitatem suam feret. Et uir qui dormie
rit cum muliere habente menses, & retexerit uerenda eius, denudaueritque uenam
eius, & ipsa retexerit fontem sanguinis sui, excindantur ambo è medio populi
sui. Verenda sororis matris tuæ, atque sororis patris tui, ne retegas, quoniam [e] re-
D liquias suas denudauit, peccatum suum ferent. Vir qui dormierit cum uxore pa-
trui sui, & ignominiam patrui sui retexerit, ferent iniquitatẽ suam, orbi morien-
tur. Vir si acceperit uxorem fratris sui, [f] abominanda res est, turpitudinem fratris
sui retexit, orbi erũt. Custodietis itaque omnia statuta mea, & omnia iudicia mea,
ut faciatis ea, ne euomat uos terra in quam ego uos introduco, ut in ea habitetis.
Ne incedatis iuxta ritus gentis huius, quam ego eijcio ante uos, quoniam om-
nia ista fecerunt, ideo eos cum fastidio repuli. Vobis autem dixi, Vos hæreditate
possidebitis terram ipsorum, & ego dabo uobis eam, ut eam possideatis, terram
fluentem lacte & melle: ego DOMINVS deus uester, qui segregaui uos à popu
lis. Vos igitur discrimen facite inter iumentum mundum & immundum, inter
auem immundam & mundam, ne contaminetis animas uestras in iumentis &
auibus, atque in [g] omni eo quod reptans scaturit terra, quod segregaui à uobis ut
immundum. Eritis itaque mihi sancti, quia ego DOMINVS sanctus sum, & se-
gregaui uos de populis, ut essetis mei. Vir aut mulier, in quibus python uel spiri Sancti.
tus hariolandi fuerit, omnino interficiantur, lapidibus obruent eos, capitali sup- Pythonici moriantur.
plicio digni sunt. Deut 18. b
CAP. XXI. 1 Reg. 28. b

a Hoc est, si dissimularint & conniuerint.

b Ebr. Sanguis eius sit super eum.

c Hased hic pro ingenti ponitur scelere, quod cõmiseratione magna dignum est.

d Eb. Excindãtur in oculis filiorum populi.

e Reliquias suas, id est, cognatam suam.

f Nidah scelus, ac si quis adiret mulierẽ quæ menses habet.

g Vel in omni reptili.

Quæ

Digitized by Google

Qua puritate pollere debeant sacerdotes, religionis antistites.

ET dixit DOMINVS ad Mosen, Loquere ad sacerdotes filios Aharonis, & A dic ad eos, Propter funus nemo funestetur in populis suis, at super [a] cognato suo, qui propinquus est eius, pro patre scilicet suo, & pro matre sua, pro filio suo, & pro filia sua, & pro fratre suo, super sorore sua uirgine, quæ ei iuncta est, quæ uirum nondum habet, contaminari potest. Non polluet se, qui uir est [magnus] in populo suo, ut sese prophanet. Ne caluitiem inducant capitibus suis, angulū barbæ suæ ne attondeant, & in carne sua incisuras ne faciant. Sancti erunt deo suo, & non polluent nomen dei sui, quoniam sacrificia quæ igne confiunt DOMINO, panes uidelicet dei, ipsi sacrificant, ideo sancti erunt. Scortum ne ducant B uxorem, neq; prophanam, neq; ducant mulierem repudiatam à marito suo, quia [talis] sanctus est deo suo. Sanctificabis itaq; eum, quia panes dei tui sacrificat ipse, ideo sanctus erit tibi, quia sanctus ego DOMINVS qui uos sanctifico. Et si filia sacerdotis cœperit scortari, patrem suum hæc prophanat, igne exuratur. Sacerdos uero magnus inter fratres suos, super cuius caput fusum est oleum unctionis, & qui consecrauit manum suam ut uestibus indueretur, is caput suum non nudabit, nec uestes suas laceret. Propter nullius mortui animas ingredietur, sed nec super patre suo aut super matre sua polluetur. Et sanctuario nō egredietur, C nec prophanabit sanctuarium dei sui, quia super eum est corona olei unctionis dei sui: ego DOMINVS. Vxorem in uirginitate eius ducet, uiduam uero, repudiatam, prophanam & meretricem, illas inquam, non ducet, sed uirginem de populis suis ducet uxorem. Nec [b] prophanabit semen suū in populis suis, quia ego DOMINVS sanctifico eum. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad Aharonem, dicens, Quicunq; de semine tuo in generationibus suis habuerit uitium, ne appropinquet ut offerat panem deo suo, quoniam quicunq; uitium habuerit, non debet appropinquare: si uidelicet sit cæcus, D aut claudus, aut nasum habens depressum, aut si monstrosis sit membris, aut qui contritum habet pedem, aut manum confractam, aut [c] gibbosus, aut [d] minutus, aut uitiato oculo, qui scabiem habet purulentam, aut aridam mordicantem, aut qui est [e] testiculo obligato. Quicunq; uitium aliquod habuerit, & est de semine Aharonis sacerdotis, non accedat ut sacrificet sacrificia quæ igne fiunt DOMINO. Nam quandoquidem uitium habet, non accedere debet ut panem dei sui offerat. Panem quidem dei sui de sacrosanctis ac consecratis edat, modo ad uelū ne accedat, neq; ad aram, quū uitium habeat, ne prophanet sanctuarium meum: ego enim sum DOMINVS sanctificans eos. Loquutus est itaq; Moses ad Aharonē & filios eius, & ad cunctos filios Israel.

Ezec. 44. f

[a] Ebr. Super reliquijs suis.

[b] Prophanat semen, qui alienigenā, non Israeliticam ducit.

[c] Pro gibboso, quidam legunt, qui habet supercilia coēuntia: Gab enim super cilium significat etiam.

[d] Pro dak minuto, quidam legunt, pellem in oculo habēs.

[e] Herniosi aut rupti obligatos habent testiculos.

CAP. XXII.

Quales debeat esse sacerdotes, qualis eorū familia, & qualia debeant esse sacrificia.

LOquutus est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Loquere ad Aharonē & A ad filios eius, ut abstineant à consecratis filiorū Israel, & nō polluant nomē meum sanctum, in his quæ sanctificant mihi: ego DOMINVS. Dic ad eos, etiā ad posteros eorum, Quicūq; accesserit de uniuerso semine uestro ad sancta, quæ [a] sanctificāt filij Israel DOMINO, qui in se habet immunditiā suam, excindetur anima illa à conspectu meo: ego DOMINVS. Quicūq; de semine Aharonis leprosus fuerit, aut fluxum patiens, de sanctificatis non comedat, donec mūdetur: & qui tetigerit quemcunq; qui super mortuo immunditiam contraxit, uel [qui contigerit] aliquem cui exierit, aut qui proiecerit semen, aut qui contigerit quodcunq; reptile quod eum contaminat, aut hominem à quo contaminari potest, iuxta omnem illius immunditiam: anima inquam quæ tale quid contigerit, immunda erit usq; ad uesperam, neq; comedat de sanctificatis, donec lauerit aqua carnem suam, sole occidente, mūdus erit, & tum demū edat de consecratis, quia B

[a] Sanctificare, est rem aliquam deo dedicare, consecrare & offerre.

Digitized by Google

b Panis Ebræis cibum significat.

[b]panis illius est. Cadauer, & à feris discerptum ne edat, ut eo contaminetur: ego Exod.22.d
B DOMINVS. Obseruent igitur obseruationem meam, ne accersant sibi noxam, Ezec.44.g
& moriantur in ea, si prophanauerint illam: ego DOMINVS sanctificans eos. Nullus alienigena sanctum comedat, nec inquilinus sacerdotis, neque mercenarius edat sanctum. Quod si sacerdos emerit aliquem suo ære, is comedet ex eo, et natus in domo eius, hi inquam comedent de pane eius. Et si filia sacerdotis nupserit uiro extraneo, hæc eadem de Thruma consecratorum non edat. Filia sacerdotis si fuerit uidua, aut repudiata, & semen non habuerit, sed redierit ad domũ patris sui, comedet de pane patris sui, quemadmodũ in pueritia sua: at nullus extraneus uescetur ex eo. Et si quispiã ex consecrato ederit ignorans, addat super illud quintam partẽ suam, & det sacerdoti cum consecrato. Et ne prophanent sancta filiorum Israel, quæ in sublime tollunt DOMINO, ne sibi asciscant iniquitatem, quũ comederint sanctificata illorũ: quia ego DOMINVS sanctificans eos.

Oblatiões quales sint.

C Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad Aharonem, & ad filios eius, & ad cunctos filios Israel, & dices ad eos, Quicunque è domo Israel, & de incola in Israel, attulerit donũ suũ, de cũctis uotis suis, atque de cunctis uoluntarijs suis, quæ adduxerint DOMINO in holocaustũ, [adferatis hoc] ut grati sitis, nempe marẽ integrũ è bobus, ex ouibus, aut capris. Quidquid uero uitiũ aliquod habet, illud ne adducatis, neque [c] enim gratos uos redderet. [D] Quicunque adduxerit sacrificiũ pacificorũ DOMINO, ut separet uel uotũ, uel uoluntarium munus, in quo placare uult, boue aut oue illud faciat, qui sint sine [e] uitio, nec sit aliquod uitium in eis. Cæcũ, aut confractũ, aut labijs scissum, aut uerrucosum, quod scabiem habet purulentã, aut impetiginem: ista ne offeratis DOMI-
D NO, nec ignitũ sacrificium ponetis de illis super aram DOMINI. Bouem & pecudem enormibus aut contractis membris, facere poteris pro uoluntario dono, at pro uoto non erit acceptum. Quod impulsu fractum est, aut contusum, aut ruptum, aut exectũ, ne sacrificetis DOMINO, & in terra uestra ne feceritis. Sed neque de manu alienigenæ offeretis [f] panem deo uestro de omnibus istis, eo quod corruptio eorũ sit in eis, habeantque uitium in seipsis, & ideo non grata erunt pro uobis. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Quũ bos, aut ouis, aut capra nata fuerit, septẽ diebus maneat sub matre sua, die uero octauo & deinceps grata erit DOMINO, pro sacrificio quod igne consit. Bouem aut pecudem unà cum fœtu suo ne mactetis eodem die. Et si uolueritis sacrificare DOMINO sacrificium laudis, sacrificabitis ut grati sitis. Eodem die comedetur, ne reliquũ faciatis ex eo quidquã usque mane: ego DOMINVS. Custodietis itaque præcepta mea, & facietis ea: ego DOMINVS. Neque prophanabitis nomẽ sanctũ meum, ut sanctificer in medio filiorum Israel: ego DOMINVS sanctificans uos. Qui eduxi uos è terra Aegypti, ut essem deus uester: ego DOMINVS.

c Vel, illud enim nõ fieret in placationẽ uestri.
D Pacifica diuiduntur in uota & uoluntaria.
e Quæ sint uitia aut maculæ.
f Panis pro omni sacrificio quod esui est aptum.

CAP. XXIII.

De ferijs & statis festis.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Statæ feriæ DOMINI, quas uocabitis [a] cõuocationes sanctas: hæ sunt statæ feriæ meæ. Sex diebus fiet opus, die uero septimo sabbatũ est quietis cõuocatio sancta, nullum facietis opus, sabbatũ enim est DOMINO in cunctis habitationibus uestris. Istæ sunt statæ feriæ DOMINI cõuocationes sanctæ, quas indicetis temporibus suis. Primo mẽse, decimoquarto mensis, inter uesperas Pasa est DOMINO. Et in quindecimo die mensis istius, festus est dies azymorum DOMINI, septem diebus infermentatas placẽtas edetis. Primo die sancta conuocatio erit uobis, nullum opus seruile facietis. Sed offeretis sacrificium quod igne consit DOMINO, per septem illos dies, septimo quoque die conuoca-
B tio sancta est, nullũ opus seruile facietis. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in

Exod.23.b Deut.5.b
Dies festus primus pascha.
Exod.23.

a Vocatiões pro cõuocationibus & comitijs, nã in diebus festis populus conuocabatur.
Pãsa trãsitus est, aut festus dies paschatis.

Deut.15.d Eccli 35.b

Digitized by Google

Spicacium primitiæ:

sen in hanc sententiã, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Quũ ueneritis in terrã quam ego do uobis, & messueritis messem eius, inferetis [b] Gomer de primitiuis fructibus messis uestræ, ad sacerdotẽ, qui motabit Gomer corã DOMINO ad placationẽ uestri, postridie sabbati motabit illud sacerdos. Eodem autem die quo motaueritis Gomer, facietis ouem [c] integram, marem, anniculã holocaustũ DOMINO. Cibariũ autem sacrificium eius, fiet ex duabus decimis similaginis, quod cõmixtum sit oleo, ut fiat sacrificiũ igne DOMINO in odorẽ suaueolentem, & libatio eius sit de uino, nempe quarta pars Hin. Panẽ, & [d] molam, & spicas tostas ne edatis in eum usq; diem quo attuleritis sacrificium deo uestro, statutum sit hoc perpetuum etiam posteris uestris in cunctis habitationibus uestris.

Secundus dies festus est hebdomadum seu pentecoste.

C Numerabitis autem uobis à crastino die sabbati, à die inquã, qua obtuleritis Gomer Tenupha, [e] septem sabbata quæ integra sint, usq; ad crastinum septimi sabbati numerabitis quinquaginta dies, & adferetis DOMINO sacrificium cibarium nouum. Ex habitationibus uestris adferetis panes Tenupha duos ex duabus decimis similaginis, quiq; sint cum fermento cocti ex primitijs DOMINO. Cum panibus adferetis septẽ agnos integros anniculos, & iuuencum ex bobus unũ, atq; arietes duos qui sint holocaustũ DOMINO, cum sacrificijs cibarijs, & cum libamentis suis, ut sint sacrificia quæ igne consiant DOMINO in odorem suaueolentem. Deinde facietis hircum ex capris unum pro hostia peccati, & duos agnos anniculos pro sacrificio pacificorum. Motabitq; ea sacerdos cum panibus

Panes primitiarum.

D primitiarum, agitando coram DOMINO, cum duobus agnis, eruntq; hæc sancta DOMINI, sacerdotis. Et uocabitis hunc ipsum diem ut sit uobis [f] conuocatio sancta, nullum opus seruile facietis: ritus perpetuus sit in cunctis habitationibus uestris, etiã apud posteros uestros. Et quũ messueritis messem terræ uestræ, ne tam exacte angulum agri tui in messe tua deseces, & spicilegiũ messis tuæ ne colligas, pauperi & aduenæ relinques illud: ego DOMINVS deus uester. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiã, Loquere ad filios Israel, & dic, Mense septimo, primo die mensis erit uobis [g] quies, monumentum [h] clangoris, conuocatio sancta. Nullũ opus seruile facietis, nisi quod adferetis sacrificium quod igne consit DOMINO. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc

Num. 19. b Deut. 24. b

Festum tubarum.

E sententiã, Veruntamen in decimo septimi mensis huius, dies erit expiationum, is sit uobis sancta conuocatio, & [i] adfligetis animas uestras, & adferetis sacrificiũ quod igne consit DOMINO. Nullum opus hoc ipso die facietis, quia dies expiationum est, ad expiandũ uos coram DOMINO deo uestro. Quoniã omnis anima quæ non afflicta fuerit hoc ipso die, excindetur è populis suis. Et omnis anima quæ fecerit quodcunq; opus hoc ipso die, perdam animam talẽ è medio populi sui. Nullũ opus facietis, ritus sit perpetuus apud posteros uestros in omnibus habitationibus uestris. Sabbatũ quietis sit uobis, affligetisq; animas uestras in nono mensis sub uesperã, à uespera in uesperam quiescetis in sabbato uestro.

Expiationis dies. Supra 16. g Num. 29. b

F Et loquutus est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Loquere ad filios Israel, & dices, In quindecimo die mensis huius septimi, festus dies est tabernaculorũ septem diebus DOMINO. Die primo conuocatio sancta est, nullũ opus seruile facietis, septẽ diebus adferetis sacrificia quæ igne cõsiunt DOMINO, † octauo autem die cõuocatio sancta erit uobis, adferetisq; sacrificia quæ igne consiunt DOMINO, [r] cõcio erit hoc [die,] nullũ opus seruile facietis. Hæ sunt statæ feriæ DOMINO, quas uocabitis conuocationes sanctas, ut adferatis sacrificia quæ igne cõsiunt DOMINO, holocausta, cibaria sacrificia, uictimas et libamina, singulis diebus suũ demensum. Pręter sabbata DOMINI, et pręter dona uestra, præter omnia uota uestra, & præter oĩa uoluntaria munera uestra quæ tribuitis DOMI

Tabernaculorũ festũ. Ioan. 7. f

G NO. Veruntamen in decimoquinto die septimi mensis, cum collegeritis prouen

[b] Gomer Ebræis omer, mensura est.

[c] Integrum est quod omni uitio caret.

[d] Vel, Far tostum.

[e] Quidam legũt hebdomades plenas.

[f] Potest etiã legi, Et legetis eodem die lectionem sacram, uel proclamabitis.

[g] Vel, sabbatum.
[h] Thrua clangor est iobel seu buccinæ, iubilus, aut classicũ.

[i] Vel, humiliabitis.

[r] Atzereth uarie exponitur, quidam dicunt cõcio, quidam collecta, quidam retentio. Nam hoc die conueniebat populus & conferebat aliquid de frugibus ad usus necessarios, & dautius retinebatur.

Digitized by Google

tum terræ, celebrabitis diem festum DOMINO septem dies. Primo die requies erit, & dies octauus requies. Die primo accipite uobis fructum ligni speciosi, [f]ramos palmarum, & ramos arboris densæ, et salices torrentis, lætabiminiq; coram DOMINO deo uestro septem dies. Et celebrabitis diem istum festum DOMINO septem diebus in anno. Statutum hoc perpetuum sit ad posteros uestros, ut mense septimo celebretis hunc diem festum. In tabernaculis manebitis septē diebus, omnes indigenæ de Israel sedebunt in tabernaculis, ut posteri uestri sciant quod ego fecerim habitare in tabernaculis filios Israel, quum educerem eos è terra Aegypti: ego DOMINVS deus uester. Et Moses loquutus est ad filios Israel de statis ferijs DOMINI.

[f] Hb Manus pro frondibus aut ramis.

CAP. XXIIII.

De oleo ad lucernas, de panibus propositionis aut facierum, & de pœna quorundā scelerum.

A LOquutusq; est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Præcipe filijs Israel, ut adferant ad te oleum oleæ purum & contusum ad luminare, ad [a] incendendum lucernam [b] iugiter. Aharon concinnabit eam coram DOMINO in tentorio constitutionis extra uelum testimonij, à uespera usq; mane, idq; iugiter, statutum sit perpetuum etiam posteris uestris. Super candelabrum mundum concinnabit lucernas coram DOMINO iugiter. Tolles quoq; similaginem, & pinses ex ea duodecim placentas, duæ decimæ erunt in una placenta.Ponesq; eas duobus ordinibus, sex scilicet ordine [uno] super mensam mundam coram DOMINO. Pones etiam thus purum super ordine illo, ut sint panes ad monumentum, atq; ad sacrificium quod igne consit DOMINO. Singulis sabbatis concinnabit illos coram DOMINO iugiter, à filijs Israel fœdere perpetuo. Eruntq; Aharonis & filiorum eius, qui comedent eos in loco sacro, nam sacrosancti sunt ei, de sacrificijs quæ igne consiunt DOMINO, statuto perpetuo. Egressus est autē filius mulieris Israelitidis, qui filius erat uiri Aegyptij inter filios Israel, iurgatiq; sunt in castris, filius Israelitidis, & quidam Israelita. Et filius Israelitidis [c] diserte expressit insigne illud nomen, & uilipendit. Adduxeruntq; eum ad Mosen. Nomen autem matris eius erat Selomith, quæ erat filia Dibri ex tribu Dan. Et posuerunt eum in carcerem, ut exponeretur eis sententia DOMINI. Loquutus est ergo DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Educ blasphemū extra castra, & quicunq; audierunt ponant manus suas super caput eius, lapidibusq; obruat eum uniuersus cœtus. Et ad filios Israel sic loqueris, Quicunq; blasphemauerit deum suum, feret peccatum suum. Et qui diserte expresserit nomen DOMINI, morte multetur, omnino lapidibus obruet eum uniuersus cœtus, siue indigena fuerit, siue incola, quum diserte expresserit nomen [illud,] interficiatur. Et qui percusserit [d] ullam animam hominis, morte multetur. Et qui animam iumenti percusserit, restituat ipsum, animā scilicet pro anima. Et qui detrimento affecerit proximum suum, huic fiet quemadmodum ipse fecit. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente: quidquid homini uitij aut detrimenti infert, hoc idem ei inferatur. Et qui percusserit iumentum, reddat ipsum: qui uero hominem percusserit, interficiatur. Idem iudicium erit uobis, sicut aduenæ, ita & indigenæ, quia ego DOMINVS deus uester. Et loquutus est Moses ad filios Israel, eduxeruntq; blasphemum extra castra, & obruerunt eum lapidibus. Et filij Israel fecerunt quemadmodum DOMINVS Mosi præcepit.

[a] Hbr. Ad ascendendum, uel ad faciēdū ascendere.
[b] Iugiter, tota scilicet nocte, à uespera usq; in auroram.
[c] Quidam legūt, blasphemauit.
[d] Anima pro uita ponitur aut uiuente.

Duodecim placentæ. (B) Math. 12.a (C) Pœna talionis. (D) Exod. 21.b Lex talionis. Matth. 5.f Exod. 21.c Deut. 19.d Aequū iudicium. Blasphemus lapidatur.

CAP. XXV.

De septimo anno, & sabbato septem annorum, libertateq; quinquagesimi anni.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen in monte Sinai in hanc sententiam, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Quum ueneritis in terrā quam ego do uobis, quiescet terra, & habebit sabbatum DOMINI. Sex annis seminabis agrum tuum, & sex annis putabis uineam tuam, & fructum eius colliges, septimo uero

Exod. 23.b De septimo anno.

mo uero anno sabbatum quietis erit terræ, sabbatum [inquam] DOMINI, agrum tuũ non seminabis, nec uineam tuam putabis. Quod ex deciduo [a]messis tuæ spõte nascitur, ne metas: & uuas quas tibi [b]separare uolebas, ne uindemies, annus enim quietis erit terræ, eritq́ sabbatũ terræ uobis in cibum, tibi, seruo tuo, ancillæ tuæ, mercenario tuo, & inquilino tuo qui tecum commoratur, sed & iumento tuo, & bestiæ quæ est in terra tua, erit cunctus prouẽtus terræ in cibum. Numerabis quoq́ tibi septem sabbata annorum, septem scilicet annos septies, eruntq́ tibi septem annorum sabbata quadragintanouem anni. Et circummittes, clangorem buccinæ in mense septimo, decimo [die] mensis, in die inquã expiationum circummittetis cornu per uniuersam terram uestram. Et cõsecrabitis B annum illum, annum uidelicet quinquagesimum, & proclamabitis libertatem in terra omnibus habitatoribus eius, iubileus enim erit hic [annus] uobis, & redibitis quisq́ ad possessionem suam, & quisq́ ad cognationem suam reuertimini. Annus ille quinquagesimus iubileus erit uobis annus, ne seminetis, neq́ ea quæ ex deciduo sponte nascuntur metatis, neq́ religiose cõsecrata uindemietis. Iubileus enim ille sanctus sit uobis, de agro comedetis, prouentum scilicet eius. In anno iubilei istius, redibitis quisq́ ad possessionem suam. Et si uendideritis [c]uenditionem proximo tuo, aut cõparas [aliquid] de manu proximi tui, ne decipiatis quisq́ fratrem suum, iuxta numerũ annorum post iubileum compares à proximo tuo, & pro ratione annuorum prouentuum uendat tibi. Iuxta multitudinem annorũ augebis pretium eius, & iuxta paucitatem annorũ minues pretium eius, quoniam numerũ prouentuum ipse uendit tibi. Ne adfligatis quisq́ C proximũ, sed time deũ tuum, quia ego DOMINVS deus uester. Obseruate itaq́ statuta mea, & iudicia mea seruate, ut ea faciatis, tum tuti habitabitis in terra, tũq́ dabit terra fructũ suum, comedetisq́ dum saturi sitis, securiq́ sedebitis in ea. Et si dixeritis, Quid edemus anno septimo, cum neq́ seminemus, neq́ annonam nostram congregemus? Ego [d]mandabo benedictionẽ meam uobis anno sexto, & edet annonã pro tribus annis. Seminabitis quidem in anno octauo, sed comedetis de annona ueteri usq́ ad annũ nonum, donec uenerit prouentus eius comedetis uetera. Terra nõ uendetur ad [e]depulsionem, mea enim est terra, uos autem incolæ & inquilini estis apud me. In omni autẽ terra possessionis uestræ [f]redemptionẽ permittetis terræ. Si tenuis factus fuerit frater tuus, & uendiderit de D possessione sua, ueneritq́ [g]uindex eius qui propinquus est illi, is redimat uenditionẽ fratris sui. Qui aũt uindicem non habuerit, apprehendat manus eius quid quid inuenit, quod satis sit pro redemptione sua, subducatq́ annos uenditionis suæ, & restituat quod superest ei cui uendidit, & reuertatur ad possessionẽ suam. Quod si in facultate eius non tantũ fuerit ut reddat illi, erit uenditio eius [rei] in manu ementis eam usq́ ad iubileũ, in iubileo uero exit & reuertitur ad possessionem eius. Et si quis uendiderit domũ habitabilem in urbe quę muro cingitur, redemptio eius sit usq́ ad finem anni in quo uenditur: isti sint dies redemptionis eius. Si uero nõ redemerit, fueritq́ ei finitus annus integer, [h]cedet domus huiusmodi quæ est in urbe muris cincta, ei qui eam emit ad [i]depulsionẽ, etiam posteris suis: nec exit, ne in iubileo quidẽ. At domus paganæ, quæ muro per ambitũ E non fuerint cinctæ, reputantur quemadmodũ ager terræ, ideoq́ habent ius uendicationis, & in [k]iubileo redeunt. Ciuitates uero Leuitarũ, & domus ciuitatum possessionis eorũ perpetuo iure redimi possunt à Leuitis. Et si quis emerit à Leuitis, domus uendita, & oppidũ possessionis suæ in iubileo [l]exit, eo q̃ domus Leuiticarum urbium possessio eorum sunt inter filios Israel. Ager uero suburbanus qui est iuxta urbes eorum, non potest uendi, nam is perpetuò ab eis possidetur. Si ad inopiam fuerit redactus [m]frater tuus, nutaueritq́ [n]manus eius tecum, susc-

h

De anno quinquagesimo.
Sabbata annorum.
De anno iubileo.
Solicitudinem tollit.
Terræ uenditio.
Redemptio agrorum.
Domus uenditio.
Leuitarum uenditiones.

[a] Alij Saphiah exponunt pro ijs quæ reponũtur, ut est in Esaia cap. 37.
[b] Aut religiose consecrare.
Mutatio personarũ frequens apud Ebræos.
[c] Venditio pro re quæ uenditur.
[d] Mandare pro mittere.
Benedictio est multiplicatio annonæ.
[e] Depulsio seu deiectio est, ubi sic uenditur, ut possessor in uniuersum & possessione sua, & redimẽdi iure deijciatur.
[f] Redemptio pro iure redimendi.
[g] Vindex qui ius habet uendicãdi aut redimendi.
[h] Ebræi habent Surgere, uerbũ forense, significat in dominiũ alterius uenire.
[i] Ad depulsionẽ cedet. i. sic eius erit, ut aliũ ex eius possessione depellat. Ebræus dicit, surget.
[k] Ebr. In iubileo exit.
[l] Exit, id est, libera erit, redibit ad uenditorem.
[m] Frater pro proximo, sed Ebræo.
[n] Manus pro facultate: manus nutat, quũ facultas deest.

Digitized by Google

tum terræ, celebrabitis diem festum DOMINO septem dies. Primo die requies erit, & dies octauus requies. Die primo accipite uobis fructum ligni speciosi, [f]ramos palmarum, & ramos arboris densæ, et salices torrentis, lætabiminiq; coram DOMINO deo uestro septem dies. Et celebrabitis diem istum festum DOMINO septem diebus in anno. Statutum hoc perpetuum sit ad posteros uestros, ut mense septimo celebretis hunc diem festum. In tabernaculis manebitis septē diebus, omnes indigenæ de Israel sedebunt in tabernaculis, ut posteri uestri sciant quod ego fecerim habitare in tabernaculis filios Israel, quum educerem eos è terra Aegypti: ego DOMINVS deus uester. Et Moses loquutus est ad filios Israel de statis ferijs DOMINI.

[f] Hb Manus pro frōdibus aut ramis.

CAP. XXIIII.

De oleo ad lucernas, de panibus propositionis aut facierum, & de pœna quorundā scelerum.

A LOquutusq; est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Præcipe filijs Israel, ut adferant ad te oleum oleæ purum & contusum ad luminare, ad [a] incendendum lucernam [b] iugiter. Aharon concinnabit eam coram DOMINO in tentorio constitutionis extra uelum testimonij, à uespera usq; mane, idq; iugiter, statutum sit perpetuum etiam posteris uestris. Super candelabrum mundum concinnabit lucernas coram DOMINO iugiter. Tolles quoq; similaginem, & pinses ex ea duodecim placentas, duæ decimæ erunt in una placenta. Ponesq; eas duobus ordinibus, sex scilicet ordine [uno] super mensam mundam coram DOMI- Duodecim placentæ.

B NO. Pones etiam thus purum super ordine illo, ut sint panes ad monumentum, atq; ad sacrificium quod igne consit DOMINO. Singulis sabbatis concinnabit illos coram DOMINO iugiter, à filijs Israel fœdere perpetuo. Eruntq; Aharonis & filiorum eius, qui comedent eos in loco sacro, nam sacrosancti sunt ei, de sacrificijs quæ igne consiunt DOMINO, statuto perpetuo. Egressus est autē filius mulieris Israelitidis, qui filius erat uiri Aegyptij inter filios Israel, iurgatiq; sunt in castris, filius Israelitidis, & quidam Israelita. Et filius Israelitidis [c] diserte Math. 12.a

C expressit insigne illud nomen, & uilipendit. Adduxeruntq; eum ad Mosen. Nomen autem matris eius erat Selomith, quæ erat filia Dibri ex tribu Dan. Et posuerunt eum in carcerem, ut exponeretur eis sententia DOMINI. Loquutus est ergo DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Educ blasphemū extra castra, & quicunq; audierunt ponant manus suas super caput eius, lapidibusq; obruat eum uniuersus cœtus. Et ad filios Israel sic loqueris, Quicunq; blasphemauerit deum suum, feret peccatum suum. Et qui diserte expresserit nomen DOMINI, morte multetur, omnino lapidibus obruet eum uniuersus cœtus, siue indigena fuerit, siue incola, quum diserte expresserit nomen [illud,] interficiatur. Et qui percusserit [D] ullam animam hominis, morte multetur. Et qui animam iumenti per- Pœna talionis.

D cusserit, restituat ipsum, animā scilicet pro anima. Et qui detrimento affecerit proximum suum, huic fiet quemadmodum ipse fecit. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente: quidquid homini uitij aut detrimenti infert, hoc idem ei inferatur. Et qui percusserit iumentum, reddat ipsum: qui uero hominem percusserit, interficiatur. Idem iudicium erit uobis, sicut aduenæ, ita & indigenæ, quia ego DOMINVS deus uester. Et loquutus est Moses ad filios Israel, eduxeruntq; blasphemum extra castra, & obruerunt eum lapidibus. Et filij Israel fecerunt quemadmodum DOMINVS Mosi præcepit. Exod. 21.b Lex talionis. Math. 5.f Exod. 21.c Deut. 19.d Aequū iudicium. Blasphemus lapidatur.

[a] Hbr. Ad ascendendum, uel ad faciēdū ascendere.

[b] Iugiter, tota scilicet nocte, à uespera usq; in auroram.

[c] Quidam legūt, blasphemauit.

[D] Anima pro uita ponitur aut uiuente.

CAP. XXV.

De septimo anno, & sabbato septem annorum, libertateq; quinquagesimi anni.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen in monte Sinai in hanc sententiam, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Quum ueneritis in terrā quam ego do uobis, quiescet terra, & habebit sabbatum DOMINI. Sex annis seminabis agrum tuum, & sex annis putabis uineam tuam, & fructum eius colliges, septimo uero Exod. 23.b De septimo anno.

Digitized by Google

mo uero anno sabbatum quietis erit terræ, sabbatum [inquam] DOMINI, agrum tuū non seminabis, nec uineam tuam putabis. Quod ex deciduo [a]messis tuæ spōte nascitur, ne metas: & uuas quas tibi [b]separare uolebas, ne uindemies, annus enim quietis erit terræ, eritq; sabbatū terræ uobis in cibum, tibi, seruo tuo, ancillæ tuæ, mercenario tuo, & inquilino tuo qui tecum commoratur, sed & iumento tuo, & bestiæ quæ est in terra tua, erit cunctus prouētus terræ in cibum.

De anno quinquagesimo. Sabbata annorum. De anno iubileo.

Numerabis quoq; tibi septem sabbata annorum, septem scilicet annos septies, eruntq; tibi septem annorum sabbata quadragintanouem anni. Et circummittes clangorem buccinæ in mense septimo, decimo [die] mensis, in die inquā expiationum circummittetis cornu per uniuersam terram uestram. Et cōsecrabitis B annum illum, annum uidelicet quinquagesimum, & proclamabitis libertatem in terra omnibus habitatoribus eius, iubileus enim erit hic [annus] uobis, & redibitis quisq; ad possessionem suam, & quisq; ad cognationem suam reuertimini. Annus ille quinquagesimus iubileus erit uobis annus, ne seminetis, neq; ea quæ ex deciduo sponte nascuntur metatis, neq; religiose cōsecrata uindemietis. Iubileus enim ille sanctus sit uobis, de agro comedetis, prouentum scilicet eius. In anno iubilei istius, redibitis quisq; ad possessionem suam. Et si uendideritis [c]uenditionem proximo tuo, aut cōparas [aliquid] de manu proximi tui, ne decipiatis quisq; fratrem suum, iuxta numerū annorum post iubileum compares à proximo tuo, & pro ratione annuorum prouentuum uendat tibi. Iuxta multitudinem annorū augebis pretium eius, & iuxta paucitatem annorū minues pretium eius, quoniam numerū prouentuum ipse uendit tibi. Ne adfligatis quisq; C proximū, sed time deū tuum, quia ego DOMINVS deus uester. Obseruate itaq; statuta mea, & iudicia mea seruate, ut ea faciatis, tum tuti habitabitis in terra, tūq; dabit terra fructū suum, comedetisq; dum saturi sitis, securiq; sedebitis in ea. Et si

Sollicitudinem tollit.

dixeritis, Quid edemus anno septimo, cum neq; seminemus, neq; annonam nostram congregemus? Ego [d]mandabo benedictionē meam uobis anno sexto, & edet annonā pro tribus annis. Seminabitis quidem in anno octauo, sed comedetis de annona ueteri usq; ad annū nonum, donec uenerit prouentus eius co-

Terræ uenditio.

medetis uetera. Terra nō uendetur ad [e]depulsionem, mea enim est terra, uos autem incolæ & inquilini estis apud me. In omni autē terra possessionis uestræ [f]re D demptionē permittetis terræ. Si tenuis factus fuerit frater tuus, & uendiderit de possessione sua, ueneritq; [g]uindex eius qui propinquus est illi, is redimat uendi

Redemptio agrorum.

tionē fratris sui. Qui aūt uindicem non habuerit, apprehendat manus eius quid quid inuenit, quod satis sit pro redemptione sua, subducatq; annos uenditionis suæ, & restituat quod superest ei cui uendidit, & reuertatur ad possessionē suam.[h] Quod si in facultate eius non tantū fuerit ut reddat illi, erit uenditio eius [rei] in manu ementis eam usq; ad iubileū, in iubileo uero exit & reuertitur ad possessio

Domus uenditio.

nem eius. Et si quis uendiderit domū habitabilem in urbe quę muro cingitur, redemptio eius sit usq; ad finem anni in quo uenditur: isti sint dies redemptionis eius. Si uero nō redemerit, fueritq; ei finitus annus integer, [h]cedet domus huiusmodi quæ est in urbe muris cincta, ei qui eam emit ad [i]depulsionē, etiam posteris suis: nec exit, ne in iubileo quidē. At domus paganæ, quæ muro per ambitū E non fuerint cinctæ, reputantur quemadmodū ager terræ, ideoq; habent ius uen

Leuitarum uenditiones.

dicationis, & in [k]iubileo redeunt. Ciuitates uero Leuitarū, & domus ciuitatum possessionis eorū perpetuo iure redimi possunt à Leuitis. Et si quis emerit à Leuitis, domus uendita, & oppidū possessionis suæ in iubileo [l]exit, eo q; domus Leuiticarum urbium possessio eorum sunt inter filios Israel. Ager uero suburbanus qui est iuxta urbes eorum, non potest uendi, nam is perpetuò ab eis possidetur. Si ad inopiam fuerit redactus [m]frater tuus, nutaueritq; [n]manus eius tecum, sus-

a Alij Saphiah exponunt pro ijs quæ reponūtur, ut est in Esaia cap. 37.
b Aut religiose consecrare.

Mutatio personarū frequens apud Ebræos.
c Venditio pro re quæ uenditur.

d Mandare pro mittere.
Benedictio est multiplicatio annonæ.
e Depulsio seu deiectio est, ubi sic uenditur, ut possessor in uniuersum & possessione sua, & redimēdi iure deijciatur.
f Redemptio pro iure redimendi.
g Vindex qui ius habet uendicādi aut redimendi.
h Ebræi habent Surgere, uerbū forense, significat in dominiū alterius uenire.
i Ad depulsionē cedet. i. sic eius erit, ut aliū ex eius possessione depellat. Ebręus dicit, surget.
k Ebr. In iubileo exit.
l Exit, id est, libera erit, redibit ad uenditorem.
m Frater pro proximo, sed Ebræo.
n Manus pro facultate: manus nutat, quū facultas deest.

Digitized by Google

aduena fuerit, siue inquilinus, corrobora eum, ut tecum uiuat. Ne acceperis ab eo fœnus, neq; [o] plus æquo, sed time deū tuum, ut tecū uiuere possit frater tuus. Ne des illi pecuniā tuam ad fœnus, neq; des illi alimentum tuum ad excessum: ego DOMINVS deus uester, qui eduxi uos è terra Aegypti, ut darem uobis terram Chanaan, & essem uobis deus.

F Si ad inopiā redactus fuerit frater tuus apud te, & uenditus fuerit tibi, ne [p] in seruitutē eum redigas, quemadmodū [q] seruos [solemus,] sed sit tibi quemadmodū mercenarius & inquilinus, seruietq; tibi usq; ad annū iubilei, tum egredietur à te, ipsi & filij eius cum eo, reuerteturq; ad familiā suam, & ad possessionē patrum suorū reuertatur. Nam serui mei sunt, quos eduxi è terra Aegypti, ideoq; non uendentur [r] quemadmodū serui. Ne domineris ei in sæuitia, sed time deū tuum. Seruus tuus & ancilla tua, quos tu habebis, è gentibus erūt quæ sunt circū uos, ab illis inquam emas seruos & ancillas. Sed & de filijs inquilinorū qui commorantur apud uos, ab illis inquā comparare poteritis, deniq; à familia eorum qui uobiscū sunt, & quos genuerunt in terra uestra, hi erunt quos uos possideatis. Hos ueluti hæreditario iure possidebitis etiā filijs uestris post uos, ut possideant possessionē [s] perpetuò, illis ad seruitium utimini. Fratribus uero uestris filijs Israel, fratri inquā suo nullus imperitabit sæuiter.

G Quod si aduena aut inquilinus apud te [t] ditescit, & frater tuus iuxta eum ad inopiā redigitur, ut uendatur aduenæ aut inquilino apud te, aut stirpi quę est de familia aduenæ, postq̃ is fuerit uenditus, uēdicatio ei erit, aliquis ex fratribus eius uendicare eum poterit. Siue is sit patruus eius, siue filius patrui eius, redimere eum poterit, aut [u] reliquiæ carnis eius, qui scilicet sit de familia eius, redimere eum poterit, aut si ipse [x] tantū adquisierit, redimatur. Subducat rationē cum emptore suo, ab anno quo uenditus illi fuit, usq; ad annū iubilei, æstimabiturq; pecunia uenditionis eius pro ratione annorū, secundū dies mercenarij agetur cum eo. Si adhuc multi restiterint [y] anni, secundū illos restituat redemptionē suam de pecunia scilicet qua emptus est: & si pauci anni restiterint ad annū iubileum, subducat sibi, iuxta annos suos restituat redemptionē suam. Agetur cum eo quemadmodum cum mercenario per singulos annos, nec dominetur ei sæuiter te uidente. Quod si ad hunc modū redemptus non fuerit, anno iubilei exeat, & ipse, & filij eius cum eo. Filij enim Israel mei sunt serui, mei inquam sunt serui, quos eduxi è terra Aegypti: ego DOMINVS deus uester. Israelitę serui dei.

CAP. XXVI.

Refricantur quædam leges externæ quidem, sed quæ ad pietatem & sanctimoniam pertinent, quibus exuscitantur animi. Promittitur ingens felicitas obseruatoribus legis, statuuntur pœnæ grauissimæ transgressoribus.

A NE feceritis uobis idola, nec sculptū simulachrum, neq; statuam erigatis uobis, sed nec lapidem [a] figuratū ponatis in terra uestra, ut adoretis ad eum, quia ego DOMINVS deus uester. Sabbata mea custodietis, & sanctuariū meū reuerebimini: ego DOMINVS. Si in statutis meis incesseritis, & præcepta mea custodieritis, feceritisq; ea, dabo pluuias uestras suo tempore, & terra dabit annonam suam, & arbor agri dabit fructū suum. Et apprehēdet apud uos tritura uindemiam, & uindemia apprehendet sementē, & comedetis panem uestrū in satietate, habitabitisq; tuti in terra uestra. Et dabo pacē in terra, dormietis, et nemo terrebit. Efficiā ut cesset nocens bestia in terra, nec gladius grassabitur per terram uestram.

B Vos persequemini hostes uestros, qui cadēt ante uos gladio: quinq; ex uobis persequentur centū, & centū ex uobis persequentur decem millia. Et cadent hostes uestri ante uos gladio. Ego enim respiciā ad uos, & faciā uos crescere, augeboq; uos, & firmiter seruabo fœdus meū uobiscū. Comedetis uetus inueteratum, & uetus propter nouū efferetis. Et ego ponā tabernaculū meum in medio uestri, & animus meus uos non fastidiet. Ego ambulabo inter uos, & ero deus uester.

Marginal notes:

[o] Eb. Excessum.

[p] Vel, ne ad seruitiū eo utaris.

[q] Seruus lybeigen. Mercenarius qui pro mercede seruit. Hic propriè ponitur, sed aliàs seruus aliquando pro mercenario aut famulo reperitur.

[r] Eb. Seruorū uenditione.

[s] Quidam perpetuò ad sequentia referunt.

[t] Pro ditescit Ebręi legūt, Si manus eius apprehenderit.

[u] Reliquiæ carnis, id est, aliquis de stirpe eius.

[x] Eb. Si manus eius apprehenderit.

[y] Ad iubileum scilicet.

[a] Quidam legūt, lapidē imaginationis, id est, qui imaginationem iuuet.

Exod. 20. a
Deut. 5. a
Psal. 96. b
Deute. 28. a
Iob 11. d

Digitized by Google

uester, uosq́ eritis populus meus. Ego DOMINVS deus uester, qui eduxi uos
è terra Aegypti, ne essetis illorum serui, & lora iugi uestri confregi, & effeci ut ere-
Deut. 28.b cti incederetis. Quod si non audieritis me, neq; feceritis omnia præcepta ista: &
Thren. 2.f si auersati fueritis statuta mea, & iudicia mea animus uester fastidierit, ut non fa-
Mal. 2.a ciatis cuncta præcepta mea, quin potius fœdus meū irritū facitis, ego quoq; hoc C
faciam uobis, [b]uisitabo uos terrore, tumore, & febri ardente, quæ oculos consu-
mant, & animū contabescere faciant. Semen uestrū frustra seminabitis, quia ho-
stes uestri ipsum comedent. Ponam præterea faciem meam aduersum uos, ut cor
ruatis corā hostibus uestris, dominabunturq́ uobis hi qui uos oderunt, quin fu
gietis quando nemo uos persequitur. Et si nec inter illa mihi obtemperaueritis,
addā uobis septuplo plus castigationis propter peccata uestra. Et frangā super-
biam [c]roboris uestri, faciamq́ cœlū uestrum ueluti ferrū, & terram uestrā ueluti
æs. Et consumetur [d]robur uestrū frustra, nā terra uestra non dabit annonā suam,
& arbores terræ non dabunt fructū suum. Et si contumaciter aduersum me per D
rexeritis, neq; me audire uolueritis, septuplo augebo uobis pœnā iuxta peccata
uestra. Immittamq́ in uos bestiā agri, quæ uos orbos reddet, & excindet iumen
ta uestra, & imminuet uos, deuastabunturq́ uiæ uestræ. Et si nec illis castigari po
teritis, quin potius aduersum me contumaciter perrexeritis, incedam & ego con
tra uos cōtumaciter, & percutiā uos adhuc septuplo propter peccata uestra. Et in
ducā super uos gladiū, qui ulciscatur ultionē fœderis. Et quū collecti fueritis in-
tra ciuitates uestras, mittā pestilentiā inter uos, trademiniq́ in manus inimici. Et
cum confregero uobis [e]baculū panis, pinsent decem mulieres panem uestrū in
furno uno, reddentq́ panem uestrū in pondere, comedetis, & nō saturabimini.
Et si nec in hoc me audieritis, sed cōtumaciter aduersum me perrexeritis, incedā E
& ego aduersum uos cōtumaciter in furore meo, & castigabo uos septuplo plus
propter peccata uestra. Comedetisq́ carnem filiorum uestrorū, & carnem filiarum
uestrarum deuorabitis. Ego uastabo excelsa uestra, & excindam solaria [idola]
uestra, ponamq́ cadauera uestra super cadauera idolorum uestrorum, & auersabi-
tur uos anima mea. Redigam quoq; urbes uestras in solitudinem, & deuastabo
sacella uestra, nec odorabo odorem uestrum suaueolentem. Redigam & terram
in solitudinē, ut hostes uestri, qui eam incolent, super hac [f]obstupescant. Vos au
tem disijciam in gentes, distringamq́ post uos gladiū, & erit terra uestra uastata,
& urbes uestræ desertæ. Tum tandem fruetur terra sabbatis suis cunctis diebus
desolationis suæ, quū uos estis in terra hostium uestrorū, tum inquam terra quie
scet, & sabbatis suis pro uoto fruetur, cunctis diebus desolationis quiescet, eo q
non quieuit in sabbatis uestris, quum habitaretis in ea. Porrò qui ex uobis su- F
perstites fuerint, ijs [g]indam animi cōsternationem in terra hostium suorum, per
sequeturq́ eos strepitus folij quod mouetur, & cū declinarint fuga gladiū, cor-
ruent nemine persequēte. Impingent quisq; in fratrem suū, ac si gladius adesset,
quum tamen nemo persequatur, nec consistere poteritis coram hostibus uestris.
Et peribitis inter gentes, deuorabitq́ uos terra hostium uestrorum. Et si qui ex uo-
bis residui fuerint, contabescent in iniquitate sua in terra hostium uestrorū, atq;
Confessio in iniquitatibus patrum suorum cum eis contabescent. Tum confitebuntur ini-
peccatorū. quitatem suam, & iniquitatem patrum suorū, in præuaricatione sua qua in me
sunt præuaricati, quodq́ contumaciter aduersum me perrexerūt. Hinc & ego in
cedam cum eis aduersus, & inferam eos in terram hostium suorū, ut uel tum cor
Clementia illorum incircūcisum se submittat, & tum expiabunt iniquitatem suam. Et recor G
dei. dabor fœderis mei cum Iacob, & etiā fœderis mei cum Isaac, et fœderis mei cum
Abrahā memor ero, etiam terræ memor ero. Et terra deserta ab eis, sabbatis suis
fruetur, quum scilicet ipsis destituetur, tum expiabūt iniquitatem suam, quod iu-

[b] Ebr. Præfeciā uobis terrorem.
[c] Robur pro contumacia.
[d] Robur pro conatu.
[e] Baculus corporis fulcrum, sic panis corpus sustentat.
[f] Vel, Eam uastent.
[g] Ebr. Dabo mollitiem in cor illorum.

Digitized by Google

dicia mea spreuerint, & statuta mea fastidierit anima illorum. Sed & hoc, quum
fuerint in terra hostiũ suorum non auersabor eos, neq; eos fastidiam, ut penitus
consumere eos, aut fœdus meum cum eis irritũ facere uelim: ego enim sum DO
MINVS deus eorum. Ego recordabor propter eos [h] pristini fœderis, quũ educe
rem eos è terra Aegypti spectantibus gentibus, ut essem illorũ deus: ego DOMI
NVS. Hæc sunt statuta, & iudicia, & leges, quas dedit DOMINVS inter se, & Epilogus.
inter filios Israel in monte Sinai [i] tradente Mose. CAP. XXVII.

De uotis, & uotorum redemptione.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Loquere ad filios Isra-
el, & dic ad eos, Homo qui eximiũ aliquod uotum nuncuparit, animas sci-
licet DOMINO, iuxta æstimationem tuam [fiat.] Erit autẽ hæc æstimatio tua,
maris à uicesimo anno usq; ad sexagesimũ, [a] æstimatio tua sit quinquaginta sicli
argenti, [b] iuxta siclũ sanctuarij. Si uero fœmina fuerit, sit æstimatio tua triginta si
cli. Et si fuerit quinq; annorũ usq; ad uiginti annos, erit æstimatio tua, maris ui-
ginti sicli, fœminæ decem sicli. Ab eo uero qui est unius mensis, usq; ad annos
quinq;, erit [c] æstimatio tua pro mare quinq; sicli argentei, pro fœmina æstimatio
tua tres sicli argentei. Porrò qui est sexaginta annorũ & supra, fueritq; mas, erit
æstimatio tua quindecim sicli, pro fœmina uero decem sicli. Quod si tenuior fue
rit tua æstimatio, collocabit se corã sacerdote, & sacerdos æstimabit eum iuxta fa
cultatem uouentis, sic æstimabit eum sacerdos. Si uero [d] pecus fuerit de quo ad-
ferunt DOMINO munus, quicunq; dederit ex eo DOMINO, sanctum sit, nec
B ipsum immutet, nec cõmutet, nec bonũ malo, nec malũ bono. Quod si omnino
animal animali cõmutauerit, erit tam illud, q̃ quod commutatũ est eo, sacrum.
Omne uero pecus immundũ, de quo DOMINO sacrificiũ non adfertur, collo-
cent huiusmodi pecus corã sacerdote, quod sacerdos æstimet, siue bonum sit siue
malũ, iuxta æstimationẽ sacerdotis, sic erit. Quod si omnino redimere uelit ipsum,
adijciat quintã eius partem [e] ad æstimationẽ. Si uero quispiã domum suam con
secrauerit, ut consecratũ sit DOMINO, hanc æstimabit sacerdos siue bona sit, si-
ue mala, & ut eam sacerdos æstimauerit, ita sit [f] ratũ. Si uero is qui cõsecrauit do-
mum, uoluerit redimere eam, addat quintã partem pecuniæ ad æstimationẽ, &
erit eius. Si quis agrũ possessionis suæ consecrauerit DOMINO, æstimabitur il
le iuxta sementẽ eius, sementis Homer ordei quinquaginta siclis argẽteis. Si ab
anno iubileo consecrauit agrũ suum, secundum æstimationẽ ratum erit. Si uero
C post iubileũ cõsecrauerit agrũ suum, supputabit ei sacerdos pecuniã, iuxta nume
rum annorũ, qui adhuc restãt usq; ad annũ iubilei, & subtrahetur ab ipsa æstima
tione. Quod si is qui cõsecrauit agrũ, ipsum omnino redemerit, superaddat æsti
mato pretio quintã partem, & confirmabitur ei. Et si non redemerit agrum, sed
uendiderit eum alteri, non poterit eum amplius redimere, sed erit ager ille, in an
no iubileo quũ exierit liber, consecratus DOMINO, sicut ager qui omnino de-
uotus est, eritq; possessio eius sacerdotis. Et si quis agrũ à se emptũ, & qui non est
ex agris possessionis suæ, consecrauerit DOMINO, supputabit ei sacerdos sum
mã æstimationis usq; ad annũ iubileum, dabitq; illi æstimationẽ in die illo, con
secrata est DOMINO. In anno uero iubileo reuertetur ager ad eum à quo iste
eum emit, [g] ad eum inquã cuius est terræ proprietas. Omnis uero taxatio fiat iu Siclus.
xta siclũ sanctuarij: habet aũt siclus uiginti [h] Gera. At primogenitũ, quod ex pe- Exod 30.b
coribus iure primogenitorũ dicatum est DOMINO, non potest quispiam illud Num.3.g Ezec.45.d
D cõsecrare, siue bos sit, siue pecus, DOMINI est. Si uero fuerit ex animali immun
do, redimet iuxta æstimationẽ & addat super illud quintã eius partem: & si non
redemptũ fuerit, uendatur iuxta æstimationẽ tuam. Veruntamen nullum [i] Hæ- Iosue 6.c.d
rem (quod quispiam DOMINO deuouerit ex omnibus quę habet ab homine
ad

[h] Eb. Fœderis priorum.

[i] Eb. Per manũ Mosis.

[a] Authores quidam classici, existimationem non æstimationem, in hoc significatu legendum putant.

[b] Quidam legunt, secundum pondus.

[c] Quidã ad æstimationem non addunt tua, q Caph postremũ superfluum censent.

[d] Ex mundis animalibus licebat adducere sacrificium domino, ex immundis non item.

[e] Ad pro supra uel ultra.

[f] Ebr. Ita stabit.

[g] Alij legunt, ad eũ qui emit eum.

[h] Gera ferè obolum interpretantur.

[i] Hærem, quod ferè anathema transferunt, omnis res quæ deuota est domino deo, uel ad usum sacrum, uel ad internetionem.

Digitized by Google

ad iumentū usq;, & usq; ad agrum possessionis suæ) uendi potest, nec etiam redimi, nam omne Hærem sacrosanctū est DOMINO. Nullū Hærem, quod deuotum est ab homine, redimatur, sed omnino interficiatur. Omnis decima terræ, quæ fit de semine terræ, aut de fructu arborum, DOMINI est, & consecrata DOMINO. Quod si quispiam omnino redimere aliquid uoluerit ex decimis suis, superaddat illis quintam eorum partem. Et omnis decima armenti & gregis, & omnium quæ [f]sub uirga transeunt, decimum quodq; consecratum erit DOMINO. Ne disquirat inter bonum & malum, nec commutet ipsum: quod si omnino commutauerit ipsum, erit tam hoc q̄ illud quo commutatum est, cōsecratum [DOMINO,] nec redimi poterit. Hæc sunt præcepta, quæ mandauit DOMINVS Mosi ad filios Israel in monte Sinai.

[f] Sub uirga transire, est esse sub cura pastoris.

Liber Numeri, Hebraice Vaiedabber.

CAPVT I.

Tertius iam census agitur populi Israelitici, & delectus habetur eorum qui ad militiam idonei erant. Tribu Leuitica ad sacerdotium & ministerium sacrum allecta.



ET LOQVVTVS est DOMINVS ad Mosen in deserto Sinai, in tentorio constitutionis, in prima mensis secundi, in anno secūdo posteaq̄ egressi essent è terra Aegypti, in hanc sentētiam, [a]Agite censum uniuersi cœtus filiorum Israel iuxta familias suas, iuxtaq; domū patrum suorū cum numero nominū, omnes mares [recensete] iuxta capita sua. Tu & Aharon agite delectū per exercitus suos, eorum qui uiginti sunt annorum, & supra, quicunq; uidelicet [b]apti sunt ad militiam in Israele: eruntq; uobiscū uiri de singulis tribubus, quorum quisq; caput sit domus patrum suorum. Et hæc sunt nomina uirorum qui stabunt uobiscum. De Ruben, Elizur filius Sedeur. De Simeon, Schelumiel filius Zuri Schadai. De Iehuda, Nahason filius Amminadab. De Isaschar, Nathaneel filius Zuar. De Zebulon, Eliab filius Helon. De filijs Ioseph & Ephraim, Elisama filius Ammihud. De Manasse, Gamaliel filius Pedazur. De Beniamin, Abidan filius Gedeoni. De Dan, Ahieser filius Ammischadai. De Aser, Pagiel filius Achran. De Gad, Eliasaph filius Dehuel. De Naphtali, Ahira filius Enan. Hi magni [c]nominis erāt in cœtu, primores tribuum patrū suorum, capita [nempe] [d]tribuni militum in Israele. Viris istis, qui nominibus suis diserte expressi sunt, acceptis, Moses & Aharon uniuersum cœtū conuocari iusserunt, in primo [die] mensis secundi. Et [e]professi sunt natales suos per familias suas, & per domos patrum suorū, iuxta nomina ab his qui nati erant uiginti annos & supra, iuxta capita sua. Quemadmodū præcepit DOMINVS Mosi, sic recensuit eos in deserto Sinai. Fuerūt itaq; filij Ruben primogeniti Israelis, per generationes suas, & per familias suas, perq; domos patrū suorum, iuxta numerū nominum, iuxtaq; capita sua, omnes mares ab eo qui uiginti annos natus erat & supra, quicunq; ad bellū apti erant, census inquam eorum qui de tribu erant Ruben, fuit quadragintasex millia & quingenti. De filijs Simeon per generationes suas, per familias suas, atq; per domos patrū suorū, cen-

Exod. 30. b Num. 26. a

A B C

[a] Eb. Tollite caput.

[b] Ebr. Qui exeunt ad exercitum.

[c] Eb. Viri uocati seu nominati.

[d] Potest etiam legi, capita χιλιάδων.

[e] Vel, Nomina dederunt ex natalibus suis.

Digitized by Google

sus eorum iuxta numerum nominũ, iuxtaq; capita sua, omnes mares ab eo qui uiginti erat annorũ & supra, quicunq; bello apti erant, census inquam eorũ qui erant è tribu Simeonis, fuit quinquagintanouem millia, & treceti. De filijs Gad per generationes suas, per familias suas, atq; per domos patrum suorũ, iuxta numerum nominũ, ab his qui uiginti erant annorum & supra, quicunq; erant ad militiã apti, census inquã eorum qui erant de tribu Gad, fuit quadragintaquinq; D millia, sexcenti & quinquaginta. De filijs Iehuda per generationes suas, & per familias suas, atq; per domos patrum suorũ, iuxta numerũ nominum, ab his qui uiginti annos nati erant & supra, omnes qui ad bellũ apti erant, census inquam eorũ qui erant de tribu Iehuda, fuit septuagintaquatuor millia, & sexcenti. De filijs Isaschar per generationes suas, & per familias suas, atq; p domos patrũ suorum, iuxta numerũ nominum ab his qui uiginti erant annorũ & supra, quicũq; ad bellum erant idonei, census inquam eorũ qui erant è tribu Isaschar, fuit quinquagintaquatuor millia, & quadringenti. De filijs Zebulon per generationes suas, per familias suas, & per domos patrum suorũ, iuxta numerum nominũ ab his qui uiginti erant annorũ & supra, quicunq; apti erant bello, census inquam eorum qui erant è tribu Zebulon, fuit quinquagintaseptem millia, & quadrin-E genti. De filijs Ioseph, nempe de filijs Ephraim per generationes suas, & familias suas, atq; per domos patrum suorum, iuxta numerũ nominum, ab his qui uiginti erant annorum & supra, omnes qui bello apti erant, cẽsus inquam eorum qui erant è tribu Ephraim, fuit quadraginta millia & quingenti. De filijs Manasse per generationes suas, & per familias suas, atq; domos patrum suorũ, iuxta numerũ nominum ab his qui uiginti erant annorũ & supra, omnes bello apti, census inquam eorum qui erant è tribu Manasse, trigintaduo millia & ducenti. De filijs Beniamin per generationes suas, per familias suas, atq; per domos patrum suorũ, iuxta numerum nominũ ab his qui uiginti erãt annorũ & supra, quicunq; ad bellũ erant idonei, census inquam eorum qui erant è tribu Beniamin, trigintaquinq; millia, & quadringenti. De filijs Dan per generationes suas, per familias suas, atq; per domos patrum suorũ, iuxta numerum nominũ ab his qui uiginti erant annorum & supra, quicunq; apti erant ad bellum, census inquam F eorũ qui erant è tribu Dan, sexagintaduo millia & septingenti. De filijs Aser per generationes suas, per familias suas, atq; per domos patrum suorũ, iuxta numerum nominũ ab his qui uiginti erant annorum & supra, quicũq; ad bellum erant apti, census inquam eorũ qui erant de tribu Aser, quadraginta millia, mille, & quingẽti. De filijs Naphtali per generationes suas, per familias suas, & per domos patrum suorũ, iuxta numerũ nominũ ab his qui uiginti erant annorum & supra, omnes bello apti, census inquã eorum qui erant è tribu Naphtali, quinquagintatria millia & quadringenti. Iste est census quem egit Moses & Aharon cum principibus Israel, uiris scilicet duodecim, qui è domo patrũ suorum [selecti erant.] Fuerunt aũt omnes censi ex filijs Israel iuxta domos patrũ suorũ, ex his qui uiginti annos & supra nati, & qui ex Israele ad bellum apti erant, omnes inquã censi, sexcenta millia, atq; triginta millia, quingenti & quinquaginta. Le-G uitæ uero iuxta tribus patrum suorũ, inter illos [f]non sunt censi: loquutus em̃ erat dominus in hanc sententiã, Veruntamen tribũ Leui non censebis, & illorũ ne agas censum inter filios Israel, sed præficies Leuitas tabernaculo testimonij, & omnibus instrumẽtis eius, & omnibus quæ in eo sunt, portabunt arcã, & omnia instrumenta eius, & in eo ministrabunt, & circa tabernaculũ manebunt. Et quũ tabernaculũ transferendum est, deponent Leuitæ illud: cumq; figendum est tabernaculum, Leuitæ erigent ipsum: si alienus quispiam accesserit, interficiatur. Mansiones autem facient filij Israel, unusquisq; in [g]turma sua, & quisq; sub uexillo

Exod. 12. f Num. 11.

1. Par. 24. a

f Vel, non sunt censi.

g Vel, in castris suis.

xillo suo per exercitus suos. Leuitæ uero castra [sua] ponent circũ tabernaculũ testimonij, ne indignatio ueniat super cœtum filiorũ Israel. Excubabũt itaq; Leuitæ in custodia tabernaculi testimonij. Et fecerunt filij Israel iuxta omnia quæ præcepit DOMINVS Mosi, sic inquam fecerunt. CAP. II.

Instituitur ordo militaris, & singulis tribubus sua loca aßignantur: ubi tabernaculum, ubi castra locanda præcipitur.

LOquutus'q; est DOMINVS ad Mosen & ad Aharonē in hanc sententiam, A
Quisq; ex filijs Israel castra figat sub uexillo suo, & sub signis domus patrũ suorum, è regione circum tentoriũ constitutionis castra figant. Ponent autem castra Orientem uersus ad exorientem solem, qui sunt sub uexillo castrorũ Iehuda per exercitus suos, & princeps filiorum Iehuda fuit Nahason filius Aminadab. Exercitus autem eius, & census eorum, septuagintaquatuor millia & sexcēti. Iuxta hunc castra ponent qui sunt de tribu Isaschar, fuitq; princeps filiorũ Isaschar Nethaneel filius Zuar, exercitus eius atq; cēsus eius quinquagintaquatuor millia & quadringenti. Tribus Zebulon & princeps filiorũ Zebulon, Eliab filius Helon: porrò exercitus eius & census eius, quinquagintaseptem millia, & quadringenti. Vniuersi autem census castrorũ Iehuda centum millia, octoginta millia, & sex millia atq; quadringenti, per exercitus suos, & primi ipsi proficiscãtur. Vexillum castrorũ Ruben uersus Austrum sit per exercitus suos, princeps autem
filiorũ Ruben fuit Elizur filius Zedeur. Porrò exercitus eius & census eius qua B
dragintasex millia & quingenti. Et iuxta eum castrametabũtur tribus Simeon, princeps uero filiorũ Simeon Selumiel, filius Zuri Sadai: porrò exercitus eius et census eorũ quinquagintanouē millia atq; trecenti. Tribus quoq; Gad, & princeps filiorũ Gad fuit Eliasaph filius Rehuel: porrò exercitus eius & census eorũ quadragintaquinq; millia, sexcenti & quinquaginta. Vniuersi qui censi sunt ex castris Ruben, centum millia atq; quinquaginta millia, mille & quadringenti quinquaginta per exercitus suos, & hi secundo loco proficiscantur. Tentoriũ uero cōstitutionis proficiscetur cum turba Leuitarũ in medio castrorum, & sicut castrametantur, sic etiam proficiscantur, unusquisq; in loco suo sub uexillo suo.
Psal. 79. a Vexillum castrorũ †Ephraim cum exercitibus suis ad Occidentem [castrametetur,] & princeps filiorum Ephraim, Elischama filius Amihud, exercitus eius & C
census eorũ quadraginta millia & quingenti. Iuxta hunc erit tribus Manasse, & princeps filiorũ Manasse, Gamliel filius Pedazur, exercitus eius & census eorũ trigintaduo millia & ducenti. Tribus quoq; Beniamin, & princeps filiorũ Beniamin, Abidan filius Gideoni, exercitus eius & census eorum trigintaquinq; millia & quadringēti. Vniuersi qui censi sunt è castris Ephraim, centũ millia & octo millia, atq; centũ per exercitus suos, & hi tertio loco proficiscētur. Vexillum uero castrorũ Dan cum exercitibus suis Aquilonē [tenebit,] fuitq; princeps filiorum Dan Ahiezer filius Ami Sadai, exercitus eius & census eorũ sexagintaduo
millia & septingenti. Iuxta eum castrametabuntur tribus Aser, & princeps filio D
rum Aser, Pagiel filius Achran, exercitus eius & census eorũ quadragintaunum millia & quingenti. Tribus quoq; Naphtali, & princeps filiorũ Naphtali, Ahira filius Enan, & exercitus eius atq; census eorum quinquagintatria millia & quadringenti. Vniuersi qui censi sunt è castris Dan, centũ millia, & quinquagintaseptem millia & sexcenti, & postremo loco proficiscentur cũ uexillis suis. Hic est census filiorũ Israel iuxta domos patrũ suorum, uniuersi scilicet qui censi sunt castrametantes iuxta exercitus suos, sexcenta millia, tria millia, quingēti & quin
Num. 1. g quaginta. Leuitæ uero non sunt censi inter filios Israel, sicut præceperat DOMINVS Mosi. Et fecerũt filij Israel iuxta omnia quæ mãdauerat DOMINVS Mosi, sic enĩ castra fixerũt cũ uexillis suis, & sic ꝓfecti sunt iuxta familias suas, & iuxta

Digitized by Google

domos patrum suorum. CAP. III.

Recensetur generatio Aharonis & Mosis, & destinantur officia Leuitis, & cultus dei instituitur.

A ET hæc sunt generationes Aharonis et Mosis eo die quo loquutus est DOMINVS cum Mose in monte Sinai. Et sunt nomina filiorum Aharonis, primogenitus Nadab, Abihu, Eleazar, & Ithamar. Hæc sunt nomina filiorum Aharonis sacerdotum, qui uncti erant, quorum manus [a] cõsecratæ erant, ut sacerdotio fungerentur. †Mortuusq; est Nadab & Abihu corã DOMINO quũ offerrent ignem alienũ coram DOMINO in deserto Sinai, nec habuerũt filios, & sacerdotio functus est Eleazar et Ithamar [b] corã patre suo Aharone. Loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Adduc tribũ Leui, & constitue eam corã Aharon sacerdote, ut ei ministrent. Et ipsi custodiant obseruationẽ eius, & obseruationẽ uniuersi cœtus ante tentoriũ constitutionis, ut obeant ministerium tabernaculi. Ipsi custodient omnia instrumenta tentorij cõstitutionis, & obseruationẽ filiorum Israel,

B ut obeãt ministeriũ tabernaculi. Et dabis Leuitas Aharoni & filijs eius, deditittj enim sunt ei ex filijs Israel. Aharon uero & filios eius præficias, ut custodiant sacerdotiũ suum: [c] alienus si accesserit, interficiatur. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiã, Ecce ego tuli Leuitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito quod uuluã aperit in filijs Israel, & Leuitæ erunt mei, meum enim est omne primogenitũ, à die quo percussi omne primogenitũ †in terra Aegypti, consecraui mihi omne primogenitũ in Israele, tam in hominibus q̃ in iumẽtis, mea inquã erunt: ego DOMINVS. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in deserto Sinai hisce uerbis, Recense filios Leuitarũ, iuxta domos patrũ suorum, iuxta familias suas, omnem marem ab eo qui unius est mensis & supra re-

C censebis eos. Recensuit itaq; eos Moses iuxta præceptũ DOMINI, quemadmodum mandauerat. Fueruntq; isti filij Leui iuxta nomina sua, Gerson, Kahath & Merari. Et hæc sunt nomina filiorum Gerson iuxta familias suas, Libni & Simei. Filij uero Kahat in familijs suis, Amram, Izhar, Hebron & Vziel. Et filij Merari in familijs suis, Maheli & Musi. Hę sunt familiæ Leuitarum iuxta domos patrũ suorum. Ipsi Gerson familia Libni & familia Simei, istæ sunt familiæ Gersonicæ. Census eorũ ab eo qui erat unius mensis & supra, census inquã eorum septem millia & quingenti. Porrò familiæ Gersonicæ post tabernaculũ castrametentur ad [d] Occidentem. Princeps autem domus patriæ Gersonitarum Eliasaph filius

D Lael. Et filiorũ Gerson custodia erit in tentorio constitutionis, [obseruabunt inquam] tabernaculũ & tentorium, tegumentũ eius, & uelũ quod erat ad ostium tentorij cõstitutionis, item aulæum atrij, & uelum ad ostium atrij, quod est iuxta tabernaculum, & aram circunquaq;, & funes eius, ad omne ministerium eius. Ipsius Kahat erat familia Amram, & familia Izhar, et familia Hebron, & familia Vsiel: & hæ sunt familiæ Kahatitarum. Numerus omnium marium ab eo qui unius erat mensis & supra, octo millia & sexcenti, & hi excubabunt in custodia sanctuarij. Familiæ autẽ Kahatitarum castra figent ad latus tabernaculi [e] meridionale. Primarius patriæ domus familiarũ Kahatitarum fuit Elizaphan filius Vsiel, & illi custodient arcã, mensam, candelabrũ, aras & uasa sanctuarij, in quibus mi-

E nistrant, uelum quoq; & quidquid ad ministeriũ eius [pertinet.] Summus autem princeps Leuitarum fuit Eleazar filius Aharonis sacerdotis, episcopus eorum qui excubant in custodijs sanctuarij. Ipsius Merari familia Maheli, & familia Musi: hæ sunt familiæ Meraritarum. Census eorum iuxta numerũ omnium marium ab eo qui erat unius mensis & supra, sex millia & ducenti. Princeps autẽ patriæ domus in familijs Merari erat Zuriel filius Abihail, et hi castra ponẽt in latere tabernaculi septentrionali. Et functio custodiæ filiorũ Merari, asseres tabernaculi, & uectes

Exod. 6. d

Leuit. 10. a

1. Par. 24. a

Exod. 13.

[a] Ebr. impletæ.

[b] Hoc est, superstite adhuc patre.

[c] Alienus, qui ex alia est tribu quàm Leui, nec ad hoc electus.

[d] Eb. Ad mare.

[e] Quidam legunt, dexterum.

Digitized by Google

uectes eius, columnæ eius, & bases eius, & omnia instrumenta eius, & quidquid est ministerij eius. Columnæ quoque atrij per circuitū, cum basibus earum, claui earum, & funes earum. Porrò ante tabernaculum ad plagam orientalē ante tentorium constitutionis castra ponent Moses & Aharon atque filij eius, obseruantes F custodiam sanctuarij, & custodiam filiorum Israel: & alienus si accesserit, interficietur. Omnis autem census Leuitarum quos recensuit Moses & Aharon iuxta iussionē DOMINI per familias suas, omnes mares ab eo qui unius fuit mensis & supra, fuerunt uigintiduo millia. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Recense omne primogenitum masculinū de filijs Israel, ab eo qui est unius mensis & supra, & accipe numerum nominū eorum, tollesque Leuitas mihi. Ego enim sum DOMINVS, pro omni primogenito filiorum Israel, & iumenta Leuitarum pro omnibus primogenitis filiorum Israel. Recensuit itaque Moses quemadmodum praeceperat ei DOMINVS, omnia primogenita filiorū Israel. Fueruntque omnia primogenita mascula iuxta numerū nominū, ab eo qui erat unius mensis & supra, iuxta censum eorū, uigintiduo millia, ducēta & septuagintatria. Loquutusque G est DOMINVS ad Mosen, dicens, Tolle Leuitas pro omnibus primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorū, eruntque Leuitæ mei: ego DOMINVS. Pro redimendis uero ducentis & septuagintatribus, qui ex primogenitis inter filios Israel Leuitas excedunt, accipies quinos siclos ad singula capita, siclum scilicet sanctuarij accipies, (habet autem siclus uiginti Gera) dabisque pretiū Aharoni & filijs eius, redemptitios scilicet qui supersunt in eis. Tulit itaque Moses pretium redemptionis ab his qui superfuerunt ultra redemptos Leuitarū, à primogenitis filiorū Israel accepit pecuniam istam, nempe mille, trecentos & sexagintaquinque siclos, iuxta siclum sanctuarij. Deditque Moses pecuniam redemptorum Aharoni & filijs eius [f] iuxta uerbum DOMINI, quemadmodum præceperat DOMINVS Mosi. CAP. IIII.

Leuitarum numerus.

Leuitæ loco primogenitorū Israelis.

Exod 30 b Leuit 27.c Ezec. 45.d

[f] Eb. Iuxta os domini.

Kahatitis sua officia aßignantur.

ET loquutus est DOMINVS ad Mosen & ad Aharonem hisce uerbis,[a] Collige summam filiorum Kahat de medio filiorū Leui, iuxta familias suas, iuxtaque domos patrum suorū, ab eo qui natus est † triginta annos & supra, usque ad eum qui quinquaginta est annorum, quicunque militiæ aptus est, ut exequantur opus in tentorio cōstitutionis. Hoc uero munus erit filiorum Kahat in tentorio constitutionis, [nempe in] sancto sanctorum. Quum igitur castra soluunt, ingredietur Aharon & filij eius, & deponant uelum tegumenti, inuoluentque in eo arcam testimonij: super hoc uero ponant operimentū ex pellibus melium, expandantque desuper pallium totum hyacinthinū, & [b] ponant uectes eius. [c] Mensam faciērum obuoluent panno, qui totus sit hyacinthinus, ponantque super eam acetabula, cochlearia, & instrumenta purgatoria, & dimidiatas fistulas in quibus funditur, eruntque super eam panes iugiter. Expandentque super hæc tegumentū coccinum dibaphon, operientque illud uelo ex pellibus meliū, & ponent uectes eius. Tollant etiam tegumētum hyacinthinum, & obuoluant candelabrū luminaris & lampades eius, & emunctoria eius, & uascula eius [in quibus emuncta excipiuntur,] atque cuncta uasa olearia, quibus illi ministeria sua exequūtur. Ponantque tam ipsum quàm omnia instrumenta eius in tegumentum ex pellibus melium, & collocent super uectes. Deinde expandant hyacinthinū tegumentū super aram auream, & tegant ipsam tegumento ex pelle meliū, & inserant uectes eius. Tollantque omnia instrumenta, quibus ministerium explent in sanctuario, & inuol- B uant in panno hyacinthino, operiantque ea tegumento ex pellibus melium, & ponant super uectes. Repurgent aram cineribus, et expandant super eam tegumentum purpureum. Ponantque super eam omnia uasa eius, quibus ministrant in ea,

A

1.Par.24.a

[a] Ebr. Tolle caput.

[b] Super humeros scilicet, ad ferendam arcam: uel, in annulos.

[c] Mensa facierum dicitur, quod in ea ponebātur panes facierum, ut in Exod. 25.

Digitized by Google

nempe ignis receptacula, & fuscinulas, & scopas, & pelues sparsorias, omnia deniq; aræ instrumenta, & expandant super ea tegumentum ex pellibus melium, inserantq; uectes eius. Quumq; Aharon & filij eius absoluerintq; [hoc,] obtexerintq; sanctuarium, & omnia instrumenta sanctuarij, quando iam transferenda sunt castra, post hæc accedant filij Kahat, ut [ista] ferant, neq; tamen attingant sancta, †ne moriantur. Hoc est onus filiorum Kahat in tentorio constitutionis. Præfectura autem Eleazar filij Aharonis sacerdotis [hæc est,] Oleum luminaris, incensum aromaticum, iuge sacrificium cibarium, oleum unctionis, cura quoq; totius tabernaculi, et omniũ quæ in eo sunt, in sanctuario scilicet & omnibus uasis eius. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen & ad Aharonẽ, dicens, Non excindatis tribum familiæ Kahat è medio Leuitarum. Hoc uero facite eis, ut uiuant & non moriantur, si accesserint ad sanctũ sanctorũ, Aharon & filij eius ingrediantur & deponant ea, unicuiq; pro officio suo, atq; pro onere suo, ipsi uero non introeant, ut contemplentur quũ inuoluũtur sancta, ne moriantur. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiã, Collige etiam summã filiorum Gerson per domus patrum suorum, & per familias suas, recense autem eos ab eo qui uiginti est annorum, usq; ad eum qui natus est quinquaginta annos, quicunq; aptus est militiæ, ut illi in tentorio constitutionis ministrent. Hoc uero sit officiũ familiæ Gersonicæ, ut seruiant & baiulent. Baiulabunt (inquam) aulæa tabernaculi, & tentorij constitutionis, tegumentum eius, & tegumentũ ex pellibus melium, quod est super illud supremũ, uelamen quoq; ostij tentorij constitutionis. Tapetes quoq; atrij, & uelum quod est ad ostiũ portæ atrij, quod [atrium] circuit tabernaculũ & aram, & funes, & omnia instrumenta ministerij ipsorum, omnia deniq; quæ illis obueniunt, exequentur. Secundũ uerbum Aharonis & filiorum eius fiet omne ministerium filiorũ Gerson, in omni onere eorũ, & in cuncto ministerio eorum, & recensebitis eis omnia onera eorum quæ obseruent. Hoc itaq; officium est familiarum filiorum Gerson in tentorio constitutionis, & custodia illorum erit sub manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis. Porrò filios Merari recensebis iuxta familias suas, & domos patrum suorum, numerabis autem eos ab eo qui †triginta est annorũ, usq; ad eum qui natus est quinquaginta annos, quicunq; ad militiam aptus est, ut seruiant in ministerio tentorij constitutionis. Hæc autem erit obseruatio oneris eorum ad omne ministeriũ eorum in tentorio constitutionis. Asseres tabernaculi, & uectes eius, & columnæ eius, & bases eius. Columnæ quoq; quæ sunt circum atrium, & bases eius, & claui eius, cum funibus earum, & omnibus instrumentis earum, & quidquid ad ministeriũ eorum [pertinet,] numerabitis nominatim instrumenta, quæ custodient & ferent. Hoc est officium familiarũ filiorum Merari, iuxta omne ministerium in tentorio constitutionis, sub manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis. Numerauit itaq; Moses & Aharon & primores cœtus filios Kahat iuxta familias suas, & iuxta domos patrum suorum, ab eo qui triginta erat annorũ & supra, usq; ad eum qui quinquaginta annos natus erat, quicunq; scilicet militiæ aptus erat, ut ministrarent in tentorio constitutionis. Fueruntq; numeri eorum per familias suas duo millia, septingenti & quinquaginta. Hic census est familiarum Kahat, quicunq; scilicet ministrare poterant in tentorio constitutionis, quos recensuit Moses & Aharon iuxta uerbum DOMINI in manu Mosis. Numeri autẽ filiorũ Gerson per familias suas, & domos patrum suorum sunt, ab eo qui triginta fuit annorum & supra, usque ad eum qui quinquaginta natus est annos, quicunq; ad bellum apti fuerunt, ad seruiendum in tentorio constitutionis, fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias suas & domos patrum suorum, duo millia, sexcenti atq; triginta. Iste est census familiarum filiorum Gerson, quicunq; in tentorio constitutionis ministrare

Marginal notes: C; D; 2. Reg. 6. B; Gersonitarum officium.; Officium Meraritarum.; Num. 8. d

strare poterat, quem recensuit Moses & Aharon iuxta os DOMINI. Numeri autem familiarum filiorū Merari per familias suas, & per domos patrum suorum sunt, ab eo qui triginta erat annorum & supra, usq; ad eum qui natus erat quinquaginta annos, quicunq; ad bellum apti erant, ad seruiendum in tentorio constitutionis, fuerunt inquam numeri eorū iuxta familias suas, tria millia, ducenti. Hæc est summa familiarum filiorum Merari, quos numerauit Moses & Aharon iuxta os DOMINI per manum Mosis. Omnes itaq; numeri Leuitarum quos recensuit Moses & Aharon atq; principes Israel iuxta familias suas & domos patrum suorum, ab eo qui triginta fuit annorum & supra, usque ad eum qui natus erat quinquaginta annos, quicunq; ueniebat ut ministraret in ministerio, & inseruiret oneri gestando in tentorio constitutionis, fuerunt inquam quum recenserentur ipsi, octo millia, quingenti, octoginta. Iuxta os DOMINI numerauit eos per manum Mosis, unumquenq; iuxta ministerium suum, & onus suum, & præfecturam suam, quemadmodum præceperat DOMINVS Mosi. CA. V.

Quomodo cœtus populi dei repurgatus esse debeat à sceleratis hominibus, qui sint excludendi è castris, & de lege zelotypiæ.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Præcipe filijs Israel, ut eijciant è castris † omnem leprosum, & omnem qui fluit, et quicunq; [a]mortui contactu contaminatus est, & marem & fœminam eijciatis: extra castra inquam eijciatis eos, ne contaminent castra sua, in quorū medio ego habito. Et filij Israel fecerunt sic, eiecerunt q; eos extra castra, quemadmodum loquutus fuerat DOMINVS ad Mosen, sic fecerunt filij Israel. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Loquere ad filios Israel, Vir aut mulier si fecerint ex omnibus peccatis [contra] hominem, ut scilicet præuaricatione præuaricentur aduersus DOMINVM, deliquerit q; anima huiusmodi, confiteantur peccatum suum quod fecerunt & restituat [b] culpam suam in sorte sua, quintam q; partem illi superaddat, det q; illi in quē deliquit. Quod si uiro illi uindex nullus fuerit cui delictum restituatur, delictum DOMINO restituatur, sacerdoti uidelicet, supra arietem expiationum, per quem expiatio pro illo fit. Et omnis Thruma, quæ fit ex

B omnibus sanctis filiorū Israel, quam adferunt sacerdoti, ipsius erit. Sancta quoq; uniuscuiusq; ipsius erunt, & quidquid homo sacerdoti dederit, ipsius fit. Loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad filios Israel, & dic ad eos, Cuiuscunq; uxor defecerit, & designauerit cōtra eum scelus, dormierit q; uir cum ea proiectione seminis, id q; latet maritum eius, celatur q; eum quod immunda ipsa sit facta, neq; testis est aduersus eam, neq; ipsa deprehensa. Si hūc inuaserit uehemens zelus, ut indignetur zelo quodam aduersus uxorē suam, ipsa polluta existente: aut si inuaserit eum uehemens zelus, ut indignetur zelo quodā aduersus uxorem suam, tametsi non fuerit polluta: adducat uir talis uxorē suam ad sacerdotem, adferat q; simul donum illius pro ea, nempe decimam partem Ephi farinæ hordeaceæ, at oleum non fundet super eam, neque ponat thus super eam, quoniā sacrificium cibarium est zeli, donum inquā memoriale, quod meminisse sceleris facit. Sacerdos uero sacrificium illud sacrificet, & statuat illud co

C ram DOMINO. Sumat insuper sacerdos aquas sacras in uase fictili, & de puluere qui fuerit in pauimento tabernaculi tollat sacerdos, & ponat in aquā. Statuat præterea sacerdos mulierem ante DOMINVM, & nudet caput mulieris, & det in manus eius sacrificium illud memoriale, quod sacrificiū est zeli, habeat q; sacerdos in manu sua aquas [c] amaras execrationis. Et obtestetur eam sacerdos, & dicat ad mulierem illā, Si non dormiuit uir tecum, si non defecisti ad immunditiā sub marito tuo, libera euades ab aquis istis amaris & execratis. Si uero defecisti sub marito tuo, & polluta es, concubuit q; tecum uir alius quàm maritus tuus,

Leuit. 13. g

Confessio peccati. Leuit. 5. c Exod. 22.

Deut. 22. b

Aquæ amarissimæ.

[a] Super anima polluta, est contactu mortui pollui.

[b] Delictum aut culpa hic pro re ponitur quæ ablata est.

[c] Quid sit legūt aquas amaricātes execrantes.

Digitized by Google

Obtesteturq́ sacerdos mulierem talem direq́ deuoueat, & dicat sacerdos mulieri, Det te DOMINVS in execrationē & iuramentū in medio populi tui, quum scilicet effecerit DOMINVS, ut femur tuū deijciatur, & uterus tuus intumescat,
D Ingrediantur aquæ istæ execrantes in uiscera tua, ut intumescat uterus tuus, faciantq́ deijci femur tuum: dicatq́ mulier, Amen, amen. Scribat insuper sacerdos execrationes illas in librum, & abradat [eas] in aquas amaricantes. Iubeatq́ [sacerdos] ut mulier bibat aquas illas amaricantes & execrantes. Ingredienturq́ in eam aquæ istæ amaricantes ut amaricent. Et accipiat sacerdos sacrificium cibarium zeli è manu mulieris, & moueat illud ante DOMINVM, & adducat illud ad aram. Apprehendat quoq́ sacerdos ex isto sacrificio cibario uolam plenā ad monumentū eius, incendetq́ in ara, & post hoc det mulieri potū illius aquæ. Quum uero aquas potauerit, si fuerit polluta & scelus designauerit aduersus maritum suum, ingredientur in eam aquæ istæ execrantes ut amaricent, & intumescet uenter eius, cadetq́ femur eius, erit mulier illa execrata in medio populi sui. Si uero polluta non fuerit mulier huiusmodi, sed munda, noxæ eximetur, & [D] fœcunda reddetur. Hæc lex est zelotypiæ, quando mulier à marito suo defecerit, & polluta fuerit. Aut quum maritum inuaserit spiritus amarus, ut æmuletur zelo erga uxorem suam, & statuerit uxorem coram DOMINO, & fecerit sacerdos iuxta uniuersam legem istam. Eritq́ uir innocens ab iniquitate, mulier uero ipsa feret noxam suam.

Amen, Sic omnino fiat.

D Ebr. Seminabitur semine.

CAP. VI.

De uoto & ritu Nazaræorum & benedictione Israelis.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen in hæc uerba, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Vir siue mulier si diserte uouerint uotum [a] Nasir, ut separent DOMINO, à uino & sicera abstineat, acetum uini & siceræ non bibat, imò quidquid [b] reliquū est ex uuis non bibat, præterea nec recentes uuas, nec passas comedet, idq́ toto tempore quo ipse Nasir est. Nihil deniq́ edat quod fit è uite uinifera, siue acini sint, siue uinacea. Porrò toto tempore quo durat uotum eius Nasir, †nouacula nulla admoueri debet capiti eius, quin sacer sit, donec expleat dies quibus se DOMINO segregauit, nutriendo scilicet comam capillorum capitis sui. Toto deniq́ tempore quo se DOMINO segregauit, ad mortuū nō ingrediatur, imò ne in patris quidem sui, aut matris suæ, aut fratris sui, aut sororis
B suæ morte polluatur, eo quod [c] Næser dei sui est super caput eius. Cūctis diebus separationis suæ sacer est DOMINO. Quod si quispiā mortuus fuerit apud eum subito & repentino casu, contaminabitur caput comæ suæ, radat ergo caput suū in die purgationis suæ, nempe in die septimo radet illud. Die uero octauo adferat duos turtures, aut duos pullos columbinos ad sacerdotem, ad ostium tentorij constitutionis. Facietq́ sacerdos unum pro peccato, alterum pro holocausto, & expiabit illum ab eo quod peccauit aduersus animam suam, et consecrabit caput eius in die illo. Et separabit se DOMINO dies illos quibus est Nasir, adducetq́ agnum anniculum pro delicto, dies uero priores irriti sint, quoniam polluit Næ-
C ser separationis suæ. Hæc autem est lex Nazaræi, quando absoluerit dies separationis suæ, eodem die applicet sese ad ostium tentorij constitutionis, adferatq́ donum suum DOMINO, nempe agnum unum anniculū integrum ad holocaustum, & ouiculam unam anniculā integram pro peccato, & arietē unum, eumq́ integrum pro sacrificio gratiarūactionis. Canistrum quoq́ infermentatorum, nempe placentas similagineas, placentas unctas oleo, & lagana infermentata oleo delibuta, cum sacrificio eorum cibario, & cum libaminibus eorum. Adferat [ea] sacerdos coram DOMINO, & faciat hostiam eius pro peccato, atq́ holocaustum eius. Arietem uero faciet pro sacrificio gratiarumactionis DOMINO, cum canistro infermentatorum, facietq́ sacerdos sacrificium eius cibarium, & liba-

a Nasir separatus, cōsecratus, segregatus.

b Mischrat, Quicquid exprimitur ex uuis aut uuas resipit.

Iud. 13. a
Amos. 2. c

c Næser, Ornamentū quoddā & corona: alij pro Næser uotum separationis legunt.

Digitized by Google

Act. 21. d. e & libationē eius. Et radet Nazaræum in ostio tentorij constitutionis, nempe caput [b] Næser eius, tollatq; pilos capitis Næser eius, ponatq; in ignem, qui est sub sacrificio gratulatorio. Tollat quoq; sacerdos armum coctū de ariete, & placentam unam infermentatam è canistro, laganum quoq; infermentatū unum, & ponat super manus Nazaræi postquam raserit comā suam. Et moueat ea sacerdos Tenupha coram DOMINO, consecrata hæc erunt sacerdoti, præter pectusculum Tenupha, & præter armum Thruma. Post hæc poterit Nasir uinū bibere. Hæc lex est Nazaræi, qui uouerit donum suum DOMINO pro consecratione sua, exceptis his quæ apprehenderit manus eius iuxta rationem uoti sui quod uouit, sic faciat iuxta præscriptum separationis suæ. Loquutusq; est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Loquere ad Aharonem & ad filios eius in hanc sententiam, † Sic bene precemini filijs Israel, dicetisq; ad eos, Benedicat tibi DOMINVS, & custodiat te, illustret DOMINVS faciem suā super te, & misereatur tui. Attollat DOMINVS faciē suam super te, & det tibi tranquillitatē. Ponent itaq; nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

D

[b] Næser uarie exponunt, quidam pro cæsarie aut coma, quidā pro separatione, quidā pro cōsecratiōe: synekdocha autē coma pro cōsecratione ponitur, quod ea domino cōsecrata erat, & is qui eā nutriebat domino segregatus certis diebus.

Leuit. 9. Eccli 36. c

CAP. VII.

Quid munerum post tabernaculi erectionem à principibus Israelis allatum sit.

Exo. 40. b FActum est autem eo die, quum absoluisset Moses tabernaculi erectionē, tunxissetq; ipsum, cōsecrassetq; ipsum & cuncta uasa eius, aram quoq; & uniuersa instrumenta eius: quum talia, inquam, unxisset & consecrasset, ut adferrent principes Israelis, capita scilicet per domos patrum suorum, qui principes erant tribuum, qui præerant censibus, quod adferrent, inquam, [a] dona sua coram DOMINO sex currus tectos, & duodecim boues, currum unum pro duobus principibus, & bouem unum pro uno, adduxeruntq; ea ante tabernaculū. Et dixit DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Cape [hæc] ab eis, ut sint in ministerium cultus tentorij constitutionis, tradesq; ea Leuitis, unicuiq; iuxta ministerium suum. Accipiens itaq; Moses currus & boues, tradidit eos Leuitis. Duos currus & quatuor boues dedit filijs Gerson iuxta ministerium eorum. Et quatuor currus atq; octo boues dedit filijs Merari, iuxta ministerium eorum, sub manu Ithamar filij Aharonis sacerdotis. Filijs uero Kahat nihil dedit, nam ministerium rerum [b] sacrarū illis iniunctum erat, quas humeris [suis] gestabant. Adferebant insuper principes ad aræ initiationem eo die quo inungebatur: adferebant, inquam, principes dona sua ante aram. Et ait DOMINVS ad Mosen, Singulis diebus singuli principes sua dona adferant ad aræ initiationē. Attulit itaq; primo die donum suum Nahason filius Aminadab de tribu Iehuda. Eratq; donū ipsius catinus argēteus unus, centum & triginta siclorū, phiala una argentea septuaginta siclorum iuxta pondus sanctuarij, utrunq; ex his plenum fuit similagine oleo permixta pro sacrificio cibario. Cochleare unum aureum decem [siclorum,] plenum suffitu. [c] Iuuencus unus, aries unus, agnus anniculus unus ad holocaustum, hircus caprarū unus ad hostiam pro peccato. Pro sacrificio uero gratulatorio, boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. Hoc fuit donum Nahason filij Aminadab. Secundo die attulit Nathaneel filius Zuar princeps [tribus] Isaschar, attulit inquam donum suum, catinum unum argenteū centum & triginta siclorū, phialam argenteam unam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarij, utraq; plena similagine oleo commixta pro sacrificio Minha. Cochleare unū aureum decem [siclorum,] plenum suffitu, iuuencū ex bobus unum, arietem unum, agnū anniculū unum in holocaustum, hircum caprarum unum pro hostia peccati. Et pro sacrificio gratulatorio boues duos, arietes quinq;, agnos anniculos quinq;. Hoc fuit donum Nathaneelis filij Zuar. Tertio die princeps filiorū Zebulon Eliab filius Helon, cuius donum fuit catinus unus argenteus centum & triginta siclorum, phiala una argentea septuaginta siclorum iuxta siclum sanctuarij:

A

[a] Alij pro Karban sacrificia legunt.

[b] Quidam legūt, sanctuarij.

B

Oblatio principis tribus Iuda.

[c] Eb. Iuuencus unus filius bouis.

Isaschar.

Zabulon.

Digitized by Google

C utrunq; ex his plenum fuit similagine oleo consperſa pro ſacrificio cibario. Co-
chleare unum aureum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu. Iuuencus unus, aries u-
nus, agnus anniculus unus in holocauſtū, hircus ex capris unus pro hoſtia pec-
cati, & pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni
anniculi quinq;. Hoc donum fuit Eliab filij Helon. Quarto die princeps filio-
rum Ruben Elizur filius Sedeur, cuius donum fuit catinus argenteus unus cen- Ruben.
tum triginta ſiclorum, phiala una ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij:
utrunq; ex his plenum fuit ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario. Co-
chleare unum aureum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu: iuuencus unus, aries u-
nus, agnus anniculus unus, ad holocauſtum ſcilicet, hircus caprarū unus ad ho-
ſtiam pro peccato, pro ſacrificio autē gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hir-
ci quinq;, & agni anniculi quinq;. Hoc donum fuit Elizur filij Sedeur. Quin-
to die princeps filiorum Simeon, Selumiel filius Zuri Saddai, cuius donum fuit Simeon.
catinus argenteus unus centum & triginta ſiclorum, phiala argentea una ſeptua
ginta ſiclorum iuxta pondus ſanctuarij: utraq; plena ſimilagine oleo conſperſa
pro ſacrificio cibario: cochleare aureum unum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu,
D iuuencus unus, aries unus, agnus anniculus unus in holocauſtū, hircus caprarū
unus pro hoſtia peccati, & pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq;,
hirci quinq;, agni anniculi quinq;. Hoc fuit donum Selumiel filij Zuri Saddai.
Sexto die princeps filiorū Gad Eliaſaph filius Dehuel, cuius donum fuit catinus Gad.
unus argenteus centum & triginta ſiclorum, phiala una argentea ſeptuaginta ſi
clorum iuxta ſiclum ſanctuarij: utraq; plena ſimila conſperſa oleo pro ſacrificio
cibario: cochleare aureum unum decem [ſiclorū] plenum ſuffitu, iuuencus unus,
aries unus, agnus anniculus unus in holocauſtum, hircus caprarū unus pro ho-
ſtia peccati, & pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;,
agni anniculi quinq;. Hoc fuit donū Eliaſaph filij Dehuel. Septimo die prin
ceps filiorū Ephraim, Eliſama filius Ammihud, cuius donū fuit catinus argen- Ephraim.
teus unus centum triginta ſiclorum, phiala una argentea ſeptuaginta ſiclorū iu-
xta ſiclū ſanctuarij: utraq; plena ſimilagine oleo conſperſa pro ſacrificio cibario,
cochleare aureum unum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu, iuuencus unus, aries
unus, agnus anniculus unus in holocauſtū, hircus ex capris unus pro hoſtia pec
cati, pro ſacrificio uero gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni
E anniculi quinq;. Hoc fuit donū Eliſama filij Ammihud. Octauo die princeps
filiorū Manaſſe, Gamliel filius Pedazur, cuius donū fuit catinus argenteus unus Manaſſe.
centum & triginta ſiclorum, phiala una argentea ſeptuaginta ſiclorū, iuxta ſiclū
ſanctuarij: utraq; plena ſimilagine oleo cōſperſa pro ſacrificio cibario, cochleare
aureū unum decem [ſiclorum] plenū ſuffitu, iuuencus unus, aries unus, agnus an
niculus unus in holocauſtū, hircus ex capris unus pro hoſtia peccati, & pro ſacri
ficio gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;.
Hoc fuit donū Gamlielis filij Pedazur. In die nona princeps filiorū Beniamin, Beniamin.
Abidan filius Gideoni, fuitq; donum eius catinus unus argenteus centū & tri-
ginta ſiclorum, phiala argentea una ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclū ſanctuarij:
utraq; plena ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario, cochleare unum au
reum decem [ſiclorū] plenū ſuffitu, iuuencus unus, aries unus, agnus anniculus
unus in holocauſtū, hircus caprarū unus pro hoſtia peccati, & pro ſacrificio gra-
tulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. Hoc fuit
donū Abidan filij Gideoni. Decimo die princeps filiorum Dan, Ahiezer filius Dan.
Ammi Saddai, cuius munus fuit catinus unus argenteus centum et triginta ſiclo
F rum, phiala una argentea ſeptuaginta ſiclorū, iuxta ſiclum ſanctuarij: utraq; ple-
na ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario, cochleare unum aureum de-
cem

Digitized by Google

cem [ficlorum] plenum suffitu, iuuēcus unus, aries unus, agnus anniculus unus in holocaustum, & hircus ex capris unus pro hostia peccati, & pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. Hoc donum fuit Ahiezer filij Ammi Saddai.

Aser. Vndecimo die princeps filiorū Aser, Pagiel filius Ochran, cuius donū fuit catinus argenteus unus centum & triginta ficlorū, phiala argentea una septuaginta ficlorum, iuxta ficlum sanctuarij: utraq; plena similagine oleo permixta pro sacrificio cibario, cochleare unum aureum decem [ficlorū] plenum suffitu, iuuēcus unus, aries unus, agnus anniculus unus in holocaustum, hircus ex capris unus pro hostia peccati, & pro sancrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. Hoc fuit donum Pagielis filij Ochran.

Nephtali. Porrò duodecimo die princeps filiorum Naphtali, Ahira filius Enan, cuius donum fuit catinus argenteus unus centum & triginta ficlorum, phiala argentea una septuaginta ficlorum iuxta ficlū sanctuarij: utraq; plena similagine oleo permixta pro sacrificio cibario, cochleare aureum unum decem [ficlorum] plenum suffitu, iuuencus unus, aries unus, agnus anniculus unus in holocaustū, hircus ex capris pro hostia peccati, & pro sacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinq;. Hoc fuit donum Ahira filij Enan. G Hæc fuit initiatio aræ in die quo fuit inuncta, à principibus scilicet Israelis, catini argentei duodecim, phialæ argenteæ duodecim, cochlearia aurea duodecim. Centum & triginta [ficlos habuit] catinus unus, phiala uero una septuaginta, omniaq; uasa argentea bis mille & quadringentos, iuxta ficlum sanctuarij. Cochleariorum uero aureorum duodecim fuerunt plena suffitus, singula uero decem [fuerunt ficlorum] iuxta ficlum sanctuarij. Porrò uniuersum aurum cochlearium fuit centū & uiginti [ficlorū.] Iuuencorū uero ex bobus uniuersorū pro holocausto fuerunt duodecim, arietum duodecim, agnorum anniculorum duodecim, cum sacrificio eorum cibario, & hircorum ex capris, qui pro hostia peccati [fuerunt] duodecim, omnium boum pro sacrificio gratulatorio uigintiquatuor, arietum sexaginta, hircorum sexaginta, agnorum anniculorum sexaginta. Hæc fuit initiatio aræ quum inungeretur. Quumq; ueniret Moses in tentorium constitutionis ut [b] loqueretur cum eo, audiuit uocem colloquentis ad eum è propitiatorio, quod erat super arcā testimonij inter duos Cherubim, & loquebatur ad eum.

[b] Loqueretur quidā passiue exponūt, uel impersonaliter, Mūtredo.

CAP. VIII.

De situ candelabri & lucernarum, de Leuitarum lustratione, sacrificijs, & ætate Leuitarum, &c.

Exod. 25. d. A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad Aharonem, & dic ad eum, Quum collocas tu in sublimi lampades, septem illæ lampades uersus candelabrū lucere debent. Fecit sic Aharon, collocauitq; lampades eius uersus candelabrum, quemadmodum præceperat DOMINVS Mosi. Erat autem opus candelabri ex auro solido tam scapus eius quàm flores eius; solidum erat, iuxta uisionem quam ostendit DOMINVS Mosi sic fecit candelabrū. Loquutusq; est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Tolle Leuitas è medio filiorum Israel, & purifica eos. Sic autem facies eis, Quū purificas eos, sparge super eos [a] aquas peccati, & traducant nouaculam per omnē carnē suam, eluantq; uestimenta sua, & sese purificent. B Deinde sumant iuuencum è bobus cum sacrificio suo cibario, nempe similaginem oleo cōmixtam, & alium iuuēcum è bobus accipies pro hostia peccati. Et quum adduxeris Leuitas ante tentorium constitutionis, congregabis uniuersum cœtum filiorū Israel. Et adduces Leuitas in conspectū DOMINI, componentq; filij Israel manus suas super Leuitas. Et motabit Aharon Leuitas motatione coram DOMINO à filijs Israel, ut scilicet ministrent in cultu DOMINI. Leuitæ uero ponent manus suas super caput iuuencorum,

[a] Aquæ peccati sunt expiatoriæ & lustrales quia immissus fuit cinis rufæ uaccæ quæ pro peccato sacrificabatur, Inf. 19. cap.

Digitized by Google

& facies unum pro peccato, & alterum in holocaustū DOMINO, ut expies Leuitas. Collocabis uero Leuitas ante Aharonē, & ante filios eius, & motabis eos
C Tenupha DOMINO. Separabisq; Leuitas à filijs Israel, eruntq; Leuitæ mei. Post hoc ingredientur Leuitæ, ut ministrent in tentorio constitutionis, purificabisq; eos, & agitando agitabis eos. Quoniam donatitij sunt ipsi mihi donati à filijs Israel, pro omnibus [b] primogenitis, pro primogenitis inquam omnium filiorum Israel assumpsi eos mihi. Meum enim est omne † primogenitum filiorū Israel, tam in hominibus quàm in iumētis, à die quo percussi omne primogenitū in terra Aegypti, consecraui eos mihi. Tulique Leuitas pro omnibus primogenitis filiorū Israel. Dedi autem Leuitas donatitios Aharoni & filijs eius de medio filiorum Israel, ut exequantur ministerium filiorum Israel in tentorio constitutionis, utq; expient pro filijs Israel, ne sit inter filios Israel plaga, si accedant filij Israel ad sancta. Fecitq; Moses & Aharon, & uniuersus cœtus filiorum Israel cum Leuitis iuxta omnia quæ præceperat DOMINVS Mosi de Leuitis, sic inquam fecerunt filij Israel. Expiarunt ergo se Leuitæ, elueruntq; uestimenta sua, & motauit eos Aharon Tenupha coram DOMINO, expiauitq; pro eis Aharō ut eos
D purificaret. Postea ingressi sunt Leuitæ, ut exequerentur ministeriū suum in tentorio constitutionis, coram Aharone coramq; filijs eius, quemadmodum præceperat DOMINVS Mosi de Leuitis, sic fecerunt eis. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Hoc quoq; ad Leuitas [pertinet,] ab eo qui natus est uiginti quinq; annos & supra, ingredietur [quisq;,] ut exercendo [se] exerceat in ministerio tentorij constitutionis: quum uero quinquaginta fuerit annorum, reuertatur ab exercitio ministerij, neq; ultra seruiat, sed cum fratribus suis seruiat in tentorio constitutionis, ut obseruet custodiam, nihil autem [grauis] seruitij faciet. Sic ages cum Leuitis in obseruatione eorum.

CAP. IX.

De festo passah, & qualiter celebrandum sit ab immundis, item de nube super tentorium.

A LOquutusq; est DOMINVS ad Mosen in deserto Sinai, in anno secundo egressus eorum è terra Aegypti in mense primo, hisce uerbis, Faciant filij Israel Passah stato suo tempore. Quartodecimo die huius mensis inter uesperas faciant ipsum stato suo tempore, iuxta omnes ceremonias eius, & iuxta omnes ritus eius faciant ipsum. Et loquutus est Moses ad filios Israel ut facerent Passah, Fecerunt itaq; Passah in primo [mense,] quartadecima die mensis inter uesperas in deserto Sinai, iuxta omnia quæ mandauerat DOMINVS Mosi, sic fecerunt filij Israel. Fuerunt autem quidam [a] contaminati mortuo quodam, qui eodem die Passah facere non poterant: accesserunt ergo ad [b] Mosen & Aharonē eodem die, dixeruntq; uiri illi ad eum, Nos mortuo quodam contaminati sumus, cur prohi-
B bemur quo minus adferamus DOMINO donum stato suo tempore inter [c] cæteros filios Israel? Respondit illis Moses, Subsistite, ut audiam quid uestri causa præcipiat DOMINVS. Loquutus est ergo DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Loquere ad filios Israel, dicendo, Quicunq; contaminatus fuerit mortuo aliquo, aut in uia peregre à uobis, aut posteris uestris, is faciet DOMINO Passah: at facient illud in mense secundo, decimoquarto die mensis inter uesperas: comedant autem illud cum infermentatis placentis, & herbis amaris. Nihil relinquant ex eo usq; mane, nec os ex eo confringant, iuxta omnes ritus Passah faciant ipsum. Qui mundus fuerit, nec in itinere, cessatq; à celebrando Passah, huius anima excindatur de populis suis, eo quod munus DOMINI non attulit sta-
C to suo tempore, & is peccatum feret. Quod si aduena quispiam apud uos commoratur, uolueritq; facere DOMINO Passah, faciat illud iuxta ritus & ceremonias eius. Eadem lex tam uobis sit quàm aduenæ & indigenæ terræ. Porrò [b] quo die

Marginal notes:
[b] Ebr. Qui uterū aperiunt.
Exod. 13. a; Sup. 3. cap.; Luc. 2. d
Exod. 12. a; Leuit. 23. a; Deut. 16. a
[a] Eb. Immundi super anima hominis.
[b] Ebr. In cōspectum Mosis.
[c] Ebr In medio filiorum Israel.
Ritus passah scribitur. Exod. 12.
Exod. 12; Ioan. 19. f
[b] Vel, quo die erectū est tabernaculum.
Exo. 40. b

Digitized by Google

die erexit [Moses] tabernaculũ, nubes obtexit ipsum tabernaculum tentorij testi
monij: aduentante autem uespera, apparebat super tabernaculo ueluti species
ignis usq; mane. Sic fiebat iugiter, ut nubes ipsum obtegeret, & noctu species
ignis. Quumq; nubes sustolleretur ab ipso tentorio, tum demum proficisceban
tur filij Israel, eodẽ uero loci ubi nubes ista resedit, illic castrametati sunt filij Is-
rael. Iuxta os DOMINI soluerunt filij Israel, & iuxta os DOMINI castra fixe-
runt, cunctis diebus quibus mansit nubes super tabernaculũ, & ipsi in castris re-
sederunt. Quod si nubes aliquot diebus super tabernaculũ moram traheret, ob- D
seruabant filij Israel custodiã DOMINI, nec soluerunt. Cumq; nubes certis [c]ali [c] Ebr. Diebus nu-
Exod. ult. quot diebus maneret super tabernaculũ, iuxta os DOMINI resederũt, & †iuxta meri.
os DOMINI soluerunt. Fiebat & hoc, quũ nubes maneret à uespera ad mane
usq;, nubesq; mane ascenderet, soluerunt: aut si nubes per diem & noctem man
sisset, & deinde ascenderet, soluerunt. Si uero nubes morã traheret super taberna
culum duobus diebus, aut mẽsem, aut annũ, manendo scilicet super ipsum, man
serunt & filij Israel, nec soluerunt: mox ut ascendebat, soluerũt. Iuxta os DOMI
NI in castris resederunt, & iuxta os DOMINI castra mouerunt, custodiã DO-
MINI obseruantes iuxta præceptum DOMINI per manũ Mosis. CAP. X.

De tubis argenteis & profectione filiorum Israel, & ordinibus eorum.

Esa. 58.a ET loquutus est DOMINVS ad Mosen hisce mandatis, Fac tibi duas †tubas A
argenteas, ductiles facies eas, quas in hoc habebis, ut conuoces cœtũ, & [in
dices illis] quando mouenda sint castra. Quũ ergo clangetis istis [tubis,] conuo
cabuntur ad te uniuersus cœtus ante ostiũ tentorij cõstitutionis. Si uero una dun
taxat clanxerint, cõgregabuntur ad te principes, [a]tribuni Israelis. Si uero [b]sonitu [a] Ebr. Capita mil-
inciso clanxeritis, soluent castra, ea scilicet quæ ad Orientẽ posita sunt. Quum se lium.
cundo clanxeritis sonitu inciso, soluent castra quę sita sunt ad Meridiem, sonitu [b] Trua sonitus est
inciso clangent quum soluere uolunt. Quando uero cœtus fuerit cõgregandus, tubæ incisus & in-
clangetis duntaxat, nec edetis clangorem incisum. Filij autẽ Aharonis sacerdo- æqualis, ut cũ classi
tes tubis clangent. Et hic ritus sit uobis posterisq; uestris perpetuus. Et si ingressi cum aut receptui ca
fueritis bellũ in terra uestra contra hostem qui uos oppugnat, classicum canetis nitur. Theka uero
tubis, & fiet uestri memoria corã DOMINO deo uestro, ut seruemini ab hosti- clangor est æquabi-
bus uestris. In die quoq; lætitiæ uestræ, in statis ferijs uestris, ac in initijs mẽsium B lis eodemq; tenore.
uestrorũ clangetis tubis super holocaustis uestris atq; sacrificijs gratulatorijs ue-
stris, ut uobis sint monumentũ coram deo uestro: ego DOMINVS deus uester.
Factũ est autem anno secundo, mense secundo, uigesimo mensis, sublata est nu-
Num. 33.c bes à tabernaculo testimonij. †Et profecti sunt filij Israel profectionibus suis ex
Deute. 1.a deserto Sinai, demisitq; se nubes in deserto Paran. Prima fuit hęc profectio iuxta
os DOMINI per manũ Mosis. Vexillum autem castrorum filiorũ Iuda, profe
ctum est primo ordine cum copijs suis, eratq; super exercitum eius Nahason fi-
lius Aminadab. Super exercitum tribus filiorũ Isachar, Nathaneel filius Zuar. Et
super exercitũ tribus filiorũ Zebulon fuit Eliab filius Helon. Detractumq; est ta
bernaculũ, & profecti sunt filij Gerson, & filij Merari portantes ipsum taberna
culum. Profecta quoq; sunt castra Ruben cũ uexillo & copijs suis, eratq; super
exercitũ eius Elizur filius Sedehur. Super exercitũ uero tribus filiorum Simeon C
fuit Selumiel filius Zuri Saddai. Et super copias tribus filiorũ Gad, Eliasapha fi
lius Deuel. Profectiq; sunt & Kahatitæ ferentes sanctuarium, & illi erexerũt ta-
bernaculum, donec isti uenirent. Profectũ est deinde uexillum castrorũ filiorum
Ephraim cum copijs suis, & super exercitum eius Elischama filius Ammihud,
super exercitũ uero tribus filiorũ Manasse Gamliel filius Pedazur. Et exercitui
tribus filiorũ Beniamin præfuit Abidan filius Gideoni. Profectum est & uexil-
lum castrorum filiorũ Dan, colligens omnia agmina cum copijs suis, & super

Digitized by Google

exercitum eius Ahiefer filius Ammifchadai. Super copias autẽ tribus filiorum Afer, Pagiel filius Achran. Et fuper copias tribus filiorũ Naphtali, Ahira filius Enan. Hæ funt profectiones filiorũ Ifrael cum copijs fuis quum proficifcebantur.

D Et dixit Mofes ad Hobab filiũ Reguel Madianitam, qui affinis fuit Mofis, Nos proficifcimur ad locum de quo DOMINVS dixit, Dabo eum uobis: proficifcere ergo nobifcum, & benefaciemus tibi, quoniam bonũ loquutus eft DOMINVS fuper Ifraelem. Qui refpondit ei, Non ibo, fed ad terram meam, & ad patriam meam reuertar. At ille ait, Ne quæfo nos deferas, quoniã tu nofti manfiones noftras in deferto, & eris nobis uice [c]oculorum. Et hoc quoq; fiet fi nobifcum proficifceris, de bono illo quo afficiet nos DOMINVS, tibi quoq; benefaciemus. Profecti funt itaq; de monte DOMINI itinere trium dierum, & præcedebat eos arca fœderis DOMINI itinere trium dierum, ad inueftigãdum eis locum quietis. Et umbram faciebat eis DOMINVS nube interdiu, quum è caftris proficifcerentur. Quumq; proficifceretur arca, dixit Mofes, †Surge DOMINE, & diffipentur hoftes tui, & fugiant qui te oderunt à facie tua. Quum uero refideret, dixit, Reuertere DOMINE ad decies millia Ifraelis.

Exod.2.c

c Hoc eft, Dux nofter eris, habebis locum, quẽ habet oculus in corpore.

Pfal.67.a

CAP. XI.

Impatiens populus & mannæ pertæfus, murmurat & carnes poftulat, quas dat eis dominus, fed non fine pœna.

A Contigit autem quum populus moleftiã & dolorem quendã caufaretur, ut ea res difpliceret in auribus DOMINI. Quũq; DOMINVS audiret, exarfit furor eius, & incenfus eft ignis DOMINI in eos, deuorauitq; partẽ caftrorũ. Et clamauit populus ad Mofen: orãte aũt Mofe ad DOMINVM, refedit ignis. Et uocatũ eft nomẽ illius loci Tabera, eo q ignis DOMINI in eos deflagraffet. Porrò uulgus promifcuũ qd erat inter eos, concupifcentia exarferant, fleuerũtq; denuo, quin & filij Ifrael [concupierũt & fleuerũt] dicentes, Quis pafcet nos carnibus? In memoriã nobis redeũt pifces quos comedebamus in Aegypto gratis,

B deinde & cucumeres, & pepones, porrũ, cepe & allia. Et nũc animus nofter aret, nihilq; præter Man oculi noftri [uident.] Erat aũt †Man quafi femen coriandri, & fpecies eius quafi fpecies [a]Bdellij. Diffundebanturq; populi colligẽtes & molentes in mola, aut conterẽtes in mortario, aut coquentes in olla, & facientes ex eo placentas, & erat fapor eius quemadmodũ fapor placentarũ oleo delibutarũ. Et quum noctu ros defcenderet fuper caftra, defcendebat Man quoq; cum ipfo. Mofes uero audiuit populũ fecundũ familias fuas flentẽ, quenq; fcilicet in oftio tabernaculi fui, & ira DOMINI exarfit uehementer, fed & Mofi [b]difplicuit. Dixit ergo Mofes ad DOMINVM, Cur malo hoc multafti feruũ tuum? Cur uero

C coram te gratiã non impetro? q onus uniuerfi huius populi fup me ponis. Num ego concepi uniuerfum populũ iftum? num ego peperi eum? ut dicas ad me, Fer eum in finu tuo, quemadmodũ geftat nutritius infantẽ, in terrã quam iurafti patribus eius? Vnde mihi caro ut dem uniuerfo populo huic, qui flent corã me, & dicunt, Da nobis carnes ut manducemus? Ego non potero folus ferre hunc populũ, nimis grauis eft mihi. Quod fi omnino fic mecũ agere [ftatuifti,] quæfo ut occidione me occidas, (fi quidẽ gratiã apud te impetraui,) ne cogar uidere malum meum. Et ait DOMINVS ad Mofen, Cõgrega mihi feptuaginta uiros ex fenioribus Ifraelis, quos tu nofti effe fenes in populo, deinde & præfectos eius,

D & adduc eos ad tentoriũ conftitutionis, ut ftent ibi tecum. Ego uero defcendã, & loquar illic tecum, & de fpiritu qui in te eft, quadantenus fegregabo, & ponam fuper eos, ut ferant onus populi tecum, ne tu folus feras. Ad populum uero dices, Sanctificamini in craftinũ diem, & comedetis carnes, qa fletus uefter [uenit] ad aures DOMINI, nẽpe quod dixiftis, Quis pafcet nos carnibus? bene fuit nobis in Aegypto: DOMINVS ergo dabit uobis carnes, & comedetis. Non die uno

Taberah incẽdium fonat.

1. Cor.10.a

Exod.16.c Sap.16.c Pfal.77.c Iohan.6.d

a Bedola quidã pro cryftallo, quidam pro margarita exponunt.

b Eb. Malum fuit in oculis eius.

Onus Mofes partitur in multos.

Digitized by Google

uno comedetis, neq; duobus diebus, non quinq; diebus, neq; decem diebus; sed
neq; uiginti diebus. Quin totũ [c] mensem, donec exeat [caro] è naribus uestris, ut
c Eb. Mensem dierum.
sit uobis nausea, eo quod respueritis DOMINVM qui est in medio uestri, & fleueri
Ioan.6.b tis coram eo, dicentes, Cur sic egressi sumus ex Aegypto? Et ait Moses, Populus, E
in cuius medio ego sum, sexcẽta millia peditum habet, & tu dicis, Carnes dabo
eis, ut toto mense comedant. Num oues & boues mactabuntur eis, [d] ut sufficiat
d Eb. Vt inueniat eis.
eis? Aut [fortasse] omnes pisces maris congregabuntur eis, qui sufficiant eis? Et
Esa.59.a loquutus est DOMINVS ad Mosen, Num manus DOMINI breuis facta est?
Videbis igitur an sermo meus eueniat, an minus. Egressus ergo Moses, loquutus est ad populum uerba DOMINI, congregauitq; septuaginta uiros de senioribus populi, & collocauit eos per ambitum tentorij. Et descendit DOMINVS in nube, & loquutus est ad eum, & quadãtenus segregauit de spiritu qui erat super eum, deditq; septuaginta senioribus uiris: & contigit, quum spiritus requie-
Prophetæ in castris. sceret super eos, ut propheterent & non cessarent. Remanserant autem duo uiri F
in castris, quorum prioris nomen erat Eldad, & alterius nomen Medad, requieuitq; & super istos spiritus: hi inter scriptos quidem erant, at non exierant ad tentorium, sed prophetarũt in castris. Puer ergo currens nunciauit Mosi, dicens, Eldad & Medad prophetant in castris. Et respondit Iehosua filius Nun minister Mosis, unus ex iuuenibus eius, & dixit, Mi domine Moses, coërce illos. Moses
Optãdũ ut omnes prophetent. autẽ respondit ei, An tu zelaris pro me? [e] Vtinam uniuersus populus DOMINI
e Ebr. Quis det ut uniuersus, &c.
prophetent, & det DOMINVS spiritũ suum super eos. [f] Ingressus est itaq; Mo
f Eb. Et collectus est.
Psal.77.c ses in castra, ipse & seniores Israel. Et profectus est †uentus à DOMINO, qui abripiens coturnices à mari, disiecit [g] eos ad castra circunquaq; spatio itineris diurni, ferè duobus cubitis in superficie terræ. Et surgens populus, collegerunt toto G
g Eb. Prostrauit in castra quasi itinere diei hinc, & quasi itinere diei isthinc.
illo die & tota nocte, toto deniq; sequenti die coturnices: quiq; parum collegit, collegit decem Homer: expanderuntq; sibi expansiones circum castra. Carne autem adhuc existente inter dentes eorum, necdum contrita, exarsit furor DOMI-
Homer mẽsura est.
Psal.77.c NI aduersus populum, & percussit DOMINVS populũ clade admodum magna. Et uocatum est nomen loci illius Kibroth Hataasa, eo quod sepelierant illic populum cupiditate flagrantem. Porrò de Kibroth Hataasa soluit populus, & [uenit] in Hazeroth, manseruntq; in Hazeroth.
Kibroth Hataasa sepulchra concupiscentiæ uel cupiditatis: loco nomen ex euentu dedit.

CAP. XII.

Murmurat Aharon & Maria contra Mosen. Maria lepra punitur.

LOquuta aũt est Maria simulq; Aharon contra Mosen propter mulierem il- A
lam [a] Kuschitam quam duxerat, nam uxorẽ Kuschitam duxerat. Dixerũt au
a Aethiopissam quidam exponunt.
Mosis mansuetudo. tem, Num uero dũtaxat per Mosen loquutus est DOMINVS? An non etiã per
Eccli 45.a nos loquutus est? Et audiuit DOMINVS. (Fuit aũt Moses [b] modestissimus uir,
b Legi etiam potest, mitissimus, mansuetissimus.
supra omnes mortales qui [c] fuerunt in orbe.) Dixit ergo ilico DOMINVS ad
c Eb. Qui fuerunt in superficie terræ.
Mosen, Aharonẽ & Mariam, Exite uos tres ad tentoriũ constitutionis: & illi tres egressi sunt. Descenditq; DOMINVS in colũna nubis, & stetit in ostio tentorij, & uocauit Aharonẽ & Mariam, exieruntq; ambo illi. Et ait, Audite quæso uerba B
Prophetis per somniũ loquitur dominus. mea, Si fuerit propheta DOMINI inter uos, per uisum me ei manifestabo, per somniũ loquar ei. At non sic seruo meo Mosi, †qui in tota domo mea fidelis est. Ore ad os loquar ei & uisione, sed non in ænigmatibus & simulachro intuetur
Heb.3.a DOMINVM: & cur nõ ueriti estis loqui contra seruũ meum Mosen? Et excanduit nasus DOMINI aduersus eos, & abijt. Et nubes recessit à tentorio, & ecce Maria leprosa fuit ueluti nix, respexitq; Aharon Mariã, & ecce erat leprosa. Dixit
ergo Aharon ad Mosen, Obsecro domine, ne obtrudas nobis peccatũ hoc, quod C
imprudenter ausi sumus, & quod cõmisimus: quæso ne ista fiat quasi mortuum
Leuit.13.14. quod egreditur de utero matris suæ, & cuius caro ferè consumpta est. Clamauit itaq; Moses ad DOMINVM, dicẽs, O deus, q̃so ut sanes eã. Et ait DOMINVS

Digitized by Google

D ad Mosen, Si pater eius serio spuisset in faciem eius, an non septem diebus pudo
re suffundi deberet? Concludatur septẽ diebus extra castra, & postea in cœtum
recipiatur. Conclusa igitur fuit Maria septẽ dies extra castra, & populus nõ pro-
ficiscebatur, donec Maria in ecclesiã recolligeretur. Post hoc profectus est popu- Nume. 33. c
lus de Hazeroth, & castrametati sunt in deserto Paran. CAP. XIII.

in fra 14

De exploratoribus qui missi in terram Chanaan, quorum quidam redeuntes populum terruerunt, quidam uero animarunt.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Mitte tibi uiros q explorent
terrã Chanaan, quam ego daturus sum filijs Israel, ex [a] singulis tribubus pa
trum suorũ uirum unũ mittetis, nempe præcipuum quenq; inter eos. Misit itaq;
eos Moses de deserto Paran iuxta os DOMINI, omnes illi primores fuerũt inter
filios Israel. Hæc autem sunt nomina eorum. De tribu Ruben, Sammua filius
B Zakkur. De tribu Simeon, Saphat filius Hori. De tribu Iuda, Caleb filius Ie-
phunæ. De tribu Isachar, Igeal filius Ioseph. De tribu Ephraim, Hosea filius
Nun. De tribu Beniamin, Palti filius Raphu. De tribu Zebulon, Gaddiel filius
Sodi. De tribu Ioseph, ex tribu scilicet Manasse, Gaddi filius Susi. De tribu Dan,
Ammiel filius Gemalli. De tribu Aser, Sethur filius Michael. De tribu Naph
tali, Nahbi filius Vophsi. De tribu Gad, Gehuel filius Machi. Hæc sunt nomi
C na uirorũ quos misit Moses ut explorarent terram. Appellauitq; Moses Hosea fi Osee, qui & Iosue.
lium Nun Iehosua. Et amandans eos Moses, ut terram Chanaan explorarent,
dixit ad eos, Ascendite hac Meridiem uersus, ut transcẽdatis montes. Considera
bitis autem terrã qualis sit, & populũ qui in ea habitat, fortisne sit an debilis, exi
guúsne sit an multus. Qualis [inquam] sit terra in qua ille habitat, bona an ma-
la: quales deinde ciuitates in qbus ille [populus] habitat, in castrisne, an in mu-
nitis locis [habitent.] Qualis inquã sit terra, pinguisne an macilẽta: arbores sint
D in ea an non. Estote igitur fortes, & adferte de fructu illius regionis (erat enim
tum tempus quum præcoces essent uuæ.) Ascenderunt itaq;, & explorauerunt
terrã à deserto Zin usq; ad Rehob, ubi itur in Hamath. Et ascendẽtes Meridiem
uersus, & [b] uenit ad Hebron, ubi erant Ahiman, Sesai & Talmai, filij Anak. He
bron autem extructa erat septem annis ante Zoan [urbem] Aegypti. †Venerũt Deut. 1. a
deniq; usq; ad torrentem Eschol, inde decerpserunt termitem & botrũ uuarum
unum, quem duo gestarunt uecte, [acceperunt] quoq; de malogranatis & de fi
E cubus. Vocatus autẽ est locus ille torrens Eschol, propter botrũ illum, quem in- Eschol botrus, ein bůnckel.
de decerpserãt filij Israel. Reuersi sunt postq̃ terram explorassent quadraginta
diebus exactis. Et euntes uenerunt ad Mosen & ad Aharonem, atq; ad uniuer-
sum cœtum filiorũ Israel in deserto Paran in Kades, & retulerunt negotium, &
uniuersum testimoniũ, ostendentes eis fructum illius regionis. Recensentesq; ei
dixerũt, Venimus in regionem in quam nos misisti, & certe fluit lacte & melle, Iud. 8. c
& hic est fructus eius: cæterũ populus qui habitat in ea regione, robustus est, &
F urbes munitæ & maximæ: quin & posteros Anak uidimus illic. Amalek habi-
tat in ea regione ad Austrũ, deinde & Hithæus, Iebusæus atq; Amorræus habitat
in montibus, Chananæus uero habitat ad mare, & ad littus Iordanis. Caleb au
tem cõpescuit populum erga Mosen, & dixit, Omnino ascendemus, & occupa-
bimus eam, nam omnino obtinere eam poterimus. Viri autẽ qui cum eo ascen
derant dixerunt, †Nequaq̃ poterimus ascendere ad populum istum, quoniã ro- Num. 14. f
bustior est nobis. Et euulgarunt infamiam illius regionis quam explorauerant,
G dixeruntq; ad filios Israel, Regio illa quam ad explorandã pertrãsiuimus, regio
est quæ deuorat habitatores suos, præterea uniuersus populus quẽ uidimus in
ea, homines [c] sunt monstrosæ magnitudinis. Vidimus quoq; illic Nephilim po De Nephilim uide Gene. 6.
steros Anak de Nephilim, fuimusq;, nostro [d] quidẽ iudicio, ueluti locustæ, quin
sic

a Ebr. Virum unum & uirum unum ex tribu.

b De Calebo hoc quidam intelligunt, sed potest esse numeri enallage, & exponi, Et uenerunt. Hoc enim Ebræis familiare est, præsertim in collectiuis, ut uerbo plurali singularem nominatiuũ & econtra subijciant pluralem singulari.

c Eb. Viri mensurarum.
d In oculis nostris, in oculis illorum.

Digitized by Google

sic quoque fuimus illorum iudicio.

CAP. XIIII.

Murmurat populus contra ducem. Iosue & Caleb prædicantes bonitatem regionis, compescunt murmur, & animant populum. Ira dei deseuit in ingratos.

SVblata itaque ac edita uoce sua uniuersus cœtus populi fleuerũt nocte illa. Et murmurantes aduersum Mosen & Aharonẽ uniuersi filiĳ Israel, dixerunt ad eos uniuersi scilicet de multitudine, Vtinã mortui essemus in terra Aegypti, aut in solitudine ista mortui essemus. Cur uero induxit nos DOMINVS in hãc terram, ut gladio occũberemus, fierentque uxores nostræ & pubes nostra prædaᵉ An non præstaret, ut reuerteremur in Aegyptũᵉ Et dixerunt alter ad alterum, Eligemus ducem, & reuertemur in Aegyptũ. Ceciderunt aũt Moses & Aharon in facies suas coram uniuerso cœtu congregationis filiorũ Israel. Porrò Iehosua filius Nun, & Caleb filius Iephunæ, qui fuerũt ex his qui terram explorauerant, scissis uestimentis suis, dixerũt ad uniuersum cœtum filiorum Israel in hanc sententiã, Regio ista quam inuestigandã pertransiuimus, supra [a]modum bona regio est. Si DOMINVS uoluerit nobis esse propitius, inducet nos in regionẽ illam, & dabit eam nobis, quæ regio affluit lacte & melle, modo contra DOMINVM ne sitis perfidi. Vos uero ne formidetis populũ illius regionis, quoniã cibus noster erit, umbra eorũ recessit ab eis, nobiscũ uero est DOMINVS, ne igitur timueritis eos. Dixerũt uero omnes qui erant in cœtu illo, Obruantur hi lapidibus. Apparuit aũt gloria DOMINI in tentorio constitutionis corã omnibus filĳs Israel. Et ait DOMINVS ad Mosen, Quousque populus iste me [b]blasphematᵉ Quandiu non credẽt mihi in cunctis signis quæ feci inter eosᵉ Percutiã eum peste, & excindã eum, faciamque te in gentẽ maiorem & robustiorem q̃ sit illa. Et dixit Moses ad DOMINVM, At audient [hoc] Aegyptĳ, (nam in robore tuo eduxisti populũ istum è medio eorum) diceturque hoc habitatoribus huius terræ, (audierũt enim quod tu DOMINVS sis in medio huius populi, & quod tu ô DOMINE, oculo ad oculum appares, & quod nubes tua steterit supra eos, & quod in columna nubis præcesseris eos interdiu, in columna ignis autem noctu.) Quod si istum populum ueluti †hominem aliquem unum interfeceris, dicent gentes, quę famam tuam audierũt, sic, Non potuit DOMINVS populũ istum introducere in istam regionẽ, quam iuramento pollicitus est eis, idcirco mactauit eos in deserto. Magnificetur ergo (quæso) robur domini mei, quemadmodũ loquutus es, dicens, †DOMINVS [c]longanimis est, & immensæ bonitatis, condonans iniquitatẽ & transgressionem, at impunita minime dimittens, uisitãs iniquitatem patrum in filĳs & nepotibus in tertĳs & quartis. Propitius esto quęso iniquitati populi huius, iuxta magnitudinẽ bonitatis tuæ, sicut condonasti populo huic ex Aegypto usque huc. Et ait DOMINVS, Propitius factus sum iuxta uerbũ tuum. Veruntamen uiuo ego, uniuersa terra implebitur gloria DOMINI. Etenim omnes uiri qui uiderũt gloriã meam & signa mea quæ feci in Aegypto, & in solitudine, & iam decies me tentauerunt, neque audierunt uocem meam, [D]non uidebũt terram quam iuraui patribus eorũ, sed & omnes qui me irritant, non uidebũt eam. Seruus aũt meus Caleb cũ quo alius fuit spiritus, quique post me impleuit, illũ introducam in terram in quã ipse uenit, & semen eius hæreditate capiet eam. Quin & Amalek & Chananæũ, qui habitat in ualle [hæreditate capiet.] Cras ergo uersi, [e]proficiscimini in desertũ uia maris carectosi. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen & ad Aharonẽ in hanc sententiã, Quousque tandem [feram] congregationem hanc pessimã, quæ murmurat aduersum meᵉ Murmurationes filiorũ Israel quibus ipsi murmurant contra me, audiui. Dic ad eos, Viuo ego, dicit DOMINVS, si non, ut loquuti estis coram auribus meis, sic facturus sum uobis. In solitudine ista corruent corpora uestra, & omnes censi uestri iuxta omnẽ numerum

Marginalia (left): Eccli 46.b; 1.Mach.2.f; Exod.13.d; Exod.34.; Psal.102.b; Exod.20.; Iosue 14.b; Deut.1.f; Ios.5.c.d; Psal.105.c

Marginalia (right): A; B [a] Ebr. Bona est ualde ualde. — Vmbra pro defensione. — [b] Posset etiam legi, irritat aut prouocat. — C — Potest etiam legi, ad unum usque. — [c] Ebr. Longis naribus aut tardus ira. — D — [D] Eb. Si uiderint. — E [e] Eb. Proficiscimini uobis, pleonasmo Ebraico.

Digitized by Google

uestrum, ab eo qui uiginti natus est annos & supra, quicunque cōtra me murmurastis. Nequaquam introibitis in terram cuius gratia manum meam leuaui, ut collocarem uos in ea, praeter Caleb filium Iephunae, & Iehosua filium Nun. Pubem quoque uestrā, de qua dixistis quod praedae futura sit, hanc introducā, ipsi quoque agno
F scent terram quam uos respuistis. Et cadauera uestra corruent in solitudine ista. Porrò filij uestri pascent in deserto quadraginta annis, & ipsi ferent scortationes uestras, donec cōsumantur corpora uestra in deserto. Pro [f] numero dierū quibus explorastis terram, nempe quadraginta diebus, (diem [g] pro anno [reputabo]) feretis iniquitatem uestrā †quadraginta annis, ut intelligatis [h] prohibitionē meā. Ego DOMINVS loquutus sum, si [i] non fecero istud uniuersae huic multitudini malae, quo conspirāt aduersum me, in deserto isto consumentur, & illic morientur. Et uiri quos misit Moses ad explorandū terram, quique reuersi occasionē queritandi [k] contra eum uniuersae multitudini praebuerunt, in hoc quod infamiam terrae euulgantes obtruserunt: uiri, inquam, tales qui euulgarunt †infamiā malam huius terrae [l] coram DOMINO subita internecione morientur. Iehosua uero filius Nun, & Caleb filius Iephunae, qui ex uiris illis sunt qui ierāt exploratum
G terram, uiuent. Et Moses loquutus est uerba ista ad uniuersos filios Israel, & luxit populus ualde. Mane uero consurgentes ascenderūt in cacumen montis, dicentes, En praesto sumus, ascendemusque ad eum locū de quo dixit DOMINVS, nam peccauimus. Et ait Moses, Quare sic transgredimini uerbū DOMINI? non bene cedet. Ne ascendatis, DOMINVS enim non est in medio uestri, ne corruatis coram hostibus uestris. Nam Amalek & Chananaeus sunt illic ante uos, corruetisque gladio, eo quod sic à DOMINO defeceritis, nec aderit uobis DOMINVS. At illi corroborantes se, ascenderunt in cacumen montis, arca uero foederis DOMINI & Moses non mouerunt à medio castrorum. Descendēs autem Amalek & Chananaeus, qui habitabant in monte illo, percusserunt eos, atque contriuerūt eos usque in Horma.

Scortatio. Psal. 94. d 1. Cor. 10. b Hebr. 3. d Iudae 1. b

[f] Vel, secundum numerum dierum.
[g] Bb. bis ponitur.
[h] Hoc est, ut intelligatis quid sit transgredi quae ego prohibeo.
[i] Si non fecero, hoc est, certissime faciā: est asseueratio.
[k] Iaschubu Vaialinu, quidam interpretantur, Qui denuo murmurare fecerūt, postquā scilicet admoniti essent à pijs.
[l] Quidam hanc sententiam totā in praeterito legunt, ut illi mortui fuerint, hi uero superstites manserint.

Horma loci nomen ex euentu, ut infra cap. 21.

CAP. XV.

De ritu sacrificiorum quaedam refricantur. Qua poena multatus sit qui sabbatum uiolauit. Iubet Moses ut monumenta diuinae legis uestibus assuant.

A ET loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiā, Loquere ad filios Israel, & dic ad eos, Quum ueneritis in terrā in qua habitabitis uos, quam ego do uobis, uolueritisque DOMINO facere sacrificium quod igne confit, holocaustum aut uictimam singulare quoddam uotum aut uoluntariū, aut statas ferias uestras, ut faciatis scilicet odorem suaueolentem DOMINO de armentis aut pecoribus, adferat DOMINO, is qui adducit donū suum sacrificiū cibariū, nempe decimam partem similaginis cōmixtam quarta parte Hin olei, sed & uinum pro libamine, quartā scilicet partem Hin facias cum holocausto aut uictima, pro agno uno. Aut ad arietem facias sacrificium cibarium duas decimas similaginis, quae conspersae sint tertia parte Hin olei. Vini uero pro libamine ter-
B tiam partem Hin, adferasque odorem suaueolentem DOMINO. Quando uero iuuencum feceris pro holocausto, aut pro singulari quodam uoto, aut pro gratulatorijs DOMINO, adferat cum iuuenco sacrificium cibarium tres decimas similaginis conspersas oleo, dimidium uidelicet Hin. Vinum quoque adferas pro libamine, nempe dimidiū Hin, pro sacrificio quod igne confit in odorem suaueolentē DOMINO. Sic etiam fiet pro boue quolibet, aut pro ariete quolibet, aut pro agno ouium aut [hoedo] caprarū, iuxta numerum quem in [sacrificijs] feceritis, iuxta eundē & [a] in his facere debetis. Omnis indigena faciat ista sic, ut adferat sacrificiū quod igne confit in odorem suaueolentem DOMINO. Quod si quispiam aduena apud uos commoratur, aut quicunque inter uos fuerit, etiam apud posteros uestros, qui facere uoluerit sacrificium quod igne confit, in odorem

[a] In his, scilicet cibarijs & libaminibus.

Digitized by Google

rem suaueolentem DOMINO, is facere debet quemadmodũ uos facitis. Congregationi ritus idem, & uobis & aduenæ qui cõmoratur [uobiscum,] ritus perpetuus posteris uestris fuerit corã DOMINO, idem scilicet & uobis & aduenæ. Lex eadem & ritus idem sit uobis & aduenæ qui uobiscũ cõmoratur. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Loquere ad filios Israel, et dic ad eos, †Quum ueneritis in terram in quã ego uos introduco, quum comederitis de panibus terræ, tollendo in altum separabitis DOMINO Thruma, primã uidelicet præcipuamq́ [partem] ex farina uestra aquis conspersa, & subacta in altum tollendo separabitis Thruma, placentam nempe, quemadmodũ ex area separando tollitis, sic & illam separabitis, de prima præcipuaq́ [parte] farinæ uestræ aquis conspersæ dabitis Thruma DOMINO apud posteros uestros. Quod si per incogitãtiam aut errorem omnia ista præcepta nõ feceritis quæ DOMINVS ad Mosen loquutus est, omnia inquã quæ præcepit uobis DOMINVS per manũ Mosis, ab eo scilicet die quo præcepit DOMINVS Mosi, & deinceps per posteritates uestras, si inquã contingat quod à [b]congregatione aliquid per incogitãtiam aut errorẽ fieret, debet tota cõgregatio facere iuuencũ unum ad holocaustum in odorẽ suaueolẽtem DOMINO, similiter & sacrificiũ eius cibarium, & libamen eius iuxta ritũ, & hircũ ex capris unũ pro peccati hostia. Expiabitq́ sacerdos uniuersum cœtũ filiorũ Israel, & remittetur eis, quia ignorantia est, & ipsi [c]adducent sacrificium suum quod scilicet igne consit DOMINO, hostiã quoq́ pro peccato ante conspectũ DOMINI pro ignorantia sua. Et remittetur toti cœtui filiorũ Israel, & etiam aduenæ qui inter uos cõmoratur, quandoquidem totus populus in errore & incogitãtia [inuoluit.] Si aũt anima aliqua una peccauerit per ignorantiam erroremq́, adducere debet caprã anniculam pro hostia peccati, & expiabit sacerdos animam talem, quæ errauit per ignorantiã, hostia peccati quam [sacrificat] pro ignorantia corã DOMINO, ut expiet eam, & remittetur ei. Eadem lex erit uobis, si quid per ignorantiã aut errorem cõmittitur, tam indigenæ, qui de filijs est Israel, q̃ aduenæ qui cõmoratur inter uos. Anima uero quę aliquid fecerit elata [D]manu, siue ex indigenis fuerit, siue ex aduenis, excindetur anima huiusmodi è medio populi sui, qa blasphemauit DOMINVM. Nam uerbũ DOMINI spreuit, & præceptũ eius irritum fecit, omnino ergo excindi debet huiusmodi anima, manebitq́ iniquitas eius super eam. Quum uero filij Israel essent in deserto, inuenerũt uirum quendã colligentẽ ligna die sabbati. Qui uero eum ligna colligentẽ inuenerunt, duxerũt eum ad Mosen & Aharonem, atq́ ad uniuersum cœtum. Et posuerunt eum in carcerem, quoniam nõ erat expressum q̃d faciendum esset ei. Dixit ergo DOMINVS ad Mosen, Morte multetur uir talis, obruatq́ eum uniuersus cœtus filiorũ Israel lapidibus extra castra. Eduxit itaq́ eum uniuersa multitudo extra castra, & obruerunt eum lapidibus, & mortuus est, quemadmodũ præceperat DOMINVS Mosi. Et ait DOMINVS ad Mosen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dic ad eos, ut †faciant sibi fimbriã in alis uestimentorum suorũ apud posteros suos, ponantq́ super alarum fimbriam uittam hyacinthinã, eritq́ in fimbria, & uidebitis eam, & memores eritis omniũ præceptorum DOMINI, & facietis ea, neq́ peruestigetis post cor uestrũ, aut post oculos uestros post quos scortari soletis. Quin memores sitis, & facietis omnia præcepta mea, eritisq́ sancti deo uestro. Ego DOMINVS deus uester, q̃ eduxi uos de terra Aegypti, ut essem uobis deus. Ego DOMINVS deus uester. XVI.

De seditione quæ fuit concitata per Core, Dathan & Abiram, deq́; eorũ pœna qui tumultus excitant, aut cum authoribus conspirant.

Korah [a]autẽ filius Iitzhar filij Kahath filij Leui, & Dathan atq́ Abiram filij Eliab, sed & On filius Peleth de filijs Rubẽ, insurrexerũt cõtra Mosen, unà

Margin notes (left): Exod. 23.c & 34. Deut 8.c De Thruma uide Exod. 25.c 30.d — Hoc peccatum non est ad mortem. — Heb. 10.c — Leuit. 24.c — Deute. 22.b Matt. 23.a — Eccli 45.c Iudæ 1.d 1. Cor. 10.b

Margin notes (right): Quidam non de farina conspersa & subacta tantũ, sed de omni primitiuo fructu intelligũt, & maxime esculento, ex quo farina aquis cõspersa fit, ut primaria quæq́ domino authori & largitori consecrentur, tum cum omnia reliqua sancta fore, Rom. 9. C
b Eb. Ab oculis cõgregationis, iudicio scilicet, sed erroneo.
c Vel, adduxerunt.
Anima pro homine.
D Elata aut excelsa manu peccare, est ex destinata malitia peccare, adeoq́ ad mortem. Alludit aũt ad morem superborum, qui manus iactant, nec patiuntur ut aliquis eos à proposito auocet. D
a Eb. Tulit Kora, et insurrexerunt: ut Germanismo, Er nam vnnd wutsche vf. Vel legatur, adsumpsit, scilicet ad se cæteros. A

Digitized by Google

cum alijs uiris de filijs Israel ducentis & quinquaginta, qui principes erant synagogæ, uiri nobiles, qui statis [temporibus in concionem] uocabantur. Congregatiq; sunt aduersus Mosen & aduersus Aharonem, & dixerunt ad eos, Sat [b] superq; uobis, quoniam uniuersi in cœtu sancti sunt, & DOMINVS est in medio eorum, cur efferemini super congregationem DOMINI? Audiens [hoc] Moses, cecidit in faciem suam, & loquutus est ad Kora & ad omnem cœtum eius, dicens, Mane notũ faciet DOMINVS, q sint eius, quis sanctus sit, & quis ad eum accedere debeat, quemq; sibi elegerit, qui ad ipsum accedat. Hoc facite, accipite uobis [c] acerras, tam Kora q̃ uniuersus cœtus eius, & ponite in eas ignem, imponiteq; eis cras suffitũ aromaticum coram DOMINO, eritq; uir ille quẽ elegerit DOMINVS, sanctus, nimium uobis [sumitis] filij Leui. Et dixit Moses ad Kora, Auscultate quæso filij Leui, an parum hoc uobis est, quod deus Israel segregauit uos è congregatione Israel, ut adiungeret uos sibi, ut exequeremini ministerium tabernaculi DOMINI, & ut staretis coram cœtu, & ministraretis eis? Adiunxit (inquã) te & omnes fratres tuos Leui tecũ, insuper & sacerdotiũ affectatis? Ob hanc enim causam tu & omnis cœtus tuus conspiratis aduersus DOMINVM. Aharon uero quis est, quod contra eum murmuratis? Misit autem Moses, & uocauit Dathan & Abiram filios Eliab, qui dixerunt, Non ascendemus. An parũ est, quod effecisti ut ascenderemus nos è terra, quæ affluit lacte & melle, ut interficeres nos in deserto, nisi & imperium ac tyrannidẽ tibi in nos sumeres? Præterea num induxisti nos in terrã quæ lacte & melle affluit? num dedisti nobis hæreditatem agrorum & uinearũ? an uiris illis oculos excæcabis? non ascendemus. Excanduit autem Moses ualde, & dixit ad DOMINVM, Ne respicias ad eorum sacrificium cibarium, ne asinum [d] quidem ab eis accepi, nec quenq̃ illorum læsi. Et dixit Moses ad Kora, Tu & omnis cõgregatio tua adeste coram DOMINO, tu inquam & illi, atq; Aharon, idq; cras, & accipite quisq; acerram suam, & imponite eis incensum, & offerte coram DOMINO, quisq; ex ducentis & quinquaginta acerra sua: tu quoq; Aharon, quisq; habeat suam acerram. Et acceperunt quisq; acerrã suam, & imposuerunt eis ignem, deinde & incensum eis imposuerunt, & steterũt ad ostiũ tentorij constitutionis, unà cum Mose & Aharone. Congregauit quoq; ad eos Korah omnem cœtum ad ostiũ tentorij constitutionis, uisaq; est gloria DOMINI uniuersæ multitudini. Loquutus est aũt DOMINVS ad Mosen & ad Aharonem hisce uerbis, Separamini è medio cõgregationis huius, ut consumam eos illico. Qui procidentes in facies suas, dixerũt, Fortis deus spirituum uniuersæ carnis, num si unus aliquis peccauerit, aduersus totũ cœtum indignaberis? Et loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Loquere ad multitudinẽ, & dic, Agite [e] procul circunquaq; à tabernaculo Kora, Dathan & Abiram. Surgens itaq; Moses, iuit ad Dathan & Abirã, eumq; sequuti sunt seniores Israelis, loquutusq; est ad cœtũ, dicens, Recedite quæso à tentorijs uirorũ istorum impiorũ, & nolite tangere quicq̃ quod eorum est, ne fortè consumamini in uniuerso peccato eorũ. Separati itaq; sunt de tabernaculo Kora, Dathan & Abiram circunquaq;. Dathan uero & Abiram egressi, steterunt in ostio tentoriorum suorum, cũ uxoribus suis, liberis suis, & pube sua. Et dixit Moses, In hoc cognoscetis quod DOMINVS miserit me, ut facerem cũcta ista opera, neq; ex corde meo. Si morientur isti morte qua solent uniuersi homines, uisitãturq; uisitatione uniuersorum hominũ, nõ misit me DOMINVS. Si uero DOMINVS omnino [noui quicq̃] creauerit, aperueritq; humus os suũ, & deuorauerit eos unà cũ omnibus quæ habent, descẽderintq; uiui ad inferos, nosse debetis quod uiri isti irritarint DOMINVM. Contigit autem quum perfecisset [Moses] omnia uerba ista, quod tellus sub illis dehisceret. Aperuitq; tellus os suum, & deglutijt eos, atq; domos eorum,

Margin notes:

[b] Eb. Multũ uobis, subintelligitur aũt, sumitis, nimium uobis sumitis.

[c] Vel, receptacula ignis, kolpfannen.

[d] Ebr. Asinum unum.

[e] Quidam legũt, Facite circunquaq; ascendere ad tabernaculum, Korah, Dathan & Abiram.

Section letters: B, C, D, E.

Cross-references: Exod. 19.a; Num. 3.a; Num. 13.a; Psal. 105.b; Deute. 11.a; Num. 26.b

Digitized by Google

eorum, & omnes homines qui cum Korah erant, cum uniuersa suppellectile. Et descenderunt ipsi cum omnibus quæ habuerunt uiui ad inferos, operuitque eos terra, & perierunt de medio congregationis. Omnis autem Israel qui circum eos fuerant, fugerunt ad clamorem illorum, dixeruntque, Ne forte & nos terra degluti at. Sed & ignis egressus est à DOMINO, qui deuorauit ducentos & quinquaginta illos uiros qui suffitum faciebant. Porrò DOMINVS loquutus est ad Mosen, dicens, Dic Eleazaro filio Aharonis sacerdotis, ut leuet acerras è medio incendij, & spargat ignem ultra, quoniam sacræ sunt, acerræ istæ peccatorum sint pro animabus eorum, fiant ex eis laminæ diductæ, eisque obducatur ara, nam attulerunt eas coram DOMINO, & sacræ sunt, eruntque in signum filijs Israel. Accepit itaque Eleazar sacerdos acerras istas æreas quas attulerant combusti, & extenuarunt eas pro obductione aræ, monumentum scilicet filijs Israel, ne quis alienus accedat, qui scilicet non est de semine Aharonis, ad incendendū suffitum coram DOMINO, ne accidat illi quod Korah et cœtui eius, quemadmodum loquutus fuerat DOMINVS de eo, per manum Mosis. Postero die murmurauerunt contra Mosen & contra Aharonem uniuersa multitudo filiorum Israel, hisce uerbis, Vos interfecistis populū DOMINI. Cumque congregaretur multitudo aduersus Mosen & aduersus Aharonē, respexerunt ad tentorium constitutionis, et ecce nubes operuit ipsum, uisaque est gloria DOMINI. Venitque Moses et Aharō ante tentorium constitutionis. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiā, Separemini è medio congregationis istius, ut consumam eos subito. Illi aūt prociderunt in facies suas. Et dixit Moses ad Aharonē, Tolle acerrā, & pone in eam ignem ex ara: impone & incensum, & † ilico ad cōgregationem profer, & propitiare pro eis, egressa enim est ira à facie DOMINI, & clades iā cœpit. Tulit itaque Aharon quemadmodum loquutus fuerat Moses, & cucurrit in mediam concionem, & ecce clades cœperat in populo, imponensque incensum, expiauit populū. Et quum staret inter mortuos & uiuos, cohibita est clades. Fuerūt autem eorum qui mortui sunt in clade ista, quatuordecim millia & septingenti, præter eos qui mortui erant in negotio Korah. Reuersusque est Aharon ad Mosen ad ostium tentorij constitutionis, & cohibita est clades.

F (margin)

G (margin)

Sap. 18. d (margin)

CAP. XVII.

Miraculo quodam ostenditur Aharonē cum suis ad munus sacerdotale electum esse.

ET loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicēs, Loquere ad filios Israel, & cape ab eis singulas uirgas iuxta patrias domos, à cunctis scilicet primoribus eorum iuxta domos patrū suorū, duodecim nempe uirgas, scribesque super cuiusque uirgam nomen eius. Nomen uero Aharonis scribes super uirgam Leui, singulę enim uirgæ ad caput domus patrum suorum pertinent. Repone autē eas in tentorium constitutionis coram testimonio, eo loci ubi uobiscum paciscar. Fiet aūt ut uirga illius uiri quem elegero germinatura sit, ut auertam à me querimonias filiorum Israel, quibus aduersum uos murmurāt. Et loquutus est Moses ad filios Israel, dederuntque ei omnes primores illorum singuli principes singulas uirgas iuxta domos patrum suorum, duodecim uidelicet uirgas, fuitque uirga Aharonis inter uirgas illas. Et reposuit Moses uirgas illas corā DOMINO in tentorio testimonij. Factum est autem postero die, † quum ueniret Moses in tentorium testimonij, en uirga Aharonis pro domo Leui floruit, proferens germen, & prorumpens in florem, reddidit amygdala. Moses protulit omnes uirgas à conspectu DOMINI ad uniuersos filios Israel: quas quū uidissent, accepit quisque suam uirgam. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Restitue uirgā Aharonis ante testimonium, ut † reseruetur in signum filiorum rebellium, & cesset murmuratio eorum à me, ne moriantur. Fecit itaque Moses quemadmodum præceperat ei DOMINVS, sic inquam fecit. Et dixerūt filij Israel ad Mosen, dicentes, Ecce expiramus,

A (margin)

Heb. 9. a (margin)

B (margin)

Eccli 25. c (margin) C (margin)

Heb. 9. b (margin) D (margin)

Digitized by Google

perimus, actum est de nobis omnibus. Quicunq; ad tabernaculum DOMINI [a]accesserit, morietur: num finem facimus expirando? CAP. XVIII.

a Ebr. Accedendo accesserit.

Refricantur Leuitarum & sacerdotum officia, & quid pro his præmij capiant definitur.

A Dixit uero DOMINVS ad Aharonem, Tu & filij tui, & domus patrũ tuorum tecum feretis iniquitatẽ sanctuarij, tu quoq; & filij tui tecum feretis iniquitatem sacerdotij uestri. Fratres quoq; tuos de tribu Leui, de tribu patris tui adiunges tibi, ut iungantur tibi, tibiq; ministrent, tu inquam & filij tui tecum coram tentorio testimonij. Ipsi custodient custodiã tuam, & custodiam uniuersi tentorij, ueruntamen ad uasa sanctuarij & ad aram non accedãt, ne moriantur tam ipsi quàm uos. Addentur quidem tibi, & custodient custodiam tentorij constitutionis pro cuncto ministerio tentorij, alienus autem ad uos non accedet. Custodietis itaq; custodiam sanctuarij, & custodiam aræ, ut amplius nulla sit indignatio super filios Israel. Ego siquidem tuli † fratres uestros Leuitas è filijs Israel, qui donum uobis sint dedititij DOMINO, ut exequantur ministeriũ in tentorio constitutionis. Tu igitur & filij tui tecum custodietis sacerdotium uestrum, in cũctis quæ ad aram pertinent, & in his quæ intra uelum sunt ministerium exequentes,

Num. 18. a

Deut. 18. a

B dedi enim uobis officium sacerdotale tanquam munus: si alienus accesserit, morietur. Et loquutus est DOMINVS ad Aharonem, Ecce ego dedi tibi custodiã Thrumæ meæ de cunctis sanctificatis filiorum Israel, tibi inquam dedi ea ad unctionem, & filijs tuis statuto perpetuo. Istud uero tuum erit de sancto [a] sanctorũ de igne, omne sacrificium eorum, omne sacrificium cibarium eorum, omnis hostia eorum quæ fit pro peccato, omnis deniq; hostia quæ fit pro delicto eorum, quas mihi adferunt, hæc tibi & filijs tuis sacrosancta esto. In sacrosancto [loco] comedes illud, omnisq; mas comedet de eo, sanctum sit tibi. Et hoc quoq; tuum erit, Thruma quam dono dant ipsi, & omnis Tenupha filiorum Israel, ea tradidi tibi, filijs tuis, & filiabus tuis tecum, idq; statuto perpetuo, omnisq; qui mundus fuerit in domo tua, ex eo comedet. Omnem pinguedinem olei, omnem quoque pinguedinem musti & frumenti, quam ipsi ex primitiuis fructibus DOMINO adferunt, hæc inquã tibi tradidi. Præcocia insuper & quæcunq; primo maturuerint in terra eorum, quæ attulerint DOMINO, tua erunt, de quibus uescentur omnes qui in domo tua mundi fuerint. Omne quoq; [b] Herem in Israele tuum sit. † Omne deniq; [c] primogenitum cuiuscunq; carnis, quod attulerint DOMI-

a Posset etiã legi, de sacrosanctis quæ igne consiunt.

De igne erant holocausta quæ tota, & uictimæ quarum pars cremabatur.

Pinguedo pro præstantissimo optimo ac syncerissimo.

b Herem quid sit, uide in cap. ultimo Leuiticorum.

c Ebr. Omnis apertura matricis.

Exod. 34. c

C NO, siue ex hominibus fuerit, siue ex animalibus, tuum erit: hominis tamen primogenitum omnino redimes: sic quoq; redimes primogenitũ iumenti immundi. (Redemptiones uero eius [sic sint,] redimes quum sunt unius mensis, iuxta æstimationem argenti, nempe quinq; siclis iuxta siclum sanctuarij, qui habet uiginti Gera.) Veruntamen primogenitum bouis, aut primogenitum ouis, aut primogenitum capræ non redimes, hæc enim sancta sunt, ideo sanguinem eorum sparges super aram, & adipem eorum incendes pro sacrificio quod igne consit, odorem suaueolentem DOMINO. Caro autem eorum tua est, quemadmodũ pectusculum Tenupha, & armus dexter, hæc tua sunt. Omnem Thruma sanctificatorum, quam adferunt filij Israel DOMINO, tibi dedi, & filijs tuis atq; filiabus tuis tecum statuto perpetuo, fœdus salis perpetuũ sit hoc coram DOMINO tibi & semini tuo tecum. Dixit DOMINVS ad Aharonẽ, In terra eorũ nihil possidebis, nec pars ulla erit tibi inter eos, ego sum pars tua, & hæreditas tua inter filios Israel. Filijs uero Leui dedi cunctas decimas Israelitarũ, ut scilicet possideant eas, pro ministerio eorum quod ipsi exequuntur in tentorio constitutionis. Filij uero Israel ultra non accedent ad tentorium constitutionis, ne ferant peccatum,

Exod. 30. b
Leuit. 27. c
Ezec. 45. b

Deut. 18. a
Ezec. 44. d

D & moriantur. Leuitæ exequentur ministerium in tentorio constitutionis, & illi-

ipsi

Iosu.13.b Act.4.d ipsi ferent iniquitatem suam, ritus hic perpetuus erit etiam posteris uestris. †Inter filios Israel nullam obtinebunt hæreditatem, sed decimas filiorum Israel, quas il li leuando in altum separant Thruma DOMINO, eas scilicet dedi Leuitis, ut sit eorum hæreditas, idcirco dixi eis, Inter filios Israel nullam habebitis hæreditatẽ. Loquutusq́ est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Et ad Leuitas loque ris, & dices ad eos, Quum acceperitis decimas à filijs Israel, quas ego de ipsis uo bis dedi, ut sit hæreditas uestra, leuando in altũ separabitis ex ipsis Thruma DOMINO, nempe decimam partem de decimis. Et reputabitur uobis Thruma ue stra, ac si fieret de frumento areæ, aut de plenitudine torcularis. Sic & uos leuan do in altum separabitis Thruma DOMINO, de cunctis decimis uestris quas ac ceperitis à filijs Israel, & dabitis de eis Thruma DOMINO, quæ erit Aharonis sa cerdotis. De cunctis muneribus uestris leuando in altũ separabitis omnẽ Thru ma DOMINO, nempe de omni pinguedine eius sanctificationẽ eius de ea. Et dices ad eos, Cum uos leuando in altum separabitis pinguedinem eius de ea, re putabitur Leuitis quemadmodũ prouentus areæ, aut prouentus torcularis. Co medetisq́ ipsam [decimam] in omni loco, uos & filij uestri, quoniã hæc est mer ces uestra pro ministerio uestro in tentorio constitutionis. Ne feratis super ea pec catum quum separaueritis de pinguedine eius de ea, & sanctuarium filiorum Is rael non prophanabitis, ne moriamini. CAP. XIX.

De uacca rufa, de cinere eius & aqua lustrationis.

LOquutus est DOMINVS ad Mosen & ad Aharonem in hanc sententiam, Hæc est ceremonia legalis quam dominus præcepit hisce uerbis, Loquere ad filios Israel, ut adducant ad te bucculã rufam, sine uitio, in qua nihil possit re prehendi, cui iugum non fuit impositũ, tradetisq́ eam Elezaro sacerdoti, ut edu cat eam foras extra castra, curetq́ ut mactetur coram se. Et tollat Eleazar sacerdos de sanguine eius digito suo, spargetq́ è regione tentorij constitutionis de sangui ne eius septies. Comburat quoq; ante oculos suos bucculã illam cum pelle eius, carne eius, & sanguine eius, sed & excrementum eius comburet. Tollat etiam sa cerdos lignum cedrinum, & hysopum, & coccinum bis tinctum, & proijciat ea in medium combustionis illius bucculæ. Eluet deinde sacerdos uestimenta sua, & lauet carnem suam aquis, post hoc ingrediatur castra, & immundus erit sacer dos usq; ad uesperam. Et qui comburit illam, eluat uestes suas, & carnem suam [a] aquis, & immundus sit usq; ad uesperam. Colliget aũt uir mudus cineres illius bucculæ, & reponat extra castra ad locum mundũ, ut reseruetur à congregatione filiorum Israel ad [b] aquas sparsorias, † peccatum enim est. Eluet quoq; & is qui cineres bucculæ colligit uestes suas, & immundus erit usq; ad uesperã. Hoc filijs Israel, & peregrinis qui inter eos commorantur, esto perpetuũ statutum. Qui teti gerit mortuum cuiuscunq; animæ humanæ, immũdus erit septẽ diebus. Et is ex piabit se hac [aqua] tertio die & septimo die & mundabitur: si uero [c] se tertio atq; septimo die non [d] expiauerit, non mundabitur. Quicunq; tetigerit mortuum hu manæ animæ quod mortuũ fuerit, & se non expiauerit, polluit tabernaculũ DO MINI, excinderturq́ anima huiusmodi ex Israele, eo quod aqua sparsoria nõ est sparsa super eam, unde & immundus erit, manebitq́ deinceps in eo immunditia eius. Hæc lex est hominis qui moritur in tentorio. Omnis qui ingressus fuerit tentorium, & omnis qui fuerit in tentorio, immundus erit septem diebus. Omne quoque uas apertum super quo operculum alligatum non est, immundum erit. Et quicunque in agro cadauer gladio cæsum tetigerit, aut alioqui mor tuum, aut ossa hominis, aut sepulchrum, immundus erit septem diebus. Acci piant igitur pro immundo isto de cinere combustionis peccati, & infundan tur super illum aquæ uiuę in uas aliquod, & accipiat mundus aliquis hysopum, D

Margin notes: A (beside "Loquutus est"); Heb.9.b; Exod.29.b Leuit.4.c.; B (beside "Eluet deinde sacerdos"); Peccatum pro expiatione peccati.; C (beside "polluit tabernaculũ"); Lex tangẽtis immundum.

[a] Ebr. bis aquis ponitur.

[b] Quidam legunt, aquas seperationis, hoc est, quibus separati restituuntur, asperguntur & lustrantur.

[c] Alij legunt, si se tertio die non depeccauerit, septimo die nõ mundabitur, potest ergo dici aqua lustralis.

[d] Eb. Depeccauerit

& intingat in aquam, & spargat super tentorium, & super omnia uasa, atque super animas quæ fuerint illic, & super eum qui tetigit ossa, aut interfectum, aut mortuum, aut sepulchrum. Spargetque mundus super immundū die tertio & septimo, & expiabit eum die septimo, & eluet uestimenta sua, & lauet aquis, & mūdus sit ad uesperam. Qui uero pollutus fuerit, & se non expiauerit, excindatur anima huiusmodi ex congregatione, eo quod sanctuarium DOMINI polluit, et quod aqua sparsoria non fuit sparsa super eum, immundus ipse. Erit igitur eis hoc statutum perpetuum, ut qui aspersus fuerit aqua lustrali, & uestimenta sua eluat: et qui tetigerit aquam lustralem, immundus sit usque ad uesperam. Et [c] quodcunque immundus tetigerit, immundum erit, & anima quam tetigerit, immūda erit usque ad uesperam.

[c] Alij sic legunt, quicunque tetigerit immundum, immūdus erit, & anima tangēs immunda erit.

CAP. XX.

Maria moritur in Kades, murmurat populus sitibundus, cui aqua ex petra profluit. Labitur & Moses cum Aharone. Edomitæ transitum negant. Aharon moritur, & in monte sepelitur.

A VEnerūt autē filij Israel, uniuersus scilicet cœtus, in desertū Zin, primo mense, mansitque populus in Kades: mortua autē est ibi Maria, sepultaque eodem loci. Multitudo autem non habebat aquam, congregatique sunt aduersus Mosen & aduersus Aharonem. Et populus disceptans cum Mose in hanc sententiam loquitur, Vtinam & nos expirassemus dum expirarēt fratres nostri coram DOMINO, cur † induxistis congregationē DOMINI in desertū istud, ut in eo moriamur & nos & iumenta nostra? Cur effecistis ut ascenderemus nos ex Aegypto, ut introduceretis nos in locum istum malū, ubi nec semen est, nec ficus, nec uites, nec mala punica, nec aqua etiam quam bibamus? Venit itaque Moses & Aharon à conspectu congregationis ad ostiū tentorij constitutionis, & prociderūt in facies suas, uisaque est eis gloria DOMINI. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Tolle baculum, & congrega cœtū, tu & Aharon frater tuus, & loquimini ad petrā ipsis cernētibus, quæ dabit aquas suas, educesque illis aquā è petra ut potum des cœtui, & iumentis eorum. Tulit itaque Moses baculum ante DOMINVM ut ille iusserat. Et congregauerunt Moses atque Aharon cœtū ante petram, & dixit eis, Audite quæso uos rebelles, num † de petra ista educemus uobis aquas? Leuataque manu sua Moses, percussit petrā baculo suo bis, & profluxerunt aquæ multæ, bibitque cœtus, & iumēta eorū: Et ait DOMINVS ad Mosen et ad Aharonem, Quandoquidē † non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis cœtum istum in terram quā dedi eis. Hæ sunt aquæ cōtentionis, ubi cōtenderunt filij Israel aduersus DOMINVM, & sanctificatus est in eis. Misit uero Moses nuncios ex Kades ad regē Edom [hisce mandatis,] Sic ait frater tuus Israel, tu nosti omnem molestiam qua [a] sumus affecti, descenderant patres nostri in Aegyptum, & nos quoque uersati fuimus in Aegypto multis diebus, Aegyptij uero & nos & patres nostros adflixerunt, quumque clamaremus ad DOMINVM, exaudiuit querelam nostram, missoque angelo eduxit nos ex Aegypto, & en sumus in Kades urbe extrema finium tuorum, liceat nobis quæso ut transeamus terram tuam, neque tamē transire uolumus per agros aut uineas, sed nec aquam de puteis bibemus, proficiscemur uia regia, neque ad dexteram, neque ad sinistram declinantes, donec fines tuos transierimus. Respondit ei Edom, Nequaquam transibis per me, ne tibi gladio occurram. Cui dixerunt filij Israel, Ascendemus itinere [b] trito, et si aquas tuas biberimus ego & pecora mea, dabo pretium pro eis, modo ne negotiū [facessas nobis] pedes transibo. Et dixit, Ne transeas. Et egressus Edom occurrit eis cum populo graui, & manu robusta. Noluit itaque Edom permittere Israeli ut transiret per fines suos. Deflexit ergo Israel ab eo, & profecti de Kades uenerunt filij Israel cum uniuersa multitudine

Exod. 17.b

Sap. 11.a

Psal. 77.b
1. Cor. 10.a

Deut. 1.f
Aquæ contradictiōis.

[a] Eb. Quæ nos inuenit.

[b] Vel uia publica.

Digitized by Google

multitudine in montem Hor. Et ait DOMINVS ad Mosen & ad Aharonem in monte Hor iuxta terminū terræ Edom, in hanc sententiam, Colligatur Aharon ad populos suos, non enim ueniet in terram quam dedi filiis Israel, eo quod exacerbastis [c] os meum iuxta aquas contentionis. Tolle Aharonē & Eleazar filiū eius, & duc eos in montem Hor, exuesq; Aharonem uestibus suis, induesq; eas Eleazar filium eius. Aharon uero colligetur, & morietur illic. Fecit itaq; Moses quemadmodū præceperat DOMINVS. Et ascenderūt in montem Hor, uidente tota congregatione. Et exuit Moses Aharonē uestibus suis, & induit eas Eleazar filium eius, mortuusq; est Aharon illic in uertice montis, & descendit Moses atq; Eleazar de monte. Videns autem uniuersus cœtus, quod expirasset Aharon, fleuerunt Aharonem triginta diebus uniuersa domus Israel.

c Alij legunt, rebelles fuistis ori meo.

Eleazarus substituitur.

Deut. 10. b

CAP. XXI.

Describuntur grauißima & cruentißima bella: pugnat populus cum Chananæo & uincit: recrudescit murmur, punitur populus serpentibus. Vincit Og regem Basan & Sihonem regem Amorræorum.

A Qvumq; Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiē, audisset quod ueniret Israel per uiam exploratorum, pugnauit cōtra Israelem, & abduxit quosdam ex eis captiuos. Vouit autē Israel uotum DOMINO, dicens, Si omnino tradideris populum istum in manū meam, deuouebo urbes eorum Hærem. Et exaudiens DOMINVS uocē Israelis, tradidit ei Chananæū, & [Israel] deuouit eos Hærem, sic etiam urbes eorū, & uocauit nomen loci Horma. Et profecti sunt de monte Hor per uiam maris carectosi, ut circuirent terrā Edō, & in uia [a] animus populi tædio affectus est. Loquutusq; est populus con- B tra deum & contra Mosen, Cur effecistis ut ascenderemus ex Aegypto, ut moreremur in solitudine? quia nec panem habemus, nec aquas, & animus noster cibum hunc uilem fastidit. DOMINVS igitur misit in populum serpentes urentes, qui populum mordebant: & mortuus est ex Israele populus multus. Veniens igitur populus ad Mosen, dixerūt, Peccauimus, quia loquuti sumus contra DOMINVM & contra te, ora DOMINVM, ut auferat à nobis serpentes istos. Et orauit Moses pro populo. Dixitq; DOMINVS ad Mosen, Fac tibi [serpentē] urentem, & pone eum super palum in sublime sublatū, fietq;, si serpens aliquem mo- C morderit, intueatur eum, & incolumis erit. Fecit itaq; Moses serpentē æneum, & posuit eum super palū erectum, fiebatq;, si quē momordisset serpens, intuens serpentem æneum, sanabatur. Filij Israel soluentes castra fixerunt in Oboth. Soluentesq; ex Oboth, castra fixerunt in Ie Abarim in deserto ad faciem Moab ad orientem solem. Hinc soluentes castrametati sunt in [b] ualle Zared. Et hinc soluentes castra fixerunt [c] ultra Arnonem, qui [fluuius] est in deserto, profluens à finibus Amorræi. Est enim Arnon limes Moab, inter Moab & Amorræum. Hinc dicitur in libro præliorū DOMINI, [d] quæ gessit in [mari] carectoso, & quæ in torrentibus Arnon. Et impetus scaturiens torrentiū, qui tendit ad habitationem Ar, in- D cumbitq; in limitem Moab. Et illinc in Beer. Hic est Beer de quo dixit DOMINVS ad Mosen, Congrega populum, & dabo eis aquam. Tum canebat Israel canticum istud, [e] Ascende Beer, alternis canite ei. Beer istum foderunt principes, duces populi effoderunt eum, cum legislatore & baculis suis. Porrò ex deserto [uenerunt] in Mathana. De Mathana uero in Nahaliel. Et de Nahaliel in Bamoth. De Bamoth uero in uallem quæ est in campo Moab, ad [f] uerticem collis, & uertitur ad faciem deserti. †Et misit Israel legatos ad Sihon regem Amorræo E rum hisce mandatis, Transire mihi liceat per terrā tuam, non declinabimus neq; in agros, neq; in uineas, nec bibemus aquas de puteis, sed regia uia incedemus, donec fines tuos transierimus. At Sihon Israeli non permisit ut fines suos pertransiret, quin congregauit Sihon omnem populum suum, & egressus occurrit

De Hærem Leuitici ultimo.

Sap. 16. a

1 Cor. 10. b

Christi domini figura.

Ioan 3 b

Iud. 11. c

Deut 2. f

Iud. 11. d

a Hebr. Anima populi breuis facta est: quod fit laborantibus & iis qui spirare uix possunt.

Ie Abarim, acerui solitudinum.

b Quidam legunt, in torrente.

c Meebet, alij cis Arnonem legūt, non enim transierant: quidam, ex opposito Arnonis. Aug. legit trans.

d Vaheb, quidā onus molē, aut excidium interpretātur. Aug. legit inflammauit. Beer puteus.

e Quidā sic, & iuxta puteum alternis ei canebant.

f Quidam legunt in uerticem Pisga.

Digitized by Google

gEbr. In ore gladij.

Israeli in desertum, & uenit in Iahza, & pugnauit contra Israelem. Et Israel g fe- Psal.134.b Amos 2.c
rijt eum gladio, & occupauit terram eius ab Arnone ad Iabok usq;, & usq; ad fi-
F lios Ammon, quoniam [Arnon] fortis limes erat filiorũ Ammon. Et occupauit
Israel omnes ciuitates istas, & habitauit Israel in omnibus ciuitatibus Amorræo
rum, in Hesbon & in omnibus h filiabus eius. Fuerat siquidẽ Hesbon urbs Siho
nis regis Amorræorum, qui i prius pugnauerat contra regem Moab, & tulerat
uniuersam terram eius de manu eius usq; ad Arnonem. Hinc fit, ut qui prouer-
bijs utuntur, dicãt, Venite in Hesbon, ædificetur & apparetur urbs Sihoni. Quo
niam ignis erumpet ex Hesbon, & flamma ex urbe Sihon: deuorauit Ar in Mo-
ab, possessores excelsorum Arnon. † Væ tibi Moab, perijsti popule Chemosch. Iud.11.c
Fusi sunt fugitiui filij eius, & filiæ eius in præda abductę sunt Sihoni regi Amor
ræorum. Lucerna eorum Hesbon [scilicet] perijt usq; ad Dibon, & uastauimus
G usq; ad Nopha, quæ [pertingit] ad Medeba. Habitauit itaq; Israel in terra Amor-
ræorum. Et Moses misit ad explorandum Iaaser, cœperuntq; uiculos eius, & eie-
cit Amorræum qui erat illic. Et uersi † ascenderunt uiam Basan, & egressus Og Deut.3.a 29.b
rex Basan, occurrit eis, ipse & uniuersus populus eius, ut præliaretur in Edrei. Et
dixit DOMINVS ad Mosen, Ne metuas eum, in manum enim tuam dedi eum,
& uniuersum populum eius, atq; regionem eius, fac ei quemadmodũ fecisti Si-
honi regi Amorræorum, qui habitauit in Hesbon. Percusserũt igitur eum, & fi
lios eius, & uniuersum populum eius, ut nullus ei superesset, occupaueruntq; re
gionem eius.

h Filiæ oppidula sunt & uici qui sunt sub metropoli.
i Quidam legũt, qui pugnauerat aduersus primum regem.

CAP. XXII.

De Balak rege Moabitico, & pseudopropheta Balaam.

A ET proficiscẽtes filij Israel castrametati sunt in uastis locis Moab, cis Iordanẽ
[ex opposito] Hiericho. Balak autẽ filius Zipor uidit omnia quæ fecerat
Israel Amorræis. Metuitq; sibi Moab ualde à populo illo, multus enim erat. Et
a peruigil fuit Moab propter filios Israel. Dixit ergo Moab ad seniores Midian,
Depascet nunc exercitus ille quidquid circum nos est, quemadmodũ bos uiridia
campi depascit. Imperitabat autem Moabitis tunc temporis Balak filius Zipor. Iosu.24.b
Misit ergo legatos ad Bileam filium Beor in Pethor, quæ est iuxta fluuium in ter
B ra filiorum populi sui, qui uocarent eum huiusmodi uerbis, En populus egressus
est ex Aegypto, qui operit superficiẽ terræ, habitatq; contra me. Veni igitur quæ-
so, & execrare mihi populum istum, potentior enim me est, si quo modo eum cæ
dere atq; eijcere è terra possim: nam certo noui eum felicem fore, cui tu bona pre-
catus: eum rursus execratum, cui tu mala imprecatus fueris. Abierunt itaq; b se-
niores Moab, & seniores Midian, eratq; præmiũ diuinationis in manu eorum:
qui uenientes ad Bileam, recensuerunt ei mandata Balak. Is autẽ respondit eis,
Manete hic noctem istam, & referam uobis sermonẽ quem DOMINVS loquu
tus ad me fuerit. Manserũt itaq; principes Moab apud Bileam. Et ueniens c deus
C ad Bileam, dixit, Qui sunt uiri isti qui tecum [sunt?] Respõdit Bileam deo, Balak
filius Zipor rex Moab misit ad me, En populus egressus est ex Aegypto, qui ope
ruit faciem terræ, ueni igitur & execrare mihi illum, si quo pacto eum debellare
atq; eijcere queam. Ait autem deus ad Bileam, ne eas cum eis, neq; execreris po-
pulum hunc, quoniam faustus est. Et surgens Bileam sub lucẽ, dixit ad principes
Balak, Ite in terrã uestram, DOMINVS enim non permittit ut uobiscũ uadam.
Surgentes itaq; principes Moab, uenerunt ad Balak, sic renunciantes, Noluit Bi-
leam ire nobiscũ. Rursus ergo misit Balak plures principes et honoratiores prio
ribus. Qui uenientes ad Bileam dixerunt ei, Sic dicit Balak filius Zipor, Ne quæ
so recuses, quin uenias ad me, magnificentissime enim te tractabo, & faciã quæ-
D cunq; dixeris mihi: Adesto obsecro, & execrare mihi populum istum. Et respon
dens Bileam, dixit ad seruos Balak, Si daret mihi Balak domum suam argento
& auro

a Patz, alij legũt, horruit: alij, fastidiũ cepit.

b *Seniores pro legatis, quos Græci πρεσβυτὰς aut πρέσβεις uocant, uidentur poni.*
c Elohim quidã pro angelo exponunt.

Balaam nõ potest male dicere contra domini uoluntatẽ.

Digitized by Google

& auro plenam, non tamen transgredi possum uerbũ DOMINI dei mei, ut uel
paruum uel magnũ faciam. Nunc igitur manete hic quæso & istam noctem, ut
intelligã quid DOMINVS porrò loquuturus sit mecũ. Veniens igitur deus no-
cte ista ad Bileam, dixit, Si uiri illi uenerunt te uocatũ, surgens uade cum eis, atta
men uerbum quod ad te fuero loquutus, hoc facias. Surrexit itaq; Bileam mane,
& strauit asinã suam, & abijt cum principibus Moab. Et excanduit ira dei quod
proficisceretur ipse, collocauitq; se angelus DOMINI in uiã, ut impediret eum.
2 Pet. 2. c Ipse aũt sedit super asina sua, habebatq; secũ duos pueros suos. Vidẽs aũt asina an-
Iud. 1. d gelũ DOMINI stantẽ in uia, districtũq; gladiũ eius in manu eius, decessit asina
de uia, iuitq; in agrũ: & Bileã uerberauit asinã, ut rediret in uiam. Stetit autẽ an-
gelus DOMINI in angusta semita uinearũ, eratq; ex utraq; parte maceria. Viso E
autem angelo DOMINI asina, ad maceriam coacta, pressit pedẽ Bileam ad ma
ceriam: is autem rursus uerberauit eam. Angelus autem DOMINI perrexit, &
in loco angusto stetit, ut nulla esset uia declinandi, neq; ad dexteram, neq; ad sini
stram. Cernens igitur asina angelũ DOMINI, succubuit sub Bileam, & iratus Bi
Asina loquitur. leam uirga percussit asinã. Et aperuit DOMINVS os asinæ, & dixit ad Bileã,
Quid feci tibi quod me iam ter uerberasti? Et ait Bileam ad asinã, Quod mihi il-
ludis, si gladium manu haberem, iam te interficerem. Et ait asina ad Bileam, An
non ego sum asina tua, qua ueheris ab eo tempore in hodiernũ usq; diem? num
tale quidpiam facere tibi solita sum? Et dixit [Bileam,] Non. Retexit aũt DOMI F
NVS oculos Bileam, ut uideret angelum DOMINI stantem in uia, gladiumq;
districtum in manu eius, inclinata ergo uertice procidit in faciem suam. Et dixit
ad eum angelus DOMINI, Cur iam ter uerberasti asinã tuam? En ego egressus
sum ut te impedirem, aberrat enim uia tua coram me, & uidens me asina, declina
uit iam ter: quæ si non declinasset coram me, te interfecto, ipsam incolumem ser
uassem. Et ait Bileam ad angelum DOMINI, Peccaui, quoniã non noui quod
tu aduersum me in uia stares: quod si tibi displicet, [c]reuertar. Ait angelus DOMI [c] Eb. Reuertar mihi.
NI ad Bileam, Vade cum uiris illis, at uerbum quod ego fuero ad te loquutus, lo
queris. Profectus est itaq; Bileam cum principibus Balak. Audiens autẽ Balak G
uenisse Bileam, obuiã ei egreditur ad ciuitatẽ Moab, quæ est in termino Arnon
in extremis finibus. Et ait Balak ad Bileam, An non misi ad te, ut te accerserem,
cur ergo nõ uenisti ad me? nimirũ quod te non satis honorifice possim tractare?
Et respondit Bileam ipsi Balak, En ueni nunc ad te, num uero loqui quidquam
potero? uerbum quod posuerit deus in ore meo, hoc loquar. Et abiens Bileam
cum Balak, & uenerunt in ciuitatẽ platearum. Et mactans Balak boues & oues,
misit ipsi Bileam & principibus qui cum eo erant.

CAP. XXIII.

Bileam obsequitur regi impio contra præceptum domini, & tentat execrare populum Israel: uertit autẽ dominus sermonem eius ut bona & fausta ei imprecetur.

SEquenti luce Balak assumpto Bileã, duxit eum in excelsa Baal, ut isthinc ui- A
deret partẽ extremam populi. Et ait Bileam ad Balak, Extrue mihi hic septẽ
aras, & para mihi septẽ boues, & septem arietes. Fecit ergo Balak quemadmodũ
Bileam iusserat, sacrificauitq; Balak & Bileam [a] bouem & arietem in ara. Et di- [a] Super singulis aris singulos boues et arietes uidentur sacrificasse.
xit Bileam ad Balak, Sta tu iuxta holocaustũ tuum, & ego uadam, si fortè DO-
MINVS mihi obuiã fiat, & quidquid mihi ostenderit, id indicabo tibi. Et ascen
dit in [b]excelsa. Quum uero ipsi Bileam obuiam factus fuisset deus, ait [Bileã] ad [b] Aliqui legunt solus.
eum, Septem aras instruxi, & sacrificaui in unaquaq; bouem & arietem. DOMI
NVS uero indidit sermonem ori Bileam, & ait, Reuertere ad Balak, & sic loque
re. Quumq; redisset ad eum, en stabat ille iuxta holocaustũ suum, ipse & omnes
principes Moab. Is autẽ sumpta parabola dixit, De Aram duxit me Balak rex Aram Syriã dicunt.
Moabitarũ, de montibus orientalibus ueni execrare mihi Iacob, & ueni inquam

Digitized by Google

detestare Israelē. Quomodo mala imprecabor ei cui non mala imprecatur deus?
B aut quomodo detestabor eum quem non detestatur DOMINVS? Quoniam de summitate silicum uideo eum, atq; de collibus intueor eum. Ecce populus [c]seorsim habitabit, & inter gentes sese non [d]reputabit. Quis numeret puluerē Iacob? & numerum quartæ partis Israelis? Moriatur anima mea morte iustorum, & sit [e]extremum meum quemadmodum illius. Dixit uero Balak ad Bileam, Quid facis mihi? accersiui te ut mala imprecareris hostibus meis, tu uero strenue fausta imprecaris. Qui respondens, ait, An non obseruare debeo, ut loquar istud quod DOMINVS ori meo indidit? Et ait ad eum Balak, Veni quæso mecū ad alium quempiam locum, unde [populum] istum uidere possis, uel partem duntaxat, totum uero non uideas, ut isthinc execreris mihi eū. Adduxit ergo eum in agrū speculatorum, in [f]uerticem collis, & extruxit septem aras, sacrificans in singulis singulos boues & arietes.
C Dixit autem ad Balak, Sta hic iuxta holocaustum tuum, ego isthic si mihi occurratur [expectabo.] Obuiam itaq; factus est DOMINVS ipsi Bileam, & indidit ei sermonem in os eius, & dixit, Reuertere ad Balak, & loquere ad hunc modum. Et quum uenisset ad eum, ecce is stabat iuxta holocaustū suum, & principes Moab cū eo. Et dixit ad eum Balak, Quid loquutus est DOMINVS? Qui sumpto sermone ænigmatico, respondit, Surge Balak & audi, ausculta [g]me fili Zipor, †Deus non uir est ut mentiatur, aut filius hominis ut pœniteat: num ipse dicit, & non facit? num loquitur, & non ratum faciet? En cœpi bona ac fausta imprecari, fausta inquam imprecari, nec [h]uertam illa. Nihil uanitatis uidetur in Iacob, neq; quidquā molestiæ in Israele, DOMINVS deus eius
D est cum eo, & iubilus regis in eo. Deus, qui eduxit eos ex Aegypto, est ei uelud [i]robur [k]rhinocerotis. Non est incantatio in Iaacob, neque diuinatio in Israele. Quum fuerit opportunum dicitur ipsi Iaacob & Israeli quid deus operetur. En populus [ille] consurget ut leæna, & ueluti leo sese eriget: non accubabit, donec comedat prædam, & sanguinem occisorum bibat. Et dixit Balak ad Bileam, Nec execreris eum, neq; fausta ei impreceris. Et respōdens Bileam, dixit ad Balak, An non loquutus sum ad te in hunc modum, Quidquid DOMINVS loquutus fuerit, idipsum faciam? Et dixit Balak ad Bileam, Veni quæso, ducam te in alium locum, si fortasse deo uisum fuerit, ut inde execreris mihi populum. Assumpto igitur Balak Bileam in uerticem Peor, qui uisitur è regione deserti. Et dixit Bileam ad Balak, Extrue mihi hic septem aras, & para mihi hic septem boues, atq; septē arietes. Et fecit Balak quemadmodum iusserat Bileam, sacrificauitq; singulos boues & arietes in singulis aris.

CAP. XXIIII.

Pergit impius propheta execrare populum, at deus uertit sermonē eius in ore eius, ut contra animi sententiam fausta imprecetur.

A VIdens autē Bileā quod placeret in oculis DOMINI ut fausta imprecaretur Israeli, non profectus est ut antea ut occurreret [a]incātationibus, sed uersa facie sua uersus desertū Bileam, subleuatisq; oculis suis, uidit Israelē habitantem secundū tribus suas, & spiritus dei [b]instigauit eum, ut instituto sermone ænigmatico sic loqueretur, Dixit Bileā filius Beor, dixitq; uir obscuratus oculo. Dixit auditor eloquiorū dei, qui uisum [c]omnipotētis uidit, cui cadēti oculi reuelati sunt. Quàm pulchra sunt tētoria tua ô Iaacob, habitationes tuæ ô Israel. Quemadmodum [d]torrentes extenduntur, & sicut horti ad flumina, sicut [e]Aloe quā plantauit
B DOMINVS, & sicut cedri iuxta aquas. Stillat aqua de situla eius, & semen eius erit ueluti aquæ multæ. Altus erit rex [f]eius ab Agag, magnificabiturq; regnum eius. Deus eduxit eū ex Aegypto, robur [g]eius ut rhinocerotis, deuorabitq; gentes hostes suos, & ossa eorum [h]arrodet, sagittasq; suas cōfringet. Accubat, iacetq; ut leo, & quasi leæna: quis excitaret eum? Qui tibi fausta imprecabitur, fausta imprecabuntur

---

[c] Vel solitarius, solus.
[d] Alij reputabitur.
[e] Alij legunt, posteritas mea.
[f] Alijs placet, ut Pisga appellatiuum sit pro colle, in uerticē collis: alijs ut sit proprium Pisga.
[g] Ebr. Fili eius Ziporis.
[h] Vel non recātabo.
[i] Alij, fortitudo, alij celeritas.
[k] Alij, monocerotis.
† 1. Cor. 2. 2 10. b

[a] Alij, augurijs.
[b] Eb. Spiritus dei factus est super eū & adsumpsit parabolā.
[c] Schadai.
[d] Alij ualles.
[e] Ahalim alij exponunt pro tabernaculis, sed uidetur arbor odorifera.
[f] Vel, eleuabitur rex eius super Agag, hoc est, plus quam Agag.
[g] Alij, celeritas aut fortitudo monocerotis.
[h] Alij, cōfringet, cōmoliet; Græci emedullabit, si ita liceat, hoc est, exhauriet omne robur.

Digitized by Google

precabuntur eidem: qui uero te execratur, erit & is execratus. Et incaluit nasus
Balak aduersus Bileam, complicatisque manibus dixit Balak ad Bileam, Vocaui
te ut hostibus meis mala imprecareris, & en iam ter illis sedulo fausta es impre
catus,[i]fuge igitur ad locum tuum,[k]statueram quidem omnino, ut magno te ho
nore afficerem, at DOMINVS obstitit, quo minus te honórem. Respondit Bi- C
leam ipsi Balak, An non legatis tuis, quos ad me miseras, dixeram, Si Balak de-
derit mihi domum suam argento & auro plenam, non possum transgredi im-
perium domini, ut faciam uel bonum uel malum ex corde meo, sed quod DO-
MINVS fuerit loquutus, hoc loquar strenue. Nunc igitur proficiscor ad gẽtem
meam, adesto igitur cõsulam tibi, quid facturus sit populus iste populo tuo, idque
nouissimis diebus. Sumpto itaque sermone ænigmatico, dixit, Dixit Bileam fi-
lius Beor, & dixit uir obscuratus oculo. Dixit auditor eloquiorũ dei, & qui no-
uit scientiam altissimi, qui uisum uidit omnipotẽtis, cui cadenti retecti sunt ocu
li, Videbo eum, sed nõ modo: intuebor eum, sed non cominus. Incedet stella ex D
Iaacob, & surget sceptrum ex Israele, & confringet proceres Moab, & diruet o-
mnes [l]filios Seth. Et erit Idumęa [m]possessa, & Seir cedet hostibus suis in posses-
sionem, & Israel fortiter aget. Qui dominatur erit ex Iaacob, & perdet reliquias
ex ciuitate. Cumque uidisset Amalek, sumpto sermone ænigmatico, dixit, Prin-
cipium gentium Amalek, [n]at postremum eius prorsus peribit. Kenæum uero ui-
dens, sumpto sermone ænigmatico, dixit, Robusta est habitatio tua, & [o]ponis
in petra nidum tuum. Etenim Kenæus cõburetur, donec Assur captiuum te ab-
duxerit. Institutoque sermone ænigmatico suo, ait, Heu quis uiuet quum deus id
fecerit? Et naues ex partibus Chitim adfligent Assur, deinde adfligent & Eber,
qui [p]& ipse perpetuò peribit. Surgens autem Bileam, abijt, & reuersus est in lo-
cum suum. Sed & Balak abijt uiam suam.

Christi aduentus prædicitur. Matth. 2.a

De Romano imperio.

[i] Eb. Fuge tibi.
[k] Eb. Dixeram.
[l] Quidam intelligũt quotquot sese ei opponunt. Seth enim ponere est.
[m] Alij legunt, possessio.
[n] Vel, primus Amalek tandem peribit.
[o] Eb. Ponere.
[p] Vel & is tandem peribit.

CAP. XXV.

Scortantur filij Israel cum Moabiticis mulieribus, inaugurantur Baali, punitur populus.

HAbitauit autẽ Israel in Sitim, & cœpit populus scortari cũ filiabus Moab: A
quæ quum populũ ad sacrificia deorum suorum inuitarent, edit populus, &
adorarunt deos earum. Et coniugatus est Israel ipsi Baal Peor, & incanduit ira
DOMINI aduersus Israelem. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Tolle omnia ca
pita populi, & suspende eos DOMINO aduersus solem, ut recedat [a]furor DO
MINI ab Israele. Tunc dixit Moses ad iudices Israelis, Trucidate quisque uiros
suos qui sese coniugarũt Baal Peor. Et ecce uir quidã ex Israelitis uenit, & addu B
xit ad fratres suos Madianitidem quandã, idque in oculis Mosis, atque uniuersę mul
titudinis filiorum Israel, qui flebant ante ostium tentorij constitutionis. Cumque
[hoc] uideret Pinhas filius Eleazaris sacerdotis, surrexit è medio cõcionis, & ac
cepta hasta in manum suam, sequutus uirum Israelitam in fornicem, †utrosque &
Israelitam & ipsam Madianitidem transfixit [b]per ilia eius, & cohibita est clades
à filijs Israel. Perierunt autem in clade ista uigintiquatuor millia. Loquutus est C
autem DOMINVS ad Mosen in hanc sententiam, Pinhas filius Eleazaris filij
Aharonis sacerdotis amolitus est furorẽ meum à filijs Israel, eo quod zelo quodam
[ultus est] indignationẽ meam inter eos, ut non absumerem filios Israel in mea
indignatione. Dic igitur, En [c]ego feriam cum eo fœdus meũ, pacem, habebitque
tam ipse quam semen eius post eum, fœdus sacerdotij perpetui, eo quod zelũ habuit pro
deo suo, & perlitauit pro filijs Israel. Porrò nomen uiri Israelitæ occisi, qui cum D
Madianitide occisus est, fuit Zimri filius Salu, qui fuit princeps in domo patria
[tribus] Simeonis. Nomen uero mulieris Madianitidis interfectæ erat Cosbi,
quæ fuit filia Zur, qui caput fuit populorum in domo patria Madianitarum. Et
loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sentẽtiam, Hostiliter impetere Ma

Iosu. 22.d Deut. 4.a

Phinees occidit impios. 1 Mac. 2.c Psal. 105.c 1.Cor. 10.b Pactum dei cũ Phinees.

1.Mac. 2.f Eccli 45.d

[a] Ebr. Furor nasi domini.
[b] Ebr. Per fossam eius, id est, genitale membrum: alij aliter per maledictionem idem sentientes.
[c] Ebr. Ego do illi fœdus.

Digitized by Google

dianitas [conuenit,] trucidate ergo eos, nam & illi hostiliter egerunt uobiscum
insidijs suis, quas insidiose tetenderũt uobis in negotio Peor, & in negotio Cos-
bi filiæ principis Madianitarũ sororis suæ, quæ interfecta est in die cladis, [quæ
facta est] propter negotium Peor. CAP. XXVI.

Denuo censetur populus bello aptus, numerus est 601730.

A POst cladem istam loquutus est DOMINVS ad Mosen et ad Eleazar filium
Aharonis sacerdotis in hanc sententiã, Agite [a]censum uniuersi cœtus filio-
rum Israel, ab ijs qui uiginti sunt annorum & supra, iuxta domos patrum suorum, o-
mnem scilicet qui [b]aptus est in Israele ad militiam. Et loquutus est ad eos Moses
& Eleazar sacerdos in uastis cãpis Moab, iuxta Iordanẽ Ieriho, hisce uerbis, [Cũ
his scilicet loquuti sunt] qui erant uiginti [c]annorum & supra, quemadmodũ præce
perat DOMINVS Mosi. Et filij Israel q egressi sunt ex terra Aegypti [hi sunt.]
Ruben primogenitus Israelis: filij uero Ruben, Hanoch, hinc familia Hanochi Gen. 46.b
tarum: & Pallu, unde familia Palluitarum. De Hetzron familia Hetzronitarum. De Exod. 6.b
Charmi familia Charmitarũ. Hæ sunt familiæ Rubenitarum, fueruntq; in censu 1.Par. 5.a
suo q̃dragintatria millia, septingenti & triginta. Porrò filij Pallu, Eliab. Filij aũt
B Eliab, Nemuel, Dathan & Abiram: is est Dathan & Abirã nobiles in cœtu, q ad
uersus Mosen & Aharonẽ eiaculabãtur [uerba contentiosa] in cœtu Korah, quũ
eiacularentur [uerba contentiosa] aduersus DOMINVM, & tellus aperiebat os Sup. 16.ca.
suum, & deglutijt eos. Deinde & Korah, [qui perijt] in morte congregationis,
quũ ignis deuoraret ducentos & quinquaginta uiros, ut fierent [d]exemplũ. Filij
aũt Korah nõ sunt mortui. †Filij Simeon iuxta familias suas. Ipsi Nemueli fuit 1.Par. 15.a
familia Nemuelitarum. De Iamin familia Iaminitarum. Iachin, unde familia Iachini
tarum. De Zerah familia Zarhitarũ. Et de Saul familia Saulitarũ. Istæ sunt fami-
liæ Simeonis, uigintiduo millia, ducẽti. Filij Gad iuxta familias suas. Zephon,
unde familia Zephonitarum. Haggi, unde familia Haggitarũ. Schuni, unde fami-
lia Schunitarũ. Osni, unde familia Osnitarum. Eri, unde familia Eritarũ. Arod, un-
de familia Aroditarũ. De Arheli familia Arhelitarũ. Istæ sunt familiæ filiorum Gad
iuxta census suos, quadraginta millia & quingenti. Filij Iehuda, Er & Onan,
C mortuusq; est Er & Onan in terra Chanaan. Fuerũt aũt filij Iehuda iuxta fami- Gen. 38.ab
lias suas, Sela, unde familia Selanitarũ. Peretz, unde familia Parzitarum. Zerah, un
de familia Zerahitarũ. Porrò filij Peretz fuerunt Hetzron, unde familia Hetzro
nitarum. Hamul, unde familia Hamulitarũ. Istæ sunt familiæ Iehuda iuxta cẽsus
suos, septuagintasex millia & quingenti. Filij Isachar iuxta familias suas. Tho
la, unde familia Tholitarum. Pua, unde familia Puitarum. Iasub, unde familia Iasubi
tarũ. Simron, unde familia Simronitarũ. Istæ sunt familiæ Isachar iuxta census
suos, sexagintaquatuor millia & trecenti. Filij Zebulon iuxta familias suas. Se
red, unde familia Sarditarum. Elon, unde familia Elonitarũ. Iahleel, unde familia
Iahleelitarum. Istæ sunt familiæ Zebulonitarũ per census suos, sexaginta millia &
quingenti. Filij Ioseph per familias suas Manasse & Ephraim. Filij Manasse, Iosue 17.a
Machir, unde familia Machiritarum. Machir uero genuit Gilead, & à Gilead fami
D lia Gileaditarum. Isti sunt filij Gilead, Ihezer, unde familia Ihezeritarũ. Helek, unde
familia Helekitarũ. Asriel, unde familia Asrielitarũ. Sechem, unde familia Sichi-
mitarũ. Semida, unde familia Semidahitarum. Hepher, unde cognatio Hepherita-
rum. Zelaphead uerò filius Hepher nõ habuit filios, sed filias. Et nomina filiarum
Zelaphead, Mahla, Noa, Hagla, Milca & Thirza. Istæ sunt familiæ Manasse &
census eorũ, quinquagintaduo millia & septingenti. Isti uero sunt filij Ephraim
iuxta familias suas, Suthela, unde familia Suthelitarum. Becher, unde familia Be
chritarũ. Tahan, unde familia Tahanitarũ. Hi uero sunt filij Suthela, Eran, unde
familia Eranitarũ. Istæ sunt familiæ Ephraim iuxta census suos, trigintaduo mil
lia

a Eb Tollite caput.

b Ebr Qui ad belli egredi potest.

c Alij legunt. Quemadmodum præceperat dominus Mosi & filijs Israel quum egressi essent, & c Similimodo recensete eos ut antea.

d Ebr. Facti sunt in signum.

Digitized by Google

lia & quingenti, & hi sunt filij Ioseph secundum familias suas. Filij uero Ben E
iamin iuxta familias suas, Bela, unde familia Balhitarum. Asbel, unde familia
Asbelitarũ. Ahiram, unde familia Ahiramitarum. Sephupham, unde familia Se
phuphamitarum. Hupham, unde familia Huphamitarum. Fuerunt autem filij
Bela, Ard & Naěman, unde familia Arditarum, & de Naěman familia Naěmani-
tarum. Isti sunt filij Beniamin iuxta familias suas, & secundum census suos, qua
draginta quinq; millia & sexcenti. Isti sunt filij Dan secundum familias suas,
Suham, unde familia Suhamitarum. Istæ inquam sunt familiæ Dan iuxta fami-
lias suas. Omnes familiæ Suhamitarũ iuxta census suos, sexaginta quatuor mil-
lia & quadringenti. Filij Aser secundũ familias suas, Iimna, unde familia Iim-
nitarum. Iisui, unde familia Iisuitarum. Beriah, unde familia Berihitarũ. Heber,
unde familia Heberitarum. Malkiel, unde familia Malkielitarũ. Nomen uero fi
liæ Aser, Serah. Istæ sunt familiæ filiorum Aser iuxta census suos, quinquaginta
tria millia & quadringenti. Filij Naphtali secundum familias suas, Iachzeel, F
unde familia Iachzeelitarum. Guni, unde familia Gunitarum. Iezer, unde fami
Eccli 16.b lia Iezritarum. Sillem, unde familia Sillemitarum. Istæ sunt familiæ Naphtali se
cundum familias suas & census eorum, quadraginta quinq; millia & quadrin-
genti. Isti sunt census filiorum Israel, sexcenta millia, mille, septingenti & tri-
Num.32.f Iosu.11.d ginta. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicẽs, Istis distribuatur terra in
hæreditatem iuxta numerum nominum. Quorũ multi sunt, his augebis hæredi
tatem suam: qui uero pauciores, ijs minorem dabis hæreditatem: cuiq; dabitur
hæreditas iuxta censum suum. Veruntamen sorte diuidatur terra, & secundũ no
mina tribuum patrũ suorum hæreditatem accipiant. Per [e]sortem diuidatur hęre
ditas eius inter multos & paucos. Porrò isti sunt census Leuitarum iuxta familias
suas, Gerson, unde familia Gersonitarũ. Kahath, unde familia Kahatitarum. Me
rari, unde familia Meraritarum. Istæ sunt familiæ Leuitarũ, familia Libnitarum, G
familia Hebronitarũ, familia Mahlitarum, familia Musitarum, familia Korhita-
Exod.6.c rum. Kahat uero genuit Amram. Porrò nomen uxoris Amrã Iochebed filia Le-
ui, quam [f]peperit ipsi Leui in Aegypto. Et peperit ipsi Amram Aharonẽ & Mo
Leuit.10.a sen, & Mariam sororem eorum. Aharoni uero natus est †Nadab & Abihu, Elea
Num.3.a zar & Ithamar. Mortuus autem est Nadab & Abihu quum adferrent ignem alie
Num.3.f num coram DOMINO. †Fuerunt aũt census eorum uigintitria millia, omnes
scilicet mares, ab eo qui mensem erat natus & supra, nõ enim censi erant inter fi
lios Israel, eo q; non esset illis data hæreditas inter filios Israel. Hi sunt census
quando Moses & Eleazar sacerdos recensuerũt filios Israel in uastis cãpis Moab
ad Iordanẽ Iericho. Et inter istos nullus fuit ex his, quos recensuerunt Moses &
Supra 14. Aharon sacerdos, quãdo recensuerũt filios Israel in deserto Sinai. Dixerat enim
de eis DOMINVS, Omnino morientur in deserto, ne unus quidem ex eis reli-
quus fuit, nisi Caleb filius Iephunæ, & Iehosua filius Nun. CA. XXVII.

*Quid filiabus detur si filij nulli supersint. Inauguratur loco Mosis Iehosua impera-
tor & dux populi.*

Num.26.d 36.a Iosu.17.a ACcesserunt aũt †filiæ Zelaphead, filij Hepher, filij Gilead, filij Machir, filij A
Manasse, de familia Manasse filij Ioseph: suntq; hæc nomina filiarum eius,
Mahla, Noa, Hagla, Milcha & Thirza. Stantes uero ante Mosen & ante Eleazã
rum sacerdotem, atq; ante principes eorũ, & uniuersum cœtũ, iuxta ostium ten-
torij constitutionis, dicebant, Pater noster mortuus est in deserto, nec tamen fuit
in cœtu cõspiratorum aduersus DOMINVM, in cœtu scilicet Korah, sed mortuus
est in peccato suo, nec habuit filios. Cur ergo aboleretur nomen patris nostri è me
dio familiæ suæ, propterea q; non habet filium? Da igitur nobis possessionem
inter fratres patris nostri. Retulit autem Moses causam illarũ ad DOMINVM.

e Eb. Iuxta os sortis.

f Vxor scilicet.

Digitized by Google

B Et DOMINVS loquutus est ad Mosen hisce uerbis, Probe loquutę sunt filiæ Zelaphead, omnino dabis illis possessionem hæreditatis inter fratres patris sui, & transferes hæreditatem patris sui ad eas. Ad filios autē Israel loqueris sic, Si quispiam mortuus fuerit absq; filijs, transferetis hæreditatē eius ad filias eius. Si uero nec filiam habuerit, dabitis hæreditatem eius fratribus eius. Et si nec fratres ei fuerint, dabitis hæreditatem eius fratribus patris eius. Quod si pater eius fratres nullos habuerit, dabitis hæreditatem consanguineo eius propinquiori qui fuerit de familia eius, is possidebit eam: & sit hoc filijs Israel statutum legitimum, quemadmodum præcepit DOMINVS Mosi. Et dixit DOMINVS ad Mosen,

C Ascende in montem istum Abarim, & contemplare terrā quam dedi filijs Israel. Postq̃ uero contemplatus eam fueris, colligēris ad populos tuos etiam tu, quemadmodum collectus est Aharon frater tuus, eo q; [a]exacerbastis os meum in deserto Zin, in contentione multitudinis, ne sanctificaretis me in aquis coram oculis eorum. Hæ sunt aquæ contentionis in Kades in deserto Zin. Et Moses loquutus est ad DOMINVM, dicēs, Præficiat DOMINVS deus spirituum uniuersæ carnis uirum super hunc cœtum, qui egrediatur ante eos, quiq; ingrediatur ante eos, qui educat eos, & qui introducat eos, ut nō sit cœtus DOMINI ueluti oues quæ pastorem non habent. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Assume tibi ipsum Iehosua filium Nun, uirum in quo est spiritus, & impone manum tuam super eum, & statue eum coram Eleazar sacerdote, & coram uniuersa multitudine, &

D da illi mandata illis spectātibus. Dabis quoq; ei de [b]decore tuo, ut omnes in cœtu filiorum Israel audiāt. Et stabit ante Eleazarum sacerdotem, qui interrogabit pro ipso secundum ritum Vrim, idq; coram DOMINO, & iuxta uerbum eius egredientur, iuxtaq; uerbum eius ingredientur, tam ipse q̃ uniuersi filij Israel, & uniuersus cœtus cum eo. Fecit aūt Moses quemadmodum præceperat ei DOMINVS, tulitq; Iehosua, & statuit eum ante Eleazarum sacerdotem, atq; ante uniuersum cœtum. Et impositis ei manibus suis, mandata dedit ei, quemadmodum DOMINVS loquutus fuerat [c]per Mosen.

Deute. 32.g Supra 20.b

Exod. 17.

Inauguratur alius dux.

Deut. 3. d

[a] Alij legunt, rebelles fuistis ori meo.

[b] Transferas in eū gloriā tuam, ornando & commendādo eum uerbis, ostendas q; eum diuinitus inauguratum, ut authoritatē habeat, ut ipsi pareāt quemadmodum tibi.

[c] Hb. Per manū Mosis.

CAP. XXVIII.

Refricantur leges quædam, quæ religionem & cultum dei respiciunt, quæ ut seruentur magistratus est curare.

A LOquutusq; est DOMINVS ad Mosen, dicens, Præcipe filijs Israel, & dices ad eos, Sacrificiū meum panis mei quod sit ad sacrificiū ignitū in odorem suaueolentem, custodietis, ut sacrificetis mihi [ea] stato suo tempore. Dicesq; ad eos, Hoc est sacrificiū quod igne cōfit, quod sacrificabitis DOMINO, agnos anniculos integros duos quoq; die in holocaustū continuum: agnū unum facies mane, alterum agnū autem facies inter uesperas. Decimā quoq; partem Ephi similaginis pro sacrificio cibario, quæ mixta sit oleo contuso, quarta scilicet parte Hin. Holocaustū hoc iuge, quale factum est in monte Sinai, in odorem suaueolentem, sacrificiū quod igne cōfit DOMINO. Libatio uero eius sit quarta pars Hin pro agno uno, in sanctuario fac libari sicerā DOMINO. Agnū uero alterum facies inter uesperas (cuius sacrificium cibariū & libamen sit quemadmodum eius qui mane fuit sacrificatus,) sacrificiū quod igne confit in odorem sua-

B ueolētem DOMINO. Die aūt sabbati duos agnos anniculos integros, & duas decimas similaginis pro sacrificio cibario, quæ cōmixta sit oleo, cum libamine suo. Holocaustū hoc sabbati, quod singulis sabbatis fieri debet, supra holocaustū continuum & libamen eius. In initijs quoq; mensium uestrorum sacrificabitis DOMINO holocaustum, nempe duos iuuencos ex bobus, & arietem unum, agnos anniculos integros septem, tres etiam decimas similaginis in sacrificium cibariū, quæ conspersa sit oleo, pro iuuenco uno: & duas item decimas similaginis in sacrificiū cibarium, quæ sit oleo conspersa, pro ariete uno. Et pro singulis agnis

Sacrificiū iuge ac continuum.

Num. 15.

Exod. 29.

De holocausto sabbati ultra iuge sacrificiū.

Matt. 12. a

De sacrificijs neomeniarum.

Digitized by Google

agnis singulas decimas similaginis oleo conspersas in sacrificium cibarium, holocaustum in odorem suaueolentem, & sacrificiũ quod igne cõfit DOMINO. C
Libamina uero eorum medium Hin pro iuuenco, tertia pars Hin pro ariete, & quarta pars Hin uini pro agno. Hoc fit holocaustum singulis mensibus, in mensibus anni. Sed et hircus ex capris unus pro hostia peccati fiet DOMINO, supra holocaustum iuge, cum libamine suo. In mẽse primo decimoquarto die mensis est Passah DOMINI, & in quintodecimo die mensis eiusdem festus dies est, per septem dies placentæ infermẽtatæ edentur. Primo die conuocatio sancta sit, nullum opus seruile facietis, sed adferetis sacrificium quod igne confit DOMINO in holocaustum, nempe iuuencos è bobus duos, arietem unum, & septem agnos anniculos, qui integri uobis fuerint. Cibariũ autem sacrificium eorum fiat ex similagine oleo conspersa, & facietis tres decimas pro iuuenco uno, & duas decimas pro ariete uno. Singulas quoq; decimas pro singulis agnis, quorum sunt septem. Caprũ deniq; pro peccato unum, ad expiandũ pro uobis. Ista facietis præter holocaustum matutinum, quod fit in iuge holocaustum. Ad hũc modum per singulos dies septem dierum facietis, panis sacrificij est quod igne confit DOMINO in odorem suaueolentem, ultra iuge holocaustum cum libamine suo, fiat. Septimo die conuocationem sanctã habebitis, nullum opus seruile facietis. In die porrò primitiuorũ fructuum, quum attuleritis DOMINO cibarium sacrificium nouum in hebdomadibus uestris, debet uobis esse sancta conuocatio, nec ullum opus seruile in eo facietis. Et adferetis holocaustum in odorem suaueolentẽ DOMINO, iuuencos ex bobus duos, arietem unum, & septem agnos anniculos. Cibariũ sacrificium eorũ fiat de similagine oleo cõspersa, nempe tres decimæ pro iuuenco uno, & duæ decimæ pro ariete uno, pro singulis aũt agnis, quorũ sunt septem, singulæ decimæ. Hircus ex capris unus pro expiatione uestri. Hæc facietis, excepto iugi holocausto, & sacrificio suo cibario, eruntq; uobis integra cum libaminibus suis.

De ferijs paschalibus. Exod. 12. c Leui. 23. a

Feriæ nouarum frugũ.

CAP. XXIX.

De festis diebus septimi mensis, & eorum sacrificijs.

IN mense uero septimo, in prima die mensis erit uobis conuocatio sancta, nullum opus seruile facietis, dies clangoris erit uobis. Et facietis holocaustũ DOMINO in odorem suaueolentẽ, iuuencum unũ è bobus, arietem unũ, agnos anniculos integros septem. Cibariũ sacrificium eorum fiat de similagine oleo conspersa, nempe tres decimæ pro iuuẽco uno, & duæ decimæ pro ariete, & pro singulis agnis, quorũ sunt septem, decima una: & hircus caprarum unus pro peccati hostia, ad uestri expiationem. Præter holocaustũ mensis, & eius sacrificium cibarium, & præter holocaustũ iuge & eius sacrificium cibarium & libamina eorum, quæ ritu suo fiant DOMINO, in odorem suaueolentẽ sacrificij quod igne confit. Decima die huius mensis septimi, erit uobis conuocatio sancta, adfligetisq; animas uestras, & nullũ opus facietis. Adferatis aũt DOMINO holocaustum in odorẽ suaueolentem, iuuencũ ex bobus unum, arietem unũ, agnos anniculos septem, qui integri erunt uobis. Cibariũ eorum sacrificiũ erit de similagine oleo conspersa, nempe tres decimæ pro iuuenco, & duæ decimæ pro ariete uno, pro singulis agnis, quorum sunt septem, singulæ decimæ. Hircus ex capris unus pro hostia peccati, præter hostiã peccati quæ fit pro expiatione, & prę ter iuge holocaustũ, & sacrificium eius cibariũ, & libamina eorum. Decimoquinto die mensis septimi erit uobis conuocatio sancta, nullũ opus seruile facietis, & festum diem agetis DOMINO septem diebus, & adferetis DOMINO holocaustum quod igne confit in odorem suaueolentẽ, iuuẽcos è bobus tredecim, duos arietes, agnos anniculos, qui sint integri, quatuordecim. Sacrificiũ uero eorũ cibariũ erit de similagine oleo permixta, nempe tres decimæ pro singulis ex trede

Septimus mensis.

Leuit 16. g 23. e

cim iuuencis, duæ decimæ pro ariete uno, ex duobus arietibus. Singulę decimæ pro singulis agnis qui sunt quatuordecim. Hircus ex capris unus pro hostia pec
C cati, præter holocaustũ iuge, & eius sacrificium cibarium, & libamen eius. Die secundo duodecim iuuencos ex bobus, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim. Porrò sacrificia eorũ cibaria, & libamina eorũ, pro iuuencis scilicet, arietibus & agnis, fiant pro numero eorũ, & pro ritu suo. Hircum quoq; ex capris unũ pro hostia peccati, præter iuge holocaustum, & cibarium eius sacrificium, & libamina eorũ. Tertio die undecim iuuencos, duos arietes, agnos anniculos integros quatuordecim, cibariũ sacrificium eorum, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis fiat iuxta numerũ eorum, ut cõuenit. Fiat & hircus pro peccato unus, præter iuge holocaustũ, & sacrificium eius cibarium & libamen eius. Die quarto iuuencos decẽ, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim, sacrificiũ eorum cibarium, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis fiat secundum numerũ eorum, ut ritus habet. Fiat & hircus ex capris unus pro hostia peccati, præter holocaustũ iuge, & cibariũ eius sacrificium, & libamen eius. Quinto die iuuencos nouem, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim, sacrificiũ eorum cibarium & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis fiat iuxta numerũ eorũ, & pro ritu. Fiat & hircus pro peccato unus, pręter holocaustũ iuge, & cibarium eius sacrificium & libamen eius.
D Sexto die iuuẽcos octo, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim, & sacrificiũ eorum cibarium, & libamina eorum pro iuuẽcis, arietibus & agnis pro numero illorũ, & ut mos habet. Hircus deniq; pro peccato unus fiat, præter holocaustum iuge, & sacrificium eius cibarium, & libamen eius. Septimo die septem iuuẽcos, duos arietes, agnos anniculos integros quatuordecim, & sacrificia eorũ cibaria, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis, iuxta numerum eorũ & pro ritu. Et hircus pro peccato unus fiat, præter holocaustum iuge, & sacrificiũ eius cibarium, & libamen eius. Octauo demũ die sit uobis concio, nullũ opus seruile in eo facietis, adferatis autem holocaustũ quod igne consit DOMINO in odorem suaueolẽtem, nempe iuuencũ unum, arietem unum, agnos anniculos integros septem, sacrificia eorum cibaria, & eorũ libamina pro iuuenco, ariete & agnis, iuxta numerũ eorum ut conuenit. Et hircus fiat pro peccato unus, prętcr holocaustũ iuge, & sacrificium eius cibarium, & libamen eius. Hæc facietis DOMINO in statis uestris ferijs, (præter uota uestra, & uoluntaria uestra sacrificia,) pro holocaustis uestris, & pro cibarijs sacrificijs uestris, & pro libaminibus uestris, & pacificis uestris. Et narrauit Moses filijs Israel omnia quæ præcepit DOMINVS Mosi.

Azereth qđ sit uide Leuit. 23.

CAP. XXX.

De uotis, qualiter fieri, aut non fieri: seruari, aut non seruari debeant.

A LOquutus est Moses cum primoribus tribuũ filiorũ Israel hisce uerbis, Hoc est uerbũ quod pręcepit DOMINVS. Si uouerit quispiã uotũ DOMINO, aut omnino iuramento aliquo animã suam obstrinxerit, is uerbũ suum non infirmet, sed quodcunq; egressum est ex ore eius, hoc faciet. Mulier uero si uouerit uotũ DOMINO, obstringendo se in domo patris sui, idq; in adolescentia sua, si pater eius uotũ eius audiuerit, aut uinculum eius quo animam suam obstrinxit,
B illudq; dissimularit, rata erũt omnia uota illius, ratumq; erit quidquid illud tandem sit quo animã suam obstrinxit. Quod si pater eius renuerit illud eodẽ die, quo ipse omnia uota eius, & uincula eius quibus animã suam obstrinxit, audierit, nõ ratũ erit, & DOMINVS propitius erit ei, quod pater illud renuerit. Si [a] uero [mulier] marito [desponsa] fuerit, quę super se uota aliqua habet, aut quid incautius labijs eius excidit, quo animã suam obstrinxit, audieritq; [hoc] maritus eius, & eodẽ die quo audit dissimularit hoc tacendo, uota eius rata erunt, sed & obli-

Deute. 23. d

a Eb. Si essendo fuerit uiro.

obligationes eius, quibus [b]animã suam obligauit, firmabũtur. Quod si eodem die quo maritus eius renuerit illud, irritumq; fecerit uotũ eius quod super se habet, & id quod incautius labijs eius excidit, quo animã suã obligauit, propitius erit ei DOMINVS. Votũ uero uiduæ aut repudiatæ, quodcunq; tandẽ illud fuerit quo animã suam obstringit, ratũ sit super eam. Quod si familia alicuius uouerit, aut omnino animã suam iuramento obstrinxerit, illeq; audiens tacuerit, nec illud prohibuerit, rata erunt omnia uota eius, deinde & obligationes eius, qbus animã suam obstrinxit, firmabuntur. Si uero paterfamilias plane [uota] ista resciderit, eo scilicet die quo audierit omne illud, quod incautius labijs familię suæ exciderit, & uota eius, & obligationem animæ eius, haudquaq̃ firma erunt, paterfamilias irrita ea fecit, & DOMINVS propitius erit familiæ. [Breuiter,] omne uotum atq; omne iuramentũ, quod obligat ut [c]adfligatur anima, hoc potest paterfamilias uel cõfirmare, uel irritũ facere, [sic uidelicet,] si omnino tacendo dissimularit [d]diebus aliquot paterfamilias, rata habet omnia uota familiæ: deinde et omnes obligationes eius quas habet super se, quum scilicet tacuerit eodem die quo audiuit illud. Sin posteaq̃ audiuerit, omino irrita ista facit, feret ipse culpam familiæ. Hæc sunt statuta quæ præcepit DOMINVS Mosi, inter maritũ & uxorem eius, atq; inter patrem & filiã eius, quæ in puellari adhuc ætate est, & in domo patris sui.

Lex generalis. Epilogus.

CAP. XXXI.

Describitur bellum contra Madianitas, & uictoria Israelitarũ, deinde & præmium militum, ac prædæ distributio.

Num. 25 c

ET loquutus est DOMINVS ad Mosen in hanc sententiã, [a]Persequere iniurias filiorũ Israel de Madianitis, post hoc colligêris ad populos tuos. Loquutus est igitur Moses ad populũ hisce uerbis, Instruite uiros è uobis ad præliũ, qui pugnent aduersus Madianitas, sumantq; ultionem DOMINI de eis. De singulis tribubus [deligãtur] mille, ut ex omnibus tribubus Israel mittatis ad præliũ. Delecti sunt itaq; ex singulis tribubus mille ex [b]millibus Israel, duodecim uidelicet millia instructi ad præliũ. Misit ergo Moses eos ad præliũ, nempe ex singulis tribubus mille, eos inquã, & Pinhas filiũ Eleazaris [c]sacerdotis, unà cum [d]uasis sanctuarij, [erantq;] tubæ quibus classicũ canitur, in manu eius. †Pugnarunt itaq; contra Madianitas, quemadmodũ præcepit DOMINVS Mosi, & trucidarunt omnẽ marem, & reges quoq; Madian interfecerũt cũ uulneratis suis, nempe Eui, Rekem, Zur, Hur atq; Reba, quinq; reges Madian, & Bileam filiũ Beor trucidarunt gladio. Captiuas quoq; duxerunt filij Israel mulieres Madian, atq; pubem eorũ, & cuncta iumenta eorum, [e]omnia pecora eorũ, & omnem substantiam eorũ diripuerunt. Sed & cunctas urbes eorum in quibus fuerunt habitationes eorum, & arces eorum exusserũt igne. Acceptis itaq; uniuersis spolijs, & cuncta [f]præda tam hominum q̃ iumentorum, abduxerunt captiuos, prędam & spolia ad Mosen & ad Eleazar sacerdotem, & ad multitudinem filiorũ Israel in castra quæ erant in campis Moab iuxta Iordanem, [è regione] Hiericho. Egressi sunt itaq; Moses & Eleazar sacerdos atq; omnes principes multitudinis †extra castra illis obuiã. Et Moses iratus est contra præfectos exercitus, nempe cõtra tribunos, & centuriones qui uenerãt è prælio belli. Dixitq; ad eos Moses, Omnes fœminas uos uiuas seruastis? En istæ fuerunt filijs Israel, iuxta †consiliũ Bileam, occasio, ut præuaricarent aduersus DOMINVM in negotio Peor, ut fieret clades in cœtu DOMINI. *Interficite igitur omnẽ marem è pube, interficite quoq; omnẽ fœminam quæ uirũ concubitu experta est. Ex pube autem quęcunq; puellæ uiri concubitũ expertæ non sunt, seruentur uobis uiuæ. Vos uero manete extra castra septem diebus, quicunq; animã interfecit, & qui tetigerit cadauer, purificetur die tertio, & septimo, tam uos q̃ captiui uestri. omnis quoq; uestis, &

Iosue 13. c — Num 13 c — Balaam occiditur. — Gene. 14. c — Num. 25. a — Apoc. 2. c — Num 12 — Iud. 21. b — Num. 19 b

[b] Animam pro ipso homine capi non ignoro, uolui tamen uerba Ebraica adnumerare, ne quid temere & irreligiosius uerterẽ. Etwás uff sich nemmen, est aliquid ligare super animam. Super animam ergo aliquid ligare, est sese ad aliquid obstringere, idq; seueriter, ut uoto aut iuramento.

[c] Adfligere animã, est castigationem aliquam aut abstinentiam suscipere.

[d] Eb. De die in diem.

[a] Vlcisci pro punire. Sic Ebræi ulcisci ultionẽ, id est, persequere iniurias.

[b] Alij, ex chiliarchis, ducibus, præfectis Israelis. Forte Ebræi suo alphe pro innumera q̃q; multitudine, quemadmodum Græci μυρίον πλῆθος utuntur.

[c] Ebræi repetũt, ad prælium.

[d] Alij legunt, uasa sancta.

[e] Quidam legunt, omnem substantiam eorum.

[f] Quidam pro mancipijs exponunt.

Digitized by Google

squidquid est pelliceum, omne quoq; opus ex pellibus caprinis, & omne uas li
gneum [h]expiabitis. Et ait Eleazar sacerdos ad uiros exercitus qui [i]ad prœliũ pro
fecti erant, Hoc est decretum legis, quod †præcepit DOMINVS Mosi. Veruntа Leuit. 6. d 11. e
men aurum, argentũ, [k]æs, ferrum, stannum & plumbũ, quidquid [l]deniq; ignem
fert, per ignem traducatis, ut mundetur, uerũtamen in aquis sparsorijs expietur.
D Quidquid uero ignem non fert, traducatis per aquas. Eluetis insuper uestimen De istis aquis uide supra cap. 19.
ta uestra septimo die, & mundabimini, & tum demum in castra ingrediemini.
Ait uero DOMINVS ad Mosen in hæc uerba, Age censum captæ prædę tam in
hominibus q̃ in iumentis, tu & Eleazar sacerdos, & præcipui patres multitudi Deut. 20. b Iosue 8. f
nis, & diuide [m]prædam inter eos qui in prælium profecti bellũ gesserunt, & in
ter totam multitudinem. Leuando autem tolles DOMINO [n]portionẽ de mili
tibus qui profecti sunt in præliũ, nempe animã unam ex quingentesima quaq;,
tam in hominibus q̃ in armentis, asinis & gregibus. Tolletisq; de dimidia por
tione eorum, ut des Eleazaro sacerdoti Thruma DOMINO. De portione uero
E dimidia filiorum Israel accipies [o]portionem unam de quinquagesimo quoq;,
tam ex hominibus q̃ ex armentis, asinis, gregibus, & cunctis iumentis, & dabis
illa Leuitis, qui obseruant custodias tabernaculi DOMINI. Fecitq; Moses &
Eleazar sacerdos quemadmodũ præceperat DOMINVS Mosi. Fuitq; præda ta Numerus prædæ.
lis, præterq̃ quod diripuit populus exercitus, ouium sexcẽta millia, & septuagin
taquinq; millia: boum septuagintaduo millia, asinorũ unum & sexaginta mil
lia: animæ aũt humanæ ex mulieribus quæ uiros concubitu expertæ non erant,
omnium inquam animarum trigintaduo millia. Dimidia pars uero eorum qui
in bellum profecti erant in numero ouium trecenta millia, & trigintaseptẽ mil
lia, & quingentæ. Portio uero DOMINI de ouibus illis sexcentæ, & septuagin
F taquinq;. Porrò boum trigintasex millia, & portio de illis DOMINO septua
gintaduo. Asinorum triginta millia quingenti, de quibus portio DOMINI se
xaginta unus. Animarum uero humanarum sedecim millia, de quibus portio
DOMINI erat trigintaduę animæ. Dedit ergo Moses portionem Thruma DO
MINI Eleazaro sacerdoti, quemadmodum præceperat DOMINVS Mosi. Por
rò dimidia pars filiorum Israel, quam segregauerat Moses de militibus, dimidia
scilicet pars multitudinis habuit ouium trecẽta millia, & trigintaseptem millia
& quingenta. Boum trigintasex millia, asinorum triginta millia quingẽta: ani
marum uero hominum sedecim millia. De ista dimidia parte filior*um* Israel acce
pit Moses portionem unam de quinquagesimo quoq;, tam ex hominibus q̃ ex
iumentis, & dedit eam Leuitis, qui obseruabant custodiam tabernaculi DOMI
G NI, quemadmodum præceperat DOMINVS Mosi. Accedentes autem ad Mo
sen hi qui pręfecti erant super millia exercitus, nempe tribuni & centuriones, di
xerunt ad Mosen, Serui tui egerunt censum militum qui sunt sub manu nostra,
nec desideratur ex eis ne unus quidem: offerimus itaq; donũ DOMINO, quod
quisq; adquisiuit ornamentorũ aureorum, tibialia, armillas, [p]annulos, inaures,
& torques, ut expiemus animas nostras coram DOMINO. Accepit itaq; Moses
& Eleazar sacerdos aurum istud ab eis, ornamentaq; omnia ex eo facta. Vniuer
si autem auri, quod Thruma DOMINO separarũt à tribunis & centurionibus,
sedecim mille, septingenti, & quinquaginta sicli. Militũ autem qui fuerãt in exer
citu rapuerat quisq; pro se. Accipiens igitur Moses & Eleazar sacerdos aurum à
tribunis & centurionibus, intulit illud in tentoriũ constitutionis in monumen
tum filijs Israel coram DOMINO.

CAP. XXXII.

Rubenitis, Gaditis & dimidiæ tribui Manasse possessiones cis Iordanẽ definiuntur.

A Porrò filijs Ruben fuerũt pecora multa, & filijs Gad copia admodũ multa,
qui uiderunt terrã Iahzer atq; terrã Gilead, & en locus cõmodus pecori. Ve
nerunt

[g] Eb. Vas pelliceũ.
[h] Ebr. Depeccabitis.
[i] Alij legunt, qui è prælio redierant.
[k] Alij dicunt chalybem.
[l] Eb. In ignem uenit uel ingreditur: schema Ebraicum est.
[m] Malkoa, si Rabinis credimus, præda est hominum & animalium, non aliarum rerum.
[n] Alij legunt, censum.
[o] Ebr. Vnum apprehensum.
[p] Ebr. in singulari ponuntur.

Digitized by Google

nerunt ergo filij Ruben, & filij Gad, dixeruntq; ad Mosen, & ad Eleazarum sa-
cerdotem, atq; ad principes multitudinis, Ataroth, & Dibon, Iahzer, & Nimrath,
Hesbon, & Eleale, Sebam, Nebo, & Beon, regio scilicet, quam percussit DOMI-
NVS ante cœtum Israelis, regio est commoda pecoribus, & serui tui habent pe-
cora. Et addiderunt, Si impetramus fauorem coram te, detur regio ista seruis tuis
ut eam possideant, neq; ducas nos ultra Iordanem. Respōdit autem Moses filijs
Gad, & filijs Ruben, Num ergo fratres uestri ad pugnam ibunt, & uos hic sede- B
bitis? Cur retrahitis cor filiorum Israel, quo minus transeant in terram quam de-
Num. 13.c dit eis DOMINVS? Sic quoq; fecerunt patres uestri, quum mitterem eos ex Ka-
des Barnea ut perlustrarent terram. Ascenderant enim usq; ad torrentem Eschol
lustrantes terram, sed retraxerunt cor filiorum Israel, ut renuerent ingredi terram
quam dedit eis DOMINVS. Et exarsit ira DOMINI eodem die, ut iuraret hisce
Num. 14.c uerbis, Non uidebunt uiri illi qui ascenderunt ex Aegypto, ab eo qui uiginti na
tus est annos & supra, terrā quam iuraui Abrahamo, Isaac & Iacob, eo quod non
[a] perfecerunt post me, præter Caleb filium Iephunæ Kenizeū, & Iehosua filium — a Hoc est, nō sunt me perfecte sequuti, aut non perfecerūt nego tium à me cœptum.
Nun, nam hi perfecte sequuti sunt DOMINVM. Et exarsit ira DOMINI aduer C
sum Israel, ut circūduceret eos in deserto annis quadraginta, donec cōsumeretur
totum hoc sæculum quod peccauerat coram DOMINO. Et en uos loco patrū
uestrorum surrexistis, [b] additamentū scilicet hominum peccatorum, ut adderetis — b Alij multiplicatio.
amplius ad furorem DOMINI aduersus Israelē. Si post eum auersi fueritis, per-
mittet ut hi quoq; diutius in deserto maneant, sicq; totum populum istum perde
tis. Et accedentes ad eum dixerunt, Septa ouiū extruemus hic pecoribus nostris,
& oppida pro pube nostra, nos autem armati festinabimus ante filios Israel, do- D
nec introduxerimus eos in locū suū, pubes uero nostra manebit in oppidis mu-
nitis, ut tuti sint [c] à habitatoribus terræ. Non reuertemur ad domos nostras, do- — c Eb. A facie habitatorum terræ.
nec quisq; ex filijs Israel occupet suā hæreditatē. Nam nos nullā recipiemus hæ-
reditatem trans Iordanem & ultra, quandoquidē ad nos peruenit hæreditas no-
Ios. 1.a stra cis Iordanem ad orientem solem. Moses ergo dixit ad eos, Si rem istam feceri
tis, ut proficiscamini antepilani coram DOMINO in bellū, transieritq; quisq; ex
uobis armis instructus Iordanē coram DOMINO, tantisper dum ipse expulerit
hostes suos ante se, terraq; subacta fuerit coram DOMINO, tum tandem reuerti
potestis, eritisq; innoxij apud DOMINVM, & apud Israelem, eritq; terra ista in
possessionē uobis corā DOMINO. Si uero non sic feceritis, en peccastis in DO- E
MINVM, & intelligetis peccatum uestrum quum [d] apprehenderit uos. Extruite — d Ebr. Quum inueni et uos.
uobis oppida pubi uestræ, & septa gregibus uestris, quodq; ex ore uestro prodijt,
facite. Responderunt ergo Gaditæ & Rubenitæ Mosi, & dixerūt, Serui tui facient
quemadmodū dominus meus iubet. Pubes nostra, uxores nostræ, pecora nostra,
& cuncta iumenta nostra manebunt hic in urbibus Gilead, serui autē tui transi-
bunt omnes armati ad pugnam ac bellū coram DOMINO, quemadmodū do-
minus meus loquitur. Et præcepit eis Moses, nempe Eleazaro sacerdoti, Iehosua
Ios. 4.c filio Nun, & præcipuis patribus tribuum filiorū Israel. Dixitq; Moses ad eos, Si
transierint filij Gad & filij Ruben uobiscū Iordanem, omnes scilicet ad bellū ac-
cincti coram DOMINO, ut terra coram uobis subijciatur, dabitis eis terram Gi F
lead in possessionem. Si uero non transierint uobiscū armati, capient hæreditatē
in medio uestri in terra Chanaan. Et responderunt filij Gad & filij Ruben in
hunc modum, Quod loquutus est DOMINVS seruis suis, sic faciemus. Transi-
bimus armati coram DOMINO in terram Chanaan, ut nobis maneat possessio
Ios. 13.b hæreditatis nostræ cis Iordanem. Dedit itaq; illis Moses scilicet Gaditis, Rubeni
22.a tis, & dimidiæ tribui Manasse filij Ioseph, regnū Sihonis regis Amorræorū, &
Deut. 3.b regnum Og regis Basan, terrā cum ciuitatibus eius in finibus, & ciuitates istius

Digitized by Google

G terræ circunquaq;. Et ædificarũt filij Gad, Dibon & Ataroth atq; Aroër. Item Atroth, Sophan, Iahzer, Iogbeha, Bethnimra, & Betharan ciuitates munitas, & septa gregum. Filij uero Ruben extruxerunt Hesbon, Eleale, Kiriathaim, Nebo & Baalmeon, mutantes nomen, & Sibma, & uocarunt nominibus nomina urbiũ quas extruxerãt. Et abeuntes filij Machir filij Manasse in Gilead, ceperunt eam, expellentes Amorræum qui in ea habitabat. Deditq; Moses Gilead ipsi Machir filio Manasse, & habitauit in ea. Iair uero filius Manasse abijt, & cepit uiculos eorum, uocauitq; eos Hauoth Iair. Nobah quoq; abijt, & cepit Kenath & uiculos eius, uocauitq; eam Nobah ex nomine suo. CAP. XXXIII.

Gen. 50. d

Hauoth uici.

Recensentur mansiones filiorum Israel, refricantur præcepta quædam de exterminandis Chananæis, & demolienda omni idololatria.

Itinerarium Israelitarũ.

A ISte sunt profectiones filiorũ Israel, qui egressi sunt de terra Aegypti iuxta copias suas sub manu Mosis & Aharonis. Et scripsit Moses egressus eorum, eorumq; profectiones iuxta os DOMINI. Et sunt istæ profectiones eorum iuxta egressus eorum. Profecti itaq; sunt de Raemses in primo mense quintadecima die primi mensis, postridie Passah egressi sunt filij Israel manu excelsa, corã oculis cunctorum Aegyptiorũ, quum Aegyptij sepelirent eos quos percusserat DOMINVS in eis, nempe omnia primogenita, & in dijs eorũ ediderat iudicia DOMINVS. Soluentes itaq; filij Israel de Raemses, castra fixerunt in Sucoth. Et profecti de Sucoth, mouerunt castra in Etham, quæ est in extremitate deserti. Et † de Etham profecti, redeunt ad Pi Hahiroth quæ est è regione Baalzephon, posueruntq; castra ante [a] turrim. Et † proficiscentes de Hahiroth, transierunt per mediũ maris in desertum, & euntes iter trium dierũ in deserto Etham, castrametati sunt in Mara. Soluentes uero de † Mara, uenerunt in Helim. Porrò in Helim fuerunt duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, & ibi castra fixerunt. Et profecti ex Elim, castrametati sunt ad mare carectosum. Soluentes autem † à mari carectoso, castra fixerunt in deserto Sin. De Sin profecti, castrametati sunt in Daphka. Et proficiscentes de Daphka, posuerunt castra in Alus. De Alus † autem profecti, castrametati sunt in Raphidim, ubi nulla fuit aqua ut populus biberet. Proficiscentes autem ex † Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai. De deserto Sinai soluerunt, & castra fixerunt in Kibroth Hataafa. Et proficiscentes de Kibroth Hataafa, castra posuerunt in Hazeroth. Proficiscentes de † Hazeroth, castra posuerunt in Rithma. Et de Rithma proficiscẽtes, castrametati sunt in Rimon Paretz. Profecti de Rimon Paretz, castrametati sunt in Libna. De Libna profecti, castrametati sunt in Rissa. De Rissa soluentes, castra fixerũt in Kehelatha. Profecti autem de Kehelatha, castrametati sunt in monte Sepher. Et proficiscentes de monte Sepher, castra fixerunt in Harada. Et proficiscentes de Harada, castra fixerunt in Makheloth. Profecti de Makheloth, castrametati sunt in Thahath. Et proficiscentes de Thahath, castra fixerunt in Thara. De Thara soluerunt, & castra mouerũt in Mithka. Proficiscentes de Mithka, castrametati sunt in Hasmona. Et profecti de † Hasmona, castra fixerunt in Moseroth. De Moseroth profecti, castrametati sunt in Bene Iaakon. Et soluentes de Bene Iaakon, castra fixerũt in Hor Gidgad. Profectiq; de Hor Gidgad, castra fixerunt in Iatbatha. De Iatbatha soluentes, castrametati sunt in Abrona. Proficiscentes de Abrona, castra fixerunt in Ezion Gaber. Et proficiscentes de Ezion Gaber, castrametati sunt in deserto Zin, quæ est Kades. De † Kades soluentes, castra posuerunt in monte Hor, qui est in finibus E terræ Edom. In quem montem * Hor Aharon sacerdos ascenderat iuxta os DOMINI, ibiq; mortuus erat, anno quadragesimo exitus filiorũ Israel de terra Aegypti, in mense quinto, primo die mensis. Fuitq; Aharon natus centũ & uigintitres annos, quum moreretur in monte Hor. Et audiuit Chananæus rex † Arad, qui habitabat

Exod. 14.

Exod. 12. f

Exod. 13. e

Exo. 14. a e

a Quidam Migdal proprium legunt.

Exod. 15. d 16.

Exod. 16. a

Exod. 17. a

Exod. 19. a

Num. 11. a

Num 21. d

Num. 13. a

Deut. 10. b

Num. 20. a

* Nũ 20. d

Deut. 32. g

Num. 21. a

habitabat uersus Meridiem in terra Chanaan, aduentũ filiorũ Israel. Et profecti sunt de monte Hor, castrametatiq; sunt in Zalmona. De Zalmona profecti sunt,
Num. 21. c & fixerunt castra in Phunon. De † Phunon profecti, castra fixerũt in Oboth. De Oboth soluentes, castrametati sunt in Ie Abarim, & in termino Moab. Profecti F de Iim, castrametati sunt in Dibon Gad. Et profecti de Dibon Gad, castra fixerũt in Almon Diblataim. Soluentes autẽ de Almon Diblataim, castrametati sunt in montibus Abarim corã Nebo. Et proficiscentes de montibus Abarim, castrametati sunt in campis Moabiticis ad Iordanem Iericho. Posuerunt autem castra ad Iordanẽ à Beth Iesimoth usq; ad Abel Sittim in campis Moabiticis. Porrò in campis Moabiticis ad Iordanem scilicet Iericho, loquutus est DOMINVS ad Mosen
Exo. 23. 34 in hanc sententiã, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Quandoquidẽ iam Iordane transmisso, terram Chanaan introibitis, expelletis omnes habitatores re- G gionis illius ante uos, & perdetis omnia simulachra eorũ, & omnes fusiles imagines eorum confringetis, et omnia excelsa eorum diruetis. Accepta autẽ terra in hæreditatẽ, habitabitis in ea, nam ego dedi uobis illam terrã, ut eam possideatis. Distribuetis aũt terram in hæreditatẽ, idq; sorte secundũ familias uestras: quorum multi sunt, ijs augebitis hæreditatẽ suam, & quorũ sunt pauci, ijs minorẽ dabitis hæreditatẽ, ut cuiq; illic sors educta fuerit, sic maneat ei, & diuidetis hæreditatem secundũ tribus patrũ uestrorũ. Quod si habitatores illius terræ non eieceritis ante uos, futurum est, ut hi quos residuos ex eis feceritis, sint sudes præacuti in oculis uestris, & lanceæ lateribus uestris, adfligentq; uos in terra quã incoletis. Tum fiet, ut uobis faciam quæ illis facere decreueram. CAP. XXXIIII.

Definiuntur limites terræ Chanaan, & hi qui terram diuidere debent.

ET loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Præcipe filijs Israel, & dices A ad eos, Quum uos ueneritis in terram Chanaan, sit hæc terra quæ cedet uo-
Iosue 15. a bis in hæreditatem, terra scilicet Chanaan cum limitibus suis. Sit autẽ latus meridianum à deserto Zin secundum Edom, & sit uobis limes meridianus à fine maris salsi ad Orientem. Et circumeat uobis limes à Meridie ad ascensum Akrabim, & transeat usq; ad Zin, sintq; exitus eius ab Austro in Kades Barnea, exeatq; in Hazar Adar, & transeat in Azmon. Reflectat iam limes ab Azmon ad torrentem Aegypti, termineturq; mari. Porrò occiduus limes sit uobis mare magnum, is sit B uobis limes occiduus. Hic uero erit uobis limes septentrionalis, à mari magno signabitis uobis montẽ Hor, de monte uero Hor describetis ubi itur in Hamath, eruntq; exitus limitis Zedad. Et exibit limes ad Ziphron, termineturq; Hazar Enan, is sit uobis limes septentrionalis. Signabitis deinde uobis limitẽ Orientis, ab Hazar Enan in Sepham. Et descendet limes de Sepham in Ribla ab Oriente Ain, & descendat limes, pertingatq; ad latus maris Cinereth ad Orientem. Et rur- C sus descendet limes ad Iordanem, termineturq; ad mare salsum, atq; hæc sit uobis terra cum limitibus suis circũquaq;. Præcepit itaq; Moses filijs Israel, dicens, Hæc est terra quam sorte distribuetis, quam iussit DOMINVS dari nouem tribubus, atq; dimidiæ tribui. Nam acceperant tribus filiorum Ruben iuxta domos patrũ suorum, & tribus filiorum Gad iuxta domos patrum suorũ, atq; dimidia tribus Manasse, acceperant inquam hæreditatem suam. Duæ tribus & dimidia in quam tribus acceperant hæreditatem suam cis Iordanem Iericho ad orientẽ solem. Loquutusq; est DOMINVS ad Mosen hisce uerbis, Hæc sunt nomina uirorũ qui distribuent uobis terrã, Eleazar sacerdos, & Iehosua filius Nun. Singulos quoq; D principes ex singulis tribubus accipietis ad distribuendã terram. Hæc uero sunt
os. 24. a nomina uirorũ. De tribu † Iuda, Caleb filius Iephunæ. De tribu filiorũ Simeon, Samuel filius Amihud. De tribu Beniamin, Elidad filius Cislon. De tribu filiorum Dan, princeps Buki filius Iagli. De filijs Ioseph pro tribu filiorũ Manasse,

Digitized by Google

princeps Haniel filius Ephod. De tribu uero filiorũ Ephraim, princeps Kemuel filius Siphtan. De tribu filiorum Zebulon, princeps Elizaphan filius Parnach. De tribu filiorum Isachar, princeps Paltiel filius Azon. De tribu filiorum Aser, princeps Ahihud filius Schlomi. De tribu filiorum Naphtali, princeps Pedahel filius Amihud. Isti sunt quibus præcepit DOMINVS, ut hæreditatẽ diuiderent filijs Israel in terra Chanaan.

CAP. XXXV.

Quæ sit Leuitarum pars. Vrbes refugij definiuntur, & de homicidiorum differentia.

A LOquutus est DOMINVS ad Mosen in campis Moabiticis iuxta Iordanem Iericho in hanc sententiam, Præcipe filijs Israel, ut dent hæreditate possessionis suæ Leuitis oppida ad habitandum, & agros suburbanos ad oppida per ambitum eorum dabitis Leuitis. Oppida ista habebunt, ut in eis habitent: suburbanos uero eorum agros habebunt pro iumentis suis, pro familia sua, & pro cunctis animalibus suis. Suburbani uero agri quæ Leuitis dabitis iuxta oppida, [porrigentur] à muro oppidi extra mille cubitis circunquaque. Dimetiemini autem foris extra oppidum orientale latus bis mille cubitos, & latus meridionale bis mille cubitos, & latus occidentale bis mille cubitos, & latus septentrionale bis mille cubitos: oppidum uero ipsum sit in medio. Hi erunt suburbani agri ipsis ad oppida. De oppidis autem quæ Leuitis dabitis, erunt sex oppida refugij, quas constituetis, ut illuc confugiat homicida, & ultra hæc dabitis quadragintaduo oppida, ut scilicet cuncta oppida quæ Leuitis dabitis, sint quadragintaocto oppida, Iosu.21.a Iosu.21.a Deut.4.f

B ipsa & suburbani agri eorum. Et oppida quæ dabitis, erunt de possessione filiorum Israel: qui multa habent, multa dabunt: ab his autem qui pauca habent, pauca accipietis, quisque iuxta hæreditatem suam quam hæreditate accepit, dabit Leuitis de oppidis suis. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dic ad eos, Quum uos transmisso Iordane ueneritis in terrã Chanaan, constituetis uobis ciuitates, quæ sint uobis ciuitates refugij, ut illuc confugiat omnis homicida qui interfecerit animam per imprudentiam. Et erunt uobis ciuitates illæ asyla à uindice, ut non interficiatur homicida, donec stare possit coram cœtu ad iudicium. Ciuitatũ autem quas dabitis pro asylis, sint uobis sex. Tres ciuitates dabitis cis Iordanem, & tres ciuitates dabitis in terra Chanaan, & hæ ciuitates asyla erunt. Sex istæ ciuitates asyla erunt, tam filijs Israel, quàm incolis & inquilinis qui inter eos habitant, ut illuc confugiat quicunque cædem animæ perpetrauerit per imprudentiam. Si quispiam ferit aliquem telo ferreo ut moria- Deut.19.a Iosu.20.a

C tur, is homicida est, morte multetur homicida talis. Et si ferit illum lapide manuario, quo quis mori potest, ut moriatur, is est homicida, debetque homicida talis morte multari. Aut si telo ligneo, quo quis mori potest, illum ferierit ut moriatur, homicida est, & morte multetur homicida talis. Vindex sanguinis ipse interficiet homicidam illum, quum scilicet in eum incurrit interficiet eum. Quod † si odio eum pulsauerit, aut [quidpiam] in eum iecerit ex insidijs, & is mortuus fuerit, aut ex inimicitia manu sua percusserit eum ut moriatur, morte multetur homicida, homicida enim est, uindex sanguinis interficiat homicidam illum ubicunque deprehenderit eum. Si uero subito absque inimicitia pulsauerit eum, aut quodcunque telum super eum iecerit absque insidijs, aut iecerit in eum quemcunque lapidem, ipso non uidente, (quo quis mori possit,) ut fuerit mortuus, nec fuit inimicus eius, nec malum fuit ei machinatus, iudicabit cœtus inter homicidam & uindicem sanguinis super huiusmodi causis, erueteque cœtus homicidam è manu uindicis sanguinis, & reducet eum cœtus ad ciuitatem refugij sui, ad quam perfugerat, in qua manebit usque ad mortem summi sacerdotis, qui oleo Deut.19.c

D sancto inunctus est. Quod si omnino homicida talis limitẽ ciuitatis asyli sui quo confugerat

Digitized by Google

confugerat egressus fuerit, & inuenerit eum uindex sanguinis extra limitem ciuitatis asyli sui, & trucidauerit eum uindex sanguinis, reus sanguinis non agetur. Quoniam manere debebat in ciuitate asyli sui, donec moreretur sacerdos magnus, & post mortem magni sacerdotis tum demum homicida in terram possessionis suæ reuerti. Hæc statuta debent uobis esse legitima, etiam ad posteros uestros, in cunctis habitationibus uestris. Quicunque percusserit animam, per testes debet interfici homicida talis, at unus testis non debet testificari ut interficiatur aliquis. Neque recipiatis pretium redemptionis pro uita homicidæ, qui ad mortē condemnatus est, sed omnino interfici debet. Neque recipere debetis pretiū redemptionis ab eo qui confugit ad ciuitatem asyli, ut liceat ei redire in terram, antequam moriatur magnus sacerdos. Ne faciatis ut terra in qua habitatis [a]fallat, sanguis enim facit ut terra fallat, nec potest terra à sanguine, qui in ea effusus est, expiari, nisi per sanguinem illius qui sanguinem fudit. Ne igitur contaminetis terram in qua habitabitis, in cuius medio ego habito. Ego enim DOMINVS qui habito in medio filiorum Israel.

Vnius testimonio nemo condemnandus.

[a] Eb. Ne faciatis terram hypocritam: alii legūt, nē polluatis.

CAP. XXXVI.

Ne hæreditates & possessiones permisceantur, conciliatur Antinomia seu Antilogia.

Accesserunt autem capita patrum de familia filiorum Gilead filij Machir, filij Manasse, de familia filiorum Ioseph, & loquuti sunt coram Mose, & coram principibus & præcipuis patribus filiorum Israel, & dixerunt, DOMINVS præcepit domino meo, ut daretur filijs Israel terra in hæreditatem, idque per sortem. Ad hæc domino meo præceptum est à DOMINO, ut detur hæreditas fratris nostri Zalphead filiabus suis, quas si aliquis ex filijs tribuum filiorum Israel duxerit uxores, auferetur hæreditas earum ab hæreditate patrum nostrorum, adijcieturque hæreditati illius tribus, in quam peruenerunt, & à sorte hæreditatis nostræ separabitur. Deinde quum aduenerit annus iubileus filijs Israel, accedet hæreditas earum ad hæreditatem illius tribus in quam illæ perueniunt, & sic separabitur illarum hæreditas ab hæreditate patrum nostrorum. Et præcepit Moses filijs Israel secundum imperium DOMINI, dicens, Recte loquuntur filij de tribu Ioseph, hoc ergo uerbum est quod præcepit DOMINVS filiabus Zalphead, dicens, Nubant quibus uoluerint, modo familiæ tribus patris sui nubant, sic enim hæreditas filiorum Israel de tribu in tribum non transferetur, quū scilicet quisque ex filijs Israel in hæreditate tribus patrum suorum hæserit. Quin quæcunque filia hæreditatem aliquam possederit in tribu filiorum Israel, nubat uni ex familia tribus patris sui, ut filij Israel quisque possideat hæreditatem patrum suorum, & non transferatur hæreditas de tribu una in aliam, sed quisque adhæreat hæreditati suæ [quam habet] in tribubus filiorū Israel. Quemadmodū itaque DOMINVS præcepit Mosi, sic fecerunt filiæ Zalphead. Nupseruntque Mahla, Thirza, Hagla, Milcha & Noa filiæ Zalphead filijs patruorum suorum, his uidelicet qui erant de familia filiorum Manasse filij Ioseph nupserunt, mansitque hæreditas earum apud tribum familiæ patris earum. Hæc sunt præcepta & iudicia quæ præcepit DOMINVS per manum Mosis filijs Israel in campis Moabiticis iuxta Iordanem [è regione] Hiericho.

Num. 27.a (A)

Iubileus. (B)

Lex specialis.

Tob. 7.d (C)

Lex generalis ex priuata.

Epilogus. (D)

Digitized by Google

Liber Deuteronomij, Hebraice Elle haddebarim.

CAPVT I.

Refricat Moses quedam, & ob oculos ponit eis beneficia dei, simulq; eorum ingratitudinem & pertinaciam taxat.

A HAEC sunt uerba quæ loquutus est Moses ad omnẽ Israelem cis Iordanẽ, in deserto in locis uastis è regione maris carectoli, inter Paran, & inter Tophel, Laban, Hazeroth atq; Dizahab, [a] itinere undecim dierum à Horeb, uia montis Seir ad Kades Barnea. Et factum est in quadragesimo anno, mense undecimo, primo die mensis, quod loqueretur Moses ad filios Israel, iuxta omnia quæ DOMINVS per ipsum mandauit ad eos. Postq̃ percussisset Sihon regẽ Amorræorum, qui habitauerat in Hesbon, & Og regẽ Basan, qui habitauerat in Aschtaroth in Edrei. Cis Iordanẽ in terra Moab statuit Moses apud se explanare legem hanc, & dixit, Titulus Num. 21.

B DOMINVS DEVS noster loquutus est ad nos in Horeb in hanc sententiã, Sat [b] superq; mansistis apud montẽ istum, conuersi soluite, & proficiscimini ad montem Amorræorũ, & ad loca illi uicina, siue sint in planitie, siue in montanis, siue in uallibus, siue in locis [c] sterilibus, siue in littore maris, ad terram Chananæorũ, & ad Libanũ, et ad fluuium illum magnũ, fluuium inquã Euphratem. En tradidi in conspectu uestro terrã, uenite & occupate terrã, quam iurauit DOMINVS patribus uestris Abrahæ, Isaac & Iacob, ut daret [eam] ipsis, & semini eorũ post eos. Tum dicebã ad uos hæc uerba, Non possum uos solus sustinere. Iam DOMINVS deus uester auxit uos, nam estis hodie aucti, ut stellæ cœli, (DOMINVS deus patrũ uestrorũ auctiores uos reddat, ut sitis millecuplo plures q̃ nunc, & bona

C imprecetur uobis, quemadmodũ pollicitus est uobis,) & nunc quomodo ferrem solus molestiã uestram, onus uestrũ, & lites uestras? Adhibete ex uobis sapientes, prudentes, & [d] spectatæ [integritatis] uiros, secũdũ tribus uestras, & constituam eos ut præsint uobis. Tum respondistis mihi, & dixistis, Placet sermo iste quem loquutus es ut faciamus. Tuli itaq; capita ex tribubus uestris sapientes, & spectatæ [integritatis] uiros, & cõstitui eos ut essent principes super uos, tribuni, centuriones, quinquagenarij, decuriones ac præfecti, secundum tribus uestras. Ad hæc præcepi iudicibus uestris tunc temporis, & dixi, [e] Audite [causas] inter fratres uestros, & iudicate iuste inter uirum & fratrẽ eius, & inter peregrinum eius. Non agnosceris facies in iudicio, ut magnum sic & paruũ audiatis, nec quenquã mortalẽ formidetis, iudiciũ enim hoc dei est, omnẽ uero causam difficilem ad me referatis, quam ego audiam. Eodem quoq; tempore præcepi uobis omnia uerba Exod. 18. e Principes quales esse debeant. Leuit 19 c Deut 16. d Prou. 24 c Eccli 42 a

D quæ facere debebatis. Profecti itaq; de Horeb, per uniuersum desertũ uastum & horridum transiuimus, (quod uidistis) per uiam montis Amorræi, sicut præcepit nobis DOMINVS deus noster, & uenimus in Kades Barnea. Tum dixi uobis, Venistis ad montẽ Amorræi, quem DOMINVS deus noster nobis daturus est. Ecce DOMINVS deus tuus dedit coram te terram istã, ascende & occupa, sicut pollicitus est tibi DOMINVS deus patrũ tuorũ, ne timeas neq; terrearis. Accessistis autẽ ad me omnes, & dixistis, Mittemus ante nos uiros qui explorent nobis terrã, qui nobis renuncient per quod iter ascendamus, & ciuitates ad quas ueniemus. Placuit hoc mihi, & tuli ex uobis duodecim uiros, ex quaq; tribu unũ, qui uersi ascenderunt in montem, ueneruntq; ad torrentem Eschol, & explorauerũt eam. Ioan. 7. d Iac. 2. a Num. 13. a

[a] Alij sic, Vndecim dierũ iter est ab Horeb per montem Seir usq; ad Kades Barnea.

[b] Eb. Multum sedere nos.

[c] Nageph alij pro meridie exponunt.

[d] Alij, eruditos aut peritos, gnaros.

[e] Eb. Audire inter fratres, sæpe conuenit aut oportet.

Digitized by Google

eam. Et accipientes in manus suas de fructibus terræ illius, attulerunt ad nos, re- B
nunciaruntq; nobis responsum tale, Bona est terra quam DOMINVS deus no-
ster dat nobis: At uos noluistis ascendere, sed exacerbastis os DOMINI dei uestri,
Nu. 13.14. & murmurãtes in tẽtorijs uestris, dixistis, Quandoquidẽ DOMINVS nos odit,
ideo eduxit nos de terra Aegypti, ut traderet nos in manũ Amorræi, & perderet
nos: quò ascendemus nos? Fratres nostri liquefecerunt cor nostrum, in hoc quod
dixerunt, Populus ille maior & excelsior nobis est, habens urbes magnas, & in
cœlũ usq; munitas, & uidimus quoq; illic filios Enakim. Tum dixi uobis, Ne si-
tis animo cõsternato, neq; timeatis ab illis, DOMINVS deus uester, qui incedit
ante uos, ipse pugnabit pro uobis, secundũ omnia ea quæ fecit uobiscum in Ae-
gypto uobis spectantibus. Quin & in deserto quoq; uidisti quomodo gestarit
te DOMINVS deus tuus, quemadmodũ gestat homo filium suum, in omni uia
quam iuistis, donec ueniretis ad locum istum. Et hac in re nõ credebatis DOMI- F
NO deo uestro, qui præcessit uos in uia, ut exploraret uobis locũ ubi quiescere-
Exod. 13.d tis: † nocte quidẽ [præcessit] in igne ut uideretis uiam in qua incederetis, interdiu
autem in nube. Audiuit itaq; DOMINVS uocẽ uerborum uestrorũ, & indigna
tione cõmotus, iurauit in hanc formam, Nemo ex istis uiris, & ex hac praua ge-
Num. 14.d neratione f uidebit terrã istam bonam, quam iuraui me daturũ patribus uestris, f Eb. Si uidebit.
præter Caleb filiũ Iephunæ, is uidebit eam, atq; ei dabo terrã quam calcauit, atq;
filijs suis, eo quod perfecte impleuit post DOMINVM. Sed & contra me sese
Num. 20.b cõmouit DOMINVS uestri causa, ut diceret, Neq; tu illuc uenies. Iehosua uero
filius Nun, qui corã te stat, is introibit in eam, hunc corrobora, nam is distribuet
hanc terrã Israelitis. Et pubes uestra quam dixistis prædã fore, & liberi uestri qui
hodie inter bonũ & malum nihil discernunt, ij ingredientur illuc, & illis dabo
eam, ipsiq; eam occupabunt. Vos autẽ conuersi proficiscimini uersus desertum G
uiã maris carectosi, & respondentes dixistis mihi, Peccauimus DOMINO, ascen
demus & pugnabimus iuxta omnia quæ præcepit nobis DOMINVS deus no
ster: & accinctus est quisq; armis suis bellicis, mutuoq; adhortati estis ad ascẽden
dum in montem. Et dixit DOMINVS ad me, Dic eis, ne ascendatis, neue pugne
tis, ego enim nõ sum in medio uestri, ne adfligemini ante hostes uestros. Loque-
bar igitur uobis, at uos non audiebatis, sed exacerbantes os DOMINI, insolen-
tes ascendebatis in montẽ: egressusq; Amorræus, qui habitabat in monte illo, ob
uiam uobis, persequutus est uos quemadmodum apes facere solent, & percussit
uos in Seir usq; Horma. Et reuersi fleuistis corã DOMINO, & DOMINVS nõ
audiuit uocem uestram, & non attendit uos. Sedistis itaq; in Kades diebus mul-
tis, secundum dies uidelicet quibus mansistis. CAP. II.

*Excipiuntur gentes aliquot, contra quas pugnare non debebant. Sibon uero tradi-
tus fuit eis.*

Mons Seir VErsi igitur profecti sumus in desertum uiam maris carectosi, quemadmo- A
dum DOMINVS loquutus erat ad me, & circuiuimus montẽ Seir diebus
multis. Et loquebatur DOMINVS ad me, dicens, Satis circuistis montem istum,
uertite ad Aquilonem, & populo præcipe dicens, Vos transibitis limitem fratrũ
uestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, qui timebunt à uobis, cauete igi-
tur diligenter, ne ostendatis uos feroces contra eos, quoniã nihil dabo uobis de
terra eorũ, ne uestigium quidem pedis, quoniam dedi montem Seir ipsi Esau pos
sidendum. Cibum emetis ab eis pecunia ut comedatis, quin & aquã emetis ab
eis argento ut bibatis: nam DOMINVS deus tuus fausta tibi est imprecatus in B
omni opere manuũ tuarum, nouit proficisci tuum in deserto isto uasto his qua-
draginta annis, fuitq; tecũ DOMINVS deus tuus, ut tibi nihil defuerit. Transe-
untes uero à fratribus nostris filijs Esau habitantibus in Seir à uia plana, ab Elath

Digitized by Google

& Ezion Gaber, deflexímus & transiuimus uiam deserti Moab. Dixitq; DOMINUS ad me, Moabitas non premas hostiliter, neq; ferocias in eos bello, quoniã non dabo tibi de terra eius possessionem, quandoquidem filijs Lot dedi [a] Ar possidendam. [b] Emim antea in ea habitarũt, populus magnus & multus, tum etiam procerus ut [c] Anakim, quos Moabitæ uocant Emim, [d] gigantes reputati sunt quemadmodum Enakim. In Seir uero olim habitarunt Horæi, quorum possessionem occuparunt filij Esau, & uastarunt eos ante se, habitaruntq; in loco eorum, sicut fecit Israel terræ possessionis suæ, quam eis DOMINVS dedit. [Dixit itaq;,] Surgite igitur & transite torrentem Zæred, & transiuimus torrentem Zæred. Et dierum quidẽ quibus profecti sumus à Kades Barnea, donec transiremus torrentem Zæred, fuerunt trigintaocto anni, donec uniuersa ætas uirorum qui bello apti erant, consumeretur de medio castrorum, quemadmodum iurauerat eis DOMINVS. Quin & manus DOMINI fuit contra eos, ut perderet eos è medio castrorum, donec plane consumpti essent. Quumq; iam omnes uiri bello apti confecti essent, interijssentq; è populo, loquutus est DOMINVS ad me in hanc sententiam, Tu transis hodie limitem Moab, nempe Ar: & quum appropinquaueris filijs Ammon, ne premas eos hostiliter, neq; ferocias in eos bello, de terra enim filiorum Ammon nihil dabo tibi ut possideas, filijs enim Lot dedi eam possidendam. Terra Rephaim & ipsa reputatur, sederuntq; in ea iam olim Rephaim quos Ammonitæ uocant Zamzumim, populus fuit magnus & multus, tum etiam procerus quemadmodum Enakim, quos DOMINVS excidit ante eos, & occuparunt eos, habitaruntq; [illic] pro ipsis, quemadmodum fecit filijs Esau habitantibus in Seir, quum extirparet Horæos à facie eorum, ut ipsi possiderent eos, habitarentq; [illic] illorum loco in hunc usq; diem. Hauæos quoq; habitantes in Hazerim usq; Gaza, Caphtorim egressi ex Caphtor exciderunt eos, & habitarunt ipsi loco illorum. Surgite itaq;, soluite & traijcite torrentem Arnon, ecce dedi in manum tuam Sihon regẽ Hesbon Amorræorũ atq; terram eius, incipe possidere, & capesse aduersus eum prælium, incipiam hoc ipso die immittere pauorem tuum, & timorẽ tuum super populos qui ubiq; sub cœlo sunt, ut qui uel famam de te audierint contremiscant, & coram te infirmẽtur. Misi ergo nuncios à deserto Kedemoth ad Sihon regem Hesbon cum mandatis pacificis, nempe huiusmodi, Liceat quæso ut transeam per regionem tuam, [e] uia recta ibo, non declinabo neq; ad dexteram, neq; ad sinistram, cõmeatum pecunia uendes mihi ut comedam, & aquam pecunia dabis mihi ut bibam, licet saltem ut pedes transeam, quemadmodum fecerunt mihi filij Esau qui habitãt in Seir, & Moabitæ habitantes in Ar, quousq; traiecero Iordanem, in terram quã DOMINVS deus noster tradidit nobis. Sihon autem rex Hesbon non permisit ut trãsiremus per sua, nã indurauerat DOMINVS deus tuus animum eius, & corroborauerat cor eius ut traderet eum in manum tuam, quemadmodũ hodiernus dies [declarat.] Et dixit DOMINVS ad me, †Ecce cœpi tradere corã te Sihõ & terram eius, incipe occupare, ut possideas terram eius. Egressus itaq; obuiam nobis Sihon, ipse & uniuersus populus eius, ut congrederetur [nobiscum] in Iaza, quẽ tradidit DOMINVS deus noster corã nobis, & percussimus eum, & filios eius, atq; cũctum populũ eius. Cepimus quoq; eodem tẽpore omnes ciuitates eius, & excidimus ad internetionem usq; omnes ciuitates, uiros, mulieres, & pubem, neminem reliquimus superstitem, cæterum iumenta diripuimus nobis, & prædam ciuitatũ quas ceperamus. Ab Aroẽr quæ est ad littus torrentis Arnon, & à ciuitate quæ est in torrẽte usq; ad Gilead, non fuit ciuitas quæ [f] superior esset nobis, DOMINVS deus noster tradidit eas omnes ante nos, duntaxat ad terram filiorum Ammon non accessisti, ad omnem limitem torrentis Iabok, & ad ciuitates montanas, & ad omnia

[Side letters: C, D, E, F, G]

[Left margin notes:]
a Ar oppidi et regionis nomen.
b Emim horribiles et formidãdi homines.
c Anak proprium gigantis nomẽ, deinde Enakim generali uocabulo dicitur.
d Pro gigãtibus alij Rephaim legũt. Sunt autẽ Rephraim ualidi & maximis uiribus homines.
e Hebr. Viam uiã ibo.
f Hebr. Ciuitas alta.

[Right margin notes:]
Moabitæ.
Num. 14.
Filij Ammon.
Heuæi.
Kedemoth oppidum.
Num. 21. c
Amos. 2. a

Digitized by Google

ad omnia quæ præcepit DOMINVS deus noster. CAP. III.

Og rege Basan interfecto, regio ipsius capitur & uastatur, quã Ruben, Gad & dimidia tribus Manasse occupat. Inauguratur Iehosua loco Mosis.

Infra 19.b Num. 21 g VErsi autẽ ascendimus per iter Basan. Et egressus rex Basan occurrit nobis, A
ipse & uniuersus populus eius, ut cõgrederetur nobiscum in Edrei. Tum
dixit DOMINVS ad me, Ne timeas eum, tradidi enim in manũ tuã eum, et cun
Num. 21. e ctum populũ eius, atq; terram eius, tu facies ei †quemadmodum fecisti Sihon re
*Nu. 21. g gi Amorræorũ, qui habitauit in Hesbon. *Tradidit itaq; DOMINVS deus no
ster in manũ nostram etiam Og ipsum, regem Basan, et uniuersum populũ eius,
percussimusq; eum, ut non superesset ei reliquus, & cepimus eodem tempore o-
mnes ciuitates eius, nec fuit ciuitas ulla quã non caperemus ab eis, sexaginta ci-
uitates, per uniuersum tractũ Argob regni Og in Basan. Erantq; omnes istæ ur
bes altis muris, foribus & repagulis munitæ, præter ciuitates quæ muros nõ ha
bebant, quarũ erant admodum multæ. Has ad internecionem usq; excidimus,
sicut feceramus Sihon regi Hesbon, uastando funditus [a]omnes urbes, uiros, mu
lieres & pubem. Cuncta tamen iumẽta, & spolia ciuitatum diripuimus nobis.
Ademimus itaq; eodem tempore terram istam de manu duorũ regum Amorræo B
rum quæ erat cis Iordanem, à torrente Arnon usq; ad montem Hermon. (Por-
rò Sidonij uocant [montem] Hermon Sirion, & Amorræi uocant eum Senir)
omnes ciuitates in planitie sitas, & uniuersam Gilead, atq; omnẽ Basan, usq; ad
Salcha & Edrei, quæ erant ciuitates regni Og in Basan. Solus enim Og rex Ba-
san remanserat ex reliquijs Rephaim, & [b]en lectus eius erat lectus ferreus, qui
adhuc uisitur in Rabbath filiorũ Ammon, nouẽ cubitos habet longitudo eius,
& quatuor cubitos latitudo eius iuxta cubitũ uirilem. Et hanc quidẽ terram oc-
cupauimus tum, ab Aroer quę est ad torrentẽ Arnon, & dimidiũ montis Gilead,
Num. 32. f & ciuitates eius †dedi Rubenitis & Gaditis, reliquã uero partem Gilead, & uni
uersam Basan, regnũ uidelicet Og, dedi dimidiæ tribui Manasse, omnem scilicet
Basan terra gigantum. tractũ Argob cum tota Basan, quæ & ipsa uocabatur terra Rephaim. Iair filius C
Manasse occupauit omnem tractũ Argob usq; ad limitem Gesuri & Maachati,
& nominauit ea [loca] iuxta nomen suum, Basan [c]Hauoth Iair usq; in hodier-
num diẽ. Ipsi Machir uero dedi Gilead. Porrò Rubenitis & Gaditis dedi de Gi-
lead, usq; ad torrentem Arnon, medium torrentis, & limitem, usq; ad Iabok tor-
rentem, qui limes est filiorũ Ammon. Vasta quoq; loca & ipsum Iordanem atq;
limitẽ à Cinereth usq; ad mare solitudinis, mare uidelicet salis, sub scatebris [d]col
lis ad Orientẽ. Eodem tempore præcepi uobis, dicens, DOMINVS deus uester
dedit uobis terrã istam, ut possideatis eam, in primo pilo transibitis ante fratres
Num. 32. uestros filios Israel, omnes scilicet [e]qui uiri estis: tantum uxores uestræ, pubes ue
stra, & pecora uestra (scio enim q; multum pecoris uobis est) manebunt in ciui
tatibus uestris quas dedi uobis, donec dominus requiẽ dederit fratribus uestris,
sicut uobis, & occupauerint ipsi quoq; terrã, quam DOMINVS deus uester de-
dit eis ultra Iordanem, tum reuertemini quisq; ad possessionem suam quam de-
Num. 27. d di uobis. Et ipsi †Iehosua præcepi eodem tempore hisce uerbis, Viderunt oculi D
tui cũcta quæ fecit DOMINVS deus uester duobus istis regibus, sic faciet omni
bus regnis ad quæ tu iam transis. Ne timueritis eos, quia DOMINVS deus ue
ster ipse pugnabit pro uobis. Oraui autem illo tempore ad DOMINVM, dicẽs,
Domine deus tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, & manum
tuam robustam, (quis enim est deus in cœlis aut in terra, qui faciat secundũ ope-
ra tua, & potentiam tuam?) liceat quæso ut & ego transeam & uideam terram
Deut. 31. & istam bonam quæ est ultra Iordanem, montemq; illum bonum & Libanum. At
34. a DOMINVS †commotus aduersum me uestri causa, nõ exaudiuit me, sed dixit

[a] Alij legũt, omnes uiros urbium.

[b] Eb. An non ipse est in Rabbath.

[c] Hauoth uillæ aut pagi.

[d] Pisga quidam proprium relinquunt.

[e] Ebr. Filij roboris.

Digitized by Google

ad me DOMINVS, Sat tibi sit, ne quid amplius hac de re ad me loquaris: ascende in uerticem [f] collis, & sublatis oculis tuis ad [g] mare, ad Septentrionem, ad Meridiem, & ad Orientem, circũspice oculis tuis, quia non traijcies Iordanẽ istum. Et præcipe ipsi Iehosua, robora & anima eum, quoniam ipse præcedet populum istum, & ipse sorte diuidet eis terram istam quam uides. Mansimus uero in ualle è regione domus Peor.

f Quidã Pisga montis nomen putant: alij collem interpretantur.

g Mare pro occidẽte ponunt Ebræi.

CA. IIII.

Post refricationem diuinorum beneficiorum, legem dei eis refricat & commendat. Definiuntur Asyla.

A Audi igitur Israel statuta & iudicia quę ego doceo uos, ut faciatis, utq; uiuatis, introeatis, & possideatis terrã quam DOMINVS deus patrum uestrorum dat uobis. Ad uerbum meum quod ego præcipio uobis, nihil adijcietis, nihil item ei detrahetis, ut obseruetis præcepta DOMINI dei uestri, quæ ego præcipio uobis. †Oculi uestri uiderunt quæ fecit DOMINVS in Baal Peor, nam omnem uirum qui incessit post Baal Peor, hũc perdidit DOMINVS deus tuus è medio tui. Vos contrà qui adhæsistis DOMINO deo uestro omnes, etiãnum hodie, uiuitis. Ecce docui uos statuta & iudicia, sicut pręcepit mihi DOMINVS deus meus, ut sic faciatis in medio terræ ad quam uos uenitis ut eam occupetis. Custodietis itaq; & facietis, hæc enim est sapientia & intelligentia uestra coram populis qui audient omnia statuta ista, ut dicant, Duntaxat populus sapiens &
B intelligens est gens hæc magna. Quæ eñ gens magna est, quæ sic habeat deum suum sibi amicum & familiarem, quemadmodũ DOMINVS deus noster est in omnibus quibus inuocamus eum? Et quæ gens magna est, cui sint statuta & iudicia iusta, secundum uniuersam legem istam quam ego propono uobis hodie? Modo caue tibi, & custodi animũ tuum diligenter, ne unq̃ obliuiscaris eorũ quæ uiderunt oculi tui, & ne fortè recedant à corde tuo cunctis diebus uitæ tuæ, sed †nota facias ea filijs tuis, & nepotibus tuis. Diem pręsertim quo stetisti corã DOMINO deo tuo in Horeb, quum diceret DOMINVS ad me, Congrega mihi populũ, & faciam ut audiant uerba mea, quæ discant, ut timeant me cunctis diebus quibus ipsi uicturi sunt super terram, & filios suos doceant. Accessistis autẽ & stetistis sub monte, mons aũt ardebat igne ad [a] mediũ cœli usq;, in quo erant tenebræ, nubes & caligo, loquebaturq; DOMINVS ad uos de medio ignis, & quidẽ uocem uerborũ uos audiebatis, at simulachrũ nullum uidebatis, ultra uocem. Tum promulgabat uobis fœdus suũ quod præceperat uobis ut faceretis,
C decem uerba nẽpe, quæ scripsit super tabulas duas lapideas. Mihi uero eodẽ tempore præcipiebat DOMINVS, ut docerẽ uos statuta & iudicia, ut faceretis ea in terra, in quã transitis ut eam possideatis. Cauete ergo accurate, q̃ chara uobis est anima uestra (quandoquidẽ nullũ omnino simulachrũ eodem die, quo loquutus est uobiscũ DOMINVS in Horeb è medio ignis, uidistis) ne [b] forte peruerse quid agatis, faciendo scilicet uobis sculptile simulachrũ cuiuscunq; figuræ, formam maris aut fœminæ, formã cuiuscunq; animantis quæ est in terra, formam cuiuscunq; uolucris pennatæ quæ uolat in cœlo, formã cuiuscunq; reptantis super terram, formã cuiuscunq; piscis qui est in aquis sub terra. Et ne fortè attollas oculos tuos in cœlos, & uisis sole, luna, stellis cum uniuerso exercitu cœlorum, prosternaris, & adores colasq; ea, quæ distribuit DOMINVS deus tuus omnibus populis sub uniuerso cœlo. Vos aũt assumpsit DOMINVS, atq; eduxit uos de [c] fornace ferrea, de Aegypto scilicet, ut essetis ei in populũ & hæreditatem, ut hæc dies [declarat.] Cõmouitq; se DOMINVS aduersum me uestri causa, ut iu
D raret ne trãsirem Iordanẽ, neq; introirẽ in terrã illam bonã, quam DOMINVS deus tuus dat tibi in hæreditatẽ, sed morerer in hac terra, & non transirẽ Iordanem, uos aũt transibitis & possidebitis terrã istam bonam. Cauete ergo ne quan

do

Addere aut detrahere uerbo dei, est illud peruertere.

Num. 25. a Recens factũ allegat.

Adhærere domino.

Vera sapiẽtia ex obseruatione diuinæ legis.

Quid docẽdi filij.

Exod. 19. c

a Ebr. Cor cœli.

b Eb. Ne corrumpatis.

Simulachrũ non uenerandũ.

c Fornax ferrea pro miserrima ac grauissima seruitute.

Digitized by Google

Simulachrū ne fiat ut adoretur.

do obliuiscamini fœderis DOMINI dei uestri quod pepigit uobiscū, ut faciatis uobis sculptile, aut simulachrū cuiuscunq; rei quod prohibuit tibi DOMINVS deus tuus, quia DOMINVS deus tuus ignis consumens est, & deus indigne ferens. Si genueris filios & nepotes, & [b]cōmorantes in terra peruerse egeritis, faciendo scilicet quancūq; sculptā imaginem, feceritisq; malū in oculis dei tui, ut ad iram prouoces eum: obtestor contra uos hodie cœlū & terram, q subito peribitis de terra, ad quā uos traiecto Iordane transitis, ut eam possideatis, nec prolongabitis dies sup eam, sed omnino exterminabimini. Disijciet uos DOMINVS in populos, & reliqui eritis pauci numero in gētibus, ad quas uos DOMINVS ducturus est. Seruietisq; ibi dijs qui sunt opus manuū hominis, nempe ligno & lapidi, qui non uident, neq; audiunt, neq; comedunt, neq; odorantur. Inde tum [e]quæres DOMINVM deum tuū, atq; inuenies, siquidē eum inuestigaueris toto corde tuo, atq; toto animo tuo. Quū fueris in adflictione, & deprehenderint te omnia quę hic dicūtur, tum [f]tandē reuerteris ad DOMINVM deum tuū, & obedies uoci eius, nam deus [g]misericors, est DOMINVS deus tuus, nō faciet te languere, neq; disperdet te, neq; obliuiscetur fœderis patrū tuorum quod illis iurauit. Etenim sciscitare, idq; à priscis temporibus quæ ante fuerūt, ex eo die quo creauit deus hominem super terrā, & [percurrite] ab extremitate cœli usq; ad extremitatem cœli, si unq̄ facta sit huiusmodi res magna, aut audita sit similis huic. Num audiuit unq̄ populus uocem dei loquētis de medio ignis, (sicut tu audiuisti,) & uiuus mansit? Aut tentauit ne deus, ut ingrederetur & tolleret sibi gentem è medio gentis, per tentationes, signa, prodigia, bella, manū ualidam, brachiū exertū, perq; [h]terrores magnos, iuxta quæ omnia fecit uobis DOMINVS deus uester in Aegypto, spectātibus id oculis tuis? Tu per [i]apparitiones edoctus es DOMINVM ipsum esse deū, nec esse alium præter eum. De cœlis fecit te audire uocem suam, ut erudiret te, & in terra ostendit tibi ignē suum magnū, & uerba eius audiuisti è medio ignis. Et quoniā dilexit patres tuos, elegit semen eorū post eos, F

Exod. 13.d †& [k]eduxit te in facie sua uirtute sua magna ex Aegypto, ut gentes magnas et te robustiores ante te eijceret, atq; te introduceret, & daret tibi terrā illarum in hæreditatem, id quod hæc [probat] dies. Agnoscas igitur hodie, & in cor tuum reuoca q DOMINVS ipse est deus in cœlis superne, & in terra inferne, nec est alius: & custodi statuta eius, & præcepta eius quæ ego mādo tibi hodie, ut bene tibi sit, & filijs tuis post te, ut proroges dies super terrā, quam DOMINVS deus tuus dat tibi cunctis diebus. Tum segregauit Moses tria oppida cis Iordanē ad solem G orientem, ut illuc confugeret homicida, qui per imprudentiā proximū suum occideret, neq; odio eum fuerit prosequutus [l]antea, fugeritq; ad unam ex ijs oppi-

Iosue 20.c dis, ut uiuat, nēpe †Bezer in deserto in terra plana Rubenitis, & Ramoth in Gilead Gaditis, & Golan in Basan Manassitis.

Epilogus seu potius parasceue ad sequens caput.

Hæc itaq; lex est, quam proposuit Moses in cōspectu Israelis, hæc sunt testimonia, statuta & iudicia quæ loquutus est Moses ad filios Israel, quū exijssent ex Aegypto, cis Iordanem in ualle iuxta Beth Peor in terra Sihonis regis Amorræorum, qui habitauerat in Hesbon, quem percusserat Moses & filij Israel, quū exijssent ex Aegypto, & occupauerāt terram eius, & terram Og regis Basan, duos reges Amorræorum, qui erant cis Iordanem ad exorientem solem, ab Aroer quæ est ad ripam torrentis Arnon, usq; ad montem Sion, qui & Hermon, & omnem planitiem cis Iordanem ad orientem usq; ad m[illegible]quod est in planitie sub scatebris collis. CAP. V.

Re[illegible]ses leges dei, & populum ut seruent religiosissime obtestatur.

Discēda & faciēda pręcepta dei. Exo. 19.b c

VOca[illegible]oses uniuersum Israelē, & dixit ad eos, Audi Israel ritus & iudi- A cia q̄ eg[illegible]ie loquor in auribus uestris, ut discatis ea, & in hoc seruetis ut faciatis. DO[illegible]S deus noster pepigit nobiscū fœdus in Horeb, non cū pa

b Vehemens numeri heterosis seu enallage.

e Enallage numeri.

f Eb. In postremis diebus.

g Eb. Viscerosus.

h Alij legunt, apparitiones.

i Eb. Tu factus es uidere.

k Enallage personarum.

l Eb. Ab heri & nudius tertius.

Beth Peor, fanum Peor.

Sirion, vt supra 2.3 c

tribus nostris excidit DOMINVS fœdus hoc, sed nobiscū, qui omnes etiānum
hodie hic uiuimus. Facie ad faciē loquutus est DOMINVS nobiscū in mōte de
medio ignis, & ego stans inter DOMINVM & inter uos eodē tempore, annun
ciaui uobis uerbū DOMINI, uos enim timuistis ab igne, nec montē ascēdistis:
sic aūt dixit, Ego DOMINVS deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de [a]do-
mo seruitutis. Non erunt tibi dij alij corā me. Ne feceris tibi statuam cuiuscunq;
effigiei [eius] q̄d est in cœlo desuper, & quod est in terra subtus, & q̄d in aquis
est sub terra: nō adorabis ea, neq; coles ea, quia ego sum DOMINVS deus tuus,
fortis indignabūdus, persequens iniquitatē patrum in filijs, in tertijs & quartis,
B odientibus [scilicet] me, & prosequens bonitate in mille, his qui me diligunt, &
præcepta mea obseruant. Non sumes nomen DOMINI dei tui uane, quia neu
tiquam impunitū dimittet DOMINVS eum qui nomen eius uane sumpserit.
Obseruare diem sabbati [oportet] ut eum sanctifices, quemadmodū præcepit ti
bi DOMINVS deus tuus. Sex diebus operaberis, & cōficies om̄ia negotia tua,
septimo aūt die sabbatū est DOMINI dei tui: non facies ullū opus, neq; tu neq;
filius tuus, filia tua, famulus tuus atq; ancilla tua, bos tuus, asinus tuus, atq; om-
nia iumēta tua, sed & peregrinus tuus qui est intra portas tuas, ut quiescat seruus
tuus, & ancilla tua sicut & tu. Et memineris q; & tu seruus fueris in terra Aegy-
pti, & eduxerit te DOMINVS deus tuus illinc per manū ualidam, & brachium
extentū, [b]idcirco præcepit tibi DOMINVS deus tuus, ut obserues diē sabbati. Ho
nora patrē tuum & matrem tuā, sicut præcepit tibi DOMINVS deus tuus, ut pro
rogentur dies tui, utq; bene tibi sit in terra quā DOMINVS deus tuus dat tibi.
C Ne occidas. Ne sis mœchus. Ne fureris. Ne respondeas contra proximū tuū fal-
so testimonio. Ne concupiscas uxorē proximi tui, neue domū proximi tui desi-
deres, nec agrū eius, nec seruū eius, nec ancillā eius, nec bouem eius, nec asinum
eius, nec quidq̄ quod est proximi tui. Verba hæc loquutus est DOMINVS ad
cunctā congregationem uestrā in monte, de medio ignis, nubis ac caliginis, uo
ce magna, nec quidq̄ adiecit, scribens ea in duas tabulas lapideas, tradensq; eas
mihi. Quumq; audissetis uocem de medio tenebrarū, monte ipso igne ardente,
accessistis ad me, unà cum principibus tribuum uestrarum, & seniorum uestro-
rum, & dixistis, Ecce ostendit nobis DOMINVS gloriā suā, & magnificentiam
suam, & uocem eius audiuimus de medio ignis: hoc ipso die uidimus q; deus
cum homine loquitur, illo uiuo manente. Cur igitur moriemur, ut deuoret nos
ignis ille magnus? Si iterū audierimus uocem DOMINI dei nostri, moriemur.
D Quæ enim unquā caro fuit, quæ audierit uocem dei uiuentis, loquentis de me-
dio ignis ut nos, & uiua mā serit? Accede tu & audi omnia quæ dicturus est DO
MINVS deus noster, & tu loqueris ad nos omnia quæ loquuturus est DOMI
NVS deus noster ad te, & nos audiemus & faciemus. Audiuit aūt DOMINVS
uocem uerborū uestrorum quū loqueremini ad me. Et dixit DOMINVS ad me,
Audiui uocē uerborū populi huius quæ sunt ad te loquuti, rectè senserunt in o-
mnibus quæ sunt loquuti, [c]utinam sit tale cor in eis, ut timeant me, & ut seruent
omnia præcepta mea cunctis diebus, ut bene sit illis & filijs eorū perpetuò. Vade
dic eis, Reuertimini in tentoria uestra, tu uero asta hic iuxta me, & loquar ad te
omnia præcepta, ritus, iudicia quæ doceas illos, ut faciant [ea] in terra quā ego
do eis possidendā. Obseruabitis igitur, ut opere exequamini sicut præcepit uobis
DOMINVS deus uester, ne recedatis neq; ad dexterā, neq; ad sinistram. Per uni
uersum iter quod præcepit DOMINVS deus uester incedetis, ut uiuatis, & be-
ne sit uobis, prorogetisq; dies in terra quam possidebitis.

CAP. VI.

Idem facit quod superiori capite, ad obseruationem mandatorum dei adhortatur, filiosq; suos ea doceant.

Hæc

[a] Ebr. De domo seruorum.

[b] Quidam legūt, ut obserues domino deo tuo diem sabbati, uel ut agas.

[c] Ebr. Quis det.

Solus deus adorādus. Exod. 20. a Leuit. 26. a Psal. 96. b Exod. 34. a

Exod. 20. b Leuit. 19. c Ezec. 20. b Matth. 5. e

Sabbatum. Exod. 20. b Gen. 2. a Heb. 4. b

Parētes honorandi. Exod. 20. c Eccli 3. b Matt. 15. a Mar. 7. b Ephes. 6. a Matt. 5. c. d Rom. 7. b

Ingeniū legis terrere mentem.

Verbo dei adhærendū.

Digitized by Google

Regula o-mnis actio-nũ uerbum dei.
Expositio primi præcepti.

A HAec aũt sunt præcepta, ritus, iudicia, quæ præcepit DOMINVS deus uester, ut [ea] uos docerem, ut faciatis ea in terra ad quã uos transitis & possideatis. Vt scilicet timeas DOMINVM deum tuũ, & custodias omnes ritus eius atq; præcepta eius quæ ego tibi præcipio, tu & filius tuus, atq; nepos tuus cũctis diebus uitæ tuæ, ut prorogentur dies tui. Audies igitur Israel, & seruabis ut facias, ut bene tibi sit, & ut augescaris ualde, sicut pollicitus est DOMINVS deus patrũ tuorum tibi, terrã fluentem lacte & melle. Audi Israel, DOMINVS deus noster DOMINVS unus est, †diliges itaq; DOMINVM deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & pro omni [a]uirili tua. Sint uerba ista quæ ego tibi hodie præcipio in corde tuo, & [b]inculces ea filijs tuis, & loqueris de eis quũ domi tuæ resides, & quum in uia incedis, quum cubitum uadis, & quũ surgis, ligabis deniq; ea in signum ad manũ tuam, eruntq; [c]monumẽta inter oculos tuos, scribes quoq; ea super postes domus tuæ, & in portis tuis. Quum introduxerit te DOMINVS deus tuus in terrã quam iurauit patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & bonas quas tu non ædificasti, domos quoq; plenas omnibus bonis quas tu non impleuisti, & puteos excisos quos tu non effodisti, uineas & oleas quas tu non plantasti, comederisq; & satiatus fueris, caue ne obliuiscaris DOMINI, qui te eduxit de terra Aegypti, de domo seruorum.

Matt. 22.d
Mar 12.c
Luc. 10.e
Initia & fines omniũ operum nostrorum sint in uerbo dei.

B †Diligere non est simpliciter affectu in eum ferri, sed simul studium quoddam significat deo gratificandi, & gloriam eius amplianandi.
[a]Seu, ex omni facultate tua.
[b] Ebr. Acues.
[c] Totaphoth fasciæ frontales, in quibus præcepta scripta erant.

Deus timendus. Soli seruiendum.
Matth. 4.b
Luc. 4 b
Num. 21.b

C DOMINVM deum tuum timebis, & illum coles, iurabisq; per nomen eius. Ne sequamini deos alienos, deos uidelicet populorũ qui circum uos habitant, quoniam DOMINVS deus tuus, qui in medio tui est, deus est indigne ferens, ne forte indignetur uultus DOMINI dei tui contra te, & exterminet te de terra. Ne tenteris DOMINVM deum uestrum, sicut tentastis in Massa. Diligentissime custodietis præcepta DOMINI dei uestri, atq; testimonia eius, & ritus eius quæ præcepit tibi, faciesq; quod rectum & bonũ est ante oculos DOMINI, ut bene tibi sit, ut introeas & possideas terram illam bonam, quam iurauit DOMINVS patribus tuis, ut pellere possis ante te omnes hostes tuos, quemadmodum loquutus est DOMINVS. Quũq; interrogauerit te [d]posteris temporibus filius tuus, dicens, Quid sibi uolunt hæc testimonia, ritus & iudicia quæ præcepit DOMINVS deus noster uobis? Respõdebis filio tuo, Serui fuimus Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos DOMINVS ex Aegypto manu ualida, edidit q; DOMINVS signa & portenta magna & noxia in Aegypto, in Pharaone & in cuncta familia eius, idq; nobis spectantibus, nos uero eduxit illinc, ut introduceret nos, & daret nobis terram quam iurauit patribus nostris, præcepitq; nobis DOMINVS ut faceremus omnia statuta ista, & timeremus DOMINVM deũ nostrum, idq; bono nostro, cunctis diebus, ut uiuamus, quemadmodũ est hodie. Eritq; iustitia nobis, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta ista in conspectu DOMINI dei nostri, sicut præcepit nobis.

Massa tentatio est, hinc loci nomen Exod. 17.b
Præcepta dei filijs inculcanda.
[d] Ebr. Cras.
D

CAP. VII.

Vetatur cõmercium cum impijs, quin potius iubetur ut eos persequatur & eijciat.

A CVm introduxerit te DOMINVS deus tuus in terram ad quã tu proficisceris ut eam possideas, & eiecerit gentes multas ante te, nẽpe Hithæum, Gergesæum, Amorræum, Chananæum, Pherizæum, Hiuæum, & Iebusæũ, septem gentes maiores & robustiores te, tradideritq; eas DOMINVS deus tuus ante te, feries eas, & omnino exterminabis, nec feries cum eis pactũ, neq; miserearis earum, ne iungas cum eis affinitatẽ, filiã tuam ne des filio [a]eius, neq; filiam earum despondeas filio tuo, quoniã auocabit filium tuum à me, seruientq; dijs alijs, & cõmouebitur furor DOMINI contra uos, ut cito te deleat. Sic aũt facies eis, Aras eorum diruetis, statuas eorũ confringetis, lucos eorum succidatis, & sculpta eorum simulachra igne cõburetis. B Nã populus sanctus es tu DOMINO deo tuo, te elegit DOMINVS deus tuus, ut sis ei populus peculiaris præ omnibus popu

Exod. 22.d 34.b
[a] Ebr. Eius, enallage numeri.
Statuæ subuertendæ.

Digitized by Google

lis qui sunt super faciem terræ. Neq; ob id uos tam ardenter dilexit ac elegit DOMINVS, quod plures sitis alijs populis, (quũ sitis pauciores omnibus populis,) sed quia dilexit uos, & seruare uoluit iuramentũ quod iurauit patribus uestris, eduxit uos DOMINVS ualida manu, & redemit te de domo seruitutis, de manu Pharaõis regis Aegypti. Scias itaq; quod DOMINVS deus tuus ipse est deus, deus fidelis, seruans fœdus illud, & misericordiã diligentibus se, & seruantibus præcepta eius in mille sæcula: rependit deniq; ijs qui odiunt eum in facies suas, ut perdat eos, nec tardat, quin ijs qui eum odiũt, in facies[b] suas repẽdat. Custodies itaq; præcepta, ritus & iudicia, quæ ego præcipio tibi hodie, ut facias ea. Quod si audieritis iudicia ista, & custodieritis atq; feceritis ea, seruabit & tibi DOMINVS deus tuus fœdus & beneficentiã, sicut iurauit patribus tuis. Diliget te,[c] fortunabit te, atq; multiplicabit te, fortunabit quoq; fructũ uẽtris tui, & fructũ terræ tuæ, frumentũ tuum, uinũ tuum & oleũ tuum, fœtũ boum tuorũ, & greges pecorum tuorũ, in terra quã iurauit patribus tuis ut daret tibi.[d] Fortunatus eris præ omnibus populis, non erit in te † sterilis, neq; in iumentis tuis. Auferet quoq; DOMINVS à te omnem languorẽ, & cunctas ægritudines Aegypti malas (de quibus tu scis,) nõ inferet tibi, sed ponet eas super uniuersos hostes tuos. Tu deuorabis omnes populos, quos DOMINVS deus tradet tibi: oculus tuus non parcat eis, neq; colas deos eorũ, nam id tibi in laqueum foret. Si dixeris in corde tuo, Plures sunt gentes istę quàm ego, quomodo possem eijcere eas? Ne timueris eas, sed diligenter recole quæ fecerit DOMINVS deus tuus Pharaoni, & toti Aegypto.[e] Tentationes magnas quas uiderũt oculi tui, & signa atq; prodigia, & manũ ualidã, atq; brachium extentũ, per quæ eduxit te DOMINVS deus tuus: sic faciet DOMINVS deus tuus cunctis populis, à quibus tu metuis. Sed & crabrones mittet DOMINVS deus tuus in eos, donec pereant hi qui reliqui sunt, quiq; abscondi ti fuerunt metu tui. Ne consternaris metu illorũ, quoniã DOMINVS deus tuus est in medio tui, deus fortis & terribilis. Eijciet aũt DOMINVS deus tuus gẽtes istas paulatim ante te, nec poteris eas subito excindere, ne forte multiplicentur contra te bestiæ agrestes: sed DOMINVS deus tuus tradet eas coram te, & tumultu magno perdet eas, donec deleuerit eas. Sed & reges earum tradet in manũ tuam, & abolebis nomen earum sub cœlo, nec quisquã consistere poterit corã conspectu tuo, donec uastaueris eas. Sculptilia deorũ ipsarum igne combures, argentum & aurum quod in illis est ne cõcupiscas, ut tibi tollas, ne forte impingas in eo, quoniam abominãda res est DOMINO deo tuo. Ne ergo inferas abominationem in domũ tuam, ne fias Hæremquemadmodũ illud est: omnino execreris illud, planeq; ab eo horreas, Hæremenim est.

Marginal notes: C, D, E (section letters). Deute. 14.c 26.d — [b] Alij legũt, in facie sua. i. manifeste. — [c] Alij legunt, benedicet. — [d] Alij, benedictus. — Exod. 23.d — Idololatræ occidendi. — Dicere in corde, Hebraismus est, pro cogitare intra se. — [e] Forte tentationes pro conatibus. — Exod. 23.e 33.a Iosu. 24.c — Sculptilia comburenda. 2. mac. 12.g — De Hærem Leuit. ult.

CAP. VIII.

Solicitudinem uictus anxiam eximit, ostendens ex præteritis beneficijs & futuris, quantam curam gerat dominus pro suis, modo præcepta eius custodiant.

A OMne præceptũ quod ego tibi præcipio hodie, custodietis ut faciatis, ut uiuatis & multi fiatis, ut introeatis & possideatis terrã quã iurauit DOMINVS patribus uestris. Recorderis cũcti itineris per quod duxit te DOMINVS deus tuus his quadraginta annis per desertũ, ut affligeret te, & tentaret te, ut experimento quodã innotesceret quid esset in corde tuo, num scilicet seruares præcepta eius an minus. Adflixit itaq; te, & passus est te fame laborare, aluitq; te manna, quod nec tu nec patres tui nouerũt, ut scilicet ostenderet tibi, quod † non in solo pane uiuit homo, sed in omni eo quod prodit ex ore DOMINI homo uiuet. Vestimentũ tuum super te uetustate nõ est detritũ, nec pes tuus intumuit hisce quadraginta annis. Sed & hoc expendas tecũ in corde tuo, ut sicut quis castigat filium suum, sic castigat te DOMINVS deus tuus. Custodi igitur præcepta DOMINI dei tui, ut incedas in uijs eius, & ut timeas eum. Quoniã DOMINVS deus tuus introdu-

Marginal notes: B (section letter). Matth. 4.a Luc. 4.a

Digitized by Google

introducet te in terrā bonam: terrā in qua sunt torrentes aquarū, fontes & abyssi
erūpentes ex uallibus & montibus. Terrā in qua est triticū, & hordeum, uineæ, fi
cus, & mala punica, terrā in qua est oleum olearū & mel. Terram in qua absq;
penuria panem comedes, nec quoquā egebis in ea: terram cuius lapides ferrum,
& de cuius montibus chalybem effodies. Quū igitur comederis, & satur factus C
fueris, age gratias DOMINO deo tuo in terra illa bona quā dedit tibi. Caue ne
fortè obliuiscaris DOMINI dei tui, & non custodias præcepta eius atq; iudicia
eius, & ritus eius, quæ ego præcipio tibi hodie, ne fortè comedas, & satur factus
domos pulchras extruas & inhabites. Armenta tua & greges tui augescant tibi,
aurū & argentum multū sit tibi, & quidquid deniq; habes augescat, & hinc ele-
uetur cor tuū, & obliuiscaris DOMINI dei tui, qui te eduxit de terra Aegypti, de
domo seruitutis, qui dux tuus fuit in deserto magno & horribili, [in quo fuerūt]
Num. 20.b 21.b Exod. 16.d 17.a serpentes urentes, scorpiones, & siccitas absq; ulla aqua. Ipse uero prolicuit tibi D
aquā è petra durissima. Ipse te aluit manna in deserto, quod nescierūt patres tui,
ut scilicet adfligeret & tentaret te, atq; sic tibi [a]tandem benefaceret. Ne diceres in [a] Vel, postea.
corde tuo, Virtus mea & robur manus meæ parauit mihi hanc opulentiā. Memi
neris itaq; dei tui, quia ipse est qui dat tibi uirtutem ut opes tibi pares, ut scilicet
confirmet fœdus suū quod iurauit patribus tuis, ut testatur dies hæc. Si uero o-
mnino oblitus fueris DOMINI dei tui, atq; sequutus fueris deos alios, & colue
ris eos, adoraueris q; eos, certissime (quod & testor uobis hodie) peribitis, quem
admodum gentes quas DOMINVS perdidit ante uos, sic peribitis & uos, eo q;
non obedieritis uoci DOMINI dei uestri.

CAP. IX.

Nihil esse uirium humanarum, nihil ergo nobis arrogandum, quum sint unius dei omnia. Damnat Moses eos qui irreligiose de dei iudicijs pronunciant.

AVdi Israel, tu transis hodie Iordanē, ut ingrediaris, & possideas gentes ma A
gnas & robustiores te, ciuitates magnas & munitas in cœlum usq;, popu-
lum magnū & procerum, filios Enakim, de quibus tu nosti & audisti, Quis [a]sta [a] Prouerbij uice iactatum.
ret corā filijs Anak? Scias itaq; hodie, q; DOMINVS deus tuus ipse est qui præ-
cedit te, ignis deuorans, ipse delebit eos, & ipse prosternet eos ante te, ipse exter-
minabit eos, atq; cito perdet eos, quemadmodū pollicitus est tibi DOMINVS.
Ne in corde tuo, cū expulerit eos DOMINVS deus tuus ante te, sic cogites, Pro
pter iustitiā meam introduxit me DOMINVS ut possiderem terrā hanc, [b]nam [b] Vos pro nam, uel sed, sic & ki.
propter impietatē gentium istarum DOMINVS expellet eas ante te. Non pro-
pter iustitiam tuam, & propter rectitudinem cordis tui, tu uenis ut possideas ter-
ram earum, sed propter impietatem gentium istarum DOMINVS deus expel-
lit eas ante te, ut scilicet uerbum quod iurauerat patribus tuis, Abrahamo, Isaac
& Iaacob, inconcussum seruaret. Scias igitur q; non propter iustitiam tuam dat
tibi DOMINVS deus tuus terram istam bonam possidendam, quum sis popu
lus præfractæ ceruicis. Reuoca in mentem, & ne obliuiscaris quomodo irritaue B
ris DOMINVM deum tuum in deserto, ab eo die quo egressus es de terra Ae-
gypti, & uenisti ad locum istum, quàm fueritis rebelles aduersus DOMINVM.
Exod. 17. 19.31.32. Sed & in †Horeb ad iram concitastis DOMINVM, & iratus DOMINVS con
tra uos, uoluit uos excindere, quum scilicet ascēderem in montem, ut acciperem
tabulas lapideas, tabulas fœderis quod DOMINVS ferijt uobiscū, & manerem
in monte quadraginta dies & quadraginta noctes, quādo nec panem comedi,
nec aquam bibi. Et dedit quidem mihi DOMINVS duas tabulas lapideas, scri
ptas digito dei, erantq; in eis [c]omnia uerba quæ loquutus erat DOMINVS uo [c] Eb. Secundū omnia uerba.
biscum in monte de medio ignis, in die comitiorū. Exactis quadraginta diebus
& qdraginta noctibus, dedit mihi DOMINVS duas tabulas lapideas, tabulas
fœderis. Dixitq; mihi DOMINVS, Surge, et festināter hinc descēde, quoniā [d]p- [d] Ebr. Corrupit.

Digitized by Google

peram egit populus tuus quē eduxisti de Aegypto, recesserunt cito de uia quam
C præscripseram eis, fecerunt enim sibi simulachrū fusum. Et rursum dixit DOMINVS ad me in hæc uerba, Vidi populū istum, & en populus est præfractæ ceruicis, [e]sine ut excindam eos & deleam nomen eorū sub cœlo, & faciā te in gentem robustiorē & maiorem q̄ sint illi. Vertens itaq; descendi de monte, mons autem igne ardebat, erantq; tabulæ fœderis in ambabus manibus meis: & uidi, & ecce peccaueratis in DOMINVM deum uestrū, & feceratis uobis uitulum fusum, recesseratis cito de uia quam uobis præscripserat. Et apprehensis duabus tabulis, abieci eas de ambabus manibus meis, atq; confregi eas uobis spectātibus. [f]Prostratus ergo coram DOMINO (ut antea) quadraginta dies & quadraginta noctes, nec panem comedi, nec aquā bibi, propter omnia peccata uestra quę perpetraueratis, faciendo malū in oculis DOMINI, ut eum ad iram prouocaretis. Expaui enim à naso & calore DOMINI quo indignabatur DOMINVS contra uos, ut etiam statuerit uos perdere, sed exaudiuit me DOMINVS etiam tunc. Et aduersum Aharonem quoq; exarsit DOMINVS ualde, uolens delere eum, tum supplicabā & pro Aharone illo ipso tempore. Peccatū quoq; uestrum quod fecistis, nempe uitulum, tuli, & igne illum combussi, & contudi eum molendo, idq; bene, donec puluis fieret tenuis, abieciq; puluerem eius in torrentem qui è monte defluit. Et in Tabera quoq;, in Massa, & †in Kibroth Hataaba irritastis DOMINVM, & quum DOMINVS mitteret uos de Kades Barnea, huiusmodi mādatis, Ascendite & occupate terrā quam dedi uobis, exacerbastis os DOMINI dei uestri, & non credidistis ei, neq; auscultastis uoci eius. Amari fuistis in DOMINVM à die quo uos cognoui. Procidi itaq; corā DOMINO per quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus meipsum prostraui, quoniā decreuerat DOMINVS ꝙ uellet uos delere. Oraui igitur ad DOMINVM, & dixi, Domine deus, ne perdas populū tuum & hæreditatem tuam, quā redemisti magnitudine tua, atq; de Aegypto manu ualida eduxisti. Recordare seruorū tuorum Abrahā, Isaac & Iacob, & ne respicias ad duritiā huius populi, ad impietatem eius, & ad peccatū eius. Ne fortè dicāt in terra de qua eduxisti nos, Non potest eos DOMINVS introducere in terrā quam pollicitus est eis, odio habuit eos, & ob hoc eduxit eos, ut interficeret eos in deserto. En ipsi, populus tuus & hęreditas tua, quos uirtute magna & brachio exerto eduxisti.

e Eb. Desiste à me.

f Ebr. Prostraui ergo me.

Exod. 24. 32. 34.

D Locorū nomina ex euentu. Tabera, incendiū. Massa, tentatio. Kibroth Hataaba, sepulchra cōcupiscentiæ.

Exod. 17. b 21. a Num. 11. a Num. 13. 14.

CAP. X.

Pergit in recensione scelerum eorum, ut eos ad resipiscentiam & gratitudinem adducat, reconciliationis interim mentionem faciens & pacti.

A IN illo tēpore dixit DOMINVS ad me, Scalpe tibi duas tabulas lapideas instar priorū, & ascende ad me in montem, faciesq; tibi arcam ligneam. Et scribam in tabulas illas uerba illa quæ fuerant in prioribus tabulis quas cōfregisti, ponesq; eas in arcam. Feci igitur arcam de lignis Sitim, & scalpsi duas tabulas lapideas instar priorū, ascendiq; in montem, habens duas tabulas in manu mea. Et scripsit in tabulis secundum priorem scripturam, decem uerba quæ loquutus fuerat DOMINVS ad uos in monte de medio ignis in die comitiorum, deditq; eas DOMINVS mihi. Et conuersus descendi de monte, & posui tabulas in arcam quam extruxerā, & sunt ibi, quemadmodū præceperat mihi DOMINVS.
B †Filij aūt Israel proficiscebantur de Beeroth filiorum Iaekan in Mosera, ubi mortuus est †Aharon atq; sepultus, & functus est sacerdotio ꝓ eo Eleazar filius eius. Hinc proficiscebantur in Gudgoda, & de Gudgoda in Iotbata terram quæ torrentes habet aquarū. Tunc temporis separauit DOMINVS tribum Leui, ut portaret arcam fœderis DOMINI, & ut astaret corā DOMINO ad ministrandum ei, beneq; imprecaretur in nomine eius usq; in præsentē diem. Et ob hāc causam nō cessit Leuitis pars & hęreditas cū fratribus suis, sed DOMINVS est hęreditas illorum

Num. 33. d Num. 20. d

Officia Leuitarum.

Digitized by Google

illorum, sicut DOMINVS deus tuus illis loquutus est. Ego autem steti in mon- C
te iuxta priores dies, quadraginta dies & quadraginta noctes, exaudiuitque me
DOMINVS etiam tum, & noluit te DOMINVS perdere. Et dixit DOMINVS
ad me, Surge & præcede in profectione populũ istum, ut ingrediantur & possi-
Timor dei. deant terram quam iuraui patribus eorum, ut traderem eis. Et nunc Israel, quid
DOMINVS deus tuus petit à te, nisi ut timeas DOMINVM deum tuum, & ut
Cor requiritur deus. incedas in cunctis uijs eius, diligas eum, & seruias DOMINO deo tuo toto cor-
de tuo, & tota anima tua: ut scilicet custodias præcepta & statuta eius, quæ ego
præcipio tibi hodie bono tuo. En DOMINI dei tui cœlum est, et cœli cœlorũ, ter
ra quoque & quidquid in ea est, duntaxat tamen in patres tuos amorẽ effudit DO-
MINVS, ut eos diligeret, & eligeret semen eorum post eos, nempe uos, præ om
Circuncisio cordis. nibus populis, ut hodie [uidere licet.] Circuncidite igitur præputium cordis ue- D
stri, & ceruicem uestrã amplius ne induretis, quia DOMINVS deus uester ipse
est deus deorum, & dominus dominorum, deus magnus, fortis & metuendus,
2.Par.19.c Iob 34.b qui † personam non recipit, neque accipit munus. Ipse ius dicit pupillo & uiduæ,
Sap.6.b atque amat peregrinum, ut det illi uictum & uestitum. Diligite igitur & uos pere-
Eccli 35.b Rom 2.b grinum, quia peregrini fuistis in terra Aegypti. DOMINVM deum tuum time,
Gal.2.b & ei serui, adhære ei, & iura per nomen eius. Ipse est laus tua, & deus tuus, qui fe
Epilogus. Deut.6.e cit tecũ magnalia hæc, & terribilia illa quæ uiderunt oculi tui. † Cum septuagin
Matth.4.b ta animabus descenderunt patres tui in Aegyptũ, & nunc posuit te DOMINVS
Luc.4.b deus tuus, & multiplicauit te ueluti stellas cœli. CAP. XI.
†Gẽ.46.c Exod.1. *Exhortatio est ad mandatorum dei obseruationem: argumenta ducuntur à facili, utili, honesto, ut fortius moueat & excitet.*

Dilige itaque DOMINVM deum tuum, & obserua custoditionem eius, ritus A
eius, iudicia eius, & præcepta eius, idque cunctis diebus. Cognoscite hodie
(quoniã non [a] cum filijs uestris, qui non cognouerunt neque uiderunt disciplinã
DOMINI dei uestri,) magnalia eius, manum eius ualidã, & brachium eius ex-
tentum, signa eius & opera eius, quæ fecit inter Aegyptios, Pharaoni regi Aegy
pti, & uniuersæ regioni eius: quæ denique fecit copijs Aegypti, equis eius, atque cur
ribus eius, quomodo reduxerit aquas maris carectosi super eos, dum illi insecta
rentur uos à tergo, perdideritque eos usque in præsentẽ diem: sed & quæ fecit uobis
Num.16.c in deserto, donec ueniretis ad locũ istum: item quæ fecit ipsi † Dathan & Abiram,
& filijs Eliab filij Ruben, dum terra os suum aperiret, & deuoraret eos, simulque
domus eorũ, & tentoria eorũ, & cunctam substantiã eorum [b] quam habebant in
medio uniuersi Israelis. Etenim oculi uestri uiderunt uniuersum opus DOMI-
NI magnũ quod fecit. Custodite igitur omnia præcepta, quæ ego præcipio tibi B
hodie, ut corroborati introeatis & possideatis terram, ad quam uos transitis possi
dendã, & ut prorogetis dies super terrã quam iurauit DOMINVS patribus ue-
stris, ut daret illis atque semini eorum terram fluentẽ lacte & melle. Quoniã terra
ista ad quã tu iam proficisceris ut occupes eam, non est sicut terra Aegypti de qua
egressi estis, ubi seminabas semen tuum, & rigabas [c] pedibus tuis quemadmodũ
hortum olerum. Terra autẽ ista ad quam tu transis ut eam possideas, montes ha-
bet & ualles, & ex aquis cœlestibus irrigatur. Hanc terrã DOMINVS deus tuus
[d] inuisit, suntque oculi DOMINI dei tui iugiter super eam, ab initio anni ad finem
usque. Si itaque diligenter audieritis præcepta mea, quæ ego præcipio uobis hodie,
ut diligatis DOMINVM deum uestrũ, & seruieritis ei toto corde uestro, & toto
animo uestro, dabo pluuiam terræ uestræ suo quoque tempore, pluuiam tempesti-
uam & serotinam, ut colligas frumentum tuum, uinum tuum, & oleum tuum.
Dabo insuper herbam in agro tuo pro iumentis tuis, ut & tu comedas & satieris.
Idololatria fugienda. Cauete autem, ne cor [e] uestrum seducatur, ut recedatis & seruiatis dijs alijs, ado-

[a] Eclipsis hic esse potest, ut subintelligatur, loquor. Aut, quod melius uidetur, sic, Cognoscite hodie quod filij uestri non uiderũt hi, pro quod & planus erit sensus.

[b] Sub pedibus esse, loquutio est, id est, in alicuius potestate esse.

[c] Discurrẽdo scilicet, & per elices ac riuos ex Nilo deriuando.

[d] Hebr. Quærit, id est, dominus custos & uigil est terræ, ut Act. 4.

[e] Alij legunt, Ne cor uestrũ dilatetur, per arrogãtiam scilicet & fastum. Sed melius uidetur, Ne sitis tam stulti ut persuasione aliqua sinatis uobis imponi, ut Ephes. 4. nam omnis idololatria ex uana persuasiõe nascitur.

Digitized by Google

C retisq́ eos, & exardescat ira DOMINI contra uos, claudatq́ cœlũ ne ueniat pluuia, & terra non det prouentũ suum, pereatisq́ cito de terra ista bona, quam DOMINVS dat uobis. Reponite itaq́ uerba ista mea in cor uestrum, & in animum uestrum, eaq́ ut signum ligate ad manum uestram, ut sint ueluti [f] monimentum inter oculos uestros. Docete etiam ea filios uestros, ut serio [g] loquantur de eis, quum desides domi tuæ, & quum es in itinere, quum cubitum uadis, quum surgis: scribes quoq́ ea super postes domus tuæ, & in portis tuis, ut prorogetur dies uestri, & dies filiorum uestrorum super terram, quam iurauit DOMINVS patribus uestris, ut daret eis, tantisper dum dies cœlorum sunt super terram. Si diligenter custodieritis omnia præcepta illa quæ ego præcipio uobis, ut faciatis ea, nempe ut diligatis DOMINVM deum uestrum, & ambuletis in omnibus uijs eius, adhæreatisq́ ei, exterminabit DOMINVS cunctas gentes istas à facie uestra, & uos occupabitis gentes magnas, & quæ robustiores sunt uobis. † Omnis locus quem planta pedis uestri calcauerit, uester erit, à deserto & Libano, à fluuio inquã

D Euphratis, usq́ ad mare ultimum erunt limites uestri. Nemo [h] audebit uobis resistere, quoniam pauorem uestrum & timorem uestrum dabit DOMINVS deus uester super faciem totius terræ quam calcaturi estis, sicut loquutus est uobis. En ego pono hodie in conspectu tuo benedictionem & execrationem. Benedictionem, si obtemperaueritis præceptis DOMINI dei uestri, quæ ego præcipio uobis hodie: execrationem uero, si non obedieritis præceptis DOMINI dei uestri, & recesseritis à uia quã ego præcipio uobis hodie, ut sequamini deos alios, quos non nouistis. Quum itaq́ DOMINVS deus tuus introduxerit te in terram, ad quam tu proficisceris ut eam possideas, pones benedictionem super montẽ Garizim, & execrationem super montem Ebal, qui [i] sunt trans Iordanem post uiam occasus solis in terra Chananæi, qui habitat in planitie è regione Gilgal, iuxta querceta More. Vos transibitis Iordanem, ut introeuntes possideatis terrã, quam DOMINVS deus uester dat uobis, hæreditate accipietis eam, & habitabitis in ea. Obseruate ergo ut faciatis omnia statuta & iudicia quæ ego hodie uobis propono.

CAP. XII.

Explicantur leges diuinæ latius, & ostenditur effectus religionis, quæ se externis fructibus declarat.

A HAec sunt statuta & iudicia, quæ custodietis ut faciatis in terra quã DOMINVS patrum tuorum tibi dedit, ut illam possideas cunctis diebus quibus uicturus es super terram. Omnino [a] uastabitis omnia loca in quibus coluerunt gentes, quas uos occupabitis, deos suos, super montes excelsos, super colles, & sub omni arbore frondosa. Diruetis aras eorum, & statuas eorum confringetis, atq́ lucos eorum igne comburetis, & sculptilia deorũ quos habent concidetis, & abolebitis nomen eorum de loco illo. Vos non sic facietis DOMINO deo uestro, sed eum locum (quem elegerit DOMINVS deus uester ex cunctis tribubus uestris, ut ponat nomen suum ibi, habiteté illic) quæretis, atq́ illò uenietis. Illuc adferetis holocausta uestra, uictimas uestras, decimas uestras, [b] munus liberale manus uestræ, uota uestra, uoluntaria uestra munera, atq́ primogenita armentorum & gregum uestrorum, ibiq́ epulabimini coram DOMINO deo uestro, & lætabimini in omnibus (ad quæ admoliti estis manum uestram) uos & domus uestræ, in quibus benedixit te DOMINVS deus tuus. Ne feceritis iuxta omnia quæ nos hodie hic facimus, unusquisq́ scilicet quod sibi rectũ uisum fuerit. Nec enim adhuc uenistis ad requiem & hæreditatẽ, quam DOMINVS deus tuus da-

B turus est tibi. Quũ uero transmisso Iordane in terra habitaueritis, quam DOMINVS deus uester tradidit uobis possidendam (& requiem uobis dederit de cunctis hostibus uestris qui circunquaq́ sunt, sederitisq́ securi) ad locum quem ele-

gerit

[f] Totaphoth, fasciæ sunt frõtales quibus inscripta sunt præcepta dei.
[g] Alij sic legunt, ut loquantur in eis, id est, mox ut balbutiũt, discant loqui in præceptis domini: & forte melius.
[h] Eb. Non statuet se quis in faciẽ uestrã.
[i] Ebræi cum interrogatione legunt, „An non isti sunt trãs Iordanem: & hac uehementer affirmant.
[a] Aliqui legũt, uastabitis loca cum dijs eorum.
[b] Theruma.

Omnia ad uerbum dei instituenda & publice et priuatim
Ios. 1. a
Benedictio obedientibus uerbo dei.
Deut. 27. b c. d
Idololatria fugienda.
Præcepta dei seruanda.

Digitized by Google

gerit DOMINVS deus uester, ut in eo ponat nomen suũ, adducetis omnia quæ ego præcipio uobis, nempe holocausta uestra, sacrificia uestra, decimas uestras, munus liberale manus uestræ, omnia uota uestra selecta quæ uoueritis DOMINO. Et lætabimini coram DOMINO deo uestro, uos & filij uestri, filiæ uestræ, serui uestri, & ancillæ uestræ, sed & Leuita qui est intra portas uestras, quoniã is nec partem nec hæreditatem habet uobiscum. Caue, ne forte sacrifices holocausta tua in omni loco quem uideris, sed in loco quẽ elegerit DOMINVS in una tribuum tuarum, ibi inquam sacrifices holocausta tua, & illic fac quæcunque ego præcipio tibi. Veruntamen pro omni animi tui desiderio mactabis, & comedes carnem, iuxta benedictionẽ DOMINI dei tui quam dedit tibi, in omnibus portis tuis: tam immundus quàm mundus ex ea comedent quemadmodũ capream

A sanguine abstinendũ.

aut ceruum: modo sanguinem ne edatis, sed in terram effundatis ueluti aquam. Non poteris comedere in portis tuis decimã frumenti tui, nec musti tui, nec olei C tui, nec primogenita armentorum tuorum, & gregum tuorũ, sed nec omnia uota tua quæ tu uoueris, nec uoluntaria tua, nec [c]munus magnificũ manus tuæ, sed coram DOMINO deo tuo comedes ea, in loco quẽ elegerit DOMINVS deus tuus, tu & filius tuus, atque filia tua, seruus tuus & ancilla tua, atque Leuita qui est intra portas tuas, lætaberisque coram DOMINO deo tuo in cunctis, ad quæ admoueris manum tuam.

[c] Thruma

Leuita alendus. Gen. 28 c Deut. 19 c

Caue ne forte deseras Leuitam cunctis diebus tuis super terram tuam. Quum dilatauerit DOMINVS deus tuus limitẽ tuum quemadmodũ pollicitus est tibi, †et dixeris, Comedã carnes, (habet enim animus tuus desideriũ edendi carnẽ) poteris pro omni desiderio animi tui carnes edere. Si uero procul à te fuerit locus quẽ elegerit DOMINVS deus tuus, ut illuc ponat nomen suũ, mactabis de armẽtis tuis et gregibus tuis quę dederit tibi DOMINVS, quemadmodum præcepi tibi, & comedes in portis tuis pro omni desiderio animi tui, & sicut caprea comeditur atque ceruus, sic comedes illa: mundus & immundus pariter uescentur illis, modo in hoc sis firmus, ne sanguinem edas (nam D sanguis est ipsa anima,) ne ergo comedas animam cum ipsa carne: non inquam comedas ipsum, sed eum in terrã ut aquam effunde. Ne comedas ipsum, ut bene tibi sit, & filijs tuis post te, sed fac quod rectum est in oculis DOMINI. Attamen sancta tua quæ fuerint tibi, & uota tua tolles, & uenies ad locum quem elegerit DOMINVS, faciesque holocausta tua, carnem & sanguinem super aram DOMINI dei tui, sanguis uero sacrificiorũ tuorum effundetur iuxta arã DOMINI dei tui, & carnem ipsam comedes. Obserua & audi omnia uerba ista quæ ego præcipio tibi, ut bene tibi sit, atque filijs tuis post te perpetuo: [idque fiet] si feceris quod bonum & rectum est in oculis DOMINI dei tui.

Idololatria fugienda.

Quando succiderit DOMINVS deus tuus ante te gentes ad quas tu uenies ut eas possideas, tuque eas occupas, et in terra earũ habitas, caue tibi ne quando (quũ iam deuastatæ sunt) sectãdo eas illaqueeris: ne scilicet requiras deos earum, dicens, Quemadmodũ gentes illæ deos suos coluerũt, sic ego quoque faciã. Nequaquã sic facies DOMINO deo tuo, nam quidquid abominandũ est DOMINO, quodque odit, fecerunt dijs suis, etenim & filios suos & filias suas igne dijs suis combusserunt. Quidquid ego uobis præcipio, id obseruabitis ut faciatis: ad hoc nihil addes, ab eo nihil detrahes. XIII.

Proponitur hic iudicium doctrinæ & prophetiæ, & qua pœna plectendi falsi prophetæ.

SI surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium somniet, [a]dederitque tibi A aut signum aut portentum, eueneritque signum et portentum quod prædixit tibi, atque is dixerit, Eamus post deos alios (quos non nouisti,) & seruiemus eis:

Tentatur fides nostra miraculis.

non audies uerba prophetæ illius, aut eius qui somniauerit huiusmodi somniũ, quia tentat uos DOMINVS deus uester, nũ sitis amantes DOMINI dei uestri in

[a] Alij sic legunt, et dederitque signũ aut portentum, qui loquutus ad te dixerit, Eamus &c.

Digitized by Google

Relatiua ista omnia emphatikoteros intelligenda sunt, illi, scilicet soli deo, & nulli alij.
[b] Alij legũt, aduersus Dominũ, sed in idem recidit.

toto corde uestro, & in tota anima uestra. Incedite post DOMINVM deũ uestrũ, illum timete, illius præcepta custodite, illius uocem audite, illi seruite, atq; illi adhærete. Propheta autem talis, aut somniorum somniator interfici debet, eo quod defectionem loquutus sit à [b] DOMINO deo uestro (qui eduxit uos de terra Ae
B gypti, & redemit te de domo seruitutis) utq; te depelleret à uia quam præscripsit tibi DOMINVS deus tuus, ut in ea ambulares, & ideo exterminabis malũ è medio tui. Si te clanculum solicitauerit frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia tua, aut uxor gremij tui, aut proximus quẽ ut propriam uitam [amas,] dicendo, Eamus & seruiamus dijs alijs, quos nec tu nouisti, nec patres tui, fuerintq; ex dijs populorum qui circum uos sunt, siue prope fuerint tecum, siue procul à te, ab una extremitate terrę, ad aliam extremitatẽ terræ: ne adquiescas ei, neq; audies eum, nec parcat ei oculus tuus, neq; indulgeas, neq; abscondas eum, sed
C omnino occidas eum, & †manus tua prima sit in eo ut occidatur talis, deinde & manus totius populi. Obrue eum lapidibus donec moriatur, hoc enim molitus est, ut depelleret te à DOMINO deo tuo, qui te eduxit de terra Aegypti, de domo seruitutis. Hoc omnes Israelitæ audiant & timeant, ne ultra designent rem tam nephandam in medio tui. Si in aliqua urbium tuarum, quas DOMINVS deus tuus dat tibi ut in eis habites, audieris hanc famam, Egressi sunt uiri filij Belial è medio tui, & solicitarunt ciues urbis suæ hisce uerbis, Eamus & seruiamus dijs alijs quos non nouistis: inquiras, inuestiges & interroges diligẽter, & si uerũ est & certũ uerbũ illud quod istiusmodi abominatio facta sit in medio tui, omnino
D feries inhabitatores illius ciuitatis [c] gladio, & uastato eam gladio, & quidquid in ea est, etiã iumenta eius. Vniuersa aũt spolia eius cõportabis in medium fori eius, & succendes urbẽ igne, & in uniuersum oĩa spolia eius DOMINO deo tuo, ut sit perpetuo aceruus, nec reædificetur amplius. Nec hęrebit in manu tua quidquã de illo Hærẽ, ut reuertatur DOMINVS à furore iræ suę, et intimo affectu erga te cõmoueatur, misereaturq; tui, & multiplicet te, quemadmodum iurauit patribus tuis. Audies itaq; uocẽ DOMINI dei tui, ut custodias oĩa præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, ut quod rectũ est in oculis DOMINI dei tui facias. XIIII.

Deut. 17. B

[c] Eb. In ore gladij.

Præcipitur populo dei, ne se prophanis gentium ritibus contaminent, & de ciborum discrimine, quod præceptum temporarium fuit.

A FIlij estis uos DOMINI dei uestri, ne ergo laceretis uosipsos, neq; ponetis caluitiũ inter oculos uestros propter mortuũ, nam populus sanctus es DOMINO deo tuo, & te elegit DOMINVS, ut sis ei populus peculiaris præ oĩbus populis qui sunt super superficiẽ terræ. Nihil ergo quod abominandũ est comedas. Hoc est pecus quod comedetis, bouẽ, pecudem ouium, & pecudem caprarũ, ceruum, capream, [a] ibicem, [b] hircoceruum, unicornẽ, urum, & tarandũ. Et omne animal quod separat ungulam, & findit fissuram utriusq; ungulæ, ruminationem sursum reuocans in pecoribus, hoc comedetis. Hoc tamen non comedetis ex his qui ruminationẽ sursum reuocant, & ex his qui ungulã separant ac fissurã, nempe camelum, leporem, & cuniculum, quæ quidem ruminationẽ reuocant, at un-
B gulam non separant, immunda ergo erunt uobis. Et sus tametsi ungulã separat, non tamen ruminat, ideo immundus sit uobis. De carne talium non comedetis, & cadauer eorũ nõ tangetis. Hoc uero comedetis ex omnibus quæ in aqua sunt. Quidquid pinnulas habet & squamas, comedetis: quidquid uero pinnulas & squamas non habet, non comedetis, immundum sit uobis. Omnẽ autem mundã comedetis. Hæc uero sunt de quibus non comedetis, Aquila, accipiter, aquila marina, uultur, pica, & miluus iuxta speciem suam. Omnis quoq; coruus iuxta speciem suam. Struthio, noctua, cuculus, nisus iuxta speciem suam. Nycticorax, bubo, porphyrio, ibis, pelecanus, & mergulus, ciconia, graculus iuxta speciẽ suam.

Leuit. 11. a

[a] Alij legunt bubalũ aut bouẽ syluestrẽ.
[b] Tragelaphum.

Pisces mundi & immũdi.

Aues immundæ.

Vpupa,

Vpupa, & uespertilio. Quidquid ex uolucribus repit, immundum sit uobis, nec comedatur. Omnem uero uolucrē mundam edere potestis. Ne edatis ullũ morticinũ, sed peregrino qui est intra portas tuas dabis illud, ut ipsum comedat, aut uendas ipsum alieno, quia tu populus sanctus es DOMINO deo tuo. Ne coquas hœdum in lacte matris suæ. Exacte decimabis cũctos prouentus sementis tuæ, quos ager singulis annis profundit. Et comedes corā DOMINO deo tuo (in loco quem elegerit ut nomen suum illic ponat) decimam frumenti tui, uini tui, & olei tui, atq; primogenita armentorum tuorum, & gregum tuorum, ut discas timere DOMINVM deum tuum cũctis diebus. Quod si longior fuerit uia q̃ tu sis ferendo, quandoquidē procul est à te locus ille quē elegerit DOMINVS deus tuus ut ponat nomen suum illic, fortunariti; te DOMINVS deus tuus, dabis [c] pro pecunia, & colligata pecunia in fasciculum in manum tuam, ibis ad locum quem elegerit DOMINVS deus tuus, & exponas pecuniam pro omnibus quæ desiderat animus tuus, pro bobus & pro ouibus, pro uino & sicera, pro cunctis deniq; quæ auet animus tuus, & comedes ibi coram DOMINO deo tuo, et lætaberis tu atq; domus tua. Et Leuitam qui est intra portas tuas ne [b] deseras, quia nec partē nec hæreditatē tecũ habet. A [e] fine tertij anni selige omnes decimas annonæ tuæ illius anni, & reponas intra portas tuas, ueniet q; Leuita, qui nõ habet partem & hæreditatē tecum, & peregrinus, pupillus atq; uidua, qui sunt intra portas tuas, & comedent atq; saturabũtur, ut locupletet te DOMINVS deus tuus in cuncto opere manus tuæ quod feceris.

Decimæ dādæ. Exod. 23. c 34. d

C

D

[c] Decimas uidelicet quæ uendi debent.

[b] Eb. Ne deseras eũ.

[e] Alij legunt à principio, alij post finē trium annorum.

Aliādi Leuitæ, peregrini, pupilli, uiduæ.

CAP. XV.

De septimo anno, & qualiter affectos esse conueniat erga pauperes & seruos.

Leuit. 25.

A Principio [a] septimi anni facias [b] remissionem. Hæc uero sit ratio remissionis. Omnis [c] creditor remittere debet manũ suam, is scilicet qui mutuo dedit proximo suo, neq; urgeat proximũ suum aut fratrē suum, nam indicta est remissio DOMINI. Ab alieno poteris exigere: qui uero frater tuus est, hunc requiescere sinat manus tua. Omnino non sit in te inops, quoniā [d] ubertim locupletabit te DOMINVS in terra quā DOMINVS deus tuus dat tibi ut eā hæreditate possideas, modo diligenter audias uocē DOMINI dei tui, ut custodias & facias totũ istud præceptũ quod ego tibi hodie præcipio. Quandoquidē DOMINVS deus tuus te locupletauit quemadmodũ pollicitus est tibi: mutuo dabis multis gentibus, tu uero mutuo nihil accipies: dominaberis gentibus multis, ipsæ uero tibi non dominabũtur. Si fuerit in te pauper aliquis, scilicet ex fratribus tuis, intra unam portarũ tuarum, in terra tua, quā DOMINVS deus tuus dabit tibi: ne obfirmes cor tuũ, neq; contrahas manũ tuam à fratre tuo paupere, sed liberaliter aperias illi manum tuam, & des illi mutuum quod satis sit penuriæ eius qua laborat. Caue ne forte subeat cor tuum cogitatio impia, talis scilicet, Accelerat annus septimus, annus uidelicet remissionis, & ob hoc malignus sit oculus tuus erga fratrē tuum pauperē, ita ut non des ei, & ille clamet cõtra te ad DOMINVM, fiatq; tibi peccatum. Omnino dabis ei, & non sit pectus tuum malignum quum tu das ei, nam huius rei gratia DOMINVS deus tuus [e] locupletabit ac fortunabit te in cunctis operibus tuis, & in cunctis ad quæ admoueris manũ tuam. Quoniam nunquam deerunt pauperes in terra, proinde præcipio tibi, dicens, Liberaliter aperi manum tuam fratri tuo, pauperi tuo atq; inopi tuo in terra tua. Si uenditus fuerit tibi frater tuus Ebræus aut Ebræa, seruierit q; tibi sex annis, anno septimo manumittes eum à te. Quum eum à te manumittis, ne amandes eum uacuum, sed munifice eum circũcingas de gregibus tuis, de horreo tuo, atq; de torculari tuo, quibus te locupletauit DOMINVS deus tuus ut des illi. Reuoca in memoriam quod & tu seruus fuisti in terra Aegypti, & quod te liberauerit DOMINVS deus tuus, ob quā causam ego tibi [f] hoc præcipio hodie. Quod si dixe-

A

B

C

Matth. 5. g Luc. 6. c

Matt. 26. a

Exod. 21. a Ier. 34. c

[a] Ketz finem aut extremitatem significat, quod non solum de exitu rei, sed & de initio intelligi uolunt Rabini.

[b] Remissionē uocem receptam uulgo noluí mutare, per hanc uero nõ omnimodā donationem, sed intermissionem aut cessationem intelligi uolo.

[c] Ebr. Vir mutui.

[d] Ebr. Benedicendo benedicet.

[e] Ebr. Benedicet.

[f] Ebr. Verbum istud

Digitized by Google

rit ad te, Non egrediar à te, diligo enim te & familiam tuam, eo quod fuerit ei be
ne apud te, sumes subulam, & transfigas ea aurem ad ostium, seruietq; tibi perpe
gEb. Ne graue sit in oculis tuis. D tuo, quin & famulæ tuæ sic facies. Ne g graueris eum manumittere à te, quoniã
duplex est merces mercenarij sex illis annis quibus tibi seruiuit, & DOMINVS
hEbr. Benedixit. deus tuus h dedit tibi rerum successum & felicitatẽ in omnibus quæ feceris. Om-
ne primogenitum quod natum fuerit in armento tuo, & in grege tuo quod ma
sculum est, consecrabis DOMINO deo tuo, neq; operaberis primogenito bouis
tui, neq; tondebis primogenitum gregis tui. †In conspectu DOMINI dei tui co Leuit. 22.e
medes illud per singulos annos, in loco quẽ elegerit DOMINVS, tu & domus Eccli 35. b
tua. Quod si uitium aliquod fuerit in eo, nempe si fuerit claudum, uel cæcum, uel
habuerit aliud malum uitium, nõ mactabis illud DOMINO deo tuo, sed intra
portas tuas comedes illud, tam immundus quàm mundus pariter, ut capream et
ceruum, modo ne sanguinẽ eius edas, sed in terrã eum ut aquã fundes. XVI.

De statis aut annuis ferijs.

A OBserua mensem Abib, ut facias Passah DOMINO deo tuo, quoniam in
Abib messis aut tempus, quũ fruges propendent ad maturitatem: etiam pro spicis aut frugibus accipitur: aliquãdo pro uerno tẽpore: apud Ebræos Iulius est. mense Abib DOMINVS deus tuus de Aegypto noctu te eduxit. Sacrifi- Exod. 12.
cabis igitur Passah DOMINO deo tuo, oues & boues in loco quẽ elegerit DO
MINVS, ut illic nomen suum ponat. Non comedas in eo fermentatũ, sed septẽ Phase festũ.
diebus placentas infermentatas comedes, panes afflictionis, eo quod festinanter
egressus sis de terra Aegypti, ut recorderis diei exitus tui de terra Aegypti cunctis
diebus uitæ tuæ. Nec uidebitur tibi fermentum in omnibus finibus tuis septem
diebus, neq; pernoctet ad lucem usq; de carne quam mactasti in uespera prioris
diei. Non poteris mactare Passah intra unam portarũ tuarum quas DOMINVS
B deus tuus dederit tibi, duntaxat in loco quem elegerit DOMINVS deus tuus ut
collocet nomen suum illic, mactabis Passah ad uesperam, quum sol occidit, stato
tempore quo egressus es ex Aegypto. Coques itaq; & comedes in loco quem ele
gerit DOMINVS deus tuus, mane reuerteris & ibis ad tentoria tua. Sex diebus
comedes infermẽtatas placentas, die uero septimo sit cœtus DOMINO deo tuo,
nullum opus facies. Numerabis deinde tibi septem hebdomades, postquam cœ Pentecostes.
peris falcem [mittere] in segetem incipies numerare septẽ hebdomades. Faciesq; Exod. 23.
festum diem hebdomadũ DOMINO deo tuo: uoluntariũ munus dabit manus Leuit. 23.
tua, quemadmodum fortunarit te DOMINVS deus tuus. Et lætaberis corã DO
aEb. Qui in medio tui sunt. C MINO deo tuo, tu et filius tuus, filia tua, seruus tuus, ancilla tua, atq; Leuites qui
est intra portas tuas, sed & peregrinus, pupillus & uidua qui a tecũ uersantur, in
loco quem elegit DOMINVS deus tuus, ut habitet nomen suũ illic. Memineris
quod & tu seruus fuisti in Aegypto, ideo custodi & fac ritus illos. Facies deinde
tibi festũ diem tabernaculorũ septem dies, quũ collegeris de area tua, atq; de tor-
culari tuo. Lætaberisq; in die festo tuo, tu & filius tuus, filia tua, seruus tuus, atq;
ancilla tua; Leuita, peregrinus, pupillus atq; uidua, qui sunt intra portas tuas. Se- Tabernaculorum festum.
ptem diebus festũ diem ages DOMINO deo tuo, in loco quem elegerit DOMI
NVS, quoniã felicẽ rerum successum dedit tibi DOMINVS deus tuus in cũctis
D prouentibus tuis, & in omni opere manuũ tuarum; omnino igitur sis lætus. Ter
in anno apparebit omnis mas tuus coram DOMINO deo tuo, in loco quẽ ele-
gerit, nempe in die festo infermentatorum, in die festo hebdomadum, & in die fe
sto tabernaculorũ, nec apparebit in conspectu DOMINI uacuus. Quisq; iuxta Exod. 23.b 34.c
donũ manus suæ, & iuxta benedictionẽ DOMINI dei tui, quod dedit tibi. Iu- Eccli 16.d
dices & apparitores constitues tibi secundũ tribus tuas in omnibus ciuitatibus Hic incipiunt quidam
tuis, quas DOMINVS deus tuus dat tibi, qui iudicent populũ iusto iudicio. Ne caput 17.
flectas iudicium, neq; agnoscas personas, neq; accipias munus, quoniã munus Exod. 23.a
bAlij legunt, uerba iustorum. excæcat oculos sapientũ, & peruertit b causas iustas. Iustitiam iustitia persequaris, Leuit. 19.c Supra 1.c
ut uiuas Eccli 20.d

Digitized by Google

ut uiuas & possideas terram quam DOMINVS deus tuus dat tibi. Non plantabis tibi lucum ex ullis arboribus iuxta aram DOMINI dei tui quam facies ibi. Neq; eriges tibi statuam quam odit DOMINVS deus tuus. CAP. XVII.

Præscribuntur iudicibus quædam leges secundum quas iudicent.

NOn sacrificabis DOMINO deo tuo bouem aut pecudem in quibus sit uitium aut ullum malum, quoniã abominatur hoc DOMINVS deus tuus. A

Pœna idololatræ. Quando inuentus fuerit in medio tui intra unam portarum tuarũ quas DOMINVS deus tuus dat tibi, uir siue mulier, qui fecerit quod malum est in oculis DOMINI dei tui, ut transgrediatur fœdus eius, iueritq; & coluerit deos alios, & adorauerit eos, ueluti solem aut lunam, aut quemcunq; exercitum cœlorum, de quo non præcepi: illudq; indicatur tibi, & tu audieris, diligenter inquire, & en si uerum & certũ est, factam esse istam abominationem in Israel, educes uirum huiusmodi aut mulierem talem qui perpetrarunt rem istam malam, ad portas tuas, uirum aut mulierem, & obrues eos lapidibus, & moriantur. Iuxta os duorum aut B trium testium morte multetur, iuxta os unius testis non interficiatur. Manus testium prima erit contra eum ad interficiendũ eum, deinde manus totius populi, exterminabisq; malum è medio tui. Si causa aliqua insolita & difficilior, quàm ut te ex ea explicare possis, in iudicio suborta fuerit inter [a] sanguinem & sanguinem, inter litem & litem, & inter plagam & plagam in actionibus iudicialibus in portis tuis, surge & ascende ad locum quem elegerit DOMINVS deus tuus, uenies q; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui in diebus illis fuerit, et inquire, illiq; indicabunt tibi quod æquum est & iustum, tuq; ages iuxta præscriptum quod tibi indicarunt de loco illo quem elegit DOMINVS, & obserua ut facias secundum omnia quæ te docuerint. Iuxta legem quam tibi præscribent, & C iuxta sententiam quam dicent tibi, ages, nec declinabis à uerbo quod tibi annunciant, neq; ad dexteram, neq; ad sinistram. Si quis contumaciter et superbe egerit, ita ut nolit audire sacerdotem qui [b] astat coram DOMINO deo tuo ut ibi ministret, aut iudicem, uir talis morietur, & exterminabis malũ ex Israele, idq; audiant omnes in populo, timeantq; ne ultra contumaciter agant. Quum ueneris in terram quã DOMINVS deus tuus dat tibi, possederisq; eam, & in ea habitaueris, & dicturus es, Constituam super me regem, quemadmodũ omnes gentes quæ circum me sunt: omnino [c] regem super te pones quẽ elegerit DOMINVS deus tuus, de medio fratrum tuorum constitues super te regem: non autẽ præficere ti- D bi potes hominem alienũ, qui non est frater tuus. Modo ne sibi talis equos multos paret, neq; populum in Aegyptum reducat ut equos multiplicet; nam DOMINVS dixit uobis, Ne ultra redeatis per uiam istã. Deinde ne sibi multas mulieres paret, ne recedat cor eius, neque multiplicet sibi multum auri & argenti. [b] Quum sederit in solio regni sui, describet sibi exemplar huius legis in libro coram sacerdotibus Leuitici generis, eritq; illud penes eum, ut legat in eo cunctis diebus uitæ suæ, ut scilicet discat timere DOMINVM deũ suum, & seruare omnia uerba legis huius atq; statuta ista, ut faciat ea. Et ne extollat cor suũ super fratres suos, neq; recedat à præcepto neq; ad dexteram, neq; ad sinistrã, ut proroget dies in regno suo, ipse & filij eius in medio Israelis. CAP. XVIII.

Sacerdotibus & Leuitis definitur pars ex sacrificijs & ministerio. Damnatis omnibus superstitionibus, promittitur magnus ille & uerus propheta, simulq; falsus propheta qui sit indicatur.

SAcerdotes Leuitici generis, & tota tribus Leui nec partem nec hæreditatem A habebunt cum Israelitis, sed † sacrificia quæ igne cõsiunt DOMINO, & hæreditatem eius comedent, & ob id nullam hæreditatem habebunt in medio fratrum suorum, sed DOMINVS est hæreditas eorũ, sicut pollicitus est [a] eis. Porrò

Deut. 19. d
23. c
Matt. 18. b
2. Cor. 13. a
2. Par. 19. c
Institutio regis.
Epitomen aut compẽdium diuinæ legis rex descriptum habeat.
Nũ. 18. c. d
Deut. 10. b
2. Cor. 9. b

a Per sanguinem capitales res intelligit.
b Stare coram domino, est ministrũ esse domini.
c Videtur potius permissio esse quã lex.
b Ebr. Et erit cum sederit.
a. Eb. Ei scilicet tribus Leui.

Digitized by Google

ius sacerdotū, quod eis à populo, nempe ab his qui sacrificant sacrificia, siue bos sit, siue pecus, debetur, hoc est, Dabunt sacerdoti armum, & utranq; maxillā atq; uentriculum. Primitias quoq; frumenti tui, uini tui, & olei tui, atq; primitias uelleris ouium tuarum dabis ei. Nam illū elegit DOMINVS deus tuus ex cunctis

B tribubus tuis, ut stet ad ministrandū in nomine DOMINI, ipse & filij eius cunctis diebus. Et si uenerit Leuita ex una ciuitatum tuarū ex uniuerso Israele, ubicunq; ipse commoretur, uenerit inquam ex omni desiderio animi sui ad locum quem elegerit DOMINVS, ministrabit in nomine DOMINI dei sui, quemadmodum omnes fratres sui Leuitæ, qui illic [b] stant in conspectu DOMINI: æquales portiones comedent, præter [c] uenditiones suas [quas habent] à patribus. Quum tu ueneris in terram quam DOMINVS deus dat tibi, ne asuescas facere iuxta abominandos ritus gentium istarum. Non inueniatur in te qui traducat †filium suum aut filiam suam per ignem, nec diuinus qui diuinando futura prædicit, nec mathematicus, nec ueneficus, nec maleficus, nec incantator, nec consu-

C lens [D] pythonem, nec magus, nec † à mortuis sciscitans. Abominatur enim DOMINVS quicūq; ista facit, & ob istas abominationes excindit eos DOMINVS deus tuus ante te. Sis igitur integer cum DOMINO deo tuo, nam gentes istæ, quas tu iam occupabis, audiunt mathematicos & diuinos, tibi uero sic facere nō permittit DOMINVS deus tuus. Prophetam de medio tui, ex fratribus tuis sicuti me, excitabit tibi DOMINVS deus tuus, illum audietis. Iuxta omnia quæ postulasti à DOMINO deo tuo in Horeb in die cōgregationis, quando dicebas, Non ultra audiam uocem DOMINI dei mei, & magnum illum ignem non uidebo amplius, ne moriar. Dixitq; DOMINVS ad me, Bene egerūt in hoc quod

D loquuti sunt, prophetam * excitabo eis de medio fratrū suorum, sicut te, ponāq; uerba mea in os eius, & loquetur ad eos quæcūq; mandauero illi. Et homo qui non audierit uerba mea, quæ loquetur in nomine meo, in illum ego inquiram. Propheta autem qui præsumpserit loqui uerbum in nomine meo, quod ut loqueretur ego non præcepi, aut qui loquitur in nomiue aliorum deorum, morietur propheta talis. Quod si in corde tuo dixeris, Quomodo scire poterimus uerbum quod non loquutus est DOMINVS? Quando scilicet propheta talis loquitur in nomine DOMINI, & non factum fuerit uerbum, neq; euenerit: hoc uerbum est quod non loquutus est DOMINVS, sed propheta ille temere loquutus est, ne igitur metuas ab eo.

CAP. XIX.

Repetit de asylis quædam, & de homicidarum damnatione ac pœna.

A QVum exciderit DOMINVS deus tuus gentes, quarum terram DOMINVS deus tuus daturus est tibi, & possederis eas, habitaueris'q; in ciuitatibus earū, atq; in domibus earū, separabis tibi tria oppida in medio terræ tuæ, quam DOMINVS deus tibi possidendam dabit. Muniesq; tibi uiam; & in tres partes diuides limitem terræ tuæ, quam DOMINVS deus tuus dat tibi in hæreditatem, ut scilicet illuc confugiat omnis homicida. Hac uero causa homicida illuc confugiat, ut uitam seruet, is scilicet, qui percusserit proximū suum per imprudentiam, nec odio prosequutus est eum antea. Vt quum quis cum proximo suo proficiscitur in syluam, ut ligna cædat, & fugiente manu eius cum secu-

B ri ut succidat arborem, elabatur ferrum è capulo, & feriens proximū eius ut moriatur, is iam confugiat ad unum ex his oppidis, ut seruet uitam, ne fortè uindex sanguinis insequens homicidam, quum incaluerit cor eius, eum apprehendat, &, quia uia longa est, uitam illius tollat: qui tamen iudiciū mortis non [commeruit,] eo quod non est eum prosequutus odio antea. Proinde ego præcipio tibi, dicens, Tria oppida separabis tibi. Quod si DOMINVS deus limitem tuum dilatauerit, quemadmodum iurauit patribus tuis, dederitq; tibi uniuersam terram quam

Marginal notes (left):
[b] Stare pro ministrare ponitur, sed emphasi quadā indicat, magnam obseruationē diligentiamq; esse debere in ministris dei.
[c] Vēditio pro re uendita, aut pretio rei uenditæ.
[D] Vel habēs spiritum familiarem.

Marginal notes (right):
De aduentitijs Leuitis, qui aliūde commigrant Hierosolyma.
Idololatria omnis fugienda.
Leuit. 20. d
1. Reg. 28. a
Christus propheta promittitur
Exod. 20. d
Ioan. 1. g
Act. 3. d
7. c
*Ioan. 1. g
Num. 35. b
Ios. 20 a
Gen. 28. c

Digitized by Google

quam pollicitus est se daturum patribus tuis, tu custodies uniuersum præceptum
istud, ut facias ipsum quod ego tibi hodie præcipio, ut scilicet diligas DOMI-
NVM deum tuum, & ambules in uijs eius cunctis diebus, addasq; tibi adhuc
Iof.20.c tria †oppida præter tria ista, ne scilicet effundatur sanguis innoxius in medio ter C
ræ tuæ, quam DOMINVS deus tuus daturus est tibi in hæreditatem, & ne sit su
Num.35.c per te sanguis. Quod si quispiam oderit proximum suum, & insidians illi, insur
rexerit aduersus eum, [a]percusseritq; animā eius ut mortuus fuerit, ac deinde con
fugerit ad unum istorum oppidorum, mittent seniores oppidi illius, & abripiant
eum illinc, tradantq; eum in manum uindicis sanguinis, ut moriatur. Ne parcat
ei oculus tuus, sed excindas sanguinem innoxium ex Israele, ut bene sit tibi. Ne
transferas limitem proximi tui quem limitarūt priores, in hæreditate tua quam
tu occupabis in terra quam DOMINVS deus tuus dat tibi possidēdam. Ne sur
gat testis unus contra aliquem in quacunq; iniquitate, in quocunq; peccato, & D
Deut.17.b in quacunq; noxa in qua peccatum fuerit, sed in ore duorum testium, aut in ore
Matt.18 b trium testium actio confirmabitur. Si surrexerit testis iniquus contra aliquem re
Ioan.8.c spondendo contra illum defectionem, stabūt ambo illi homines quibus lis est,
in conspectu DOMINI corā sacerdotibus, & iudicibus qui fuerint illis diebus,
2.Cor.13.a & inuestigabunt iudices diligenter, & en, si testis huiusmodi testis mendax fue-
Heb.10.e rit, mendacium respondens contra fratrem suum, facietis ei quemadmodum ipse
Dan.13.g scelerate cogitauerat facere fratri suo, & exures malum è medio tui, ut reliqui id
Lex talionis. audiant & timeant, neq; audeant amplius designare rem hanc malam in te. Nec
Matth.5 f parcet oculus tuus, animam pro anima, oculū pro oculo, dentem pro dente, ma-
Exod.21.c num pro manu, pedem pro pede.
Leuit.24.a

CAP. XX.

Quibus rationibus bella sint gerenda à populo dei, & obiter de causis bellorum.

CVm egressus fueris ad bellum contra hostes tuos, & uideris equos, currus, A
& populū te maiorem, ne metuas ab eis, DOMINVS deus tuus tecū est,
qui eduxit te de terra Aegypti. Quum estis in procinctu ad pugnam, accedet sa-
cerdos, & loquetur ad populū, & dicet ad eos, Audi Israel, uos hodie cōgredimi
ni cum hostibus uestris in pugna, ne ergo mollescat cor uestrū, neq; timeatis, ne
festinetis, neq; paueatis à facie eorū, quoniam DOMINVS deus uester profici-
scitur uobiscū, ut pugnet pro uobis contra hostes uestros, & seruet uos. Præcones
1.Mac.3.g quoq; loquantur ad populū, dicentes, Qui extruxit domū nouam, nec eam ini- B
tiauit, abeat & reuertatur in domum suam, ne fortè in prælio occumbat, & alius
Quid sit prophanare uineam, uide Leuit.19.e quispiam initiet eam. Qui plantauit uineam, & nondū prophanauit eam, abeat
& reuertatur in domū suam, ne fortè in bello cadat, & alius quispiā prophanet
eam. Qui sibi uxorē despondit, & [a]nondum accepit eam, abeat & reuertatur in
domū suam, ne fortè in bello cadat, & alius quispiam accipiat eam. Addant præ
Iud.7.a terea præcones, loquanturq; ad populū huiusmodi uerba, Qui formidolosus est
& pusillanimis, abeat & reuertat in domū suam, ne liquefaciat cor fratrum suo-
rum, quemadmodū est cor suum. Quū præcones cessauerint loqui ad populum, C
[b]constituant principes exercitus in caput populi. Quum autem accesseris ad ci
uitatem ut illā oppugnes, offeras ei pacem, si pacate responderit tibi, aperueritq;
tibi, omnis populus qui in ea inuentus fuerit, sint tibi tributarij, seruiantq; tibi.
Quod si nullam tecum fecerit pacem, sed pugnauerit cōtra te, oppugnabis eam,
& quū DOMINVS deus tuus tradiderit eam in manū tuam, feries in ea gladio
omnē marem, duntaxat mulieres, pubem, iumēta, & quidquid fuerit in ciuitate,
sed & omnia spolia eius tibi diripies, & frueris spolijs hostiū tuorum, quos tradi
dit tibi DOMINVS deus tuus. Sic facies omnibus ciuitatibus quæ procul à te
sunt, quæ non sunt de urbibus istarū gentium. Veruntamen de ciuitatibus istorum D
populorum, quos DOMINVS tibi dedit in hæreditatē, nihil uiuū permittas quod

a Percutere animā, est letale uulnus infligere ut moriatur.

a Nondū duxit eam in domum suam.

b Potest etiam legi, Et uisitabunt uel recensebūt principes exercitum, uel delectum facient in exercitu.

Digitized by Google

spirat, sed omnino uastabis eos ad internetionem usq;, nempe Hithæum, Amor
ræum, Chananæū, Pherisæum, Hiuæum & Iebusæum, quemadmodū præcepit
tibi DOMINVS deus tuus, ne scilicet doceant uos facere secundū cunctas suas
abominationes, quas ipsi fecerūt dijs suis, & peccetis in DOMINVM deum ue-
strum. Quum obsederis ciuitatē diebus multis, & pugnaueris contra eam ut oc-
cupes eam, ne perdas arbores eius ut impellas securim in eas, sed comedas ex eis,
& non succidas: num enim arbor campi homo est, ut ueniat corā te in obsidio-
nem? Duntaxat illam arborem, quam nosti esse arborem quæ fructum non fe-
rat, nec esui aptam, illam inquam perdes & succides, atq; extrues propugnacu-
lum contra istam ciuitatem quæ contra te belligerat, donec subijcies eam.

Sub Chanæo Girgæus intelligi potest.

CAPVT XXI.

De cauendis aut tollendis homicidijs, ut purgata & tuta sint oppida & itinera, tra duntur bellica quædam præcepta, & alia pleraq; ualde utilia.

A SI in terra quā DOMINVS deus tuus dat tibi possidendā, interfectus inuen
tus fuerit iacens in cāpo, neq; scitur quis eum occiderit, egredientur seniores
tui atq; iudices tui, & metientur usq; ad ciuitates quę sunt circū interfectū: ciuitas
quę propior fuerit interfecto, illius ciuitatis seniores uitulā ex armento accipiāt,
cum qua adhuc nihil operis factū est, quæq; iugum non traxit, & deducāt senio
res illius ciuitatis uitulā illam in uallem solidā, quæ nec colitur, nec seritur, & il-
lic incidant ei ceruicē in ualle. Accedentq; sacerdotes filij Leui, (quos elegit DO
MINVS deus tuus ut ministrēt ei, & benedicāt in nomine DOMINI, & iuxta
quorū os omnis forēsis actio & plaga finitur) & omnes seniores ciuitatis illius,
qui accesserint ad interfectū illum, lauabūt manus suas super uitulā cui incisa est
B ceruix in ualle, respondebuntq; dicētes, Manus nostræ non fuderūt sanguinem
istū, nec oculi nostri uiderunt, propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti
DOMINE, & ne [a] imputes sanguinē innoxiū in medio populi tui Israel, ut ex-
pientur à sanguine. Et tu expurgabis sanguinē innocentem de medio tui, si uo-
lueris facere quod rectū est in oculis DOMINI. Quando egressus fueris in bel-
lum contra hostes tuos, tradideritq; eos DOMINVS deus tuus in manū tuam,
ut ducas eos captiuos, uiderisq; inter captiuos mulierē forma uenustā, deperisq;
eam, poteris eam tibi accipere in uxorē. Introduces ergo eam in domū tuā, illaq;
radet caput suum, [b] aptabitq; ungues suos, auferet quoq; uestimentū captiuitatis
suæ à se, & sedebit in domo tua, deplorabitq; patrem suum & matrē suam [c] inte-
grum mēsem, & tum tandē introibis ad eam, & eris maritus eius, ipsaq; erit tibi
C uxor. Sin tibi non placuerit, patiaris eam abire pro uoto suo, neq; tamen eam pe
cunia uendere, neq; ad [d] opus uti ea poteris, eo ꝙ oppressisti eam. Si uiro alicui
fuerint duæ uxores, altera dilecta, altera odiosa, genuerintq; ei filios tam dilecta
q̄ odiosa, & filius odiosę fuerit primogenitus, adueneritq; dies quo diuisurus est
filijs suis quos habet hæreditatē suam, non poterit primogenitū facere filiū dile
ctæ, [e] donec superstes est primogenitus filius odiosæ: sed filiū odiosæ agnoscet
primogenitū, dabitq; ei portionē duplicem de omnibus quæ possidet, quando-
quidem is principiū est uirtutis eius, & ob hoc debetur ei ius primogenitū. Si
quispiā filium habuerit defectorē & rebellem, qui uocem patris sui & uocē ma-
D tris suæ audire noluerit, quumq; castigauerint eum, noluerit eis obtemperare, ap
prehendent eum pater eius & mater eius, educentq; eum ad seniores ciuitatis il-
lius, & ad portā eius loci, dicentq; ad seniores ciuitatis illius, Filius hic noster de
fector est & rebellis, nec uult audire uocem nostrā, comessator est & potator: la-
pidibusq; eum obruent omnes ciues illius ciuitatis, donec moriatur, & expurga
bis malū de medio tui, ut omnes Israelitæ audientes timeant. Quando fuerit in
aliquo peccatum morte dignum, & interfectus fuerit, age eum in crucem, cada-
uer

Quid sit primogenitum. 1.Par.5.a

a Hb. Ne des.

b Variant hic interpretes, quidā dicūt, resecet ungues, quidam crescere sinat: sed potest intelligi, amputet ungues, eaq; sectione aptet.

c Ebr. Per mensem dierum.

d Alij legunt, neq; negotiari ea potes.

e Hb. Corā facie primogeniti.

Digitized by Google

uer uero eius non pernox erit in ligno, sed mox sepelies illud illo eodẽ die, quo-
Gal.3.b niam maledictio dei est suspensus, & non pollues terram tuam quam DOMI-
NUS deus tuus dat tibi in hæreditatem. CAP. XXII.

Ponuntur hoc capite præcepta quędã miscellanea, spectant tamen maxime furtum, falsum testimonium, & adulterium, ut ista caueamus, & charitati studeamus.

SI *uideris bouem aut pecudẽ fratris tui fugatos, ne dissimules occultãdo te A
ab eis, sed plane reduces eos ad fratrem tuũ. Quod si frater tuus nõ est prope
Exod.23.a apud te, nec nosti eum, adsume [a] illos in domũ tuam, ut sint † tecũ donec quæsie-
rit eos frater tuus, restituasq́ eos illi. Sic quoq; facies asino eius, & sic ages cũ ue-
stimento eius, sic quoq; facies cum omni eo q̃d amisit frater tuus, quod perdidit,
& tu inuenisti illud, neq; enim id dissimulare aut cælare poteris. Si uideris asinũ
fratris tui aut bouẽ eius cadentes in itinere, ne dissimules abscondẽdo te ab eis,
quin subleuãdo subleues eos. Mulier ne gerat arma uirilia, nec uir induatur ue-
stimento muliebri, quoniã abominandus est DOMINO deo tuo quisquis illa
fecerit. Quando occurrerit conspectui tuo in itinere nidus auiũ, in quacunq; ar-
bore, aut in terra, in quo sunt pulli aut oua, matre incubante aut pullis ipsis, aut
ouis, non tollas matrem cum pullis, sed omnino dimittas matrẽ, pullos uero ca-
pies tibi, ut scilicet bene tibi sit, & proroges dies. Quum extruis domũ nouã, fa-
cias loricã tecto tuo, ne ponas sanguinem in domũ tuam, quum quispiã caderet B
ex ea. Ne conseras uineam tuam diuersis generibus, ne fortè [b] sanctifices uniuer-
sum semen quod conseris, atq; uineæ prouentũ. Non arabis cum boue & asino
Num.15.d simul. Ne induas uestẽ quæ ex lano & lino simul cõtexta est. Fimbriolas crassio-
res facito tibi in quatuor alis uestimenti tui quo te operis. Si quispiã uxorem du
xerit, accesseritq́ ad eam, & odisse eam cœperit, obtruseritq́ ei technas uerborũ,
diuulgãs de ea famã malam, ut si dicat, Duxi hanc mulierem, & quum essem ad
eam ingressus, non inueni in ea signa uirginitatis: tollent pater puellæ & mater
eius, & proferẽt signa uirginitatis puellæ ad seniores ciuitatis qui sunt in porta,
dicetq́ pater puellæ ad seniores, Hanc filiã meam dederã uiro uxorem, cœpitq́
eam odisse, & en obtrudit ei cõmenta uerborũ, & dicit, Nõ inueni in filia tua uir
ginitates, hæc uero sunt signa uirginitatis filiæ meæ, & expandent uestimẽtum
coram senioribus ciuitatis. Tollentq́ seniores ciuitatis illius uirum illũ, & casti-
gabunt eum, damnabuntq́ eum centũ [siclis] argẽti, quos dabunt patri puellæ, C
eo q̃ sparsit famam malam de uirgine Israelitica, habebitq́ is eam in uxorẽ, nec
poterit eam dimittere cunctis diebus suis. Quod si uerũ est uerbum illud, & si-
gna uirginitatis in puella non fuerint inuenta, ducent puellã ad ostium domus
patris sui, obruentq́ eam ciues illius ciuitatis lapidibus, ut moriatur, q̃a fecit ne-
phas in Israel, scortando in domo patris sui, & exures malũ è medio tui. Si depre-
henditur quispiã qui dormierit cum muliere quæ habet maritũ, morientur am-
bo illi, tam uir qui iacuit cum muliere, q̃ mulier ipsa, & exures malũ ex Israele.
Si fuerit alicui desponsa puella uirgo, inueneritq́ eam quispiã in ciuitate, & dor-
mierit cum ea, educetis utrunq; ad portã ciuitatis illius, et obruetis eos lapidibus
ut moriantur: puella quidẽ, q̃ non clamauit in ciuitate: uir autẽ q̃ oppressit uxo D
rem proximi sui, exuresq́ malum è medio tui. Si in agro deprehenderit uir puel
lam desponsam, & uim illi intulerit, dormieritq́ cum ea, morietur uir qui dor-
miuit cum ea, solus: puellæ nihil facies, quum culpam mortis non habeat: quo-
niam sicut consurgit quis contra proximum suum, & interficit animam eius, sic
se habet res ista. Nam in agro inuenit eam, clamauitq́ puella desponsa, & non
fuit qui eam liberaret. Si inuenerit uir puellã uirginem quæ nondum desponsa
est, apprehensaq́ ea dormierit cum ea, & deprehẽsi fuerint, dabit uir ille qui cum
Exod.22.c ea concubuit, patri puellæ quinquaginta argenteos, habebitq́ eam uxorẽ, eo q̃

* Ebraica uerba aliter habẽt, sed sensui nihil decedit.
a Eb. Illum: mutaui numerum, ut sensus esset clarior.
b Quidam legũt, ne fortè prophanes uniuersum semen.

Digitized by Google

oppressit eam, nec poterit eam dimittere cunctis diebus suis. Nemo ducet uxorem patris sui, neq; alam patris sui reteget. CAP. XXIII.

Qui sint apti ut ingrediantur in cœtum domini, officiaq; publica gerant, definitur.

A NOn introibit qui laceratis est [testiculis] attritus, aut execto ueretro, in cœtum DOMINI. Mamser non ingredietur in cœtũ DOMINI, ne decima quidem generatione introibit sibi in cœtũ DOMINI. Ammonites & Moabites in congregationẽ DOMINI non introibit, ne decima quidẽ generatione quispiam ex ipsis ingredietur in cœtũ DOMINI, idq; perpetuò. Causa, ꝙ non [a]ante uerterunt uos pane & aqua in uia quum exiretis ex Aegypto, & ꝙ cõduxerit ad uersum te Bileam filiũ Beor de Pethor Aram Naharaim, ut te execraretur. At noluit DOMINVS deus audire Bileam, quin potius conuertit DOMINVS deus tuus execrationẽ tibi in benedictionem, nam diligit te DOMINVS deus tuus. Nume. 23.a 22.a

B Ne quæras quod ad eorũ pacem ac salutem pertineat cunctis diebus tuis in sæculum. Edumæũ ne abomineris, quia frater tuus est: nec abomineris Aegyptiũ, quandoquidẽ peregrinus fuisti in terra eius. Filij q ex eis nati fuerint, tertia tandem generatione in cœtũ DOMINI uenient. Quũ egressus fueris exercitu contra hostes tuos, custodies te ab omni re mala. Si fuerit in te uir, qui non sit mũdus ex euẽtu aliquo nocturno, is egrediatur extra castra, nec reuertatur in castra, sed sub uesperam lauet se aqua, & post solis occasum ingrediat iterũ in castra. Locus quoq; sit tibi extra castra, ad quem foras egrediaris, lignũq; præacutũ in baltheo, cum quo foris sedens fodias, conuersusq; operias excrementũ tuum. Nam DO- Bellum.

C MINVS deus tuus uersatur in medio castrorũ tuorũ, ut te eripiat, & tradat hostes tuos ante te, & ob hãc causam castra tua sancta sint, ne quã rem obscœnã uideat, & se à te auertat. Ne includas seruũ hero suo, qui ereptus ad te [uenit] ab hero suo, tecũ habitabit in medio tui, ubicũq; elegerit locũ in una ciuitatũ tuarum, ut sibi fuerit uisum, nec inferas ei uim. Ne sit scortum de filiabus Israel, neq; [b]pathicus sit de filijs Israel. Ne inferas mercedem meretricis aut pretiũ canis in domum DOMINI dei tui in quocunq; uoto, quoniã abominatio est DOMINO deo tuo utrunq;. Ne [c]morsum inferas fratri tuo fœnore pecuniæ, aut fœnore alicuius esculenti, imò fœnore cuiuscunq; rei qua morderi possit. Alienũ mordebis fœnore, fratrẽ autem tuum nõ mordebis, ut feliciter ac fortunet te DOMINVS Scortum. Vsura.

D deus tuus in omni re, ad quam extendis manũ tuam, in terra ad quam tu proficisceris ut eam possideas. Quum uotũ uoueris DOMINO deo tuo, ne differas præstare illud, nam DOMINVS deus tuus omnino requiret hoc à te, ne fiat tibi peccatum. Si uero à uouendo cessas, nõ erit in te peccatum. Si quid egressum est è labijs tuis, fac ut serues & præstes, sicut uouisti DOMINO deo tuo sponte, & quemadmodũ loquutus es ore tuo. Quũ ueneris in uineam proximi tui, uuas comede pro animi tui desiderio, quãtum satis est, at in uas tuum nihil reponas. Si ueneris in segetem proximi tui, spicas manu tua decerpas, falcem autem segeti proximi tui ne admoueas. CAP. XXIIII. Votum. Vinea.

De libello repudij, de priuilegio noui mariti, cæterisq; charitatis præceptis.

A CVm quispiam ducit uxorem, maritaueritq; eam [sibi,] euenit aũt ut hæc nihil gratiæ in oculis eius impetret, ut si inueniat in ea rem aliquam fœdam, scribat ei libellũ [a]abscissionis, quem det ei in manũ, & eijciat eam è domo sua. Quæ exiens è domo eius, si abiens alij uiro nupserit, ac is posterior maritus cœperit eam odisse, scripseritq; & ipse ei libellũ abscissionis, tradideritq; ei in manũ eius, amandaueritq; eam de domo sua, aut si uir ille posterior, qui illam uxorem duxerat, mortuus fuerit, non poterit eam maritus prior, qui illã à se repudiarat, rursus ducere sibi uxorẽ, quandoquidẽ [b]polluta est. Nam [c]abominatio hæc est coram DOMINO, & ne feceris peccare terrã, quam DOMINVS deus tibi dat, ut Matt. 5.c 19.a Marc. 10.a

Introire aut uenire, hic non simpliciter puto intelligendum esse, quum se quis alijs immiscet, sed dignitate aliqua aut honesto officio fungi in cœtu Domini.

[a] Potest etiam legi, occurrerunt.

[b] Alij legunt, scortator aut cátamitus: prohibetur autẽ omnis quæstus meretricius fœdus ac turpis.

[c] Per morsum Ebræi fœnus intelligunt ꝙ nocemus proximo.

[a] Libellus repudij uulgo dictus, Ebræis excisionis aut exterminij dicitur, ꝙ is libellus semel datus, reditionẽ omnẽ uiro adimeret ad repudiatam, ceu resectis ac radicitus euulsis rationibus reconciliandi.

[b] Pollutio hæc aut contaminatio nõ criminalis est aut flagitiosa, sed legalis & religiosa, uir enim prior qui eam abiecerat, pollutam iudicauerat.

[c] Leuitatẽ istam & inconstantiam in repudiãdis uxoribus dominus auersatur.

Digitized by Google

sit hæreditate eam possideas. Quum duxerit quispiam uxorem nouam, ne egre B
diatur in militiã, nec quidq̃ [b]aliud ei iniungatur, sed immunis sit pro domo sua
anno uno, læteturq́ cum uxore sua quam duxit. Nemo pignoris loco accipiat
inferiorem & superiorem molarem, nam is [e]uitam oppignorauit. Si deprehen-
sus fuerit quispiam qui fuerit furatus [f]animam ex fratribus suis de filijs Israel, &
ad opus suum fuerit eo usus, & uendiderit eum, morietur fur talis, exuresq́ ma
Leuit.13. Deu.17. lum è medio tui. Sis cautus in [g]macula lepræ, obseruaq́ diligenter, facietisq́ iu
xta omnia quæ docuerint uos sacerdotes Leuitici generis: quemadmodũ præscri
psi eis, sic obseruabitis & facietis. Meminisse oportet q̃d DOMINVS deus tuus
Num.12. fecerit Mariæ in itinere cum egrederemini ex Aegypto. Quum mutuo dederis C
aliquid proximo tuo, ne introeas domum eius, ut pignus illinc tollas, sed sta fo
ris, & uir ille cui tu mutuo dedisti, p̃ferat ad te pignus foras. Quod si uir huius-
modi pauper est, nõ dormies [h]in pignore eius, omnino reddes ei pignus quum
sol occidit, ut is dormiat in uestimento suo, beneq́ tibi ac fausta imprecetur, atq́
Leuit. 19.c Tob.4.c id iustitia tibi erit coram DOMINO deo tuo. Ne neges aut ui retineas merce
nario pauperi & inopi, siue sit de fratribus tuis, siue de peregrinis tuis qui sunt
in terra tua atq́ intra portas tuas, die suo dabis ei mercedẽ suam, neq́ sol occidat
super eum, quoniam pauper est, & ad eam [mercedem] [i]attollit animum suum,
4.Reg.4 b 2.Par. 25.b Ezech 18.c ne contra te ad DOMINVM clamet, & cedat tibi in peccatum. Non interficien
tur patres pro filijs, nec filij occidantur pro patribus, sed quisq́ pro peccato suo D
interficiatur. Ne declines iudicium peregrini, & pupilli, neq́ pignoris loco ue-
stem uiduæ accipias, quin potius memineris q̃ & tu seruus fuisti in Aegypto, &
redemit te DOMINVS deus tuus inde, idcirco præcipio tibi ut hanc rem facias.
Quum messueris messem tuam in agro tuo, & oblitus fueris manipuli in agro,
ne reuertaris ut illum tollas, sed erit peregrini, pupilli & uiduæ, ut felicitet & lo
cuplet te DOMINVS deus tuus in omni opere manus tuæ. Quum strinxeris
oleam tuã, ne diligentius stringas post te, peregrini, pupilli & uiduæ erit. Quum
uindemiaueris uineam tuam, ne racemationem facias post te, erit peregrini, pu
pilli & uiduæ. Et memineris te quoq́ seruũ fuisse in terra Aegypti, idcirco ego
præcipio tibi ut hanc rem facias.

CAP. XXV.

Varia & multa præcepta, quæ huc spectãt, ut nihil agatur affectu priuato, nihil cru deliter, omnia suo modo & certo ordine iuris, omnia suo loco & tempore.

SI fuerit oborta lis inter aliquos, ueniẽt ad iudiciũ, & [a]iudicent eos, iustumq́ A
pronuncient eum qui iustus est, impiũ uero condemnẽt. Quod si impius cæ
dendus est, prosternat eum iudex, & iubeat eum cædi in cõspectu suo iuxta im-
2.Cor.11.f pietatẽ eius, idq́ [certo] numero. Quadragenis [plagis] uerberet eum, nec ultra
addet, ne fortè si uerberando plura hisce uerbera addita fuerint, frater tuus uilis
1.Cor.9.2 1.Tim.5.c reddatur in oculis tuis. Ne obuincias [os] bouis in tritura sua. Si habitauerint
unà fratres, mortuusq́ fuerit alter eorũ absq́ filio, ne nubat uxor demortui alie-
no uiro foris, sed leuir eius ingrediatur ad eam, & ducat eam sibi uxorẽ, cogna-
tionisq́ iure erga eam utatur. Et primogenitus quem illa pepererit, succedet in B
nomen fratris sui defuncti, ut non deleatur nomen eius ex Israele. Quod si uir il
le uxorem fratris sui ducere noluerit, [b]ascendat fratria eius ad portam, dicatq́ se
nioribus, Leuir meus recusat fratri suo suscitare semen in Israel, nec uult me iure
propinquitatis ducere. Quem uocabũt seniores ciuitatis suæ, & loquentur cum
Matt.22.c Mar.12.b Luc.20.d Ruth 4.b eo. Quod si perstat dicendo, Non placet mihi ut eam ducam, accedat fratria eius
ad eum in conspectu seniorũ, & detracto calceo leuiri sui de pede eius, spuat co-
ram eo, conceptisq́ uerbis dicat, Sic fiat uiro qui non ædificat domũ fratris sui. C
Vocabiturq́ nomen eius in Israele domus spoliati calceo. Si rixati fuerint uiri
inter se, [c]alter scilicet cum altero, accesseritq́ alterius uxor ut eripiat maritũ suum

[b] Eb. Trãsibit super eum.
[e] Capitur autem ani ma pro uita, & uita pro uictu quo uita sustentatur.
[e] Vel, Nam hoc pi- gnus uita eius est.
[f] Rursus anima pro homine.
[g] A causis lepræ po tissimum cauere iu- bet dominus, à mur mure, impatiẽtia & inobedientia.
[h] In pignore eius dormire, est manere pignus eius apud te dum dormis, aut te- cum pernoctare.
[i] Attollere animam ad aliquam rem, est eam desiderare, & inhiare auide.
[a] Iudices scilicet.
[b] Ascendere ad por tam, loquutione E- braica est ire in forũ seu ad tribunal, ad iudices.
[c] Eb. Vir & frater eius.

de manu pcutientis eum, missaq; manu sua [b]uerenda eius apprehenderit, abscin
das manum eius, nec parcet oculus tuus. Ne sint tibi in sacculo tuo diuersi [c]lapi
des, magnus scilicet & paruus. Ne sint tibi in domo tua diuersa Epha, magnum
scilicet & paruũ. Quin pondus æquũ & iustũ sit tibi, & Epha æquũ & iustũ sit ti-
bi, ut prorogẽt dies tui sup terrã quã DOMINVS deus tuus daturus est tibi. Nã
abominatio DOMINO deo tuo est quicũq; ista facit, & quicunq; iniquitatem
perpetrat. Memineris quæ fecerit tibi Amalek in uia quũ exiretis ex Aegypto, q̊-
modo occurrerit tibi in itinere, & detrũcarit in extremo agmine tuo lassos q̃sq;,
& qui erant in extrema parte exercitus tui, cũ tu esses lassus & defessus, & non ti
muerit deũ. Quũ igitur DOMINVS deus tuus tibi requiẽ dederit de om̃ibus ho
stibus tuis q circũ te sunt, in terra quã DOMINVS deus tuus dat tibi hæreditatẽ,
ut possideas eã, delebis memoriã Amalek sub cœlis, ne obliuiscaris. XXVI.

De primitiuis fructibus & decimis, quibus gratitudinem pro innumeris beneficijs dei ostendere deberent, ijsq; animari ad præceptorum obseruationem.

A CVm ingressus fueris in terrã quam DOMINVS deus tuus daturus est tibi
hæreditatẽ, possederisq; eam, inhabitaueris q; eam, tolles de primitijs cun-
ctorũ fructuũ telluris, quos inuehis de terra tua, quã DOMINVS deus tuus dat
tibi, & pones in sporta, proficisceris ad locũ quẽ eliget DOMINVS deus tuus,
ut collocet nomen suũ illic, ueniensq; ad sacerdotẽ qui in diebus illis fuerit, dices
ad eum, [a]Agnosco hodie DOMINO deo tuo, q ueni in terrã quã DOMINVS
patribus nostris daturum se nobis iurauit. Accipietq; sacerdos sportã de manu
tua, & reponet eam corã ara DOMINI dei tui, & tu cõceptis uerbis perges dice
re corã DOMINO deo tuo, Syrus pater meus [b]periturus erat, & descẽdit in Ae-
gyptũ, ibiq; peregrinus fuit cũ ualde paucis hominibus, at auctus est illic in gen
B tem amplissimã, fortem & multã, adflixerũtq; nos Aegyptij, & subiugarũt nos,
posueruntq; super nos durissimã seruitutem: & quum clamassemus ad DOMI
NVM deum patrum nostrorũ, exaudiuit DOMINVS uocem nostrã, uiditq; ad
flictionem nostrã, laborem nostrũ & oppressionem nostram. Et eduxit nos DO
MINVS de Aegypto robusta manu, extẽtoq; brachio & terrore magno, signis
& prodigijs, & introducẽs nos in locum istũ, dedit nobis terrã hanc fluentem la
cte & melle. Nunc igit adfero primitiuos fructus telluris, [c]quã dedisti mihi DO
MINE. Tu uero dimissis illis corã DOMINO deo tuo, adorabis corã DOMI-
NO deo tuo, lætaberis in om̃i bono q̃d dedit DOMINVS deus tuus tibi & do
C mui tuæ, tu & Leuita atq; peregrinus q est in medio tui. Quumq; cõpleueris dare
decimas, omnes scilicet decimas prouẽtus tui, in anno tertio, q est annus decima
rum, dabis Leuitis, peregrinis, pupillis & uiduis, ut comedãt intra portas tuas,
& saturentur. Dicesq; corã DOMINO deo tuo, Sustuli sanctũ de domo, dediq;
ipsum Leuitis, peregrinis, pupillis & uiduis, iuxta uniuersa præcepta tua quæ præ
cepisti mihi: non sum trãsgressus præcepta tua, nec obliuioni tradidi. Non come
di in dolore meo ex eo, nec [d]sustuli quidq̃ ex eo in immunditiã, neq; dedi ex eo
quid mortuis, sed audiui uocẽ DOMINI dei mei, & feci iuxta omnia quæ præ-
cepisti mihi [e]DOMINE. †Aspice de habitaculo sancto tuo de cœlis, & benedic
populũ tuum Israel, atq; terræ quã dedisti nobis, quemadmodũ iurasti patribus
D nostris terrã lacte & melle manantem. [f]Hodie DOMINVS deus tuus præcipit
tibi, ut facias statuta ista atq; iudicia, ut serues & facias ea toto corde tuo, & tota
anima tua. Tu hodie fecisti dicere DOMINVM q uelit esse deus tuus, utq; am-
bules in uijs eius, obserues statuta eius, præcepta eius atq; iudicia eius, audiasq;
uocẽ eius. Dominus rursum te fecit dicere hodie, ut esses ei populus peculiaris,
sicut loquutus est tibi, & custodias omnia mãdata eius, & ut ponat te excelsiorẽ
cũctis gẽtibus quas fecit, ut sis in laudẽ, & celebre nomen, & in gloriã, & sis po-
pulus

[b]Ebr. Confusiones eius, ut Germanice sin scham.
[c]Ebr. Ne sit tibi in sacculo tuo lapis & lapis. Lapis pro pondere, Epha pro mensura.

[a]Ebr. Annunciaui: ponitur autem annũciare pro profiteri, cõfiteri, agnoscere, ut 1. Cor. 11. annunciare mortem domini, laudare, celebrare, &c.
[b]Quidam legũt, Syrus perdebat patrem meum.
[c]Posset etiam legi, quos.
[d]Qui perdidi legũt, sensum reddũt, nam quæ in immũditiam dantur, perduntur, ut in scurras, balathrones, &c.
[e]Quidã codices non habent domine.
[f]Alij, haiom, intelligunt pro eo die, quo dominus se populo, & populus se deo obstrinxit & addixit, Exod. 19. & 20. & sic legunt, Tu eodem die addixisti te domino deo tuo, ut esset deus tuus: rursus, Deus addixit se tibi eodem die, ut tu sis ei populus peculiaris: sensus in idẽ recidit, Deus enim addixit se nobis fœdere perpetuo se fore deum nobis, nos addiximus nos ei, nos fore populum: aut contra, nos petimus ut sit deus noster, ipse petit ut simus populus eius, omnia tamẽ ex ipso sunt, ipso dicente & efficiente omnia fiũt ex amore scilicet eius erga nos.

Amalek occidendus. Exod. 17. c

Frequens mutatio personarum obseruanda.

Isa. 63. d
Baruch 2. d

Deut. 7. a
Alludit ad uerba fœderis.
Gen. 17. &
Exod. 20.
Exo. 24. &
19.

Digitized by Google

pulus sanctus DOMINO deo tuo, sicut loquutus est. CAP. XXVII.

Ad obseruationem legis populus obstringitur, quae poena transgressoribus, quae praemia legis obseruatoribus sint constituta.

Praecepitque Moses & seniores Israel populo, dicētes, Custodite omnia prae- A
cepta quae ego praecipio uobis hodie. Hoc uero fiet, quū traieceritis Iorda-
nē, [ueneritisque] in terrā quam DOMINVS deus tuus dat tibi, erige tibi lapides
magnos, & obduc eos calce, scribeque sup eos omnia uerba legis huius quādo trā
sieris, eo quod ueneris in terrā quā DOMINVS deus tuus dat tibi, terrā fluentē la-
Exod. 20. d Iosu. 8. f cte & melle, sicut loquutus DOMINVS deus patrū tuorū tibi. Quādo itaque Ior- Praeceptum de lapidibus, & praeceptū de ara uidetur idem esse.
danē traieceritis, erigetis lapides istos, quos ego hodie uobis praecipio, in mōte E-
bal, & obducetis eos calce. Aedificabis quoque ibi arā DOMINO deo tuo, arā de
lapidibus, super quos ferrū nō leuabis, de lapidibus integris aedificabis arā DO-
MINI dei tui, & sacrificabis super eā holocaustū DOMINO deo tuo. Sacrifica- B
bis quoque pacifica sacrificia, et comedes ibi, laetaberisque coram DOMINO deo
tuo. Et scribes sup lapides omnia uerba legis huius, idque luculēter et clare. Loquu
tusque est Moses & sacerdotes Leuitici generis ad uniuersum Israelem in hūc mo
dū, Israel ausculta & audi, Hodie factus es populus DOMINI dei tui, audies igi
tur uocē DOMINI dei tui, & facies praecepta eius, atque statuta eius quae ego prae
cipio tibi hodie. Praecepitque Moses populo illo die, dicēs, Hi stabūt ad benedicen
dū populo super montem Garizim cum trāsieritis Iordanem, Simeon, Leui, Iehu
da, Isachar, Ioseph & Beniamin. Et isti stabunt ad execrandum in monte Ebal,
Ruben, Gad, Aser, Zebulon, Dan, & Naphtali. Leuitae quoque conceptis uerbis di C
cent ad cunctos Israelitas sublata uoce, Execratus uir ille quicūque fecerit sculptile
aut fusile simulachrum, abominationē DOMINI, opus manuū artificis, posue-
ritque illud in abscondito. Et respondebunt uniuersi de populo, & dicent, Amen.
Deut. 9. c Execratus est qui [a] maledicit patri suo aut matri suae, & dicet omīs populus, Amen. [a] Posset etiam legi, qui contemptui habet.
[b] Execratus qui mouet limitem proximi sui, & dicet omnis populus, Amen. Exe [b] Potest etiam dici, infaustus, infelix, nā Arur & Baruch opponuntur, alterū infaustum significat et infelicem, alterū faustum & felicem.
cratus qui caecū errare aut impingere facit in itinere, & dicet uniuersus populus,
Amen. Execratus qui declinare facit iudicium peregrini, pupilli & uiduae, & di-
cet uniuersus populus, Amen. Execratus qui dormit cum uxore patris sui, quo-
niam retegit alā patris sui, & dicet omnis populus, Amen. Execratus qui cubat D
cum ullo iumento, & dicet omnis populus, Amen. Execratus qui concūbit cum
sorore sua, filia patris sui, aut filia matris suae, & dicet uniuersus populus, Amen.
Execratus qui dormit cum socru sua, & dicet uniuersus populus, Amen. Execra
tus qui proximū suum clàm percutit, & dicet omnis populus, Amen. Execratus
qui accipit munus, ut percutiat animā sanguinis innocentis, & dicet uniuersus
Gal. 3. b populus, Amen. Execratus qui non perfecte [c] praestat uerba huius legis ut faciat [c] Potest etiam legi, Qui non erigit aut rata habet.
ea, & dicet uniuersus populus, Amen. CAP. XXVIII.

Incitantur & impelluntur animi ad legis obseruationem, partim utilitatis & praemij specie proposita, partim metu suppliciorum.

SI diligēter audieris uocem DOMINI dei tui, & custodieris fecerisque omnia A
praecepta mea quae ego praecipio tibi hodie, ponet te DOMINVS deus tuus
excelsiorē cunctis nationibus terrae. Venientque super te omnes [a] benedictiones [a] Si cui libet, uulgata uoce Benedictus, utatur, nempe qui à nostra abhorret.
istae, & apprehendēt te, si audieris uocē DOMINI dei tui. [b] Faustus eris in urbe, [b] Benedictio pro omni felicitate et prosperitate ponitur, in corpore, animo, fortunis. Execratio pro omni calamitate & miseria.
faustus in agro. Faustus fructus uētris tui, fructus telluris tuae, atque foetus iumen
torum tuorū, foetus boum tuorū, & gregū ouium tuarum. Fausta sporta tua, atque
reliquiae tuae. Faustus eris quū ingrederis, faustus quum exieris. Efficiet DOMI
NVS ut hostes tui qui aduersum te insurgunt, ante te corruant. Per iter unū egre
dientur aduersum te, & per septē uias fugient ante faciem tuam. Mandabit DO
MINVS ut super te [ueniat] benedictio in prōptuaria tua, atque in omnia ad quae

Digitized by Google

admolitus fueris manũ tuam, fortunabitq́ te in terra quam DOMINVS deus tuus dat tibi. [c]Eriget te DOMINVS sibi in populũ sanctum, sicut iurauit tibi, si mandata dei tui custodieris, & in uijs eius incesseris. Omnes populi terræ uidebunt quod nomen DOMINI inuocatũ sit super te, & timebunt à te. DOMINVS

B quoq; te [d]reliquum faciet, idq́ bono [tuo] in fructu uentris tui, in fœtu iumentorum tuorũ, & in prouentu telluris tuæ, in terra quam iurauit DOMINVS patribus tuis, ut daret [eam] tibi. Aperiet tibi DOMINVS thesaurũ suum bonum, nempe cœlũ, ut det pluuiã terræ tuæ suo tempore, & ut benedicat uniuerso operi manus tuæ, ut possis [e]mutuo dare gentibus multis, tu uero nihil mutuo accipias. Ponet quoq; te DOMINVS in caput, & non in caudã, erisq́ duntaxat supra, neq; unquam eris infra, si audieris præcepta DOMINI dei tui, quę ego præcipio tibi hodie, ut custodias & facias. Ne deflectas à cunctis sermonibus quos ego præcipio uobis hodie, neq; ad dexteram neq; ad sinistram, ut eas post deos alios, & eos colas. Quod si uocem DOMINI dei tui non audieris, ut custodias & facias cũcta pręcepta eius & statuta eius quæ ego tibi pręcipio hodie, uenient super te omnes execrationes istæ, & apprehendent te. Execratus eris tu in urbe, execratus in agro. Execrata erit sporta tua, & reliquię tuæ. Execratus fructus uentris tui, & fructus telluris tuæ, fœtus boum tuorum, & greges ouium tuarũ. Exe-

C cratus in introitu tuo, execratus in exitu tuo. Mittet DOMINVS in te [f]egestatẽ, cõturbationem & [g]increpationem, in omnia quæ [h]institueris & quæ feceris, donec deleat te, & perdat te subito, propter malitiam studiorũ tuorum, quibus me deseruisti. Adhærescere faciat tibi DOMINVS pestem, donec consumat te de superficie terræ, in quam tu uenis ut eam possideas. Percutiet te DOMINVS tumore, ardore, inflammatione, æstu consumente, siccitate, [i]robigine, [k]aurigine, & insequentur te donec pereas. Erũt tibi cœli super caput tuum ærei, & tellus quæ sub te est ferrea. Dabit DOMINVS terræ tuæ pro pluuia arenam & puluerẽ, de cœlis descendet super te donec fueris deletus. Dabit quoq; te DOMINVS prostratum ante hostes tuos, ad quos uno itinere egredieris, & per septem itinera coram eis fugies, erisq́ ut caput [super te] cõmoueant omnia regna terrę. Erit præterea cadauer tuũ cibus omni uolucri cœli & bestiæ terræ, nec erit qui absterreat. Percutiet quoq; te DOMINVS ulcere Aegyptiaco, ficu, scabie fluida, & scabie sicca, ita ut sanari non possis. Percutiet te DOMINVS amentia, cæcitate & subita conturbatione cordis. Et eris palpans in meridiẽ, quemadmodũ palpat cæcus

D in tenebris, neq; prosper eris in uijs tuis: & omnino talis eris, qui uim & iniuriam patiatur, quiq́ diripiatur, idq́ cunctis diebus, nec erit qui eripere possit. Vxorem [tibi] desponsabis, & alius cum ea concũbet: domum extrues, & non habitabis in ea: uineam quoq; plantabis, & non [l]prophanabis eam. Bos tuus mactabitur spectantibus id oculis tuis, & tu non comedes ex eo: asinus tuus rapietur à conspectu tuo, nec reuertetur ad te. Oues tuæ tradentur hostibus tuis, neç erit qui tibi auxilium ferat. Filij tui & filiæ tuæ tradentur populo alij, & oculi tui spectantes hoc tabescent super his tota die, nec erit tantũ uirium ut sis ferendo. Fructum terrę tuæ, & uniuersum laborem tuum comedet populus quem tu non nouisti, erisq́ omnino talis qui uim & iniuriã patiatur, ac conquassetur omnibus diebus. Væsanus quoq; eris propter ea quæ oculis tuis uidere cogeris. Percutiet te DOMINVS ulcere noxio in genubus & cruribus, quod curari haudquaq̃ poterit, à planta pedis tui usq; in uerticem tuum. Ducet te DOMINVS regemq́ tuum, quem constitues super te, ad gentem, quam nec tu nouisti, nec patres tui, & seruies illic dijs alijs, nempe lapidi & ligno. Erisq́ ut à te stupeãt, te exemplo utentur, de te linguam acuant omnes populi ad quos te DOMINVS duxerit. Multũ seminis proferes in agrum, parum colliges, uastabit illud locusta. Vineas planta-

Marginal notes:

[c] Hæc spiritualis est benedictio ac promissio.
[d] Alij legunt, abundare faciet.
[e] Promissio potius est quàm permissio aut præceptio.
[f] Alij legunt, maledictionem.
[g] Alij legunt, perditionem.
[h] Ebr. Ad quæ miseris manũ tuam: uel, in omnẽ missionem manus tuæ.
[i] Pestis est frugum, quã alij uredinem, alij carbunculũ nominant.
[k] Alij legunt, pallore, alij ærugine.
[l] Prophanare, est cõmunem facere: sensus est, non uesceris fructu uineæ.

Levit. 26 b
Thren. 2. f
Mal. 2. a
Baruch 1. d
Mich. 6. d
Aggæi 1. b

plantabis & coles, sed uinũ non bibes neq; colliges, eo quod uermis sit illud ab-
sumpturus. Oleæ erunt tibi per cunctos fines tuos, & tamen non unges te oleo,
quia excutietur olea tua. Filios & filias generabis, & nullos habebis, quia abibũt
in captiuitatem. Omnes arbores tuas, & fructus terræ tuæ perdet [m] ærugo. Pere- E
grinus qui tecum habitat, ascendet, & te sublimior erit, & tu longe infra deside-
bis. Ipse tibi mutuo dabit, & tu illi nihil dabis mutuo: ipse erit in caput, & tu eris
in caudam. Venient denique in te omnes execrationes istæ, quæ et insequentur te,
& apprehendent te, donec consumaris, eo quod non audiuisti uocẽ DOMINI
dei tui, ut custodires præcepta eius atq; statuta eius quæ præcepit tibi. Erunt in
[n] signum & in portentum in te & in semine tuo perpetuo, eo quod non seruieris
DOMINO deo tuo in lætitia & bonitate cordis tui, quũ tamẽ tibi omnia afflue-
rent: seruies igitur hosti tuo quem immittet DOMINVS tibi, in fame, siti, nudi-
tate, & omnium rerum penuria. Et ponet iugum ferreum super collũ tuum, do-
nec ipse te deleat. Excitabit contra te DOMINVS gentem è longinquo ab extre-
mitate terræ, quæ inuolabit ut aquila, gentem cuius linguam tu non capies, gen-
tem [o] impudentem facie, quæ faciem senis nõ reuerebitur, nec miserebitur adule-
scentis. Hæc comedet fœtum iumentorum tuorum, & fructũ telluris tuæ, donec
te deleat, ut nihil reliquum faciat tibi, neq; frumenti, neq; uini, neq; olei, neq; fœ-
tus boum tuorum, neq; gregis ouiũ tuarum, donec te perdat. Et premet te in om- F
nibus [p] portis tuis, donec deiecerit muros tuos sublimes, & munitiones in quas
tu per totam terram tuam fiduciã collocas, & premet te in omnibus urbibus tuis
per uniuersam terrã tuam, quam dedit tibi DOMINVS deus tuus. Et in hac ob-
sidione & adflictione, quibus te adfliget hostis tuus in cunctis urbibus tuis, co-
medes fructum uentris tui, carnem filiorum tuorum, & filiarũ tuarum, quos de-
dit tibi DOMINVS deus tuus. Oculus uiri teneri & ualde delicatuli qui in te
est, inuidebit fratri suo, atq; uxori gremij sui, & his qui ex filijs eius reliqui sunt,
ne scilicet det alicui eorum de carnibus filiorũ suorum quos comedet, quando-
quidem ex omnibus sibi nihil aliud reliquũ est, in obsidione & adflictione, qui-
bus te adfliget hostis tuus in cunctis urbibus tuis. [Mulier] quoq; tenera & deli-
catula, quæ in te est, quæ præ delicijs & teneritudine nunquam tentauit plantam
pedis sui super terram collocare, [q] inuidebit oculo suo uiro gremij sui, filio suo et
filiæ suæ, [r] felicitati quoq; suæ recens à se editæ, & filijs suis quos gignet, quoniã
comedet eos in secreto, quũ iam omnia desunt, in obsidione & adflictione, qui-
bus te adfliget hostis tuus in portis tuis. Si non seruaueris ut facias omnia uer-
ba legis huius, quæ scripta sunt in libro isto, & non timueris nomẽ hoc glorio-
sum & tremendũ, DOMINVM deum tuum, noua quædam, rara & magna atq;
durabilia uerbera, tum etiã infirmitates malas & durabiles, infliget DOMINVS
tibi & semini tuo, reducetq; in te omnẽ morbũ Aegypti, à quibus tu metuisti, &
adhærescent tibi. Omnem quoq; languorẽ, & omnes adflictiones quę non sunt G
scriptæ in libro legis huius, [s] adducet DOMINVS super te, donec te deleat. Et
pauci numero [ex uobis] reliqui erũt, quũ essetis antea multi ut stellæ cœli, quod
non audiuisti uocẽ DOMINI dei tui. Fietq;, ut sicut DOMINVS lætatus est de
uobis ut uobis benefaceret, et uos multiplicaret, sic lætabitur DOMINVS de uo-
bis ut perdat uos, & ut deleat uos, atq; euellemini à superficie terræ in quã tu ue-
nis ut eã possideas. Disijciet quoq; te DOMINVS in omnes populos, à fine ter-
ræ usq; ad finẽ terræ, ibi seruies dijs alijs, quos neq; tu neq; patres tui nouerunt, li-
gno nempe & lapidi. Et apud gentes huiusmodi requiem nõ inuenies, neq; erit
quo plantã pedis tui colloces, & dabit tibi DOMINVS cor palpitans, consum-
ptionem oculorum, & mœrorem animi. Et pendebit uita tua ante te, pauebis no-
cte & interdiu, nec fidere potes uitæ tuæ. Mane dices, Quis dabit uesperũ? Vespe

[m] Zilzal Græci ery-sibe transtulerunt, quod Theophrastus æruginem interpretatur, uitium est segetũ: alijs magis placet rubigo uel robigo. Quidam genus locustæ dicunt zilzal.

[n] Pœnæ scilicet istæ signa sunt irati dei.

[o] Bh. Robusta facie, quæ non feret uel suscipiet faciem senis.

[p] Portæ pro urbibus.

[q] Pro inuidebit, legi potest, machinabitur malum.

[r] Pro felicitate alij legunt, secundinæ quę egreditur inter pedes. Sed uidetur de filia recens edita intelligi debere, quæ est felicitas matris aut de filio. Ebraica uerba hic paulo aliter habent, sed sensus est integer.

[s] Alij saalẽ ab olam exponunt, & sæculum faciet transire super te, ut perpetuę sint pœnæ, nec statim recedant.

Digitized by Google

ti dices, Quis dabit mane? propter pauorem cordis tui, quo pauebis, & propter uisum oculorum quod uidebis. Et reducet te DOMINVS in Aegyptum nauibus, per uiam quam dixi tibi, Non uidebis eam amplius, & uenũ exponẽris ibidem hostibus tuis in seruos & ancillas, & non erit qui emat. Hæc sunt uerba fœderis quod præcepit DOMINVS Mosi, ut feriret cum filijs Israel in terra Moab, præter fœdus illud quod ferijt cum eis in Horeb. Epilogus.

CAP. XXIX.

Exactius quædam ex superioribus refricat, ut eos ad obseruationem legis obliget, ne propter ingratitudinem e terra pellantur.

A Vocato autem omni Israele Moses, dixit ad eos, Vos uidistis omnia quæ fecit DOMINVS uobis spectantibus in terra Aegypti, Pharaoni & omnibus seruis eius, atque uniuersæ terræ eius, tentationes magnas quas uiderunt oculi tui, signaque illa magna atque portenta. Nec dedit uobis DOMINVS cor ad intelligendum, & oculos ad uidendum, atque aures ad audiendum usque in præsentem diem. Ego quidem duxi uos quadraginta annis per desertum, nec sunt uetustate attrita uestimenta uestra super uos, nec calceamentũ tuum uetustate cõsumptum est in pede tuo. Panem nõ edistis, nec uinum aut siceram bibistis, ut sciretis quod ego sum DOMINVS deus uester. Et uenistis ad locũ istum, egressusque obuiam nobis Sihon rex Hesbon, & Og rex Basan congressus est [nobiscum,] quos percussimus. Accipientes autem terram eorum, dedimus eam in hæreditatem Rubenitis & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse. Custodietis itaque uerba fœderis huius, ut faciatis ea, ut prudẽter agatis omnia quæ facturi estis. Exod. 19. a Deut. 8. a Enallage numeri & personæ. Deut. 3. a

B Vos omnes hodie statis coram DOMINO deo uestro, capita uestra, tribus uestræ, seniores uestri, & [a] præcones uestri, atque omnes uiri Israelitæ, pubes uestra, uxores uestræ, & peregrinus tuus qui est in castris tuis, à [b] lignatore tuo usque ad aquatores tuos, ut transeas in fœdus DOMINI dei tui, & in [c] iuramentũ eius, quod DOMINVS deus tuus hodie ferit tecũ, ut erigat te hodie sibi in populũ, & ipse sit tibi deus quemadmodum pollicitus est tibi, & quemadmodũ iurauit patribus tuis, Abrahamo scilicet, Isaac & Iacob. Non autem uobiscum duntaxat ego ferio pactum istud et iuramentũ istud, sed & cum omni eo qui hodie apud nos hic stat coram DOMINO deo nostro, & cum eo qui hodie non est hic nobiscum. Vos enim scitis qualiter habitauerimus in terra Aegypti, & quomodo transierimus per medias gentes per quas transistis.

[a] Alij legunt, præfecti.
[b] Alij legũt, Calones & lixas.
[c] Alij pro iuramẽto execrationẽ legunt.

C Vidistis quoque [d] abominationes earum, & idola earum, lignum & lapidem, argentũ & aurum, quæ apud illos erant. Ne forte sit in uobis uir aut mulier, familia aut tribus aliqua, cuius cor se auertat hodie à DOMINO deo nostro, ut abeat & seruiat dijs gentium istarum, & ne forte sit in uobis radix germinans fel & absynthium. Sed & quum audierit uerba execrationis huius, felicitatem sibi promittat in corde suo, dicens, Pax erit mihi, etiam si incessero iuxta libidinem cordis mei, ut [e] finiatur ebria cum sitiente. Nõ uult DOMINVS huic propitius esse, sed tum fumabit furor DOMINI, & indignatio eius aduersus uirum talem, & cubabit super eum omnis execratio quæ scripta est in hoc libro, delebitque DOMINVS nomen eius sub cœlo. Separabitque DOMINVS eum ad malum ex omnibus tribubus Israel, iuxta omnes execrationes fœderis, quod scriptũ est in libro huius legis. Et dicet generatio posterior, scilicet filij uestri, qui post uos exorientur, & alienus qui ueniet de terra remota, quũ uisuri sunt uerbera hu-

[d] Alij legunt, fœditates & excrementa.
[e] Alij legũt, ut addatur ebria sitiẽti: alij, ut addatur madidus sicco.

D ius terræ, & lãguores quibus DOMINVS illã languere facit, sulphure et sale exurentibus uniuersam terrã eius, ut seminari non possit, non germinante neque exoriente in ea ulla herba, sicut in loco subuersionis †Sodomæ & Aemoræ, Admæ et Zeboim, quas subuertit DOMINVS in ira sua atque in furore suo, dicent inquam omnes gentes, Cur DOMINVS huic terræ sic fecit? Quæ est ira furoris tam immensi? Et respondebũt, Quod fœdus DOMINI dei patrũ suorũ deseruerint, quod pe- Gen. 19. c 3. Reg. 9. b Ier. 22. a

pigit

Digitized by Google

pigit cum eis quum educeret eos de terra Aegypti, nam abierunt & seruierũt dijs alijs, adorauerunt'q eos, deos quos non cognouerunt, & quos non diuisit eis, & exarsit furor DOMINI cõtra terram istam, ut induceret super eam omnẽ execrationẽ quæ scripta est in libro isto: & euulsit eos DOMINVS de terra eorũ in ira, furore & indignatione magna, disiecit'q eos in terrã aliam, ut testatur hæc dies. [f] Abscondita DOMINO deo nostro, reuelata uero ad nos & ad filios nostros [attinent] dum durat sæculũ, ut faciamus omnia uerba legis huius. XXX.

[f] Alij sic legunt, Arcana domini dei nostri nobis reuelata sunt.

Ostendit peccantibus esse reditum per pœnitentiam ad dei misericordiam.

Doctrina contra desperationẽ. Psal. 105. d

A Quum itaq uenerint super te oĩa ista, nẽpe benedictio & execratio, quæ ego posui ante faciẽ tuã, † & reuocabis ad cor tuũ, apud cunctas gentes ad quas te propulerit DOMINVS deus tuus, cõuersus'q fueris ad DOMINVM deũ tuũ, uoci'q eius obedieris iuxta omnia quæ ego præcipio tibi hodie, tu & filij tui, toto corde tuo atq tota anima tua, cõuertet quoq DOMINVS deus tuus captiuitatẽ tuã, & intimis uisceribus miserationis afficietur erga te, & conuersus colliget te de cunctis populis, in quos te dispersit DOMINVS deus tuus. Etiamsi fueris eiectus tu usq ad fines cœlorũ, illinc te colliget DOMINVS deus tuus, atq inde te tollet. Et introducet te DOMINVS deus tuus in terrã quã possederunt patres tui, & possidebis eam, benefaciet'q tibi, & multiplicabit te magis q̃ patres tuos. Et circuncidet DOMINVS deus tuus cor tuum, & cor seminis B tui, ut diligas DOMINVM deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ut uiuas. Ponet quoq DOMINVS deus tuus omnes execratiões istas super hostes tuos, & super eos qui te oderunt, & qui te persequũtur, siquidẽ tu reuersus audieris uocẽ DOMINI, atq feceris omnia præcepta eius quę ego mando tibi hodie. Et [a] eximiũ te faciet DOMINVS deus tuus in omni opere manus tuæ, in fructu uentris tui, & in fœtu iumentorũ tuorũ, & in fructu terræ tuæ ad bonum, quoniã reuertetur DOMINVS, ut lætetur super te bono [tuo,] sicut lætatus est super patres tuos, si modo audieris uocẽ DOMINI dei tui, ut custodias præcepta eius, & C statuta eius quæ scripta sunt in libro legis huius, & si cõuersus fueris ad DOMINVM deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Etenim præceptũ istud quod † ego tibi præcipio hodie, nõ est [b] absconditũ à te, nec tam remotũ. Non est in cœlis, ut dicas, Quis ascendet nobis in cœlos, ut ipsum nobis adferat, annunciet'q nobis illud, ut faciamus ipsum? Nec est ultra mare, ut dicas, Quis traijciat nobis mare, & adferet nobis, & annunciet nobis ut ipsum faciamus? Sed ualde propinquũ est tibi uerbũ, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud. Ecce posui hodie ante te uitã atq bonũ, mortẽ deniq & malũ. Nã ego præcipio tibi ut diligas DOMINVM deũ tuũ, ut incedas in uijs eius, atq custodias præcepta eius, statuta D eius atq iudicia eius, ut uiuas & multipliceris, fortunet'q te DOMINVS deus tuus in terra, ad quã tu iam uenis ut eam possideas. Sin retrospexerit cor tuum, & non obedieris, sed impulsus adoraueris deos alios, seruieris'q eis, denuncio uobis hodie quod certissime peribitis, nec prorogabitis dies super terrã, ad quam tu transmisso Iordane iam uenies ut eam possideas. Obtestor hodie aduersum uos cœlũ & terrã, uitam & mortẽ proposui uobis, benedictionẽ & execrationẽ: elige igitur uitã, ut uiuas tu & semẽ tuũ, ut scilicet diligas DOMINVM deum tuum, & obedias uoci eius, adhæreas'q ei, quoniam ipse est uita tua, & longitudo dierum tuorũ, ut habites super terrã, quam iurauit DOMINVS patribus tuis, Abrahamo, Isaac & Iaacob, ut ipsis [eam] daret. CAP. XXXI.

2. Mach. 1. f

[a] Alij legunt, abundare te faciet.

Rom. 10. b Dilutio cauilli quod ignorãtiam prætexit.

[b] Alij legũt, impossibile aut difficile, obscurum, mirabile, mirificum, rarum, inusitatum, insolitũ, nam uox Ebræa hæc omnia significat.

Consolatur eos, ne concidant ob mortem eius, successorem instituit Iosua, & legem eis commendat.

Moses moritur.

A Biens itaq Moses, loquutus est uerba ista ad omnem Israelem. Et dixit ad A eos, Ego hodie sum natus centũ & uiginti annos, nec possum ultra egredi

& ingredi, & dixit DOMINVS ad me, Tu non transibis Iordanem istum, DO- Deut.3.d
MINVS deus tuus ipse trãsibit ante te, & delebit gentes istas ante te, tu uero[a] pos- Num.27.c
sidebis eas. Iehosua quoq; ille præcedet te, quemadmodum loquutus est DOMI-
NVS. Et faciet DOMINVS eis quemadmodũ fecit † Sihon & Og regibus A- Num.21.e
morræorum, atq; terræ eorũ quos ipse exterminauit. Tradetq; eos DOMINVS
ante faciem uestram, ut faciatis eis iuxta totum hoc præceptũ quod mandaui uo-
B bis. †Fortes igitur estote & agite gnauiter, ne timeatis neq; terreamini ab ipsis, Deut.7.a
quia DOMINVS deus tuus ipse comitatur te, non faciet te remissum, neq; dese- Num.27.
ret te. Vocauit autem Moses Iehosua, & dixit ad eum in oculis totius Israelis, For-
tis esto, & gnauiter age, quoniam tu ingredieris cum populo isto in terrã, quam
iurauit DOMINVS patribus eorum, ut daret eis, & tu diuides eis eam in hæredi-
tatem. Sed & DOMINVS ipse præcedet te, & ipse aderit tibi, nec remissum te fa-
ciet, nec te deseret: ne ergo timeas, ne animo frangaris. Et scripsit Moses legẽ istã,
& tradidit eam sacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fœderis DOMINI,
C atq; cunctis senioribus Israel, præcepitq; Moses eis hisce uerbis, A [b] fine septẽ an-
norum in stato festo anni remissionis in solennitate tabernaculorũ, quando con-
uenit cunctus Israel, ut appareat in conspectu DOMINI dei tui, in loco quẽ sibi
elegerit, leges hanc legem coram uniuerso Israele ipsis audientibus: Congrega-
bis autem populum, uiros, mulieres, & pubem, sed & peregrinum tuum qui est
intra portas tuas, ut audiant, & ut discant, timeantq; DOMINVM deum uestrũ,
custodiantq; & obseruent omnia uerba legis huius. Filij quoq; eorum qui nihil
nouerunt, audiant & discant, ut timeant DOMINVM deum uestrũ cunctis die-
bus quibus uiuetis super terram, in quam uos traiecto Iordane introitis ut eam
D possideatis. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Ecce appropinquarunt dies tui ut
moriaris, uoca igitur Iehosua, & collocate uos in tentoriũ constitutionis, ut dem
ei mandata. Abijt ergo Moses & Iehosua, & statuerunt se in tentorium constitu-
tionis. Et aparuit DOMINVS in tentorio in columna nubis, stetitq; columna
nubis super ostio tentorij. Et dixit DOMINVS ad Mosen, Ecce tu dormies cum
patribus tuis, & surget populus & scortabitur [sequendo] deos alios, huius ter-
ræ scilicet in quam ueniet, deseret me, & irritum faciet fœdus meum quod pepi-
gi cum eo. Et irascetur furor meus in eum in die illo, deseramq; eos, & abscon- Enallage
dam faciem meam ab eis, eritq; in deuorationem, & apprehendent eum multa personarũ.
mala, & adflictiones, ut dicturus sit illo die, An non ideo me ista mala apprehen-
E dunt, quod deus non est in medio mei? Eodem die ego omnino abscõdã faciem
meam propter uniuersum malum quod facit, nẽpe quod se conuertit ad deos a-
lios. Nunc igitur scribite uobis cãticum istud, & doce ipsum filios Israel, & inse-
re hoc ori ipsorum, ut sit mihi canticum istud in testem contra filios Israel. Nã in-
troducam eum in terram quam iuraui patribus eius, fluentẽ lacte & melle, & co-
medens saciabitur & pinguescet, conuertetq; se ad deos alios, & seruiẽt eis, & [c] ir-
ritabunt me, & irritum facient fœdus meũ. Cumq; acciderint ei multa mala atq;
adflictiones, respondebit ei canticum istud coram eo tanquã testis, quoniam nun-
F quam excidet semini eius ex ore. Nam cognoui figmentũ cordis eius, quod ipse
hodie facit, antequam introducam eum in terrã quã iuraui. Scripsit igitur Mo-
ses canticũ istud eadem die, & docuit ipsum filios Israel. Præcepitq; Iehosua filio Dominus
Nun, dicens, Corroborare & esto robustus, quoniã tu introduces filios Israel in præcipit Iehosua.
terram quam iuraui eis, & ego ero tecum. Factũq; est ut cessasset Moses scribere
uerba legis huius in libro, & consummasset ea, præcepit Moses Leuitis portanti-
bus arcam fœderis DOMINI, dicens, Accipite librũ legis huius, & reponite eũ
G in latere arcæ fœderis DOMINI dei uestri, ut sit ibi contra te in testimoniũ. Ego
enim noui rebellionẽ tuam, & ceruicem tuam præfractam, etenim etiamnũ ho-
die

[a] Alij legunt, expelles eas.

[b] Aliqui legunt, à principio, ut sup. 15. cap. annotatum est.

[c] Alij, blasphemabunt.

Digitized by Google

die quum adhuc sum uobiscum uiuens, estis [b] rebelles DOMINO, quanto ergo magis post mortem meam? Congregate ad me omnes seniores tribuum uestrarum, & praefectos uestros, ut loquar in auribus eorum uerba ista, & obtester aduersum eos coelum & terram. Noui enim quod post mortem meam [c] certissime perperam agetis, & deficietis de uia quam praecepi uobis, occurretque uobis tandem malum, quoniam perperam agetis in oculis DOMINI, ut prouocetis eum per opus manus uestrae. Loquutusque est Moses in auribus totius coetus Israelitici uerba cantici huius, donec complesset ea.

[b] Alij legunt, morosi, molesti.

[c] Eb. Corrumpendo corrumpetis.

CAP. XXXII.

Recitat Moses carmen coram populo, & procul spectat terram quam non ingreditur.

Doctrina.

A Vdite coeli nam loquar, audiatque terra uerba oris mei. Stillabit ueluti pluuia doctrina mea, fluet ut ros eloquium meum, sicut imber pluuius super herbam, & sicut stillae super plantulas. Quoniam inuocabo nomen DOMINI, tribuite magnificentiam deo nostro. Opus petrae illius solidum est, quoniam omnes uiae eius sunt iudicium, deus uerax, absque uanitate, iustus & rectus est. Peruersa haec & detorta generatio corrupit sibi, non filij eius in maculis suis. Hoccine rependitis DOMINO? popule stulte & non sapiens: an non ipse est pater tuus qui te comparauit? qui te fecit? quique te firmauit? Memineris dierum priscorum, expendite animo annos priorum saeculorum: interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: senes tuos, & dicent tibi. Quum altissimus possessiones distribueret gentibus, quumque dispergeret filios hominum, constituit limites populorum pro numero filiorum Israel. Quoniam pars DOMINI populus eius, & Iaacob funiculus haereditatis eius. [a] Inuenit eum in terra solitudinis, in uasto [loco] ululatus & deserto. Circunduxit eum, & erudiuit eum, custodiuitque eum perinde ac pupillam oculi sui. Quemadmodum aquila excitans nidum suum, & super pullos suos uolitans, expandensque alas suas tollit illum, & portat eum super alas suas. Solus DOMINVS duxit eum, & non fuit cum eo deus alienus. Inuexit eum in sublimitatibus terrae, ut comederet prouentus agrorum, deditque ei ut sugeret mel de petra, oleumque è durissimo saxo, butyrum boum, & lac ouium, cum adipe [b] arietum pinguium, & hircorum, cum [c] adipe delicatissimi tritici, & sanguinem uuae [d] biberet meracum. Et pinguis factus rectus calcitrauit: crassus factus es, obesus, & adipe obductus. Dereliquit deum factorem suum, & [e] ingratus fuit petrae salutis suae. Ad indignationem eum alienis [dijs] prouocauerunt, abominationibus eum ad iracundiam concitarunt. Sacrificarunt cacodaemonibus, non deo, dijs quos non nouerunt, nouis qui nuper exorti sunt, quos patres uestri nihil reueriti sunt. Petrae quae te genuit oblitus es, excidit tibi deus qui te parturijt. Et uidit DOMINVS, & iratus est, propter prouocationem filiorum suorum & filiarum suarum. Et dixit, Abscondam faciem meam ab eis, spectabo quid tandem [facturi sint] illi. Quoniam generatio est peruersa, filij in quibus nulla est fides. Ipsi † prouocauerunt me ad indignationem in eo qui non est deus, ad iracundiam me concitarunt uanitatibus suis, & ego quoque prouocabo eos in eo qui non est populus, in gente stulta irritabo eos. Quoniam ignis succensus est in furore meo, & exardescet ad infimos inferos usque, deuorabitque terram cum fructu eius, & inflammabit fundamenta montium. Congregabo super eos mala, sagittas meas euacuabo in eos. Adusti fame, consumpti ardenti lue, & amara aegritudine, quin et dentes bestiarum immittam in eos, cum [f] furore serpentium in puluere. Foris orbabit gladius, in penetralibus terror, tam iuuenem quam uirginem, lactentem cum uiro cano. Statueram quidem quod disijcere uellem eos per angulos [terrae,] tollereque memoriam eorum è mortalibus, nisi ferociam hostium ueritus essem, ne forte hostes eorum sibi id arrogarent, ne forte dicerent, Manus nostra excelsa, & non

Opera dei. Gene. 11. Gene. 9. Exod. 13. Exod. 19. Ingratitudo. Rom. 10. d Ierem. 25. c

A B C D

[a] Aliqui legunt pro inuenit satis fecit uel suffecit.

[b] Alij legunt, arietum Basan, quae regio est foecundissima.

[c] Ebr. Cum adipe renum frumenti: alij referunt adipem & renes ad hircos, sed simpliciter est, simila gine praestantissima & optima.

[d] Eb. Biberes, sed non lui mutare personam tam subito, sunt creberrimae heteroses personarum, quas ad claritatem moderatus sum sententiae.

[e] Alij legunt, stulte egit cum petra salutis suae.

[f] Venenum serpentum intelligit.

Digitized by Google

DOMINVS operatus est uniuersum hoc. Quoniam gens est quæ perdit consilia, neq; est eis intelligentia aliqua. O si saperent intelligerentq; hoc, expenderentq; quid tandem futurum sit ipsis. Quomodo persequeretur unus mille, & duo fugarēt decem millia, nisi petra eorum uendidisset eos, & DOMINVS conclusisset eos? Nam petra eorū non est ut petra nostra, [huiusq; rei] & hostes nostri iudices sunt. Quoniā de uinea Sodomorū uitis eorum, atq; de aruis Amorræ. Vua eorū uua [g] fellis, botrus amarissimus eis. Virus draconū uinum eorū, & fel aspidum sæuum. An non hoc repositum est apud me, & obsignatum in thesauris meis? †Vltio mihi est & repensio ad tempus, labetur pes eorum, appropinquat dies quo perdantur ipsi, & festinant quæ imminent eis. Quoniā iudicabit DOMINVS populū suum, & in seruis suis se [h]solabitur, nam uidebit uires eorum abijsse, & in nihilum abijsse conclusum & derelictum. Et dicet, Vbi sunt dij eorum, petra in quem sperauerunt? Quorum adipem ex sacrificijs [i] comederunt, & quorum uinum in libaminibus biberunt. Surgant & opitulentur uobis, sint uobis in latibulum. Videte igitur quod ego, ego inquā ipse [sum DOMINVS,] & non est deus præter me: ego occido, & rursus uiuifico: ego uulnus infligo, & ego medebor, nec est qui è manibus meis eripere possit. Quoniā sublata manu mea in cœlum, dicam, Viuo ego in æternū. Quum exacuero fulgorem gladij mei, tum manus mea apprehendet iudiciū, rependamq; ultionem hostibus meis, simulq; odientibus me rependam. [f]Imbuā sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, propter sanguinē occisorum, propterq; captiuos, [l]ut hosti summatim ultiones [rependam.] Excitate ô gentes ad iubilum populū eius, quoniā sanguinem seruorū suorum ulciscetur, & uindictam rependet hostibus suis, & propitius erit terræ suæ & populo suo. Veniens itaq; Moses, loquutus est omnia uerba cātici huius in auribus populi, ipse & Hosea filius Nun. Et quū finem fecisset Moses, quumq; loquutus esset omnia uerba hæc ad uniuersum populū Israel, dixit ad eos, Ponite cor uestrū ad omnia uerba quę ego testificor uobis hodie, præcipietisq; ea filijs uestris, ut custodiant & faciāt omnia uerba legis huius: nec sit uobis hic sermo uanus, quoniā est uita uestra, & in hoc uerbo prolongabitis dies super terrā, ad quam uos transmisso Iordane proficiscimini ut eam possideatis. Et loquutus est DOMINVS ad Mosen eodem die in hæc uerba, Ascende montem istū Abarim, montem Nebo, quæ est in terra Moab è regione Hiericho, & contemplare terram Chanaan quam do filijs Israel possidendam, & morere in monte in quem tu ascendis, colligerisq; ad populos tuos, †quemadmodum mortuus est Aharon frater tuus in monte Hor, & collectus est ad populos suos, eo quod præuaricati * estis contra me in medio filiorum Israel iuxta aquas Meruba in Kades deserti Zin, quod me non sanctificastis in medio filiorum Israel. E regione spectabis terram hanc, illuc autem non uenies, ad terram inquam quam ego do filijs Israel.

CAP. XXXIII.

Benedicit iam moriens populo, eiq; fausta imprecatur ualedicens, simul fata illorum prænuncians.

HAec est benedictio qua benedixit Moses uir dei filios Israel ante mortē suā, dixitq;, DOMINVS de Sina uenit, & ortus est eis ex Seir, illuxit de monte Pharan, & uenit cum decem millibus sanctorum, à dextris ignea lex ad eos. Et uehementer diligit populos, omnes sancti eius sunt in manibus tuis. Et ipsi inserti intra pedes tuos, accipient ex uerbis tuis. Legē præcepit nobis Moses hæreditariam cœtui Iaacob. Et fuit [a] æquabilis rex, quū se congregarent capita populi, simulq; tribus Israel. Viuat Ruben, & non moriatur, sintq; homines illius pauci numero. Et hæc est [benedictio] Iuda. Et dixit, Audi DOMINE uocem Iuda, & ad populum suum duc eum: manus eius multæ erūt ei, tu opem ei feres contra

Marginal notes (left): E; g Alij, absynthij. h Solari est explere cupidinē ul ulcīscēdi. h Alij, pœnitudine ducetur, uel miserebitur. i Comederunt alij ad deos, alij ad Iudæos referunt. F; f Ebr. Inebriabo. l Aliqui legunt, à capite nudatorū: alij, à capite ultionum hostis. G; A; a Ebr. Et fuit in rectitudine rex, quod Ebræi pro Israele exponunt.

Marginal notes (right): 1. Reg. 2. b Tob. 13. a Sap. 16. b; 2. Mac. 7. b; Num. 20. d 33. e; * Exo. 17 c Num. 20. a 27. c; Enallage personæ sebita, simulq; numeri.

De Vrim et Thumim uide Exod.28. Exod.17.

contra hostes suos. Et ad Leui sic dixit, Thumim sunt tui, tui sunt Vrim, uiroq; B
qui in te pius fuerit, quem tentasti in Massa, & quē ad contentionē prouocasti ad
aquas Meriba. Qui dicit patri suo & matri suæ, Non uidi eum, & fratres suos
non cognouit, neq; filios suos agnoscit, quoniā custodiuerūt eloquia tua, & fœ-
dus tuum tenaciter seruabunt. Docebunt ipsum Iaacob iudicia tua, et Israelem le
gem tuam. Incensum ponent coram naribus tuis, & holocaustū in aram tuam.
Benedic DOMINE opibus eius, & opus manuum eius tibi probetur. Contun-
de lumbos eorum qui insurgunt aduersus eum, & eorum qui odio eum habent
ne insurgant. Ad Beniamin dixit, Dilectus DOMINI securus habitabit iuxta
eum, inumbrabit super eum tota die, & inter humeros eius habitabit. Ad Ioseph C
dixit, Benedicta est à DOMINO terra eius à delicatissimis & dulcissimis fructi-
bus cœli, à rore, & ab abysso inferne cubante, à delicatissimis & dulcissimis fructi
bus solis, & à dulcissimis ac delicatissimis [b] fructibus mensiū, & à capitibus mon
tium orientalium, & à delicatissimis fructibus collium qui iam olim fuerunt, à
fructu delicatissimo terræ, & à cōpia eius. Et fauor habitantis in rubo, ueniat in
caput Ioseph, & in uerticē Nazaræi inter fratres suos. Decor eius ut primogeniti
bouis illius, & cornua illius ut cornua unicornis, quibus populos deturbabit pa
riter usq; ad fines terræ, atq; hæc sunt decē millia Ephraim, & ista millia Manas-
se. Ad Zebulon ait, Lætare Zebulon in exitu tuo, & Isachar in tabernaculis
tuis. Populos ad montem uocabunt, ubi sacrificabunt sacrificia iustitiæ, quoniā
inundationem marium sugent, & reconditos thesauros arenæ. Et ad Gad di-
xit, Benedictus qui dilatat Gad, ut leo moratur, qui lacerat brachiū cum uertice.
Primum sibi prospexit, quod illic esset portio legislatoris laqueati, & ueniet cum
principibus populi, & faciet iustitiam DOMINI, atq; iudicia eius cum Israele. D
Ad Dan ait, Dan catulus leonis, desilit à Basan. Et ad Naphtali dixit, Naphtali
satur est [diuino] beneplacito, atq; plenus benedictione DOMINI, Occidentem
& Meridiē occupabit. Ad Aser quoq; ait, Aser benedictus ob filios, gratus fra-
tribus suis, in oleo tinget pedem suum. Ferrū & æs sub calceamentis tuis, & [c] lon
gæuus eris in senectute tua. Non est deus ut [deus] Israelis, qui cœlos inequitat,
auxiliator tuus, & magnificentia eius æther est, qui iam olim habitatio dei est, &
inferne brachia in mundo [extendit.] Et expellet ante faciem tuam hostem, & di-
cit, Vastato. Habitabit itaq; solus Israel securus, & oculus Iaacob ad terrā frumen
ti & uini, quin & cœli eius stillabunt rorē. Beatus es tu ô Israel, qui tui similis ô
popule: saluus in DOMINO, qui est clypeus auxilij tui, & gladius gloriationis
tuæ. Et mentientur tibi inimici tui, & tu calcabis in excelsis eorū. XXXIIII.

Benedicta, fertilissima, feracissima. Exod.3.a

Fauor in rubo, pro deo ipso qui in rubo apparuit.

Ierem.33.b

[b] Ebr. Eiectione lunarum, eiectio autē maturus est fructus, lunæ cursu mēses cōstant, in quibus fruges maturescunt.

[c] Alij legunt, In fortitudine tua. Ebr. Secundum dies tuos senium tuum.

Moses ascenso monte moritur, fit in morte publicus luctus.

AScendit itaq; Moses ex campis planis Moab in montem Nebo, & in uerti- A
cem collis qui est è regione Ierilcho, [†] ostēditq; illi DOMINVS uniuersam
terrā Gilead usq; Dan, & omnē Naphtali, & terrā Ephraim atq; Manasse, & om-
nem terrā Iuda usq; ad mare nouissimū. Meridiem deniq; & campestrem plani-
tiem Iericho, quæ est ciuitas palmarum, usq; Zoar. Et ait DOMINVS ad eum, B
Hæc est terra quam iuraui Abrahamo, Isaac & Iaacob, & dixi, Semini tuo dabo
eam, ostendi tibi eā ut oculis tuis uideres, illuc uero non introires. Mortuus igi-
tur est Moses seruus DOMINI in terra Moab iuxta os DOMINI. Et sepeliuit
eum in ualle in terra Moab contra domum Peor, et nullus hominū cognouit se-
pulchrum eius in hunc usq; diem. Erat autem Moses natus centum & uiginti C
annos quū moreretur, oculi eius non caligarant, [a] maxillæ eius nihil defecerant.
Defleuerunt itaque filij Israel Mosen in planitie campestri Moab triginta diebus,
& cōpleti sunt dies fletus & luctus Mosis. Iehosua uero filius Nun repletus est
spiritu sapientiæ, eo quod posuerit Moses manus suas super eum, obedieruntq;

2.Mac.2.a Deut.3.d

Gene.12.b 15.d

Iud.4.c

Occidentem scilicet.

[a] Vel, uiror eius non fugerat.

Digitized by Google

D filij Israel ei, & fecerunt sicut præceperat DOMINVS Mosi. Et non surrexit pro
pheta amplius in Israel sicut Moses, quem nosset DOMINVS facie ad faciem,
secundum omnia signa & prodigia, propter quæ miserat eum DOMINVS, ut
faceret in terra Aegypti, coram Pharaone & omnibus seruis eius, atque coram uni
uersa terra eius, & secundum cunctam manum robustam, & omnē terrorem ma
gnum quem fecit Moses in oculis totius Israelis.

Liber Iosue, Hebraice Iehosua.

CAPVT I.

Post mortem Mosis imperator fit Iehosua, qui mandata à deo accipit.

A FACTVM uero est post mortem Mosis serui DOMINI, ut loquere
tur DOMINVS ad Iosuam filium Nun ministrum Mosis in hanc
sententiam, Moses seruus meus mortuus est, surge itaque & traijce Ior
danem istum, tu & omnis populus iste, in terram quam ego do eis,
nempe filijs Israel. Omnem locū quem calcauerit planta pedis uestri, tradidi uo-
bis, quemadmodum loquutus sum ad Mosen, A deserto & Libano isto, usque ad
fluuium magnum, fluuium inquam Euphraten, omnis terra Hithæorum usque Deut.11.c
ad mare magnum contra occasum solis erit limes uester. Non se statuet quis-
quam contra faciem tuam cunctis diebus uitæ tuæ: quemadmodū fui cum Mo-
B se, [sic] ero tecum, non faciam te remissum, neque deseram te. Sis igitur fortis & ro- Heb.13.a
bustus, tu enim diuides in hæreditatē populo huic terram quam iuraui patribus
eorum, ut darem [eam] illis, modo tu sis fortis & admodum robustus, ut custo-
dias & agas secundum uniuersam legē quam præcepit tibi Moses seruus meus.
Ne recedas ab ea neque ad dexteram, neque ad sinistram, ut prudenter agas in omni Lectio Deu
bus in quibus incedis. Non recedet liber legis huius ab ore tuo, sed meditaberis teronomij.
in eo die noctuque, ut custodias & agas iuxta omne illud quod scriptum est in eo,
tunc enim prosperum reddes iter tuum, tunc prudenter ages. An non præcepi ti-
bi, Sis fortis & robustus, ne formides, neue animo frangaris: quoniam ego DO-
C MINVS deus tuus adsum tibi in omnibus ad quæ tu proficisceris. Præcepit
igitur Iehosua præfectis populi, dicens, Transite per media castra, & præcipite
populo in hanc sententiam, Parate uobis uiaticum, adhuc enim intra tres dies
traijcietis Iordanē hunc, ut ueniatis in terrā, eamque occupetis, quā DOMINVS
deus uester daturus est uobis ut possideatis eam. Ad Rubenitas quoque & Gadi-
tas, atque ad dimidiam tribum Manasse loquutus est Iehosua, dicens, Meminisse
[oportet] uerbi quod præcepit uobis Moses seruus DOMINI hisce uerbis, DO-
MINVS deus uester quietem dedit uobis, deditque uobis terram hanc, uxores ue
stræ, pubes uestra, & pecora uestra manebunt in terra quam dedit uobis Moses
cis Iordanem, uos autem quicunque uiri sunt fortes, transibitis in [a]primipilari or- Num.32.d
D dine ante fratres uestros, auxiliumque illis feretis, donec DOMINVS requiem de
derit fratribus uestris sicut uobis, & possideant quoque ipsi terram quam DOMI-
NVS deus uester dat eis, & tunc redibitis ad terram hæreditatis uestræ, posside-
bitisque eam, quam dedit uobis Moses seruus DOMINI cis Iordanem ad solem
orientem. Et responderunt ipsi Iehosuæ dicentes, Omnia quæ præcepisti nobis
faciemus,

[a] Aliqui legūt, quinquageni: aliqui accincti.

Digitized by Google

faciemus, & ad omnia ad quę miseris nos ibimus, sicut obediuimus in omnibus
Mosi, sic quoq; obediemus tibi, modo sit DOMINVS deus tuus tecum sicut fuit
cum Mose. Quicunq; rebellis fuerit ori tuo, & uerbis tuis non obedierit in omni
bus quæ ei mandaueris, interficiatur, modo age fortiter & strenue. CAP. II.

Mittuntur exploratores, qui à Rahab excepti, salui redierunt.

Misit itaq; Iehosua filius Nun de Sittim duos uiros, qui arte quadã & occul A
Iaco.2.d Heb.11.f te explorarent, hisce mãdatis, Ite & pspicite terrã atq; Iericho. Qui abeun
tes diuerterũt in domũ cuiusdam mulieris quæ erat [a] caupona meritoria, cui no
men fuit Rahab, & [b] quieuerunt illic. Annunciatum est autem regi Iericho hisce
uerbis, En uenerũt huc uiri ista nocte de filijs Israel, ut terrã explorent. Misit itaq;
rex Iericho ad Rahab huiusmodi mandatis, Profer uiros qui tecum diuerterunt,
quiq; ingressi sunt domũ tuam, uenerunt enim ut uniuersam terram explorent.
Tollens aũt mulier duos illos uiros, abscondit [c] eos, dixitq;, Sic est, uenerunt qui
dem uiri ad me, sed ignoraui unde nam essent: quumq; iam tenebresceret, clau
dendaq; iam esset porta, egressi sunt uiri, nec scio quò abierint uiri illi, insequimi
ni eos festinãter, apprehenderis nimirũ eos. At ipsa duxit eos sursum super tectũ,
absconditq; eos sub cauliculis lini qui structi erant ei sub tecto. Ciues uero inse
quuti sunt eos per uiã Iordanis ad uada usq;. Porta aũt clausa est posteaq̃ egressi B
sunt qui eos insequebantur. Porrò anteq̃ quieti se dedissent uiri illi, [mulier]
ascendit ad eos supra tectũ, dixitq; ad uiros, Noui q̃ DOMINVS tradiderit uo
bis hanc terrã, irruit enim terror uester super nos, omnesq; terræ huius habitato
res [b] cõsternati sunt metu uestri. Siquidẽ audiuimus qualiter exiccauerit DOMI
Num.21.e Fides Rahab. NVS aquas maris carectosi ante uos quum exiretis ex Aegypto, & quę feceritis
duobus regibus Amorræorum, qui ultra Iordanem fuerunt, nempe ipsi Sihon &
Og, quos omnino excidistis: quo audito, liquefactũ est cor nostrum, neq; perstat
amplius spiritus in quoquam metu uestri, quoniã DOMINVS deus uester ipse
est deus in cœlis superne, & subtus in terra. Nunc igitur iurate mihi quæso per
DOMINVM, quandoquidem ego in uos benigna fui, uos quoq; beneficiũ si
tis præstituri domui patris mei, [huiusq; rei] detis mihi symbolum haud fallax.
Conseruate in uita patrem meum & matrẽ meam, fratres meos & sorores meas,
& quidquid illi habent, eripite animas nostras à morte. Viri uero illi responde C
runt ei, Animas nostras pro uobis morti [deuouemus] præstituros nos & bene
ficium & fidem tibi, quũ DOMINVS tradiderit nobis terrã istam, modo ne pro
datis negotiũ nostrum. Demisit itaq; eos fune per fenestrã, quandoquidẽ domus
eius erat iuxta mœnia urbis, habitabat enim ipsa propter murũ. Dixit aũt ad eos,
Ite montem uersus, ne fortè obuiam uobis fiant qui uos sunt insequuti, ibiq; ab
sconsi latitate tres dies, donec persequutores redierint, tum demũ persequemini
iter uestrũ. Viri uero illi dixerunt ad eam, Nos fidem nostrã liberabimus ab hoc
iuramẽto tuo quo nos adegisti, si ingressis nobis in regionẽ, coccinũ istũ funem
ligaueris in fenestra per quam nos demittis, inq; domũ tuam congregaueris ad
te patrem tuum, matrem tuam, & fratres tuos, quin & totam familiã patris tui.
Quicunq; egressus fuerit foras extra ostia domus tuæ, huius sanguis sit super ca
put eius, & nos innoxij erimus: quicunq; uero tecum fuerit in domo, si huic uis D
inferatur, sanguis eius sit super caput nostrum. Quod si hoc negotiũ nostrũ pro
dis, liberati erimus ab hoc iuramento tuo quo nos adegisti. Et respondit, Quem
admodum loquuti estis, sic fiat. Et dimisit eos, abieruntq;, ipsa uero ligauit fu
nem coccinum in fenestra. Abeuntes autem peruenerunt in montem, ibiq; deli
tuerunt tres dies, donec redijssent persequutores. Quæsierãt autem eos persequu
tores per omnem uiam, nec inuenerant. Conuersi ergo duo illi uiri, descenderũt
de monte, traijcientesq; uenerunt ad Iehosua filiũ Nun, & narrauerũt ei omnia

[a] Alij legunt, meretrix.
[b] Eb. Iacuerunt.
[c] Ebræi legunt eum.
[b] Eb. Liquefacti sunt à facie uestra, seu dissoluti.

Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN
Digitized by Google

b Quidquid eos in uenerat.

b quæ eis acciderant. Dixerunt autem ad Iehosua, DOMINVS tradidit uniuersam hanc terram in manum nostram, metu nostri omnes habitatores terræ istius diffluxerunt.

CAP. III.

Iehosua cum exercitu ad Iordanem proficiscitur, Leuitis cũ arca præcedentibus. Iordanis partim constitit, partim defluxit, donec populus dei sicco pede transiret.

A SVrgente uero diluculo Iehosua, mouerunt è Sittim, peruenerunt੿ ad Iordanem, ipse & cuncti filij Israel, pernoctarunt੿ ibi priusq̃ traijcerent. Post tertium diem transibãt præcones per media castra, præceperunt੿ populo hisce uerbis, Quum uideritis arcã fœderis DOMINI dei uestri, & sacerdotes Leuitas illã ferentes, soluetis & uos è loco uestro, proficiscemini੿ post illã: sic tamen, ut spatium sit inter uos & illam, circiter duo millia cubitorũ, ne ad eam appropinquetis, ut sciatis qua uia uobis sit incedendũ, nam hac uia antea non incessistis. Dixit੿ Iehosua ad populũ, a Consecrate uosipsos, nam cras faciet DOMINVS in medio uestri admirãda quædã. Loquutus est deinde Iehosua ad sacerdotes hisce uerbis, Tollite arcã fœderis, & transite ante populum. Hi autem tollentes arcam fœderis, præcesserunt populũ. Et dixit DOMINVS ad Iehosuã, Hodie incipiam te magnificare in oculis totius Israelis, ut intelligant me tecum fore quemadmodum fui cum Mose, & tu præcipies sacerdotibus ferentibus arcã fœderis, in hanc sententiã, Cum ueneritis ad primã partem aquarũ Iordanis, cõsistetis in ipso Iordane. Dixit੿ Iehosua ad filios Israel, Huc adeste, & audite uerba DOMINI dei

Religio sit in multis bus.

a Vel, sanctificamini.

B

C uestri: & addidit Iehosua, In hoc cognoscetis ꝙ deus uiuens sit in medio uestri, & omnino expellat ante uos Chananæũ, & Hithæum, & Hiuæũ, & Pherizæũ, & Girgesæum, & Amorræũ, & Iebusæum. Ecce arca fœderis dominatoris totius terræ transit ante uos in Iordanẽ. Nunc igitur tollite uobis duodecim uiros ex tribubus Israel, ex singulis tribubus singulos uiros: & quũ constiterint plãtæ pedum sacerdotũ qui portant arcam DOMINI dominatoris uniuersæ terræ intra aquas Iordanis, aquæ Iordanis scindentur, & aquæ illæ quæ superne defluunt, †consistent instar muri. Factũ est aũt quum proficisceretur populus è tabernaculis suis ut transiret Iordanẽ, [ibant] ante populũ sacerdotes qui portabant arcam

Psal.113.a Act.7.f

D fœderis. Quum੿ hi, qui arcam [fœderis] portabant, ingrederentur Iordanem, pedes੿ sacerdotũ qui arcam ferebant, tincti essent in prima parte aquarum, (solet enim †Iordanis super omnes ripas suas cunctis diebus messis effundi) constiterunt aquæ quæ superne defluebant instar muri, ualde procul à ciuitate Adam, quæ erat à latere Zarthan: quæ uero infra erant [aquæ,] defluebant ad mare solitudinis, mare scilicet salis, separatæ defecerunt, transijt੿ populus è regione Iericho. Stabant autem sacerdotes, qui portabant arcam fœderis DOMINI, in sicco in medio Iordane b præparati, & cunctus Israel transibat in sicco, donec uniuersus populus perfecte transisset Iordanem.

Eccli 24.e

b Alij, firmi.

CAP. IIII.

Eriguntur duodecim lapides in monumentum.

A COntigit autem posteaq̃ uniuersa multitudo plene Iordanem transijsset, ut loqueretur DOMINVS ad Iehosua, dicens, Tollite ex populo duodecim uiros, de singulis tribubus unũ, & præcipite illis in hanc sententiam, Tollite uobis hinc de medio Iordanis, à loco ubi stant pedes sacerdotũ præparatorum, duodecim lapides, q̃s transferetis uobiscũ, & relinquatis eos eo loci, ubi hac nocte estis permãsuri. Vocauit੿ Iehosua duodecim uiros, quos ordinauerat de filijs Israel, singulos de singulis tribubus. Et dixit eis Iehosua, Trãsite ante arcã DOMINI dei uestri per mediũ Iordanis, & tollat quis੿ uestrũ lapidem unũ super humerũ

B suum, iuxta numerũ tribuum filiorũ Israel, ut sit hoc inter uos signum, ut quum interrogauerint filij uestri cras patres suos, dicentes, Quid sibi uolunt hi lapides apud uos? Respondebitis eis, quomodo intercisæ fuerint aquæ Iordanis ante ar-

cam

Digitized by Google

cam fœderis DOMINI. Quũ enim illa transiret Iordanem, scissæ sunt aquæ Ior
danis, factiq; sunt lapides isti in monumentũ filijs Israel perpetuò. Fecerunt aũt
filij Israel sic, quemadmodũ præceperat Iehosua, & sustulerũt duodecim lapides
de medio Iordanis, sicut DOMINVS loquutus fuerat ad Iehosua, iuxta numerũ
tribuum filiorũ Israel, transtuleruntq; illos secum ad locũ ubi pernoctarunt, & re
posuerũt eos illic. Duodecim quoq; lapides erexit Iehosua in medio Iordane, eo
[a]loci ubi steterant pedes sacerdotũ qui portabant arcam fœderis, ubi manent in hunc usq; diem. — a Eb. Sub sta tione.
hunc usq; diem. Sacerdotes uero ferentes arcam consistebant in medio Iordane, C
donec perficeretur quidquid præceperat DOMINVS Iehosuæ, ut loqueretur ad
populũ, iuxta omnia quæ præceperat Moses Iehosuæ, & festinantes populi tran
sierunt. Quumq; iam transisset omnis populus, transiuit & arca DOMINI & sa
Num. 32. d — cerdotes ante populũ. Transierunt aũt filij †Ruben, filij Gad, dimidiaq; tribus
Manasse primipilares ante filios Israel, quemadmodũ præceperat eis Moses: cir
citer quadraginta millia accincti ad bellum, transierunt ante DOMINVM ad
pugnã ad planitiem Iericho. Eodem die illustrem fecit DOMINVS Iehosuam
in oculis totius Israelis, timueruntq; eum sicut timuerant Mosen cunctis diebus
Deut. 27. — uitæ eius. Et dixit DOMINVS ad Iehosuam hisce uerbis, Præcipe sacerdotibus
portãtibus arcã testimonij, ut ascendant è Iordane. Præcepit ergo Iehosua sacer-
dotibus dicens, Ascẽdite è Iordane. Factumq; est cum ascendissent sacerdotes fe-
rentes arcam DOMINI è medio Iordanis, extractæq; essent plantæ pedũ sacer-
dotum in siccũ, reuersæ sunt aquæ Iordanis in locum suum, inundaruntq; super
omnes ripas eius sicuti heri & nudiustertius. Ascenderũt uero populi è Iordane D
decima die mensis primi, posueruntq; castra in Gilgal in extremitate orientali Ie
richo. Et duodecim istos lapides, quos tulerant de Iordane, erexit Iehosua in Gil
gal, loquutusq; est ad filios Israel hisce uerbis, Quũ interrogauerint cras filij ue-
stri patres suos, & dixerint, Quid [sibi uolunt] lapides isti? Declarabitis filijs ue-
stris dicẽtes, Israel in isto Iordane per siccũ transiuit. Nam exiccauit DOMINVS
Exod. 14. c — deus uester aquas Iordanis ante uos donec transiretis, quemadmodũ prius †fece
rat DOMINVS deus uester in mari carectoso, quod exiccauit ante nos donec trãsi
remus, ut cognoscerent omnes populi terræ manũ DOMINI, quæ tam ualida
est, & ut timeretis DOMINVM deum uestrũ cunctis diebus.

CAP. V.

Terror inuadit reges ultra Iordanem, circunciditur populus in Gilgal, & celebrant Passah, nouo cibo uescuntur, desito manna, apparet Iehosuæ angelus.

CVmq; omnes reges Amorræorũ, qui erant trans Iordanẽ ad Occidentem, A
omnesq; reges Chananæorũ qui erant ad mare, audissent quòd exiccasset DO
MINVS aquas Iordanis ante filios Israel, donec transissent, liquefactum est cor
eorum, nec fuit amplius spiritus in eis metu filiorum Israel. Tunc temporis di
xit DOMINVS ad Iehosuam, Fac tibi [a]cultros acutos, & effice denuo ut filij Is
rael secundo circuncidant. Et Iehosua fecit sibi cultros acutos, & circũcidit filios
Israel in colle præputiorũ. Hæc uero causa est cur circũcidit Iehosua uniuersum
populũ qui egressus fuerat ex Aegypto, mares uidelicet, quòd omnes uiri bello apti
mortui erant in deserto, in itinere quũ egrederentur ex Aegypto. Circũcisi enim B
erant omnes de populo qui egressi erant, cunctus aũt populus qui nati fuerant
in deserto, in ipso itinere quum ex Aegypto egrederentur, non erant circuncisi.
Nam filij Israel quadraginta annos oberrarunt in deserto, donec tota gens uiro
rum bello aptorũ qui ex Aegypto egressi fuerant consumpta esset, eo quòd non au-
Num. 14. — dierant uocem DOMINI, & quòd DOMINVS iurauerat illis, se non ostensurum
illis terram quã iurauerat patribus eorum, ut daret nobis terram fluentem lacte
& melle. Filios itaq; illorũ, quos suscitauit pro eis, circuncidit Iehosua, quoniam
habebant adhuc præputia, nec fuerant in itinere circuncisi. Factum est autem C

a Alij legunt, lapides acutos, aut cultros lapideos.

cum iam tota natio plene circuncisa esset, manserunt in eodem loco in castris do
nec sanaretur. Et ait DOMINVS ad Iehosuam, Deuolui hodie à uobis probrũ
Gilgal deuolutio. Aegypti. Hinc loci illius nomen appellatum est Gilgal in hunc usq; diem. Man Galgala
serunt itaq; filij Israel in Gilgal, & celebrarunt Passah decimoquarto die mensis
ad uesperam, in planis campis Iericho. Comederunt quoq; de frumẽto superio-
ris anni huius terræ, idq; postridie paschatis, placentas infermẽtatas, & spicas no
uas tostas, ipso eodem die. Et desijt Man postridie eius diei, quo cœperant co- Man descit.
medere de frumento terræ, nec habuerunt ultra filij Israel Man, sed de prouentu
[b] Alij legunt, anni illius. D terræ Chanaan [b] anno illo comederunt. Contigit autem, quum esset Iehosua
prope Iericho, ut sublatis oculis suis uideret uirum stantem contra se, habentem
gladium districtum in manu sua. Abijt aũt Iehosua ad eum, & dixit ei, Nobisne
[aduenisti] an aduersarijs nostris? Et dixit, Nõ. Etẽ ego dux exercitus DOMI
NI nunc adueni. Et procidẽs Iehosua pronus in terrã adorauit, dixitq; ad eum,
Quid dominus meus loquitur ad seruum suum? Respondit dux exercitus DO Exod. 23.c
MINI Iehosuæ, Tolle calceamentum tuum de pede tuo, locus enim in quo stas
[c] Alij, sanctus est. [c] sanctuarium est. Fecitq; sic Iehosua.

CAP. VI.

Quo pacto Iericho à filijs Israel capiatur & occupetur.

[a] Eb. Claudebat Iericho, et clausa erat. A ERat [a] autem Iericho clausa, probe inquam clausa erat metu filiorum Israel,
ita ut nemo nec egredi nec ingredi posset. Et dixit DOMINVS ad Iehosuã,
En Iericho & regem eius uiros fortissimos in manum tuam tradidi. Circunda-
bitis autem urbem omnes qui bello apti sunt, circumeũdo scilicet urbem semel,
idq; facietis sex diebus, & septem sacerdotes ferant septem cornua arietina ante
arcam. Septimo uero die circumibitis ciuitatem septies, classicumq; canant sacer
dotes cornibus. Cumq; cornu arietino sonum incenderint, uosq; sonum cornu
audieritis, uociferetur uniuersus populus magno classico, tũc corruet murus ur-
bis subtus se, ascendatq; populus, quisq; ante se. Vocans igit Iehosua filius Nun
sacerdotes, dixit ad eos, Tollite arcam fœderis, & septem sacerdotes ferãt septem
cornua arietina ante arcam DOMINI. Ad populũ autem dixit, Transite & cir-
In ordine primipilari aut acie prima, fuerunt Rubenitæ, Gaditæ & dimidia tribus Manasse, ut patet Num. 32. B cundate ciuitatem, primipilaris autem ordo transeat ante arcam DOMINI. Po
steaquam autem Iehosua loquutus esset ad populum, tulerũt septem sacerdotes
septem cornua arietina, & transeuntes ante arcam DOMINI clanxerunt corni
bus, sequebaturq; eos arca fœderis DOMINI. Et primipilares præcedebant sa-
cerdotes, qui classicum canebant cornibus, extremum autem agmen ibat post ar
cam, eundo & clangendo cornibus. Et præcepit Iehosua populo hisce manda-
tis, Ne iubilum aliquem, aut sonum uoce edatis, neq; egrediatur uel uerbum ex
ore uestro, usq; ad eum diem quo dixero uobis, Vociferamini: tum iubilũ edite.
Circunduxit itaq; arcam DOMINI circumeũdo ciuitatem semel, & redeuntes
in castra, pernoctarunt in castris. Sub lucem surrexit Iehosua, tuleruntq; sacerdo
tes arcam DOMINI: septem quoq; sacerdotes ferentes septem cornua arietina,
præcedebãt arcam DOMINI, & classicum canebant cornibus, primipilares ue
ro præcedebant eos, & extremũ agmen arcam DOMINI sequebatur, quæ præ
cedebat cum clangore cornuum. Circuierunt ergo urbem & altero die semel, &
C reuersi sunt in castra. Feceruntq; sic sex diebus. Illucescẽte septimo die, mane sur
rexerunt quum aurora exoriretur, & circũierunt ciuitatem (ut constitutum erat)
septies, duntaxat uidelicet hoc die circumierunt ciuitatem septies. Quumq; iam
septimo fieret, clangebant sacerdotes cornibus, dixerat enim Iehosua ad popu-
Hoc est, uastitati addicatur. lum, Vociferamini, quia tradidit DOMINVS uobis ciuitatẽ. Sit uero urbs Hæ-
rem DOMINO, ipsa urbs scilicet, & omnia quæ in ea sunt, dũtaxat Rahab cau-
pona meritoria in uita seruetur, ipsa uidelicet & omnes qui sunt cum ea in do-
mo, nam † abscondit nuncios quos miseramus. Veruntamen uos cauete ab Hæ Ios. 2. b
rem,

Digitized by Google

rem, ne fortè uastantes capiatis de Hærem, faciatisq́ castra Israelitica Hærem, tur
betisq́ ea. Quidquid est argenti, auri, æreorum atq; ferreorum uasorum, conse-
cratū sit DOMINO, atq; in thesaurū DOMINI ueniat. Iubilans igitur populus
Heb.11.f clanxerunt cornibus. Quumq́ audisset populus sonū cornu, uociferabatur &
ipse populus iubilo magno, & corruit murus subter se, ascenditq́ populus in ur
2.mac.12.c bem, quisq; suo loco, & ceperunt ciuitatē. Trucidarūt quoq; gladio omnia quæ
erant in ciuitate, tam [b] uiros q̄ mulieres, tam pueros q̄ senes, boues, pecudes & asi b Eb. A uiro ad mu
Sapi 2.c Heb.11.f nos. Duobus autem uiris qui terram †explorauerant, præcepit Iehosua, Introite D lierem.
domum mulieris meritoriæ, educiteq́ illinc mulierem ipsam, & omnia quæ ha
bet, quemadmodum ei iureiurando affirmastis. Ingressi itaq; iuuenes illi explo
ratores, eduxerunt Rahab & patrem eius, matrē eius, fratres eius, & omnia quæ
habebat, sed & omnes familias eius eduxerunt, & reposuerūt eos extra castra Is-
raelitica. Porrò ciuitatē ipsam succenderūt igni, cum omnibus quæ fuerūt in ea,
duntaxat argentū & aurum, uasa ænea & ferrea posuerūt in thesaurum domus
DOMINI. Rahab uerò cauponam & domū patris eius, & omnia quę habebat,
seruauit Iehosua, habitauitq́ ipsa inter Israelitas in hunc usq; diem, eo quod abscon
disset nuncios, quos miserat Iehosua ad explorandū Iericho. Tunc temporis iu-
3.Re.16.g rauit Iehosua hisce uerbis, Execratus †uir corā DOMINO, qui surrexerit & ræ
dificauerit urbem hanc, nempe Iericho: in primogenito suo fundamentū eius ia
ciet, & in minimo natu suo collocabit portas eius. Fuit itaq; DOMINVS cum
Iehosua, & fama eius euulgata est per uniuersam terram. CAP. VII.

Punitur qui ex deuotis domino clàm furatur.

Iosue 22.d PRæuaricati sunt aūt filij Israel præuaricationē, idq́ in Hærem. Achan enim A
filius Charmi, filij Zabdi, filij Zerah de tribu Iuda abstulit de Hærē, & exar
sit ira DOMINI cōtra filios Israel. Misitq́ Iehosua uiros de Iericho ad Hai, quæ
erat iuxta Bethauen ab Oriente ipsi Beth El, & dixit ad eos hæc uerba, Ascēdite
& explorate terram. Ascenderūt ergo uiri illi, & explorauerūt Hai, & reuersi ad
Iehosua, dixerunt ei, Ne ascendat uniuersus populus, sed ascendant circiter duo
aut tria millia uirorum q ferient Hai, ne fatiges populū uniuersum usq; illuc, quia
illorū pauci sunt. Ascenderunt itaq; illuc de populo circiter tria millia uirorum,
& fugerūt à facie uirorū Hai, percusseruntq́ ciues Hai ex illis circiter trigintasex
uiros, persequutiq́ sunt eos à porta usq; Sebarim, trucidaruntq́ eos in descensu.
Cor ergo populi liquefactum est, factumq́ quasi aqua. Et Iehosua scindens ue-
stimenta sua, procidit in faciem suam super terrā corā arca DOMINI usq; ad ue
speram, ipse & seniores Israelis, & sparserunt puluerem super capita sua. Dixitq́ B
Iehosua, Ah DOMINE deus, cur sic traduxisti populū tuum istū ultra Iordanē,
ut traderes nos in manū Amorræi, & perderes nos? O si libuisset nobis manere
cis Iordanem. Quid dicam mi domine, postea q̄ Israel coram hostibus suis ter-
ga uertit? Vt audient Chananæi & omnes habitatores terræ, circūuallabūt nos,
& excindent nomen nostrū de terra, & quid facies nomini tuo magno? Et dixit
DOMINVS ad Iehosuam, [a] Surge, cur sic cadis super faciem tuam? Israel pecca a Eb. Surge tibi.
uit, fœdusq́ meum q̄d præcepi eis transgressi sunt, & acceperūt de Hærem, & fu
rati sunt, & mentiti, reponentes in suppellectili sua, & ideo non poterunt stare fi
lij Israel corā hostibus suis, sed terga uertent ante inimicos suos, eo quod Hærem fa
cti sunt, nec amplius ero posthac uobiscū, si non excideritis Hęrem de medio ue
stri. Surge sanctifica populū, & dic, Sanctificate uos in crastinū diem, quoniam
sic iussit DOMINVS deus Israel. Hærem est in medio tui ô Israel, idcirco stare
aduersum hostes tuos nequaq̄ poteris, donec abstuleritis Hærem de medio ue-
stri. Accedite ergo mane secundum tribus uestras, & tribus quam deprehenderit C
DOMINVS accedet secundū familias suas, & familia quā deprehenderit DO-

Digitized by Google

MINVS accedet secundū domos, & domus quam deprehenderit DOMINVS accedet uiritim. Et qui deprehensus fuerit in Hærem, igni cōburetur tam ipse q̄ omnia quæ habet, eo q̄ transgressus est fœdus DOMINI, & q̄ perpetrauerit scelus in Israele. Mane igitur consurgēs Iehosua, applicuit Israelem secundū tribus suas, & deprehēsa est tribus Iuda. Deinde quum applicaret familias Iuda, deprehendit familiam Zarhitarū. Rursum applicās familiam Zarhitarum uiritim, deprehensus est Zabdi. Et applicans domum eius uiritim, deprehensus est Achan filius Charmi filij Zabdi, filij Zerah de tribu Iuda. Et dixit Iehosua ad Achan, Fili mi, da quæso gloriam DOMINO deo Israelis, & da illi [b]confessionem, indicaq́ mihi quid feceris, ne cæles me. Respondēs Achan dixit ad Iehosuā in hanc sententiā, Reuera ego peccaui cōtra DOMINVM deum Israelis, sic enim & sic feci. Vidi inter spolia chlamydem Babylonicā unam eamq́ pretiosam, ducētos siclos argenti, & linguā auream unam, cuius pondus erat quinquaginta siclor: hæc concupiscēs rapui, & ecce abscondita sunt sub terra in medio tentorij mei, Achan.

[b] Alij, laudem.

D & pecunia est sub illis. Misit itaq; Iehosua nuncios, qui quū cucurrissent ad tentorium eius, ecce abscondita iacebant in tentorio eius, & pecunia sub illis. Tollentes igitur ea ex tentorio, attulerūt ad Iehosuam, & ad cunctos filios Israel, ponentes ante DOMINVM. Tollens igitur Iehosua Achan filium Zerah, & pecuniam, & chlamydem, & linguam auream, filios quoq; eius & filias eius, boues eius, & asinos eius, & oues eius, tentorium quoq; eius, quin omnia quæ habuit, unà cum uniuerso Israele, deduxerunt ea in uallem Achor. Et ait Iehosua, Quandoquidem conturbasti nos, conturbabit te DOMINVS in die isto. Lapidibusq́ eos obruentes cuncti Israelitæ exusserunt eos igni: & quum eos lapidibus adobruissent, erexerunt super eos aceruum lapidū magnum, [qui durat] in hunc usq; diem. Et reuersus est DOMINVS ab ira furoris sui, & ob hoc uocatum est nomen loci illius Vallis Achor in hunc usq; diem.

CAP. VIII.

Capitur Hai, uastatur & igni traditur. Ara in Hebal extruitur, leguntur execrationes & bonæ imprecationes, de quibus Deut. 27.

A Ait autem DOMINVS ad Iehosuam, Ne metuas, neq; animo frangaris, tolle tecū omnem populū militiæ aptum, & consurgens ascende ad Hai, en tradidi in manū tuam regem Hai, atq; populū eius, ciuitatem eius, atq; terrā eius, tu fac Hai atq; regi eius, quemadmodū Iericho & regi eius fecisti, prædā tamen eius, & iumēta eius diripietis uobis, pones quoq; insidias ciuitati post eam. Surrexit itaq; Iehosua & omnis populus qui bello aptus erat, ut ascēderet in Hai, & delegit Iehosua triginta millia uirorū fortiū, dimisitq́ eos noctu, præcepitq́ eis Iosu. 6. d

B dicēs, En collocabitis insidias urbi, sed post urbem, nec tamen nimis remote ab urbe, sitisq́ omnes parati, ego uero & cunctus populus qui mecū est, appropinquabimus urbi: quumq́ illi exierint ut occurrant nobis, quemadmodū antea fecerunt, fugiemus nos corā eis, illi autem exibunt nosq́ insequentur, nosq́ eliciemus illos ex urbe, nam dicturi sunt, Fugiūt à facie nostra sicut antea: nam nos fugiemus coram eis, uos uero interim cōsurgentes ex insidijs occupabitis urbem, tradet enim eam DOMINVS deus uester in manū uestram. Quumq́ obtinueritis urbem, †incenderetis eam igne, iuxta uerbū DOMINI facietis: ecce, præcepi uobis. Misit igitur illos Iehosua, qui abeuntes ad locum insidiarum, ibiq́ manserunt

† Ignem succenderunt in parte aliqua urbis non ut uastarent, sed ut signum suis darent.

C inter Beth El & inter Hai, ab Occidente urbis Hai. Iehosua uero mansit nocte illa in medio populi. Et cōsurgens summo mane Iehosua, recensuit populū, ascenditq́ ipse & seniores Israel ante populū contra Hai. Omnes quoq; ex populo q̄ bello apti erant, qui scilicet cum eo erant, ascenderūt, accedentesq́ uenerūt ad urbem, castra ponentes ab Aquilone Hai, ut esset uallis inter eos & inter Hai. Et accepit fermè uirorū quinq; millia, collocauitq́ eos in insidijs inter Beth El & inter

ter

Digitized by Google

ter Hai ab occidua plaga urbis. Et populi collocarunt omnia castra quę erant ab Aquilone urbi, & insidias suas [quæ erant] ab Occidente, contra urbem, & profectus est Iehosua eadem nocte in medium uallem. Quumq; id uideret rex Hai, festinanter consurrexerunt, idq; mane, & ciues illius urbis erumpentes, occurrerunt Israeli ut pugnarent, tam ipse q̃ omnis populus eius, ad præstitutũ tempus ante planitiem, ignorans quod insidiæ ei essent collocatæ post urbem. Iehosua uero & uniuersus Israel simularunt se cæsos ante illos, fugeruntq; per uiam solitudinis. Et conuocati sunt omnes populi qui erant in ciuitate, ut insequerentur eos, D
insequutiq; sunt Iehosua, pellecti scilicet ex urbe, ut non reliquus esset uir, ne unus quidem, in Hai & Beth El, qui non egressus esset post Israelem, dimiseruntq; ciuitatem apertã, & insequuti sunt Israelem. Et ait DOMINVS ad Iehosuam, Extende telum quod est in manu tua contra Hai, quoniam in manum tuam tradam eam. Et extendit Iehosua telum quod habebat manu sua contra urbem, & ilico consurgentes qui in insidijs erant de loco suo, prouolaruntq; quum extenderet ille manum suam, ueneruntq; in urbem, occuparunt eam, & ilico incenderunt eam igne. Porrò ciues Hai retrospectantes uiderunt fumum ciuitatis in cœlum usq; ascendẽtem, neq; [a]facultas fuit illis fugiendi neq; huc neq; illuc. Et populus qui fugiebat uersus solitudinem, conuersus est in persequentes. Iehosua uero & omnis Israel animaduertentes quod insidiæ cepissent ciuitatem, & quod fumus E
ciuitatis in sublime iret, conuersi sunt, & percusserunt uiros Hai. Et illi egressi sunt ex urbe obuiã illis, ut essent [hostes] inter Israelitas, illis hinc, illis uero isthinc existentibus. Et percusserunt eos donec nullus ex eis superesset, neq; effugeret. Regem uero Hai uiuum ceperunt, & adduxerunt eum ad Iehosuam. Quumq; iam cessarent Israelitæ trucidare cunctos ciues Hai in planitie solitudinis, ubi persequuti erant eos, & cecidissent uniuersi gladio ad internetionẽ usq;, reuersi sunt omnes Israelitæ in Hai, & percusserunt eam quoq; gladio. Cunctorum uero qui eo die ceciderunt, tam uirorum quàm mulierum, fuerunt duodecim millia, & illi homines omnes fuerunt ex Hai. Iehosua uero non reduxit manum suam quam cum telo extenderat, donec funditus uastasset omnes habitatores Hai. Veruntamen iumenta & spolia ciuitatis illius diripuerunt Israelitæ F
sibi, iuxta uerbũ DOMINI quod mandauerat Iehosuæ. Et exussit Iehosua Hai, redegitq; eam in aceruum perpetuum, & in solitudinem in hunc usq; diem. Regem uero Hai in arborem suspendit usq; ad tempus uespertinum. Quumq; sol occideret, iussit Iehosua ut cadauer eius deponerẽt de arbore, & proijcerẽt ipsum ad fores portæ urbis, excitarentq; super ipsum aceruum magnum lapidum, qui
Deut. 27. a [manet] usq; in præsentem diem. Tum extruxit Iehosua aram DOMINO deo
Exo. 20. d Israelis in monte Ebal, sicut præceperat Moses seruus DOMINI filijs Israel, & sicut scriptum est in libro legis Mosis, aram uidelicet de lapidibus integris, super quos nemo ferrum leuauit, sacrificaueruntq; super eam holocausta DOMINO, & sacrificauerũt hostias gratulatorias. Scripsit quoq; super lapides [b]secundariã G
legem Mosis, [c]quã scripserat ante filios Israel. Et omnis Israel atq; seniores eius, præfecti & iudices stabant utrinq; circa arcam coram sacerdotibus Leuitici generis portantibus arcam fœderis DOMINI, aduenæ quoq; & indigenæ. Dimidia pars illorum [stabat] uersus montem Gerizim, & dimidia pars illorum uersus montem Ebal, quemadmodũ Moses seruus DOMINI antea præceperat, nempe ut benedicerent populo Israel. Postea legit omnia uerba legis, benedictiones & execrationes, iuxta omnia quæ scripta sunt in libro legis. Nec fuit ullum uerbum ex omnibus quæ præceperat Moses, quod non legerit Iehosua coram tota congregatione Israelis, [stantibus] mulieribus & paruulis atq; peregrinis aduenientibus in medio eorum.

CAP. IX.

[a] Alij legunt, non fuit illis locus.

[b] Alij, repetitionem legis, aut summam, & melius, aut descriptum uel epitomen.
[c] Alij ad Iehosuam hoc referunt, alij ad Mosen: qui ad Iehosuam referunt legũt scripsit.

Digitized by Google

Gentium reges contra Israelitas conspirant, Gabaonitæ dolis efficiunt ut in fœdus recipiantur.

A FActumq; est ut audirent hæc cuncti reges qui erant trans Iordanem, in montanis & locis planis, atq; in uniuerso littore maris magni è regione Libani, nēpe Hithæi, Amorræi, Chananæi, Pherizæi, Hiuæi & Iebusæi, congregati sunt unà, ut pugnarent contra Iehosuam & contra Israelē uno [a]consensu. Gibeonitę uero quū audissent quæ fecerat Iehosua ipsi Iericho & Hai, egerunt & ipsi uafricie quadā, abierunt enim præ se ferentes ac si peregre missi uenissent, ferentes saccos ueteres in asinis suis, utresq; uini ueteres, laceros & resarctos, calceamenta quoq; uetera & cōmaculata in pedibus suis, uestimenta deniq; habebant uetera super se, & omnis panis, quē pro uiatico suo acceperant, aridus erat & mucidus. Venerunt ergo ad Iehosuam in castris Gilgal, dixeruntq; ad eum, & ad uiros Israel, Venimus ex terra admodū remota, pangite ergo nobiscū fœdus. Respondit [b]quispiā ex Israelitis ipsi Hiuęo, Fortè tu habitas [c]in medio mei, quomodo ergo fœdus tecū ferirem? Et dixerunt ad Iehosuam, Nos serui tui sumus. Quibus rursum ait Iehosua, Quinā estis uos? & unde uenitis? Responderunt ei, Serui tui uenerunt de ualde remotis terris propter famā DOMINI dei tui, siquidē famam eius audiuimus, & quæcunq; in Aegypto fecit, sed & cuncta quæ fecit †duobus regibus Amorræorū, & qui fuerunt ultra Iordanē, Sihon regi Hesbon, & Og regi Basan qui fuit in Astaroth, unde dixerūt nobis seniores nostri, & omnes inhabitatores terrę nostræ in hanc sententiā, Tollite in manu uestra uiaticū ad iter, & ite illis obuiā, diciteq; illis, Serui uestri sumus, pangite ergo nobiscū fœdus. Hic panis noster quo aluimus nosipsos interim dū absumus à domibus nostris, calidus fuit eo die quo egrediebamur ut proficisceremur ad uos, & ecce nūc aridus est & mucidus. Isti quoq; utres uini quos nouos impleuimus, ecce rupti sunt, sed & uestimenta hæc nostra atq; calceamenta nostra uetustate detrita sunt ob iter tam longū & immēsum. Et acceperūt uiri illi [Israelitæ] de uiatico illorū [d]inconsulto DOMINO. †Fecit itaq; Iehosua cum eis pacē, & ferijt cum eis fœdus, ut seruaret eos uiuos, & principes cœtus iurauerūt eis. Exactis tribus diebus posteaq̄ fœdus icerāt, audierūt illos esse uicinos suos, habitareq; in medio ipsorū. Et profecti filij Israel, peruenerūt tertio die ad ciuitates illorū, (erant autem ciuitates eorum, Gibeon, Kephira, Beeroth & Kiriath Iearim,) nec percusserunt eos filij Israel, eo ꝙ eis principes cœtus per DOMINVM deum Israelis iurassent. Et murmurabat totus cœtus contra principes. Dixerūt uero cuncti principes ad uniuersum cœtū, Nos iurauimus illis per DOMINVM deū Israelis, idcirco nō possumus in eos irruere: hoc uero faciemus eis, seruabimus eos uiuos, ne ueniat super nos indignatio propter iuramentū q̄d iurauimus eis. Dixeruntq; rursus ad eos principes, Viuant, & sint calones & lixæ pro toto cœtu, quemadmodū loquuti D sunt eis principes. Et uocatis eis Iehosua, loquutus est ad eos in hanc sententiam, Quare imposuistis nobis hisce uerbis, Valde remoti habitamus à uobis, quū tamen in medio nostri habitetis? Execrati igitur eritis uos, nec excindetur è uobis seruus & qui ligna cædant, & aquā hauriant domui dei. Qui respondentes Iehosuæ, dixerunt, Quoniā certissime indicatum est seruis tuis ꝙ præcepisset DOMINVS deus tuus Mosi seruo suo, ꝙ daturus esset uobis uniuersam hanc terrā, & ꝙ excisurus esset cunctos habitatores terræ ante uos, ob hoc timuimus uehementer animabus nostris à uobis, & fecimus rem istā, en sumus in manu tua, quod tibi uidetur bonum & rectum nobis facere, hoc facito. Et fecit [e]eis sic, liberauitq; eos è manu filiorum Israel ut non occiderent eos. Et constituit eos Iehosua eodem die ut essent lignatores & aquatores in cœtu, & pro ara DOMINI in hunc usq; diem, in loco quem elegerit.

CAPVT X.

Gibeon

Margin notes:

[a] Ebr. Vno ore.

[b] Vel quisq; ex Israelitis.

[c] In medio mei, id est, in hac terra quā dominus mihi possidendam dedit.

B (beside "sum ait Iehosua")

Nume. 21. e (beside "duobus regibus")

[d] Ebr. Et os domini non interrogauerunt.

C (beside "tam longū & immēsum")

2. Reg. 21. a (beside "Fecit itaq; Iehosua")

[e] Alij legunt, & fecit rectum.

Digitized by Google

Gibeon à regibus obsessa, à Iehosua seruatur, obtenta uictoria reges quinq; suspenduntur, & aliæ urbes à Iehosua capiuntur.

QVum uero Adonizedek rex Hierosolymorũ audisset quod Iehosua obtinuisset Hai, & eam uastasset, et ut fecisset Iericho & regi eius, ita quoq; Hai & regi eius fecisset, quodq; pacẽ iniissent ciues Gibeon cum Israelitis, & essent inter eos, timuerunt ualde, quoniã Gibeon urbs fuit magna, sicut una ex regalibus urbibus, maior Hai, & ciues eius omnes uiri erant fortissimi. Misit ergo Adonizedek rex Hierosolymorũ ad Hoham regem Hebron, & ad Piream regem Iarmuth, & ad Iaphiam regem Lachis, & ad Debir regẽ Eglon, huiusmodi mãdatis, Ascendite ad me & auxilio mihi sitis, ut percutiamus Gibeon, quoniã pacẽ inierunt cum Iehosua & cum filijs Israel. Congregati igitur ascenderunt quinq; reges Amorræorũ, rex Hierosolymorũ, rex Hebron, rex Iarmuth, rex Lachis, rex Eglon, isti cum uniuersis castris suis castrametati sunt contra Gibeon ut oppugnarent eam. Miserunt ergo ciues Gibeon ad Iehosuam in castra quæ erant in Gilgal, hisce mandatis, Ne retrahas manũ tuam à seruis tuis, ascende ilico ad nos, & serua nos, opemq; fer nobis, quoniam congregati sunt contra nos omnes reges Amorræorum qui habitant in montibus. Et ascendit Iehosua ex Gilgal, ipse & totus populus qui bello aptus erat cum eo, et cuncti uiri fortes. Et ait DOMINVS ad Iehosuam, Ne timeas ab eis, quoniã tradidi eos in manũ tuam, nec stabit quispiam ex eis coram te. Venit autem Iehosua subito ad illos, nam ascenderat tota nocte ex Gilgal. Et conturbauit eos DOMINVS ante Israelitas, percussitq; eos cæde magna in Gibeõ, & insequutus est eos per uiam ascensus Bethoron, percussitq; eos usq; in Azeka & Makeda. Quumq; fugerent ante Israelitas, & essent in descẽsu Bethorõ, deiecit DOMINVS super eos lapides grandes de cœlo, usq; in Aseka, mortuiq; sunt multo plures eorũ qui lapidibus grandinis interierunt, quàm fuerint illorũ quos interfecerant filij Israel gladio. Tum loquutus est Iehosua ad DOMINVM eo scilicet die quo DOMINVS tradidit Amorræum ante Israelitas, & ait [a] præsentibus Israelitis, Sol † siste gradum in Gibeon, & luna in ualle Aialon. Constitit itaq; sol, & luna stetit, donec se gens de hostibus suis ulcisceretur. An non hoc in libro iusti scriptum est? Cõstitit itaq; sol in medio cœli, nec festinauit ad occasum ferè integro die. Nec fuit talis dies ante illum nec post illum, ut exaudiret DOMINVS uocem hominis, quoniam DOMINVS pugnauit pro Israele. Reuersusq; est Iehosua & omnis Israel cũ eo ad castra in Gilgal. Fugerunt autem quinq; reges isti, & absconditi delituerunt in quadam spelunca in Makeda. Et nunciatũ est Iehosuæ hisce uerbis, Inuenti sunt quinq; reges absconditi in spelunca in Makeda. Et ait Iehosua, Voluite lapides grandes ad os speluncæ, & constituite uiros circa eam qui eos custodiant, uos uero ne consistatis, sed insequimini hostes uestros, & cædite extremũ agmen, neq; permittatis ut ingrediantur ciuitates suas, quia tradidit eos DOMINVS deus uester in manum uestram. Et factum est quum cessasset Iehosua atq; filij Israel à cædendo illos ualde ingenti cæde ad internetionẽ usq;, ut reliqui qui ex illis supererant, ingrederentur in urbes munitas. Et reuersus est uniuersus populus saluus in castra ad Iehosuam in Makeda, ut nemo uel mutierit lingua sua contra filios Israel. Dixit autem Iehosua, Aperite os speluncæ, & educite ad me ex spelunca quinq; istos reges. Et fecerunt sic, eduxerũtq; ad eum ex spelunca quinq; istos reges, nempe regem Hierosolymorum, regem Hebron, regem Iarmuth, regem Lachis, & regem Eglon. Quumq; educerent reges istos ad Iehosuam, uocauit Iehosua cunctos uiros Israel, dixitq; ad principes qui præerant bello, quiq; cũ eo profecti erant, Huc adeste, & ponite pedes uestros super colla regũ istorum. Illi ergo accedentes restiterunt pedibus suis in ceruicibus regum istorum. Et ait ad eos Ie-

Margin: A; B; C; D; E. Isa. 28. f; Eccli 46. a. [a] Ebr. In oculis Israel.

hosua, Ne metuatis, neq; paueatis, quin uiriliter & fortiter agatis, quoniam sic fa
ciet DOMINVS cunctis inimicis uestris cōtra quos pugnatis. Post hæc trucida
uit eos Iehosua, & interfectos suspendit in quinq; arboribus, & manserunt su
spensi in arboribus usq; ad uesperam. Quum tempus appeteret ut sol occideret,
iussit Iehosua ut depositos de arboribus proijcerent eos in speluncā in qua deli
tuerant, & posuerunt lapides grandes ad os speluncæ, qui[manent] in hunc usq;
diem. Et Makeda cepit Iehosua eodem die, & percussit eam gladio, regēq; eius
interfecit,[b] cum omni eo quod in ea uiuebat: nihil fecit reliquū, sed fecit regi Ma
keda quemadmodū fecerat regi Iericho. Transiuit deinde Iehosua & cunctus
F Israel cum eo à Makeda in Libna, pugnauitq; contra Libna. Et DOMINVS tra
didit eam & regē eius in manum Israelis, quā percussit gladio, simulq; quidquid
in ea uitā habebat: nihil fecit in ea reliquū, sed fecit regi eius † quemadmodū regi
Iericho fecerat. Transijt deinde Iehosua & omnis Israel cū eo à Libna in Lachis,
castraq; fixit contra eam, & oppugnauit eam. Et tradidit DOMINVS Lachis in
manum Israelis, qui capiens eam postero die, percussit eam gladio, & quidquid
uiuum in ea erat, quemadmodū fecerat in Libna. Tunc ascendit Horā rex Gæ
ser ut suppetias ferret ipsi Lachis, quem percussit Iehosua & populum eius, ut ne
mo ex eis reliquus esset. De Lachis transiuit Iehosua & omnis Israel cum eo ad
Eglon, positisq; castris contra eam, oppugnarūt eam, & expugnata ea eodē die,
percusserunt eam gladio, atq; omne illud quod in ea uitā hebebat interemit eodē
G die, quemadmodū fecerat in Lachis. Ascendens autē Iehosua & omnis Israel cū
eo de Eglon in Hebron, oppugnarunt eam, captamq; percusserunt gladio, regē
scilicet eius, & cūctas ciuitates eius, quidquid deniq; in ea uiuebat, nec fecit quid
quam reliquum, sed fecit ei iuxta oīa quæ fecerat Eglon. Et proruit eam, et quid
quid fuit in ea uiuum. Et reuersus Iehosua atq; omnis Israel cum eo in Debir, op
pugnauit eam, quumq; eam cepisset, & regē eius, atq; cuncta oppida eius, percus
serunt eos gladio, & internetioni dedit quidquid in ea uiuum fuit: nihil fecit reli
quum, quemadmodū fecerat Hebron, sic faciebat & Debir, & regi eius, & quem
admodum fecerat Libna & regi eius. Et percussit Iehosua uniuersam regionem
montanā & meridianam, & ualles fluuiales, & cunctos reges eorum: nihil fecit
ex eis reliquū, quidquid spirauit dedit internetioni, quēadmodū præceperat DO
MINVS deus Israeli. Percussit autem eos Iehosua à Kades Barnea usq; ad Asam,
& uniuersam terram Gosen usq; Gibeon. Cunctos hos reges & terrā eorū cepit
Iehosua semel, quoniam DOMINVS deus Israelis pugnauit pro Israele. Et
reuersus est Iehosua atq; omnis Israel in castra quæ erant in Gilgal. CAP. XI.

Grauissimum bellum describitur, in quo contra plures reges Iehosua pugnans uictor euadit.

A QVum hæc audisset Iabin rex Hazor, misit ad Iobab regē Madon, & ad
regem Simron, & ad regē Achsaph, sed & ad reges qui erant ad Aqui
lonem in montanis & loco campestri contra Meridiem Cinerodh, &
in locis planis, atq; in regionibus Dor ab [a] Occidente, & ad Chananæū qui erat
ab Oriente & Occidente, & ad Amorræum, Hithæum, Pherizæum & Iebusæū
in montanis, & ad Hiuæū qui erat sub Hermon in terra Mitzpa. Illi egressi sunt
atq; uniuersa castra cū eis, populus multus nimis, ut arena quæ est in littore ma
ris,[b] equites & currus ualde multi. Isti reges omnes congregati sunt, et uenientes
iunxerunt castra apud aquas Merom, ut cōgrederentur cum Israelitis. Et ait DO
B MINVS ad Iehosuam, Ne metuas ab illis, quoniam cras iuxta hoc tempus ego
tradam eos omnes [c] saucios coram Israele, equis eorum neruos incides, et currus
eorum igni cōbures. Venit itaq; Iehosua & cūctus populus bello aptus cum eo,
aduersum illos iuxta aquas Merom repente irruentes in eos, & tradidit eos DO
MINVS

Marginal notes: b Ebr. Omnem animam quæ in ea erat. — Lebna. — Supra 6. — Lachis. — Eglon. — Hebron. — Dabir. — a Vel à mari. — b Alij, equos. — c Vel interfectos.

Digitized by Google

MINVS in manum Israelis, percusseruntq; eos, & insequuti sunt eos usq; Zidonem maiorem, & usq; ad [b] calefactiones aquarũ, & usq; ad uallem Mitzpa, quæ est ad Orientẽ, percutientes eos, ut neminẽ ex eis reliquũ facerent. Fecitq; eis Iehosua quemadmodũ præceperat ei DOMINVS, equis eorum neruos incidit, & currus eorum igne cõbussit. Et reuersus Iehosua eodem tempore cepit Hazor, & regẽ eius ferijt gladio. Etenim Hazor ante fuerat caput omniũ istorum regnorũ. C
Percusserunt insuper gladio quidquid in ipsa uitam habebat, [cuncta] uastantes: nihil reliquum facientes quod spirabat, Hazor quoq; ipsam igne succendit. Omnes quoq; ciuitates regũ istorum, & uniuersos reges earum cepit Iehosua, & percussit eos gladio, & internetioni dedit eos, † quemadmodum præceperat Moses seruus DOMINI: ueruntamen omnes urbes quæ stabant in tumulis suis non cõbussit Israel, præter Hazor solam quam incendit Iehosua. Et uniuersa spolia ciuitatũ istarũ atq; iumenta diripuerunt sibi filij Israel, omnes tamen homines percusserunt gladio, donec excinderent eos, nec quidquam quod spirabat reliquũ fecerunt. Quemadmodũ DOMINVS præceperat Mosi seruo suo, † sic Moses præceperat Iehosuæ, & Iehosua sic fecit, ut non dempserit quidquã ex omnibus quæ præceperat DOMINVS Mosi. Occupauit itaq; Iehosua uniuersam terrã illam, montanam & uniuersam meridionalem, atq; omnẽ terram Gosen, decliuia atq; cãpestria loca, montẽ quoq; Israel & loca eius humiliora. A [c] monte diuisionis, qui ascendit in Seir, usq; ad Baal Gad in conualle Libani infra ad montem Her- D
mon: cunctos quoq; reges earum cepit, percussit eos atq; trucidauit eos. Diebus multis bellũ gessit Iehosua cum omnibus regibus istis, nec fuit ulla ciuitas quæ pacem inierit cum filijs Israel, exceptis Hiuæis qui habitabãt in Gibeon, sed bello omnes [ciuitates] obtinuerunt. Siquidem à DOMINO hoc fuit, qui confortabat cor illorum, ut bello resisterent Israeli, utq; illi eos internetioni darent, nec ulla eis misericordia exhiberetur, sed excinderentur, quemadmodum præceperat DOMINVS Mosi. Eodẽ uero tẽpore uenit Iehosua, & excidit Enakim ex montibus, à Hebron, Debir, Anab, & de cunctis montanis Iehuda, & de cũctis montanis Israel, uastauit inquam [eos] Iehosua cum ciuitatibus eorum. Nullus ex Enakim relictus est in terra filiorum Israel, duntaxat in Asa, Gath, & in Asdod relicti sunt. Cepit itaq; Iehosua uniuersam terram, iuxta omnia quæ loquutus fuerat DOMINVS ipsi Mosi. Et Iehosua tradidit eam Israelitis in hæreditatẽ iuxta diuisiones & tribus eorum, quieuitq; terra à bellis.

CAP. XII.

Recensentur regum nomina qui ab Israelitis occisi sunt.

HI sunt reges terræ illius quos percusserunt filij Israel, & possederunt terram eorum cis Iordanem ad exorientem solem, à torrente Arnon usq; ad mon- A
tem Hermon, & ad omnem planitiem orientalem. Sihon rex Amorræorum qui habitabat in Hesbon, & imperitabat ab Aroër, quæ est iuxta ripam torrentis Arnon, & à medio torrentis, & dimidia Gilead usq; ad Iabok torrentem, qui est limes filiorum Ammon. A planitie quoq; usq; ad mare Cineroth ad Orientem, & B
usq; ad mare solitudinis, mare inquam salis ad Orientem, uia Beth Iesimoth, & à Meridie subter scatebras collium. Et limitẽ Og regis Basan, qui reliquus erat ex Rephaim, habitabatq; in Astaroth & Edrai, & imperitabat in mõte Hermon, & in Salcha, atq; in uniuersa Basan, usq; ad limitem Gessuri & Maachati, & dimidio [monte] Gilead, qui limes erat Sihon regis Hesbon. Hos percusserunt Moses seruus DOMINI & filij Isael, tradiditq; illam [terram] Moses seruus DOMINI possidendam Rubenitis, Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse. Isti uero sunt re- C
ges terræ quos percussit Iehosua & filij Israel ultra Iordanem ad Occidentem, à Baal Gad quæ est in ualle Libani usque ad montem diuisionis qui ascendit in Seir, quam dedit Iehosua Israeli possidendam per portiones suas. In montibus

Hazor.
Deut.7.a
Exo.34.b
Deut.7.a
Enakim excisi.
Og rex Basan.

[b] Alij cõbustiones.
[c] Quidam legũt, mõte nudo uel caluo.

& conuallibus, in planitie, & fluuijs, in deserto, & in Meridie, Hithæus, Amorræus, Chananæus, Pherizæus, Hiuæus & Iebusæus. Rex Iericho unus, rex Hai, quæ est à latere Beth El, unus, rex Hierosolymorū unus, rex Hebrō unus, rex Iarmuth unus, rex Lachis unus, rex Eglon unus, rex Gæzer unus, rex Debir unus, rex Gæder unus, rex Horma unus, rex Arad unus, rex Libna unus, rex Adullam unus, rex Makeda unus, rex Beth El unus, rex Tapua unus, rex Hepher unus, rex Aphek unus, rex [a] Sarō unus, rex Madon unus, rex Hazor unus, rex Simron Meron unus, rex Achsaph unus, rex Taanach unus, rex Megido unus, rex Kedesch unus, rex Iakneam de Charmel unus, rex Dor de regione Dor unus, [b] rex Goim in Gilgal unus, rex Thirza unus. Omniū regum triginta unus.

Reges occisi. 31.

D

a Alij Lasaron legunt.
b Quidam legūt rex gentium.

CAP. XIII.

Recensentur reliqua loca quæ ultra Iordanem adhuc erant occupanda.

A

QVumq; iam Iehosua cōsenuisset, [a] prouectæq; esset ætatis, dixit DOMINVS ad eum, Tu iam senex factus es prouectæq; ætatis, restatq; adhuc admodum multa terra quam occupetis. Hæc uero est terra quæ adhuc restat, [b] Omnes limites Philistinorum, & uniuersa Gessuri, de [c] Schihor qui est coram Aegypto, usq; ad limitem Aekron ad Aquilonē, quæ inter Chananæos reputantur quinq; scilicet satrapiæ Palestinorum, nempe Asathæa, Asdodæa, Ascalonæa, Gethæa, Aekronæa & Auæa. Ab australi quoq; parte tota terra Chananæorum, & [d] decliue latus ad Zidonios usq; Aphek, ad limitem Amorræi. Et terra Giblæorum, & uniuersus Libanus ad orientem solem, à Baal Gad subtus ad montem Hermon, donec uentum est ad Hemath. Omnes habitantes in montanis à Libano usq; ad calefactiones aquarum, & Zidonios, ego exterminabo à facie filiorum Israel, modo tu sorte eam diuidas Israelitis, ut hæreditate [accipiant] quemadmodum præcepi tibi. Tu itaq; diuide terram istam in hæreditatem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse, cū [e] ea enim Rubenitæ & Gaditæ acceperunt hæreditatem suam † quam dedit eis Moses cis Iordanē ad Orientē, quemadmodum tradidit eis Moses seruus DOMINI. Ab Aroër quæ est ad ripam torrentis Arnon, & ab urbe quæ est in medio torrentis, & uniuersam planitiem Medeba usq; Dibon. Omnes quoq; ciuitates Sihon regis Amorræorum qui regnauit in Hesbon, usq; ad limitem filiorum Ammon, Gilead quoq;, & limitem Gessuri atq; Maachati, & omnem montē Hermon, cum uniuersa Basan usq; ad Salcha, totum regnum Og in Basan, qui regnauit in Astaroth & Edrai, quiq; superfuit ex reliquijs Rephaim, hos inquam percussit Moses & expulit eos. Gessuri autem & Maachati non expulerūt filij Israel, sed habitauit Gessur & Maachat inter Israelitas in hunc usq; diem. Tribui uero Leui non dedit hæreditatem, sed sacrificia DOMINI dei Israelis quæ igne cōfiunt hæreditas eius est, sicut loquutus est illi. Dedit autem Moses tribui filiorum Ruben iuxta familias suas, ut esset limes eorum ab Aroër, quæ sita est ad ripam torrentis Arnon, & ab urbe quæ est in medio torrentis, & tota planities usq; Medeba, Hesbon cum uniuersis oppidis suis quæ sunt in planitie, Dibon, & [f] Bamoth Baal, Beth Baal Meon, Iaza, Kedemoth, Mephaath, Kiriathaim, Sibma, & Zereth Sahar in monte uallis, domum [g] Peor, & scatebras collis, sed & Beth Iesimoth. Omnes quoq; ciuitates planitiei, & uniuersum regnum Sihon regis Amorræi, qui regnauit in Hesbon, † quem percusserat Moses cum principibus Midian Eui, & Rekem, Zur, Hur atq; Reba, qui principes fuerunt Sihonis, habitantes in terra. Bileam quoq; filium Beor diuinatorem occiderunt filij Israel gladio cum interfectis eorum. Et fuit limes filiorum Ruben Iordanis cum termino suo. Hæc fuit hæreditas filiorum Ruben secundum familias suas, ciuitates & uillæ earum. Dedit insuper Moses tribui Gad, nempe filijs Gad, per familias suas. Fuit autē limes eorum Iazer, & omnes ciuitates

a Ebr. Veneratq; in dies.
a Venire in dies Ebraismus est pro cō senescere aut senio esse confectum.
b Alij legunt, Galilæa Palestinorum.
c Schihor alij turbidum, al' Nilum interpretantur.
d Pro Meara alij spelunca legūt, alij Meara relinquunt.

B

e Cum ea, id est, cum altera dimidia tribu Manasse.

Num. 32. f

Gessuri. Machati.
Num. 28. c

C

Possessio Rubenitarum.

f Alij Bamoth appellatiuum legūt, excelsa Baal: sic & domus Baal.
g Alij legunt Beth Peor.

Num. 31. a

Balaam occisus.

Possessio tribus Gad

Digitized by Google

ciuitates Gilead, & dimidia pars terræ filiorũ Ammon, usq; ad Aroër quæ est coram Rabba. Et ab Hesbon usq; Ramath, Mitzpe, & Bethonim, & à Mahanaim usq; ad limitem Debir. In ualle quoq; Beth Haram, & Beth Nimra, Succoth, & D
Zaphon reliquiæ regni Sihon regis in Hesbon, ad Iordanẽ & limitem eius, usq; ad extremitatem maris Cinnereth cis Iordanem ad Orientẽ. Hæc est hæreditas filiorum Gad per familias suas, ciuitates & uillæ earum. Dedit insuper Moses dimidiæ tribui Manasse, & fuit dimidiæ tribui filiorũ Manasse per familias suas. Limes eorum fuit à Mahanaim, uniuersa Basan, totum regnum Og regis Basan, omnesq; uici Iair, qui sunt in Basan, sexaginta ciuitates. Dimidia quoq; Gilead, Astaroth, & Edrai ciuitates regni Og in Basan filiorum Machir, filij Manasse, dimidiæ scilicet partis filijs Machir iuxta familias suas. Hæc sunt quæ hæreditate distribuit Moses in campestribus locis Moab cis Iordanem [è regione] Iericho ad Orientem. Tribui uero Leui non dedit Moses hæreditatem, (quoniam) DOMINVS deus Israel est hæreditas eorum, ut pollicitus est eis. CAP. XIIII.

Dimidiæ tribus Manasse possessio.

Refricatur terræ diuisio, & quid præ alijs Calebo cesserit.

HAec uero sunt quæ hæreditate acceperunt filij Israel in terra Chanaan, quæ A
distribuerunt illis Eleazar sacerdos, et Iehosua filius Nun, atq; capita patrũ
Num. 34. d de tribubus filiorũ Israel. Sorte autem hæreditatẽ illam suam acceperunt, †quemadmodũ præceperat DOMINVS per [a] Mosen, ut daret nouem tribubus atq; dimidiæ tribui. Nam duabus tribubus & dimidiæ tribui dederat Moses hæreditatem cis Iordanem. Leuitis autem nullam dedit hæreditatem inter illos, etenim filij Ioseph facti sunt duæ tribus, nempe Manasse & Ephraim, ideo non dederunt B
partẽ Leuitis in terra, nisi ciuitates ad habitandum, cum agris earum suburbanis pro pecoribus & possessione eorũ. Quemadmodũ præceperat DOMINVS Mosi, sic fecerunt filij Israel diuidentes terram. Accedentibus autẽ filijs Iehuda ad Iehosuã in Gilgal, Caleb filius Iephunæ Kenisæus dixit ad eum, Tu nosti sermonem quem loquutus †est DOMINVS ad Mosen uirũ dei, mei & tui gratia in Kades Barnea. Natus eram quadraginta annos quũ mitteret me Moses seruus DOMINI ex Kades Barnea ad explorandũ terram, & retuli rem ipsam sicut erat in corde meo. Fratres aũt mei qui ascenderant mecũ, liquefecerunt cor populi, ego C
[b] uero perfecte sequutus DOMINVM deum meum, iurauitq; Moses eodẽ tempore hisce uerbis, [c] Certe terra quã calcauit pes tuus, tibi & filijs tuis cedet in hæreditatem perpetuam, eo quod perfecte sequutus es DOMINVM deũ. Et en seruauit me DOMINVS in uita, sicut loquutus est, istis quadragintaquinq; annis, ex eo tempore quo loquutus est DOMINVS sermonẽ hunc ad Mosen, quo profectus est Israel in deserto. Nũc igitur hodie sum natus octogintaquinq; annos, hactenus tam ualidus, q̃ fui eo die quo misit me Moses: ut fuit robur meũ tum, D
ita & nunc est robur meũ, siue belligerandũ, siue egrediendum, siue etiam ingrediendũ sit. Nunc igitur da mihi montẽ istum, de quo loquutus est DOMINVS die illa. Tu enim audisti eodẽ die, quod Anakim sunt ibi, & ciuitates magnæ & munitæ, si forte DOMINVS mihi adfuerit, ut possim eos expellere, quemadmodum DOMINVS pollicitus est. [D] Benedixit uero ei Iehosua, & dedit Calebo filio Iephunæ †Hebrõ in hæreditatẽ. Atq; hinc Hebrõ cessit ipsi Caleb filio Iephunæ Kenesæo in hæreditatẽ in hunc usq; diem, eo q̃ perfecte sequutus sit DOMINVM deum Israelis. Porrò nomen Hebron antea fuit Kiriath Arba. Fuit enim [Arba] homo magnus inter [e] Anakim. Et terra quietem habuit à bellis. XV.

Num. 14. d
Supra 1. a
Eccli 46. b
1. Mach. 2. f

[a] Ebr. In manu Mosis.
[b] Ebr. Impleui post dominum.
[c] Ebr. Si non terra tibi erit.
[D] Benedicere hic pro collaudare poni uidetur.
[e] Anak uir fuit gigantæus, hic omnes gigãtes Anakim dicti.

Describitur sors Iuda.

HAec uero fuit sors tribus filiorũ Iehuda per familias suas, nempe uersus li- A
Num. 34. a mitem Edom deserti Zin ad Meridiem, ab extremitate australi. Fuitq; limes eorum meridianus, ab extremitate maris salsi, à [a] petra respiciente Meridiem. Et

[a] Eb. Lingua, alij dicunt à littore uel extremitate

b Akrabim montana quæ ſe in modũ ſcorpionum incuruãt: legũt alij, ad aſcẽſum ſcorpionum.
c Rabini Iudæorum pro uobis eis exponunt.

egreditur ad [locum] qui fuit à Meridie ad aſcenſum [b] Akrabim, pertrãſiens uſq; Zin, aſcendensq; à Meridie ad Kades Barnea, tranſiens Hetzron, atq; aſcendens ad Adar, reflectens ad Karkaa. Hinc tranſit in Azmon, exitq; ad torrentem Aegypti, & fuerunt exitus huius limitis in occidua plaga, atq; hic ſit ([c] uobis) limes meridionalis. Limes uero orientalis eſt mare ſalſum uſq; ad extremitatem Iordanis,

B & limes in angulo aquilonari à lingua maris & ab extremitate Iordanis. Aſcenditq; limes ille in Beth Hogla, & tranſit ab Aquilone ad Betharaba, & hinc aſcendit limes ille ad lapidem Bohan filij Ruben. Rurſus aſcendit hic limes in Debir à ualle Achor, & uerſus Aquilonem reſpicit Gilgal, quæ eſt iuxta aſcenſum Adumim, quæ eſt ab Auſtro torrenti, pertranſitq; limes ille ad aquas [d] Enſchemes, & fines eius ſunt iuxta fontem Rogel. Aſcenditq; hic limes per uallẽ filij Hinnom, iuxta latus Iebuſæi à Meridie, hæc eſt Hieroſolyma. Rurſum aſcendit hic limes in uerticem montis qui eſt è regione uallis Hinnom ad Occidentem, quiq; eſt in

Bohan pol. lex.

d Alij fontem ſolis interpretantur.

C extremitate uallis Rephaim ad Aquilonem. Deflectit autem limes ille à uerticẽ montis ad fontem aquæ Nephtoah, egrediturq; ad ciuitates montis Ephron, & hinc uergit limes ille in Baala quæ eſt Kiriath Iearim. Et circuit limes ille à Baala uerſus Occidentẽ uſq; ad montem Seir, & tranſit ad latus montis Iearim ab Aquilone, quæ eſt Cheſalon, deſcenditq; in Bethſchemes, tranſitq; in Thimna. Et rurſum egreditur limes ille ad latus Ekron uerſus Aquilonẽ, & deflectit idem limes in Siceron, pertranſitq; montem Baala, exiens in Iabneel, deſinuntq; fines huius limitis ad mare occidentale. Limes uero occidentalis eſt mare magnũ, isq; limes limes eſt filiorũ Iehuda per circuitũ in familijs ſuis. Porrò Calebo filio Iephunæ dedit (Iehoſua) partem in medio filiorũ Iehuda iuxta os DOMINI ad Ie-

Sors Caleb

D hoſuam, nempe Kiriath Arba patris Anak, quæ eſt Hebron. Et †Caleb eiecit inde tres filios Anak, ſcilicet Seſai, Ahiman atq; Thalmai, qui filij fuerũt Anak. Hinc aſcendit ad habitatores Debir, & fuit nomen Debir antea Kiriath Sepher. Et ait Caleb, Qui percuſſerit Kiriath Sepher, & eam ceperit, huic dabo Achſam filiam meam uxorẽ. Cepitq; eam Othoniel filius Kenas [e] fratris Caleb, & dedit ei uxorem filiã ſuam Achſam. Factũ eſt autẽ quum ingrederetur ipſa, perſuaſit ei ut poſtularet à [f] patre ſuo agrum, & demiſit [ſeſe] ex aſino. Dixitq; ad eã Caleb, Quid

Iud. 1. b

e Alij legunt, frater Calebi.
f Alij patre eius.

E [g] tibi? Et reſpondit illa, Da mihi [h] donũ aliquod, quandoquidẽ terram mihi [i] ſiccaneam dediſti, da mihi quoq; irriguam aquis. Et dedit ei irrigua ſuperiora, & irrigua inferiora. Hæc itaq; eſt hæreditas tribus filiorũ Iehuda per familias ſuas. Fuerunt autẽ ciuitates in extremitatibus ipſi tribui filiorum Iehuda. Ad limitem Edom ad Auſtrum Kabzeel, Eder, Iagur, Kina, Dimona, Adada, Kedes, Hazor, Iithnan, Ziph, Telem, Bealoth, Hazor, Hadatha, Kerioth, Hetzron quæ eſt Hazor, Amam, Sema, Molada, Hazar Gadda, Heſmon, Bethpalet, Hazar Sual, Beer Seba, Biſothia, Baala, Hijm, Azem, Eltholad, Cheſil, Horma, Ziglag, Madmana, Sanſanna, Lebaoth, Schilhim, Ain & Rimon. Omnium ciuitatũ uigintinouem

g Eclipſis eſt, ommittitur enim uel eſt, uel uis, Germani dicũt, was iſt dir?
h Eb. Benedictionẽ.
i Alij legunt, auſtralem.

Catalogus urbium Iuda.

F cum uillis earum. In campeſtribus uero locis Eſtaol, Zarea, Aſna, Zanoa, Enganim, Tapua, Enam, Iarmuth, Adulam, Socho, Aſeka, Saaraim, Adithaim, Gadara, & Gedorothaim, ciuitates quatuordecim cum uillis earum. Zenan, Hadaſa, Migdalgad, Dilean, Mitzpa, Iackteel, Lachis, Botzkath, Eglon, Chabbon, Lachmam, Chidiſch, Gederoth, Bethdagon, Naema, & Makeda, ſedecim ciuitates cum uillis earum. Libna, Aether, Aſan, Iiphtah, Aſna, Nezib, Kehila, Achſib, & Mareſa, ciuitates nouem cum uillis earum. Aekron cum [k] filiabus ſuis & uillis ſuis. Ab Aekron & Occidente omnes quæ ſunt ad latus Aſdod cum uillis ſuis. Aſdod cum filiabus ſuis & uillis ſuis. Aſa cum filiabus ſuis, & uillis ſuis uſq; ad

k Filias uocãt Ebræi oppidula aut caſtella.

G torrentem Aegypti, & mare magnũ limes eſt. In montanis porrò Samir, Iathir, Socho, Danna, Kiriathſanna, quæ eſt Debir, Anab, Eſthemo, Anim, Goſen, Holon &

Digitized by Google

loh & Gilo, undecim ciuitates cum uillis earum. Arab, Duma, Essean, Ianum, Bethtappuah, Apheka, Humta, & Kiriath Arba, quæ est Hebron, atq; Zior, ciuitates nouem cum uillis earum. Maon, Charmel, Ziph, Iutah, Iisreel, Iokdeam, Zanoah, Cain, Gibea & Thimna, ciuitates decem cum uillis earum. Halhul, Bethzur, & Gedor, Maarath, Beth Anoth, & Eltekon, ciuitates sex cum uillis earum. Kiriath Baal, ipsa est Kiriath Iearim & Rabba, ciuitates duæ cum uillis earum. In deserto Betharaba, Middin, Sechacha, & Nibsan, ciuitas salis, & Engedi, ciuitates sex cum uillis earum. Iebusæos uero habitatores Hierosolymorũ non potuerunt filij Iehuda exterminare, sed mansit Iebusæus cum filijs Iehuda Hierosolymis usq; in præsentem diem.

CAP. XVI.

Descriptio sortis Ephraim.

Educta quoq; sors est pro filijs Ioseph, à Iordane Iericho usq; ad aquas Iericho ad Orientem, & desertũ quod ascendit de Iericho in montem Beth El. A
Egrediturq; à Beth El ad Lusam, & transit ad terminum Arki in Ataroth. Et rursus descendit uersus mare ad terminum Iaphleti ad terminum Beth Horon inferioris, & usq; ad Gaser, & fines eius desinunt ad mare. B
Acceperunt igitur hæreditatem filij Ioseph Manasse & Ephraim, fuitq; limes filiorum Ephraim secundũ familias suas, fuit inquam limes hæreditatis eorum ab orientali plaga Ataroth, Addar, usq; ad Beth Horon superiorem. Et exit limes ille ad mare, & ad Michmath à Septentrione, reflectitq; idem limes in orientẽ ad Taenath Silo, & hinc transit ab Oriente in Ianoah. C
Et descendens à Ianoah in Ataroth atq; Naarath, pertingit ad Iericho, et exit ad Iordanem. De Tappuah uero uergit limes ille contra mare ad torrentẽ Kanna, suntq; exitus eius uersus mare. Et hæc est hæreditas tribus filiorũ Ephraim secundũ familias suas. D
Ciuitates uero segregatæ pro filijs Ephraim fuerunt in medio hæreditatis filiorũ Manasse, omnes ciuitates cum uillis suis. Et non expulerunt Chananæum habitantem in Gaser, sed mansit Chananæus in medio Ephraim usq; in hunc diem, fuitq; uectigalis.

Mare hic ferè pro occidente ponitur.

XVII.

De portione & sorte tribus Manasse.

Haec fuit sors tribus Manasse, qui fuit primogenitus Ioseph. Machir primogenitus Manasse, & pater Gilead, qui fuit strenuus miles, & possedit Gilead & Basan. A
Num.26.d Obtigit [a] quoq; † reliquis filijs Manasse secundum familias suas, nempe filijs Abiæser, filijs Helek, filijs Asriel, filijs Sechem, filijs Hepher, filijs Semida, hi enim fuerũt filij Manasse filij Ioseph mares per familias suas.
Num.27.a & 36.a Porrò Zelaphead filius Hepher, filij Gilead, filij Machir, filij Manasse, nõ habuit filios, sed filias, quarum nomina hæc sunt, Mahla, Noa, Hagla, Milca, Thirza. Accesserunt autem in conspectum Eleazaris sacerdotis, atq; in conspectũ Iehosuæ filij Nun, & in conspectum principum, dicentes, DOMINVS præcepit Mosi, ut daret nobis hæreditatem inter fratres nostros. B
Dedit ergo eis iuxta os DOMINI hæreditatem inter fratres patris earum. Et [b] ceciderunt funiculi Manasse decẽ, præter terram Gilead & Basan quæ est cis Iordanem. Nam filiæ Manasse possederunt hæreditatem inter filios eius, fuitq; terra Gilead reliquorum filiorum Manasse. Fuit autem limes Manasse ab Aser ad Michmethath, è regione Sechem, uergitq; limes ille uersus dextram ad habitatores En Tappuah. Fuit autem ipsius Manasse terra Tappuah, est enim Tappuah iuxta terminum Manasse filijs Ephraim. Et hinc descendit limes ad [c] torrentem Kanna uersus Meridiem ad torrentem ciuitatum istarum Ephraim, & inter ciuitates Manasse, & limes Manasse ab Aquilone ad torrentem, exitus autem eius ad mare, ipsi Ephraim ad Meridiem, & Manasse ad Aquilonem, mare uero est limes eius, & in Aser contingunt [sese] ab Aquilone, in Isachar autem ab Oriente. C
Et habuit Manasse in Isachar & in Aser, Bethsean & uicos eius, Iibleam & [d] uicos eius, habitatores Dor & uicos eius,

a Sors scilicet.

b Dimidiæ tribui Manasse, cis Iordanem data sors erat, reliquæ dimidiæ ultra Iordanem hi funiculi cadunt.

c Quidam legit, torrentẽ arundinis, alij Nahalkanna.

d Ebr. Filiabus uel filias.

Digitized by Google

habitatores En Dor & uicos eius, habitatores Thaenach & uiculos eius, habita-
tores Megiddo & uicos eius, tres regiones. Et filij Manasse non potuerunt occu-
pare has ciuitates, quum tamen Chananæus animum hanc terram inhabitandi
despondisset. Contigit tamen quum uires sumerent filij Israel, ut Chananæum
uectigalem facerent, sed funditus non exciderūt eum. Loquuntq; sunt filij Ioseph
ad Iehosuam dicentes, Quare dedisti mihi possidendam unam tantum sortem &
D unum funiculum, quum sim populus tam multus, & DOMINVS me hactenus
tam ubertim locupletauerit? Respondit illis Iehosua, Quandoquidem tu multus
es populus, ascende ergo in syluam, & [e] para tibi illic in terra Pherizæi atq; Re-
phaim, quandoquidem mons Ephraim tibi angustior est. Dixerunt autē filij Io-
seph, Non possumus [f] montem istum assequi, quandoquidem ferreos currus ha
bent omnes Chananæi habitantes in terra conualliū, & hi qui sunt in Bethsean
atq; in oppidulis eius, & hi qui sunt in ualle Isreel. Et dixit Iehosua ad domum
Ioseph, nempe ad Ephraim & Manasse, Populus quidem multus es, & robur hā
bes magnum, idcirco non habebis unam [tantum] sortē, sed mons ille tuus erit
in quo est sylua, hunc [g] para, eruntq; [h] fines eius tui, siquidem Chananæū istum
eieceris, licet ferreos currus habeat ipse, & ualde robustus sit. CAP. XVIII.

e Scilicet nouas sedes.
f Ebr. Non inuenietur nobis mons iste.
g Alij, hanc succide.
h Eb. Exitus ipsius, id est, quā lōge mōs extenditur.

Arca cum tentorio reponitur in Silo, mittuntur exploratores, iterum fit diuisio, describitur sors Beniamin.

A CONgregata est uniuersa contio filiorū Israel in Silo, illicq; collocarunt ten-
torium constitutionis, quandoquidē terra subacta erat coram eis. Reman-
serant autem ex filijs Israel reliqui, quibus hæreditatem suam nondum distribue-
rant, nempe septem tribus. Et ait Iehosua ad filios Israel, Quousq; estis cessatores,
quo minus eatis & occupetis terram quam dedit uobis DOMINVS deus patrū
uestrorum? [a] Date tres uiros ex [b] quaq; tribu, ut mittam eos, qui surgant & peram
bulent terram, & describant eam iuxta hæreditatem suam, reuertanturq; ad me,
diuidantq; eam in septem partes, stabitq; Iehuda in limite suo à Meridie, & qui
sunt de domo Ioseph stabunt in limite suo à Septentrione. Vos itaq; describetis
terram in septem partes, & referetis huc ad me, & iaciam uobis sortem hic coram
DOMINO deo nostro. Leuitæ autem nullam partem habent inter uos, quoniā
sacerdotium DOMINI est hæreditas eorum. Gad quoq; & Ruben, & dimidia
tribus Manasse iam acceperunt hæreditatem suam cis Iordanem ad Orientem,
B quam dedit illis Moses seruus DOMINI. Surgentes itaq; uiri abierunt, præce-
pitq; Iehosua abeuntibus, ut describerent terram, dicens, Ite & perambulate terrā
& deformate eam, & reuertimini ad me, ut hic proijciam uobis sortem corā DO
MINO in Silo. Abeuntes ergo uiri illi, pertransierunt terram, deformantes eam
in libro, facientes septem partes oppidatim, reuersiq; sunt ad Iehosuam in castra
quæ erāt in Silo. Et iecit eis Iehosua sortē in Silo coram DOMINO, distribuitq;
ibi Iehosua terram pro filijs Israel secundum portiones suas. Et ascendit sors tri-
bus filiorum Beniamin per familias suas, exijtq; limes sortis eorū inter filios Ie-
huda, & inter filios Ioseph. Factus est autem limes eorum ad angulum aquilo-
narem à Iordane, & ascendit limes ad latus Iericho ab Aquilone, & ascendit in
montem contra Occidentem, extremitates eius fuerunt ad desertum Bethauen.
C Et hinc transit terminus ille in Lusam, ad latus Lusæ uersus Meridiem, ipsa est Lusa quę & Bethel.
Beth El: & rursus descendit idem limes in Athotadar, ad montem qui est ad Me
ridiem Beth Horon inferioris. Et hinc uergit limes ille, circuitq; angulum maris
ad Meridiem, à monte qui est contra Beth Horon ad Meridiem, desinuntq; fines
eius ad Kiriath Baal, ipsa est Kiriath Iearim, ciuitas filiorum Iehuda, hic est angu Cariat Baal.
lus occidentalis. Angulus uero meridianus est ab extremitate Kiriath Iearim,
exitq; terminus ille ad Occidentem, & exit ad fontē aquæ Nephtoah. Et descen-
dit ter-

a Ebr. Date uobis.
b Ebr. Ex una tribu.

Digitized by Google

dit terminus ille ad extremitatem montis qui est corã ualle filij Hinnom, in ual-
le Rephaim ad Aquilonem, & descẽdit in uallem Hinnom ad latus Iebusæi ad
Meridiem, descendens ad fontem Rogel. Reflectit uero ab Aquilone, & egredi
tur ad En Semes, & inde egreditur [ad loca] Geliloth, quæ sunt iuxta ascensum
Adumim, descendens ad lapidem Bohan filij Ruben. Et pertransiens ad latus è D
regione [c]Araba septentrionalis, descendit in cãpestria. Et rursum transiens idem
limes uersus latus Beth Hagla ad Aquilonem, desinunt fines limitis eiusdem ad
linguam maris salsi contra Aquilonem, ad extremitatẽ Iordanis meridionalem,
& hic est limes meridianus. Iordanis uero terminat hunc limitẽ in angulo orien
tali. Atq; hæc est hæreditas filiorum Beniamin, iuxta limites suos in circuitu per
familias suas. Fuerũt aũt ciuitates tribus filiorum Beniamin per familias suas, Ie
richo, Beth Hagla, & uallis Kezitz, Betharaba, Zemaraim, Bethel, Auim, Parah
& Ophrah, Kephar Amonai, Ophni & Geba, ciuitates duodecim cum uillis ea
rũ. Gibeon, Rama, Beeroth, Mitzpa, Kephira, Moza, Rekem, Irpeel, Tarela, Ze
la, Eleph, & Iebusi, ipsa est Ierusalem, Gibeath, Kiriath, ciuitates quatuordecim
cum uillis earum. Hæc est hæreditas filiorum Beniamin secundum familias
suas.

c Alij legunt, planitiei.

CAP. XIX.

De sortibus Simeonis, Zabulon, Isachar, Aser, Naphtali, Dan.

Simeon. EGressa est sors alia pro Simeone, pro tribu inquam filiorũ Simeon per fami A
lias suas, fuitq; hæreditas eorum inter hæreditatem filiorũ Iehuda. Et habue
rũt illi in hæreditate sua Beersеba, Seba, Molada, Hazarsual, Bala, Azem, Eltho
lad, Bethul Horma, Ziklag, Beth Markaboth, Hazar Susa, Beth Lebaoth, & Saru
hen, ciuitates tredecim cum uillis earum. Ain, Rimon, Ether, Asan, ciuitates qua
tuor cum uillis earum. Et omnes uillæ quæ erant per circuitũ ciuitatum istarum
usq; ad Baalath, Beer, & Ramath ad Austrũ. Hæc est hæreditas tribus filiorũ Si-
meon iuxta familias suas. De funiculo filiorũ Iehuda fuit hæreditas filiorum Si
meon, nam pars filiorũ Iehuda maior fuit q̃ illorum, ut hæreditatem caperent fi
Zebulon. lij Simeon in hæreditate ipsorum. Educta est sors tertia filijs Zebulon per fami
lias suas, fuitq; limes hæreditatis eorum usq; ad Sarid, & ascendit limes eorũ uer
sus mare occidentale, & ad [a]Mareala, pertingitq; Dabeseth, & inde pertingit ad
torrentem qui est è regione Iakneam. Et reflectens de Sarid uersus exorientẽ so-
lem ad limitẽ [b]Kisloth Thabor, exit in Dabrath, ascendens Iaphia. Et hinc tran
siens ad plagã orientalem in Githa Heber, Itakazin, exit in Rimon [c]Metoar, &
hinc in Nea. Et idẽ limes circuit ab Aquilone in Nathon, ut sint exitus eius ual- B
lis Iephtah El, Katath, Nahalal, & Simron, Iidala, & Beth Lehem, ciuitates duo-
decim cum pagis earũ. Hæc est hæreditas filiorũ Zebulon per familias suas, atq;
Isachar. hæ sunt ciuitates cum pagis earũ. Porrò pro Isachar educta sors est quarta, filijs
inquã Isachar pro familijs suis. Fuit aũt limes eorũ, Iisreela, Kesuloth, Sunem, Ha
pharaim, Sion, Anaharath, Harabith, Kision, Abetz, Remeth, Engannim, En-
hadda & Beth Pazetz. Pertingitq; limes ille Thabor, & Sahazima, atq; Beth Se-
mes, & desinunt fines limitis eorũ in Iordanem, ciuitates sedecim cum uillis ea-
rum. Hæc est hæreditas tribus filiorũ Isachar per familias suas, & hæ sunt ciuita-
Aser. tes cum pagis earũ. Et educta est sors quinta pro tribu filiorũ Aser per familias
suas. Fuit aũt limes eorũ, Helkath, Hali, Beten, Achsaph, Alamelech, Amead, Mi-
seal, pertingitq; in Charmel ad Occidentẽ, & in Sihor Libnath. Et reflectens ad
exortũ solis in Beth Dagon, pertingit Zebulon & uallem Iiphtael ad Septẽtrio-
nem Beth Emek & Nehiel, egrediturq; in Kabul ad sinistrã. Ad Hebron quoq; C
Rehob, Hammon et Kana usq; ad Zidonem magnã. Reflectit deinde limes hic
in Rama, & usq; ad ciuitatẽ munitam Zor. Rursus reflectit hic limes in Hosa,
exitusq; eius sunt uersus mare à funiculo Achsiba, Vma q̃q;, Aphek, & Rehob,

a Alij legunt, perturbatio aquarum.

b Quidam renes legunt aut medium.

c Alij legunt, Methoar appellati deformans lineam in Nea.

Digitized by Google

ciuitates uigintiduæ cum pagis earũ. Hæc est hæreditas tribus filiorum Aser per familias suas, & hæ sunt ciuitates cum pagis earum. Pro filijs Naphtali educta est sors sexta, pro filijs inquã Naphtali per familias suas. Fuitq; limes eorum ab Heleph, Elon in Zaenannim, Adami, Nekeb & Iabneel, usq; Lakum, exitusq; eius uersus Iordanem. Reflectens inde limes ille uersus Occidentem in Asnoth Thabor, [b]uergit illinc in Hukok, pertingitq; Zebulon à Meridie, Aser uero pertingit ab Occidente, Iehudã ad Iordanem ab ortu solis. Ciuitates uero munitæ sunt [c]Ziddim, Zer, Hammath, Rakath, & Chinnareth, Adama, Harama, Hazor, Kædes, Edrehi, Enhazor, Ireon, Migdaël, Horem, Beth Hanath, & Beth Semes, ciuitates undeuiginti cum uillis earũ. Hæc est hæreditas tribus filiorum Naphtali

Naphtali

D per familias suas, & hæ ciuitates atq; uillæ earũ. Pro tribu uero filiorum Dan per familias suas, educta est sors septima. Fuitq; limes hæreditatis eorum Zoreah, Estaol, & Ir Semes, Saalabin, Aialon, Iithla, Elon, Thimnatha, Ekron, Eltheke, Gibthon, Baalath, Iehud, Bneberak, Gath Rimmon, Meiarkon, & Harakon, cũ termino qui est è regione Iapho, [f]& ab his exit limes filiorum Dan. Et ascenderunt filij Dan, & oppugnarunt Læsem, capientesq; eam, percusserunt eam gladio, atq; possederũt eam, incolẽtes eam, appellaueruntq; eam Læsem Dan, iuxta nomen Dan patris sui. Hæc est hæreditas tribus filiorum Dan per familias suas, & hæ ciuitates & uillæ earũ. Cessauerũt itaq; sorte diuidere terrã per limites eius, dederũtq; filij Israel hæreditatẽ ipsi Iehosuæ filio Nun in medio eorũ. Iuxta os DOMINI dederunt ei ciuitatem quã postulauerat, nempe Thimnath Særah in monte Ephraim, & instaurans ciuitatem illam, habitauit in ea. Istæ igitur sunt hæreditates, quas sorte diuiserunt Eleazar sacerdos, & Iehosua filius Nun, & capita patrum ex tribubus filiorũ Israel in Silo coram DOMINO ad ostium tentorij constitutionis, cessaueruntq; diuidere terram.

Dan.

Iosue possessio.

[b] Alij legunt, occurrit.
[c] Alij legunt, Haziddim.
[f] Potest & sic legi, Et ab his egressi terminũ filij Dan ascenderunt.

CAP. XX.

Definiuntur asyla iuxta præceptum domini.

A ET loquutus est DOMINVS ad Iehosuam, dicens, Loquere ad filios Israel hisce uerbis, Date ex uobis ciuitates confugij, de quibus loquutus sum ad uos per [a]Mosen, ut illuc scilicet cõfugiat homicida, qui [b]hominem cædit in perplexitate, & per imprudentiã, erunt [hæ ciuitates] uobis confugia à uindice sanguinis. Qui ergo confugerit ad aliquam ex his ciuitatibus, stabit ad ostium por-

B tæ ciuitatis, loqueturq; [c]audientibus senioribus ciuitatis illius causas suas, illiq; [d]recipiant eum ad se intra ciuitatem, & dent ei locum ut cum eis habitet. Quod si uindex sanguinis eum insequitur, ne tradant homicidam in manũ eius, quoniam per imprudentiam percussit proximum suum, nec odio est eum prosequutus [e]antea. Manebit itaq; in ciuitate illa, donec se iudicio sistat corã cœtu, & usq; ad mortem summi sacerdotis qui tum fuerit, tum tandẽ reuertatur homicida ta-

C lis, & ueniat in ciuitatem suam & ad domum suam, & ad ciuitatem ex qua fugerat. Et consecrarũt Kædes in [f]Galilæa in monte Naphtali, & Sechem in monte Ephraim, atq; Kiriat Arba, quæ est Hebron, in monte Iehuda. Cis Iordanem uero è regione Iericho ad Orientem, †constituerũt Bæzer in deserto in planitie de

D tribu Ruben, & Ramoth in Gilead de tribu Gad, atq; Golan in Basan de tribu Manasse. Istæ fuerunt urbes constitutæ pro omnibus filijs Israel, & pro peregrino qui commoratur inter eos, ut ad eas confugeret quicunq; hominem percussisset per imprudentiam, neq; moreretur per manum uindicis sanguinis donec sisteretur coram comitijs.

Exod. 21. c
Nume. 35. a
Deute. 19. a

Deut. 4. g

[a] Eb. Per manũ Mosis.
[b] Ebr. Qui animam.
[c] Eb. In aures seniorum.
[d] Ebr. Colligant.
[e] Ebr. Ab heri & nudius tertius.
[f] Ebr. Galil.

CAP. XXI.

Definiuntur oppida & agri suburbani pro Leuitis.

A ACcesserũt autem capita patrũ Leuitarum ad Eleazarũ sacerdotem, & ad Iehosuam filium Nun, & ad capita patrum qui erant super tribus filiorum Israel, loquutiq; sunt ad eos in Silo in terra Chanaan, hisce uerbis, DOMINVS

præcepit

Digitized by Google

Num.35.a præcepit † per Mosen, ut darentur nobis oppida ad habitandũ cum agris suburbanis earum pro iumentis nostris. Dederũt itaq; filij Israel Leuitis de possessionibus suis, iuxta os DOMINI oppida ista cum suburbanis agris suis. Educta est
Sors Caathitarum. itaq; sors pro familia Kahathitarum. Fueruntq; per sortem [data] filijs Aharonis sacerdotis qui erant de Leuitis, à tribu Iehuda, à tribu Simeon, & à tribu Beniamin tredecim oppida. Et reliquis filijs Kahath, à familijs tribus Ephraim, & à tribu Dan, atq; dimidia tribu Manasse sorte data sunt decem oppida. Porrò filijs
Gersonitarum. Gerson, à familijs tribus Isachar, & à tribu Aser, & à tribu Naphtali, atq; à dimi-
Meraritarum. dia tribu Manasse in Basan data sunt per sortem tredecim oppida. Filijs Merari per familias suas à tribu Ruben, & à tribu Gad, atq; à tribu Zebulon data sunt duodecim oppida. Dederunt itaq; filij Israel Leuitis oppida ista cum suburbanis B agris eorum per sortem, ut præceperat DOMINVS per Mosen. Dederunt uero
1.Par.6.d filij de tribu Iehuda, & filij de tribu Simeon oppida ista, quæ nominatim sic uocantur. Filiorum uero Aharonis de familia Kahath, qui erant de filijs Leui prima sors fuit, quibus dederũt Kiriath Arba patris Anok, ipsa est Hebron in mon-
Supra 14.d te Iuda cum suburbanis agris eius per circuitum eius. Agrum † uero illius ciuitatis & uillas eius dederunt Caleb filio Iephunæ pro sua possessione. Filijs autem Aharonis sacerdotis dederunt oppidum confugij pro homicidis, Hebron & agros eius suburbanos, Libna quoq; & agros eius suburbanos, Iathir & agros eius suburbanos, Este Moa & agros eius suburbanos, Holon & agros eius suburbanos, Debir & agros eius suburbanos, Ain & agros eius suburbanos, Iuta & agros eius suburbanos, Beth Sæmes & agros eius suburbanos, oppida nouem à duabus tribubus istis. De tribu uero Beniamin, Gibeon & agros eius suburbanos, Geba & agros eius suburbanos, Anathoth & agros eius suburbanos. Almon & agros eius suburbanos, oppida quatuor. Omnia oppida filiorũ Aharo
Caathitarum. nis sacerdotum tredecim oppida sunt cum agris suis suburbanis. Familijs uero filiorũ Kahath Leuitarum, qui residui erant ex filijs Kahath, sortem suam oppidorum habuerunt à tribu Ephraim. Dederunt eis oppidum confugij pro homicida, Sechem et agros eius suburbanos, in monte Ephraim, Gæser & agros eius suburbanos, Kibzaim & agros eius suburbanos, Beth Horon & agros eius suburbanos, oppida q̃tuor. De tribu uero Dan, Eltheke et agros eius suburbãos, Gi C bethon & agros eius suburbanos, Aialon & agros eius suburbanos, Gath Rimmon & agros eius suburbanos, oppida quatuor. De dimidia tribu Manasse, Thanach & agros eius suburbanos, & Gath Rimmon cum suburbanis prædijs suis, oppida duo. Omnia oppida decem cum prædijs suis suburbanis pro
Gersonitarum. familijs reliquis filiorũ Kahath. Porrò filijs Gerson, qui & ipsi erant de familijs Leuitarum, à tribu Manasse dimidia [obuenit] oppidũ confugij pro homicida Golan in Basan cũ prædijs suis suburbanis, & Beesthera cum suis prædijs suburbanis, oppida duo. Et de tribu Isachar, Kision & agri eius suburbani, Dabrath & agri eius suburbani, Iarmuth & agri eius suburbani, Engannim & agri eius suburbani, oppida quatuor. Et de tribu Aser, Miseal & agri eius suburbani, Abdon & agri eius suburbani, Helkat & agri eius suburbani, Rehob & agri eius suburbani, oppida quatuor. De tribu Naphtali, oppidum confugij pro homicida, Kedes in Galil & prædia eius suburbana, Hamoth Dor & prædia eius suburbana, Karthan & agri eius suburbani, oppida tria. Omniũ oppidorum Gersonitarum per familias suas, tredecim oppida cum prædijs suis suburbanis. Reli-
Meraritarum. quis familijs filiorũ Merari, qui & ipsi Leuitæ erant, à tribu Zebulon [data sunt] Iokneam & agri eius suburbani, Kartha & agri eius suburbani, Dimna & agri eius suburbani, Nahelal & agri eius suburbani, oppida quatuor. De tribu Ruben, Bæzer & agri eius suburbani, Iaza & agri eius suburbani, Kedemoth

Digitized by Google

D & agri eius suburbani, Mephaath & agri eius suburbani, oppida quatuor. De
tribu quoque Gad oppidum confugij pro homicida, Ramoth in Gilead & agri
eius suburbani, Mahanaim & agri eius suburbani, Hesbon & agri eius suburba
ni, Iaazer & agri eius suburbani, omnium oppidorum quatuor. Omniũ itaque
oppidorum filiorum Merari per familias suas, qui residui erant ex familijs Leui
tarum, fuerunt iuxta sortem eorum oppida duodecim. Vniuersorum autem op
pidorum Leuitarum in possessionibus filiorum Israel, fuerunt oppida quadra-
gintaocto cum prædijs suis suburbanis. Fueruntque hæc oppida singula seorsim
posita, circum uero illa agri suburbani, idque de singulis his oppidis [intellige.]
Dedit itaque DOMINVS Israeli omnem terram quam iurauerat se daturum pa-
tribus eorum, possederuntque eam, & habitarunt in ea. Et DOMINVS dedit eis
requiem circunquaque, iuxta omnia quæ iurauerat patribus eorum, & non resti-
tit eis quispiam in faciem ex omnibus inimicis eorum, omnes hostes eorum tra
didit DOMINVS in manus eorum. Non cecidit uel unum uerbum de omni
uerbo bono quod loquutus fuerat DOMINVS ad domum Israel, uniuersa eue
nerunt.

CAP. XXII.

Remittuntur Rubenitæ, Gaditæ, & dimidia tribus Manasse, extruitur ara ab eis, oritur dissidium, sed satisfactione audita sopitur.

A Tum uocabat Iehosua Rubenitas, Gaditas, et dimidiã tribũ Manasse, dixitque
ad eos, Vos custodiuistis omnia quæ præcepit uobis Moses famulus DO-
MINI, & obediuistis uoci meæ in omnibus quæ præcepi uobis, non reliquistis
fratres uestros istis multis diebus in hunc usque diem, sed custodiuistis diligenter
præceptũ DOMINI dei uestri. Quandoquidẽ igitur DOMINVS deus uester re
[a] Ebr. Ite uobis. quiem dedit fratribus uestris, quemadmodũ pollicitus erat eis, reuertimini [a] & re
dite ad uestra, ad tẽtoria uestra, ad terrã possessionis uestræ, quã †dedit uobis Mo Num. 32. f
ses seruus DOMINI ultra Iordanẽ, modo diligenter custodiatis & faciatis præ-
ceptũ & legem quã Moses seruus DOMINI uobis præcepit, ut diligatis DOMI
NVM deum uestrũ, & eatis in omnibus uijs eius, ut custodiatis præcepta eius, &
ut adhæreatis ei, seruiatisque ei ex toto corde uestro, & ex tota anima uestra. Cumque
[b] Ebr. Benedixit eos, id est, collaudauit seu ualedixit. B eos Iehosua [b] collaudasset, dimisit eos, abieruntque ad tentoria sua. Et dimidiæ tri
bui Manasse dederat Moses in Basan, & alteri dimidiæ dedit Iehosua inter fra-
[c] Ebr. Ad mare. tres suos citra Iordanẽ ad [c] occiduam plagã: proin & hos dimisit Iehosua ad ten
toria sua, [posteaquam] eis ualedixisset. Et ait ad eos hæc uerba, Vos reuertimini ad
tentoria uestra cũ opibus multis, & cum ingenti copia pecoris, [onusti] argẽto,
auro, ære, ferro, uestimẽtisque permultis, diuidite prædã hostium uestrorum cum fra-
tribus uestris. Versi igitur filij Ruben, filij Gad, & dimidia tribus Manasse abie-
runt à filijs Israel de Silo quæ est in terra Chanaan, ut uenirent in terrã Gilead,
[d] Ebr. In manu Mosis. ad terrã possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta os DOMINI [d] per Mosen. Et
uenerũt ad limites Iordanis qui est in terra Chanaan, extruxeruntque filij Ruben,
filij Gad, & dimidia tribus Manasse ibidẽ arã iuxta Iordanẽ, aram magnificam Altare extruitur.
C & spectabilem. Et audierunt filij Israel quod diceretur, Ecce ædificauerunt filij Ru
ben, filij Gad, & dimidia tribus Manasse arã è regione terræ Chanaan in limiti
bus Iordanis è regione filiorum Israel. Quod cum audissent filij Israel, congregati
sunt uniuersa multitudo filiorum Israel in Silo, ut ascenderent contra eos & belli-
gerarent. Et miserunt filij Israel ad filios Ruben, ad filios Gad, & ad dimidiam
tribũ Manasse in terrã Gilead, Pinhas filiũ Eleazar sacerdotis, sed & decem prin
cipes cum eo, de quaque tribu Israel unũ principem iuxta domos patrũ, qui singu
li capita erant secundũ familias patrũ suorum in millibus Israel. Venientes itaque ad
filios Ruben, ad filios Gad, & ad filios dimidiæ tribus Manasse in terrã Gilead,
loquuti sunt cum eis in hæc uerba, Sic dixerũt uniuersus cœtus DOMINI, Quæ
est

Digitized by Google

est ista perfidia, qua perfidi estis in deum Israelis, ut recederetis hodie à DOMI-
NO, quum extruxistis uobis arã, ut rebelles essetis hodie contra DOMINVM.
Num.25.a Num parui ducitur nobis iniquitas †Peor, à qua nondũ purificati sumus in hũc D
usq; diem, propter quã facta est clades [magna] in cœtu dei? Et uos quidẽ auersi
estis hodie à DOMINO, fietq;, ut quũ uos hodie rebelles fueritis aduersus DO-
MINVM, ipse cras contra uniuersam multitudinẽ Israelis irascatur. Porrò si ter-
ra possessionis uestræ immunda est, transite ad terram possessionis DOMINI, in
qua manet tabernaculũ DOMINI, & possessionem occupate inter nos, & ne re
belles sitis aduersus DOMINVM, neq; contra nos rebelles sitis, ut extruatis uo
Supra 7.a bis aram præter arã DOMINI dei nostri. An non Achan filius Zærah præuari
cationem præuaricatus est in Hærem, & ira desæuit in uniuersum cœtũ Israelis?
qui tametsi esset uir unus, non tamen [solus] perijt in iniquitate sua. Respon-
derunt filij Ruben, filij Gad, & filij dimidiæ tribus Manasse, & loquuti sunt ad
capita milliũ Israel, Deus [e]deorũ DOMINVS, deus deorũ DOMINVS ipse no E
uit, & Israel quoq; cognoscet, si per rebellionem, aut per præuaricationẽ contra
DOMINVM [hoc factũ est,] [f]tu nõ serues nos hodie, ut scilicet extrueremus no
bis aram ad recedendũ à DOMINO, aut ad sacrificandũ super ea holocaustũ &
sacrificiũ cibarium, aut ut faceremus super ea sacrificia pacificorũ. DOMINVS
ipse requirat, si non magis ex solicitudine ac cura huius rei fecimus, q; scilicet di-
xerimus, Dicent aliquãdo filij uestri ad filios nostros hisce uerbis, Quid [g]uobis
cum DOMINO deo Israelis? Limitẽ posuit DOMINVS inter nos & inter uos,
ô filij Ruben & filij Gad, nempe Iordanẽ, atq; idcirco non est uobis pars in DO
MINO: & sic filij uestri occasionẽ dabunt filijs nostris, quo minus timeant DO
MINVM, idcirco diximus, Age extruemus nunc nobis aram, non pro holocau
sto neq; pro sacrificio, sed ut sit testis inter nos & uos, atq; inter posteritates no-
stras post nos, ut exequamur cultũ DOMINI coram eo in holocaustis nostris, in F
sacrificijs nostris, atq; in pacificis nostris, & non dicãt aliquando filij uestri filijs
nostris, Non est uobis pars in DOMINO. Diximus igitur, Si futurũ est ut sic di
cant [h]aliquãdo ad nos & ad posteritates nostras, dicamus, Videte exemplar aræ
DOMINI, quod fecerunt patres nostri, non ut ibi sacrificent holocausta aut sa-
crificia, sed ut esset testis inter nos & inter uos: absit longe à nobis ut rebelles si-
mus aduersus DOMINVM, & ut auertamur hodie à DOMINO, ut ædificare-
mus arã pro holocaustis, p sacrificijs cibarijs, aut alijs hostijs, aliã ab ara DOMI
NI dei nostri quæ est corã tabernaculo eius. Audiens uero Pinhas sacerdos, &
principes multitudinis & capita milliũ Israelis, qui cum eo erant, uerba ista quæ
loquuti fuerant filij Ruben, filij Gad, & filij Manasse, placuit eis. Dixitq; Pin G
has filius Eleazar sacerdotis ad filios Ruben, ad filios Gad, et ad filios Manasse,
Iam cognoscimus q; DOMINVS sit inter nos, quandoquidẽ nõ designastis præ
uaricationẽ istam aduersus DOMINVM, nunc liberastis filios Israel de manu
DOMINI. Reuersus est itaq; Pinhas filius Eleazar sacerdotis & principes à fi-
lijs Ruben, à filijs Gad de terra Gilead ad terrã Chanaan ad filios Israel, & retu
lerũt illis responsum. Placuit hæc res filijs Israel, & gratias egerũt deo filij Israel,
nihilq; [amplius] dixerũt de ascendendo contra eos ad præliũ, & de uastãdo ter
ram quã inhabitabant filij Ruben atq; filij Gad. Et uocauerũt filij Ruben &
filij Gad arã istam Testimoniũ nostrũ, q; DOMINVS sit deus. CA. XXIII.

Iosue senex & morti uicinus, monet populum ut diligenter persistent in mãdatis dei, inq; uera religione.

ET factum est post dies multos, posteaq̃ DOMINVS requiem præstitisset Is- A
raeli ab omnibus hostibus eorũ circunquaq;, ut Iehosua consenesceret [a]se-
nioq; grauaretur. Vocans ergo Iehosua uniuersum Israelem, seniores eius, prin

[e] Alij legunt, fortis deorum: alij, fortis deus.
[f] Apostropha ad deum.
[g] Ebraismus est pro, Quid uobis cõmercij cum deo?
[h] Ebr. Cras.
[a] Ebr. Venerat in dies.

Digitized by Google

cipes eius, iudices eius & praefectos eius, dixitq; ad eos, Ego senex iam sum & prouectae aetatis, & uos uidistis omnia quae fecit DOMINVS deus uester cũctis gentibus istis in cõspectu uestro, quomodo DOMINVS deus uester pugnauerit pro uobis, en ego prostraui uobis gentes istas reliquas, ut accipiatis eas haereditate tribubus uestris, à Iordane, & omnes gentes quas excidi, & mari magno
B ad solis occasum. Et DOMINVS deus uester expellet eas ante uos, atq; exterminabit eas à conspectu uestro, & uos possidebitis terram illarũ, quemadmodum pollicitus est DOMINVS deus uester uobis. Estote ergo uehementer fortes, ut custodiatis & faciatis omne quod scriptum est in libro legis Mosis, ne recedatis ab eo neq; ad dexteram, neq; ad sinistram, ne quum ueneritis inter gentes istas, istas inquam quae uobiscum supersunt, cõmemoretis aut iuretis per nomen deorum earũ, & ne colatis eos, neq; adoretis eos, sed adhaereatis DOMINO deo uestro, sicuti fecistis in hunc usq; diẽ. Et expellet DOMINVS ante uos gentes multas atq; fortes, quemadmodũ & in hunc usq; diem nemo potuit stare coram fa-

Non iurandum per nomina idolorum.

C cie uestra. Vir unus ex uobis persequetur mille, quoniam DOMINVS deus uester ipse pugnabit pro uobis, sicut pollicitus est uobis. Obseruate ergo q̃ chara est uobis anima uestra, ut diligatis DOMINVM deum uestrũ. Etenim si auersi fueritis, & reliquijs istarum gentium quae uobiscum sunt adhaeseritis, si iunxeritis cum eis connubia, si ingressi fueritis ad eas, & ipsae ad uos, certo experiemini q; DOMINVS deus uester amplius non expellet gentes istas à facie uestra, sed erũt uobis in laqueũ & offendiculũ, & [b]stimuli lateribus uestris, & [c]spinę in oculis uestris, donec pereatis de terra hac bona quã dedit uobis DOMINVS deus uester. Et ecce ego hodie ingredior uiam uniuersae terrae, & uos scitis in toto corde uestro atq; tota anima uestra, q; non [d]irritum fuit uel uerbũ unum de cunctis

Deus diligendus.

[b] Aliqui legũt scrutinia.
[c] Pro spinis alij legunt lanceae.
[d] Ebr. Non cecidit.

Via uniuersae terrae.

D sermonibus bonis, quos loquutus est DOMINVS deus uester de uobis, sed q; omnia euenerunt uobis, non cecidit ex eo uerbum ullum. Quemadmodum uero omne uerbũ bonũ, quod loquutus est DOMINVS deus uester ad uos, uenit super uos: sic adducet quoq; DOMINVS super uos omne uerbũ malum, donec deleat uos de terra hac bona quam dedit uobis DOMINVS deus uester, quum per fide transgressi fueritis, praeuaricati fueritis foedus DOMINI dei uestri quod praecepit uobis, si scilicet iueritis atq; colueritis deos alios adoraueritisq; eos, irascetur furor DOMINI contra uos, & peribitis ilico de terra hac bona quam dedit uobis.

CAP. XXIIII.

Describuntur comitia, in quibus Iehosua longa oratione beneficia dei ipsis recenset & foedus cum deo renouat, obligat iureiurando populum ad obseruationem religionis unius dei, describitur etiam mors Iehosuae & Eleazari.

A CONgregans autem Iehosua uniuersas tribus Israel in Sechem, uocauit seniores Israelis, & principes eius, iudices eius atq; praefectos eius, steterũtq; coram deo. Et ait Iehosua ad uniuersum populum, Sic dixit DOMINVS deus Israel, Trans fluuium habitarunt [a]olim patres uestri, †nempe Tharah pater Abrahae, & pater Nahor, seruieruntq; dijs alijs, & ego tuli patrem uestrum Abraham trans fluuium, & duxi illum in uniuersam terram Chanaan, & auxi semen eius, & dedi ei Isaac. Sed & ipsi Isaac dedi Iaacob atq; Esau, & tradidi ipsi Esau montem †Seir, ut possideret eum, Iaacob *autem & filij eius descenderũt in Aegyptum, misiq; †Mosen & Aharonem, & adflixi Aegyptũ quemadmodum feci
B in medio eius, & [b]tandem eduxi uos. *Eduxi inquam patres uestros ex Aegypto, & quum uenissent ad †mare, insequuti sunt Aegyptij patres uestros usq; ad mare carectosum cũ curribus & equitatu. Et quũ clamassent ad DOMINVM, posuit caliginem inter uos & Aegyptios, & adduxit super eos mare, & operuit eos, & oculi uestri uiderunt quae fecerim [c]in Aegypto. Vos mansistis in deserto diebus

[a] Alij legunt, antiquitus.
[b] Vel, post hoc eduxi.
[c] Vel, in Aegyptios.

Gen. 11.d
Gen. 21.a 25.d
Gene. 36.a
*Ge. 46.a
†Exod. 3.c
*Exo. 12.f
†Exo. 14.a

Digitized by Google

diebus multis, & introduxi uos in terram Amorræorum qui habitant trans Ior-
Num. 21.a danem, qui †& pugnauerunt contra uos, tradidiq; eos in manum uestram, ut oc
Num. 22.a cuparetis terram eorum, exterminauiq; eos à facie uestra. Surgens †deinde Ba-
lak filius Zippor rex Moabitarum, pugnauit contra Israelem, & mittens uoca-
uit Bileam filiũ Beor, ut diris uos deuoueret, sed ego nolui audire Bileam, quin C
benedicendo benedixit uobis, & ego eripui uos de manu eius. Transmisso uero
Supra 3.d 6.a 11.a Iordane uenistis ad Iericho, & †pugnauerunt contra uos domini Iericho, Amor
ræi nempe, Pherizæi, Chananæi, Hithæi, Girgesæi, Hiuæi & Iebusæi, tradidiq;
Supra 11.d eos in manum uestram. †Misi insuper crabrones ante faciem uestram, qui expu-
lerunt eos ante conspectum uestrum, nempe duos reges Amorræorum: non au
tem gladio tuo, aut arcu tuo. Et dedi uobis terrã pro [b]qua nihil laborasti, & ur- b Vel, in qua nihil laborastis.
bes quas nõ extruxisti, in quibus uos habitatis: uineas & oleas quoq; quas non
plantastis, de quibus uos uescimini. Nunc igitur timete DOMINVM, & serui-
te illi in integritate & [c]fide, & tollite deos quos coluerunt patres uestri trans flu c Vel, ueritate.
uium & in Aegypto, & seruite DOMINO. Quod si uobis seruire DOMINO D
displicuerit, eligite uobis hodie cui seruiatis, diisne quibus seruierunt patres ue-
stri qui fuerunt trans fluuium, an diis Amorræorum in quorum terra uos habi-
tatis, ego quidem & domus mea seruiemus DOMINO. Respondit populus
& ait, Absit à nobis, ut relinquamus DOMINVM, & seruiamus diis aliis, quo-
niam DOMINVS deus noster ipse duxit nos & patres nostros ex terra Aegy-
pti, & de domo seruitutis, qui & in oculis nostris fecit hæc signa magna, custo-
diens nos in omni uia per quam profecti sumus, & in omnibus populis per
quos transiuimus. Eiecit quoq; DOMINVS ante nos omnes populos, & A-
morræum habitantem in terra: seruiemus ergo & nos DOMINO, quoniã ipse E
est deus noster. Et ait Iehosua ad populum, Non poteritis seruire DOMINO,
deus enim sanctus est ipse, & deus uindex, ut non ferat præuaricationẽ uestram,
& peccata uestra. Si deserueritis DOMINVM, atq; diis alienis seruieritis, con
uersus adfliget uos, exterminabitq; uos, posteaquam uobis benefecit. Et ait po
pulus ad Iehosuam, Minime, quin DOMINO seruiemus. Et ait Iehosua ad po-
pulum, Testes estis contra uosipsos quod elegeritis uobis DOMINVM ut illi
Fœdus populi cũ domino. seruiatis. Et dixerũt, Testes utiq;. Auferte igitur deos alienos qui sunt inter uos,
& inclinate cor uestrum ad DOMINVM deum Israelis. Dixit populus ad Ie
hosuam, DOMINO deo nostro seruiemus, & uoci eius obediemus. Feriit itaq; F
Iehosua fœdus cum populo eodem die, & proposuit ei ceremonias & iudicia in
Sechẽ. Scripsit quoq; Iehosua uerba ista in libro legis dei, & accipiens lapidem
magnum, erexit eum ibidem subter quercũ, quæ erat in sanctuario DOMINI.
Lapis in testimonium. Et ait Iehosua ad uniuersum populum, Ecce lapis iste erit nobis testis, quoniam
audiuit omnia uerba DOMINI quæ loquutus est nobiscum, eritq; testis contra
uos, ne forte abnegetis deum uestrum. Dimisit itaq; Iehosua populum, quenq;
Moritur Iosue. ad hæreditatem suam. Posteaq̃ uero hæc gesta essent, mortuus est Iehosua filius
Nun seruus DOMINI, quum esset natus centum & decem annos, sepelieruntq;
eum intra terminum possessionis suæ in Thimnath Særah, quæ sita est in mon G
te Ephraim, à Septentrione montis Gaas. Et seruiuit Israel DOMINO cunctis
diebus Iehosuæ, & cunctis diebus seniorum qui post Iehosuam dies suos proro
Ossa Ioseph sepeliũtur. garunt, & qui nouerant omnia opera DOMINI quæ fecerat Israeli. Sed & ossa
Gen. 50.d Ioseph, quæ tulerant †filii Israel ex Aegypto, sepeliérũt in Sechem in parte agri,
Gen. 33.d quem emerat Iacob †à filiis Hemor patris Sechem centum nummis. Et fuerunt
Eleazar moritur. filiis Ioseph in hæreditatem. Eleazar quoq; filius Aharonis mortuus est, quem
sepelierunt in colle Pinhas filii eius, qui datus est ei in monte Ephraim.

Digitized by Google

Liber Iudicum, Hebraice Sophtim.

CAPVT I.

Post mortem Iehosuæ Iudas rebus præficitur, qui Chananæis subiugatis Hierosolyma occupat.

A FACTVM est post mortē Iehosuæ, ut interrogarent filij Israel DOMINVM hisce uerbis, Quis ascēdet nobis, quo duce [a] geramus bellum contra Chananæos? Et respondit DOMINVS, Iehuda ascendet, en tradidi terram in manū eius. Et dixit Iehuda ad Simeonem fratrem suum, Ascende mecum in sorte mea, ut bellum geramus contra Chananæum, & ego quoq; tecum ibo in sorte tua. Et abijt cum eo Simeon. Ascendit itaq; Iehuda, & tradidit DOMINVS Chananæum & Pherizæum in manus eorum, & percusserunt ex eis in Besek decem millia uirorū. Et inuenientes [b] Adoni Besek in Besek, pugnauerunt contra eum, percusseruntq; Chananæū & Pherizæum.

B Fugit autem Adoni Besek, quem persequuti sunt, & apprehendentes eum, resecuerunt pollices manuum eius atq; pedum eius. Et ait Adoni Besek, Septuaginta reges amputatis pollicibus manuum atq; pedum eorum collegerunt sub mensa mea: quemadmodū feci, sic mihi deus rependit: & introducentes eum in Ierusalem, ibidem mortuus est. Quumq; Hierosolyma oppugnarent filij Iehuda, ceperunt eam, percusseruntq; [eam] gladio, & iniecerunt ignem in ciuitatem. Postea descenderunt filij Iehuda, ut oppugnarēt Chananæum habitantem

C in montanis & ad Meridiem, & in cāpestribus. Profectus est autem Iehuda contra Chananæū habitātem in Hebron (nomen autem Hebron antea fuit Kiriath Arba) & percusserunt †Sesai, Ahimān atq; Talmai. Hinc profectus ad habitatores Debir. Nomen aūt Debir antea fuit Kiriath Sepher. Et ait Caleb, Qui pcusserit Kiriath Sepher, ceperitq; eam, huic dabo Achsam filiam meam uxorem. Cepit uero eam Othoniel filius Kenas [c] fratris Calebi qui natu illo minor erat, & dedit ei Achsam filiam suam uxorē. Quum uero illa ingrederetur, persuasit ei ut postularet à [D] patre suo agrū. Et quū demitteret se ex asino, dixit ei Caleb, Quid tibi? Ipsa uero dixit ei, Da mihi donum aliquod, quoniam terram siccaneam de

D disti mihi, da mihi etiā irrigua. Et dedit ei Caleb irrigua superiora & inferiora. Filij autem Kenei affinis Mosis, ascenderunt de ciuitate Palmarū cum filijs Iehuda in desertum Iehuda, quod est in Meridie Arad, abeuntesq; habitauerunt cum populo. Sed & Iehuda abijt cū Simeone fratre suo, & percusserunt Chananæum habitantem in Zephath, uastaruntq; eam, & appellauit nomen eius Horma. Cepit insuper Iehuda Gazam atq; limitem eius, & Askalon limitemq; eius, Accaron & limitem eius. Et DOMINVS adfuit Iudæ ut expelleret montanos, qui uero in uallibus habitabant non potuit expellere, q; ferratos habebant currus. Ipsi Caleb dederūt Hebron, †quemadmodū loquutus fuerat Moses, qui & illinc ex-

E pulit tres filios Anak. Iebusæum uero qui Hierosolymis habitabat, non expulerunt filij Beniamin, quin Iebusæus habitat cum filijs Beniamin in Ierusalem in hunc usq; diem. Qui de domo Ioseph erāt ascenderūt in Beth El, & fuit DOMINVS cum eis. Hi uero qui de domo Ioseph erant, explorauerunt Beth El (cuius urbis nomen antea erat Lusa:) quiq; obseruabant, uiderunt uirū quendam egredientem ex urbe, ad quem dixerunt, Ostende nobis quæso aditū ad hanc urbem, & be-

Marginal notes:

[a] Bb. Quis ab initio pugnabit.

[b] Dominus Besek.

[c] Alij legunt, frater Calebi minor natu.

[D] Alij legunt, patre eius.

Ios. 15. d

Othoniel. Caleb.

Horma. Gaza. Ascalon. Accaron.

Num. 14. d

Beth El. Lusa.

Digitized by Google

& beneficio te afficiemus. Qui quũ aditum eis ad urbem indicasset, percusserunt
urbem gladio, uirum autem illum & omnem familiam eius ablegarunt. Abiens B
uero uir ille in terram Hithæorum, extruxit ciuitatem, uocauitq; nomẽ eius Lus,
& hoc est nomen eius in hunc usq; diem. Manasse quoq; non uastauit Bethsean
& filias eius, Thaenach & filias eius, habitatores Dor & filias eius, habitatores
Iibleam & filias eius, & habitatores Megiddo & filias eius, licet animũ Chana-
næus in terra ista habitandi despondisset. Hoc tamen factũ est ut Israel quum in-
ualuisset, Chananæo tributum imponeret, sed funditus non excidit eum. Sed &
Ephraim non expulit Chananæum habitantem in Gazer, sed habitauit Chana
næus in medio eius, nempe in Gazer. Zebulon quoq; non expulit habitatores
Kitron, & habitatores Nahelol, sed Chananæus habitauit in medio eius, tribu-
tumq; ferre sunt coacti. Sic Aser non expulit habitatores Acco, & habitatores Zi G
don, & Achlab, Achsib atq; [c] Helba, Aphik & Rehob: & Asaræus habitauit inter
Chananæos habitantes in terra, quoniam non potuit eijcere eum. Naphtali nõ
expulit habitatores Beth Sæmes, & habitatores Beth Aenath, sed habitauit inter
Chananæos habitãtes in terra, factiq; sunt habitatores Beth Sæmes & Beth Ae-
nath illis tributarij. Amorræi adflixerunt filios Dan usq; in montem, nec permi
serunt illi ut descenderet in uallem, tametsi Amorræus habitandi in monte Hæ-
res, in Aialon, & in Saalbim animum desponderat. Inualescente autẽ manu do-
mus Ioseph, [Amorræi] tributum ferre coacti sunt. Porrò limes Amorræi fuit ab
[f] ascensu scorpionum, à petra ipsa & supra.

CAP. II.

Angelus domini apparet admonetq; ut fœderis memores resipiscant, quoties dominum offendunt graues dant pœnas.

AScendit autem angelus DOMINI de Gilgal in Bochim, & ait, Adduxerã A
uos ex Aegypto, & introduxeram uos in terram quam iuraui patribus ue
stris, dixeramq;, Nunquam faciam irritum fœdus meum [quod pepigi] uobiscũ,
modo uos ne feriatis fœdus cum habitatoribus huius terræ, quin potius aras eo-
rum diruatis. At uos non audistis uocẽ meam. Cur ergo hoc fecistis? Ego quoq;
dixi, Non eijciam eos ante uos, sed erunt uobis in [a] spinas, & dij eorum offendi
culo. Factumq; est quum loqueretur angelus DOMINI uerba ista ad omnes fi
lios Israel, ut populus sublata uoce flerent. Vocaueruntq; nomen illius loci Bo-
chim, & sacrificauerunt ibidem DOMINO. Nam quum dimisisset Iehosua po- B
pulum, abierunt filij Israel quisq; in hæreditatem suam, ut occuparent terram. Et
seruiuit populus DOMINO cunctis diebus Iehosuæ, atq; cunctis diebus senio-
rum, qui prorogarunt dies post Iehosuam, qui scilicet uiderant uniuersum opus
DOMINI magnum quod fecerat Israeli. Et mortuus est Iehosua filius Nun ser
uus DOMINI, quum esset natus centum & decem annos, sepelieruntq; eum in
termino hæreditatis suæ in Thimnath Hæres in monte Ephraim à Septentrione
monti Gaas. Sed & cunctum hoc sæculum collectũ est ad patres suos, surrexitq;
alia generatio post illos, quæ DOMINUM & opus quod fecerat Israeli, non co
gnouit. Fecerunt ergo filij Israel malum in oculis DOMINI, seruieruntq; Baa
lim. Et deserentes DOMINUM deum patrũ suorũ qui eduxit eos de terra Ae-
gypti, abierunt post deos alios, post deos populorũ qui erant circum eos, & ado- C
rauerunt eos, atq; ad iram concitauerũt DOMINUM, & derelicto DOMINO,
coluerunt Baal atq; Astaroth. Et incaluit [b] furor DOMINI aduersus Israelem, tra
diditq; eos in manum diripientium eos, qui diripuerunt eos, & uendidit eos in
manum hostium eorum qui circum eos erant, nec potuerunt amplius stare corã
hostibus suis, quin [c] quocũq; egrederentur, manus DOMINI fuit contra eos ad
malum, quemadmodum minatus fuerat DOMINUS, sicutq; iurauerat eis DO
MINUS. [In summa] adflixit eos grauiter. Suscitauit autẽ DOMINUS iudices

[c] Alij legunt Helba.

[f] Alij legunt Akrabim.

Bochim loci nomen à flendo dictum est.

Deut. 7.

[a] Alij scrutinia.

Bochim flentes.

Iosue. 24. g

[b] Ebr. Nasus.

[c] Quocunq; se uerterent, quidquid adgrederentur.

qui liberarent eos de manu diripientium eos: sed & [b] iudices suos audire renue-
runt, quin potius scortati sunt post deos alios, & adorauerunt eos, defeceruntq́ ci-
to à uia qua incesserant patres eorum, ut obedirent mandatis DOMINI, sed nõ
D [c] fecerunt sic. Quumq́ DOMINVS iudices eis excitasset, adfuit DOMINVS iu
dici, seruauitq́ eos de manu hostiũ eorum cunctis diebus illius iudicis. Nam pœ
nitudine ducebatur DOMINVS propter suspiria illorum [quæ emittebant] me-
tu opprimentiũ & adflictantium eos. Mox ut iudex moreretur, resilierunt, & cor
ruptiores erant quàm patres eorũ, sectantes alios deos, quos coluerunt, quosq́
adorarunt, nihilq́ diminuerunt de studijs suis, deq́ uia sua dura. Tũ rursus exæ-
stuauit nasus DOMINI aduersus Israelem, ut diceret, Quandoquidem gens ista
transgreditur fœdus meum quod mandaui patribus eorũ, nec audierunt uocem
meam, nec ego ultra expellã aliquem ante eos, ex his gentibus quas moriens Ie-
hosua reliquit, ut Israel istis tentetur, custodiántne uiam DOMINI, incedantq́
in ea, sicut patres eorũ custodierunt, nec ne. Reliquit ergo DOMINVS gentes il
las, nec cito exterminauit eos, neq́ tradidit eas in manum Iehosuæ. CA. III.

b Iudices hic sunt administri iustitiæ, uindices libertatis & religionis.
f Quemadmodum scilicet patres fecerunt.

Recensentur gentes quædam quæ relictæ sunt ut ipsis Israelitæ tententur exercerentúrq́: cum quibus cum se iungunt Israelitæ, puniuntur à domino: cum rursus resipiscentes clamant, seruantur.

A HAe autem sunt gentes quas reliquit DOMINVS, ut tentaret illis Israelem,
nempe omnes qui non nouerant uniuersa prælia Chanaan, tantũ in hoc,
ut generatio filiorũ Israel nosset, utq́ docerent eos belligerare, eos duntaxat qui
antea non norunt. Quinq́ nempe satrapæ Palestinorum, & cuncti Chananæi,
atq́ Zidonij, & Hiuæi, qui scilicet habitabant in monte Libano à monte Baal
Hermon, usq́ dum uenias in Hemath. Fuerunt hi inquã, per quos tentabat [DO
MINVS] Israelem ut manifestũ fieret, audiréntne mandatũ DOMINI quod præ
ceperat patribus eorum per Mosen. Quumq́ sic habitarent filij Israel inter Cha-
nanæos, Hithæos, Amorræos, Pherizæos, Hiuæos & Iebusæos, duxerunt sibi fi-
lias eorum uxores, filiasq́ suas dederunt filijs eorũ, seruieruntq́ dijs eorum. Et fe
cerunt filij Israel malum in oculis DOMINI, oblitiq́ DOMINI dei sui, coluerũt
Baalim & Aseroth. Et exarsit ira DOMINI aduersus Israelitas, ut uenderet eos
in manus Chusan Riseathaim regis Arã Naharaim, seruieruntq́ filij Israel ipsi
B Chusan Riseathaim octo annis. Et quũ clamassent filij Israel ad DOMINVM,
excitauit DOMINVS seruatorem filijs Israel, atq́ liberauit eos, nempe Othonie
lem filiũ Kenas fratris Caleb qui illo minor natu erat. [a] Factusq́ est super eum
spiritus DOMINI, & [b] iudicauit Israelẽ, & egressus est in præliũ, tradiditq́ DO-
MINVS in manũ eius Chusan Riseathaim regẽ Syriæ, præualuitq́ manus eius
contra Chusan Riseathaim. Et quieuit terra quadraginta annis, & mortuus est
Othoniel filius Kenas. Rursus fecerunt filij Israel malũ in oculis DOMINI, ro-
borauitq́ DOMINVS Eglon regem Moabitarum contra Israelem, eo quod fe-
cissent malum in oculis DOMINI. Congregauit autẽ ille ad se filios Ammon
atq́ Amalek, & abiens percussit Israelem, & occupauerũt ciuitatem palmarum.
Seruierunt ergo filij Israel Eglon regi Moabitico decem & octo annis. Quumq́
clamarent filij Israel ad DOMINVM, excitauit eis DOMINVS seruatorẽ Ehud
filiũ Gera, filij Iemini, qui uir erat clausa [c] manu dextera. Miseruntq́ filij Israel per
[d] ipsum munus ipsi Eglon regi Moab. Fecerat autẽ Ehud sibi gladiũ utrinq́ acu-
C tum [e] lõgitudine cubitali, accinctusq́ eo sub tunica sua stricta in dextro femore,
obtulit munus ipsi Eglon regi Moab. Fuit autẽ Eglõ homo ualde obesus. Quũq́
iam obtulisset munus, ablegauit populũ, nempe eos qui munus portauerãt. Ipse
uero reuersus à [f] simulachris in Gilgal, dixit, Est mihi uerbum quoddam secretũ
ad te ô rex. Is autem [g] silentiũ iussit. Egressi ergo sunt ab eo omnes qui stabant co
ram eo.

a Hoc est, dominus excitauit animum eius, donauit eum fortitudine.
b Hoc est, asseruit, liberauit.

Aod liberat.

c Quidã dicunt clauda: alij legunt, ambidexter erat.
d Hb. Per manũ eius
e Quidam legũt, palmi longitudine.
f Alij legunt, lapicidinis.
g Hbr. Et ait, tace. Germanice, still.

Digitized by Google

ram eo. Ehud uerò introiuit ad eum; sedebatq; ille solus in cœnaculo contabula
to. Et dixit Ehud, Est mihi uerbum dei ad te. Et surrexit è solio. Ehud uero missa
manu sua sinistra, præhendit sicam de dextro femore suo, defixitq; eam in uentrē
eius, adeo ut capulus laminã sequeretur, adepsq; laminã concluderet, neq; enim
sicam extraxit è uentre eius. Et [h] egressus Ehud prætoriũ uersus, uenit ad [i] subsel-
lia, clausisq; post se foribus cœnaculi obserauit. Quo egresso, uenerũt serui eius,
uidentesq; fores cœnaculi obseratas, dixerunt, Certe [k] tegit pedes suos in concla- D
ui cõtabulati. Quumq; iam expectassent donec eos puderet, nec ipse fores cœna-
culi aperiret, sumpta claue aperuerunt: & ecce herus eorum mortuus iacebat in
terra. Interim uero dum illi cunctantur, euadit Ehud, & transiens sculptilia, serua
tus est inter condensa ueprium. Contigit autē quum ingrederetur, ut cornu clas-
sicum caneret in monte Ephraim, descenderuntq; cum eo filij Israel de monte,
proficiscebaturq; ipse ante eos. Et ait ad eos, Sequimini me, nam tradidit DOMI
NVS hostes uestros, nempe Moabitas, in manũ uestram. Qui descendentes post
ipsum, uada Iordanis, ubi traijcitur ad Moabitas, occupant, nec quenquam traij-
Moabitæ occidũtur. cere sinunt. Percusserunt itaq; eodem tempore ex Moabitis uirorum circiter de-
cem millia, qui omnes fuerunt obesi omnesq; strenui milites, ne unus quidem
euasit. Subactus est itaq; Moab in die illo sub manu Israel, quieuitq; terra octo-
Samgar. ginta annis. Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui in Palestina percussit sex-
centos uiros stimulo boum, qui & ipse Israelem seruauit. CAP. IIII.

[h] Alij legunt, exiuit stercus.
[i] Potest etiam legi, ad exedras.
[k] Tegere pedes, Ebraismus est, quo rem obscœnam honeste circumloquuntur, id est, exonerat uentrem.

Alia liberatio populi Israelitici per Deboram & Barak.

FIlij uero Israel porrò fecerũt malũ in oculis DOMINI. Et mortuo Ehud uen A
didit eos DOMINVS in manũ Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Ha-
zor; qui habuit imperatorem exercitus nomine Siseram, & is habitabat in Haro-
scheth gentiũ. Clamabãt autem filij Israel ad DOMINVM, nã habuit ille non-
gentos currus ferratos, adflixitq; filios Israel uehementer, idq; annis uiginti. [a] Iu
dicabat autem Israelem tunc temporis mulier, Debora nēpe, prophetis, uxor La-
pidoth: & ipsa quidem Debora habitabat sub palma inter Rama & Beth El in
monte Ephraim, ascendebantq; ad eam filij Israel ut iudicium [peterent.] Quæ
mittens accersiuit Barak filiũ Abinoam de Kædes Naphtali, dixitq; ad eum, An
[b] non præcepit tibi DOMINVS deus Israel, Vade & [c] contrahe [exercitum] in
monte Thabor, & accipias tecum decem millia uirorum de filijs Naphtali, atq;
de filijs Zebulon? Ego uero contraham ad te ad torrentē Kisson Siserã ducē exer
citus Iabin, cum curribus eius & copijs eius, tradamq; eum in manus tuas. Dixit B
uero Barak ad eam, Si mecũ ieris, proficiscar: si uero non profecta fueris mecum,
non ibo. Quæ ait, Ibo tecũ certissime, ueruntamen gloria non erit tua hac profe-
ctione qua iam proficisceris, quoniam in manũ mulieris uendet DOMINVS Si
seram. Surgens itaq; Debora, profecta est cum Barak in Kædes. Vocans autē
Barak Zebulon & Naphtali in Kædes, & [d] ascendit pedes cum decē millibus ui
rorum, ascenditq; cum eo Debora. Heber aũt Kenæus de filijs Hobab affinis Mo
sis, abscesserat de Kain, tetenderatq; tentoriũ propter quercetũ in Zenaim quæ est
iuxta Kædes. Nunciatũq; est Siseræ quod ascendisset Barak filius Abinoam in mon-
tem Thabor. Tunc congregauit Sisera omnes currus suos, nēpe nongentos cur
rus ferratos, & uniuersum populum quem habebat, ab Haroscheth gentium ad
torrentem Kisson. Tum dixit Debora ad Barak, Surge, quoniam hæc est dies in C
qua DOMINVS tradidit Siseram in manum tuam, an non DOMINVS egres-
sus est [e] ante te? Et descendit Barak de monte Thabor, decemq; millia uirorum
Psal. 82.c sequebantur eum. Et conturbauit DOMINVS Siseram & omnes currus eius,
& uniuersum exercitum eius gladio coram Barak, ut descenderet Sisera de qua-
driga, & pedes effugeret. At Barak insequutus est currus & exercitum usque ad

[a] Iudicabat mulier, id est, diuinæ legis gnara populo petenti responsa ex oraculis dei dabat, sy gab jnen bschend.
[b] Interrogatio est certa asseueratio quæ probatione nõ eget.
[c] Alij legunt, trahe in montē, id est, proficiscere, sic Germani zuch vff den berg.
[d] Vel, ascēdit, et post eum decem millia uirorum, seu abduxit post se decem, &c.
[e] Interrogatio uehementer affirmat.

Digitized by Google

Haroſcheth gentium, ceciditq́ue uniuerſus exercitus Siſaræ gladio, ut ne unus qui
dem ſupereſſet. Porrò Siſera pedes effugerat ad tentorium Iaël uxoris Heber Ke- *Iahel occi- dit Siſarā.*
næi, quod [f] pax eſſet inter Iabin regem Hazor, & inter domum Heber Kenæi.
Egreſſa Iaël obuiam ipſi Siſeræ, ait ad eum, Concede mi domine, cōcede ad me,
nec metuas. Qui quum ad eam in tentorium conceſſiſſet, illa operuit eum quodā
tegumento. Et [Siſera] dixit ad eam, Potum mihi præbe, aquæ paululum, quoniā
D ſitio. Illa uero aperiens utrem lactis, dedit illi potū, rurſusq́ue operuit eum. Ille au-
tem ad eam dixit, Sta in oſtio tentorij, & ſi quiſpiam uenerit, teq́ue hiſce uerbis in-
terrogauerit, Eſt ne hic quiſpiam? Dicas, Nemo. Porrò Iaël uxor Heber accepit
clauum tentorij, ponensq́ue malleū in manu ſua, uenit ad eum tacite, transfixitq́ue
clauum per tempora eius, atq́ue in terram depegit. Ipſe uero ſopore oppreſſus &
laſſus, mortuus eſt. Quumq́ue Barak Siſeram inſequeretur, egreſſa eſt Iaël obuiam
ei, & dixit ad eum, Veni, & oſtendam tibi uirum quem tu quæris. Qui quum in-
greſſus eſſet ad eam, ecce iacebat Siſera mortuus, eratq́ue clauus in tempore eius.
Subegit itaq́ue deus illo die Iabin regem Chanaan coram filijs Iſrael, & manus Iſ
raelitarum promouit fortiter, & inualuit contra Iabin regem Chanaan, donec
Iabin regem Chanaan excinderent. CAP. V.

Epinicion pro uictoria, quam dedit dominus Deboræ & Barak.

A CEcinit uero Debora atq́ue Barak filius Abinoam eodem die tale canticum,
Quandoquidem perſequutus eſt iniurias Iſraeli illatas, cōuenit ut uos qui
uoluntarij eſtis in populo gratias agatis DOMINO. Audite reges, auribus per
cipite principes, ego DOMINO canā, pſallam DOMINO deo Iſraelis. Quum
exires ô DOMINE ex Seir, quum incederes de agro Edom, terra contremuit, &
cœli ſtillarunt, adeoq́ue & nubes ipſæ ſtillarunt aquas. Montes fluxerunt à facie
DOMINI, Sinai iſte ante DOMINVM deum Iſraelis. In diebus Samgar filij
Anath, in diebus Iaël erant uiæ deſolatæ: qui iter faciebant, declinabant per ſemi
tas obliquas. Defecerant pagani: in Iſraele inquā defecerant, donec ego Debo
ra ſurgerē, ſurgerem mater in Iſraele. Simul ac deos nouos [a] eligebat, bellum in
B portis [erat,] nec tamē clypeus nec haſta uiſa ſunt in quadraginta millibus Iſrae-
lis. Cor meum ad præſides legū qui ſunt in Iſraele, uos qui uoluntarij eſtis in
populo gratias agite DOMINO. Vehentes mulis nitidis, qui præſidetis iudi-
cijs, quiq́ue per itinera incedistis [hæc] [b] enarrate. A uoce iaculatorū inter hauſtien-
tes, ibi acute diſſerēt de iuſtitijs DOMINI, de iuſtitijs inquā DOMINI ruſticani
homines eius in Iſraele, tūc deſcēdet populus DOMINI in portas. Expergiſcere
expergiſcere Debora, expergiſcere expergiſcere, cane canticū, ſurge Barak, & ca-
ptos duc captiuos tuos fili Abinoā. Tunc dominabitur qui reliquus fuerit ma-
gnificis populi, quin DOMINVS dominabitur mihi per gigātes. De Ephraim
radix illorū contra Amalek, poſt te Beniamin in populis tuis, ex Machir deſcēde
runt legiſlatores, & ex Zebulon trahentes in [c] baculo ſcribæ. Principes quoq́ue
mei in Iſachar cū Debora, ſed & Iſachar quemadmodū Barak in ualle miſſus pe-
des, in diuiſionibus Ruben [uiri] magni decretarij cordis. Cur ſediſti inter duos
C limites, ut audires ſcilicet boatus gregum, ad diuiſiones Ruben magnorū [uiro-
rum] qui erāt decretarij cordis. Gilead citra Iordanē quieuit, & Dan cur apud na
ues degit? Aſer ſedit in ſtatione nauium apud maria, & in rupturis ſuis manet.
Populus Zebulon deuouit uitam ſuam in mortē, ſic & Naphtali in excelſis cam
pi. Venerunt reges & pugnauerunt, tunc pugnauerūt reges Chanaan in Taë-
nach ad aquas Megiddo, at lucrum pecuniæ nullum [d] abſtulerunt. De cœlis pu-
gnatum eſt, ſtellæ inquam è ſtationibus ſuis pugnarunt cum Siſera. Torrens Ki-
ſon deuoluit illos, torrens [e] Kedumim torrens Kiſon: calcabas fortiter ô anima
mea. Tunc concuſſæ ſunt ungulæ equorum propter uehementem impetum
fortium

[f] Pax pro ſocietate & amicitia.

[a] Eligebat, Iſrael ſcilicet, uel quiſq́ue in Iſraele: alij legunt, deus elegit noua, tunc eis (hoſtis) in portis.

[b] Vel, de ijs loquimini.

[c] Periphraſis eſt eruditorū & ſapientum qui eloquentia perſuadere potuerunt.

[d] Id eſt, nullā prædā ſunt aſſequuti: quod ſperauerant.

[e] Kedumim, id eſt, qui iā olim à priſcis temporibus fuit.

Digitized by Google

fortium eius: Maledicite Meros, dixit angelus DOMINI, omnino maledicite
habitatoribus eius, quoniã non adfuerunt auxilio DOMINO, [f] auxilio inquã, f Vel non uenerunt in auxilium domini in fortibus.
DOMINO cum fortibus. Laudetur supra mulieres Iaël uxor Heber Kenæi, su- D
pra mulieres in tentorio laudetur. Aquam quũ ille peteret, lac illa dedit, in phia
la magnatum obtulit butyrum. Manum suam abstulit clauo, & dexterã suam
malleo laborum, percutiens Siseram, amouit caput eius, uulnerauit & perfodit
tempora eius. Inter pedes eius incuruatus corruit & iacuit: inter pedes eius in-
quam incuruatus corruit, quo loco recubuerat, illic corruit interemptus. Mater
Sisera per fenestram prospiciens eiulat, per cancellos inquam: cur frustratur [me]
currus eius quo minus ueniat? cur tardant [g] rotæ quadrigarum eius? Sapien- g Ebr. Vices.
tes quæque ex præcipuis mulieribus, quæ erant apud ipsam, respondebãt illi, quin
& ipsa sibiipsi reddebat uerba. An non inueniunt & diuidunt spolia, cuique mi-
liti forti amicam unam uel duas, prædam uestium uaricolorum Siseræ: prædam,
inquam uaricolorum uestium & acupictorum, sed & prædam uestis uaricoloris,
utrinque acupictæ ad [h] colla. Sic pereant omnes hostes tui, ô DOMINE: qui ue- h Quidam exponunt singulis capitibus uel præcipuo cuique.
ro diligunt eum, sint sicut sol quum oritur in fortitudine sua. Porrò terra ipsa se-
cura & tranquilla fuit quadraginta annis. CAP. VI.

Quum essent sub Madianitis, liberantur per Gedeonem.

FILIJ autẽ Israel male egerunt in oculis DOMINI, tradiditque eos DOMINUS A
in manum Midian septem annis. Inualuit ergo manus Madianitarum con-
tra Israelitas, ut facerent sibi filij Israel metu Madianitarum in mõtibus receptus
quo confluerent, siros quoque & arces. Nam quum seminasset Israel, ascenderunt
Madianitæ & Amalekitæ orientales quoque, pariter inquam ascenderunt aduer-
sus [a] Israelem, castraque ponentes contra Israelitas, uastarunt prouentum telluris a Ebr. Cõtra eum & contra eos.
usque dum uenias Asa, nullum uictum fecerunt reliquum Israelitis, neque in pecudi
bus, neque in bobus, neque in asinis. Nam ascendebant & ipsi, & pecora eorum, ue-
niebantque cum tentorijs suis, idque magna multitudine instar locustarum, ut non
esset numerus ipsorum & camelorũ ipsorum, ueniebantque in terram, ut uastarent
eam. Et attenuatus est Israel uehementer à Madianitis, clamaueruntque filij Israel ad
DOMINUM. Factũ ergo est quum clamarent filij Israel ad DOMINUM pro- B
pter Madianitas, misit DOMINUS prophetam quendam ad filios Israel, qui ait
ad eos, Sic dicit DOMINUS deus Israel, Ego eduxi uos de Aegypto, & eduxi
uos de domo seruitutis, ego liberaui uos de manu Aegyptiorũ, & de manu om-
nium qui uos adflixerunt, & eieci eos ante faciem uestrã, dedique uobis terrã eorũ.
Et dixi ad uos, Ego DOMINUS deus uester, ne metuatis deos Amorræorum, in
quorũ terra uos habitatis: sed non obediuistis uoci meæ. Venit autem & angelus
DOMINI, & sedit sub [b] ulmo quæ est in Ophra, quæque erat Ioas patris Esri, cu- b Alij sub quercu.
ius filius Gedeon, qui triticũ in torculari exterebat, ut absconderet à Madianitis.
Apparensque illi angelus DOMINI, dixit ad eum, Sit DOMINUS tecũ uir fortis-
sime. Cui respondit Gedeon, Mi domine, si DOMINUS est nobiscũ, cur nobis C
uniuersum istud accidit? & ubi sunt omnia miracula eius, quæ narrauerunt no-
bis patres nostri hisce uerbis, An non ex Aegypto duxit nos DOMINUS? Nunc
uero dereliquit nos DOMINUS, & tradidit nos in manum Madianitarũ. Et re-
1.Reg.12.b spiciens ad eum DOMINUS, dixit, Vade in hac uirtute tua, & † seruabis Israelẽ
de manu Madianitarũ: an non ego misi te? Qui respondit ei, Mi domine, quo ser
uabo Israelem? tribus mea [c] millenaria tenuis est in Manasse, & ego quoque par- c Aut chiliarchia.
uus sum in domo patris mei. Et dixit ad eum DOMINUS, Ego ero tecũ, percu-
tiesque Madianitas tanquam uirum unum. Cui ille respondit, Quæso si impetraui gra
tiam coram te, ede mihi signũ quod tu loquutus sis mecũ, ne recedas quæso hinc
donec ad te rediero, & eduxero sacrificiũ meum cibarium, & ponã illud ante te.

Digitized by Google

D Qui ait, Ego manebo donec redieris. Ingressus itaq; Gedeon parauit hœdum ex capris, & Epha farinæ, placentas infermentatas cum carne posuit in canistro, ius uero carnium in olla. Quumq; hæc ad illum extulisset, obtulit ei sub ulmo. Et dixit ad illum angelus dei, Tolle carnem & placentas infermentatas, & repone ea super petram istam, & effunde ius: & ille sic fecit. Et mittens angelus DOMINI extremitatem baculi quem manu tenebat, tetigit carnem & panes infermẽtatos, ascenditq; ignis de petra, & absumpsit carnem & placentas infermentatas. Angelusq; DOMINI abijt à cõspectu eius. Et uidens Gedeon quod angelus DOMINI esset, ait, Ah domine deus, uidi [b] angelum DOMINI facie ad faciem. Et dixit

b Ebr. Nã ideo uidi.

E ad eum DOMINVS, Pax tibi, ne timeas, non morieris. Et ædificans ibi Gedeon aram DOMINO, uocauit eam, DOMINVS pax, quæ durat in hunc usq; diem in Oprath patris Esri. Factumq; est eadẽ nocte ut DOMINVS diceret ad eum, Accipe iuuencum ex armentis patris tui, & alium iuuencum septem annorum, & dirue aram Baal quam habet pater tuus, lucum quoq; qui est iuxta eam succide, & extrue arã DOMINO deo tuo in uertice huius rupis in loco apto, tollẽsq; iuuencum alium, sacrifica eum in holocaustum super ligna luci, quem succides. Accepit itaq; Gedeon decem uiros ex seruis suis, & fecit quemadmodum iusserat eum DOMINVS. Metuens autem id facere interdiu ob domum patris sui, & ob homines illius ciuitatis, fecit nocte. Mane quum surrexissent homines illius ciui-

Ara Gedeonis.

F tatis, ecce ara Baal erat diruta, lucusq; iuxta ipsam succisus, iuuencus quoq; secundus in holocaustũ sacrificatus super ara extructa. Dixerunt ergo alter ad alterũ, Quis fecit rem istã? Et quũ inquirerent & interrogarent, dixerunt, Gedeon filius Ioas fecit hanc rem. Ciues ergo illius ciuitatis dixerunt ad Ioas, Educ filium tuũ, ut interficiatur, quoniã destruxit aram Baal, et lucum qui fuit iuxta eam succidit. Respondit Ioas omnibus illis qui iuxta se stabãt. Num uos agetis causam Baal? uosne seruabitis ipsum? Quicunq; egerit causam Baal, anteq̃ lucescat, moriatur. Si deus est, uindicet sese de eo qui diruit aram eius. Vocatus est itaq; illo die [c] Ierubaal, eo quod dixisset, Vindicet sese Baal de eo qui diruit aram eius. Vniuersi autem Madianitæ, Amalekitæ & orientales congregati sunt pariter, & transeun-

c Ierubaal uindex Baal.

G tes castra posuerunt in ualle [f] Iisreel. Spiritus autem DOMINI induit Gedeonẽ, & cum cornu classicũ cecinisset, uocatus est Abieser ut sequeretur eum. Misit præterea nuncios ad uniuersum Manassen, qui & ipse uocatus, sequutus est eum. Deinde misit nuncios ad Aser, Zebulon & Naphtali, qui ascenderunt illis obuiam. Et dixit Gedeon ad deum, Seruabisne Israelem per manum meam? sicut loquutus es. En ego ponam uellus lanigerũ in area, quod si ros fuerit duntaxat in uellere, reliqua humo sicca manente, cognoscã Israelem liberandũ esse per manum meam quemadmodũ loquutus es. Atq; ita factũ est: nam quum postero die mane surgeret, excutiens uellus illud, expressit rorẽ ex uellere phialam plenã aqua. Ait autem Gedeon rursus ad deum, Ne quæso excandescat ira tua aduersum me, si adhuc semel loquar, nam tentabo adhuc semel illo uellere: sit quæso siccitas in solo uellere, & super uniuersam terram sit ros. Fecitq; deus sic nocte ista, nam fuit siccitas in solo uellere, & in omni terra fuit ros.

f Iisreel locus est in tribu Manasse.

Fides Gedeonis.

CAP. VII.

Sumpto exercitu & diuiso, Madianitas adgreditur & uincit.

A MAne consurgens Ierubaal, qui idem & Gedeon, & omnis populus qui erat cum eo, castrametati sunt iuxta [a] En Harod, castra autem Madianitarum erant illis, à Septentrione à colle More in ualle. Dixitq; DOMINVS ad Gedeonem, Populus qui tecum est, maior est quàm ut tradam Madianitas in manũ eorum, ne fortè glorietur Israel contra me, dicatq;, Manus mea liberauit me: clama igitur audiente populo, & dic, Qui timidus est aut formidolosus, reuertatur, summoq; mane [b] abeat à monte Gilead. Et reflexerunt ex populo uigintiduo millia,

a En Harod fons metus.

b Alij, uelociter abeat.

Deut. 20. b
1. Mac. 3. f

Digitized by Google

millia,relictis decem millibus. Et dixit DOMINVS ad Gedeonem,Adhuc po- B
pulus multus est,deduc eos ad aquas,& illic separabo tibi:de quocunq; dixero ti
bi,Is tecum ibit,tecum eat:de quocunq; uero dixero, Is non proficiscetur tecum,
non proficiscatur. Deduxit itaq; populum ad aquas, & ait DOMINVS ad Ge-
deonem,Quicunq; lingua sua lamberit aquas quemadmodū canis lambit, eum
seorsum statues:& omnē qui procumbit pronus super genua sua ut [c] bibat. Fue
runt ergo lambentium aquam manu ad os admota numero trecenti uiri, totus
uero reliquus populus curuatis genibus suis aquā bibebat. Et ait DOMINVS
ad Gedeonem,Trecentis istis uiris qui lamberunt seruabo uos, tradamq; Madia
nitas in manum tuam,omnis autem populus abeat quisq; ad locum suum. Sum C
pserunt itaq; populus uiaticum in manus suas,& cornua sua, dimisitq; omnes Is
raelitas,quenq; ad tentoria sua,& retinuit [d] trecentos illos uiros, castra autē Ma-
dianitarum erant ei infra in ualle. Factumq; est nocte illa ut DOMINVS ei di-
ceret, Surge, descende in castra, quoniam tradidi ea in manū tuam. Quod si de-
scendere times,descende tu & Pura puer tuus ad castra, audies enim quid isti lo-
quantur,& tum [e] corroborabuntur manus tuæ,ut in castra descendas.Descendit D
itaq; ipse & Pura puer eius ad [f] armatos qui erant in finibus castrorū [excuban-
tes.]Midian autem & Amalek,& omnes orientales iacebant in ualle instar locu
starum multi,& cameli eorum innumeri erant,& multi ueluti harena quæ est in
littore marino.Quumq; accessisset Gedeon,uir quidam recensebat proximo suo
insomnium,& dixit,Ecce somnium somniaui,strepitus panis ordeacei sese uol-
uentis ad castra Madianitarum,uenitq; ad [g] tentorium, & percussit illud ut cade
ret,& subuertit illud superne,& cecidit tentorium.Respondit proximus eius,&
dixit,Nihil hoc aliud est nisi gladius Gedeonis filij Ioas Israelitæ: tradidit nanq;
deus Madianitas in manum eius,& omnia castra. Quum uero Gedeon audisset E
[h] enarrationem somnij,simulq; interpretationem eius, [i] adorauit,reuersusq; in ca
stra Israelitarum,ait,Surgite, quoniam tradidit DOMINVS castra Madianitarū
in manum uestram.Et distributis trecentis uiris in tres [k] ordines, tradidit cornua
in manus singulorum,& uacuos cados, in cadorum autem medio faces. Dixit
autem ad eos,Me spectetis & sic agite,quum uenero ad [l] primam partem castro-
rum,quod fecero,hoc idem & uos facite. Quumq; cornu classicū cecinero ego,
omnesq; qui mecum sunt, & uos cornibus classicum canetis per ambitum om-
nium castrorū,dicetisq;,DOMINO & Gedeoni. Venit itaq; Gedeon, & cum
eo centum uiri ad [m] primam castrorum partem ab initio mediæ uigiliæ, subito F
excitantes uigiles,clangentesq; cornibus,collidētesq; cados quos manu sua [ge
stabant.] Clanxerunt itaq; tres isti ordines cornibus,& confringebāt cados, te-
nentes sinistra sua manu faces,dextra uero manu sua cornua quibus clangebāt,
& clamabant,Gladius DOMINI & Gedeonis. Stabant autem [n] quisq; suo lo-
co per ambitum castrorum. Concurrerūt autem omnia castra uociferantes & fu-
Psal.82.c gientes. Trecenti autem illi clangebant cornibus,direxitq; DOMINVS cuiusq;
gladium in proximum suum,idq; per omnia castra. Et fugit turma usq; ad Beth
Sita in Zererath,usq; ad limitem Abel [o] Mehola,& usq; in Tabbath.Euocati ita- G
que Israelitæ de Naphtalim,& de Aser,& de omni Manasse persequuti sunt Ma-
dianitas. Misit quoq; Gedeon nuncios ad uniuersum montem Ephraim hisce
mandatis,Descendite,præuertite Madianitas, & præripite eis aquas usq; ad Beth
Bara & Iordanem. Et conuocati omnes ex Ephraim, ceperunt aquas usque ad
Esa.10.f Beth Bara & Iordanem. † Apprehenderunt autem duos principes Madianita
Psal.82.c rum Oreb & Zeeb, & occiderunt Oreb in petra Oreb, & Zeeb interfecerunt in
torculari Zeeb.Insequuti sunt autem Madianitas,allatis capitibus Oreb & Zeeb
ad Gedeonem trans Iordanem. CAP. VIII.

[c] Repetendū per zeugma, seorsum statuas, nam eclipsis est.

[d] Vel,& in trecentis istis fortiter egit, uel uictoriam obtinuit.

[e] Vel,strenue grauiterq; agent manus tuæ.

[f] Vel ad quinquagenos.

[g] Tentoriū pro omnibus castris, genus pro numero.

[h] Ebr. Fractionem eius.

[i] Id est, gratias egit.

[k] Ebr. In tria capita uel tria principia.

[l] Ebr. Extremam.

[m] Dubiū an ad tempus an ad locum pertineat, sed uidetur ad locum referendum esse, ut perfractis primis excubijs, irruperint in medias: alij ad tempus trahunt.

[n] Ebr. Quisq; sub se.

[o] Quidam legunt, ad limitem planitiei.

Loca ab euētu à eisdem principum nomina recipiunt, est autem anticipatio.

Digitized by Google

Aegreferens Ephraim se neglectū, expostulat cum Gedeone, Iordane transmisso persequitur Sebah & Zalmunā. Ciues Succoth & Phanuel digna poena multans, praemiū rependitur Gedeoni, demum moritur.

A EPhraimitae autem dixerunt ad eum, Quid hoc est quod nobis fecisti, ut nos
non uocares quum proficiscereris in praelium contra Madianitas? & uehe-
menter expostularunt cum eo. Quibus ille respondit, Quid ego nūc feci quod
uestro facto aequari possit? An nō racematio Ephraim praestantior est uindemiae
Abieser? Deus tradidit in manus uestras Oreb & Zeeb principes Madian, quid
uero ego facere potuissem quod huic facto uestro simile esset? Tunc remisit [a] spi-
ritus illorum ab illo quum loqueretur hoc uerbum. Venit itaq; Gedeon ad Ior
danem, ut transiret ipse & trecenti uiri qui erant cum eo, fatigati quidem & inse-
quentes. Et dixit ad ciues Succoth, Date quaeso populo qui comitatur me globos
panum, lassi enim sunt, ut ego persequar Zebah & Zalmuna reges Madianita-
B rum. Responderunt autem primores urbis Succoth, Num uola Sebah & Zalmu
na iam est in manu tua, ut demus exercitui tuo panes? Gedeon ait, Quum igitur
DOMINVS tradiderit Sebah & Zalmuna in manum meam, atteram carnē ue-
stram spinis ac tribulis deserti. Ascendit autem illinc in Pnuel, loquutusq; est
ad eos eisdem uerbis. Et responderunt ei ciues Pnuel, quemadmodum responde
rant ciues Succoth. Dixit autem & ad ciues Pnuel in hanc sententiā, Quum re-
uersus fuero saluus, diruam turrim istam. Fuerunt autem Sebah & Zalmuna in
C Karkor, habentes secū castra sua circiter quindecim millia [uirorum] qui omnes
reliqui fuerunt ex uniuersis castris orientalium, quum cecidissent centum & ui-
ginti millia uirorum, stringentiū gladium. † Et ascendens Gedeon per uiam
eorum qui degebant in tentorijs ab orientali plaga Noba & Iagbeha, percussit
exercitum, erat enim exercitus securus. Et quum fugerēt Sebah & Zalmuna, in-
sequutus est eos, apprehensisq; duobus regibus Madianitarum Sebah & Zalmu
na, disturbauit uniuersum exercitum. Et reuersus est Gedeon filius Ioas è praelio
à loco accliui ad [b] orientalem plagam. Cepit autem puerū quendam ex ciuibus
Succoth, & interrogans eum, adnotauit primores Succoth & seniores eius, nem
pe septuagintaseptem uiros. Ingrediens autem ad ciues Succoth, dixit, En [uo-
D bis] Sebah & Zalmuna, qui mihi insultando dixistis, Num uola Sebah & Zal-
muna nunc est in manu tua, ut demus panes socijs tuis defatigatis? Accepit itaq;
seniores ciuitatis, spinas atq; tribulos deserti, & [c] docuit illis ciues Succoth. Tur-
rim quoq; Pnuel diruit, & interfecit ciues urbis. Dixit autem ad Sebah & Zalmu
na, Quales fuerunt uiri illi quos interfecistis in Thabor? Et responderunt, Tibi
similes erant illi, unus forma similis regis filijs. Et dixit, Fratres mei fuerunt & fi
lij matris meae, uiuit DOMINVS, si uiuos seruassetis eos, non trucidarē uos. Di-
xit ergo ad Iether primogenitum suum, Surge, trucida eos. Puer autem non de-
strinxit gladium suum, meticulosus nempe, quia puer. Et ait Sebah & Zalmuna,
E Surge tu & irrue in nos: ut enim uir est, sic est fortitudo eius. Surgens itaq; Gede-
on, interfecit Sebah & Zalmuna, tulitq; oreas bullatas quae erant in collis came-
lorum eorum. Dixerunt uero Israelitae ad Gedeonem, Imperita nobis, & tu & fi
lius tuus atq; nepos tuus, quoniam liberasti nos de manu Madianitarum. Ge-
deon autem respondit illis, Non imperitabo super uos, neq; filius meus imperi-
tabit uobis, DOMINVS imperitabit uobis. Et dixit ad eos Gedeon, Postulatio-
nem à uobis postulo, ut detis mihi quisq; inaurem è spolio suo: (habebant enim
inaures aureas quum essent Ismaelitae.) Et responderunt, Omnino dabimus. Et
F expandentes uestem, proiecerunt illuc quisq; inaurem ex spolio suo. Fuitq; pon-
dus inaurium aurearum quas postulauerat, mille & [d] septingentorū aureorum,
praeter bullas & collaria, uestesq; purpureas, quas habuerant reges Madian, &
praeter

[a] Spiritus pro ira & stomacho.

Ironia.

Osee. 10.d

[b] Alij antequam sol occubuisset.

[c] Docuit uel erudiuit eos: schema Ebraicum simile Germanico, Er lart sy, hoc est castigabat aut puniebat.

Psal. 82.c

[d] Siclus aut aliud ponderis nomen frequenter omittitur ab Ebraeis, quod & Latinis familiare est.

Digitized by Google

præter torques quæ fuerunt in collis camelorum ipsorum. Fecit autem Gedeon ex illis Ephod, & reposuit illud in ciuitate sua Ophra. Scortatiq; sunt post ipsum omnes Israelitæ in loco isto, & factum est ipsi Gedeoni & domui eius in offendiculum. Subactus est itaq; Madian coram filijs Israel, nec amplius erexerunt caput suum, quieuitq; terra quadraginta annis in diebus Gedeonis. Abiens igitur Ierubaal filius Ioas, habitauit in domo sua. Habuit autem Gedeon septuaginta filios, qui egressi erãt ex femore eius, habuerat enim plures uxores. Et concubina eius quæ erat in Sichem peperit ei quoq; filium, & imposuit ei nomen Abimelech. Mortuus uero est Gedeon filius Ioas in senectute bona, sepultusq; in sepulchro Ioas patris sui in Ophra quæ fuit patris Esritarum. Contigit autem post mortem Gedeonis, ut auerterentur filij Israel, & scortarentur post Baalim, posueruntq; sibi Baal Berith in deum, nec recordati sunt amplius Israelitæ domini dei sui, qui liberauerat eos de manu cũctorum hostium suorũ qui erant circum ipsos, nec præstiterunt beneficia in domum Ierubaal Gedeonis, iuxta omne bonum quod ipse præstiterat Israelitis.

Ephod offendiculũ.

Gedeonis 70. filij. G

Abimelech.

Gedeonis mors.

CAP. IX.

Abimelech ambit imperium, interfectis septuaginta fratribus suis, occupat Sichem & Thebes.

A Biens autẽ Abimelech filius Ierubaal in Sichẽ ad fratres matris suæ, loquutus est cum eis, & cũ uniuersa familia domus patris matris suæ in hæc uerba, Loquimini quæso audientibus cunctis ciuibus Sichem, Quid uobis præstabilius, an ut dominentur uobis septuaginta uiri omnes filij Ierubaal, an ut imperet uobis uir unus? Memineritis me esse os uestrum, carnemq; uestram. Loquuti sunt itaq; auũculi eius de eo in aures omniũ ciuium Sichem uniuersos sermones istos: inclinatumq; est cor eorũ post Abimelech, ut dicerent, Frater noster est. Dederũt insuper ei septuaginta argenteos ex phano Baal Berith, quibus conduxit Abimelech perditos & uagos homines, qui eum sequuti sunt. Et ueniens in domũ patris sui in Ophrath, trucidauit fratres suos filios Ierubaal, septuaginta nẽpe uiros super lapide uno. Reliquus uero factus est Iotham filius Ierubaal minimus natu, qui abscõditus fuit. Collectis aũt omnibus ciuibus Sichem, uniuersaq; domo Millo, abierũt elegeruntq; Abimelech regẽ sub [a] quercu prope Sichem sita. Quod quũ Iotham nunciassent, abijt, & stans in uertice montis Garizim, sublata uoce sua clamauit, dixitq; ad eos, Audite me, ô uiri Sichem, audiatq; uos deus, Ibant aliquãdo arbores, ut regem super se inungerent: dixerũt ergo ad oleã, Impera nobis. Olea aũt respondit eis, Num relicta pinguedine mea, quã in me & dij & homines magnificaiũt, ibo & satagã super arbores? Dixerũt ergo arbores ad ficũ, Age tu impera super nos. Quibus ficus respondit, Num deserta dulcedine mea et fructu meo bono, ibo ut satagã super arbores? Arbores ergo ad uineã dixerunt, Age tu, impera nobis. Quibus dixit uinea, Num deserto musto meo quo exhilaro & deos & homines, uadam ut satagã super arbores? Dixerunt ergo uniuersi arbores ad [b] dumũ, Veni tu & impera nobis. Respondit dumus arboribus, Si bona fide ungitis me uobis regẽ, uenite & confidite sub umbra mea: q si minus, exeat ignis ex dumo, & deuoret cedros Libani. Nunc igitur si bona fide & candide agitis in constituendo Abimelech regẽ, & si bene egistis cum Ierubaal & cũ domo eius: & si [c] pro merito suo rependitis ei, quandoquidẽ pater meus pro uobis pugnauit, & obiecit animã suã ex opposito, eripuitq; uos de manu [d] Madianitarũ. Et uos insurrexistis contra domũ patris mei hodie, trucidastisq; filios eius, uiros nempe septuaginta super uno lapide, & præfecistis super ciues Sichem regem Abimelech filiũ ancillæ eius, eo q frater uester est. Si inquam bona fide & candide cũ Ierubaal & cum domo eius hodie egistis, lætamini cum Abimelech, læteturq; ipse uobiscũ: sin minus, egrediatur ignis ab Abime

A

Baal Berith dominus fœderis.

[a] Alij legunt, in planitie statuæ iuxta Sichem. B

[b] Quidam legunt, rhamnũ, alij cornũ.

C

[c] Eb. Si iuxta retributionem manuum eius egistis cum eo.
[d] Eclipsis est, subintelligitur bene, aut nos iudicate, &c.

Digitized by Google

lech, & deuoret ciues Sichem, atq; domū Millo: egrediatur rursus ignis de uiris Sichem & de domo Millo, & deuoret Abimelech. Discedēs igitur Iotham fugit, & abijt Beera, mansitq; ibi metu Abimelech fratris sui. Quumq; Abimelech iam tribus annis dominium exercuisset in Israelitas, [e]misit deus spiritū malum inter Abimelech & inter ciues Sichem, ut ciues Sichem deficerēt ab Abimelech, ut scilicet iniuria [illata] septuaginta filijs Ierubaal ueniret, & ut sanguinem eorū de uolueret [deus] super Abimelech fratrem eorū qui eos occiderat, adeoq; & super

D ciues Sichem, qui manus eius roborauerāt ut occideret fratres suos. Collocarunt autem [f]ei Sichimitæ insidias in uerticibus montiū, diripientes eos omnes qui il lac apud eos transirent. Nunciatū est autem hoc ipsi Abimelech. Et uenit Gaal filius Aebed cum fratribus suis, transieruntq; in Sichem, quo uiro ciues Sichem confidebant. Egressi ergo in agrū, uindemiauerunt [g]uineas suas, atq; calcarunt, [h]hymnosq; concinebant, ingressiq; phanū deorum suorū [publicis epulis institutis] comederunt & biberūt, & maledixerunt ipsi Abimelech. Gaal autem filius Aebed dixit, Quis est Abimelech? & quis est Sichem ut seruiamus ei? an non est filius Ierubaal & Sebul præfectus eius? Seruite potius uiris Hemor patris Sichē: cur enim seruiremus illi? [i]Vtinam detur populus iste sub meam potestatē, mox tollam Abimelech. Et dixit ipsi Abimelech, [k]Auge copias tuas, & egredere. Audiens autē Sebul præfectus urbis uerba Gaal filij Aebed, incaluit nasus eius, & [l]clàm missis nuncijs ad Abimelech, huiusmodi ei significauit, En Gaal filius Ae

E bed & fratres eius uenerūt in Sichem, & occupant ciuitatem contra te, surge igi tur noctu, tu & populus qui tecū est, & colloca insidias in campo, quumq; mane sol illuxerit, diluculo cōsurgas, & ad urbē tendas, ipse uero & populus quem secum habet egredientur contra te, facias [m]ergo ut usus feret. Surgens itaq; Abimelech & omnis populus qui cum ipso fuit, noctu, collocarunt insidias contra Sichem quatuor ordinibus. Egressus ergo Gaal filius Aebed, stetit in foribus portæ ciuitatis, surrexitq; Abimelech & populus qui cum eo erat, ex insidijs. Et uidens Gaal populū, dixit ad Sebul, En populus descendit de uerticibus montium. Sebul autem dixit ad eum, Vmbrā montiū tu uides quasi homines. Gaal uero rursus loquutus est, & dixit, En populus descendit [n]è medio terrę, ad hęc acies una uenit de uia querceti augurū. Cui respondit Sebul, Vbi nunc est os tuū, quo dicebas, Quis est Abimelech, ut seruiamus ipsi? An non hic populus est quē contempsisti? Egredere nunc, & pugna aduersus eum. Egressus itaq; Gaal ante uiros Sichem, pugnauit cōtra Abimelech, & persequutus est eum Abimelech,

F fugitq; ante eum, & ceciderunt multi uulnerati usq; ad fores portæ. Et habitauit Abimelech in Aruma, & Sebul eiecit Gaal & fratres eius, ne habitarent in Sichē. Contigit postero die, ut populus egrederetur in campū, idq; nunciarunt Abimelech. Qui tollens populum, distribuit eum in tres turmas, & collocauit insidias in campo: & quū uideret, en populus egrediebatur è ciuitate, consurgensq; contra eos, percussit eos. Et Abimelech quidem & turmæ quæ cum ipso erant, extenderunt se, steteruntq; in foribus portæ ciuitatis: aliæ uero duæ turmæ irruerūt super omnes qui in campo erant, & percusserunt eos. Et Abimelech quum toto illo die oppugnasset ciuitatem, cepit eam, trucidauitq; populum qui in ea erat, ciuitatemq; ipsam diruit, & sale eam [o]seminauit. Quod audiētes cuncti ciues qui erant in turri Sichem, ingressi sunt arcem phani dei Berith. Nūciatumq; est Abimelech, omnes ciues turris Sichem congregatos esse: ascendit ergo Abimelech montem Zalmon, ipse & omnis populus qui cum eo erat, accepitq; Abimelech secures in manū suam, & succidit arborū ramos, quos sublatos imposuit hume-

G ris suis. Dixitq; populo qui cum eo erat, Quod me uidistis facere, uos festini facite quemadmodū ego feci. Succidentes igitur cuncti illi uiri qui erant in populo,

Gaal cōtra Abimelech.

Turris Sichem.

[e] Misit spiritum malum, Ebraismus est, id est, simultatem & odium inseuit eis cacodæmon, domino iusto iudicio permittente.

[f] Potest etiam legi, sibi, ut referatur ad Sichimitas.

[g] Alij legunt, uineas eorum, scilicet Abimelech & suorum, quos pro hostibus ducebant iam.

[h] Alij laudes, uel gaudia, uel choros instituebant.

[i] Ebr. Quis det ut iste populus sit sub manu mea: pro, O si contingeret mihi imperium super istum populum.

[k] Absenti scilicet insultando.

[l] Alij legunt, in dolo: alij propriū loci nomen esse uolunt Tharma.

[m] Ebr. Sicut inuenerit manus tua, Ebraismus est.

[n] Ebr. Ex umbilico terræ, quidā collem dicunt, alij planitiem.

[o] Sale seminare, est incultam & inhabitabilem reddere.

Digitized by Google

lo, ramos, sequuti sunt Abimelech, & admouerunt ad arcem, incenderuntque hisce ramis arcem igni, ut morerentur omnes uiri qui erant in turri Sichem, fermè uirorum & mulierum mille. Abijt ergo Abimelech ad Thebetz, & posuit castra contra Thebetz, & expugnauit eam. Erat autem in medio illius urbis turris fortissima, quò confugerunt omnes uiri & mulieres, & omnes ciues urbis, clausisque post se ostijs, ascenderunt tectum turris. Veniens autem Abimelech ad turrim oppugnabat eam: & quum accessisset ad ostium turris, ut eam igni incenderet, deiecit mulier quædam fragmen lapidis molaris in caput Abimelech, confregitque illi caluariam. Qui mox accersito puero suo armigero, dixit ad eum, Distringe gladium tuum & interfice me, ne fortè dicant de me, Mulier interfecit eum. Perfodit itaque eum puer eius, & mortuus est. Videntes autem Israelitæ mortuum esse Abimelech, abierunt, quisque ad locum suum. Rependit itaque deus Abimelech malum quod contra patrem suum designarat, interficiendo septuaginta fratres suos, sed & cunctum malum ciuium Sichem reddidit deus in caput eorum, uenitque super eos execratio Iotham filij Ierubaal.

2. Reg. 11. e Abimelech à muliere occiditur.

CAP. X.

Surgunt alij seruatores Israelis, Thola & Iair, sed peccantibus Israelitis, puniuntur à domino.

A SVrrexit autem post Abimelech Thola filius Puah, filius [a]Dodo, uir de Isachar, ad seruandum Israelem, habitauitque in Samir in monte Ephraim, & iudicauit Israelem uigintitribus annis, & mortuus, sepultus est in Samir. Post hunc surrexit Iair Gileadites, qui iudicauit Israelem uigintiduobus annis. Hic habuit triginta filios, uehentes super triginta pullis: habuerunt & triginta oppida, quæ uocantur [b]Hauoth Iair in hunc usque diem, & sunt in terra Gilead. Mortuus est autem Iair, & sepultus in Kamon. B Filij autem Israel rursus fecerunt malum in oculis DOMINI, coluerunque Baalim, & Astaroth, & deos [c]Aram, deos Zidon, & deos Moabitarum, et deos filiorum Ammon, deos denique Palestinorum, deseruerunque DOMINVM, & non seruierunt ei. Et incaluit nasus DOMINI aduersus Israelem, ut uenderet eos in manum Palestinorum, & in manum filiorum Ammon. Et attriuerunt ac confregerunt filios Israel illo [d]anno, idque decem & octo annis, cunctos scilicet filios Israel qui erant cis Iordanem, in terra Amorræi quæ est in Gilead. Sed & filij Ammon traiecerunt Iordanem ut dimicarent contra Iudam, Beniamin, & domum C Ephraim. [Res] itaque Israelitarum supra modum angustæ fuerunt. Et clamauerunt filij Israel ad DOMINVM hisce uerbis, Peccauimus tibi, & sanè deseruimus deum nostrum, coluimusque Baalim. Dixit itaque DOMINVS ad filios Israel, An non [e]Aegyptij, Amorræi, filij Ammon, & Palestini, sed & Zidonij, Amalek & Maon adflixerunt uos, & liberaui uos de manu eorum quum ad me clamaretis? At uos me dereliquistis, & coluistis deos alios, hac de causa uos ultra non eripiam, ite & clamate ad deos quos elegistis, ij uos seruent in tempore adflictionis uestræ. D Et filij Israel dixerunt ad DOMINVM, Peccauimus, fac tu nobis [f]quidquid tibi uisum fuerit, modo eripias nos [g]de præsenti periculo. Abstulerunt uero à se deos alienos, & seruierunt DOMINO, ut [h]animus eius iram remitteret propter adflictionem Israelis. Conuocati autem filij Ammon castrametati sunt in Gilead, sed & filij Israel congregati castrametati sunt in Mizpa. Et dixerunt primores populi de Gilead, quisque ad proximum suum, Quicunque bellum contra Ammonitas auspicabitur, is caput erit super cunctos habitatores Gilead.

Deut. 3.

Idololatria Israelitarum.

[a] Alij legunt, patrui eius, ad Abimelech referentes.

[b] Hauoth Iair, uillæ seu oppida Iair.

[c] Aram Syriam interpretantur.

[d] rimo scilicet post mortem Iair.

[e] Ebraice sunt ablatiui, illi de Aegyptijs, de Amorræis, id est, ipsi Aegyptij, &c.

[f] Eb. Secundum omne quod bonum est in oculis tuis.

[g] Eb. De die isto, dies pro malis & periculis quæ instant ex ira dei ob peccata.

[h] Eb. Et anima eius breuis facta est in labore Israelis, ut scilicet uoluntatem suam extendere iam non posset ad puniendum Israelem, cum uideret eorum adflictionem.

CAP. XI.

Eligitur dux belli Iephte, qui uincit Ammonitas in Mizpa.

A IEphte Gileadites heros fuit fortis, filius cuiusdam mulieris meretricis, [a]suscepit hunc Iephte Gilead, sed & uxor Gilead filios ei pepererat: qui quum adoleuissent, Iephte eiecerunt, dixeruntque ad eum, Non eris hæres in domo patris nostri, filius enim es ex aliena muliere. Fugiens igitur Iephte metu fratrum suorum, habitauit

[a] Ebr. Fecit parere, sed masculinum est, & ad patrem refertur.

Digitized by Google

b Egrediendi uerbo Ebræi pro militandi utuntur ut Germani vßziehen uel reisen.

in terra Tob, collectiq; sunt ad eum homines perditi qui cum eo [b]egrediebãtur.
Factumq; est ut post dies [aliquot] Ammonitæ pugnarent contra Israelitas.
Quumq; pugnarent Ammonitæ aduersus Israelem, profecti sunt seniores Gi
lead, ut adducerent Iephte de terra Tob, dixeruntq; ad Iephte, Veni, & sis dux no
ster, ut bellũ geramus contra Ammonitas. Iephte respondit senioribus Gilead,
B An nõ uos estis qui me odistis, adeoq; me è domo patris mei eiecistis, quid ergo
nunc ad me uenitis quũ in adflictione estis? Dixerũt seniores Gilead ad Iephte,
Et hanc ob causam iam reuersi sumus ad te, ut eas nobiscũ, & bellum geras con
tra Ammonitas, sisq; nobis caput, omnibus scilicet qui in Gilead habitamus. Re
spondit Iephte senioribus Gilead, Si me reducitis ut bellum geram contra Am
monitas, tradideritq; eos DOMINVS coram me, egóne ero caput uestrũ? Dixe
runt ergo seniores Gilead ad Iephte, Audiat DOMINVS inter nos, si non fece
rimus iuxta sermonem tuum. Abijt itaq; Iephte cum senioribus Gilead, præfe
citq; eum populus sibi in caput & in principẽ. Loquutusq; est Iephte omnes ser
mones suos coram DOMINO in Mizpa. Misit itaq; Iephte legatos ad regẽ Am

c Ebr. Quid mihi & tibi.

C monitarum hisce mandatis, [c]Quid mihi est negotij tecũ q; ad me uenisti, & bel
ligeras in terra mea? Rex autem Ammonitarũ respondit legatis Iephte, Quoniã
†Israel occupauit terram meam quum ex Aegypto ascenderet, ab Arnone scili Num. 21. f
cet usq; ad Iabok, & usq; ad Iordanem, nunc ergo restitue eas in pace. Iephte rur
sum misit alios legatos ad regem Ammoniticũ, dixitq; illi, Sic dixit Iephte, Israel
non accepit terram Moab, nec terram filiorũ Ammon, sed quum ipsi ascenderẽt
ex Aegypto, proficisceretur'q; Israel per desertũ ad mare carectosum, uenit in Ka
des. Tum Israel legatos †misit ad regem Edom, qui dicerent, Liceat mihi quæso Num. 20. c
transire per regionem tuam: sed noluit audire rex Edom. Misit quoq; [legatos]
ad regem Moab, neq; is uoluit. Mansit itaq; Israel in Kades. Cumq; proficiscere
tur per desertũ, circumiuit terram Edom, & terrã Moab, ueniens ab exortu solis
D ad terram Moab, castrametatus est cis Arnonem, nec uoluit † ingredi limitem Nume. 21. c & e.
Moab (siquidem Arnon limes est Moab.) Misit itaq; Israel legatos ad Sihon re
gem Amorræorũ, regẽ Hesbon, significauitq; illi Israel hisce uerbis, Liceat quæ

d Ebr. Locum meum.

so nobis transire per regionem tuam, donec uenerimus ad [d]locũ nostrum. At Si
hon non fidit Israeli, ut daret ei transitum per limitem suum: quin Sihon congre
gans uniuersum populum suum, castrametatus est in Iahza, & pugnauit contra
Israelem. DOMINVS ergo deus Israelis tradidit Sihonem & uniuersum popu
lum eius in manũ Israelis. Israel itaq; percussit eos, & occupauit uniuersam ter
ram Amorræi, qui terram illam incoluit. Occuparunt insuper omnem limitem
Amorræi, ab Arnon usq; ad Iabok, & à deserto usq; ad Iordanem. DOMINVS

e Alij legunt, fecit possidere, id est, tradidit, & in idem recidit, tradidit hanc terram Israelitis electo Amorræo.

E ergo deus Israel [e]eiecit Amorræos ante populũ suum Israel, & tu conaris possi
dere eum? Quod si daret tibi aliquid possidendum Chamos deus tuus, an tu id
non possideres? Possidebimus ergo & nos quæ nobis possidenda tradidit DO
MINVS deus noster coram nobis. An uero tu plus iuris habes q̃ †Balak filius Num. 22. a
Zipor rex Moab? Num litem habuit is cum Israele? num pugnauit contra eos?
Ad hæc Israel trecentis annis inhabitauit Hesbon & uiculos eius, Aroer & uicu
los eius, omnes deniq; ciuitates quæ sunt ad ripas Arnonis, cur tum non asseruĩ
stis eas? Ego itaq; in te nihil peccaui, tu uero inique mecũ agis pugnando con
tra me, iudicet DOMINVS, qui iudex est, hodie inter filios Israel, & inter filios
Ammon. At rex Ammonitarũ non audijt uerba Iephte, quæ [per legatos] ei man

f Ebraismus est. i. incitauit, commouit eum.

F dauerat. Factus [f]uero est super Iephte spiritus DOMINI, ut trãsiret ad Gilead
atq; ad Manasse, & hinc transijt ad Mizpa Gilead, à Mizpe Gilead transiuit ad
Ammonitas. Vouit autem Iephte uotum DOMINO, & ait, Si omnino tradi Votum Iephte.
deris Ammonitas in manum meam, quodcunq; egressum fuerit mihi obuiam

è foribus

Digitized by Google

e foribus domus meæ, quum ab Ammonitis saluus rediero, DOMINI erit, sacri
ficaboq́ illud holocaustũ. Transiuit itaq́ Iephte ad filios Ammon, ut bellum
contra eos institueret, tradiditq́ DOMINVS eos in manũ eius, & percussit eos
cæde admodũ magna, ab Aroer usq́ dum uenias in Minnith uiginti ciuitates, &
usq́ Abel [g]Keramim, subactiq́ sunt Ammonitæ corã filijs Israel. Veniens au-
tem Iephte in Mizpa ad domum suam, en filia eius egreditur ei obuiã cum tym
panis & choris, quã unicam & dilectã habebat, [h]nec enim habuit alios liberos.
Quũ hanc uidisset, scidit uestimẽta sua, & dixit, Heu mi filia, omnino prosternis
me & perturbas me. Etenim [i]aperui os meum ad DOMINVM, neq́ recantare
possum. Quæ respondit illi, Mi pater, si aperuisti os tuũ ad DOMINVM, fac mi G
hi iuxta id quod egressum est de ore tuo, quandoquidẽ DOMINVS ultus est te
de hostibus tuis, nẽpe de Ammonitis. Dixitq́ ad patrẽ suum, Fiat mihi hæc res,
sed abstine à me duobus mensibus, ut eam, descẽdamq́ ad montes, deploremq́
uirginitatẽ meam, ego scilicet cum sodalibus meis. Qui ait, Vade. Dimisitq́ eam
duobus mensibus. Abijt igitur illa cũ sodalibus suis, & deplorauit uirginitatem
suam in montibus. Exactis duobus mẽsibus, reuersa est ad patrem suum, qui fe-
cit ei iuxta uotũ suum quod uouerat. Et ipsa uirũ non cognouit, & facta est con-
suetudo in Israele, ut [k]annua uice uenirent filiæ Israel [l]ut dissererent cũ filia Ieph
te Gileaditæ, quatuor scilicet diebus in anno. CAP. XII.

Grauißimum bellum exoritur inter Israelitas & tribum Ephraim.

CONuocati uiri Ephraim, transierunt uersus Aquilonẽ, & dixerunt ad Ieph A
te, Quare profectus es in præliũ contra Ammonitas, nos uero non appel-
lasti, ut proficisceremur tecum? incendemus domũ tuam tecũ igne. Quibus re-
spondit Iephte, Grauis [a]disceptatio fuit mihi & populo meo cũ Ammonitis, &
quum uocarem uos, non asseruistis me de manu eorũ. Videns uero q́ tu serua-
tor non esses, posui [b]animam meam in manum meam, & transiui contra filios
Ammon, tradiditq́ eos DOMINVS in manum meam. Cur ergo hodie contra B
me ascendistis, ut bellum mihi inferatis? Congregans ergo Iephte uniuersos ui
ros Gilead, pugnauit contra Ephraim, percusseruntq́ uiri Gilead Ephraim, q́ di
xissent, Vos fugitiui estis Ephraim, uos inquam Gileaditæ inter Ephraim & in-
ter Manasse. Ceperũtq́ Gileaditæ uada Iordanis ante Ephraim, & fiebat quum
dicerent hi qui ex Ephraim effugissent, Traijciam: dixerunt ei uiri Gilead, Es ne
Ephratæus? Dicebatq́ is, Non: tunc dicebant ad eum, Profer quæso Schiboleth,
tunc dixit, Siboleth: non enim recte enunciare poterat. Tum apprehenso eo, tru C
cidabant eum apud uada Iordanis, cecideruntq́ ex Ephraim eodẽ tempore qua
Iephte moritur. draginta duo millia. Iudicauit autem Iephte Israel sex annis, mortuusq́ est Ieph
te Gileadites, & sepultus in ciuitatibus Gilead. Post hunc iudicauit Ibzan de
Abesan. Beth Lehem Israelem, habuitq́ triginta filios, & triginta filias, quas elocauit fo-
ras, & ab exteris triginta filias filijs suis accersiuit, iudicauitq́ Israelem septẽ an-
nis. Et mortuus Ibzan, sepultus est in Beth Lehem. Post eum iudicauit Israelem
Elon. Elon Zebulonites, iudicauitq́ Israelem septem annis. Et mortuus est Elon Ze- D
bulonites, atq́ sepultus in Aialon in terra Zebulon. Post hunc iudicauit Israe-
Abdon. lem Abdon filius Hillel Pirhathonites. Hic habuit quadraginta filios, & trigin
ta nepotes, uehentes super septuaginta pullos. Iudicauitq́ Israelem octo annis.
Mortuus est aũt Abdon filius Hillel Pirhathonites, & sepultus est in Pirhathon
in terra Ephraim in monte Amalek. CAP. XIII.

Incipit historia de Samsone, qualiter patri & matri sit prænunciatus ab angelo.

FIlij Israel rursum designarũt malum in oculis DOMINI, tradiditq́ eos DO A
MINVS in manus Palestinorũ quadraginta annis. Erat aũt uir quidam de
Zarealı, de familia Dan, nomen eius erat Manoah, cuius uxor sterilis fuit, nec pe

g Abel Keramim planities uinearum.

h Ebr. Nec filiũ nec filiam habuit.

i Aperire os nõ sine schemate & empha si dicitur, significat autem stulte, teme- re et imprudẽter uer ba profundere aut nouere, ut Germa- nus, das mul ztopē vfsthůn.

k Eb. De diebus in diem.

l Alij legũt, ad plan gendum: alij, ad con solandum. Nam soli taria uirgo degebat.

a Eb. Vir contentio nis fui.

b Animã in manus ponere, est certũ & ineuitabile discri- mẽ, & ultima quæq́ experiri & in se re- cipere, deuouere se- se uel uitam suam, sin läben wagen.

perit. Huic mulieri apparuit angelus DOMINI, dixitq; ad eam, Ecce tu sterilis es, nec paris, concipies uero & paries filium: caue ergo ne uinũ bibas aut sicerã, & nihil quod immundũ est comedas, quoniã tu impregnata paries filium, cuius capiti nouacula nulla admoueatur, nam puer ille Nasir dei erit ex ipso utero, is incipiet seruare Israelem de manu Palestinorum. Veniens aũt mulier illa narrauit [hæc] marito suo eiusmodi uerbis, Vir dei uenit ad me, cuius aspectus erat quem admodum aspectus angeli dei admodũ uenerandus, nec interrogaui eum unde

De Nasir Num. 6.

B nam esset, nec ipse nomen suum indicauit mihi. Is dixit mihi, Ecce tu cõcipies & paries filiũ, ne ergo bibas uinum aut sicerã, & nihil immũdi comedas, quoniam puer iste ex utero Nasir erit dei, usq; ad diem mortis suæ. Precatus est itaq; Manoah DOMINVM, & dixit, Mi domine, uir dei quem misisti rursum quæso ueniat ad nos, doceatq; nos qd faciamus puero nato. Exaudiuit aũt DOMINVS uocem Manoah, uenit enim angelus dei denuo ad mulierem illã dum esset in agro, Manoah marito eius absente. Festinans ergo mulier cucurrit & nunciauit marito suo, dicẽs ad eum, En uir ille qui hodie ad me uenerat, apparuit mihi. Et surgens Manoah, sequutus est uxorẽ suam, ueniensq; ad uirũ illum, ait illi, Es tu uir ille qui loquutus es ad hãc mulierẽ? Is ait, Ego sum. Dixit Manoah, Fiat igi-

a Ebr. Iudicium. C tur quod dixisti. Sed quod erit a præscriptũ pueri & opus eius? Respondit angelus DOMINI ipsi Manoah, Cauebit uxor ab omnibus de qbus loquutus sum ei. Quidquid de uite uinifera exit, ipsa non edet: uinũ & siceram non bibet, nihil immundi comedet: [in summa,] quidquid præcepi ei, obseruabit. Manoah dixit ad angelũ DOMINI, Sine quæso ut te detineamus, interim parabimus coram te hœdum ex capris. Angelus aũt DOMINI respondit Manoah, Etiamsi detineas me non tamen comedã de pane tuo: ꝙ si holocaustum facere uolueris, DOMINO sacrifica illud. Nesciebat aũt Manoah ipsum esse angelũ DOMINI. Dixit ergo Manoah rursum ad angelũ DOMINI, Quod est nomen tuum? ut honorare te possimus quũ euenerit quod dixisti. Respõdit angelus DOMINI, Cur hoc quæris de nomine meo, quũ ipsum sit reconditum? Tulit itaq; Manoah hœdum ex capris, & sacrificium cibariũ, & sacrificauit super petrã DOMINO, & mirifi-

Angelis nõ sacrificandum.

D ce egit, uidentibus Manoah & uxore eius. Factũ est enim quum flamma ascenderet ex ara cœlum uersus, ut angelus DOMINI in flamma aræ ascẽderet, uidentibus [id] Manoah & uxore eius, qui & in faciem suam corruerũt super terram. Angelus aũt DOMINI denuo non apparuit Manoah & uxori eius. Tunc cognouit Manoah ꝙ angelus dei fuisset. Et dixit Manoah ad uxorem suam, Certissime moriemur, nam deũ uidimus. Cui uxor sua respondit, Si uoluisset DOMINVS nos occidere, non accepisset de manu nostra holocaustũ & cibarium sacrificium, neq; ostendisset nobis ista omnia, neq; secundũ tempus nunciasset nobis hoc. Peperit itaq; mulier illa filiũ, & uocauit nomen eius Samson. Creuitq; puer, & benedixit eum DOMINVS. Et cœpit spiritus DOMINI per uices eum agitare in castris Dan, inter Zarea & Esthaol.

Samson nascitur.

CAP. XIIII.

Quæ fecerit Samson adultus iam, & de coniugio eius.

A Samson descẽdit in Thimnath, uidensq; in Thimnath mulierem de filiabus Palestinorum, ascẽdit & indicauit patri suo atq; matri suæ hisce uerbis, Vidi mulierem in Thimnath de filiabus Palestinorum, quam [precor] mihi adiũgatis uxorem. Ad quem ait pater suus & mater sua, An nulla est inter filias fratrũ tuorum, & in uniuerso populo meo mulier, ut tu uadas accipere uxorẽ de Palestinis incircuncisis istis? Respondit Samson patri suo, Adiunge mihi illã, a quoniam placet mihi. Pater aũt eius & mater eius non sciebant ꝙ hoc esset à DOMINO, & ꝙ occasionem ipse quæreret à Palestinis. Nam eo tempore Palestini imperitabant Israelitis. Descendit itaq; Samson cũ patre suo & matre sua in Thimnath: cumq;

a Ebr. Quoniã ipsa recta in oculis meis.

Digitized by Google

uenissent ad uineta Thimnath, en catulus leonis adultior rugiebat occurrens ei. Et spiritus DOMINI prospere egit in eo, ut discerperet eũ, uti solet discerpi hœdus, nec quidq̃ habebat in manu sua. Et non indicauit neq; patri suo, neq; matri suæ quod fecerat. Descendẽs autem loquutus est cum muliere, placuit enim Samsoni. Reuersus autem post aliquot dies, ut illam acciperet, declinauit ut uideret cadauer leonis, & ecce examen apum erat in corpore leonis & mel, quod accipiens in manus suas abijt, edens inter eundũ, & perueniens ad patrẽ suum & matrem suã, dedit eis ut & ipsi comederent, nec indicauit eis q accepisset mel ex corpore leonis. Et descendit pater eius ad mulierem, & Samson parauit ibi conuiuium, sic enim iuuenes facere solebant. Factumq; est quũ illi uidissent eum, acceperunt triginta sodales qui essent cum eo. Et dixit ad eos Samson, Proponã uobis quæso ænigma, si plane ipsum mihi septem diebus cõuiuij aperueritis, & inueneritis, dabo uobis triginta sindones, & triginta uestes mutatorias: si uero explicare mihi non poteritis, dabitis uos mihi triginta sindones, & triginta uestes mutatorias. Qui responderunt ei, Propone nobis ænigma tuum, ut audiamus ipsum. Et ait ad eos, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo: nec potuerũt explicare ænigma illud tribus diebus. Septimo ergo die dixerũt ad uxorẽ Samsonis, Induc maritũ tuum, ut nobis ænigma istud aperiat, ne igne te & domũ patris tui incendamus: an uero nos huc uocastis ut ad inopiã nos redigeretis? Et fleuit uxor Samsonis apud eum, & dixit, Dũtaxat odis me, nec diligis me, quandoquidẽ ænigma propositũ [b] populo meo, mihi non explicas. Qui ait, Ecce patri meo & matri meę nõ indicaui, & tibi indicarẽ? Fleuit itaq; apud eum septem diebus, quibus conuiuiũ durabat, septimo uero die indicauit ei, quando quidẽ ursit eũ. Ipsa uero enarrauit ænigma populo suo. Septimo ergo die anteq̃ sol occideret, ciues urbis dixerũt ad illũ, Quid dulcius melle, quid leone fortius? Qui ait ad eos, Nisi uitula mea arassetis, nõ inuenissetis ænigma meũ. Et spiritus DOMINI prospere egit in eo, ut descenderet in Askalon, & cæderet ex eis uiros triginta, exuuiasq; eorũ tollẽs, mutatorias uestes his qui ænigma explicuerãt dedit. Et incaluit nasus eius, ascenditq; in domũ patris sui. Vxor uero Samsonis data est alij ex æqualibus suis, quem sodalem sibi habuerat.

Nuptiæ Samsonis. (margin) C D

b Ebr. Filijs populi mei.

CAP. XV.

Quo pacto Samson sese de Palestinis ulciscatur.

A Contigit post dies aliquot in diebus triticeę messis, ut Samson inuiseret uxorem suam cum hœdo caprarũ, diceretq;, Ingrediar ad uxorẽ meam in cubiculum. At pater uxoris non permisit ei ut ingrederetur. Dixit autem pater uxoris, Omnino mihi [a] persuaserã, te illam certo odisse, dedi ergo eam sodali tuo: soror uero eius minor natu an non pulchrior ista est? habeas ergo eam loco illius. Samson dixit ad eos, [b] Innocentior sum semel Palestinis, ut eis malum inferam. Abijt ergo Samson & cepit trecentas uulpes, acceptisq; facibus, & coniunctis earum caudis, posuit facem unã inter duas caudas, accẽsisq; facibus igni, misit [uulpes] in stantes segetes Palestinorũ, & incendit non aceruos modo, sed & stantem segetẽ, & uineas & oleas. Et dixerũt Palestini, Quis hoc fecit? Et dixerũt, Samson gener Thimnei, q abstulerit uxorem eius, dederitq; eam sodali suo. Ascẽdentes itaq; Palestini, cõbusserunt eam & patrem eius igne. Quibus ait Samson, Quandoquidem hoc fecistis, uindictam de uobis sumam, & tandem cessabo. Et percussit eos ab armo ad femur usq; cæde magna. Et descendens sedit in prærupta petra Etham. Ascenderũt ergo Palestini, & castrametati sunt in Iuda, sparsi in Lehi. Et dixerũt uiri Iehuda, Quare ascendistis ad nos? Responderunt, Vt ligemus Samsonẽ ascendimus, & ut faciamus illi quemadmodũ ipse nobis fecit. Descenderunt ergo tria millia uirorũ de Iehuda ad prærupta petræ Etham, & dixerunt ad Samsonem, An non scis q Palestini nobis dominantur? cur igitur nobis id B

a Ebr. Dixi dicẽdo, quod odiendo odisses eam.

b Ebr. Mundus aut innocens sum à Philistinis. Loquutio est, id est, testor meã innocentiam, quod quidquid facturus sum posthac Palestinis, id iure fecisse uidear, nempe ab his læsus.

Digitized by Google

C fecisti? Respondit eis, Sicut fecerunt mihi, sic ego feci eis. Ad quem illi dixerunt, Nos descendimus ut te ligemus, & tradamus te in manum Palestinorum. Respon dit eis Samson, Iurate mihi quod uos non sitis irruituri in me. Et dixerunt ei, Non, Sed omnino ligabimus te, & trademus te in manum eorum, at te plane non in terficiemus. Ligaueruntque eum duobus nouis funibus, educentes eum de petra. Quumque ipse uenisset usque ad Lehi, & Palestini iubilarent ei obuiam uenientes, spiritus DOMINI prospere egit in ipso, factique sunt funes qui erant in brachijs eius, ut lina igne combusta, & diffluxerunt uincula eius à manibus suis. Et inue niens maxillã asini putrescẽtem, missaque manu sustulit illam, & percussit cum ea

Maxilla asini.

D mille uiros. Et ait Samson, [c]Maxilla asini [trucidaui] aceruũ [hostiũ,] imò duos aceruos, asini maxilla cecidi mille uiros. Cumque finisset sermones, abiecit man dibulã è manu sua, & uocauit locũ illum [D]Ramath Lehi. Quum aũt uehemen ter sitiret, clamauit ad DOMINVM, & ait, Tu effecisti magnã hanc salutem per manum serui tui, & nunc siti enecor, & incido in manũ incircuncisorum istorum. Tum dissecuit DOMINVS molarẽ qui erat in Lehi, ut profluerent ex eo aquæ, quas dũ biberet, [e]refocillatus est, & reuixit. Et hinc uocatũ est nomen eius, Fons inuocantis, qui in Lehi est usque in hunc diem. Iudicauitque Israelem in diebus Pa lestinorum uiginti annis.

[c] Ludit in uoce Hamor (quod asinũ & aceruum significat) per anaclisim, q. d. Maxilla asini aceruatim prostraui hostes hic & illic.
[D] Ramath Lehi, eleuatio maxillæ.
[e] Eb. Reuersus est spiritus eius.

CAPVT XVI.

Samson quum esset fortissimus, & mira per uirtutem dei efficeret, per mulierem dementatus & infirmatus hostibus traditur illudendus.

A ABiens Samson in Gasa, uidit illic mulierem meretricem, ingressusque est ad eam. Asothæis autem dictũ est, Venit Samson huc. Circumeuntes ergo, insidiasque ei struentes tota illa nocte in portis ciuitatis, simularunt se mutos & sur dos tota illa nocte, hoc consilio, ut eum mane sub lucem occiderent. Dormiens itaque Samson ad mediũ usque noctis, media nocte surrexit, & apprehendens fores portæ ciuitatis cum duobus postibus, amouit eas unà cũ uecte, impositasque hu meris suis, portauit eas in cacumen montis, qui est è regione Hebron. Contigit post hæc, ut amaret mulierem quandã iuxta torrentem Sorek, cuius nomen erat Dalila. Ad quam quũ ascendissent principes Palestinorum, dixerũt ad eam, Illecta eum uerbis, & experire in quo sit robur eius tam magnũ, & qua in re possimus

B ei esse superiores, ut ligatũ adfligamus, dabitque tibi quisque nostrum mille & cen tum [a]argenteos. Dixit ergo Dalila ad Samsonem, Indica mihi quæso in quo sit robur tuum tam magnũ? & quo possis ligari atque subigi? Respondit ei Samson, Si ligauerint me septẽ funibus recentibus qui nondũ sicci sunt, ero debilis [b]sicut cæteri homines. Attulerunt ergo ad eam principes Palestinorũ septem recentes restes, qui nondũ sicci erant, illaque ligauit eum hisce [restibus.] Insidiantes inte rim sedebant ipsi [Dalilæ] in cubiculo. Dixit ergo [Dalila] ad eum, Palestini im minent tibi ô Samson. Qui illico rupit funes illos, ut rumpi solet funiculus stup peus dum [c]ignẽ sentit, neque cognitũ est robur eius. Dixitque Dalila ad Samsonem,

C En fefellisti me, & loquutus es mihi mendacia, indica ergo mihi quo possis uin ciri. Et dixit ad eam, Si me fortiter uinciant rudẽtibus nouis, quibus nihil operis adhuc factũ sit, ero infirmus, & sicut alius quispiam. Accepit igitur Dalila ruden tes nouos, & uinxit eum illis, dixitque ad eum, Palestini imminẽt tibi ô Samson: (erant aũt insidiæ in conclaui) & abrupit eos à brachijs suis tanquam filum. Dixitque Dalila ad Samsonem, Hactenus fallis me, & mendacijs mecũ agis, indica mihi quo possis uinciri. At ille ait ad eam, Si septem cincinnos capitis mei iugo texto rio intexueris. Infigens illa clauum, dixit ad eum, Palestini imminẽt tibi ô Sam son. Et expergiscens è somno suo, clauũ texturæ cum iugo extraxit. Dixitque rur

D sus ad eum, Quomodo dicis, Amo te, quum cor tuum nõ sit mecum, iam ter me fefellisti, nec indicasti mihi in quo sit robur tuum ingens. Factumque est, quũ illa uerbis

[a] Omittitur siclus.
[b] Ebr. Sicut unus ex hominibus.
[c] Ebr. Dum olfacit ignẽ, uel cum ignis eum afflat, incendio afflatus.

Digitized by Google

uerbis suis singulis diebus urgeret eum, negotiumq́ ei facesseret, ut anima eius [d] tantum non enecaretur. Indicans ergo ei totum cor suum, dixit ei, Nouacula [e] nunquã admota est capiti meo, sum enim Nasir dei ab utero matris meæ: si fuero rasus, recedet à me robur meum, infirmatusq́ ero similis omnibus cæteris hominibus. [f] Animaduertens autem Dalila, quod ei totum cor suum indicasset, misit accersitum principes Palestinorum hisce uerbis, Ascendite adhuc semel, quoniam indicauit mihi totum cor suum. Ascenderunt igitur principes Palestinorũ, ferentes pecuniã in manu sua. Effecit autẽ [Dalila] ut dormiret super genua eius, & uocato uiro, detondet septẽ cincinnos capitis eius, cœpitq́ adfligere eũ, & recessit robur eius ab eo. Et ait, Palestini imminẽt tibi ô Samson. Qui è somno suo expergiscens, [g] cogitauit, Egrediar etiam nũc sicut aliàs, ut [h] excutiam [me,] ignorans quod DOMINVS recessisset ab eo. Apprehendentes autem eum Palestini, effoderunt oculos eius. Duxeruntq́ eum in Gasa, & uinxerunt eũ duabus æneis catenis, ut moleret in loco uinctorum. Cœpit uero capillus capitis sui renasci, ut rasus fuerat. Satrapæ autem Palestinorũ congregati, ut sacrificium magnũ sacrificarent deo suo Dagon, & ut lætarentur, dixerunt, Tradidit deus noster in manus nostras Samsonem hostem nostrum. Et populus quoq; quum uidissent eum, laudauerunt deum suum, dicentes, Deus noster tradidit hostem nostrum in manum nostram, & uastatorem terræ nostræ, qui ex [i] nobis multos interfecit. Cõtigit autem, quum cor eorum lætum esset, ut dicerent, Vocate Samsonem, ut risum nobis exhibeat. Vocarunt ergo Samsonẽ è carcere, & ludebat coram eis. Collocaruntq́ eum inter columnas. Et ait Samson ad puerum qui ducebat eum manu sua, Duc me ut attingam columnas quibus domus sustinetur, ut innitar eis. Porrò domus ipsa referta erat uiris & mulieribus, aderantq́ omnes satrapæ Palestinorũ, quin & super tectum erant ferè tria millia uirorum & mulierum spectantium ludentem Samsonem. Samson autẽ clamans ad DOMINVM, dixit, DOMINE deus, memento mei quæso, & corroborã me quæso uel nunc ô deus, ut unam ultionẽ sumam de Palestinis pro duobus oculis meis. Complexus itaq; est Samson duas columnas intermedias, quibus domus ipsa nitebatur, & quibus fulciebatur, alteram dextera sua, alteram sinistra sua, simulq́ dixit Samson, Morietur anima mea cum Palestinis. Et quũ toto robore inclinaret, cecidit domus ipsa super satrapas, superq́ omnem populum qui erant in ea. Fueruntq́ eorum plures quos moriens interfecit, quàm quos in uita sua occiderat. Descenderũtq́ fratres eius, & uniuersa domus patris eius, & tulerunt eum, ducentesq́ eum sepelierunt inter Zarea & inter Esthaol in sepulchro Manoah patris sui. Et ipse quidem iudicauerat Israelẽ uiginti annis.

Samsoni defficit fortitudo. — B — Samsonis excæcatio. — Dagon idolum. — F — Oratio Sãsonis. — G — Samson moritur.

[d] Eb. Vt anima eius mutilaretur ad mortem. [e] Ebr. Nõ ascẽdit super caput. [f] Ebr. Videns. [g] Ebr. Dixit. [h] Ebr. Excutiar. [i] Ebr. Qui auxit interfectos nostros.

CAP. XVII.

De Micha, & eius superstitione.

Vir fuit de monte Ephraim, cuius nomẽ Micha, qui dixit ad matrem suam, Mille & centum [a] argentei qui surrepti sunt tibi, & tu diris [b] deuouebas, loquebarisq́ me audiente: en inquã ea pecunia apud me est, ego surripui eam. Et ait mater eius, Benedictus sis DOMINO mi fili. Quũq́ restituisset mille & centum illos argenteos matri suæ, ait mater eius, Consecraui hanc pecuniã DOMINO de manu mea tibi filio meo, ut facias sculptile et fusile [simulachrum,] nunc igitur eam tibi restituo. Quum uero ille matri suæ pecuniam denuo restituisset, accepit mater eius ducentos argenteos, & dedit eos fusori, qui fecit ex eis sculptile [simulachrum] & fusile, fuitq́ illud in domo Micha. Fuit & apud uirum illum Micha ædes sacra dei: fecit quoq; Ephod & Theraphim, & consecrauit manum unius ex filijs suis, qui factus est ei sacerdos. In istis diebus non erat magistratus legitimus in Israele, sed quisq; quod sibi rectum uidebatur, faciebat. Fuit autem adolescens de Beth Lehem Iuda, de familia quoq; Iuda, & hic Leuita erat, com-

A — B — C — Leuita sacerdos.

[a] Omittitur Sicli. [b] Potest etiam intelligi ut hanc pecuniam deo consecrarit aut uouerit antequã eã amisisset.

De Ephod Exod 28 Terapim imagines sunt Gen. 31. Potest autem hic intelligi omne instrumentum illius religionis falsę.

Digitized by Google

morabaturq; ibi. Hic abijt de ciuitate Beth Lehem Iuda, ut commoraretur ubi [lo
cum] inueniret: & uenit in montem Ephraim ad domum Micha, ut pergeret uia
D sua. Ad quem dixit Micha, Vnde uenis? Cui respondit Leuites, Ego sum de Beth
Lehem Iuda, & uado ut commorer ubicunq; possim. Ad quem Micha ait, Mane
apud me, & esto mihi pater & sacerdos, ego uero dabo tibi decē argenteos cum
[c] fuerit opus, & demensum uestimentorum, & alimoniam tuam: & iuit Leuita.
Et Leuita constituit in animo suo quod uellet manere cum uiro illo, factusq; est
ei puer ille, ac si fuisset quispiam ex filijs suis. Et consecrauit Micha manum Leui
tæ, factusq; est ei adolescens ille sacerdos, & fuit in domo Micha. Dixit autem Mi
cha, Nunc scio quod benefaciet mihi DOMINVS, quod Leuita factus est sacer-
dos meus.

[c] Ebr. Ad dies.

CAP. XVIII.

*Danitæ quum sedes nouas quærerent, diuertunt apud Micham, cui & idolum & sa
cerdotem abstrahunt.*

A ILlis diebus (inquam) [a] non erat magistratus legitimus in Israele, et tribus Dan
ijsdem diebus quærebat sibi possessionem in qua habitaret, nam hactenus sibi
sors hæreditatis non ceciderat inter tribus Israel. Miserunt ergo filij Dan ex fami
lia sua quinq; uiros è finibus suis, uiros inquam fortes ac strenuos, de Zarea &
de Esthaol, qui terram explorarent atq; peruestigarent eam: dixeruntq; ad eos, Ite
& explorate terram. Qui quum uenissent ad montem Ephraim, ad domum Mi-
cha, pernoctarunt illic. Quumq; uenissent ad domum Micha, agnouerunt uocē
adolescentis Leuitæ: quumq; illuc diuertissent, dixerunt ad eum, Quis te huc ad-
B duxit? quid hic agis? quid tibi hic [negotij?] Respondit eis, Sic & sic fecit mihi Mi
cha, mercedeq; me conduxit, ut sim ei sacerdos. Et illi dixerunt ad eum, Interro-
ga quæso deum, ut intelligamus an prosperum sit iter nostrū quo proficiscimur.
Respondit eis sacerdos, Ite in pace, DOMINVS præsens est itineri uestro in quo
proficiscimini. Abierunt ergo quinq; illi uiri, & uenerunt in Lais, uideruntq; po
pulum qui in ea erat secure habitantem, iuxta morem Zidoniorum, otiosum ac
securum, nemo erat in ea regione qui [b] pudefaceret [quenquā aliqua] in re, nec
erat apud quem esset rerum summa: deinde erāt dirempti à Zidonijs, nec erat eis
C [c] negotium cum quoquam hominum. Venientes itaq; [exploratores] ad fratres
suos in Zareah ac Esthaol, dixerunt ad eos fratres eorum, Quid [d] uos? Illi dixe-
runt, Surgite, ascendemus contra eos, contemplati sumus istam regionem, & ec-
ce admodum bona est, uos [e] autem desideris, ne sitis ignaui, quin proficiscami-
ni, ut ueniatis & occupetis istam terram. Quum fueritis profecti, uenietis ad po-
pulum securum, & regio ipsa spatiosa est utrinq;, & hanc dabit DOMINVS in
manus uestras, locus est in quo nihil desideratur quod est in terra. Soluentes
itaq; ex Danitis illinc de Zareah & Esthaol uiri sexcenti, accincti armis bellicis,
ascenderunt castrametantes in Kiriath Iearim, quæ est in Iuda, unde & locus ille
nomen accepit, Castra Dan, ad hunc usq; diem, post Kiriath Iearim. Illinc trans-
D euntes in montem Ephraim, uenerunt usq; ad domum Micha. Responderunt
uero quinq; illi uiri qui ierant ad explorandum terram Lais, & dixerunt ad fra-
tres suos, Nostis quod in domibus istis est Ephod, Theraphim, sculptile & fusile
simulachrum? Deliberate ergo quid faciatis. Et concedentes illuc uenerūt in do
mum adolescentis Leuitæ, nempe in domum Micha, & [f] interrogauerunt eum,
num recte haberent [omnia.] Porrò sexcenti illi uiri Danitæ accincti armis bel
licis consistebant ad ostium portæ. Et ascēdentes quinq; illi uiri, qui ierant explo
E ratum terram, uenerunt illuc, & acceperunt sculptile, Ephod, Theraphim & fusi
le simulachrū, stante sacerdote in ostio portæ, iuxta sexcentos illos uiros qui erant
instructi armis bellicis. Introeuntes igitur illi domum Micha, tulerunt sculptile, Idolum Michæ.
Ephod, Theraphim, & fusile. Ad quos ait sacerdos, Quid uos facitis? Cui respon
derunt,

[a] Ebr. Melech rex, à consulēdo dictus, significat autē omnē legitimum magistratum.

[b] Ebraica hic ualde obscura sunt & uarie tractata ab interpretibus, ego hūc puto esse sensum, pudefacere pro increpare & arguere: nisi uelis legere, neminem pudebat alicuius rei, sed Machlim difficil est.

[c] Negotiū pro fœdere aut societate uidetur poni.

[d] Eclipsis est, egistis scilicet: aut, quid refertis.

[e] Alij sic legunt, uos ergo festinate.

[f] Ebr. Interrogarunt ad pacē, Ebraica loquutio est, significat aut salutare aliquem aut interrogare quo modo ualeat.

Digitized by Google

derunt, Tace, impone manum ori tuo, & ueni nobiscum, ut sis pater & sacerdos
noster: num melius est ut sis sacerdos domus unius hominis, an ut sacerdos sis
tribus & familiæ Israeliticæ? Collibuit ergo animo sacerdotis, & accipiens E-
phod, Theraphim & simulachrũ, profectus est cum populo. Conuersi uero abie
runt, ordinaruntq́ pubẽ, pecora & [g] impedimenta ante se. Quumq́ iam procul
à domo Micha uenissent, conuocati sunt uiri qui fuerant in domibus quæ fue-
runt prope domum Micha, & insequebantur Danitas. Clamantibus igitur eis F
post Danitas, uertentes illi facies suas, dixerunt ad Micha, Quid tibi uis, quod sic
quiritaris? Et respõdit, Deos meos quos feci abducitis unà cum sacerdote, & abi-
tis, quid uero mihi ultra est? & quid hoc quod dicitis mihi, Quid tibi uis? Ad
quem dixerunt Danitæ, Caue ne quis [h] audiat uocem tuam post nos, ne forte mi
lites qui sunt animo amarulento irruant in uos, & perdas simul uitam tuam &
uitam familiæ tuæ. Quumq́ Danitæ proficiscerentur itinere suo, & Micha uide
ret quod fortiores se essent, conuersus redibat domum suam. Illi igitur auferen-
tes ea quæ fecerat Micha, unà cum sacerdote quẽ ille habuerat, uenerunt in Lais,
Lais incenditur. ad populum otiosum & securum, percusseruntq́ eos gladio, ciuitatemq́ exusse- G
runt igni, nec erat qui eos liberaret, quoniam longe aberant à Zidone, nec fuit ei
negotium cum quoquam hominũ, sitaq́ erat in ualle quæ protenditur ad Beth
Rehob. Et instaurantes ibidem ciuitatem, habitarunt in ea. Vocarunt autem no-
men ciuitatis illius Dan, iuxta nomen Dan patris eorum, qui natus fuerat ipsi Is
raeli, quum antea nomen ciuitatis illius Lais fuerit. Filij autem Dan erexerunt si
bi simulachrum sculptile. Ionathan autem filius Gersom, filij Manasse, atq́ filij
eius fuerunt sacerdotes in tribu Dan, usq́ ad diem transmigrationis terræ. Erexe
runt inquam sibi simulachrum Micha, quod ipse fecerat, cunctis diebus quibus
domus dei fuit in Silo.

g Alij legũt, reliquã substantiam.

h Ebr. Ne facias audire uocẽ tuam: hoc est, tace, ne quid amplius quiriteris.

CAP. XIX.

Sequentibus hisce tribus capitibus grauißimum & memorabile bellum describitur, & quæ fuerit illius causa simul indicatur.

IN diebus quibus nullus legitimus magistratus erat in Israele, fuit Leuites qui A
dam qui cõmorabatur aduena in lateribus montis Ephraim, [a] duxitq́ uxorem
concubinam de Beth Lehem Iuda. Et [b] scortata est concubina eius [c] contra eum,
discessitq́ ab eo ad domum patris sui in Beth Lehem Iuda, mansitq́ illic dies ali-
quot, nempe quatuor menses. Surgens itaq́ uir eius, sequutus est eam, [d] ut amice
loqueretur ad eam, eamq́ reduceret, habens secum puerũ suum, & duos asinos.
Illa ergo introduxit eum in domum patris sui: uidensq́ eum pater puellæ, lætus
ei occurrit, & retinuit eũ socer eius, pater scilicet puellæ, mansitq́ cũ eo tres dies,
comedentes, bibentes, ac ibidem pernoctantes. Die quarto quum mane surrexis
sent, surrexit Leuita ut abiret. Pater autem puellæ dixit ad generũ suũ, Corrobora B
cor tuum buccella panis, & tum demum ibitis. Consedentes igitur, comederunt
& biberunt duo illi simul: dixitq́ pater puellæ ad uirũ illum, [e] Assenti quæso, ut
hic pernoctes, iucundumq́ sit cor tuũ. Quũ uero uir ille surgeret ut abiret, coegit
eum socer eius, ut reuersus, illic [ea nocte] maneret. Quinto die mane cõsurgens
ut abiret, ait pater puellæ, Corrobora quæso cor tuũ. Moram itaq́ nectũt donec
inclinaret dies, simulq́ ederunt duo isti. Consurgit autem uir ille, ut abiret ipse et
concubina eius, atq́ puer eius. Dixit itaq́ pater puellæ socer eius ad eum, En dies
remisit, [uergitq́] ad uesperam, pernoctate quæso: en [f] dies occumbit, pernocta C
hic, ut lætũ sit cor tuum, cras surgetis mane, ut prosequamini iter uestrum, utq́ eas
in tentoria tua. At uir ille noluit pernoctare, sed surgens abijt, uenitq́ prope Ie-
bus, quæ est Hierosolyma, & cum eo erant [g] bijuges asini, & concubina eius.
Quumq́ essent apud Iebus, dies descenderat ualde. Dixitq́ puer ad dominum
suum, Veni quæso diuertemus ad ciuitatem istam Iebusæorũ, & pernoctabimus

a Alij legũt, mulierẽ concubinã: nã Ebraica uox ischa & mulierem & uxorem significat.
b Quidam uerbum scortãdi pro deserendi aut recedendi per ectasin intelligunt, hinc Chaldæus dicit, contempsit eum.
c Alij legunt, præter ipsum, uel, apud ipsum.
d Ebr. Vt loqueretur in cor eius.
e Ebraica uox significat animũ despondere, uel ad faciẽdũ aliquid uel nõ faciẽdũ. q. d. depone animũ abeũdi & adijce ut maneas.
f Alij legũt, en requies diei uel mansio diei.
g Iugum asinorũ, id est, par asinorum.

Digitized by Google

in ea. Respondit ei dominus eius, Non diuertemus in urbem alienam, [eorum]
qui non sunt ex filijs Israel, sed transibimus usque Gibea. Et dixit puero suo, Age,
accedemus ad alterum istorum locorũ, ut pernoctemus in Gibea, aut in Rama.
D Transeuntes igitur iuerunt, & occubuit eis sol iuxta Gibea, quæ est Beniamita-
rum. Diuertentes ergo illuc, ingressi sunt, ut in Gibea pernoctarent. Et introiens
sedit in platea ciuitatis, nec erat qui [b] reciperet eos in domum in qua pernocta-
rent. Et ecce uir quidam senex ueniebat sub uesperam ab opere suo è rure, qui &
ipse erat de monte Ephraim, peregrinusque commorabatur in Gibea. Ciues autẽ
illius loci filij Iemini erant. Is itaque sublatis oculis suis, uidit uirum istum qui de
uia uenerat, in platea ciuitatis. Dixitque senex ille, Quo uadis? & unde uenis? Re-
spondit ei, Transimus de Beth Lehem Iuda ad latera montis Ephraim, unde ego
E sum, & profectus sum in Beth Lehem Iuda: nunc uero ad domum DOMINI ua-
do, nec est qui me hospitio accipiat: habemus nos & paleas & pabulum pro asi-
nis nostris, deinde panis & uinum est mihi & ancillæ tuæ, & puero qui est cum
seruo tuo, nihilque deest. Vir ille senex dixit, Bono [i] sis animo, ego sarciã quidquid
tibi deest, modo ne in platea pernoctes. Introducens igitur eum in domũ suam,
præbuit pabulũ asinis, & lauantes pedes suos, comederunt atque biberunt. Quũque
exhilararent cor suũ, ecce uiri ciuitatis, qui erant filij Belial, circundantes domũ,
impetu ferebantur ad ostium, dixeruntque ad uirum illum senem, ad patrem fami
lias scilicet, hisce uerbis, Profer uirum istum qui ingressus est in domum tuam, ut
F cognoscamus eum. Et egressus uir ille, pater nempe familias, & dixit ad eos, Ne Gen. 19
quæso fratres, ne hoc malum designetis, quandoquidem uir ille ingressus est do-
mum meam, ne designetis scelus hoc horrendum. En filia mea uirgo, & concu-
bina eius, educam nunc eas, has [k] humiliate, & facite eis quod uobis uidetur, mo
do in uirum hunc ne tam horrendum scelus designetis. At uiri illi audire eum
noluerunt. [l] Apprehendens itaque uir ille cõcubinam suam, eduxit [eam] foras ad
eos: qui [m] cognoscentes eam, illuserunt ei tota nocte usque mane, cum aurora exo
riretur eam dimittentes. Sub lucem uenit mulier, & cecidit ante ostium domus
uiri illius in qua erat maritus eius, donec illucesceret. Mane itaque consurgens he-
rus eius, aperuit fores domus, egressusque est, ut proficisceretur itinere suo, & en
G uxor concubina eius iacebat ante ostium domus, manusque eius super inferum li
men. Dixitque ad eam, Surge, ut eamus. Quæ non respondit. Vir ergo ille sublata
ea super asino, surrexit, & abijt in locum suum. Veniens autem in domũ suam,
accepto cultro, præhensaque concubina sua, in frusta conscidit cum ossibus suis, 2 Reg. 11
nempe in duodecim frusta, & misit eam in omnes terminos Israelis. Fiebat uero
ut quicunque uideret, diceret, Nihil tale neque factum est neque uisum, ab eo tempore
quo ascenderunt filij Israel de terra Aegypti in hunc usque diem, [n] expendite hanc
rem, consulite, loquimini.

[b] Ebr. Colligeret.

[i] Ebr. Pax tibi, defectus tuus super me sit.

[k] Humiliandi uerbo Ebræi pro cõstuprãdi utuntur & affligendi.

[l] Aliqui legunt, tenebat eã, quasi non traditurus.

[m] Verbũ cognoscendi quod ad uocem ipsam attinet honeste sonat, at ratio ipsa loquendi praua est corrupta & nepharia, ut uerbũ amãdi in Germanica & κύω Græcum.

[n] Ebr. Ponite uobis super ea re, cor scilicet.

CAP. XX.

De pœna nepharij illius sceleris.

A EGressi sunt itaque omnes filij Israel, & contio ad [a] unũ coacta est, à Dan usque
Beer Seba usque ad terram Gilead, ad DOMINVM in Mizpa. Et statuerũt se
anguli totius populi, omniũ scilicet tribuum Israel, in contionẽ populi dei, nem-
pe quadringenta millia peditum [b] bello aptorum. (Audierunt autẽ Beniamitæ
quod filij Israel ascendissent in Mizpa.) Dixeruntque filij Israel, Dicite quomodo
factum sit malũ illud. Et respondens uir Leuita, maritus mulieris interfectæ, ait,
Ego ueni in Gibea Beniamitarum unà cum concubina mea, ut illic pernoctarẽ:
insurgentesque aduersus me ciues Gibea, cinxerunt me & domum noctu, præ se
ferentes ac si uellent me interficere, quin cõcubinam meam oppresserũt ut mor-
tua sit: arripiens itaque cõcubinam meam, cõscidi eam in frusta, circummisique eam
in omnem regionem possessionis Israel, quoniam fecerunt scelus & nephandũ
flagitium

[a] Ebr. Tanquam uir unus, uel ut cõsensenserint, ac si unus fuisset: aut ad unum omnes, ut nemo deesset.

[b] Ebr. Qui gladium euaginare possunt.

Digitized by Google

flagitium in Israele: ecce nos omnes filij estis Israel, [c]curate negotium hoc, & deliberate in rem præsentē. Surrexit itaq; ad unum uniuersus populus, & dixerūt, B
Non ibimus quisq; in tentorium suum, nec recedemus hinc quisq; in domū suā, quin hoc faciemus, contra Gibea [ascendemus] contra eam per sortem. Accipiemus decimū quenq; ex centum per singulas tribus Israel, & ex mille centesimum quenq;, ex decem millibus millesimū quenq;, qui accipiant commeatum pro populo qui hoc facturus est, qui ueniat contra Gibea Beniamitarum propter uniuersum hoc scelus quod patrauit in Israele. Et congregati sunt omnes Israelitæ contra urbem, ad unū consociati. Miserunt autem tribus Israel uiros per uniuersam tribum Beniamin, qui dicerent, Quod est hoc malū quod factū est in uobis, tradite igitur uiros illos filios Belial, qui sunt in Gibea, ut occidamus eos, & excindamus malū ex Israele. At Beniamitæ noluerunt audire uocem fratrū suorum filiorū Israel. Quin congregati sunt Beniamitæ ex ciuitatibus in Gibea, ut egressi pugnarent contra filios Israel. Recensiti ergo sunt eodē die filij Beniamin ex C
ciuitatibus, uigintisex millia uirorum, qui bello fuerunt apti, exceptis habitatoribus Gibea, quorum censi sunt septingenti uiri electi. In uniuerso autē populo illo selecto, fuerunt septingenti uiri, quorū dextra manus [d] inepta erat, & illi omnes iaculando é funda lapidem, pilum capitis ferire potuissent, nec aberrassent. Seorsim deinde recensiti sunt Israelitarū, præter Beniamin, quadringenta millia uirorum, qui gladiū distringere poterant: hi omnes milites fuerūt bellorū gnari. Consurgentes itaq; ascenderunt [e] domū dei, cōsuluerunt'q; deum, & dixerunt filij Israel, Quis ascendet nobis, quo duce geramus bellū contra Beniamitas? Et respondit DOMINVS, Iehuda erit in primo pilo. Surgentes igitur filij Israel mane, posuerunt castra contra Gibea, egressi enim erant filij Israel ut pugnarent cū Beniamin: & Israelitæ instruxerunt aciem bellicā contra eos iuxta Gibea. Egressi uero Beniamitæ de Gibea, ex Israelitis eo die uirorum uigintiduo millia ad terram prostrauerunt. Et corroborans sese populus Israeliticus, rursus instruunt aciem in eo loco, quo primo die aciem instruxerant. Ascenderant aūt filij Israel, & D
fleuerant coram DOMINO usq; ad uesperam, & cōsuluerant DOMINVM hisce uerbis, An rursus congrediar cum fratre meo, nempe filijs Beniamin? Et dixerat DOMINVS, Ascendite contra eum. Congressi sunt ergo Israelitæ cum Beniamitis postero die, egressis Beniamitis obuiā illis de Gibea postero die, & ex filijs Israel adhuc decē & octo millia uirorū in terrā prostrauerunt, qui omnes [f] distringere gladiū potuerunt. Ascenderunt igitur omnes filij Israel, atq; uniuersus populus, & uenerunt [g] in domū dei flentes & sedentes illic coram DOMINO, ieiunauerunt deniq; die illo usq; ad uesperam, sacrificarunt quoq; holocausta & pacifica in conspectu DOMINI. Et interrogauerūt Israelitæ DOMINVM (erat enim illis diebus illic arca fœderis DOMINI dei. Et Pinhas filius Eleazar filij Aharonis [h] stabat in conspectu eius illis diebus,) hisce uerbis, Rursúmne egrediar in præliū aduersus fratrem meum, filios nempe Beniamin, an cessabo? DOMINVS ait, Ascendite, quoniā cras tradam eum in manū tuam. Collocauit itaq; Israel insidias per circuitū Gibea. Et ascendētes filij Israel contra filios Beniamin die tertio, aciem instruxerūt contra Gibea quemadmodum semel atq; iterum. Et E
egressi filij Beniamin obuiā populo, extracti scilicet ex urbe, cœperunt'q; populū ferire atq; uulnerare sicut semel atq; iterū fecerant in semitis, quarum una ascēdit Beth El, & altera in Gibea per agrum, circiter triginta uiros de Israel. Nam dixerant filij Beniamin, Corruent ante nos ut antea. Et filij Israel dixerāt, Fugiemus & proritabimus eos ex urbe in semitas. Surgentes itaq; oēs Israelitæ de loco suo, aciem instruxerunt in Baal Thamar, sed & insidiæ Israelitarum egressæ sunt de loco suo, nempe de [i] uireto Gaba. Venerunt itaq; contra Gibea decem millia

[c] Ebr. Adferte negotium & consulite hic, uel adferte sermonem, rationem.

[d] Alij, ambidextros exponunt, alij capti dextra uel clausa dextra.

[e] Quidā Bethel proprium faciunt, sed uidetur appellatiuum esse, nam domus dei tum erat in Silo. Ordo hoc in capite perturbatus est, nempe artificialis, nō naturalis. Primū enim Ebraico more summatim res proponitur, deinde per exegesim particulatim explicatur, & digeritur. Hoc si obseruatur clara erunt quæ obscura uidentur.

[f] Distringere aut educere gladium, periphrasis eorum qui bellandi sunt gnari aut bello apti.

[g] Alij legunt, uenerunt in Bethel.

[h] Stādi uerbum pro ministrandi.

[i] Alij legūt, à latere, alij à decliui loco.

Digitized by Google

uirorum electorum ex omni Israele, & prælium incendebatur, nec norât illi tantum sibi imminere periculum. Percussit itaq; DOMINUS Beniamitas ante Israelitas, & trucidarunt filij Israel de Beniamin in die illa uirorũ uigintiquinq; millia & centum, qui omnes apti erant bello. Quum igitur uidissent filij Beniamin quod corruissent [Israelitæ,] (dederant enim Israelitæ Beniamitis [f] locum, nam fisi sunt insidijs quas collocauerant prope Gibea: & qui in insidijs fuerunt, festinantes extenderunt se uersus Gibea, extracti scilicet ex insidijs, & trucidarunt totam urbem gladio. Symbolum enim constitutum fuerat inter Israelitas, & inter eos qui collocati erant in loco insidiarum, ut ipsi [interficerent] gladio, quum illi excitarent eleuationem fumi ab urbe. Versi enim sunt filij Israel in pugna,) cœpit Beniamin trucidare uulneratos ex Israelitis circiter triginta uiros, dixeruntq;, Profecto corruunt ante nos ut antea. Cũ uero [l] fumus cœpisset ascendere ex urbe, columna scilicet fumi, respiciebat Beniamin post se, & ecce [m] uniuersa ciuitas ascendebat cœlum uersus. Quumq; uerterentur Israelitæ, territi sunt Beniamitæ, uidentes sibi imminere periculũ. Versis ergo coram Israelitis uersus uiam deserti, prælium insequutũ est eum grauiter: & qui de urbibus exierant, trucidabant eos in medio [n] ipsius, circundederant enim Beniamitas, strenue eos insequentes, uiã [o] præripientes eis, ne tutum locum inuenirent, usq; ad Gibea ab exortu solis. Ceciderunt uero ex Beniamitis decem & octo millia uirorum, qui omnes fuerant strenui milites. Versi ergo fugerunt desertum uersus ad petram Rimon. Et racemationẽ fecerunt ex ipsis in semitis, uirorũ quinq; millia, & adhæserunt illis usq; in Gideom, percutientes ex ipsis duo millia uirorum. Omniũ autem uirorũ qui ceciderunt ex Beniamitis ea die, fuerunt uigintiquinq; millia, qui stringere gladium potuerunt, quiq; omnes strenui fuerunt milites. Versi itaq; fugerunt in desertum ad petram Rimon, sexcenti scilicet uiri, manseruntq; in Petra Rimon quatuor mensibus. Porrò Israelitæ reuersi sunt ad filios Beniamin, & percusserunt eos gladio, tam homines in urbibus quàm iumenta, quidquid demum inueniebatur, & in omnes ciuitates inuentas immiserunt ignem.

F: Hactenus summa proposita, iam incipit digerere per partes, & eadem repetit.

[f] Fugiendo scilicet.

[l] Hbr. Eleuatio.

[m] Hbr. Vniuersitas ciuitatis.

G: [n] Ipsius scilicet Israelis, erãt enim ab Israelitis undiq; circundati.

[o] Alij legunt, conculcantes eos in loco quo se tutos fore putabãt: alij, cõculcantes eos in quiete, id est, sine periculo. Alij Menuah proprium faciunt.

CAP. XXI.

A Iurauerunt autẽ Israelitæ in Mizpa hisce uerbis, Nemo ex nobis elocet filiam suam Beniamitis uxorem. Venitq; populus in [a] domum dei, & fleuerunt illic usq; ad uesperam coram deo, sublataq; uoce sua fleuerunt fletu magno, & dixerunt, O DOMINE deus Israel, quur factum est istud in Israel, ut desideretur hodie de Israel una tribus? Postero die mane surrexerunt populi, ut extruerent aram illic, sacrificarentq; holocausta et gratulatoria. Et dixerũt filij Israel, Quis est qui non ascẽdit in comitia ad DOMINUM ex omnibus tribubus Israel? (Erat enim factum iuramentum magnum illi qui non ascenderet ad DOMINUM in Mizpa, nempe, quod is morte multaretur.) Et pœnitudine ducti sunt Israelitæ propter Beniamin fratrem suum, & dixerunt, Excisa est hodie tribus una de Israel. Quid faciemus eis qui relicti sunt, ut uxores habeant? Nos iurauimus per DOMINUM, ne demus illis filias nostras uxores. Et dixerũt, Est ne aliquis de tribubus Israel qui non ascendit ad DOMINUM in Mizpa? Et ecce ex Iabes Gilead ne uir quidẽ uenerat in castra & in comitia (numeratus enim est populus, & en ne uir quidẽ aderat ex habitatoribus Iabes Gilead.) Miserunt [b] ergo illuc exercitum, nempe duodecim millia uirorum, qui erant strenui milites, præceperuntq; eis, dicentes, Ite & trucidate habitatores Iabes Gilead gladio, tam mulieres quàm pubem. Sic autem facietis, Omnem marem, atq; omnem mulierem quæ experta est concubitum uiri, excindetis. Inuenerunt autem de habitatoribus Iabes Gilead quadringentas puellas uirgines, quæ non cognouerant uirum concubitu maris, has adduxerunt ad castra in Silo, quæ est in terra Chanaan. Miserunt itaq; tota cõtio, loquuti ad filios Beniamin qui erant in petra Rimon, reuocaueruntq; eos

[a] Alij legunt Bethel.

B: [b] Potest etiam legi, Cõgregatio miserũt duodecim, ut sit syllepsis, ut infra.

Digitized by Google

eos in pace. Reuersi sunt igitur Beniamitæ in tempore illo, & dederunt eis uxo-C
res, quas uiuas seruauerant ex mulieribus Iabes Gilead, sed non suffecerunt eis.
Et doluit populus propter Beniamin, quod DOMINVS rupturã fecisset in tri-
bubus Israel. Dixerunt itaq; seniores multitudinis, Quid faciemus reliquis, ut
& ipsi uxores habeant? Muliebris enim sexus in Beniamin uastatus est. Et dixe
runt, [c]Hæreditas in Beniamin eorum erit qui euaserunt, & non delebitur tribus
ex Israele. Porrò nos non poterimus eis dare uxores de filiabus nostris, (iuraue-
rant enim filij Israel hisce uerbis, Execratus qui dederit Beniamitæ uxorem) dixe
runt ergo, Ecce quotannis solẽnitas DOMINI est in Silo, quæ est ab Aquilone
ipsi Beth El, & ad exortũ solis ad uiam quæ ascendit de Beth El in Sichẽ, & à Me
ridie Lebona. Præceperunt ergo filijs Beniamin hisce uerbis, Ite & ponite insi- D
dias in uineis, & quum uideritis filias egredientes Silo, & choros ducentes, exibi
tis uos è uineis, & rapietis uobis, quisq; scilicet sibi uxorẽ de filiabus Silo, ibitisq;
in terram Beniamin. Et cum uenerint patres earum, aut fratres earum nobiscum
expostulaturi, dicemus ad eos, Impartite eis hanc gratiam, quandoquidẽ nos in
prælio non accepimus unicuiq; uxorem, nec uos dedistis eis, ut hoc tempore de-
linquatis. Fecerunt ergo sic filij Beniamin, acceperuntq; uxores iuxta numerum
suum, rapientes ex his quæ choros ducebant, & abeuntes, reuersi sunt ad hæredi
tatem suam, & instaurantes ciuitates, habitarunt in illis. Abierunt quoq; inde eo
dem tempore filij Israel, quisq; ad tribum suam, & ad familiã suam, singuli exe-
untes illinc, quisq; ad suam hæreditatem. Istis diebus non erat legitimus magi
stratus in Israele, quisq; quod sibi uidebatur rectum, faciebat.

[c] Vel, euasioni Beniamin erit sors.

Liber Ruth.

CAPVT I.

Elimelech peregre profectus famis tempore cum uxore & duobus filijs in terram Moab, uidua Naemi reuertitur cum Ruth.



IN diebus Iudicum fames exorta est in terra. Abijt uir qui- A
dam de Beth Lehem Iehuda, ut peregre habitaret in regio
nes Moab, ipse & uxor eius atq; duo filij eius. Erat autem
nomen uiri illius Elimelech, & nomẽ uxoris suæ Naemi,
nomina duorum filiorum Mahlon, & Chilion: Ephratæi
erant de Beth Lehem Iehuda: uenientesq; in regiones Mo
ab, degebant illic. Et mortuo Elimelech marito Naemi,
superstes mansit ipsa, & duo filij eius. Et duxerunt sibi uxo
res Moabitidas: nomen unius erat Orpha, & nomen alterius Ruth, habitaue-
runtq; illic fermè decem annis. Mortui sunt & duo illi Mahlõ & Chilion, reli-
ctaq; fuit uidua illa post duos filios suos, & post maritum suum. Consurgens B
ergo cum nuribus suis, reuersa est è regionibus Moab, audierat enim in regioni-
bus Moab, quod DOMINVS inuisisset populum suum, cibumq; eis dedisset.
Egressa est itaq; è loco in quo degerat, duæq; nurus eius cum ea profectæ in uia,
ut redirent ad terram Iehuda. Dixit autem Naemi duabus nuribus suis, Ite, re-
uertimini, quæq; in domum matris suæ, DOMINVS benefaciat uobis, quemad
modum uos pietatem exhibuistis & mortuis & mihi, det uobis DOMINVS ut
requiem inueniatis, quæq; in domo mariti sui: & osculata est eas. Illæ uero subla
ta uoce sua fleuerunt, dixeruntq; ad eam, Reuertemur tecum ad populum tuum.

Digitized by Google

Et ait Naëmi, Reuertimini filiæ meæ, cur mecum iretis? Num filij mihi sunt in
utero ultra, qui uobis esse possint mariti? Reuertimini filiæ meæ, & abite, quo-
C niam senior sum quàm ut uxor fiam marito. Et si maxime dicerem, Spes mihi est
ut hac nocte nubã uiro, simulq; filios pariam, num uos expectabitis eos donec
adolescant? Num uos superstites manebitis propter eos, quo minus nubatis ui-
ris? Minime, filiæ meæ, [a] nam alioqui plus satis doleo uestri gratia, quod manus
DOMINI me diuexauit. Illæ autẽ sublata uoce rursum fleuerunt, & Orpha oscu
lata est socrum suam, Ruth uero hæsit ei. Et [socrus] ait, En fratria tua reuersa est
ad populũ suum, & ad deos suos, sequere & tu fratriã tuam. Et respondit Ruth,
Ne obstes mihi, ut te deserta reuertar, quin quocunq; ieris, ego quoq; ibo: & ubi-
cunq; deges, ego quoq; degam: populus tuus populus meus, & deus tuus deus
meus: ubi tu mortua fueris, ibi & ego moriar, ibiq; sepeliar: (siquidem DOMI-
D NVS sic mihi fecerit, porroq; [b] facturus est) sola mors me à te separabit. Videns
itaq; illam firmiter apud sese statuisse quod uellet ire cum ea, destitit loquendo ei
obstrepere. Ibant ergo duæ illæ donec uenirẽt Beth Lehem. Factumq; est, ut in-
troeuntibus eis Beth Lehem, urbs tota strepitu quodam illarum gratia commo-
ueretur, ut dicerent, An non [c] hæc est Naëmi? Quæ respondit eis, Ne uocetis me
Naëmi, quin potius Maram me uocetis, quod supra modum omnipotens me di
uexauerit. Ego opulenta abibã, uacuam me reduxit DOMINVS, quid ergo me
Naëmi uocatis, quum DOMINVS me deiecerit, & omnipotens me diuexaue-
rit? Sic ergo reuersa est Naëmi & Ruth Moabitis nurus eius cum ea, reuersa in-
quam ex regione Moab, ueneruntq; Beth Lehem quum messis ordeacea incipe-
ret.

[a] Alij legũt, plus mihi doleret, quàm uobis, quia manus domini exiuit contra me.

[b] Alij, nõ sub forma conditionis hæc, sed iuramenti legũt: sic faciat mihi deus, & sic addat, si mors separabit inter me & te.

[c] Potest & legi enunciatiue non interrogatiue, Hæc est illa Naemi honestissima matrona: ut hæc sit emphaticum. Naemi pulchra aut iucunda. Mara amara adflicta.

CAP. II.

Colligit Ruth in agro Boas affinis sui.

A HAbuit autem maritus Naëmi consanguineum quendam fortem opulen-
tumq;, qui scilicet erat de familia Elimelech, cuius nomẽ erat Boas. Et dixit
Ruth Moabitis ad Naëmi, Liceat mihi quæso ut eam rus, et colligam spicas, post
eum scilicet in cuius oculis gratiam impetrarim? Et illa respondit ei, Vade mi fi-
lia. Abiens igitur peruenit in agrum, & collegit post messores, forteq; fortuna in
agrũ Boas inciderat qui erat de familia Elimelech. Et ecce Boas ueniens è Beth
Lehem, dixit ad messores, DOMINVS uobiscum. Et responderunt ei, Benedicat
tibi DOMINVS. Boas rursum dixit ad puerum suum, qui stabat iuxta messores,
Cuius est hæc puella? Respondit puer qui astabat messoribus, & ait, Puella est
Moabitica, quæ reuersa est cum Naëmi ex regione Moab, dixitq;, Liceat quæso
B mihi colligere & congregare spicas post messores, & ingressa perstat adhuc à ma
ne usq; nunc, quod [a] sedit in tuguriolo perpusillum est. Dixit aũt Boas ad Ruth,
Audisne filia mea? Ne uadas ut colligas in alio agro, neq; hinc transeas, quin po
tius hic hæreas puellis meis, oculi tui sint ad agrũ quem demetunt, sequeris eas,
[b] præcepi enim pueris ne te lædant: proinde si sitieris, uade ad uasa & bibe quod
hauserint pueri. Illa autem procidens in faciem suam prona inclinat, dixitq; ad
eum, Cur gratiam impetraui in oculis tuis, quod tu me agnoscis, quum sim alie
na? Et respondens Boas, dixit ad eam, Indicatum est mihi, indicatum est, totum
illud, quod fecisti socrui tuæ post obitum mariti tui, quod scilicet patre tuo & ma
tre tua, quin & patrio solo tuo desertis concesseris ad populũ quem non cogno-
C uisti antea: rependat DOMINVS operi tuo, & fiat merces tua solida à DOMI-
NO deo Israelis, quæ uenisti ut sub alas [c] eius confugeres. Illa uero dixit, Impe-
trem gratiam coram te, mi domine, qui consolatus es me, & loquutus es in [d] cor
ancillæ tuæ, quum ego ne quidem sim ut una ex ancillis tuis. Et dixit ei Boas,
Quum tempus est edendi, concede huc, & comede de pane, & intingito buccel-
lam tuam in acetum. Sedit itaq; illa à latere messorum, & [e] porrexit ei far tostum;
quæ

[a] Vel, quod redierit domum perpusillum est, uix paululum domum redijt.

[b] Ebr. An nõ præcepi, interrogatio uehementer asseuerat, id est, certissime præcepi.

[c] Sub alas confugere est sub tutelam & defensionem dei confugere.

[d] In cor loqui, est amice compellare & consolari.

[e] Porrexit ei, quispiam scilicet ex messoribus.

Digitized by Google

quę comedit ad satietatē, & reliquū fecit. Et rursus surrexit ut colligeret. Boas aūt pręcepit pueris suis hisce uerbis, Et inter manipulos ipsos ei colligere liceat, neq; eam [f]pudefaciatis, quin & de industria ei trāsmittite ex manipulis, & relinquite ut colligat, neq; eam increpetis. Collegit igitur illa in agro usq; ad uesperam, & extriuit id q̄d collegerat, fuitq; ferè Epha ordei. Et baiulās ingressa est ciuitatem. D
Quūq; socrus eius uidisset q̄d collegerat, protulit [Ruth] & id quoq; quod refecta reliquū fecerat, & dedit ei. Socrus aūt eius dixit ad eam, Vbi collegisti hodie? & ubi operata es? sit ille qui te agnouit benedictus. Indicauit aūt illa socrui suæ, quo pacto se gessisset erga eum, dixitq;, Nomen uiri apud quē hodie opus feci, est Boas. Et ait Naëmi ad nurū suam, Sit ille benedictus à DOMINO, qui nō desistit à pietate sua neq; erga uiuos, neq; erga mortuos. Et rursum dixit ad eā Naēmi, Propinquus noster est uir ille, & ex his qui uindices sunt nostri. Dixit ergo Ruth Moabitis, Loquutus est insuper ad me, hęreas pueris meis quos habeo, donec plene messuerint totā messem meā. Et respōdit Naëmi Ruth nurui suæ, Placet filia mea ꝙ cum puellis eius egrederis, ne quis tibi in alio agro obstet. Hæsit itaq; [Ruth] puellis Boas colligendo spicas, donec messis hordeacea & messis triticea plene perficeret. Cæterū apud socrum suam uersabatur. CAP. III.

f Pudefacere ꝓ prohibere, qui enim prohibent aut negāt, faciunt ut petentes rubore suffundantur.

Occasio scribitur per quam Ruth uxor Boas facta sit.

ET dixit ad eam Naëmi socrus eius, Quærā tibi ô mea filia requiem, ut bene sit tibi. An ergo nō Boas propinquus noster est, cum cuius puellis tu fuisti? A
En is uentilat in area ordeū hac nocte, lauabis igitur, & te inunges, amicierisq; uestimentis tuis, & descendens in horreū, ut [a]nemo sentiat te [adesse,] donec ille plene ederit & biberit. Cumq; ille quieti se dat, animaduerte locū in quo recūbit, & accedes, discooperiesq; locū pedum eius, & ibi iacebis, ipse uero indicabit tibi quid facias. Ad quā illa dixit, Quæcunq; mihi mandaueris faciam. Descendens B
itaq; in aream, fecit quæcunq; præceperat illi socrus eius. Et cū comedisset Boas & bibisset, exhilarassetq; cor suū, & ingressus esset ut dormiret in extrema parte acerui, uenit illa clàm, & retexit circa pedes eius, accubuitq;. Et factū est circa medium noctis, ut expauesceret uir ille: & quū contrectasset, ecce mulier iacebat ad pedes eius. Dixitq;, Quis es tu? Respōdit illa, Ego sum Ruth ancilla tua, [b]expande alā tuam super ancillā tuam, quia uindex es. At ille ait, Benedicta tu filia mea C
DOMINO, ampliasti pietatē tuam posteriorē supra priorem, quū nō sequuta es adolescētes, siue pauperes fuerint siue diuites: ne ergo metuas filia mea, q̄cunq; dixeris, faciā tibi, siquidē [c]totū forū populi mei nouit ꝙ mulier sis uirtute prędita. Nūc itaq; uerū est ꝙ ego sum uindex, est tamen & alius me propinquior. Pernocta igitur [hic] hac nocte, quū illucescet, si is tibi ius uindicis pręstiterit, bene, præstet: si uero ei non placuerit ut tibi ius uindicis præstet, ego ius uindicis pręstabo, uiuit DOMINVS: quiesce igitur usq; mane. Quieuit itaq; iuxta pedes eius usq; D
mane, et surrexit anteq̄ quisq̄ aliū nosse posset. Dixit aūt ille, Ne palā fiat mulierem uenisse in horreū: & addidit, Adhibe palliū quod super te est, & tene illud. Et quū illud teneret [Ruth, Boas] demensus est sex [Epha] ordei, & imponēs ei, ingressus est ciuitatē. Quūq; illa uenisset ad socrū suam, dixit [socrus eius,] Quid tibi [d]filia mea? Et hæc exposuit ei quæcūq; fecerat ei uir ille, & dixit, Sex [Epha] hordei ista dedit mihi: nam dixit ad me, Non uenies uacua ad socrū tuam. Tum illa ait, [e]Sede filia mea, dum rescicas quomodo cadat hæc res, siquidem uir ille haudquaq̄ conquiescet, donec hoc ipso die negotiū effecerit. CAP. IIII.

a Vel, nemo te norit.

b Alam expandere super aliquē, metaphora est sumpta à uolucribus, est aliquem in tutelam suscipere.

c Eb. Omnis porta, in portis autē erant iudicia & fora, seu porta pro tota urbe per synecdocham.

d Vel, quæ tu.

e Sede, pro sis quieta.

Boas iure propinquitatis fit maritus Ruth, ex qua Obed sustulit auum Dauidis.

AScendens aūt Boas ad portā, consedit illic, & ecce prætęrijt uindex ille de q̄ A
Boas dixerat, cui ait, Accede, quisquis tandē sis, & sede hic. Qui concedens sedit. Et acceptis decem uiris ex senioribus urbis, dixit, Consedete hic: & conse-

Digitized by Google

derunt. Dixitq; ad uindicem, Partem agri quam habuit frater noster Elimelech, uendere [cogit] Naemi, quæ rediit de regione Moab: ego uero cogitaui ut hæc tibi significarē, dicerem'q;, ut uendicares: si ergo uendicare uolueris, [a]uendica coram [b]sedentibus illis, & corā senioribus populi mei: si uero uendicare nolueris, indica mihi ut sciam: non est enim prçter te qui uendicet, & ego post te. Et dixit,
B Vendicabo. Addidit Boas, Eodem die quo agellū possederis de manu Naemi, possidebis & Ruth Moabitidē uxorem defuncti, ut exuscites nomen demortui in hæreditate sua. Respondit uindex, Non possum mihi uendicare, ne fortè uastem hæreditatē meam, uendica tu tibi ius propinquitatis meæ, quoniā ego uendicare non potero. Erat aūt iam olim hæc [consuetudo] in Israele, in uendicatione, & in cōmutatione ad firmandū negotium quodcunq;, ut aliquis detraheret calceum suum, daretq; proximo suo: & hæc fuit obtestatio in Israele. Dixit igitur propinquus ad Boas, Posside tibi: simul'q; detraxit calceamentū suū. Et ait Boas ad seniores, & ad cunctū populum, Testes uos estis hodie, q; possederim omnia quæ fuerūt Elimelech, & omnia quæ fuerūt Chilion & Mahlon de manu Nae-
C mi, sed & Ruth Moabitidē uxorem Mahlon adquisiui mihi uxorē, ut suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ut nō excindatur nomen demortui de fratribus suis, & de porta loci eius: testes (inquā) uos estis hodie. Et dixerunt omnes qui ex populo erant in porta cū senioribus, [c]Testes. DOMINVS faciat huic mulieri quæ ingreditur domū tuam, sicut Raheli & Leæ, quæ duæ ædificauerūt domum Israel, & tu strenue age in Ephrata, & fias magni nominis in Beth Lehē. Fiat domus tua ut domus Pærez (quē peperit Thamar ipsi Iudæ) de semine q̄d tibi DOMINVS ex hac puella dederit. Duxit itaq; Boas Ruth, & facta est ei uxor. Et quū ingressus esset ad eam, dedit ei DOMINVS ut cōciperet, pareretq; filiū. Et dixerunt mulieres ad Naemi, Laudādus DOMINVS, qui non permisit
D ut deficeret tibi hodie uindex, quo minus uocaretur nomen eius in Israele. Qui sit tibi reductor animæ [tuæ,] & qui sustentet senectutē tuam, quoniā nurus tua quç te dilexit, genuit ei, & hæc ipsa melior est tibi q̄ septē filii. Accipiens aūt Naemi filiū, posuit eum in gremium suum, fuitq; nutrix eius. Et uicinç imponebant ei nomen, dicētes, Natus est Naemi filius: uocaueruntq; nomen eius Obed. Ipse est pater Isai patris Dauidis. Sunt aūt istæ generationes Pærez. Pærez genuit Hezron. Hezron autem genuit Ram. Ram autē genuit Amminadab. Amminadab uero genuit Nahasson. Nahasson autē genuit Salma. Salma genuit Boas. Boas genuit Obed. Porrò Obed genuit Isai, & Isai genuit Dauid.

a Tertia persona pro secunda.
b Sedētes hic uidentur capi pro iudicibus legitimis. Alii legunt, coram habitatoribus.
c Subintellige sumus.

Deute. 25. b — Gen. 38. g — Matth. 1. a

Liber primus Samuelis,
quem nos primum Regum dicimus.

CAPVT I.

Elkana duas uxores habet, altera cum Samuelem parit, consecrat eum domino.

A FVIT uir quidam ex Ramathaim Zophim, ex monte Ephraim, cuius nomē †Elkana, filius Ieroham, filii Elihu, filii Tohu, filii Zuph, Ephratæus. Et is duas habuit uxores, nomen unius fuit Hanna, alterius nomen Peninna. Peninna filios habuit, Hannæ nulli fuerūt liberi. Ascendit uir ille †quotannis de ciuitate sua, ut adoraret & sacrificaret DOMINO

1. Par. 7. b — Exod. 23. b — Deut. 16. a

Digitized by Google

MINO exercituum in Silo, ubi erant duo filij Eli, Hophni & Pinhas sacerdotes DOMINI. Et quum esset dies ille [festus,] immolauit Elkana, deditq; Peninnæ uxori suæ & cunctis filijs eius, atq; filiabus eius partes, Hannæ uero unam duntaxat partem dabat demisso uultu, nam diligebat Hannã, DOMINVS autem [a]cõcluserat uterũ eius. Porrò diuexatrix eius etiam ad iram concitauit eam, propterea q DOMINVS clauserat uterum eius. Quumq; is annua uice sic faceret, quum ista quoq; ascenderet ad domum DOMINI, illam quoq; diuexabat: quę flebat, nihilq; comedebat. Dixit autem ad eam Elkana maritus eius, Hanna cur fles? & quare non edis? quid uero turbatur cor tuum? An nõ ego apud te potior sum q̃ decem filij? Surrexit itaq; Hanna postquã comedisset in Silo, & postquam bibisset, & Eli sacerdos sedebat super solium iuxta postem templi DOMINI, ipsa uero [b]quum esset mœsto animo, precata est DOMINVM, abundeq; fleuit, uotum deinde uouit, dicens, DOMINE exercituum, si [c]respexeris adflictionem ancillæ tuæ, & recordatus fueris mei, neq; fueris oblitus ancillæ tuæ, sed dederis ancillæ tuæ [d]filium, dedicabo eum DOMINO cunctis diebus uitæ suæ, neq; [e]nouacula admouebitur capiti eius. Quumq; constanter oraret corã DOMINO, Eli obseruabat os eius. Hanna autem loquebatur in corde suo, & duntaxat labia eius mouebantur, uox autem eius non audiebatur. Eli ergo eam temulẽtam esse iudicabat, dixitq; ad eam Eli, Quousq; ebria eris? depone uinum tuum à te. Respondit Hanna, & ait, Minime, mi domine, ego mulier sum ægro [f]animo, uinum & siceram non bibi, sed effudi animum meum coram DOMINO, ne [g]connumeres me ancillam tuam inter filias Belial, nam ex multitudine meditationis meæ & turbationis meæ hactenus loquuta sum. Cui Eli respondens, ait, Vade in pace, deus Israel præstet tibi petitionẽ tuam quam petisti. Quæ ait, Impetret ancilla tua gratiam apud te. Abiens ergo mulier itinere suo, comedit, neq; fuit [h]amplius mœsta. Consurgentes igitur mane, adorauerunt coram DOMINO, & reuersi uenerunt in domum suam in Ramatha. Cognouit itaq; Elkana Hannã uxorem suam, & DOMINVS recordatus est eius. Nam factum est, ut reuolutis aliquot diebus, cõciperet Hanna, & filium pareret, cuius nomen uocauit Samuel, [dicẽs nempe,] Quoniam à DOMINO postulaui eum. Ascendit autem uir ille Elkana, & tota familia eius, ut sacrificaret DOMINO sacrificium [i]dierũ, & uotũ suum. Hanna uero non ascẽdit, sed dixit marito suo, Quum puer fuerit ablactatus, tũc ducã eum, ut appareat coram DOMINO, & maneat ibi perpetuò. Respõdit ei Elkana maritus eius, Fac quod tibi uidetur, mane, donec ablactes eum, modo DOMINVS firmet [k]uerbũ suum. Mansit itaq; mulier, & lactauit filiũ suum, donec eum ablactaret. Quumq; ablactasset eum, duxit illum secũ, cum tribus iuuencis, & Epha farinæ, atq; utre uini, & introduxit eum in domũ DOMINI in Silo, eratq; [l]admodũ puer. Mactantes aũt iuuencũ, adduxerunt puerum ad Eli, ipsaq; dixit, Mi domine, uiuit anima tua mi domine, ego sum mulier illa, quæ hic stabam coram te, ut orarem ad DOMINVM: pro puero isto oraui, deditq; mihi DOMINVS petitionẽ meam, quam ab eo petieram, & ego quoq; mancipaui eum DOMINO cunctis diebus quibus ipse mancipatus erit DOMINO. Et gratias egit DOMINO.

Gen. 29. f 30. a

Annæ oratio.

Samuel nascitur.

B [a] Cõcludere uterũ, periphrasis est sterilitatis.

[b] Eb. Amara anima flendo fleuit.
[c] Eb. Si uidendo uideris in adflictionẽ.
[d] Ebr. Semen uirile.
[e] Eb. Nouacula non ascendet.

C

[f] Eb. Duro spiritu.
[g] Ebr. Ne des famulam tuam coram filiabus Belial.

[h] Ebr. Vultus non fuerunt amplius ei, supple, tristes uel collapsi.

D

[i] Sacrificiũ dierum forte dicitur, quod diebus festis & solennibus fiebat.
[k] Quod scilicet per Eli loquutus est.

[l] Aetate scilicet tener.

CAP. II.

Carmen gratulatorium Hannæ. Heli cum filios suos non seueriter castigat, ipse & filij uno die pereunt.

A ORauit ergo Hanna, & ait, Exultat cor meũ in DOMINO, cornu meũ exaltatur in DOMINO. [b]Dilatatũ est os meũ super inimicos meos, quoniã læatata sum in salute tua. Nõ est sanctus, ut est DOMINVS, quoniã nihil est præter te, & non est petra ut deus noster. Ne sitis multi in loquendo magnifica ac superba, [c]cesset asperior sermo ex ore uestro, qa deus scientiarũ DOMINVS est, &

[a] Orare pro laudare & gratias agere.
[b] Dilatare os, est facere copiam loquendi ac canendi.
[c] Atak uetus & durum significat.

Digitized by Google

[b] Quidam legũt, conatus (hominũ) non perficiuntur: sed sensus uidetur esse, q̃d decreta dei rata sint.
[e] Quidam panem ad mercedem iungunt.
[f] Scilicet fame laborare, diuites iam facti.

[b] conatus eius perficiuntur. Arcus fortiũ contritus est, & qui impingebant accinxerunt robur. [e] Saturi cibo, coacti sunt pro mercede seruire: & famelici [f] cessarũt,
B donec sterilis peperit septem, & quæ aucta erat liberis, infirmaret. † DOMINVS neci dat, & uitæ restituit: deijcit in [extremũ] barathrum, [rursusq́] euehit. DOMINVS pauperem facit, & locupletat: deijcit & sublimem facit. Excitat è puluere tenuem, & inopẽ è stercore extollit, ut collocet cum principibus, facitq́ ut hæreditate capiant solium gloriæ. Quoniã DOMINI sunt columnæ terræ, & posuit super eas orbem. Pedes bonorũ suorũ seruabit, impij uero in tenebris compescentur, quoniã non in robore ualidus erit quispiam. Hostes DOMINI cõterentur, & super ipsos in cœlis tonabit. DOMINVS iudicat fines terræ, & dabit ro-
C bur regi suo, exaltabitq́ cornu Christi sui. Abijt itaq; Elkana in Ramath ad domum suã. Puer uero ministrabat DOMINO corã Eli sacerdote. Porrò filij Eli filij [g] erant Belial, nec cognouerunt DOMINVM, nec ius quod [h] sacerdotes habuerũt erga populũ. Quicunq; sacrificabat sacrificiũ, mox aderat puer sacerdotis quũ caro adhuc coquebatur, fuscinulã tridentem manu sua gestans, quã incutiebat in lebetẽ aut ahenũ, in cacabũ aut ollam, quidquid ergo fuscinula educebat, accepit sacerdos sibi. Ad hunc modũ faciebant omnibus Israelitis qui ueniebant in Silo. Etiam anteq̃ adolerẽt adipem, ueniebat puer sacerdotis, & dicebat sacrificanti, Da carnem ut coquam sacerdoti, neq; enim accipiet à te carnem coctam,
D sed crudã. Vir immolans respondebat ei, Omnino incendent adipem, iuxta hoc quod hac die solet, & tũc accipe tibi iuxta animi tui desiderium. Qui respondit, Quin iam dabis: sin minus, ui tollam. Fuit itaq; peccatum puerorũ grande nimis coram DOMINO, q̃ homines despicatui haberent sacrificia DOMINI. Samuel uero puer ministrabat corã DOMINO, amictus Ephod lineo. Faciebatq́ ei mater eius interulã paruã, & singulis annis adferebat quũ ascenderet cum uiro suo, ut immolaret uictimã dierum. Eli autem bona imprecatus est Elkanæ & uxori eius hisce uerbis, Det tibi DOMINVS semen de ista uxore pro ista petitio-
E ne quã postulauit à DOMINO. Abierũtq; ad locũ suum. Etenim DOMINVS uisitauit Hannã, ut conciperet & pareret tres filios & duas filias, creuitq; puer Samuel coram DOMINO. Eli aũt erat ualde senex, audiuitq; omnia quæ faciebant filij sui uniuerso Israeli, & q̃ dormirent cũ mulieribus quæ excubabant ad ostiũ tentorij constitutionis, dixitq; ad eos, Quamobrẽ facitis res istas? nam ego audio ab uniuerso populo isto negotia uestra mala. Ne filij mei, non enim bona est fama quã audio, q̃ [i] transgredi facitis populũ DOMINI. Si peccauerit homo in hominẽ, iudices de hoc iudicant: q̃ si quis contra DOMINVM peccat, qs sese arbitrũ interponet? Sed non audiuerũt uocem patris sui, quia DOMINVS
F uoluit eos interficere. Puer autem Samuel proficiendo crescebat, meliorq́ euadebat, tam apud deum q̃ apud homines. Venit aũt uir dei ad Eli, & ait ad eum, Sic dicit DOMINVS, An non domui patris tui manifeste reuelatus sum quum essent in Aegypto, in domo Pharaonis? Eligendo scilicet eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut offerret super ara mea, & adoleret incensum, atq; portaret Ephod corã me, & dedi domui patris tui omnia sacrificia filiorum Israel quæ igne consiunt: quare conculcatis sacrificiũ meum, & sacrificiũ meum cibarium, quæ præcepi in habitaculo, & honorasti filios tuos plus q̃ me, ut saginaretis uos de primitijs omnium sacrificiorum populi mei Israel? Propterea dicit DOMINVS deus Israel, Omnino † ita [k] decreueram, q̃ domus tua & domus patris tui incederet corã me perpetuò. Iam uero dicit DOMINVS, Absit à me, quin honore prosequar eos qui me honore prosequũtur: & qui me contemnũt,
G ignominia afficientur. Ecce dies uenient, ut succidã [l] brachiũ tuum, & brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua. Et aspicies æmulũ in habitaculo, in

Deut. 32. f Tob. 13 a Sap. 16. b

Regnum Christi.

[g] Filij Belial dicuntur, q destituti sunt religione, pietate & omni probitate.
[h] Alij legunt, & hoc iure agebant sacerdotes cum populo.

Peccata sacerdotum.

Samuel ministrat.

Exod. 28.

[i] Alij legunt, quam transfundit populus domini.

[k] Ebr. Dixerã dicendo. Dicere dei, est decernere.
[l] Brachium pro potentia, robore, uirtute.

3. Reg. 2. c

Digitized by Google

in omnibus in quibus benefecerit Israeli, nec erit senex in domo tua cunctis diebus. Nec tamen uirũ tibi de ara mea excindam, ut deficiant oculi tui, animusq; tuus tabescat, & omnes qui in domo tua multiplicantur, uiri morientur. Et hoc erit tibi signum quod eueniet duobus filijs tuis, Hophni & Pinhas, uno die morientur ambo, suscitaboq; mihi sacerdotẽ fidũ, qui iuxta cor meum, & iuxta animum meum agat, & ædificabo ei domũ fidelem, incedetq; [m]corã Christo meo cunctis diebus. Et erit, ut quicunq; residuus manserit in domo tua, ueniat ut sese illi prosternat pro obolo argẽteo, & globo panis, dicatq;, Coopta me quæso uni alicui ex sacerdotijs, ut comedam buccellam panis.

m Vel, ante Christum meum.

CAP. III.

Oraculum fit ad Samuelem de Heli.

A PVer autem Samuel ministrabat DOMINO coram Eli, & sermo DOMINI [a]pretiosus erat in diebus illis, neq; [b]uisio uulgaris. Factum est aũt quodam tempore, ut Eli iaceret in loco suo, (oculi autem eius incipiebant caliginosi esse, ut uidere non posset,) & Samuel iaceret in [c]templo DOMINI in quo fuit arca dei, anteq̃ lucerna dei extingueretur. Vocauit itaq; DOMINVS Samuelẽ. Qui ait, Ecce adsum. Et currens ad Eli, dixit, Ecce adsum, quoniã uocasti me. Qui dixit, Non uocaui, reuertere, quiesce. Qui abijt & quieti se dedit. Rursum uocauit DOMINVS Samuelem, & consurgens Samuel abijt ad Eli, dixitq;, En præsto sum, uocasti enim me. Qui dixit, Non uocaui fili mi, reuertere et dormi. Samuel B autem [d]nondũ nouerat DOMINVM, nec adhuc reuelatũ fuerat ei uerbũ DOMINI. Et DOMINVS tertio uocauit Samuelem, qui surgẽs abijt ad Eli, & ait, En adsum, uocasti enim me. Et intellexit Eli q̃ DOMINVS uocasset puerũ. Dixit igitur Eli ad Samuelẽ, Vade & quiesce: q̃ si denuo uocauerit te, dices, Loquere DOMINE, quoniam audit seruus tuus. Abijt ergo Samuel, & quieuit in loco suo. Venit itaq; DOMINVS & stetit, & uocauit ut semel atq; iterũ, Samuel, Samuel. Respondit Samuel, Loquere [DOMINE,] quoniã audit seruus tuus. Et C ait DOMINVS ad Samuelem, En ego faciam rem in Israele, ut quicunq; audierit, ambæ aures eius [e]tinniant. In illa die suscitabo contra Eli omnia quæ loquutus sum super domũ eius ab initio incipiã [f]& perficiam. Indicaui autem ei quod [g]iudicaturus sim domũ eius perpetuò, propter iniquitatem quam ipse non ignorauit, q̃ scilicet filij [h]eius contemptores fuerunt, nec ipse mœrore eos affecit. Et hanc ob causam iuraui domui Eli, q̃ iniquitas domus Eli non sit expianda perpetuò, neq; [i]uictimis, neq; sacrificio cibario. Dormiuit autem Samuel usq; mane, aperuit quoq; ostia domus DOMINI. Et Samuel quidẽ ueritus est indicare uisionem ipsi Eli. Vocans ergo Eli Samuelem, dixit, Samuel fili mi. Qui respondit, Presto sum. Dixit ille, Quod est uerbũ quod loquutus est ad te? Ne quæso me D cæles, [k]sic faciat tibi deus, & sic addat, si cæles me uel uerbum ex omni sermone quem loquutus est ad te. Indicauit itaq; Samuel ei omnia uerba, & nihil cælauit eum. Qui ait, Ipse est DOMINVS, quod sibi bonũ uidetur, faciat. Creuit autem Samuel, & DOMINVS fuit cum eo, neq; [l]proiecit in terrã ex omnibus uerbis suis. Cognouit autem omnis populus à Dan usq; [m]ad Beer Seba, q̃ Samuel fidelis esset propheta DOMINI. DOMINVS porrò apparuit in Silo, quoniam reuelatus est DOMINVS Samueli in Silo per uerbũ DOMINI.

a Pretiosus pro raro.
b Visio pro reuelatione ac prophetia.
c Hechal media pars templi aut sanctuarij ante sanctum sanctorum.
d Nondum nouerat dominũ. i. nondum nouit morem domini, quo utitur cum alloquitur suos prophetas.
e Aures tinniũt, pro uerbialiter dicitur, pro consternari, & obstupefieri in re graui & horrenda.
f Ebr. Incipiendo et perficiẽdo. Hoc est, præstabo rẽ q̃d uerbis minitor.
g Iudicare pro uindicare & punire.
h Alij legunt, propter iniquitatem, q̃ ipse nouit q̃d filij eius contemptos se faciebant: alij, Lahẽ ad ceremonias referunt, quod filij eius despicabiles fecerũt ceremonias.
i Vel, hæc iniquitas quam admiserunt in sacrificijs, nõ expiabitur.
k Formula est adiurandi et obtestandi. Sensus est, Ita te tractet ut me erat tractaturus, quin grauius puniat si me celes.
l Hoc est, nihil irritũ fecit, aut impediuit.
m Synecdocha comprehẽdit uniuersum populum.

CA. IIII.

Pugnant Palestini cum Israelitis, & uictores euadunt, capitur arca à Palestinis. Filij Eli ambo cadunt cum patre.

A FVit aũt uerbum Samuelis ad omnem Israelẽ. Et egressus est Israel obuiã Palestinis in prælium, castraq; metati sunt prope Aeben [a]Aeser, Palestini autem castrametati sunt in Aphek. Et aciem instruxerũt Palestini cõtra Israelem: extentoq; prælio, corruit Israel corã Palestinis, percusseruntq; in acie per campum circiter quatuor millia uirorũ. Et ueniente populo in castra, dixerunt seniores Israe

a Aeben Aeser, lapis adiutorij: loci nomen ex euentu, per anticipationem.

Digitized by Google

lis, Quare strauit nos hodie DOMINVS coram Palestinis? Adducemus ad nos
de Silo arcã fœderis DOMINI, ut illa ueniens inter nos, seruet nos de manu ho
stis nostri. Misit itaq; populus in Silô, & attulerunt illinc arcã fœderis DOMINI
exercituũ, sedentis inter Cherubim. Erant quoq; ibi duo filij Eli iuxta arcã fœde
B ris dei, Hophni scilicet & Pinhas. Factumq; est quũ uenisset arca fœderis DOMI
NI in castra, uociferatus est cunctus Israel magno iubilo, ut terra tremeret. Au-
dientes aũt Palestini uocem iubili, dixerunt, Quæ nam est uox istius magnæ uo
ciferatiõis in castris Ebræorũ? Et innotuit eis ꝙ arca DOMINI uenisset in castra.
Metuentesq; Palestini dixerunt, Venit deus in castra. Rursumq; dixerũt, Væ no-
bis, quoniã non erit sicut heri & nudiustertius: uæ nobis, quis eruet nos è manu
deorũ istorum fortiũ? Isti sunt dij, qui percusserunt Aegyptũ tot plagis in deserto.
Confirmamini, esteq; uiri, ô Palestini, ne quãdo seruire cogamini Ebræis, quem
admodum ipsi seruierunt uobis: este ergo uiri, & pugnate. Pugnauerunt itaq;
Palestini, & Israelitæ cæsi sunt, fugeruntq; singuli in tentoria sua, & cædes facta
est uehementer magna, ut caderent ex Israele triginta millia peditũ. Sed & arca
C dei capta fuit, & duo filij Eli mortui, Hophni scilicet & Pinhas. Currens autem
quidã ex Beniamin de acie, uenit eodem die in Silo, cuius uestes scissæ erant, &
terra super caput eius: quumq; ueniret, ecce Eli sedebat super sellã respiciens uer
sus uiam, cor enim eius erat consternatũ propter arcã dei. Et ubi uir ille uenisset
in ciuitatẽ & nunciasset, uociferata est tota ciuitas. Et audiens Eli uocẽ clamoris,
dixit, Quæ est uox huius tumultus? Vir aũt ille festinanter uenit & indicauit Eli.
Erat aũt Eli natus nonaginta & octo annos, stabantq; oculi eius, ut non posset
uidere. Et ait uir ille ad Eli, Ego uenio de acie, ego inquã hodie fugi ex acie. Et
ait ille, Quid rei fuit fili mi? Respondit nuncius ille, & ait, Fugit Israel corã Pale
stinis, & cædes magna facta est in populo, sed & duo filij tui Hophni & Pinhas
D mortui sunt, & arca dei capta est. Et factũ est simul ac ille arcæ dei mentionẽ face
ret, ut caderet retrorsum è sella pone portã, fractaq; ceruice moreretur: erat enim Heli moritur.
uir senex et grauis, iudicaueratq; Israelẽ quadraginta annis. Nurus aũt eius uxor
Pinhas, quæ ad partũ grauida erat, audiẽs rumorem ꝙ & arca dei capta esset, ꝙq;
mortuus esset socer suus & maritus suus, incuruauit se & peperit, uersi enim erãt
in eam anxij dolores eius. Quumq; adesset tempus ut moreretur ipsa, dicebant
quæ ei astabant, Ne metuas, quoniã peperisti filium. Sed non respondit, nec ap-
posuit cor suum. Et uocauit puerum Ichabod, dicens, Transmigrauit gloria de Iud.18.
Israele ob captam arcam dei, ob socerum eius, & maritum eius. Et rursum ait,
Transmigrauit gloria de Israele, quoniã capta est arca dei. CAP. V.

Arca dei à Palestinis capta circumfertur & irreligiosis grauem pœnam minatur.

A PORrò Palestini accepta arca dei, duxerũt illam ab Aeben Aeser Asotũ. Rur-
sum sumpserunt Palestini arcam dei, & introduxerunt eam in domũ [a]Da-
gon, collocaueruntq; eam iuxta Dagon. Et quum Asotij postero die mane surre
xissent, ecce Dagon iacebat ante eam in terra, nempe ante arcam DOMINI, tol
lentesq; Dagon restituerunt eum in locum suum. Et quum postera luce iterum
mane surrexissent, ecce iacebat Dagon coram ea in terra, coram arca scilicet DO
MINI, & caput Dagon atq; duæ palmæ manuum eius recisæ erãt super limen,
B dũtaxat Dagon relictus erat in eo. Hinc sacerdotes Dagon, & omnes qui ingre-
diuntur phanum Dagon, non calcant limen Dagon in Asoto, in præsentẽ usq;
diem. Manus aũt DOMINI grauis fuit in Asotios, & perdidit eos, †percussitq; Psal.77.d
eos in [b]podicibus, non Asotũ duntaxat, sed & limites eius. Et uidentes ciues Aso
ti sic fieri, dixerunt, Ne maneat arca dei Israelis nobiscum, quoniam dura est ma
nus eius super nos, & super Dagon deum nostrum. Mittentes itaq; congregaue
C runt omnes satrapas Palestinorũ ad se, dixeruntq;, Quid faciemus arcæ dei Israe
lis?

[a] Dagon Palestinorum deus.

[b] Epolim uarie exponunt. Hic uero uidetur significare aut intestinum præcipuum, quod Græci colon uocant, aut morbũ qui in eo est, qui et ficus dicitur: alij dysenteriã fuisse putant.

Digitized by Google

lis? Responderunt, Transeat arca dei Israelis in Gath. Circunduxerunt ergo arcam dei Israelis. Et factum est quum eam transtulissent, ut manus DOMINI imмineret urbi admodū uehementi impetu, percuteret que homines urbis illius, non obscuros modo & humiles, sed & magnos, ut laterent eis morbi. Miserunt ergo arcam dei in Accaron. Cum que arca dei uenisset Accaron, clamarunt ciues Accaron hisce uerbis, Circunduxerunt arcam dei Israelis ad me, ut me & populum meū interficiant. Miserunt ergo & congregarūt omnes satrapas Palestinorum, dicentes, Amandate arcam dei Israelis, ut redeat in locum suum, neque perdat me & populū meum. (Fuit enim grassatio mortis in tota [c]ciuitate, nimis que illic inualuerat manus dei.) Porrò uiri qui non moriebant, mulcati sunt in podicibus, ut clamor ciuitatis in cœlos usque ascenderet. D

CAP. VI.

Remittunt Palestini arcam Israelitis non sine muneribus & sacrificijs.

FVit ergo arca DOMINI in agro Palestinorū septem mensibus. Et uocantes Palestini sacerdotes & diuinos, dixerūt, Quid faciemus arcæ DOMINI? indicate nobis quo cū remittamus illam ad locū suum. Qui dixerunt, Si remittitis arcā dei Israelis, ne uacuā eam remittatis, sed omnino reddetis ei sacrificiū expiatoriū pro delicto, tum demū sanabimini, notum que fiet uobis cur manus eius nō recesserit à uobis. Et dixerunt, Quod uero sacrificium illud expiatoriū erit quod illi reddemus? Responderunt, Iuxta numerum satraparum Palestinorū quinque podices aureos, & quinque mures aureos: eadē enim plaga est omnibus & principibus uestris. Facietis igitur imagines anorū uestrorū, & imagines murium uestrorum qui uastāt terrā, & dabitis gloriam deo Israelis, si fortè [a]remittat manus eius à uobis, à dijs uestris, & à terra uestra. Cur induratis [b]cor uestrum, quemadmodū Aegyptij & Pharao ipse †indurarunt cor suum? an non quū illusisset eis, [tandē] dimiserunt eos ut abirent? Capite igitur & facite plaustrum unum nouum, & bucculas duas [c]lactantes, quibus iugū nondum est impositum: iungite bucculas plaustro, reducite que uitulos earū ab eis domum. Tolletis deinde arcam DOMINI, & imponetis illā plaustro, simul que uasa aurea, quæ redditis ei sacrificium expiatoriū, ponite in arculā ad latus eius, & dimittetis eam ut abeat. Et uidete, si uia termini sui ascenderit Beth Semes, [d]ipse nos malo hoc ingenti affecit: sin minus, certi sumus manū eius nos nō mulctasse, sed casu nobis hoc accidisse. Fecerunt ergo uiri illi sic, tollētes duas bucculas lactantes, iunxerunt que eas plaustro, uitulos que earū domi incluserūt. Porrò arcā DOMINI imposuerūt plaustro, arculā quoque cum muribus aureis, atque cum imaginibus [e]colorum suorum. Bucculæ ergo rectà per uiam incedebant, per uiam scilicet uersus Beth Semes, & quidem eadē semita incedebant, eundo & mugiendo, ut neque ad dexterā neque ad sinistram deflecterent. Sed & satrapæ Palestinorū sequebātur eas ad limitem Beth Semes. Bethsemesitæ uero demetebant messem tritici in ualle, sublatis que oculis suis uiderunt arcā, gauisi que sunt quū uidissent. Venit itaque plaustrū in agrū Iehosuæ Bethsemesitæ, & illic constitit, fuit enim illic lapis magnus. Et concidentes ligna plaustri atque bucculas, obtulerunt holocaustum DOMINO. Porrò Leuitæ deposuerunt arcā DOMINI, & arculā quæ penes eam erat, in qua erāt aurea illa instrumenta, posuerunt que super lapidem magnū. Ciues autem Beth Semes sacrificarunt holocausta, & immolauerūt uictimas DOMINO eodē die. Quod uidentes quinque principes Palestinorū, Accaron eodem die reuersi sunt. Et illi sunt ani aurei quos restituerūt Palestini DOMINO pro sacrificio expiatorio delicti. Pro Asoto unū, pro Gasa unū, pro Askalon unum, pro Gath unum, & pro Accaron unū. Et mures insuper aureos iuxta numerum omnium ciuitatum Palestinorū, nempe secundum quinque satrapas, tam urbium quæ munitæ fuerunt, quàm pagorū qui non fuerunt muniti, ad [lapidem] usque [f]luctus magnū, super

Marginal notes (left): Podices aurei. — Exod. 12.d — Numerus est mutatus.

Marginal letters (right): A, B, C, D.

[c] Alij legūt, in omni ciuitate, ac si morbus fuisset in omnibus urbibus Palestinorum.

[a] Ebr. Leuem faciat manum suam: uel, leuis fiat manus eius.

[b] Indurare cor, est pertinacem esse, contumacem, & præfractum, & contumaciter resistere.

[c] Alij legunt, ascendentes: sic enim Ebræi habent ad uerbum, id est lactātes. Die jeη angend/ vf gond, adulescentes scilicet.

[d] Scilicet dominus deus Israelis.

[e] Ebr. tehorim. Tehorim & Epolim, de quo supra dixi idem sunt, nam ferè omnes Epolim per Tehorim exponūt.

[f] Ebr. Vsque ad Abel magnum. Quidā Abel planitiē dicunt, quidam luctum.

[f] Lapis luctus ex euentu & clade dicitur.

Digitized by Google

quem reposuerant arcã DOMINI usq; in præsentẽ diem in agro Iehosuæ Beth semesitæ. Porrò ciues Beth Semes percussit [DOMINVS:] q̃ introspexissent in arcam DOMINI, percussit inquam in populo septuaginta uiros, & quinquaginta millia uirorum. Populus uero luxit, q̃ DOMINVS populum tanta clade percussisset. Dixerunt ergo ciues Beth Semes, Quis stare poterit coram DOMINO deo isto sancto? & ad quem [g] ascendet à nobis? Et missis nuncijs ad ciues Kiriath Iearim, dixerunt, Palestini reduxerunt arcam DOMINI, descendite ergo, & deducite eam ad uos.

g Arca uidelicet.

CAP. VII.

Excipitur arca honorifice à ciuibus Kiriath Iearim, & in domum Abinadab reponitur. Admonetur populus à Samuele ut resipiscant, & uero corde ad dominum reiectis idolis conuertantur: hoc si fiat, salutem & propitium deum promittit.

A VEnerunt itaq; ciues Kiriath Iearim, & reducentes arcam DOMINI, introduxerunt eam in domũ Abinadab in Gibea, & Eleazar filium eius consecrarunt, ut custodiret arcam DOMINI. Et factũ est à die quo mansit arca in Kiriath Iearim, ut multi transirent dies, uiginti nempe anni, & lamentatione quadam post DOMINVM uniuersa domus Israel anhela fuit. Et dixit Samuel ad uniuersam domũ Israel hisce uerbis, Si toto corde uestro reuertimini ad DOMINVM, auferte deos alienos & Astharoth è medio uestri, & præparate cor uestrũ ad DOMINVM, & ei soli seruite, tum liberabit uos è manu Palestinorũ. Abstulerunt ergo filij Israel [a] Baalim & Astharoth, & soli DOMINO seruierunt. Di-
B xit uero Samuel, Cõgregate uniuersum Israelem in Mizpa, & orabo pro uobis ad DOMINVM. Qui quum conuenissent in Mizpa, hauserunt aquam, & effuderunt [eam] corã DOMINO, ieiunauerũtq; die illo, & dixerunt ibi, Peccauimus DOMINO. Et iudicauit Samuel filios Israel in Mizpa. Audientes autẽ Palestini q̃ congregati essent filij Israel in Mizpa, ascenderũt principes Palestinorũ ad Israel. Quod quum audirent Israelitæ, timuerunt à Palestinis. Dixeruntq; filij Israel ad Samuelẽ, Ne sileas quò minus clames pro nobis ad DOMINVM deũ nostrũ, ut seruet nos de manu Palestinorũ. Et Samuel accepto agno lactenti uno, sacrificauit illũ DOMINO, holocaustũ integrũ: clamauitq; Samuel ad DOMI-
C NVM pro Israele, & exaudiuit eum DOMINVS. Factumq; est quũ Samuel sacrificaret holocaustũ, ut Palestini appropinquarent cõgressuri cum Israelitis. At DOMINVS ingẽti sonitu illo die super Palestinos intonuit, & cõturbauit eos, ut cæderentur coram Israel. Egressi igitur filij Israel de Mizpa, insequuti sunt Eccli 46. d
Palestinos, & percusserunt eos usq; ad locum qui est sub Bethcar. Samuel autem accepit [b] lapidem quendam, & posuit eum inter Mizpa & inter [c] Schen, & uocauit nomen eius [d] Aeben Aeser, dicẽs, Hucusq; auxiliatus est nobis DOMINVS. Et humiliati sunt Palestini, nec uenerunt amplius in limitem Israelis. Fuitq; manus DOMINI contra Palestinos cũctis diebus Samuelis. Restitutæ quoq; sunt
D Israelitis ciuitates quas abstulerãt Palestini Israelitis, ab Accaron usq; Gath cum terminis earum, asseruitq; eas Israel de manu Palestinorũ. Et fuit pax inter Israelem & [e] Amorræum. [f] Iudicauit autem Samuel Israelem cũctis diebus uitæ suæ. Ibat uero singulis annis, & circuibat Beth El, Gilgal & Mizpa, iudicauitq; Israelem in cunctis hisce locis. Redibatq; in Rama, quoniam illic erat domus eius, & ibi quoq; iudicauit Israelẽ, & ædificauit ibi aram DOMINO

a Baalim masculinũ est, Astharoth fœminum, & uidentur ijs uocibus significari dij deæq; gentium.

b Vel, lapidem unum.
c Schen quidã præruptã petram interpretantur.
d Aeben Aeser, lapis auxilij seu auxiliaris.
e Amorræi nomen generale est, & pro omnibus Palestinis hic poni uidetur.
f Iudicare pro ius dicere.

CA. VIII.

Populus pertæsus libertatis regem petit, occasionem præbuit eis tyrannis filiorum Samuelis. Samuel prædicit quantum molestiarum sub rege sit eis deuorandum.

A FActum est autem ut Samuel posteaq̃ iam senuisset, filios suos iudices constitueret super Israelẽ, fuitq; nomen primogeniti filij sui Ioel, & nomen secundi Abia. Hi erant iudices in Beer Seba, nec incesserũt in uijs eius, sed declinarunt post auaritiã, accipientes munus, & peruertentes iudicium. Congregati sunt igitur

Digitized by Google

tur cuncti seniores Israel, & accesserunt ad Samuelem in Rama. Dixeruntq; ad
Osee.9.b eum, En tu senuisti, & filij tui non incedunt in uijs tuis, † constitue igitur nobis
23.c regem, qui nos iudicet, iuxta morem omnium gentium. [a] Displicuit autē sermo B
Act.13.c iste Samueli, quod dixissent, Da nobis regem qui nos iudicet. Et precatus est Samuel DOMINVM. Dixitq; DOMINVS ad Samuelem, Audi uocem populi in omnibus quæ dicunt tibi, non enim te reprobant, sed me reprobarunt ne regnē super eos. Secundum omnia opera quæ fecerunt ab eo die quo eduxi eos ex Aegypto in hunc usq; diem, quum scilicet me derelinquerent, & dijs alijs seruirent, ita tibi quoq; faciunt. Audi igitur uocem illorum, ueruntamen sancte obtesteris eos, iusq; regis qui regnaturus est super illos, indicato illis. Et dixit Samuel cuncta uerba DOMINI populo, qui regem ab eo postulauerat. Et dixit, Hoc erit ius
Regum iura. regis qui regnabit super uos. Filios uestros accipiet, & ponet eos sibi in currum C
suum, ut sint equites eius, & currant ante currum eius. Ponet quoq; eos sibi in tribunos, & quinquagenarios, & qui arent agros suos, & metant messem suā, atq; qui conficiant arma bellica, & instrumenta currus eius. Filias deinde uestras tollet, ut sint unguentariæ, cupedinariæ & pistrices. Agros quoq; uestros, uineta uestra, & olivueta uestra optima tollet, & tradet seruis suis. Semina uestra, & uineas uestras decimabit, dabitq; eunuchis suis ac seruis suis. Seruos uestros, & ancillas uestras, iuuenes quoq; uestros [b] elegantes, & asinos uestros accipiet, illisq; sua opera conficiet. Quin & gregem uestrum decimabit, eritisq; ei serui. Et clamabitis D
eo die [c] propter regem uestrum quem elegistis uobis, & DOMINVS [d] non exaudiet uos illo die. Populus uero noluit audire uocem Samuelis, sed dixerunt, Minime, sed regem habebimus nos, & erimus nos quoq; ut [reliquæ] omnes gētes, ut ius dicat nobis rex noster, & exeat ante nos, & bella nostra gerat. Audiuit itaq; Samuel cunctos sermones populi, retulitq; eos ad aures DOMINI. Et ait DOMINVS ad Samuelem, Audi uocem eorum, & præfice eis regē. Et dixit Samuel ad Israelitas, Ite quisq; ad ciuitatem suam.

[a] Ebr. Malus fuit in oculis Samuelis.

[b] Ebr. Bonos.

[c] Ebr. A facie regis uestri.

[d] Ebr. Non respondebit uobis.

CAP. IX.

Saul quærens asinas patris sui, à Samuele ex iussu domini in regem ungitur.

Par. 9. a Reg. 14. g VIr quidam erat de Beniamin, cuius nomen Kis, filius Abiel, filij Zeror, filij A
Becorath, filij Aphiah, filij uiri Iemini, heros fortis, qui filium habebat cui nomen Saul, iuuenis erat & pulcher, nec [a] erat inter filios Israel illo pulchrior, nam ab humero suo & supra procerior erat omni populo. Perierant autē asinæ Kis patris Saul, dixitq; Kis ad Saul filium suum, Adsume quæso tecum aliquem è pueris, & consurgens uade ac quære asinas. Transiuit ergo montem Ephraim, deinde transiuit per terram Salissa, & non inuenerunt. Transierunt igitur per terram Schaalim, & non [erant:] & transierunt per terram Iemini, nec inuenerunt. Quum uero uenissent in terram Zuph, dixit Saul puero suo quē secum habebat, Veni, reuertemur, ne fortè pater meus relicta [cura] asinarū, de nobis sit solicitus. Qui dixit ei, En uir dei est in ista ciuitate, & uir est honorabilis, quidquid loquitur, certissime euenit: ibimus ergo isthuc, si fortè indicet nobis uiam nostrā quam eamus. Respondit Saul puero suo, Ibimus ergo, quid uero feremus uiro? Panis B
[b] enim nullus est amplius in uasis nostris, nec munus est quod feramus uiro dei: quid enim habemus? Rursum ergo respondit puer Sauli hisce uerbis, En inuenta est in manu mea quarta [pars] sicli argenti, quam dabo uiro dei, ut indicet nobis uiam nostram. Sic dicebat olim quisq; in Israele, qui inquisiturus deum profi
Propheta uidens. ciscebatur, Venite, ibimus ad uidentem. Qui enim hodie propheta dicitur, antea [dictus est] uidens. Dixit ergo Saul ad puerū suum, [c] Recte loqueris, age, ibimus. Profecti sunt itaq; in ciuitatem in qua erat uir dei. Commodum ascenderant cliuum urbis, quum inuenirent puellas egredientes ad hauriendum aquam, quibus dixerunt, Est ne hoc in loco uidens? Quæ respondentes eis, dixerunt, Est, en

[a] Alij legunt, electus & bonus, nec erat melior eo.

[b] Ebr. Panis abijt.

[c] Ebr. Bonus est sermo tuus.

Digitized by Google

ante te est: festina ergo, quoniam hodie uenit in ciuitatem, siquidem [b] sacrificium
est hodie populo in excelso: quumque ueneritis in ciuitatẽ, ilico inuenietis eum an-
tequam ascendat ad excelsum, ubi comedet: neque enim comedit populus donec
ipse ueniat. Ipse enim consecrat sacrificium, & post hoc comedunt inuitati: nunc
igitur ascendite, quoniam [e] hodie inuenietis eum. Ascenderunt ergo ad ciuitatẽ,
ueneruntque in mediũ urbis, & ecce Samuel exijt eis obuiam ascensurus in excel- Act.13.e
sum. (Porrò [f] pridie quàm uenisset Saul, indicauerat DOMINUS Samueli ad
C hunc modum, Cras iuxta istud tempus mittam ad te uirũ de terra Beniamin, quẽ
unges in principem super populũ meum Israel, ut liberet populũ meum de ma-
nu Palestinorum, quoniã respexi populũ meum, quandoquidẽ clamor eorũ ue-
nit ad me.) Quumque Samuel uidisset Saulem, [g] suggessit ei DOMINUS, En hic
est uir de quo tibi dixeram, is [h] continebit populum meum. Accedens ergo Saul
ad Samuelem in media porta, dixit, Indica quæso mihi ubi sit domus uidentis.
Samuel respondit Sauli, & dixit, Ego sum uidens, ascende mecum in excelsum,
& epulamini hodie mecum, cras dimittam te, & quidquid est in corde tuo, indi-
cabo tibi. De asinabus uero perditis tibi die ab hinc tertio, ne sis [i] anxius in corde
tuo, nam sunt inuentæ. Ad quem uero [attinet] quidquid expetibile est in Israele?
an non tibi & toti domui patris tui? Respondit autẽ Saul, & dixit, An non filius
Iemini ego sum, de [k] minima tribu Israel? sed & familia mea minor est omnibus
D familijs tribus Beniamin, cur igitur talia mecũ loqueris? Apprehendens itaque Sa-
muel Saulem & puerum eius, introduxit eos in cameram, deditque eis locũ præci-
puum inter eos qui inuitati erant, quorũ fermè erant triginta uiri. Dixit autẽ Sa-
muel ad coquũ, Da partem quam dedi tibi, & de qua dixeram ut eam apud te re-
poneres. Sustollens itaque coquus armũ et quod super ipsum erat, & apposuit Sau-
li. Et ait [Samuel,] Ecce quod reliquũ est, pone ante te & comede, nam ad tempus
constitutũ seruatũ est tibi, quum dicerẽ, Inuitaui populũ. Epulatus est igitur Saul
eo die cum Samuele. Et quũ descenderent de excelso in ciuitatem, loquutus est
cum Saule super tectũ. Mane quũ surrexissent, aurora exoriente, uocauit Samuel
Saulem super tectũ, & dixit, Surge, dimittã te. Et Saul surrexit, egressique sunt am-
bo ipse & Samuel foras. Et descendentibus ipsis parte aliqua ciuitatis, dixit Sa-
muel ad Saul, Loquere ad puerum ut antecedat nos. Et præterijt. Et tu consiste ad
tempus ut indicem tibi uerbum dei.

b Sacrificiũ hic pro publicis epulis uidetur accipi, quæ ex sacrificijs populo dabantur.
e Ebr. Quoniam secundum diem inuenietis eum.
f Ebr. Vno die antequam ueniret Saul dominus reuelauerat aurem Samueli.
g Ebr. Respondit.
h Vel, dux erit populi mei.
i Ebr. De eis ne ponas in cor tuum.
k Eb. De minimis tribubus.

CAP. X.

Saul inunctus à propheta populo sistitur in comitijs.

A ACcipiens uero Samuel uasculũ olearium, fudit super caput eius, & oscula- Act.13.c
tus est eum, dixitque, An non DOMINUS unxit te ducẽ super hæreditatem Osee.9.d
suam? Hodie, simul atque à me discesseris, reperies duos [a] uiros ad sepulchrũ Ra-
hel, in limite Beniamin in Zelzal, qui dicent ad te, Asinæ sunt inuentæ quas tu
quæsitum ieras, paterque tuus abiecta asinarum ratione, solicitus est pro uobis, ut
dicat, Quid faciam filio meo? Isthinc progressus porrò, uenies ad quercetũ [b] Tha-
bor, ubi incident in te tres uiri ascendentes ad deum Beth El, unus portans tres
hœdos, alius ferens tres globos panis, tertius gestans lagenam uini, qui te [c] salu-
tato, dabũt tibi duos panes, quos accipies de manu eorũ. Post hæc uenies ad [d] col-
lem dei, ubi sunt stationes Palestinorũ. Quumque ingressus fueris isthic urbẽ, ob-
B uium habebis chorum prophetarũ descendentiũ de excelso, anteque eos psalteriũ,
tympanum, tibia & cithara, & hi prophetabunt. Et spiritus DOMINI prompte Spiritus dei corda innouat.
te inuadet, ut prophetes & tu cum eis, muterisque in uirum alium. Quum itaque ti-
bi hæc signa euenerint, fac tibi quæcunque [e] in manum tuam inciderint, quoniã
deus est tecum. Descendes quoque ante me in Gilgal, & ecce ego descendam ad te,
ut sacrificem holocausta, et ut immolẽ sacrificia gratulatoria. Septẽ dies expecta-
bis, donec ego uenerim ad te, ostenderimque tibi quid facias. Factũ est itaque quum
ille

a Viri fuerunt ex Ephrata in tribu Iuda ubi sepulchrũ est Rahelis, sed obuij facti sunt Sauli in Beniamin.
b Quidam legũt, planitiem Thabor, quidam quercetum umbilici. Sed uidetur Thabor propriũ esse nõ mõtis quidem illius nominati, sed querceti illius: nam sæpe idem nomen uaria loca obtinent.
c Ebr. Te interrogabunt ad pacem.
d Alij Gibea proprium relinquunt.
e Ebr. Quidquid inuenerit manus tua.

Digitized by Google

ille uertisset humerum suum,abissetq; à Samuele, ut deus cor eius aliter immutaret,uenirentq; omnia signa illa in die illo. Et quũ uenisset illuc,nempe ad collem,ecce chorus prophetarũ uenit ei obuiam,prompteq; eum inuasit spiritus dei, ut prophetaret inter eos. Factũq; est ut omnes qui eum ab heri & nudiustertius nouerint aspicerent eum,& ecce prophetabat cũ prophetis. Dixit ergo populus, nempe quisq; ad proximum suum,Quid est hoc,quod factũ est filio Kis? Num et C
Supra 10.d Prouerbiũ. Saul inter prophetas? Et quidam isthinc respondens dixit, Et quis est pater eorũ? Propterea cessit in prouerbium, Num & Saul est inter prophetas? Cessauit autẽ [f]prophetare,& uenit ad excelsum. Et patruus Saulis dixit ad eum & ad puerum eius,Quò abieratis? Respondit, Quæsitum asinas:quumq; uidissemus quod nõ [essent,]uenimus ad Samuelem. Et ait patruus Saulis,Indica quæso mihi quid dixit uobis Samuel. Respondit Saul patruo suo, Constanter affirmabat nobis asinas esse inuentas. Cæterũ de negotio regni, de quo loquutus fuerat Samuel,nihil indicauit ei. Et conuocauit Samuel populũ ad DOMINVM in Mizpa, dixitq; ad filios Israel,Sic dicit DOMINVS deus Israelis, Ego adduxi Israelem de Aegypto,& liberaui uos de manu Aegyptiorũ,& de manu omnium regnorum qui uexarunt uos,uos autem reprobâstis hodie deum uestrum, qui uos seruauit ex cunctis adflictionibus uestris, & pressuris uestris, & dixistis ei, Præfice nobis regẽ. Nunc ergo state coram DOMINO secundũ tribus uestras, & secundũ chiliades uestras. D
Et quum Samuel,applicasset cũctas tribus Israel, deprehensa est tribus Beniamin. Et quum rursum applicasset tribum Beniamin iuxta familias suas,deprehensa est familia Matri,deprehensusq; Saul filius Kis. Quumq; illum quæsissent,non est inuentus. Interrogauerũt igitur rursus DOMINVM, an adhuc uir[ille]uenturus esset isthuc? Et respondit DOMINVS, Ecce inter arma latitat. Currentes igitur,tulerunt eum inde,& constitutus in medio populi,super omnem populum ab humero & supra eminebat. Dixitq; Samuel ad uniuersum populum,Videtis quẽ elegit DOMINVS, & quod ei non sit similis in omni populo? Et iubilans uniuersus populus,dixerũt, Viuat rex. Et loquutus est Samuel ad populum ius regni,& scripsit in libro,reposuitq; coram DOMINO, & dimisit Samuel uniuersum populũ,quenq; ad domum suam. Sed & Saul abijt in domum suam in Gibea,& comitati sunt eum ex exercitu,ij quorum deus cor tetigerat. Porrò filij Belial dixerunt,Quid? iste nos seruaret? Et cõtemnentes eum,non obtulerunt ei munus. Is uero fuit tanquam dissimulans.

CAP. XI.

Occupata Iabes à rege Ammonitarum à Saule asseritur.

Ascenderat autẽ Nahas Ammonites,& castra fixit contra Iabes Gilead. Dixerũt ergo omnes ciues Iabes ad Nahas,Feri nobiscũ fœdus, seruiemusq; tibi. Respondit eis Nahas Ammonites,Hac lege fœdus uobiscum feriam,si omnium uestrum oculum dextrum effodero,probrumq; hoc uniuerso Israeli impegero. Ad quem seniores Iabes dixerunt,Inducias da nobis septem dies, & mittemus nuncios in omnes limites Israelis,& si nemo fuerit qui asserat nos, [a]egrediemur ad te. Venientes igitur nuncij in Gibea Saulis, loquuti sunt hæc uerba in auribus populi,omnisq; populus sublata uoce sua fleuit. Et ecce Saul ueniebat ex agro post pecus,& ait Saul,Quid est populo quod [sic]flent? Et recensuerunt ei uerba uirorum Iabes. Prompte ergo inuasit spiritus dei Saulẽ, quum huiusmodi uerba audisset,& incaluit nasus eius uehementer,assumensq; par boum,in frusta conscidit eos,& misit per omnes limites Israelis per manum nunciorum,dicens, Quicunq; non fuerit egressus post Saulem & post Samuelem,sic fiet bobus eius. Et cecidit pauor DOMINI super populum,egressiq; sunt ad [b] unum usq;. Et recensuit eos in Besek,fueruntq; filiorum Israel trecenta millia,& uirorum Iehuda triginta millia. Dixerũtq; ad nũcios qui uenerãt,Sic dicetis ciuibus Iabes Gilead, D

[f] Prophetare hic est canere deo laudes et hymnos,et de rebus diuinis loqui.

[a] Egredi hic cum emphasi dicitur, facere deditionem: relictis Israelitis concedere ad partes Ammon.

[b] Ebr. Quasi unus uir.

A B

Digitized by Google

Cras cum sol incaluerit, erit uobis salus. Et uenerunt nuncij, indicaueruntq́ ciui
bus Iabes, & gauisi sunt. Et dixerunt ciues Iabes, Cras egrediemur ad uos, & fa-
cietis nobis iuxta omnia quæ uobis bona uidentur. Postero die factũ est, ut Saul
ordinaret populum in tria capita, uenientesq́ in media castra in uigilia matuti-
na, percusserunt Ammonitas, donec incalesceret dies, quiq́ reliqui fuerunt adeo Supra 10.
D sparsi sunt, ut ne duo quidem ex eis simul relinquerentur. Dixitq́ populus ad Sa
muelem, Quis est qui dixit, Regnarétne Saul super nos? Date uiros illos, & inter
ficiemus eos. Et dixit Saul, Non interficietur quisquam hoc die, quoniam hodie
salutem operatus est DOMINVS in Israele. Dixit autem Samuel ad populum,
Venite, eamus in Gilgal, & innouemus ibi regnũ. Et iuit uniuersus populus in
Gilgal, & inaugurarunt isthic Saulem regem coram DOMINO in Gilgal, sacri
ficaruntq́ ibi [c] sacrificia gratulatoria coram DOMINO, & lætati sunt ibi admo
dum Saul & cuncti Israelitæ. CAP. XII.

[c] Quidam legunt, uictimas & pacifica.

Samuel innocentia sua asserta, cuius testimonium à populo extorquet, ostendit Israelitis longa beneficiorum dei recensione. quàm grauiter deum, postulando regem, offenderint, monens nihilominus, ut adhuc (quandoquidem res facta infecta reddi non possit) bona fide & constanter tanto benefactori hæreant, nec unquam ab eo desciscant, interim ut regi electo obediant.

A Samuel uero dixit ad uniuersum Israelem, Ecce auscultaui uoci uestræ in om
nibus quæ loquuti estis ad me, & præfeci uobis regem, nunc igitur ecce rex
ipse incedit ante uos. Etenim ego senex sum & canus, (filij uero mei uobiscum
sunt,) & uersatus sum coram uobis à pueritia mea in hunc usq́ diem. [a] En ego,
† [b] testificabimini de me corã DOMINO, & coram uncto eius, cuius bouem ac- Eccli 46.
cepi? cuius uero asinum accepi? cui uim intuli? aut quem contriui? de cuius uero
manu accepi munus expiatorium, ut ei oculis meis [c] conniuerem? & restituã uo
bis. Dixerunt, Non intulisti nobis uim, nec cõfregisti nos, nec accepisti quidquã
de manu ullius hominis. Et dixit ad eos, Testis est DOMINVS contra uos, & te
stis est unctus eius in die hac, quod non inuenistis in manu mea quidquã. Et ait
B [populus,] Testis. Dixitq́ Samuel ad populũ, [d] DOMINVS, qui fecit Mosen &
Aharonẽ, & qui eduxit patres uestros ex terra Aegypti. Nũc igitur state, sistamq́
me iudicio uobiscum coram DOMINO de omnibus iustitijs DOMINI quas fe
cit uobiscum, & cum patribus uestris. † Quum Iacob ingressus esset Aegyptũ, Gen.46.
& clamassent patres uestri ad DOMINVM, misit DOMINVS Mosen & Aharo
nem, qui eduxerunt patres uestros ex Aegypto, collocaruntq́ eos in istum locũ.
Et quum † obliti essent DOMINI dei sui, uendidit eos in manum Sisaræ ducis Iudic. 4.
exercitus Hazor, & in manum Palestinorum, & in manum regis Moab, qui bel-
lum gesserunt cum eis. Et clamauerũt ad DOMINVM, dixeruntq́, Peccauimus,
deseruimus DOMINVM, & coluimus Baalim & Astharoth, nunc ergo eripe
nos de manu hostiũ nostrorum, & seruiemus tibi. Tunc misit DOMINVS Ieru
C baal, & [e] Bedan, Iephte, & Samuel, & eripuit uos de manu hostiũ uestrorum qui
circũ uos erant, ut tuto habitaretis. Sed & uidistis quod Nahas rex filiorũ Ammõ
uenit contra uos, & dixistis ad me, Non, sed rex imperitabit nobis, quum tamen
DOMINVS deus uester [f] rex uester esset. Nunc igitur en rex uester, quem elegi-
stis, quem postulastis, en DOMINVS cõstituit super uos regẽ. Si timueritis DO
MINVM, & seruieritis ei, atq́ uocem eius audieritis, neq́ rebelles fueritis ori
DOMINI, tam uos quã rex qui imperat uobis, eritis [g] post DOMINVM deum
uestrũ. Quod si uocem DOMINI non audieritis, oriq́ DOMINI rebelles fue-
ritis, erit manus DOMINI cõtra uos, & cõtra patres uestros. Sed & nũc cõsistite
& spectate rem istã grandẽ, quã DOMINVS facit corã oculis uestris. An nõ ho-
die messis fuerit triticea? Clamabo ad DOMINVM, & edet [h] tonitrua et pluuiã, Lex.
ut cogno-

[a] En ego, exhibentis est, et subintelligitur asto uel præsto sum.
[b] Ebr. Respondeatis contra me.
[c] Ebr. Ut abscõderẽ oculos meos super eo.
[d] Eclipsis est, dominus scilicet est testis qui fecit, &c.
[e] Alij legunt, filium Dan.
[f] Ebr. Et dominus deus rex uester.
[g] Eritis post deum, hoc est, respicietis in omnibus deum, eum sequemini.
[h] Ebr. Voces.

Digitized by Google

ut cognoscatis & uideatis quod malitia uestra magna sit, quam fecistis in oculis DOMINI, postulando uobis regem. Et clamauit Samuel ad DOMINVM, & edidit DOMINVS tonitrua & pluuiam in die illa, uniuersusq; populus uehementer timuit DOMINVM & Samuelē. Et dixit uniuersus populus ad Samuelem, Precare pro seruis tuis ad DOMINVM deum tuum, ne moriamur, quoniā omnibus peccatis nostris hoc adiecimus, ut peteremus nobis regē. Et ait Samuel ad populum, Ne metuatis, uos quidem uniuersum hoc malum designastis, ueruntamen ne recedatis à DOMINO, quin potius seruite DOMINO in toto corde uestro. Ne recedatis [inquam] præsertim post uana, quæ nil proderunt, nec eripient, quandoquidem uana sunt. Etenim DOMINVS non deseret populum suum, idq; propter nomen suum magnum, quandoquidem animum adiecit [ad hoc] DOMINVS, ut uos sibi faciat in populum. Et à me quoq; procul absit, ut peccem contra DOMINVM, cessemq; pro uobis supplicare: quin potius dirigā uos in uia bona & recta, modo timeatis DOMINVM, & seruiatis ei in ueritate, in toto corde uestro. Etenim considerate quàm magnifica uobis fecerit. Quod si pergitis malefacere, & uos & rex uester peribitis.

Oratio. D

Euangeliū.

CAP. XIII.

Initia regni Saulis describuntur, & bellum quod cum Palestinis gestum est. Saul propter inobedientiam à domino reijcitur.

SAul fuit in regno suo [quemadmodū] puer [a] unius anni, sicq; regnauit duobus annis super Israelem. Elegit autē sibi Saul tria millia ex Israele, duo millia fuerunt cum Saule in Michmas, & in monte Beth El, mille uero fuerunt cum Ionathan in Gibea Beniamin: reliquum uero populū amandauit, quenq; ad tentoria sua. Et Ionathan percussit [b] stationē Palestinorum quæ erat in colle, audieruntq; id Palestini: & Saul cornu classicū canebat per uniuersam terram, dicens, Audient [hoc] [c] Ebræi. Et omnes Israelitæ audierūt quod diceretur, Percussit Saul stationem Palestinorum, & etiam quod fœteret Israel apud Palestinos: conuocatus est itaq; populus post Saulem in Gilgal. Et Palestini quidem cōgregati sunt, ut pugnarent cum Israelitis, triginta scilicet millia curruum, sex millia equitum, & populus multus quasi harena quæ est in littore maris, ascenderuntq; & castra metati sunt in Michmas [d] ex opposito Bethauen. Viri autem Israelitæ uidentes sese in angustias redactos, (populus enim pressus erat,) abscōdit se populus in speluncas, in spineta, in petras, in arces, atq; in foueas. Porrò [e] transIordanes traiecerunt Iordanē in terram Gad & Gilead. Saul autē adhuc erat in Gilgal, omnisq; populus [f] sequutus eū territus est. Et expectauit septem dies usq; ad tempus constitutum à Samuele, sed non uenit Samuel in Gilgal, diffluxitq; populus ab eo. Et dixit Saul, Adferte ad me holocaustum & pacifica sacrificia, & sacrificauit holocaustū. Quumq; iam confecisset holocausta, Samuel uenit, & egressus est Saul ei obuiam, ut [g] gratularetur aduentui eius. Samuel ergo ait, Quid fecisti? Respondit Saul, Quandoquidem uidi quod populus à me dilaberetur, neq; tu ueniebas ad tempus dierum præstitutū, & quod Palestini cōgregati essent in Michmas, cogitaui, Descendent nunc Palestini ad me in Gilgal, [h] necdum DOMINVM consulueram, [i] ausus ergo sum [uel inuitus] sacrificare holocaustū. Et ait Samuel ad Saul, Stultus factus es, non obseruasti præceptum DOMINI dei tui quod ille tibi præcepit. Equidem parauerat DOMINVS regnum tuum super Israelem perpetuò, sed iam non firmum erit regnū tuum, † quæsiuit DOMINVS sibi uirū iuxta cor suum, cui præcepit DOMINVS ut dux sit super populum suum, quoniā tu non obseruasti quæ præcepit tibi DOMINVS. Et surgens Samuel ascēdit de Gilgal in Gibea Beniamin, & Saul recensuit populum (qui [adhuc] inueniebatur apud eum,) ferè sexcentos uiros. Manserūt ergo Saul & Ionathan filius eius, atq; populus [k] qui sibi erat, habitātes in colle Beniamin. Palestini uero castrame-

A B D

Act. 13. d

a Varie exponitur hic locus, sed uidetur ad innocentiam referri debere. Ebræi notā similitudinis frequēter omittunt, quæ apposita, lucem reddit orationi.
b Alij legunt, Percussit præsidē in Geba: alij præsidium exponunt nezib.
c Alij legunt, audiāt hoc transIordanes, scilicet Manassis dimidia parh, Gad, & Ruben.
d Vel, ad oriētem Bethauen.
e Ibrim alij exponūt Ebræi, sed uidentur esse duæ tribus & dimidia. Nā Ibrim sunt ulteriores.
f Alij legūt, mouit se post eum.
g Ebr. Vt benediceret eum.
h Ebr. Et faciē domini nō rogaui. Faciē domini rogare, est dominū cōsulere loco & ritu à deo præscripto.
i Ebr. Roboraui me, & obtuli holocaustum.
k Ebr. Qui inuentus erat cum eis.

Digitized by Google

D tati ſunt in Michmas. Et egreſſus eſt [l] uaſtator ille ex caſtris Paleſtinorũ cum tribus [m] agminibus. Vnum agmen uergebat uerſus Aphra ad terram Sual. Aliud agmen uergebat itinere Beth Horon. Porrò tertium agmen uertebat ad uiam termini qui conſpicitur ſupra uallem Zeboim uerſus deſertum. Nec inueniebatur per totam terram Iſrael faber, dixerant enim Paleſtini, Ne fortè faciant Ebræi gladium aut lanceam. Quin omnes Iſraelitæ deſcenderunt ad Paleſtinos, quiſqꝫ ſcilicet ad reficiendum cultrum ſuum [aratri,] uomerem ſuum, ſecurim ſuam, & ſarculum ſuum foſſorium, (quandoquidem [n] acies cultrorum [aratri,] uomerum, furcarũ tridentiũ, & ſecurium obtuſæ erant,) & ad [o] reficiendũ ſtimulũ. Quando igitur imminebat dies prælij, non inueniebatur nec gladius nec lancea in manu totius populi qui fuit cũ Saule & cũ Ionathan, Sauli tamẽ & Ionathan filio eius [p] inueniebatur. Et egreſſa eſt [q] ſtatio Paleſtinorũ ad [r] tranſitũ Michmas. XIIII.

Ionathan irruit clam patre in hoſtes, & ex eis quoſdam perdit. Contra præceptum patris mel edit, pater uolens eum occidere, à populo prohibetur. Saul hoſtibus grauis eſt.

A Ccidit uero quodam die, ut diceret Ionathan filius Saul ad puerum ſuum qui ferebat arma ſua, Veni, penetrabimus præſidium Paleſtinorum, quod eſt è regione huius [loci.] Hoc uero patri ſuo non indicauit. Saul autem habitabat in extremitate Gibea ſub [a] Rimon quæ eſt in Migron, & populus qui cum eo, erat circiter ſexcentos uiros. Et Ahias filius Ahitob frater Ichabod filij Pinhas, filij Eli, erat ſacerdos DOMINI in Silo, ferebatqꝫ Ephod, nec ſciebat populus quod abijſſet Ionathan. Erat autem inter tranſitus, ubi Ionathan conabatur penetrare ad præſidium Paleſtinorum, [b] prærupta petra in tranſitu hinc, & petra prærupta in tranſitu iſthinc: nomen unius erat Bozez, nomen alterius Sene. Scopulus unus ſtabat ab Aquilone è regione Michmas, alter uero à Meridie è regione Gaba. Dixit itaqꝫ Ionathan ad adoleſcentem armigerum ſuum, Age, penetrabimus in præſidium incircunciſorũ iſtorum, ſi fortè DOMINVS faciat pro no-

B bis, quoniam non fuerit [c] DOMINO difficile ſeruare in multitudine aut paucitate. Reſpondit ei armiger eius, Fac quidquid eſt in corde tuo, [d] indulge tibi, en adſum tibi pro uoto tuo. Et dixit Ionathan, Ecce, nos tranſibimus ad uiros iſtos, reuelabimurqꝫ eis: quod ſi dixerint nobis, Conſiſtite donec uenerimus ad uos, [e] conſiſtemus in loco noſtro, nec aſcendemus ad eos: ſi autem dixerint, Aſcendite ad nos, aſcendemus, quoniam tradidit eos DOMINVS in manus noſtras, ſitqꝫ hoc nobis ſignum. Ambo ergo illi reuelati ſunt ſtationi Paleſtinorũ. Dixeruntqꝫ Paleſtini, En Ebræi prorepunt è cauernis in quibus ſeſe abdiderant. Reſponderunt itaqꝫ qui erant in ſtatione ipſi Ionathan & armigero eius, dixeruntqꝫ, Aſcendite ad nos, & [f] oſtendemus uobis rem. Aitqꝫ Ionathan ad armigerũ ſuũ, Aſcende poſt me, quoniam DOMINVS tradidit eos in manum Iſraelis. Aſcẽdit itaqꝫ Ionathan manibus ſuis & pedibus ſuis, ſequebaturqꝫ eum armiger eius: quiqꝫ co-

C ram Ionathan ceciderunt, hos armiger eius trucidabat poſt eum. Fuit hæc prima ſtrages, in qua Ionathan unà cũ armigero ſuo percuſſit circiter uiginti uiros, idqꝫ fermè dimidio ſulco iugeri in agro. Factus eſt autẽ pauor in caſtris, tum in agro, tum in omni populo qui erat in præſidio, quin et hi qui [g] graſſabãtur territi ſunt, terraqꝫ ipſa tremuit, & incidit pauor dei. Speculatores autem Saulis uiderunt in Gibea Beniamin, & ecce diffluxit multitudo, ultro citroqꝫ [h] diſcurrens. Dixit ergo Saul ad populum quem ſecum habebat, Recenſete quæſo, & diſpicite, quisnam ex nobis abierit. Quũqꝫ recenſuiſſent, en aberat Ionathan & armiger eius. Aitqꝫ Saul ad Ahiam, Applica arcam dei: (fuit enim eodem die arca dei [i] cum filijs Iſrael) factumqꝫ eſt, loquẽte adhuc Saule cum ſacerdote, ut tumultus qui erat in caſtris Paleſtinorum, augeſceret, increſceretqꝫ uehementer. Dicebat ergo Saul ad ſacer-

[l] Vaſtatorem uocat Philiſtæũ, qui exercitũ educit ut uaſtaret regionem Iſraelitarum.

[m] Ebr. Cum tribus capitibus. Vnũ caput, &c.

[n] Alij legunt, lima.

[o] Alij legunt, ad infigendum.

[p] Hoc eſt, Saul aliũde adeptus eſt gladium.

[q] Statio pro militibus ſtationarijs.

[r] Eſt enim tranſitus de Michmas in Gabaa.

[a] Quidam Rimon & Migron appellatiuã interpretantur. Rimon malũ punicum, Migron agrum.

[b] Eb. Dens petræ, id eſt, acutus ſcopulus.

[c] Ebr. Conſtrictio.

[d] Eb. Declina tibi, ecce ego tecum iuxta cor tuum.

[e] Ebr. Stabimus ſub tus nos.

[f] Vel, docebimus nos, ut ſit ſarcaſmos.

[g] Mazab milites ſtationarij eſſe uidẽtur, qui in præſidio erãt aut acie ordinata. Maſchith uero, qui per regionem graſſabantur, agmẽ prædãdo & perdendo uaſtantes.

[h] Alij legunt, & eundo concutiebatur.

[i] Ebr. Et filij Iſrael.

Supra 4. d

Victoria dei eſt.

2. Par. 14. c

Digitized by Google

ad sacerdotem,[f] Reduc manus tuas. Clamore itaq; conuocatus est Saul et omnis populus qui cum eo erat, ueneruntq; in prælium, & ecce gladius cuiusq; stringebatur in proximum suum, eratq; tumultus ualde magnus. Porrò Ebræi qui cum Palestinis erant, nempe qui heri & nudiustertius undequaq; ascenderãt cum eis in castra, & hi etiam [reuertebantur] ut essent cum Israelitis qui fuerunt cum Saule & Ionathan. Omnes quoq; Israelitæ qui sese absconderãt in monte Ephraim, D audientes quod Palestini fugerent, insequuti sunt & ipsi eos in prælio illo. Et seruauit DOMINVS Israelem in die illa, pertransijtq; pugna [usq;] Bethauen. Coactis eodem die Israelitis, ausus est Saul populum iuramẽto adstringere hisce uerbis, Quicunq; panem comederit usq; ad uesperam, donec ultionem sumpsero de inimicis meis, sit execratus. Populus itaq; uniuersus non gustauit [f] panem. Et uniuersa terra uenit in syluam, & erat mel in superficie campi, & uenit populus in syluam, & ecce fluxus mellis, nullus autem reducebat manum suam ad os suum, reuerebatur enim populus iuramentum. Ionathan autem non audierat quũ pater eius populum sacramento iurisiurandi adstrinxerat: extendit itaq; extremitatem uirgæ quam manu gestabat, intingens eam in fauum mellis, admouitq; manum suam ori suo, clarioresq; redditi sunt oculi eius. Respondens autem quidã è populo, dixit, Omnino iureiurando obstrinxit pater tuus populũ, dicens, Execratus sit uir qui comederit cibum hodie. (Populus autẽ labore delassatus erat.). E Et dixit Ionathan, Pater meus turbauit terram, uidete quæso, ut illustrati sint oculi mei, quod parum mellis istius gustauerim, quanto uero magis si comedendo comedisset populus hodie de præda hostium suorũ quam inuenit? An uero non maior strages edita esset in Palestinos? Percusserunt itaq; eodem die Palestinos à Michmas usq; Aialon, defatigatusq; est populus uehementer. Et irruit populus in prædam, acceperuntq; oues, & boues, & uitulos, mactaueruntq; in terram, comeditq; populus cum sanguine. Et annunciantes Sauli dixerunt, Ecce populus peccat DOMINO, comedens cum sanguine. Qui ait, Præuaricati estis, uoluite ad me iam lapidem magnum. Et rursum dixit Saul, Dispergimini in populum, & dicite eis, Adducite ad me quisq; bouem suum, & quisq; pecudem suam, & mactate hic, & comedite, ne peccetis contra DOMINVM, comedendo cum sanguine. Et adduxerunt uniuersus scilicet populus, quisq; bouẽ suum manu sua, idq; nocte ista, & mactarunt ibi. Extruxit quoq; Saul aram DOMINO, & eam quidem cœpit ædificare ut esset ara DOMINI. Et ait Saul, Descẽdamus noctu post Palestinos, prædabimurq; eos usq; ad lucem matutinam, ne quenquã faciamus ex eis reliquũ. Et dixerunt, Quod tibi uidetur facito. Et ait sacerdos, Accedamus F hic ad deum. Et interrogauit Saul deum, An non descendã post Palestinos? Tradésne eos in manus Israelis? At DOMINVS eo die nihil respondit ei. Dixitq; Saul, Adeste huc omnes anguli populi, cognoscite & uidete per quẽ hodie hoc peccatum commissum sit. Viuit enim DOMINVS, qui seruat Israelẽ, si fuerit in Ionathan filio meo, certissime morietur: nemoq; erat in uniuerso populo qui responderet ei. Dixit itaq; ad omnem Israelem, Vos eritis in latere uno, ego uero et Ionathan filius meus erimus in altero latere. Dixerũt ergo populus ad Saulem, Quod bonũ tibi uisum fuerit facito. Et dixit Saul ad DOMINVM deũ Israelis, Decerne [m] integritatẽ. Et deprehensus est Ionathan atq; Saul, populus [n] uero euasit. Saul ergo ait. Iacite inter me & inter Ionathan filiũ meum, deprehensusq; est Ionathan. Dixit ergo Saul ad Ionathan, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathan, & dixit, Gustans gustaui cum extrema parte uirgæ quã manu mea gestaui parũ mellis, & en moriar? Respondit Saul, Sic faciat mihi deus, sicq; addat, G quia certissime morieris Ionathan. Et ait populus ad Saulẽ, Nũ Ionathan morretur, qui fecit salutẽ hanc magnã in Israele? Absit, uiuit DOMINVS, [o] si ceciderit

Leuit. 7. c 19. f

[f] Vel, collige manibus tuis.

[f] Panis pro omni cibo intelligitur.

[m] Ponocatio est superba, nec satis pia ad exactam dei iustitiam.

[n] Ebr. Populus exierunt.

[o] Si pro nõ, formula est iurandi Ebraica.

Digitized by Google

de pilo capitis sui in terram, quandoquidem cum deo egit hodie. Liberauit itaq; populus Ionathan ut non interficeretur. Ascendit autem Saul posteaquam insequutus esset Palestinos, abieruntq; Palestini in locum suum. Porrò Saul nactus regnum Israel, bella gessit aduersus omnes hostes suos circum circa, cõtra Moab, contra [p] Ammonitas, contra Edom, contra reges Zoba, & contra Palestinos, & in omni ad quod se uertebat, præfracte agebat. Parauit quoq; exercitum, & percussit Amalek, uindicauitq; Israelem è manu diripientium eum. Fuerunt autem filij Saul, Ionathan, Iisui, & Malchi Sua. Nomina uero duarũ filiarum eius, nomen primogenitæ Merab, nomen uero minoris natu Michal: nomẽ uxoris Saul Ahinoam, quæ erat filia Ahimaaz. Nomẽ uero imperatoris exercitus sui Abner, filius fuit Ner patrui Saulis. Porrò Kis pater Saulis, & Ner pater Abner, filij fuerunt Abiel. Erat autem bellum graue contra Palestinos cunctis diebus Saulis. Et quemcunq; uidisset Saul uirum fortem & militiæ aptum, hunc sibi adiungebat.

[p] Ebr. Contra filios Ammon.

1. Reg. 9. a
1. Par. 9. a

CAP. XV.

Saul iubetur præcepto domini excindere Amalekitas, cui dum non paret, regno deijcitur.

A Dixit autem Samuel ad Saulem, DOMINVS misit me ut ungerẽ te regem super populum suum Israel, audi ergo uocem uerborum DOMINI, sic dicit DOMINVS exercituum, Recensui quid fecerit Amalek Israeli, & quid posuerit ei in uia quum ascenderet ex Aegypto, uade ergo & cæde Amalek, & excindetis quæcunq; habet, nec misericordia erga eum mouearis, interfice tam uirum q̃ mulierem, infantem & sugentem, bouem & pecudem, camelum & asinum. Et [a] conuocans populum Saul, recensuit eos in [b] Telaim, ducenta millia peditum, & decem millia uirorum Iehuda. Et ueniens Saul ad ciuitatẽ Amalek, duxit ex-
B ercitum in uallem. Dixit quoq; Saul ad Kenæum, Ite, recedite & descendite è medio Amalekitarum, ne fortè te cum illo perdam, tu enim beneficentiam exercuisti cum omnibus filijs Israel quũ ascẽderent ex Aegypto. Recessit itaq; Kenæus ab Amalekitis. Et Saul percussit Amalek ab Hauila petente te Sur quæ est è regione Aegypti. Agag quoq; regem Amalek uiuum apprehendit, cunctum populum autem interfecit [c] gladio. Saul autem pepercit cum populo ipsi Agag, & præstantioribus gregibus, pinguioribusq; armentis atq; agnis, & cunctis quæ præstantia fuerunt, nec uoluerunt ea excindere: uniuersum uero quod contemptum erat & flaccidum, exciderunt. Factum est itaq; uerbũ DOMINI ad Samue-
C lem in hanc sententiam, Pœnitet me quod regem cõstituerim Saulem, quoniam [d] auersus est à me, nec uerba mea rata habuit. Samuel autem exæstuans dolore, clamauit ad DOMINVM tota illa nocte. Quumq; diluculo surrexisset Samuel, ut mane obuiam iret Sauli, nunciatum est Samueli in hanc sententiam, Saul uenit in Carmel, & ecce statuit sibi [e] trophæum, & uersus transijt descenditq; in Gilgal. Venit ergo Samuel ad Saulem, dixitq; ei Saul, Benedictus tu DOMINO, ratum habui uerbum DOMINI. Samuel ait, Et quis balatus gregũ istorum in au-
D ribus meis, & armentorum boatus quem ego audio? Respondit Saul, De Amalek adduxerunt ea, quoniam populus pepercit præstantissimis ouibus & bobus, ut ea immolent DOMINO deo tuo, reliqua uero excidimus. Ait ergo Samuel ad Saulem, Sine, indicabo tibi id quod loquutus est DOMINVS ad me hac nocte. Et dixit ei, Loquere. Dixit ergo Samuel, An non quum paruus esses in oculis tuis, caput factus es tu tribubus Israel, unxitq; te DOMINVS regem super Israelem? Et misit te DOMINVS in [f] expeditionem, & ait, Vade, & excinde peccatores Amalek, & bellum gere contra eos, donec eos conficias: cur ergo non audisti uocem DOMINI? quin ad prædam uersus, designasti quod malum est in oculis
E DOMINI. Et dixit Saul ad Samuelem, Imò, audiui uocem DOMINI, iuiq; ea uia

[a] Ebr. Et fecit audire, scilicet per præcones.
[b] Quidã Telaim pro agnis exponunt.
[c] Ebr. In ore gladij.
[d] Ebr. Versus est de post me.
[e] Ebr. Manum.
[f] Ebr. In uia.

Exod. 18.
Supra 13. 8

Digitized by Google

uia qua me miserat DOMINVS, adduxi autem Agag regem Amalek, Amalekitas autem excidi. Porrò populus accepit de præda oues & boues, præcipua ipsius Hærem, ut sacrificet ea DOMINO deo tuo in Gilgal. Et dixit Samuel, Num tam uolupe est DOMINO in holocaustis & uictimis, q̃ quũ auditur uox DOMINI? Ecce obedire præstat sacrificijs, & auscultare præstat arietum adipi. Quoniam cõtumacia peccatum est magiæ: & obfirmare animum, peccatum est idololatriæ. Quãdoquidem ergo tu abiecisti uerbum DOMINI, abiecit & ipse te, ne sis rex. Et dixit Saul ad Samuelẽ, Peccaui, ꝙ transgressus sum os DOMINI, & uerba tua, quoniam timui populum, acquieuiꝗ uoci eorum: fer itaꝗ quæso peccatum meum, & reuertere mecum, ut adorem DOMINVM. Et ait Samuel ad Saulem, Non reuertar tecũ, quoniam reprobasti uerbum DOMINI, & DOMINVS te reprobauit, ne sis rex super Israelem. Quumꝗ uerteret se Samuel ut abiret, tenuit ille alam pallij sui, & scindebatur. Et dixit ad eum Samuel, Scidit DOMINVS hodie regnum Israelis à te, & dedit illud proximo tuo qui te melior est, neꝗ fallet uictor Israelis, neꝗ pœnitudine ducetur, quandoquidem non est homo, ut pœnitudine ducatur. Ait ille, Peccaui, sed nunc id honoris mihi exhibe quæso coram senioribus populi mei, & coram Israele, & reuertere mecum, ut adorem DOMINVM deum tuum. Versus itaꝗ Samuel post Saulem, adorauitꝗ Saul DOMINVM. Dixit autem Samuel, Adducite ad me Agag regẽ Amalek: uenitꝗ ad eum [g]Agag delicatus. Et dixit Agag, Profecto recessit [h]amaror mortis. Et dixit Samuel, Quemadmodũ gladius tuus orbauit mulieres, sic orba erit mater tua prę mulieribus. Et dissecuit Samuel ipsum Agag corã DOMINO in Gilgal. Abijt uero Samuel in Rama, Saul uero ascendit in domũ suam in Gibea Saul. Neꝗ post hac uidit Samuel Saulem usꝗ ad diẽ mortis suæ, quoniam lugendo se conficiebat Samuel propter Saulem, ꝙ DOMINVM pœnituisset ꝙ constituisset Saulem regem super Israelem.

Quæ sit uera obedientia.
Eccl.4.d
Osee 6.c
Matth.9.b

F

G

g Ebr. Agag deliciarum.
h Præ se ferre uidetur hoc sermone cõtemptum mortis.

CAP. XVI.

Samuel Saulem luget donec à domino reprehenditur, & Dauid eligi iubetur. Cacodæmon uexat Saulem, Dauid cithara mitigat furorem.

DIxit uero DOMINVS ad Samuelem, Quousꝗ tu luges Saulem, quũ ego reprobauerim eum ne regnet super Israelem? Imple cornu tuũ oleo, & uade, mittam te ad Isai Bethlehemitã, quoniã in filijs eius prouidi mihi regem. Et dixit Samuel, Quomodo irem? Si Saul audierit, interficiet me. Respondit DOMINVS, Accipe bucculã in manus tuas, & dic, Ad sacrificandũ DOMINO ueni, & uoca Isai ad sacrificiũ, ego ostendã tibi quid facias, ungesꝗ mihi quẽ ego dixero tibi. Samuel itaꝗ fecit sicut loquutus est DOMINVS. Quumꝗ uenisset Beth Lehem, obstupuerunt seniores urbis obuiam ei facti. Et ait [quispiã ex eis,] [a]Saluúsne aduenis? Respondit, Saluus, uenio sacrificatũ DOMINO, sanctificamini igitur, & uenite mecũ ad uictimã: sanctificansꝗ Isai & filios eius, uocauit eos ad sacrificiũ. Factũ est aũt quum illi uenissent, ut ipse uideret Eliab, diceretꝗ, Certe corã DOMINO est Christus eius. Et ait DOMINVS ad Samuelẽ, Ne respicias ad formã eius, & ad proceritatem staturæ eius, quoniam reprobaui hũc: nõ enim quod uidet homo: homo enim uidet quod oculis obuersatur, sed DOMINVS intuetur cor. Vocauit igitur Isai Abinadab, & traduxit eum coram Samuele, qui dixit, Nec hunc elegit DOMINVS. Post hoc traduxit Isai Samma, & ait, Etiam hunc non elegit DOMINVS. Curauit itaꝗ Isai ut transirent septem filij sui coram Samuele. Et dixit Samuel ad Isai, DOMINVS non elegit istos. Rursusꝗ dixit Samuel ad Isai, [b]Adsúntne omnes pueri? Qui ait, Est adhuc reliquus minimus natu, qui pascit oues. Et ait Samuel ad Isai, Mitte, & [c]adduc eum, non enim [d]discũbemus donec iste huc uenerit. Misit ergo, & adduxit eum, eratꝗ ille rufus, pulchra forma, & [e]læta facie. Et ait DOMINVS, Surge & unge eum,

A

B

Psal.7.c

C

a Eb. An pax ueniente te.
b Eb. Sunt ne pueri consumati, aut finiti: uel, defecerunt ne pueri?
c Ebr. Accipe eum.
d Ebr. Circundabimus: sedebant enim in corona ad mensam.
e Eb. Bona.

hic em̃ eſt. Accepit igitur Samuel cornu olei, & unxit eum in medio fratrũ eius.
Ab illo die & deinceps †ſpiritus DOMINI agitare cœpit Dauidẽ. Surgens uero
Samuel abijt in Rama. Porrò à Saule receſſit ſpiritus DOMINI, turbauitq́ eum
ſpiritus malus à DOMINO. Et dixerũt ſerui Saulis ad eum, En ſpiritus dei ma-
lus turbat te, dicat quæſo dominus noſter ſeruis tuis qui corã te ſunt, ut quærant
aliquem qui norit [f]cithara canere, ut quũ fuerit ſuper te ſpiritus dei malus, ille lu
dat manu ſua, & bene ſit tibi. Reſpondit Saul ſeruis ſuis, Diſpicite ergo mihi ali
D quem qui egregie moduleĩ, & adferte [eum] ad me. Reſpondit aũt unus ex pue
ris, dicens, En uidi filiũ Iſai Bethlehemitã, qui pſallendi peritus eſt, ad hæc uir for
tis, uirtute præditus, ſtrenuusq́ bellator, prudens in [gerẽdis] [g]rebus, uir deniq́
formoſus, & cum quo eſt DOMINVS. Miſit igitur Saul nuncios ad Iſai hiſce
[h]mandatis, Mitte ad me Dauidẽ filium tuum, qui cum ouibus eſt. Accipiẽs ergo
Iſai aſinũ, panem, & lagenam uini, hœdumq́ unũ ex capris, miſit ad Saulem per
manũ Dauidis filij ſui. Veniens aũt Dauid ad Saulem, ſtetit coram eo, & dilexit
eum ualde, factusq́ eſt armiger eius. Mittens aũt Saul ad Iſai, ait, [i]Stet quæſo Da
uid coram me, inuenit enim gratiam in oculis meis. Factũ ergo eſt, quoties ſpi-
ritus dei erat ſuper Saulem, Dauid accepta cithara, pulſauit manu ſua, & tum re
frigerium fiebat Sauli, meliusq́ habuit, receſſitq́ ab eo ſpiritus malus. XVII.

1.Reg.7.b Pſal.77.d 88 b Act.7.f 13.d

f Aliqui Canoram interpretãtur, Ebræis eſt Kinor.

g Quidã Nebon dabar exponunt pro bono rhetore ac eloquente.

h Eb. Dicendo.

i Standi uerbo pro miniſtrandi utuntur Ebræi.

Monomachia inter Goliath & Dauidem deſcribitur, quem iactabundum antagoniſtam, præſidio dei feliciter, nec ſine gloria Dauid *uicit.*

A CONgregantes Paleſtini copias ſuas ad prælium, collecti ſunt in Socho, quæ
eſt in Iuda, poſuerũtq́ caſtra inter Socho, & inter Aſeka in termino Dam
mim. Sed & Saul & uiri Iſraelitici congregati ſunt, caſtrametatiq́ ſunt in ualle
quercus, & inſtruxerũt aciem aduerſus Paleſtinos. Et Paleſtini quidẽ ſtabant ſup
montẽ hinc, Iſraelitæ ſuper montẽ ſtabãt iſthinc, eratq́ uallis inter eos. Egreſſus
autem eſt uir [a]inter duas acies ex caſtris Paleſtinorum, Goliath erat nomen eius, de
Gath: altitudo eius erat ſex cubitorum & palmi, galea chalybæa erat in capite eius,
& lorica ſquamata induebatur: pondus aũt loricę habuit quinq́ millia ſiclorum
chalybis, ocreas chalybæas habuit in pedibus ſuis, clypeus chalybæus erat inter
ſcapulas eius, contus lanceæ eius ut iugũ texentium, lamina uero lanceę eius ha
buit ſexcentos ſiclos ferri, præcedebatq́ ante eum ferens haſtam. Qui ſtans pro-
uocabat ordines Iſraeliticos, & dixit eis, Cur egreſſi eſtis? cõgredi ſcilicet prælio?
An non ego ſum Paleſtinus, & uos ſerui Saulis? Eligite uobis uirum qui ad me
B deſcendat, ſi poterit pugnã inire mecũ, & me trucidare, erimus ſerui ueſtri: ſi autẽ
ego [b]ſuperaro eum percuſſeroq́ eũ, eritis uos ſerui noſtri, ſeruietisq́ nobis. Ad-
diditq́ Paleſtinus, Ego hodie probro affeci caſtra Iſraelitica, [dicẽs,] Date mihi
uirũ, ut pugnã ſimul ineamus. Audiens autem Saul cunctiq́ Iſraelitæ uerba iſta
Paleſtini, perculſi ſunt pauore, timueruntq́ uehementer. Dauid aũt erat filius cu
iuſdam Ephratæi de Beth Lehem Iuda, cuius nomen erat Iſai, qui habuit octo fi
lios, eratq́ hic uir in diebus Saulis ſenex, & [c]ueniebat inter [d]homines. Profecti
aũt erant tres filij Iſai maiores [natu] ſequuti Saulẽ in militiã, & nomina trium
filiorum eius, qui ad bellũ profecti erant, Eliab primogenitus, ſecũdus Abinadab,
tertius uero Samma. Dauid aũt erat minimus [natu,] profecti itaq́ erant tres ma
iores poſt Saulem. Porrò Dauid iuerat & redierat à Saule, ut paſceret oues patris
ſui in Beth Lehẽ. Acceſſit itaq́ Paleſtinus ille mane quũ illuceſceret dies, ſimulq́
ſub ueſperã, ſtatuebatq́ ſe [ſic] dies quadraginta. Dixit aũt Iſai ad Dauidẽ filium
ſuum, Cape quæſo fratribus tuis Epha toſti huius f[illegible]nti, decemq́ panes iſtos,
C & defer cito in caſtra ad fratres tuos. Decẽ inſuper iſtos lacteos caſeos fer tribu[illegible]
no militũ, inuiſeq́ fratres tuos, num recte ualea[illegible] accipe deniq́ [e]diuerſi generis
quædã, quæ illis [adferas.] Porrò Saul, ipſi & omnes Iſraelitæ erãt in ualle quer

a Benaim quidã intermedium, quidam monſtroſæ magnitudinis exponũt: poſſet etiam dici, inter duos montes.

b Eb. Si potuero ei.

c Venire hic aut ingredi, adminiſtrationem aliquam ſignificare uidetur, ut ſup. Deut. 23. dictum eſt. Fuit uir primarius, in officio aliquo & gradu.
d Vel, inter uiros.

e Eb. Cõmixtionem eorum: ſed uarie exponi poteſt, uaria, promiſcua, commixta.

cus

Digitized by Google

cus belligerantes cũ Palestinis. Consurgens aũt Dauid mane, [f]dimisit oues cu stodi, & acceptis [his,] abijt, quemadmodũ Isai præceperat ei, uenitq́ in uallũ ca strorũ. Egressus enim erat exercitus ut acies instruerent, classicumq́ canebant ad pugnam. Instruxerant inquã tam Israelitę q̃ Palestini aciem, ut esset acies contra aciem. Dauid ergo abiectis armis à se in manũ cuiusdam custodientis arma, cu currit in aciem, ueniensq́ interrogat de fratribus suis num salui sint. Loquẽte au tem illo cũ eis, ecce uir ille intermedius (nomen eius erat Goliath Palestinus de Gath) ascẽdebat ex ordinibus Palestinorũ, loquebaturq́ huiusmodi uerba, quæ audiebat Dauid. Quicunq́ aũt ex Israelitis uirum illum uidissent, fugerunt à fa cie eius, timuerũtq́ uehementer. Et dixit quisq́ ex Israelitis, An non uidistis uirũ illum ascendentẽ? nempe q̃ ascendit ut probrum obijciat Israeli? Et rex quidem ditabit eum magnis opibus, qui istũ trucidarit, tradetq́ ei filiam suam, tum & do mum patris sui libertate donabit. Dixit ergo Dauid ad uiros qui stabant cum eo D in hanc sententiã, Quid fiet uiro illi qui percusserit istũ Palestinũ, probrumq́ ab stulerit ab Israele? Nam quis Palestinus iste incircũcisus, qui cõtumeliis afficiat or dines dei uiuentis? Respondit ei populus secundũ istud uerbũ, Sic fiet tali uiro qui eum percusserit. Audiens aũt Eliab frater eius maior natu illũ loquentẽ cum uiris, succensuit ira Eliab in Dauidẽ, & dixit, Cur huc descendisti? & apud quem abiecisti paucas illas oues in deserto? ego noui arrogantiã tuam, malitiamq́ cor dis tui, q̃ in hoc scilicet descendisti ut præliũ spectares. Et dixit Dauid, Quid igi tur feci? An [g]non is sermo est? Versus igitur ab illo, obuiã fit alij, & loquutus est ut antea. Responderũtq́ ei [quidã] è populo iuxta [h]priorem sermonẽ. Auditaq́ sunt uerba quæ loquebatur Dauid, quæ relata sunt corã Saule, qui & [i]accersiuit eum. Et ait Dauid ad Saulẽ, Ne concidat ullius hominis cor [k]in sese, seruus tuus ibit & depugnabit cum Palestino isto. Et dixit Saul ad Dauidẽ, Non poteris ire aduersus Palestinũ illum, ut cum eo congrediaris, quoniã adolescens es tu, ipse aũt uir est bellandi gnarus, idq́ ab adolescentia sua. Respondit Dauid ipsi Sauli, Seruus tuus pascebat oues patris sui, irruit aũt leo & ursus, abripuitq́ pecudẽ de E

Eccli 47.a grege, egressus ego post illũ, trucidaui eum, eripuiq́ ex ore eius: quumq́ insur geret aduersum me, apprehendi eum fortiter barba cũ mandibula, percussi eum, & interfeci eum. Non leonem ergo dũtaxat, sed & ursum interfecit seruus tuus: erit itaq́ Palestinus iste incircũcisus tanq̃ unus ex illis, quoniã contumeliose in sultauit ordinibus uiuentis dei. Addiditq́ Dauid, DOMINVS qui liberauit me de [l]uiolẽtia leonis, & de ferocia ursi, is eripiet quoq́ me è manu Palestini istius. Et dixit Saul ad Dauidem, Vade, & DOMINVS sit tecũ. Et induit Saul Daui dem uestimẽtis suis, imposuitq́ capiti eius galeam chalybeã, induitq́ eum lori ca. Cinxit quoq́ Dauid gladiũ eius super uestimẽta sua, conatusq́ est incedere, quandoquidẽ periculum nunq̃ fecerat. Et dixit Dauid ad Saulem, Non possum in istis incedere, quandoquidẽ periculũ nunq̃ feci. Abiecit ergo Dauid à se ista, & accepto baculo suo in manum suam, elegit sibi quinq́ leues lapides è torrẽte, posuitq́ eos in instrumentum pastorale [m]quod habuit, inq́ perã, & funda eius erat in manu eius, accessitq́ ad Palestinum. Ibat & Palestinus, incedens & appro pinquans ad Dauidem, uirq́ ferens hastam præcedebat eum. Quumq́ Palesti F nus intuitus esset, uidissetq́ Dauidẽ, despexit eum: fuit enim iuuenis & rubicun dus cum formæ elegantia: aitq́ Palestinus ad Dauidem, Num ego canis sum, q̃ tu uenis ad me cum baculis? Deuouitq́ Palestinus [n]Dauidem dijs suis. Dixitq́ Palestinus ad Dauidẽ, Accede ad me, & dabo carnem tuam uolatili cœli, & be stiæ agri. Dixit Dauid ad Palestinũ, Tu uenis ad me cum gladio, lancea & cly peo, ego aũt uenio ad te in nomine DOMINI exercituũ, qui deus est ordinum Israeliticorũ, cui tu insultasti. Cõcludet te DOMINVS hoc die in manũ meã, per

[f] Eb. Abiecit.

[g] Scilicet qui in ore omnium uertitur, & quem omnes tactãt.
[h] Eb. Secundũ uerbum istud.
[i] Eb. Tulit eum.
[k] Vel, propter ipsum, uel propter istam rem.

[l] Eb. De manu.

[m] Ebr. Quod ei.

[n] Alij legunt, maledixit ei in deo suo, scilicet, deo Dauidis.

Digitized by Google

cutiamq; te, atq; auferã caput tuum à te, & tradam °cadauera castrorũ Palestinorum hodie uolucribus cœli, & feris terræ, ut ᵖsciãt omnes qui sunt super terrã, quod deus est in Israele: sciet insuper uniuersa congregatio ista, quod DOMINVS nõ seruat gladio & hasta, etenim DOMINI est prælium hoc, isq; tradet uos in manus nostras. Factumq; est quũ consurrexisset Palestinus ut proficisceretur, congrederetur-q; cum Dauide, festinauit & Dauid & ᵠcucurrit in conflictũ obuiam Palestino. Mittẽs ergo Dauid manũ suam in peram, tulit inde lapidem, fundamq; contorsit, ferijtq; Palestinũ in fronte eius, inseditq; lapis in fronte eius, cõciditq; in

G faciem suã super terrã. †Superiorq; euasit Dauid Palestino funda & lapide, ferijtq; Palestinũ, interfecitq; eum, quum non esset gladius in manu Dauidis. Currens præterea Dauid, stetit sup Palestinũ, & accipiens gladiũ illius, extrahensq; ipsum è uagina sua, interfecit eum, eodemq; caput eius abscidit. Videntes aũt Palestini quod mortuus esset gigas eorũ, fugerunt. Surgentes itaq; uiri Israel & Iuda, clamore bellico insequuti sunt Palestinos, donec uenias in ʳuallem, & usq; ad portas Accaron, cecideruntq; uulnerati ex Palestinis in uia Saaraim, usq; ad Gath & Accaron. Et reuersi filij Israel ab insequutione Palestinorũ, uastarunt castra eorũ. Tollens itaq; Dauid caput Palestini, portauit illud in Ierusalẽ, arma uero eius posuit in tabernaculo suo. Quumq; Saul uidisset Dauidẽ prodire obuiam Palestino, dixerat ad Abner imperatorẽ exercitus, Cuius filius est adolescens ille ô Abner? Respondit Abner, Viuit anima tua ô rex, si noui. Dixitq; rex, Interroga tu cuius filius sit adolescens ille. Quum uero reuerteretur Dauid à cæde Palestini, tulit eum Abner, & duxit eum in conspectũ Saulis, habentem caput Palestini in manu sua. Et ait ad eũ Saul, Cuius filius es tu adolescens? Respondit Dauid, Filius sum serui tui Isai Bethlehemitæ.

Psal. 77. d
1. Mac. 4. d

°Hbr. Cadauer.
ᵖHbr. Vt sciant omnis terra.
ᵠPotest & sic legi, Effecit Dauid ut curreret acies, scilicet spectatum pugnam.
ʳQuidã Gaie proprium esse putãt uallis alicuius.

CAP. XVIII.

Coeunt inter se Ionathan & Dauid firmißima amicitia, Dauid prudenter omnia gerens, rebus præficitur, sed nõ caret inuidia eius gloria, quin ei à rege insidiæ struantur.

A POsteaq̃ cessasset [Dauid] loqui ad Saulem, animus Ionathan conglutinatus est animo Dauidis, ut diligeret eum Ionathan ut ᵃanimam propriam. Accepitq; eum Saul eodem die, neq; ᵇpermisit eum redire in domũ patris sui. Fecerijt itaq; Ionathan & Dauid fœdus, quum diligeret eum ut propriam animam. Exuit autem Ionathan tunicã ᶜqua erat indutus, & dedit eam Dauidi, sed & interiorem uestem suam deinde, & gladiũ suum & arcum suum cum baltheo suo.

B Et egressus Dauid, quocunq; illum mittebat Saul, prudenter [rem] gessit, & præfecit eum Saul militibus, eratq; acceptus in oculis totius populi, simulq; in oculis seruorum Saulis. Factum autem est, quum ipsi uenirent, rediretq; Dauid à cæde Palestini, egressæ sunt mulieres ex cũctis ciuitatibus Israel cum canticis & ᵈtibijs obuiam Sauli regi, cum tympanis, cum lætitia & fidibus. Alternis autem canebant mulieres ludentes, & dixerunt, Percussit Saul suos ᵉmille, & Dauid suos decem mille. Hoc Sauli uehemẽter iram commouit, displicuitq; hoc uerbum in oculis eius, ut diceret, Dederunt Dauidi decem millia, mihi autem dederunt mil-

C lia, & porrò profectò illi ᶠregnum. Saul ergo maligne intuebatur Dauidem ex hoc die, & deinceps. Postero die contigit ut spiritus dei malus Saulem inuaderet, utq; prophetaret intra domum, Dauid autem psalleret manu sua, sicut cæteris diebus, & esset lancea in manu Saulis. Tollens igitur Saul lanceam, ᵍcogitauit, ʰTraiecto Dauide infigã lanceam parieti. Declinauit autem Dauid à facie eius bis: timuitq; sibi Saul à Dauide, quod DOMINVS esset cum eo, recessissetq; à Saule. Amandauit igitur Saul eum à se, constituitq; eum tribunum militum, ut egrederetur & ⁱingrederetur coram populo. Dauid autem in omnibus uijs suis pru-

D denter agebat, DOMINVSq; erat cum ipso. Quumq; uidisset Saul quod supra modum prudens esset, metuit sibi ab eo. Vniuersus autem Israel & Iuda diligebat

Eccli 47. a

ᵃAnima pro toto homine: anima Ionathæ. i. ipse Ionathã: dilexit eum ut animam suam, id est, ut seipsum.
ᵇHb. Non dabat.
ᶜHb. Quæ super eã.
ᵈQuidã legunt, choris.
ᵉHebræi legunt, in millibus.
ᶠSupple dabunt.
ᵍHb. Dixit.
ʰHbr. Percutiam in Dauidẽ & in parietem.
ⁱEgredi & ingredi ante populum, significat omnia populi negotia trãsacta esse & pependisse à Dauide.

Dauidem,

Digitized by Google

Dauidē, quoniā ipse egrediebatur & ingrediebatur ante eos. Et ait Saul ad Dauidem, Ecce dabo Merob filiam meam maiorē natu tibi uxorem, modo sis mihi [k]uir fortis, belligeresq́ bella DOMINI. Saul tamen cogitabat, Non erit manus mea contra eum, sed manus Palestinorū erit cōtra eum. Et ait Dauid ad Saulem, Quis sum ego, & quæ uita mea, aut familia patris mei in Israele, ut gener fiam regis? Factumq́ est in tempore quo danda erat Merab filia Saulis ipsi Dauidi, ut daretur Adrieli Meholathitæ uxor. Amauit aūt Dauidem Michal filia Saulis, in dicaruntq́ id Sauli: [l]quæ res placuit Sauli. Dixit ergo Saul, Dabo eam illi, ut sit ei in laqueum, utq́ sit contra eum manus Palestinorū. Dixitq́ Saul ad Dauidē, In [m]alterutra eris mihi gener hodie. Mandauitq́ Saul seruis suis, Loquimini clàm ad Dauidē in hanc sententiā, En fauet tibi rex, omnesq́ serui eius amant te, fias ergo gener regis. Et loquuti sunt serui Saulis uerba ista in auribus Dauidis. Dixitq́ Dauid, Num uero leue uobis uidetur, generū fieri regis? quum ego sim uir pauper & obscurus. Et renunciarūt serui Saulis ipsi, dicētes, Iuxta hæc uerba loquutus est Dauid. Et ait Saul, Sic dicetis Dauidi, Rex non delectatur donatione propter nuptias, nisi centum præputijs Palestinorū, ut uindicta sumatur de hostibus regis. Saul aūt cogitabat hoc effectum ut Dauid per manum Palestinorū prosterneretur. Quumq́ serui eius indicassent uerba ista Dauidi, placuit hæc res in oculis Dauidis, ut gener fieret regis. Necdum exacti erant dies, Dauid surrexit & abijt unà cum uiris suis, & percussit ex Palestinis ducentos uiros, quorū præputia Dauid attulit: & impleuerunt ea regi, ut scilicet gener fieret regi: deditq́ Saul Michal filiā suam ei uxorem. Videns aūt Saul, animaduertensq́ q̄ DOMINVS esset cum Dauide, q̄q́ Michal filia Saulis eum diligeret, plus metuit sibi Saul à Dauide, fuitq́ Saul hostis Dauidi cūctis diebus. Et egressi sunt principes Palestinorū, quumq́ egrederentur ipsi, Dauid prudētius egit q̄ omnes serui Saulis, ut fieret nomen eius ualde [n]illustre.

E B F G

[k] Ebr. Filius fortitudinis.

[l] Ebr. Et rectum fuit uerbum istud in oculis Saulis.

[m] Ebr. In duabus, subintelligitur autē filiabus, uel, ut alij uolunt, uicibus.

[n] Eb. pretiosum.

CAP. XIX.

De insidijs & atroci odio quibus crudelißimus rex Saul innocentem Dauidem *persequitur, & quibus medijs manus eius effugiat* Dauid.

ET loquutus est Saul ad Ionathan filiū suum, & ad cūctos seruos suos, ut occiderent Dauidem, sed Ionathan filius Saulis [a]egregio fauore Dauidē prosequebatur. Nunciauit itaq́ Ionathan Dauidi, dicēs, Saul pater meus quærit [occasionem] ut te interficiat, caue igitur quæso usq́ mane, sedensq́ in occulto abscōde te: ego uero egrediar, et stabo ad manū patri meo in agro in quo tu fueris, loquarq́ pro te ad patrem meū, & si qd uidero, indicabo tibi. Loquutusq́ est Ionathan bonū pro Dauide ad Saulem patrē suum, & dixit ad eum, Ne peccet rex in seruū suum Dauidem, quoniā nihil designauit aduersus te, sed opera eius ualde utilia tibi fuerunt, posuit enim animā suam in manum suam, & percussit Palestinū, & fecit DOMINVS salutē magnā uniuerso Israeli: tu uidisti & gauisus es, cur ergo peccares contra sanguinē innocentem, ut interficeres Dauidē absq́ causa? Audiens aūt Saul uocem Ionathan, iurauit, [b]Viuit DOMINVS, si interficiatur. Et Ionathan uocans Dauidē, indicauit ei Ionathan cuncta uerba ista, introduxitq́ Dauidē ad Saulem, ut esset corā eo sicut heri & nudiustertius. Factū est aūt rursus bellū, & egressus Dauid pugnauit contra Palestinos, percussitq́ eos cæde magna, fugeruntq́ coram eo. Factus est aūt spiritus DOMINI malus in Saule, sedebatq́ in domo sua, habens lanceā in manu sua, Dauid uero ludebat manu. Et conatus est Saul traiecto Dauide lanceā defigere in parietē: at ille subduxit se corā eo, & defixit lanceā in parietem, & Dauid fugiēs, ereptus est eadem nocte. Misit ergo Saul nuncios ad domum Dauidis, qui eum obseruarent, atq́ mane eum interficerent. Indicauit [hoc] Dauidi Michal uxor eius hisce uerbis, Nisi tu serues animā tuam hac nocte, cras interfectus eris. Demisit ergo Michal

A B

[a] Eb. Cōplacuit admodum in Dauide.

[b] Formula iurandi Ebraica: si pro non.

Dauidem per fenestram, qui abiens effugit, atque ereptus est. Tollens autem Mi
C chal imagines, posuit super lectum, & [c]uittã ex pellibus caprinis ad capita ipsa-
rum, operuitque ueste. Et quum Saul misisset nuncios ut tollerent Dauidem, dice-
bat illa, Aegrotus est. Rursum misit Saul nuncios ut uiderent Dauidem, dicens,
Afferte eum ad me in lecto, ut eum interficiam. Quumque nuncij essent ingressi,
ecce imagines iacebant in lecto, & uitta ex pellibus caprinis ad capita ipsarum.
Ait autem Saul ad Michal, Cur mihi sic imposuisti? & dimisisti inimicum meum
ut euaderet. Respondit Michal Sauli, Quoniam ipse dixit mihi, Omitte me, ne
fortè te interficiam. Dauid igitur fugiens ereptus est, & uenit ad Samuelẽ in Ra
ma, indicauitque ei omnia quæ fecerat sibi Saul: & abijt ipse & Samuel, & habita
uerunt in [b]Naioth. Nũciatumque est Sauli hisce uerbis, Ecce Dauid est in Naioth
in Rama. Et misit Saul nuncios qui adducerent Dauidem. Et uidit cuneum pro
D phetarum prophetantiũ, & Samuelem stantem antistitem super eos, factusque est
spiritus dei super nũcios Saulis, ut & ipsi prophetarent. Et nunciarunt [hoc] Sau
li. Is misit alios nuncios, qui & ipsi propheta rũt. Saul autem rursus misit tertios
nuncios, & hi quoque prophetarunt. Abiens ergo & ipse in Rama, uenit ad pu-
teum magnum qui est in [c]Sechu, & interrogans ait, Vbi sunt Samuel & Dauid?
Et respondit [quidam,] Ecce in Naioth in Rama. Et abijt illò ad Naioth in Ra
ma: & uenit super ipsum quoque spiritus dei, & eundo ibat atque prophetabat, do-
nec ueniret in Naioth in Rama. Ipse quoque exutis uestibus suis, coram Samuele
prophetauit, & ꝓcidit nudus tota illa die & tota nocte. Hinc dicitur, Est ne Saul
inter prophetas? CAP. XX.

[c] Alij dicunt, ceruical, alij pellẽ caprinam, alij comam factitiã, alij utrem, uel lagenam, alij uillosum aut pilosum pileolum.

[b] Quidam Naioth et Rama appellatiua exponũt, pro domibus aut scholis in excelso, & sic esset Nauoth.

[c] Quidam Sechu appellatiuum faciunt in sede.

Prouerbiũ. Supra 10.c

Ionathan fugitiuum Dauidem in extremo periculo positum consolatur: uerbis amicis erigit, & summa fide amico adest.

A FVgiens uero Dauid de Naioth in Rama, uenit & dixit corã Ionathan, Quid
feci? quæ iniquitas mea? aut quod peccatũ meum corã patre tuo, quod quæ-
rit animã meam? Qui dixit ei, Absit, nequaquam morieris, en pater meus nihil facit
siue magnũ sit siue paruũ, quod auri meæ non reuelet, quomodo ergo clàm ha-
beret me pater meus hanc rem? nequaquam hoc. Et Dauid rursum iurauit, dicẽs, Scit
plane pater tuus quod gratus [a]sum tibi, ideo cogitat, Ne rescíscat hoc Ionathan, ne
fortè dolore afficiatur. Et profecto ut uiuit DOMINVS, & uiuit anima tua, uix
passus inter me & mortẽ intercessit. Et ait Ionathan ad Dauidẽ, Quidquid pro [b]uo
to desideras, faciam tibi. Respondit Dauid ipsi Ionathan, Ecce cras neomeniæ
erunt, quũ omnino deberem cum rege ad mẽsam discũbere, tu uero dimittas me,
B ut abscondar in agro usque ad uesperã tertiæ diei. Si pater tuus accurate de me per
quisierit, dicas, [c]Obnixe precatus est à me, ut ei liceat [d]festinato ire in Beth Lehẽ
ciuitatem suam, quoniam sacrificiũ gentilitium est ibi solenne toti familiæ. Si sic
dixerit, Bene est, recte habent res serui tui. Quod si ira fuerit concitatus, plane no
ueris apud ipsum consummatam esse malitiam. Hoc ergo beneficiũ præsta seruo
tuo, quoniam in fœdere DOMINI adduxisti seruum tuum ad te. Quod si est ali
qua iniquitas in me, interfice tu me, quid enim ad patrem tuũ me introduceres?
Et dixit Ionathan, Absit à te, quoniam si cognouero consummatã esse malitiam
patris mei, ut super te ueniat, an non [putas] quod tibi sim indicaturus? Et dixit Da
uid ad Ionathan, Quis mihi [e]indicabit? aut si dure responderit tibi pater tuus? Et
ait Ionathan ad Dauidem, Age, egrediamur in agrũ, Egressique sunt ambo in a-
C grum: & dixit Ionathan ad Dauidem, DOMINVS deus Israel (si explorauero
patrem meum cras iuxta hoc tempus, aut perendie, isque beneuolũ se erga Daui-
dem [ostenderit,] [f]si nõ tum misero ad te, [g]reuelaroque tibi,) DOMINVS inquã
faciat sic Ionathan, sicque addat. Quod si uisum fuerit patri meo, ut te malis [affi-
ciat,] id quoque tibi reuelabo, dimittãque te ut in pace abeas, sitque DOMINVS te-
cum

[a] Ebr. Quod inueni gratiam in oculis tuis.
[b] Ebr. Quid dixerit anima tua.

[c] Ebr. Postulãdo postulatus est.
[d] Eb. Currere.

[e] Si scilicet recte habeat, (est enim defectiua oratio) aut si mansuete responderit.
[f] Formula iurandi Ebraica.
[g] Eb. Reuelauero auribus tuis.

Digitized by Google

cum quemadmodum fuit cum patre meo. Si id non [præstitero,] [h]nec mihi uiuo, nec mortuo beneficium DOMINI præstiteris. Et si non [fecero] hoc, succidas beneficentiam tuam à domo mea perpetuò. Si inquam non [fecero] hoc, quũ DOMINVS exciderit hostes Dauidis è terra, excindat & Dauid Ionathan unà cum domo [sua,] requiratq́; [id] DOMINVS de manu hostium Dauidis. Ad hæc [i]iurauit Ionathan Dauidi, per dilectionem nempe qua illum diligebat, (diligebat autem eum ut propriã animam,) & dixit ei Ionathan, Cras sunt neomeniæ, tuq́; desideraberis, (uacabit enim locus in quo tu accumbere soles,) tertio autem die descendes continuo, ueniesq́; in locum ubi latitaueras die profesto, sedebisq́; pone lapidem Asel, iaciamq́; tres sagittas ad latus, iaciendo scilicet mihi ad scopũ. Mittam deinde puerum, Vade [k]quære iacula. Si igitur dixero ad puerum, En sagittæ à te [iacent] huc uersus, cape eum, & ueni, res enim tuæ saluæ sunt, & nihil est negotij, uiuit DOMINVS. Quod si sic dixero adolescenti, En sagittæ à te & ultra [promissæ iacent,] uade, quoniam amandauit te DOMINVS. Porrò, uerbi quod ego & tu loquuti sumus, sit DOMINVS inter me & inter te [testis] perpetuò. Latuit ergo Dauid in agro, & factæ sunt neomeniæ, discubuitq́; rex ut ederet panem. Sedebat autem rex in solio suo, quemadmodum aliâs, in solio scilicet ad parietem, & surrexit Ionathan, sedebatq́; Abner ad latus Sauli, uacauitq́; locus Dauidis. Illo die nihil loquutus est Saul, cogitabat enim, Fortè accidit ei quidpiam, ut [l]non sit mundus. Contigit aũt crastino, hoc est, altero die post nouam lunã, ut uacaret locus Dauidis, diceretq́; Saul ad Ionathan filium suum, Quare non uenit filius Isai, nec heri nec hodie ad panem? Et respondit Ionathan Sauli, Obnixe precatus est à me Dauid, ut liceret ei ire in Beth Lehem, dixit enim, Dimitte me quæso, habet enim sacrificium familia nostra in ciuitate, & hoc ipsum mandauit mihi frater meus: si igitur hanc [m]gratiam impetro apud te, sine quæso ut abeã, inuisamq́; fratres meos: & hæc causa est cur non uenerit ad mensam regis. Incaluit autem nasus Saulis contra Ionathan, dixitq́; ad eum, Fili mulieris rebellis, an non id intelligo, te filium Isai elegisse, ut & te & matrẽ tuam ignominiose pudefacias? Nam cunctis diebus quibus filius Isai super terra uiuit, neq́; tu firmaberis, neq́; regnũ tuum. Mitte igitur & adfer eum ad me, quoniam [n]morti est obnoxius. Respondit autẽ Ionathan Sauli patri suo, & dixit ad eum, Cur occidetur? Quid fecit? Iecit ergo Saul contra eum lanceam, ut eum transfigeret: animaduertitq́; Ionathan ꝙ omnino constitutum esset à patre suo, interficere Dauidem. Surrexit ergo Ionathan à mensa [o]uehementer iratus, neq́; comedit panem altera die post nouam lunã, erat enim dolore affectus propter Dauidem, & ꝙ pater suus pudefecisset eum. Mane facto egressus est Ionathan in agrum ad locũ quem Dauidi constituerat, eratq́; puer paruus cum eo. Et ait ad puerum suum, Curre, & quære sagittas quas eiaculor. Quumq́; curreret puer, ipse sagittas traijciebat ultra puerum. Veniente autem puero ad locũ sagittæ quam torquebat Ionathan, clamauit Ionathan post puerum, & dixit, An non sagitta ultra te est? Et rursum clamauit Ionathan post puerum, Festina celeriter, ne stes. Colligens ergo puer Ionathan sagittas, uenit ad dominũ suum. Porrò puer nihil huius nouit, duntaxat Ionathan & Dauid rem nouerant. Tradidit itaq́; Ionathan arma sua puero qui cũ eo erat, dixitq́; ei, Vade, & fer in ciuitatem. Et quũ abijsset puer, surrexit Dauid à parte meridionali, cadensq́; pronus in terram, ter inclinat: & mutuo osculantes, fleuerũt quisq́; coram altero, quousq́; Dauid plus fleret. Dixit ergo Ionathan ad Dauidem, Vade in pace, & quæ nós ambo iurauimus per nomen DOMINI hisce uerbis, DOMINVS sit inter me & inter te, inter semen meũ, & inter semen tuũ, [firma sint] perpetuò. Surgẽs igitur [Dauid] abijt, Ionathan uero ingressus est ciuitatem.

CAP. XXI.

D

E

F

G

[h] Quidam enunciatiue legunt, Non negabis mihi beneficẽtiam, siue dum uiuo, siue dũ mortuus fuero, neq́; excindas beneficentiam tuam à domo mea in æternũ, etiam tum quum dominus hostes tuos exciderit, &c.

[i] Alij, Adiecit Ionathan adiurare Dauidem.

[k] Ebr. Inueni sagittas.

[l] Eb. geminans hoc.

[m] Eb. Si inueni gratiam in oculis tuis, elabar quæso.

[n] Ebr. Filius est mortis.

[o] Ebr. In ira furoris, uel in calore nasi.

Digitized by Google

Dauid fuga elapsus uenit in Nob, receptus ab Ahimelech sacerdote, postquam come-
disset de panibus propositis, ad regem Achis transfugit.

A ET uenit Dauid in Nob ad Ahimelech sacerdotē. Ahimelech aūt occurrens
Dauidi, obstupuit, dixitq; ad eum, Cur solus es tu, nemoq; tecum? Et ait Da
uid ad Ahimelech sacerdotē, Rex mandauit mihi quoddā negotiū, dixitq; mihi,
Nemo quicq̄ resciat huius rei, ob quam te amando, & quā tibi mādaui, ad hæc
pueris indicaui locū quendam certum. Nunc igitur quid habes in potestate tua?
Da mihi panes quinq; in manū meam, uel quidquid inuentū fuerit. Et respon-
B dens sacerdos Dauidi, ait, Non est panis laicus sub manu mea, sed duntaxat sa- Leuit. 24.
crum habeo panem: si seruati sunt pueri, præsertim à mulieribus. Respondit Da
uid sacerdoti, & ait ad eum, Mulieres quidem reclusæ nobis fuerunt, tam heri q̄
nudiustertius quū exirem, fueruntq; [a] uasa puerorum sancta, & hic publicus [b] mos
est, quanto uero magis hodie sanctificatur [panis] in uase? Dedit itaq; sacerdos
sacrum [panem:] nec enim erat ibi panis alius q̄ panes facierum, qui erant amoti à De panibus facierum uide Exod. 25. & Leuitici 24. Matth. 12.a
conspectu DOMINI, ut ponerentur panes [c] recentes eo die quo illi amoueban
C tur. Erat aūt ibidē quidam ex seruis Saulis eodem die detentus corā DOMINO,
cuius nomen erat Doëg, Aedomæus, præfectus præpotens pastorum quos habebat
Saul. Ait aūt Dauid ad Ahimelech, An non est hic in manu tua lancea aut gla-
dius? gladiū enim meum & arma mea nō accepi in manum meam, nam uerbis
regis festinatum erat. Et dixit sacerdos, Gladius quidē Goliath Palestini, quem
tu trucidasti in ualle quercus, en inuolutus est uelo quodā post Ephod, si illum
uis tibi accipere, accipe, quia præter illū nullus alius hic est. Et ait Dauid, Non est
huic similis, da eum mihi. Et surgens Dauid die illa, fugit à facie Saulis, uenitq;
D ad Achis regē Gath. Dixerunt aūt serui Achis ad eum, An non hic est Dauid rex
terræ? An non huic canebant in [d] choris, huiusmodi uerbis, Percussit Saul suos
mille, & Dauid suos decem mille? [e] Voluebat autem Dauid hæc uerba in corde
suo, & timuit ualde à facie Achis regis Gath. Et immutauit [f] habitū suum in ocu
lis eorum, simulauitq; se furere inter manus eorum, exarauitq; [unguibus] in ual-
uis portarum, [g] defluens saliuam suam in barbam suam. Dixit itaq; Achis ad seruos
suos, En uidetis hominē uæsanorum more sese adflictantē, cur ergo induxistis eum
ad me? Num furiosis ego careo? ut adduceretis istum quoq;, ut uæsanorum mo
re sese adflictaret? Num is ueniet in domum meam?

a Vasa corpora intelligit.
b Obscurus est locus, alij aliter interpretātur. Et hæc uia polluta est, dicunt quidam.
c Ebr. Calidi.
d Alij legunt, in tibijs.
e Ebr. Posuit.
f Ebr. Gustum: capitur autem pro habitu aut gestibus corporis.
g Defluo in actiua uoce, ac transitiue usus sum: est enim Ebræis hiffeil, ac si dixissem deriuans.

CAP. XXII.

Quum effugisset Dauid in Adullam, ueniūt ad eum fratres & cognati, quibus Moa
bitico regi commendatis, redit in Iudæam, colligens ad se quadringētos uiros. Doeg pro
dit & trucidat iussu Saulis Ahimelech cum cæteris sacerdotibus. Abiathar seruatus ad
Dauidem concedit.

A DAuid ergo inde abiens, effugit in speluncā Adullam. Audientes id fratres
eius, & uniuersa domus patris eius, illuc ad eum descenderunt. [a] Conflu-
xeruntq; ad eum omnes uiri adflicti, & quicunq; obærati erant alieno ære, cun-
cti deniq; qui amaro erant animo, factusq; est eorum princeps. Habuit itaq; secum
circiter quadringentos uiros. Et abiens inde Dauid in Mizpe Moab, dixit ad re-
gem Moab, Egrediatur quæso pater meus & mater mea ad uos, donec sciā quid
facturus sit mihi deus. Et duxit eos in conspectū regis Moabitici, habitaruntq;
cum eo cunctis diebus quibus Dauid fuit in arce. Dixit uero Gad propheta ad
Dauidem, Noli desidere in arce, age, proficiscere in terram Iuda. Abiēs ergo Da
uid, uenit in syluam Hareth. Audiuit aūt Saul [b] prodijsse Dauidem, uirosq; qui
B cum eo erant. Saul aūt sedebat in Gibea subter arborem in Rama, habens lan-
ceam suam in manu sua, & cuncti serui sui stabant iuxta eum, dixitq; Saul ad ser
uos suos qui eum circumstabant, Auscultate obsecro filij Iemini, [c] num dabit fi-
lius Isai omnibus uobis agros & uineas, & constituet omnes uos tribunos &
centu-

a Ebr. Et collegerūt se.
b Ebr. Quod notus esset factus.
c Ebr. Etiam.

Digitized by Google

centuriones? Quandoquidē conspirastis uos omnes contra me, nec est qui reue-
let [d] auribus meis quod & filius meus [fœdus] pepigerit cum filio Isai: nemo in-
super ex uobis est quem id mecū male habeat, [e] quiq́ indicet mihi ꝙ filius meus
excitauit seruū meum contra me, ut struat insidias, quemadmodū hodie [uidere
est.] Respōdens Doeg Aedumæus, (qui & ipse stabat inter seruos Saulis,) dixit,
Vidi filium Isai uenientē in Nob ad Ahimelech filiū Ahitob, qui consuluit pro
eo DOMINVM, deditq́ ei cōmeatum, dedit ei insuper gladiū Goliath Palestini.
Mittens autē rex, ut accerserent Ahimelech filiū Ahitob sacerdotē, & omnem do-
mum patris eius, sacerdotes uidelicet, qui erant in Nob: ueneruntq́ omnes ad re
gem. Tunc dixit Saul, Audi quæso fili Ahitob. Et dixit, En [f] adsum domine. Et C
ait ad eum Saul, Quare conspirastis aduersum me, tu & filius Isai, in hoc quod
dedisti ei panē & gladiū, consuluistiq́ pro eo deum, ut insurgeret aduersum me,
strueretq́ insidias, ut hodie [est uidere.] Respondit Ahimelech regi, & ait, Et quis
est inter omnes seruos tuos fidelis ut Dauid, qui & gener regis est, qui ad iussa
[g] tua recessit, inclytusq́ est in domo tua? Num hodie [primum] cœpi pro eo con-
sulere deum? Absit hoc à me, ne imputet rex rem [hanc] seruo tuo in uniuersa do-
mo patris mei, nihil enim sciuit seruus tuus de toto isto negotio nec paruum nec
magnū. Et ait rex, Omnino morieris Ahimelech, tu & omnis domus patris tui.
Dixitq́ rex ad [h] emissarios qui stabant iuxta eum, Circūdate [illos,] & interficite
sacerdotes DOMINI, quoniam & illorum [i] manus est cum Dauide, & quum co
gnoscerent ipsum fugisse, non reuelarunt id [k] mihi. At serui regis noluerunt in-
ferre manus suas, ut irruerent in sacerdotes DOMINI. Tunc ait rex ad Doeg,
Verte tu, & irrue in sacerdotes. Et uersus Doeg Aedumæus, irruit in sacerdotes, D
interfecitq́ eodem die octogintaquinq́ uiros, [l] ferentes Ephod lineum. Ipsam
quoq́ Nob percussit gladio, tam uiros quàm mulieres, infantes quoq́ & lacten
tes, boues & asinos, pecudes quoq́ gladio. Seruatus est autem filius unus Ahi-
melech filij Ahitob, Abiathar, fugitq́ post Dauidem. Et nunciauit Abiathar Da-
uidi quomodo Saul occidisset sacerdotes DOMINI. Et ait Dauid ad Abiathar,
Sciebam eo die quum illic esset Doeg Aedumæus, quod certissime esset nuncia-
turus Sauli, ego [m] occasio fui omnium interfectorum ex domo patris tui, mane
apud me, ne metuas, quicunq́ enim animam meam quæsierit, animam quoque
tuam quæret, nam apud me custoditus eris.

[d] Ebr. Auri meæ.
[e] Ebr. Reuelet auri meæ.
[f] Ebr. Ecce ego domine.
[g] Eb. De auditu tuo.
[h] Ebr. Cursores.
[i] Manus pro consilio, auxilio.
[k] Ebr. Auri meæ.
[l] Non quod tum ferrent cū interficerentur, sed quod essent in ea ætate, eoq́ ordine ut ferre possēt, hoc est, ut ministrarēt in sacerdotio domini.
[m] Ebr. Ego circuiui in omni anima domus patris tui.

CAP. XXIII.

Dauid cum seruasset Keilam, ipse quoq; per dominum è manu Saulis liberatur, Ionathan eum consolatur & confortat, Ziphæi produnt.

NVnciauerunt autem Dauidi dicentes, En Palestini oppugnant Keilam, & A
diripiunt horrea. Consuluit ergo Dauid DOMINVM, dicens, Vadámne
& percutiam Palestinos istos? Et DOMINVS respondit Dauidi, Vade, tu percu
ties Palestinos, liberabisq́ Keilam. Et dixerunt uiri qui erant cū Dauide ad eum,
Ecce nos hic in Iuda metuimus, quanto magis si Keilā profecti fuerimus ad exer
citum Palestinorū? Dauid secundo consuluit DOMINVM. Responditq́ ei DO
MINVS, & dixit, Surge, descende in Keilam, dabo enim Palestinos in manum
tuam. Abijt ergo Dauid & [a] milites eius in Keilā, pugnauitq́ contra Palestinos,
& abegit pecora eorū, & percussit eos cæde magna, seruauitq́ Dauid ciues Kei-
la. Quū autem Abiathar filius Ahimelech fugisset ad Dauidem in Keilam, con-
tigit ut & Ephod in manu eius descenderet. Nunciatū est ergo Sauli Dauidem
uenisse in Keilam, & ait Saul, Tradidit eum deus in manu mea, quoniā conclu- B
sus est, quum scilicet uenit in ciuitatē ualuis & uectibus [munitam.] Saul ergo
[per præcones] [b] conuocauit uniuersum populū ad prælīū, ut descēderent in Kei
lam, obsidioneq́ cingerent Dauidē milites q́ eius. Animaduertens autem Da-
uid quod Saul contra eum meditaretur malū, dixit ad Abiathar sacerdotem, Ap-

[a] Ebr. Viri.
[b] Ebr. Fecit audire.

Digitized by Google

plica Ephod. Aitq; Dauid, DOMINE deus Israelis, seruus tuus certo audiuit quod
Saul [c]conetur uenire contra Keilam, ut perdat ciuitatem propter me, tradéntne ci
ues Keilæ me in manum eius? Descendétne Saul, quemadmodũ audiuit seruus
tuus? DOMINE deus Israel, indica quæso seruo tuo. Et dixit DOMINVS, De-
scendet. Dixitq; Dauid, Tradéntne ciues Keilæ me & milites meos in manũ Sau
lis? Et respondit DOMINVS, Tradent. Surrexit ergo Dauid & milites eius fer-
mè sexcenti uiri, & egressi sunt de Keila, profectiq; sunt quocunq; proficisceban-
tur. Quumq; nunciatũ esset Sauli Dauidem è Keila effugisse, [d]destitit ab expedi-
tione. Manebat autẽ Dauid in deserto in arcibus, habitauitq; in monte in deserto
Ziph, & quærebat eum Saul cunctis diebus, sed non tradidit eum deus in manũ
C eius. Videns itaq; Dauid quod egressus esset Saul, quæreretq; animã eius, manebat
ipse Dauid in deserto Ziph in sylua. Consurgens autem Ionathan filius Saulis,
profectus est ad Dauidem in syluam, confirmauitq; manum eius in deo, dixitq;
ad eum, Ne metuas, quoniam non deprehendet te manus Saulis patris mei, & tu
quidem regnabis super Israelem, & ego ero à te secundus, & hoc certũ esse nouit
pater meus. Pepigeruntq; ambo isti fœdus coram DOMINO. Dauid autẽ man
sit in sylua, & Ionathan rediit in domũ suam. Ascenderunt autem Ziphæi ad Sau
lem in Gibea, dicentes, An nõ Dauid sese occultat apud nos in arcibus in sylua,
quæ est iuxta collem Achila, qui est à dextra deserti? Descende igitur ô rex, pote-
ris enim pro omni [e] uoto tuo descẽdere, nos uero trademus eum in manũ regis.
Dixitq; Saul, [f] Laudandi uos à DOMINO, quod uos mei miseret: ite quæso, et adhuc
apparate, animaduertite & uidete locum eius in quo fuerit pes eius, & quis uide
D rit eum ibi, mihi enim dictum est, eum esse uehemẽter callidũ. Considerate ergo,
& rescite omnia latibula in quibus sese abscondit, tunc redite ad me, ad [g] certum
[tempus,] & ibo uobiscũ: si in terra fuerit, scrutabor eum per omnia [h]millia Iuda.
Surgentes illi abierunt in Ziph ante Saulem, Dauid uero & milites eius erant in
deserto Maon, in planitie quæ est ad dexterã Iesimon. Profectus est & Saul cum
uiris suis ad quærendum: & nunciauerunt Dauidi, hinc descendit in petram, ha-
bitauitq; in deserto Maon. Quod cum audisset Saul, insequutus est Dauidem in
desertum Maon. Ibat itaq; Saul ex latere montis uno, & Dauid cum uiris suis in
latere montis altero, festinauitq; Dauid præcipitanter ut effugeret ante Saul, sed
Saul & uiri eius cingebant Dauidem & milites eius ut eos apprehenderent. Ve-
nit autem nuncius ad Saulem, dicens, Ilico ueni, quoniam impetu quodã irrue-
runt Palestini in terrã. Versus ergo Saul ab insequutione Dauidis, profectus est
obuiam Palestinis: ob hoc nomen adeptus est locus ille [i] Sæla Hamahelekoth.
Tunc ascendit Dauid, & habitauit in arcibus En Gedi. CAP. XXIIII.

Dauid cum posset Saulem occidere, uita eum donat, exemplum est quomodo cum ho stibus agendum, & quanta potentia deus suos seruet.

A CONtigit uero quum Saul reuerteretur ab insequutione Palestinorũ, ut nun
ciarent [quidam] ei, dicentes, En Dauid est in deserto En Gedi. Assumptis
igitur tribus millibus delectorum [a] militum ex omni Israele, Saul abiit, ut inue-
stigaret Dauidem & uiros eius in summitatibus rupium quas conscendũt rupi-
capræ. Veniens itaq; ad septa ouium in itinere, ubi est spelunca, quam ingressus
est Saul [b] exonerandi uentris gratia, Dauid autem & milites sui in lateribus spe-
luncæ sedebant. Dixerũt ergo uiri Dauidis ad eum, En hic est dies de quo loquu
tus est ad te DOMINVS, Ecce ego trado hostes tuos in manus tuas, faciesq; ei
quod uisum fuerit tibi. Surgens autem Dauid, clàm abscidit alam paludamenti
quod habebat Saul. [c]Post hoc reprehendit Dauidem cor suum, quod abscidisset
B alam [paludamẽti] Saulis, dixitq; ad uiros suos, [d]Seruet me DOMINVS, ne rem
istam designem contra dominũ meum Messiam DOMINI, ut scilicet inferam ei
manum,

[c] Ebr. Quærat.
[d] Eb. Cessauit exire.
[e] Eb. Iuxta omne desiderium animæ tuæ.
[f] Ebr. Benedicti.
[g] Alii legunt, cum certo responso, hoc est, quum res firma est & certa.
[h] Erant tribus in chiliades sub tribunis distributæ.
[i] Petra diuisionis.
[a] Ebr. Virorum.
[b] Ebr. Vt tegeret pedes suos, qua periphrasi Ebræi honeste opus naturæ circumloquuntur.
[c] Ebr. Factũ est post sic, ut cor ipsum Dauidem percuteret.
[d] Ebr. Absit mihi à domino ut faciam.
Messias, Christus, unctus.

Digitized by Google

manũ, est enim unctus DOMINI. Auulsit itaq; Dauid milites suos uerbis, nec permisit ut insurgerent contra Saulẽ. Porrò Saul surgens è spelunca, abijt itinere [suo.] Post hæc surrexit & Dauid, & egressus è spelunca, clamauit post Saulem hisce uerbis, Domine mi rex. Et quum Saul respexisset, Dauid inclinato uertice pronus sese incuruat. Dixitq; Dauid ad Saulem, Cur audis uerba [e] hominum qui ita loquuntur, Ecce Dauid quærit malum contra te? En hodie uiderunt oculi tui, quod DOMINVS hodie te in manũ meam in ipsa spelunca tradiderit: & fuerunt quidem qui dicerent ut te occiderem, at parcitum est tibi: dixi enim, Nõ inferam manum meam domino meo, quandoquidem unctus DOMINI est. Vide pater mi, uide quoq; alam paludamẽti tui in manu mea, abscidi enim alam paludamenti tui, nec tamen te occidi: cognosce igitur & uide quod nihil [f] mali molior, nihil præuaricationis, nihil in te pecco: tu uero uenaris animam meam, ut tollas eam: iudicet DOMINVS inter me et te, uindicetq; me DOMINVS à te, ut manus mea in te nõ sit. Quemadmodũ ueteri prouerbio dicitur, Ab impijs egreditur impietas: manus itaq; mea non sit in te. Post quem egressus est rex Israelis? aut quem demũ persequitur? [nimirum] mortuum canem, & [g] pulicem aliquem. Sit igitur arbiter DOMINVS, & iudicet inter me & te, ipse inspiciat, & agat causam meam, liberetq; me è manu tua. Factum est autẽ quum Dauid complesset loqui hæc uerba ad Saulem, ut Saul diceret, An non hæc uox tua fili mi Dauid? Sublataq; uoce sua Saul fleuit, & dixit ad Dauidem, Tu es me iustior, retribuisti enim mihi bonum, quum ego te malis affecerim: & tu quidem hodie satis indicasti quanta bonitate sis me prosequutus, quod me, quum DOMINVS me in manũ tuam conclusisset, non interfeceris. Etenim, quis deprehenso hoste suo, [h] incolumẽ eum abire permittit? DOMINVS rependat tibi bonum pro isto die, quo mihi benefeceris. Equidẽ scio quod certissime regnaturus sis, quodq; firmum futurũ sit regnũ Israelis in manu tua: iura igitur mihi per DOMINVM, ne excindas semẽ meũ post me, neq; deleas nomen meũ de domo patris mei. Iurauit itaq; Dauid Sauli, abijt Saul in domũ suã, sed & Dauid atq; milites sui ascenderũt in arcẽ.

C (margin, beside "dem qui dicerent") · D (margin, beside "ce sua Saul fleuit")

Prouerbiũ.

[e] Ebr. Hominis loquentis.

[f] Ebr. Quod in manu mea non est malum & præuaricatio.

[g] Ebr. Pulicẽ unum.

[h] Eb. Bonam uiã ire permittit.

CAP. XXV.

Describitur mors Samuelis, & historia de Nabal *&* Abigail.

Eccli 46.d

MOrtuus est autem Samuel, & congregati sunt omnes Israelitæ, & planxerunt eum, sepelientes eum in domo sua in Rama. Surgens autem Dauid abijt in desertum Paran. Et erat uir quidam in Maon, [a] cuius operæ fuerunt in [a] Carmelo, eratq; uir ille [b] præpotens, habens ouium tria millia, milleq; capras. Factumq; est ut oues suas tonderet in Carmel. Porrò nomen illius uiri erat Nabal, & nomẽ uxoris suæ Abigail: fuitq; mulier illa claro ingenio, & uenusta forma: uir aũt erat durus, & malis studijs præditus, eratq; Calebita. Audiuit itaq; Dauid in deserto, quod Nabal tonderet oues suas, misit ergo Dauid decem pueros, & ait ad pueros ipsos, Ascendite in Carmel, & uenientes ad Nabal, salutabitis [c] eum meo nomine, dicetisq;, Vitam, pacem & incolumitatem [optamus] & tibi & domui tuæ, omnibusq; quæ habes. Audiui igitur quod tonsores habeas, nunc autem pastores quos habes fuerunt apud nos, quos nunquam ignominia affecimus, neq; illis quidquam defuit cunctis diebus quibus fuerunt in Carmel, interroga pueros tuos, qui id indicabunt tibi, inueniant hi pueri gratiã in oculis tuis, quandoquidem opportuno [d] tempore uenimus, da obsecro, quidquid deprehenderit manus tua, seruis tuis, & filio tuo Dauidi. Quũq; uenissent pueri Dauidis, loquuti sunt ad Nabal omnia uerba ista nomine Dauidis, & [e] siluerũt. Et respondens Nabal seruis Dauidis, ait, Quis est Dauid? & quis est filius Isai? multi sunt hodie serui qui sese ab heris suis abrumpunt, num acciperem panem meum, [f] aquas meas, & [g] obsonium meum quod mactaui tonsoribus meis, & darem uiris qui unde sunt nesciam? Versi igitur pueri Dauidis itinere suo, redierunt,

A (margin, beside "Ortuus est") · B (margin, beside "& domui tuæ")

[a] Vel, cuius opus fuit in Carmelo, sin gerodrb. Potest etiã legi opus eius in fertilitate agri, aut cultura. Nã Carmel cultum agrũ significat.

[a] Carmel uidetur hic esse nomen oppidull in Iudæa, non montis in Galilæa.

[b] Eb. Valde magnus

[c] Eb. Quæretis nomine meo ad pacem, et dicetis, Sic ad uitã & tibi pacem, et domui tuæ pacem, & omnibus quæ tibi pacem.

[d] Ebr. Quomã uenimus bono die: uel, uenimus auspicato.

[e] Ebr. Et quieuerũt.

[f] Aqua in genere pro omni potu: species pro genere.

[g] Eb. Mactatũ meũ.

Digitized by Google

C &uenientes indicarũt ei omnia uerba ista. Et ait Dauid ad uiros suos, Accingat quisq; gladiũ suum. Et accincti sunt singuli gladio suo, sed & Dauid accinctus est gladio suo, & [b] sequuti sunt Dauidem fermè quadringenti uiri, ducenti autem manserunt apud impedimenta. Porrò puer quidam ex [reliquis] pueris indicauit Abigail uxori Nabal hisce uerbis, En misit Dauid nuncios ex deserto salutatum herum nostrũ, qui inuectus est in eos. Homines uero illi magno [i] usui nobis fuerunt, nec nos pudefecerunt, neq; defuit [k] nobis quidquam cunctis diebus quibus cõuersati sumus cum eis: dum fuimus in agro, fuerunt nobis uice muri & nocte & interdiu, cunctis diebus quibus cũ eis oues pauimus. Nunc igitur delibera & despice quid facias, nam malum plene conceptum est cõtra herum nostrum, & contra uniuersam domum eius. Et ipse [l] perditus homo est, nec sana ratione præditus, ita ut nemo cũ illo uel loqui audeat. Festinans ergo Abigail, accepit ducẽtos panes, duos utres uini, quinq; oues [m] paratas, & quinq; [n] sata tosti farris, centum deniq; ligaturas uuarum passarum, & ducentas massas ficuum, & imposuit [illa] asinis, & ait ad pueros suos, Præcedite faciem meam, en ego [o] uos sequar: marito autẽ suo Nabal non indicabat. Et conscenso asino, descendit clàm per montem: & en Dauid & milites eius descendebant ei obuiam, ipsáq; obuia facta est illis. Dixerat [p] autem Dauid, Profecto [q] uanum est quod custodiui omnia quæ habet ille in deserto, ut nihil desideratum sit ex omnibus quæ habet, & is rependit mihi malum pro bono: sic faciat deus hostibus Dauidis, sicq; addat, si ad matutam usq; mingentem ad parietem reliquum fecero ex omnibus quæ habet. Quum'q; Abigail uidisset Dauidem, ilico descendit ab asino, procidensq; prona coram Dauide, incuruauit se ad terrã: procidens inquam ad pedes eius, dixit, Mi domine, in me sit hæc iniquitas, sine loquatur famula tua in auribus tuis, & audi uerba ancillæ tuæ. Ne ponat quæso dominus meus cor suũ contra uirum istum Belial, contra Nabal inquam, nam [r] nomini suo respondet: Nabal est nomen eius, & stultitia est cum eo: ego uero ancilla tua non uideram pueros domini mei quos miseras. Nunc ergo mi domine, uiuit DOMINVS, & uiuit anima tua, en prohibuit te DOMINVS, ne eo usq; erumperes, ut sanguinem funderes, seruauitq; tibi [t] manum tuam. Sint igitur quemadmodũ Nabal hostes tui, & quicunq; machinantur domino meo malum. Nunc igitur donum hoc quod attulit famula tua domino meo, detur pueris qui à [u] pedibus sunt domini mei: remitte obsecro transgressionẽ famulæ tuæ, nam omnino domum firmam faciet DOMINVS domino meo, nam dominus meus bella gerit DOMINI, nihil mali [x] hactenus dum uixisti, inuentum est in te. Insurgat licet homo ut te persequatur, insidieturq; uitæ tuæ, erit tamen anima domini mei ligata in fasciculo uiuentiũ cum DOMINO deo tuo, animã uero hostium tuorum eiaculabitur in media uola fundæ. Quũq; DOMINVS prosequutus fuerit dominũ meũ omni bonitate, quemadmodũ tibi pollicitus est, prçceperitq; ut dux sis super Israelẽ, nõ erit tibi domino meo hoc in uacillationẽ, et offendiculũ cordis, ut scilicet effunderes sanguinẽ absq; causa, ut dominus meus se seruet: quumq; benefecerit DOMINVS domino meo, memineris ancillæ tuæ. Et ait Dauid ad Abigail, Laudãdus DOMINVS deus Israel, qui effecit ut mihi hodie obuiam uenires. [y] Gratiam habeo moribus tuis [festiuissimis,] tibiq; beneficiũ debeo, quæ me hodie coërcuisti quo minus [z] sanguinẽ funderẽ, liberarẽq; me manu mea. Etenim, uiuit DOMINVS deus Israel, qui prohibuit me ne malo te afficerẽ: nã si nõ festinasses, uenissesq; mihi obuiã, usq; ad matutã non factus fuisset reliquus ipsi Nabal mingens ad parietẽ. Suscepit ergo Dauid de manu eius quod attulerat ei, simulq; dixit ei, Ascende in pace in domũ tuam, en exaudiui uocẽ tuam, suscepiq; faciem tuam. Venit itaq; Abigail ad Nabal, & en habebat is conuiuium in domo sua ueluti

conuiuium

[g] Ebr. Et ascenderũt post Dauidem.

[i] Eb. Boni fuerũt nobis ualde.
[k] Vel, nihil amisimus.

[l] Ebr. Filius est Belial, de loquendo ad eum.
[m] Ebr. Factas.
[n] Saim mensuræ species, Latini sata dicere coguntur: nisi Saim Ebraicam uocem seruare malis.
[o] Ebr. Ego uenio post uos.
[p] Hæc uerba uidetur indignabũdus Dauid loquutus esse legatis reuersis, uel fortassis in itinere ad seruos, ut ipsa Abigail audierit.
[q] Eb. Ad mendaciũ.

[r] Eb. Vt nomen eius, sic ipse.

[s] Ebr. Ne uenires in sanguines.
[t] Alij legunt, manus tua salutẽ adfert tibi
[u] Eb. Qui ambulant ad pedes domini mei.

[x] Eb. A diebus tuis.

[y] Eb. Benedictus gustus tuus, & benedicta tu. Capiunt autẽ gustũ pro habitu totius corporis in sermone, forma, dexteritate, &c.
[z] Eb. Quo minus uenirem in sanguines.

Digitized by Google

cōuiuium regium, & cor ipsius Nabal erat hilare in ipso, eratq; satis ebrius: ipsa uero non indicabat ei quidquam, nec paruum nec magnum usq; ad lucem posteri diei. Factum est igitur mane, quum Nabal uinum † concoxisset, retulit ei uxor eius negotium illud, emortuumq; est cor eius in ipso, ut fieret tanquam lapis. Post decem deinde dies percussit DOMINVS ipsum Nabal, ut moreretur. Dauid autem quum audiret mortuū esse Nabal, ait, Laudandus DOMINVS, qui uindicauit causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum prohibuit à malo, rependitq; malitiam Nabal DOMINVS in caput ipsius. Misit insuper Dauid, loquutusq; est cum Abigail, ut acciperet eam sibi in uxorem. Venientes itaq; serui Dauidis ad Abigail in Carmel, loquuti sunt cum ea in hanc sententiam, Dauid misit nos ad te, ut ducat te sibi uxorem. Quæ surgens pronā sese incuruat, dicens, Ecce sit ancilla tua famula, ut lauet pedes seruorum domini mei. Ilico ergo surgens Abigail, inscendit asinū, sequutæq; sunt uestigium eius quinq; puellæ eius, ipsa autem sequuta est nuncios Dauidis, & facta est ei uxor. Sed & Ahinoam duxit Dauid de Iesreel, fueruntq; ambæ uxores eius. Saul enim dederat Michal filiam suam Dauidis uxorem, Phalti filio Lais, qui fuit de Gallim. G

† Ebr. Cū uinū exisset à Nabal.

CAP. XXVI.

Ziphæi produnt Dauidem Sauli. Dauid uenit in castra Saulis, quum potuisset eum occidere, parcit ei, & accepta lancea eius ac scypho, abit.

ZIphæi uenerunt ad Saulem in Gibea, dicentes, An non Dauid abdidit sese in colle Hachila, quæ est è regione deserti? Surgens igitur Saul, descēdit in desertum Ziph, habens secum tria millia uirorun delectorum ex Israele, ut quæreret Dauidem in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul in colle Hachila, qui est è regione deserti iuxta uiam. Dauid autē manebat in deserto, uiditq; quod Saul insequeretur eum in desertum. Misit igitur Dauid exploratores, intellexitq; Saulem ad certum [negotium] uenisse. Et surgens Dauid, uenit ad locum ubi Saul castra posuerat, uiditq; Dauid locum in quo dormiuit Saul & Abner filius Ner imperator exercitus eius. Saul autem dormiebat intra uallum, populus uero in castris erant circum eum. Et respondens Dauid, ait ad Ahimelech Hithæum, & ad Abisai filium Zeruia fratrem Ioab in hæc uerba, Quis descendet mecum ad Saulem in castra? Et dixit Abisai, Ego descendam tecum. Venit itaq; Dauid & Abisai ad populum noctu, & ecce Saul dormiens iacebat intra uallum, & lancea eius fixa erat in terra ad caput eius. Abner autem & populus iacebant circū eum. Ait ergo Abisai ad Dauidem, Tradidit deus hodie hostem tuum in manū tuam, sine obsecro ut uno ictu defigam eum lancea in terram, nec iterem. Dixit autem Dauid ad Abisai, Ne interficias eum, quis enim impune manū suam inferret uncto DOMINI? Addiditq; Dauid, Viuit DOMINVS, nisi DOMINVS percutiat eū, aut dies eius ueniat ut obeat, aut in prælium descendens intereat, [a] seruet me DOMINVS, ne manum meam inferam uncto DOMINI: quin lanceam quæ ad caput eius est accipe, & urceum aquarium, & [b] abibimus. Tulit itaq; Dauid lanceā & urceum aquarium de capite Saulis, et abierunt illi, nemine uidente, nemine id aduertente, nemineq; euigilante, quoniam omnes dormiebāt, nam grauissimus sopor à DOMINO in eos irruerat. Et transiens Dauid in ulteriorē locum, stetit in uertice montis eminus, existente multo spatio inter eos, & clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filiū Ner, in hæc uerba, Nihil respondes Abner? Respondit Abner, & dixit, Quis es tu, qui clamas ad regē? Et dixit Dauid ad Abner, An non uir es tu? & quis similis tui in Israele? Cur igitur non custodiuisti dominum tuum regem? ingressus enim est quispiam ex populo, ut perderet dominū tuum regem: hoc omnino bonum non est quod fecisti: uiuit DOMINVS, digni estis extremo [c] supplicio, quod non custodiuistis dominum uestrum, nempe unctum

A B C

a Ebr. Absit mihi coram domino.

b Eb. Ibimus nobis.

c Ebr. Filij estis mortis.

Digitized by Google

DOMINI. Nunc igitur uide ubi sit lancea regis, & uas aquarium, quæ ad caput eius erant. Et cognoscens Saul uocem Dauidis, ait, An non hæc uox tua est fili mi Dauid? Et dixit Dauid, Vox mea est domine mi rex. Et ait, Quare dominus meus sic persequitur seruum suum? quid enim designaui? quid uero mali est in manu mea? Nunc ergo audiat quæso dominus meus rex uerba serui sui. Si DOMINVS incitat te contra me, odoretur sacrificium placatorium: si autem filij hominum, execrati sint in conspectu DOMINI, nam eijciunt me hodie, ne consociare me possim hæreditati DOMINI, in hoc quod dicũt, Vade cole deos alios.
D Ne itaq; cadat sanguis meus in terram coram DOMINO, quoniam egressus est rex Israelis, ut pulicem unum quærat, perinde ac si quis perdicem in montibus persequatur. Et dixit Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid, nihil mali tibi ultra inferam, eo quod anima mea pretiosa hodie fuerit in oculis tuis, en stulte egi, & errari admodum ualde. Et respondens Dauid, ait, En lancea regis, transeat unus ex pueris & tollat eam, DOMINVS autem repẽdat unicuiq; iuxta iustitiã suam, & iuxta fidem suam, quoniam tradiderat te DOMINVS hodie in manũ meam, ego uero nolui manum meam inferre uncto DOMINI: & ecce quemadmodũ anima tua hodie magnifica fuit in oculis meis, sic magnifica sit anima mea in oculis DOMINI, qui eripiat me ex omni adflictiõe. Et dixit Saul ad Dauidem, [d]Laude dignus es tu fili mi Dauid. Et facies, & omnino perficies. Dauid autem abijt itinere suo, & Saul in locum suum reuersus est. CAP. XXVII.

[d] Ebr. Benedictus.

Dauidi, quum uenisset ad Achis regem, Siclek traditur.

A COgitauit autem Dauid in corde suo, Incidam una dierum in manum Saulis, ideo nihil mihi consultius, quàm ut fuga euadam in terram Palestinorum, ut Saul à me absistat, neq; ultra me per omnes terminos Israelis inuestiget, et fugiamq; manus eius. Surgens itaq; Dauid, transijt ipse & sexcenti uiri qui cum ipso erant, ad Achis filium Maoch regem Gath. Et habitauit Dauid apud Achis in Gath, ipse & milites eius, quisq; cum domo sua: sed & duæ uxores eius, Ahinoam Iesreelitis, & Abigail Carmelitis, uxor scilicet ipsius Nabal. Nunciatumq;
B est Sauli quod Dauid fugisset in Gath, nec ultra inuestigauit eum. Dixit autem Dauid ad Achis, Si nunc inueni fauorẽ in oculis tuis, detur mihi locus in aliqua urbe in agro, ut ibidem habitem: cur enim habitaret seruus tuus tecum in urbe regia? Dedit itaq; ei Achis in die illa Ziklag, hinc Ziklag facta est regum Iuda usq; in hunc diem. Fuit uero numerus dierum quibus commorabatur Dauid in agro
C Palestinorum, quatuor [a] menses & dies aliquot. Ascendit autem Dauid & milites eius, & irruperunt in Gessuræos, Girsæos, & Amalekitas: hæ enim [gentes] iam olim regionẽ istam incoluerant, ubi itur in Sur usq; ad terram Aegypti. Et percussit Dauid regionem, nõ permisit uiuere nec uirũ, nec mulierẽ: abegit quoque oues & boues, asinos atq; camelos & uestes, et reuersus uenit ad Achis. Et ait
D Achis, Vbi fecistis hodie [b]impressionẽ? Et dixit Dauid, Ad Meridiem Iuda, & ad Meridiem Ierahmeel, & ad Meridiẽ Kenæi. Nec uirũ, nec mulierẽ uiuos seruabat Dauid, ut induceret in Gath: hoc [c]nempe consilio, Forte annunciarent de nobis [aliquid,] dicendo, Sic fecit Dauid, & hic mos eius erat omnibus diebus quibus cõmorabatur in regione Palestinorum. Et credidit Achis ipsi Dauidi, cogitans, Omnino sordet illi gens sua Israelitica, eritq; seruus meus perpetuò. XXVIII.

[a] Quidã Iamim dies pro annis exponũt, & sic legũt, anno & quatuor mensibus.

[b] Alij legũt, hodie ne fecistis impressionẽ?

[c] Ebr. Dicendo.

Dauid ab Achis exercitui præficitur, Samuel ab impio rege incantamẽtis euocatur.

A COntigit ut in diebus illis Palestini congregarent turmas suas, exercitumq; [conscriberent,] ut pugnarent contra Israelitas. Dixit ergo Achis ad Dauidem, Persuasissimũ hoc tibi esto, quod mecum egressurus sis in prælium, tu et uiri tui. Et ait Dauid ad Achis, Cognosces ergo & tu quid facturus sit seruus tuus. Rursumq; dixit Achis ad Dauidem, Ponam igitur te custodem capitis mei cunctis diebus.

Digitized by Google

ctis diebus. Porrò Samuel mortuus erat, planxeruntque eum omnes Israelitæ, sepelieruntque eum in Rama ciuitate sua. Et Saul eiecerat è terra pythones & diuinos. Congregati igitur Palestini, uenerunt & castrametati sunt in Sunem, congregauitque & Saul uniuersum Israelem, & castrametati sunt in Gilboa. Videns autem Saul castra Palestinorum, timuit, & expauit cor eius supra modū. Quumque Saul consuluisset DOMINVM, non respondit ei DOMINVS, neque per somnia, neque per Vrim, neque per prophetas. Dixit ergo Saul ad seruos suos, Quærite mihi mu- B
lierem quæ habeat pythonem, ut uadam ad eam, sciscitérque ex ea. Et dixerunt serui eius ad eum, Ecce est mulier in Endor, quæ spiritum habet pythonis. Saul ergo commutato habitu, indutus est alijs uestimentis, abijtque ipse & duo uiri cum eo, ueneruntque ad mulierem illam noctu. Et ait, Diuina mihi quæso in Pythone, & fac mihi ascendere quem dixero tibi. Et ait mulier ad eum, En tu nosti quid fecerit Saul, quomodo exciderit è terra pythones & diuinos, cur ergo tu laqueum tendis uitæ meæ, ut me mortis periculo exponas? Et iurauit ei Saul per DOMINVM, dicens, Viuit DOMINVS, si quid culpæ tibi hac ex re imputetur. Et dixit mulier, Quem euocabo tibi? Respondit, [a]Euoca mihi Samuelem. Et uidens mulier Samuelem sublata uoce clamauit, dixitque mulier illa ad Saulem hæc uerba, Cur fefellisti me? tu enim es Saul. Et ait ad eam rex, Ne metuas: quid uidisti? Dixit mulier ad Saulem, [b]Deos uidi ascendentes de terra. Qui dixit ei, Quæ est forma eius? Et dixit illa, Vir senex ascendit, isque amictus est pallio. Intellexit autem C
Eccli 46.d Saul quod Samuel esset, inclinauitque pronus, & procidit. †Dixit autē Samuel ad Saulē, Cur inquietū me reddidisti ut me reduceres? Et dixit Saul, Valde sum anxius, nam Palestini pugnant cōtra me, & deus recessit à me, nec ultra respōdet mihi, neque per manus prophetarū, neque per somnia, & euocaui te, ut ostendas mihi quid sim facturus. Et ait Samuel, Et quare me interrogas, quū DOMINVS à te
Supra 15.f recesserit, factusque sit hostis tuus? Et DOMINVS quidē [c]fecit quemadmodū loquutus est in manu mea, & scidit DOMINVS regnū de manu tua, deditque illud proximo tuo Dauidi. Quandoquidē enim non obediuisti uoci DOMINI, nec perfecisti iram furoris eius in Amalek, idcirco fecit tibi DOMINVS hodie rem istam. Tradetque DOMINVS Israelem tecū in manum Palestinorū, & cras tu & filij tui mecum erunt: sed & castra Israelitica tradet DOMINVS in manum Palestinorum. Et ilico corruit Saul in terrā quantus [d]quantus erat, timuitque uehemen- D
ter à uerbis Samuelis, ut nullū robur esset amplius in eo, tota enim die totaque nocte nihil [e]comederat. Veniens autem mulier ad Saul, uidensque eum uehementer territū, ait ad eum, Ecce obediuit famula tua uoci tuæ, & deuoui [f]uitā meam, audiuique uerba tua quæ ad me loquutus es, audi igitur & tu obsecro uocē ancillæ tuæ, proponam tibi buccellam panis, ut comedas, ut sit in te robur, ut uia tua proficiscaris. Qui renuens ait, Non edam. At serui eius simul cum muliere flagitando effecerunt ut obtemperaret eis. Surgens itaque de terra, sedit super lectum. Habuit autem mulier illa domi uitulum puinguem, quem ilico mactauit, acceptaque farina, subegit, coxitque ex ea azymos panes, attulitque ante Saul & ante seruos eius. Et quum comedissent, surrexerunt, & profecti sunt nocte illa. XXIX.

Principes Palestinorum cogunt regem, ut uel inuitus Dauidem, quem bello præfecerat, domum remittat, non enim satis ei fidebant.

CONgregatis itaque Palestinis cū uniuersis copijs suis in Aphek, Israelitæ castrametati sunt in Ain, quæ est in Iesreel. Porrò principes Palestinorū incedebant per centurias & chiliades. Dauid & milites eius incedebant in posteriori [agmine] cum Achis. Dixerunt ergo principes Palestinorum, Qui sunt Ebræi isti? Respondit Achis principibus Palestinorum, An non hic Dauid est seruus Saulis regis Israel, qui mecum fuit hisce diebus aut hisce annis? non deprehendi A

[a] Ebr. Fac ascendere.

[b] Elohim deos significat, angelos, & iudices.

[c] Ebr. Fecit sibi.

[d] Ebr. Plenitudine staturæ suæ.

[e] Ebr. Non comederat panem.

[f] Ebr. Posui animam meam in manum meam.

Digitized by Google

B in eo quidquam, ab eo die quo defecit, usque in hunc diem. Et irati sunt cōtra eum
satrapæ Palestinorum, dixeruntque ad eum satrapæ Palestinorum, Remitte uirum 1.Par. 12.d
istum, ut redeat ad locum suum quem illi destinasti, nec descēdat nobiscū in præ-
lium, ne fit nobis in prælio aduersarius. Qua enim re sese gratum exhiberet do-
mino suo? an non capitibus uirorum istorum? An non hic est Dauid, de quo al-
ternis canebant in choris huiusmodi uerbis, Percussit Saul millia sua, & Dauid
C decem millia sua? Vocauit itaque Achis Dauidē, & ait ad eum, Viuit DOMINVS,
quoniam rectus fuisti tu & bonus [a] coram me, siue exires, siue ingredereris me-
cum in castris, nec deprehendi in te malum, à die quo uenisti ad me, usque in hunc
diem: at in oculis principum tu non es bonus. Reuertere igitur, & abi in pace, ne
mali quidpiam [b] designes in oculis principum Palestinorum. Et ait Dauid ad
Achis, Quid feci? quid deprehendisti in seruo tuo, à die quo uersatus sum tecum,
in præsentem usque diem? ut non proficiscar & bella geram aduersus hostes domi
D ni mei regis? Et respondens Achis ait ad Dauidem, Scio quod bonus es, & es in
oculis meis perinde ac angelus dei, at principes Palestinorū dixerunt, Non ascen
det is nobiscum in prælium: surge igitur summo mane, & serui domini tui qui
uenerunt tecum, & mane consurgentes quum illuxerit, abite. Surrexit igitur Da-
uid mane, ipse & milites eius, ut abirent, reuerterenturque in terram Palestinorum.
Palestini autem ascenderunt in Iesreel.

a Eb. In oculis meis.

b Potest etiā legi, ne offendas oculos principum.

CAP. XXX.

Amalekitæ occupant Ziklag, præda autem à Dauide rursus asseritur.

A QVum autem uenisset Dauid & milites eius in Ziklag tertio die, Amale
kitæ irruperant in Meridiem, & ad Ziklag, [a] percusserantque Ziklag, &
incenderant eam igni. Porrò mulieres quæ in ea erant abduxerant ca-
ptiuas, à parua ad grandem usque, neminem tamen occiderāt, sed abegerant, iterque
suum profecti erant. Venit itaque Dauid & milites eius ad oppidum, & ecce erat
igne exustum, uxores uero eorum, filij eorum, atque filiæ eorum erant abactæ. Da
uid itaque & populus qui cum eo erat, uoce sua sublata adeò fleuerunt, ut nullum
esset amplius in eis robur flendi. Duæ quoque uxores Dauidis captæ erant, nem-
B pe Ahinoam Iesreelitis, & Abigail uxor Nabal Carmelitæ. Et Dauid fuit ualde
anxius, nam populus cogitabat quomodo eum lapidibus obruerent, erat enim
populus uniuersus animo exacerbato, quisque propter filios suos, & propter filias
suas. Dauid autem corroborauit sese in DOMINO deo suo, aitque Dauid ad Ab-
iathar sacerdotem filium Ahimelech, Applica quæso mihi Ephod. Et Abiathar
applicuit Ephod ad Dauidem. Et Dauid interrogat DOMINVM, dicens, Inse-
quárne turbam istam militarē? assequíne eam possum? Et dixit ei, Insequere, nam
certissime apprehēdes, & plane asseres. Profectus itaque est Dauid, ipse & sexcenti
uiri qui cū eo erant, & uenerunt usque ad torrentē Besor, reliqui autē constiterunt.
C Insequutus est itaque Dauid cum quadringentis uiris, ducenti autem uiri constite-
runt, nempe qui resederunt ne transirent torrentem Besor. Et deprehendentes ui
rum Aegyptium in campo, quē captum adduxerunt ad Dauidem, dederuntque ei
panē ut comederet, dederūtque ei bibere aquā. Dederūt ei insuper fragmentū massę
ficuū, & duas ligaturas uuarū passarū. Quumque comedisset [b] redijt ad sese: nā neque
panē ederat, nec aquā biberat tribus diebus & tribus noctibus. Et ait ad eum Da
uid, Cuius es tu? & unde tu? Respōditque iuuenis Aegyptius, Seruus sum cuiusdā
Amalekitæ, & dereliquit me herus meus, quod tribus diebus ægrotassem. Vasta
D tores [c] nos irrupimus ad Meridiē, & ad eam partē quæ est Iuda, & ad Meridiem
Caleb, incēdimusque Ziklag igni. Et ait ad eū Dauid, Potésne me deducere ad tur
mam illam militarem? Et ait, Iura mihi per deum ne me interficias, néue me tra-
das in manum heri mei, & deducam te ad turmam illam. Deduxit ergo eum, &
ecce disiecti iacebant super uniuersam terram, comedentes & bibētes, atque festum
agentes

a Percutere pro uastare, diruere.

b Ebr. Reuersus est spiritus eius ad eū.

c Alij legunt, Irrupimus ad Meridiē Cerethi, id est in Palestinos.

agentes diem propter uniuersam illam prædã ingentem, quam abduxerãt è terra Palestinorũ, & è terra Iehuda. Et percussit eos Dauid à crepusculo usq; ad uesperam posterioris [diei,] ut ne unus quidem ex eis elaberetur, præter quadringentos iuuenes, qui camelos conscenderant & effugerant. Et asseruit Dauid omnia quæ abduxerãt Amalekitæ, sed & duas uxores suas liberauit Dauid, ut nihil desideraretur eis neq; paruũ neq; magnum, tam de filijs q̃ de filiabus, de præda ac omnibus quæ eis abstulerant, omnia ista reduxit Dauid. Et tulit Dauid omnes greges & armenta, duxeruntq; ea [b]ante res illas, & dixerũt, Hæc est præda Dauidis. Venit aũt Dauid ad ducentos uiros, qui resederant ne sequerẽtur Dauidem, quos manere iusserant ad torrentẽ Besor, qui egressi obuiã Dauidi, obuiãq; populo qui cũ illo erat. Accessit ergo Dauid ad populũ, salutauitq; illos. Iniqui autem & perditi inter milites qui cũ Dauide profecti erant, respondẽtes dixerũt, Quandoquidẽ hi nobiscũ non sunt profecti, nihil dabimus eis de præda quam asseruimus, nisi cuiq; uxorẽ suam, & filios suos, quos abducant & abeant. Et ait Dauid, Ne sic feceritis fratres mei cũ his quæ dedit nobis DOMINVS, qui seruatis nobis, militarem istã turbã quæ in nos irruit, tradidit in manus nostras. Quis uero audiret uos hac in re? Etenim æqua debet esse pars & eorũ qui descendũt in præliũ, & eorũ qui manent ad impedimenta, simul partiantur: fuit [c]enim ab hoc die & iam olim cõstitutus hic mos & ritus in Israele usq; in præsentem diem. Veniens aũt Dauid in Ziklag, misit de præda senioribus Iuda, nempe amicis suis, huiusmodi mandatis, En uobis donũ de præda hostiũ DOMINI. His uidelicet in Beth El, & in Ramoth ad Meridiem, & ijs qui erant in Iathir. His quoq; qui erãnt in Aroër, & qui in Sip Hemoth, & in Esthemoa. His deniq; qui sunt in Rachal, & qui in ciuitatibus Ierahmeel, & qui in ciuitatibus Kenæi. Sed & his qui erant in Horma, & qui in Bor Asan, & qui in Athach, & his qui in Hebron, & in omnibus locis in q̃bus erat uersatus Dauid & milites eius. CA. XXXI.

B

F

G

[b] Vel, ante res ipsius.

[c] Alij uolũt esse uerba historici, ego Dauidis feci citantis legem. Sunt qui sic legant, Contigit ut ex hoc die & deinceps cõstitueretur hoc in statutum & morem, &c.

Congrediuntur Palestini cum Israelitis, & superiores euadunt, cadunt Ionathan & alij filij regis in Gilboa. Saul uidens se non posse effugere, mortẽ sibi gladio suo cõsciuit.

PAlestini aũt congressi sunt cum Israelitis, fugeruntq; uiri Israelitæ corã Palestinis, & corruerunt uulnerati in monte Gilboa. Palestini autẽ sectati Saulem et filios eius, percusserũt Palestini Ionathan, Abinadab atq; Malki Sua filios Saulis. Inualescebat aũt prælium contra Saulem, & deprehenderũt eum iaculatores, hi scilicet qui arcu ualebant, [a]uulneratusq; grauiter est à sagittarijs. Dixit ergo Saul ad armigerũ suum, Distringe gladium tuum, & eo me transfodias, ne præputiati isti uenientes, me transfodiãt, mihiq; cum probro illudant. Armiger autem eius nolebat, quoniã uehementer metuebat. Accepto igitur gladio Saul, irruit in eum. Videns aũt armiger eius Saulem mortuum, ruit & ipse in ensem suum, & obijt cũ eo. Mortuus itaq; est Saul & tres filij eius, armiger eius, omnes deniq; uiri eius eodẽ die simul. Et uidentes Israelitæ qui erant citra uallem, quiq; erant citra Iordanem, q fugissent Israelitæ, q̃q; mortui essent Saul & filij eius, relictis urbibus, fugerunt. Venientes igitur Palestini inhabitarunt eas. Contigit uero postero die, ut uenirent Palestini ad exuendũ interfectos. Inuenerunt ergo Saulẽ & tres filios eius, iacentes in monte Gilboa, & præcidentes caput eius, exuentesq; arma eius, miserunt ad terrã Palestinorũ circunquaq;, ut nunciarẽt [id] in phano idolorũ suorũ, atq; in populo. Et reponentes arma eius in phanũ Asthasoth, corpus eius in muro Bethsan suspenderũt. Audientes hoc ciues Iabes in Gilead quod fecerant Palestini Sauli, surrexerũt omnes uiri fortes, profectiq; sunt tota illa nocte, & abstulerunt corpus Saulis, atq; corpora filiorum eius de muro Bethsan, & uenientes in Iabes cõbusserunt ea ibi. Accipientesq; ossa eorum, sepelierunt subter arborem in Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

A

B

C

D

1.Par.10.a

1.Reg.2.a

Sepultura.

Ieiunium.

[a] Alij legunt, & uehementer timuit, aut mœrore & dolore consternatus est.

Digitized by Google

Liber secũdus Samuelis,

quem nos secundum Regum dicimus.

CAPVT I.

Nunciatur Dauidi mors Saulis, nuncius infausti nuncij graue tulit premium. Luget Dauid Saulem.



A ONTIGIT autem, ut post mortem Saulis Dauid reuerteretur de cæde Amalek, mãsitq; duos dies in Ziklag. Contigit ergo die tertio, ut ueniret quidã ex castris ab ipso Saule, cuius uestimẽta scissa erãt, terraq; super caput eius: quũq; ueniret ad Dauidem, procidit in terrã, & honorẽ exhibuit. Dixit autem ad eum Dauid, Vnde uenis? Qui ait ad eum, Euasi ex castris Israeliticis. Dixit ergo Dauid ad eũ, Quid uero rei fuit, indica obsecro mihi. Is respondit, Populus fugit è prælio, multiq; ex populo ceciderunt, & mortui sunt: ad hæc mortuus est Saul & Ionathan filius eius. Ait ergo Dauid ad adolescentem illũ qui hæc ei nunciabat, Qui scire potes q Saul mortuus sit, Ionathanq; filius eius? Respondit adolescens qui nunciabat ei, Fortè fortuna delatus sum in montem Gilboa, & ecce Saul innixus erat hastę

B suæ, insequentibus eum curribus & equitũ præfectis: quũq; uersus retrospectasset, uidens me, uocauit me: dixiq;, Ecce præsto sum. Et dixit mihi, Quis es tu? Dixiq; ad eum, Ego sum Amalekita. Rursusq; dixit ad me, Insiste mihi quæso, & trucida me, apprehendit enim me [a]corona, enimuero tota adhuc anima mea est in me. Institi ergo ei, & trucidaui eum, sciebã enim q non esset uicturus posteaq̃ cecidisset. Et accepi coronã quæ erat in capite eius, & armillam quæ fuit in brachio eius, & adportaui ea huc ad dominũ meum. Dauid autem apprehensis uestimentis suis, scidit ea, simulq; omnes uiri qui cum ipso erant. Luxerunt ergo & fleuerunt, ieiuuaueruntq; usq; ad uesperã propter Saulem, & propter Ionathan filiũ eius, propter populum deniq; DOMINI, & propter domũ Israel, q gladio corruissent. Et dixit Dauid ad adolescentem qui ei [hæc] nunciabat, Vnde es tu? Et respondit, Ego sum filius exteri cuiusdã, nempe Amalekitæ. Dixitq; ad eum

C Dauid, Quomodo uero non ueritus es inferre manũ tuam ad perdendũ †Christum DOMINI? Dauid ergo uocato uno ex iuuenibus, dixit, Adesto, & impetũ fac in illum. Percussit ergo eum, & mortuus est. Et dixit ad eum Dauid, Sit sanguis tuus super caput tuũ, quandoquidẽ os tuum testatũ est contra te, dicens, Ego interfeci Christũ DOMINI. Lamentatus est aũt Dauid huiusmodi lamẽtatione [b]Saulem & Ionathan filium eius. Et dixit, ut [c]docerent filios Iuda arcu, ecce scriptũ est in libro [d]iusti, [e]Decus Israelis in excelsis tuis uulneratũ est, quomodo corruerunt heroes? Ne nuncietis [ista] in Gath, ne prædicetis in plateis Askalon, ne fortè lætentur filiæ Palestinorum, ne fortè exultent filiæ incircuncisorum. Montes Gilboa, ne [ueniat] super uos ros, neq; pluuia, neq; agri oblationũ, quoniam

D illic clypeus heroum ignominiose abiectus est, clypeus Saulis, ac si non esset unctus oleo. A sanguine uulneratorũ, à pinguedine heroum, arcus Ionathan nunquam reflexit, neq; gladius Saulis rediit uacuus. Saul & Ionathan amabiles & iucundi in uita sua, in morte quoq; sua non sunt separati: ulociores fuerũt aquilis, fortioresq; leonibus. Filię Israel flete Saulem, qui uos uestiebat coccino, idq; delicate, quiq; uestimentis uestris inducebat aurea ornamenta. Quomodo ceciderunt

Fletus. Ieiunium.

Psal. 104.

a Equitum scilicet, qui me incluserunt. Alij dicunt terror, alij angustiæ.

b Hebr. Super Saulẽ.
c Vt assuefacerent filios Iuda in usu arcus, hoc est, exercerent eos in rebus militaribus.
d Liber iusti uidetur esse liber legis, quasi dicas, liber iuris, in quo æquũ & iustum discitur.
e Decus Israelis, intelligit Saulẽ, ut uidetur: alloquitur autem terram aut montes per prosopopœiam. Hebr. Est caprea aut hinnulus Israelis.

Digitized by Google

derunt heroës in medio prælio, Ionathan in excelsis tuis uulneratus [cadit.] Do
leo tui causa frater mi Ionathan, fuisti mihi supra modum iucundus, mihi præ
stantior fuit amor tuus q̃ amor mulierum. Quomodo ceciderunt heroes, & pe
rierunt arma bellica?

CAP. II.

De initijs regni Dauidici in Hebron, ubi & partium inter se dissidentium affectus pulchre describuntur in Abner & Ioab.

POst hęc factū est, ut Dauid cōsuleret DOMINVM hisce uerbis, Ascēdámne A
in unā ex ciuitatibus Iuda? Et ait DOMINVS ad eū, Ascēde. Rursumq́ ait
Dauid, Quò ascendā? Et dixit, In Hebron. Ascendit igitur illuc Dauid, & etiam
duæ uxores eius, Ahinoam Iesreelitis, & Abigail quę fuerat uxor Nabal Carme
litæ. Adduxit quoq; Dauid uiros qui cum eo fuerant, singulos cū familia sua, &
1.Mac.2.f habitauerunt in ciuitatibus Hebron. Et uenientes †uiri Iuda unxerūt Dauidem
*1.Re.31.d in regē super domū Iuda. Nunciaruntq́ *Dauidi hisce uerbis, Viri Iabes Gilead
sunt qui sepelierunt Saulem. Misit ergo Dauid legatos ad ciues Iabes Gilead, di
xitq́ ad eos, Laudati uos DOMINO, q hanc pietatē exhibuistis domino uestro,
nempe Sauli, & sepelijstis eum. DOMINVS igitur & uos beneficio & ueritate B
prosequatur: sed & ego beneficiū tale præstabo uobis qui hanc rem fecistis: cōfir
mētur ergo manus uestræ, sitisq́ filij fortes, quandoquidē mortuus est dominus
uester Saul, meq́ unxerunt super se regem hi qui de domo Iuda sunt. Abner aūt
filius Ner, imperator exercitus quem habuerat Saul, tulit Isboseth filiū Saulis, &
transtulit illū in Mahanaim, constituitq́ eum regem super Gilead, & super Asu
ri, & super Iesreel, Ephraim, Beniamin, & super totū Israelem. Quadraginta an
nos natus fuit Isboseth filius Saulis, cum regnare inciperet super Israelē, regna
Anni regni Dauidis. uitq́ duobus annis, duntaxat domus Iuda sequebatur Dauidem. Fuit autem nu C
merus dierum quibus Dauid rex fuit in Hebron super domū Iuda, septem anno
rum & sex mensium. Egressusq́ Abner filius Ner, & serui Isboseth filij Saulis
de Mahanaim in Gibeon. Ioab uero filius Zeruia seruiq́ Dauidis egressi obuiā
facti sunt illis iuxta piscinā Gibeon pariter, constiteruntq́ hi ad piscinā hinc, &
illi ad piscinā illinc. Dixitq́ Abner ad Ioab, Consurgant quæso adolescentes, &
[a]ludant coram nobis. Et dixit Ioab, Consurgant [sanè.] Consurrexerūt ergo &
transierūt numero duodecim de Beniamin et de Isboseth filio Saulis, rursus duo
decim ex seruis Dauidis. Apprehendit aūt quisq; caput proximi sui, [fixitq́] en
sem suum in latus cōparis sui, conciderūtq́ pariter: uocatusq́ est locus ille Hel D
kat [b]Hazurim, qui est in Gibeon. Factumq́ est præliū satis acre eodem die, nam
inferior fuit Abner & milites Israelis corā seruis Dauidis. Fuerunt illic tres filij
Zeruia, nempe Ioab, Abisai & Asael. Asael aūt erat uelox pedibus suis, [c]quemad
modum caprea in aperto campo. Et insequutus est Asael ipsum Abner, nec decli
nabat eundo, neq; ad dexterā, neq; ad sinistrā, quin Abner hæreret. Abner autem
uersus retrospexit, & ait, An non tu es Asael? Respondit, Ego planè. Ait ad eum
Abner, [d]Declina siue ad dextrā tuam, siue ad sinistrā tuam, & apprehēde tibi ali E
quem ex adolescentibus, ut capias tibi armaturā eius. Et Asael noluit desistere à
persequēdo eum. Rursusq́ dixit Abner ad Asaelem, Recede à me, quid enim te
humi sternā? quomodo uero attollerem faciem meam corā fratre tuo Ioab? Quū
uero nollet abire, ferijt eum Abner [e]posteriore parte lanceæ ad [f]uiscera uitalia,
ut exiret lancea à tergo eius. Cecidit ergo ibidem, locoq́ suo mortuus est. Fiebat
aūt, ut quicūq; uenirent ad locū illum ubi ceciderat, mortuusq́ fuerat Asael, con
sisterent. Ioab aūt & Abisai insequuti sunt ipsum Abner, occubuitq́ sol quum ue F
nissent ad collē [g]Ama qui est è regione Giah, iuxta uiam deserti Gibeon. Con
gregatiq́ sunt filij Beniamin post Abner conglobati in agmen unū, steteruntq́
in uertice cuiusdā collis. Clamans uero Abner ad Ioab, dixit, An perpetuò de

[a] Velitationem tam seriam ludū uocat.

[b] Ager cultorū, seu ager heroum.

[c] Ebr. Quemadmodum una ex capreis quæ sunt in agro.
[d] Ebr. Declina tibi.
[e] Potest etiam legi, percussit eum tandē lancea: uel, percussit eum retro se lancea.
[f] Ebr. Sub quintam scilicet costam, ubi uulnus letale fuit. Viscerum autem uitalium quinq; sunt, cor, pulmo, iecur, lien, fel.
[g] Quidam hæc duo appellatiua exponu[n]t Ama pro fronte metaphorice, & Giah pro incilibus.

Digitized by Google

norabit gladius? ignoras amaritudinē tandem sequuturam? Quousque non dices populo, ut reuertatur ab insequendo fratres suos? Et ait Ioab, Viuit deus, nisi [h] loquutus fuisses, [i] iamdudū subductus fuisset populus quisque ab insequutione fratris sui. Receptui ergo cecinit Ioab cornu, & constitit uniuersus populus, nec ultra insequutus est Israelitas, nec ultra pugnauit. Porrò Abner & milites eius abierunt per campum planum tota illa nocte, traieceruntque Iordanē, & profecti sunt per uniuersam Bithron, ueneruntque Mahanaim. Ioab quoque reuersus ab insequendo ipsum Abner. Et cum congregasset cunctum populum, desiderati sunt ex seruis Dauidis undeuiginti uiri, & Asaēl. Serui autem Dauidis trucidarant ex Beniamitis & militibus Abner trecētos uiros & sexaginta, qui mortui erant. Et tollentes Asaelem, sepelierūt eum in sepulchro patris sui in Beth Lehem. Et profecti sunt tota nocte Ioab & uiri eius, & diluculabat eis [quum uenissent] in Hebron.

h Alij legunt, O si loquutus fuisses.
i Eb. Quoniam tunc de mane.

CAP. III.

Quum iam annis aliquot inter domum Saulis & Dauidis, qui in Hebron regnabat, concertatum esset, Abner affectu libidinis superatus, perfidus fit in dominum suum, & regnum Dauidi, sed non impune, tradit.

A Diutinum itaque bellū fuit inter domū Saulis, & inter domū Dauidis. Promouit interim Dauid & confortabatur, domus Saulis autem magis magisque attenuabatur. Porrò †Dauidi nati sunt filij in Hebron, primogenitus eius fuit Ammon ex Ahinoam Iesreelitide. Secundus [filius] eius fuit Chileab ex Abigail, quæ fuerat uxor Nabal Carmelitæ. Tertius Absolom filius Maacha filiæ Thalmai regis Gessur. Quartus Adonia filius Haggith. Quintus Sephatia filius Abital, & sextus Iithreā de Egla uxore Dauidis. Isti nati sunt Dauidi in Hebron. Quumque esset bellū inter domū Saulis, & inter domū Dauidis, factum est ut Abner confortaret sese in domo Saulis. Habuerat aūt Saul pellicem nomine B Rizpa, quæ fuit filia Aia, dixit ergo [Isboseth] ad Abner, Quare ingressus es ad pellicem patris mei? Abner aūt uehementer cōmotus est propter uerba Isboseth, & dixit, Num caput canis ego sum, qui contra Iuda hodie beneficijs prosequor domū Saulis patris tui, fratres eius et amicos eius? neque tradidi in manū Dauidis, & tu inquiris hodie in me iniquitatem huius mulieris: sic faciat deus ipsi Abner, sicque addat ei, quoniā sicut iurauit DOMINUS Dauidi, sic faciam ei, ut trāsferatur regnū de domo Saulis, firmeturque soliū Dauidis super Israelem & super Iuda, à Dan usque Beer Seba. Et ne uerbū quidem potuit ultra respondere ipsi Abner, quandoquidē eum metuebat. Misit itaque Abner nuncios ad Dauidem [a] pro se hisce mandatis, Cuius est terra? quique diceret, Feri fœdus tuum mecū, & ecce manus mea erit tecū, & reducā ad te uniuersum Israelem. Qui ait, Bene, feriam tecū C fœdus, uerūtamen rem unam postulo ego à te, nempe, Ne uideas faciem meam, ni prius adducas Michol filiam Saulis, cū ueneris uidere faciem meam. Misit præterea Dauid nuncios ad Isboseth filiū Saulis hisce mandatis, Redde uxorē meam Michol, quam mihi centū præputijs Palestinorū despondi. Misit ergo Isboseth, & tulit eam à marito, nempe à Paltiel filio Lais. Maritus autē eius profectus est cum ea, eundo uidelicet flens post eam usque Bahurim. Et ait ad eum Abner, Vade, reuertere: & reuersus est. Porrò Abner sermonē habuit cum senioribus Israel in hanc sententiā, Tam heri q̄ [b] nudiustertius hoc agebatis, ut Dauid esset rex uester, nunc igitur satagite, quoniā DOMINUS loquutus ad Dauidem hisce uerbis, Per manū serui mei Dauidis seruabo populū meum Israel de manu Palesti- D norū, & de manu omnium inimicorū eius. Neque solū loquutus est Abner [hæc] in auribus Beniamin, sed & abijt Abner ut loqueretur in auribus Dauid in Hebron, quidquid uisum fuerat Israelitis, & uniuersæ domui Beniamin. Et uenit Abner ad Dauidem in Hebron, & cum eo uiginti uiri. Dauid autem apparauit ipsi

1. Par. 3. a
1. Reg. 18. f

a Alij legunt, secreto: alij, è loco suo in quo erat.
b Heri & nudiustertius. i. hactenus.

Digitized by Google

ipsi Abner & uiris qui cum eo uenerant conuiuiũ. Dixitq; Abner ad Dauidem, Surgã, ibo & congregabo ad dominũ meum regem cunctũ Israelem, ut tecũ fœdus feriant, & tu omnibus pro omni animi tui uoto imperes. Et amandauit Dauid ipsum Abner, abijtq; in pace. Et ecce serui Dauidis & ipse Ioab ueniebat ab excursione, adferentes secũ magnam prædã. Et Abner non erat cum Dauide in

3.Reg.2.a Hebron, nam amandauerat eum, abieratq; in pace. Quumq; †Ioab atq; omnis exercitus qui cũ eo erat uenissent, nunciarunt ipsi Ioab dicentes, Venit Abner filius Ner ad regẽ, & dimisit eũm, abijtq; saluus. Veniens ergo Ioab ad regem, dixit, Quid fecisti? ecce uenit Abner ad te, cur ergo dimisisti eum ut abiret? Tu nosti Abner filiũ Ner, quod iccirco uenerit ut tibi imponat, resciatq; exitũ tuum & introitum tuum, omniaq; quæ tu agis expiscetur. Egressus itaq; Ioab à Dauide, misit nuncios post Abner, qui reduxerũt eum de puteo Sira, ignorante Dauide. Cũq; Abner reuersus esset in Hebron, abduxit eum Ioab ad mediũ portæ, ut cũ [c]eo insidiose loqueretur, ferijtq; eum in [d]uitalia uiscera, et mortuus est propter [e]sanguinem Asael fratris eius. Hoc quũ Dauid postea resciret, dixit, Innocẽs ego sum, & regnum meum à DOMINO in perpetuũ, à [f]sanguine Abner filij Ner, [g]recidat in caput Ioab, & super uniuersam domũ patris sui, ut non excindat è domo Ioab F fluxũ patiens, leprosus, & qui baculo innitatur, cadens gladio, & pane deficiẽs. Ioab igitur & Abisai frater eius occiderũt Abner, quod is occidisset fratrẽ eorũ in Gibeon in prælio. Dixit autem Dauid ad Ioab & ad cunctũ populum qui secũ erat, Discindite uestimenta uestra, & accingite uos saccis, & plangite Abner: rex uero Dauid ibat post feretrum, & sepelierũt Abner in Hebron, attollensq; uocẽ suam rex, fleuit ad sepulchrum Abner, fleuitq; omnis populus. Et lamentabatur rex ipsum Abner, & ait, Num Abner morte [h]stultorum morietur? Manus tuæ non sunt uinctę, nec pedes tui cõpedibus contracti, sed sicut quis cadit ante [i]iniquos homines, sic cecidisti. Et uniuersus populus rursum deplorauit ipsum. Quumq; G uniuersus populus uenisset ut [k]comederet panẽ cum Dauide, clara adhuc die iu-

Iuramentũ. rauit Dauid, dicẽs, Sic faciat mihi deus, & sic addat, si ante occasum solis [l]gustem panem, uel aliud quidq̃. Vniuersus ergo populus cognouit, & placuit [hoc] in oculis eorum: & quidquid rex faciebat, bonũ uidebatur in oculis totius populi, Nam omnis populus atq; uniuersus Israel cognouerunt eodẽ die, non esse à rege quod Abner filius Ner occisus sit. Et ait rex ad seruos suos, An nõ cognoscitis quod imperator & quidem magnus cecidit hodie in Israele? Ego aũt etiamnum tener sum, & rex unctus, & uiri illi filij Zeruia mihi satis [m]duri sunt, rependat DOMINVS facienti malum iuxta malitiam suam.

CAP. IIII.

Proditores trucidant regem Isboseth, in quos animaduertit Dauid.

CVmq; audisset filius Saulis mortuũ esse Abner in Hebron, remiserunt manus eius, omnesq; Israelitæ territi sunt. Habuit autem filius Saulis duos uiros qui erant præfecti [a]latronũ: unius fuit nomen Baana, alterius uero nomen erat Rechab: filij erant Rimmon Beerothitæ, de filijs Beniamin, siquidẽ & Beerothitæ censi sunt ad Beniamin. Fugerant aũt Beerothitæ illi in Githaim, commoratiq; sunt illic usq; in hũc diem. Habuit quoq; Ionathan filius Saulis filium claudũ pedibus, quinq; natum annos quũ fama Saulis & Ionathan uenisset ex B Iesreel, tollensq; eum nutrix sua fugit: in fuga aũt quum festinaret, cecidit [puer] claudus effectus: huius nomen erat Mephiboseth. Profecti aũt filij Rimmon Beerothitę, nempe Rechab & Baana, ingressi sunt, quũ ferueret dies, domũ Isboseth, qui super lectum suum [b]meridie quiescebat. Venerunt autem ad medium domus accepturi triticũ, & percusserunt eum in [c]uiscera uitalia. Rechab autem & Baana frater eius fuga elapsi sunt. Quum enim ingressi fuissent domum, iacebat ille super lecto suo in cubiculo ubi cubare solebat, & trucidantes illũ interfe- C

[c] Alij legunt, per temeritatem.
[d] Vel, sub quintam scilicet costam.
[e] Ebr. In sanguine.
[f] Ebr. A sanguinibus.
[g] Ebr. Recidant scilicet sanguines.
[h] Stultus pro ignauo uidetur poni, alij pro impio exponũt & nequam.
[i] Eb. Ante filios iniquitatis.
[k] Ebr. Ad scindendum uel frangẽdum panem.
[l] Gustare pro edere.
[m] Eb. Me duriores, uel duriores à me.
[a] Latrones Latinis olim dicti, qui nunc milites mercenarij, qui in cęde & ex cæde uiuunt, maleficijs & scelere pascũtur, Ebræis gedudim, Blůtharst.
[b] Alij legunt, in lecto meridiano.
[c] Vel, sub quintam.

cerunt, absciderunt'q; caput eius, & capite accepto, abierunt tota nocte per uiam campestrem, attulerunt'q; caput Isboseth ad Dauid in Hebron, dicẽtes ad regem, Ecce caput Isboseth filij Saulis inimici tui, qui insidiatus est uitæ tuæ, equidem deus ultus est hodie dominũ meum regem de Saule & de semine eius. Respondens autem Dauid Rechab & Baana fratri eius filijs Rimmon Beerothitę, dixit ad eos, Viuit DOMINVS, qui redemit animã meam de omni adflictione, quo
D niam †quum quidã nũciaret mihi & diceret, En Saul mortuus est, & is quidem sibi uidebatur faustum quiddã nunciare, hunc apprehẽsum trucidaui in Ziklag, ut darem ei præmium pro nuncio, quanto magis quum uiri impij occiderint iustum in domo sua, & super lectum suum? An non requirerem sanguinem eius de manu uestra, & uos è terra exciderem? Præcepit itaq; Dauid iuuenibus qui interfecerunt eos, absciderunt'q; manus eorum atq; pedes, & suspenderunt super piscinam in Hebron, caput uero Isboseth acceperũt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron. Supra 1.b

CAP. V.

Dauid regno inauguratus, Palestinos uincit.

A VEnerũt itaq; omnes tribus Israel ad Dauidẽ in Hebron, dicentes, Ecce nos sumus [a]os tuum, & caro tua, sed & heri & nudiustertius, quũ Saul regnaret super nos, tu eras [b]educens & introducens Israelem, ait'q; DOMINVS ad te, Tu [c]pasces populũ meum Israel, & tu eris princeps super Israelem. Venerunt ergo omnes [d]seniores Israelis ad regẽ in Hebron, & pepigit rex Dauid fœdus cum eis coram DOMINO, & unxerunt Dauidem regem super Israelem. Dauid erat natus triginta annos quũ rex fieret, †regnauit'q; quadraginta annis. In Hebron regnauit super Iudam septem annis & sex mẽsibus: Hierosolymis autem regnauit trigintatribus annis super uniuersum Israelem & Iudam. Abijt autem rex & uiri eius in Ierusalem ad Iebusæum habitatorem eius regionis, qui loquutus est ad Dauidem dicens, Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, qui
B dicunt, Non ueniet huc Dauid. Cepit ergo Dauid arcem Zion, quæ ciuitas est Dauidis. Et ait Dauid eodem die, Quicunq; percusserit Iebusæum, & [e]accesserit ad imbrices, & claudos ac cæcos [percusserit] odiosos animę Dauidis: & ob hoc dixerunt, Cæcus & claudus nõ introibit domum. Habitauit autem Dauid in arce illa, uocauit'q; ipsam ciuitatem Dauidis. Et ædificauit per circuitũ à Millo & intra. Promouit itaq; Dauid, & promouendo magnus fit, & DOMINVS deus exercituũ erat cum eo. Misit quoq; Hiram rex [f]Zor ad Dauidem legatos, simul'q; ligna cedrina, fabros lignarios, & latomos ac mũrarios fabros, qui extruxerunt domum Dauidi. Et cognoscens Dauid q; DOMINVS cõfirmasset eum regem super Israelem, & q; exaltatum esset regnum eius propter populũ eius Israel, du-
C xit Dauid adhuc concubinas & uxores de Ierusalem, postq̃ uenerat de Hebron, nati'q; sunt Dauidi adhuc filij & filiæ. Et hæc sunt nomina eorũ qui nati sunt ei in Ierusalem, Sammua, Sobab, Nathan & Solomon, Gibhar, Elisua, Næphek, Iaphia, Elisama, Eliada & Eliphalet. Audientes autem Palestini q; unxissent Dauidem regem super Israelem, ascenderunt cuncti Palestini ut [g]quærerent Dauidem. Quod quum audisset Dauid, descendit in arcem. Venerũt autem Palestini, & diffuderunt se in ualle Rephaim. Consuluit igitur Dauid DOMINVM, dicens, Ascendámne contra Palestinos? Tradésne eos in manum meam? DOMINVS autem respondit ipsi Dauidi, Ascende, quoniam certissime tradam Palestinos in manus tuas. †Veniẽs itaq; Dauid in Baal Perazim, percussit eos ibi Dauid, & dixit, Dissipauit DOMINVS hostes meos coram me instar aquarũ quæ
D dissipantur: ideo nomen loci illius uocatum est [h]Baal Perazim. Et reliquerunt ibi sculptilia sua, quæ tulit Dauid & uiri eius. Rursum ascenderũt Palestini, diffuderunt'q; se in [i]uallem Rephaim. Et quũ Dauid consuluisset DOMINVM, respon-

Marginal references: 1.Par.11.a; Infra 3. Reg.2.c; 1.Par.14.a; 1.Par.3.b; 1.Par.14.b c.d; Isaiæ 28.d

[a] Arctissimam amicitiam & cognationem significant.
[b] Hoc est, tu eras princeps super Israelem.
[c] Solenne est Græcis regem uocare ποιμένα λαῶν.
[d] Alij, pro senioribus senatores legũt.
[e] Conditionẽ omittit.
[f] Zor Tirum exponunt.
[g] Quærere hic cum emphasi dicitur. Quærit hostem, qui impetu quodã adoritur.
[h] Alij legunt, planities Perazim.
[i] Vallis heroum.

Digitized by Google

respondit, Non ascendes, sed circumeas post eos, uenies[q;] ad eos e regione [k] mororum: quum[q;] audieris sonitum incessus in apicibus mororum, [l] tum gnauiter rem geras: nam tunc DOMINVS egressus est ante conspectũ tuum, ut percutiat castra Palestinorũ. Et Dauid fecit sic quemadmodũ ei præceperat DOMINVS, & percussit Palestinos à Gaba, us[q;] dum uenias in Gaser. CAP. VI.

De reductione arcæ, & punitione Vsæ.

1.Par.13.b — DAuid autem congregauit rursum omnem [a] delectũ [militem] in Israele, nempe triginta millia. Et exurgens Dauid abijt unà cum omni populo quem secũ habebat [b] ex Baale Iuda, ut transferret illinc arcam dei, cuius [c] nomen uocatur nomen DOMINI exercituum, habitãtis super ipsam inter Cherubim. Vexerũt ergo arcã dei super plaustro nouo, & tulerunt eam de domo Abinadab quæ erat in [D] colle. Vsa aũt & Ahio filij Abinadab deducebant plaustrũ illud nouum. (1.Reg.7.a) Quum[q;] ducerent illud cum arca dei de domo Abinadab quæ erat in colle, præcedebat [e] Ahio arcam ipsam, Dauid uero & uniuersa domus Israelitica ludebant coram DOMINO uarijs [instrumentis] [f] ligneis abiegnis, citharis, nablis, tympanis, sistris, & cymbalis. Quum[q;] uenissent in aream [g] paratã, misit Vsa (1.Par.15.b) [manum] ad arcam dei, tenuit[q;] eam, declinabant enim boues. Et incanduit furor DOMINI in Vsam, percussit[q;] eum ibi deus propter temeritatem istam præcipitẽ, & mortuus est ibi corã arca dei. Et exæstuat Dauid dolore [q;] DOMINVS dirupisset rupturã in Vsa, & uocauit locum illum Pærez Vsę us[q;] in hunc diem. (Pærez ruptura.) Et timens Dauid DOMINVM in die illa, dixit, Quomodo ad me ueniret arca DOMINI? Noluit ita[q;] Dauid deducere ad se arcam DOMINI in ciuitatẽ Dauidis, sed abduxit eam Dauid in domũ Obed Edom Githæi. Et mansit arca DOMINI in domo Obed Edom Githæi tribus mensibus, [h] fortunauit[q;] DOMINVS Obed Edom, & uniuersam domũ eius. (1.Par.15.d) Nunciatum[q;] est regi Dauidi in hęc uerba, DOMINVS fortunauit domũ Obed Edom & omnia quę habet, propter arcam dei. Et abiens Dauid, adduxit arcam dei de domo Obed Edom, in ciuitatẽ Dauidis cum lætitia. Et factũ est quum progressi essent illi qui ferebant arcã DOMINI sex passibus, sacrificauit bouem, & pecus pingue. Dauid aũt saltauit toto robore corã DOMINO, erat[q;] Dauid amictus Ephod lineo. Dauid igitur & omnis domus Israel ducebãt arcam DOMINI cum iubilo & uoce tubæ. Contigit aũt quum arca DOMINI ueniret in ciuitatem Dauidis, ut Michol filia Saulis prospiceret per fenestrã, & uideret regem Dauidem gnauiter saltantem coram DOMINO, uilipendit[q;] eum in corde suo. Et introducentes arcam DOMINI, collocauerunt eam in locũ suum, in medio tentorij, quod tetenderat ei Dauid, & sacrificauit Dauid holocausta & gratulatoria sacrificia corã DOMINO. Quũ[q;] Dauid absoluisset holocausta & sacrificia gratulatoria, bene [i] imprecatus est populo in nomine DOMINI exercituũ. (Visceratio principis.) Et distribuit uniuerso populo, & uniuersæ multitudini Israelis, tam uiris [q̃] mulieribus, singulis placẽtam panis unã, & frustum carnis unũ, & [r] pultem unã, & abijt omnis populus, quis[q;] in domum suam. Reuersus est aũt Dauid ut salutaret domum suam, & egressa Michol obuiã Dauidi, ait, Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel, [q] hodie nudus incessit coram ancillis seruorũ suorum, ac si leuissimus quis[q;] nudus incederet. Et ait Dauid ad Michol, Corã DOMINO [scilicet] ludã, qui me elegit præ patre tuo at[q;] uniuersa domo eius, qui[q;] mihi mãdauit ut essem princeps super populum DOMINI, nempe super Israelẽ. Quin & uilior ero [q̃] nunc, ero[q;] humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus dixisti, cũ illis inquã gloriosus ero. Michol ergo non fuit filius us[q;] in diem mortis suæ. CAP. VII.

Dauid statuit apud se, ut domino domum extruat, aliud uero à domino per prophetam suggeritur. Colloquitur Dauid cum domino, & gratias agit.

[k] Alij legunt, pyrorum.
[l] Alij legũt, curres: alij, te mouebis.

[a] Alij legũt omnem iuuentutẽ seu omnes iuuenes.
[b] Alij legunt, ex ciuibus aut uiris Iuda. Videtur autem propriũ esse loci in tribu Iuda.
[c] Alij legunt, super quam inuocatũ est nomẽ: uel potest esse palilogia, ut oratio sit augustior, quę uocatur nomen nomen domini, &c.
[D] Gibea, quidã collem interpretantur æditiorẽ, in qua fuerit domus Abinadab, & uerisimilius uidetur. Nam Abinadab habitabat in Kiriat Iearim, ut patet 7. cap. prioris libri. Alij, Gibe proprium uolunt.
[e] Quidam legunt, Vsa & frater eius pro Ahio.
[f] Alij, cedrinis: alij, ex buxo.
[g] Alij Nachon proprium faciũt, aream Nachon.
[h] Ebr. Benedixit.
[i] Ebr. Et benedixit.
[r]

A Factũ est aũt ut rex sederet in domo sua, dederatq; illi DOMINVS requiem
circũquaq; ab uniuersis inimicis eius. Ait ergo rex ad prophetã Nathan, En
ego nunc habito in *domo cedrina, arca aũt DOMINI manet intra aulæum. Et 1.Par. 17.a
dixit Nathan ad regẽ, Vade, & fac quidq̃d est in corde tuo, quoniã DOMINVS
est tecum. Factũ est autem eadem nocte, ut fieret uerbum DOMINI ad Nathan
in hanc sententiã, Vade & dic seruo meo Dauidi, Sic ait DOMINVS, Num tu
extrues mihi domũ ut ego [illic] habitem? Etenim non habitaui in domo ab ea
die qua [a]eduxi filios Israel ex Aegypto, in hunc usq; diem, sed fui deambulãs in
tentorio & tabernaculo. Et in omnibus in quibus ambulaui cũ omnibus filijs
Israel, num loquutus sum uerbũ unũ cum aliqua tribuum Israelis, cui præcepi
ut pasceret populũ meum Israel, ut dicerem, Quare nõ ædificastis mihi domũ ce
B drinam? Nunc ergo dices ad seruũ meum Dauidem, Sic ait DOMINVS exerci 1.Reg.16.c
tuum. Ego tuli te [b]de septo quũ sequereris oues, ut esses princeps super populũ
meum, nempe super Israelem, & fui tecũ in omnibus quocũq; ambulasti, excidi
insuper omnes hostes tuos ante te, [c]feciq; tibi nomen celebre, ut nomen [habẽt]
celeberrimi in terra. Constituã quoq; locũ populo meo Israeli, & plãtabo eum,
ut habitet in loco suo: neq; tumultuabitur amplius, filij quoq; iniqui ultra eum
non adfligent ut antea, ab ea scilicet die qua constituerã iudices super populum
meũ Israel. Requiem insuper tibi dabo ab omnibus hostibus tuis. Præterea DO
MINVS tibi nunciat, q̃ & tibi quoq; facere [d]domũ uelit DOMINVS. †Quum Exod.1.
exacti fuerint dies tui, dormierisq; cũ patribus tuis, excitabo semen tuum post te 4. Reg 8.c
quod egredietur de utero tuo, regnũq; eius firmabo. Is †extruet domũ nomini 3.Reg 5.a
meo, & ego confirmabo soliũ regni eius perpetuò: ego *ero ei pater, & ipse erit 1.Par.22.c
C mihi filius: quem, quum inique egerit, castigabo uirga uirorũ, & uerberibus filio *Heb.1.b
rum hominũ, beneficentia aũt mea nõ recedet ab eo, quemadmodũ abstuli à Sau
le, quẽ sustuli à facie tua. Et firmabitur domus tua & regnũ tuum perpetuò corã
facie tua, firmumq; erit soliũ tuum perpetuò. Iuxta omnia hæc uerba, & iuxta o-
mnem hanc uisionẽ, sic loquutus est Nathan ad Dauidẽ. Ingressus itaq; rex Da-
uid, sedit corã DOMINO, & dixit, Quis sum ego DOMINE deus, & quæ do-
mus mea, q̃ me tãtopere euehis? Quin hoc tibi parũ adhuc uisum est DOMINE
deus, nisi & porrò in longinquũ pollicitationẽ facias ad domũ serui tui, & [e]hæc
est directio ipsius Adæ DOMINE deus. Quid uero ultra addere potest Dauid Gen.3.
ut ad te loquatur? tu cognouisti seruũ tuum DOMINE deus. Omnia ista magni
fica fecisti propter uerbũ tuum, & iuxta cor tuũ, ut nota faceres ea seruo tuo. Id-
circo magnificatus es DOMINE deus, quoniã non est similis tui, & nõ est deus
præter te, iuxta omnia quæ audiuimus auribus nostris. Quæ uero gens una est
in terra, quemadmodũ populus tuus Israel, cuius deus [f]iret ut sibi populum redi
D meret, sibiq; nomen [g]põneret, faceretq; uobis magnifica & stupenda [opera] in
terra tua, propter populũ tuum quẽ redemisti tibi ex Aegypto, gentẽ cum [h]iudici
bus eius? Firmasti tibi populũ tuũ Israel, ut esset populus tuus p̃petuò, & tu DO
MINE factus es eorũ deus. Nunc igitur DOMINE deus, uerbũ q̃d loquutus es
ad seruũ tuum, & ad domũ eius, excita in sæculũ, & fac q̃d loquutus es: sic enim
magnificabitur nomen tuũ perpetuò, ut dicatur, DOMINVS exercituũ est deus
super Israelẽ, & domus serui tui Dauidis firma erit ante faciem tuam. Tu enim
DOMINE exercituum deus Israel, reuelasti auri serui tui hæc uerba, domum ex
tollam tibi. Et ob hãc causam seruus tuus inuenit [i]corde suo, ut oraret ad te istam
orationẽ. Nunc ergo DOMINE deus, tu es deus, & uerba tua erunt uera, qui
locutus es ad seruum tuum bonum hoc. Et nunc adijce animũ, & benedic do-
mui serui tui, ut perpetuò sit ante faciẽ tuam, quoniã tu DOMINE deus loqu-
tus es, & benedictione tua benedicetur domus serui tui perpetuò. CA. VIII.
De

[a] Ebr. Feci ascen-
dere.

[b] Ebr. De post oui-
bus.

[c] Facere nomen ma
gnum, est celebrem
facere, illustrem, fa-
migeratum, glorio-
sum.

[d] Facere domum,
Ebraica loquutio-
ne est dare sobolem,
& ampliare fami-
liam.

[e] Varia hic dicunt,
alij interrogatiue le
gunt, Est ne hæc lex
hominis?

[f] Eb. Cuius dij irẽt.
[g] Ponat sibi nomen,
id est, celebris fiat
& gloriosus.
[h] Alij legunt, cum
... sic habent

Digitized by Google

De bellis quæ felicißime gessit David præsidio domini contra exteras gentes, quas uicit, subegit, & uectigales fecit.

2.Par.18.a Post hæc percussit Dauid Palestinos, & subegit eos, ademitq; Dauid [a] fre- A 1
num frontis de manu Palestinorum. Percussit quoq; Moabitas, mẽsusq; est 2
eos fune, prostrauit [b] eos in terram, & mensus est [eos] duobus funiculis ad inter
ficiendum scilicet, & integrum funem ad seruandum in uita, factiq; sunt Moabi
tæ Dauidi serui pendentes uectigal. Ad hæc percussit Dauid Hadaræser filiũ Re 3
hob regem Zoba, quum proficisceretur ut reduceret potentiam suam ad Euphra
tem. Cepit autem Dauid ex eis mille & septingentos equites, & uiginti millia ui
rorum peditum. Ad hæc inutiles [c] reddidit Dauid omnes currus, centum tamen
currus ex eis reliquos fecit. Quumq; uenisset [d] Aram Damasci, ut opem ferret ipsi B 4
Hadaræser regi Zoba, percussit Dauid ex Syris uigintiduo millia uirorũ. Et con
stituit Dauid præfectos in Syria Damasci, factiq; sunt Syri serui Dauidi, tribu-
5 taq; ei penderunt. Et seruauit DOMINVS Dauidem in omnibus ad quæ profe
ctus est. Accepit quoq; Dauid clypeos aureos quos habuerant serui Hadaræser,
& intulit eos Hierosolyma. De Betha autem & Berothai ciuitatibus Hadaræser,
tulit rex Dauid æs admodum multum. Audiens autẽ Thoi rex [e] Hemath quod C
Dauid percussisset omnes copias Hadaræser, misit Thoi Ioram filium suum ad
regem Dauidem pro ambienda pace, gratulatumq; quod bello adortus esset Ha
daræser, quodq; trucidasset eum: quoniam Thoi hostis erat infensus ipsi Hadaræ
ser, erantq; in manu eius uasa argentea, uasa aurea, & uasa ænea, quæ dedicauit
Dauid rex DOMINO, cum auro & argento quod dedicauerat ex omnibus gen
tibus quas subegerat, nempe de Syris, de Moabitis, de Ammonitis, de Palestinis,
de Amalekitis, & de præda Hadaræser filij Rehob regis Zoba. Quumq; Dauid D
reuerteretur, percussissetq; ex Syris decem & octo millia in ualle salis, illustrauit
[sibi] nomen. Constituit deniq; Dauid præfectos, per totam Aedom inquã præ-
fectos constituit, ut omnes Aedomitæ serui essent Dauidis. Et seruauit DOMI-
NVS Dauidem in omnibus ad quæ proficiscebatur. Regnauitq; Dauid super
uniuersum Israelem, dicebatq; Dauid [f] ius, & administrauit iustitiam uniuerso
populo suo. Porrò Ioab filius Zeruia imperator erat exercitus, Iosaphat autem
filius Ahilud erat à commentarijs, Zadok filius Ahitub, & Ahimelech filius Ab-
iathar erant sacerdotes, Seraia scriba, Benaia filius Iehoiada erat super Chreti &
Pleti, & filij Dauidis erant [g] primores.

CAP. IX.

Fidem seruat David ijs qui ex familia Saulis erant reliqui, propter iusiurandum quo se Sauli & Ionathan obstrinxerat.

Dixit autem Dauid, Est ne quispiam adhuc reliquus de domo Saulis? ut be A
nefaciam illi propter Ionathan. Erat uero in domo Saulis seruus quidam,
cuius nomen Ziba: quem quum uocassent ad Dauidem, ait rex ad eum, Tune
es Ziba? Qui ait, Seruus tuus est. Et dixit rex, Nemóne amplius reliquus est ex do
mo Saulis, cui exhibeam beneficentiam dei? Dixitq; Ziba ad regẽ, Restat adhuc
filius Ionathan, claudus pedibus. Dixit ergo ad eum rex, Vbi uero is est? Dixit Zi B
ba ad regẽ, En est in domo Machir filij Ammiel de Lodebar. Misit itaq; rex Da-
uid, & tulit eum de domo Machir filij Ammiel de Lodebar. Veniens autem Me-
phiboseth filius Ionathan filij Saulis ad Dauidem, procidit in faciẽ suam incur-
uatus. Et ait rex, Mephiboseth. Qui respõdit, En præsto sum ego seruus tuus. Ait
ad eum Dauid, Ne metuas, omnino enim benefaciã tibi propter Ionathan patrẽ C
tuum, restituamq; tibi cunctos agros Saulis patris tui, tuq; comedes panẽ ad men
sam meam perpetuò. Et reuerenter se inclinans dixit, Quis est seruus tuus? quod
respicis ad canẽ mortuum, qualis ego sum. Vocauit itaq; rex Zibam seruum Sau
lis, & dixit ad eum, Quæcunq; Saulis fuerunt, totiusq; domus eius, tradidi filio

[a] Varia de hoc freno dicunt: uidetur autẽ significari metaphoricè imperium quod Philistæi in Israelitas hactenus habuerãt, per Dauidẽ sublatum esse à fronte Israelitarum. Alij legunt, frenum seruitutis, & in idem recidit.

[b] Vel, solo eos æquans.

[c] Alij legũt, subneruauit.

[d] Aram pro Syria exponunt aut Celosyria.

[e] Hemath Antiochiã dicunt.

[f] Ebr. Fecit iudiciũ & iustitiam.

[g] Alij legunt, sacerdotes, uel discipuli sacerdotum & prophetarum.

Digitized by Google

domini tui. Coles igitur fundum illius, tu, filij tui, & serui tui, colligesq́ue [prouentus,] ut cedant filio domini tui in cibum de quo edat: cæterũ Mephiboseth filius
D domini tui perpetuò edet panem in mensa mea. Erant autem ipsi Ziba quindecim filij, & uiginti serui. Aitq́ue Ziba ad regem, Iuxta omnia quæ præceperit dominus meus rex seruo suo, sic faciet seruus tuus. [Dixit rex,] Mephiboseth edet in mensa mea, quemadmodum [quispiam] ex filijs regis. Habebat insuper Mephiboseth filium paruum nomine Micha: quidquid uero habitabat in domo Ziba, mancipatum erat seruitio Mephiboseth. Porrò Mephiboseth habitabat in Ierusalem, quoniam comedebat iugiter super mensam regis, & erat claudus utroq́ue pede.

CAP. X.

David cum extenderet beneficia sua in exteros, ignominia afficiuntur eius legati à rege Ammonitarum, ex quo deinde grauissima bella oriuntur.

A Contigit post hæc ut moreretur rex Ammonitarũ, regnauitq́ue Hanun filius eius pro eo, aitq́ue David, †Beneficentia prosequar Hanonem filium Nahas, quemadmodum pater eius me prosequutus est beneficentia. [a]Misit itaq́ue David legatos suos, ut consolarentur [eum] propter [mortem] patris sui. Venerunt itaq́ue legati Dauidis in regionem Ammonitarum. Dixerunt ergo principes Ammonitarum ad Hanonem herum suum, Num David consolatores ad te misit, ut patrem tuum honoret coram te? an non magis misit David seruos suos ad te in hoc, ut exploret atq́ue perscrutetur urbem, subuertatq́ue eam? Tulit itaq́ue Hanon seruos Dauidis, rasitq́ue partem quandam barbæ eorum, & præscidit indumenta eorum partim ad nates eorum usq́ue, & amandauit eos. Quod quum nunciassent
B Dauidi, misit obuiã eis: erant enim uiri illi magna ignominia affecti: dixitq́ue rex, Manete in Iericho, donec repullulet barba uestra, tum reuertimini. Animaduertentes autem Ammonitæ [b] inuisos se esse Dauidi, miserunt ijdem Ammonitæ, & mercede conduxerunt Syros de domo Rehob & Syros Zoba uiginti millia peditum, & à rege Maacha mille uiros, & ab Istob duodecim millia uirorũ. Quod quum audisset David, misit Ioab & uniuersum exercitum strenuorum bellatorum. Egressi autem Ammonitæ, aciem instruxerunt ad ostium portæ, erantq́ue Syri de Zoba & Rehob, Istob, & Maacha seorsim in campo. Videns autem Ioab prælium & à fronte & [c] à tergo sibi imminere, delegit ex omni iuuentute quæ
C erat in Israele, & instruxit aciem contra Syros, reliquum uero populum tradidit sub manũ Abisai fratris sui, eumq́ue instruxit contra Ammonitas, aitq́ue, Si fuerint Syri me ualidiores, opẽ mihi feres: sin filij Ammon tibi præualuerint, adero ego tibi auxilium laturus. Sis ergo fortis, quin & nos fortes simus [d] pro populo nostro, & pro ciuitatibus dei nostri: cæterum DOMINUS faciat [e] quod sibi bonum uideatur. Accessit itaq́ue Ioab & populus quem secum habebat, ut manũ consereret cum Syris, illi autẽ conspecto eo fugerunt. Porrò Ammonitæ uidentes quod Syri fugissent, fugerunt & ipsi à facie Abisai, ueneruntq́ue in ciuitatem. Reuersus ergo Ioab à filijs Ammon, uenit Hierosolyma. Et uidentes Syri sese coram Israe-
D litis corruisse, rursus collecti sunt. Mittensq́ue Hadaræser, eduxit Syros qui erant trans fluuium, & uenerunt cum copijs suis, præcedente eos Sobach, qui erat imperator exercitus Hadaræser. Hoc quum nunciatum esset Dauidi, congregauit uniuersum Israelem, & traiecto Iordane uenit in Helam. Syri autem instruentes aciem aduersus Dauidem, pugnam inierunt cum eo. Syrus autem fugit coram Israele, percussitq́ue David ex Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum, ipsum quoq́ue Sobach imperatorem exercitus eius percussit, qui & ibi mortuus est. Videntes autem uniuersi reges, serui scilicet Hadaræser, quod corruissent coram Israele, pace inita cum Israelitis, seruierunt eis, ueritiq́ue Syri opem ferre amplius Ammonitis.

CAP. XI.

De adulterio

† 1. Par. 19. a

[a] Hebr. Misit ad consolandũ per manus seruorum suorum.

[b] Hebr. Quod foetidi facti essent corã Dauide.

[c] Hebr. Quod esset cõtra eum facies belli.

[d] Latinus diceret, pro focis & aris.

[e] Hebr. Quod bonum est in oculis suis.

De adulterio Dauidis cum Bethsaba, & interfectione mariti Vriæ.

FActum est autẽ anno uertente, sub id tempus quo solent reges egredi, ut mit- A
teret Dauid Ioab atq; seruos suos cum eo, quin & uniuersum Israelem, ut ua
2. Par. 20. a starent Ammonitas, oppugnarentq; Rabba. Dauid uero remansit in Ierusalem.
Contigit autem sub tempus uespertinum, ut surgeret Dauid de lecto suo, deam-
bularetq; super tectum domus regiæ, & uideret de tecto lauantem se mulierem
quandam forma supra modum uenusta. Et misit Dauid, sciscitans de muliere il-
la, dicens, Est ne hæc Bathsaba filia Eliham, uxor Vriæ Hithæi? Et missis nuncijs
Dauid, tulit eam: quæ quum ingressa esset ad eum, dormiuit ille cum ea: ipsa au-
Leuit. 15. c tem sanctificauerat se ab immunditia sua, reuersaq; est in domũ suam. Hæc mu-
lier concepit, & mittens indicauit [hoc] Dauidi hisce uerbis, Grauida facta sum.
Et misit Dauid ad Ioab [hisce mandatis,] Mitte ad me Vriam Hithæũ. Misit itaq;
Ioab Vriam ad Dauidem. Veniens autem Vrias ad eum, interrogauit eum Da- B
uid quomodo ualeret Ioab populusq;, & num recte haberet bellum? Et ait Da-
uid ad Vriam, Descende in domum tuam, & laua pedes tuos. Egresso autẽ Vria
de domo regis, sequutum est eum [a] donum regis. Dormiuitq; Vrias iuxta hostiũ [a] Alij legunt, ferculum.
domus regiæ, cum omnibus seruis domini sui, neq; descendit in domum suam.
Hoc quum nunciassent Dauidi, dicentes, Vrias non descendit in domum suam,
ait Dauid ad Vriam, An non ex itinere uenisti? cur ergo non descendisti in do-
mum tuam? Respõdit Vrias Dauidi, Arca, Israel, & Iuda sunt sub tentorijs, & do
minus meus Ioab atq; serui domini mei [iacẽt] in superficie campi, & ego ingre-
derer domum meam, ut comedam & bibam, atq; dormiam cum uxore mea? Per
uitam tuam, & per uitam animæ meæ, rem istam non faciam. Et ait Dauid ad
Vriam, Mane hic etiam hunc diem, cras amandabo te. Et mansit Vrias in Ierusa-
lem eodem die & crastino. Et quum uocasset eum Dauid, comedit coram eo, &
bibit, inebriauitq; eum. Et egressus uespere, ut dormiret in strato suo cum ser- C
Epistola Vriæ. uis domini sui, domum uero suam non descendit. Mane facto, scripsit Dauid epi
stolam ad Ioab, quam misit per manum Vriæ. Scripsit autem in epistola huiusmo
di uerba, Constituite Vriam è regione imminentis ualidæ pugnæ, uosq; recedi-
te post eum, ut trucidetur, & moriatur. Factum ergo est, quum Ioab obseruaret ci
uitatem, ut poneret Vriam in eum locum, ubi persuasum haberet uiros esse for-
tissimos. Egressi ergo ciues illius urbis, pugnauerunt cum Ioab, cecideruntq; de
populo & de seruis Dauidis, mortuus est etiam Vrias Hithæus. Et mittens Ioab
nunciauit Dauidi de omnibus negotijs belli, præcipiens nuncio dicens, Quum
cessaueris loqui ad regẽ de cunctis negotijs belli, si [b] contingat regem uehemen- [b] Ebr. Et fiet si ascenderit furor regis.
ti ira commoueri, dixeritq; tibi, Cur pugnando tam prope ad urbem accessistis?
Iud. 9. g an non exploratum habuistis iaculaturos eos è muro? Quis † ferijt Abimelech fi
lium Ierubeseth, an non mulier deiecit fragmentum lapidis molaris è muro, &
interibat in Thebez? Cur accessistis ad murũ? dices, Etiam seruus tuus Vrias Hi- D
thæus mortuus est. Abijt ergo nuncius, & ueniens nunciauit Dauidi omnia,
propter quæ illum miserat Ioab. Et dixit nuncius ad Dauidem, Vehementi im-
pressione in nos irruerunt hostes, egressi ad nos in campum, nos uero illos [inse
quuti] sumus usq; ad fores portarum, & deiecerunt iaculatores in seruos tuos è
muro, mortuiq; sunt de seruis regis, mortuusq; est seruus tuus Vrias Hithæus.
Et ait Dauid ad nuncium, Sic dices ad Ioab, Ne tibi displiceat hæc res, sic [c] enim, [c] Alij legũt, ut hunc, sic illum.
& sic deuorat gladius, intende bellum tuum contra urbẽ ut eam subruas, & cor-
robora eum. Audiens autem uxor Vriæ quod mortuus esset Vrias maritus eius,
luxit maritum suum. Quumq; luctus transijsset, misit Dauid, [D] transtulitq; eam
in domum suam, factaq; est ei uxor, & peperit ei filiũ. At hæc res quam designa- [D] Ebr. Collegit e-
uit Dauid, [e] displicuit DOMINO. CAP. XII. [e] Ebr. Mala uisa in oculis domini.

Digitized by Google

Mittitur propheta à domino ad Dauidem, ut eum sceleris sui admoneat, Dauid cum agnoscit peccatum, gratiam impetrat. Filius ex adulterio natus, moritur.

A Misit autem DOMINVS Nathan ad Dauidem, qui ueniens ad eum, dixit
ei, Erant duo uiri in ciuitate eadem, alter diues, alter autẽ pauper. Diues ha 2
bebat oues et boues admodũ multos. Pauper uero nihil habebat omnino, præter
unicam ouiculam, quam emerat, quamq́ nutrierat, adoleuerat q́ hæc cum eo, si-
mul q́ cum liberis suis, comedit de buccella eius, & de poculo eius bibit, sed &
dormiebat in gremio eius, erat q́ ei instar filiæ. Quũq́ ueniret quispiam iter [a] fa-
ciens ad uirum diuitem, pepercit ille ouibus & bobus suis, ne caperet de his ad
mactandum peregre uenienti ad se, quin rapuit ouiculam uiri illius pauperis, et 3
B præparauit eam uiro qui peregre uenerat ad se. Exæstuauit autẽ nasus Dauidis
uehementer aduersus hunc uirum, & dixit ad Nathan, Viuit DOMINVS, is qui
hoc designauit morte [b] dignus est, reddat q́ ouiculam † quadruplo, quod hanc Exod.22.a
tantam rem designauit, quod q́ nõ abstinuit. Dixit autem Nathan ad Dauidem,
Tu es uir talis: sic dixit DOMINVS deus Israelis, Ego unxeram te regem super
Israelẽ, eripueram q́ te de manu Saulis, ego dederam tibi domum domini tui, &
uxores domini tui in gremium tuum: dederam insuper tibi domũ Israel & Iehu
da: hoc si parum fuerit, adiecissem [c] tibi multo plura, cur ergo tam leue æstimasti
uerbum DOMINI, ut coram eo malũ faceres? Vriam Hithæũ gladio trucidasti,
C & uxorem illius duxisti tibi uxorem: interfecisti autem eum gladio Ammonita
rum: non igitur recedet gladius de domo tua perpetuò, eo quod non digne æsti-
maueris me, & rapueris uxorem Vriæ Hithæi, ut esset tibi uxor. Sic dicit DOMI-
NVS, Ecce ego exuscito super te malum de domo tua, accipiam q́ uxores tuas te
uidente, & dabo [eas] † amico tuo, qui dormiet cũ uxoribus tuis in conspectu so- Infra 16.d
lis huius. Tu quidem clàm [hoc] designasti, ego uero faciã rem istam coram toto
Israele, & coram sole hoc. Dixit ergo Dauid ad Nathan, Peccaui DOMINO. Eccl 47.b
D Et ait Nathan ad Dauidem, Et DOMINVS transtulit peccatũ tuũ, non morieris,
quandoquidẽ uero re ista omnino hostibus DOMINI occasionem dedisti blas-
phemandi, morietur etiã certissime filius qui natus est tibi. Abijt uero Nathan in
domũ suam, & DOMINVS percussit puerũ quem pepererat uxor Vriæ Dauidi,
ut de eo actum esset. Dauid aũt flagitauit deum pro puero, ieiunauit q́ Dauid ie-
iunium, & ingressus pernoctauit dormiens in terra. Consurrexerunt autẽ senio-
res domus suæ ad eum ut erigerẽt eum è terra: at ipse noluit, nec uoluit cibũ cum
eis capere. Septimo autem die puer moritur, nec audebãt serui ei nunciare quod
E puer esset mortuus: dicebant enim, Quum puer adhuc uiueret loquuti sumus ad
eum, nec uoluit audire uocẽ nostram, quomodo ergo si dixerimus ad eum, Puer
mortuus est? quin grauiter feret. Animaduertẽs autem Dauid quod serui sui [in-
ter se] mussitarent, intellexit infantem esse mortuũ, dixit q́ Dauid ad seruos suos,
Mortuus est ne puer? Illi autẽ dixerunt, Mortuus est. Surgens ergo Dauid è terra,
lauit, & unxit se, cõmutata ueste sua, & ingressus domũ DOMINI, adorauit. Ve
niens deinde in domũ suam, poposcit: & apposuerunt ei panẽ, & comedit. Tunc
dixerunt ad eum serui eius, Quid hoc est quod fecisti? Propter infantẽ, quum ad-
huc uiuus esset, ieiunasti & fleuisti te dedisti: quo mortuo, surgis & comedis panẽ.
F Qui ait, Viuente adhuc puero ieiunaui & fleui, sic cogitans, Quis scit, si miserea-
tur mei deus ut puer uiuus maneat? nunc autem quum sit mortuus, quid ieiuna-
rem? num potero eum reuocare ultra? ego uado ad eum, is non redibit ad me. Et
consolatus est Dauid Bathsabam uxorem suam, ingressus q́ ad eam, dormiuit
cum ea, quæ † peperit filium, uocauit q́ nomen eius Solomo, & DOMINVS di Solomon nascitur.
lexit eum, misit q́ per manũ Nathan prophetæ, & uocauit nomen eius Iedidia Matth.1.a
propter DOMINVM. Porrò Ioab pugnabat contra Rabba filiorum Ammon, 1.Par.20.a
obtinuit q́

a Ebr. Res est nõ persona, capitur tamen pro persona, ut patet in fine sermonis.

b Ebr. Filius est mortis.

c Ebr. Sicut illa, & sicut illa.

Digitized by Google

obtinuitq; urbem regni. Et misit Ioab nuncios ad Dauidem hisce uerbis, Pugna-
ui contra Rabba, & cepi urbem aquarum, nunc igitur congrega reliquum po- G
pulum, & pone castra ad urbem ipsam, ut tu capias eam, ne ego capiam urbem,
uoceturq; [b] meo nomine. Congregauit igitur Dauid cunctum populum, pro-
fectusq; est contra Rabba, oppugnauitq; eam, & cepit eam. Et tulit coronam [c] re-
gis eorum de capite eius, cuius pondus erat talentum auri, erantq; in ea lapides
pretiosi, impositaq; fuit capiti Dauidis: quin & prædam ualde ingentem è ciui-
tate asportauit. Populum uero qui in ea erat eduxit, & posuit sub serras, & sub tri
bulas ferreas, sub ferreas secures, coniecitq; eos in fornacem calcariam. Sic fecit
uniuersis ciuitatibus Ammonitarum, reuersusq; est Dauid cum uniuerso popu-
lo Hierosolyma.

[b] Ebr. Et uocetur no men meũ super eam.
[c] Quidam legunt, co ronã Malcham, ido li scilicet Ammoni tarum.

CAP. XIII.

Deperit Amnon sororẽ Thamar, qua constuprata ab Absolome fratre interficitur.

Post hæc contigit, ut Amnon filius Dauidis deperiret sororem Absolomis A
filij Dauidis uenustam, nomine Thamar: [quæ res] ita cruciabat Amnonẽ,
ut sororis suæ Thamar gratia sese in morbũ conijceret: erat enim uirgo, impossi-
bileq; uidebatur [a] Amnoni ut faceret ei quidquam. Habebat autem Amnon ami
cum nomine Ionadab, filiũ Simea fratris Dauidis, eratq; Ionadab uir ualde [b] ua-
fer, is dixit ei, Cur tu ô fili regis sic macilentus es, idq; singulis [diebus] mane? an
non indicabis mihi? Respondit ei Amnon, Ego amore Thamar sororis Absolo-
mis fratris mei captus sum. Dixit ergo ad eum Ionadab, Recumbe super lectum
tuum, & assimula te ægrotũ, quumq; uenerit pater tuus ut te inuisat, dic ad eum,
Veniat quæso Thamar soror mea, ut me cibo reficiat, faciatq; me spectante iuscu
lum, ut quum uidero, edam è manu eius. Decubuit ergo Amnon & morbum si- B
mulauit, uenitq; rex ut eum inuiseret. Ait autem Amnon ad regem, Veniat quæ-
so Thamar soror mea, & coquat me spectante duo liba, quæ comedam è manu
eius. Misit ergo Dauid ad Thamar in domum eius, & ait, Vade quæso in domũ
Amnonis fratris tui, & para ei iusculum. Abijt ergo Thamar in domum Amno-
nis fratris sui, qui decubuit: & accepta farina subegit, & coxit eo uidẽte, coxit in-
quam liba. Et tollens sartaginem, effudit coram eo, ipse uero nolebat edere. Di-
xitq; Amnon, Expellite omnes uiros à me: & egressi sunt omnes uiri ab eo. Et
dixit Amnon ad Thamar, Infer iusculum in cubiculũ, ut edam è manu tua. Acce
ptis igitur libis quæ coxerat Thamar, intulit Amnoni fratri suo in cubiculum. Et C
quum ea illi admoueret ut ederet, apprehendit ille eam, aitq; ad eam, Veni, dormi
mecum soror mea. Illa autem respondit ei, Nequaquam frater mi, ne opprimas
me, quoniam sic non fit in Israele: ne scelestum hoc facinus designes: quò enim
confugerem cum probro meo? quin & tu fieres quemadmodum scelestorum ali
quis in Israele: loquere quæso ad regẽ, non negabit me tibi. At ille noluit audire
uocem eius, quin ea apprehensa oppressit eam, atq; concubuit cum ea. Et exosam
habuit eam Amnon uehementi & ingenti odio, ut odium quo eam prosequeba
tur maius esset amore quo eam amauerat. Dixit ergo Amnon ad eam, Surge, &
abi. Quæ respondit ei, Quamobrem? Hoc malum maius est altero quod in me
admisisti, quod me expellis. At ille noluit illi auscultare, sed accersito puero suo,
qui ei ministrabat, ait, Amanda istam à me forâs, & obserato ostiũ post eam. Ha- D
bebat autem [Thamar] tunicã [c] uariam super se, talibus enim pallijs indutæ erant
filiæ regis uirgines. Et expellens eam minister eius forâs, obserauit ostium post
eam. Thamar uero accepto cinere, posuit super caput suum, & tunicam illam ua
riam, qua erat induta, scidit, & posita manu sua super caput suum, celeriter ibat &
uociferabatur. Et ait ad eam Absolõ frater eius, An non Aminon frater tuus fuit
tecũ? Tace ergo soror mea, frater tuus est, ne magnopere [b] crucies te propter hanc
rem. Et mansit Thamar desolata in domo Absolonis fratris sui. Rex uero Da-

[a] Vel, uidebatur ei satis magna res esse si ei quidquam face ret.
[b] Ebr. Sapiens.
[c] Alij, tessellatam.
[b] Eb. Ne ponas cor tuum ad hanc rem.

Digitized by Google

e Ebr. Ista omnia uerba.

uid audiens [e] ista omnia, uehementer indignatus est. Absolom autem neq; mali quidpiam, neq; boni loquutus est cum Amnone; odio enim prosequebatur Amnonem, propterea quod Thamar sororem suam cõpressisset. Post duos annos contigit, ut Absolom haberet tonsores in Baal Hazor, quæ est iuxta Ephraim, inuitaretq; Absolom omnes filios regis. Venit quoq; Absolom ad regem ipsum, et ait, En seruus tuus habet tonsores, eat quæso rex & serui eius cum seruo tuo. Respondit rex Absolomi, Non fili mi, non ibimus omnes, ne grauemus te. Quũq; ille flagitando ei instaret, neq; uellet ire, ualedixit ei, & dixit Absolom, An ergo non iret nobiscũ Amnon frater meus? Et respondit ei rex, Cur iret tecum? Et quũ instaret ei Absolom, dimisit cum eo Amnonem, & cunctos filios regis. Præceperat autem Absolom pueris suis, dicens, Obseruate quæso quum Amnon à uino

F hilari fuerit animo, quumq; ego uobis dixero, Percutite Amnonem, ut interficiatis eum: neq; metuatis, an non ego præcepi uobis? Confortamini ergo, & [f] estote uiri fortes. Fecerũt ergo pueri Absolomis Amnoni sicut præceperat Absolom. Surgentes itaq; omnes filij regis, inscenderunt quisq; mulum suum & fugerunt. Quumq; essent adhuc in itinere, rumor peruenit ad Dauidem, hisce uerbis, Percussit Absolom omnes filios regis, ut ne unus quidem ex eis sit reliquus. Surgẽs itaq; Dauid discidit uestimenta sua, & iacuit in terra, [g] astabantq; ei omnes serui eius discissis uestibus. Respõdens autem Ionadab filius Simeah fratris Dauidis, ait, Ne dicat dominus meus quod omnes filios regis interfecerint, nam solus Amnon mortuus est: nam ad præceptum Absolomis constitutum fuit, ab eo die quo Amnon oppressit Thamar sororem eius: ne sit igitur rex [h] solicitus de hoc,

G ut dicat, Omnes filij regis mortui sunt, nam solus Amnon perijt. Et Absolom fugit. Sublatis autem oculis suis puer qui erat in specula, circumspexit, & ecce turba multa ueniebat in uia post eum de latere montis. Et ait Ionadab ad regẽ, Ecce filij regis ueniunt, sic enim habet res quemadmodum seruus tuus dixit. Quumq; cessasset loqui, ecce filij regis uenerunt, & sublata uoce sua fleuerunt: sed & rex ipse, cunctiq; serui eius fleuerunt fletu admodum magno. Porrò Absolom fugit, & abijt ad Thalmai filium Ammihur regem Gessur. Et [Dauid] luxit propter filium suum cunctis diebus. Absolom uero quum fugisset, uenissetq; in Gessur, fuit ibi tribus annis. Et cessauit [ira] Dauidis, [i] ne ultra educeret exercitum ad quærendum Absolom, consolationẽ enim acceperat super Amnone qui mortuus erat.

f Ebr. Estote filij roboris aut uirtutis.

g Astare dicuntur regi, quicunq; in aula sunt. Nam Nizabim etiam præsides significat.

h Ebr. Ne ponat rex hoc negotium super cor.

i Et cessauit Dauid egredi ad Absolom. Licet uerbũ sit fœminini, sed sic sunt uariæ sententiæ.

CAP. XIIII.

Quibus artibus Absolom per Ioab reuocatus sit.

A ANimaduertit autem Ioab filius Zeruia cor regis [pronũ] esse ad Absolom, mittens igitur Ioab in Thekoa, tulit inde mulierẽ uafram, dixitq; ad eam, Simula quæso te lugentem, deinde & uestibus lugubribus induere, nec oleo ungaris, quin potius similis sis mulieri, quæ se pro mortuo diebus multis luctu confecit, ingressa autem ad regem, loquaris cum eo in hanc formam, ([a] præiuit autẽ Ioab uerbis quæ loqueretur.) Loquuta est ergo mulier illa Thekoitis ad regem, procidens scilicet super faciem suam in terram, & reuerentiam exhibens regi, ait, Serua ô rex. Ad quam rex ait, [b] Quid tibi uis? Respondit illa, Equidem mulier uidua ego sum, & maritus meus obijt, habuit autẽ ancilla tua duos filios, hiq; duo rixati inter sese in agro sunt, nemineq; præsente qui [litem] inter eos dirimeret,

B percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce insurrexit uniuersa familia aduersus ancillam tuam, & dicunt, Trade illum qui interfecit fratrem suum, ut supplicium de eo [c] sumamus, pro uita fratris sui quem trucidauit, insuper excindamus etiam hæredem. Sic extinguere [conantur] scintillam meam quæ reliqua est, ne supersint marito meo [d] nomen & reliquiæ super terram. Et ait rex ad mulierem, Vade in domum tuam, ego causa tui mandabo. Dixitq; mulier illa Thekoitis ad

a Ebr. Posuit Ioab uerba in ore eius.

b Ebr. Quid tibi?

c Ebr. Vt interficiamus eũ in anima fratris sui.

d Ebr. Ne ponatur nomen uiro meo.

tis ad regem, Domine mi rex, scelus hoc mihi imminet domuiq; patris mei, rex
& thronus eius sine culpa erunt. Et ait rex, Si quis uel uerbo contra te egerit, duc
illum ad me, [efficiam] ne quid te amplius lædat. Quæ ait, [c] Iuret quæso rex per C
DOMINVM deum tuum (siquidem multi sunt uindices sanguinis, qui perde-
re [tentant]) ne excindant filium meum. Et respondit [rex,] [f] Viuit DOMINVS,
si ceciderit de capillo filij tui in terram. Ait mulier, Liceat quæso ancillæ tuæ uer
bum loqui ad dominum meum regem. Et ait, Loquere. Dixit mulier, Cur ergo
cogitasti huiusmodi aduersus populum dei? an non rex delinquit quum loqui-
tur tale uerbum, ne reducat rex expulsum suum? Siquidē [g] certissime morimur,
& instar aquæ quæ in terram defluunt, quæ colligi non possunt, nec aufert deus
Ezec.18.g 33.c animam, sed omnino cogitat, ut [h] non reijciat à se qui reiectus est. Veni itaq; ut
loquerer ad regem dominum meum sermonē hunc, etiamsi deterruerint me qui
dam è populo, at ancilla tua dixit, Loquar nunc ad regem, si fortè faciat rex hoc D
quod postulat ancilla tua, quoniam exaudiet rex, ut liberet ancillam suam de ma
nu illius uiri, qui excindere uult me & filium meum simul ex hæreditate dei: di-
xitq; ancilla tua, Sit quæso uerbum domini mei regis ad tranquillitatem, quoniā
sicut angelus dei, sic est dominus meus rex, ut audiat bonum & malum, & erit
DOMINVS deus tuus tecum. Et respondit rex, & dixit ad mulierem, Ne quæso
cœles à me [i] quidquam quod ego te interrogo. Et ait mulier, Loquatur dominus
meus rex. Et dixit rex, An non [k] hæc omnia agis auspicio ac consilio Ioab? Re- E
spondens mulier ait, Per uitam animæ tuæ [l] domine mi rex, non est quispiā nisi
Ioab seruus tuus, per omnia quemadmodum loquutus est dominus meus rex,
ipse præcepit mihi, ipseq; posuit [m] in os ancillæ tuæ omnes sermones istos, utq;
sic circuirem schemate istius orationis, hoc effecit Ioab seruus tuus. Et dominus
meus sapiens est iuxta sapientiam angeli dei, ut sciat omnia quæ sunt in terra. Et
dixit rex ad Ioab, En feci rem hanc, uade & reuoca puerum Absolom. Procidit
Ioab super faciem suam in terram, & gratijs actis [n] ualedixit regi. Dixitq; Ioab,
Hodie cognouit seruus tuus, quod impetrarim fauorē in oculis tuis domine mi
rex, [o] siquidem præstitit rex petitionem seruo suo. Surgens itaq; Ioab abijt in Ge F
sur, & abduxit Absolom in Ierusalem. Et ait rex, Abeat in domum suam, neq; ui-
deat faciem meam. Reuersusq; est Absolom in domum suam, neq; uidit faciem
regis. Non fuit uir tam elegans ut Absolom in omni Israele, qui [sic] [p] laudaretur
supra modum. A planta pedis sui in uerticem usq; non fuit quidquā [q] reprehen-
sibile in eo. Quum tonderet caput suum, (quod fiebat singulis annis ad finē an-
ni, quod scilicet tonderet, eo quod [capillitium] grauaret ipsum,) quum (inquā)
tonderet [comam,] pendebat capillitiū capitis sui ducentis siclis, pondere regio.
Natiq; sunt Absolom tres filij, & filia una, cuius nomen erat Thamar: fuit hæc
mulier pulchro aspectu. Mansit itaq; Absolom in Ierusalem duobus annis, ut fa
ciem regis non uideret. Misit ergo Absolom ad Ioab, ut mitteret eum ad regem:
at [Ioab] noluit uenire ad eum, neq; quum secundo [ad eum] misisset, uenire uo-
luit. Dixit ergo [Absolom] ad seruos suos, En agrum Ioab quem habet penes me G
in quo est ordeum, ite & succendite eum igne. Succenderunt ergo serui Absolo-
mis agrum igne. Surgens itaq; Ioab uenit ad Absolom in domū eius, dixitq; ad
eum, Quare succenderunt serui tui agrum meum igni? Respondit Absolom ipsi
Ioab, En misi ad te, dicens, Veni [illegible], ut mittam te ad regem: dixi enim, Cur ueni
de Gesur? satius esset me adhuc illic esse, [effice] igitur ut uideam faciem regis: q;
si est in me iniquitas, interfice me. Venit igitur Ioab ad regem, & indicabat ei
[hoc.] Vocauit itaq; [rex] Absolom, & is uenit ad regem, inclinataq; facie sua ter
ram uersus coram rege, rex osculatus est Absolom. CAP. XV.

Absolom defectionē meditatur, ambit regnū, è quo pellit patrē, Dauid cū suis fugit.

[c] Ebr. Mentionem faciat rex domini dei tui: mentionē autem facere nominis dei, periphrasis iuramenti.

[f] Hæc formula est iurandi Ebraica, id est per deum uiuentem, non cadet quidpiam ex capillo capitis, id est, non perdetur, ut Matth. 10.

[g] Eb. Moriendo morimur.

[h] Alij legunt, nō parcit: alij, non respicit.

[i] Ebr. uerbum.

[k] Ebr. An nō manus Ioab tecum est in omni hoc.

[l] Eb. Viuit anima tua domine mi rex, si est uir ad dexterā uel ad sinistram ex omnibus quæ loquutus est dominus meus rex, nisi seruus tuus Ioab.

[m] Latinus diceret, ipse figurauit os ancillæ tuæ.

[n] Alij benedixit regi alij bene precatus est regi.

[o] Ebr. Siquidē rex fecit uerbum serui sui.

[p] Ebr. Ad laudandū ualde.

[q] Vel, non fuit in eo macula, aut uitium.

Digitized by Google

A Post hæc contigit, ut Absolom pararet sibi currum & equitatum, & [a] quin-
quaginta celeres qui eum stiparent. Ante lucem uero surgens Absolom, sta-
bat ad latus uiæ quo itur ad portas, omnemq; uirum qui causam habebat, ueie-
batq; ad regem ut disceptaret, accersiuit Absolom ad se, & dixit, E qua ciuitate es
tu? Cumq; is responderet, Ex aliqua tribuum Israel est seruus tuus, ait ad eum Ab
solom, En, tu habes bonam & iustam causam, at nemo est à rege [constitutus] qui
te audiat. Dixitq; Absolom, O si [b] ego essem iudex in terra, ut ad me ueniat qui-
cunq; litem habet & ius petit, ut pro eo sententiam dicam. [c] Ad hæc, quum quis
adiret [eum,] & inclinaret se ei, exerta manu prahensabat eũ, osculabaturq; eum.
B Ad hunc modum fecit Absolom cunctis Israelitis, qui ueniebant ad regem disce
prandi gratia, furatusq; est Absolom cor uirorum Israel. Contigit autem [d] ap-
petente anno quadragesimo, ut diceret Absolom ad regem, Liceat quæso mihi,
ut eam & persoluam uotum meum in Hebron, quod DOMINO uoui: uouit
enim seruus tuus uotum quum degerem in Gesur in Syria, hisce uerbis, Si DO-
MINVS me omnino reduxerit in Ierusalem, cultum exhibebo DOMINO. Di-
xitq; ad eum rex, Vade in pace. Qui surgens, profectus est in Hebron. Misit au-
tem Absolom exploratores per omnes tribus Israel hisce mandatis, Quum audie
ritis sonum buccinæ, dicetis, Regnat Absolom in Hebron. Porrò cum Abso-
lom abierant de Ierusalem ducẽti uiri [ab eo] uocati, ierantq; in simplicitate sua,
C nihil omnino scientes. [e] Accersiuit quoq; Absolom Ahitophel Gilonitã, qui erat
à consilijs Dauidi, è ciuitate sua Gilo, interim dum ipse sacrificabat sacrificia, fa-
ctaq; est conspiratio ualida, populus enim confluxit ad Absolom, auctusq; est.
Venit quidam qui [hæc] nunciaret Dauidi, hisce uerbis, Cor Israelitarum inclinat
post Absolom. Tum ait Dauid cunctis seruis suis qui erant cum eo in Ierusalẽ,
Surgite, fugiamus, nam nullus [f] nostrum euadet si expectauerimus Absolom:
properate ut abeamus, ne fortè ipse properans nos apprehendat, [g] periculoq; nos
inuoluat, feriatq; urbem gladio. Dixerunt ergo serui regis ad regem, En [h] serui
D tui præsto sunt ad omnia quæ domino regi placent. Egressus est ergo rex cum
tota domo sua, & quidem pedibus suis. Et reliquit rex decem mulieres concubi-
nas, ut custodirent domũ. Egressus itaq; rex & omnis populus pedibus suis, ste-
terunt procul à domo, cuncti autem serui eius transibant ad manum eius, sicut
& omnes Chreti, atq; omnes Plethi, & omnes Githæi, uiri nempe sexcenti, qui
uenerant [i] pedites de Gath, qui præcedebant faciem regis. Dixitq; rex ad Ithai Gi
thæum, Cur & tu proficisceris nobiscũ? reuertere, et mane cum rege, es enim ad-
uena, simulq; exul [k] extra patriam tuam. Heri aduenisti, cur te ut nobiscum profi
ciscereris hodie excirem? Ego quidem proficiscor, quocunq; tandem profectus
fuero, tu reuertere, & reduc fratres tuos, tecum bonitas & fides. Ithai respondit re
E gi, dicens, Viuit deus, & uiuit dominus meus rex, ubicũq; fuerit dominus meus
rex, siue hoc ad mortẽ siue ad uitam [fuerit,] illic erit & seruus tuus. Tum dixit
Dauid ad Ithai, Veni igitur, & transito. Trãsijt itaq; Ithai Githæus omnesq; mili
tes eius, omnisq; pubes quæ cum ipso erat. Et fleuit tota terra uoce magna, om-
nisq; populus transibat, deinde & rex ipse transiuit torrentem Kidron, & omnis
populus transibat uia quæ ducit ad desertũ. Et ecce Zadok & omnes Leuitæ cum
eo ferebant arcam fœderis dei, collocaruntq; arcam fœderis dei. Ascendit autem
Abiathar, donec cunctus populus plene transisset ex urbe. Et ait rex ad Zadok,
Reduc arcam dei in urbem, si nactus fuero fauorem coram DOMINO, me resti
F tuet, ostendetq; mihi & se & habitaculũ suum: quod si dixerit, Nihil te delector, Abnegatis fui.
præsto sum, faciat mecum quod sibi bonum uisum fuerit. Et dixit rex ad Zadok
sacerdotem, An non es tu uidens? Reuertere tu incolumis in urbem, sintq; duo
filij uestri uobiscum, nempe Ahimaaz filius tuus, & Ionathan filius Abiathar: di
spicite,

[a] Ebraicum schema ita habet, quinquaginta uiros qui ante eum currerent: ego malui dicere celeres, nam sic olim uocati sunt, quos iam satellites dicunt.
[b] Ebr. Quis me cõstituet iudicem?
[c] Ebr. Et factum est.
[d] Ebr. Mikez à fine quadraginta annorum. Obseruandum hic, quod annotaui in caput 15. Deut.
[e] Ebr. Et misit.
[f] Ebr. Non erit euasio nobis à facie Ab solomis.
[g] Eb Impellat super nos malum, percutiatq; urbẽ in ore gladij.
[h] Ebr. Iuxta omnia quæ elegerit dominus meus rex, en serui tui.
[i] Ebr. Pede suo: alij legunt, cum eo, hoc est, eum secuti.
[k] Eb. Migrans de loco tuo: alij exponũt, uagus es & instabilis loco: alij, redi in locum tuum.

Digitized by Google

spicite, ego moram necto in [l]campis deserti, donec nuncium à uobis uenerit, q̃d me certiorẽ reddat. Reduxit ergo Zadok & Abiathar arcam dei in Ierusalem, & manserunt illic. Porrò Dauid ascendit cliuum olearum, ascendens uidelicet & flens, incedens operto capite & nudis pedibus, quin & omnis populus quem secum habebat, operuerunt quisq; caput suum & ascenderunt, ascendendo flentes. Nunciauit aũt [quispiam] Dauidi, dicens, Ahitophel quoq; est cum his qui conspirarunt cum Absolom. Tum ait Dauid, Irritũ fac ô DOMINE consilium Ahitophel. Quũq; peruenisset Dauid ad uerticem, ut illic adoraret deũ, uenit ei obuiã Husai Archites, discissaq; fuit eius uestis, humũ habens super caput suum. G
Ad quẽ ait Dauid, Si mecũ transmiseris, eris mihi oneri, si uero redieris in urbem, dixerisq; ad Absolom, Seruus tuus ero ô rex, quemadmodũ hactenus seruus fui patris tui, sic ero nũc seruus tuus: hac ratiõe irritũ facies mihi consiliũ Ahitophel. [m]An non illic tecũ erit Zadok & Abiathar sacerdotes? quidquid ergo è domo regis audieris, nũciabis Zadok & Abiathar sacerdotibus: cum his quoq; illic sunt duo filij eorũ, Ahimaaz, qui est ipsius Zadok, & Ionathan, q̃ est ipsius Abiathar, per illorũ manus mittetis ad me quidquid audieritis. Venit itaq; Husai amicus Dauidis in ciuitatem. Venit & Absolom in Ierusalem.

[l] Eb. Ad uada uel ad transitiones deserti, sed per metathesin uocem Ebræam exponunt Rabini.

Verba Ebraica paulo aliter numerantur.

[m] Asseueratio per interrogationem.

CAP. XVI.

Donatur Ziba bonis Mephiboseth, Semei regi maledicit, Absolom rem habet cum concubinis patris sui.

CVm uero Dauid paululũ transisset è uertice, en Ziba puer Mephiboseth uenit ei obuiã, simulq; par asinorũ stratorum, super quos erant ducenti panes, centũ ligaturæ uuarum passarũ, & centum [massæ] fructuum æstiuorũ, & lagena uini. Et ait rex ad Ziba, Quid tibi hæc? Respondit Ziba, Asini sunt pro domo regis, ut eis uehantur, panes uero & fructus æstiui sunt pro pueris ut edant, uinũ ut bibãt qui fatigati sunt in deserto. Aitq; rex, †Vbi est filius domini tui? Respondit Ziba regi, En sedet in Ierusalem, quoniã dixit, Hodie restituent mihi Israelitę regnũ patris mei. Dixit ergo rex ad Ziba, En tua sint quæcunq; habet Mephiboseth. Et ait Ziba, Gratias ago, nãciscar fauorẽ in oculis domini [a]mei regis. Venit itaq; rex Dauid Bahurim usq;, illinc egrediebatũ quidã de familia domus Saulitice, nomine Semei, filius Gera, is egrediendo egrediebatur, & maledixit, ad hæc lapidibus petijt Dauidẽ, omnesq; seruos regis Dauidis, omnẽ populũ, heroesq; omnes, qui erãt ei à dextra & à sinistra. Sic aũt dicebat Semei quũ malediceret ei, Egredere, egredere sanguinarie, tu uir Belial, DOMINVS rependit tibi uniuersum sanguinẽ domus Saulitice, cuius loco tu regnasti, tradiditq; DOMINVS regnum in manũ filij tui Absolomis, idq; tuo malo, quoniã [b]sanguinarius es. Ait aũt Abisai filius Zeruia ad regẽ, Cur maledicit canis iste mortuus domino meo regi? sine ut abeam, & tollã caput eius. Et ait rex, Quid [c]mihi uobiscũ negotij filij Zeruia? maledicit sic, quoniã DOMINVS iussit eum, ut Dauidi maledicat: q̃s igitur dicat, Cur sic fecisti? Dixitq; Dauid ad Abisai & ad omnes seruos suos, Ecce filius meus q̃ egressus est è uisceribus meis insidiatũ uitæ meæ, quãto igitur magis filius iste Iemini? Permittite ei ut maledicat, quoniã DOMINVS pręcepit ei, fortasse DOMINVS respiciet [d]adflictionẽ meam, repẽdetq; mihi DOMINVS bonũ pro maledictis illius hoc eodẽ die. Quũq; Dauid & uiri eius per uiam incederent, ibat Semei in latere montis è regione illius, ibat inquã & maledicebat, iaciebatq; lapides contra eum, simulq; spargebat puluerem. Venerunt aũt rex & cunctus populus qui erat cũ eo fatigati, & ibi refecit sese. Absolom aũt & omnis populus Israeliticus uenerunt in Ierusalem, cumq; eo Ahitophel. Quumq; uenisset Husai Archites amicus Dauidis ad Absolom, dixit Husai ad Absolom, Viuat rex, uiuat rex. Dixit autem Absolom ad Husai, Hoccine beneficiũ tuum amico tuo [rependis?] cur non profectus es cum amico tuo? Respondit Husai ipsi

A B C D (section letters in margin)

Infra 19.c

.Reg.2.b

[a] Eb. In oculis tuis.

[b] Eb. Vir sanguinum.

[c] Ebr. Quid mihi & uobis, loquutio est, pro, Quid mihi uobiscum negotij?

[d] Alij legunt, in oculum meum.

Digitized by Google

Absolom, Nequaq̃, sed quem elegerit DOMINVS & populus iste, nempe uniuersus Israel, illius ero, & cum illo manebo. Ad hæc cui ego inseruirem, an non coram filio eius? quemadmodũ seruiui coram patre tuo, sic ero coram te. Et dixit Absolom ad Ahitophel, [e]Agitedum proferte consilium, quid faciamus. Et dixit Ahitophel ad Absolom, Ingredere ad concubinas patris tui, quas reliquit ut domum custodirent, audietq́ uniuersus Israel, ꝙ [f]odiosus sis factus patri tuo: sic roborabuntur manus omnium qui tecum sunt. Tetenderũt ergo ipsi Absolom tentorium super tectũ, & ingressus est Absolom ad concubinas patris sui in oculis totius Israelis. Etenim consilium quod dedit Ahitophel illis diebus fuit, ac si quis consuluisset oraculum dei: sic fuit omne consilium Ahitophelis, tam apud Dauidem, q̃ apud Absolom. Supra 12.c

CAP. XVII.

Proponuntur consilia, & deliberatur quomodo opprimatur David. *Consilium Ahitophel consilio Husai irritum fit, domino ita prouidente ac negotium temperante.*

A Ait uero Ahitophel ad Absolom, Deligã nunc duodecim millia uirorum, & cõsurgens persequar Dauidem noctu, irruamq́ in eum quũ ipse sit lassus & remissis manibus, terreboq́ eum, ut fugiat omnis populus qui cum eo est, feriamq́ solũ regem, populũ uero uniuersum reducam ad te: quumq́ omnes uiri quos tu cupis ad te reducti fuerint, pax erit uniuerso populo. Is sermo uisus est rectus in oculis ipsius Absolom, & in oculis omnium senior Israelis. Dixit aũt Absolom, Voca quæso & ipsum Husai Architen, ut audiamus ipsum [a]quoq; q̃d dicat. Quumq́ uenisset Husai ad Absolom, loquutus est Absolom ad eum, dicẽs,
B Sic [b]loquutus Ahitophel, obsequemúrne cõsilio eius? Sin minus, dic tu. Tum dixit Husai ad Absolom, Consiliũ quod in præsens dedit Ahitophel, non est bonum. Addiditq́ Husai, Tu nosti ꝙ pater tuus milites q́ eius uiri sint strenui & fortes, ad hæc amaro animo, nõ secus ac ursus in campo [catulis suis] orbatus. Iam pater tuus uir est bellãdi gnarus, nec pernoctat cum populo. En ipse iam latitat, siue in aliqua spelunca, siue in alio quopiã loco, si iam ad primũ congressum ex eis cadant aliqui, omnino fama hæc spargetur, & dicetur cladẽ factã esse in exercitu Absolomis, hinc fiet, ut & hi qui fortes alioqui sunt, & q̃ pectora habẽt leonina, mollescant ac liquefiant: nam hoc Israelitis omnibus exploratissimũ est, pa
C trem tuum uirũ esse fortem, militesq́ eius uiros bellicosos. Etenim ego consulo, ut ad te citissime congregetur uniuersus Israel, à Dan usq; ad Beer Seba, qui multitudine arenam maris æquat: deinde, ut tu ipse præsens adsis in cõflictu, tum irruemus in eum, ubicũq; tandem locorum fuerit inuentus: irruemus inquam in eum, quemadmodũ ros cadit super terram, nec unũ quidem, neq; ex eo, neq; ex his qui cum eo sunt, faciemus reliquum. Quod si se receperit in urbem aliquam, admouebunt omnes Israelitæ funes illi urbi, & trahemus eam usq; ad torrẽtem, ut ne lapillus ibi inueniatur. Ait itaq; Absolom & omnes Israelitæ, Consiliũ Husai Arachitæ melius est q̃ consiliũ Ahitophelis. Siquidem DOMINVS ordina
D uerat, ut consiliũ Ahitophelis bonũ irritum fieret, ut DOMINVS induceret malum super Absolom. Dixit uero Husai ad Zadok & Abiathar sacerdotes, Sic & sic consuluit Ahitophel ipsi Absolom & senioribus Israel: tale uero consiliũ ego dedi, ilico ergo per nũcios indicate Dauidi huiusmodi uerba, Ne pernoctes hac nocte in cãpestribus locis deserti, sed mox traijce, ne fortè absorbeatur & rex, & uniuersus populus qui cum ipso est. Porrò Ionathan & Ahimaaz stabant iuxta fontẽ [c]Rogel, abijt ergo ancilla quædã & indicauit eis, ipsiq́ abeuntes indicauerunt regi Dauid, illi enim palàm urbem ingredi non audebant. Videns autem eos puer, nunciauit ipsi Absolom: atq; illi duo properanter abierunt, ueneruntq́
E in domũ cuiusdam uiri in Bahurim, qui puteũ habebat in atrio suo, in quem descenderunt: tollensq́ uelum quoddam mulier, expãdit [d]super puteum, & sparsit super

[e] Eb. Adferte nobis consilium.

[f] Eb. Quod fœtidus sis factus.

[a] Ebr. Quid in ore eius etiam ipse.

[b] Eb. Secundũ hunc sermonem loquutus est, Faciemus ne uerbum eius?

Hic Ebræa uerba aliter habẽt, sed sensui nihil decedit.

[c] Rogel quidam appellatiue pro fullone transferunt.

[d] Ebr. Super faciem putei.

Digitized by Google

super ipsum [e]ordeum contusum, ne res hæc innotesceret. Et uenientes serui Ab-
solom in domum ad mulierem, dixerũt, Vbi est Ahimaaz & Ionathan? Respon-
dit eis [f]mulier, Traiecerunt uadum aquarum. Quumq́ quæsiuissent, & non in-
uenissent, reuersi sunt in Ierusalem. Factum ergo est, postq̃ illi abijssent, ut ascen
derent hi de puteo, irentq́ & nunciarent regi Dauidi, dicerentq́ ad Dauidẽ, Sur F
gite & propere traijcite aquas, quoniam sic consuluit contra uos Ahitophel. Sur
rexit itaq́ Dauid & omnis populus qui erat cum eo, & traiecerunt Iordanem an
tequam aurora exoriretur, ut ne unus quidem desideraretur qui non trãsisset Ior
danem. Porrò Ahitophel uidens non successisse cõsilium suum, strauit asinum,
& consurgens abijt in domũ suam, & ad ciuitatem suam, & disposita domo sua,
strangulatus est, & mortuus, sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid uero ue
nit in Mahanaim, & Absolom Iordanem transmisit, ipse & cum eo omnes Israe
litæ. Et constituit Absolom Amasam pro Ioab super exercitum. Fuit aũt Amasa
filius cuiusdã uiri Israelitæ nomine Iithra, qui [g]ingressus erat ad Abigal filiam
Nahas sororẽ Zeruia matris Ioab. Castrametatus est itaq́ Israel & Absolom in G
terra Gilead. Cũq́ uenisset Dauid in Mahanaim, [attulerunt] Sobi filius Nahas
de Rabba Ammonitarũ, Machir filius Ammiel de Lodebar, & Barsillai Gileadi
tes de Roglim, lectos, pelues, uasa fictilia, triticũ, & ordeum, farinam & spicas
tostas, fabas, lentem atq́ far tostum, mel, butyrũ, oues, & caseos uaccinos, quæ at
tulerunt Dauidi & populo qui cum eo erat, ut comederẽt. Dixerant enim, Popu
lus ille famelicus est, & delassatus, & sitim patitur in deserto. CA. XVIII.

*Committuntur exercitus utriusq́, Dauidis superior euadit. Absolom spiculis traie-
ctus in arbore perit, non sine dolore patris.*

DAuid recensuit populum quem secum habebat, & constituit super eos tri- A
bunos & centuriones. Porrò tertiam populi partem misit sub manũ Ioab,
rursus tertiam partem sub manum Abisai filij Zeruia fratris Ioab, & tertiam de-
inde partem sub manum Ithai Githæi. Et ait rex ad populum, Omnino & ego
uobiscum egrediar. Populus uero dixit, Nequaquã egredieris, nam etiamsi nos
fugerimus, nullam nostrum habebunt rationem: quin si ex nobis dimidia pars
perierit, [a]non multum pensi habebunt. Etenim nostrum [b]fermè sunt decem mil
lia, & melius est ut tu nobis ex urbe opem feras. Dixit ergo ad eos rex, Quod uo
bis uidetur faciam. Constitit itaq́ rex apud portam, egrediente uniuerso popu-
lo per centurias & chiliades. Et præcepit rex ipsi Ioab, Abisai & Ithai, dicens, Le
niter [agatis] mihi cum puero Absolom. Audiuit hoc omnis populus q̃ rex B
præciperet omnibus ducibus de Absolom. Egressus est itaq́ populus in cam-
pum congressurus cum Israelitis, factumq́ est prælium in sylua Ephraim. Cor-
ruit autem illic populus Israel coram seruis Dauidis, & facta est illic clades ma-
gna eodem die, nempe uiginti millium, disperso prælio illic super faciem uni-
uersæ terræ: pluresq́ è populo sylua perdidit eo die, quàm uorarit gladius. Da-
tus est autem Absolom conspectui seruorum Dauidis, qui Absolom uehebat su
per mulum, mulusq́ ipse uenit subter densam quercum, eamq́ magnam: qua
quercu caput eius retentũ est, ut [c]penderet ipse inter cœlum & inter terrã, [d]transe
unte mulo cui insederat. Quod quum quidam uidisset, nunciauit ipsi Ioab, &
dixit, Ecce uidi Absolom pendentem ad quercum. Dixit ergo Ioab ad uirũ qui C
[hoc] nunciauerat, Si uidisti, cur [e]non illic ad terram eum prostrauisti? ego de-
dissem tibi decem [f]argenteos [nummos,] & baltheum unum. Vir autem ille di
xit ad Ioab, Nequaquam ego, si penderes in manus meas mille argenteos [si-
clos,] non inquam inferrem manum meam filio regis: nobis enim audiẽtibus
rex præcepit tibi, Abisai, & Ithai, hisce uerbis, Cauete, ne quis [lædat] puerum
Absolom. Aut si fecissem, cur mentirer cum periculo uitæ meæ, quum regem

[e] Alij triticum.

[f] Alij legunt sic, quũ paululũ aquæ [degustassent] prætereunt.

[g] Ingressus ad illã, id est, coniugem seu uxorẽ eam habuit.

[a] Ebr. Non ponent cor super nos.

[b] Alij legunt, Quoniam tu æquas nostrum decem millia. Vel etiamsi nostrum decem millia interficiantur, non magnopere scilicet curabunt.

[c] Ebr. Datusq́ est inter.

[d] Ebr. Et mulus qui sub eo transibat.

[e] Eb. Cur non percussisti eum in terram.

[f] Alij Siclos intelligunt.

Digitized by Google

nihil cælari possit, an uero tu ex [g]oppposito te collocares? Et dixit Ioab, Nō sic ex
pectabo [h]coram te: & tollens tria spicula manu sua, defixit ea in cor Absolom,
D quū adhuc uiueret in medio quercus. Et circundantes decem adolescentes, armi
geri scilicet Ioab, percusserunt Absolom, & interfecerūt eum. Quumq́ buccina
receptui cecinisset Ioab, reuersus est populus ne insequeretur Israelem, quoniam
pepercit Ioab populo. Accepto aūt Absolom, abiecerunt eum in foueā magnam
in sylua, & posuerunt super eum aceruum lapidū ingentem, fugeruntq́ omnes
Israelitę in tabernacula sua. Et Absolom dum adhuc uiueret, accepta [i]pyramide,
collocauit eam sibi, quæ est in ualle regis: dixerat enim, Non est mihi filius, ut re
linquam memoriā nominis mei: uocauitq́ pyramidem illam suo nomine: uo
cata enim est [k]monumentū Absolomis in hunc usq́ diem. Ahimaaz autem filius
Zadok dixit, Liceat mihi quæso ut currā & nunciem regi, q DOMINVS eum
asseruit de manu hostiū eius. Et ait ad eum Ioab, Hodie non [l]eris faustus nūcius,
nunciabis alio die: hac die nō nunciabis, quandoquidē filius regis mortuus est.
E Et ait Ioab ad Chusi, Vade tu, & significa regi quæ uideris. Incuruans ergo se
Chusi corā Ioab, cucurrit. Ahimaaz filius Zadok rursus dixit ad Ioab, Quid ue
ro fieret, si & ego post Chusi currerē? Ait Ioab, Fili mi cur tu curreres? nihil [m]præ
mij de isto nuncio referes. [Rursus dixit,] Quid uero si currā? Ait ad eum, Cur
re. Cucurrit igitur Ahimaaz per iter campestre, & anteuortit ipsum Chusi. Porrò
Dauid considebat inter duas portas, & ierat speculator super tectū portæ in mu
ro, attollens autem oculos suos uidit, & ecce quidā currebat solus. Clamauit er
go speculator, & nunciauit regi. Dixitq́ rex, Si solus est, faustum nuncium est in
ore eius. Is uero celerrime ibat, & cominus appropinquabat. Speculator uidit
F alium quendā currentem, clamauitq́ speculator ad portæ custodem, dicens, Ec
ce uir quidā solus currit. Et dixit rex, Et hic nūcius est. Addidit speculator, Video
cursum prioris ac si esset cursus Ahimaaz filij Zadok. Rex ait, Hic bonus uir est,
uenitq́ ut fausta nunciet. Clamans itaq́ Ahimaaz dixit ad regem, Salus, simulq́
pronus procidit corā rege in terram, dixitq́, Laudādus DOMINVS deus tuus,
qui cōclusit uiros illos, qui manus suas contra dominū meum regem sustulerūt.
Dixitq́ rex, Saluúsne est puer Absolom? Respondit Ahimaaz, Vidi magnum tu
multum quum Ioab seruus [n]regis mitteret seruū tuum, nec scio quid fuerit. Di
G xit autem rex, Circumi & colloca te illuc. Circumiuit ergo & cōstitit. Et ecce ue
nit Chusi, dixitq́ Chusi, Gaudeat dominus meus rex de fausto nūcio, quoniam
DOMINVS hodie uindicauit te de manu omnium qui cōtra te insurrexerant.
Dixit ergo rex ad Chusi, Saluúsne est puer Absolom? Respondit Chusi, Fiant
quemadmodū puer ille hostes domini mei regis, omnesq́ qui insurgunt aduer
sum te ut noceant. Tum rex commotus ascendit in cœnaculum portæ, & fleuit,
eundoq́ sic dicebat, O fili mi Absolom, fili mi, fili mi Absolom, [o]utinam pro te
mortuus essem, Absolom fili mi, fili mi. CAP. XIX.

Dauid dolens ob mortem filij, à Ioab dure increpatur, tandem sibi restitutus, à cun ctis Israelitis reducitur.

A NVnciatum est aūt ipsi Ioab, Ecce rex flet & luctu se conficit propter Abso
lom. Conuersa itaq́ est salus illius diei in luctū uniuerso populo. Audiuit
enim populus eodē die ut diceretur, Dolore afficitur rex ob filium suum. Sub
duxit [a]ergo se furtim populus eo die ingrediendo urbē, perinde ac populus sub
ducere se solet, qui pudore afficitur quum terga uertit in prælio. Porrò rex ob
uoluta facie clamauit, idq́ magna uoce, Fili mi Absolom, Absolom fili mi, fili
mi. Ingressus ergo Ioab domū ad regem, ait, Pudefecisti hodie uultus omniū ser
uorum tuorum, qui hodie eripuerūt animam tuam, & animam filiorum tuorum,
& filiarū tuarum: deinde animam uxorum tuarum, & animam concubinarum
tuarum,

[g] Varie hic exponūt interpretes, alij legunt sine interrogatione, Tu te ex aduerso collocares.
[h] Alij sic, Nō sic ad grediar eum te uidente.
[i] Fornicem aut trophęū sibi constituit.
[k] Eb. Manus Absolom.
[l] Ebr. Vir boni nuncij.
Chusi quidam pro Aethiope legunt.
[m] Ebr. Et tibi non merces exiens, Es wirt dir kein lon drauß gon.
[n] Ebr. Quum mitteret seruum regis Ioab, & seruū tuum, me scilicet.
[o] Eb. Quis det ut pro te.
[a] Hoc est, urbē sunt ingressi, nō cum triumpho ut uictores solēt, sed ut ij qui fuga elapsi sunt & uicti. Alij legūt, quod se subduxerint alius aliō, non in urbem.

Monimentum Absolomis.

Digitized by Google

marũ, diligendo uidelicet eos qui te odio prosequuti sunt, & odiendo eos qui te diligũt, etenim declaras hodie nihili tibi esse principes & seruos. Equidẽ intelligo hodie, si Absolom modo uiueret, etiã si nos omnes hodie interfecti essemus, tum demũ tuo iudicio [b]rem recte habere. Surge igitur, egredere, et [c]demulce uerbis cor seruorũ tuorum: nam id tibi iuro per DOMINVM, si nõ egressus fueris, ne unus quidem hac nocte tecũ hærebit, atq; hoc malum plus incommodabit, q̃ omnia mala quæ tibi euenerũt à iuuentute tua in hunc usq; diem. Surrexit itaq; rex, & cõsedit in porta: quod indicatũ est uniuerso populo hisce uerbis, En sedet rex in porta. Venit itaq; cunctus populus ad regem. Israel autem fugerat quisq; in tentoria sua. Factum est aũt ut omnis populus [d]disceptaret in omnibus tribubus Israel, diceretq;, Rex liberauit nos è manu hostium nostrorũ, idemq; asseruit nos de manu Palestinorũ, iam uero cogitur fugere è terra metu Absolomis, & Absolom quẽ unxeramus super nos, mortuus est in prælio: cur igitur [e]cessatis, quo minus regem restituatis? Rex uero Dauid misit ad Zadok, & ad Abiathar sacerdotes, hisce mandatis, Loquimini ad seniores Iuda in hanc sentẽtiam, Quare uos estis postremi ad reducendũ regem in domum suam? (siquidem sermo totius Israelis uenit ad regẽ in domũ suam) fratres [f]mei uos estis, os meum & caro mea uos estis, quare ergo estis uos postremi in reducẽdo regẽ? Cæterum ad Amasam dicite, An non tu quoq; es de osse meo, & de carne mea? [g]Sic faciat mihi deus, & sic addat, si nõ imperator exercitus sis futurus corã me loco Ioab cũctis diebus. Et [h]flexit cor omniũ uirorũ Iuda, ueluti uiri unius, ut mitterent ad regem [hisce mandatis,] Reuertere tu & omnes serui tui. Reuersus est †igitur rex, & uenit ad Iordanem usq;, Iuda aũt uenit in Gilgal, ut descenderet obuiam regi, traduceretq; regem per Iordanem. Porrò Semei filius Gera, filij Iemini, qui erat de Bahurim, propere descendit cum uiris Iuda obuiã regi Dauidi, cumq; eo mille uiri ex Beniamin. Iam Ziba puer domus Sauliticæ, atq; quindecim filij eius, & uiginti serui eius cum eo prospere traiecerunt Iordanẽ ante regem. Transiuit deinde nauis, ut traduceret familiã regis, utq; faceret [i]quod ei placeret. Semei uero filius Gera procidit corã rege quum ille traijceret Iordanẽ, & dixit ad regem, Ne imputet mihi dominus meus iniquitatẽ, neq; memineris eorũ quæ peruerse egit seruus tuus eo die quo egressus est dominus meus rex de Ierusalẽ, ut rex hoc corde [k]uolutet: etenim ego seruus tuus agnosco me peccasse, & hodie primus ueni ex omni domo Ioseph, ut descenderẽ obuiam domino meo regi. Abisai autem filius Zeruia respondens dixit, An ob hanc rem Semei nõ interficeretur, q; scilicet maledixit Christo domini? Dauid ait, Quid mihi uobiscum filij Zeruia? estis enim mihi hodie impedimẽto, num hodie quispiã in Israele interficeretur? an nõ agnosco me hodie esse regem in Israele? Dixitq; rex ad Semei, Non morieris: & iurauit ei rex. Porrò Mephiboseth filius Saulis descẽdit obuiam regi, non [l]lauerat pedes suos, neq; raserat barbam suam, sed & uestes suas non eluerat, ab eo uidelicet die qua egressus erat rex, usq; in eum diem quo rex saluus rediret. Quumq; uenisset Hierosolyma obuiã regi, dixit rex ad eum, Quare non profectus es mecũ Mephiboseth? Respondit, Domine mi rex, seruus meus dolo mecum egit, quoniã dixerat seruus tuus, Sternam mihi asinũ, & equitabo illo, iboq; ad regem, (nam claudus est seruus tuus,) sed falsò traduxit [me] seruũ tuum coram domino meo rege. Equidem dominus meus rex est quemadmodũ angelus dei: fac igitur quod [m]tibi uidetur, nã uniuersa domus patris mei [n]obnoxia fuit morti corã domino meo rege, tu uero posuisti seruũ tuum inter cõuiuas mensæ tuæ: quid igitur iuris ultra habeo, ut cõquerar amplius aduersus regem? Et dixit ei rex, [o]Quid opus est pluribus uerbis? Pronũciaui, ut tu et Ziba agros diuidatis. Et ait Mephiboseth ad regem, Quin ipse uniuersos accipiat, posteaq̃ dominus

Margin: B; C; D; E
3.Reg.2.b
Supra 16.c
Supra 16.a

[b] Ebr. Tunc rectum esse in oculis tuis.
[c] Ebr. Loquere in cor seruorum.
[d] Ebr. Iudicatus est populus, hoc est, unusquisq; alterum ob iurgans, culpã hanc in alium reiecit: alij legunt, populus ambiguus fuit, suspensus: alij, certabat.
[e] Ebr. Cur tacetis aut dissimulatis.
[f] Quum intelligeret rex animum Israelitarum pronũ in se, admonet Iudã ut antevortat Israelitas.
[g] Formula iurandi aut promittendi.
[h] Sermo scilicet sacerdotum seu regis.
[i] Ebr. Quod bonum esset in oculis eius.
[k] Ebr. Vt rex ponat super cor.
[l] Eb. Nõ fecerat pedes, neq; fecerat barbam, superius scilicet labium.
[m] Ebr. Quod bonũ est in oculis tuis.
[n] Eb. Viri mortis.
[o] Ebr. Quid loqueris amplius uerba tua? Dixi, Tu et Ziba dimidite agros.

Digitized by Google

F meus rex incolumis redijt in domũ suam. Sed & Barsilai Gileadites descenderat
de Roglim, & trãsierat cũ rege ad Iordanẽ, ut eum per Iordanẽ deduceret. Eratq;
Barsilai admodũ senex, nempe octoginta natus annos, qui cibos administraue
rat regi quum maneret in Mahanaim, erat enim uir præpotẽs. Dixit itaq; rex ad
Barsilai, Tu transi mecum, & alam te apud me in Ierusalem. Et ait †Barsilai ad re 3.Reg.2.b
gem, [p] Quales sunt dies annorũ uitæ meæ, ut ascẽderem cum rege Hierosolyma?
natus sum hodie annos octoginta, num discernere possum inter bonũ & malũ?
num seruus tuus gustare poterit quæ comedo & quę bibo? num audire amplius
uocem cantorũ & cantatricum? cur uero seruus tuus domino meo regi posthac
oneri esset? seruus tuus transibit paululũ Iordanem cum domino meo rege, cur
enim tantã retributionẽ mihi rependeret rex? liceat quæso seruo tuo ut redeam,
utq; moriar in ciuitate mea apud sepulchrum patris mei & matris meę: en est ser
uus tuus Chimham, is transeat cũ domino meo rege, huic fac q̃d tibi uisum fue-
G rit. Dixit itaq; rex, Transeat ergo Chimham mecum, & ego faciam ei quod tibi
uisum fuerit: quidquid uero tu postulaueris à me, faciã tibi. Transiuit itaq; uni-
uersus populus Iordanem, sed & rex trãsiuit atq; osculatus est rex ipse Barsilai,
& [q] ualedixit eum: isq; reuersus est ad locũ suum. Transijt ergo rex in Gilgal, &
Chimham transijt cum eo, atq; cunctus populus Iuda, & deduxerunt regem, si-
mulq; dimidia pars populi Israel. Et ecce omnes uiri Israel ueniebãt ad regem,
dixeruntq; ad regem, Quare uiri Iuda fratres nostri [r] furtim te subduxerũt, tradu
xerũtq; regem & familiã eius ultra Iordanem, & omnes uiros Dauidis cum eo?
Respondit quisq; ex Iuda Israelitis, [s] Rex est mihi arctiori amicitia iunctus, cur
uero hęc res bilem tibi mouit? Num cibos à rege accepimus nos? Num uero [t] do
natiuum aliquod nobis accepimus? Dixerũt uero Israelitæ ad Iudæos huiusmo-
di uerba, Ego habeo in rege decem portiones, & in ipso quoq; Dauide te supe-
ro, cur igitur me spreuisti? an non ego prior uerba feci de reducendo rege meo?
At sermo uirorũ Iuda uehementior fuit q̃ sermo Israelitarum.

CAP. XX.

Conspirat Seba aduersus regem, quo fit ut bona pars Israelitarum à rege deficiat. Amasa trucidatur à Ioab, qui & Seba insequens interficit.

A IBi oblatus forte fortuna uir quidã Beli Iaal, cuius nomen Seba, qui fuit filius
Bichri, [a] uir Iemini, is classicũ cecinit tuba, simulq; ait, Nõ est nobis pars in Da
uide, neq; hæreditas in filio Isai, [recipiat] se quisq; ex Israel in tẽtoria sua. Ascen
dit itaq; [b] omnis Israel ab ipso Dauide, & sequebatur Seba filiũ Bichri. Qui aũt
erant ex Iuda adhærebãt regi suo à Iordane usq; Ierusalem. Venit itaq; Dauid in
domũ suam in Ierusalem, accepitq; rex decem mulieres concubinas, quas ad cu-
stodiendam domũ reliquerat, & tradidit eas in domũ quandam custodiendas, ci
bumq; administrauit eis, sed non est ingressus ad eas, manebantq; cõclusæ usq;
B ad diem mortis suæ, uiuentes uiduæ. Ait autem rex ad Amasam, Conuoca mihi
uiros Iuda in diem tertiũ, & tu quoq; hic adsis. Abijt igitur Amasa ut cõuocaret
Iuda, distulitq; ultra tempus quod ei constitutũ erat. Tunc dixit Dauid ad Abi-
sai, Seba filius Bichri magis nunc incõmodabit q̃ Absolom, tu igitur accipe ser-
uos domini tui, & eũ insequere, ne [c] occupet ciuitates munitas, & subducat se cõ
spectui nostro. Egressi sunt itaq; post eum uiri Ioab, & Chreti & Phlethi, & for-
tissimi quiq;: egressi sunt aũt è Ierusalem, ut insequerentur Seba filium Bichri.
C Quũq; essent apud lapidem magnũ qui est in Gibeon, & Amasa præcederet eos,
erat Ioab accinctus tunica sua qua erat indutus, super quam succinctus erat gla
dio, qui in uagina iugi in modũ ad lũbos eius pendebat, sic ut facile exiret & ex-
cideret. Et ait Ioab ad Amasam, Nũ recte uales frater mi? & tenuit dextera ipsius
Ioab barbã Amasæ ut oscularetur eum, Amasa uero non [d] obseruabat gladium,
quem manu tenebat Ioab, & ferijt eum gladio in [e] uitalia uiscera, & effudit uisce
ra

[p] Ebr. Secundum quid sunt dies annorum uitarũ mearũ?

[q] Eb. Benedixit.

[r] Eb. Furati sunt.

[s] Ebr. Propinquus est ad me rex, ut Germani, Er ist mir naach, id est, gefrüntdet/verwandt.

[t] Eb. Portando portatum.

[a] Quidam legunt, uiri Iemini.

[b] Ebr. Omnis uir Israel.

[c] Ebr. Ne inueniat sibi.

[d] Vel, Amasa nõ cauit, qa nischmar acti ue seu neutraliter exponitur.

[e] Alij, sub quintam scilicet costam.

Digitized by Google

ni eius in terram, neque iterauit in eo [ictum,] & concidit. Porrò Ioab & Abisai D frater eius insequuti sunt ipsum Seba filium Bichri. Constitit autem quidam ex pueris Ioab apud [f] interfectũ, & dixit, Qui fauet ipsi Ioab, quiq; Dauidi, sequatur ipsum Ioab. Amasa aũt uolutabatur in sanguine in media uia. Videns autẽ quidam quod omnis populus consisteret, amoto Amasa ex itinere in agrum, proiecit super eum uestimentũ, quandoquidem uidebat quod omnes uenientes iuxta illum consisterent. Cumq; iam è uia amotus esset, præterijt quisq; sequutus Ioab ad insequendum Seba filium Bichri. Et pertransijt omnes tribus Israel, Abel & Beth E Maacha, & omnia [g] loca Berim, isti uero cõgregati insequuti sunt eum. Venientes igitur obsederũt eum in Abel Beth Maacha, & affuderũt aggerem ad urbem. Et [h] stetit mulier sapiens in propugnaculo, (omnis aũt populus qui cũ Ioab erat uolebãt uastare & deijcere murũ,) & clamauit ex urbe, Audite, audite, dicite quæso ad Ioab, Accede huc propius ut loquar tecũ. Qui quum accessisset ad eam, dixit mulier, Es ne tu Ioab? Respõdit, Ego sum. Quæ dixit ad eum, Audi uerba ancillæ tuæ. Et respondit, Audio. Illa rursum loquuta est in hanc sententiã, Omni F no primum loquendũ erat cum Abel, deq; repetundis agendum, [i] sicq; peragenda postulatio. Ego sum ex pacificis & fidelibus Israel, tuq; quæris interficere ciuitatem & matrẽ in Israele, Cur [moliris] deuorare hæreditatẽ DOMINI? Respondit Ioab, dicẽs, Absit absit procul à me, ut uel deuorem, uel uastẽ, negotium non sic habet, sed homo quidã de monte Ephraim, cuius nomen est Seba, filius Bichri, sustulit manũ suam aduersus regem, nempe cõtra Dauidem, hunc unum date, & abscedã ab urbe. Ait ergo mulier ad Ioab, En caput eius deijcietur ad te è G muro. Et uenit mulier illa ad cunctũ populũ cum sapientia sua, illi ergo abscisso capite Seba filij Bichri, deiecerũt ad Ioab: qui cum buccina receptui caneret, [milites] diuulsi sunt ab urbe, quisq; in tentoriũ suum, Ioab Hierosolyma ad regem reuerso. Præfectus aũt fuit Ioab uniuerso exercitui Israelitico, Benaia autẽ filius Iehoiada super Chereti & Phlethi, Adoram fuit quæstor [f] ærarius, Iehosaphat filius Ahilud fuit à commentarijs, Seua autem scriba, Zadok atq; Abiathar sacerdotes, & etiam Ira Iairæus fuit sacerdos Dauidis.

Deute. 20. c — Supra 8. d

CAP. XXI.

Oborta fame filij Saulis Gibeonitis traduntur, Dauid pugnat contra Palestinos.

Dauidis temporibus oborta est fames, idq; annos tres cõtinuos. [a] Cõsuluit A aũt Dauid DOMINVM. Dixitq; DOMINVS, Propter Saulẽ, & propter domũ [eius] sanguinariam, eo quod interfecit Gibeonitas. Vocatis itaq; Gibeonitis rex, loquutus est cum eis. Gibeonitæ uero non fuerunt de filijs Israel, sed de reliquijs Amorræorum, † quibus filij Israel iurauerant, Saul aũt molitus est eos occidere, zelo uidelicet quodam quem habuit pro filijs Israel & Iuda. Dixit aũt Dauid ad Gibeonitas, Quid [b] faciam uobis, & qua re expiabo, ut fausta imprecẽtur hæreditati DOMINI. Responderunt ei Gibeonitæ, [c] Non [poscimus] nobis aurum aut argentũ à Saule & à domo eius, neq; hoc urgemus, ut aliquis ex Israele interficiatur. Ait ille, Quid ergo dicitis quod faciã uobis? Responderũt regi, Virum illũ qui perdidit nos, & cogitauit insidiose cõtra nos, [d] perdemus, ne exter in omnibus terminis Israel: dent nobis septẽ uiri de filijs eius, quos agemus in cru B cem DOMINO in Gibeath Saulis, electi DOMINI. Dixit rex, Ego dabo. Pepercit aũt rex Mephiboseth filio Ionathan filij Saulis, † propter iuramentũ DOMINI quod fuit inter eos, inter Dauid scilicet & Ionathan filiũ Saulis: sed accepit rex duos filios Rizpæ filiæ Aiæ, quos pepererat Sauli, nẽpe Armoni & Mephiboseth, deinde & quinq; filios Michol filiæ Saulis, quos pepererat Adrieli filio Barsillai Meholothitæ, tradiditq; eos in manũ Gibeonitarum, egerũt eos in crucẽ in monte corã DOMINO, ceciderũtq; septẽ illi pariter, occidebanturq; in diebus messis ab initio, quum primũ meterentur hordea. Tollens aũt Rizpa filia Aia saccum,

Iosue 9. c — 2. Reg. 28. a

[f] Ebr. Apud eum.

[g] Alij legũt, omnes ciues Beerim.

[h] Alij stabat referũt ad aggerem, alij ad bellũ seu exercitũ, alij ad urbem.

[i] Clarigatio fuit Romanis, quum intecta hasta in fines hostis, res repetebãt, & bellum per fecialem indicebant, de qua hic dicere uidetur.

[f] Ebr. Super tributum.

[a] Ebr. Quæsiuit faciem domini.

[b] Eb. Vt benedicãt: alij in secunda persona legunt, ut benedicatur.

[c] Alij, non est nobis causa pecuniaria cũ Saule.

[d] Alij legũt, qui cogitauit cõtra nos ut excinderemur, ne extaremus.

Digitized by Google

expandit eum sibi super petrā ab initio messis, donec stillauit aqua super eos de
cœlo, nec permisit uolucrem cœli super eos desidere interdiu, aut bestias agri no
C ctu. Nunciatūq; est Dauidi quid faceret Rizpa filia Aia concubina Saulis. Abijt
ergo Dauid, & tulit ossa Saulis, atq; ossa Ionathan filij eius à ciuibus Iabes Gi-
lead, qui clam tulerant eos de platea Betsan, in qua suspenderāt eos Palestini eo 1. Reg. 31.
tempore quo Palestini percusserant Saulem in Gilboa, sustulit inquam ossa Sau
lis & ossa Ionathan filij eius, & ossa eorum qui suffixi erant collegerunt, sepelie
runtq; ossa Saulis & Ionathan filij eius, in terra Beniamin in [e]Zela in sepulchro
Kis patris eius, & fecerunt omnia quæ præceperat rex: post hæc deus propitius
[f]factus est terræ. Rursus factum est præliū Palestinorū contra Israelitas, descen Bella quatuor.
ditq; Dauid & serui eius cum eo, & bellū gesserūt cum Palestinis, Dauid autem I.
fatigatus est. Et Iisbi in Nob, qui natus fuit ex Rephaim, (pondus lanceæ eius
habebat trecentos siclos chalybis, ipseq; nouo [gladio] accinctus erat:) is dixe-
rat se occisurum Dauidem, sed Abisai filius Zeruia tulit ei opem, percussitq; Pale
D stinum, eumq; interfecit. Tunc uiri Dauidis iurantes dixerunt, Nunq̄ posthac
egredieris nobiscū in pugnam, ne extinguas lucernam Israelis. Post hæc conti- II.
git ut instauraretur bellū in Nob cum Palestinis, tunc trucidauit Sibbechai Hu-
sathites ipsum Saph, qui erat ex Rephaim. Factū deinde & aliud prælium in III.
Gob cū Palestinis, ubi Elhanan filius Iaaræ Orgim Bethleemites, Goliath quen
dam Githæum trucidauit, cuius hastæ lignū erat instar iugi textorij. Aliud de- IIII.
inde fuit prælium in Gath, fuit illic uir quidā monstrosa magnitudine, qui [g]di-
gitos manuum habuit duodecim, & pedū digitos item duodecim, numero ui-
delicet uigintiquatuor, qui & ipse natus erat ex Rephaim in Gath, is cū probra
iaceret in Israelitas, trucidauit eum Ionathan filius Simea fratris Dauidis. Qua
tuor isti nati sunt ipsi Rapha in Gath, cecideruntq; per manum Dauidis, & per
manum seruorum eius.

CAP. XXII.

Carmen gratulatoriū quod canit Dauid domino, qui eum è manu Saulis, et omnium hostium eripuerat.

A PORRÒ Dauid loquutus est ad DOMINUM uerba huius cantici, eo tēpore
quo eripuerat eum DOMINUS è manu omniū hostium eius, & de manu
Saulis, & dixit, DOMINUS petra mea, propugnaculū meum, & ereptor meus.
Deus rupes mea, illo nitar, clypeus meus, & cornu salutis meę, arx mea, & asylū
meum, seruator meus à uiolentia asseres me. DOMINUM †laude dignū inuo Psal. 17. a
cabo, absq; inimicis meis seruabor. Quū circundedissent me mortales [a]cōtritio-
nes, torrentesq; [b]Beli Iaal terruissent me. [Quū] me funes foueæ cinxissent, la-
queiq; mortis me præuertissent. [Quū] angustū esset mihi, inuocabā DOMI-
NUM, atq; ad deū meum clamabā, & exaudiuit de tēplo suo uocem meā, ut pri
mum clamor meus ad aures eius [peruenit.] Cōmouebatur & cōtremiscebat
terra, fundamenta cœlorū fremebant & conquassabant, quoniā ipse irascebatur.
Ascendebat fumus è naribus ipsius, & uorās ignis ex ore eius, ita ut de eo carbo
nes incenderentur. Flectebat cœlos ac descendebat, sub pedibus eius caligo. Ve
B hebatur super Cherub, & uolabat, ferriq; uidebat alis [c]pernicibus. Circūquaq;
iuxta se tenebras posuerat instar tabernaculorū, aquas atras, & dēsissimas nubes.
De fulgore qui coram eo erat, prunæ ardentes incendebantur. Tonabat è cœlis
DOMINUS, altissimusq; edebat uocē suam. Sagittas eiaculabatur, disijciebatq;
[d]eos, fulgur mittebat, & consternatos reddidit eos. Tum apparebant profun-
dissima aquarum receptacula, retegebantur orbis fundamenta ab increpatione
DOMINI, à respiratione flatus nasi sui. E sublimi demissā [manu] arripiebat
me, atq; extrahebat ex aquis uehemētibus. Eripiebat me ab hostibus potētibus,
nēpe de osoribus meis, qui me superiores erāt. Qui me tēpore calamitatis meæ
præuer

[e] Alij legunt, in latere.
[f] Ebr. Exoratus est.
[g] Eb. Digiti manuū eius, & digiti pedū eius, sex & sex.
[a] Ebr. Contritiones mortis, seu confractiones.
[b] Beli Iaal pro perditis hominibus utuntur Ebræi. Tempora sunt mutata, nam id res ipsa & carminis ratio postulat.
[c] Super alas uenti.
[d] Relatiuum eos ad hostes Dauidis retulit: alij ad sagittas & fulgura.

Digitized by Google

præuerterāt, at DOMINVS fuit mihi fulcrū. Educebat me in locum spatiosum, eripiebat me, fauebat enim mihi. Rependebat mihi DOMINVS iuxta iustitiam meam, & iuxta puritatem manuum mearum retribuebat mihi. Obseruaueram enim uias DOMINI, neq; [c] impie defeceram à deo meo. Ante oculos enim cunćta instituta eius teneo, & mores eius à me nō abijcio. Integre & candide uersor coram illo, & seruo me ne quid praui designē. Rependit itaq; mihi DOMINVS iuxta iustitiam meam, iuxta puritatem meam coram oculis eius. Qui bonitati studet, ei benigne facies, & erga uirum simpliciter integrum, integrum te exhibes. Cū [f] candido candide agis: cū eo uero qui prauus & incuruus incedit, tu quoq; peruerse incedis. Etenim populum adflićtum tu seruas, oculi uero tui super elatos ut eos deprimas. Tu siquidē lucerna mea es ô DOMINE, tenebras meas illustrat DOMINVS. Quoniam in te [g] cuneos militares perrumpo, & in deo meo transilio murū. Dei uia integra est, eloquiū DOMINI repurgatum, scutū est omnium in se sperantiū. Quis enim deus prçter DOMINVM? aut quis est petra præter deū nostrū? Deus est qui me uirtute roborat, & facit uiam meā expeditā. Pedes meos pares facit [pedibus] ceruarum, & in editis meis collocat me. Instruit manus meas ad pugnā, datq; ut arcū chalybæū brachijs meis confringam. Tu protendis mihi clypeum salutis tuæ, & ex mansuetudine tua augustum me facis. Dilatas passum meum subtus me, ne uacillent uertebræ meæ. Persequebar hostes meos, & excindebam eos, nec reuertebar donec eos internecioni darem. Funditus perdebam eos, ac uulnerabā [adeo,] ut subsistere non possent, caderentq; subtus pedes meos. Virtute heroica me ad bellū instruis, & prosternis sub me quotquot contra me insurgunt. Efficis ut terga mihi uertant hostes mei, & ut perdam osores meos. Quocunq; se uertunt, non est qui seruet eos: ad DOMINVM, nec respondet eis. Contundo eos ut puluerē terræ, ut lutū platearum cōminuo eos, atteroq; eos. Tu eripis me de contentionibus populi mei, seruas me ut sim caput gentium, populi quos non noueram seruiunt mihi. [h] Exteri mendaciter sese mihi [subijciebant,] mox ut auribus percipiebant, seruiliter mihi supplices fiebant. Alienigenæ marcescebant, pauebantq; in penetralibus suis. Viuat DOMINVS, & laudatus sit qui est petra mea, altus uehatur deus, qui est petra salutis meæ. Is inquam deus, qui donat mihi ut ultionem sumam, & subijcit mihi populos. Qui educit me ex hostibus meis, tu [ô DOMINE] in sublime ducis me ab his qui contra me insurgunt, eripis me ab eo uiro qui mihi uim & iniuriam intentat. Hanc ob † causam gratias tibi agam inter gentes ô DOMINE, & nomini tuo psallā. Propter magnitudinē salutis [i] qua regem tuum [ditas,] & ꝙ beneficijs prosequeris Christum tuum Dauid, & semen eius in perpetuum. CAP. XXIII.

Rom. 15. b

[c] Aliqui legunt, nunquam contumax fui erga deum meum.

[f] Ebr. Repurgato.

[g] Alij sic legūt, in te expeditus miles curro.

[h] Ebr. Filij alienigenæ mētiebantur, ad auditum auris audiebantur mihi.

[i] Alij, qui magnā salutē dedit regi suo: alij, quia in immensum auges salutifera dona regi tuo, &c. Sed Ebr. Migdal adiećtiuum faciunt. Persona mutata.

Enumerantur hic Dauidis ultima uerba, nominaq; heroum suorum, qui egregijs fa-ćtis clari fuerunt.

Habet speciem carminis.

HAec sunt uerba quæ Dauid postremis temporibus loquutus est. Dixit Dauid filius Isai, & ait uir ille, qui constitutus erat ut esset unćtus dei Iaacob, gratissimus psaltes in Israele. Spiritus DOMINI loquutus est per me, & eloquiū eius fuit in lingua mea. Deus Israel dixit mihi, loquutus est petra Israelis, dominator super homines iustus sit, dominator [habeat] timorem dei. Et sicut lux [a] matutæ quum sol oritur, [b] matuta inquam quæ non habet nubes præ fulgore suo, propter pluuiam uidelicet quæ herbam è terra [elicit.] Non inquam sic erit domus mea cum deo, quoniam fœdus perpetuum [c] pepigit mecum, quod per omnia ordinatum est & seruatū: quandoquidem omnis salus mea & omnis uoluntas [firma est,] neq; ut [germen] crescit. Contrà [D] uir perditus erit ut spina in uniuersum euulsa, quā nemo manu attrećtat. Quod si quis eas attingere [cogatur,] armet [manum suam] ferro, aut ligno hastæ, aut certe igne quo eas in stirpe sua

[a] Similitudo est partim, partim dissimilitudo.
[b] Regnum meum seu domus mea est ut lux clarissima, quæ subinde augescit, nec ullas habet tenebras.
[c] Ebr. Posuit mihi.
[D] Ebr. Belial.

exurat. Hæc sunt nomina heroum, quos habuit David quum sederet in [e] solio sapientiæ. Præcipuus inter tres hic fuit, qui excitabat hastam suam semel super octingentos uulneratos. Huic succedit Eleasar filius Dodi filij Ahohi inter tres heroes [qui fuerunt] cum Davide, quum probris lacesserent Palestinos, collecti scilicet illic ad prælium ascendentibus Israelitis. Is exurgens percussit Palestinos, donec defatigaretur manus eius, obrigesceretque manus eius ad gladium. Atque illo ipso die DOMINVS magnam salutem edidit, reversusque est populus ipsum sequutus, duntaxat ad prædam excurrens. Post hunc Samma filius Age Hararites, congregatis Palestinis in globum, fuit ibi ager lentium plenus, fugitque populus metu Palestinorum. Tum is constitit in medio agro, & eripuit populum, trucidavitque Palestinos, edente DOMINO ingentem salutem. Descenderunt uero tres isti principes, qui erant ex triginta præcipuis ducibus, tempore messis ad Davidem in speluncam Adullam, agmen uero Palestinornm castra sua habuit in ualle Rephaim. David tum erat in arce, & præsidium Palestinorum in Beth Lehem. Accensus ergo David desiderio quodam dixit, Vtinam quispiam mihi ex aqua fontis illius qui est in Beth Lehem ad portam potum ferat. Tum tres illi heroes penetrarunt castra Palestinorum, haurientesque aquam è fonte Bethlehemiti eo qui erat ad portã, ferebant illam & attulerũt ad Davidẽ: ipse uero noluit eam bibere, sed libavit eam DOMINO, dicens, Procul sit hoc à me DOMINO adiuuante, ne istud committam: an non hic sanguis est uirorum, qui [f] cum periculo uitæ suæ [illuc] profecti sunt? Nec uolebat eam bibere. Et hæc quidem fecerunt hi tres heroes. Porrò Abisai frater ipsius Ioab filius Zeruia caput ternarij, is excitavit lanceam suam super trecentos, quos strauit, & in ista triade [præcipuum] habuit nomen: in triade ista excelluit inquam gloria, at non pertigit ad tres [priores.] Benaia deinde filius Iehoiada filius cuiusdam strenui hominis, inclytus rebus gestis, de Kabzeel, is percussit duos leones Moab, is ipse descendit atque percussit leonem in media fouea, quum esset tempus niuis. Et is idem percussit Aegyptium quendam præstanti forma uirum: erat autem in manu Aegyptij hasta, is autẽ descẽdit ad eum baculo, & ui rapta hasta de manu Aegyptij, ferijt eum hasta ipsius. Hæc patrauit Benaia filius Iehoiada, habuitque nomen inter tres heroes. Ex triginta præstantissimus fuit, ad tres aũt non peruenit. Hunc cõstituit David [g] ut esset audiens ei. Asael quoque frater ipsius Ioab [h] inter triarios [recensetur:] Elhanan filius Dodo Bethlehemites, Samma Harodæus, Elika Harodæus, Hælez Paltites, Ira filius Ikesch Thekoites. Abiæser Anethotites, Mebunnai Husatites, Zalmon de Ahoha, Maharai Netophatites, Heleb filius Baana Netophatites, Ithai filius Ribai de Gibeath filiorũ Beniamin, Benaia Pirathonites, Hiddai de torrentibus Gaas, Abialbon Arbatites, Asmaueth Barhumæus, Eliahba Saalbonæus, filij Iasen Iehonatan, Samma Hararites, Ahiam filius Sarar Hararites, Eliphelet filius Ahasbai, filij Maachati, Eliam filius Ahitophel Gilonites, Hezrai Carmelites, Paarai Arbites, Iigal filius Nathan de Zoba, Bani Gadites, Zalek Ammonites, Naharai Beerothites, qui armiger fuit Ioab filij Zeruia, Ira Iithrites, Gareb Iithrites, Vria Hithæus, uniuersi triginta septem.

B, C, D (margin letters)

1. Par. 11. — Abisai. — Banaias

[e] Obscurissimus est hic locus, & uarie distractus ab interpretibus. Quidam legunt, Iaschbeã Hachmoni (nã sic appellatur in lib. 1. Paralip. cap. 11.) alij, sedens in solio sapientiæ, referunt ad illum præcipuum inter tres, quem uocant Adino Haezni.

[f] Ebr. Qui in animabus suis iuerunt.

[g] Vt præsto scilicet adstaret, & audiret ac auscultaret iussis regijs.

[h] Alij legũt, inter triginta: sed Schalisch & schalischim non numeri, sed dignitatis & officij esse uidetur.

CAP. XXIIII.

David numerat populum, qua re dominum offendit, & grauiter ab eo punitur.

A FVror DOMINI rursus concitatus est aduersus Israelem, & incitauit Davidẽ in eis, ut diceret, Vade numera Israelem & Iuda. Ait itaque rex ad Ioab imperatorem exercitus quem habuit, Circumi totum Israelem à Dan usque ad Beer Seba, & recensete populum, ut sciam numerum populi. Et dixit Ioab ad regem, Adijciat DOMINVS deus tuus ad populum aliquot [a] centurias, quas oculi domini mei regis uideant: cur uero dominus meus rex illius rei cupidine flagrat? At regis imperium erga Ioab & duces exercitus prævalebat. Egressus itaque est Ioab

una

[a] Ebr. Sicut hos, sicut illos cẽtum uicibus.

Digitized by Google

una cum ducibus exercitus à conspectu regis, ut recenserent populum Israel. Et transeuntes Iordanem, manserũt in Aroër, ad dexteram ciuitatis quæ est in medio torrente Gad, & ad Iaaser. Deinde uenerunt in Gilead & in terram inferiorem [b] Hadschi: tum uenerunt in Dan Iaan, & circum Zidon: ueneruntq; ad munitionem Tyri, & ad cunctas ciuitates Hiuæorum & Chananæorum, egressi ad Meridiem Iehuda in Beer Seba. Quumq; peragrassent uniuersam terram, reuersi sunt Ierusalem exactis nouem mensibus & uiginti diebus. Deditq; Ioab numerum & summã populi ipsi regi. Fuit autem [summa] Israelis octingenta millia uirorum fortium bello [c] aptorum: uirorũ autem Iuda fuerunt quingenta millia uirorum. Posteaquam autem Dauid populum sic numerasset, doluit [d] corde suo, aitq; Dauid ad DOMINVM, Insigniter peccaui in hoc quod feci, transfer quæso ô DOMINE, iniquitatẽ serui tui, quoniam uehementer stulte egi. Quũq; mane surrexisset Dauid, factum est uerbum DOMINI ad Gad prophetam, qui erat [e] Videns ipsius Dauidis, in hanc sententiam, Vade, & loquere ad Dauidem hisce uerbis, Sic dicit DOMINVS, Tria tibi defero, tu ex his unum tibi eligito, quod tibi faciam. Veniens igitur Gad ad Dauidem, nunciauit ei, dixitq; ad eum, Visne ut ueniant tibi septem anni famis in terra tua? aut uis ut fugias tribus mensibus coram hostibus tuis ut te persequantur? aut ut sit pestis tribus diebus in terra tua? Delibera nunc, & dispice, quid referam ei qui me misit. Ait ergo Dauid ad Gad, Supra modum angor, incidamus quæso in manum DOMINI, (quoniam multæ sunt miserationes eius,) in manus hominum ne cadam. Misit itaq; DOMINVS pestilentiam in Israelem à mane usq; ad tempus definitum, & mortui sunt ex populo à Dan usq; Beer Seba septuaginta millia uirorum. Et quum extendisset angelus manum suam super Ierusalem, ut illam quoq; adflictaret, pœnitudine ductus est DOMINVS super malo, & dixit ad angelum uastantem populum, Sat iam, remitte manũ tuam. Et angelus DOMINI fuit iuxta horreum Arafnæ Iebusæi. Dixitq; Dauid ad DOMINVM quum uidisset angelum percutientem populum, & dixit, Ego peccaui, ego inique egi, oues autem istæ quid fecerunt? sit quæso manus tua contra me, & contra domum patris mei. Et uenit Gad ad Dauidem in die illa, & ait ad eum, Ascende, excita aram DOMINO in area Arafnæ Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta uerbũ Gad quod præceperat DOMINVS. Respiciensq; Arafna, uidit regem & seruos eius transeuntes ad se, & egressus Arafna incuruauit se coram rege pronus in terram. Et dixit Arafna, Cur uenit dominus meus rex ad seruum suum? Respondit Dauid, ut emam à te horreum, ut extruã aram DOMINO, & arceatur clades à populo. Tunc dixit Arafna ad Dauidem, Accipiat & sacrificet dominus meus rex quod ei uidetur: en boues in holocaustum, & instrumenta boum in ligna. Omnia dedit rex Arafna regi. Dixitq; Arafna ad regem, DOMINVS deus sit tibi propitius. Et dixit rex ad Arafnam, Nequaquam, omnino emam à te pretio, nec sacrificabo DOMINO deo meo holocausta gratis. Emit itaq; Dauid horreum & bouem quinquaginta siclis argenteis. Et extruens ibi aram DOMINO Dauid, sacrificauit holocausta & gratulatoria, propitiusq; factus est DOMINVS terræ, & cohibita est clades ab Israele.

Marginal notes:

B (beside "reuersi sunt Ierusalem")

C (beside "Ait ergo Dauid ad Gad")

D (beside "excita aram DOMINO in area")

Fames. Bellum. Pestis.

[b] Alij, Hadschi interpretantur nouam, ut sit appellatiuum.

[c] Ebr. Educentiũ gladium.

[d] Ebr. Percussit Dauidem cor suum.

[e] Videntes olim prophetæ dicti, ut patet 1. Samuelis 9.

Digitized by Google

Liber Regum primus, quem nos tertium Regum dicimus.

CAPVT I.

David senio confectus fouetur à iuuencula. Adonias ambit regnum. Solomon regno inauguratur.

a Hbr. Venit in dies.

b Socheneth uarie exponunt, fotrix, cubicularia, thesauraria, apta, utilis, &c.

c Hb. A diebus suis.

d Alij legunt, sacrificans.

e Hb. Quod Solomō filius tuus regnaturus sit post me.

f Imitatur Bathseba uerba regis.

A 
VVM Dauid rex iam senex esset [a] profectæq; ætatis, texerunt eū
uestimentis, at non potuit calefieri. Dixerunt igitur ei serui sui,
Quærant domino meo regi puellam uirginem, quæ astet regi, &
eum [b] foueat, dormiatq; in gremio tuo, ut calefiat dominus meus
rex. Quærentes itaq; puellam pulchram in omnibus terminis Israel,
inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. Erat hæc
puella admodum uenusta, fuitq; fotrix regis, & ministrauit ei, & rex non cogno
uit eam. Porrò † Adonias filius Hagith sese efferens dixit, Ego regnabo: fecitq; 2.Reg.15.a
sibi currus & equites, & quinquaginta uiros celeres ante se. Pater uero ipsius no
luit eum mœrore afficere toto [c] æuo suo, ut diceret, Cur sic facis? Erat autē & ipse
ualde pulchro aspectu, genueratq; eum † post Absolom. Cōmunicabat autem res 2.Reg.3.a
B suas cum Ioab filio Zeruia & cum Abiathar sacerdote, qui opem suam tulerunt
ipsi Adoniæ. Zadok autem sacerdos, & Benaias filius Iehoiada, Nathan prophe
ta, Simei atq; Rei, & proceres quos habuit Dauid non steterunt ab Adoniah.
[d] Mactans autem Adonias oues & boues, & pinguia [pecora] iuxta lapidem So-
heleth, qui situs erat pone fontem † Rogel, inuitauit omnes fratres suos, filios sci Iosue 15.b 18.c
licet regis, atq; cunctos uiros Iehuda seruos regis. Nathan uero prophetā, & Be-
naiam & alios proceres, & Solomonem fratrem suum non inuitauit. Dixit igi-
tur Nathan ad Bathsebam matrem Solomonis in hanc sententiam, An non au-
diuisti quod regnat Adonias filius Hagith, ignorante id domino nostro Daui-
de? Adsis ergo, & dabo tibi consilium, ut serues animam tuam, & animam filij
tui Solomonis. Vade & ingredere ad regem Dauidē, & dic ad eum, Domine mi
rex, an non iurasti famulæ tuæ hisce uerbis, Solomon filius tuus regnabit post
C me, & ipse sedebit super solium meum? Cur ergo regnat Adonias? Ecce te adhuc
loquente ibi ad regem, ingrediar ego post te, & colophonem addam uerbis tuis.
Ingressa est itaq; Bathseba ad regem in conclaue, eratq; rex ualde senex, & Abi-
sag Sunamitis ministrabat regi. Bathseba inclinato uertice procumbit regi: di-
xitq; rex, Quid tibi [petis?] Respondit ei, Domine mi, tu iurasti per DOMINVM
deum tuum famulæ tuæ, [e] Solomon filius tuus regnabit post me, ipseq; sedebit
super solium meum, & en Adonias occupat nunc regnum, & nunc domine mi
rex [hæc] ignoras: nam mactauit boues, saginatum pecus, & oues multas, inui
tauitq; omnes filios regis, Abiathar sacerdotē, & Ioab imperatorem exercitus, So
lomonem autem seruum tuum non inuitauit: ad te autem domine mi rex oculi
omnium Israelitarū intenti sunt, ut indices eis quis sedere debeat super solium
domini mei regis post ipsum, alioqui futurū est, quum dormierit dominus meus
rex cū patribus suis, ut & ego & filius meus Solomon peccatores reputabimur.
Quumq; adhuc loqueretur illa cum rege, en Nathan propheta uenit, & nuncia-
uerunt regi, dicentes, En propheta Nathan adest. Et quum ad regem ingredere-
tur, procubuit ante regem pronus facie sua uersus terrā. Aitq; Nathan, Domine
mi

Digitized by Google

mi rex, tūnc dixisti, Adonias regnabit post me, ipseq́ sedebit super soliū meum? D
descendit enim hodie & mactauit boues, & saginatum pecus, & oues multas,
inuitauitq́ omnes filios regis, & duces exercitus, sed & Abiathar sacerdotem, &
ecce epulantur & bibunt coram eo, dixeruntq́, Viuat rex Adonias: me uero ser-
uum tuum, & Zadok sacerdotem, Benaiam filium Iehoiada, & Solomonem ser
uum tuum non inuitauit: num à domino meo rege negotium hoc mandatum
est? nec indicasti seruo tuo quis sessurus sit super solium domini mei regis post
eum. Et respondens rex Dauid, ait, Vocate mihi Bathsebam. Quæ ingressa in
conspectum regis, stetit ante regē. Et iurauit rex, dicens, Viuit DOMINVS, qui
redemit animam meam ab omni adflictione, quod sicut iuraui tibi per DOMI-
NVM deum Israelis, dicendo, Filius tuus Solomon regnabit post me, ipseq́ se-
debit super solium meum loco mei, sic faciam hodierno die. Inclinauit ergo se
Bathseba facie uersus terram, & quum genu flexisset regi, dixit, Viuat dominus E
meus rex Dauid in sæculum. Et ait rex Dauid, Vocate mihi ipsum Zadok sacer
dotem, Nathan prophetam, & Benaiam filium Iehoiada. Et quum uenissent ad
regem, dixit rex eis, Sumite uobiscum seruos domini uestri, & uehite Solomonē
filium meum mula mea, & deducite eum ad Gihon, illicq́ ungat eum Zadok sa
cerdos & Nathan propheta regem super Israelem, clangetisq́ cornu, dicentes, Vi
uat rex Solomon. Vos autē ascendetis post eum, ut ueniat & sedeat in solio meo,
nam ipse regnabit pro me: nam de illo mando, ut sit princeps super Israelem, &
super Iudam. Respondit ergo Benaias filius Iehoiada ipsi regi, & dixit, [f] Amen, f Amen fiat, ratū sit.
sic dixit DOMINVS deus domini mei regis: Quemadmodū DOMINVS fuit
cum domino meo rege, sic sit cū Solomone, augustiusq́ faciat solium eius, q̄ fue
rit solium domini mei regis Dauidis. Descendit itaq́ Zadok sacerdos, Nathan
propheta, Benaias filius Iehoiada, Chrethi atq́ Pleti, & uexerunt Solomonē su-
1.Par.32.f per mula regis Dauidis, duxeruntq́ eum † ad Gihon. Et tollens Zadok sacerdos
cornu olei ex tentorio, unxit Solomonem, clanxerūtq́ cornu, omnisq́ populus
clamauit, Viuat rex Solomon. Ascenditq́ post ipsum omnis populus, & populi F
canebant tibijs, lætabanturq́ gaudio magno, ut terra præ clamore illorū dehisce
ret. Et audiuit Adonias omnesq́ inuitati qui erant cum eo, (qui iam edendi finē
fecerant,) audiuit & Ioab sonitū cornu, & ait, Cur urbs sic strepitu tumultuatur?
Adhuc eo loquente, en Ionathan filius Abiathar sacerdotis uenit, ad quem dixit
Adonias, Ingredere, quoniam [g] uir es frugi, & nimirum fausta nuncias. Respon g Sic exposui Hai.
dens Ionathan dixit Adoniæ, [h] Profecto dominus noster rex Dauid constituit re h Quidam exponūt, Ah, heu.
gem Solomonem, misitq́ cum eo rex Zadok sacerdotem, & Nathan prophetā,
atq́ Benaiam filium Iehoiada, sed & Cerethi & Pelethi, & uexerunt eum mula
regia, unxerunt deniq́ eum in Gihon Zadok sacerdos & Nathan propheta, ut
sit rex, & ascenderunt inde lætantes, & commota est ciuitas: & hic strepitus est
quem audistis. Sedit insuper Solomon super solium regni. Quin & serui regis
uenerunt, ut [i] gratularentur domino nostro regi Dauidi, dicentes, Decoret deus G i Eb. Vt benedicerēt.
tuus nomen Solomonis supra nomen tuum, & augustius reddat solium eius,
quàm fuerit solium tuum. Et procubuit rex ad lectum, sicq́ loquutus est rex, Lau
dandus DOMINVS deus Israelis, qui dedit hodie [aliquem] qui sedeat in solio
meo uidentibus oculis meis. Illi uero territi sunt, & surrexerunt omnes inuitati
3.Reg.2.a qui cum Adonia erant, abierūtq́ quisq́ sua uia. Porrò Adonias metuens faciem
Solomonis, surrexit & abijt, tenuitq́ cornua aræ. Nunciatumq́ est Solomoni hi Latini ad aram cōfu gere dicunt.
sce uerbis, En Adonias metuit regem Solomonē, nam tenet cornua aræ, dicens,
Iuret mihi hac ipsa die rex Solomon, quod non trucidet seruum suum gladio. Et
dixit Solomon, Si fuerit homo frugi, nihil cadet de capillitio eius in terram: si ue
ro malum fuerit in eo deprehensum, morietur. Misit itaq́ rex Solomon, & abdu-

Digitized by Google

xerunt eum ab ara: & ueniens gratias egit regi Solomoni. Dixitq; ad eum Solomon, Vade in domum tuam.

CAP. II.

Dauid morti uicinus, Solomonem ut in uia dei pergat adhortatur, & de quibusdam supplicium sumere præcipit.

A Appropinquauerunt autem dies Dauidis ut moreretur, præcepitq; Solomoni filio suo, dicens, Ego uado uiam [a] uniuersæ terræ, fortis esto, & sis uir. Obserua obseruationem DOMINI dei tui, ut ambules in uijs eius, & custodias statuta atq; præcepta eius, iudicia eius, atq; testimonia eius, quemadmodum scriptum est in lege † Mosis, ut prudenter agas quæcunq; acturus es, & ad quæcunq; te illic uerteris, & ut DOMINVS ratum habeat uerbum suum quod loquutus est ad me hisce uerbis, Si custodierint filij tui uiam suam, ut coram me ambulent bona fide, toto scilicet pectore & toto animo, hoc affirmo, quod tibi non excindetur uir de solio Israelis. Iam tu nosti quid Ioab filius Zeruia mihi fecerit, quæ scilicet fecerit duobus imperatoribus exercituum Israel, nempe ipsi † Abner filio B Ner, & * Amasæ filio Iether, quos occidit, sanguinem bellicum fundens in pace, ponensq; sanguinem bellicum in baltheo suo qui erat super lumbos eius, atq; in calceamento suo quod erat in pedibus eius. Tu facies pro sapientia tua, ne deducas canos eius in foueam in pace. Porrò filijs Barsillai Gileaditæ benefacias, ut sint conuiuæ mensæ tuæ, illi enim ad me uenerunt quum fugerem præ [b] metu Absolom fratris tui. Deinde tecum est Simei filius Gera filij Iemini de Bahurim, † qui maledixit mihi acerbissima maledictione, eo die quo proficiscebar Mahanaim, descendit tamen obuiam mihi ad Iordanē, & iuraui ei per DOMINVM, dicens, Non interficiam te gladio. Verū ne illi sinas hoc impune abire, quandoquidē uir sapiens es tu, non ignarus qualiter illi facere debeas, ut deducas canos eius in sepulchrum in sanguine. Dormiuit itaq; Dauid cum patribus suis, sepultusq; est in ciuitate Dauidis. Porrò dies quibus regnauit Dauid super Israelem, fuerunt quadraginta ānni: septem annis regnauit in Hebron, in Ierusalē autem C regnauit trigintatribus annis. Sedit igitur Solomō in solio Dauidis patris sui. & firmatum est regnum eius uehementer. Venit autem Adonias filius Hagith ad Bathsebam matrem Solomonis, dixitq; illa, Venisne pacatus? Qui respondit, Pacatus: simulq; dixit, Est mihi aliquid quod loquar tecum. Ipsa ait, Loquere. Et dixit, Tu nosti quod regnū mihi debebatur, hucq; respexisse cunctos Israelitas, ut ego regno inaugurarer, at regnum translatum est, obuenitq; fratri meo, (nam à DOMINO ordinatum est ei,) peto ergo à te petitionē quandam, ne mihi [c] eam neges. Quæ ait ad eum, Loquere. Et dixit, Loquere quæso cum Solomone rege, qui tibi nihil negat, ut det mihi Abisag Sunamitidē uxorem. Et ait Bathseba, Bene, loquar pro te cum rege. Venit ergo Bathseba ad regem Solomonem, ut loqueretur ei pro Adonia. Rex surgit ut ei obuiam iret, & honoris gratia se ei inclinat. Rursusq; consedit in solium suum, & positum est solium pro matre regis, conseditq; ad dexteram ei. Quæ ait, Petitionem quandam paruulam ego peto à D te, quam ne neges mihi obsecro. Dixitq; rex ei, Postula mater mea, neq; enim negare possum. Quæ dixit, Detur quæso Abisag Sunamitis uxor fratri tuo Adoniæ. Et respondit rex Solomon, dixitq; ad matrem suam, Cur postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? Postula ei & regnum, nam ipse est frater meus natu maior me, & habet à se Abiathar sacerdotem, atq; Ioab filium Zeruia. Iurauitq; rex Solomon per DOMINVM, dicens, Sic faciat mihi deus, & sic addat, quoniam contra animā suam loquutus est Adonias uerbum istud. Nunc igitur uiuit DOMINVS, qui ordinauit me, atq; collocauit me super soliū Dauidis patris mei, & qui fecit [D] mihi domū, quemadmodum [e] pollicitus est, interficietur hodie Adonias. Misit igitur rex Solomō per manum Benaiæ filij Iehoiada, & irruit in eum, atq; mor-

[a] uire uiam uniuersæ carnis, loquutione Ebraica significat mori, & eam uiam ire, quā omnes mortales eunt.

[b] Ebr. A facie.

[c] Ebr. Ne reuerti facias faciem meam.

[D] Domum facere, Ebraico tropo significat familiā augere et posteritatem, seu ut alij uolunt regno inaugurari.

[e] Ebr. Loquutus est.

Deut. 17. d

2. Reg. 3. e

2. Re. 20. c

2 Reg. 16. b

2 Reg. 19. d

1. Par. 29. f

2. Reg. 5. a

Act. 2. e. & 13. e

2. Sam. 7.

Digitized by Google

mortuus est. Porrò ad Abiathar sacerdotē dixit rex, Vade in Anathoth ad agros
tuos, es enim morti [f] obnoxius: uerum hodie non interficiam te, quoniam por- E [f] Ebr. Vir mortis.
1.Sam.22.f tasti arcam DOMINI dei coram Dauide patre meo, deinde adflictus es in omni
bus quibus adflictus est pater meus. Eiecit ergo Solomon Abiathar ne esset sacer
1.Sam.2. dos DOMINI, ut perficeretur uerbū DOMINI quod loquutus fuerat super do-
mum Eli in Silo. Venit autē rumor ad Ioab, nam & Ioab declinauerat post Ado-
niam, licet post Absolom non declinarit. Fugitq; Ioab ad tentorium DOMINI,
& tenuit cornua [g] aræ. Nunciatumq; est regi Solomoni, quod fugisset Ioab ad [g] Ad aram confugere diceret Latinus, sed nolui omittere cornua.
tentorium DOMINI, & quod esset pone aram: misitq; Solomon Benaiam filiū
Iehoiada hisce mandatis, Vade, & impetum fac in eum. Ingressus igitur Benaias
templū DOMINI, dixit ad eum, Sic præcipit rex, egredere. Qui ait, Non, sed hic
moriar. Benaias retulit regi hoc uerbum, dicens, Sic loquutus est Ioab, & sic re-
spondit mihi. Dixitq; ei rex, Fac sicut loquutus est, impetu irrue in eum, atq; sepe [h] Ebr. Sanguines.
li eum, & amoue [h] sanguinē à me & à domo patris mei, quem temere ac sine cau
2 Sam. 3. e sa effudit Ioab, reddetq; DOMINVS sanguinem eius super caput eius, qui impe F
tu facto irruit in duos uiros, qui eo iustiores & meliores erāt, feriens eos gladio,
2 Reg. 10. c 2. Sam. 20. ignorante Dauide patre meo, nempe ipsum † Abner filium Ner imperatorē ex-
ercitus Israelis, & Amasa filium Iether imperatorem exercitus Iuda. Reuertetur
itaq; sanguis eorum in caput Ioab, & in caput seminis sui perpetim. Super Daui
dem autem, & super semen eius, atq; super solium eius erit perpetuò pax à DO-
MINO. Ascendens igitur Benaias filius Iehoiada, irruit in eum, atq; interfecit
eum, & sepultus est in domo sua in deserto. Constituitq; rex Benaiam filium Ie-
hoiada loco eius super exercitum, & Zadok sacerdotem constituit rex pro Abia-
thar. Et mittens rex accersiuit Simei, dixitq; ad eum, Aedifica tibi domum in Ieru
salem, & habita ibi, nec egrediaris illinc siue huc, siue illuc: quacunq; enim die
egressus fueris, transierisq; torrentem Kidron, id certissime scias quod occidione
occideris, eritq; sanguis tuus super caput tuū. Et ait Simei ad regem, Recte habet
res, quemadmodū loquutus est dominus meus rex, sic faciet seruus tuus. Habita-
uit itaq; Simei Hierosolymis multis diebus. Contigit autem post tres annos, ut
aufugerent ipsi Simei duo serui, ad Achis filium Maacha regem Gath, quod nun G
ciarunt [quidam] Simei, dicentes, En serui tui sunt in Gath. Et surgens Simei in-
strato asino suo, profectus est in Gath ad Achis, ut quæreret seruos suos. Profe-
ctus est itaq; Simei, & reduxit seruos suos ex Gath. Nunciatū est aūt Solomoni q
abijsset Simei ex Ierusalem in Gath, redijssetq;. Tum rex misit & accersiuit ipsum
Simei, & dixit ad eum, An non iureiurando te adstrinxi per DOMINVM, obte-
statusq; sum te, dicens, Quacūq; die egressus fueris, & huc seu illuc ieris, certo cer
tius scias q occidione occidaris? Et dixisti ad me, Bene habet res, audiui. Cur igi-
2. Sam. 16. tur nō seruasti iuramentū DOMINI, & præceptū quod tibi præcepi? Et dixit rex
ad Simei, Tu nosti omne malū, cuius consciū est cor tuum, quod cōmisisti in pa-
trem meum Dauidē, rependet igitur DOMINVS malū in caput tuum, rex autē
Solomon benedictus, & soliū Dauidis erit firmum in conspectu DOMINI per-
petuò. Præcepit itaq; rex ipsi Benaiæ filio Iehoiada, qui egressus irruit in eum, ut
moreretur. Et confirmatū est regnum in manu Solomonis.

CAP. III.

Solomon sapientiam à deo postulat, qua uberrime donatus, causam inter duas mulie res dirimit.

2. Par. 1. a SOlomon autem affinitatem contrahit cum Pharaone rege Aegypti: duxit A
enim filiam Pharaonis, & introduxit eam in ciuitatē Dauidis, donec plene
ædificaret domum suam & domum DOMINI, atq; muros Ierusalem, circum-
Dilectio dei. quaq; [a] tantum populus sacrificabat in excelsis, quoniā nondū erat extructa do- [a] Alij exponūt Rak pro attamen.
mus nomini DOMINI usq; ad dies illos. Solomon autē dilexit DOMINVM,

Digitized by Google

ambulans in institutis Dauid patris sui, duntaxat in excelsis sacrificabat & adolebat. Ibat autem rex in Gibeon, (illud enim erat præcipuum excelsum,) & sacrificabat illic, mille holocausta sacrificabat Solomon super illa ara. DOMINVS autem uisus est Solomoni in Gibeon per somnium in ipsa nocte, dixitq; deus, Postula quod dem tibi. Et dixit Solomon, Tu ingentibus beneficiis prosequutus es seruum tuum Dauidem patrem meum, quemadmodũ & ipse ambulauit coram te in ueritate, in iustitia & rectitudine cordis tecum, & seruasti illi magnam hanc beneficentiam, ut dares illi filium qui sederet in solio eius, ut hæc dies [declarat.]
B Nunc igitur DOMINE deus meus, tu constituisti seruum tuum regem pro Dauide patre meo, ego uero puer sum paruus, ignorans egredi & introire. Et seruus tuus est in medio populi tui quem elegisti, & quidẽ populus est multus, qui numerari non potest, nec recenseri præ multitudine, Da igitur seruo tuo cor [b] audiens, ad iudicandum populum tuum, ut discernam inter bonum & malũ: quis enim populum hunc tuum tam præcellentem & [c] amplũ iudicare posset? [D]Placuit hæc res coram DOMINO, quod Solomon postulasset rem huiuscemodi. Et dixit deus ad eum, Quandoquidem postulasti rem talem, & non postulasti tibi dies multos, neq; petisti tibi diuitias, neq; petiuisti animam hostium tuorum, sed postulasti tibi ut intelligeres, ut audire posses iudicium, en ego feci iuxta uerba tua, en ego dedi tibi cor sapiens & intelligens, ut similis tui ante te non fuerit, neq; post te talis surrecturus sit qualis tu es. Quin & quæ non postulasti dedi tibi, nempe diuitias & gloriam, adeo ut tui similis nullus fuerit inter reges cunctis
C diebus tuis. Quod si in uiis meis ambulaueris, custodierisq; statuta & præcepta mea, quemadmodum ambulauit pater tuus Dauid, prorogabo dies tuos. Quũq; Solomon euigilasset, & en fuit somnium, uenitq; Hierosolyma, & stetit coram arca fœderis DOMINI, sacrificans holocausta, & faciens hostias pacificas, instruxitq; conuiuium cunctis seruis suis. Tunc uenerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steterũtq; coram eo, aitq; una ex his mulieribus, Domine mi [rex,] ego & isthæc mulier iisdem ædibus cohabitabamus, peperiq; apud eam domi: contigit autem tertio die quàm ego peperissem, ut & hæc eadem etiam pareret: habitabamusq; simul nos, nec alius quispiam nobiscũ erat in domo, utrisq; nobis exceptis. Mortuus est autem filius mulieris huius noctu, quum ipsa incubuisset super eum: hæc autem nocte media consurgens, tulit filium meum de me, ancilla tua dormiente, posuitq; eum in gremium suum, filiũ autem suum mortuum posuit in gremiũ meum. Quumq; surrexissem ut filium meum lactarem, en mortuus erat: quumq; mane illuceret, diligenter eo considerato, intellexi meum non esse filium quem ego pepereram. Porrò altera mulier dixit, Non, sed filius meus ui-
D uit, & filius tuus mortuus est. Rursum uero illa ait, Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem filius uiuit: sicq; [e]altercabantur coram rege. Rex uero ait, Hæc dicit, Is filius meus uiuit, & filius tuus mortuus est: illa dicit, Haudquaquam, sed filius tuus mortuus est, meus autem filius uiuit. Dixit ergo rex, Adferte mihi gladium. Et attulerunt gladium ad regem. Tum rex ait, Dissecate puerum uiuum in duas [partes,] & date dimidium uni, & dimidiũ alteri. Et dixit mulier ea, cuius filius erat uiuus, ad regem, (miseratione enim incaluerant uiscera eius ob filium suum,) dixit inquam, Obsecro mi domine, date huic puerum uiuum, occidione ne occidatis eum: contra altera dixit, Neq; mihi, neq; tibi detur, sed dissecetur. Et rex respondens, dixit, Date illi natum uiuum, neq; occidione occidatis eum, hæc enim est mater eius. Audierunt itaq; omnes Israelitæ iudiciũ illud quod iudicauerat rex, & timuerũt à rege, quod uiderẽt sapientiã dei in eo in iudicando. IIII.

Regnum Solomonis describitur, quo ordine dispositum, quamq; magnificum fuerit, & quanta sapientia præcelluerit.

Factus

[b] Alii legunt, intelligens.
[c] Eb. Grauem, sed in bonam partem, ideo amphibolũ sustuli.
[D] Ebr. Bonum uisum est hoc uerbũ in oculis domini.
[e] Eb. Loquebantur.

Sapientia postulãda.

Primũ quærendum regnũ dei. Sap. 7. b

FActus est itaque rex Solomon rex super omnē Israelem. Hi uero fuerunt prin- A
cipes eius, Azarias filius Zadok sacerdotis, Eli Horeph & Ahiha filij Sisa scri
bæ. Iehosaphat filius Ahilud à cōmentarijs. Benaias filius Iehoiada erat sup exer
citum, & Zadok atque Abiathar sacerdotes. Azarias filius Nathan erat super præ
fectos, & Zabud filius Nathan sacerdos familiaris regis. Porrò Ahisar erat præ-
fectus [a] prætorio, & Adoniram filius Abda erat super tributa. Habuit aūt Solo-
mon duodecim præfectos super cunctū Israelem, qui annonā parabant pro re-
ge & domo eius, singuli uidelicet singulis mensibus anni, annonā pro uictu ad
ministrabant. Hæc aūt sunt nomina eorum, filius Hur in monte Ephraim, filius
Deker in Makaz, & in Saalbim, atque Bethsemes, Elon & Beth Hanan. Filius He
sed in Aruboth, cuius erat et Socho, atque uniuersa terra Hepher. Filius Abinadab
in uniuerso termino Dor, qui Taphath filiā Solomonis habuit uxorem. Baana B
filius Ahilud erat super Taanach & Megiddo, & super totā Bethsan, quæ est iu-
xta Zarthanam subter Iesreel, à Bethsan usque ad planitiē Mehola, usque ad locum
qui est cis Iakmeam. Filius Gæber in Ramoth Gilead, cuius erāt & oppida Iair
filij Manasse, quæ sunt in Gilead: ad eum quoque pertinebat tractus Argob, quæ
est in Basan, sexaginta ciuitates magnæ, muris, repagulis & seris [munitæ.] Ahi
nadab filius Hiddo [præfectus erat] Mahanaim. Ahimaaz in Naphtali, qui du-
xit Basmath filiam Solomonis uxorē. Baana filius Husai fuit in Aser atque Aloth.
Et Iehosaphat filius Paruah in Isachar. Simei filius Ela in Beniamin. Gæber fi-
lius Vri in terra Gilead, terra Sihon regis Amorræorum, & Og regis Basan. Ad hæc
erat præses unus super [uniuersam] terrā. Erant enim Iuda & Israel multi aucti
Eccli 47.c uidelicet ut arena maris, comedentes, bibentes, & lætantes. Dominabatur itaque C
Solomon super uniuersa regna, [b] à fluuio illo, usque ad terram Palestinorum, & ad li
mitem Aegypti, & ferebant munera, seruiebantque Solomoni cunctis diebus ui-
tæ eius. Fuit aūt cibus Solomonis pro die uno, triginta Cori similaginis, & sexa
ginta Cori farinæ, decē boues saginati, & uiginti boues pascales, centumque oues,
præter ceruos, capreas, [c] ibices, saginata & altilia. Quoniā ipse imperitabat in o-
mni regione [d] trans fluuiū, à Tipsa usque ad Asa, super omnes reges trās fluuium,
pacemque habuit cum omnibus seruis suis per circuitū. Degebat quoque Iuda & Is
rael in tuto, quisque uidelicet sub uite sua, atque sub ficu sua, à Dan usque Beer Seba,
2.Par.9.f cūcto tempore quo uixit Solomon. Habuit insuper Solomon quadraginta mil
lia septa equorum ad rem suam curulem, & duodecim millia equorum [e] kataphrak-
torum. Atque hi præfecti cōmeatum aut annonam suppeditarūt regi Solomoni, D
& omnibus qui ueniebant ad mensam regis Solomonis, quisque suo mense, ut ni
hil deesset. Hordeū quoque & [f] paleas equis & iumentis aduehebant ad locū ubi
Eccli 47.c erat [rex,] quisque iuxta demensum suum. Cōcessit deus Solomoni †sapientiam
& prudentiā amplam satis, & [g] latitudinē cordis, perinde ac arenā quæ est in lit-
tore maris, ut excelleret sapientia Solomonis omniū qui eum [h] antecesserant sa-
pientiam, simulque omnem sapientiā Aegypti: quin cunctis hominibus sapien-
tior fuit, etiā ipso Ethan Esraita, & ipso Heman, & Chalcol, atque Darda filijs Ma
Parabolæ. hol: fuitque nomen eius in omnibus gentibus circunquaque. Loquutus quoque est
Carmina. ter mille parabolas, & carminū eius fuerunt quinque supra mille. Disseruit etiam
sapiēter de lignis, à cedro quæ est in Libano, usque ad hyssopū quæ progemminat
ex pariete: simulque disseruit de animantibus, de uolucribus, de reptilibus atque pi-
scibus, ut uenirent ex cunctis populis auditū sapientiā Solomonis, ex omnibus
etiā regibus orbis, ad quos fama sapientiæ eius peruenerat. CAP. V.

Paratur materies ad templi ædificationem, quæ omnia pulcherrimo ordine & mira breuitate describuntur, ex quo & opes ac magnificentia imperij Solomonici intelligi potest.

[a] Posset etiam dici, præfectus aulæ uel curiæ.

[b] Euphratem intelligit.

[c] Alij legunt, bubalum & bouem syluestrem.

[d] Pro trans alij legūt cis, & forte melius.

[e] Alij equites cataphractos intelligūt.

[f] Alij legunt stramenta.

[g] Latitudinē cordis pro innumera rerū cognitione intelligunt.

[g] Si uis Latine loqui, dic amplum cor uel ingenium.

[h] Alij legūt, omniū qui ad Orientem habitarunt.

Digitized by Google

a Posset etiam dici, Hiram charus fuit Dauidi.

A MIsit quoque Hiram rex Tyri seruos suos ad Solomonem, audiuerat enim quod
unxissent eum regem pro patre eius: etenim Hiram [a]dilexerat Dauidem
cunctis diebus. Tum misit Solomon ad Hiram hisce mādatis, Tu nosti quomo
do Dauid pater meus non potuit ædificare ædem nomini DOMINI dei sui ob
bella quæ eum undique cinxerant, donec DOMINVS hostes eius pedibus eius
subegerit, nunc uero requiē præstitit mihi DOMINVS deus meus circunquaque,
ut nō sit qui se mihi opponat, aut malū obijciat. Et en ego statui quod uelim ędifica
re ædem DOMINI dei mei, quemadmodū loquutus est DOMINVS ad Daui-
dem patrē meum, hisce uerbis, Filius tuus quem pro te collocabo in soliū tuum, 2.Reg.7.b
B ipse ædificabit ædem nomini meo. Iube igitur ut succidant mihi cedros ex Liba 1.Par.22.a
no, erunt autem serui mei seruis tuis iuncti, daboque ego tibi mercedem pro ser-
uis tuis quidquid tu ipse dixeris, tu enim haud ignarus es, neminē inter nos esse,
qui cædendorum lignorum gnarus sit quemadmodū Zidonij. Quum igitur Hi
ram uerba Solomonis audisset, uehementer gauisus est, dixitque, Laudandus DO
MINVS hodie, qui dedit Dauidi filiū sapientem, ut præsit populo huic tam in-
genti: misitque Hiram ad Solomonem huiusmodi mandatis, Intellexi ea quæ ad
me misisti, ego faciam quæcunque tibi grata sunt, cum lignis scilicet cedrinis, & li
gnis [b]piceis, serui mei deuehent [ea] ex Libano ad mare, tum componā ea in ra
tes, [uehens] ea in mari ad eum usque locum quem tu mihi significaueris, illic ea
C exponā, tuque tolles. Tu rursus facies quæ mihi grata sunt, si cōmeatum mihi de-
deris. Factū itaque est, ut Hirā daret Solomoni ligna cedrina, & ligna picea pro
omni uoto eius: Solomon uero daret Hiram uiginti mille Coros tritici in cibū
pro domo eius, & uiginti Coros olei contusi: hæc dabat Solomon ipsi Hirā sin
gulis annis. Dedit quoque DOMINVS sapientiā Solomoni, quemadmodū ei Supra 3.b
pollicitus fuerat. Fuit etiam pax inter Hiram & inter Solomonem, pepigerūtque
duo illi fœdus inter se. [c]Extraxit quoque Solomon [d]summā ex omni Israele, fuitque
summa illa triginta millia uirorū, quos misit in Libanū, decem millia uidelicet
per mensem alternatim: quum per mensem fuissent in Libano, manebant duo-
D bus mēsibus domi suæ: Adoniram aūt huic summæ præerat. Habuit insuper So
lomon septuaginta millia eorū qui baiulabāt onera, & octoginta millia [e]fabro
rum in monte: præter eos quos Solomon habuit præfectos operi, nēpe tria mil
lia & trecenti, qui præerant multitudini quæ faciebat opus. Præcepitque rex ut ad
ueherent lapides magnos, lapides pretiosos, lapides denique politos pro funda-
mento ædis, quos scalpserūt ædificatores Solomonis, & ædificatores Hiram, &
[f]Giblim, parabantque ligna & lapides ad ædificandū ædem.

Gentilis agnoscit nomen dei.

b Alij legunt, abiegnis: alij, larignis.

c Hb. Fecit ascendere.

d Alij tributum exponunt.

e Aut cæsorum, aut latomorum.

f Giblim quidā exponunt λατύπας seu scalptores: quidam à Gebal deducunt.

CAP. VI.

Quo tempore ædes ædificari cœpta sit, quaque magnificentia extructa.

A FActum itaque est in anno octogesimo super quadringentesimū ab egressu fi- 2.Par.3.a
liorum Israel de terra Aegypti, anno quarto, mense Sif, is est mensis secūdus,
quo Solomon regnauit super Israelem, ædificare cœpit ædem DOMINI. Et ea
quidē ædes quā ædificauit rex Solomon DOMINO, habuit sexaginta cubitos
sua longitudine, uiginti latitudine sua, atque triginta cubitos altitudine sua. Porti
cus erat ante structurā ædis, cuius longitudo uiginti cubitorum erat secundū latitu
dinem ædis, latitudo aūt eius decem fuit cubitorum ante ædem. Fecit insuper ædi
fenestras [a]lumina uidelicet ualuata. Extruxit deinde ad parietem ædis [b]ambi-
tus circunquaque cum parietibus ædis circūquaque, tam ipsi templo quam ipsi adyto, &
fecit latera circunquaque. Ambitus infimus quinque fuit cubitorum latitudine sua, me
dij latitudo sex habuit cubitos: tertius uero latitudine sua septem habuit cubitos;
nam foris defectiones ædi fecerat per ambitū, ne apprehenderent parietes ædis.
Cæterum ipsa ædes quū extrueretur, extruebatur lapide integro ut erat aduectus;
ut in extruenda ea neque mallei, neque secures in æde audirētur, nihil denique ferreo
rum

a Vel; prospectiones clatratas, uel fenestras diductas & cōtractas. Nam quę lucis plurimū dare debent, foris contractę intus diductæ esse debent. Rursus quæ plurimum aeris, foris diductæ intus cō tractæ esse debent. Quidam legunt fenestras obliquas.

b Quidam lazia exponunt thalamos, quidam tabulata.

Digitized by Google

rum instrumentorũ. Ostium lateris intermedij erat in dextro ædis latere, ascendebaturq; per cochleas ad intermediũ, & ab intermedio in [c]tabulata superiora. Extruxit itaq; ædem, absoluitq; eam, concamerauitq; ædem fornicis in modum [d]ordinibus [asserũ] cedrinorum. Aedificauit quoq; ad totam illã ædem ambitus altitudine quinq; cubitorũ hærentes ædi lignis cedrinis. Et factũ est uerbũ DOMINI ad Solomonem in hanc sententiam, Hæc ædes quam extruis, si ambulaueris in institutis meis, & iusta mea feceris, seruaueris q; præcepta mea, incedẽdo uidelicet in eis, firmabo ego uerbũ meum tecum, quod loquutus sum ad Dauidem patrem tuum, habitaboq; in medio filiorũ Israel, neq; deserã populũ meum Israel. Extruxit itaq; Solomon ædem, & absoluit eam, & extruxit parietes ædis intus tabulis cedrinis, à pauimento ædis ad contignationẽ usq; laquearem obduxit ligna intus, ipsum pauimentũ obduxit intus lignis [e]piceis. Aedificauit uiginti cubitis à lateribus ædis asseribus cedrinis à pauimento ad parietes, interius ad [f]adytum sancti sanctorum. [g]Aedes ipsa habuit quadraginta cubitos, nempe ipsum sanctum per se. Porrò [asseres] ipsi cedrini qui erant intus in æde extrudebant nodos prominulos, floresq; apertos: omnia ex cedro erant, ut lapis nullus uideretur. Iam adytũ ipsum intra ædẽ interius præparauit, ut illic poneret arcam fœderis DOMINI, quod adytum per se habuit uiginti cubitos longitudinis, uiginti cubitos latitudinis, & uiginti cubitos altitudinis, quod obduxit [h]auro optimo, & aram obduxit cedro. Obduxit etiam Solomon ædem ipsam ab intus auro optimo, traducens repagula auro obducta ante adytũ, & obduxit [parietem] illum auro, quin totam ædem auro obduxit, donec totam ædem absolueret: sed & totam aram quæ erat pone adytũ obduxit auro. Fecit insuper in ipso adyto duos Cherubim ex lignis [i]pineis, altitudo utriusq; decem fuit cubitorũ. Vna ala ipsius Cherub habuit quinq; cubitos, altera quoq; ala ipsius Cherub quinq; cubitos, ut essent decẽ cubiti ab extremitate alarũ eius, ad extremitatẽ alarum eius. Sic & alter Cherub decem habuit cubitos, erat enim utriq; Cherubim eadẽ statura, eademq; forma, nam altitudo unius erat decẽ cubitorũ, sicq; alterius Cherub. Collocauit aũt ipsos Cherubim intra domũ interiorem, expanderuntq; Cherubim alas, unius ala attigit parietem, alterius deinde Cherub ala attigit alterũ parietem, alæq; eorũ altera alteram attigit in medio ædis. Obduxit insuper Cherubim auro, & omnes parietes ædis circunducens exculpsit sculpturis extantibus, nempe Cherubim, & palmis, floribusq; apertis, & intus & foris. Quin & pauimentum ædis auro obduxit intus scilicet & foris. Porrò ad ostiũ [k]adyti fecit fores de [l]lignis pineis, limine & postibus quinquangulis. Duæ ianuæ erant de lignis pineis, exculpsitq; in eis extãtes Cherubim & palmas, apertos flores, obduxitq; auro, & obduxit Cherubim & palmas bracteis aureis tenuibus. Sic quoq; fecit ad ostium basilicæ, nempe postes de lignis [m]pineis, sed quadrãgulos. Duæ ianuæ erant de lignis piceis, duo latera uolubilia unius ianuæ, & duo latera uolubilia [n]alterius ianuæ, in his exculpsit Cherubim, palmas, flores apertos, obduxitq; antepagmenta auro iustificato. Extruxit insuper atriũ interius tribus ordinibus lapidũ politorũ, & uno ordine cedrorũ dedolatarũ. Quarto anno in mense Sif, fundata est ædes DOMINI, & in anno undecimo in mẽse Bul, (is est mensis octauus,) absoluta est ædes secundũ omnes rationes suas, & secundũ omnia quæ ad eam pertinebant, ædificauitq; eam septem annis.

Marginalia (left): 2.Reg.7.c / 2.Par.22.b.c — Oraculum. — Atriũ interius. — Infra 9.b

Marginalia (right): B — C — D — A

[c] Hb. In tertia.

[d] Vel, contignationem ac laquear fecit incisis uallecculis in strictiores tabulas ordinibus cedrinis infulsis.

[e] Alij, ab legnis aut larignis.

[f] Adytum sanctum sanctorum est: aut oraculũ, ante quod ara fuit incensi.

[g] Hechal palatium est, ædes magnifica, basilica, hic pro media parte templi pu[...]to accipi quod sanctum dicitur.

[h] Hbr. Auro cõcluso ad uerbum.

[i] Alij ex lignis oleæ, alij ex larignis.

[k] Hoc intelligunt de adyto & de basilica.

[l] Alij, oleaginis, alij larignis.

[m] Quidam legunt, abiegnis.

[n] Bifores uidentur fuisse, unaquæq; duabus ualuis.

CAP. VII.

De domo ipsius Solomonis, & regia æde.

SOlomon extruxit etiam suam domũ, idq; [a]tredecim annis, absoluẽs totam domũ suam. Extruxit quoq; domũ saltus Libani, cuius longitudo centũ fuit cubitorũ, latitudo uero eius quinquaginta cubitorũ, altitudo eius triginta cubitorum, super quatuor ordines columnarũ cedrinarũ, erantq; cedrinæ trabes dedo-

[a] Alij nolũt ordinis esse numerũ, legũtq; tredecimo anno.

Digitized by Google

latæ super columnas. Contabulatumq́ fecit cedrinũ superne ad illas trabes quæ fuerunt positæ super colũnas quadragintaquinq́, nam unusquisq́ ordo habuit quindecim. Lumina deinde erãt triplici ordine, ut fenestra fenestræ esset iuncta, idq́ tribus [b]parietibus. Omnia foramina fenestrarũ postesq́ quadrata erant, fenestraq́ fenestræ uicinæ iuncta tribus parietibus. Et fecit porticũ columnarum, cuius longitudo fuit quinquaginta cubitorũ, latitudo uero eius triginta cubitorum, & porticus erat ante ipsas, colũnæq́ & trabes crassæ ante eas. Et porticum fecit solij, ubi ius diceret, nempe porticũ iudicij, & contignauit eam cedro à pauimento ad pauimentũ. Domus uero eius in qua habitabat, aliud atrium habuit à domo ad porticũ simili opere. Domũ quoq́ ædificauit filiæ Pharaonis †quã duxerat Solomon, quemadmodũ porticũ illam. Omnia illa fuerunt ex lapidibus pretiosis, & ad normã ueluti expolitis seu quadratis, serraq́ sectis, tam intus q̃ foris, à fundamento usq́ ad suggrundia, sic extra usq́ ad atriũ magnum. Fuit uero fundatũ lapidibus pretiosis lapidibusq́ magnis, è quibus quidã lapides decem erant cubitorũ, quidã octo cubitorũ. Superne erant lapides pretiosi, & ad quandã normam quadrati, atq́ cedri. Atrium quoq́ magnũ circunquaq́ triplici ordine quadratorũ lapidũ, ordineq́ uno dolatarũ cedrorum: sic erat & atrium ædis DOMINI interius, & porticus ædis. Misitq́ rex Solomon, [c]accersiuitq́ Hiram de Tyro, qui erat filius uiduæ de tribu Naphtali, (pater eius fuit uir Tyrius,) fabrũ ærarium, imbutũ sapientia, intelligentia & scientia in faciundo omni opere ex ære, is uenit ad Solomonem regem, & fecit uniuersum opus eius. Finxit is duas columnas æneas, altitudo colũnæ unius erat decem & octo cubitorũ, & utranq́ columnam †ambiebat [d]circulus duodecim cubitorũ. Fecit & duo epistylia sphærica, quæ ponerentur super capita columnarũ quæ fusa erant ex ære: quinq́ cubitorum erat altitudo unius epistylij, quinq́ cubitorum altitudo alterius epistylij. [Fecit insuper] cancellos opere reticulato, & zonas opere concathenato ad epistylia quæ erant in cono columnarũ, septenas uidelicet utriq́ epistylio. Quumq́ fecisset columnas, addidit operi reticulato alterius [columnæ] duos ordines malorum punicorũ, quæ ambirent & tegerent epistylia quæ erant in summo [columnarum:] simili ratione fecit epistylio alterius [columnæ.] Epistylia quę erant in cono columnarũ, opus habebant [e]florulentũ, quale fuit in porticu, quatuor cubitis. Habuerunt & epistylia quæ erant supra duas columnas desuper è regione uentris citra opus reticulatũ ordines ducentorũ malorum punicorũ, idq́ per ambitum utriusq́ epistylij. Erexit deinde columnas illas ante porticum basilicæ: quumq́ erigeret columnam dexteram, uocauit nomen eius Iachin: erigens uero columnam sinistram, uocauit nomen eius Boas. In fastigio columnarũ erat opus florulentũ: sicq́ absolutũ est opus columnarum. Porrò [f]mare fecit fusum, decem cubitorũ à labio eius ad labium eius rotundũ per ambitum, altitudo eius erat quinq́ cubitorũ, & linea triginta cubitorum cingebat ipsum per ambitum. Sub labio eius erant nodi per ambitum qui cingebant ipsum mare, decem uno cubito, duo scilicet ordines nodorũ, qui erant fusi cum ipso mari. Stabat super duodecim boues, tres respiciebant ad Aquilonem, tres respiciebant uersus [g]mare, tres item uerterunt facies ad Meridiem, & tres respiciebãt ad Orientem: super his stabat mare desuper, posteriora autem eorum omnia erant introrsus. Crassities eius palmum habebat, & labium eius erat fabrefactũ ut labium crateris germinante lilio, capiebatq́ duo millia Batorum. Et fecit decem machinas æneas, cuiusq́ machinæ longitudo quatuor fuit cubitorum, latitudo eius quatuor cubitorũ, & altitudo eius trium cubitorũ. Sic uero fabrefactæ fuerunt machinæ. [h]Abacos habuerunt intra limbos conclusos, atq́ in abacis illis intra limbos inclusis, leones erant, boues, & Cherubim. Supra limbos pes erat superne, ad cuius infimam

Margin notes:

[b] Ebr. Tribus uicibus.

Supra 3.a

B

Atrium maius.

Hæc uidentur facta esse ab initio, ut est 3.Reg.5

Atrium interius.

[c] Ebr. Tulit.

Columnæ.

C

[d] Hui linea est circũmetiens columnam.

Ierem. 52.a

[e] Opus lilij legunt alij.

D

[f] Mare significat hic lacũ, nẽpe uas quoddam magnum & capacissimum.

Mare fusile.

[g] Mare pro occasu ponitur.

[h] Abacos uoco spatia aut cãpos latos inter limbos laterales, qui quoniã limbis clauduntur & circumsepti sunt, Ebraice clausuræ uocantur.

Bases æneæ.

mam partem item leones erant & boues, tum etiam additamēta quædam opere bracteato. Singulæ machinæ habebant rotas æneas quatuor, & tabulas æneas: B
deinde erant in quatuor angulis eius humeri ſub labro ipſo ad latera uniuſcuiuſq;, qui humeri fuſi erant, quiſq; è regione alterius pone additamentũ. Os eius intra coronamentũ & ſupra cubitum habebat, osq; eius rotundũ erat ut opus pedis, habens ſeſquicubitũ. Et ſupra os eius erant extantes noduli, quorum abaci quadrati erant non rotundi. Quatuor rotæ erant ſub abacis, axesq; rotarũ in machina ipſa, altitudo rotę erat ſeſquicubiti. Erat aũt factura rotarum ut factura currus, [i]axes earum, modioli earũ, radij earum, & canthi earum: omnia hæc fuſa erant. Quatuor inſuper humeri ad quatuor angulos machinę cuiuslibet, atq; hi humeri eius ex machina procedebãt. Et ſupra machinam altitudo erat ſeſquicubiti rotunda circunquaq;, & in ſummo machinæ limbi eius & abaci eius ex ipſa. Exculpſerat enim ſuper tabulas limbos, & ſuper abacos eius Cherubim, leones & F
palmas, quemadmodũ in abaco quolibet & additamento circunquaq;. Ad hũc modum fecerat decem machinas, eodem modo fuſas, eadem menſura, eademq; formatura omnibus.

Lateres decem ænei.

Fecit præterea decem labra ærea, ſingula labra capiebant quadraginta Batos, ſingulaq; labra quatuor erant cubitorum, ſingulisq; machinis ſingula labra impoſuit. Et collocauit quinq; machinas ad latus ædis dextrũ, & quinq; ad latus ædis [f]ſiniſtrum. [l]Lacũ uero poſuit à latere ædis dextro ad Orientem, Meridiem uerſus. Fecit quoq; Hiram lebetes, [m]ſcopas, pelues ſparſorios, & abſoluit Hiram uniuerſum opus, quod ipſi Solomoni regi fecit pro æde DOMINI, nempe colũnas duas & epiſtylia rotunda cum coronamētis ſuper capita columnarum duarum, retia duo quæ tegerent duos globos coronatos in ſummo columnarum. Mala quoq; punica quadringēta ſuper duo retia, duos ſcilicet ordines malorũ punicorum in quolibet reti, ut tegerent globos duos coronatos in ſummo columnarum. Machinas item decem, & labra decem ſuper machinas, mare unũ, & G
boues duodecim ſub mari. [n]Lebetes quoq;, & [o]ſcopas, pelues [p]ſparſorios, & omnia uaſa huiuſmodi quæ fecit Hirã regi Solomoni pro æde DOMINI ex ære polito. In æquore plano Iordanis fudit ea rex, in argilla denſa inter Succoth & Zarthan. Et [q]reliquit Solomon omnia uaſa, q; uehemēter multa eſſent, nec æris pondus inueſtigari potuerit. Fecit itaq; Solomon omnia uaſa quæ pertinebãt in ædem DOMINI, aram aureã, & menſam ſuper quam erant panes facierum, ex auro. Cãdelabra quinq; ad dexterã, & quinq; ad ſiniſtrã ex auro puriſſimo ante adytũ: & flores, lampades, & emunctoria ex auro: crateres, falces, pelues ſparſorios, cochlearia, & ignis receptacula [illegible]ro puriſſimo: cardines quoq; ianuarũ ædis interioris, ſancti ſcilicet ſanctor[illegible] pro ualuis ædis baſilicę, ex auro [fecit.]

i Alij gab pro canthis legunt, & hiſchuk p modiolis, uel huſchuk pro annulis ferreis quæ cõtinent modiolos.

Ebraica uerba paulo aliter habent, ſed ſenſus eſt integer.

f Ebr. Siniſtrũ eius.

l Lacum uoco mare fuſum.

m Scopas alij palas uocant.

n Alij dicunt chaldaria.

o Pro ſcopis alij palas habent.

p Pro pelues ſparſorios alij legũt aſperſoria uel aſpergilla.

q Reliquit ſcilicet, ut nõ quæreret pondus.

2.Par.5.a Abſoluit itaq; uniuerſum opus quod fecit rex Solomon in æde DOMINI, & intulit ea Solomon quę dedicauerat pater eius, argentum ſcilicet, aurum, atq; uaſa, repoſuitq; ea in theſauros ædis DOMINI.

CAP. VIII.

Infertur arca in templum nõ ſine honore & gaudio. Solomon orat & gratias agit, & dedicans templum feſtum agit diem.

2.Par.5.a TVnc cõuocauit Solomon ſeniores Iſraelis, omnia capita tribuũ, & eos qui A
primores erant patrum filiorum Iſrael ad regem Solomonem Hieroſolyma, ut adducerent arcã fœderis DOMINI, de ciuitate Dauid, ea eſt Zion. Cõgregatiq; ſunt ad regem Solomonẽ omnes uiri Iſraelis in mẽſe Ethanim in die feſto: is eſt menſis ſeptimus. Veneruntq; cuncti ſeniores Iſraelis, & ſacerdotes tulerunt arcam. Et adduxerunt arcam DOMINI, & tentoriũ conſtitutionis, & omnia uaſa ſacra quæ erant in tentorio, adduxerunt inquã ea ſacerdotes & Leuitæ. Et rex Solomon atq; uniuerſus cœtus Iſraelis, qui ad eum cõuenerant cum eo ante arcam, ſacrificantes oues & boues, qui præ multitudine nec numerari nec recēſeri

Tabernaculum aut tentoriũ uſq; ad tempora Solomonis fuerat in Gibeon.

Digitized by Google

potuerunt. Intuleruntq́; sacerdotes arcam fœderis DOMINI in locum suum, in adytũ ædis, in sanctum sanctorũ subter alas Cherubim. Nam Cherubim expandebant alas super locũ arcæ, tegebantq́; Cherubim tam arcam q̃ uectes eius è superne. Effecerunt quoq; ut prominerent uectes, ut uiderentur capita uectiũ de sancto ante adytũ, foris autem non uidebãtur, fueruntq́; ibi in hunc usq; diem. In arca nihil erat nisi duæ tabulę lapideę, quas illic reposuerat Moses in Horeb, quas exciderat DOMINVS cum filijs Israel, quum ipsi exirent è terra Aegypti. Quumq́; egrederentur sacerdotes ex sancto, nubes impleuit domũ DOMINI, Heb.9.a Exod.34.d

B nec potuerũt sacerdotes stare ac ministrare propter nubem, nam impleuerat gloria DOMINI domũ DOMINI. Tum dixit Solomon, DOMINVS dixit se habitaturum in caligine, Omnino ædificaui domum habitationem tibi, ut habites [ibi] perpetuò. Et uersa facie sua rex, collaudauit, bonaq́; imprecatus est uniuersę congregationi Israelis, totaq́; cõgregatio Israel stetit: dixitq́;, Laudandus DOMINVS deus Israel, qui ore suo loquutus est ad Dauidẽ patrem meum, manuq́; sua exequutus est, dicens, Ab eo die quo eduxi populũ meum Israelem ex Aegypto, non elegi ciuitatem ex omnibus tribubus Israelis ad ædificandũ domum in qua esset nomen meum, sed Dauidem elegi, ut pręesset populo meo Israel. Equidem pater meus Dauid corde suo conceperat †extruere scilicet ædem pro nomine DOMINI dei Israel, sed DOMINVS deus Israelis dixit ad Dauidem patrem meum, Quandoquidẽ statueras in corde tuo extruere ædem nomini meo, bene quidem fecisti quod hoc corde tuo statueras, attamen tu nõ extrues ædem, sed filius tuus qui de lumbis tuis egredietur, is extruet ædem nomini meo. Cõfirmauit itaq; DOMINVS uerbũ suum quod loquutus est, & surrexi ego pro Dauide patre meo, sedẽs in solio Israel, quemadmodũ loquutus est DOMINVS, & ædificaui domũ nomini DOMINI dei Israelis. Posui quoq; ibi locum pro arca, in qua est fœdus DOMINI, quod pepigit cum patribus nostris, quũ ipse educeret 2.Par.6.a 2.Reg.7.a

C eos ex Aegypto. Constitit aũt Solomon ante aram DOMINI, coram uniuerso cœtu Israelis, & expandẽs manus suas in cœlum, dixit, DOMINE deus Israelis; †non est tibi similis deus neq; in cœlis superne, neq; in terra inferne, qui seruas fœdus & beneficentiã seruis tuis ambulantibus coram te toto corde suo, qui seruasti seruo tuo Dauidi patri meo, quę pollicitus es ei, quę loquutus es ore tuo, manu tua pręstitisti, ut [testatur] hęc dies: nunc igitur DOMINE deus Israelis, serua Dauidi patri meo seruo tuo, quę pollicitus es ei, hisce uerbis, †Non excindetẽ tibi uir corã me, q sedeat in solio Israelis, modo filij tui obseruauerint uiam suam, ut ambulent coram me, quemad mbulasti in conspectu meo. Nunc igitur ô deus Israelis, firmũ quęs m tuum quod loquutus es ad seruum tuum Dauidem patrem meum. uere deus habitat in terra? En cœli, cœliq́; cœlorũ te non [a]capiunt, quanto minus ædes ista quam extruxi? At tu respicies ad orationẽ serui tui, & ad precationem eius DOMINE deus meus, ut audias uotum & orationem, quam seruus tuus orat hodie coram te, ut sint oculi tui aperti ad domũ istam nocte & die, ad locum scilicet hunc de quo dixisti, Erit †nomen meum illic: ut audias orationẽ quam orat seruus tuus in loco isto. Audies quoq; precationem serui tui, & populi tui Israel, quũ orauerint in loco isto, exaudiesq́; in loco habitationis tuę in cœlis: neq; exaudies tantum, sed & propitius eris. 2.Mac.2.b 2.Reg.7.b.c Deute.12.b

D Quum peccauerit quispiam aduersus proximũ suum, susceperitq́; super se [b]iuramentum, quo sese obstringit, ueneritq́; iuramentũ coram ara tua in hac domo, tu audies in cœlo, & facies atq; ius dices seruis tuis, ut impiũ ostẽdas eum qui impius est, dando scilicet [c]uiam eius in caput eius: utq́; iustum pronuncies iustum, dando scilicet ei iuxta iustitiã eius. Quum corruerit populus tuus Israel coram hoste, eo q peccauerint in te, reuersi aũt fuerint ad te, & laudauerint nomen tuũ, Iuramentum. Exod.22.b 2.Par.6.b Bellum.

a Capiunt, id est, circumscribunt.

b Ala etiam execrationem potest significare.

c Via Ebraico schemate pro actione, & opere, hic pro crimine & scelere. Viam dare in caput, est multare, aut in aliquẽ animaduertere, punire pro merito.

orauerint

Digitized by Google

orauerint atq; suppliciter rogauerint te in domo ista, tu exaudies in cœlis, propitiusq; eris peccato populi tui Israel, & reduces eos in terrã quam dedisti patribus eorum.

Pluuia. Quum cœlũ fuerit clausum ut non sint pluuiæ, eo ꝙ in te peccauerint, si precati fuerint hoc in loco, cõfessiq; fuerint nomini tuo, reuersi scilicet à peccatis suis quandoquidẽ eos adfligis, tu exaudies in cœlis, propitiusq; eris peccato seruorũ tuorum, atq; populo tuo Israel, dirigens eos in uiam bonã qua incedãt, dabisq; pluuias super terrã tuam, quam dedisti populo tuo hæreditatem.

Fames. Pestis. Porrò si fames fuerit in terra, aut pestilentia, aut si fuerit robigo, aurigo, locusta, aut bruchus si fuerit, aut si hostis eius eum obsederit in terra portarũ suarum. [In summa] quæcunq; tandem adflictio, aut quicunq; morbus [inciderit,] omnẽ orationem omnemq; supplicationẽ quę facta fuerit à quocunq; homine ex uniuerso populo tuo Israel, (ut quisq; norit adflictionẽ corde suo,) si expanderit manus suas ad domũ istam, tu exaudies in cœlis, in habitaculo mansionis tuæ, propitiusq; eris,

Hinc Robigus deus & Robigalia.

Corda deus nouit solus. & facies, & dabis unicuiq; iuxta omnes uias suas, (quandoquidẽ tu cor eius nosti:) tu enim solus nouisti cor omniũ filiorũ hominum, ut scilicet timeant te cunctis diebus quibus ipsi uiuũt in superficie terræ quã dedisti patribus nostris. E

Nomẽ dei. Sed & alienũ qui non est de populo tuo Israel, qui è longinqua regione propter nomen tuũ uenerit, (audient enim nomen tuum magnũ, manũ tuam robustã, atq; brachiũ tuum extentũ, ueniẽtq; oraturi in domo ista,) audies tu in cœlis in habitaculo mansionis tuę, faciesq; omnia pro quibus alienigena clamauerit ad te, ut cognoscant uniuersi populi terrę nomen tuũ, & timeant te sicut populus tuus Israel, sciantq; ꝙ nomen tuum inuocatũ est super domũ istam quã ædificaui.

Bellatores orãt pro uictoria. Si egressus fuerit populus tuus Israel ad bellũ contra hostem suũ, ea scilicet uia qua tu eos mittis, orauerintq; ad DOMINVM uersus urbem quã tu elegisti, & uersus domũ quam ædificaui nomini tuo, tu in cœlis exaudies orationẽ eorũ, & supplicationẽ eorum, *dicesq; eis ius.

**Vel, asseres eos.*

Peccatores omnes. 2.Par.6.g Eccls 7.c 1.Ioan.1.d Confessio. Si peccauerint in te, (quandoquidẽ non est homo qui non peccet,) & iratus fueris cõtra eos, tradiderisq; eos corã hostibus, ut abducant eos qui eos capiunt, in terram hostiũ, siue is procul fuerit, siue prope, reuocauerintq; ad cor suum, in terra in quã captiui abducti sunt: si inquã resipuerint, supplicauerintq; tibi in terra eorũ qui eos captiuos tenẽt, dixerintq;, Peccauimus, peruerse egimus, impie fecimus: cõuersiq; fuerint ad te toto corde suo, totoq; animo suo in terra hostium suorũ, qui eos captiuos abduxerũt, orauerint ad te uersus terram suam quam dedisti patribus eorũ, uersus ciuitatem quam elegisti, & uersus ædem quã ædificaui nomini tuo, tu exaudies in cœlis, in habitaculo firmo mansionis tuæ orationem eorũ, atq; supplicationẽ eorum, & ius red des eis, propitiusq; eris populo tuo, qui peccauerat cõtra te, & omnibus præuaricationibus eorũ, quibus præuaricati sunt cõtra te, & conciliabis eis gratiã coram illis qui eos captiuos tenent, ut misericordia erga eos moueantur: ipsi enim sunt populus tuus & hęreditas tuà, quos eduxisti ex Aegypto è medio fornacis ferreæ: sint ergo oculi tui aperti ad precationẽ serui tui, atq; ad precationem populi tui Israel, ut exaudias eos in omnibus pro quibus ad te clamauerint, quoniã tu segregasti eos tibi in hęreditatẽ ᴰex omnibus populis terrę, quemadmodũ loquutus es per manũ serui tui Mosis, quãdo eduxisti patres nostros de Aegypto DOMINE deus. F

ᴰ Posset etiam legi, præ omnibus.

Quũq; Solomon cessasset orare ad DOMINVM uniuersam orationem & precationẽ istam, surrexit ante aram DOMINI, nec ultra flexit genua sua, nec manus suas expandit in cœlũ, sed stans beneprecatus est uniuersæ ecclesiæ Israelis magna uoce, dicẽs, Laudandus DOMINVS, qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta omnia quæ loquutus est, nõ cecidit uerbũ ullũ ex omni sermone eius bono, quẽ loquutus est ꝑ Mosen seruũ suum. Sit DOMINVS deus noster nobiscũ, quemadmodum fuit cum patribus nostris, ne derelinquat nos,

Digitized by Google

G neq; deserat nos, ut inclinet cor nostrũ ad se, ut ambulemus in uijs eius, & custo-
diamus præcepta eius, statuta eius atq; iudicia eius, quæ præcepit patribus no-
stris, ueniãtq; uerba mea q̃bus precatus sum corã DOMINO ad DOMINVM
deũ nostrũ die ac nocte, ut ius dicat seruo suo, & populo suo Israeli, singulis die-
bus iuxta rationem suam, ut sciãt uniuersi populi terræ, q̃ DOMINVS est deus,
& non alius. Sit igitur cor ueſtrũ perfectum cum DOMINO deo nostro, ut am
buletis in statutis eius, & custodiatis præcepta eius, ut hodierno die. Porrò rex &
omnis Israel cum eo immolabant hostias corã DOMINO, & sacrificauit Solo
mon sacrificiũ gratulatoriũ quod sacrificauit DOMINO, nempe duo & uiginti
millia boum, & centũ atq; uiginti millia ouium, & initiarunt domũ DOMINI
rex, & cuncti filij Israel. Eodem die sanctificauit rex mediũ atrij quod erat ante
ædem DOMINI, quoniã fecit illic holocausta & cibariũ sacrificium, & adipes
pacificorũ, eo q̃ ara ærea quæ erat corã DOMINO, minor erat q̃ ut caperet holo
causta, & sacrificia cibaria, atq; adipes pacificorũ. Et fecit Solomon eodẽ tempo
re solennitatẽ, omnisq; Israel cum eo, cœtus magnus, ab eo quo itur in Hemath
usq; ad torrentẽ Aegypti, coram DOMINO deo nostro septenis diebus, nempe
quatuordecim diebus. Octauo uero die dimisit populũ, ipsiq; gratulantes regi,
abierunt in tentoria sua lætãtes & hilari corde, pro uniuersis beneficijs quæ con
tulerat DOMINVS Dauidi seruo suo, & Israeli populo suo.

Iudicium apud Hebræos repetitur.

CAP. IX.

Apparet Dominus Solomoni, magnifica pollicens, si præcepta eius seruauerint.

A CVmq; Solomon absoluisset ædificium ædis DOMINI, & ædes regias, uni 2.Par.7.c
uersumq; quod Solomon facere uoluit, uisus est DOMINVS Solomoni
secũdo, quemadmodũ †apparuerat ei in Gibeon. Dixitq; DOMINVS ad eum, Supra 3.a
Exaudiui orationem tuam & precationẽ tuam, quam precatus es in conspectu
meo, sanctificaui enim domũ istam quam ædificasti, ut ponerem nomen meum
ibi in æternũ, eruntq; ibi oculi mei & cor meum cunctis diebus. Et tu si ambula
ueris corã me, quemadmodũ ambulauit Dauid pater tuus in integritate cordis
& in æquitate, & feceris omnia quæ præcepi tibi, seruaueris q; statuta mea, & iu
dicia mea, confirmabo soliũ regni tui super Israelem perpetuò, quemadmodum
pollicitus sum Dauidi †patri tuo hisce uerbis, Non succidetur ex te uir de solio 2.Reg. 7.b
Israelis. Quod si omnino auersi fueritis uos & filij uestri à me, & non custodieri 1.Par. 22.b c
tis pręcepta mea & statuta mea quæ [a]proposui uobis, sed abieritis & colueritis
B deos alios, eosq; adoraueritis, succidam ego Israelem è superficie terræ, quam tra
didi eis, & domum hanc quam sanctificaui nomini meo, abijciam à conspectu
meo, eritq; Israel prouerbiũ & fabula apud omnes populos, & domus ista quæ
excelsa erat: quicunq; eam pręterierit, obstupescet & sibilabit, dicentq;, Cur DO
MINVS huic terrę & huic domui sic fecit? Respondebiturq;, Eo q̃ dereliquerũt Deut. 29.d
DOMINVM deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Aegypti, & appre- Ierem. 22.c
henderunt deos alios, adorauerunt q; eos, propterea inquam induxit DOMI-
NVS super eos uniuersum malũ istud. Et post uiginti annos, quum Solomon 2.Par.8.a
absoluisset extructionem utriusq; ædis, nempe ædis DOMINI & ædis regiæ,
Hiramq; rex Tyri attulisset Solomoni ligna cedrina, ligna picea, aurũ, & quid-
quid ille desiderabat, tunc Solomon rex dedit ipsi Hiram uiginti ciuitates in ter
ra Galilçæ. Et egressus est Hiram de Tyro ut uideret ciuitates quas dederat ei So
lomon, nec [b]placuerunt ei. Dixitq;, Quę sunt istę ciuitates quas dedisti mihi fra-
ter? Vocauitq; eas terram [c]Cabul in hunc usque diem. Misitq; rex Hiram re-
C gi centum & uiginti talenta auri. Et hęc summa est uectigalis quod Solo-
mon rex exegit quum ædificaret ædem DOMINI, & ædes suas, deinde &
Millo, & murũ Ierusalem, Hazor, & Megiddo, atq; Gazer. Pharao enim rex Ae-
gypti ascenderat, & ceperat Gazer, igniq; eam succenderat, Chananæum pręterea,

[a] Eb. Quæ posui ante faciem uestram.

[b] Ebr. Non fuerunt rectæ in oculis eius.
[c] Kabul conclusum dicitur, fortè ob sterilitatem.

Digitized by Google

terea, qui inhabitator erat urbis, interfecerat, tradideratque eam nomine dotis filiæ suæ uxori Solomonis. Solomon itaque rursus extruxit Gazer, & Beth Horon inferiorem, Baalath quoque & Thadmor in deserto in terra. Ad hæc omnes ciuitates thesaurorum quas habuit Solomon, sed & ciuitates curruum, & ciuitates equitum, quidquid denique pro uoto suo Solomon ædificare uoluit in Ierusalem, in Libano, & in uniuersa terra imperij sui. Omnibus quoque qui reliqui fuerunt ex Amorræis, Hithæis, Pherizæis, Hiuæis, Iebusæis, qui non fuerunt ex filijs Israel, filijs inquam eorum qui reliqui facti sunt in terra post eos, quos uastare ac excindere filij Israel non potuerant, his Solomon tributum ac seruitutem imperauit in hunc usque diem. Porrò ex filijs Israel Solomon neminem in seruitutem redegit, quin potius milites erant, ministri eius, principes eius, duces triarij eius, principes [b] curruum eius, & equites eius. Et hi præfecti erant & præpositi à Solomone super opus, quingenti nempe & quinquaginta, qui regebant populum, & operas imperabant. Cæterum filia Pharaonis ascendit de ciuitate Dauid, in ædes suas quas ædificauerat ei [Solomon:] ædificauit etiam tunc Millo. Et sacrificauit Solomon ter in anno holocausta & pacifica super aram quam extruxerat DOMINO, & adoleuit præter ista suffimenta quæ erant coram DOMINO [postea quam] absoluisset ædem. Parauit insuper rex Solomon naues in Ezeon Gæber, quæ est iuxta Eloth ad littus maris carectosi, in terra Edom, quibus Hirā seruos suos misit nautas, & gnaros maris, cum seruis Solomonis, qui proficiscentes in Ophir, tulerunt illinc auri talenta quadringenta & uiginti, aduexeruntque ad regem Solomonem.

D (right margin)

2.Par.8.b.c (left margin)

[b] Alij legunt, equitū eius.

Ebr. est singularis numeri.

CAP. X.

De aduentu reginæ Saba ad Solomonem, ad famam magnificentiæ eius & sapientia concitæ.

2.Par.9.a Math.12.d Luc.11.d

Porrò regina Saba postea quā audisset famam Solomonis ex nomine DOMINI, uenit ut tentaret eum acutis quæstionibus. Venit autem Hierosolymā cum [a] exercitu maximo, cum camelis portantibus odores, & magnam uim auri, lapides quoque pretiosos. Quumque uenisset ad Solomonem, loquuta est cum eo quidquid corde suo cōceperat. Et exposuit ei Solomon omnia uerba eius: nihil omnino fuit absconditū regi, quod ei non explicaret. Quūque regina Saba uidisset omnem sapientiam Solomonis, & domū quam ædificauerat, sed & cibum mensæ eius, mansionem seruorū eius, & [b] statum eorum qui ei ministrabāt, & uestes eorum, & [c] potū eius, & holocausta eius quæ sacrificabat in æde DOMINI, non erat [d] ultra spiritus in ea: dixitque ad regē, Vera fuit fama quam audiui in terra mea, de rebus tuis, atque de sapientia tua, nec fidem habui uerbis, donec uenirē, uiderentque oculi mei, & ne dimidium quidem mihi annunciatū est, adeò excellis sapientia & elegantia ultra famam quam audieram. Beati uiri tui, & beati serui illi tui qui astant corā te semper, & audiunt sapientiā tuam. Sit DOMINVS deus tuus laudandus, qui te fauore cōplexus est, ut poneret te super soliū Israelis, certe quod DOMINVS dilexit Israelē in perpetuū, & constituit te regem, ut ius [e] diceres, & iustitiā administrares. Ad hæc dedit regina illa regi centū & uiginti talenta auri, & odoramentorū magnā uim, lapides quoque pretiosos: huiusmodi odores tantaque copia quales dedit regina Saba regi Solomoni, ultra nunquā uenerunt. Porrò classis Hirā quæ portabat aurū de Ophir, aduehebat & ligna [f] Almugim ualde multa ex Ophir, simulque lapides pretiosos. Rex autē fecit ex lignis Almugim fulcra pro æde DOMINI, proque ædibus regijs, citharas quoque & [g] Nabla cantoribus: non uenerunt unquam huiusmodi ligna Almugim, nec uisa sunt usque in hunc diem. Iam rex Solomon reginæ Saba dedit quodcūque pro uoto suo expetisset, & quidquid postulasset, præterquā quod donauit ei Solomon pro regia [h] munificentia ac liberalitate. Versa igitur abijt in regionem suam, ipsa uide-

A (right margin) … B (right margin)

[a] Alij exponunt Hail pro pompa fastuosa & regia, alij pro copia rerum.

[b] Alij legūt gradum.

[c] Alij, poculū eius.

[d] Extra se rapta præ admiratione & stupore.

[e] Eb. Ad faciendū iudicium & iustitiam.

[f] Quidam uolūt esse Thina ligna.

[g] Laurētius Nablia uult: instrumēta sunt musica. Nablum quidam Chelim uolunt esse, aut Barbiton.

[h] Ebr. Secūdum manū regis, hoc est, ultro, uel ut regem decuit.

Digitized by Google

licet & serui eius. Porrò pondus auri quod uenit Solomoni singulis annis, fuit
C sexcena & sexagena sex talenta auri: excepto eo quod [accepit] à [i] mercatoribus,
à negotiatoribus atq; aromatarijs, ab omnibus regibus [k] Arabiæ, & principibus
terrarum. Fecit quoq; Solomon rex ducentas hastas ex auro ductili, singulæ ha
stæ habebãt sexcenas [minas] auri, & trecenta scuta ex auro ductili, ternas minas
auri ad singula scuta, quæ reposuit in domum saltus Libani. Fecit deinde rex so- Thronus Salomonis
lium magnum eburneum, obduxitq; illud auro optimo: sex gradibus [ascende-
batur] ad solium, & summum solij rotundum erat à tergo, utrinq; ad locũ sedis
[l] reclinatoria erant, & bini leones stabant pone reclinatoria, stabant quoq; duo-
deni leones illic in sex gradibus utrinq;, huiusmodi factum non est in uniuersis
regnis. Omnia deniq; pocula regis Solomonis aurea erant, sic & cuncta uasa do
mus saltus Libani ex auro erant puro, nam temporibus Solomonis non erat ar-
gentum, quippe nihili pensum, siquidem classis marina regi erat in [m] mari cum
D classe Hiram: ternis annis semel ueniebat classis in mari, ferens aurũ, argentum,
ebur, simias & pauones. Et præcelluit rex Solomon omnes reges orbis cum di-
uitijs tum sapientia. Vniuersa terra quærebat uultũ Solomonis, ut audiret sapi-
entiam eius, quam indiderat DOMINVS cordi eius. Et hi quidem adferebant
quisq; munus suũ, nempe uasa argentea, uasa aurea, uestimẽta, arma bellica, odo
res, equos & mulos, idq; singulis annis. Congregauit Solomon currus & equi-
tes, ut essent ei mille & quadringenti currus, & duodecim millia equitũ, quos po
suit in ciuitates curruũ, & cum rege in Hierusalem. Et aduexit rex argentũ Hiero
solyma ut lapides, & cedros aduexit ut moros, quæ in planis campis abundant.
Porrò equi [n] Solomoni educti sunt ex Aegypto, nam societas mercatorũ regio-
rum accipiebat byssum per cõmutationem. Ascendit itaq; & exijt quadriga ex
Aegypto sexcentis argenteis, & celes centum & quinquaginta, sic educebãt ma-
nibus suis omnibus regibus Hithæorum, & regibus Aram. CAP. XI.

De amore Solomonis, quo contra præceptum domini in mulieres exardet, ob quam rem dominus iratus, aduersarium ei dedit. De morte & sepultura eius.

A ADamauit uero rex Solomon mulieres † alienigenas multas, & filiam Pha Deut. 17.d Eccli 17.d
raonis, Moabitidas, Ammonitidas, Aedomitas, Zidonias, & Hithæas, de
gentibus scilicet de quibus præceperat DOMINVS filijs Israel, Ne ingredimini
ad eas, & hæ non ingredientur † ad uos: profectò inclinabunt corda uestra post Exo.34.b
deos suos: ijs inquam adhæsit Solomon amore. Habuitq; uxores regias septin-
gentas, & concubinas trecentas: itaq; uxores eius cor eius auerterunt. Nam quũ
iam senio confectus esset Solomon, uxores eius inclinarunt cor eius post deos
alios, ut cor eius non esset syncerũ cum DOMINO deo suo, sicut cor Dauid pa-
tris eius. Nam abijt Solomon post Asthoreth deum Zidoniorũ, & post Milcom
B abominationem Ammonitarum. Designauitq; Solomon quod displicuit DO-
MINO, neq; perfectè sequutus est DOMINVM, quemadmodũ pater eius Da-
uid. Tunc ædificauit Solomon excelsum ipsi Chamos abominationi Moab,
in monte qui est è regione Ierusalẽ, & Molech abominationi filiorum Ammon.
Et in hunc modũ fecit uniuersis uxoribus suis alienigenis, quæ adolebant, & sa-
crificabant dijs suis. Iratus ergo est DOMINVS contra Solomonẽ, quòd auersum
esset cor eius à DOMINO deo Israelis, qui † ei bis apparuerat, deq; hac re ei præ Supra 9.a 3.a
ceperat, ne sequeretur deos alios, & non seruauerat quod mandauerat ei DOMI
NVS. Dixit itaq; DOMINVS ad Solomonẽ, Quandoquidẽ hoc apud te fuit,
nec seruasti fœdus meum, & statuta mea quæ tibi præcepi, omnino † rescindam Infra 12.d
à te regnum, & tradam illud seruo tuo. Veruntamen te [o] uiuente illud non faciã,
C propter Dauid patrẽ tuum, at de manu filij tui scindã illud. Nec tamen totum re-
gnum scindã, sed tribum unam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, &
propter

[i] Tharim quidã pro legatis exponũt, qui inquirendi gratia regem adibant.
[k] Aeræb alij pro Occidente exponunt.
[l] Ebr. Manus.
Argentum non erat in uasis scilicet.
[m] Alij Tharsis pro loco exponunt.
[n] Ebr. Exitus equorum qui fuerunt Solomonis.
[o] Ebr. In diebus tuis.

Digitized by Google

propter Ierusalem quam elegi. Et excitauit DOMINVS Solomoni aduersarium, nempe Hadad Edomæũ, qui erat de regio semine, qui erat in Edom. †Quũ enim Dauid esset in Edom, & ascẽderet Ioab imperator exercitus, ut sepeliret interfectos, percussit ille omnes mares in Edom. (Nam sex mensibus habitauit ibi Ioab & omnis Israel, donec excinderet omnem marem in Edom.) Et fugerat Hadad, ipse & uiri Edomæi de seruis patris eius cum eo, ut uenirent in Aegyptũ, eratq; Hadad puer paruus. Et surgentes de Midian, uenerũt in Paran, tollentesq; secum uiros de Paran, uenerunt in Aegyptum ad Pharaonem regem Aegypti, qui dedit ei domum, & constituit ei cibum, insuper & regionẽ assignauit ei. Nactus est ergo Hadad plurimum fauoris coram Pharaone, adeo ut daret ei sororẽ uxoris suæ uxorem, sororem inquam Thaphenes reginæ. Peperit autem ei soror Thaphenes Genubath filium suum, quem educauit Thaphenes intra domum Pharaonis, eratq; Genubath de familia Pharaonis inter filios Pharaonis. Quũq; audisset Hadad in Aegypto, quod dormisset Dauid cũ patribus suis, quodq; mortuus esset Ioab imperator exercitus, dixit Hadad ad Pharaonẽ, Dimitte me ut uadam ad terrã meam. Cui dixit Pharao, Quid uero defuit tibi apud me? Et en [occasionem] quæris eundi in terram tuam. Qui respondit, Nihil, uerũ omnino me dimittas. Excitauit ei insuper deus aduersarium Rason filium Eliada, qui fugerat ab hero suo Hadad Aeser rege Zoba, collectisq; [b] ad se uiris, factus est dux turmæ militaris, quum Dauid percuteret eos, abieruntq; Damascum, habitaruntq; illic, regnaruntq; in Damasco. Fuit is aduersarius Israeli cunctis diebus Solomonis, cum ea adflictione quam [ei intulit] Hadad, qui multauit Israelem, regnauitq; super Aram. Ieroboam quoq; filius Nebat Ephratæus de Zareda, cuius matris nomen erat Zeruha, (mulier fuit uidua) seruus Solomonis, leuauit manum suam contra regem. Et hæc fuit causa, quod manum sustulit contra regem. Solomon ædificabat Millo, claudens rupturam ciuitatis Dauidis patris sui. Et uir iste Ieroboam robustus erat & strenuus, uidensq; Solomon adolescentem, quod is faciundo operi [instaret,] præfecit eum uniuerso oneri domus Ioseph. Factum est illo tempore ut Ieroboam egrederetur Hierosolymis, inueniretq; eum Ahia Silonites propheta in ipsa uia, & erat is opertus pallio nouo, erantq; ambo illi soli in agro. Et apprehendens Ahia pallium illud nouum quo erat amictus, discidit illud in duodecim frusta, dicens ad Ieroboam, Cape tibi decem partes, quoniã sic ait DOMINVS deus Israelis, Ecce ego scindo regnum de manu Solomonis, & dabo tibi decem tribus, habebitq; ille unam duntaxat tribum, idq; propter Dauidem seruum meum, & propter Ierusalem ciuitatẽ quam ex omnibus tribubus Israelis elegi, eo quod me deserto, adorauerint Asthoreth deum Zidoniorum, & Chamos deum Moab, atq; Malchom deum Ammonitarum, neq; ambulauerint in uijs meis, ut facerent quod rectum esset in oculis meis, nempe statuta mea & iudicia mea, sicut Dauid pater eius. Non tollam totum regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus uitæ eius, propter Dauidẽ seruum meum quem elegi, qui custodiuit præcepta mea atq; statuta mea. Tollam autem regnũ de manu filij eius, & dabo ipsum tibi, nempe decem tribus. Et filio eius dabo tribum unam, ut sit lucerna Dauidi seruo meo cunctis diebus ante faciem meam in Ierusalem, ciuitate quam elegi mihi, ut ponerem nomen meum illic. Porro te assumam, & regnabis iuxta omnia quæ desiderat anima tua, & eris rex super Israelẽ. Quod si audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in uijs meis, fecerisq; quod rectum est in oculis meis, ut custodias statuta mea & præcepta mea, quemadmodum fecit Dauid seruus meus, ero tecum, & ædificabo tibi domum firmam, quemadmodũ Dauidi ædificaui, & tradam tibi Israelem, & adfligam semen Dauidis propter hoc, attamen non cunctis diebus. Quæsiuit ergo

Margin notes: 2. Reg. 8. d — Hadad. — Rason. — 2. Sam. 10. — Ieroboam. — Ahias. — D — E — F — G

[b] Quidam legunt, contra eum, nẽpe, dominum suum Hadad Aeser in quem perfidus erat, & transfuga.

Solomon ut interficeret Ieroboam. Surgens itaque Ieroboam, fugit in Aegyptum ad Sisak regem Aegypti, mansitque in Aegypto usque ad mortem Solomonis. Reliqua autem uerborum ac gestorum Solomonis, & omnia quæ fecit, & sapientia eius, an non scripta sunt in libro rerũ Solomonis? Porrò dies quibus Solomon regnauit in Ierusalem super omnem Israelem, fuerunt quadraginta anni. Dormiuitque Solomon cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauidis patris sui. Regnauitque Rehabeam filius eius pro eo. Salomonis mors.

CAP. XII.

Ob quas causas regnum scissum sit, & de impietate ac idololatria Ieroboam.

A PRofectus est autem Rehabeam in Sichem, quoniã uniuersus Israel ueniebat in Sichem, ut eum regno inaugurarent. Et factum est, quum id audiret Ieroboam filius Nebat, qui adhuc erat in Aegypto, (fugerat enim metu Solomonis regis, habitabatque Ieroboam in Aegypto,) miserunt & accerserunt eum. Venerunt ergo Ieroboam & omnis cœtus Israelis, & loquuti sunt ad Rehabeam in hunc modum, Pater tuus adgrauauit iugum nostrum, tu itaque remitte aliquid de [a] prædura illa seruitute, & de iugo illo graui quibus nos pressit pater tuus, tibique seruiemus. Qui ait ad eos, Ite adhuc tres dies, & reuertimini ad me. Abijt ergo populus. Inijt autem consilium rex Rehabeam cum senioribus qui coram Solomone patre suo, quũ adhuc uiueret, ministrauerant, & ait, Quid consulitis uos, quod respondeam huic populo? Et loquuti sunt ad eum, dicentes, Si hodie morẽ gesseris isti populo, eique inseruieris, & respondendo eis, uerba bona eis fueris loquutus, inseruient tibi cunctis diebus. At is derelicto consilio seniorum quod ei dederant, inijt consilium cum iuuenibus qui cum eo adoleuerant, quique coram eo ministrabant, aitque ad eos, Quid uos consulitis quod respondeam huic populo? quandoquidem dixerunt ad me hæc uerba, Remitte quidpiã de iugo quod pater tuus posuit super nos. Iuuenes uero qui cum eo adoleuerant loquuti sunt ad eum in hanc sententiam, Sic loqueris ad populum istum, qui loquutus est ad C te huiusmodi sermones, Pater tuus adgrauauit iugum nostrum, tu uero remitte nobis aliquid: sic inquam loqueris ad eos, Exiguum meum crassius erit lumbis patris mei: pater itaque meus pressit uos onere, & imposuit uobis graue iugũ, ego quiddam adijciam iugo uestro: præterea pater meus castigauit uos flagellis, ego autem castigabo uos flagris aculeatis. Venit itaque Ieroboam & uniuersus populus ad Rehabeam die tertio, quemadmodum loquutus fuerat rex, dicens, Reuertimini ad me die tertio. Et respondit rex populo aspere, relicto consilio senum quod ei dederant: loquutus est autem ad eos iuxta consilium iuuenum, dicens, Pater meus aggrauauit iugum uestrum, ego uero adijciã iugo uestro: pater meus D castigauit uos flagellis, ego autem castigabo uos flagris aculeatis. Neque auscultauit rex populo, quoniam fuit [b] reuolutio à DOMINO, ut confirmaret uerbum suum, † quod loquutus fuerat DOMINVS [c] ministerio Ahia Silonitæ ad Ieroboam filium Nebat. Videns itaque uniuersus Israel quod rex eis non adquieuisset, respondit populus regi sermonem dicentes, Quæ pars nobis in Dauide? Nõ est hæreditas in filio Isai: ad tentoria tua ô Israel: prouide domui tuæ Dauid. Et abijt Israel in tentoria sua. Porrò Rehabeam regnauit super filios Israel qui habitabant in ciuitatibus Iuda. Misit autem rex Rehabeam Adorã qui erat [constitutus] super uectigal, quem cuncti Israelitæ lapidibus obruerũt, ut moreretur. Rex E autem Rehabeam sategit ut conscenderet currum, & fugeret Hierosolyma. Defecerunt ergo Israelitæ à domo Dauidis in hunc usque diem. Et factum est quum audisset uniuersus Israel quod reuersus esset Ieroboã, mittentes acciuerunt eum in cœtum, cõstitueruntque eum regem super uniuersum Israelẽ, nec fuit ulla tribus quæ sequeretur domum Dauidis, præter solã tribum Iuda. Quumque uenisset Rehabeam Hierosolyma, congregauit uniuersam domum Iuda, et tribum Beniamin, centum

Marginalia: Roboam. 2.Par.10.a — Consilium iuuenum. — Eccli 47.d — Supra 11.f — Regni Israel scissio.

[a] Eb. De seruitute patris tui dura, et de iugo eius graui quod dedit super nos. Stãdi uerbo pro ministrandi.

[b] Versio uel rotatio dicunt alij causa quoque.

[c] Ebr. In uel per manum.

centũ scilicet & octoginta millia electorum qui bellum gerere potuerunt, ut pugnaret contra domum Israel, & reduceret regnum ad Rehabeam filiũ Solomonis. † Factus est ergo sermo dei ad Semahiam uirum dei in hanc sententiã, Dic ad Rehabeam filium Solomonis regem Iuda, & ad cunctam domum Iuda atq; Beniamin, & ad reliquum populũ huiusmodi uerba, Sic dicit DOMINVS, Ne ascendatis, neq; pugnetis contra fratres uestros filios Israel, reuertimini quisq; in domum suam, hæc enim res à me facta est. Audierunt ergo uerbum DOMINI, & reuersi sunt, ut abirent iuxta uerbum DOMINI. Aedificauit autem Ieroboã Sichem in mõte Ephraim, habitauitq; in ea, & egressus illinc ædificauit Penuel. [d]Cogitauit autem Ieroboam in corde suo, Reuertetur nunc † regnũ ad domum Dauidis, si populus iste ascenderit sacrificatum in domo DOMINI in Ierusalẽ, reuerteturq; cor populi istius ad dominum suum, ad Rehabeam regem Iuda, & occident me, reuertenturq; ad Rehabeam regem Iuda. Consilio ergo inito rex, fecit duos uitulos aureos: dixitq; ad eos, Satis iam ascendistis Hierosolyma, en dij tui Israel qui te ascendere fecerunt de terra Aegypti. Posuit autem unum in Beth El, & alterũ posuit in Dan, [e] deditq; hæc res occasionẽ peccato, nam populus abijt coram uno usq; in Dan. Fecit etiam domũ excelsorum, & fecit sacerdotes de [f] fece populi, qui non fuerunt de filijs Leui. Instituit quoq; Ieroboam solennitatẽ in mense octauo, nempe decimoquinto die mensis, iuxta solennitatem quæ est in Iuda, & sacrificabat super ara: sic fecit in Beth El, ut sacrificaret uitulis quos fecerat, constituitq; in Beth El sacerdotes excelsorũ quæ fecerat. Sacrificabat insuper holocausta super ara quam fecerat in Beth El decimoquinto die mensis octaui, in mense uidelicet quem ipse in corde suo excogitauerat, fecitq; solennitatem filijs Israel, & sacrificauit in ara, adoleuitq; incensum.

2.Par.11.a — F — Supra 11.f — [d]Ebr. Dixit. — Exod.32.b — G — 3.Par.11.c — [e]Ebr. Facta est hæc res in peccatum. — [f]Vel de extremis populi: quod uarie exponunt.

CAP. XIII.

Admonetur Ieroboam per prophetam, sed nec punitus resipiscit. Propheta rediens quum facit contra præceptum domini, à leone interficitur.

ET ecce uir dei iussu DOMINI uenit de Iuda in Beth El, stanteq; Ieroboã ad aram ut adoleret, clamauit contra aram ex mandato DOMINI, & ait, Ara, ara, sic dicit DOMINVS, Ecce † filius nascitur domui Dauidis, Iosias nomine, qui super te sacrificabit sacerdotes excelsorũ, qui thura super te adolent, & humana ossa super te comburent. Dedit insuper eodẽ die portentũ, dicens, Hoc est portentum quod loquutus est DOMINVS, ecce ara findetur, effundeturq; cinis qui super ea est. Quum ergo rex audisset uerbũ uiri dei, qui clamauerat contra aram in Beth El, exerta manu sua Ieroboã de ara, dixit, Apprehendite eum: & manus eius quam contra eum extenderat, arescebat, ut eam ad se retrahere non posset. Ara insuper fissa est, & effusus cinis ex ara iuxta portentum quod dederat uir dei secundum uerbum DOMINI. Respondens autem rex, dixit ad uirum dei, Precare obsecro faciem DOMINI dei tui, & supplica pro me, ut restituatur mihi manus mea. Et precatus est uir dei faciem DOMINI, reuersaq; est manus regis ad eum, & facta est ut antea. Et loquutus est rex ad uirum dei, Veni mecum domum ut reficiaris, munusq; tibi dabo. Et dixit uir dei ad regem, Si dares mihi dimidiũ domus tuæ, non irem tecum, nec ederem panem, nec aquam biberẽ in loco isto, quoniam sic præceptum est mihi per uerbum DOMINI in hanc sententiam, Ne comedas panem, neq; bibas aquam, neq; reuertaris per uiam qua uenisti. Abijt itaq; per aliam uiam, nec est reuersus uia qua uenerat in Beth El. Habitauit autem in Beth El senex quidam propheta, cuius filius uenit, & narrauit totum negotiũ quod fecerat uir dei eo die in Beth El, deinde & uerba quæ loquutus fuerat ad regem, hæc narrarunt patri suo. Dixit ergo pater eorum ad eos, Qua uia abijt? Et ostenderunt ei filij sui uiam qua abierat uir dei qui uenerat de Iuda. Qui ait ad filios suos, Sternite mihi asinum: & strauerunt ei asinum, inscenditq; eum. Sequu-

A — Iosias prædicitur. 4.Re 23.d — Signum. — B — Miraculũ. — C — Mendaciũ prophetæ.

Digitized by Google

tus ergo uirum dei, inuenit eum sedentem sub quercu, dixitq́ ad eum, Es tu uir
D dei qui uenisti de Iuda? Qui dixit, Ego. Et dixit ad eum, Proficiscere mecum do-
a Ebr. Non possum. mum, & ede panem. Respondit, Nō est [a] mihi integrum ut reuertar tecum, & ut
tecum proficiscar. Ad hæc nec edam panem, nec bibam aquā tecum in loco isto,
quoniam mandatum habeo ex uerbo DOMINI, Ne comedas panē, nec bibas
aquam ibi, nec reuertaris ut proficiscaris ea uia qua uenisti. Qui dixit ad eum, Et
ego propheta sum sicut tu, loquutusq́ est ad me angelus iussu DOMINI in hāc
sententiam, Reduc eum tecum in domū tuam, ut comedat panem, & bibat aquā.
At mentitus est ei. Reuersus est itaq; cum eo, & comedit panē in domo eius, atq;
bibit aquam. Quumq́ sederent ad mensam, factum est uerbū DOMINI ad pro-
phetam qui reduxerat eum. Et clamauit ad uirum dei qui uenerat de Iuda his uer
E bis, Sic dicit DOMINVS, Quandoquidem rebellis fuisti ori DOMINI, neq; cu
stodiuisti præceptum quod præcepit tibi DOMINVS deus tuus, sed reuersus es,
& comedisti panem, atq; bibisti aquam in loco de quo DOMINVS tibi dixerat,
ne ederes panem, neq; aquam biberes, non ueniet funus tuum in sepulchrum pa Prouidētia
trum tuorum. Posteaquam igitur comedisset panem, bibissetq́ aquam ille, strauit dei.
ei asinum propheta ille qui reduxerat eum. Quumq́ abiisset, inuenit eum leo in
uia, & interfecit eum. Contigit ergo quum esset funus eius stratū in uia, asinusq́
astaret iuxta ipsum, astaretq́ & leo iuxta funus, ut uiri transirēt, uiderentq́ funus
stratum in uia, & leonem astantem iuxta funus: qui uenientes, dixerunt [hæc] in
F ciuitate in qua propheta senex habitabat. Audiens autem propheta qui eum de
uia reduxerat, dixit, Hic uir dei rebellis fuit sermoni DOMINI, ideo tradidit eum
DOMINVS leoni, qui discerpens eum interfecit eum, iuxta uerbum DOMINI
quod loquutus est ad eum. Loquutusq́ ad filios suos, dixit, Sternite mihi asinū.
Qui strauerunt. Ille uero abiens, inuenit funus eius stratum in uia, asinus autem
& leo astabant iuxta funus, ut leo neq; funus deuorarit, nec asinum discerpserit.
Tollens ergo propheta funus uiri dei, imposuit illud asino, & reduxit illud. Et
uenit senex ille propheta in ciuitatē, ut lugeret & sepeliret eū. Posuit autē corpus Sepultura.
G eius in sepulchrum suum, & planxerunt eum, Heu frater mi. Quumq́ sepeliis- Planctus.
set eum, loquutus est cum filijs suis, dicens, Quum ego mortuus fuero, sepelite
me in sepulchrum in quo uir dei sepultus est, reponite ossa mea iuxta ossa illius.
Nam certissime eueniet hoc ipsum quod clamauit in sermone DOMINI contra
aram quæ est in Beth El, & contra omnes domos excelsorum quæ sunt in urbi-
bus Samariæ. Post hoc negotium Ieroboam nō recessit à uia sua mala, sed con-
b Ebr. Impleuit eius manum. Nam quod Græcis est finitio, Ebræis est impletio, Latinis initiatio. uersus fecit sacerdotes excelsorum de fece plebis, & qui ei placebat, illum [b] conse
crabat ut fieret sacerdos excelsorum. Quæ res cessit in peccatū domui Ieroboam,
ut excinderet & deleret [eam] è terra.

CAP. XIIII.

Ieroboam consulit prophetam de morbo filij, filius moritur cum patre, cui succedit Nadab. Quædam de Rehabeam.

A EOdem tempore ægrotabat Abiah filius Ieroboam. Tum dixit Ieroboam
ad uxorem suam, Surge quæso teq́ aliam simula, ne cognoscant te esse uxo Supra 11. f
rem Ieroboam, proficiscereq́ in Silo, illic enim est Ahia propheta, qui loquutus
est mihi quod futurus essem rex super populum istum. Accipe autem in manu
tua panes decem, & placentas, atq; uasculum mellis, & uade ad eum, ut indicet ti
bi quid euenturum sit puero. Vxor Ieroboam sic fecit, surrexit enim & abijt in Si
lo, uenitq́ in domum Ahia. Ahia autem non poterat uidere, quoniam obrigue
rant oculi eius præ senecta eius. Dixerat autē DOMINVS ad Ahiam, Ecce uxor
Ieroboam ueniet ut sciscitetur à te uerbum pro filio suo, (ægrotat enim,) tu igi-
B tur sic & sic loquaris ad eam. Contigit ergo quum ingrederetur ipsa, ut alienam
se simularet: quum uero Ahia audisset strepitum pedum eius quæ ingrediebatur
per

Digitized by Google

per ostium, ait, Ingredere uxor Ieroboam, quare te simulas alienam? Ego uero asperam legationem adfero, uade dic ad Ieroboam, Sic dicit DOMINVS deus Israelis, Quandoquidem euexi te è medio populi, & constitui principē super populum meum Israel, scidiq́ regnum de domo Dauidis, & tibi tradidi illud, tu uero non fuisti sicut Dauid seruus meus, qui custodiuit præcepta mea, quiq́ ambulauit post me toto corde suo, ut faceret duntaxat quod rectū erat in oculis meis, tu uero malum designasti super omnes qui fuerunt ante te, (iuisti enim ac fecisti C tibi deos alios, & fusiles, ut irritares me, & proiecisti me post tergum tuum:) ob hoc en ego adduco adflictionem super domum Ieroboam, & excindam ipsi Ieroboam mingentem ad parietem, clausum & derelictum in Israele, & expurgabo posteros domus Ieroboam, quemadmodum stercus expurgatur, donec plene consumetur. Qui mortuus fuerit ipsi Ieroboā in ciuitate, hunc comedent canes: & qui mortuus fuerit in agro, hunc comedent aues cœli, quoniam DOMINVS loquutus est. Tu itaq́ surge, & uade in domum tuam: quum ingressus fuerit pes tuus in ciuitatem, morietur puer, & lugebunt eum omnes Israelitæ, & sepelient eum: solus enim ille de Ieroboam in sepulchrum ueniet, quod boni aliquid D in eo inuentum sit erga DOMINVM deum Israelis in domo Ieroboam. Suscitabit insuper DOMINVS sibi regem super Israelē, qui excindet domum Ieroboā quæ hodie est: quid uero si iam? Percutiet enim DOMINVS Israelem, ut si arundo agitatur in aquis, & euellet Israelē de terra hac bona quam dedit patribus eorum, & disperget eos ultra fluuium, eo quod fecerint sibi lucos, qui ad iram prouocauerunt DOMINVM. Tradetq́ Israelem propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & qui peccare fecit Israelem. Surrexit itaq́ uxor Ieroboam, abijt & uenit E in Thirza: quūq́ uenisset ad limen domus, mortuus est puer. Et sepelientes eum, planxerunt eum omnes Israelitæ, iuxta uerbum DOMINI, quod loquutus fuerat [a] per Ahiam prophetam. Reliqua gesta Ieroboam, nempe qualiter bella gesserit, quomodoq́ regnauerit, en hæc scripta sunt in libro [b] annalium regum Israelis. Porrò dies quibus regnauit Ieroboam, sunt uigintiduo anni. Quum obdormiuisset cum patribus suis, regnauit pro eo Nadab filius eius. Rehabeam autem filius Solomonis regnauit in Iuda: quadraginta unum annos fuit Rehabeam natus quum esset rex factus, regnauitq́ septendecim annis in Ierusalem, ciuitate quam elegit DOMINVS, ut ibi poneret nomen suum præ omnibus tribubus Israel. Nomen matris eius fuit Naama Ammonitis. Et fecit Iuda malum F in oculis DOMINI, & irritauerunt eum super omnia quæ designauerant patres eorum in peccatis suis quæ peccauerunt. Nam extruxerūt etiam ipsi sibi excelsa, statuas & lucos in omni colle alto, & subter omnem frondosam arborem. Fuerunt etiam katamiti in terra, feceruntq́ iuxta omnes abominationes gentium, quas profligauit DOMINVS ante filios Israel. Factum est autem anno quinto regis Rehabeam, ut ascenderet Sisak rex Aegypti contra Ierusalem, tulitq́ thesauros ædis DOMINI, & thesauros domus regiæ, & uniuersa diripuit. Accepit G deniq́ omnia scuta aurea quæ fecerat Solomon. Rex autem Rehabeam fecit illorum loco scuta chalybæa, commisitq́ manibus eorum, qui præerant satellitibus obseruantibus ostium domus regiæ. Et factum est, ut satellites ea portarent quoties rex ingrederetur in ædem DOMINI, & tum reponebant ea in thalamū satellitum. Reliquum gestorum Rehabeam, & omnia quæ fecit, an non hæc scripta sunt in annalibus regum Iuda? Fuit autem bellū inter Rehabeam & inter Ieroboam cunctis diebus. Dormiuitq́ Rehabeā cum patribus suis, & sepultus est cum patribus suis in ciuitate Dauid. Nomē matris eius fuit Naama, quæ fuit Ammonitis. Regnauitq́ pro eo filius eius Abiam. CAP. XV.

Recensentur quorundam regum facta, nempe, Abiam, Asa, Baasa, Iosaphat.

Signum.

Moritur Ieroboam.

2. Par. 12. d

Idololatria Iudæ.

Roboam moritur.

[a] Eb. In manu Ahiç.
[b] Nisi malimus dicere, diarij: nam Ebræi habēt uerborum dierum.

Digitized by Google

A ANno decimooctauo regis Ieroboam filij Nebat regnauit Abiam super Iu
da. Is regnauit tribus annis Hierosolymis. Nomē matris eius fuit Maacha,
filia fuit Abisalom. Ambulauit autē [Abiam] in omnibus peccatis patris sui quæ 2.Par.11.&
fecerat ante eum, nec fuit cor eius perfectum cum DOMINO deo suo, sicut cor
Dauid patris sui. At propter Dauidem dedit ei DOMINVS deus eius lucernam
in Ierusalem, ut suscitaret filium eius post eum, utq; firmaret Ierusalem, quod Da
uid fecisset quod rectum erat in oculis DOMINI, à nulloq; deflexisset quod ei
præceperat, idq; omnibus diebus uitæ suæ, præterquam in [a] facinore quod com 2.Reg.12.a
B misit aduersum Vriam Hithæum. Fuit autem bellum inter Rehabeam, & inter 2.Sam.11.
Ieroboam cunctis diebus uitæ suæ. Reliquum rerum Abiam, & omnia quæ fe-
cit, an non hæc scripta sunt in libro † annalium regum Iuda? Fuitq; bellum inter 2.Par. 13.a
Abiam & inter Ieroboam. Dormiuit autē Abiam cum patribus suis, sepelierūtq; Abiam moritur.
eum in ciuitate Dauidis, regnauitq; Asa filius eius pro eo. Anno itaq; uigesi- Asa pius.
mo ipsius Ieroboam, regnauit Asa super Iuda, regnauit autem annis quadragin 2.Par.14.a
ta uno in Ierusalem. [b] Nomen matris eius Maacha filia Abisalom. Asa autem
C fecit quod rectum fuit in oculis DOMINI, quemadmodum pater eius. Sustulit
enim katamitos è terra, & amouit cunctas fœditates quas fecerant patres eius.
Sed & Maacha matrem suam loco mouit, ne domina esset, eo quod fecerat lucū
ipsi [c] Miplæzæth, & excidit Asa Miplæzæth matris suæ, & exussit iuxta torrentē
Kidron. Veruntamen excelsa [d] non sustulerunt, duntaxat cor Asa perfectum fuit
cū DOMINO omnibus diebus suis. Intulit quoq; sanctificata patris sui, & san-
ctificata sua in ædem DOMINI, aurum, argentum, & uasa. Fuit autem bellum
inter Asa, & inter Baasa regem Israelis cunctis diebus eorum. Ascendit autē Baa
sa rex Israel contra Iuda, & muniuit Rama, nec dedit [e] commeatum ad Asam re-
gem Iuda. Et tollens Asa omne argentum & aurum, quod reliquum erat in the-
sauris ædis DOMINI, & thesauros domus regiæ, tradiditq; ea in manus seruo-
D rum suorum, misitq; eos rex Asa ad Benhadad filium Tabrimmon, filij Hezion,
regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, hisce mandatis, Fœdus esto inter me &
inter te, ut inter patrem meum, & inter patrem tuum: & en mitto ad te munus ar
genti atq; auri, ut uenias irritumq; facias fœdus tuum cum Baasa rege Israelis, ut
is à me abscedat. Morem itaq; gessit Benhadad regi Asa, & misit imperatores ex-
ercituum quos habuit, cōtra ciuitates Israeliticas, & percussit Hion, & Dan, atq;
Abel, Bethmaacha, & uniuersam [regionem] Cineroth, cum omni terra Naphta
E li. Quumq; hoc audisset Baasa, cessauit munire Rama, mansitq; in Thirza. Porrò
rex Asa diuulgauit [hoc] per uniuersum Iuda, nemo exemptus fuit, & sustulerunt
lapides atq; ligna de Rama, quibus munierat Baasa, & ædificauit cum eis rex A-
sa collem Beniamin & Mizpa. Reliquum omnium gestorum Asa, & uniuer-
sa magnificentia eius, atq; omnia quæ fecit, & ciuitates quas ædificauit, an non
hæc scripta sunt in libro annalium regum Iuda? Veruntamen tempore senectæ
suæ ægrotauit pedibus suis. Dormiuitq; Asa cū patribus suis, & sepultus est cum Asa moritur.
patribus suis in ciuitate Dauidis patris sui, regnoq; inauguratus pro eo Iehosa- Iosaphat.
F phat filius eius. Nadab uero filius Ieroboam regnauit super Israelem secundo Nadab impius.
anno Asa regis Iuda, regnauitq; super Israelem annis duobus. Et fecit malum in
oculis DOMINI, ambulans in uia patris sui atq; in peccato eius, quo peccare fe
cit Israelem. Contra eum conspirationem fecit Baasa filius Ahia, qui erat de do-
mo Isachar, percussitq; eum Baasa in Gibethon quæ est Palestinorum, quoniam
Nadab & omnis Israel obsidebant Gibethon. Interfecit autem eum Baasa anno
tertio Asa regis Iuda, & regnum occupauit pro eo. Factumq; est quū ipse regna- Domus Ieroboam destruitur.
ret, ut percuteret uniuersam domum Ieroboam, ut nihil spirans de Ieroboam fa-
G ceret reliquum, donec deleret eum, iuxta † uerbum DOMINI quod loquutus Supra 14.c
fuerat

[a] Ebr. In sermõe Vriæ Hithæi.

[b] Videtur mater hic poni pro Auia, quē admodum pater sæpe pro auo aut pro-auo.

[c] Miplæzæth quidā Priapi simulachrum uolunt fuisse, nota est fœditas idoli.

[d] Alij legunt, excelsa non abierunt.

[e] Ebr. Vt non daret exeuntem & ingredientem.

Digitized by Google

fuerat per Ahiam Silonitā seruum suum, propter peccata scilicet Ieroboam quæ ipse fecerat, & quibus peccare fecerat Israelem, propterq́; irritationem suam qua irritauerat DOMINVM deum Israelis. Reliquum gestorum Nadab & omnia quæ fecit, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Israelis? Fuitq́; bellum inter Asa & inter Baasa regem Israelis cunctis diebus eorū. Anno igitur tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Ahiæ super omnem Israelem in Thirza uigintiquatuor annis. Et fecit malū in oculis DOMINI, ambulans in uia Ieroboam & in peccato eius quo peccare fecerat Israelem. CAP. XVI.

De regno Ela, Simri & Ahab.

FActum est autē uerbum DOMINI ad Iehu filiū Hanani contra Baasa in hūc modū, Quandoquidem euexi te de cœno, & posui te principem super populum meum Israel, tu autē ambulasti in uia Ieroboam, & fecisti peccare populum meum Israel, ut prouocares me in peccatis eorū, en ego excindā posteros Baasa, & posteros domus eius, & ponā domū tuam sicut †domū Ieroboam filij Nebat. Qui de Baasa mortuus fuerit in ciuitate, hūc comedēt canes: & q ei mortuus fuerit in agro, hunc comedent uolucres cœli. Reliquum rerum Baasa, & quæ fecit, atq́; uirtus eius, an non hæc scripta sunt in libro †annaliū regum Israel? Dormiuit itaq́; Baasa cum patribus suis, & sepultus est in Thirza, regnauitq́; Ela filius eius loco eius. Porrò uerbū DOMINI [a]per Iehu filij Hanani prophetæ fuit super Baasa, & super domū eius, atq́; super omne malū quod fecit in oculis DOMINI, ut irritaret eum opere manuum suarum, ut fieret sicut domus Ieroboam, & quoniā occiderat eum. Anno uigesimosexto Asa regis Iuda regnauit Ela filius Baasa super Israelē in Thirza, duobus uidelicet annis. Et fecit coniurationē contra eum seruus eius Simri princeps super mediā partem curruum, eratq́; [Ela] in Thirza bibens, & inebriatus est in domo Arza, qui præfectus erat prætorio in Thirza. Veniensq́; Simri percutiens eum interfecit eum anno uigesimoseptimo Asa regis Iuda, & regnū occupauit illius loco. Et factū est quum ipse regnaret, sederetq́; in solio eius, ut percuteret omnem domū Baasa, nec reliquū ex ea faceret mingentē ad parietem, propinquos quoq́; eius & amicos eius. Deleuit itaq́; Simri omnem domū Baasa, iuxta uerbū DOMINI q̄d loquutus fuerat cōtra Baasa per Iehu prophetā, propter uniuersa scilicet peccata Baasa, & peccata Ela filij eius, quæ peccauerāt, quibusq́; peccare fecerant Israelē, ut irritarēt DOMINVM deū Israelis in uanitatibus suis. Reliquæ res Ela, & omnia quæ fecit, an nō hæc scripta sunt in libro annaliū regum Israel? Anno uigesimoseptimo Asa regis Iuda, regnauit Simri septem diebus in Thirza, populus interea castra fixerat oppugnando Gibethon Palestinorum. Audiuit autem populus in castris huiusmodi uerba, Simri fecit coniurationē, & trucidauit regem, ob id constituerunt omnes Israelitæ ipsum Amri imperatorē exercitus, regem super Israelem eodē die in castris. Ascendit ergo Amri & omnis Israel cū eo de Gibethon, & obsidebant Thirzam. Quumq́; Simri uideret captā ciuitatem, ingressus est palatiū domus regiæ, & cōbussit se & domum regiam igni, & mortuus est, propter peccata scilicet sua quæ peccauit, faciēdo malū in oculis DOMINI, & ambulādo in uia Ieroboam, atq́; peccatis eius quæ fecit, & quibus peccare fecerat Israelē. Reliqua gesta Simri, & cōspiratio eius quam excitauit, an non hæc scripta sunt in libro annaliū regum Israelis? Tunc diuisus est populus Israel in duas partes, dimidiū populi sequebatur Thibni filium Ginath, cōstituens eum regem: & aliud dimidium iuit post Amri: at præualuit populus qui sequebatur Amri, præ alio qui sequebatur Thibni filium Ginath: mortuoq́; Thibni, regnauit Amri. Anno trigesimoprimo Asa regis Iuda, regnauit Amri sup Israelē duodecim annis, in Thirza regnauit sex annis. Hic emit montem Schomron ab quodā Schæmer duobus talen-

Marginalia (left): Supra 15.g — 2.Par. 16.a — Baasa moritur. — Ela. — 4.Reg. 9 g — Zambri. — Amri eligitur. — Zambri cōburitur. — Thebni. — Samariæ mons.

Marginalia (right): A — B — [a] Eb. Per manum Iehu. — C — D — E — F

Digitized by Google

b Aedificauit montem, id est, urbem in monte.

tis argenti, [b] aedificansq; montem, & uocauit nomen ciuitatis quã aedificauit, iu
xta nomen Schaemer, qui dominus fuerat montis Schomron. Fecit aũt Amri q̃d
displicuit DOMINO, peiorq; fuit omnibus qui eum praecesserant. Nã ambula
uit in omni uia Ieroboã filij Nebat, & in peccatis eius qbus peccare fecerat Israe
lem, ut ad iracundiã incitaret DOMINVM deũ Israelis in uanitatibus suis. Re
liqua rerũ Amri, & omnia quae fecit, ac fortitudo eius [c] quam ostendit, an nõ hęc
scripta sunt in libro annaliũ regum Israel? Dormiuit itaq; Amri cũ patribus suis, Amri moritur.
& sepultus est in Schomron, regnauitq; Ahab filius eius pro eo. Regnauit ergo
G Ahab filius Amri super Israelẽ anno trigesimooctauo Asa regis Iuda. Regnauit
inquam Ahab filius Amri super Israelem in Schomrom uigintiduobus annis. Achab rex.
Et fecit Ahab filius Amri quod displicuit oculis DOMINI, super omnes q ante
eum fuerant. Nam leue ducebat incedere in peccatis Ieroboã filij Nebat, accepit
insuper uxorem Isaebel filiam Eth Baal regis Zidoniorum, iuitq; & coluit Baal, & Iezabel.
adorauit eum. Erexit etiã ipsi Baal aram in phano Baal, q̃d extruxerat in Schom
ron. Fecit insuper Ahab lucos: adiecit quoq; Ahab facere ea quibus irritaret DO
MINVM deum Israelis, plus omnibus regibus Israelis qui ante eum fuerant. In Iericho reaedificatur.
diebus eius extruxit Hiel Bethelites Iericho, in Abiram primogenito suo fundat
eam, & in Segub minimo natu eius ponit fores eius, iuxta †uerbum DOMINI Iosue 6.d
quod loquutus fuerat per Iehosua filium Nun. CAP. XVII.

c Eb. Quam fecit.

De *fame & gestis sub* Helia *propheta*.

A DIxit aũt Elias Thisbites ex inqlinis Gilead ad Ahab, †Viuit DOMINVS Eccli 48.a
deus Israelis, corã quo [a] ministro, si fuerit hisce annis ros & pluuia, nisi iu Iac.5.d
xta os meum. Factũq; est uerbũ DOMINI ad eum in hanc sententiã, Vade hinc,
& [b] diuerte ad plagã orientalem, & abscondere in [c] torrente Chrith, qui est è re
gione Iordanis. Eritq; ut bibas de torrente, ego uero coruis mandaui ut te illic
pascant. Abijt itaq;, & fecit iuxta uerbũ DOMINI: abijt inquã, & sedit iuxta tor
rentem Chrith, qui est è regione Iordanis. Corui uero attulerunt ei panẽ & car A coruis Elias pascitur.
nem mane, similiter panem & carnẽ uespere, & bibebat de torrente. Post aliquot
dies exiccato torrente, (nam nihil pluebat super terrã,) factum est uerbũ DOMI
NI ad eum in hanc sententiã, Surge, †& uade in Sareptã quae est Zidonis, & illic Luc.4.d
B cõmorare, en praecepi ibi mulieri uiduae ut te alat. Surgens itaq; abijt in Sare
ptam, quumq; uenisset ad portã ciuitatis, en erat illic mulier uidua colligens li
gna, & uocans eam, dixit, Adfer mihi obsecro paululũ aquae in uase, ut bibã. Illa
aũt abeunte ut ferret, clamauit ille post eam, dicens, Fer quęso mihi & buccellam
panis in manu tua. Quae dixit, Viuit DOMINVS deus tuus, si est mihi panis co
ctus, duntaxat pugillũ plenum farina habeo in cado, & parũ olei in lecytho, &
en colligo ligna duo, ut ingrediar & apparem ipsum mihi atq; filio meo, come
damusq; ipsum, deinde moriamur. Dixitq; ad eam Elias, Ne timeas, uade & fac
iuxta uerbum tuum, ueruntamen fac mihi prius inde paruum subcinericium pa
C nem, & exporta ad me, tibi uero & filio pares postea. Quoniam sic dicit DOMI
NVS deus Israelis, Farina cadi non deficiet, & oleum lecythi nõ minuetur, usq;
ad eum diem quo DOMINVS pluuiam dederit super faciem terrae. Abijt itaq;
illa, & fecit secundum uerbum Eliae, comeditq; ipsa & ipse, & domus eius [d] mul
to tempore. Neq; cessauit farina cadi, nec oleum lecythi defecit iuxta uerbũ DO
MINI quod loquutus fuerat per Eliam. Post haec gesta contigit ut aegrotaret fi
lius mulieris illius quae erat domina domus, fuitq; morbus eius tam grauis, ut
ne flatus quidem in eo reliquus esset. Dixitq; illa ad Eliam, Quid mihi tecum est
uir dei? uenisti ad me ut reuocares ad memoriã iniquitatẽ meam, interficeresq; fi
D lium meum? Dixit ad eam, Da mihi filiũ tuum. Et ipse tulit eum de gremio eius,
portauitq; eum in coenaculum, ubi ipse solitus erat habitare, posuitq; eum in le
ctum

a Ebr. In cuius conspectu steti.

b Ebr. Diuerte tibi.

c Quidã putant esse torrẽtem Kanna, de quo Iosue 16. & 17.

d Ebraice, diebus.

Digitized by Google

ctum suum, clamansq; ad DOMINVM, ait, DOMINE deus meus, tu etiam ui duam illam, apud quam aduena maneo, adfligis interficiedo filium eius? Et admensus est sese ad puerum ter, clamauitq; ad DOMINVM, & dixit, DOMINE deus meus, redeat quæso anima pueri huius intra uiscera eius. Et exaudiuit DOMINVS uocem Eliæ, reuersaq; est anima pueri in eum, reuixitq;. Et tollēs Elias puerū, detulit eum de cœnaculo in domū inferiorem, & tradidit eum matri eius, simulq; dixit Elias, En uiuit filius tuus. Et ait mulier ad Eliam, Nūc noui ꝙ uir dei es, & uerbum DOMINI in ore tuo uerum est.

Filius resuscitatur hospitæ.

CAP. XVIII.

Spectaculum hic mirabile & pulcherrimum proponitur: disputat Elias contra Baalitas, & occidit eos.

MVltis diebus elapsis, tertio demū anno factū est uerbū DOMINI ad Eliam in hāc sententiā, Vade, & te ipsi Ahab trade conspiciendū, dabo enim pluuiam super terram. Abijt itaq; Elias, ut se conspiciendū daret ipsi Ahab, nam uehemens fames erat in Schomron. Vocauit autem Ahab Abdiam, qui erat præfectus prætorio. (Abdias aūt uehementer timens fuit DOMINI, nam quū Isæbel excinderet prophetas DOMINI, tulit Abdias centū prophetas, abscon ditq; eos quinquagenos uiros in speluncis, aluitq; eos pane & aqua.) Et dixit Ahab ad Abdiam, Vade per regionem, ad cunctos fontes aquarū, & ad omnes torrentes, si fortè inueniamus gramen, ut uiuos conseruemus equos & mulos, ne nos destituamur iumentis. Diuiserunt ergo sibi regionem, ut eam peragrarēt. Ahab solus ibat una uia, altera uia ibat solus Abdias. Quumq; Abdias esset in itinere, obuiū habuit sibi Eliam: quumq; agnouisset eum, procidit super faciem suam, & dixit, An nō tu es dominus meus Elias? Respondit ei, Sum: uade & dic hero tuo, En Elias [adest.] Qui ait, Quid cōmerui, ꝙ tradis seruum tuum in manum Ahab, ut me interficiat? Viuit DOMINVS deus tuus,[a] si gens sit aut regnum, quò non miserit dominus meus te quæsitum. Quumq; dixissent, Non [adest,] regnum & gentem iuramento obstrinxit, ꝙ te non inuenisset: nunc uero dicis, Vade, & dic hero tuo, En adest Elias. Quumq; ego à te recessero, spiritus DOMINI te tollet ad locū aliquem quem ego ignoro, ego uero ueniens & nuncians ipsi Ahab: quū ille te non inuenerit, occidet me, ego aūt seruus tuus metuo DOMINVM à pueritia mea. An non indicatū est [tibi] domino meo quid ego fecerim, quū Isæbel occideret prophetas DOMINI, ꝙ absconderim de ꝓphetis DOMINI centum uiros, quinquagenos in speluncis, & eos pane & aqua aluerim? Nunc dicis tu, Vade & loquere ad herū tuum, En Elias adest, ut scilicet occidat me. Et dixit Elias, Viuit DOMINVS exercituum, coram [b]quo ministro, hodie uidebor illi. Abijt igitur Abdias obuiam ipsi Ahab, & indicauit ei: uenitq; Ahab obuiam Eliæ. Quumq; Ahab uideret Eliam, dixit Ahab ad eum, An non tu es ille qui conturbat Israelem? Qui respondit, Ego non turbo Israelem, sed tu & domus patris tui, quū deserueritis præcepta DOMINI, & tu incedis post Baalim. Mitte igitur & congrega ad me omnem Israelem in montem Charmelum, & prophetas Baal quadringentos & quinquaginta: prophetas quoq; lucorū quadringentos, qui edunt de mensa Isæbel. Misit igitur Ahab ad omnes filios Israel, & congregauit prophetas in montem Charmelum. Et accedens Elias ad omnē populū, ait, Quousq; claudicatis uos in duas [c]partes? Si DOMINVS est deus, sequimini eum: sin Baal, ite post ipsum. Populus aūt ne uerbum quidem respondit. Dixit ergo Elias rursum ad populum, Solus ego reliquus sum propheta DOMINI, prophetarum autem Baal sunt quadringenti & [d]quinquaginta, [e]dentur itaq; nobis duo boues, eligant uero illi sibi bouem unum, secentq; eum in frusta, ponantq; super ligna, at ignem nullum supponant: alterū bouem ego parabo, ponamq; [eum] super ligna, & ignem nullum supponam. Tum inuo-

A (Multis diebus) — Abdias. — B (Quumq; Abdias) — C (MINVM à pueritia) — Elias arguit Achab. — D (rael, & congregauit)

a Si pro non.

b Ebr. In cuius conspectu steti.

c Ebr. In duos palmites: fluctuant enim & uacillant palmites uento agitati, est ergo prouerbialis sermo.

d Ebr. adijcitur uiri, quod Latinis pleonasmum facit.

e Ebr. Dent actiue, sed impersonaliter nos protulimus.

Digitized by Google

f Posset etiam legi, dei uestri.
g Ebr. In nomine.
h Eb. Et erit, deus qui per ignē respon derit is sit deus.
i Eb. Bonus est sermo.
k Ebr. Responde nobis.
l Prophetare hic capitur pro sacra facere, sacros ritus peragere, carmina sacra canere.
m Ebr. Fecit fossam secūdum domū duorum satorum seminis.
n Eb. Liga.
o Eb. Et factū est donec sic & sic, &c.
a Ebr. Ad animam suam.
b Ebr. Vnam iuniperum.

cabitis nomen f deorum uestrorum, & ego inuocabo g nomen DOMINI, hac conditione, h ut deus sit ille q per ignē responderit. Et respondit uniuersus populus, dicens, Recte i habet res. Dixit ergo Elias ad pphetas Baal, Eligite uobis bouem unum, & facite primū, uestrum enim plures sunt, & inuocate nomen deorū uestrorū, sed ignem ne supponatis. Acceperunt ergo bouem unū, quem dedit eis,
B & parauerunt, inuocaueruntq; nomen Baal, à summa luce ad meridiem usq;, dicentes, O Baal k exaudi nos. Sed nec uox erat, neq; qui responderet. Porrò ipsi ad aram quam fecerant, saltitabant. Adueniente meridie, Elias illusit eis, dicens, Clamate sublata uoce, quandoquidē deus est, fortassis colloquium habet, aut negotium aliqd, aut est in profectione, aut dormit, & expergefiet. Clamauerunt itaq; ingenti uoce, & incidebant sese cultris & lanceolis suo more, donec sanguinem effunderent super se. Factū ergo est, quū transisset meridies, ut l prophetarent usq; ad tempus sacrificij uespertini, & nō erat uox, neq; respondens, neq; auscultans. Tum dixit Elias ad uniuersum populū, Accedite ad me. Et accesserūt omnis populus ad eum. Is uero refecit aram DOMINI quæ diruta erat. Elias autem accepit duodecim lapidibus iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, (ad quem factus erat sermo DOMINI hisce uerbis, Israeli erit tibi nomen,) & extruxit ex lapidibus arā in nomine domini. Fecit m insuper elices circū aram qui capiebant duo sata seminis: struxit deinde ligna, & in frusta concidit bouem, imposuitq; lignis, & ait, Implete quatuor cados aqua, & fundite super holocaustū, atq; super ligna. Et dixit, Denuo hoc facite: & denuo fecerunt. Et dixit, Facite hoc tertio: feceruntq; tertio. Currebant itaq; aquæ circū aram, impleuitq; aqua elices. Factūq; est, quum adesset tempus ut sacrificaret holocaustū, accessit Elias propheta, et ait, DOMINE deus Abrahā, Isaac & Israelis, fiat hodie manifestū q tu sis deus in Israele, & q ego sim seruus tuus, & q tuo iussu hæc omia fecerim. Exaudi me DOMINE, exaudi me, ut populus iste cognoscat te solū esse DOMINVM deū, q(uo)q; tu tandem reduxisti cor eorum. Tum decidit ignis DOMINI, & deuorat holocaustum, ligna, lapides, & puluerem: sed & aquas quę erant in elicibus lambit. Hoc quū uidisset uniuersus populus, prociderunt in facies suas, & dixerunt, DOMINVS ipse est deus, DOMINVS ipse est deus. Et ait Elias ad eos, Cōprehendite prophetas Baal, ut nullus ex eis euadat. Et apprehenderūt eos, duxitq; eos Elias ad torrentem Kison, & trucidauit eos ibi. Tum dixit Elias ad Ahab, Ascende, comede, & bibe, quoniā impetum ingentis pluuiæ [audio.] Ascēdit itaq; Ahab ut comederet & biberet, Elias aūt ascēdit in uerticem Carmeli, & prosternens se in terrā, posuit faciem suam inter genua. Dixitq; ad puerum suum, Ascende quæso, & specta uersus mare. Et ascendens spectauit, dixitq;, Nihil est. Qui rursum ait, Redito septies. Factum est aūt, quum septimo [iret] ut diceret, En parua nubecula, ac si esset hominis manus, ascendit de mari. Qui dixit, Ascende, & dic ipsi Ahab, n Iunge equos currui, & descende, ne te cohibeat pluuia. Interea cœli tenebrescebant nubibus & uento, & o facta est pluuia magna. Ascendensq; Ahab, uenit in Iesreel. Et manus DOMINI facta est super Eliam, ut accinctis lumbis suis præcurreret Ahab, quousq; ueniret in Iesreel.

Gene. 32. f
Oratio Eliæ.
G Elias occidit prophetas falsos.

CAP. XIX.

Elias ad minas Isabelis fugit metu perculsus, ab angelo alitur & confortatur alloquente eum domino. Heliseus ab eo uocatur.

A AHab indicauit Isabeli omnia quę fecerat Elias, & uniuersum id qd omnes prophetas ense interfecerit. Misso igitur Isabel nūcio ad Eliam, dixit, Sic faciant dij, sicq; addant, si non cras iuxta id tempus posuero animam tuam sicut animam alicuius ex illis. Quod quum uidisset, surrexit, & abijt a quocunq; eum animus [ferebat,] & uenit Beerscba, quæ est in Iuda, ubi puerū suū reliquit. Ipse uero ibat in desertum itinere diei, & ueniens sedit b subter iuniperum, cupiuitq;

Elias fugit.

animæ

Digitized by Google

animæ suæ ut moreretur, & dixit, Satis iam ô DOMINE, tolle animam meam, quoniam non sum melior patribus meis. Iacens autem subter iuniperū, obdormiuit, & ecce angelus tetigit eum, simulq́ dixit ei, Surge & comede. Quumq́ respexisset, ecce erat ad caput eius placentula super prunas cocta, & uas aquæ: edit itaq́ & bibit, & rursum obdormijt. Reuersusq́ angelus DOMINI secundo tetigit eum, dicens, Surge, ede, nam [c] multum itineris tibi reliquum est. Surgens ergo edit & bibit, profectus uirtute illius cibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus usq́ in montem dei Horeb. Quumq́ illuc peruenisset in speluncā, pernoctauit illic, factumq́ est uerbum DOMINI ad eum, & dixit ei, Quid hic tibi Elia? Qui dixit, Zelo quodam zelatus sum pro DOMINO deo exercituum, q̄ filij Israel fœdus tuum dereliquerunt, aras tuas diruerunt, & prophetas tuos gladio occiderunt, & ego solus reliquus sum, quæruntq́ animam meam, ut eam tollant. Dixitq́, Egredere, & sta in monte coram DOMINO, & en DOMINVS transiens, & uentus ingens ac fortis diffindens montes, & cōfringens petras coram DOMINO, at DOMINVS non est in uento: post uentum illum cōmotio, sed non in cōmotione DOMINVS. Post cōmotionem ignis, neq́ in igne DOMINVS: post ignem autem sibilus tranquillus & tenuis. Quem quum audisset Elias, operuit faciem suam pallio suo, & egressus stetit ad ostium speluncæ, & ecce uox facta est ad eum in hunc modū, Quid hic tibi Elia? Respondit, Zelo quodam zelatus sum pro DOMINO deo exercituū, q̄ filij Israel relicto fœdere tuo aras tuas diruerunt, & prophetas tuos gladio occiderunt, & ego solus reliquus sum, quæruntq́ animā meam ut tollant eam. Et dixit DOMINVS ad eum, Vade, & reuertere per uiam tuam, & per desertum in Damascū, & ingredere ut ungas Hasaëlem regem super Syriam, & Iehu filium Nimsi unge regem super Israelem, Elisæum aūt filium Saphat de Abel Mehola unge, ut sit propheta pro te. Erit aūt qui seruatus fuerit à gladio Hasaëlis, hunc interficiet Iehu: & qui euaserit gladium Iehu, hunc interficiet Elisæus. Porrò in Israele seruabo reliquos septem millia, quorū omnium neq́ genua incuruata sunt ante Baal, neq́ os osculatum est eum. Abiens itaq́ illinc, inuenit Elisæum filium Saphat agrum colentem, habentēq́ ante se duodecim iuga, ipse quoq́ ex duodecim erat. Trāsiens aūt Elias corā eo, proiecit palliū suum super eum. Qui dimissis bobus, cucurrit post Eliā, dixitq́, Liceat quæso mihi osculari patrem meum, & matrem meam, tum te sequar. Ad quem ille dixit, Vade, & reuertere, quid enim facerem tibi? Qui quum discessisset ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, cum instrumētis uero boum coxit eorum carnes, deditq́ populo ut comederēt. Tum surrexit, & sequutus est Eliam, & ministrauit ei.

Elias pascitur. Eliæ iciunium. Roma. 11.a Signa dei. 4.Reg. 9.a Eccli 48.a Roma. 11.a Elisæus propheta ex agricola.

[c] Ebr. Nam multa à te uia.

CAP. XX.

Pugnat Benhadad rex Syriæ contra Samariam & Israelem, sed uincitur.

POrrò Benhadad rex Syriæ cōgregauit omnes copias suas, cumq́ eo triginta duo reges cum equis & curribus: sic ascendens obsedit Samariā, bellumq́ indixit ei. Et missis nuncijs ad Ahab regem Israelis in ciuitatem, dixit ei, Sic dixit Benhadad, Argentū tuum, & aurū tuum meum est, sed & uxores tui, & liberi tui elegātes mei sunt. Et respondens rex Israelis, dixit, Iuxta uerbū tuum domine mi rex, tuus sum ego, & quidquid habeo. Legati autem reuersi sunt, & dixerūt, Sic dicit Benhadad, dicens, Miseram ad te istiusmodi mandata, ut argentū tuum, & aurū tuum, uxores tuas & liberos tuos dares mihi, uerūtamen cras iuxta id tempus mittā ad te seruos meos, qui scrutabuntur domū tuam, domosq́ seruorū tuorum, & quidquid desiderabile est in oculis tuis, accipient in manus suas, & tollent. Conuocatis igitur omnibus senioribus Israelis, rex dixit, Cognoscite & uidete quæso, q̄ malū is quærat, quandoquidē ad me miserat pro uxoribus meis, pro liberis meis, pro argento meo & pro auro meo, neq́ negaui ei. Et dixerūt ad

Digitized by Google

eum omnes seniores & uniuersus populus, Ne audias [eum,] neq; adquiescas [ei.] Dixit ergo ad legatos Benhadad, Dicite domino meo regi, Quidqd missis legatis à seruo tuo primū postulaueras, facturus erā, istam aūt rem facere nequaq̄ possum. Abierunt itaq; nuncij, retuleruntq; responsum. Benhadad rursum misit ad eum, & dixit, Sic faciant mihi dij, & sic addant, si suffecerit puluis Samariæ, ut ex uniuerso populo qui me sequitur, quisq; uel pugillū capiat. Respondens aūt rex Israel, dixit, Dicite, Ne glorietur [a]qui accingit [baltheū,] ut qui soluit. Factū est autem quū audisset sermonem istum, potaretq; cum regibus in tentorijs, ut diceret ad seruos suos, [b]Insistite. Et institerunt aduersus ciuitatem. Et en propheta
C quidam accessit ad Ahab regem Israelis hisce mandatis, Sic ait DOMINVS, Vidisti turbā hanc maximam? En ego tradam eam in manū tuam hoc die, ut scias me esse DOMINVM. Et dixit Ahab, Per quem? Qui ait, Sic dicit DOMINVS, Per adolescētes principū prouinciarū. Qui rursum dixit, Quis instruet prælium? Et respondit, Tu. Recensuit ergo adolescentes principū prouinciarū, quorū fuerunt ducēti trigintaduo. Post hos recensuit quoq; uniuersum populum, omnes filios Israel, septem scilicet millia: egressiq; sunt meridie. Porrò Benhadad potās ebrietati indulsit in tentorijs, ipse uidelicet & reges, nempe trigintaduo reges, qui ei auxilio uenerāt. Egressi sunt itaq; adolescentes principum prouinciarum primi. Miseratq; Benhadad: qui renunciarunt ei, dicentes, Egressi sunt uiri de Samaria. Qui ait, Seu ad pacem sint egressi, seu ad pugnandum, [c]apprehendite eos uiuos. Hi autem egrediebantur, nempe adolescentes principum prouinciarum,
D & exercitus post eos. Tum percussit quisq; [d]uirum suum, Syriq; fugerunt, persequentibus Israelitis, euasitq; rex Syriæ Benhadad cū equis & equitibus. Rex uero Israel egressus est, & percussit equos & currus, pcussit quoq; Syros magna clade. Accedens autem propheta ad regem Israelis, dixit ad eum, Vade, & corroborare, scito ac uide quid facturus sis, quoniam anno reuertente ascendet rex Syriæ contra te. Etenim serui regis Syriæ dixerant ad eum, Dij montiū sunt dij eorum, ideo nobis facti sunt superiores: ô si pugnandū nobis sit cum eis in æquore plano, certe superiores illis erimus: sic igit̄ facies, deme reges, quenq; è suo loco, suffice'q; pro eis duces, recenseq; tibi exercitum qualis fuit exercitus qui tibi cecidit, equos ut [priores] equos: sic & currus quemadmodū [priores] currus, & dimicabimus cum eis in patenti campo, nimirum illis erimus superiores. Is autem audita eorum uoce, fecit sic. Vertente anno Benhadad Syros recenset, ascenditq; in
E Aphek dimicaturus cōtra Israelē. Sed & filij Israelis recensiti sunt, & sumpto cōmeatu, profecti sunt illis obuiā, posueruntq; filij Israel castra contra eos, ac si essent duo [e]denudati greges capraru, Syri aūt replent terram. Et accedens uir dei, dixit ad regem Israelis, Sic dicit DOMINVS, Quandoquidē Syri dixerūt, DOMINVS est deus montiū, non deus ualliū, tradam uniuersam istam multitudinem ingentem in manū tuam, ut cognoscatis me esse DOMINVM. Posuerūt autem illi castra pone istos septē diebus, septimoq; die manus prælio conseruerūt, percusseruntq; filij Israel ex Syris uno die peditū centum millia, reliqui fugerūt in Aphek in urbem, corruitq; murus super septem & uiginti millia uirorū, qui reliqui facti fuerant. Benhadad aūt fugiens uenit in ciuitatem de penetrali in penetrale. Dixerunt aūt ad eum serui eius, En audiuimus de regibus Israelis q̄ sint faciles reges, accingamus igitur lumbis nostris saccos, & capita nostra restibus in-
F seremus, egrediemurq; ad regem Israelis, si [f]forte te uita donet. Accinxerūt itaq; lumbos suos saccis, inseruerūtq; capita sua restibus, uenientesq; ad regē Israelis, dixerunt, Seruus tuus Benhadad dicit, [g]Vita quæso donet mihi. Qui ait, Viuitne adhuc? frater meus est. At uiri illi faustū omen interpretati, arripuerūt confestim hoc ab eo, dixerūtq;, Frater tuus Benhadad. Et ait, Ite, adducite eum. Et egressus est

[a] Alij legunt, ne glorietur gibbosus, ut rectus uel apertus. Sensus uidetur talis, nō canendū esse epiniciū ante uictoriam.
[b] Eb. Ponite.
[c] Ebr. Viuos adprehendite, bis ponūt.
[d] Vel, Percusserunt alter alterum.
[e] Alij legunt, parui greges. Sunt autem denudati, qui sparsim balantes in montibus oberrant.
[f] Eb. Si fortè uiuam seruet animā tuam.
[g] Eb. Viuat quæso anima mea.

Deus promittit bona Achab malo.

Blasphemantes deū cadunt.

Achab inobediens.

Digitized by Google

est ad eum Benhadad: iussitq; ascendere eum in currum, ᵇdixitq; ad eum, Vrbes
quas pater meus patri tuo ademit, restituam, ponasq; tibi plateas in Damasco,
quemadmodum pater meus posuit in Samaria, teq; pacto dimittam. Et pepigit
cum eo fœdus, dimittens eum. Vir quidam de filijs prophetarum dixit ad pro
ximũ suum, idq; iussu DOMINI, Cæde me obsecro. Vir autem ille nolebat eum
cædere. Tum dixit ad eum, Quãdoquidem uocem DOMINI non audiuisti, en
ut primum à me abieris, feriet te leo. Factumq; est quum ab eo discessisset, offen- G
dit eum leo, & ferijt eum. Inuenit deinde uirum aliũ, ad quem dixit, Cæde me
quæso. Vir autem ille cæcidit eum, & uulnus cædendo inflixit. Abiens igitur
propheta, statuit se ante regem in itinere, immutauitq; sese puluere quem asper-
serat faciei suæ. Quumq; transiret rex, clamauit ad regem, & dixit, Seruus tuus
egressus est in prœlium, & en recesserat uir quem quidam ad me duxit, dicẽs, Cu-
stodi uirum istum: si fuerit amissus, erit anima tua pro anima illius, aut talentum
argenti pendes: quumq; seruus tuus huc & illuc se uerteret, is nusquã fuit. Et di-
xit ad eum rex Israelis, Sic erit iudicium tuum, tu pronunciasti. Is autem extem-
plo abstersit ⁱpuluerẽ à facie sua, quem rex Israelis agnouit, quòd scilicet ex prophe-
Infra 22.f tis esset. Et dixit ad eum, Sic dicit DOMINVS, †Quandoquidem dimisisti è ma
nu tua ᶠuirum quem ego excindere iusseram, erit anima tua loco animæ illius,
& populus tuus loco populi eius. Abijt uero rex Israel in domum suam, aba-
lienatus & indignabundus, uenitq; Samariam.

CAP. XXI.

Naboth quum regi potenti uinetum negat, Isabelis consilio interficitur.

POst hæc gesta Naboth Iesreelita uineam habebat in Iesreel pone palatium A
Ahab regis Samariæ: loquutusq; est Ahab cum Naboth, dicens, Da mihi ui
neam tuã, ut sit mihi hortus olerũ, quandoquidẽ uicina est ædibus meis, daboq;
tibi illius loco uineam istam meliorẽ: aut si mauis, dabo tibi pecuniæ pretiũ pro
ea. Et ait Naboth ad Ahab, Seruet me DOMINVS, ne dem tibi hæreditatẽ patrũ
meorũ. Venit ergo Ahab domũ suam abalienatus & indignabũdus, propter ser-
monem quem ei responderat Naboth Iesreelites, quòd dixisset, Non dabo tibi hære
ditatem patrũ meorũ: decumbẽsq; in lecto suo, uertit faciem suam, neq; comedit
panem. Veniens autem ad eum Isabel uxor eius, dixit ad eum, Cur animus tuus B
sic abalienatus est, curq; cibum nõ uis sumere? Ad quam ille ait, [Hac de causa,]
quòd loquutus sum cũ Naboth Iesreelita, & dixi ad eum, Da mihi uineã tuam pro
pecunia: aut si mauis, dabo tibi uineã pro ea: is uero respondit, Non dabo tibi ui
neam meam. Dixitq; ad eum Isabel uxor eius, Tu nunc exerceres regnum super
Israelem? Surge, ede cibũ, hilare sit cor tuum, ego dabo tibi uineam Naboth Ies-
reelitæ. Scripsit itaq; literas nomine Ahab, & cõsignauit eas annulo eius signato
rio, & misit literas illas ad seniores & uiros generosos qui erãt in ciuitate eius ha
bitantes cum Naboth. Scripsit aũt literas huiusmodi uerbis, Indicite ieiuniũ, & C
collocate ipsum Naboth ᵃprimo loco in populo: collocate insuper duos uiros
ᵇperditos aduersus eum, qui testes sint, sicq; loquantur, Blasphemasti deum & re
Falsi testes. gem: & tum educite eum, atq; lapidibus eum petite, ut moriatur. Fecerũt ergo ci
ues urbis suæ, nempe senes & generosi qui habitabant in urbe eius, quemadmo
dum miserat ad eos Isabel, & quemadmodũ scriptum erat in literis quas miserat
ad eos. Indixerunt ergo ieiuniũ, collocaruntq; Naboth inter primores populi.
Venientes deinde duo uiri perditi, sederũt è regione ipsius: tuleruntq; uiri illi per
diti testimoniũ contra Naboth coram populo, dicentes, Naboth blasphemauit D
deum & regem. Educentes ergo eum foras extra ciuitatẽ, lapidibus eum obrue-
runt, & mortuus est. Deinde miserũt ad Isabelẽ, dicentes, Lapidibus obrutus est
Naboth, atq; mortuus. Vt autem Isabel audiuit Naboth lapidibus interem-
ptum esse, dixit eadem Isabel ad Ahab, Surge, posside uineã ipsius Naboth Ies-

x 4

ᵇ Dixit, scilicet Benhadad.

ⁱ Quidã Aphet pro uitta, tenia, aut tegumento exponunt.
ᶠ Ebr. Virũ anathematis mei.

ᵃ Potest etiam legi, inter primores populi.
ᵇ Ebr. Filij Belial.

Digitized by Google

reelitæ, quem tibi pro pecunia dare noluit, quoniã Naboth non uiuit, sed mortuus est. Audiens Ahab mortuum esse Naboth, surrexit Ahab ut descenderet in
B uineam Naboth Iesreelitæ, & possideret illam. Factum est aũt uerbũ DOMINI
ad Eliam Thesbiten in hanc sententiam, Surge, descende obuiam Ahab regi Israelis qui est in Samaria, en in uinea est Naboth, in quã descendit ut eam possideat, & loquere ad eũ hisce uerbis, Sic dicit DOMINVS, Interfecistine, & possidebis etiã? Tum rursum loqueris ad eum hisce uerbis, Sic dicit DOMINVS, Eodem loci quo linxerunt canes sanguinẽ Naboth, lingent quoq; canes sanguinẽ tuum, tuum inquam. Et ait Ahab ad Eliam, Deprehendisti me hostis meus? Qui ait, Deprehẽdi, quandoquidem teipsum [c]uendidisti malum designare in oculis
F DOMINI, en †ego adducam super te malũ, & expurgabo post te, & excindam 4.Reg. 9.b
ipsi Ahab mingentem ad parietem, reclusum & derelictum in Israele. Et tradam domũ tuam †ut domũ Ieroboam filij Nebat, & sicut domum *Baasa filij Ahiæ, Supra 15.g
propter irritationem qua irritasti, & effecisti ut peccaret Israel. Sed & de Isabele Supra 16.a
loquutus est DOMINVS in hanc sentẽtiam, Canes comedent Isabelem in pro 4.Reg. 9.g
pugnaculo Iesreel. Qui ipsi Ahab mortuus fuerit in ciuitate, hunc canes comedent: qui uero in agro fuerit mortuus, hunc comedent aues cœli. Veruntamen nullus fuit Ahab similis, qui sese uenderet malũ designare in oculis DOMINI, eo ꝙ incitaret eum Isabel uxor sua. Is enim fecit supra modum res abominãdas,
G qui impura [d]stercora sequutus est, iuxta omnia quę fecerunt Amorræi, quos eiecit DOMINVS ante filios Israel. Factum est autem quum audiret Ahab uerba ista, ut scissis uestibus suis, & carni suę sacco imposito ieiunaret, dormiretq; in sacco, & nudis [e]pedibus incederet. Tum factus est sermo DOMINI ad Eliam Thisbiten in hunc modum, An non uidisti ꝙ Ahab humilis sit factus corã me? Quandoquidem ergo humilis factus est coram me, non inducam adflictionem illam suis diebus, sed †in diebus filiorum suorum adducam adflictionem super 4.Reg. 9.f
domum eius.

[c] Venditum esse aut uenundatum peccatis, est sese totũ dedere ac deuouere sceleribus.

[d] Stercora uocat idola.

[e] Alij legũt, demissus incederet.

CAP. XXII.

Ahab & Iosaphat coniunctis copijs bellum parant contra Ramoth Gilead, quumq; prophetæ Micheæ non obsequuntur, ambo periclitantur.

A SEderunt ergo tribus annis, ut nullũ esset bellum inter Syros & inter Israelẽ. Anno aũt tertio factum est ut Iosaphat rex Iuda descenderet ad regem Israelis. Tũ dixit rex Israel ad seruos suos, Scitisne ꝙ nostra sit Ramoth Gilead? Nos autem socordes sumus, ꝙ non tollimus eam de manu regis Syriæ. Et ait ad Iosa 2.Par. 18.a
phat, Visne proficisci mecũ bellaturus contra Ramoth Gilead? Iosaphat respondit regi Israelis, Quemadmodũ ego, sic & tu: quemadmodum populus meus, sic & populus tuus: quemadmodũ equi mei, sic & equi tui. Dixitq; Iosaphat ad regem Israelis, Consule quæso hodie uerbũ DOMINI. Congregans ergo rex Israel prophetas ferè quadringentos uiros, dixit ad eos, Proficiscarne in bellũ contra Ramoth Gilead, an omittã? Illi dixerunt, Ascẽde, nam tradet [eam] DOMINVS in manũ regis. Et ait Iosaphat, Est ne adhuc hic ꝓpheta DOMINI, ut per eum inquiramus? Et ait rex Israel ad Iosaphat, Est adhuc uir quidã per quẽ posse
B mus DOMINVM quærere, at ego prosequor eum odio, quoniã nunq̃ prophetat mihi bonũ, sed duntaxat malũ, nempe Micheas filius Iemla. Dixitq; Iosaphat, Ne loquat̃ rex sic. Vocauit itaq; rex Israelis quendã ex cubicularijs, & dixit, Adduc confestim Micheam filium Iemla. Cæterum rex Israel & Iosaphat rex Iuda considebant uterq; in solio suo, induti uestibus, in area iuxta ostium portę Samariæ, uniuersiq; prophetæ prophetabant in conspectu eorum. Fecerat autem Zedekias filius Chnaana sibi cornua ferrea, & ait, Sic dicit DOMINVS, Istis feries tu Syros, donec in uniuersum eos cõficias. Omnes quoq; prophetæ ad hũc modum prophetabãt, dicentes, Ascẽdito in Ramoth Gilead, et feliciter ages, quoniã

tradet

tradet [eam] DOMINVS in manum tuam. Porrò nuncius qui ierat Micheam uocatum, loquutus est ad eum, dicens, En uaticinia prophetarum uno ore fausta regi [prædicunt,] sit quæso [a] uerbum tuum consonum illorum uerbis, uaticinare & tu fausta. Micheas dixit, Viuit DOMINVS, quodcunque dixerit DOMINVS ad me, hoc loquar. Et uenit ad regem, dixitque rex ad eum, Michea, proficiscamúrne bellaturi contra Ramoth Gilead, an omittamus? Is uero dixit ad eum, Ascende, feliciter rem geres, tradet enim DOMINVS [eam] in manum regis. Dixitque ad eum rex, Quoties te iureiurando adigam, ut non loquaris ad me præter ueritatem in nomine DOMINI? Tum dixit [Micheas,] Vidi uniuersum Israelem dispersum in montibus ueluti oues quibus non est pastor, dixitque DOMINVS, Illi non habent dominum, reuertatur quisque domum suam incolumis. Et ait rex Israel ad Iosaphat, An non dixeram tibi, Is nihil boni uaticinatur mihi, sed malum duntaxat? Tum dixit, Audi ergo uerbum DOMINI, Vidi DOMINVM sedentē in solio suo, & omnis exercitus cœlorum stabat iuxta eum ad dexteram eius, & ad sinistram eius, dicebatque DOMINVS, Quis persuadebit Ahab ut ascendat & cadat in Ramoth Gilead? Quumque alius [b] aliud diceret, egrediebatur spiritus quidam, & stans coram DOMINO, ait, Ego persuadebo ei. Aitque DOMINVS ad eum, Qua in re? Is ait, egrediar, eroque spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixit ergo, Persuadebis, simulque efficies: egredere itaque, & fac sic. Et nūc, en DOMINVS dedit spiritum mendacem in os omnium prophetarū istorum, loquutusque est DOMINVS super te malum. Accedēs autē Zedekias filius Chnaana, percussit Micheam in maxillam, & ait, Vbi nam transiuit spiritus DOMINI à me, ut tibi loqueretur? Et ait Micheas, Ecce tu uidebis ipso eodem die, quando de penetrali in penetrale fugeris ut abscondaris. Ait itaque rex Israel, Tolle Micheam, & reduc eum ad Amon præfectū ciuitatis, et ad Ioas filium regis, dicesque, Sic ait rex, Conijcite hunc in [c] carcerem, & date ei cibum, panem & aquam, ut solet [d] adflictis, donec ego incolumis rediero. Tum dixit Micheas, Si reuersus fueris incolumis & saluus, DOMINVS non est loquutus per me. Et simul dixit, Audite omnes populi. Ascendit itaque rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Gilead, dixitque rex Israel ad Iosaphat, Mutandus est habitus, & eundum in bellū, tu uero indue uestimenta tua. Immutauitque se rex Israel, & ingressus est bellum. Rex uero Syriæ præceperat ducibus curruum, quos habebat trigintaduos, dicēs, Ne conseratis manus neque cum magno, neque cum paruo, præterquam cum solo rege Israelis. Quum igitur duces curruum uiderent Iosaphat, dixerunt, Profectò is est rex Israel: & concesserunt ad eum, ut cum eo pugnarent, clamauitque Iosaphat. Quum uero duces curruum uiderent quod non esset rex Israel, diuerterunt ab eo. Quidam autem intendens arcum quàm maxime potuit, ferijt regem Israelis inter [e] iuncturas [thoracis,] & inter loricā. Et dixit aurigæ suo, Versa manu tua, educ me ex castris, quoniam uulneratus sum. Et [f] desijt prælium eo ipso die. Porrò rex suffultus stabat in curru prope Syros, & mortuus est uespere, effluxitque sanguis ex uulnere in sinum currus. Transijt autē iubilus per castra, sub occasum solis, in hunc modum, Quisque in ciuitatē suam, & quisque in terrā suam. Rex autem mortuus est, uenitque Samariam, sepelieruntque regem in Samaria. Quidam autem perfudit currum in piscina Samaria, linxeruntque canes sanguinem eius, meretricesque lauerunt [g currum,] iuxta uerbum DOMINI quod loquutus erat. Reliquum gestorum Ahab, & quæcunque fecit, domus quoque eburnea quam extruxit, & omnes ciuitates quas ædificauit, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Israelis? Dormiuit itaque Ahab cum patribus suis, & regnauit Ahasias filius eius pro eo. Porrò Iosaphat filius Asa regnare cœpit super Iuda quarto anno Ahab regis Israelis, fuitque Iosaphat natus trigintaquinque annos

Propheta uerbum dei loquatur. Ironia.

Pseudoprophetarum seductio.

Micheas percutitur à pseudopropheta.

Supra 21.e

Iosaphat rex.

a Eb. Sit uerbum tuum sicut uerbum unius ex his.

b Ebr. Dixit is in sic is in sic.

c Ebr. In domum carceris.

d Eb. Cibate eum pane adflictionis, & aqua adflictionis.

e Alij intelligunt loca ubi committebatur lorica.

f Ebr. Et ascendit pugna: sic utuntur Germani ascendere, Es gaat vss, hoc est, nihil superest.

g Vel arma bellica.

Digitized by Google

quum regnare cœpisset, & regnauit uigintiquinque annis Hierosolymis. Nomen matris eius fuit Azuba filia Silhi. Ambulauit autē in omni uia Asa patris sui, nec declinauit ab ea, faciens quod rectum erat in oculis DOMINI: ueruntamen ex-
G celsa non sunt demolita, adhuc enim populus sacrificabat & adolebat in excelsis. Pacem quoque fecit Iosaphat cum rege Israelis. Reliquum gestorū Iosaphat, & fortitudo eius qua præditus fuit, & bella quæ gessit, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Iuda? Reliquias quoque katamitorum, qui remanserāt in diebus Asa patris sui, ipse sustulit è terra. Tunc non fuit rex in Aedom, qui præfectus esset regno. Iosaphat fecit quoque decem naues, quæ per mare ueniebant in Ophir, ut aurum [adueherent:] sed non profectæ sunt, quoniam fractæ sunt naues illæ in Ezion Gaber. Tunc ait Ahasias filius Ahab ad Iosaphat, Eant serui mei cum seruis tuis in nauibus: at Iosaphat noluit. Dormiuit itaque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum patribus suis in ciuitate Dauidis patris sui, regnauitque Ioram filius eius pro eo. *Iosaphat moritur.*

Liber Regum secundus,

quem nos quartum Regum dicimus.

CAPVT I.

De regno Ahasiæ & Ioram fratris sui.

A 
HASIAS filius Ahab regno Israelitico in Samaria inauguratus est anno decimoseptimo Iosaphat regis Iuda, regnauitque duobus annis super Israelem. Designauit autem malum in conspectu DOMINI, ambulauitque in uia patris sui, in uia matris suæ, atque in uia Ieroboam filij Nebat, qui effecerat ut scelerate ageret Israel. Nam coluit Baal, & adorauit eum, irritauitque DOMINVM deum Israelis, iuxta omnia quæ designauerat pater eius. Defecit autem Moab ab Israele post mortem Ahab, ceciditque Ahasias per cancellos cœnaculi sui quod habuit in Samaria. *Ochosias ægrotat.* Quumque ægrotaret, misit nuncios, mandauitque eis, Ite & consulite Baal Sebub deum Ekron, sim ne conualiturus ab hoc morbo meo? Angelus autem DOMINI loquutus est ad Eliam Thisbiten, Surge, ascende obuiam nuncijs regis Samariæ, & loquere ad eos, An nō est deus in Israele, quod uos proficiscimini consultum Baal Sebub deum Ekron? Atque ob id sic dicit DOMINVS, De lecto quē
B [a] ascendisti, non descendes, sed moriendo morieris: simulque abijt Elias. Quumque reuersi essent nuncij ad eum, dixit ad eos, Quid ita reuertimini? Responderūt ei, Ascendit uir quidam obuiam nobis, dixitque ad nos, Ite & reuertimini ad regem qui misit uos, & loquimini ad eum, Sic dicit DOMINVS, An non est deus in Israele, quod tu mittis consultum Baal Sebub deum Ekron? Idcirco de lecto quem ascendisti non descendes, sed moriendo morieris. Qui dixit ad eos, Quis habitus uiri illius qui uobis obuiam factus, taliaque uerba loquutus est? Et responderunt ei, Vir ille pilosus fuit, & lumbis suis accinctus zona coriacea. Tum ait, Elias est Thisbites. *Eliæ descriptus.* Misitque ad eum principē super quinquaginta, & quinquaginta quos habuit sub se. Is ascendit ad eum, & ecce sedebat in uertice montis: loquutusque est ad eum, O uir dei, rex [b] mandauit ut descendas. Respondit Elias, & dixit ad principem

[a] Ascendere lectū, est ægrotare: descēdere è lecto, est conualescere.

[b] Ebr. Rex dixit, Descende.

Digitized by Google

cipem super quinquaginta, Si uir sum dei ego, descẽdat ignis de cœlo, deuoretq́ te & quinquaginta tuos. Tum descendebat ignis de cœlo, deuorauitq́ eum & quinquaginta eius. C Rex rursus misit ad eum alium principẽ quinquagenariũ cum quinquaginta uiris quos sub se habuit: is quoq; respondit & dixit ad eum, O uir dei, sic dixit rex, Descende confestim. Quibus respondens Elias dixit, Si uir dei ego sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te atq; quinquaginta tuos. Descendebat autem ignis dei de cœlo, & deuorabat eum cum quinquaginta suis. Rursus misit [rex] tertium principem quinquagenariũ cum quinquaginta quos sub se habuit. Et ascendens quinquagenarius ille princeps tertius, incuruauit se super genua sua ante Eliam, obsecrauitq́ eum, & dixit, O uir dei, pretiosa sit quæso anima mea, & anima seruorum tuorum, nempe quinquaginta istorum, in oculis tuis, ecce descendit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios priores cum quinquagenis eorum, sit itaq; anima mea in pretio ante ocu D
los tuos. Et loquutus est angelus DOMINI ad Eliam, Descende cum eo, ne formides ab eo. Qui consurgens descẽdit cum eo ad regem, loquutusq́ est ad eum, Sic dicit DOMINVS, Quandoquidem misisti nuncios ad consulendum Baal Sebub deum Ekron, ac si nõ esset deus in Israele, à quo possis interrogare sermonem. Ideo de lecto quem ascendisti, non descendes, sed moriendo morieris. Mortuus est itaq; iuxta uerbum DOMINI quod Elias loquutus fuerat, & regno inauguratus est eius loco Ioram, anno scilicet secundo Ioram filij Iosaphat regis Iuda, quoniam non habuit filium. Reliquum gestorum Ahasiæ quæ fecit, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Israel?

Ochosias moritur. Ioram rex.

CAP. II.

De ascensu Eliæ, in cuius locum Elisæus sufficitur.

FActum est autem quum DOMINVS subuehere uellet Eliam turbine in cœ A
lum, ut iret Elias cum Elisæo de Gilgal, diceretq́ Elias ad Elisæũ, Mane quæso hic, quoniam DOMINVS misit me in Beth El. Dixit ergo Elisæus, Viuit DOMINVS, uiuitq́ anima tua, si deseram te: descenderuntq́ Beth El. Et egressi filij prophetarum qui erant in Beth El ad Elisæum, dixerunt ei, Nostine quod DOMINVS hodie tollet dominum tuum, ne sit posthac [a] magister tuus? Et ait, Etiã, noui ego, tacete. Dixit rursus ad eum Elias, Elisæe, mane hic quæso, quoniã misit me DOMINVS in Iericho. Qui ait, Viuit DOMINVS, uiuitq́ anima tua, si deserã te: ueneruntq́ Iericho. Accesseruntq́ filij prophetarum qui erant in Iericho ad Elisæum, & dixerunt ad eum, Nostine q DOMINVS hodie tollet à te dominũ tuum? Qui respondit, Etiã, ego noui, tacete. Dixit Elias ad eum, Mane quæso hic, quoniam DOMINVS misit me ad Iordanẽ. Qui ait, Viuit DOMINVS, & uiuit anima tua, si deserã te: ibantq́ duo illi. Porrò quinquaginta uiri ex filijs B
prophetarũ uenerunt, & steterunt à longe è regione, duo autẽ illi steterunt iuxta Iordanẽ. Et sumens Elias palliũ suũ, & inuoluens illud, percussit aquas, diuisæq́ sunt huc & illuc, ut ambo transirent in sicco. Quumq́ transissent, dixit Elias ad Elisæum, Postula quod tibi faciã, antequã tollar à te. Et ait Elisæus, Sit quæso duplex portio tui spiritus super me. Qui dixit, Rem difficilẽ postulasti, si uideris me tolli à te, fiet tibi sic: si minus, non erit. Factum itaq; est quum ita proficiscerentur & confabularentur, ut currus igneus atq; equi ignei utrosq; diuellerent, ascenderetq́ Elias turbine in cœlum, Elisæus uero uidens clamabat, Pater mi, pater mi, currus Israelis & equites eius: neq; uidit eum amplius: apprehensis autẽ uestimen C
tis suis, scidit eas in duas partes, leuatoq́ pallio Eliæ quod ceciderat ab illo, reuersus est, & stetit ad ripam Iordanis, tollensq́ pallium Eliæ quod ceciderat ab illo, percussit aquam, ac dixit, Vbi est DOMINVS deus Eliæ, etiam ipse? Quumq́ ferijsset aquas, diuisæ sunt huc atq; illuc, & transijt Elisæus. Videntes autem eum filij prophetarum qui erant in Iericho à longe, dixerunt, Spiritus Eliæ quiescit

[a] Eb. A capite tuo, potest simpliciter Ebraismus esse, id est, à te: uel à caput esse est magistrũ esse ut à pedes esse, discipulum.

Elias pallio aquas diuidit.

Elias rapitur. Eccli 48.a

Digitized by Google

super Elisæo: ueneruntq; ei obuiam, prociderruntq; in terrã coram eo. Dixeruntq; ad eum, Ecce sunt cũ seruis tuis quinquaginta uiri fortes, eant quæso illi & quærant dominum tuum, fortassis sustulit eum spiritus DOMINI, proiecitq; eum in aliquem montem, aut in uallem aliquam. Qui ait, Ne mittatis. At illi flagitarunt eum donec pudore perpelleretur, ut diceret, Mittite. Miserunt ergo quinquaginta uiros, qui quæsierunt eum tribus diebus, sed non inuenerunt eum. Quumq; reuersi essent ad eum, (qui manserat in Iericho,) dixit ad eos, An non dixeram uobis, Ne eatis? Porrò uiri ciuitatis dixerunt ad Elisæum, En habitatio ciuitatis

D huius cõmoda est, ut dominus meus uidet, at aquæ malæ sunt, & terra sterilis. Tum dixit, Adferte mihi phialam nouam, & ponite in eam sal. Et attulerunt ad eum. Egressus autem ad scaturiginem aquarum, proiecit illuc sal, & ait, Sic dicit DOMINVS, Sanaui aquas istas, ut posthac ex illis neq; mors sit, neq; sterilitas. Sanatæ itaq; sunt aquæ usq; in diem hunc, iuxta uerbum Elisæi quod loquutus est. Ascendit deinde in Beth El, quumq; per uiam ascenderet, exierunt pueruli ex urbe, illudentes ei, dicentesq; ad eum, Ascende calue, ascende calue. Et respiciens post se, uidit eos, et execratus est eos in nomine DOMINI. Egressæ ergo ex syllua duæ ursæ, discerpserunt ex eis quadragintaduos pueros. Abijt inde in montẽ Carmelum, & inde reuersus est in Samariam.

Aquæ salubres fiunt.

Irrisores prophetæ.

CAP. III.

De bellis Ioram & Iosaphat contra Moabitas.

A IOram filius Ahab rex factus est super Israelem in Samaria, anno decimooctauo Iosaphat regis Iuda, regnauitq; duodecim annis. Fecit autẽ malum in oculis DOMINI, attamen non sicut pater eius, & sicut mater eius, nam abstulit statuas Baal, quas fecerat pater eius. Veruntamen hæsit in peccatis Ieroboã filij Nebat, qui effecit ut scelerate ageret Israel, nec recessit ab eis. Porrò Mesa rex Moabitarum armentarius erat, pendebatq; [uectigal] regi Israelitico, nempe centũ millia agnorum, & centum millia arietum cum lana. Mortuo autẽ Ahab, rex Moabitarum defecit à rege Israelis. Egressus ergo rex Ioram quodam die de Samaria, recensuit uniuersum Israelem, & abiens misit ad Iosaphat regem Iuda hisce mandatis, Rex Moabitarum perfide defecit à me, proficisceris ne mecum contra Moabitas in prælium? Respondit, Ascendam, ut [a] enim ego sum, sic tu es: & sicut populus meus, sic & populus tuus: sicut equi mei, sic equi tui. Et ait, Qua uia ascen-

B demus? At ille respondit, Via deserti Edom. Profectus est itaq; rex Israel, & rex Iuda, atq; rex Edom: quumq; circumiissent in itinere septem diebus, non habuerũt aquam exercitui & iumentis quæ eos sequebantur. Dixitq; rex Israel, Aeha, nimirum DOMINVS uocauit tres istos reges, ut tradat eos in manus Moabitarũ. Dixit uero Iosaphat, An non est hic propheta DOMINI, ut sciscitemur DOMINVM per eum? Respondit quidam ex seruis regis Israelis, & ait, Est hic Elisæus filius Saphat, qui [b] aquas fudit super manus Eliæ. Dixitq; Iosaphat, Apud hunc est uerbum DOMINI. Descenderunt ergo ad eum rex Israel, Iosaphat, atque rex Edom. Tum ait Elisæus ad regem Israelis, Quid mihi tecum? uade ad prophetas patris tui, & ad prophetas matris tuæ. Aitq; ad eum rex Israel, Ne sic, quandoquidem inuitauit DOMINVS tres istos reges, ut tradat eos in manus Moabitarum. Elisæus ait, Viuit DOMINVS exercituum, in cuius conspectu sto, nisi faciem Iosaphat [c] regis Iuda reuererer, non dignarer ut te uel aspicerẽ, nunc uero psaltem

C mihi adhibete. Quumq; caneret psaltes, facta est super eum manus DOMINI. Et ait, Sic dicit DOMINVS, Facite iuxta hunc alueum multos [e] elices, quoniam sic dicit DOMINVS, Non uidebitis uentum, neq; pluuiam uidebitis, nihilo tamẽ minus alueus iste aquis inundabit, ut & uos bibatis, & pecora uestra, atq; iumẽta uestra, idq; leue erit in oculis DOMINI: dabit insuper Moabitas in manũ uestrã, ferietisq; omnẽ ciuitatem munitam, & omnẽ urbem electã, atq; uniuersas arbores

Ioram impius.

Elisæus in castris.

[a] Quasi dicat, offero mea omnia, quibus ut tuis pro arbitrio uti potes.

[b] Periphrasis est ministri, hoc est, qui minister fuit Eliæ: quoniam uero non dicitur sine emphasi & significatione ad pręsens negotium, reliqui, ne mutarem quidptam.

[c] Eb. Nisi suscipere aut ferrem faciem Iosaphat: hoc est, nisi facerem hoc in gratiam eius.

[d] Eb. Foueas foueas.

arbores electas deijcietis, omnes fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum fertilem lapidibus inutilem reddetis. Factum autem est mane iuxta id tempus, quo solebat sacrificari sacrificiũ cibarium, ut aquæ uenirent per uiam Edom, terraq́ ipsa inundaret aquis. Cuncti autẽ Moabitæ audientes quod ascendissent reges ut pugnarent contra eos, cõuocarunt omnes qui expediti erant, & supra, steteruntq́ ad fines: & mane quum sol oriretur super aquas, uiderunt Moabitæ è regione aquas rubras ueluti sanguinem. Et dixerunt, Sanguis est, uastando uastati sunt reges, mutuo sese confecerunt, ad prædam igitur ô Moab. Quumq́ peruenissent ad castra Israelis, insurrexerũt Israelitæ, & percusserunt Moabitas, ut fugerent coram eis: at isti insequuti eos percusserunt Moabitas, & subuerterũt urbes, & in singulos agros fertiles singuli proiecerũt lapides suos, & impleuerunt eos, omnes fontes aquarum obstruxerunt, & omnem arborẽ bonam deiecerunt, dũtaxat in Kirhæresch reliquos fecerunt lapides eius, funditores uero circumierunt [eam,] & percusserunt eam. Videns autem rex Moabitarũ quod bellũ [e] grauius esset q̃ quod ipse sustinere posset, tulit secum septingentos, [f] qui gladio uti poterant, ut irrumperent aduersus regem Edom, sed non potuerunt. Arripiens igitur primogenitum filium suum, qui regnaturus erat pro eo, sacrificauit eum holocaustum super murum, factaq́ est magna indignatio contra Israelem. Soluerunt ergo ab eo, & reuersi sunt in terram suam.

Elisæus aquas impetrat. Moabitæ uincuntur. Filius regis sacrificatur.

[e] Hbr. Quod bellum fortius esset ipso. [f] Hb. Educentes gladium.

CAP. IIII.

De miraculis aliquot Elisæi.

MVlier quædam de uxoribus filiorũ prophetarum clamauit ad Elisæum, dicens, Seruus tuus uir meus mortuus est, tu uero nosti quod seruus tuus metuens fuit dei. Iam uero uenit creditor ut tollat duos filios meos sibi in seruos. Ad quam dixit Elisæus, Quid faciam tibi, indica mihi quid habes domi? Quæ dixit, Ancilla tua nihil habet domi quàm lecythum olei. Cui ait, Vade & posce tibi uasa foris ab omnibus uicinis tuis, uacua uasa, eaq́ non pauca: quũq́ fueris ingressa, claude post te, postq́ filios tuos ianuam, & funde in omnia uasa ista: quodq́ fuerit repletum, sepone. Abijt itaq́ mulier ab eo, & clausit ianuam post se & post filios suos, qui adhibebant ei [uasa,] ipsaq́ infundebat. Quũq́ iam uasa impleta essent, dixit ad filium suum, Adhibe mihi adhuc [aliud] uas. Is autem ait ad eam, Nullum est amplius uas: constititq́ oleum. Venit hæc, & nunciauit uiro dei. Qui ait, Vade & uende oleum, & redde creditori, tu & filij tui cum eo quod superest uitam sustinete. Contigit quodam tempore, ut Elisæus transiret Sunem, illic erat mulier quædam insignis, quæ retinuit eum ut ederet cibum, unde factũ est, ut quoties transiret, diuerteret illò, ut ederet cibũ. Tum ait illa ad maritũ suum, En quæso, noui quod is qui subinde apud nos præterit, uir dei sanctus est, faciamus quæso cœnaculum paruo pariete, & ponamus ei in eo lectum, mensam, solium atq́ candelabrum, ut quum ad nos uenerit, illuc diuertat. Factum ergo est quodam die, ut ueniret illuc, & diuerteret in cœnaculum, dormiretq́ in eo. Tum dixit [Elisæus] ad Gehesi puerum suum, Voca Sunamitidem illam: quumq́ eam uocasset, stetit ipsa coram eo. Rursumq́ ait ille ad eum, Dic ad eam, Inseruijsti nobis omni studio isto ac diligentia, quid facimus tibi? est ne tibi negotiũ aliquod apud regem, aut imperatorem? Quæ respõdit, Ego habito in medio populi mei. Dixit ille, Quid ergo ei faciendum? Respondit Gehesi, Profecto non habet filiũ, & maritus eius senex est. Dixit [Elisæus,] Voca eã. Et is uocauit eam, & [mulier] stetit ad ostium. Dixitq́ ille, Ad tempus hoc cõstitutum iuxta tempus animantis, tu amplexaberis filium. At illa dixit, Ne illudas famulæ tuæ mi domine uir dei. Concepit ergo mulier, & peperit filium ad tempus hoc præstitutum iuxta tempus animantis quod definierat ei Elisæus. Cumq́ puer adoleuisset, factum est quodam die ut egrederetur ad patrem suum, & ad messores, diceretq́ ad patrem

Olei donũ pet propheta. Hospitalitas. Filius generandus promittitur.

Digitized by Google

suum, Caput meum, caput meum [doleo.] Et ille ait ad puerum quendam, Fer
eum ad matrem suam. Qui cum tulisset eum, adduxissetq; eum ad matrem suam,
sedit super genua eius usq; ad meridiem, & mortuus est. Illa uero ascendens, po-
D suit eum super lectũ uiri dei, & obseratis [foribus] circa eum, exijt. Et uocato ma-
rito suo, ait, Mitte quæso mecum aliquem ex pueris, & asinam, nam propere pro
ficiscar ad uirum dei, & reuertar. Qui ait, Cur proficisceris ad eum hodie, quum
nec sit noua luna, nec sabbatum? Respondit illa, Vale. Strato asino dixit ad pue-
rum, Duc & proficiscere, ne moram nectas mihi, quo minus uehar, nisi quum di
xero tibi. Profecta itaq; uenit ad uirum dei in montem Carmelum. Quumq; uir
dei eam uidisset procul, dixit ad Gehesi puerum suum, En Sunamitis ista, curre
quæso ei obuiam, & dic ad eam, Valésne tu? ualétne maritus tuus? ualétne puer?
Quæ respondit, Valent recte. Venit autem ad uirum dei in mõtem, & apprehen
E dit pedes eius. Accessitq; Gehasi, ut eam depelleret. Et dixit uir dei, [a] Sine eã, quan
doquidẽ mœsto est animo, quod DOMINVS me celauit, neq; reuelauit mihi.
At illa dixit, Postulauine ego filium à domino meo? an non dicebam, Ne fallas
me? Et dixit [Elisæus] ad Gehasi, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum
in manum tuam, & uade. Quod si [b] quispiã obuius tibi factus fuerit, ne eum sa-
lute impartias: si quispiam te salutauerit, ne respondeas ei, & pone baculũ meum
super faciẽ pueri. Tum dixit mater pueri, Viuit DOMINVS, & uiuit anima tua,
si dimisero te. Surgens ergo sequutus est eã. Porrò Gehasi præcesserat eos, & po-
suerat baculum super faciem pueri, sed nec uox erat, nec sensus: reuersus est ergo
ei obuiam, indicauitq; ei, dicens, Puer non euigilauit. Quumq; Elisæus uenisset
F in domum, ecce puer mortuus [c] iacebat positus super lectum eius. Ingressus er-
go clausit ostium post utrũq;, & precatus est DOMINVM, & ascendens iacuit su
per puerum, ponens os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, ma
nusq; suas super manus eius. Quũq; sic prostratus incumberet ei, calefacta est ca-
ro pueri. Et rediens deambulabat in domo, iam huc, iam illuc, deinde ascẽdit, &
rursus incubuit ei. Tum puer [D] sternutauit septies, aperuitq; oculos suos. [Eli-
sæus] autem uocato Gehasi ait, Voca Sunamitidẽ hanc. Vocauit igitur eam. Quæ
quum ingressa esset ad eum, dixit ille ad eam, Tolle filium tuum. Ingressa itaq;
procidit ad pedes eius incuruata terram uersus: tollensq; filium suum, egressa est.
Elisæus autem reuersus est in Gilgal, fuitq; fames in terra, & filij prophetarũ uer
sabantur apud eum. Tum dixit ad puerum suum, Apponito ollam magnam, &
coque pultem filijs prophetarum. Egressus ergo unus in agrũ ut colligeret her-
G bas uirides, inueniensq; fruticem agrestem, collegit ab ea coloquintidas agre-
stes, impleuitq; uestem suam, & rediens incidit in ollam pultem, neq; enim com
pertum habebat, & effudit uiris ut comederent: quumq; de coctione illa ederẽt,
clamabant dicentes, Mors est in olla, ô uir dei: nec potuerũt comedere. At ille ait,
Adferte farinam, quam insperſit in ollam, & ait, Effunde populo ut comedant:
tum nihil mali amplius fuit in olla. Porrò uir quidam ueniebat de Baal Salisa, fe
rens uiro dei panes primitiarum, nempe uiginti panes ordeaceos, et frumentum
recens in [c] folliculis suis, dixitq;, Da populo ut comedat. Et respondit minister
eius, Quid uero dabo istud centũ uiris? Rursum ait ille, Da populo ut comedat,
nam sic ait DOMINVS, Comedent, & supererit. Posuit itaq; ante eos, & illi co
medentes, reliquum fecerunt iuxta uerbum DOMINI.

CAP. V.

Naaman Syrus à lepra mundatur, Gehasi seruus Elisæi lepra punitur.

A NAaman imperator exercitus regis Syriæ fuit uir clarus ac spectatissimus in
conspectu domini sui, nam DOMINVS dederat salutem Syriæ per eum,
fuitq; uir strenuus, sed leprosus. Egressi autem erãt Syri grassatores, & captiuam
duxerant de terra Israel paruam quandam puellam, quæ [a] ministrabat uxori ip-
sius

Filius moritur.

[a] Vel, absiste ab ea.

[b] Ebr. Si inueneris uirum.

Elisæi oratione puer resuscitatur à mortuis.

[c] Ebr. Factus cubare super lectũ eius.

[D] Alij, oscitauit. Puer repetitur, quod Latinis infrequens est.

Mors in olla.

Panis multiplicatur.

[e] Quidam legunt, in ueste sua.

[a] Ebr. Quæ fuit corã uxore, uel in conspectu uxoris Naamã.

Digitized by Google

sius Naaman, hæc dicebat ad dominã suam, Vtinam herus meus esset apud prophetam qui est in Samaria, tum enim [b] sanaret eum à lepra sua. Et ingressus Naaman exposuit [hæc] domino suo, dicens, Sic & sic loquuta est puella quæ est ex terra Israel. Tum dixit rex Syriæ, Vade & ingredere, mittamq; literas ad regem Is B raelis. Is autem profectus accepit in manum suam decem argenti talenta, & auri sex millia, decem insuper uestes mutatorias, tulitq; literas ad regẽ Israelis in hanc sententiam, Quum peruenerint literæ istæ ad te, en ego misi ad te Naaman seruum meum, ut cures eum à lepra sua. Cõtigit autem ut rex Israel perlecta [epistola,] sciderit uestimenta sua, dixeritq;, Egóne deus sum, ut interficiam, & rursus uitæ restituam? Is mittit ad me, ut curem hominem à lepra sua: enimuero aduertite quæso & uidete, quam ansam captet contra me. Quum uero Elisæus uir dei audijsset quod rex Israel cõscidisset uestẽ suã, misit ad regẽ huiusmodi uerbis, Quare C conscidisti uestes tuas? ueniat igitur ad me, experietur certe prophetã esse in Israele. Venit itaq; Naaman cũ equitatu suo, & curru suo, & constitit ad fores domus Elisæi: misitq; Elisæus nuncium ad eum hisce mandatis, [c] Vade, & laua septies in Iordane, & restituetur tibi caro tua, adeoq; munda erit. Naaman indignatione cõmotus, abijt & dixit, En, cogitaram apud me, Omnino exibit, & stans inuocabit nomen DOMINI dei sui, motabitq; manũ suam ad locũ, & curabit lepram: an non præstant Abana & Parpar fluuij Damasci omnibus aquis Israelis? an nõ D si lauero in eis, mundus ero? Versus itaq;, abijt indignabundus. Accedentes autẽ serui eius, loquuti sunt ad eum, & dixerunt, Mi pater, si propheta magnã rem tibi mandasset, an non faceres? quanto magis quũ dixit ad te, Laua, & mundus eris? Descendit igitur, & tinxit [se] septies in Iordane iuxta uerbũ uiri dei, mutataq; est caro eius sicut caro pueri parui, & mũdatus est. Rediens igitur ad uirũ dei ipse & omnis comitatus eius, ingressus est, & stetit ante eũ, & dixit, En obsecro, noui q non sit deus in uniuersa terra, nisi in Israele, cape quæso [d] munus à seruo tuo. Ille aũt dixit, Viuit DOMINVS, ante quem sto, si accepero. Cumq; is flagitasset, renuit ille. Tum dixit Naaman, An non dari poterit seruo tuo de humo illa onus, E quantum par mulorum [fert?] siquidem seruus tuus posthac non sacrificabit holocaustum aut sacrificiũ dijs alijs, sed soli DOMINO: hac in re propitius sit DOMINVS seruo tuo, quũ ingressus fuerit dominus meus phanũ Rimmon, ibiq; adoraturus, innixus fuerit super manũ meam, si & ego procidero in phano Rimmon: si inquam & me procidere contigerit in phano Rimmon, hac in re propitius sit DOMINVS seruo tuo. Ad quem ille ait, Vade in pace. Quũq; profectus esset ab eo iugerum arui, [e] dixit Gehasi famulus Elisæi uiri dei [intra se,] En domi F nus meus pepercit [rebus] huius Syri Naaman, quo minus acciperet de manu eius quæ attulerat, uiuit DOMINVS, si non cucurrero post ipsum, & accepero aliquid ab eo. Sequutus est ergo Gehasi ipsum Naaman, quẽ Naamã uidẽs post se currentem, ilico [f] desilijt de quadriga, occurrens ei & dicẽs, Recténe [omnia?] Respondit ille, Recte: en dominus meus misit me, dicens, En uenerũt modo ad me duo adolescentes de monte Ephraim, qui sunt ex filijs prophetarum, da quæso eis talentum argenti, & duas uestes mutatorias. Et ait Naaman, Bono sis animo, cape duo talenta: coëgitq; eum, ut ligaret duo talenta argenti in duos sacculos, simulq; duas uestes mutatorias, & imposuit [illa] duobus pueris suis, ut portarent ante ipsum. Veniens autem in locum quendam secretũ, acceptis his de ma- G nu ipsorum, reposuit in domo, & uiros amandauit ut abirent. Porrò ipse ingressus stetit coram domino suo: dixitq; ad eum Elisæus, Gehasi unde? Qui ait, Nusquam abijt seruus tuus. Ille uero dixit ad eum, An non cor meũ iuit, quũ reuersus est homo de curru suo tibi obuiã? Num tẽpus est corradẽdi argentũ, et accipiendi uestes, oliueta, uineas, oues & boues, seruos & ancillas? Adhærebit igitur lepra

[b] Ebr. Colligeret. Colligere autẽ pulchra metalepsi dicitur pro restituere aut sanare: nam qui à lepra curantur, iterum restituuntur societati reliquorum hominum.

[c] Ebr. Ire, supple oportet, uel eundum est.

Luc. 4 e
Confessio dei.

[d] Eb. Benedictiõem.

[e] Dixit pro cogitauit.

Auaritia Giezi.

[f] Eb. Lapsus est seu cecidit.

Digitized by Google

ipsius Naaman tibi & semini tuo semper. Et egressus est à conspectu eius leprosus sicut nix. — Giezi leprosus.

CAP. VI.

De miraculis aliquot quæ dominus per Elisæum Israelitis præstitit.

A DIxerunt autem filij prophetarum ad Elisæum, Ecce locus in quo tecum habitamus angustior est [a] quàm ut nos capiat, liceat ergo nobis quæso, ut eamus ad Iordanem, & tollamus inde singuli trabem unam, faciamusque nobis locum in quo habitemus. Et respondit, Ite. Dixit autem unus, Adijce animum quæso ut eas cum seruis tuis. Et respondit, Ego ibo. Et profectus est cum eis: qui uenientes ad Iordanem, secuerunt ligna. Contigit autem quum unus [ex eis] arborem deijceret, ut [b] securis caderet in aquam, clamaretque & diceret, Heu mi domine, hæc [securis] mutuo accepta est. Vir dei ait, Quò cecidit? Is ostendit ei locum.
B Qui præcidens lignum, proiecit illuc, & natauit securis. Dixit ergo, Tolle. Qui extensa manu sua, extraxit eam. — Ferrum natat. Rex Syriæ gessit bellum cōtra Israelem, & inito consilio cum seruis suis, dixit, Alicubi ad certum locum castra mea erunt. Misit ergo uir dei ad regem Israelis, & dixit, Caue transeas hunc locum, nam Syri illic demissi [latitant.] Tum misit rex Israelis ad eum locū de quo dixerat uir dei, & dispositis custodijs, obseruari eum iussit, idque [c] sæpius. — Beneficiū prophetæ. Turbatum igitur est cor regis Syriæ huius rei gratia, uocatisque seruis suis, dixit ad eos, An igitur mihi nō
C indicaretis, quis ex nobis regis Israelis [esset?] Tum dixit unus ex seruis eius, Nequaquam domine mi rex, sed Elisæus propheta qui est in Israele, is indicat regi Israelitico uerba quæ tu loqueris in penetrali cubiculi tui. Qui ait, Ite & uidete ubi nam sit, ut mittam & tollam eum. Indicatum est ergo ei his uerbis, En est in Dothan. Misit igitur illuc equos & currus, & exercitum grauem, qui nocte uenientes circumsederunt ciuitatem. Consurgens autem mane minister uiri dei ut egrederetur, en exercitus circumsedebat ciuitatem cum equis & curribus. Tum dixit puer eius ad eum, Heu domine mi, quid faciemus? Qui respondit, Ne me-
D tuas, nam eorum qui nobiscū, plures sunt quàm eorum qui cum illis. Orauitque Elisæus & ait, Aperi quæso DOMINE oculos eius ut uideat. — Oculorum apertio. Et aperuit DOMINVS oculos pueri, uiditque, & ecce mons plenus erat equis & curribus igneis circum Elisæum. Cumque illi descenderēt ad eum, orauit Elisæus ad DOMINVM, & dixit, Feri quæso gentem istam cæcutientia: & ferijt eos cæcutientia iuxta uerbum Elisæi. Dixit ergo ad eos Elisæus, Hæc non est uia, neque hæc urbs est, sequimini me, ducamque uos ad uirum quem quæritis: duxit autem eos in Samariam. Factumque est quum uenissent in Samariam, ut diceret Elisæus, DOMINE aperi oculos istorum ut uideant: aperuitque DOMINVS oculos eorum, uideruntque, &
E ecce erāt in medio Samariæ. Dixit autem rex Israel ad Elisæum quū eos uidisset, An nō trucidando trucidabo pater mi? Respōdit, Ne trucides, quos uero tu gladio tuo & arcu tuo ceperis, hos trucida, quin appone eis panem & aquam, ut comedant & bibant, abeantque ad dominum suum. Apparauit itaque eis splendidum apparatum: quumque comedissent & bibissent, dimisit eos. — Hostes conuiuio excipiuntur. Illi uero abierunt ad dominum suum, nec ultra uenerunt grassatores Syri in terram Israeliticam. Post hæc contigit, ut Benhadad rex Syriæ congregato uniuerso exercitu suo, ascenderet, oppugnaretque Samariam. Fuit uero fames magna in Samaria, & ecce illi obsederunt eam donec caput asini ueniret octoginta [d] argenteis, & quarta pars [e] Cabi
F farraginis columbinæ quinque argenteis. Quūque rex Israel transiret ad murum, clamauit mulier quędam ad eum, & dixit, Fer opē domine mi rex. Qui ait, Quandoquidem DOMINVS tibi non fert opem, unde ego tibi ferrem opem? de horreo'ne, an de torculari? Dixitque ad eam rex, Quid tibi [uis?] Respōdit, Ista mulier dixit ad me, Da filium tuum ut comedamus eum hodie, filium autem meū cras comedemus: coximus igitur filium meum, & comedimus eum, postero die dixi — Fames in Samaria.

ad eam

[a] Eb. Angustus est à nobis.
[b] Ebr. Ferrum.
[c] Ebr. Nō semel neque bis.
[d] Quidam siclis subintelligunt.
[e] Cabus mensuræ species est.

Digitized by Google

ad eam, Da filium tuum ut comedamus eum, illa uero abscondit filium suum. Quum ergo rex audisset uerba mulieris illius, scidit uestimenta sua, transibatq; per murum, uidente hoc populo: porrò penitius super carnem suam saccũ habebat, dixitq;, Sic faciat mihi deus, sicq; addat, si caput Elisæi filij Saphat steterit hodie super eo. Porrò Elisæus sedebat domi suæ, sedebãtq; cum eo seniores. Et præmisit [rex] quendam ante se: qui nuncius antequam ueniret ad eum, dixit [Elisæus] ad seniores, An non uidistis q; [f]latro iste miserit, ut tollat caput meum? Obseruate, quum uenerit nũcius claudite ostium, & premite eum ostio: an non strepitus pedum heri sui sequitur eum? Adhuc eo cum illis loquente, ecce nuncius descendit ad eum, & dixit, En hæc adflictio à DOMINO est, quid ultra [g]expectarem DOMINVM? G

CAP. VII.

[f] Eb. Filius latronis iste uel ist ius, sed ut detur loquutio esse, ut filij Achiuorum pro Achiuis.

[g] Alij legunt, quid ultra expectabo à domino? Sed uidetur diffidentis esse uox.

Miraculum grande describitur qua ratione fames subito cessarit.

DIxit aũt Elisæus, Audite uerbum DOMINI, sic dicit DOMINVS, Cras iuxta hoc tempus satũ similaginis siclo [emetur,] & duo sata hordei uno siclo in porta Samariæ. Respondit triarius quidã, à [a]quo pendebat rex, uiro dei, & dixit, Ecce si DOMINVS faceret fenestras in cœlo, num fieret res ista? [Elisæus] dixit, En tu uidebis [id] oculis tuis, sed ex eo non comedes. Fuerũt aũt quatuor uiri leprosi ad ostiũ portæ, qui [b]dixerũt inter se, Quid hic sedemus donec moriamur? Si statuerimus [c]urbem hanc ingredi, quandoquidẽ fames est in urbe, moriemur in ea: si uero hic manebimus, itidem moriemur: agite igitur [d]deficiamus ad copias Syrorũ, si nos uita donabunt, uiuemus: sin interficiẽt, moriemur. Surrexerunt ergo in crepusculo, ut irent in castra Syrorũ, & uenientes ad [e]prima castra Syrorũ, ne uir quidẽ illic erat, (effecerat enim DOMINVS, ut in castris Syrorum audiretur strepitus curruum, sonitus equorũ, & strepitus ingentis exercitus, ut diceret quisq; ad alium, En rex Israel conduxit aduersum nos reges Hithæorũ, & reges Aegyptiorũ, ut ueniant contra nos: & surgentes fugerunt in crepusculo, relinquentes tentoria sua, equos suos, asinos suos, & castra ipsa ut erant, fugeruntq; [f]quò uolũtas tulit.) Quũ igitur leprosi ad prima castra uenissent, ingressi tentoriũ unum, comederunt & biberunt, tuleruntq; illinc argentũ, aurum, & uestes, & abeuntes absconderunt: & reuersi ingressi sunt aliud tentorium, & illinc quoq; tulerunt, & abeuntes absconderunt. Dixerunt autẽ quisq; ad proximum suum, Non rectè facimus, hodie dies est fausti nũcij, & nos dissimulamus, si expectauerimus ad aurorã usq;, deprehendet nos [g]iniquitas: agite igitur, ingrediamur, & annũciemus domui regis. Venientes igitur clamauerũt ad custodes portæ ciuitatis, indicarũtq; illis dicentes, Venimus in castra Syrorũ, & ecce ne uir quidem ullus illic erat, nec uox hominis, sed equi ligati, & asini ligati, cæterũ castra ipsa ut erant. Custodes itaq; portarũ clamauerunt, & indicauerunt hoc intus domui regis. Rex ergo noctu surgẽs ait seruis suis, Indicabo uobis qd fecerint nobis Syri, sciunt q; fame laboramus, egressi ergo sunt è castris, ut alicubi in agro sese abscondant, [h]hoc consilio, ut nos (si urbem egressi fuerimus,) uiuos capiant, urbemq; ipsi occupent. Tum respondens unus ex seruis eius, dixit, Accipiantur quinq; equi q reliqui sunt in urbe, (hi [i]enim tantũ efficient quantũ uniuersa multitudo Israelitica, si seruentur rursus perinde erũt ut tota multitudo Israelitica, si pereunt,) quos mittemus, & explorabimus. Acceperũt ergo equos ad duos currus, quos misit rex ut sequerentur castra Syrorũ, hæc mandans, Ite & explorate. Abeuntes illi sequuti sunt eos usq; ad Iordanẽ, & ecce omnes uiæ plenæ erant uestibus & uasis, quæ Syri abiecerant in festinatione sua. Reuersi igitur nuncij, nunciarunt hæc regi, & egressus populus, diripuerũt castra Syrorũ. Tum factũ est ut satũ similaginis ueniret siclo, & duo sata hordei siclo, iuxta uerbum DOMINI. Porrò rex constituit triariũ illum principẽ, cuius humeris innitebat ad portã, con

Dux incredulus. (A)

Samaria liberatur. (B)

Leprosi euangelistæ. (C) (D)

[a] Ebr. Super cuius manu rex innitebatur aut fulciebatur, forte mollitie regis indicat.

[b] Ebr. Vir ad proximum suum.

[c] Eb. Si dixerimus, Ingrediamur urbẽ.

[d] Ebr. Cadamus.

[e] Ebr. Ad extremitatem castrorum, extremum autem de ultimo & primo dici potest. Nec enim uerisimile est, leprosos omia castra usq; ad extrema penetrasse.

[f] Ebr. Ad animam suam: quod uarie intelligi potest. Vel, ubi animã suam seruare possent: Vel, q̃ ferebat animus.

[g] Iniquitas pro pœna quæ iniquitati debetur.

[h] Eb. Dicentes, quã egressi fuerint de ciuitate apprehendemus eos uiuos, et ciuitatẽ ingrediemur.

[i] Verba Ebræa aliter habent, sed periphrasi clariorem sensum reddidi.

Digitized by Google

culcauitq; eum populus in porta, & moriebat, iuxta uerbũ quod loquutus fuerat uir dei cum rex descenderet ad eum. Factũ inquam est quemadmodũ loquutus erat uir dei ad regem in hũc modũ, Duo sata hordei siclo [uendētur,] & similaginis satũ siclo cras iuxta id tēpus in porta Samariæ: ad q̃d responderat princeps ille uiro dei, & dixerat, Si DOMINVS faceret fenestras in cœlis, num res illa fieret? Dixeratq; ille, En tu uidebis oculis tuis, sed inde nõ comedes. Factũ est ergo ei sic, conculcauitq; eum populus in porta, & mortuus est. — Incredulus conculcatur.

CAP. VIII.

Incidit alia fames quæ durauit septem annis. De Benhadad & Hasael, & de regno Ioram.

A LOquutus est aũt Elisæus ad mulierem illam, cuius filium uitæ restituerat, hisce uerbis, Surge & uade, tu & domus tua, & peregre commorare ubicunq; cõmorari potes, quoniã uocauit DOMINVS famem quæ hisce septē annis ueniet super terrã. Surrexit itaq; mulier illa, & fecit iuxta uerbũ uiri dei, abijtq; tam ipsa q̃ domus eius, & peregre cõmorata est in terra Palestina septem annis. Cũq; exa[illegible]ti essent septem anni, reuersa est mulier è terra Palestina, egressaq; ut postularet apud regem domũ suam & agrum suum. Rex aũt loquutus est cum Gehasi — Supra 4.f

B ministro uiri dei in hæc uerba, Narra quæso mihi egregie gesta quæcunq; fecit Elisæus. Narrabat ergo ille regi, quomodo uitę restituisset mortuum, interim autem mulier cuius filium uitæ restituerat, postulauit apud regem domũ suam & agrũ suum: dixitq; Gehasi, Domine mi rex, hæc est mulier, atq; hic est filius eius quem uitæ restituit Elisæus. Quumq; rex interrogasset mulierē, recēsebat illa ei: deditq; ei rex cubiculariũ quendam, dicens, Restitue ei omnia quæ sua sunt, atq; cunctos prouentus agri, à die quo dereliquit terram, usq; in præsens [tempus.] Porrò Elisæus profectus est in Damascũ, ægrotãte Benhadad rege Syriæ, quod

a Eb. Bi. C nunciatũ est [a] regi his uerbis, Vir dei uenit huc. Tum dixit rex ad Hasaelem, Tolle in manu tua munus, & uade obuiã uiro dei, ut cõsulas DOMINVM per eum hisce uerbis, Cõualiturúsne sum ab hoc morbo meo? Profectus est Hasael ei obuiã, accepto munere in manũ suam, omniq; bono Damasci, onere scilicet quod quadraginta [ferrent] cameli, & ueniens stetit ante eum, dixitq;, Filius tuus Benhadad rex Syriæ misit me ad te hisce mandatis, Conualiturúsne sum ab hac infirmitate mea? Elisæus dixit ad eum, Vade & dic ei, Certissime cõualesces: ostendit tamen mihi DOMINVS q; certissime moriturus sit. Porrò uir dei firmata facie sua stetit donec pudefieret, nã fleuit. Tum dixit Hasael, Quare flet dominus

Quod Eliæ à domino præceptum erat 1. Reg. 19. per Elisæum hic perficitur.

D meus? Qui respõdit, Quoniã noui quę tu facturus sis mala filijs Israel, nam munitiones [b] eorũ igne cõbures, & iuuenes eorũ gladio trucidabis, infantes eorũ allides, & prægnãtes eorũ dissecabis. Dixit ergo Hasael, Quid nam? canisne est seruus tuus, ut designet uerbũ istud tam grande? Respondit Elisæus, DOMINVS ostendit mihi te futurũ regem super Syriam. Abijt itaq; ille ab Elisæo, & uenit ad dominũ suum Ad quem ille dixit, Quid dixit tibi Elisæus? Respondit, Dixit mihi q; certissime sis conualiturus. Postero die accepit [Hasael] stragulũ, & immersum aquæ expandit super faciem eius ut moreretur: regnauitq; Hasael pro — Hasael rex futurus.

b Ebr. Mittes in ignem.

E eo. Anno quinto Ioram filij Ahab regis Israelis, & Iosaphat regis Iuda, regnũ accepit Ioram filius Iosaphat regis Iuda: trigintaduos annos natus erat quũ inauguraretur regno, regnauitq; octo annis Hierosolymis. Ambulauit in uia regũ Israel, sicut fecerunt hi qui fuerunt de domo Ahab. Nã filia Ahab erat uxor eius, fecitq; malũ in oculis DOMINI: sed DOMINVS noluit excindere Iudã ꝓpter Dauidē seruum suum, sicut †promiserat ei, q; daturus esset ei lucernã de filijs suis cunctis diebus. Eodē tempore defecit Edom, quũ esset sub manu Iuda, nam constituerũt super se regem. Transiuit ergo Iorã Zair, ipse & omnes currus eius secũ, — Hasael rex. 2. Par. 21.b — 2. Reg. 7.b

F consurgensq; noctu percussit Edomæos qui eum circũsederant, unà cum principibus

pibus

Digitized by Google

pibus curruũ, & fugit populus in tentoria sua. Sic defecit Edom quo minus esset
Lobna. sub potestate Iuda usq; in hunc diem. Tunc etiã defecit Libna eodẽ uidelicet tem
pore. Reliquum gestorũ Ioram, & omnia quæ fecit, an non hæc scripta sunt in li
bro annaliũ regum Iuda? Dormiuit itaq; Iorã cum patribus suis, & sepultus est
iuxta patres suos in ciuitate Dauidis, regnũq; obtinuit pro eo Ahasias filius eius.
2.Par.22.a Anno duodecimo Iorã filij Ahab regis Israel regno inauguratus est Ahasias fi-
lius Iorã regis Iuda: natus erat uigintiduos annos Ahasias quũ regnare cœpisset, G
regnauitq; anno uno Hierosolymis. Nomen matris eius erat Athalia, quæ fuit
filia Amri regis Israelis. Ambulauit aũt in uia domus Ahab, fecitq; malũ in ocu-
lis DOMINI sicut domus Ahab, erat eñ affinitate iunctus domui Ahab. Profe
ctus est quoq; Iorã filius Ahab in bellũ contra Hasaelẽ regẽ Syriæ in Ramoth Gi
lead, percusseruntq; Syri ipsum Ioram. Reuersusq; est Ioram rex ut mederetur in
Iesreel uulneribus quæ inflixerãt Syri ante Ramoth (Gilead) quũ bellum gesse
rat contra Hasaelẽ regem Syriæ, descenditq; Ahasias filius Ioram rex Iuda, ut in-
uiseret Ioram filium Ahab in Iesreel, nam illic ægrotabat. CAP. IX.

Iehu inauguratus regno stirpem Achab funditus excindit.

3.Reg.19.c ELisæus propheta uocato quodam ex filijs prophetarũ, ait illi, Accinge †lum A
bos tuos, & accipe uasculũ illud oleariũ in manũ tuam, & uade in Ramoth
Gilead, & quũ illuc ueneris, dispice illic ubi sit Iehu filius Iosaphat filij Nimsi.
Cæterũ ingressus, iube ut surgat e medio fratrũ suorũ, & introduc eum in abstru-
sissimũ aliquem locum, deinde accipe uasculũ olei, & effunde super caput eius,
& dic, Sic ait DOMINVS, Vnxi te regem super Israelẽ, apertoq; ostio fuge, nec
morã nectas. Abijt itaq; minister prophetæ in Ramoth Gilead, & quũ esset in-
gressus, ecce imperatores exercitus considebãt, & dixit, Habeo aliquid quod te-
cum loquar ô imperator. Tum dixit Iehu, Ad quem ex omnibus nobis? Qui di-
xit, Ad te imperator. Et surgens ingressus est in [a] cubiculũ, fuditq; ille oleum su-
3.Reg.19. per caput eius, & dixit ad eũ, Sic dicit DOMINVS deus Israelis, Vnxi te regem B
super populũ DOMINI, nempe super Israelem: tu trucidabis domũ Ahab domi
ni tui, ut ulciscar sanguines seruorũ meorum prophetarũ, & sanguines cunctorũ
3.Reg.21.f seruorũ DOMINI de manu †Isabelis, interibit nanq; uniuersa domus Ahab, ex
cindam enim ipsi Ahab mingentem ad parietẽ, conclusum & derelictũ in Isrã
3.Reg.15.g le, ponamq; domũ Ahab sicut domum Ieroboam filij Nebat, & sicut domũ †Baa
3.Reg.16.a sa filij Ahia. Porrò Isabelem comedent canes in agro Iesreel, nec erit qui sepeliet.
Aperuit ostiũ & fugit. Iehu uero egressus est ad seruos domini sui, & dixit [qui-
dam] ei, Rectène res habent? quam ob causam ingressus est ad te uæsanus ille?
Qui ait eis, Nouistis hominem illũ, & quæ sit loquacitas eius. Dixerũt illi, [b] Men
tiris, indica nobis. At ille ait, Sic & sic loquutus est ad me, dicens, Sic ait DOMI-
NVS, Ego unxi te regẽ super Israelem. Mox acceperunt quisq; uestem suam, & C
posuerũt subter eum ad [c] tumulũ quo ascenderet, clanxeruntq; cornu, & dixerũt,
Iehu regnat. Coniurationẽ itaq; fecit Iehu filius Iosaphat filij Nimsi cõtra Iorã,
quũ Ioram obsideret [d] Ramoth Gilead, ipse & uniuersus Israel corã Hasaele re-
ge Syriæ, reuersusq; esset rex Iorã ut mederetur in Iesreel uulneribus quæ inflixe
rant ei Syri. Dixit ergo Iehu, Si uobis cordi est, nemo exibit nec euadet ex urbe, q
uadat & nunciet in Iesreel. Ascendens itaq; Iehu currũ, abijt in Iesreel ubi Ioram
decũbebat. Descenderat quoq; Ahasias rex Iuda illuc, ut inuiseret Ioram. Porrò
speculator q stabat in turri Iesreel, uidit globũ Iehu incedentem, & dixit, Ego ui
deo globũ. Et ait Ioram, Accipe equitem, & mitte eis obuiã, qui experiatur num D
recte [e] habeant res. Profectus est itaq; eques obuiam ei, & dixit, Rex quærit num
pax sit? Et dixit Iehu, Quid tibi cum pace? reflecte post me. Speculator autẽ nun-
ciauit dicens, Nũcius uenit usq; ad illos, nec reuertitur. Misit igitur aliũ equitem,

[a] Eb. In domũ, scilicet in interiora domus.

[b] Ebr. Falsum, mendacium.

[c] Alij legunt, ad fastigiũ graduum: alij in similitudinem tribunalis: alij, iuxta horarium graduum, aut solare.

[d] Ramoth Gilead quidam putãt fuisse tum Syrorum. Alij contra putant regis Israel fuisse, & sic uidẽtur uerba sonare: Custodiebat rex Ioram urbem metu regis Syriæ, ne is eam caperet.

[e] Ebr. Et dicat, pax nes?

Digitized by Google

qui ueniens ad eos ait, Sic dicit rex, Est ne pax? Respondit Iehu, Quid tibi & paci? retrocede post me. Rursus nunciauit speculator, dicens, Et is ad eos uenit, nec
B reuertitur: incessus est ut incessus ipsius Iehu filij Nimsi, nam insane incedit. Dixit Ioram, [f]Iunge equos. Et iunxit equos currui suo, egressusq; Ioram rex Israel, & Ahasias rex Iuda, quisq; suo curru: exierunt inquam obuiam ipsi Iehu, deprehendentes eum in agro Naboth Iesreelitæ. Et factum est, quum uidisset Ioram ipsum Iehu, dixit, Est ne pax Iehu? Qui respondit, Quæ pax, quum adhuc [super sint] Isabelis matris tuæ artes meretriciæ, & ueneficia eius tam multa? Tum Ioram manibus suis uersis, fugit, & simul ad Ahasiam dixit, Proditio est ô Ahasia. Iehu autem [g]præhenso arcu manu sua, ferijt Ioram inter scapulas, ut penetraret sagitta cor eius, côcideretq; ipse incuruus in currum suum. Tum dixit [Iehu] ad Bidkar triariũ suum, Tolle, & deijce eum in partem agri Naboth Iesreelitæ: memini enim (quum ego & tu simul curru uecti sequeremur Ahab patrem eius,)
F DOMINVM sustulisse onus hoc super eum, (quum diceret DOMINVS,) Nimirum sanguines Naboth, & sanguines filiorũ eius, quos heri uidi, (ait DOMINVS,) rependam tibi in prædio isto. Tolle igitur eum, & abijce eum in agrum iuxta uerbum DOMINI. Porrò Ahasias rex Iuda hoc uidens, fugit per uiam domus horti, quem insequutus Iehu, dixit, Ferite & hunc in quadriga, in cliuo Gur iuxta Ibleam, qui fugiens Megiddo, ibidem defunctus est. Serui aũt eius uexerunt eum curru Hierosolyma, sepelieruntq; eum illic cum patribus suis in sepulchro suo in ciuitate Dauidis. Anno undecimo, anno scilicet Ioram filij Ahab, regnauerat Ahasias super Iudam. Quumq; proficisceretur Iehu ad Iesreel, audiuit hoc Isabel, fucoq; pinxit faciem suam, & ornauit caput suum, prospiciens è fe
G nestra: & ingrediente Iehu portã, dixit illa, Num prospere cessit hoc Simri, q trucidauit herum suum? Ille uero sublata facie sua uersus fenestram, dixit, Quis est apud me, quis? Hoc attenderunt duo uel tres eunuchi, quibus dixit, Præcipitate eam: & præcipitarunt eam, ut de sanguine eius spargeretur ad parietem, & ad equos, & conculcauit eam. Ingressus uero comedit & bibit, dixitq;, Inuisite execratam hanc, & sepelite eam, quia filia regis est. Abeuntes itaq; ut eam sepelirẽt, nihil inuenerũt de ea nisi caluariã, & pedes, atq; uolas ambarũ manuum. Reuersi igitur nunciauerunt ei. Qui ait, Verbũ DOMINI hoc est, q̃d loquutus est [h]per seruũ suum Eliam Thisbiten, dicens, In agro Iesreel comedent canes carnem Isabelis. Fuit itaq; cadauer Isabelis quasi stercus super faciem agri in prędio Iesreel, ut nemo dicere posset, Hæc est Isabel.

CAP. X.

Qualiter trucidarit Iehu filios Achab, & Ahasiæ fratres, deinde etiã sacerdotes Baal.

A. HAbuit uero Ahab septuaginta filios in Samaria, scripsitq; Iehu literas, & misit in Samariã ad primores Iesreel, ad seniores, & ad nutritios Ahab huiusmodi mãdatis, Mox quũ uenerit hæc epistola ad uos penes quos sunt filij domini uestri, item currus atq; equi sunt apud uos, habetis insuper urbẽ munitam & arma. Dispicite quis sit melior & æquior ex filijs domini uestri, hũc ponite in soliũ patris sui, & pugnate pro domo domini uestri. Timuerunt ergo illi admodum uehementer, & dixerũt, Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, quomodo nos staremus? Misit ergo præfectus prætorio, & q ciuitati præerat, & nutritij ad Iehu huiusmodi mandatis, Serui tui sumus, quidquid mãdaueris nobis,
B faciemus, neq; regem eligemus, tu quod tibi uidetur, facito. Scripsit ergo secũdo literas ad eos huiusmodi uerbis, Si mei estis, siq; uoci meæ uultis obtẽperare, tollite capita uirorũ qui sunt filij domini uestri, & uenite cras iuxta id tẽpus ad me in Iesreel. Erant aũt filij regis septuaginta uiri, erantq; apud magnates urbis qui eos educabant. Quũq; epistola uenisset ad eos, tulerũt filios regis, & trucidarunt septuaginta uiros, posueruntq; capita eorũ in sportis, & miserunt ad eum in Iesreel.

[f] Ebr. Liga.

[g] Ebr. Impleuit manum suam arcu: quidam sic exponũt, tetendit arcum pro uirili.

1. Reg. 21. f

De Simri quomodo trucidarit Baasa herum suum, est 1. Regum 16. atq; illud impune nõ abijt ei. Alludit ergo fortassis Isabel ad facinus illud, & minatur similem exitum Iehu. Alij uolunt q̃d per impotentiam muliebrem uocarit Iehu Simri parricidã scilicet heri sui: & tũc sic legendũ erit, Nũ prospere cedet hoc Simri q trucidarit herum suum?

3. Reg. 16. c

[h] Ebr. Per manum serui.

1. Reg. 21. f

Digitized by Google

reel. Veniens itaq; nuncius, indicauit ei, dicens, Attulerũt capita filiorum regis. Qui ait, Ponite ea in duos aceruos in introitu portæ usq; mane. Mane facto egressus est, & stans dixit ad uniuersum populũ, Vos estis iusti, ecce ego cõspiraui contra dominũ meũ, occidiq; eum, quis uero illos omnes trucidauit? Hic discite, C
q sermo DOMINI quem loquutus est super domũ Ahab, non [a]irritus sit, quandoquidẽ DOMINVS fecit quæ loquutus est per seruũ suum Eliam. Percussit itaq; Iehu omnes qui reliqui erant de domo Ahab in Iesreel, omnes magnates eius, omnes notos eius, & sacerdotes eius, ut nemo reliquus ei superesset. Surgẽs deinde, profectus est, & uenit in Samariã: erat ibi in itinere casa pastoralis, ubi deprehendit Iehu [b]fratres Ahasiæ regis Iuda, aitq;, Qui estis uos? Et dixerũt, Fratres sumus Ahasiæ, descendimusq; ut salutemus filios regis, & filios reginę. Qui ait, Præhendite eos uiuos. Quos quũ cepissent uiuos, trucidarunt eos iuxta puteum casæ pastoralis, nempe quadraginta uiros, nec fecit quenq̃ ex eis reliquum. Discedens inde, inuenit Ionadab filiũ Rechab sibi obuiũ, salutatoq; eo, dixit ad eũ, Est ne cor tuum rectũ, sicut cor meum rectum est cum corde tuo? Respondit Io- D
nadab, [c]Omnino est. Cedo igitur [inquit,] manũ tuam. Et præbuit ei manum suam. Tum iussit eum ascendere ad se in currũ, & dixit, Veni mecum, & uide zelum meũ pro DOMINO: uexeruntq; eum in curru suo. Quumq; uenisset Samariam, trucidauit omnes qui de Ahab reliqui erãt in Samaria, donec deleret eum, iuxta uerbũ DOMINI quod loquutus fuerat ad Eliam. Congregans uero Iehu uniuersum populũ, dixit ad eos, Ahab parum coluit ipsum Baal, Iehu aũt augustius eum colet: uocate igitur mox ad me omnes prophetas Baal, omnes cultores eius, atq; cunctos sacerdotes eius, ne quisquam desit, quoniã magnum est mihi sacrificiũ [peragendum] ipsi Baal: quicunq; igitur defuerit, non uiuet. Hoc au- E
tem astu fecit Iehu, ut pderet cultores Baal. Dixitq; Iehu, [d]Indicite cœtũ ipsi Baal: & conuocarunt. Misit deinde Iehu in omnem Israelẽ, & uenerunt omnes cultores Baal, nec defuit quisquã qui non ueniret: ingressiq; sunt phanum Baal, & repletum est phanũ Baal [e]undiq;. Tum dixit ad eum qui præfectus erat sacris uestibus, Profer uestes omnibus cultoribus Baal. Et protulit eis uestes. Ingressus itaq; Iehu & Ionadab filius Rechab [f]phanũ Baal, dixit ad cultores Baal, Dispicite & uidete ne forte hic sit inter uos quispiã ex cultoribus DOMINI, sed soli cultores ipsius Baal. Cumq; ingressi essent ut facerent sacrificia & holocausta, collocauit Iehu foris octoginta uiros, qbus dixit, Quicunq; euaserit de uiris illis quos ego adduxi in manus uestras, erit anima illius pro anima eius. Quũ uero absoluisset F
sacrificia holocaustorũ, dixit Iehu satellitibus & ducibus, Ingredimini & trucidate eos, ne quis euadat: & percusserunt eos [g]gladio, abieceruntq; [cadauera eorũ] satellites & duces, & abierunt in [h]ciuitates [alias, ubi erant] templa Baal, & efferentes statuas ædis Baal, cõbusserunt eas. Confregerunt quoq; statuã Baal, & diruerũt ædem Baal, & fecerũt eam latrinã usq; hodie. Sic deleuit Iehu ipsum Baal de Israele, [i]uerũtamen à peccatis Ieroboã filij Nebat, qui effecit ut Israel scelerate ageret, nõ recessit Iehu quo minus ea sequeret, nempe uitulos aureos q erant in Beth El & in Dan. Dixit ergo DOMINVS ad Iehu, Quandoquidẽ studio quodam rectũ fecisti in oculis meis, & iuxta omnia quæ fuerũt in corde meo, fecisti domui Ahab, sedebũt tibi filij super soliũ Israelis in quartã usq; generationẽ. Cæ- G
terum Iehu non obseruauit, ut ambularet in lege DOMINI dei Israelis toto corde suo, nec recessit à peccatis Ieroboã, (qui effecit ut scelerate ageret Israel.) Sub id tempus cœpit DOMINVS truncare Israelẽ, percussitq; eos Hasael in omnibus terminis Israelis, à Iordane ad exortũ solis, omnẽ terrã Gilead, Gaditas, Rubenitas, & qui erant de Manasse, ab Aroer usq; ad torrentẽ Arnonẽ, Gilead nempe & Basan. Reliquũ gestorũ Iehu, & omnia quæ fecit, atq; robur eius, an nõ hæc scri-

Left margin notes: 1.Reg. 21.g — 1.Reg. 16.g — Baal confringitur. — Merces in tempore.

[a] Ebr. Quod de sermone nihil cadit in terram.

[b] Filij Ahasię dicũtur qui fuerũt nepotes ex fratribus, ut patet ex Par. 2. Paral. 22. d

[c] Eb. Est & est: quidam uero posterius (est) ad Iehu referunt.

[d] Eb. Sanctificate.

[e] Eb. Ab ore ad os.

[f] Quidã Beth Baal propriũ uolunt esse.

[g] Eb. In ore gladij.

[h] Ebr. est ciuitatẽ, singulare, sed uidetur pluraliter posse dici.

[i] Quidam sic legũt, ueruntamen peccata Ieroboam non tulit, nempe uitulos, &c.

Digitized by Google

pta sunt in libro annaliũ regũ Israel? Dormiuitq; Iehu cũ patribus suis, & sepelie rũt eum in Samaria, & regnauit Iehoahas filius eius pro eo. Porrò dies qbus regnauit Iehu super Israelẽ in Samaria, uiginti & octo sunt anni. CA. XI.

Athalia regios filios interficiente, seruatur Ioas, qui educatus à Ioiade in regem ungitur trucidata Athalia.

A PORrò Athalia mater Ahasiæ uidens ꝙ mortuus esset filius suus, surrexit & perdidit omne semen regium. Tollens aũt Iehoseba filia regis Ioram, soror Ahasiæ, ipsum Ioas filiũ Ahasiæ, clàm surripit eum è medio filiorũ regis qui occisi erant, ipsum scilicet & nutricem eius in cubiculo lectorũ, & absconderũt eum metu Athaliæ, itaq; nõ est occisus. Fuit aũt apud eam absconditus in domo DOMINI sex annis, regnante Athalia super terram. Anno deinde septimo misit Iehoiada, & accersiuit centuriones ut milites essent & celeres, & introductis ijs ad se in domũ DOMINI, inijt cum eis fœdus, iureq; iurãdo eos adstringens in domo DOMINI, ostendit eis filiũ regis, præcepitq; eis dicens, Hoc est [a] quod facere debetis, tertia pars uestrũ ingredientur sabbato, & excubabũt excubias ædis DOMINI, & tertia pars erit in porta Sur, tertia deinde pars ad portã posteriorẽ quæ B est celerũ, & custodietis custodiã domus [b] Massa. Duæ uero partes, omnes scilicet qui sabbato exeunt, obseruabitis custodiã domus DOMINI iuxta regem. Et circundabitis regem circunquaq;, quisq; habeat arma manu sua: quicũq; uero intra septa fuerit ingressus, trucidet: ut sitis cũ rege siue fuerit egressus siue ingressus. Fecerunt ergo centuriones iuxta omnia quæ præceperat Iehoiada sacerdos, acceperuntq; singuli uiros suos qui sabbato ingressuri erant, cum his qui sabbato exituri erant, & uenerunt ad Iehoiada sacerdotem. Dedit aũt sacerdos centurionibus hastas & scuta regis Dauidis quæ erant in domo DOMINI. Steterũtq; celeres, & habuit quisq; arma sua in manu sua, à latere domus dextero, usq; ad latus domus sinistrũ, iuxta altare & ædem, circũ regem. Educens aũt filium regis, imposuit ei coronã, & [dedit ei] testimoniũ, & regem eum constituerunt, un C gentes eum, & cõplosis manibus dixerũt, Viuat rex. Audiens aũt Athalia uocem currentis populi, ingressa est ad populũ in templũ DOMINI. Quumq; uidisset, ecce rex stabat pro more prope columnã, cantores uero & tubæ iuxta regem, & cunctus populus terræ lætabatur & clangebat tubis. Tum Athalia scissis uestimentis suis, clamauit, Coniuratio, coniuratio. Præcepit ergo Iehoiada sacerdos centurionibus qui præfecti erãt exercitui, & dixit ad eos, Educite eam extra templum ad septa, & si quis eam fuerit sequutus, interficiatur gladio: præceperat enĩ sacerdos ne interficeretur in templo DOMINI. Fecerunt ergo ei [c] spatiũ, et uenit in uiam per quã equi ingrediebant in domũ regis, illic est interfecta. Pepigit aũt Iehoiada fœdus inter DOMINVM & inter regẽ atq; inter populũ, ut scilicet esset populus DOMINI, deinde & inter regẽ et populũ. Et ingressus est uniuersus populus in phanũ Baal, & diruerunt illud, altaria quoq; eius, & imagines eius D frustillatim confregerunt. Mathan quoq; sacrificũ Baal occiderunt coram altaribus, & posuit sacerdos custodiã super domũ DOMINI. Tulit deinde centuriones, duces & satellites, atq; cunctũ populum terræ, & deduxerũt regem de domo DOMINI, & uenerunt per uiam portæ satellitum ad domum regis, seditq; super soliũ regum. Et lætatus est cunctus populus terræ, cõquieuitq; ciuitas, interfecta Athalia gladio iuxta domum regis. Iehoas quum regno inauguraretur, natus erat septem annos. Anno septimo ipsius Iehu inauguratus est Iehoas regno, quadraginta annis regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius fuit Zibia de Beer Seba. Fecit autem Iehoas rectum in oculis DOMINI cũctis diebus suis quibus eum direxit Iehoiada sacerdos: attamen excelsa non recedebãt, populus enim adhuc immolabat & adolebat in excelsis. CAP. XII.

Qualiter

2.Par.22.d

Ioas rex. 2.Par.23.a

Athalia occiditur.

Mathan occiditur.

[a] Eb. Additur uerbum.

[b] Massa uarie interpretantur, quidã dicunt domum mactationis.

[c] Alij legunt, imposuerunt ei manus.

Digitized by Google

Qualiter regnauerit Iehoas sub Iehoiada, qualiter ipso defuncto.

A DIxit autem Iehoas ad sacerdotes, Omnē pecuniam [a]sanctificatorum quæ illata est in domū DOMINI, nempe [b]pecuniā uirorum qui in censum transeunt, pecuniā animarum [quam quisque dat] pro æstimatione sua, omnē pecuniam denique quam singuli sponte [c]conferunt in domū DOMINI, accipiant sibi sacerdotes quisque de noto suo, & hi instaurent sarta tecta ædis, ubicunque inuenitur aliqua ruina. Factū est autē, ut in anno uigesimotertio regis Iehoas sacerdotes sarta tecta ædis nō instaurassent: uocans igitur rex Iehoas Iehoiadam pontificē & sacerdotes, dixit ad eos, Cur non instaurastis sarta tecta ædis? Ne igitur accipiatis uos pecuniā de notis uestris, sed ad sarta tecta ædis conseruanda date eam. Obsignatum itaque est sacerdotibus, ne acciperent pecuniā à populo, neque instaurarent sarta tecta ædis, sed sacerdos Iehoiada accepta arcula, in operculo eius foramen B perforat, posuitque eam iuxta aram ad dexterā ubi ingressus est in templū DOMINI, posueruntque illuc sacerdotes, qui limen obseruabant, omnem pecuniā quæ illata erat in ædem DOMINI. Cōtigit aūt ut quum pecuniam uiderent multam esse in arcula, ascenderet scriba regius & summus sacerdos, qui numeratā pecuniam inuentā in æde DOMINI, [d]colligarunt, pecuniamque certam dederunt in manus eorum qui faciebant opus, & eorum qui inspectores erāt ædis DOMINI, qui expendebant eam fabris lignarijs, & structoribus qui reficiebant ædē DOMINI, murarijs quoque fabris, lapicidis, & his qui cōparabant ligna, & lapidum C scalptoribus, quibus conseruarentur sarta tecta ædis DOMINI. [In summa,] ad [e]omne quod pertinebat ad instaurationē templi. Veruntamen de pecunia illa illata in ædē DOMINI nō fiebant phialæ argenteæ, nec musica instrumenta, nec pelues sparsorij, nec tubæ: nullū inquam uas neque aureū neque argenteum fiebat pro templo DOMINI, quoniā dabant eam [pecuniā] his qui faciebant opus, & qui ea reficiebant ædem DOMINI. Nec ratio exigebatur à uiris huiusmodi, in quorum manus pecuniæ illæ datæ erāt, ut ipsi darent eam his qui faciebāt opus, nā bona fide agebant. Cæterū pecunia pro delicto, & pecunia pro peccatis, non inferebatur in ædem DOMINI, quod sacerdotū esset. Tunc ascēdit Hasael rex Syriæ, D & bellū gessit contra Gath, cepitque eam, [f]statuitque apud se Hasael ascendere contra Ierusalem. Tum Iehoas rex Iuda tulit omnia sanctificata quæ consecrauerant Iosaphat, Ioram, & Ahasias patres eius reges Iuda, quæque ipse consecrauerat, atque omne aurū quod repertū fuit in thesauris ædis DOMINI, & in domo regis, misitque Hasaeli regi Syriæ, & recessit à Ierusalem. Reliquū gestorum Iehoas, & omnia quæ fecit, an non hæc scripta sunt in libro annaliū regum Iuda? Insurrexerunt aūt serui eius, & coniurantes conspirarunt, trucidaruntque Iehoas in [g]Beth Millo, quū descēderet in Silla. Iosabar filius Simeath, & Iehosabad filius Somer serui eius trucidarunt eum, & mortuus est, sepelieruntque eum cum patribus suis in ciuitate Dauidis, regnauitque pro eo filius eius Amazias. CAP. XIII.

Tres species pecuniarum.

Instauratio populi.

Sanctificata dantur pro pace.

Ioas interficitur à seruis.

[a] Potest etiam legi, sanctorum.
[b] Ebr. Argentum transeuntis uiri.
[c] Eb. Omnem pecuniam quam quisque ascēdere facit super cor.
[d] Alij legunt, formarunt.
[e] Eb. Quod exibit, ut Germani loquuntur, was vßgieng, id est, quidquid incidere potuit.
[f] Eb. Statuit faciem suam, loquutio est.
[g] Alij legunt, in domo Millo.

Gesta Ioachas, Ioas, Ieroboam, & de miraculo Elisæi.

A ANno uicesimotertio Ioas filij Ahasiæ regis Iuda, Iehoahas filius Iehu super Israelē in Samaria regnauit decem & septē annis, designauitque malum in oculis DOMINI incedens post peccata Ieroboā filij Nebat, (qui effecit ut scelerate ageret Israel,) nec destitit ab eis. Et iratus furor DOMINI cōtra Israelitas, tradidit eos in manū Hasael regis Syriæ, & in manū Benhadad filij Hasaelis cūctis diebus. Precatus est ergo Iehoahas faciē DOMINI, & exaudiuit eum DOMINVS, quoniā aspexit adflictionē Israelis qua rex Syriæ adflixit eos, deditque DOMINVS Israeli seruatorē, ne plus subessent [a]manui Syrorum, habitaueruntque Israelitæ in tentorijs suis, quemadmodū retro tēporibus. Veruntamen nō recesserunt à peccatis domus Ieroboā, qui effecit ut scelerate ageret Israel, sed ambularunt [b]in

Oratio regis.

[a] Ebr. Et exierūt de sub manu.
[b] Ebr. In ea, scilicet uia, uel in isto peccato.

Digitized by Google

eis. Ad hæc perſeuerauit lucus in Samaria. Non fecit reliquũ ipſi Iehoahas popu
B lum, niſi quinquaginta equites, & decem currus & decem millia peditũ, quãdo
quidem rex Syriæ perdidit eos, & reddidit eos uelut puluerẽ exterendo. Reli-
quum geſtorũ Iehoahas, & quidquid fecit, deinde & robur eius, an non hæc ſcri
pta ſunt in libro annaliũ regum Iſrael? Dormiuit ergo Iehoahas cum patribus Ioachaz moritur.
ſuis, ſepelieruntq́ eum in Samaria, & regnauit pro eo Ioas filius eius. Anno tri Ioas regnat.
ceſimoſeptimo Ioas regis Iuda regnauit Iehoas filius Iehoahas ſuper Iſraelẽ in
Samaria ſedecim annis, & deſignauit malũ in oculis DOMINI, non receſſit ab
omnibus peccatis Ieroboã filij Nebat, qui effecit ut ſcelerate ageret Iſrael, ſed in
his ambulauit. Reliquũ geſtorũ Ioas, & quæcunq́ fecit, ac robur eius quo bellum
geſſit contra Amaſiã regem Iuda, an non hæc ſcripta ſunt in libro annalium re-
gum Iſrael? Dormiuit itaq́ Ioas cum patribus ſuis, occupauitq́ Ieroboam ſedem Ieroboam rex.
C eius, & ſepultus eſt Ioas in Samaria cum regibus Iſraelis. Porrò Eliſæus labora-
bat morbo ſuo, quo & mortuus eſt, deſcẽditq́ ad eum Ioas rex Iſrael, & flens co
ram eo, dixit, Pater mi, pater mi, currus Iſrael & equites eius. Tum dixit ad eum
Eliſæus, Accipe arcũ & ſagittas. Et accepit ſibi arcum & ſagittas. Dixit ergo ad re
gem Iſraelis, [c] Dirigito arcũ manu tua: direxitq́ manu ſua. Eliſæus aũt poſitis ma
nibus ſuis ſuper manus regis, ait, Aperi feneſtrã ortum uerſus. Quũq́ aperuiſſet,
dixit Eliſæus, Eiaculare. Et iaciente eo [ſagittã,] dixit [Eliſæus,] Sagitta ſalutis
DOMINI, & ſagitta ſalutis cõtra Syros, tu percuties Syros in Aphek, donec eos
penitus perdas. Rurſus ait, Accipe ſagittas: & quum caperet, dixit ad regem Iſrae
lis, Feri terrã: ferijtq́ ter, & tum deſtitit. Tum uir dei indignatus ei, dixit, Si ferijſ-
ſes quinquies aut ſexies, percuſſiſſes Syros ad internecionem uſq́, nunc uero ter
D percuties Syros. Mortuo Eliſæo ſepelierunt eum: eodem ipſo [D] anno graſſato- Eliſæus moritur.
res Moabitæ irruerunt in terrã. Contigit autem, quum quidã ſepelirent homi-
nem, uiderentq́ globum graſſatorũ, ut proijcerent hominẽ illum in ſepulchrum
Eliſæi, qui deuolutus † tetigit oſſa Eliſæi, & reuixit erectus in pedes ſuos. Porrò Eccli 48.b
Haſael rex Syriæ adflixit Iſraelitas cunctis diebus Iehoahas. Dominus aũt beni-
gne fecit eis, miſertusq́ illorum reſpexit eos, idq́ propter fœdus ſuum cum Abra
hamo, Iſaac & Iaacob, neq́ uoluit eos excindere, neq́ abijcere eos à facie ſua uſq́
nunc. Mortuus eſt autem Haſael rex Syriæ, regnauitq́ Benhadad filius eius pro Haſael moritur.
eo. Et reuerſus Iehoas filius Iehoahas, tulit urbes de manu Benhadad filij Haſae
lis, quas ille acceperat de manu Iehoahas patris ſui in bello, nã ter percuſſit eum
Ioas, & reſtituit ciuitates Iſraeli.

CAP. XIIII.

[c] Ebr. Fac equitare arcum: alij legunt, Tende arcum.

[D] Alij legunt, anno ineunte.

De regno Ioas, Amaſiæ, Ieroboam, & Aſariæ.

A ANno ſecundo Ioas filij Iehoahas regis Iſrael, inauguratus eſt regno Ama Amaſias.
ſias filius Ioas regis Iuda. Vigintiquinq́ annos fuit natus quũ cœpiſſet re- 2.Par. 25.a
gnare, & regnauit uigintinouẽ annis in Ieruſalẽ. Nomen matris eius Ihoadam
de Ieruſalem. Is fecit quod rectũ erat in oculis DOMINI, at non ut Dauid pater
eius: iuxta omnia quæ fecerat Ioas pater eius, fecit. Duntaxat excelſa nõ receſſe-
B rant, nam populus adhuc ſacrificabat & adolebat in excelſis. Quumq́ regnũ fir
matũ eſſet in manu eius, percuſſit ſeruos ſuos q trucidauerant regẽ patrem ſuũ,
cæterum filios homicidarũ non interfecit, quemadmodũ ſcriptum eſt in libro le
gis Moſis, in quo præcepit DOMINVS hiſce uerbis, Ne interficiantur patres pro Deut. 24.c
filijs, neq́ interficiantur filij pro patribus, ſed quiſq́ ob peccatũ ſuum moriatur. Ezech. 18.c
Is etiam percuſſit Idumæorũ decem millia in ualle Salis, & obtinuit [a] petrã in bel
C lo, & uocauit nomen eius Iactheel uſq́ in hũc diem. Tunc miſit Amaſias legatos
ad Iehoas filiũ Iehoahas filij Iehu regem Iſraelis, hiſce mandatis, Age ſpectemus
nos mutuo corã. Tum miſit Iehoas rex Iſrael ad Amaſiã regem Iuda huiuſmodi
reſponſionẽ, An non carduus qui eſt in Libano, miſit ad cedrũ quæ eſt in Liba-

[a] Aliqui Sela proprium faciunt.

no

no huiusmodi uerbis, Da filiã tuam filio meo uxorem? & præterijt fera agri quæ in Libano fuit, & conculcauit carduum. Cædens cæcidisti Edom, hinc eleuatum est cor tuum: gloriare itaq;, & mane domi tuæ, cur enim tuo malo præ te fers tantam ferociam, ut cadas tu & Iuda tecũ? Non obtemperauit Amasias: ascẽdit ergo Iehoas rex Israel, & sese mutuo coram spectarunt, ipse & Amasias rex Iuda, in Beth Semes quæ est in Iuda. Corruit autem Iuda coram Israele, fugerũtq; quisq; in tentorium suum. Sed & Amasiam regem Iuda apprehendit Iehoas rex Israelis D
in Beth Semes. Post hæc uenit Hierosolyma, & rupit murum Hierosolymorũ à porta Ephraim usq; ad portam anguli, quadringentis cubitis. Et accepit omnẽ aurum & argentum, omnia uasa quæ inueniebantur in domo DOMINI, & in thesauris domus regis, filios quoq; obsides, & reuersus est in Samariam. Reliqua gestorum Iehoas quæ egit, & fortitudo eius, & qualiter bellum gesserit contra Amasiam regem Iuda, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Israel? Dormiuitq; Iehoas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria iuxta reges Israelis, regnauitq; Ieroboam filius eius pro eo. Vixit autẽ Amasias filius Ioas rex Iuda post mortem Iehoas filij Iehoahas regis Israel quindecim annis. Reliqua gestorum Amasiæ an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Iuda? Fece E
runt autem contra eum conspirationẽ in Ierusalem, & quum confugeret Lachis, miserunt post eum in Lachis, & illic trucidarũt eum, tollentesq; eum super equis, sepultus est in Ierusalem ciuitate Dauidis cum patribus suis. Vniuersus itaq; populus Iuda accepit Asariam qui natus erat sedecim annos, & constituerunt eum regem pro Amasia patre suo. Is ædificauit Elath, & reduxit eam ad Iudã posteaquam rex dormisset cum patribus suis. Anno decimoquinto Amasiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas super Israelem in Samaria quadragintaunum annos. Et designauit malum in oculis DOMINI, nec recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nebat, qui effecit ut scelerate ageret Israel. Is restituit F
terminum Israel, ab eo quo itur Hamath, usq; ad mare [b] solitudinis, iuxta sermonem DOMINI quem loquutus est per seruum suum Ionam filium Amithai prophetam, qui fuit de Gath Hepher. Siquidẽ DOMINVS uiderat adflictionẽ Israelitarũ ualde acerbã, & quod pessum issent reclusi & derelicti, quodq; nemo esset qui auxilium ferret Israeli. Nec loquutus erat DOMINVS quod uellet delere nomẽ Israelis sub cœlo, ideo seruauit eos per manũ Ieroboã filij Ioas. Porrò reliqua gestorũ Ieroboã, & omnia quę fecit, atq; fortitudo eius qua belligeratus est, deinde qualiter restituerit Iudæ & Israeli Damascũ & Hemath, an nõ hæc scripta sunt in libro annaliũ regum Israelis? Dormiuitq; Ieroboam cum patribus suis, cum regibus Israelis, regnauitq; Zacharias filius pro eo.

Diripitur templum.

b Alij legunt, mare planiciei: multa enim habet nomina.

Ieroboam moritur.

CAP. XV.

De gestis quorundam regum, Asariæ scilicet aliorumq;.

ANno uicesimoseptimo Ieroboam regis Israelis regno inauguratus est Asarias filius Amasiæ regis Iuda: sedecim annos natus quum regnum capesseret, regnauitq; in Ierusalẽ quinquagintaduobus annis: nomẽ matris eius Iecholeia de Ierusalem. Hic fecit quod rectum erat in oculis DOMINI, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius: ueruntamen excelsa non recedebant, quin adhuc populus sacrificaret & adoleret in excelsis. DOMINVS autem adflixit regem lepra, fuitq; leprosus usq; ad diem obitus sui, habitans in domo libera. Cæterũ Iotham filius regis præfectus erat prætorio, iusq; dicebat populo terræ. Reliquum B
gestorum Asariæ, & omnia quæ fecit, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Iuda? Dormiuit itaq; Asarias cum patribus suis, sepelieruntq; eum ad patres suos in ciuitate Dauidis, regnauitq; Iotham filius eius pro eo. Anno tricesimooctauo Asariæ regis Iuda, regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israelem in Samaria sex mensibus. Et designauit malum in oculis DOMINI, sicut fe

Asarias. A

Asarias & Osias idem.

2. Par. 26. d

Digitized by Google

cerant patres eius: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nebat, qui occasio scelerate agendi fuit Israelitis. Contra hunc coniurauit Sallum filius Iabes, & percutiens eum præsente populo interfecit eum, regnumque loco eius occupauit. Reliquum gestorum Zachariæ, en hæc scripta sunt in libro annalium regum Israelis. *Zacharias occiditur.*

C Et hoc est † uerbum DOMINI quod loquutus erat ad Iehu, dicens, [a] Sedebunt tibi filij in solio Israelis in quartam usque generationem: & ita factum est. Porrò Sallum filius Iabes regnum occupauit anno tricesimonono Asariæ regis Iuda, & regnauit mensem dierum in Samaria. Ascendens uero Menahem filius Gadi de Thirza, uenit Samariam, & percussit Sallum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, occupauitque regnum pro eo. Reliquum gestorum Sallum, & coniuratio

[a] Ebr. Sedebunt tibi quarti filij.

Sup. 10. f *Sellum regnat.* *Sellum occiditur.*

D eius qua coniurauit, ecce hæc scripta sunt in libro annaliũ regum Israelis. Tunc percussit Menahem Thipsa, & omnes qui erãt in ea, etiam limites eius à Thirza: percussit autem eam, eò quod non aperiebant [ei,] & omnes grauidas eius dissecuit. Anno tricesimonono Asariæ regis Iuda regnauit Menahem filius Gadi super Israelem decem annis in Samaria, & fecit malum in oculis DOMINI: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nebat, (qui peccandi occasio fuit Israelitis,) cunctis diebus suis. Venit autem Phul rex Assur in terrã, & dedit Menahem ipsi Phul argenti mille talenta, [b] ut ei suppetias ferret, ut confirmaret regnũ in manu eius. Emulgebat autem Menahem hoc argentum ex Israele, ex omnibus opulentis, ex singulis capitibus quinquaginta siclos argẽti, quod daret regi Assyrio: reuersusque est rex Assyrius, nec mansit illic in terra. Reliquum gestorũ Menahem, & quæ-

Menahem rex.

[b] Eb. Vt esset manus eius cum eo.

E cunque fecit, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Israelis? Dormiuit itaque Menahem cum patribus suis, & successit ei in regno Pekahia filius eius. Anno quinquagesimo Asariæ regis Iuda, regnauit Pekahia filius Menahem super Israelem in Samaria duobus annis. Et designauit malum coram oculis DOMINI, non recessit à peccatis Ieroboam filij Nebat, qui peccandi occasio fuit Israelitis. Coniurauit autem aduersus eum Pæka filius Romeliæ, qui erat triarius princeps eius, is percussit eum in Samaria in palatio ædis regiæ cum Argob & Ariæ, & cum eo erant quinquaginta uiri ex filijs Gileaditarum, & interfecit eum, regnauitque pro eo. Reliqua gestorũ Pekahiæ, & omnia quæ fecit, ecce hæc scripta

Moritur Manahem. Phaceia rex. *Phaceia occiditur.*

F sunt in libro annaliũ regum Israel. Anno quinquagesimosecundo Asariæ regis Iuda regnauit Pæka filius Romeliæ super Israelem in Samaria uiginti annis, & designauit malum in oculis DOMINI: non recessit à peccatis Ieroboam, qui Israelitis occasio peccandi fuerat. In diebus Pæka regis Israel uenit Tiglat Pileser rex Assyriorũ, & cepit Iion, Abel, Beth Maacha, Ianoah, Kædes, Hazor, Gilead & Galilam, atque uniuersam terram Naphtali, & transtulit eos in Assyrios. Et fecit coniurationem Hosea filius Ela aduersus Pæka filium Romeliæ, & percutiens eum, interfecit eum, regnauitque ipse pro eo, anno uidelicet uicesimo Iotham filij Vsiæ. Reliquum gestorum Pæka, & omnia quæ fecit, ecce hæc scripta sunt in li-

Phacee rex *Phacee occiditur. Osee rex.*

G bro annaliũ regũ Israelis. Anno secundo Pæka filij Romeliæ regis Israel regnare cœpit Iotham filius Vsiæ regis Iuda: uigintiquinque annos fuit natus quũ cœpisset regnare, & regnauit sedecim annis Hierosolymis: nomen matris eius fuit Ierusa filia Zadok. Is fecit quod rectum erat in oculis DOMINI, iuxta omnia quæ fecerat Vsias pater eius, ipse quoque fecit: ueruntamen excelsa non recesserãt, quin populus adhuc in excelsis sacrificaret & adoleret. Is quoque ædificauit portam domus DOMINI superiorem. Reliquum gestorum Iotham, & omnia quæ fecit, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Iuda? Sub idem tempus cœpit DOMINVS mittere in Iudam Rezin regem Syriæ, atque Pæka filium Romeliæ. Dormiuit uero Iotham cum patribus suis, & sepultus est iuxta patres suos in ciuitate Dauidis patris sui, regnauitque pro eo filius eius Ahas. CAP. XVI.

Iotham rex Iuda. *Iotham moritur.*

De regno

Digitized by Google

De regno Ahas & conatu regum qui contra Iudam bella moliebantur.

Achas rex 2.Par.28.a

ANno decimoseptimo Pæka filij Romeliæ regno inauguratus est Ahas filius Iotham regis Iuda: uiginti annos fuit natus Ahas quum regnare cœpisset, & regnauit sedecim annis in Ierusalē, & nihil fecit quod rectū esset in oculis DOMINI dei sui, quemadmodum [rectum fecerat] Dauid pater eius, sed ambulauit in uia regum Israelis: quin & filium suum traduxit per ignem iuxta abominationes gentium, quas excidit DOMINVS ante filios Israel. Sacrificauit præterea & adoleuit in excelsis & super colles, & sub omni arbore frondosa. A

Ierusalem obsidetur. Isa.7.a

Tunc ascendit Rezin rex Syriæ, & Pæka filius Romeliç rex Israel Hierosolyma, ut bellum gererent & obsiderent Ahas, sed non potuerunt eum expugnare. Eodem tempore recuperauit Rezin rex Syriæ Elath ipsis Assyrijs, & expulit Iudęos ex Elath, quin Syri uenientes in Eloth, habitauerunt illic usq; ad hæc tempora. B

Achas auxilia petit Assyriorū.

Tum Ahas legatos misit ad Tiglat Pileser regem Assyriorū hisce mandatis, Seruus tuus & filius tuus ego sum, ascende & assere me de manu regis Syriæ, & de manu regis Israelis, qui insurgunt contra me. Tollensq; Ahas argentum & aurū quod inueniebatur in æde DOMINI, & in thesauris domus regiæ, misit regi Assyriæ munus.

Translatio regni Syriaci in Assyrios. Damascus capitur.

Obsequutus est ergo ei rex Assyrius, & ascendit rex Assyrius cōtra Damascum: & quum eam cœpisset, transtulit eam in Kir, & interfecit ipsum Rezin. Profectus est autem rex Ahas obuiam ipsi Tiglat Pileser regi Assyrio in Damascum, illic uisa ara quæ erat in Damasco, misit rex Ahas ad Vriam sacerdotem similitudinem & deformationem illius aræ iuxta omnem fabrefactionem eius. C Vrias autē sacerdos extruxit aram iuxta omnia quæ miserat rex Ahas ex Damasco: sic inquā fecit Vrias sacerdos, donec ueniret rex Ahas ex Damasco.

Achas idololatra.

Veniens itaq; rex de Damasco, uidit aram, sacrificauitq; in ea. Incendit holocaustū suum, & cibarium sacrificium suum, fudit libamen suum, sparsitq; sanguinem gratulatoriorum sacrificiorum [a] iuxta aram. Altare quoq; æneum quod coram DOMINO erat, admouit extra faciem ædis inter altare & inter templum DOMINI, posuitq; illud ad latus aræ uersus Aquilonem. Et pręcipiens rex Ahas ipsi Vriæ sacerdoti, dixit, In ara magna incende holocaustum matutinum, & cibarium sacrificiū uespertinum, holocaustum quoq; regis, & cibarium eius sacrificiū, unà cum holocausto totius populi terrę, & cum cibario eorū sacrificio, & cum libaminibus eorum, & omnem sanguinem holocausti, atq; omnem sanguinem hostiæ sparges iuxta aram illam: de altari uero æneo ego curabo. D Fecit autē Vrias sacerdos iuxta omnia quæ prçceperat ei rex Ahas. Resecuit etiam rex Ahas abacos machinarum, & amouit ab eis labra, deinde deposuit lacum à bobus æneis qui erant subter ipsum, posuitq; ipsum super pauimentum lapideum. Pulpitum quoq; sabbati, quod ædificauerant in æde, & transitum regis exteriorem conuertit ad domum DOMINI in gratiam regis Assyrij.

Achas moritur.

Reliquum gestorū Ahas quę fecit, an non hçc scripta sunt in libro annaliū regum Iuda? Dormiuitq; Ahas cum patribus suis, & sepultus est iuxta patres suos in ciuitate Dauidis, regnoq; inauguratus est Ezechias filius eius pro eo.

[a] Quidam legunt, supra aram: quidam, ad aram.

CAP. XVII.

Capta Samaria à Salmanasar, Israel captiuus abducitur in Assyrios.

ANno duodecimo Ahas regis Iuda regnauit Hoseas filius Ela in Samaria super Israelem nouem annis, & designauit malū in oculis DOMINI, sed non sicut reges Israelis qui fuerunt ante eum. A

[Ho]see tributarius Assyriis.

Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorū, factusq; est ei Hoseas seruus, & pendit ei tributū. Deprehendit autem rex Assyrius coniurationē in Hosea, nam miserat legatos ad So regem Aegypti, nec pendebat quotannis tributum regi Assyrio: obsedit eum rex Assyrius, & uinctum eum coniecit in carcerem. Ascenditq; rex Assyrius contra omnem terram, & ascendens contra Samariam, oppugnauit eam tribus annis. Anno nono

[S]amaria capitur. [In]fra 18.c

Digitized by Google

Hoseæ cepit rex Assyrius Samariam, & transtulit Israelem in Assyrios, collocans
B eos in Hala & Habor iuxta fluuium Gosan, & in ciuitatibus Medorũ. Nam quũ
filij Israel peccarent DOMINO deo suo, qui eduxerat eos de terra Aegypti, de
manu Pharaonis regis Aegypti, & timerent deos alios, ambularent insuper in ce
remonijs, [a] statutis ac moribus gentium, quas eiecerat DOMINVS à facie filio
rum Israel, [& in institutis] regum Israelis quæ ipsi fecerant: quumq́ filij Israel
clam [b] uersarent animo res prauas contra DOMINVM deum suum, ut ædifica
rent sibi excelsa in omnibus ciuitatibus suis, siue turres essent quibus custodes ad
hibentur, siue urbes munitæ. Erigerent deniq; sibi statuas & lucos in omni colle
excelso, & subter omnem arborem frondosam, adolentes illic suffitum in omni-
bus excelsis ritu gentium quas DOMINVS transtulerat ante eos. [In summa,]
designarent res pessimas ad prouocandum DOMINVM, seruientes [[c] fœdissi-
mis] idolis, de quibus DOMINVS dixerat eis, Ne committatis [D] rem tam ne-
phariam. Quumq́ DOMINVS sancte obtestaretur Israelē & Iudam per [e]om Ierem. 25. B
nes prophetas, per omnes [inquam] uidentes, huiusmodi uerbis, Reuertimini
à uijs uestris malis, & custodite præcepta mea, & instituta mea, iuxta omnem le-
C gem quam præcepi patribus uestris, & quā misi ad uos per seruos meos prophe-
tas, noluerunt audire, sed indurarunt ceruicem suam, quemadmodum patres eo
rum ceruicem [indurauerant,] qui nunquam crediderunt DOMINO deo suo.
Auersati enim sunt statuta eius, & fœdus eius quod pepigerat cum patribus eo-
rum, & contestationes eius, quibus contestatus est erga illos, sectantes uanitatē,
unde & ipsi uani facti sunt, sectantes gentes quæ circa ipsos undiq; erant, quum
DOMINVS uetuisset, ne illarum ritu facerent, derelinquentes omnia præcepta
DOMINI dei sui, facientes sibi fusile, [nempe] duos uitulos, facientes & lucum, Vituli aurei.
adorantes cunctam militiam cœlorum, seruientesq́ ipsi Baal, traducentes insu-
per filios suos & filias suas per ignē, usi diuinationibus & ueneficijs, mancipan- Consecratio filiorũ.
tes se sceleribus perpetrandis in oculis DOMINI, ut ipsum ad iram prouocarēt: Diuinationes.
iratus uehementer DOMINVS contra Israelitas, eiecit eos à facie sua: nihil reli-
quum fuit præter solam tribum Iuda. Sed & Iuda non seruauit præcepta DO-
D MINI dei sui, sed ambulauerunt in moribus & institutis Israelitarum, quas illi fe
cerant. Fastidiuit ergo DOMINVS uniuersum semen Israelis, & adflixit eos, tra
diditq́ eos in manus diripientium, donec abijceret eos à cōspectu suo. Abscidit
enim [se] Israel à domo Dauidis, & constituerunt sibi regem Ieroboam filium 3. Reg. 12. c
Nebat, abstraxit autem Ieroboam Israelē, quo minus sequeretur DOMINVM, Ieroboam.
& fecit eos peccare peccatũ grande, & filij Israel ambulauerunt in omnibus pec-
catis Ieroboam quæ ille fecerat, nec recesserunt ab eis, donec amoueret DOMI-
NVS Israelem à conspectu suo, quemadmodum minitatus fuerat per omnes ser Ierem. 25. b
uos suos prophetas, translatusq́ est Israel de terra sua in Assyrios usq; in hodier-
num diem. Præterea adduxit rex Assyriorum [homines] de Babel, de Chutta, de
Aua, de Hemath, & de Sepharuaim, & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ lo-
co filiorũ Israel qui possederunt Samariam, & habitauerunt in ciuitatibus eius.
Factũ est autem principio quum illic habitare cœpissent, ut non timerent DOMI
B NVM, mitteretq́ DOMINVS leones in eos, qui eos occidebant. Dixerunt ergo
ad regē Assyrium, Gentes illæ quas transtulisti & collocasti in ciuitatibus Sama-
riæ, non nouerunt ritum deorum huius terræ: & immisit in eos leones, & en in-
terficiunt eos, eo quod ignorant ritũ deorum huius terræ. Præcepit ergo rex Assy
rius hisce mandatis, Adducite illuc aliquem ex sacerdotibus quos inde transtuli-
stis, qui ueniant & habitent illic, & doceant eos ritum deorũ huius terræ. Venit
itaque quidam ex sacerdotibus quos transtulerant de Samaria, & habitauit in
Beth El, docebatq́ eos qualiter timerent DOMINVM. Fecerunt uero singulæ
gentes

a Hukoth hæc omnia significat.

b Vel, absconderunt res prauas quæ rectæ & firmæ non erant, ac si deus non uideret omnia.

c Gillulim sordes sunt stercora, hic & aliàs sæpe pro idolis ponuntur.

d Ebr. Rem istam.

e Ebr. In manu prophetarum.

Digitized by Google

gentes sibi deos suos, & reposuerunt in templis excelsorum quæ fecerant Samaritæ, singulæ gentes in ciuitatibus suis in quibus habitabant. Qui ex Babel f erāt, [fecerunt sibi] Succoth Benoth, & uiri qui ex Chut uenerant fecerūt Nergal, uiri ex Hemath fecerunt Asima, Auitæ fecerunt Nibhaz & Tharthak, & Sepharuitæ cōburebant filios suos igne ipsi Adramelech & Anamelech dijs Sepharuaim. Timebāt itaq; DOMINVM, & ordinarūt sibi ex obscuris hominibus qui inter eos erant sacerdotes excelsorū, qui illis in phanis g excelsorū sacrificarent. Et DOMINVM quidē metuebant, deos uero suos coluerunt iuxta ritum gentiū quæ illos illinc transtulerant. Vnde etiamnum hodie iuxta pristinos ritus faciunt, ut neque DOMINVM timeant, neq; suos ipsorū ritus & ceremonias obseruent, neq; agāt secundū legē & præcepta, quæ mandauerat DOMINVS filijs Iaacob, cui nomē dedit Israeli. Pepigerat quidem DOMINVS cum eis fœdus, præceperatq; eis dicens, Ne timueritis alios deos, neq; adoretis eos, ne colatis eos, neque sacrificetis eis, sed DOMINVM, qui eduxit uos de terra Aegypti magna uirtute & brachio extento, hunc timete, hunc adorate, huic sacrificate. Statuta, iudicia, legem & præcepta quæ præscripsit uobis seruate, ut faciatis [ea] cunctis diebus, neq; timueritis deos alios. Insuper & fœdus quod excidi uobiscum, ne obliuiscamini, neq; deos alios timueritis, quin DOMINVM deum uestrū timete, ipse liberabit uos de manu omniū inimicorū uestrorū. At illi non obtemperarunt, sed iuxta pristinā consuetudinem suam egerunt. Gentes itaq; illæ timuerūt DOMINVM, & simul seruierunt sculptilibus suis, filij eorum & nepotes eorum haud secus fecerūt quàm patres eorum, sic quoq; faciunt in hunc usq; diem.

Gentiū dij multi. — Deo & dæmonibus seruiunt. Gen. 32. f — Deus solus adorādus. — Fœdus dei cogitandū.

f Ebr. Viri Babel.

g Ebr. Qui essent faciētes: ubi facere p sacrificare ponitur. Cum faciā uitulam pro frugibus, &c.

F G

CAP. XVIII.

De regno Ezechiæ, de Sanherib quomodo oppugnarit urbem, & de impia legatorū eius oratione.

FActum est autē anno tertio Hoseæ filij Ela regis Israelis, ut regno inauguretur Ezechias filius Ahas regis Iuda: uigintiquinq; annos natus erat quum cœpisset regnare, regnauitq; uigintinouem annis in Ierusalem. Nomen matris eius fuit Abi, quæ filia fuit Zachariæ. Fecit autem quod rectū erat in oculis DOMINI, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Is sustulit excelsa, confregit statuas, succidit lucos, contriuit deniq; serpentem æneum quem fecerat Moses, nam ad hæc usq; tempora adolebant ei filij Israelis, & [a] uocatū fuit nomen eius [b] Nehustan. Fiduciam collocauit in DOMINO deo Israelis: non fuit eius similis ante eum nec post eum in omnibus regibus Iuda. Adhærebat enim DOMINO, nec deflexit ab eo, seruans præcepta quæ mandauit DOMINVS Mosi. Et fuit DOMINVS cum eo, ut prospere ageret in omnibus ad quæ egrediebatur. Rebellis fuit regi Assyrio, & non seruiuit ei. Percussit quoq; Palestinos usq; Gasa & terminos eius, siue turres essent quibus custodes adhibentur, siue urbes munitæ. Factum est ergo anno quarto regis Ezechiæ, is est annus septimus Hoseæ filij Ela regis Israel, ut ascenderet Salmanasar rex Assyriorum contra Samariā, & oppugnaret eam, ceperūtq; eam, exactis tribus annis: anno scilicet sexto Ezechiæ, qui nonus est annus Hoseæ regis Israelis, capta est Samaria. Transtulit autem rex Assyrius Israelem in Assyrios, collocauitq; eos in Hala & Habor iuxta fluuiū Gosan, & in ciuitates Medorum, eo quod non audierant uocem DOMINI dei sui, sed transgressi sunt fœdus eius, & cuncta quæ præcepit Moses famulus DOMINI nec audierunt, nec fecerūt. Anno igitur decimoquarto regis Ezechiæ ascendit Sanherib rex Assyrius contra omnes ciuitates munitas, & cepit eas. Misitq; Ezechias rex Iuda ad regem Assyrium in Lachis huiusmodi mandatis, Peccaui, reuertere à me, & quæcunq; mihi imposueris, feram. Imposuit ergo rex Assyriorum Ezechiæ regi Iuda trecenta talenta argenti, & auri triginta talenta. Dedit itaq; Ezechias omne argentum quod inueniebatur in æde DOMINI, & in the-

Ezechias rex. 2. Par. 29. a — Num. 21. c — Ezechiæ laus. — Sup. 17. a — Translatio Israelis in Assyrios. — 2. Par. 32. a Isa. 36. a Eccli. 48. c

a Ebr. Vocauit, rex uel populus, uel impersonaliter. b Nehustan, ac si dicas æreolum.

A B C

sauris domus regis. Eodem tempore expoliauit Ezechias ianuas templi DOMINI & [c] postes, quos obduxerat Ezechias rex Iuda, & dedit ea regi Assyriorum. Tum misit rex Assyrius Thartan, Rab Saris, & Rab Sake de Lachis ad regem

D Ezechiam cum exercitu graui contra Ierusalem: qui ascendentes uenerunt Hierosolyma. Ascendentes autem uenerunt & constiterunt ad aquæductum piscinæ superioris, qui est in uia agri fullonis. Et quum clamassent ad regẽ, egressus est ad eos Eliakim filius Hilkiæ, qui erat præfectus prætorio, Sobna scriba, atque Ioah filius Asaph à commentarijs. Tum dixit ad eos Rabsake, Dicite quæso Ezechiæ, Sic dicit rex magnus, rex nempe Assyriorum, Quæ tandem est hæc fidutia qua tu fidis? Dicis, certe uerbis labiorum, at consilio & fortitudine [opus erit] gerendo bello: quo itaque nunc confidis quod à me defecisti? An niteris fulcro isto arundineo confracto, nempe Aegyptio: cui si quispiam innixus fuerit, manum eius penetrat, & eam perforat? Talis est Pharao rex Aegypti omnibus qui illo ni

E tuntur. Quod si mihi dixeritis, Nos fidimus DOMINO deo nostro. An non is est, cuius excelsa atque aras sustulit Ezechias? & dixit ad Iudam & ad Ierusalem, Coram altari isto adorabitis Hierosolymis. Sed nunc quæso obsides da domino meo regi Assyrio, daboque ego tibi equorum duo millia, num tu illis equites imponere poteris? Quomodo ergo retundes faciẽ unius ducis uel minimi inter seruos domini mei, ut fidas Aegyptijs propter currus & equites? Num uero [d] citra consilium & iussum DOMINI hunc in locum, ut eum uastem, ascendi? Quin DOMINVS dixit ad me, Ascende in hanc terram, & uasta eam. Tum dixit Eliakim filius Hilkiæ, Sobna, & Ioah ad Rabsake, Loquere quæso ad seruos tuos

F Syriace, nam [e] callemus nos, nec loquaris nobiscum Iudaice, ut populus iste audiat qui in muris est. Dixitque ad eos Rabsake, Num ad dominum tuum & ad te misit me dominus meus, ut hæc uerba loquerer? an non potius ad miseros istos qui in muris excubant, quo minus stercora sua edere, & urinam suam uobiscum bibere cogantur? Stans itaque Rabsake, clamauit uoce magna Iudaice, loquutusque est hisce uerbis, Audite uerbum regis magni, regis Assyrij: sic dicit rex, Ne imponat uobis Ezechias, quoniã non poterit uos asserere de manu mea: nec est ut uos Ezechias fidere iubeat DOMINO, dicens, Indubie liberabit nos DOMINVS, ne tradatur urbs ista in potestatem regis Assyrij: nolite audire Ezechiam, quoniã sic pollicetur rex Assur, Si mihi [f] obsequuti fueritis, ut exeatis ad me, comedet quisque de uite sua, & de ficu sua, & bibet quisque aquas putei sui, donec ueniam & abducam uos ad terram quæ uestræ terræ similis est, terram quæ habet frumentũ

G & uinum, terram quæ habet panem & uineas, terram quæ habet oleas, oleum & mel, ut uiuatis & non moriamini. Ne audiatis Ezechiam, quoniam seducit uos quum dicit, DOMINVS liberabit nos. Num liberando liberauerunt dij gentiũ, quisque terram suam de manu regis Assyrij? Vbi est deus Hamath & Arphad? Vbi est deus Sepharuaim, Hena, & Iua? potuerúntne isti liberare Samariam de manu mea? Aut quis est ex omnibus dijs nationum, qui regionem suam de manu mea asserere potuerit, quod DOMINVS liberaret Ierusalem de manu mea? Tacuit autem populus, nec responderunt ei uerbum: præceptum enim regis erat, qui dixerat, Ne respondeatis ei. Venit autem Eliakim filius Hilkiæ, qui erat præfectus prætorio, Sobna scriba, & Ioah filius Asaph à commentarijs ad Ezechiam, scissis uestibus, & commemorarunt ei uerba Rabsake.

CAP. XIX.

Qualiter se gesserit Ezechias in ista obsessione, & quomodo soluta sit.

A ET factum est, ut rex Ezechias, audito [hoc sermone,] scinderet uestimẽta sua, & operiret se sacco, ingrederetúrque ædem DOMINI. Misit interim Eliakim qui erat præfectus prætorio, Sobnam scribam, & seniores sacerdotum indutos saccis ad Iesaiam prophetã filium Amoz, qui dicerent ad eum, Sic dicit Ezechias,

Hæc

[c] Alij legunt, superliminaria: alij, laminas.

Minæ Sennacherib.

Blasphemiæ.

[d] Ebr. Nũc nũ absque domino ascendi?

[e] Eb. Nam audimus nos. Audire pro intelligere.

[f] Ebr. Facite mecum benedictionem, & exite.

Blasphemia in deum.

Isa. 37. a

Digitized by Google

Hæc dies est dies angustiæ, correptionis & irritationis, ut quum fœtus ad procin-
ctum partus uenit, & parientem uis enitendi deficit. Nimirum audiuit DOMI-
NVS deus tuus uerba Rabsake, quem rex Assyriorum, dominus eius, misit, ut
probra iaceret in deum uiuentem, & criminaretur uerbis, quæ audiuit DOMI-
NVS deus tuus. Tu ergo intendes orationẽ pro reliquijs quæ adhuc supersunt.
Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Iesaiam. Quibus Iesaias respondit, Sic dice- B
tis ad dominum uestrũ, Sic dicit DOMINVS, Ne timeas propter uerba quæ au-
diuisti, quibus contra me serui regis Assyrij contumeliose loquuti sunt. Ecce ego
mittam in eum [a] uentum, cuius sonitum protinus ut audierit, reuertetur in terrã
suam: ego uero curabo ut in terra sua gladio corruat. Rabsaces autẽ reuersus, of-
fendebat regem Assyriorum oppugnantem Lobnam, resciuerat enim quod à La-
chis profectus esset. Rumor enim erat de Tharhaka rege Aethiopum, quod pro-
fectus esset ad pugnandum contra eum: quem quum audisset, misit alios legatos
ad Ezechiam cum hisce mandatis. Sic referetis Ezechiæ regi Iudæ, Ne te seducat

Blasphemia Senacherib.

deus tuus, quo tu fidis, ut dicas, Ierusalẽ non tradetur in potestatem Assyriorũ, tu
enim audiuisti quæ nam fecerint reges Assyriorũ omnibus nationibus eas excin- C
dendo, & tu euaderes? Num liberarunt dij gentium eas quas expugnauerũt ma-
iores mei? Gosan, Haran, Rezeph, & filios Eden qui erant in Thalassar? Vbi est
rex Hamath, rex Arphad, rex ciuitatis Sepharuaim, Hena, & Aua? Accepit ergo
Ezechias epistolam de manu legatorum, & quum legisset eam, ascẽdit in ædem
DOMINI, & expandit eam Ezechias coram DOMINO, orauitq́ Ezechias co-
ram DOMINO in hunc modum, DOMINE deus Israelis, qui Cherubim inha-
bitas, tu solus deus es omnium regnorum terræ, tu enim fecisti cœlum & terram,
præbe DOMINE aurẽ tuam & ausculta, aperi DOMINE oculos tuos & inspi-
ce, & expende uerba Sanherib, qui legatione missa probra iecit in deũ uiuentem.
Equidem uerũ esse agnosco DOMINE, q̃ reges Assyrij uastauerint gentes & re-
giones earũ, quodq́ deos eorũ igni tradiderint: quandoquidẽ isti non erant dij,
sed opus manuum humanarũ è ligno aut lapide, unde & perdiderunt eos. Nunc D
ergo DOMINE deus noster, serua nos quæso de manu eius, ut cognoscant om-

Consolatio regis per prophetã.

nia regna terræ te solum esse DOMINVM deum. Misit autẽ Iesaias filius Amoz
ad Ezechiam [nuncios] cum huiusmodi mandato, Sic dicit DOMINVS deus Is-
raelis, Ea quæ orando petiuisti à me super Sanherib rege Assyriorum, audiui: &
hoc est uerbum quod DOMINVS contra eum respondet, [b] Contempsit ac sub-
sannauit te [ô rex] uirgo filia Zion, post te caput mouit filia Ierusalẽ. Tu uero cui
opprobrasti? cui maledixisti? in quem edidisti uocem? contra quem sustulisti [c] fa-
stum oculorum tuorũ? contra sanctum Israelis. Missis enim legatis tuis cõtume-
lias iecisti in dominũ, & dixisti, Copia equitatus mei in iuga montiũ ascendam, E
ad latera uidelicet Libani, & succidã excelsa cedrorum eius, electas pinus eius, in-
troibo in habitaculũ summitatis eius, ad saltum agrorum eius cultorum. Ego fo-
diam & bibã aquas alienas, & exiccabo plantis pedũ meorum omnes riuos qui
pro munitione sunt. An non audiuisti q̃ hoc [negotiũ] iam olim fecerim, retroq́
temporibus formauerim illud: iam uero adduco illud, nempe ut uastẽ urbes mu-
nitas, & redigam eas in aceruos & ruinas, quarum habitatores ut manci trepida-
bunt, ac erubescẽt, similes erunt gramini agri, oleri uiridi, & fœno tectorũ, quod
antequam enascatur, plærunq; exaret. Ego conuersationem tuam, ego profectio- F
nem tuam, & reditum tuum noui, atque furorem tuum contra me. Quandoqui-
dem ergo furis contra me, ascendit secura opulentia tua in aures meas, & ob id
inferam hamum naribus tuis, & lupatum meum in labra tua, quo te retro agam

Signum uictoriæ.

ea uia qua uenisti. Et hoc sit tibi [ô Ezechia] signũ, hoc anno comedes reposita,
proximo anno quæ sponte nascẽtur, tertio uero anno sementẽ facietis et metetis,

[a] Alij legunt, spiritum.

Mutata sunt hic quædam, sed citra sensus iacturam.

[b] Alij hæc uerba ad regẽ referũt, sed uerba sunt fœminina.

[c] Eb. Altitudinẽ oculorum.

Digitized by Google

uineas quoque plantabitis, & fructũ earum edetis. Rursumque in unũ coibit quod euadet de domo Iuda, iactaque deorsum radice quod reliquũ est fructum sursum reddet. Quoniam prodibunt reliquiæ de Ierusalem, & seruati de monte Zion.

G Hæc faciet zelus DOMINI exercituum. Propterea sic promittit DOMINVS de rege Assyriorum, Nequaquam ingredietur in urbem istam, neque spiculum huc iaculabitur, non occurret ei clypeus, neque excitabitur contra eam agger: ea uia qua uenit, redibit, & in istam urbem non introibit, dicit DOMINVS. Propugnabo enim ut seruem urbem istam, propter meipsum, & propter Dauid seruũ meum. Egressus itaque eadem nocte angelus DOMINI, percussit in castris Assyriorum centena octogintaquinque millia: quumque mane surgerent, ecce omnes iacebant mortui. Soluit ergo isthinc, & abijt Sanherib rex Assyriorum, & mansit in Niniue. Factum est autem, quum aliquando adoraret in æde Nisroch dei sui, ut Adramælech, & Saræzer filij eius ipsum trucidarent gladio, & confugerent in terram Ararat, regnaretque Esarhadon filius eius pro eo.

Occisorum numerus. Isa.37.g Eccli 48.d 1. Mac.7.d 2. Mac.8.d Senacherib à filijs occiditur.

CAP. XX.

Ezechiæ letali morbo correpto uita prorogatur, ostendit gentili regi thesauros, & offendit dominum.

A QVodam tempore ægrotabat Ezechias letaliter, ueniebat ergo ad eum Iesaias filius Amoz propheta, & dicebat ad eũ, Sic dicit DOMINVS, Manda domui tuæ, morieris enim & non uiues. Vertebat ergo [Ezechias] faciem suam ad parietem, & orans ad DOMINVM, dixit, Memento quæso DOMINE, quod ambulaui coram te in fide, & integro corde, & quæ tibi placent feci. Fleuitque Ezechias magno fletu. Antequã uero Iesaias egressus esset [a] medium atrij, factus est sermo DOMINI ad Iesaiam in hunc modum, Reuertere, et dicito ad Ezechiam principẽ populi mei, Sic dicit DOMINVS deus Dauid patris tui, Exaudiui precationem tuam, uidi lachrymas tuas, ecce ego te sanabo, ut

B tertio die ascensurus sis in ædem DOMINI. Addam ad dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorum liberabo te & urbem hanc, & protegã urbem istam propter me, & propter Dauidem seruum meum. Et ait Iesaias, Accipite massam ficuum: quam captam posuerunt super ulcus, & conualuit. Dixit autem Ezechias ad Iesaiam, Quod nam signum erit quod DOMINVS sanaturus sit me? & quod sim tertio die ascensurus in ædẽ DOMINI? Respondit Iesaias, Hoc erit tibi signum à DOMINO, quod facturus sit rem istam DOMINVS quam promisit, [b] Visne ut umbra decem gradibus progrediatur, an ut decem gradibus retrogrediatur? Respondit Ezechias, Facile fit ut declinet umbra decem gradibus, at non ut retrocedat decẽ gradibus. Clamauit itaque Iesaias propheta ad DOMI-

C NVM, & retraxit umbram per gradus quibus descenderat in hora Achas retro decem gradibus. Eodem tempore misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniæ literas & donarium ad Ezechiam, audierat enim quod ægrotasset Ezechias. Et [c] lætatus est Ezechias super illis, & ostendit eis omnes cellas aromatum, argenti, auri, odorum, ungentorum optimorum, uniuersum armamentarium suum, & quidquid erat in thesauris suis: nihil erat quod non ostenderet eis Ezechias, cum domi suæ, tum per omne regnum suum. Venit autem Iesaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ad eum, Quid dixerunt uiri illi? aut unde uenerunt ad te? Cui respondit Ezechias, De terra longinqua uenerunt ad me à Babylone. Tum ille rursum dixit, Quid inspexerunt domi tuæ? Respondit Ezechias, Quidquid est domi meæ inspexerunt, nihil est in thesauris meis quod non

D ostenderim eis. Tunc dixit Iesaias ad Ezechiam, Audi uerbum DOMINI, Ecce uenient dies, ut Babylonem auferatur quidquid est domi tuæ, & quidquid reposuerunt patres tui usque ad hunc diem, nec quidquam fiet reliquum, ait DOMINVS. Quin & ex filijs tuis qui ex te prodibunt, quosque generabis, auferent,

& erunt

2. Par.32.d Isa.38.a Eccli 48.d

Oratio Ezechiæ.

Isa.39.a

Ezechias ab Esaia increpatur.

[a] Ebr. Mediũ urbis.

[b] Potest etiam sic legi, Vmbra progressa est decem gradibus, uis ne ut retrocedat?

[c] Ebr. ad uerbum habent, Et audiuit eos Ezechias, obsequẽs scilicet eis, & plausibiliter excipiens.

Digitized by Google

& erunt eunuchi in aula regis Babylonij. Dixit autem Ezechias ad Iesaiam, Bene uerba consilium DOMINI quod exposuisti, & dixit, Modo pacatæ sint atque tutæ res diebus meis. Reliquum gestorum Ezechiæ, & omne robur eius, & quod fecerit piscinam & aquæductum, introduxeritque aquas in ciuitatem, an non hæc
zechias scripta sunt in libro annalium regum Iuda? Dormiuitque Ezechias cum patribus
oritur. suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo. CAP. XXI.

De regno impij regis Manasse.

DVodecim annos natus fuit Manasses quum inauguraretur regno, regnauitque A
Par.33.a quinquagintaquinque annis in Ierusalem. Nomen matris eius fuit Hephziba. Designauit autem quod displicuit DOMINO iuxta abominationes gentium, quas eiecerat DOMINVS ante filios Israel. Nam uersus extruxit excelsa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius, & erexit aras ipsi Baal, fecit lucum quemadmo
eg.7.b dum fecerat Ahab rex Israelis, adorauit omnem exercitum cœli, & coluit illa. Aedificauit quoque altaria in æde DOMINI, de qua dixerat DOMINVS, In Ierusalem ponam nomen meum. Extruxit insuper aras pro omni militia cœli in duobus atrijs domus DOMINI, traduxit filium suum per ignem, uacabat arti ariolandi & augurijs, instituit pythones & diuinos, & ingentia mala designauit in oculis DO
8.7.b MINI, ut illum ad iram concitaret. Posuit sculptile luci quem fecerat, in domo de B
8.8.b qua dixerat DOMINVS ad Dauidem, & ad Salomonem filium eius, In domo ista & in Ierusalem quam elegi ex omnibus tribubus Israelis, ponam nomen meum perpetuo. Nec ultra sinam ut Israel emigret ex hac terra quam tradidi patribus eorum, modo custodiant & faciant iuxta omnia ea quæ præcepi eis, & iuxta uniuersam legem quam mandauit eis seruus meus Moses. At illi non audierunt, nam seduxit eos Manasses, ut facerent peiora quam gentes quas deleuit DOMINVS à facie filiorum Israel.
L.15.a Et loquutus est DOMINVS per seruos suos prophetas in hanc sententiam, Eo quod Manasses rex Iuda fecit abominationes istas, & in his omnibus malitia superauit Amorræos qui ante eum fuerunt, quodque effecit ut Iuda peccaret idolis suis, idcirco sic dicit DOMINVS deus Israelis, Ecce ego adduco malum super Ierusalem & Iudam, ut ei qui illud audierit, ambæ aures eius tinniant. Et extendam super Ierusalem re C
gulam Samariæ, & pondus domus Ahab, & detergam Ierusalem, quemadmodum quis patinam detergit, & eam uertit. Deseram reliquias hæreditatis meæ, & tradam eas in manum hostium ipsorum, & patebunt direptioni & depopulationi omnium hostium suorum, eo quod malum designarint in oculis meis, & quod irritauerint me, ab eo die quo egressi sunt patres eorum de Aegypto usque in hunc diem. Sed & sanguinis innoxij plurimum fudit Manasses, donec impleret Ierusalem [a] ad summum usque, supra pecca a Eb. Ore ad os, uel undique.
tum quo peccare fecit Iudam, ut faceret malum in oculis DOMINI. Reliqua gestorum Manassis, & omnia quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit, an non hæc scri
sses pta sunt in libro annalium regum Iuda? Dormiuitque Manasses cum patribus suis,
ur. & sepultus est in horto domus suæ, in horto Vsæ, regnoque inauguratus est Amon
n re filius eius pro eo. Vigintiduos annos natus erat Amon quum regno fuit inaugu D
ratus, & regnauit duobus annis in Ierusalem: fuitque nomen matris eius Mesullæmeth filia Haruz de Iotba. Designauit autem malitiam in oculis DOMINI, sicut fecerat Manasses pater eius. Ambulauitque in omni uia in qua ambulauit pater eius, colens idola quæ & pater eius coluerat adorauerat que. Et dereliquit DOMINVM
occi deum patrum suorum, & non ambulauit in uia DOMINI. Conspirantesque contra eum serui Amon, interfecerunt regem in domo sua. Et percussit populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon, & constituit populus terræ regem Iosiam filium eius pro eo. Reliquum gestorum Amon quæ fecit, an non hæc scripta sunt in libro annalium regum Iuda? Sepeliuit autem eum [populus] in sepulchro suo in horto Vsæ, & regnauit Iosias filius eius pro eo. CAP. XXII.

Digitized by Google

De regno pijßimi & integerrimi regis Iosiæ.

A OCto annos natus fuit Iosias quũ regno inauguraretur, regnauitq; triginta annis & uno in Ierusalẽ. Nomen matris eius fuit Iedida, quæ filia fuit Adaia de Bozkath. Hic fecit quod rectũ erat in oculis DOMINI, ambulauitq; in omni uia Dauid patris sui: non recessit neq; ad dextrã neq; ad sinistram. Factumq; est in anno decimooctauo regis Iosiæ, ut mitteret rex Saphan filiũ Azaliæ filij Mesullam scribã in domo DOMINI huiusmodi mandato, Ascende ad Hilkiam sacerdotem magnum, ut in summã redigant pecuniam quę illata est in domũ DOMINI, quã collegerunt custodes liminis à populo, deniq; eam in manus eorum qui opus faciunt, quiq; constituti sunt super domum DOMINI, ut dantq; eam ijs qui faciunt opus in domo DOMINI, ad instauranda sarta tecta templi, fabris nempe [lignarijs,] structoribus, & murarijs, ad comparandũ ligna B & lapides scalptos, ad instaurandũ templum. Veruntamen nõ exigatur ratio ab illis, in quorũ manus pecuniæ illæ dantur, sed bona fide agant. Dixit aũt Hilkias sacerdos summus ad Saphan scribam, Codicem legis inueni in domo DOMINI. Tradiditq; Hilkias codicem illũ ipsi Saphan, ut eum legeret. Veniẽs autem Saphan scriba ad regem, retulit ad regem hoc negotiũ, & ait, Ordinarunt serui tui pecuniã quæ inuenta est in templo, & tradiderunt eam in manum eorũ qui opus faciũt præfectis ædi DOMINI: indicauit quoq; Saphan scriba regi, dicẽs, Hilkia sacerdos dedit mihi codicem, legitq; in eo Saphan corã rege. Et factum est, quum audisset rex uerba codicis legis, scidit uestimenta sua. Et mandauit rex ipsi Hilkiæ sacerdoti, Ahikam filio Saphan, Achbor filio Michę, & Saphan scri C bæ, atq; Asaiæ ministro regio, dicens, Ite, & sciscitamini DOMINVM pro me, pro populo, & pro uniuerso Iuda de uerbis huius codicis inuenti, quoniam furor DOMINI magnus succensus est in nos, q; patres nostri nõ audierint uerba codicis huius, ut facerent iuxta omne illud quod scriptũ est nobis. Abijt itaq; Hilkias sacerdos, Ahikam, Achbor, Saphan, atq; Asaia ad Huldã prophetissam uxorem Sallum filij Tikua, filij Harham custodis uestium, quæ habitabat Hierosolymis in altera parte, & loquuti sunt cum ea. Quæ dixit ad eos, Sic dixit DOMINVS deus Israelis, Dicite uiro qui uos ad me misit, Sic dixit DOMINVS, Ecce ego adduco calamitatem super locũ istum, & super eos qui eum inhabitãt, nempe omnia uerba huius codicis quem legit rex Iuda, eo q; dereliquerũt me, & thus D incenderunt dijs alijs, ut irritarent me in omni opere manuum suarũ, & accendetur furor meus cõtra locũ istum, & non [a]extinguetur. Porrò ad regem Iuda, qui misit uos ut cõsuleretis DOMINVM, sic [b]dicetis, Sic dicit DOMINVS deus Israelis, Quandoquidẽ propter uerba quæ audisti emollitũ est cor tuum, & humilis factus es corã DOMINO, quando audiuisti quæ minatus sum cõtra locum istũ, & contra habitatores eius, ut fierent in desolationẽ & execrationem, & cõcidisti uestimenta tua, fleuistiq; coram facie mea, en & ego exaudiui, dicit DOMINVS. Idcirco ecce ego colligã te ad patres tuos, & tu colligêris ad sepulchra tua in pace, ut oculi tui non uideant uniuersum malum quod ego adduco super locum istum. Hi uero hanc responsionem retulerunt regi. CAP. XXIII.

Iosias rex. 2. Par. 34. a

Templi instauratio.

Deuteronomion inuenitur.

Hulda prophetissa.

Iosias fidelis exauditur.

a Extinguetur commode dixi, licet Ebræi neutrum habeant, ut Germani, wirt nit löschen.
b Ebr. Ad eum: q̃d omisi propter cacophoniam uitãdam.

Curat rex Iosias ut liber fœderis legatur & omnibus innotescat, utq; uera religio & uerus dei cultus instauretur.

A CVmq; rex misisset, congregati sunt ad eum omnes seniores Iuda & Ierusalem. Ascendit aũt rex in ædem DOMINI, unà cum omnibus uiris Iuda, & cunctis habitatoribus Ierusalẽ, cum sacerdotibus & cum prophetis & omni populo, à minore ad maiorem usq;, legitq; audietibus ipsis omnia uerba libri fœderis, qui repertus fuerat in æde DOMINI. Et rex stans iuxta columnã, pepigit fœdus coram DOMINO, nẽpe ut ambularent post DOMINVM, & obseruarent

2. Par. 34

præcepta

Digitized by Google

præcepta eius, testimonia eius, atque statuta eius, toto corde, totaque anima, ut rata haberent uerba fœderis huius quæ scripta erant in libro illo, [a]stabatque uniuersus populus in fœdus illud. Præcepit insuper rex Hilkiæ sacerdoti magno, & sacerdotibus posterioris ordinis, atque custodibus liminis, ut efferrent †ex templo DOMINI cuncta uasa quæ facta fuerant ipsi Baal, lucis, & uniuersæ militiæ cœli, & cõbussit ea foris extra Ierusalẽ in cãpis Kidron, tulitque puluerẽ eorum in Beth El. Aboleuit quoque [b]Kamurim quos fundauerãt reges Iuda, ut thura incenderẽt in excelsis & ciuitatibus Iuda circũeuntes Ierusalem: simulque eos qui adolebãt ipsi Baal, soli, lunæ, influentijs, & omni militiæ cœli. Eiecit quoque lucũ de domo DOMINI extra Ierusalẽ ad torrentẽ Kidron, & cõbussit eum [ibi] ad torrentem Kidron, cõminuitque in puluerem, & proiecit puluerẽ eius super sepulchra filiorum populi. Diruit deinde domos catamitorum quæ erant iuxta domũ DOMINI, ubi mulieres texebant domũculas ipsi luco. Et adduxit omnes sacerdotes ex ciuitatibus Iuda, & cõtaminauit excelsa ubi sacerdotes adoleuerant, à Geba usque ad Beer Seba, & diruit excelsa portarum, quæ erant ad ostiũ portæ Iehosua præfecti urbis, quæ ad sinistrã erant cuique in porta ciuitatis. Veruntamen nõ ascenderant sacerdotes excelsorum ad aram DOMINI in Ierusalem, sed comedebant placentas infermentatas inter fratres suos. Porrò & Tophet prophanauit quod est in ualle filiorum Hinnom, ne quis traduceret filium suum aut filiã suam per ignem ipsi Moloch. Aboleuit denique equos quos dederãt reges Iuda soli in introitu tẽpli DOMINI, iuxta cœnaculũ Nethan Melech eunuchi qui erat in [c]Paruarim: etiã quadrigas solis igne cõbussit. Sed & altaria quæ erant super tectũ cœnaculi Ahas, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atrijs domus DOMINI confregit rex, & currens inde proiecit puluerẽ in torrentẽ Kidron. Excelsa quoque quæ erant è regione Ierusalẽ ad dextrã montis uastationis, q̃ ædificauerat Solomon rex Israelis ipsi Asthoreth [d]idolo Zidoniorum, et ipsi Chamos idolo Moab, & ipsi Milchom idolo filiorum Ammon prophanauit rex, cõfregitque statuas, & succidit lucos, & impleuit locum eorum ossibus humanis. Sed & †altare quod erat in Beth El, & excelsum q̃d fecerat Ieroboam filius Nebat, q Israelitis occasio peccandi fuit: altare inquã illud & excelsum confregit, & combussit excelsum, comminuitque in puluerem, & succendit lucũ. Versus aũt Iosias uidit sepulchra quæ illic erant in monte, mittensque tulit ossa de sepulchris, & cõcremauit [ea] super altari, ut prophanaret illud iuxta uerbũ DOMINI q̃d prædixerat uir dei, qui uerba illa prædicauerat. Dixit enim, Quæ hæc statua quã ego uideo? Responderũt ei ciues urbis, Sepulchrũ est uiri dei, qui uenit de Iuda, & prædicauit hæc uerba quæ fecisti super arã Beth El. Qui ait, Sinite eum quiescere, nemo loco moueat ossa eius. Ita seruata sunt ossa eius cũ ossibus prophetæ qui de Samaria uenerat. Omnes denique domos excelsorum quæ erãt in ciuitatibus Samariæ, quas fecerãt reges Israelis, ad irritãdum [DOMINUM,] abstulit Iosias, fecitque eis queadmodũ fecerat omnibus in Beth El. Et mactauit cunctos secerdotes excelsorum qui erãt ibidem super altaribus, atque cõbussit ossa humana super illis, reuersusque est Hierosolyma. Et præcepit rex uniuerso populo, dicens, Celebrate Passah DOMINO deo uestro, secundũ quod scriptum est in libro fœderis huius. Nec fuit tale Passah à diebus Iudicũ qui iudicauerunt Israelem, & cunctis diebus regum Israelis, atque regum Iuda. Anno decimooctauo regis Iosiæ factũ est Passah illud DOMINO in Ierusalem. Sed & pythones, magos, imagines, idola, atque cunctas abominationes quæ conspiciebãtur in terra Iuda & in Ierusalẽ expurgauit Iosias, ut rata haberet uerba legis quæ scripta erãt in codice, quẽ repererat Hilkias sacerdos in domo DOMINI. Ante eum nõ fuit talis rex, q cõuersus fuerit ad DOMINUM toto corde suo, tota anima sua, totisque uiribus suis iuxta uniuersam legẽ Mosis,

[Margin, left: Ezech 49.a; Baal. Sol. Luna. Lucus.; Excelsa.; Tophet.; Solis currus.; Aræ idolorum.; 3.Reg. 11.b; 3.Reg. 12.; Ossa mortuorum.; 3.Reg. 13.a; Occidit sacerdotes excelsorum.; Phase celebratur.; 2.Par. 35.a; 3.Esd. 1.a; Pythones. Arioli.; Iosiæ laus.]

[Margin, right: B; C; D; E; F]

[a] Seu, Steterunt in fœdere.

[b] Kamurim ab ardore uidentur habere nomen, à deuotione mentis: ut si dicas, Seraphici.

[c] Quidam paruarim appellatiuũ uolunt, in uillis aut suburbijs.

[d] Pro idolo Ebraice ponitur abominatio, & ea quidẽ fœda.

Digitized by Google

nec exortus est post eũ talis. Verũtamen DOMINVS nõ est auersus ab ęstu uehe
menti furoris sui, quo cõcitatus erat furor eius aduersus Iudam, propter cunctas
irritationes q̃bus ꝓuocauerat eum Manasses. Dixitq́ꝫ DOMINVS, Iudã quoq́ꝫ
auferam à cõspectu meo, quemadmodũ abstuli Israelem, & auersabor ciuitatem Infra 24.a
istam quam elegerã, nempe Ierusalem, & ædem de qua dixeram, Nomen meum
erit illic. Reliquum rerum Iosiæ, & omnia quæ gessit, an non hęc scripta sunt in
libro annalium regum Iudæ? In diebus suis ascendit Pharao Necho rex Aegy
pti contra regem Assyriorũ ad fluuium Euphraten, cui dum obuiam proficisci-
tur rex Iosias, eo conspectu occidit eum in Megiddo. Serui eius deuehẽtes eum Iosias occiditur.
mortuum de Megiddo, uexerunt eum Hierosolyma, & sepelierũt eum in sepul- 2.Par.36.c.
G chro suo. Porrò populus terræ accepit filiũ Iosiæ ipsum Iehoahas, quẽ unctum
cõstituerunt regem pro patre suo. Vigintitres annos natus fuit Iehoahas quum Ioachas rex.
regno inauguraretur, regnauitq́ꝫ tribus mẽsibus in Ierusalẽ. Nomen matris suæ
fuit Hamuel, filia fuit Ieremię de Libna. Is designauit malũ in oculis DOMINI,
iuxta omnia quæ designauerãt patres sui. Vinxit autem eum Pharao Necho in
Ribla in regione Hamath, ꝙ regnũ occupasset Hierosolymis. Imposuit insuper
mulctam super terram, argenti centũ talenta, auri unum. Tum cõstituit Pharao
Necho regem ipsum Eliakim filium Iosiæ pro Iosia patre eius, mutauitq́ꝫ ei no Eliakim rex uel Ioachim.
men Iehoiakim. Porrò ipsum Iehoahas tulit, qui ueniens in Aegyptũ, illic mori
tur. Iehoiakim autem pendit Pharaoni argentũ hoc & aurum, indicto tamen sti
pendio regioni, ut daretur pecunia iuxta imperiũ Pharaonis, à quoq́ꝫ iuxta æsti-
mationem exigens argentũ & aurum, idq́ꝫ ab [uniuerso] populo terræ, ut daret
[hoc] Pharaoni Necho. Vigintiquinq́ꝫ annos natus fuit Iehoiakim quum inau
guraretur regno, regnauitq́ꝫ undecim annis Hierosolymis. Nomen matris eius
fuit Sebuda, quæ fuit filia Pedaia de Ruma. Et is designauit malũ in oculis DO
MINI, iuxta omnia quæ designauerant patres eius. CAP. XXIIII.

Nebukad Næzar obsidet urbẽ, & capto Iehoiachin, spoliatoq́ꝫ templo, Mathaniam regem creat.

A Ascendit in diebus eius Nebukad Næzar rex Babyloniorũ, cui seruus est fa
ctus Iehoiakim tribus annis, sed uersus defecit ab eo. Misit aũt in eum DO
MINVS grassatores Chaldęos, grassatores Syros, grassatores Moabitas, & gras
satores ex Ammonitis, quos misit in Iudã ut eum perderent, iuxta uerbũ DOMI
NI quod loquutus erat per seruos suos prophetas. Verũtamen iuxta os DOMI
NI hoc factũ est contra Iudam, ut tolleret [eum] à facie sua, cum propter peccata
Manassis, iuxta omnia quæ designauerat, tum etiam propter sanguinẽ innocen
tem quem effuderat, repleueratq́ꝫ Ierusalẽ sanguine innoxio, ideo DOMINVS
B noluit propitius esse. Reliquũ gestorũ Iehoiakim, & omnia quæ fecit, an nõ hæc
scripta sunt in libro annaliũ regum Iudæ? Dormiuit itaq́ꝫ Iehoiakim cum patri- Ioachim moritur.
bus suis, & regnauit Iehoiachin filius eius pro eo. Porrò rex Aegypti amplius Ioachin rex
non egressus est terram suam, quoniam rex Babylonis occupauerat omnia quæ
erant regis Aegypti, à fluuio Aegypti usq́ꝫ ad fluuiũ Euphraten. Iehoiachin na-
tus erat decem & octo annos quũ cœpisset regnare, regnauitq́ꝫ tribus mensibus
Hierosolymis. Nomen matris eius Nehusta, quę filia fuit Elnathan de Ierusalẽ.
Designauit & is malũ in oculis DOMINI, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.
C Sub idem tempus ascenderũt serui Nebukad Næzar regis Babylonij contra Ie- Dan.1.a
rusalem, uenitq́ꝫ ciuitas in obsidionẽ. Sed & Nebukad Næzar rex Babel uenit
contra urbem, & oppugnabãt eam serui eius. [a]Egressus est ergo Iehoiachin rex
Iuda ad regem Babyloniũ, ipse & mater eius, serui eius, principes eius, atq́ꝫ eunu
chi eius. Et tulit eum rex Babyloniæ anno octauo regni sui. Et extulit illinc o-
mnes thesauros domus DOMINI, & thesauros domus regis, & cõcidit omnia
uasa

[a] Egredi hic pro dedere se ponitur, & in potestatem uictoris uenire.

Digitized by Google

uasa aurea quæ fecerat Solomon rex Israelis in æde DOMINI, sicut loquutus fuerat DOMINVS. Transtulit deinde omnem Hierosolymã, omnes proceres, & omnes heroes fortes, nempe decem millia, in captiuitatẽ, omnes artifices atq; inclusores: nihil fuit reliquum pręter inopem plebem terrę. Transtulit & Iehoiachin in Babylonem, matrem regis, uxores regis, eunuchos eius atq; potentes terræ, hos abduxit in captiuitatẽ de Ierusalem in Babylonem. Omnes deniq; uiros bello aptos, nempe septem millia: item artifices & inclusores mille, & quidquid roboris erat bello aptum duxit rex Babylonis in captiuitatem Babylonem. Constituit autem regem rex Babylonis Mathaniam patruum eius pro eo, & mutauit ei nomen Zedekias. Vigintiunum annos natus erat Zedekias quum inaugurarетur regno, regnauitq; undecim annis in Ierusalẽ. Nomen matris eius fuit Hamital, quæ filia fuit Ieremię de Libna. Designauit autem malum in oculis DOMINI iuxta omnia quæ fecerat Iehoiakim. Etenim iuxta furorem DOMINI actum est contra Ierusalem & Iudam, donec proijceret eos à conspectu suo, & rebellis fuit Zedekias aduersus regem Babylonis.

Esther 1.a — Mathanias uel Sedechias rex. Iere. 37.a & 52.a — D

CAP. XXV.

Obsidetur Ierusalem à Babylonio, capitur & exuritur.

ET factũ est anno nono quum regnaret [Zedekias,] mense decimo, decima [die] mensis, ut ueniret Nebukad Nęzar rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius contra Ierusalẽ. Is obsedit eam, & excitauit aduersus eam munitiones, [a]obsessaq; est urbs usq; in undecimũ annum Zedekiæ regis. Nona mensis inualuit fames in urbe, [adeo] ut non esset cibus populo terræ. Scissa igitur urbe, [fugerũt] noctu omnes uiri bellatores, ea uia quę est ad portã inter duos muros iuxta hortos regios, Chaldæis urbem circũsedentibus, abieruntq; uersus cãpestria. Insequutus aũt exercitus Chaldęorum, apprehendit regem [Zedekiã] in campis Iericho, quum uniuersus exercitus eius dissipatus esset ab eo. Comprehensum ergo regem, adduxerunt eum in Reblam ad regem Babyloniũ, ubi [b]iure damnauerunt eum. Porrò filios Zedekię trucidarunt in cõspectu eius, & oculos Zedekiæ cęcos reddidit, uinxitq; eum duabus catenis, & perduxit eum Babylonem. Mense quinto, septima die mensis, (is est annus decimusnonus regis Nebukad Nęzar regis Babylonię,) uenit Nebusar Adan pręfectus rerum [c]capitaliũ, seruus regis Babylonię Hierosolyma, & incendit ædem DOMINI, & domũ regis, omnes deniq; domus Hierosolymitanas, & cunctas ædes magnificas incendit igne. Muros insuper Hierosolymorum qui ambiebant [urbem,] diruit uniuersus exercitus Chaldęorum, qui fuit cum pręfecto rerum capitaliũ. Qui uero reliqui de populo in urbe facti erant, quiq; profugerant ad regẽ Babylonis, & qui reliqui facti erãt ex uulgo, hos inquã trãsportauit Nebusar Adan pręfectus rerum capitalium. Pauperes aũt terrę reliquit Nebusar Adan pręfectus capitaliũ rerũ, ut uineas & agros colerent. Porrò columnas æreas quę erãt in æde DOMINI, [d]machinas, & mare æneũ quod erat in æde DOMINI, cõminuerunt Chaldęi, & omne æs ex illis tulerunt Babylonẽ. Lebetes, scopas, cultros, cochlearia, & omnia uasa ænea q̃bus ministrabat, tulerunt, [e]receptacula ignis, [f]pelues sparsorias, quarum alia aurea erãt, alia uero argentea, tulit pręfectus rerum capitaliũ. Columnarum ambarum, maris autem unius, & machinarum omniumq; uasorum illorum quę fecerat Solomon pro æde DOMINI, pondus æris rationẽ superabat. Erat enim columnę unius altitudo decem & octo cubitorum, eratq; epistylium æneum super ipsam, & altitudo epistylij trium erat cubitorum, super epistylio erat reticulatum opus, & mala punica per ambitũ: omnia erãt ænea. Ad hunc modum erat & altera columna cum reti. Tulit quoq; Nebusar Adan pręfectus capitaliũ rerum Sariam primarium sacerdotem, & Zephoniã sacerdotem [g]secundum ab eo, tresq; custodes [h]liminis. Ex urbe autem tulit eunuchum unum, qui erat magister mi

Margin: Iere. 39.a & 52.a — A; Sedechias capitur. — B; Psal. 37.b; Iere. 27.d — C; Reg. 7.b, Iere. 52.c, Par. 3.d — D

[a] Hb. Vrbs uenit in obsidionem.
[b] Hb. Loquuti sunt cum eo iudicia.
[c] Alij legunt, præfectus prætorio: alij, magister suppliciorum. De quo Gene. 37.
[d] Alij dicunt, bases.
[e] Mortariola dicũt alij.
[f] Alij dicunt, aspersoria.
[g] Vel, secundi ordinis.
[h] Alij legunt, gazophylatij: alij, sacrorum.

Digitized by Google

i Ebr. Qui uidebant faciem regis, apparitores scilicet, qui ad nutum regis aspicientes stabant, seu consiliarij.

E litum, & quinq; uiros i ministros regis, qui inueniebantur in urbe. Scribam deniq; exercitus, ex populo terræ in militiã conscribendi officio præfectũ, cum sexaginta uiris de populo terræ inuentis in urbe. Tulit hos inquã Nebusar Adan præfectus rerum capitaliũ, & adduxit eos in Reblam ad regẽ Babylonis. Et percussit eos rex Babylonis, & occidit eos in Rebla in terra Hamath. Sic abduxit Iudam captiuũ è terra sua. Reliquo aũt populo, quem reliquũ fecit Nebukad Næzar rex Babylonis in terra Iuda, præfecit Godoliã filium Ahikam filij Saphan. Audientes aũt omnes proceres exercitus, ipsi scilicet & [cæteri] uiri q; præfecisset

Godolias. Iere.40.b c

F rex Babylonis Godoliã, uenerunt ad Godoliam in Mizpa. Nempe Ismael filius Nethaniæ, Iohanan filius Kareæ, Seraia filius Tanhumet Netophathites, & Iaasanias filius Maachathi, hi cum militibus suis. Iurauitq; illis Godolias & militibus eorũ, & dixit ad eos, Ne metuatis à seruis Chaldęorũ, habitate in terra, & seruite regi Babylonis, & k bene erit uobis. Factum est aũt mense septimo, ut ueniret Ismael filius Nethaniæ filij Elisama de semine regio, & decẽ uiri cum eo, qui trucidabãt Godoliã ut moreretur. Iudæos quoq; & Chaldæos qui fuerant cum eo in Mizpa. Cõsurgensq; omnis populus, à minori ad maximũ usq;, cum

k Vel, benefaciet uobis.

G ducibus exercitus, profecti sunt in Aegyptũ, metuerunt eñ à Chaldæis. Factum uero est in tricesimoseptimo anno captiuitatis Iehoiachin regis Iuda, mẽse duodecimo, uicesimaseptima die mensis, ut Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui restitueret capitis diminutionẽ Iehoiachin regis Iudę, & educeret eum de carcere. Loquutus quoq; est cũ eo humaniter, & cõstituit soliũ eius super soliũ [reliquorũ] regum qui cum eo erant in Babylone. Mutauit & uestem captiuitatis eius. Cibũ quoq; sumebat apud eum perpetuò cunctis diebus uitæ eius. Victus quoq; perpetuus dabatur ei à rege certo demẽso in singulos dies uitæ eius.

Ioachin extollitur.

Liber Paralipomenon primus, Hebraice, Dibre haiamim.

CAPVT I.

Recensentur genealogiæ & familiæ.

A 
DAM, Seth, Enos, Kenan, Mahalaleel, Iared, Hanoch, Metusala, Lamech, Noë, Sem, Ham, & Iaphet. Filij Iaphet, Gomer, Magog, Madai, Iauan, Thubal, Mæsech, Thiras. Filij Gomer, Askenaz, Diphath, & Thogarma. Filij Iauan, Elischa, Tharsisa, Kithim, & Dodanim. Filij Ham, Kusch, Mizraim, Put & Kanaan. Filij Kusch, Seba, Hauila, Sabtha, Raëma, & Sabthecha. Filij Raama, Seba & Dedan. Porrò Chusch genuit †Nimrod: hic cœpit esse heros uiolẽtus in terra. Mizraim genuit Ludim, Anamim, Lehabim, Naphtuhim, Patrusim, & Chasluhim, è qbus egressi sunt Palestini & Capthorim. Chanaan genuit Zidon primogenitum suum, &

Gene. 2.b 4.d.5.b Gene. 10.a Gene. 10.b

B Heth, & Iebusæum, Amorræũ, Girgesæum, Hiuęum, Arkæum, atq; Sinæum. Deniq; Aruadæum, Zemaræum, & Hamathæum. Filij Sem [fuerũt] Elam, Assur, Arphachsad, Lud, Aram, Vz, Hul, Gether atq; Masech. Arphachsad genuit Schala, Schala genuit Eber. Porrò ipsi Eber geniti sunt duo filij, nomen unius erat Peleg, q; in diebus eius diuisa fuisset terra: nomen uero fratris sui erat Iaktan. Iaktan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth, Iera, Hadoram, Vsal, Dikla, Ebal,

Sem. Gen. 10.d 11.b

Abimael,

Digitized by Google

Abimael,Seba,Ophir,Hauila,& Iobab:hi omnes fuerunt filij Iactan. Sem,Arphachsad,Sala,Euer,Peleg,Reu,Serug,Nahor,Tharah,Abram,qui & Abrahã.

Abraham. Gene.11.d Filij Abrahæ,Isaac & Ismael.Et hæ sunt generatiões eorum,Primogenitus Ismael,

Ismael. Nebaioth,Kedar,Adbeel,Mibsam,Misma, Duma, Masa,Hadad, Thema, Ietur, C

Gene.25.b Naphis & Kedma.Isti sunt filij Ismaelis. Filij autẽ Keturæ concubinæ Abrahæ, hęc genuit Zimram,Iaksan,Medan,Midian,Iisbak & Sua.Filij Iaksan [fuerũt,] Seba & Dedan. Filij Midian,Epha,Epher,Hanoch,Abida,Eldaah: isti omnes

Isaac. Gene.36.b fuerunt filij Ketura. Abrahã autem genuit Isaac. Porrò filij ipsius Isaac,Esau & Israel.Filij Esau,Eliphas,Rehuel,Iehus,Iaelam,Korah. Filij Eliphas, Theman, Omar,Zephi,Gaetham,Kenan,Thimna,& Amalek.Filij Rehuelis,Nahath,Sera,Samma,& Misa.Filij Seir,Lotan,Sobal,Zibeon,Ana,Dison,Ezer,& Disan.Filij aũt Lotan,Hori,Homam:soror uero Lotan, Thimna. Filij Sobal,Alian, Manahath,Ebal,Sebi,& Onam.Filij Zibeon,Aia & Ana.Filij Ana,Dison.Filij Dison,Hamran,Aesban,Iithran & Cheran.Filij Ezer,Bilhan, Saauan, & Iackan.

Edom. Gene.36.b Filij Dison,Vz & Aran. Isti uero sunt reges qui regnauerunt in terra Edom,antequã regnaret rex aliquis sup filios Israelis. Belã filius Beor,nomenq́ ciuitatis eius fuit Dinhaba.Mortuo Bela,regnauit pro eo Iobab filius Sera de Bozra. Mortuus autem est Iobab,regnauitq́ pro eo Husam, de terra Themanorum. Et mortuus est Husam,regnauitq́ pro eo Hadad filius Bedad,qui percussit Madianitas in terra Moabitarum,nomen ciuitatis eius erat Auith. Mortuo Hadad successit ei in regno Samla de Masreka. Mortuus quoq́ Samla,& regnauit pro eo Saul de Rehoboth fluminis.Mortuo Saul, regnauit pro eo Baal Hanan filius Achbor. Mortuus est & Baal Hanan,regnauitq́ pro eo Hadad,cuius urbis nomen Pahi: nomen uero uxoris eius Mehetabel filia Matred, filij Mesaab. Mortuo Hadad, duces facti sunt in Edom.Dux Thimna,dux Alia, dux Iethet, dux Aholibama, dux Ela,dux Pinon,dux Kenas, dux Theman, dux Mibzar, dux Magdiel, dux Iram.Hi fuerunt duces Edom. D

CAP. II.

Filij Iacob. Gene.29.g & 30.a. 35.c.d Gene.38.a Gen.46.b Infra 4.a Matth 1.a Iosue7.a Isti sunt filij Israel,Ruben,Simeon,Leui,Iuda,Isachar,Zebulon, Dan, Ioseph, Beniamin,Naphtali, Gad & Aser. Filij Iuda,Er, Onan & Sela: tres illi nati sunt ei ex filia Sua Chananitide.Fuit aũt Er primogenitus Iuda,malus corã DOMINO,ob id occidit eum. Porrò Thamar nurus eius peperit ei Perez & Sara,ut omnes filij Iuda essent quinq́.Filij Pærez,Hezrõ & Hamul:filij uero Sara, Simri,Ethan,Heman,Chalchal & Dara:omniũ fuerũt quinq́. Filij Charmi,Achar, qui turbauerat Israelẽ,quũ præuaricaretur in Hærem. Filij uero Ethan,Asarias. A

Fortasse pro Simri Charmi scribẽdum fuerat, aut infra pro Charmi Simri. Hærem quid sit uide de ultimo Leuiticorum.

Ruth.4.d Filij deinde Hezron qui nati sunt ei,Ierahmeel,Ram,& Chelubai. Porrò Ram genuit Aminadab,Aminadab genuit Naason principem filiorum Iuda. Naason aũt genuit Salma,Salma uero genuit Boas,Boas genuit Obed,& Obed genuit B

Isai uel Iesse. 1.Reg.16.b Filij Saruiæ. Isai. Isai genuit primogenitũ suum Eliab,secundũ Aminadab, tertium Simea, quartum Nethanaelem,& Raddai quintũ,sextum Ozem,septimum Dauidem. Sorores aũt eorum erant Zeruia & Abigail. Filij Zeruia,Abisai,Ioab,& Asahel, tres nempe.Porrò Abigail genuit Amasam, pater autem Amasæ Iether Ismaelites.Chaleb autem filius Hezron genuit Asubam ex uxore,& Ierihoth:suntq́ hi filij eius,Ieser,Sobab,Ardon.Mortua Asuba duxit Chaleb ipsam Ephrath, quæ peperit ei Hur.Cæterũ Hur genuit Vri.Vri autem genuit Bezaleel. Postea uenit Hezron ad filiam Machir patris Gilead, duxitq́ eam quum esset ipse natus sexa- C

Iair. ginta annos,illaq́ peperit ei Segub.Segub autem genuit Iair,qui habuit uiginti tres ciuitates in terra Gilead. Cepitq́ Gesur & Aram uiculos Iair ab eis. Kenath quoq́ & filias eius,oppida sexaginta. Omnes isti fuerũt filij Machir patris Gilead. Quumq́ mortuus esset Hezron,apud Chaleb in Ephratha, genuit ei uxor Hezron Abia,Assur,patrẽ Thekoa.Fuerunt autẽ filij Ierahmeelis primogeniti Hez- D

Digitized by Google

ron, primogenitus Ram, Buna, Oren, Ozem, & Ahia. Obtigit autem ipsi Ierahmeeli uxor alia nomine Atara, quę fuit mater Onam. Et filij Ram primogeniti Ierahmeelis fuerunt Maaz, Iamin & Eker. Filij autē Onam fuerunt Sammai & Iada: filij Sammai Nadab atq; Abisur. Porrò nomen uxoris Abisur Abihail, peperitq; ei Ahban, & Molid. Filij Nadab, Saeled & Appaim. Mortuusq; est Saeled absq; liberis, & filij Appaim Iishi, & filij Iishi, Sesan, & filij Sesan, Ahlai. Filij au

E tem Iada fratris Sammai, Iether, & Ionathan, mortuusq; est Iether absq; filijs. Porrò filij Ionathan, Paeleth & Sasa: hi fuerūt filij Ierahmeelis. Sesan non habuit filios, sed filias. Habuit quoq; Sesan seruū Aegyptiū nomine Iarha: deditq; Sesan filiā suam seruo suo Iarha uxorē, quę peperit ei Athai. Athai aūt genuit Nathan, Nathan genuit Sabad, Sabad genuit Eplal, Eplal genuit Obed. Obed uero genuit Iehu, Iehu genuit Asariā, Asarias genuit Halez, Halez genuit Eleasa, Eleasa genuit Sismai, Sismai genuit Salum. Porrò Salū genuit Iekamiam, Iekamias uero genuit Elisama. Filij aūt Chaleb fratris Ierahmiel, Mesa primogenitus eius, q pater fuit Siph, & filij Maresa patris Hebron. Filij Hebrō, Kora, Tapua, Rekem, & Samma. Sāma genuit Raham patrē Iarkam, Rekem uero genuit Samai. Caeterū filius Samai, Maon. Maon deinde fuit pater Bethzur. Porrò Epha concubina Chaleb genuit Haran, Moza & Gases. Haran aūt genuit Gases. Filij aūt Iahdai, Regem, Iotham, Geschan, Pelet, Epha & Saaph. Concubina Chaleb Maacha, de qua genuit Saeber & Thirhana. Peperit quoq; eadē Saaph patrē Madmana, & Seua patrē Machbena, & patrē Gibea. Filia aūt Chaleb fuit Achsa. Isti fuerunt filij Chaleb filij Hur primogeniti Ephratae, Sobal pater Kiriath Iearim, Sal

Sasa.

Caleb.

F

G ma pater Bethlehem, & Hareph pater Beth Gader. Fuerunt quoq; ipsi Sobal patri Kiriath Iearim filij, qui uidebat dimidiū Manhitarū. Familiae aūt Kiriath Iearim sunt Iethritae, Haputhitę, Hassumathitę, & Hamisraitę, ex quibus egressi sunt Zarathitae & Estaulitę. Filij Salma Bethlehemitae, & Netophatitę [a]coronae domus Ioab, & dimidium Manahitarū Zareitarum. Familiae porrò scribarum inhabitātium Iahbetz Tirathaei, Simathęi, Suchathaei. Hi sunt Kenaei, uenientes ab Hamath patre domus Rechab.

[a] Ataroth quidam propriū faciunt non coronę, quia Numeri 32 recensetur inter urbes.

CAP. III.

A HI fuerunt filij Dauidis, qui nati sunt ei in Hebron. Amnon primogenitus ex Ahinoā Iesreelitide. Secūdus erat Daniel ex Abigail Carmelitide. Tertius Absolom filius Maacha filię Thalmai regis Gessur. Quartus Adonias filius Haggith. Quintus Sephatia ex Abital. Sextus Iithream ex Aegla uxore sua. Sex illi nati sunt ei in Hebron, regnauitq; illic septē annis & sex mensibus, in Ierusalem uero regnauit trigintatribus annis. Porrò in Ierusalē nati sunt ei isti, Simeia,

Dauid filij. 2.Reg.3.a

2.Reg.5.

B Sobab, Nathan, & Solomon, q̄tuor ex Bath Sua filia Ammiel. [a]Ibhar quoq; & Elisama, Eliphalet, Noga, Nepheg, Iaphia, Elisama, Eliada, & Elipheled, nouē: omnes filij Dauidis, exceptis filijs concubinarū, eratq; Thamar soror eorū. Filius aūt Solomonis Rehabeā, cuius filius fuit Abias, & huius filius Asa, cuius filius Iosaphat, is habuit filiū Iorā, huius filius Ahasias, deinde Ioas filius illius, huius filius Amasias, huius filius Asarias, huius filius Iotham, huius filius Ahas, huius

[a] Quidam codices habent Ibhad.

Reges Iuda usq; ad Sedechiam.

C filius Ezechias, huius filius Manasses, huius filius Amō, huius filius Iosias. Porrò filij Iosiae, primogenitus Iohanā, secūdus Iehoiakim, tertius Zedekias, & quartus Sellum. Filij aūt Iehoiakim, Iechonias filius eius, & Zedekias filius eius. Filij Iechoniae, Assir & Sealthiel filius eius, Malkiram quoq; & Pedaia, Senazar, Iekamia, Hosama, & Nedabaia. Filij aūt Pedaia, Serubabel & Semei. Filius Serubabel, Mesullā, Hanania, & Selomith soror eorū, Hasuba quoq;, Ohel, Berechia,

Matth.1.b

D Hasadia, & Iusabhesed, quinq;. Filius uero Hananiae Pelatia & Esaia. Filij Rephaia, filij Arnan, filij Obadiae, filij Sechanię. Filij deinde Sechanię, Semaia: & filij Semaia, Hatus, Igeal, Bariah, Nearia & Saphat, sex. Filius Neariae, Eliohenai,

Hiskia,

Digitized by Google

Hiskia, Asrikam, tres. Filij autem Eliohenai, Hodias, Eliaschib, Pelaia, Accub, Io-
hanan, Delaia, & Anani, septem.

CAP. IIII.

Genealogia filiorũ Iuda. Supra 2. a Gen. 38. d & 46. b Assur.

FIlij Iuda, Parez, Hezron, Charmi, Hur & Sobal. Reaia uero filius Sobal ge- A
nuit Iahath, Iahath genuit Ahumai atque Lahad. Et hæ sunt familiæ Zarea-
thitarum. Ele [a] pater Etham Iisreel, Iisma, & Iidbas: nomen sororis eorum Haz-
lelponi. Penuel pater fuit Gedor, Eser pater Husa, & hi filij Hur primogeniti E-
phratæ patris Bethlehem. Assur uero pater Tekoe duas habuit uxores, Helea &
Naara. Peperitq́ ei Naara Ahuzam, Hepher, Themni & Ahasthari: isti sunt filij
Naara. Filij uero Helea, Zæreth, Iezohar & Ethnan. Porrò Koz genuit Anub & B
Zobeba, & familiam Aharhel filij Harum. Et fuit Iabez honorabilior fratribus
suis, uocauitq́ mater eius nomen eius Iabez, dicens, Quia in dolore peperi eum.

Oratio Iabes.

Et inuocauit Iabez deum Israelis, dicens, Si benedicendo benedixeris mihi, & di-
lataueris terminum meum, fueritq́ manus tua mecum, fecerisq́ me [liberum] à
malo, ut non noceat mihi. Dedit itaque deus quæ postulauerat. Chelub autem
frater Sua genuit Mehir, qui fuit pater Esthon. Esthon genuit Bethrapha, Paseah,
& Thehinna patrem ciuitatis Nahas: hi sunt uiri Recha. Filij autem Kenas, Oth- C
niel & Seraia, & filij Othniel, Hathath. Porrò Meonothai genuit Ophram, & Se-

Caleb.

raia genuit Ioab patrem [b] Geharasim, fuerunt enim fabri. Filij autem Chaleb, fi-
lij Iephune, Iru, Ela, & Naam. Filij Ela, Kenas: filij autem Iehalelel, Siph & Si-
pha, Thiria, & Asarel. Filij Esra, Iæther & Mæred, Epher & Ialon, peperitq́ Mi-
riam & Sammai, atq́ Iisbah patrem Esthemoa. Et uxor eius Iehudia peperit Iæ-
red patrem Gedor, & Heber patrem Socho, atq́ Iekuthiel patrem Sanoah: & isti
sunt filij Bithiah, filiæ Pharaonis, quam duxerat Mæred. Et filij uxoris Hodia so- D
roris Naham patris Kehila, Garmi & Esthemoa Maachathites. Filij uero Simon,

Filij Sela. Gen 38. a

Ammon & Rinna, Ben Hanan & Thilon. Filij uero Iishi & Ben Soheth. Filij
Sela, filij Iuda, & Her pater Lecha, & Laada pater Maresa, & familiæ operatio-
nis lini in domo Asbea, Iokim quoque & uiri Chozeba, Ioas & Saraph, qui do-
minati sunt in Moab, & Iasubi Lahem: & [c] uerba ista uetera sunt. Isti sunt figuli
habitantes [d] Netaim & Gedera cum rege in opere suo ibidem commorantes.

Simeon. Gen. 46. b

Filij Simeon, Nemuel, Iamin, Iarib, Zæra & Saul, Sallum filius eius, Mibsam fi- E
lius eius, & Misma filius eius. Porrò filij Misma, Hamuel filius eius, Sachur fi-
lius eius, Simei filius eius. Habuit autem Simei sedecim filios, & sex filias: fratres
autem eius non habuerunt filios multos, sed & uniuersa familia eorum non est
aucta usque ad [numerum] Iuda. Habitarunt autem in Bersabea, Molada &
Hazar Sual, in Bilha, in Ezem, in Tholad, in Bethuel, in Horma, in Ziklag, in
Beth Marcaboth, in Hazar Susim, in Beth Birei, atque in Sarraim: istæ sunt ciui-
tates eorum, usque dum Dauid regnauit. Et uillæ eorum, Etham & Ain, Rim- F
mon, Thochen, & Asan, oppida quinq́. Et uniuersi uiculi eorum qui fuerunt
circum istas ciuitates usque ad Baal. Hæc est habitatio eorum, atque propaga-
tio ipsorum Mesobab, & Iamlech atque Iosa filius Amaziæ. Et Ioel, atque Iehu
filius Iosibia, filij Seraia, filij Asiel, Elioenai, Iaacoba, Iesohaia, & Asaia, Adiel,
Iesimeel, & Benaia. Et Sisa filius Siphi, filij Allon, filij Iedaia, filij Simri, filij
Semaia. Isti sunt inclyti principes per familias suas, qui uehementer instaura-
runt domum patrum suorum. Et abierunt dum itur Gedor usque ad orientalem
plagam uallis, quæsitum pascua gregi suo. Inuenerunt autem pinguia & bona G
pascua, & terram utrinq́ spatiosam, quietam insuper & felicem, quoniam ex

Chã stirps eiecta.

Ham antea illic habitauerant. Veneruntq́ isti qui nominatim scripti sunt in die-
bus Ezechiæ regis Iuda, & attriuerunt tentoria atque habitacula eorum quæ in-
uenta sunt illic, exciderunt q́ eos usque in præsentem diem, habitaruntq́ ipsi [il-
lic] illorum loco, quod illic essent pascua pro gregibus suis. Ad hæc profecti

[a] Alij legũt, hæc est paterna successio Etham.

[b] Geharasim quidã appellatiue exponunt uallis fabrorũ.

[c] Quidã propria relinquunt Hadbarim Athikim.

[d] Alij Nataim plãtationum, & Gedera sepium exponunt.

Digitized by Google

sunt quidam ex filijs Simeon ad montem Seir, uiri nempe quingenti, quibus præfuerūt Pelatia, Nearia, Rephaia, Vsiel, & filij Iishi. Percusseruntq; reliquias quæ euaserant ex Amalek, & habitauerunt illic in hunc usq; diem. CAP. V. Amalechitæ percussi.

A PORrò filij Ruben primogeniti Israelis sunt: (is quum esset primogenitus, uiolassetq; lectum patris sui, datum est ius primogenitorum filijs Ioseph filij Israelis: nec tamen iuxta hoc ius primogenitum censa est familia, quoniam Iuda præualuit fratribus, & princeps fuit ex hac [tribu,] licet ius primogenitum [maneret] ipsi Ioseph.) Filij inquam Ruben primogeniti Israëlis, Hanoch & Pallu, Hezron & Charmi. Filij Ioel, Semaia filius eius, Gog filius eius, Simei filius eius, Micha filius eius, Reaia filius eius, Baal filius eius, Beera filius eius, quem abduxit Teglat Phalassar rex Assyriorum: is fuit princeps inter Rubenitas. Et fratres eius per familias suas, quando genus suum censebant, erat princeps Iehiel & Zacharias. Porrò Bela filius Asan, filij Sema, filij Ioel: ipse habitauit in

Cognatio Ruben. Gen. 35 d 49. a Iudæ datū regnum. Ioseph duplex portio. Gen. 48. b Exod. 6 c Num. 26. a

B Aroer usque ad Nebo & Baal Meon. Ab Oriente quoque habitauit usque dum uenitur in desertum à fluuio Euphrate, habuerunt enim pecora multa in terra Gilead. Et in diebus Saulis bellum gesserunt cum Haggaræis, cecideruntq; illi in manus eorum, & habitauerunt in tentorijs eorum in uniuersa superficie orientalis plagæ Galaad. Filij uero Gad è regione eorum habitarunt in terra Basan usque ad Salcha. Eratq; Ioel caput, & Saphan secundus [ab eo,] Ianai uero & Saphat in Basan. Porrò fratres eorum pro domo patrum suorum, Michael, Mesullam, Seba, Iorai, Iakan, Sia atq; Eber, septem. Isti sunt filij Abihail, filij Huri, filij Iaroah, filij Gilead, filij Michaël, filij Iesisai, filij Iahdo, Bus. Ahi filius Abdiel, filij

Habitatio Ruben. Agareni occisi. Gad habitatio.

C Guni princeps fuit domus patrum suorum. Habitaueruntq; in Gilead, in Basan, & in uiculis eius, atq; in omnibus suburbanis locis Saron, iuxta exitus eorum. Omnes hi recensiti sunt per familias suas in diebus Iotham regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israelis. Fueruntautem Rubenitæ, Gaditæ, atq; dimidia tribus Manassis fortes uiri, qui poterant gestare scutum & gladium, & tendere arcum, asuetiq; bellis: erant eorum quadragintaquatuor millia, septingenti & sexaginta bello apti. Bellum quoq; gesserunt cum Haggaræis, Iethur, Naphis, & Nodab. Et adiuti sunt aduersum illos, datiq; sunt Haggaræi in manus eorum, omnesq; qui cum illis erant, quoniam clamauerant ad deum in bello, exaudiuitq; eos, quoniam fisi sunt illi. Et ceperunt pecora eorum, & camelos eorum, quinquaginta millia, ouium ducenta & quinquaginta millia, asinorum duo millia,

Prælia cum oratione.

D & hominum uiuentium centum millia, multi insuper uulnerati ceciderunt: prælium enim istud erat à deo, habitaueruntq; in locis eorum usque ad transmigrationem. Et filij dimidiæ tribus Manassis habitauerunt in terra à Basan usque ad Baal Hermon, & Senir, atq; montem Hermon, uehementer enim creuerant. Istiq; fuerunt principes domus patrum eorum, Epher & Iishi, Eliel, Asriel, Ieremias, Hodaias atq; Iahdiel uiri heroes & bellicosi, ad hæc uiri inclyti, & principes domus patrum suorum. Præuaricatores autem fuerunt aduersus deum patrum suorum, scortantes post deos populorum terræ, quos exterminauerāt deus à facie eorum. Excitauit autem deus Israelis spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritum Tiglath Pilnæser regis Assyrij, qui transduxit eos, nempe Rubenitas, Gaditas, & dimidiam tribum Manasse, & duxit eos in Hala, Habor, Hara, & ad fluuium Gosan usq; in hunc diem. CAP. VI.

Bellum domini. Israelitæ ob idololatriam capiuntur ab Assyrijs.

A FIlij Leui, † Gerson, Kahath & Merari. Filij autem Kahath, Amram, Iizhar, Hebron & Vsiel. Filij Amram, Aharon & Moses, atq; Maria. Filij Aharonis autem, Nadab, Abihu, Eleasar, & Ithamar. Eleasar uero genuit Pinhas, Pinhas genuit Abisua, Abisua genuit Buki, Buki genuit Vsi, Vsi autem genuit Seraia, Seraia genuit Meraioth, Meraioth genuit Amariam, Amarias genuit Ahitub, Ahitub

Cognatio Leuitarū. Gen. 46. b Infra 23. b Filij Aharon.

tub genuit Zadok, Zadok genuit Ahimaaz, Ahimaaz genuit Asariam, Asarias genuit Iohannan, Iohannan genuit Asariam. Is sacerdotio functus est in domo quam extruxit Solomon in Ierusalem. Genuit autem Asarias Amariam, & Amarias genuit Ahitub, Ahitub genuit Zadok, Zadok autem genuit Sallum, B Sallum genuit Hilkiam, Hilkias genuit Asariam, Asarias genuit Seraia, Seraia genuit Iehozadek, Iehozadek autem abijt, quum DOMINVS captiuos abduceret Iuda & Ierusalem per manum Nebukad Nezar. Filij Leui, Gersom, Kahath, & Merari. Hæc uero sunt nomina filiorum Gersom, Libni & Simei. Filij autem Kahath, Amram, Iizhar, Hebron & Vsiel. Filij Merari, Maheli & Musi. Istæ ergo sunt familiæ Leui iuxta patres eorum, Ipsius Gersom, Libni filius eius, filius eius Zimma, Ioah filius eius, Iddo filius eius, Sera filius eius, Ieatrai filius eius. Filij ipsius Kahath, Aminadab filius eius, Kora filius eius, Assir filius eius, Elkana filius eius, Ebiasaph filius eius, & Assir filius eius, Thahath filius eius, Vriel filius eius, Vsia filius eius, & Saul filius eius. Filij Elkana, Amasai & Ahimoth. Elkana: filij Elkana, Zophai filius eius, & Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elkana filius eius. Porrò filij Samuelis, [a] primogenitus Vasni & Abia. C Filij Merari, Mahali, huius filius Libni, huius filius Simhi, huius filius Vsa, huius filius Simha, huius filius Haggia, huius filius Asaia. Et hi sunt quos constituit Dauid super cantica ædis DOMINI, postquam requiem habuit arca. Ministrabant autem coram tabernaculo tentorij constitutionis canticis, donec Solomon extrueret ædem DOMINI Hierosolymis, steteruntque in ministerio suo iuxta ritum eis [præscriptum.] Hi autem assistebant cum filijs suis, de filijs Kahathitarum, Heman cantor filius Ioel, filij Samuel, filij Elkana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thoa, fili Zuph, filij Elkana, filij Mahath, filij Amasai, filij Elkana, filij Ioel, filij Asaria, filij Zeponia, filij Thahath, filij Assir, filij Ebiasaph, filij Kora, filij Iizhar, filij Kahath, filij Leui, filij Israel. Et frater eius Asaph stabat ad dexteram eius, D & fuit Asaph filius Berechiæ, filij Simha, filij Michaelis, filij Baaseia, filij Malkia, filij Ethni, filij Særa, filij Adaia, filij Ethan, filij Sima, filij Simei, filij Iahath, filij Gersom, filij Leui. Porrò filij Merari fratres eorum erant ad sinistram, nempe Ethan filius Kisi, filij Abdi, filij Malluch, filij Hasabiæ, filij Amasiæ, filij Hilkiæ, filij Amzi, filij Bani, filij Samer, filij Mahli, filij Musi, filij Merari, filij Leui. Et fratres eorum Leuitæ [b] donatitij ad omne ministerium tabernaculi ædis dei. Aharon uero & filij eius adolebãt incensum super altare holocausti, atque super altare incensi, ad omne opus sanctisanctorũ, & ad expiandum pro Israelitis, iuxta omnia quæ præceperat Moses famulus dei. Isti aũt sunt filij Aharonis, Eleasar, cuius filius Pinhas, et huius filius Abisua, huius filius Buki, huius filius Vsi, huius filius Seraia, huius filius Meraioth, huius filius Amaria, huius filius Ahitub, huius filius Zadok, huius filius Ahimaas. Et istæ sunt habitationes eorum per castella eorum, atque terminos eorum, filiorum scilicet Aharonis per familiam Kahathitarum, nam illis fuit hæc sors. Dederunt enim eis Hebron in terra Iuda & suburbanos agros eius circum illam. Agrum autem ciuitatis & uillas eius dederũt Chaleb filio Iephune, filijs uero Aharonis dederũt ciuitates refugij, Hebron uidelicet, & Libna cum suburbanis suis, Iathir & Estemoa cũ suburbanis suis, Hilen quoque cum suburbanis eius, Debir cũ suburbanis eius, Asan & suburbana eius, Bethsemes & suburbana eius. De tribu uero Beniamin, Geba cum suburbanis eius, Allemeth cũ suburbanis eius, Anathoth & suburbana eius: omnes ciuitates eorũ tredecim ciuitates, per cognationes suas. Reliquis filijs Kahath, de familia tribus, de dimidia tribu dimidij Manasse, in sorte ciuitates decẽ. Et filij Gersom per familias suas, ex tribu Isachar, ex tribu Aser, ex tribu

Marginal notes: Exod. 6. c. Gerson. Caath. — Merari. — Cantores. — Heman. — Asaph. — Ethan. — Leuitæ. — Aharonis filij. — Habitationes Aharonitarum. — Caleb. Iosu. 21. b — Caath.

[a] Alij legunt, primogenitus et secundus; quidam legunt & Seni.

[b] Alij legunt, constituti erant uel assignati.

Naphtali, & ex tribu Manasse in Basan ciuitates tredecim. Et filijs Merari per fa- milias suas, ex tribu Ruben, & ex tribu Gad, & ex tribu Sebulon in sorte duode- *Merari.*
F cim ciuitates. Dederuntq; filij Israel Leuitis ciuitates & suburbana eorum loca.
Dederunt inquam per sortem ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, atq; ex tribu filiorum Beniamin ciuitates istas quas nominibus uocauerunt. Et his qui erant ex familijs filiorum Kahath, fuerũt ciuitates & terminus eorum ex tribu Ephraim. Dederuntq; eis ciuitates refugij, Sichem & suburbana eius in monte Ephraim, Geser & suburbana eius, Iokmean & suburbana eius, Beth Horon & suburbana eius, Aialon & suburbana eius, Gath Rimmon & suburbana eius. Ex dimidia autem tribu Manasse, Aner et suburbana eius, Bileam & suburbana eius pro familia filiorum Cahath, qui residui erant. Filijs autem Gersom ex familia dimidiæ tribus Manasse, Golan in Basan & suburbana eius, Asthároth & suburbana eius. Ex tribu Isachar, Kedes & suburbana eius, Dabrath & *Vrbes refugij. Iosu. 21. b* *Caath. Gersom.*
G suburbana eius, Ramoth & suburbana eius, Anem & suburbana eius. Ex tribu Aser, Masal & suburbana eius, Abdon & suburbana eius, Hukok & suburbana eius, Rehob & suburbana eius loca. Ex tribu autem Naphtali, Kedes in Galilæa & suburbana eius, Hammon & suburbana eius, Kiriathaim & suburbana eius. Filijs uero Merari residuis [dederunt] ex tribu Zebulon, Rimmono & suburbana eius, Thabor & suburbana eius, & ultra Iordanem Iericho ad Orientem Iordanis ex tribu Ruben, & Bezer in deserto cum suburbanis eius, Iahza cum suburbanis eius, Kedemoth cum suburbanis eius, Mephaath cum suburbanis eius. Ex tribu Gad, Ramoth in Gilead cum suburbanis eius, Mahanaim cum suburbanis eius, Hesbon cum suburbanis eius, & Iaser cum suburbanis eius. *Merari.*

CAP. VII.

A Filij uero Isachar, Thola, Phua, Iasub, Simron, quatuor. Et filij Thola, Vsi, Rephaia, Ieriel, Iahmai, Iibsam atq; Samuel, capita in familia patrum suorum à Thola, uiri fortes per generationes suas: numerus eorum in diebus Dauidis uigintiduo millia & sexcenti. Filij Vsi, Iisraia: filij Iisraia, Michael, Obadia, Ioel, & Ischia, quinq;, omnes principes. Erantq; cum eis in generationibus suis secundũ familiam patrum suorum cunei militares bello apti trigintasex millia, quod multiplicassent uxores & filios. Fratres quoque eorum secundum omnes familias *De cognatione Isachar. Gen. 46. b*
B Isachar uiri fortes erant & milites numero octoginta & septem millia recensiti in uniuersum. Beniamin, Bæla, Bæcher & Iediel, tres. Filij Bæla, Ezbon, Vsi, Vsiel, Ierimoth & Iri, quinq; principes familiæ patrum, uirorum fortium recensitorum per genealogias fuerunt uigintiduo millia trigintaquatuor. Filij uero Bæcher, Semira, Ioas, Eliéser, Elioënai, Omri, Ieremoth, Abia, Anathoth et Alameth, hi omnes filij Bæcher. Numerus autem secundum genealogiam generationesq; *Beniamin filij. Gen. 46. c*
C suas, & principes familiarum patrum suorum uirorũ fortium erãt uiginti millia & ducenti. Porrò filij Iediel, Bilhan, & filij Bilhan, Iehus, Beniamin, Ehud, Chanaëna, Setan, Tharsis & Ahisahar. Omnes isti fuerunt filij Iediel, principes patrũ & uiri bello apti, quorum erant decem & septem millia atq; ducenti, qui ad bellum proficisci poterant. Suppim quoq; & Huppim filij Hir, & Husim filij Aher. Filij autem Naphtali, Iahziel, Guni, Iezer, & Salum filij Bilha. Filij Manasse, [a] Asriel quem peperit ipsa: concubina eius Aramia peperit Machir patrem Gilead. Machir autẽ accepit uxores ipsi Huppim & ipsi Suppim: nomẽ sororis eius Maa- *Nephtali filij.*
D cha, nomen autem secundi Zelophead, habuitq; Zelophead filias. Peperit autem Maacha uxor Machir filium, & nominauit nomen eius Pæres, nomen autem fratris eius Sares: filij autem eius Vlam & Rækem. Et filij Vlam Bedan. Et hi sunt filij Gilead filij Machir, filij Manasse. Soror uero eius Moleched peperit Ishud, Abieser

[a] Asriel uidetur esse ex uxore, Machir ex concubina.

Digitized by Google

Abiešer & Mahela. Porrò filij Semida fuerunt Ahian, Sechem, Likhi & Aniham.
Ephraim filij. Filij autem Ephraim, Sutalah, huius filius Bæred, huius filius Tahath, huius fi-
lius Eleada, huius filius Thahath, huius filius Sabad, huius filius Sutela, huius
filius Aešer, & Elead. Et occiderũt eos uiri Gath nati in illa terra, eo quod descen E
derant ut acciperent pecora eorum. Et mœrore affectus est Ephraim pater eorũ
multis diebus, ueneruntq; fratres eius ut eum consolarentur. Et quum ingressus
esset ad uxorem suam, concepit illa & peperit, & uocauit nomẽ eius Beria, quod
calamitas hæc contigisset domui eius. Filia autem eius fuit Seera, quę ædificauit
Beth Horon inferiorem atq; superiorem, et Vsen Seera. Huius filius fuit Ræpha,
huius filius Ræscheph, huius filius Thæla, huius filius Thahan, huius filius Lae
dan, huius filius Amihud, huius filius Elisama, huius filius Non, huius filius Ie-
hosua. Possessio eorum & habitationes ipsorum Beth El, & [b] uiculi eius, ad Ori- F
entem Naaran, ad Occidentem Gæser & uiculi eius, Sichẽ & uiculi eius, Adaia
& uiculi eius. Et ad partes filiorum Manasse, Beth Sean & uiculi eius, Thaanach
& uiculi eius, Megiddo & uiculi eius, Dor & uiculi eius: in istis habitauerunt fi-
Aser filij. Gen. 46. d lij Ioseph filij Israel. Filij Aser, Iimna, Iisua, Iisuai, & Beria atq; Særa soror eorum.
Filij Beria, Heber & Malkiel: is est pater Birsaith. Heber autem genuit Iaphlet, So,
mer, Hotham, Suaq; sororem eorum. Filij Iaphlet, Pasach, Bimhal, Asuath: isti
sunt filij Iaphlet. Filij Somer, Ahi, Roga, Iehuba & Aram, & filius Helem fratris G
eius, Zophah, Iimna, Sæles & Amal. Porrò filij Zophah, Sua, Harnæpher, Sual,
Beri & Iimra, Bæzer, Iahod, Sama, Silsa, Iithran & Beera. Filij uero Iæther, Iephu
ne, Pispa, & Ara. Filij autem Vlla, Ara, Hanniel, & Ricia. Omnes isti filij Aser, ca
pita domorum patriarum, clari heroes ac bellatores duces præcipui, qui sese in-
sinuarunt iuxta genus suum apti bello iuxta numerum suum, uirorum nempe
uigintisex millia.

CAP. VIII.

Beniamin filij. Gen. 46. e Supra 7. b BEniamin uero genuit Bæla primogenitum suum, Asbel secundum, Ahrah A
tertium, Noah quartũ, & Rapha quintum. Fueruntq; filij Bæla, Addar, Ge-
ra, Abihud, Abisua, Naaman & Ahoah, Gera, Sephuphan & Huram. Isti autem
sunt filij Ehud, & hi sunt capita patrum habitantium in Gæba, & transtulerunt
eos in Manahath. Et Naaman, Ahia & Gera, is transtulit eos, genuitq; Vsam &
Ahihud, Saharaim quoq; genuit in campo Moab, posteaquam dimiserat illos,
erantq; uxores eius Husim & Baara. Et sustulit ex uxore sua Hodes, Iobab, Zi- B
biam, Mesam, Malkam, Ieuz, Sachiam atq; Mirmam: hi fuerunt filij eius capita
patrum. Porrò ex Husim genuit Abitub & Elpaal. Filij autem Elpaal, Eber, Mis
ham & Samed: is ædificauit Ono, Lod & uiculos eius. Beria uero & Sema fue-
runt prçcipui patres habitantium Aialon: ipsi effugarunt habitatores Gath. Et
Ahio, Sasak, & Ieremoth, Zebadia, Arad, Ader, Michael, Iispa, Ioha, filij Beria, Ze
badia, Mesullam, Hiski, Heber, Iismerai, Iislia & Iobab filij Elpaal, Iakim, Sichri,
Sabdi, Elienai, Zilthai, Eliel, Adaia, Beraia, Simrath filij Simhi, Iispam, Eber, E- C
liel, Abdon, Sichri, Hanan, Hanania, Elam & Anthothia, Iiphdeia, & Pnuel filij
Sasak, Samserai, Seharai, Athalia, Iaresia, Elia, & Sichri filij Ieroam. Isti sunt præci
Infra 9. f pui patres & principes in familijs suis: & isti habitauerunt Hierosolymis. In Gi
beon autẽ habitarunt, Abi Gibeon: & nomen uxoris eius Maacha, & filius eius
primogenitus Abdon, Zur, Kis, Baal, Nadab, Gedor, Ahio & Sachar. Porrò Mi-
kloth genuit Simeam, qui & ipsi habitarunt è regione fratrum suorum in Ierusa
Genus Saul. 1 Reg. 14. g Infra 9. g lem cum fratribus suis. Ner genuit Kis, Kis genuit Saulem, Saul genuit Iehona- D
than, Malkisua, Abinadab et Esbal. Filius Iehonathã fuit Merib Baal, Merib Baal
genuit Micham: filij autem Michæ, Pithon, Melech, Tharea & Ahas, Ahas ge-
nuit Iehoadam, & Iehoada genuit Alemeth, Azarmeueth atq; Simri, Simri au-
tem genuit Moza, Moza genuit Bineam, cuius filius Rapha, cuius filius Elasa,

[b] Pro uiculis Ebræi habent filias.

Digitized by Google

cuius filius Azel. Porrò Azel habuit sex filios, quorum nomina sunt, Asrikam, Bochri, Ismael, Searia, Obadia & Hanan: omnes isti filij Azel. Filij autem Esek fratris eius, Vlam primogenitus eius, Iehus secundus, Eliphelet tertius. Fueruntque filij Vlam uiri & heroes fortes, periti sagittandi, qui genuerunt multos filios & nepotes, eorum centum & quinquaginta. Omnes isti de filijs Beniamin.

Vlam filij.

CAP. IX.

De officijs sacerdotum ac Leuitarum.

A Omnes itaque Israelitæ iuxta genus censi scripti sunt in libro regum Israelis & Iuda, translatique sunt in Babylonem propter præuaricationem suam. Habitatores primi, qui fuerunt in possessione sua in ciuitatibus suis, Israelitæ, sacerdotes, Leuitæ & Nethinæi. In Ierusalem quidam habitarunt ex filijs Iuda, ex filijs Beniamin, ex filijs Ephraim & Manasse. Vthai filius Amihud, filij Omri, filij Imri, filij Bani, ex filijs Pærez filij Iuda. Et de Siloni Asaia primogenitus, & filij eius. B Et de filijs Særah, Iehuel atque fratres eorum sexcenti nonaginta. De filijs uero Beniamin, Sallu filius Mesullam filij Hodauia, filij Senua. Et Ibneia filius Ieroham, atque Ela filius Vsi, filij Michri, & Mesullam filius Sephatiæ filij Rehuel filij Ibniæ. Fratres autem eorum secundum cognationes suas, nongenti & quinquagintasex: omnes isti uiri primarij patresque iuxta domus patrum suorum. Ex sacerdotibus quoque Iedaia, Iehoiarib & Iachin, Asarias filius Hilkiæ, filij Mesullam, filij Zadok, filij Meraioth, filij Ahitub principis domus dei. Et Adaia filius Ieroham, filij Phashur, filij Malkiæ, & Maasai filius Adiel filij Iachsera, filij Mesullam, C filij Mesillemith, filij Imer. Et fratres eorum capita domus patrum suorũ mille & septingenti atque sexaginta, uiri strenui in opere ministerij domus dei. Et de Leuitis, Semaia filius Hasub filij Abrikam, filij Hasabiæ de filijs Merari. Bakbakar quoque, & Hæres, atque Galal, sed & Mathania filius Michæ, filij Sichri, filij Asaph, & Obadia filius Semaiæ, filij Galal, filij Ieduthun, & Berechia filius Asa, filij Elkana, qui habitabat in uillis Netophati. Porrò ianitores, Sallum, Accub, Talmon, & Ahiman, & frater eorum Sallum præcipuus. Et usque huc in porta regis, quæ erat ad Orientem illi ianitores fuerunt per mansiones filiorum Leui. Et D Sallum filius Koræ, filij Ebiasaph, filij Korah, & fratres eius de domo patris sui Korahitæ super opus ministerij, custodientes limina tentorij, & patres eorũ erant super castra DOMINI, custodientes introitum. Et Pinhas filius Eleasar dux fuit super eos, quod antea DOMINVS fuerat cum eo. Porrò Zacharias filius Meselemiæ excubias agebat ad portam tabernaculi constitutionis. Omnes isti clari erant ad portas & limina, nempe ducenti & duodecim, recensiti per genealogias suas in uillis suis, quos constituerat Dauid & Samuel [a] uidens, propter [b] fidem eorum. Ipsi igitur & filij eorum ad portas domus DOMINI, & domus tabernaculi ianitores erant per custodias suas. Erant autem ianitores illi ad quatuor uentos, ad Orientem, ad Occidentem, ad Septentrionem, & ad Meridiem. Et fratres eorum [manebant] in uillis, ut uenirent septimo quoque die singulis temporibus E cum illis. Erant illi sub fide quatuor insignium ianitorum, nempe Leuitæ, qui constituti erant super gazophylatia, & super thesauros domus dei. Pernoctabãt quoque circa domum dei, nam illis commissa erat custodia, erantque super claues [constituti,] ut singulis diebus mane aperirent. Quidam ex eis erant super uasa ministerij, nam numerata inferebant ea, & numerata exportabant. Quidam deinde erant constituti super uasa, & super omnia uasa sanctuarij, super similam et uinum, super oleum & thus, atque odores. Ex filijs porrò sacerdotum quidam conficiebant unguenta ex odoramentis. Cæterum Mathathias ex Leuitis, qui primo genitus erat Sallum Korita, bona fide [constitutus] erat super ea quæ fiebant in F sartagine. Quidam ex filijs Kahath & de fratribus eorum erant super [c] panes ordinandos, quos scilicet pararent per singula sabbata. Porrò isti sunt cantores præcipui

Sellum.

Phinees.

Zacharias

Dauid. Samuel uidens.

Leuit. 6. Panes propositionis.

[a] Videns pro propheta ponitur, ut 1. Samuel. 9.

[b] Fides significat hoc in loco τιμήν, ut Cicero utitur in lib. Off.

[c] Alij legunt, panes ordinatos.

Digitized by Google

cipui patres Leuitarum in [b] exedris prominentibus, quibus die noctuq; incum- [b] Alij, in gazophylacijs aut cameris.
bebat opus. Isti sunt præcipui patres Leuitarum, & capita secundum generatio-
Supra 8 c nes suas habitantes in Ierusalem. In Gibeon autem habitauerunt Abi Gibeon,
& Iehiel: nomen uxoris eius Maacha. Filius eius primogenitus erat Abdon,
Zur, Kis, Baal, Ner, Nadab, Gedar, Ahio, Zacharias, Mikloth. Porrò Mikloth G
genuit Simeam: qui & ipsi habitauerunt coram fratribus suis in Ierusalem, cum
Saulis familia. fratribus inquam. Ner genuit Kis, Kis genuit Saulem, Saul genuit Ionathan,
Supra 8. d Malchisua, Abinadab, & Esbal. Filius Ionathan fuit Merib Baal, Merib Baal ge-
nuit Micham. Filij Michæ fuerunt Pithon, Mælech, & Thaherea. Porrò Ahas ge
nuit Iaara, Iaara genuit Alæmeth, Asmaueth & Simri, Simri genuit Mozam, Mo
za genuit Bineam, cuius filius fuit Rephaia, & huius filius Elasa, huius filius A-
zel. Azel uero sex habuit filios, quorum nomina sunt Asrikam, Bochru, Ismael,
Saria, Obadia, atq; Hanam. Hi filij Azel.

CAP. X.

Argumentum idem est cum 31. cap. 1. Samuelis.

Saul à Philistæis superatur. 1. Reg. 31. a PAlestini prælium inierunt cum Israelitis, fugeruntq; Israelitæ [a] metu Pale- A [a] Eb. Fugit uir Israel à facie Philistijm.
stinorum, ut caderent uulnerati in monte Gelboa. Insequuti autem Palesti-
ni Saulem urgendo eum & filios eius: trucidarunt Palestini Ionathan, Abina-
dab, atq; Malchisuam filios Saulis. Inualescebat autem prælium contra Saulem,
& deprehenderunt eum iaculatores, hi scilicet qui arcu ualebant, grauiterq; uul
neratus est à sagittarijs. Dixit ergo Saul ad armigerum suum, Distringe gladium B
tuum, & eo me transfodias, ne præputiati isti uenientes, mihi cum probro illu-
Saul se occidit. dant. Armiger autem eius nolebat, quoniam metuebat uehementer. Arrepto igi
tur gladio Saul, irruit in eũ. Videns ergo armiger eius quod mortuus esset Saul,
ruit & ipse in ensem, & moritur. Mortuus est itaq; Saul & tres filij eius, & uniuer
sa domus eius simul cum eo moriuntur. Quod quum uidissent [b] omnes Israelitæ [b] Ebr. Viri Israel.
qui erant in ualle, quod fugissent, & quod obijssent Saul & filij eius, relictis ur-
bibus suis, fugerunt. Veneruntq; Palestini & inhabitarunt eas. Contigit uero po C
stero die, ut uenirent Palestini ad exuendum interfectos, inuenerunt ergo Sau-
lem & filios eius iacentes in monte Gelboa, & exuto eo, tulerunt caput eius &
arma eius, & miserunt [ea] in terram Palestinam circunquaq;, ut faustum illud
Palestinorum opima spolia ex Saul. nuncium esset idolis eorum & populo. Posuerũt deinde arma in phano Dagon
dei sui, capite eius suspenso in phano Dagon. Audientes autem omnes [ciues]
Galaaditæ Saul sepeliunt. Iabes Gilead, quod fecerant Palestini ipsi Sauli, surrexerunt omnes uiri fortes, & D
tulerunt corpus Saulis, & corpora filiorum eius, & intulerunt ea in Iabes, sepe-
Ieiunium. lientes ossa eorum subter quercum in Iabes, ieiunantesq; septẽ diebus. Mortuus
Saul quare occisus. est itaq; Saul in transgressione sua, qua [c] transgressus erat contra DOMINVM, [c] Potest etiam legi, propter transgressionem.
1. Reg. 15. e nempe contra uerbum DOMINI quod non custodiuit, & quod pythonem con
1 Reg 28. b suluit interrogando, neq; requisiuit DOMINVM, ob hoc interfecit eum, transtu
litq; regnum ad Dauidem filium Isai.

CAP. XI.

Dauid in regem inungitur. COngregatæ sunt autem omnes Israelitæ ad Dauidem in Hebron, dicentes, A
Ecce os tuum, & caro tua nos sumus, sed & heri & nudiustertius, quum
2 Reg. 5. a Saul adhuc regnaret, tu educebas et introducebas Israelẽ, aitq; DOMINVS deus
Pascere populum. tuus ad te, Tu pasces populum meum Israelem, tuq; princeps eris super populũ
meum Israelem. Venerunt quoq; omnes seniores Israelis ad regem in Hebron,
pepigitq; rex Dauid fœdus cum eis in Hebron coram DOMINO, & unxerunt
Dauidem regem super Israelem iuxta promissionem DOMINI [factam] per [a] Sa- [a] Eb. Per manum Samuelis.
Iebus & Ierusalem. muelem. Profectus est autem Dauid & uniuersus Israel in Ierusalem, ipsa est Ie-
bus, habitauntq; illic Iebusitæ in terra. Dixerunt ergo ciues Iebus ad Dauidem, B
Sion capitur. Non ingredieris huc. Cepit autem Dauid arcem Zion, quæ ciuitas est Dauidis.
Dixitq; Dauid, Quicunq; primus percusserit Iebusæum, is caput erit et princeps.

Digitized by Google

Ascendit ergo in primis Ioab filius Zeruia, factusq; est princeps. Et habitauit Dauid in arce, ob hoc uocarunt eam ciuitatem Dauidis. Aedificauit quoq; ciuitatē illam per circuitum à Millo usq; ad circuitum, Ioab uero reliquum urbis instaurauit. Promouit ergo Dauid, & promouendo magnus fit, & DOMINVS exercituum cum eo. Hæc sunt capita heroum quos habuit Dauid, & qui strenue egerunt cum eo in regno eius, & cum uniuerso Israele, ut regem illum constituerent iuxta uerbum DOMINI super Israelem. Et hic numerus est heroum quos habuit Dauid, Iaschabeam filius Hachmoni præstātissimus [b] inter triarios, is excitabat semel hastam suam contra trecentos uulneratos. Post hunc fuit Eleasar filius Dodo Ahohites, qui erat [c] inter tres heroes. Hic fuit cum Dauide in Pas Damim, collectis illic Palestinis in prælium, fuitq; pars campi plena hordeo, & fugiente populo metu Palestinorum, statueruntq; se in medium agri, & tutati sunt eum, percusseruntq; Palestinos. Et salutem præstitit DOMINVS, & quidem magnam salutem. Descenderunt autem tres de triginta principibus super petram ad Dauidem in speluncam Adullam, castra autem Palestinorum erant in ualle Rephaim, existente tum Dauide in præsidio, & statione Palestinorū in Beth Lehem. Accensus ergo Dauid desiderio quodā, dixit, Quis potum dabit mihi aquis ex puteo Beth Lehem qui est ad portam? Tum tres illi penetrarunt castra Palestinorum, haurientes aquam è fonte Bethlehemitico qui est ad portam, & tollentes [eam,] attulerunt ad Dauidem: at Dauid nolebat eam bibere, sed libauit eā DOMINO, dixitq;, Procul sit hoc à me DOMINO adiuuante, ne committam istud. Num ego sanguinem uirorum istorum biberem cum uitæ ipsorū periculo, qui cum periculo uitæ suæ hanc attulerunt? Noluit ergo eam bibere. Et hæc quidem fecerunt tres illi heroes. Porrò Abisai frater Ioab caput ternarij, is excitauit lanceam suam super trecentos uulneratos, & in ista triade [præcipuum] nomen habuit, quin in ista triade inter duos gloria excelluit, fuitq; illis princeps: at ad tres [priores] non pertigit. Benaia filius Iehoiada, filius cuiusdam strenui hominis, inclytus rebus gestis de Kabzeel, is percussit duos leones Moab. Is ipse descendit, & percussit leonem in media fouea, quū esset tempus niuis. Et is idem percussit Aegyptium quendam, uirum monstrosæ magnitudinis, cubitis erat quinq;. Habebat autem Aegyptius ille lanceam instar liciatorij [quo utuntur] textores, descenditq; [Benaia] ad eum cum uirga, & rapuit lanceam è manu Aegyptij, interficiens eum sua ipsius lancea. Hæc fecit Benaia filius Iehoiada, habuitq; [præclarum] nomen inter tres heroes, quin & inter triginta gloria præcelluit ipse, tametsi ad tres non pertingeret: hunc constituit Dauid ut esset audiens ei. Fuerunt & illi heroes fortissimi, Asaēl frater Ioab, Elhanan filius [D] Dodo de Bethlehem, Samoth Harodites, Helez Pelonites, Ira filius Ikes Tekuites, Abiæser Anthothites, Sibchai Husathites, Ilai Ahohites, Maharaï Netophathites, Heled filius Baana Netophathites, Ithai filius Ribai de Gibeath filiorum Beniamin, Benaia Pirathonites, Hurai de torrentibus Gaas, Abiel Arbathites, Asmaueth Baharumites, Eliaba Saalbonites. Filij Hasem Gisonites, Ionathan filius Sage Hararites, Ahiam filius Sachar Hararites, Eliphal filius Vr, Hepher Mecheratites, Ahia Pelonites, Hezro Carmelites, Naari filius Asbai, Ioel frater Nathan, Miblhar filius Hagri, Zælek Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioabis filij Zeruia, Ira Iethrites, Gareb Iethrites, Vrias Hithæus, Sabad filius Ahelai, Adina filius Sisa Rubenita, princeps Rubenitarum, & cum eo triginta. Hanan filius Maacha, & Iosaphat Mithnites, Vsias Asterathites, Sama & Iehiel filij Hotam Aroerites, Iediheel filius Simri, & Ioha frater eius Hatizithes, Eliel Mahauites, Ieribai atq; Iosauia filij Elnaam, & Iithma Moabites, Eliel et Obed, atq; Iaasiel Mezobaiatites. XII.

Hi

[b] Alij legūt, inter triginta. Vide 2. Samuelis 23.
[c] Alij legunt, filius patrui eius.
[D] Alij legunt, patrui eius.

Catalogus fortium Dauid. 2. Reg. 23. a
Victoria domini est.
Dauidis religio in aquæ potu.
Banaias.
Vide 2. Sam. 23.

Digitized by Google

Comites Dauidis in fuga.

HI uenerunt ad Dauidem in Ziklag, quũ adhuc conclusus esset metu Saulis A
filij Kis, erantq; ex heroibus qui auxiliares [ei] fuerũt in rebus bellicis. In-
structi autẽ erant arcu, utraq; ualentes manu, lapidibus, iaculis, & arcu. De fratri
bus Saulis ex Beniamin præcipuus erat Ahieser & Ioas filij Semaa Gibeathitæ,
Iesiel atq; Pelet filij Asmaueth, Beracha & Iehu Antothites, Iismaia Gibeonites
fortis inter triginta, & super triginta, Iirmeia, Iahasiel, Iohanan, & Iosabad Gede
rathites, Elhusi, Ierimoth, Bealia, Semarias, & Sephatias Haruphites, Elkana, Ii-
sia, Asreel, Ioæser, Iasabeam, [a]Hakorhim, Ioẽla, Sebadia, filij Ierohã de [b]Gedud.
De Gaditis quoq; segregati sunt quidã ad Dauidẽ [cum esset] in præsidio deser- B
ti, heroes fortes, & uiri militares bello apti, instructi lancea & conto, quorũ facies
leonũ facies referebant, & celeritate capreas in montibus. Eser præcipuus, Oba-
dia secũdus, Eliab tertius, quartus Masmana, Ieremias quintus, Athai sextus, Eliel
septimus, Iohanan octauus, Elsabad nonus, Ieremias decimus, Machbonai un-
decimus. Hi fuerunt ex filijs Gad principes exercitus, minor super centũ, [c]maior
super mille. Hi sunt qui traiecerunt Iordanẽ mense primo quũ exundaret omni
bus ripis suis, & fugarunt omnes [habitatores] ualliũ ad ortum & ad occasum.
Venerunt quoq; ex filijs Beniamin atq; Iuda [d]ad præsidiũ Dauidis. Et Dauid ob
uiam eis egressus, respondit & dixit ad eos, Si ad salutem & ad auxiliũ ferẽdum C
uenistis ad me, erit & cor meum unitũ uobiscũ: si uero ut circũueniatis me, hosti-
busq; meis [tradatis,] (quũ sim iniuriæ expers,) inspiciat deus patrum nostrorũ,
atq; [id] aperte prodat. Tum spiritus induit ipsum Amasai ducem inter triginta,
[ut diceret,] Tibi [uenimus] ô Dauid, & tecũ [erimus] ô fili Isai. Pacem [opta-
mus,] pacem inquã tibi, & pacẽ auxiliaribus tuis, quandoquidẽ & deus tuus au
xilio tibi est. Suscepit ergo eos Dauid, & constituit eos capita manipulorũ. Ceci-
derũt & quidã de Manasse ad Dauidẽ, quum ueniret cum Palestinis in prælium
contra Saulem, tametsi opem illis non ferrent, quia satrapæ Palestinorũ †cõsulto
eum remittebãt, dicentes, [Periculo] capitum nostrorũ deficiet ad dominũ suum D
Saulem. Ergo ex Manassitis ad eum defecerunt quũ proficisceretur in Ziklag, Ad-
na, Iosabad, Iediael, Michael, Iosabad, Aelihu, & Zilthai tribuni Manassitarũ. Et
hi opem tulerunt Dauidi cõtra grassatores, quandoquidẽ omnes illi heroes for-
tes fuerunt, factiq; imperatores exercitus. Et tum singulis diebus ueniebant ad
Dauidẽ qui ei suppetias ferrẽt, donec fieret exercitus ingens instar exercitus dei.
Atq; hic est numerus principũ qui instructi erant ad prælium, quiq; uenerũt ad
Dauidẽ in Hebron, ut reducerent regnũ Saulis ad eum iuxta imperium DOMI
NI. Filiorũ Iuda qui ferebant lanceam & contũ, sex millia & octingenti, accin-
cti ad præliũ. Filiorum Simeon heroum fortium ad pugnam, septem millia cen E
tum. De filijs Leui, quatuor millia sexcẽti, Ioiada quoq; princeps [de stirpe] Aha
ronis, & cum eo tria millia septingẽti. Et Zadok iuuenis heros fortis, & domus
patris eius principes uigintiduo. De filijs Beniamin fratribus Saulis, tria millia,
& usq; ad illud tempus multi ex eis obseruabant custodiam domus Saulis. Por
rò de filijs Ephraim, uiginti millia & octingenti heroum fortissimorũ, qui insi-
gnes fuerunt in domo patrum suorũ. Ex dimidia tribu Manasse, decem & octo
millia [uirorũ,] qui recensiti nominibus uenerunt ad inaugurandum Dauidem
regem. Ex filijs Isachar item ducenti principes gnari temporũ, & periti quid fa
ciendum esset Israeli, à quorũ ore omnes fratres eorum [pendebant.] De Sabu- F
lon uero quinquaginta millia, eorũ qui ad bellum egredi [poterãt,] & instructi
erant omni armorũ bellicorum genere, ad cõgressum, idq; haud [e]duplici corde.
De Naphtali principes mille, cumq; eis trigintaseptẽ millia cum lancea & hasta.
Ex Danitis eorum qui instructi erant ad bellum, uigintiocto millia, & sexcẽti.
De Aser uero, eorũ qui apti erãt bello, & instructi in aciem, quadraginta millia,

[Au]ditor [D]auidis [Ama]sai. (left margin)

[1] Re. 29. b (left margin)

[N]umerus [pri]ncipum. (left margin)

[a] Posset hic legi, Korhitæ.
[b] Posset legi, de grassatoribus.
[c] Ebr. Vnus ad centum paruus, & magnus ad mille: quæ uarie exponuntur. Quidam unum persequutum esse centum. Alij aliter.
[d] Alij legũt, ut præsidio essent Dauidi.
[e] Ebr. Et non corde ac corde.

Digitized by Google

G Porrò trans Iordanem de Rubenitis, Gaditis, atq; dimidia tribu Manasse, centum & uiginti millia, omni armorum bellicorũ genere [instructa.] Hi omnes uiri bellicosi & instruentes aciem, corde integro uenerunt in Hebron, ut constituerent Dauidem regem super omnem Israelem. Quin & cuncti reliqui Israelitæ [uenerunt] uno corde, ut cõstituerent Dauidem regem. Fueruntq; illic apud Dauidem tribus diebus, edentes & bibentes: præparauerant enim eis fratres eorum. Sed & qui illis uicini erant usq; ad Isachar, Sebulon & Naphtali, adferebãt panem asinis, camelis, mulis & bobus, cibum farinaceum, massas ficuum, & ligaturas uuarum passarum, uinum & oleum, boues & oues abunde satis. Erat enim gaudium in Israele. CAP. XIII.

Numerus exercitus Dauidis 322822.

De reductione arcæ.

A Dauid aũt iniịt consilium cum tribunis & centurionibus, & cum omnibus principibus. Dixitq; Dauid ad omnem cœtũ Israelis, Si uobis [a] uidetur, atq; DOMINO deo nostro [est,] passim mittemus ad fratres nostros q reliqui sunt in omnibus terris Israeliticis, & cum his ad sacerdotes & Leuitas qui sunt in ciuitatibus suis suburbanis, ut congregentur ad nos, reducemusq; arcã dei nostri ad
B nos, quoniã non requisiuimus eam à diebus Saulis. Dixerunt aũt omnes qui erant in cœtu, ut faceret sic, nam id uidebatur uniuerso populo. Conuocauit ergo Dauid uniuersum Israelem à Sihor Aegypti, usq; dum uenitur Hamath, ut adducerent arcã dei de Kiriath Iearim. Ascendit ergo Dauid & omnis domus Israel in ascensu Kiriath Iearim, quæ est in Iuda, ut illinc trãsferrent arcam DOMINI dei habitãtis inter Cherubim, ubi nomen [eius] inuocatur. Vexerunt aũt arcam
C dei super plaustro nouo de domo Abinadab, Vsa [b] uero & Ahio duxerunt plaustrum. Porrò Dauid & uniuersus Israel ludebant corã deo totis uiribus, canticis, citharis, nablis, tympanis, cymbalis atq; tubis. Quumq; uenissent in aream Chidon, misit Vsa manũ suam ad arcam ut [c] teneret eam, (declinabant enim boues,) & incanduit furor DOMINI in Vsam, percussitq; eum, q misisset manum suam in arcã, mortuusq; est ibi coram deo. Et exæstuat Dauid dolore, q DOMINVS dirupisset rupturã in Vsa, & uocauit locũ eundem Perez Vsę in hunc usq; diem.
D Et timens Dauid DOMINVM eodẽ die, dixit, Quomodo introducerẽ ad me arcam dei? Et non deduxit Dauid arcã ad se in ciuitatem Dauidis, sed abduxit eam ad domũ Obed Edom Githæi. Et mansit arca dei in domo Obed Edom, nempe in domo eius tribus mensibus, & fortunauit DOMINVS domũ Obed Edom, & omnia quæ habebat. CAP. XIIII.

2. Sam. 6. a

[a] Eb. Si bonũ nobiscum, & à domino deo nostro, disspergemus, mittemus.

[b] Alij legũt, Vsa & frater eius.

[c] Ebr. Vt teneret arcam.

Vsa occisus à domino.

Num. 4. b

Dauid parat materiam futuro templo & ædibus suis, ducit plures uxores, Palestinos uincit.

A Misit aũt Hiram rex Zoar legatos ad Dauidẽ, simulq; ligna cedrina, fabros murarios, & fabros lignarios, ad ædificandũ ei domũ. Et cognoscens Dauid q DOMINVS confirmasset eum regem super Israelẽ, q'q; exaltatum esset regnum eius propter populũ suum Israelem, duxit Dauid adhuc uxores in Ierusalem, & genuit Dauid plures filios & filias. Et hæc sunt nomina natorum quos
B habuit in Ierusalem, Sammua, Sobab, Nathan, & Solomon, Gibhar, Elisua, Elpalet, Noga, Negeph, Iaphia, Elisama, Beeliada & Eliphalet. Audientes aũt Palestini q unctus esset Dauid rex super uniuersum Israelem, ascenderunt cuncti Palestini ut quærerent Dauidẽ. Hoc quũ audisset Dauid, egressus est ante eos. Venerunt ergo Palestini, & diffuderunt se in ualle Rephaim. Consuluit igitur Dauid DOMINVM, dicens, Ascendámne contra Palestinos? tradésne eos in manũ
C meam? Tum DOMINVS dixit ei, Ascende, dabo eas in manus tuas. Ascendit itaq; Dauid in Baal Perazim, & illic percussit eos Dauid: & dixit Dauid, Dissipauit DOMINVS hostes meos per manũ meam quemadmodũ aquæ dissipãtur

2. Reg. 5. b

2. Re. 5. c

ob

Digitized by Google

ob hoc uocarunt nomen illius loci Baal Perazim. Reliquerunt autem illic deos suos, dixitq; Dauid, ut cõburerent eos igni. Rursum aũt quum facerent irruptionem Palestini in uallem, cõsuluit & Dauid rursus deum. Tum dixit ei deus, Ne D ascẽdas post eos, reflecte ab eis, ut uenias ad eos è regione [a]ororũ. Quumq; aũdieris sonitũ incessus in apicibus ororũ, tum erumpe in prælium, nam [tum] egressus est deus ante te, ut percutiat castra Palestinorũ. Dauid ergo fecit quemadmodũ præceperat ei deus, & percusserunt castra Palestinorũ à Gibeon usq; Gasra. [b]Celebre itaq; factum est nomen Dauidis in omnibus terris, deditq; DOMINVS pauorem eius super omnes gentes.

a Legunt alij, pirorum.

b Ebr. Exijt nomen.

Dauidis nomen & terror.

CAP. XV.

Paratur arcæ tabernaculum, & quo ritu feratur à Leuitis.

Num. 4. 2. b

FEcit autem sibi domos in ciuitate Dauidis, & parauit locũ arcæ dei, & tetendit ei tentoriũ. Tunc dixit Dauid, Arca dei portari non debet nisi à Leuitis, illos enim elegit DOMINVS ut portent arcam DOMINI, & ministrent ei perpetuò. Et congregauit Dauid uniuersum Israelẽ Hierosolyma, ut transferret arcam DOMINI ad locum suum quem præparauerat ei. Collegit quoq; Dauid filios Aharonis & Leuitas. Ex filijs Kahath [erat] Vriel princeps & fratres eius, centũ atq; uiginti. Ex filijs Merari, Asaia princeps & fratres eius, ducenti atq; uiginti. Ex filijs Gersom, Ioel princeps & fratres eius, centũ & triginta. Ex filijs Elizaphan, Semaia princeps & fratres eius, ducẽti. De filijs Hebron, Eliel princeps & fratres eius, octoginta. De filijs Vsiel, Aminadab princeps & fratres eius, centum atq; duodecim. Porrò Dauid uocauit Zadok & Abiathar sacerdotes, atq; Leuitas, Vriel, Asaiam, Ioel, Semaiam, Eliel atq; Aminadab, & dixit ad eos, Vos qui B estis præcipui patres inter Leuitas, sanctificate uosipsos atq; fratres uestros, & trãsferte arcam DOMINI dei Israelis ad [locũ] quem ei præparaui. Quãdoquidem enim hoc †ab initio non [fecistis,] rupturã in nobis fecit DOMINVS deus noster, quia non [solicite] requisiuimus eum quemadmodũ oportuit. Sanctificati igitur sunt sacerdotes & Leuitæ, ut adducerent arcã DOMINI dei Israelis. Portaruntq; filij Leuitarũ arcam dei, sicut præceperat Moses iuxta uerbũ DOMINI, humeris suis impositis uectibus. Præcepit insuper Dauid principibus Leuitarũ, ut constituerent de fratribus suis qui cantarent instrumentis musicis, nablis scilicet, citharis & cymbalis, sonitũ ederent, attollerentq; uocem in lætitia. Constituerunt aũt Leuitæ ipsum Heman filiũ Ioel, & de fratribus eius Asaph filiũ Berechiæ, & de filijs Merari & fratribus eorũ Ethan filiũ Kusaia. Et cum eis fratres eorum C secundi ordinis Sachariã filiũ Iaasielis, Semiramoth, Iehiel, Vnni, Eliab, Benaia, Maaseia, Mathitia, Eliphale, Mikneia, Obed Edom, & Iehiel ianitores. Cãtores igitur, Heman, Asaph, & Ethan resonabãt cymbalis æneis. Sacharias aũt, Asiel, Semiramoth, Iehiel, Vnni, Eliab, Maaseia, & Benaia, in nablis super [a]Alamoth. Porrò Mathitias, Eliphale, Mikneia, Obed Edom, Iehiel & Asasia [ludebant] citharis [b]sup octaua ad [c]incitandũ. Kenania princeps erat Leuitarũ in latione: ipse enim moderabatur [D]lationem, quoniã prudens erat. Berechias autẽ & Elkana erant ianitores arcæ. Et Sechanias, Iehosaphat, Nethaneel, Amasai, Sacharias, Benaia & Eliesersacerdotes canebãt tubis corã arca dei. Obed Edom & Iehia erãt ianitores arcæ. Dauid aũt & seniores Israelis atq; tribuni profecti sunt ut adducerent arcã fœderis DOMINI de domo Obed Edom cum lætitia. Quũq; deus D adiuuisset Leuitas portantes arcã fœderis DOMINI, immolauerunt septem boues & septem arietes. Porrò Dauid indutus erat linea ueste, omnes quoq; Leuitæ portantes arcã, cantores deinde, & Chenania princeps lationis cum cantoribus: super Dauide insuper Ephod erat lineũ. Vniuersi itaq; Israelitæ deducebant arcam fœderis DOMINI cum clangore, & uoce buccinæ atq; tubarum, cymbalis, nablis atq; citharis concrepantes. Quũq; arca fœderis DOMINI ueniret in

Cap. 13. d Num. 4.

Nume. 4. b

Cantores, Heman, Asaph, Ethã.

Reg. 6. c

a Super alamoth quidam appellatiue legunt in abscondito.

b Alij legunt, super Haschminith, & intelligunt instrumentum musicum.

c Alij legunt, ad uincendum.

D Latio hic capitur pro tota pompa in qua arca ferebatur.

Digitized by Google

ciuitatem Dauidis, Michal filia Saulis prospiciens per fenestrā, uidit regem Da- Dauid à Michol despicitur.
uidem saltantem & ludentem, & despexit eum in corde suo. CAP. XVI.

Arca reponitur in locum suum cum sacrificijs & gratulatione.

A INtroducta igitur arca dei, collocarūt eam in medio tentorij quod Dauid pro
ea tetenderat, & obtulerunt holocausta & gratulatoria sacrificia coram deo.
Quumq; Dauid finē faceret offerendi holocausta & sacrificia gratulatoria, [a]bo- 2.Reg.6.d
na imprecatus est populo in nomine DOMINI. Distribuit præterea uniuersis
Israelitis tam uiris q̃ mulieribus, cuiq; libum unū panis, frustū carnis, & [b]pultē.
Et constituit ante arcā DOMINI ministros ex Leuitis, qui recolerent, confiteren Laudare dominum.
turq; & laudarent DOMINVM deū Israelis. Asaph præcipuus erat, post eum
Sacharias, Iehiel, Semiramoth, Iehiel, Mathitia, Eliab, Benaias, Obed Edom, &
Iehiel, [hi ludebant] instrumentis musicis, nablis & citharis. Asaph concrepabat
cymbalis, Benaias, Iahasiel sacerdotes iugiter [clangebant] tubis corā arca fœde-
ris dei. [c]Hoc aūt in primis constituit eodē tempore Dauid, ut per Asaph & fratres
eius laudaret DOMINVS. Celebrate DOMINVM, inuocate nomen eius, uul Psal.104.b Isaiæ 12.a
gate inter populos studia eius. Canite ei, psallite ei, disserite de omibus admiran
B dis gestis illius. Gloriamini in nomine sancto eius, lætetur cor eorū qui studiose
inquirunt DOMINVM. Quęrite DOMINVM & robur eius, inquirite faciem
eius assidue. Memores estote admirandorū operū eius quę patrauit: prodigiorum
eius, & iudiciorū, quæ ore suo [pronunciauit.] O semen Israel serui eius, ô filij Ia
cob electi eius. Ille est DOMINVS deus noster, iudicia eius [sunt] in uniuersa
terra. Memores estote per omne æuū fœderis sui, & uerbi quod pręcepit in mille Promissiones.
sæcula. Quod excidit cum Abrahamo, & iurisiurandi sui cum Isaac. Quod cōfir Gen.17.a
mauit ipsi Iacob statuto, & Israeli fœdere sempiterno. Tibi inquiens dabo terrā
Chanaan, [d]funiculū hæreditatis uestræ. [e]Quum essetis homunculi admodum Incipit commemorare beneficia dei.
exiguo numero, & in ea [terra] aduenę. Et migrarētis ex una natione in aliam, ex
uno regno ad populū alterius [regni.] Nunq̃ tamen permisit ut quisquam uim
illis faceret, quin potius illorū gratia reges castigauit. Ne attigeritis [inquiens] Psal.95.a
unctos meos, & prophetis meis nolite quicq̃ mali facere. Canite DOMINO
C omnis terra, euangelizate indies salutē eius. Enarrate in gentibus gloriā eius,
apud omnes populos stupēda opera eius. Quoniā magnus est DOMINVS, &
uehementer laudandus: & is etiā tremendus est præ omnibus dijs. Nam cuncti
dij populorū nihili sunt, DOMINVS autem cœlos condidit. Celebritas & ma Laus deo.
gnificentia est corā ipso, potentia & hilaritas in loco eius. Tribuite DOMINO
ô familiæ populorū, tribuite DOMINO gloriā & potentiam. Tribuite DOMI
NO gloriā quæ respondet nomini ipsius, ferte munus, & uenite in cōspectum
eius. Prosternite uos corā DOMINO in magnifico & splēdido sanctuario, me
tuite ab ipso quotquot habitatis in terra, & orbis firmatus est, ut nutare nequeat.
Lætentur cœli, & gestiat terra, dicantq; in exteris nationibus, DOMINVS regnat.
Reboet mare & quidquid in eo est, exultet ager & quidquid in eo continetur.
Tunc iubilū edent arbores syluę coram DOMINO, quoniā uenit ut iudicet ter
ram. Celebrate DOMINVM, quoniā bonus est, quoniā bonitas eius perpetua
D est. Et dicite, Serua nos ô deus salus nostra, congrega nos & libera nos ex genti
bus, ut celebremus nomen tuum sanctū, & gloriemur in laude tua. Laudandus
DOMINVS deus Israelis ab æterno usq; in sempiternum, & dicat omnis popu
lus, Amen, & laudet DOMINVM. Dimisit itaq; ibi corā arca fœderis DOMI
NI Asaph & fratres eius, ut coram arca assidue ministrarent, iuxta eum morem
[quem constituerat] de die in diem. Cæterum Obed Edom & fratres eorū sexā
gintaocto erāt. Et Obed Edom filius Iedithun, & Hosa ianitores erant. Zadok
autem sacerdos & fratres eius sacerdotes erant in conspectu tabernaculi DOMI

NI,

[a] Ebr. Benedixit, p gratias egit, uel fausta imprecatus est.
[b] Alij legunt, lagenam uini scilicet.
[c] Vel, Tum primum instituit Dauid ut laudaretur dominus, nam ante eum nullus sic instituerat cantores.
[d] Funiculus pro sorte aut portione ponitur, q terra Chanaan per funes Israelitis distributa sit, ut patet in libro Iosue.
[e] Persona mutatur subita enallage.

Digitized by Google

NI, in excelso quod erat in Gibeon, ut sacrificarēt holocausta DOMINO in ara holocausti, idq; iugiter & mane & uespere, iuxta omne quod scriptū est in lege DOMINI quam præcepit Israeli. Erátq; cum eis Heman & Iedithun, & reliqui electi, quorum nomina expressa sunt, ad celebrandum DOMINVM, q; sempiterna sit eius bonitas. Et iuxta eos Heman & Iedithun [canentes] tubis & cymbalis, concentū facientes musicis instrumentis & canticis diuinis, filij uero Iedithun ianitores erant. Et abierunt cunctus populus, quisq; domum suam, & uersus est Dauid ut bona imprecaretur domui suæ. CAP. XVII.

Proponit Dauid extruere ædem domino, sed dominus aliud iubet.

2.Sam. 7.a Contigit aūt quum habitaret Dauid in domo sua, ut diceret Dauid ad Nathan prophetam, En ego habito in domo cedrina, arca aūt fœderis DOMINI sub auleis. Dixit ergo Nathan ad Dauidē, Fac qdquid est in corde tuo, quoniam deus tecū est. Eadem nocte fiebat uerbū dei ad Nathan in hunc modum, Vade & dic ad Dauidē seruum meum, Sic ait DOMINVS, Tu non ædificabis mihi domū [ut illic] habitem. Etenim non habitaui in domo ab eo die quo eduxi filios Israelis usq; in hunc diem, sed fui [transiens] de tentorio in tentoriū, & de tabernaculo in omnibus in quibus ambulaui cum omni Israele. Num uerbū loquutus sum ad aliquē ex iudicibus Israelis, quibus præcepi ut pascerent populum meum, ut dixissem, Quare non extruxistis mihi domū cedrinā? Nunc ergo dices ad seruum meum Dauidē, Sic dicit DOMINVS exercituū, Ego tuli te de septo quū oues sequereris, ut esses princeps super populū meum Israel, & fui tecum in omnibus quocunq; ambulasti, excidi insuper omnes hostes tuos ante te, feciq; tibi nomen celebre, ut nomen [habent] celeberrimi in terra: constituam quoq; locū populo meo Israeli, & plantabo eum, ut habitet in loco suo: neq; tumultuabitur amplius, filij quoq; iniqui ultra eum non adfligent ut antea, ab eo scilicet tempore quo constituerā iudices super populū meum Israelē. Humiliabo insuper cunctos hostes tuos, & indicabo tibi q; DOMINVS ædificaturus est tibi domū. Quin & hoc erit, quū exacti fuerint dies tui, ut uadas cū patribus tuis, excitabo semen tuū, quod erit ex filijs tuis post te, regnumq; eius firmabo, is extruet mihi domū, & ego confirmabo soliū eius perpetuò: ego ero ei pater, & ipse erit mihi filius: bonitatē quoq; meam non adimā ei, quemadmodū ademi ab eo qui fuit ante te, sed firmabo eum in domo mea, atq; in regno meo perpetuò, firmumq; erit soliū eius in sempiternū. Iuxta omnia hęc uerba, & iuxta omnē hanc [a]uisionē, sic loquutus est Nathan ad Dauidem. Ingressus itaq; Dauid rex sedit corā DOMINO, & dixit, Quis sum ego DOMINE deus, & quæ domus mea, q; me tantopere euehis? Quin hoc tibi parū uisum est ô deus, nisi & porrò in longinquū pollicitationē facias ad domū serui tui, & respicias me ut respici solent homines præstantes DOMINE deus. Quid uero ultra addere potest Dauid [ut loquatur] ad te quod accedat ad gloriā serui tui? & tu cognouisti seruū tuum. Domine propter seruū tuum, & secundū cor tuum fecisti omnem hanc magnificentiam, ut nota faceres cunctas magnificētias. DOMINE non est similis tui, neq; est deus pręter te, iuxta omnia quæ audiuimus auribus nostris. Quæ [b]uero gens est in terra quemadmodū populus tuus Israel, cuius deus iret sibi redimere populum, ut poneres tibi nomen magnum & tremendū, eijciendo gentes ante populum tuum quem redemisti ex Aegypto? Tu posuisti populū tuum Israelem tibi in populū usq; in sempiternum, & tu DOMINE fuisti eorum deus. Nunc igitur DOMINE, uerbū tuum qd loquutus es de seruo tuo, & de domo eius ratum sit perpetuò, ut facias quod pollicitus es: ratū inquā fiat, ut magnificetur nomen tuum in sempiternū, ut dicatur, DOMINVS exercituū est deus Israelis, deus inquam est Israelis, domusq; serui tui Dauidis firma erit corā te. Quandoquidem

Marginalia: A; Sine uerbo dei deus nihil uult agi.; B; Omnia pręstat omnibus deus.; Christus promittitur ædificaturus ecclesiam.; C; a Visio pro reuelatione, nam prophetis reuelauit dominus uolūtatem suā: qui & uidētes dicti sunt aut contemplatores.; Ex gratia sit Israel dei populus.; D; a Ebræ. additur una gens, ut Germani, wo ist ein volck: sed Latinis istis articulis non utuntur.

Digitized by Google

c Eb. Reuelasti autem serui tui.
b Ebr. Seruus tuus inuenit.

tu deus meus c indidisti seruo tuo, ut extrueret ei domum, idcirco b ausus fuit seruus tuus orationem instituere in conspectu tuo. Nunc igitur DOMINE, tu es deus, qui loquutus de seruo tuo bonum hoc, adijce igitur animum ut benedicas domui serui tui, ut perpetuò duret ante faciem tuam: cui enim tu benedixeris DOMINE, is in æternum benedictus est. Oratio et promissio dei praestatur.

CAP. XVIII.

David bella gerit contra exteras nationes, quas auxilio domini deuicit & uectigales fecit.

A POst hæc gesta percussit David Palestinos, & subegit eos, cepitque Gath & filias eius de manu Palestinorū. Percussit & Moabitas, & facti sunt Moabitæ serui Dauidi qui penderēt uectigal. Ad hæc percussit David Hadaræser regem Zoba ad Hamath, quum proficisceretur ut statueret potentiam suam ad fluuium Euphratem. Cepit autem David ex eis mille currus, septem millia equitum, atque uiginti millia uirorū peditum. Reddidit præterea David a inutiles omnes currus, centum tamen currus ex eis reliquos fecit. Quumque uenisset Syria Darmasci, ut opem ferret Hadaræser regi Zoba, percussit David ex Syris uirorū uiginti duo millia. Et constituit David [præfectos] in Syria Darmasci, factique sunt Syri serui Dauidi uectigal pendētes. Seruauit enim DOMINVS Dauidem in omnibus ad quæ profectus est. Porrò David accepit clypeos aureos quos habuerant serui Hadaræser, & intulit eos Hierosolyma. De Tibhath uero, & de Chun ciuitatibus Hadaræser tulit æs admodū multum, de quo Solomon fecit æneum mare, columnas & uasa ænea. Audiens autem Thohu rex Hamath, quod David percussisset omnes copias Hadaræser regis Zoba, misit Hadoram filium suum ad regem Dauidem, pro ambienda pace, gratulatumque quod bello adortus esset Hadaræser, quodque illum percussisset, quoniam Tohu hostis erat infensus ipsi Hadaræser. Omnia uero uasa aurea, argētea, & ærea dedicauit David rex DOMINO, cum auro & argento, quod tulerat ex omnibus gentibus, nēpe de Edom, de Moab, de filijs Ammon, de Palestinis & Amalekitis. Porrò Abisai filius Zeruia percussit Edom in ualle salis, decem & octo uidelicet millia. Constituit præterea præfectos in Edom, factique sunt omnes Edomæi serui Dauidi, seruauit enim DOMINVS Dauidem in omnibus ad quæ profectus est. Regnauitque David super uniuersum Israelem, dicebatque ius, & administrauit iustitiam uniuerso populo suo. Porrò Ioab filius Zeruia imperator erat exercitus, Iehosaphat filius Ahilud erat à commentarijs, Zadok filius Ahitub, & b Abimelech filius Abiathar erant sacerdotes, Sauesa scriba, Benaia filius Iehoiadæ fuit super Chereti & Peleti, & filij Dauidis erant primores ad manum regis.

2 Sam. 8.a Moabitæ tributarij. a Alij, subneruauit, intelligunt enim eos quorum neruis incisis inutiles factos currus. B Syria tributaria. 1 Reg. 7. Hemathia pacē petit. C D Edomitæ seruiunt. b In libris Regū est Ahimelech.

CAP. XIX.

Qua ignominia affecerit Hanon rex Ammonitarum seruos Dauidis.

A COntigit post hæc ut moreretur rex Ammonitarū Nahas, regnauitque loco eius Hanun filius eius, aitque David, Beneficentia prosequar Hannonē filium Nahas, quoniā pater eius me quoque prosequutus est beneficētia. Misit itaque David legatos qui consolarētur eum super patre suo. Venerūt itaque legati Dauidis in terram Ammonitarum ad Hannonem, ut eum consolarentur. Dixerunt aūt proceres filiorum Ammon ad Hannonem, Num David consolatores ad te misit, ut honoret patrem tuum coram te, an non magis uenerūt ad te serui eius, ut perscrutentur & explorent terrā, subuertantque eam? Tollens igitur Hannon seruos Dauidis, rasit eos, & præcidit indumenta eorū partim ad nates usque, & amandauit eos, illique abierūt. B Nunciarunt aūt Dauidi de uiris illis, qui misit eis obuiam, (erant enim uiri illi magna ignominia affecti,) dixitque rex, Manete Iericho, donec repullulet barba uestra, tum reuertimini. Animaduertentes aūt Ammonitæ inuisos se esse Dauidi, misit Hanon & filij Ammon argenti mille talenta, ut conducerēt sibi de Mesopotamia, & de Syria Maacha, atque de Zoba currus & equites.

2.Reg.10.a Misericordia consolati. Ammonitæ contra David.

Digitized by Google

tes, conducentes sibi trigintaduo millia curruũ, & regem Maacha atq; populum ejus: qui uenientes castrametati sunt ante Medaba: quin & Ammonitæ congregati sunt de ciuitatibus suis, & uenerunt ad bellandum. Dauid [hæc] audiens, misit Ioab atq; omnem exercitum strenuorum militum. Egressiq; Ammonitæ C
aciem instruxerunt ad ostium portæ ciuitatis: reges uero qui uenerant, seorsim
Ioab decis terigio. erant in campo. Videns aũt Ioab sibi imminere prælium & à fronte & à tergo, delegit ex omni iuuentute quæ erat in Israele, & instruxit aciem contra Syros: reliquum uero populũ tradidit sub manũ Abisai fratris sui, instructa acie cõtra Ammonitas, aitq;, Si fuerint Syri me ualidiores, opem mihi feres: sin Ammonitæ tibi præualuerint, adero ego tibi auxilium laturus. Sis ergo fortis, quin & nos for
Domino omnia cõmittenda. tes simus pro populo nostro, atq; pro ciuitatibus dei nostri: cæterũ DOMINVS faciat quod sibi bonũ uideatur. Accessit itaq; Ioab, & populus quem secum habebat, ut manus consereret cum Syris, illi autem conspecto eo, fugerunt. Porrò D
Ammonitæ uidentes q̃ Syri fugissent, fugerunt & ipsi à facie Abisai fratris eius, ueneruntq; in ciuitatem, Ioab uero uenit Hierosolyma. Videntes aũt Syri sese coram Israelitis corruisse, missis legatis eduxerũt Syros qui erant trans fluuium, præcedente eos Sobach, qui erat imperator exercitus Hadaræser. Hoc quũ nunciatum esset Dauidi, congregauit uniuersum Israelem, & traiecto Iordane uenit ad eos, & instruxit aciem contra eos. Quumq; Dauid instruxisset aciem contra Syros, inierũt & ipsi prælium cum eo. At Syrus fugit à facie Israelis, interfecitq; Dauid ex Syris septem millia curruum, & quadraginta millia uirorũ peditum:
Dux occiditur Syrorum. trucidauit quoq; Sophach imperatorem exercitus. Videntes itaq; serui Hadaræser, q̃ corruissent ante Israelitas, pace inita cum Dauide, facti sunt serui eius: nec
Syri seruiunt Dauidi. uoluit Syrus opem ferre amplius Ammonitis.

CAP. XX.

De alijs bellis, in quibus uictor fuit Dauid.

2.Sam.11.a FActum aũt uertente anno sub id tempus quo solent reges egredi, duxit Ioab copias exercitus, & deuastauit terram Ammonitarum. Veniens aũt circum- A
Rabba destruitur. sedit Rabba, manente Dauide Hierosolymis, Ioab autẽ percussa Rabba subruit
2.Sam.12.d eam. Porrò Dauid accepit coronam [a]regis eorum de capite eius, & inuenit eam habentem pondus talenti auri, erantq; in ea lapides pretiosi, impositaq; fuit capi B
ti Dauidis: quin & prædam ualde ingentem è ciuitate asportauit. Populum uero qui erat in ea, eduxit & adflixit eos serra, & rastris ferreis, serrisq;. Eodem modo fecit Dauid omnibus ciuitatibus filiorũ Ammon, reuersusq; est Dauid & o-
Palestini uincuntur. mnis populus Hierosolyma. Post hæc factum est ut exurgeret bellum in Ga- C
2.Reg.21.d ser cum Palestinis, & percuteret Sibechai Husathites Sippai, qui erat de filijs Rephaim, qui fuerunt subacti. Rursum factum est bellum cum Palestinis, & percussit Elhanan filius Iair Lahmi fratrem Goliath Gethæum, cuius hastę lignum instar iugi erat quo utuntur textores. Rursus factum est bellũ in Gath, fuitq; uir
Gigas duodecim digitorum. mõstrosa magnitudine, qui habebat digitos sex & sex, uigintiquatuor, & hic na D
tus erat ipsi Rapha: quum autem probra iaceret in Israelem, percussit eum Ionathan filius Semeia fratris Dauidis. Hi nati sunt ipsi Rapha in Gath, cecideruntq; per manum Dauidis, & per manum seruorum eius.

[a] Alij legunt Malcham, Malcham enim idolum fuit Ammonitarum.

CAP. XXI.

Dauid numerat populum, qua re dominum offendit & grauiter punitur.

2.Sam.24.a SVrrexit autem satan contra Israelem, & incitauit Dauidẽ ut numeraret Israe- A
lem, dixitq; Dauid ad Ioab & ad primores populi, Ite, numerate Israelẽ à Beer Seba usq; ad Dan, & adferte mihi, ut sciam numerũ eorum. Et ait Ioab, Adijciat DOMINVS ad populũ suum aliquot centurias, an nõ domine mi rex hi omnes serui sunt domini mei? Cur quærit hoc dominus meus? cur [recidet] hoc delictũ in Israelem? At regis imperiũ erga Ioab præualebat. Egressus ergo Ioab profectus est per uniuersum Israelẽ, rediitq; Hierosolyma, deditq; Ioab numerũ

Digitized by Google

& censum populi ipsi Dauidi. Fuit aūt [summa] omnium Israelitarū uirorum bello [a]aptorū, undecies centena millia, & de Iuda quadringenta atq; septuaginta millia uirorū bello aptorum. Inter hos in censum non uenerunt Leuitæ & filij Beniamin, abominabatur enim Ioab imperiū regis. Displicuit autem hæc res oculis dei, percussitq; Israelem. Dixit autē Dauid ad eum, Insigniter peccaui, q designaui hanc rem, transfer igitur quæso iniquitatē serui tui, quoniā uehementer stulte egi. Loquutus est itaq; DOMINVS ad Gad [b]uidentē Dauidis in hanc sententiā, Vade & loquere ad Dauidē in hæc uerba, Sic dicit DOMINVS, Tria inclinabo super te, ex his tu unū elige quod faciam tibi. Et ueniens Gad ad Dauidem, dixit ad eum, Sic dicit DOMINVS, Recipe tibi, aut tribus annis famē, aut ut tribus mensibus deficias metu aduersariorū tuorum, teq; apprehēdat gladius hostium tuorū, aut tribus diebus gladiū DOMINI, & pestilentiam in terra, & angelum DOMINI grassantē per omnes terminos Israelis: dispice igitur quid referam ei qui misit me. Tum dixit Dauid ad Gad, Supra modū angor, incidā quæso in manū DOMINI, (quoniā miserationes eius uehementer multæ sunt,) in manum autem hominū non cadam. Misit igitur DOMINVS pestilentiā in Israelem, & ceciderūt ex Israelitis septuaginta millia uirorū. Misitq; DOMINVS angelū in Ierusalem ut uastaret eam: quumq; sic uastaret, uidit DOMINVS, & pœnitudine ductus est super hoc malo, dixitq; ad angelū uastantem, Sat iam, remitte manū tuam. Angelus aūt DOMINI constitit iuxta horreum Arnan Iebusæi. Sublatis aūt oculis suis Dauid, uidit angelum DOMINI stantem inter cœlum & inter terrā, habentem gladium districtum manu sua, directum contra Ierusalem, procidit q; Dauid & seniores saccis tecti in facies suas, dixitq; Dauid ad deum, An nō ego sum qui iussi numerari populū? Ego ipse sum qui peccaui, & omnino male egi, oues uero istæ quid fecerunt? DOMINE deus meus, sit quæso manus tua contra me, & contra domū patris mei, in populū autem tuum ne plaga [sæuiat.] Dixit ergo angelus DOMINI ad Gad, ut diceret Dauidi, ut Dauid ascenderet, & erigeret arā DOMINO in horreo Arnan Iebusæi. Ascendit ergo Dauid iuxta mandatū ipsius Gad, quod mandauerat ei nomine DOMINI. Cōuersus aūt Arnan, uidit angelū, erantq; cum eo quatuor filij eius, qui absconderunt se, Arnon uero exterebat triticū. Et quum uenisset Dauid ad Arnan, respiciens Arnan uidit Dauidē, & egressus de horreo, procidit pronus in terrā ipsi Dauidi. Ait ergo Dauid ad Arnan, Da mihi locū horrei in quo extruam aram DOMINO, daq; eundem mihi pro [c]pecunia quæ plene satisfaciat, ut coerceatur clades à populo. Dixitq; Arnan ad Dauidē, Cape tibi, & faciat dominus meus rex quod sibi uideatur: en & boues do in holocausta, & plaustrū dentatū in ligna, triticū deinde in sacrificiū cibarium, omnia do. Tum dixit rex Dauid ad Arnan, Haudquaq̄, quin emendo emā, idq; pecunia quæ plene satisfaciat: non enim rapiā DOMINO ea quæ tua sunt, nec sacrificia holocausti gratis. Dedit itaq; Dauid ipsi Arnan pro loco illo siclos auri pondere sexcentos: ædificauitq; Dauid illic altare DOMINO, in quo sacrificauit holocausta & sacrificia salutaria, & inuocauit DOMINVM, qui respondit ei per ignē de cœlis in ara holocausti. Et quū loquutus esset DOMINVS ad angelū, reduxit ille gladiū suū in uaginam suam. Eodem tempore quum uideret Dauid q exaudisset eum DOMINVS in horreo Arnan Iebusæi, sacrificauit illic. Porrò tabernaculum DOMINI quod fecerat Moses in deserto, & altare holocausti, erant tum in colle Gibeon, ut non potuerit Dauid [illo] ire in conspectum eius ut consuleret deum, q territus esset ob gladium angeli DOMINI. Et ait Dauid, Hæc est domus DOMINI dei, & hæc ara ad holocaustum Israelis.

CAP. XXII.

Materiam contrahit Dauid ad extructionem ædis dei.

Præcepit

Marginalia (left): [a] Ebr. Educentium gladium. — B — [b] Videns pro propheta. — C — [c] Ebr. In pleno argento. — D

Marginalia (right): Pœnitentis confessio. — Pœnarum tria genera. — Pestilentia eligitur. — Pœnitentia Dauidis. — Angelus domini. — Rex non accipit gratuito. — Tabernaculum et arca in Gabaon. 2. Par. 1. a

PRæcepit autem Dauid ut congregarentur aduenæ qui erant in terra Israel, A
& constituit latomos qui excinderent lapides politos, ad extruendū ædem
dei. Deinde & ferri multum parauit ipse Dauid ad seras & ianuas portarū & ad
iuncturas, ad hæc & multum æris sine pondere, ligna quoq; cedrina innumera,
nam adduxerant Zidonij & Tyrij innumera ligna cedrina ad Dauidem. Tum
ait Dauid, Filius meus Solomon puer est & tener, domus autem quæ ædifican-
da est DOMINO magnifica, quæ sublimitatem, nomen [excellens,] decusq; ha-
beat in uniuersis nationibus, apparabo igitur ei. Præparauit itaq; Dauid multa
Solomoni iniungitur templi extructio. ante mortem suam. Vocauit autem Solomonē filium suum, præcepitq; ei ut ex-
trueret ædem DOMINO deo Israelis, aitq; Dauid ad Solomonē, Ego uolui mi B
fili, ædificare ædem nomini DOMINI dei mei, ut apud me statueram, at uerbū
DOMINI factum est ad me in hanc sententiam, Fudisti multum sanguinis, &
prælia magna gessisti, non ædificabis nomini meo ædem, sanguinis enim mul
tum fudisti in terram coram me, ecce filius qui tibi nascitur, hic uir erit tranquil-
Salomonis nomen. lus, (ego enim dabo ei tranquillitatem ab omnibus hostibus eius circunquaq;:
2. Reg. 7. b siquidem Solomon erit nomen eius: daboq; pacem & tranquillitatē super Israe-
3. Reg. 5. a lem in diebus eius,) ille ædificabit domū nomini meo: & is erit mihi filius, egoq;
Heb. 1. a ero ei pater, & firmabo solium regni eius super Israelem in sempiternum. Nunc C
igitur fili mi, sit DOMINVS tecū, ut prosperrime tibi cedat, tu ædificabis ædem
Intelligentia dei cū timore et cultu. DOMINO deo tuo, sicut loquutus est de te. Quin dabit tibi DOMINVS intel-
ligentiam & prudentiam, dabitq; tibi præcepta ad Israelem, ut custodias legem
DOMINI dei tui: tum prospere cedet tibi, quū obseruaueris & feceris statuta &
iudicia quæ præcepit DOMINVS Mosi ad Israelē. Sis igitur fortis & robustus,
ne timeas, ne paueas. En ego pro paupertate mea paraui pro æde DOMINI au
ri centum millia talentorum, argenti mille millia talentorum, porrò æris & ferri
non est pondus, multum enim est: ligna quoq; & lapides præparaui, quibus tu
adijcere [poteris.] Habes iam multos apud te qui opus perficiant, latomos & scal D
ptores lapidū, ac fabros lignarios, multos deniq; qui industrij sunt in omni ope-
re. Auri, argenti, æris & ferri nullus numerus: surge & fac, eritq; DOMINVS te-
cum. Præcepit præterea Dauid cunctis proceribus Israelis, ut auxilio essent fi-
lio suo Solomoni: an non [inquit] DOMINVS deus uester est uobiscum, & de-
dit uobis tranquillitatem circunquaq;, quandoquidem sub manū meam tradidit
habitatores terræ, & subacta est terra corā DOMINO, & corā populo eius. Præ-
Corda domino præbenda. bete ergo cor uestrum & animum uestrum, ut quæratis DOMINVM deum ue-
strum: surgite & ædificate sanctuariū DOMINI dei, ut adducatis arcam fœderis
DOMINI, & uasa dei sancta in ædē nomini DOMINI extructā.

XXIII.

Dauid iam senex, ministeria domus dei constituit.

DAuid quum senio iam esset confectus, dierumq; satur, præfecit Solomonē A
filium suum regem super Israelem. Congregauit itaq; omnes proceres Is-
raelis, sacerdotes & Leuitas, & numerati sunt Leuitæ ab eo qui triginta natus
erat annos & supra: fuitq; numerus eorum qui per capita & uiritim [censi erāt,]
triginta & octo millia fortium uirorum. Ex his erant uigintiquatuor millia qui
urgebant opus domus DOMINI: præfectorum autem & iudicum sex millia,
quatuor millia ianitorum, quatuor millia eorum qui laudant DOMINVM in
Supra 6. a instrumentis, quæ ego feci ad laudandum. Distribuit autē eos Dauid in ordines
ex filijs Leui, Gerson, Kahath & Merari. De Gersonitis, Laēdan, & Simei. Filij
Laēdan, præcipuus Iehiel, Setham, & Ioēl, tres. Filij Simei, Selomith, Hasiel, & Ha B
ran, tres: hi fuerunt capita patrum ex Laadan. Filij uerò Simei, Iahath, Sina, Ieus
& Beria: isti sunt filij Simei, nempe quatuor. Fuit autem Iahath præcipuus, & a Si
sa secundus: Ieus uero & Beria non fuerunt aucti liberis, sed fuerunt iuxta pater- a Fortè olim fuit Sina, ut supra.

Digitized by Google

nam familiam in eodē censu. Filij Kahath, Amram, Iizhar, Hebron, & Vziel quatuor. Filij Amram, Aharon & Moses: segregatus est Aharon ut sanctus præesset in sancto sanctorum, ipse & filij eius in sempiternū, adoleret incensum coram DOMINO, ministraret ei, atq; benediceret in nomine eius in sempiternum. Moses quoq; & filij eius appellati sunt iuxta tribum Leui. Filij Mosis, Gersom & Eliæser. Filij Gersom, Sebuel præcipuus. Filij autem Eliæser fuerunt Rehabia præcipuus, nec fuerunt filij alij ipsi Eliæser: filiorum autem Rehabia fuerūt supra modum plures. Filij Iizhar, Selomith præcipuus. Filij Hebron, Ieria primus, Amaria secundus, Iohasiel tertius, Iekamiam quartus. Filij Vsiel, Micha primus, Iesia secundus. Filij Merari, Mahli & Musi. Filij Mahli, Eleasar & Kis. Mortuus est autē Eleasar sine liberis, filias tamen habuit, quas duxerunt filij Kis fratres earum. Filij Musi, Mahli, Eder & Ieremoth, tres. Hi sunt filij Leui secundum domum patrum suorum, capita patrum iuxta officia sua, & iuxta numerum nominū, & secundum capita eorum qui faciebāt opus in ministerio domus DOMINI, ab eo qui natus erat uiginti annos & supra. Dixit enim Dauid, Requiem dedit DOMINVS populo suo Israeli, ut habitet in Ierusalem in sempiternum. Et etiam Leuitis, ne portent tabernaculum, & omnia uasa eius pro ministerio eius. Quoniam iuxta uerba Dauidis nouissima, erat numerus filiorum Leui ab eo qui natus erat uiginti annos & supra. Et illorum statio erat ad iussum filiorū Aharonis, pro ministerio domus DOMINI, super atria, exedras, & purificationem in omnibus quæ sancta erant, & in opere ministerij domus dei. Deinde ad panes ordinatos, similam, molā, ad lagana infermentata in sartagine, in frixorio, & ad omnem mensuram & censum. Et ut starent mane singulis diebus ad confitendum atq; laudandū DOMINVM, sic etiam uespere, & ad offerendū cuncta holocausta DOMINO sabbatis, neomenijs, & statis ferijs, numeró & ritu qui erat eis [præscriptus,] idq; iugiter ante conspectū DOMINI, utq; obseruarent custodiam tentorij constitutionis, custodiamq; sanctuarij, & custodiam filiorum Aharonis fratrum suorum in ministerio domus DOMINI.

Caath familia. Exod. 2. a. 6. c. Heb. 5. b. Mosis familia. Exod. 2. d. (C) Merari familia. (D)

CAP. XXIIII.

De eodem.

(A) Filiorum autem Aharonis hæ sunt distributiones: filij Aharonis, Nadab, Abihu, Eleasar & Ithamar. Mortuus autē est Nadab & Abihu [a] coram patre eorum, nec habuerunt liberos, functi ergo sacerdotio sunt Eleasar & Ithamar. Diuisiq; sunt per Dauidem, & erat Zadok ex filijs Eleasar, Ahimelech uero ex filijs Ithamar, secundum officia sua in ministerio suo. Et inuenti sunt filij Eleasar plures iuxta [b] capita uiritim quàm filij Ithamar, & diuisit eos. In filijs Eleasar erant primores iuxta domos patrias sedecim, & in filijs Ithamar iuxta domos patrum suorum, octo. Diuisit autem eos per sortem hos ab illis, quoniam fuerunt principes sanctuarij, & principes dei de filijs Eleasar atq; de filijs Ithamar. (B) Et descripsit eos Semahia filius Nethaneel scriba ex tribu Leui, coram rege & principibus, & Zadok sacerdote, atq; Ahimelech filio Abiathar, & præcipuis patribus, sacerdotibus atq; Leuitis. Domus patria una possessa fuit ab Eleasar, & altera possessa ab Ithamar. Egressa autē sors prior pro Iehoiarib, secunda ipsi Iedaia, tertia ipsi Harim, quarta pro Sehorim, quinta pro Malkia, sexta pro Miiamin, septima pro Hakoz, octaua pro Abia, nona pro Iesua, decima pro Sechania, undecima pro Eliasib, duodecima pro Iakim, decimatertia pro Huppa, decimaquarta pro Iesebead, (C) decimaquinta pro Bilga, decimasexta pro Immer, decimaseptima pro Hesir, decimaoctaua pro Hapizez, decimanona pro Pethahia, uicesimapro Iehesk el, uicesimaprima pro Iachin, uicesimasecunda pro Gamul, uicesimatertia pro Delaia, & uicesimaquarta pro Maasia. Hæ sunt ordinationes eorū iuxta ministeria sua, quando ingrediebantur domum DOMINI secundum ritum eorum, sub manu

Aharonis

[a] Alij legūt, ante patrem eorum.

[b] Vel, iuxta capita uirorum.

Leuit. 10. a. Num. 3. a.

Sorte diuiditur ministerium.

Digitized by Google

Aharonis patris eorum, quemadmodum praeceperat ei DOMINVS deus Israelis. Porro filij Leui residui sunt, de filijs Amram Subaël, de filijs Subaël Iedia: de Rehabia, fuitque de filijs Rehabia primus Isiah. De Iizhari, Selomoth, & de filijs Selomoth Iahath. Filij Ieria, Amaria secundus, Iahasiel tertius, et Iekameam quartus. Filij Vsiel, Micha: de filijs Micha, Samir. Frater Michae Issia, & de filijs Issiae Zacharias. Filij Merari, Mahli & Musi: filij Iahzia, Beno. Filij Merari de Iahzia, Beno, Soham, Zaccur & Ibri. De Mahli, Eleasar, & hic non habuit filios. De Kis: filij Kis, Ierahmeel. Filij autem Musi, Mahli, Eder, & Ierimoth. Hi sunt filij Leuitarum iuxta domus patrum suorum. Iecerunt & isti sortes è regione fratrum suorum filiorum Aharonis coram Dauide rege, & Zadok & Ahimelech, & praecipuis patribus, sacerdotibus & Leuitis, praecipui scilicet patres è regione fratrum suorum minorum. D

CAP. XXV.

De officio filiorum Asaph, Heman & Iedutbun.

SEgregauerunt itaque David & principes exercitus in ministeriũ filios Asaph, Heman, atque Iedutbun, quum prophetarent in citharis, nablis & cymbalis: fuitque numerus illorũ uirorum qui [praefecti erant] operi ministerij. De filijs Asaph, Zaccur, Ioseph, Nethania, & Asarela filij Asaph, qui erant ipsi Asaph ad manum prophetanti iuxta regẽ. De Ieduthun: filij Ieduthun, Gedalia, Zeri, Esaias, Hasabias, Mathitias, sex sub manu patris eorum Ieduthun prophetantis in cithara, in confessionibus & laudibus DOMINI. De Heman. Filij Heman, Bukia, Mathania, Vsiel, Sebuel, Ierimoth, Hanania, Hanani, Eliatha, Giddalthi, Romamthi, Eser, Iosbekasa, Mallothi, Hothir, & Mahasioth. Omnes isti filij erant Heman, qui regis erat uidens in uerbis [a] diuinis, ut erigeretur cornu. Deditque deus ipsi Heman quatuordecim filios, & tres filias: & hi omnes erant patri suo ad manũ, canentes in domo DOMINI, in cymbalis, nablis & canoris, quando ministerium [exequebantur] in domo dei, ad [b] iussum regis, Asaph scilicet, Ieduthun, & Heman. Et fuit numerus eorum cum fratribus suis qui instituti erant in canticis DOMINI, omnium eorum qui [in his] pollebant, ducenti octoginta octo. Et iecerunt sortes custodiae uicissim ut minoris, sic maioris: ut intelligentis, sic discipuli. Sors prima educta est ipsi Asaph pro Ioseph: secunda pro Gedalia ipse & fratres sui ac filij sui, [nempe] duodecim: tertia pro Zaccur & filijs eius ac fratribus eius, duodecim. Quarta pro Iizri, filijs eius ac fratribus eius, duodecim. Quinta pro Nethania, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Sexta pro Bokia, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Septima pro Iesarela, filijs eius, & fratribus eius, duodecim. Octaua pro Iesaia, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Nona pro Mathania, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Decima pro Simei, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Vndecima pro Asreel, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Duodecima pro Hasabia, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Decimatertia pro Subael, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Decimaquarta pro Mathitia, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Decimaquinta pro Ieremoth, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Decimasexta pro Hanania, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Decimaseptima pro Iosbekasa, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Decimaoctaua pro Hanani, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Decimanona pro Mallothi, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Vicesima pro Eliatha, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Vicesimaprima pro Hothir, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Vicesimasecunda Giddalthi, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Vicesimatertia pro Mahasioth, filijs eius & fratribus eius, duodecim. Vicesimaquarta pro Romamthi, Aser, filijs eius & fratribus eius, duodecim.

Margin: Asaph. Idithun. Heman. A B C D

[a] Potest etiã dici, in negotijs diuinis.

[b] Ebr. Ad manus.

CAP. XXVI.

De officio & ministerio ianitorum.

Digitized by Google

A PArtes uero ianitorũ. De Koritis, Meselemia filius Kore, ex filijs Asaph. Porrò Meselemiæ filij [erant,] Sacharia primogenitus, Iediel secundus, Sabadia tertius, Iathniel quartus, Elam quintus, Iehohanan sextus, & Eliehonai septimus. Filij Obed Edom, Semaia primogenitus, Iehosabad secundus, Ioah tertius, Sachar quartus, Nethaniel quintus, Ammiel sextus, Isachar septimus, Peultai octauus, quoniam benedixit ei deus. De Semaia quoq; filio eius nati sunt filij habentes dominiũ in domo patris sui, erant enim heroes strenui. Filij Semaia, Othni, Raphaël, Obed, & Elsabad fratres eius, filij fortes Elihu & Semachia: oẽs isti de filijs Obed Edom, ipsi & filij eorum atq; fratres eorum, uiri strenui & fortes in
B ministerio, sexagintaduo de Obed Edom. Filij quoq; Meselemiæ & fratres filij strenui, decem & octo. Filij Hosa de filijs Merari, Simri præcipuus: licet non fuerit primogenitus, posuit tamen eum pater eius ut caput esset: Hilkia secundus, Tebalia tertius, & Sacharias quartus: omnes filij & fratres Hosa, tredecim. Ad hos facta est distributio ianitorum ut essent capita heroum qui custodirent è regione fratrum suorum, ad ministrandũ in domo DOMINI. Et iecerunt sortes tam paruo quàm magno iuxta domum patrũ suorum pro singulis portis. Ceciditq; sors ab Oriente super Selemiam & Sachariam filiũ eius qui consilio & intelligentia ualebat, iecerunt sortes, exiuitq; sors eius ad Septentrionẽ. Pro Obed Edom uero ad Meridiẽ & pro filijs eius domus Asuppim. Pro Suppim & Hosa ad Occiden-
C tem cum porta quæ uergit [a] ad semitam superiorẽ, custodia è regione custodiæ. Ad Orientem Leuitæ sex, ad Aquilonem interdiu quatuor, ad Meridiem interdiu quatuor, & ad Asuppim bini & bini. Pro Pharbar ad Occidentem, quatuor in ascensu, & duo in Pharbar. Istæ sunt ordines ianitorum inter filios Kora, & inter filios Merari. Porrò Leuitæ, Ahia erat super thesauros domus dei, & super thesauros sacrorum. Filij Leadan, filij Gersunitarum de Laëdan præcipui patres, de Laëdan inquã, Gersuni & Iehieli. Filij Iehieli, Zetam & Ioel frater eius super thesauros domus DOMINI. De Amramitis quoq;, Iizharitis, Hebronitis, et Asielitis, Sebuel filius Gersom filij Mosis erat princeps super thesauros, et fratres eius de Eliæser, cuius filius Rehabia, cuius filius Iesaia, cuius filius Iorã, cuius filius Sichri, cuius filius Selomith. Iste Selomith atq; fratres eius erant super omnes the-
D sauros sacrorum, quæ cõsecrauerat Dauid rex & præcipui patres, & tribuni, centuriones, & imperatores exercitus, quæ de bellis ac spolijs consecrauerant ad sarta tecta domus DOMINI. Sed & cuncta quæ consecrauerat Samuel uidens, & Saul filius Kis, et Abner filius Ner, atq; Ioab filius Zeruia: quicũq; aliquid sanctificauerat, erat hoc sub potestate Selomith & fratrum eius. De Iizhari erat Chenanias & filij eius [præpositi] operi externo super Israelẽ, erant enim præfecti & iudices. De Hebronitis erant Hasabias & fratres eius filij strenui, mille & septingẽti in præfectura Israelitarum ultra Iordanem ad Occidentẽ in omni opere DOMINI & ministerio regis. Inter Hebronitas præcipuus erat Iedia, princeps inter Hebronitas iuxta generationes suas & patres. Anno quadragesimo regni Dauidis, quæsiti sunt & inuenti in eis heroes strenui. In Iaser Gilead. Et fratres eius filij strenui, duo millia atq; septingẽti, patres præcipui quos Dauid rex cõstituit super Rubenitas, Gaditas, & super dimidiam tribum Manasse pro omni negotio dei & negotio regis.

Sortes.

[a] Quidam legunt, cũ porta schalecheth.

Thesaurorum præfecti.

Isaaritæ.

CAP. XXVII.

De ordinibus imperatorum.

A POrrò filiorum Israel iuxta numerum suum qui erãt capita patrum, tribuni, centuriones & præfecti eorũ, qui ministrabant regi ordinibus in omnibus negotijs, qui ingrediebantur & egrediebantur per singulos menses in omnibus anni mensibus, singulisq; ordinibus erant uigintiquatuor millia. Super ordinem primum pro mense primo erat Iasabeam filius Sabdielis, erantq; in ordine

suo

Digitized by Google

suo uigintiquatuor millia. De filijs Parez princeps super omnes imperatores exercitus pro mense primo. Super ordinem mensis secundi erat Dodai Ahohites, & in ordine illius erat Mikloth princeps, & in ordine eius quoque erant uigintiquatuor millia. Imperator exercitus tertij pro mense tertio, Benaias filius Ioiadæ summi sacerdotis, & in ordine eius uigintiquatuor millia. Is est Benaias, heros inter triginta, & super triginta, & in ordine eius erat Ammisabad filius eius. Quartus pro mense quarto fuit Asaël frater Ioab, & Sabadia filius eius post eum, erantque in ordine eius uigintiquatuor millia. Quintus pro mẽse quinto erat princeps Samhud Iisrahites, & in ordine eius uigintiquatuor millia. Sextus pro mense sexto Ira filius Ikes Tekoites, & in ordine eius uigintiquatuor millia. Septimus pro mense septimo Holez Pelonites de filijs Ephraim, & in ordine eius uigintiquatuor millia. Octauus pro mense octauo Sibbechai Husathites ipsius Sarhi, & in ordine eius uigintiquatuor millia. Nonus pro mense nono Abiæser Anathotites ex filijs Gemini, & in ordine eius uigintiquatuor millia. Decimus pro mense decimo Maharai Netophathites de [stirpe] Sarhi, & in ordine eius erant uigintiquatuor millia. Vndecimus pro mẽse undecimo Benaias Pirhathonites de filijs Ephraim, & in ordine eius uigintiquatuor millia. Duodecimus pro mense duodecimo Heldai Netophathites ex [familia] Othonielis, & in ordine eius uigintiquatuor millia. Erant præterea super tribus Israelis. Super Rubenitas princeps Eliæser filius Sichri. Super Simeonitas Saphatias filius Maacha. Super Leuitas Hasabias filius Kemuel. Super Aharonitas Zadok. Super Iudæos Elihu de fratribus Dauidis. Super eos qui erant ex Isachar Omri filius Michaelis. Super eos qui erant ex Sebulon Iismaias filius Obadiæ. Super eos qui erant ex Naphtali Ierimoth filius Asrielis. Super filios Ephraim Hoseas filius Asasiæ. Super tribum dimidiam Manasse Ioel filius Pedaiæ, & super [aliam] dimidiam tribum Manasse in Gilead Iddo filius Sachariæ. Super eos qui erant ex Beniamin Iaasiel filius Abner. Super Danitas Asariel filius Ieroham. Illi sunt imperatores tribuum Israeliticarum. Et non leuauit Dauid numerum eorum ab eo qui natus erat uiginti annos & infra, eo quod DOMINVS dixerat, Israelẽ multiplicandũ ut stellas cœli. Cœperat quidem Ioab filius Zeruia numerare, at non compleuit, quod ob id indignatio [dei] uenisset super Israelem, nec relatus est numerus ad numerum annalium regis Dauidis. Super thesauros regis erat Asmaueth filius Adielis, & super thesauros agrorum in urbibus, uillis atque castellis Ionathan filius Vsiæ. Et super eos qui faciebant opus agrorum in cultura telluris, erat Esri filius Kelub. Super uineas uero Simei Ramathæus. Et super ea quæ in uineis, super cellas uinarias, Sabdi Siphmites. Porrò super oleas & sycomoros quæ erant in cãpestribus, Baal Hanan Gederæus, & super cellas olei Ioas. Super boues qui pascebãt in Saron, Sitar Saronites: & super boues qui erãt in uallibus, Saphat filius Adlai. Super camelos Obil Iismeelita, & super asinas Iehedias Meronotites: super oues Iasis Haggeræus. Hi omnes principes fuerunt super possessionem Dauidis regis. Ionathan autẽ patruus Dauidis uir ualens consilio & prudentia, scriba erat, & Iehiel filius Hachmoni erat cum filijs regis. Ahitophel erat regi à cõsilijs, et Husai Archites amicus regis. Post Ahitophel fuit Ioiada filius Benaiæ, & Abiathar, imperator exercitus regis erat Ioab.

Margin notes: B (at "erantque in ordine…"); C (at "dine eius uigintiquatuor…"); Supra 21.a (at "tiplicandũ"); D (at "merus ad numerum"); Præfecti substantiæ Dauidis. (at "ueth filius Adielis"); Officiarij Dauidis. (at "sionem Dauidis regis").

CAP. XXVIII.

Oratio Dauidis ad proceres regni sui de structura ædis domini, quam absoluturus erat Solomon.

Congregauit autem Dauid omnes proceres Israelis, principes tribuũ, principes ordinum qui ministrabant regi, tribunos, centuriones cum principibus omnis substantiæ & possessionis Dauidis, filios suos cum eunuchis, heroes, & omnes uiros strenuos Hierosolyma. Surgensque Dauid rex in pedes suos, ait, A

Digitized by Google

Audite me fratres mei, & popule mi, ego statueram corde meo ædificare ædem, ut illic requiesceret arca fœderis DOMINI, & pro scabello pedum dei nostri, pa raueramque ut ædificarem, sed deus dixit mihi, † Non ædificabis ædem nomini meo, es enim uir bellator, & effudisti sanguines, elegitque me DOMINVS deus Israelis præ omnibus qui fuerunt in domo patris mei, ut perpetuò rex essem super Israelem: siquidem in Iuda uoluit eligere ducem, & in domo Iuda quidem, domum patris mei, inter filios autem patris mei uoluit me regem constituere super B uniuersum Israelem. Porrò ex omnibus filijs meis, (nam multos filios dederat mihi DOMINVS,) elegit Solomonem filium meum, ut is sederet in solio regni DOMINI super Israelem, dixitque mihi, Solomon filius tuus ipse ædificabit domum meam & atria mea, nam hunc elegi mihi filium, egoque ero ei pater, confirmaboque regnum eius perpetuò, si gnauiter fecerit præcepta mea atque iudicia mea, ut est hodie. Nunc igitur [propono hæc] in oculis omnis Israelis, cõgregationis DOMINI, & in auribus dei nostri, custodite & quærite omnia præcepta DOMINI dei uestri, ut possideatis terram bonam, & hæreditatẽ relinquatis filijs uestris post uos perpetuò. Et tu Solomon fili mi, cognosce deũ patris tui, & cole eum corde integro, animoque beneuolo, DOMINVS enim scrutatur omnium corda, omneque figmentum cogitationum intelligit: si studiose quæsieris eum, inuenietur à te: si uero eum dereliqueris, abijciet te perpetuo. Vide ergo, quandoquidem DOMINVS te elegit ut ædifices domum in sanctuarium, ut fortis sis & facias.

2.Reg.7.b · *Sap.9.b* · Seruiendũ deo corde perfecto. · Cordium scrutator deus. Psal.7. · Deum quærere.

C Dedit autem Dauid filio suo Solomoni deformationem porticus, & domuncularum eius, repositorium eius, cœnaculorum eius, penetralium eius, atque domus propitiationis, deformationem quoque omnium quæ secum habebat in animo pro atrijs domus DOMINI, & pro omnibus gazophylatijs quæ erant circunquaque, pro thesauris domus dei, & pro thesauris consecratorum, pro ordinibus quoque sacerdotum & Leuitarũ, et pro cuncto opere ministerij domus DOMINI, sed & pro uniuersis uasis cultus domus DOMINI. Pro auro in pondere, pro auro ad omnia uasa diuersorum ministeriorũ, ad omnia uasa argentũ in pondere, ad omnia uasa diuersorũ ministeriorũ. Pondus auri ad candelabra, aurum quoque ad lucernas eorum: aurum hoc erat in pondere pro singulis candelabris & lucernis eius: argentum quoque in pondere pro candelabro & lucernis eius, ut singulorum candelabrorum ministeriũ exigebat. Deinde aurum certo pondere ad mensas dispositionis, pro singulis scilicet mensis: sic argentum pro mensis argenteis.

D Item aurum mundũ pro fuscinulis, pro peluibus sparsorijs, & dimidiatis fistulis, & pro crateris aureis, quenque suo pondere: deinde pro crateris argenteis, quenque suo pondere. Pro ara deinde incensi aurum purificatum pondere, deformationẽ quoque quadrigæ Cherubim aureorum qui expandebant [alas,] uelabantque arcam fœderis DOMINI. Omnia in deformatione ex manu DOMINI, qui me intelligentem reddidit in omni opere deformato. Dixit quoque Dauid Solomoni filio suo, Age fortiter & strenue, ne timeas, neque animo frangaris, quia DOMINVS deus meus tecum est: non faciet te remissum, neque te deseret, donec perficias uniuersum opus ministerij domus DOMINI. En ordines sacerdotum & Leuitarum (pro cuncto ministerio domus dei [ordinati,]) tecũ sunt in omni opere, unà cum omni qui uoluntarius est sapientia & omni ministerio: deinde & principes & uniuersus populus ad omnia ea quæ præcipies.

Exempla templi à deo Dauidi.

CAP. XXIX.

Persequitur de ædificio ædis dominicæ, & quid ad hoc polliceantur principes.

A Dixit præterea Dauid rex ad uniuersum cœtum, Solomonem filium meum unicum elegit deus, puer est & tener, opus autem arduum, quoniam ædes illa non hominis est, sed DOMINI dei. Ego quidem quàm maxime potui præparaui pro domo dei mei aurum ad ea quæ aurea esse debent, argentũ ad ea quæ argentea

Digitized by Google

argentea, æs ad ea quæ ærea, ferrum ad ea quæ ferrea, lignum ad ea quæ lignea: sed & lapides onychinos & [alios] qui inserantur, lapides rubros, [uariaq́] pigmenta: deinde omnis [generis] lapides pretiosos, lapidesq́ marmoreos abunde multos. Præter hæc uero (quo sum propensus animo ad domum dei mei,) est mihi peculiare quoddam aurum & argentum, quod cõtuli ad domum dei mei, ultra omnia quæ præparaui pro æde sanctuarij, nempe tria millia talentorũ auri, auri inquam de Ophir, & septem millia talentorum argenti depurati, ad obducendum parietes domorum. Porrò aurum ad ea quæ aurea esse debent, & argentum ad ea quæ argentea, atq; pro cuncto opere [tradidi] in manum artificum: & quis hodie sua sponte [a] consecrat manum suam DOMINO? Principes ergo patrum, & principes tribuũ Israelis, tribuni, centuriones, unà cum principibus qui præerant operi regis sua sponte obtulerunt, dederũtq; pro ministerio domus dei auri talentà quinq; millia, solidorũ decem millia, argenti talenta decẽ millia, æris decem & octo millia talenta, & ferri centum millia talenta. Apud quencunq; uero inuenti sunt lapides, dederunt [eos] in thesaurum ædis DOMINI per manũ Iehiel Gersunitæ. Gauisus quoq; est populus quum sua sponte tribuerent, quoniam integro ac perfecto corde sponte sua dederunt DOMINO: quin & rex Dauid gauisus est ingenti gaudio. Et gratias egit Dauid DOMINO in oculis totius cœtus, dixitq; Dauid, Benedictus tu DOMINE deus Israelis patris nostri à sæculo usq; in sæculũ: tua DOMINE est magnificẽtia, & robur, gloria, uictoria, & honor, quoniam omnia quæ sunt in cœlis & in terra, [tua sunt:] tuũ DOMINE est regnum, tu te extollis super omnia ut sis caput. Diuitiæ & gloria corà te, & tu dominaris omnibus, in manu tua est uirtus & robur, in manu inquam tua, ad magnificandum & ad roborandum omnia. Nũc igitur deus noster, nos confitemur tibi, & laudamus nomen magnificẽtiæ tuæ. Quis enim ego sum, et quis est populus meus, ut exprimeremus hanc uim ad libere donandum ista, quũ omnia à te sint, atq; de manu tua eà tribuamus tibi? Siquidẽ aduenæ sumus coram te, & inquilini sicut omnes patres nostri, ueluti umbra sunt dies nostri super terram, neq; est ut [aliud] expectemus. DOMINE deus noster, omnis hæc copia quam præparauimus ut ædificemus tibi domum nomini sanctitatis tuæ, è manu tua est, tuumq; est uniuersum. Et noui ô deus meus, q tu cor probas, & quod recti [tibi] placent: ego quidem in rectitudine cordis mei sponte obtuli omnia ista, & populum tuum qui nunc hic inuentus est, uidi contribuere tibi pròpenso animo, idq; cum gaudio. DOMINE deus Abrahæ, Isaac & Israelis, patrũ nostrorũ, conserua istud in æternum, figmentũ cogitationum cordis populi tui, & dirige cor eorum ad te. Sed & Solomoni filio meo da cor perfectum, ut custodiat præcepta tua, testimonia tua, & statuta tua, ut faciat ea omnia, ædificetq; ædẽ ad quã ego præparaui. Et ait Dauid ad uniuersum cœtũ, Gratias agite nunc DOMINO deo uestro. Et gratias egerunt tota congregatio DOMINO deo patrum suorũ, & inclinato uertice prociderunt coram DOMINO & rege. Immolauerunt quoq; DOMINO uictimas, obtulerũtq; DOMINO holocausta postero die post diem illũ, iuuẽcos mille, arietes mille, oues mille cũ libaminibus suis: multa sacrificia [obtulit] uniuersus Israel. Comederũt præterea atq; biberũt corã DOMINO eodẽ die, idq; cum magno gaudio. Inaugurarũtq; iam secundo Solomonem regem filium Dauidis, ungentes eum coram DOMINO in principẽ & Zadok in sacerdotẽ. Seditq; Solomon in solio DOMINI rex pro Dauide patre suo, & prospere egit, & obedierũt ei omnes Israelitæ. Sed & omnes principes & potentes, cunctiq; filij regis Dauid dederunt manus [suas] sub Solomonẽ regem. Magnificauit autẽ DOMINVS Solomonem excellenter in oculis omniũ Israelitarum, deditq; ei gloriã regni, qualis non fuit ulli regi ante eum in Israele.

Margin notes: B; [a] Ebr. Implebit.; C; Gratiarum actio Dauidis.; D; Accepta deo referenda. Sap.2.b; Cor simplex deus aspicit. Recta mens petenda à domino.; E; F; Comedere coram deo. Solomon secundo ungitur. 3.Reg.2.c

G Regnauit itaque Dauid filius Isai super omnem Israelem, & dies quibus regnauit super Israelem, [fuerunt] quadraginta anni: in Hebron regnauit septem annis, in Ierusalem uero regnauit trigintatribus. Mortuus est itaque in senectute bona, satur dierum, diuitiarum & gloriæ, & regnauit Solomon filius eius pro eo. Porrò res gestæ à Dauide rege, priores & posteriores, en illæ scriptæ sunt in libro annalium Samuelis uidentis, atque in rebus Nathan prophetæ, & in rebus Gad uidentis, unà cum uniuerso regno eius, & potentia eius, atque temporibus quæ transierunt super ipsum & super Israelem, & super cuncta regna terrarum. Mors Dauidis. Libri Nathan & Gad.

Liber Paralipomenon secundus, Hebraice, Dibre haiamim.

CAPUT I.

De regno Solomonis & eius oratione.



A CORROBORATUS est ergo Solomon filius Dauidis in regno suo, fuitque DOMINUS deus eius cum eo, & extulit eum uehementer. Dixitque Solomon ad uniuersum Israelem, ad tribunos, ad centuriones, ad iudices, & ad omnes qui excellentes fuerunt in omni Israele, & ad capita patrum. Abieruntque Solomon & omnis cœtus cum eo in excelsum quod erat in Gibeon, nam illic erat tentorium constitutionis dei, quod fecerat Moses seruus DOMINI in deserto. Equidem arcam dei adduxerat Dauid de Kiriath Iearim ad eum [locum] quem parauerat ei Dauid, ipse enim tetenderat ei tentorium Hierosolymis. Altare quoque æneum quod B fecerat Bezaleel filius Vri filij Hur, erat ibi coram tabernaculo DOMINI, quod quæsiuit Solomon & cœtus. Et ascendit Solomon ibi ad aram æneam in conspectu DOMINI, quæ erat coram tentorio constitutionis, & sacrificauit super illam mille holocausta. Apparuit autem deus eadem nocte Solomoni, & dixit ad eum, Postula quod tibi dem. Et dixit Solomon deo, Tu exhibuisti patri meo Dauidi magnam beneficentiam, constituistique me regem loco eius. Ratum ergo nunc fit C uerbum ô DOMINE deus, [quod loquutus es] ad patrem meum Dauidē, quia tu constituisti me regem super populum, qui tam multus est quàm puluis terræ, da mihi ergo sapientiam & scientiam, ut egredi & ingredi possim coram populo isto: nam quis iudicaret populū istum tuum tam ingentē? Et dixit deus ad Solomonem, Quandoquidem istud fuit in corde tuo, ut non postulares diuitias, opes & gloriam, neque animam inimicorum tuorum, sed nec dies multos postulares, postulares autem tibi sapientiam & scientiam, ut iudicare posses populum meum, super quem te regem constitui, sapientia & scientia data est tibi, diuitias quoque, opes & gloriam dabo tibi, qualis non fuit in regibus qui fuerunt ante te, D neque post te fiet talis. Venit itaque Solomō ab excelso quod erat in Gibeon Hierosolyma à conspectu tentorij constitutionis, & regnauit super Israelem. Congregauitque Solomon currus & equites, habuitque currus mille & quadringentos, duodecimque millia equitum, quos collocauit in urbibus curruum, et cum rege in Ierusalem. Aduexit itaque rex argentum & aurum in Ierusalem quasi lapides: sic quoque ligna cedrina aduexit ueluti sycomoros, quorum magna copia [crescit] in campestribus. Porrò [a] equi Solomoni educti sunt ex Aegypto, nam societas mercatorum

Marginal notes: 1.Reg.3.a. — Tabernaculū in Gabaon. — 2.Sam.6.b — Exod.38.a — Deus hortatur ad se precandum — Sapientia petitur à Salomone. — 1.Par.28.b — Sap.9.b — 1.Reg.4. — 3.Reg.10.d — 1.Reg.10.d

[a] Ebr. Exitus equorum.

Digitized by Google

[b]mercatorum quos habebat rex, accipiebat byssum per commutationem. Ascenderunt itaque & exiuerunt ex Aegypto quadriga quæque sexcentis argenteis, & celes centum & quinquaginta: sic educebant manibus suis omnibus regibus Hithæorum, & regibus Aram. CAP. II.

[b] Mikua uarie expo suerūt, Hieronymus legit koa, ego pro cōgregatione puto accipi tum mercatorum, dixi ergo societas, tum pro filorum collectiōe, pro quo dixi byssum qua Aegyptus abundat.

Propositum Solomonis de extruendo templo.

Artifices Solomonis. 3.Reg.5.a

STatuit aūt [apud sese] Solomon extruere ædem nomini DOMINI, deinde & domū pro regno suo. Numerauitque Solomon septuaginta millia uirorū qui baiularent, & octoginta millia uirorū cæsorū in monte, & tria millia ac sexcentos eorū qui illis instarent. Misit itaque Solomon ad Huram regem Zor hisce mādatis, [a]Quemadmodū egisti cum Dauide patre meo, cui misisti cedros, ex quibus ædificaret sibi domū in qua habitaret. En ego extruam ædem nomini DOMINI dei mei, quā ei cōsecrem, incensumque adoleam coram eo aromaticum, & ut ordinentur [panes] perpetuò, utque fiat holocaustū mane & uespere, sabbatis, neomenijs & statis ferijs DOMINI dei nostri, utque hoc ppetuò sit in Israele. Domus uero quā ego ædificabo magna erit, quia magnus est deus noster supra omnes deos. Quis uero tanta præditus est uirtute, ut ædificet ei domū, cum cœli, cœlorumque cœli illū non cōprehendant? Quis sum ego ut ædificem ei domum? Sed ad offerendum incensum corā eo: mitte igitur mihi uirum industrium, qui sciat operari in auro & argēto, in ære & ferro, in purpura, coccino & hyacintho, quique sciat scalpere scalpturas, unà cum sapientibus qui sunt mecū in Iuda & Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus. Mitte quoque mihi ligna cedrina, pinea, & [b]algumim de Libano, scio enim seruos tuos gnaros esse cædendorum lignorum in Libano, & ecce serui mei erunt cum seruis tuis, ut præparent mihi ligna multa, quoniā domus quā ego ædifico magna erit & præcipua. Ecce uero pro sectoribus & cæsoribus lignorum dedi tritici contusi seruis tuis cororum uiginti millia, hordei cororum uiginti millia, uini batorum uiginti millia, & olei batorum uiginti millia. Respondit aūt Hiram rex Zor per scriptum quod misit Solomoni, Quandoquidē DOMINVS dilexit populū suum, posuit te regem super eos. Dixitque rursus Hiram, Laudādus DOMINVS deus Israelis, qui fecit cœlū & terrā, quique dedit Dauidi regi filiū sapientem, scientē, intelligentem & prudentē, qui extruat domum DOMINO, & domum pro regno suo. Mitto igitur uirum sapientem & intelligentia præditū, [quo usus est] pater meus Hiram, filium mulieris de filiabus Dan, cuius pater fuit Tyrius, qui operari scit in auro & argento, in ære & ferro, in lapidibus & lignis, in purpura & hyacintho, in bysso & coccino, [sciēs quoque] scalpere scalpturas uarias, & ingeniose excogitare omnis generis opus ingeniosum, quod proponetur ei à sapiētibus tuis, atque à sapiētibus domini mei Dauidis patris tui. Nunc ergo triticū & hordeū, oleum & uinū, de quo dixit dominus meus, mittat seruis suis, nos uero secabimus ligna in Libano, quotquot tibi necessaria fuerint, adducemusque ea tibi in ratibus per mare ad Iapho, tuque feres ea Hierosolyma. Et numerauit Solomon omnes uiros aduenas qui erant in terra Israel, post numerū illorū quos numerauerat pater eius, inuentique sunt centum & quinquaginta millia, tria millia & sexcēti. Et fecit ex eis septuaginta millia oneribus ferendis, & octoginta millia qui cæderēt in monte, tria deinde millia atque sexcentos exactores, qui populū ad laborem urgerent. CAP. III.

[a] Defectiua oratio: potest enim subintelligi, Sic age mecum quoque.

[b] Algumim seu almugim. 3.Reg.10.

Describitur extructio templi.

3.Reg.6.a 2.Reg 24. 1.Par.21.d

COepit itaque Solomon ædificare domū DOMINI Hierosolymis in monte Moria, ubi apparuerat [DOMINVS] Dauidi patri eius, in loco quem parauerat Dauid in horreo Ornan Iebusæi. Cœpit aūt ædificare mense secūdo, in [a]secundo [inquā] anno quarto regni sui. Hæc aūt sunt in quibus Solomon edoctus fuit ut ædificaret domū dei, longitudo cubitorum fuit prima mensura, cubi

[a] Aliqui intelligunt secundum diem mensis.

torum inquam sexaginta, latitudo uero cubitorũ uiginti. Porticus quæ erat ante faciem longitudinis, secundum latitudinem ædis uiginti erat cubitorum, altitu-
B do eius centũ & uiginti, obduxitq; intus auro mundo. Domum uero maiorem obduxit lignis abiegnis, quę texit auro bono, & addidit illis palmas & catenas. Operuit præterea ædem lapidibus pretiosis ad decorem, aurũ uero erat aurum de Paruaim: obduxit inquã domum, trabes, postes, parietes eius & ostia eius auro, sculpsitq; Cherubim in parietibus. Fecit & domum sancti sanctorum, cuius longitudo erat in facie latitudinis ædis cubitorũ uiginti, & latitudo eius erat cubitorũ uiginti: obduxitq; ipsum auro bono, talentis scilicet sexcentis. Porrò pon-
C dus clauorũ habuit quinquaginta siclos auri, obduxit & cœnacula auro. Fecit præterea intra sanctum sanctorũ duos Cherubim opere artificioso, & obduxit eos auro. Longitudo alarũ Cherubim erat uiginti cubitorum, una enim ala erat quinq; cubitorũ, pertingens ad parietem ædis, & altera ala similiter erat quinq; cubitorũ, pertingẽs ad alam alterius Cherub: sic ala Cherub alterius quinq; erat cubitorũ, pertingens ad parietem domus, & ala altera quinq; cubitorum, adhærens alæ alterius Cherub. Alæ itaq; Cherubim istorũ erant extensę cubitis uigin-
D ti, ipsi autẽ stabant pedibus suis, erantq; facies eorum intro [uersæ.] Fecit quoq; †uelũ ex hyacintho, purpura, coccino & bysso, & induxit ei Cherubim: ante ædem fecit duas *columnas longitudine cubitorũ triginta quinq;, quod uero obductum fuit capiti eius cubitorũ quinq;. Fecit insuper catenas iuxta rationem, & posuit in conum columnarũ: fecitq; mala punica centũ, & posuit in catenis. Erexit autem columnas in prospectu templi, unam à dextera, alteram à sinistra: uocans nomen dexteræ Iachin, sinistrę Boas.

Matt. 27. † Ier. 52. * 1. Reg. 7.

CAP. IIII.

De *uasis templi.*

A ET fecit altare æneum, cuius longitudo erat uiginti cubitorũ, latitudo eius uiginti cubitorũ, altitudo uero eius cubitorum decem. Fecit quoq; mare fusum, habens decem cubitos à labio suo ad labiũ suum, rotundum circunquaq;: altitudo eius quinq; cubitorũ, & linea triginta cubitorũ cingebat ipsum per ambitum. Effigies quoq; boum erat subter ipsum per ambitũ qui ambiebãt ipsum, decem cubitis circũibant mare per ambitum. Duo ordines erant boum fusi in fusura eius. Stabat super duodecim boues, tres uertebant faciem ad Septẽtrionem, tres respiciebant ad Occidentẽ, tres uersi erant ad Meridiem, & tres respiciebant ad Orientem, eratq; mare illis supra impositum: posteriora autem eorum omnia
B erant introrsus. Crassities eius palmũ habebat, & labium eius erat fabrefactum ut labiũ crateris germinante lilio, capiebatq; batorũ tria millia. Fecit insuper decem labra, & posuit quinq; à dextra, & quinq; à sinistra, ut lauarent & abluerent in eis opus holocausti, mare aũt ut in eo lauarent sacerdotes. Fecit quoq; decem aurea candelabra iuxta normã eorum, & posuit in templum, quinq; à dextris, & quinq; à sinistris. Fecit deinde decẽ mensas, posuitq; in templum, quinq; à dextris, & quinq; à sinistris: fecit pelues quoq; sparsorias aureas centũ. Fecit atrium sacerdotum, & atrium magnum, addens atrio ianuas, [a]ianuasq; eorũ obduxit ære. Porrò mare posuit à latere dextro ad Orientem, ex aduerso Meridiei. Fecit
C quoq; Hiram lebetes, scopas, & pelues sparsorias, absoluitq; Hiram opus quod fecerat regi Solomoni in æde dei. Columnas duas, & epistylia rotunda cum coronamentis super capita columnarum duarum, & reticula duo ad tegendũ epistylia duo rotunda, & coronamenta quæ erant super capita columnarum, mala punica quadringenta in duobus retibus, duos nempe ordines malorum punicorum unicuiq; reti, ut tegerent duo epistylia & coronamẽta quæ erant in summitate columnarum. Fecit & machinas, posuitq; labra super machinas, mare unum, & boues duodecim subter ipsum, lebetes quoq; & scopas, fuscinulas, &

Altare. 1. Reg. 7. & c. Mare fusile. Boues XII. Conchæ X. Candelabra. Mensæ X. Phialæ. Atriũ sacerdotum. Atrium maius. Epilogus.

[a] Alij cancellos aut gradus exponunt.

Digitized by Google

omnia instrumenta eorum fecit Hiram [b]pater eius regi Solomoni pro æde DOMINI ex ære [c]purificato. In campis planis ad Iordanem fudit ea rex, in argilla densa inter Succoth & Zeredatha. Fecit Solomon uasa ista omnia, eaq; multa admodum, non potuit enim pondus æris inuestigari. Fecit inquam Solomon omnia uasa quæ [pertinebant] ad domum dei, & aram auream, mẽsas, & super eas panes facierum, candelabra quoq;, & lucernas eorum ex auro puro, ut lucerent pro more corã adyto. Et florulenta, lucernæq;, atq; emunctoria aurea erant, idq; ex perfectissimo auro. Falces quoq; & pelues sparsorij, & cochlearia, ignis receptacula ex auro puro. Ostium quoq; ædis & fores eius interiores, sancti sanctorum, & fores ædis basilicæ aureæ.

Ara aurea thymiamatis.

[b] Quidam legũt, Hiram Abif.
[c] Quidam legũt, ex ære polito.

CAP. V.

Quæ intulerit Solomon in templum.

ABsolutũ est itaq; uniuersum opus quod fecit Solomon in æde DOMINI, intulitq; Solomon ea quæ cõsecrauerat Dauid pater eius, unà cum argento & auro, atq; omnibus uasis, & posuit ea in thesauris domus dei. Tunc conuocauit Solomon seniores Israelis, & omnia capita tribuum, & pręcipuos patres filiorum Israelis Hierosolyma, ut adducerẽt arcam fœderis DOMINI de ciuitate Dauidis, ea est Zion. Cõgregati igitur sunt ad regẽ omnes uiri Israelitæ in solennitate, nẽpe mense septimo. Veneruntq; omnes seniores Israelis, portaueruntq; Leuitæ arcam. Deduxerunt aũt arcam & tentorium constitutionis, atq; cuncta uasa sancta quæ fuerant in tentorio, & deduxerũt ea sacerdotes Leuitici. Rex autem Solomon & omnis cœtus Israelitarũ, qui conuenerant ad ipsum coram arca, sacrificarũt oues & boues, qui præ multitudine nec narrari nec numerari possunt. Intuleruntq; sacerdotes arcã fœderis DOMINI in locũ suum, in adytũ ædis intra sanctum sanctorũ sub alas Cherubim. Expandebant autem Cherubim alas duas super locũ arcę, operueruntq; Cherubim superne tam arcam q̃ uectes eius. Effecerunt quoq; ut prominerent uectes, ut uiderẽtur capita uectium de arca ante adytũ, foris autem non uidebantur, fueruntq; ibi in hunc usq; diem. In arca nihil erat nisi duæ tabulæ [a]quas reposuerat Moses [huc] in Horeb, quas exciderat DOMINVS cum filijs Israel, quũ exirent ipsi ex Aegypto. Et factũ est quũ egrederentur sacerdotes ex sanctuario, (siquidẽ omnes sacerdotes qui inueniebãtur sanctificati erant, nec erat ut seruarent ordines. Leuitæ quoq; & cantores [b]uniuersi sub Asaph, Heman, & Ieduthun, unà cum filijs eorũ & fratribus eorũ, induti bysso, in cymbalis, & nablis, & canoris [psallentes] stantes ad Orientẽ aræ, & iuxta eos sacerdotes centũ & uiginti canentes tubis. Quũq; sic pariter tubis clangerent cantarentq;, & personaret uox eorũ unà in laude & confessione DOMINI, extollerẽtq; uocem cũ tubis & cymbalis, alijsq; musicis instrumentis: quũq; laudarent DOMINVM q bonus, & q bonitas eius perpetua esset,) impleta est domus nube, domus nempe dei, nec poterant sacerdotes stare ad ministrandum propter nubem, nam gloria DOMINI domũ dei impleuerat.

3.Reg.7.g
3.Reg.8.a
Arca in sancta sanctorum.
Quid in arca.
Templum plenũ gloria domini.

[a] Alij legunt, quas dederat Mosi in Horeb, scilicet dominus.
[b] Alij legunt, ad omnia.

CAP. VI.

Oratio Solomonis ad populum & ad deum.

TVnc ait Solomon, DOMINVS dixit se habitaturũ in caligine. Et ego ædificaui domũ habitationem tibi, & habitaculũ ut habites [illic] ppetuò. Et uersa facie sua rex, collaudauit, bonaq; imprecatus est uniuersæ cõgregationi Israelis, totaq; cõgregatio Israelis stetit, dixitq;, Laudãdus DOMINVS deus Israelis, qui ore suo loquutus est ad Dauidẽ patrem meũ, manuq; sua exequutus est, dicens, Ab eo die quo eduxi populũ meum de terra Aegypti, non elegi ullam ciuitatẽ ex cunctis tribubus Israelis, ad ædificandũ domũ ubi esset nomen meum, nec elegi uirũ qui esset princeps super populũ meum Israel, Ierusalem uero elegi, ut sit nomen meum illic, & Dauidẽ elegi ut esset super populũ meum Israel. Etenim Dauid pater meus corde suo conceperat, extruere scilicet ædem nomini

3.Reg.8.b
Gratiarum actio.

Digitized by Google

B DOMINI dei Israelis: sed DOMINVS dixit ad Dauidẽ patrem meum, Quandoquidẽ statueras in corde tuo ædificare ædem nomini meo, bene quidẽ fecisti ꝙ hoc corde tuo statueras, attamen tu non extrues ædem, sed filius tuus qui egredietur ex lumbis tuis, is ædificabit ædem nomini meo. Confirmauit itaq; DOMINVS uerbũ suum quod loquutus est, & surrexi ego pro Dauide patre meo, & sedi in solio Israelis, quemadmodũ loquutus est DOMINVS, ædificauiq; domum nomini DOMINI dei Israelis. Et posui illuc arcã in qua est fœdus DOMINI q̃d pepigit cũ filijs Israel. Constitit aũt ante aram DOMINI, corã uniuerso cœtu Israelis, & expãdit manus suas, quoniã fecerat Solomon labrũ æneum, p̃ fueratq; illud in medio atrij, cuius lõgitudo quinq; erat cubitorum, & latitudo eius quinq; cubitorum, & altitudo eius tres cubitos habebat: ad illud stabat & incuruabat se super genua sua in conspectu totius cœtus Israelis, & expãsis manibus in Basis ęnea. Basilica.

a Vel, non est deus ut tu.

C cœlũ, dixit, DOMINE deus Israel, [a] nõ est tui similis ô deus, neq; in cœlo neq; in terra, qui custodis pactũ & bonitatem seruis tuis ambulantibus corã te toto corde suo, qui seruasti seruo tuo Dauidi patri meo quæ pollicitus es ei: quæ loquutus es ore tuo, manu tua præstitisti, ut [testatur] hæc dies. Nũc igitur DOMINE deus Israelis, serua Dauidi seruo tuo patri meo quæ pollicitus es ei hisce uerbis, Non excindetur tibi uir corã me qui sedeat in solio Israelis, si modo filij tui obseruauerint uiã meam, ut ambulent in lege mea, quemadmodũ tu ambulasti coram me. Nunc ergo, ô DOMINE deus Israelis, ratũ sit uerbũ tuum quod loquutus es ad seruũ tuum Dauidem. Itáne uere deus habitat cũ homine in terra? En cœli cœliq; cœlorum te non capiunt, quanto minus ædes ista quam ædificaui? At tu respicies ad orationẽ serui tui, & ad precationẽ eius DOMINE deus meus, ut audias uotũ & orationẽ quam seruus tuus orat corã te, ut sint oculi tui aperti ad 2. Mac. 2. b

D domũ istam die ac nocte, ad locũ scilicet hunc de quo dixisti, Erit nomen meum illic, ut audias orationẽ quam seruus tuus orat in loco isto. Exaudies quoq; precationẽ serui tui, & populi tui Israel, quũ orauerint in loco isto, exaudiesq; tu de loco habitationis tuę de cœlis: neq; exaudies tantũ, sed propitius eris. Quum peccauerit quispiam aduersus proximũ suum, susceperitq; super se iuramentũ quo sese obstringit, ueneritq; iuramentum coram ara tua in hac domo, tu audies de cœlo, & facies, atq; ius dices seruis tuis, ut repẽdas impio, dando scilicet uiã eius in caput eius, utq; iustum pronuncies iustũ, dando scilicet ei iuxta iustitiam eius. Quumq; corruerit populus tuus Israel corã hoste, eo ꝙ peccauerint in te, reuersi autem fuerint, & laudauerint nomen tuum, orauerint & precati fuerint corã te in domo ista, tu exaudies de cœlis, & propitius eris peccato populi tui Israel, & Iuramentũ. Bellum.

E reduces eos in terrã quam dedisti eis & patribus eorũ. Quum cœlum fuerit clausum ut non sint pluuiæ, eo ꝙ in te peccauerint, si precati fuerint in loco isto, confessiq; fuerint nomini tuo, reuersi scilicet à peccatis suis, quandoquidẽ eos adfligis, tu exaudies in cœlis, propitiusq; eris peccato seruorũ tuorum atq; populi tui Israel, quoniã diriges eos in uiam bonã ut in ea ambulent, dabisq; pluuiam super terrã tuam quam hæreditatem dedisti populo tuo. Porrò si fames fuerit in terra, aut pestilentia, aut si fuerit [b] robigo, aurigo, locusta, aut brucus si fuerit, aut si hostis eius eum obsederit in terra portarum suarum. [In summa,] quæcunq; tandem adflictio, aut quicũq; morbus [inciderit,] omnẽ orationem, omnemq; supplicationem quę facta fuerit à quocunq; homine, & ab uniuerso populo tuo Israel, (ut quisq; cognorit adflictionẽ & morbum suum corde suo,) si expanderit Pluuia. Doctor deus. Fames. Pestilentia. Infra 20. b

b Alij carbũculum ponunt.

F manus suas ad domũ istã, tu exaudies de cœlis, de loco scilicet habitationis tuæ, propitiusq; eris, & dabis unicuiq; iuxta omnes uias suas, (quandoquidẽ tu cor eius nosti,) tu enim solus nouisti cor filiorum hominũ, ut scilicet timeant te & ambulent in uijs tuis cunctis diebus quibus uiuunt in superficie terrę quam dedisti Corda nouit solus deus.

patribus

Digitized by Google

Alienigena patribus nostris. Sed & alienum qui non est de populo tuo Israel, qui uenerit è longinqua regione propter nomen tuum magnũ, manum tuam robustam, & brachium tuum extentũ, uenerint inquã & orauerint in domo ista, tu exaudies de cœlis, de habitaculo mansionis tuæ, & facies iuxta omnia pro quibus alienigena ad te clamauerit, ut cognoscant uniuersi populi terræ nomen tuum, & timeant te quemadmodũ populus tuus Israel, sciantq́ꝫ ꝙ nomen tuũ inuocatum

Bellatores orantes pro uictoria. est super domum istam quam ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra hostes suos, ea scilicet uia qua tu eos mittis, orauerintq́ꝫ ad te uersus urbem hanc quam tu elegisti, uersus domum quam ædificaui nomini tuo, tu de

3.Reg 8.e Eccls 7.c 1.Ioan.1.d cœlis exaudies orationem eorũ & supplicationem eorum, asseresq́ꝫ eos. Si peccauerint in te, (quandoquidem non est homo qui non peccet,) & iratus fueris contra eos, tradiderisq́ꝫ eos coram hostibus, ut abducant eos qui eos ceperũt in terram hostiũ, siue id procul fuerit, siue prope, reuocauerintq́ꝫ ad cor suum in terra in quam captiui sunt abducti, si inquam resipuerint, supplicauerintq́ꝫ tibi in C

Confessio. terra eorum qui eos captiuos abduxerunt, dixerintq́ꝫ, Peccauimus, peruerse egimus, impie fecimus, conuersiq́ꝫ fuerint ad te toto corde suo, totoq́ꝫ animo suo, in terra captiuitatis suæ ubi captos eos tenent, orauerint uersus terram suam quam dedisti patribus eorum, uersus ciuitatem quam elegisti, & uersus ædem quam extruxi nomini tuo, tu exaudies de cœlis de habitaculo firmo mansionis tuæ, orationem eorũ atq; supplicationem eorũ, & ius reddes eis, propitiusq́ꝫ eris populo

Psal.131.c tuo qui peccauerunt contra te. Nunc ergo, ô deus meus, sint oculi tui aperti, † & aures tuæ intentæ ad orationem [quę fit] in loco isto. Nunc exurge DOMINE deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ: sacerdotes tui, ô DOMINE

Salus. deus, induantur salute, & boni tui gaudeant bono. DOMINE deus ne auertas faciem uncti tui, recordare bonitatum serui tui Dauidis.

CAP. VII.

Descendente igne de cœlo, sacrificia grata fuisse domino ostenditur, & quid porro factum sit.

3.Reg 8.g 2.Mac. 2.c CVmq́ꝫ Solomon finem fecisset orandi, ignis descendit de cœlis, & deuorauit holocaustũ & uictimas, & gloria DOMINI impleuit domũ, nec poterant sacerdotes ingredi domũ DOMINI, quia impleuerat gloria DOMINI domum DOMINI. Omnes aũt filij Israel uidentes descendere ignem, & gloriam DOMINI super domũ, prociderunt faciebus in terrã super pauimentũ, & adorarunt, confitentes DOMINO ꝙ bonus esset, & bonitas eius perpetua. Rex aũt & A

3.Reg.8.g cunctus populus sacrificabant uictimas corã DOMINO. Sacrificauitq́ꝫ rex Solomon uictimam uigintiduo℞ milliũ boum, et centũ atq; uiginti milliũ ouium, & initiarunt domũ dei rex & cunctus populus, sacerdotes uero stabant in custodijs suis, atq; Leuitę habebãt instrumẽta musica DOMINI quę fecerat Dauid rex

Misericordia dei. ad confitendũ DOMINO ꝙ bonitas eius ꝑpetua esset, quũ laudaret Dauid per manũ eorum. Porrò sacerdotes clangebant tubis è regione ipsorum astantibus B omnibus Israelitis. Sanctificauit præterea Solomon mediũ atrij quod erat ante ædem DOMINI, fecerat enim ibi holocausta & adipes pacificorum, eo ꝙ altare æneum quod fecerat Solomon capere nõ posset holocausta, sacrificiũ cibarium

Ingens solennitas. & adipes. Fecit ergo eodem tempore Solomon festum diem septem diebus, & omnes Israelitę cum eo, cœtus magnus, ab eo quo itur in Hemath usq; ad torrentem Aegypti. Octauo die fecerunt [a] concionem, quia initiationẽ arę fecerunt septem diebus, & diem festum septem diebus. In die uero uicesimatertia mensis se ptimi dimisit populũ in tentoria sua, lætantes & hilari corde, pro uniuersis bene

3.Reg.9.a ficijs quę cõtulerat DOMINVS Dauidi, Solomoni & Israeli populo suo. Cũq; Solomon absoluisset ædẽ DOMINI, & domũ regis, uniuersumq́ꝫ quod in mentem uenit Solomoni ut faceret in æde DOMINI & in domo sua, idq; prospere, C

a Azareth quod cõcionem uerti, quid sit uide Leuit. 23.

Digitized by Google

uisus est DOMINVS Solomoni noctu, & dixit ei, Exaudiui orationẽ tuam, & elegi mihi locum istum, ut sit domus in qua sacrificetur. Si constrinxero cœlum ut non sit pluuia, & si mandauero locustæ ut absumat terram, aut si misero pestilentiam in populū meum, humiliatiq; fuerint hi qui sunt populus [b] meus super quos inuocatur nomen meū, precatiq; fuerint, & requisierint faciẽ meam, & conuersi fuerint à uijs suis malis, ego exaudiam de cœlis, propitiusq; ero peccatis eorum, sanaboq; terram eorum. Erunt igitur oculi mei aperti, & aures meę intentæ ad orationẽ quę fit in loco isto. Nunc itaq; elegi & sanctificaui domum istam, ut illic sit nomen meum in æternū, eruntq; ibi oculi mei & cor meum cunctis diebus. Et tu si ambulaueris coram me, quemadmodū ambulauit Dauid pa-
D ter tuus, & feceris omnia quæ præcepi tibi, custodierisq; statuta mea & iudicia mea, confirmabo solium regni tui, quemadmodū excidi cum Dauide patre tuo, hisce conditionibus, Non succidetur tibi uir imperans in Israele. Quod si uos auersi fueritis, & dereliqueritis statuta mea & pręcepta mea quæ proposui uobis, atq; abeuntes colueritis deos alios, & eos adorraueritis, euellā eos de terra mea quam dedi eis, & domum istam quam sanctificaui nomini meo abijciam à facie mea, ponamq; eam ut sit prouerbium & fabula apud cunctos populos. Et super hāc domum quæ excelsa fuit, obstupescet quicunq; pręterierit, dicetq;, Quam ob causam fecit DOMINVS sic huic terræ, atq; huic domui? Et respondebitur, Eo q; dereliquerūt DOMINVM deum patrum suorū, qui eduxit eos è terra Aegypti, & apprehenderunt deos alios, adorauerunt eos, & coluerunt eos, idcirco induxit super eos omne malum istud.

Pluuia. Locusta. Pestilentia. Pœnitētia. Sanare terram. Cōuersi ad idola.

b Vel, qui uocantur nomine meo, populus scilicet dei.

CAP. VIII.

De ciuitatibus quas ædificat Solomon & sibi subigit, & de alijs quæ fecit.

A POst uiginti annos, quū Solomon ædificasset domū DOMINI & domum suam, contigit ut Solomon extrueret ciuitates illas quas dederat Hirā Solomoni, collocaretq; in eas filios Israel. Et abiens Solomon in Hamath Zoba, [a] instaurauit eam, ædificauitq; Thadmor in deserto, & cunctas ciuitates quæ erāt in Hamath ædificauit ut essent [b] repositoria. Sed & Beth Horon superiorem ædificauit, atq; Beth Horon inferiorem ciuitates munitas muris, portis & uectibus. Balaath quoq; & omnia oppida quæ erant repositoria quæ Solomon habebat, etiam omnes ciuitates curruū, & ciuitates equitū: quidquid deniq; pro uoto suo
B Solomon ædificare uoluit in Ierusalem, in Libano, & in uniuersa terra imperij sui. Omni deniq; populo qui reliquus fuit ex Hithæis, Amorræis, Pheresæis, Hiuæis, Iebusæis, qui non fuerūt Israelitæ, sed de filijs eorū qui reliqui facti sunt in terra post eos, quos filij Israel non perdiderunt, his Solomon tributū ac seruitutē imperauit in hunc usq; diem. Porrò ex filijs Israel (quos Solomon nō redegit in seruitutē & opus suum,) fuerūt milites q belligerabant, duces triarij eius, & principes curruū eius, atq; equites eius. Et hi pręfecti erant quos habuit Solomon, quinquaginta & ducenti qui pręerant populo. Transtulit quoq; filiā Pharaonis
C ex ciuitate Dauidis in domū quā ei ædificauerat: dixit enim, Nō habitabit uxor mea in domo Dauidis regis Israelis, nam sacrosancta sunt illa ad quæ uenit arca DOMINI. Tum obtulit Solomon holocausta DOMINO super arā DOMINI quā extruxerat ante porticū, singulis diebus sacrificās iuxta præceptū Mosis, sabbatis, nouiluniis, & statis ferijs, ter scilicet in anno, nempe in festo die infermentatorum, in festo die hebdomadū, & in festo die tabernaculorū. Et cōstituit iuxta ordinationē Dauidis patris sui ordines sacerdotū, ut suo officio [inuigilarent,] Leuitas ad suas custodias, ad laudandū & ministrandum coram sacerdotibus, ut quæq; dies [expostulabat,] & ianitores in suis ordinibus ad singulas portas: sic
D enim erat præceptū Dauidis uiri dei. Nec recesserunt à pręcepto regis de sacerdotibus & Leuitis, ad omnē rem & thesauros. Nam omne opus Solomonis paratum

3. Reg. 9. Populi tributarij Salomoni. Dauid homo dei.

a Alij legunt, obtinuit eam: alij, præualuit ei.
b Alij pro repositorijs legunt thesaurorum: Græci apothecas uocant: licet Septuaginta ferè ὀχυράς transtulerint, fortè per metalepsim.

Digitized by Google

tum erat à die quando fundata est domus DOMINI, usque ad absolutionē eius, quando absoluta est domus DOMINI. Tunc profectus est Solomon in Ezion Gaber, & in Eloth in littore maris in terra Edom. Miserat enim ei Hirā per manum seruorū suorum naues, & famulos qui gnari erant maris, ueneruntque cum seruis Solomonis in Ophir, & tulerunt illinc auri talenta quadringēta & quinquaginta, & aduexerunt ad regem Solomonem. CAP. IX.

Regina Saba uenit ad Solomonem audita eius fama.

3. Reg. 10 a Matt. 12. d Luc. 11. d

REgina quoque Saba audita fama Solomonis, uenit Hierosolyma ut tentaret Solomonē acutis quæstionibus, [uenit inquā] exercitu ualde magno, cum camelis portantibus odores, & aurū in copia, lapidesque pretiosos. Veniensque ad Solomonē, loquuta est cum eo quidquid fuit in corde eius. Solomon aūt enarrauit ei omnia uerba eius, nihil omnino absconditū fuit Solomoni quod ei non explicaret. Videns igitur regina Saba sapientiam Solomonis, & domū quam extruxerat, sed & cibum mensæ eius, & habitationem seruorum eius, & stationem ministrorū eius, & uestes eorum, & potum eius, & uestes eorum, & cœnaculum eius per quod ascēdebat in domū DOMINI, non erat amplius spiritus in ea, dixitque ad regem, Vera fuit fama quā audiui in terra mea de rebus tuis, atque de sapientia tua, nec fidem habui uerbis eorū, donec uenirem uiderentque oculi mei, & ecce ne dimidiū quidem excellentis sapientiæ tuæ mihi nunciatū est, tu addis famæ quam audieram. Beati uiri tui, & beati serui tui illi, qui stant corā te semper, & audiunt sapientiā tuam: sit DOMINVS deus tuus laudādus, qui te fauore cōplexus est, ut poneret te super soliū suū, ut esses rex DOMINI dei tui, eo quod deus tuus dilexit Israelem, ut firmaret eum perpetuò, deditque te regem super eos, ut ad ministres ius & iustitiam. Dedit præterea regi centū & uiginti talenta auri, & odoramentorū magnam uim, lapides quoque pretiosos: huiusmodi odores, quales attulerat regina Saba regi Solomoni, non fuerunt. Ad hæc serui Hirā & serui Solomonis, qui adferebant aurū ex Ophir, aduexerunt quoque ligna Algumim, & lapides pretiosos. Et fecit rex ex lignis Algumim gradus in æde DOMINI atque in ædibus regijs, & citharas, & nabla pro cātoribus: nec antea uisa sunt illis similia in terra Iuda. Porrò rex Solomon dedit reginæ Saba quodcūque pro uoto suo expetisset, præter id quod ipsa attulerat ad regē. Versa igitur abijt in regionē suam cū seruis suis. Iam pondus auri quod uenit Solomoni singulis annis, fuit sexcena & sexagenasex talēta auri, excepto eo quod [accepit] à mercatoribus & negotiatoribus quæ ipsi adferebant. Sed & omnes reges Arabiæ, & præfecti prouinciarū aduexerunt aurū & argentum Solomoni. Fecit quoque rex Solomon ducentas hastas ex auro ductili: singulæ hastæ habebant sexcenas [minas] auri ductilis: & trecenta scuta ex auro ductili trecenas [minas] auri singulis scutis, reposuitque ea rex in domo saltus Libani. Fecit deinde rex solium magnū eburneū, obduxitque illud auro mundo, & solio sex gradus, & aureum scabellū, quę solio adfixa erāt, reclinatoria quoque utrinque eo loco quo sedebatur, & bini leones stantes pone reclinatoria: duodeni insuper leones stabant illic super sex gradus utrinque. Hiusmodi factū non fuit in omnibus regnis. Omnia pocula regis Solomonis aurea erant, & omnia uasa saltus Libani ex auro erant puro. Temporibus Solomonis argentū nihili pensum erat, siquidē classis regis ibat in mari cū seruis Hiram: ternis annis semel ueniebat classis marina adferēs aurum, argentum, ebur, simias atque pauones. Et præcelluit Solomon rex omnes reges nationū opibus & sapientia, & uniuersi reges terræ quærebant uultū Solomonis, ut audirent sapientiam eius quā dederat deus in cor eius. Et hi quidem adferebant quisque munus suum, nempe uasa argētea, uasa aurea, uestes, arma, odores, equos & mulos, idque singulis annis. Habuit præterea Solomon quatuor millia septorum pro

Marginal notes: Rex sapiēs populo domini dei. — Regina Saba dat munera Solomoni. — Scuta aurea. — Vasa aurea — Argentū nihili. — Omittunt ponderis nomen, oportet ergo aliquid intelligere, siue mina sit, siue talentū, siue siclus.

Section letters: A, B, C, D, E, F

Digitized by Google

equis & curribus, & duodecim millia equitum, quos collocauit in ciuitates curruum, & cum rege in Ierusalem. Imperitauit autem super omnes reges, à fluuio
G usq; ad terram Palestinorum, & ad limitem Aegypti. Et aduexit rex argentũ in Ierusalem ut lapides, & cedros aduexit ut sycomoros quæ in planitie abundãt. Educebant quoq; equos ex Aegypto Solomoni, atq; ex omnibus regionibus. Reliquum gestorũ Solomonis priorum & posteriorum, an non hæc scripta sunt in sermonibus Nathan prophetæ, & in prophetia Ahiæ Silonitę, atq; in uisionibus Iedo uidentis contra Ieroboam filium Nebat? Regnauitq; Solomon in Ierusalem super omnem Israelem quadraginta annis. Dormiuitq; Solomon cum patribus suis, sepelieruntq; eum in ciuitate Dauidis patris sui, regnauitq; pro eo Rehabeam filius eius. CAP. X.

Equi & equites Solomonis.

Ob quas causas regnum scissum sit.

A Abijt autem Rehabeam in Sichem: in Sichem enim conuenerãt omnes Israelitæ, ut eum regno inaugurarent. Et factum est, quum Ieroboam filius Nebat, qui fuit in Aegypto, [hoc] audisset, (fugerat enim metu regis Solomonis,) reuersus est Ieroboam ex Aegypto. Mittentes ergo acciuerũt eum: uenitq; Ieroboam & omnes Israelitæ, & loquuti sunt ad Rehabeam in hæc uerba, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu igitur remitte aliquid de prędura illa seruitute, & de iugo illo graui quibus nos pressit pater tuus, tibiq; seruiemus. Qui ait ad eos, Intra triduũ reuertimini ad me. Abijt itaq; populus, rex Rehabeam autem inijt cõsilium cum senibus, qui coram Solomone patre suo quum adhuc
B uiueret, ministrauerant, & ait, Quid consulitis uos quod respondeam huic populo? Et loquuti sunt ad eum, dicentes, Si [a] hodie comem te præstiteris huic populo, moremq; eis gesseris, loquutusq; fueris ad eos uerba lenia, inseruient tibi cunctis diebus. At is derelicto consilio seniorum quod ei dederant, inijt consilium cum iuuenibus qui cum eo adoleuerant, quiq; corã eo stabant, aitq; ad eos, Quid uos consulitis, quod respondeamus huic populo, qui loquuti sunt ad me, dicentes, Remitte quidpiam de iugo quod posuit pater tuus super nos? Tum iuuenes qui cum eo adoleuerant loquuti sunt ad eum hisce uerbis, Sic dices ad populum qui loquuti sunt ad te hęc uerba, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum,
C tu ergo remitte quidpiam de iugo nostro: sic dices ad eos, Exiguum meum crassius erit lumbis patris mei. Pater itaq; meus pressit uos iugo graui, ego uero adijciam iugo uestro: pater meus castigauit uos flagellis, ego autem castigabo uos flagris aculeatis. Venit itaq; Ieroboam & uniuersus populus ad Rehabeam die tertio, sicut rex loquutus fuerat, dicens, Reuertimini ad me die tertio. Et respondit rex populo aspere, reliquitq; rex Rehabeam consilium senum, loquutus est autem ad eos iuxta consilium iuuenum, dicens, Pater meus aggrauauit iugum uestrum, ego uero adijciam illi: pater meus castigauit uos flagellis, ego autem castigabo uos flagris aculeatis. Neq; auscultauit rex populo, quoniam fuit [b] re-
D uolutio à deo, ut confirmaret DOMINVS uerbum suum, quod loquutus fuerat ministerio Ahiæ Silonitę ad Ieroboam filium Nebat. Quumq; uniuersi Israelitæ uidissent q rex non adquieuisset eis, respondit populus regi hisce uerbis, Quæ pars nobis in Dauide? Nõ est hæreditas in filio Isai: ad tẽtoria tua ô Israel, prouide itaq; domui tuæ Dauid. Et abijt uniuersus Israel in tentoria sua. Super filios autem Israel qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Rehabeam. Misit autem rex Rehabeam Hadoram, qui erat [constitutus] super uectigal, quem Israelitæ lapidibus obruerũt ut moreretur. Rehabeam autem rex sategit, ut conscenso curru fugeret Hierosolyma. Defecerunt itaq; Israelitæ à domo Dauidis usq; in hunc diem. CAP. XI.

Remissio oratur à populo.

Consilium senum.

Consilia iuuenum.

Dura responsio ad populum.

Scissio regni.

Adoram lapidatur.

[a] Ebr. Si fueris in bonum populo.

[b] Alij legũt, causa, occasio.

De regno Rehabeam quod obtinuit super Iuda & Beniamin.

Quumq;

Digitized by Google

3.Reg.12.c Q Vumq; uenisset Rehabeam Hierosolyma,cōgregauit domum Iuda & A
Beniamin,centū uidelicet & octoginta millia electorū qui bellū gerere
poterant,ut pugnaret contra Israëlitas, & reduceret regnum ad Reha-
beam. Et factū est uerbū DOMINI ad Semeiam uirum dei in hanc sententiam,
Dic ad Rehabeam filiū Solomonis regem Iuda, & ad omnes Israelitas qui sunt
Retrahun- tur à pugna in Iuda & Beniamin,hæc uerba, Sic dicit DOMINVS, Ne ascendatis, neq; pu-
gnetis contra fratres uestros,reuertimini quisq; domum suam, quoniam à me fa
cta est hæc res. Audierunt ergo uerba DOMINI,& reuersi sunt,quo minus pro- B
Aedificia regis. ficiscerentur contra Ieroboam. Mansit autem Rehabeam Hierosolymis,ædifica
uitq; ciuitates munitas in Iuda, ædificauit Beth Lehem, & Etam atq; Tekoam,
Bethzur,Socho,Adullam,Gath,Maresam,Ziph,Adoraim,Lachis,Aseka, Zarea,
Aialon,& Hebron,quę [erant] in Iuda & Beniamin,ciuitates munitas. Robora
uit quoq; pręsidia,& collocauit in ea duces & [a]thesauros ciborum,uinum quoq;
Regnum Iuda & Beniamin. & oleum,& in omnibus ciuitatibus scuta & lanceas,& roborauit eas supra mo-
dum,erantq; sub eo Iuda & Beniamin. Sacerdotes quoq; & Leuitæ qui erant in C
uniuerso Israele collegerūt se ad illū ex omni termino eorū. Relinquebant enim
Leuitæ suburbanos suos agros atq; possessiones suas, concesseruntq; ad Iuda &
Ierusalem,abiecerat enim eos Ieroboā & filij eius, ne sacerdotio fungerentur co
ram DOMINO. Cōstituitq; sibi sacerdotes pro excelsis,& pro dæmonijs,& pro
Sacerdotes dæmoniorum. uitulis quos fecerat. Sequuti quoq; sunt ipsos [Leuitas] ex omnibus tribubus Is-
raelis,hi scilicet qui dederāt cor suum,ut quærerent DOMINVM deum Israelis,
Quærere dominum. uenientes in Ierusalem,ut sacrificarent DOMINO deo patrum suorum. Robo- D
rauerunt itaq; regnū Iuda, & confirmauerūt Rehabeam filium Solomonis tres
annos,quoniam ambulauerunt in uia Dauidis & Solomonis tribus annis. Du-
xit autē sibi Rehabeam uxorem Mahalat filiam Ierimoth, filij Dauidis, & Abi-
hail filiam Eliab,filij Isai,quæ peperit ei filios,ipsum Iehus,& Semariam,& Sa-
ham. Post illam duxit Maacham filiam Absolom, quæ peperit ei Abiam, Athai,
Sisam & Selomit. Dilexit aūt Rehabeam Maacham filiam Absalom supra om-
Vxores Roboam. nes uxores & concubinas suas,quoniam decem & octo duxerat uxores,& sexa-
ginta concubinas,genuitq; uigintiocto filios,& sexaginta filias. Et cōstituit Re
habeam Abiam filium Maacham,ut caput esset & princeps inter fratres suos,utq;
regno præesset. Prudenter itaq; egit,eripitq; præ omnibus filijs suis in omnibus
terris,Iuda & Beniamin, & in omnibus urbibus munitis, & dedit eis commeatū
in copia,& [b]petijt multas uxores. CAP. XII.

Confirmato regno Rehabeam dereliquit legem domini,unde traditur in manum regis Aegyptij,sed humilis factus,seruatur.

3.Reg.14.f FActum est autem quum Rehabeam ordinasset regnum, roborassetq; illud q; A
derelinqueret legem DOMINI, omnisq; Israel cum eo. Anno ergo quinto
regis Rehabeam ascendit Sesak rex Aegypti contra Ierusalem, eo q; præuaricati
essent contra DOMINVM. [Ascendit] autem cum mille & ducentis curribus,
cumq; sexaginta millibus equitū: porrò populi qui uenerant cū eo ex Aegypto,
nō fuit numerus,Lubim,Sukijm & Aethiopes. Ceperunt autem urbes munitas
Prophetia contra peccantes. in Iuda,perueneruntq; usq; ad Ierusalem. Venit itaq; Semaia propheta ad Reha-
beam & ad principes Iuda,qui collecti erant intra Ierusalem metu Sesak, dixitq;
ad eos,Sic ait DOMINVS, Vos dereliquistis me, & ego uos quoq; dereliqui in B
Humiliatio salutaris. manu Sesak. Submissi ergo facti principes Israelis & rex,dixerūt,Iustus est DO-
MINVS. Cumq; uideret DOMINVS eos esse factos submissos, fit uerbū DO-
MINI ad Semaiam in hanc sententiā, Submissi sunt, non ergo perdam eos, sed
utcunq; seruabo eos, nec [a]conflabitur furor meus cōtra Ierusalem per manū Se-
sak,serui tamen eius erūt ut experiantur quid mihi seruire, & quid seruire regnis

[a] Potest etiam legi,cl borum repositoria aut cellas.

[b] Eb. Postulauit multitudinem uxorum.

[a] Alij legūt,stillabit.

Digitized by Google

nationū. Ascendit ergo Sesak rex Aegypti Hierosolyma, accepitq; thesauros domus DOMINI, et thesauros domus regis, omnia tulit: accepit et scuta aurea quæ Solomon fecerat. Fecitq; rex Rehabeam illorū loco scuta chalybea, & commisit [ea] manibus principum qui cursoribus præerant, & qui custodiebant introitū domus regis. Quotiescunq; rex introiuit domum DOMINI, uenerunt celeres & tulerūt ea, referebantq; ea in conclaue celerū. Quumq; submissior factus esset, auersa est ira DOMINI ab eo, ut nō perderet eum in uniuersum, etenim in Iuda res [b] bonæ erant. Corroboratus itaq; rex Rehabeam, regnauit in Ierusalem: fuit autem Rehabeam natus quadragintaunū annos quum inauguraretur regno, regnauitq; decem & septem annis in Ierusalem ciuitate quā elegit DOMINVS, ut collocaret illic nomen suum præ cunctis tribubus Israelis. Nomen matris eius erat Naama quæ fuit Ammonitis. Designauit autem malum, eo quod non præpararet cor suum ut studiose quæreret DOMINVM. Et res Rehabeam priores & posteriores, an non hæ scriptæ sunt in sermonibus Semaiæ prophetæ, & Iddo uidentis, dum recensent generationum seriem? Fuerunt etiam bella inter Rehabeam & Ieroboam cunctis diebus. Dormiuit autem Rehabeam cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauidis, regnauitq; eius loco filius eius Abia.

Margin (C, D): Sesac templum diripit. — 3.Reg.14.f — Roboam moritur.

[b] Ebraica uerba duplicem cōtinere sensum possunt, uel q̄d res bene haberēt in Iuda, uel quod aliquid boni in Iuda adhuc superesset propter quod dominus parceret. Ad uerbū sic, Etiā in Iuda fuit res, uel sermones boni.

CAP. XIII.

De Abia & Ieroboam bellisq; quæ inter ipsos fuerunt.

A Anno decimooctauo regis Ieroboam, regnum accepit Abia super Iudam, regnauitq; tribus annis in Ierusalem: fuit nomen matris eius Michaia, quæ fuit filia Vriel de Gibea: fuitq; bellum inter Abiam & Ieroboam. Congregauit autem Abia ad præliū uiros strenuos & heroes aptos ad bellum, [nempe] quadringenta millia electorum uirorum. Ieroboam autem instruxit aciem contra eum cum octingentis millibus uirorum electorum, qui erant strenui & fortes. Et consurgens Abia [ascendit] montem Zemaraim, qui est in montibus Ephraim, et dixit, Audite me Ieroboam & omnis Israel, An uobis est ignotū, DOMINVM deum Israelis dedisse regnum ipsi Dauidi super Israelitas, idq; perpetuo, ei & filijs eius fœdere [a] salis? Surrexit autem Ieroboam filius Nebat seruus Solomonis filij Dauidis, & rebellauit contra dominum suum: ad hunc conglobati sunt uiri perditi filij Beliaal, & inualuerunt contra Rehabeam filium Solomonis, quum Rehabeam esset puer & tenero corde, qui coram illis se tueri non posset: nunc ergo dicitis uos, fortiores uos esse contra regnū DOMINI, quod est in manu filiorum Dauidis, & uestrum quidem magna copia est, habetisq; uobiscum uitulos aureos, deos scilicet quos uobis fecit Ieroboam. An non expulistis sacerdotes DOMINI, filios scilicet Aharonis, & Leuitas, & fecistis uobis sacerdotes quemadmodum & gentes nationum, ut omnis quicunq; uenit & consecrat manum suam iuuenco filio bouis, & septem arietibus, fiat sacerdos eorū qui non sunt dij? Nos uero sumus DOMINI dei nostri, & hunc non deseruimus, & sacerdotes qui ministrant coram DOMINO, filij sunt Aharonis, & Leuitæ in opere. Qui incendūt DOMINO holocausta singulis [diebus] mane & uespere, deinde incensum aromaticum [adolent,] ordinantq; panes mensæ mundæ, & candelabrū aureū [aptant] cum lucernis eius, ut ardeant semper in uespera, quoniam nos obseruamus obseruationes DOMINI dei nostri, quas [b] uos dereliquistis. Et ecce nobiscum deus caput, & sacerdotes, & tubæ, & classicum, ut insonet contra uos. O filij Israel, ne pugnetis contra DOMINVM deum patrum uestrorum, nam id non prospere uobis cedet. Ieroboam autem circumduxit insidias, ut ueniret post eos, fueruntq; itaq; ante Iudam, & insidiæ à tergo eius. Et quum circumspexissent Iudæi, ecce [imminebat] eis prælium à fronte & à tergo, clamabantq; ad DOMINVM, & sacerdotes clangebant tubis. Et classicum cecinerūt Iudæi:

Margin (A, B, C): 3.Reg.15.a — Fiducia Abiæ in dominum. — 3.Reg.12.f — Sacerdotes Ieroboam quales. — 3.Reg.12.g — Oratione uincuntur hostes.

[a] Fœdus salis dicitur firmissimum.

[b] Potest etiā legi, & uos dereliquistis eū.

Digitized by Google

Iudæi: quumque sic classicum canerent Iudæi, contigit ut deus funderet Ieroboam
& omnem Israelem coram Abia & Iuda. Fugeruntque filij Israel coram Iuda, & D
tradidit eos DOMINVS in manum eorum. Et cædebant eos Abia & populus
eius cæde magna, & ceciderunt uulnerati ex Israele uirorum electorū quingenta
millia. Adflicti igitur sunt filij Israel illo tempore, inualueruntque filij Iuda, eo quod
innixi essent super DOMINVM deum patrum suorum. Et persequutus est Abia
Ieroboam, & cepit ciuitates eius, Beth El & uiculos eius, Iesanam & uicos eius,
Ephraim & uicos eius. Nec retinuit Ieroboam amplius robur in diebus Abiæ,
percussitque eum DOMINVS, & mortuus est. Abia aūt corroboratus est, & duxit
uxores quatuordecim, genuitque uigintiduos filios, & sedecim filias. Reliquū ge
storū Abiæ, uiæ eius, uerbaque eius scripta sunt in [c] historia Iddo prophetę. Dormi
uit aūt Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauidis, regnauitque
Asa filius eius pro eo, & tranquilla fuit terra decem annis. CAP. XIIII.

Ieroboam occisus à domino. Abiæ uxores.

[c] Alij legunt, in commentario.

De regno Asa.

3.Reg.15.b Officium regis.

FEcit autē Asa quod bonū & rectum fuit in oculis DOMINI dei sui, abstulit A
enim altaria aliena & excelsa, confregit statuas, & succidit lucos. Et dixit ad
Iuda, ut inquirerent DOMINVM deum patrum suorū, facerentque legem & præ-
cepta. Abstulit præterea de omnibus urbibus Iuda excelsa & simulachra, fuitque
regnum tranquillū coram eo. Aedificauit autem urbes munitas in Iuda, eo quod
pacem haberet terra, nec esset contra eum bellum in illis diebus, siquidē DOMI-
NVS dederat ei requiem. Dixit igitur ad Iudam, Aedificemus ciuitates istas, &
circunducamus muros, turres, portas & uectes, superest [a] enim nobis terra, eo quod B
quæsiuimus DOMINVM deum nostrum: quæsiuimus, & ille dedit nobis re-
quiem circumquaque: ædificauerunt ergo, & prospere eis cessit. Habuit quoque Asa
exercitū qui ferret scuta & hastas, de Iuda [uirorum] trecenta millia, & de Ben-
iamin qui portabant scuta, & tendebant arcus, ducenta & octoginta millia: hi
omnes uiri erant strenui. Egressusque est contra eos Særa Aethiops cum exercitu
mille millium, & trecentis curribus, & peruenit in Maresa. Exiuit & Asa contra C
eum, & aciem instruxerunt in ualle Zephatha ad Maresa. Clamauit autē Asa ad
DOMINVM deum suum, & dixit, DOMINE, nihil [refert] apud te ut auxiliū
feras uel multis, uel his quibus non est robur: fer opem nobis ô DOMINE deus
noster, quoniā te nitimur, & in tuo nomine aggredimur multitudinē istam, tu es
DOMINVS deus noster, ne præualeat tecum mortalis. Fudit itaque DOMINVS
Aethiopes corā Asa & corā Iuda, fugeruntque Aethiopes, quos insequutus est Asa D
& populus qui cum eo erat, usque in Gerar, corrueruntque Aethiopes ut nullus ex
eis uiuus superesset, quoniam confracti sunt coram DOMINO & coram exer-
citu eius, tuleruntque prædam ualde ingentem. Percusserunt itaque omnes ciuita-
tes circum Gerar, quoniam pauor DOMINI erat super eos, diripueruntque omnes
urbes, eratque præda magna in eis. Percusserunt etiā tentoria pecorum, & abduxe
runt oues multas, & camelos, reuersique sunt Hierosolyma. CAP. XV.

Pax quærētibus dominum.

Exercitus Asa.

[a] Alij legūt, terra adhuc est quieta corā nobis.

Rex Aethiopum.

Oratio regis fidelis. 2 Reg.14.a

Domino præliante uincuntur Aethiopes.

Sequuntur reliqua ex regno Asa.

FVitque spiritus dei super Asariam filium Oded, qui egressus obuiam Asa, dixit A
ad eum, Audite me Asa & omnis Iuda atque Beniamin, DOMINVS uobiscū
est, si uos fueritis cū eo: & si quæsieritis eum, inuenietur uobis: si uero reliqueritis
eum, relinquet & uos. Et quidē multis diebus in Israele non [quæsierunt] deum
uerum, non sacerdotē docentem, nō legem. Quū uero in angustijs suis conuersi
essent ad DOMINVM deū Israelis, quærerentque eum, inuentus est ab eis. Et tem
poribus illis non erat pax neque exeunti neque ingredienti, sed tumultus ingentes B
super omnes habitatores terrarū, & cōteritur gens à gente, & urbs ab urbe, quo-
niam DOMINVS cōmouet eos omnis generis calamitatibus. Vos igitur estote

Regni Israelis facta.

Numerus mutatur.

Tumultus regnorum non quærētium dominum.

Digitized by Google

fortes, ne remissæ fiant manus uestræ, est enim merces operi uestro. Quum ergo Asa uerba ista atque prophetiam Oded prophetæ audisset, confortatus est, & aboleuit abominanda idola ex omni terra Iuda & Beniamin, atque ex omnibus ciuitatibus quas ceperat in monte Ephraim. Et instaurauit altare DOMINI quod
C erat ante porticum DOMINI. Cögregauit quoque omnem Iudam et Beniamin, aduenas cum eis ex Ephraim, & Manasse, & Simeone: nã multi ex Israelitis defecerunt ad eum, uidentes quod DOMINVS deus eius esset cũ eo. Cögregati itaque sunt in Ierusalem mense tertio, anno decimoquinto regni Asæ, immolaueruntque DOMINO eodẽ die de spolijs quæ adduxerant boum septingenta, ouiũ septem millia. Inieruntque fœdus ut quærerent DOMINVM deum patrum suorũ in toto corde suo, & in tota anima sua. Et quicunque non quæreret DOMINVM deum Israelis, interficeretur, siue paruus esset siue magnus, uir uel mulier. Et iurauerunt
D DOMINO uoce magna, atque cũ iubilo, clangentes tubis & buccinis. De huiusmodi iuramẽto omnes Iudæi lætati sunt, nam toto corde suo iurauerãt, & quæsierunt [eum] tota uoluntate, inuentusque est ab eis, & dedit eis DOMINVS requiem circunquaque. Sed & Maacham matrem Asæ regis hanc amouit ne esset domina, quæ fecerat Miplæzeth in luco, & excidit Asa Miplæzeth eius, cõminuit & combussit in torrente Kidron. Nec tamen recesserũt excelsa ab Israel, ueruntamen cor Asæ integrũ fuit quandiu uixit. Intulit præterea ea quæ pater suus consecrauerat, & quæ ipse cõsecrauerat in domũ dei, argentum scilicet et aurũ atque uasa, nec fuit bellũ usque ad trigesimumquintũ annũ regni Asæ. CAP. XVI.

Merces. Idola auferuntur, & deus quæritur.

Fœdus populi & regis cum domino.

Idololatrã matrẽ abijcit rex pius.

De bello inter Baasa & Asa.

A ANno trigesimosexto regni Asæ ascendit Baasa rex Israelis cõtra Iudam, & [a]ædificauit Rama, ne permitteret quenquam uel egredi, uel ingredi ad Asam regem Iuda. Et protulit Asa aurum ex thesauris ædis DOMINI & domus regiæ. Et misit ad Benhadad regem Syriæ in Damascũ hisce mandatis, Fœdus est inter me & inter te: inter patrem meum, & inter patrẽ tuum: en misi ad te argentũ & aurum, ut uenias & irritum facias fœdus tuum quod habes cum Baasa rege Israelis, ut is à me recedat. Et adquieuit Benhadad regi Asæ, misitque imperatores exer-
B cituũ quos habuit ad ciuitates Israeliticas, atque hi percusserunt Iion, Dan, & Abelmaim atque omnia munitiora oppida Naphtali. Quumque audisset Baasa, destitit ab extructione Rama, intermisitque opus. Asa autem rex accepit uniuersam Iudam, & tollẽtes lapides de Rama atque ligna eius quibus ædificare uolebat Baasa, ædificauitque cũ illis Gæba & Mizba. Sub id temporis uenit Hanani uidens ad Asam regem Iuda, & dixit ad eum, Quandoquidem fisus es regi Syriæ, nec innixus es
C DOMINO deo tuo, ideo euasit exercitus regis Syriæ manum tuam. An non Aethiopes & Lubim habebant ualidissimum exercitum in curribus & multis equitibus, sed quoniam nitebaris DOMINO, tradidit ille eos in manum tuam. Nam oculi DOMINI discurrunt per uniuersum orbem, ut roboret hos qui erga eum sunt integro corde. Stulte egisti in hoc quoniam porrò bella cõtra te erunt. Et iratus Asa contra uidentem, tradidit eum in carcerem, erat enim secum hac de
D re commotus. Oppressit etiam Asa eodem tempore quosdam è populo. Et ecce res gestæ Asæ priores & posteriores scriptæ sunt in libro regum Iuda & Israel. Aegrotauit autem Asa anno regni sui trigesimonono pedibus suis, donec morbus suus ualde incresceret, & in morbo suo nõ quæsiuit DOMINVM, sed medicos. Dormiuit ergo Asa cum patribus suis, mortuusque est anno regni sui quadragesimoprimo. Et sepelierunt eum in sepulchris eius, quæ pro se exciderat in ciuitate Dauidis, & posuerunt eum in lecticam quam odoribus [b]delicatissimis & peregrinis arte pigmentaria conditis [c]impleuerat, & bustum ei fecerunt, idque magnã admodum combustione. CAP. XVII.

[a] Aedificare pro munire, ut Germanice, Die stett bawen, id est munitiones faciunt.

[b] Senim ad uerbum esset meretricijs, sed ... detur hac uoce hic uti pro condimentis peregrinis, quibus superiores reges usi hactenus nõ erãt, & quasi meretricijs alíquid habẽtibus per metalepsim, nam huiusmodi pigmẽtis ferè utuntur meretrices, & qui meretricios animos habent ac molles.

[c] Impleuerat, scilicet sepeliens, uel impersonaliter.

Israel percutitur.

Humano auxilio nõ fidendum, sed diuino. Supra 14.c 2. Mac. 9.a

Cor fidele ad dominũ. Ioan. 7.f

Fides in deum, non in medicos habenda.

Asa mortuus cũ pompa sepelitur.

Regnauit

De regno Iosaphat.

2.Reg.15. Regnauit autem Iosaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israelē, & po A
suit exercitum in omnibus ciuitatibus Iuda munitis, & in terra Iuda praefe
Fidit domino. ctos collocauit: sic in ciuitatibus Ephraim quas ceperat pater eius Asa. Fuit ergo
DOMINVS cum Iosaphat, quoniam ambulauit in uijs Dauidis patris sui pri-
mis, nec quaesiuit Baalim, sed deū patris sui quaesiuit, & in praeceptis eius ambu-
Diuitiae diuitibus dominum. lauit, & non iuxta opera Israelis. Firmauitq; DOMINVS regnū in manu eius,
& dederunt omnes Iudaei munera ipsi Iosaphat, ut haberet insigniter opes & glo B
riam. Extulit cor suum in uijs DOMINI, insuper amouit excelsa & lucos ex Iu-
Rex mittit praedicatores uerbi dei ad subditos. da. Anno tertio regni sui misit proceres suos, [nempe] Benhail, Obadiam, Sacha
riam, Nethaneel, Micheam, ut docerent in ciuitatibus Iuda, & cum eis Leuitas,
Semeiam, Nethaniam, Sebadiam, Asahelem, Semiramoth, Ionathan, Adoniam,
Tobiam, & Tob Adoniam Leuitas, & cum eis Elisama & Iehoram sacerdotes,
qui docuerunt in Iuda, habebantq; secum librum legis DOMINI. Circumierūt
autem per omnes ciuitates Iuda, & docuerunt populum. Irruit ergo pauor DO- C
MINI super omnia regna nationum quae circunquaq; erant Iuda, ut non belli-
gerarent contra Iosaphat. Attulerunt & de Palestinis munera & pondera argenti
ipsi Iosaphat. Arabes quoq; adducebant ei pecudes, [nempe] arietum septem mil
lia & septingentos, & hircorum septem millia & septingentos. Promouit itaq;
Iosaphat & creuit in immensum, & aedificauit in Iuda arces & urbes ad reposito-
ria. Fecit praeclara [D] opera in urbibus Iuda, & habuit milites fortissimos heroes
in Ierusalem. Porrò istae sunt praefecturae eorum secundum domos patrum suo- D
rum. In Iuda tribuni [fuerūt] Adna princeps, & cum eo heroes fortissimi ter cen-
tum mille. Ad manū eius fuit Iehohannan princeps, & cum eo ducenta & octo-
ginta millia. Ad manum quoq; eius Amasias filius Sichri, qui sponte se DOMI-
NO dederat, & cum eo ducenta millia heroum fortium. Ex filijs Beniamin for-
tissimus heros Eliada, & cum eo armatorū arcu & clypeo ducenta millia. Ad ma-
num eius Iehosabad, cumq; eo centum & octoginta millia eorum qui expediti
erant ad militiam. Illi ministri erant regis, praeter eos quos collocauerat rex in ci-
uitatibus munitis per totam Iudaeam.

[D] Ebr. Et opus multū fuit ei. Hoc sic exposui Latino more, & rabba pro insigni & praeclaro, ut uisum est in 23. cap. Exod.

CAP. XVIII.

Iosaphat iungit se impio regi Ahab contra dominum.

3.Reg.22.a Qvumq; Iosaphat abundaret opibus & gloria, affinitate iunctus est ipsi A
Ahab. Expletis autem [aliquot] annis, descendit ad Ahab in Samariam,
mactauitq; ei Ahab multas oues & boues, simulq; populo quem secū
habuit, persuasitq; illi ut cū eo ascenderet in Ramoth Gilead. Ait enim Ahab rex
Israel ad Iosaphat regem Iuda, Visne mecum proficisci in Ramoth Gilead? Re-
spondit ei, Quemadmodum ego, sic & tu: quemadmodum populus tuus, popu
lus meus, tecumq; [proficiscemur] in bellum. Dixit insuper Iosaphat ad regem Is
raelis, Consule quaeso hodie uerbum DOMINI. Congregans ergo rex Israelis
Prophetae falsi 400. prophetas, quadringentos nempe uiros, dixit ad eos, Proficiscamúrne in bellum
contra Ramoth Gilead, an omittā? Illi dixerunt, Ascende, nam tradet deus in ma B
num regis. Dixit autem Iosaphat, Est ne adhuc hic propheta DOMINI, ut ab eo
quaeramus? Respondit rex Israelis ipsi Iosaphat, Est adhuc uir quidam per quem
Verbū dei quaerendū bonis regibus. DOMINVM possemus interrogare, at ego odio eum prosequor, quoniā nihil
boni mihi prophetat, sed cunctis diebus suis malum: is est Micheas filius Iemla.
Micheas solus dei propheta. Dixitq; Iosaphat, Ne loquatur rex sic. Vocauit itaq; rex Israel cubiculariū quen-
dam, & dixit, Confestim accerse Micheam filium Iemla. Caeterum rex Israelis, &
Iosaphat rex Iuda sedebant uterq; in solio suo, induti uestibus, sedebant autem in
area iuxta ostium portae Samariae, omnesq; prophetae uaticinabantur coram eis.
Fecerat autē Zedekias filius Chnaana sibi cornua ferrea, & aiebat, Sic dicit DO- C

Digitized by Google

MINVS, Istis feries tu Syros, donec eos in uniuersum perdas. Ad hunc modum omnes prophetæ uaticinabantur, dicentes, Ascende in Ramoth Gilead, & feliciter ages, tradet DOMINVS in manum regis. Porrò nuncius qui uocatum ierat Micheam, loquutus est ad eum, dicens, En uaticinia prophetarum uno ore fausta [prædicunt] regi, sit quæso sermo tuus consonus illorum sermonibus, ut & tu fausta loquaris. Micheas dixit, Viuit DOMINVS, quodcunque dixerit DOMINVS ad me, hoc loquar. Et quum uenisset ad regem, dixit rex ad eum, Proficiscamúrne Michea bellaturi contra Ramoth Gilead, an omittamus? Is uero dixit, Ascendite, res prospere cedet uobis, tradentur in manũ uestram. Dixitque ad eum rex, Quoties te iureiurando adigam, ne loquaris ad me nisi ueritatem in nomine DOMINI? Tum dixit [Micheas,] Vidi uniuersum Israelem dispersum in montibus ueluti oues quibus non est pastor, dixitque DOMINVS, Illi non habent dominum, reuertatur quisque domum suam incolumis. Ait ergo rex Israel ad Iosaphat, An non dixeram tibi, Is nihil boni uaticinatur mihi, sed malum duntaxat? Tum dixit [Micheas,] Audite ergo uerbum DOMINI, Vidi DOMINVM sedentem in solio suo, & omnis exercitus cœlorum stabat ad dexteram eius, & ad sinistram eius, dicebatque DOMINVS, Quis persuadebit Ahab regẽ Israelis, ut ascendat & corruat in Ramoth Gilead? Quumque alius aliud dixisset, egrediebatur spiritus quidam, qui stans coram DOMINO, dixit, Ego persuadebo ei. Aitque DOMINVS ad eum, Qua in re? Qui dixit, Egrediar, eroque spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixit ergo, Persuadebis, simulque efficies: egredere, & fac sic: & nunc, en DOMINVS dedit spiritum mendacem in os illorum tuorum prophetarum, loquutusque est DOMINVS super te malum. Accedens autem Zedekias filius Chnaana, percussit Micheam in maxillam, & dixit, Qua nam uia secessit spiritus DOMINI à me, ut tibi loqueretur? Et ait Micheas, En tu uidebis ipso eodem die, quando è penetrali in penetrale fugeris, ut abscondaris. Ait autẽ rex Israelis, Tollite Micheam, & reducite eum ad Amon præfectum ciuitatis, & ad Ioas filium regis, dicetisque, Sic ait rex, Ponite hunc in carcerem, & date ei cibũ, panem scilicet & aquã, (ut solet adflictis,) donec ego incolumis reuersus fuero. Tum ait Micheas, Si reuersus fueris incolumis & saluus, DOMINVS non est loquutus per me. Simulque dixit, Audite omnes populi. Ascendit itaque rex Israelis, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Gilead, dixitque rex Israelis ad ipsum Iosaphat, Mutandus est habitus, & eundum in prælium, tu uero indue uestimenta tua: immutauitque habitum rex Israelis, & ingressus est prælium. Porrò rex Syriæ præceperat ducibus curruum, quos penes se habebat, dicens, Ne conseratis manus neque cum magno, neque cum paruo, præterquam cum solo rege Israelis. Quũ autem duces curruum uiderent ipsum Iosaphat, dixerunt, Is est rex Israelis: & concesserunt ad eum ut pugnarent. Tum clamauit Iosaphat, & DOMINVS auxiliabatur ei, abegitque illos deus ab eo. Quumque duces curruum uidissent quod non esset rex Israelis, diuerterunt ab eo. Quidam autem intendens arcum quàm maxime potuit, ferijt regem Israelis inter iuncturas [thoracis,] & inter loricam. Is autẽ dixit aurigæ, Versa manu tua, educ me ex castris, quoniam uulneratus sum. Desijt itaque prælium eo ipso die. Porrò rex Israelis suffultus stabat[a] in curru prope Syros usque ad uesperam, & mortuus est sole occidente. CAP. XIX.

Propheta uerus solũ dei uerbum loquitur.

Ironia Micheæ.

Veritas prophetatur.

Spiritus erroris seducit uerbum domini non audientes.

Percutitur sanctus propheta à falso.

Sanctus propheta incarceratur.

Cõsilio tentat dei uoluntatem eludere, sed non procedit.

Clamor ad dominum in prælio.

[a] Alij legũt, fecit stare currum.

Ahab moritur.

Post increpationem quæ fiebat à domino per prophetam, Iosaphat cautius & magis solicite coram deo ambulat.

A REuersus est autem Iosaphat rex Iuda incolumis domum suam in Ierusalẽ, egressusque obuiam ei Iehu filius Hanani uidens, dixit regi Iosaphat, Túne impio auxilium ferre, & diligere eos [uoluisti] qui DOMINVM oderunt? Ob hanc rem [uenit] super te indignatio à DOMINO, ueruntamen res bonæ inuentæ

Societas malorum periculosa.

Digitized by Google

uentæ sunt in te, quoniam excidisti lucos de terra, & præparasti cor tuum, ut quæ-
Rex populum conuertit ad dominum. reres deum. Habitauit itaq; Iosaphat Hierosolymis, conuersusq; egressus est ad
populum à Beer Seba usq; ad montem Ephraim, reduxitq; eos ad DOMINVM B
deum patrum suorum. Constituitq; iudices in terra in omnibus ciuitatibus Iu-
Exhortatio ad iudices. da munitis, idq; oppidatim. Aitq; ad iudices, Dispicite quid agatis, non enim ho-
mini iudicabitis, sed DOMINO, qui uobiscum est in causis quas iudicatis, sit er-
go metus DOMINI uobiscum: cauti ergo sitis & satagite, quoniam non est ulla
Deut. 10. d peruersitas apud DOMINVM deum nostrum, ut uel † [a] personas suspiciat, uel C
Rom. 2. b munera recipiat. Sed & Hierosolymis constituit Iosaphat ipsi Israeli quosdam ex
Gal. 2. b Leuitis & sacerdotibus, & ex præcipuis patribus ad iudicium DOMINI, & ad li-
Ephes. 6. b tes, [b] qui habitarent Hierosolymis. Præcepit autē illis huiusmodi mandatis, Sic
Col. 3. d
Act. 10. d facietis in timore DOMINI, in fide, [ueritate,] & candido corde. Quæcunq; cau-
1. Pet. 1. e sa aduenerit de fratribus uestris habitantibus in ciuitatibus suis, inter sanguinem
Exhortatio regis ad Leuitas. & sanguinem, inter legem & præceptum, inter statuta & iudicia, moneatis eos D
ne delinquat contra DOMINVM, ne ira [DOMINI] ueniat super uos, & su-
per fratres uestros: hoc si feceritis, non delinquetis. Et ecce habetis uobiscum A-
mariam summum sacerdotem in omni negotio DOMINI, ad hæc Sebadiam fi-
lium Ismaelis principem domus Iuda in omnibus negotijs regis, [habetis] de-
niq; Leuitas executores corā uobis: fortes igitur estote, & satagite, eritq; DOMI-
NVS cum eo qui bene [egerit.]

a Ebr. Acceptio personarū, & receptio munerum. Est autem recipere personas mirari, suspicere, ut in eorum gratiam aliquid facias. Expende significationē dictionis Nasa & Masa.

b Alij legunt, & reuersi sunt in Ierusalem. Numerus est mutatus.

CAP. XX.

In bello quod mouent contra eum Moabitæ & Ammonitæ, dominus opem fert Iosaphat.

Contigit post hæc ut proficiscerentur Moabitæ & [a] Ammonitæ, cumq; eis A
alij ex Ammonitis contra Iosaphat in prælium. Venerūt ergo qui nuncia-
rent ipsi Iosaphat huiusmodi uerbis, Venit contra te ingens exercitus transmari-
Oratio cū ieiunio. norum & Syrorum, & ecce ipsi sunt in Hazazon Thamar, quæ est Engadi. Me-
Regis est implorare dominum in bello. tuit ergo Iosaphat, & [b] proposuit quærere DOMINVM, indixitq; ieiuniū uni-
uerso Iuda. Congregati etiam sunt qui erant in Iuda, ut quærerēt à DOMINO,
quin & ex omnibus ciuitatibus Iuda uenerunt interrogare DOMINVM. Stetit
itaq; Iosaphat in cœtu Iuda & Ierusalem in æde DOMINI ante atrium nouum,
Oratio Iosaphat. & ait, DOMINE deus patrū nostrorū, an non tu es deus in cœlis? an non tu im-
peritas in omnibus regnis gentium? an non in manu tua robur est & potentia, B
nec est qui sese contra te statuat? An non tu deus noster expulisti habitantes huius
terræ coram populo tuo Israel, dedistiq; eam semini Abrahæ amici tui perpetuò?
Qui habitarunt in ea, ædificaueruntq; tibi in ea sanctuariū nomini tuo, dicentes,
Supra 6. e Si irruerit super nos malū, gladius uindicans, pestilentia aut fames, stabimus in
conspectu domus istius & coram te, (siquidem nomen tuum est in domo ista,) &
clamabimus ad te de tribulatione nostra, tu uero exaudies & opem feres. Nunc
Deut. 2. a ergo Ammonitæ & Moabitæ & mons Seir, (per quos non permisisti transire Is-
raelitas quum uenirent de terra Aegypti, sed diuerterunt ab eis, & non deleuerūt
eos,) en illi rependunt nobis, ut uenientes exturbent nos de possessione tua, quā
Diffidere humanis uiribus, deo confidere. nobis possidendam dedisti, Deus noster an non iudicabis eos? In nobis quidem C
non est robur contra tam ingentem multitudinem quæ uenit contra nos, igno-
ramus quid nobis sit faciendum, sed ad te sunt oculi nostri. Omnis autem Iuda
Propheta mittitur regi sancto ad solatium. stabat coram DOMINO, unà cum pube sua, uxoribus suis, & liberis suis. Erat
autem [ibi] Iahasiel filius Sachariæ, filij Benaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ Le-
uita de filijs Asaph, super [c] quem uenit spiritus DOMINI in medio cœtu, qui di-
xit, Aduertite omnis Iuda, & habitatores Ierusalē, & tu rex Iosaphat, sic dicit DO
MINVS uobis, Vos ne timueritis, neque animo frangamini metu huius tantæ
multitudinis, non enim uestrum est prælium, sed dei, cras descendite contra eos,

a Alij ex Ammonim legūt, ac si esset separati populi ab Ammonitis, uel ex eis nati.

b Ebr. Dedit faciem suam ut quæreret.

c Eb. Super quem ductus est.

Officium regis.

Digitized by Google

en ipsi ascendunt per cliuum Ziz, inuenietis eos in fine torrentis ante desertum
Ieruel: nec est ut uos pugnetis in hoc [prælio,] consistite, state, & uidete salutem
D DOMINI uobiscũ. O Iuda & Ierusalem, nolite timere, neq; animo frangi, cras
exite contra eos, & DOMINVS erit uobiscum. Inclinauit ergo Iosaphat facie
[sua] terram uersus, sed & omnis Iuda, & habitatores Ierusalem prociderunt an-
te DOMINVM, adorantes DOMINVM. Surrexerunt autẽ Leuitæ de filijs Ka-
hathitarum, atq; de filijs Korhitarum, ut laudarent DOMINVM deum Israelis
magna uoce, idq; celebriter. Quumq; mane surrexissent, egressi sunt in desertum
Thekoa, & illis egredientibus stetit Iosaphat, & ait, Audite me Iuda & habitato-
res Ierusalẽ, Credite in DOMINVM deum uestrum, & [b] fides seruabitur uobis:
credite prophetis eius, & prospere uobis cedet. Consilio autẽ inito cum populo,
collocauit quosdam qui cantarent DOMINO, & laudarent magnificentiã san-
ctitatis, egrederenturq; ante armatum exercitum, & dicerent, Confitemini DO-
E MINO, quoniã bonitas eius est perpetua. Eo uero tempore quo inciperent can-
ticum & laudem, excitauit DOMINVS eos qui erant in insidijs super Ammoni-
tas, Moabitas & habitatores montis Seir, qui uenerant contra Iudam, ut sese mu-
tuo prosternerent. Nam Ammonitæ & Moabitæ steterũt cõtra habitatores mon-
tis Seir, ut perderent ac delerent eos. Quumq; in uniuersum perdidissent habita-
tores Seir, iuuit quisq; proximum suum ad [mutuum] interitum. Venit autem Iu-
da ad [e] Mizpe deserti, respexeruntq; ad multitudinem, & ecce illi iacebãt mortui
in terra, nec ullus euaserat. Veniens ergo Iosaphat & populus eius, ut diriperent
spolia eorum, inuenerunt in eis multum suppellectilis & uestium, insuper & ua-
sa delectabilia quæ diripiebant sibi, ut ferre non possent: tribus diebus spolia di-
F stribuebant, multa enim erant. Quarto deinde die congregati sunt in uallem gra-
tiarum actionis, quoniam illic gratias egerunt DOMINO, atq; hac de causa uo-
carunt nomen eius loci uallis [f] gratiarum actionis usq; in hunc diem. Porrò om-
nis Iuda & uiri Hierosolymitæ cum capite suo Iosaphat uersi sunt ut redirẽt Hie-
rosolyma cum gaudio, nam DOMINVS exhilarauerat eos de hostibus suis. Ve-
nerunt ergo Hierosolyma cum nablis, citharis & buccinis ad ædem DOMINI.
Venitq; pauor dei super omnia regna nationum, quum audissent DOMINVM
pugnasse contra hostes Israelis. Tranquillum itaq; fuit regnum Iosaphat, & de-
dit ei deus tranquillitatẽ circunquaq;. Et regnauit Iosaphat super Iudam: trigin-
taquinq; annos natus erat quũ inauguraretur regno, & regnauit uigintiquinq;
G annos in Ierusalem. Asuba fuit nomen matris suæ, quæ fuit filia Silhi. Et incessit
in uia Asæ patris sui, nec declinauit faciens quod rectũ erat in oculis DOMINI:
ueruntamen non recesserant excelsa, & populus adhuc non præparauerat cor
suum ad deum patrum suorum. Reliqua gestorum Iosaphat & priora & postre-
ma, en ea scripta sunt in rebus Iehu filij Hannani, qui transtulit [ea] in librum re-
gum Israel. Posthæc societatem inijt Iosaphat rex Iuda [g] cum Ahasia rege Israel,
qui impietati studuit: in hoc uero conuenit cum eo, ut pararent naues quæ irent
in [h] mari, & fecerunt naues in Ezion Gaber. Prophetauit autem Eliefer filius Do-
daua de Maresa contra Iosaphat hisce uerbis, Eo quod societatẽ inijsti cum Aha-
sia, disiecit DOMINVS opera tua: confractæq; sunt naues, neq; potuerunt ue-
nire in mare.

CAP. XXI.

Succedit pio regi impius filius Ioram, sub quo Edom à Iuda deficit, & punitur Ioram ob impietatem.

A DOrmiuit autem Iosaphat cum patribus suis, sepultusq; est ad patres suos in ciuitate Dauidis, regnoq; inauguratus est pro eo Ioram filius eius. Habuit autem fratres qui filij erant Iosaphat, nempe Asariam, Iehielem, Sachariam, Asariam, Michaëlem, & Sephatiam: hi omnes filij fuerunt ipsius Iosaphat regis Israel.

[b] Posset etiam legi, et firmi eritis, uel certi.

[e] Alij legunt, Mizpe appellatiuum pro specula.

[f] Legunt alij uallis benedictionis.

[g] Alij referũt hoc ad Iosaphat, quod impie fecerit se iungendo Ahasiæ.

[h] Pro mari alij legũt Tharsis: alij legunt, ut irent in Tharsis.

Credendũ promissionibus dei.

In prælio laudandus dominus.

Tandem ad spolia.

Vallis benedictionis.

Gratiarũ actio pro uictoria.

Timor dei contra inimicos.

Excelsa nõ ablata.

Societates perniciosæ.

Mors Iosaphat.

Digitized by Google

Israel. Dederatq; eis pater eorũ multa munera auri & argenti, deinde & delicata quædam, & ciuitates munitas in Iuda, regnũ autem dederat ipsi Ioram, nam ille erat primogenitus. Insurrexit aũt Ioram aduersus regnum patris sui, & quum inualuisset, occidit omnes fratres suos gladio, simulq; [quosdam] ex principibus Israelis. Cum inauguraretur regno Ioram, natus erat trigintaduos annos, regnauitq; octo annis in Ierusalem. Ambulauit in uia regum Israelis, sicut fecerat domus Ahabis, nam habebat filiam Ahabis uxorem, designauitq; malum in oculis DOMINI. Noluit autẽ DOMINVS uastare domũ Dauidis, propter fœdus quod inierat cum Dauide, & q; promiserat se daturum lucernam illi & filijs suis cunctis diebus. In diebus eius defecit Edom, ne subesset sub manu Iuda, constitueruntq; super se regem. Transiuit itaq; Ioram cum principibus suis, habuitq; secum omnes currus suos, factumq; est ut noctu consurgeret & percuteret Edomæum qui eum circũsederat, simulq; principes curruum. Defecit itaq; Edom ne esset sub manu Iuda usq; in hunc diem. Quin & Libna eodem tempore defecit, ne esset sub manu eius, dereliquerat enim [Ioram] DOMINVM deum patrum suorum. Fecit excelsa in ciuitatibus Iuda, & fecit scortari habitatores Ierusalem, & seduxit Iudam. Venit aũt ad eum scriptũ quoddam ab Elia propheta in hãc sententiam, Sic dicit DOMINVS deus Dauidis patris tui, Quandoquidẽ non ambulasti in uijs Iosaphat patris tui, & in uijs Asæ regis Iuda, sed ambulasti in uia regũ Israelis, effecistiq; ut scortarentur Iuda & habitatores Ierusalẽ iuxta scortationes domus Ahabis: insuper & fratres tuos (domũ patris tui,) qui te meliores fuerunt, occidisti, ecce DOMINVS percutiet plaga magna populũ tuum, filios tuos, & uxores tuas, & cunctam substantiã tuam. Porrò te [percutiet] doloribus magnis, morbo uiscerũ tuorum, donec effluant uiscera tua præ dolore q in dies [crescet.] Excitauit ergo DOMINVS contra Iorã spiritũ Palestinorũ & Arabum qui erant ad latus Aethiopũ. Qui ascendentes in Iudam, peruaserunt eam, & captiuã abduxerunt omnem substãtiã, quæ inueniebatur in domo regis, filios quoq; eius & uxores eius, & non est relictus ei filius, nisi Iehoahas, qui inter filios eius minimus natu erat. Post hæc omnia ferijt eum DOMINVS in uisceribus eius morbo incurabili. Factũ autem est post dies aliquot, quũ tempus esset exactum post finem annorũ duorum, effluxerunt uiscera eius in ipso morbo eius, mortuusq; est pessimis morbis, nec fecerunt ei bustum quemadmodum busta fecerant patribus suis. Trigintaduos [annos] natus erat quum cœpisset regnare, regnauitq; Hierosolymis octo annis, uixitq; [a] illaudate, sepelierũt tamen eum in ciuitate Dauidis, sed non in sepulchris regum.

Margin notes: ...ẽ fratres ...cadit filios regis. / ...Reg. 8. / Vxor im... ia seducit maritum. / ...Reg. 7 b / Edom rebellis percutitur. / Lobna rebellis. / Literæ Eliæ ad Ioram. / Excitat dominus hostes. / Ioram alui languore ... / [a] Eb. fuit absq; desiderio, hoc est, ut nemo eum desideraret. / B / C / D

CAP. XXII.

De regno Ahasiæ.

Ciues aũt Hierosolymitani inaugurarunt regem Ahasiam filium eius natu minorem loco eius, quoniã grassatores qui uenerãt cum Arabibus bellandi causa, occiderant omnes maiores natu. Regnũ itaq; obtinuit Ahasias filius Ioram regis Iuda. Quadragintaduos annos natus erat Ahasias quũ cœpisset regnare, regnauitq; anno uno Hierosolymis. Nomẽ matris eius fuit Athalia filia Amri. Et hic ambulauit in uijs domus Ahab, nã mater eius cõsultrix ei fuit ut impie ageret. Designauit igitur malũ in oculis DOMINI, quẽmadmodũ domus Ahabis, nam illi consultores ei fuerunt post mortem patris sui ad perditionem eius. Quin ipse iuxta eorũ consilia ambulauit, profectusq; est cum Ioram filio Ahab regis Israelitici in præliũ contra Hasaelẽ regem Syriæ in Ramoth Gilead, & percusserunt Syri ipsum Iorã, reuersusq; est ut sanaretur in Iesreel, quoniam uulnera habuit quæ inflixerãt ei in Rama, quũ pugnaret cum Hasaele rege Syrorum. Descendit autẽ Asarias filius Ioram regis Iuda, ut inuiseret Ioram filium Ahabis in Iesreel, ibi enim ægrotabat. Erat autẽ hoc à deo, ut cõculcaretur Ahasias, dum

Margin notes: ...Reg. 8. f / Ochosias impius. / A deo ... ...stiã mali. / A / B / C

Digitized by Google

ueniret ad Ioram. Nam quũ uenisset, ipse egressus est cum Ioram obuiam Iehu filio Nimsi, quem unxerat DOMINVS, ut excinderet domũ Ahab. Factum est ergo quum Iehu iudiciũ exequeretur contra domum Ahab, ut deprehenderet primores Iuda atq; filios fratrũ Ahasiæ, qui ministrabant Ahasię, & interficeret eos. Quæsiuit & Ahasiã, qui sese absconderat in Samaria, quem captum adduxerunt ad Iehu, interfecerũt eum atq; sepelierunt eum: dixerunt enim, Filius Iosaphatis est, qui quæsiuerat DOMINVM in toto corde suo: nec erat domui Ahasię robur ut retineret regnũ. Porrò Athalia mater Ahasię uidẽs ꝙ mortuus esset filius suus, surrexit, & perdidit omne semen regiũ in domo Iuda: tulit autem Iehosabeath filia regis ipsum Ioas filium Ahasię, & clam surripuit eum è medio filiorũ regis q occisi erãt, reposuitq; eum & nutricẽ eius in cubiculo lectorũ, & abscondit eum Iehosabeath filia regis Iorã uxor Iehoiadę sacerdotis, & soror Ahasię metu Athaliæ, ut non occideret eum. Fuit itaq; cum eis in domo dei absconditus sex annis. Athalia autem regnabat in terra.

2.Reg.9. | Ochosias occiditur. | D | Athalia semen regium occidit. | 4.Reg 11.a | Ioas absconditur.

CAP. XXIII.

Ioas auxilio & consilio Ioiadæ regno inauguratur, interfecta Athalia.

A SEptimo deinde anno Iehoiada sumpto animo, adsumpsit centuriones, Asariam filiũ Ieroham, & Ismaelem filiũ Iehohanan, Asariam filiũ Obed, Maasiam filiũ Adaiæ, & Elisaphat filium Sichri, secum in fœdus. Circũeuntes uero Iudã, congregauerunt Leuitas ex cunctis urbibus Iuda, & præcipuos patres Israelis, & uenerunt Hierosolyma. Vniuersus aũt cœtus in domo dei fœdus pepigit cum rege: dixitq; ad eos, Ecce filius regis regnabit, sicut loquutus est DOMINVS de filijs Dauidis, hoc ergo est quod facere debetis, tertia pars uestrũ ingredientur sabbato ad sacerdotes & Leuitas & custodes portarũ & liminũ, tertia deinde pars in domo regis, & tertia pars ad portã fundamenti, omnis deniq; populus erit in atrijs ædis DOMINI. Nemo aũt ingredietur ædem DOMINI, nisi sacerdotes & qui ministrãt Leuitis, hi ingredientur, quia sancti sunt, omnis aũt po-
B pulus obseruabit custodiã DOMINI. Et circũdabunt Leuitæ regem circũquaq;, & habebit quisq; arma sua manu sua: quicũq; uenerit in ædem, trucidetur: & hi sint cum rege dum ingreditur & dum egreditur. Fecerunt aũt Leuitæ & omnis Iuda iuxta omnia quæ præceperat Iehoiada sacerdos, adsumpseruntq; quisq; uiros suos qui sabbato ingrediebãtur, cum his qui sabbato egrediebãtur, quia non dissoluit sacerdos Iehoiada ordines. Dedit præterea Iehoiada sacerdos cẽturionibus hastas, clypeos, & scuta quæ fuerant regis Dauidis, fuerantq; in domo dei. Et collocauit cunctũ populũ, ut quisq; haberet gladiũ manu sua, à latere templi dextro, ad latus templi sinistrũ iuxta altare & templũ, ut regem circunquaq; circũstarent. Tum eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei coronam, & [dederunt] ei testimoniũ, & regem eum constituerũt, unxeruntq; eum Iehoiada & filij eius,
C dicentes, Viuat rex. Audiens autem Athalia uocem currentis populi, & eorũ qui laudabant regem, uenit ad populũ in ædem DOMINI. Quumq; circũspexisset, ecce rex stabat ad columnã suam in introitu, [a] cãtores uero & tubæ iuxta regem, & cunctus populus terræ lætabatur, & clangebant buccinis, & cõcinebant musicis instrumentis docentes laudare. Athalia aũt conscidit uestimenta sua, dixitq;, Coniuratio, coniuratio. Et egressus Iehoiada sacerdos ad centuriones qui erant copijs præfecti, dixit ad eos, Educite eam extra ædem ad septa: si quis eam sequitur, trucidetur gladio: præceperat enim sacerdos, Ne interfeceritis eam in æde DOMINI. Fecerunt ergo ei spatiũ utrinq;, & uenit ad portã per quam equi ingrediebantur in domũ regis, illic interfecerunt eam. Pepigit aũt Iehoiada fœdus inter se & inter cunctum populũ, interq; regem, ut essent populus DOMINI. Dein-
D de ingressus est uniuersus populus in phanum Baal, & demoliti sunt illud, aras quoq; eius, & imagines eius confregerunt, sed & Mathan sacrificũ Baal corã altaribus

2.Reg. 11.a | 2.Sam.7. | Athalia occiditur. | Populus destruit idola.

[a] Pro cãtoribus alij legũt principes: sed facilis est lapsus in Ismol & in uin.

Digitized by Google

taribus trucidarũt. Constituit deinde Iehoiada officia domui DOMINI sub manu sacerdotũ & Leuitarum, quemadmodum distribuerat Dauid in æde DOMINI, qui sacrificarent holocausta DOMINO, sicut scriptũ est in lege Mosis, cum gaudio & cantico iuxta ordinationẽ Dauidis. Constituit quoq; ianitores iuxta portas domus DOMINI, ne quis ingrederetur qui quacunq; ratione immũdus esset. Accepit præterea centuriones & insignes quosq;, & qui in populo aliquid dominij habuerunt, & cunctũ populum terræ, & deduxit regem de domo DOMINI, & uenientes in mediũ portæ superioris domus regis, collocauerũt regem super solium regni. Et lætatus est cunctus populus terræ, & urbs quieuit, postq̃ Athaliam gladio occiderunt.

CAP. XXIIII.

De regno Ioas, qualiter uiuo adhuc Ioiada, qualiter eo mortuo regnarit.

4.Reg.11.a SEptem annos erat natus Ioas quũ regnũ caperet, regnauitq; quadraginta an- A
nis Hierosolymis: nomen matris eius fuit Zibia de Beer Seba. Fecit aũt Ioas
rectũ in oculis DOMINI donec Iehoiada sacerdos uiueret. Accepit autẽ Iehoiada ei duas uxores, genuitq; filios & filias. Post hæc contigit ut Ioas corde uolueret de instauratione ædis DOMINI, cõgregauitq; sacerdotes & Leuitas, & dixit ad eos, Exite ad ciuitates Iuda, et cõgregate ex omni Israele pecuniã, ut instauretur quotannis domus dei uestri, & uos accelerate hoc negotiũ. At Leuitæ non
accelerabant: uocans ergo rex Iehoiadam summum [sacerdotem,] dixit ei, Cur B
non perquiris à Leuitis, ut inferant à Iuda & Ierusalẽ in tentoriũ testimonij uectigal, q̃d [constituit] Moses seruus DOMINI, & cõgregatio Israelis? (Athalia enĩ impia [mulier] & filij eius diruperant ædem dei, quin & omnia quæ erant cõsecrata pro æde DOMINI, impenderũt ipsi Baalim:) præcepitq; rex ut facerent arculã, quam posuerunt foris ad portã ædis DOMINI. [a]Euulgarunt aũt uoce [præconis] in Iuda & Ierusalẽ, ut adferrẽt DOMINO uectigal, quod Moses ser-
uus dei [constituerat] Israeli in deserto. Et lætati sunt cũcti principes atq; omnis C
populus, & adferentes iniecerunt in arculã donec impleretur. Quumq; ueniret tempus ut ferrent arculã ad officia regis per manum Leuitarũ, (nempe quum uiderent pecuniã esse multam,) uenit scriba regis, & qui constitutus erat à summo sacerdote, qui euacuata arcula tulerunt eam, & reportarunt eam in locum suum, idq; fecerũt suo quoq; die, collegeruntq; pecuniã multam, quam dedit rex & Iehoiada sacerdos facientibus opus ministerij in domo DOMINI, qui conduxe-
runt latomos & artifices, qui reficerẽt ædẽ DOMINI: fabros quoq; ferrarios & D
ærarios, qui instaurarent ædẽ DOMINI: & hi operarij fecerunt opus, ascenditq; operis dispositio per illorũ manus, qui collocarunt domũ dei iuxta præparationẽ suam, eamq; firmarunt. Quumq; absoluissent, reliquũ pecuniæ adferebãt ad regem & Iehoiadã, q fecit ex ea uasa ædi DOMINI, uasa ministerij, phialas, cochlearia, uasa aurea & argẽtea, sacrificabantq; holocausta in æde DOMINI iugiter cunctis diebus Ioiadæ. Senuit aũt Iehoiada, saturq; dierum mortuus est: fuit
aũt dũ moreretur natus annos centũ & triginta, & sepelierũt eum in ciuitate Da- E
uidis iuxta reges, quoniã benefecerat Israeli, & [b]cũ deo & domo eius. Mortuo Iehoiada, uenerũt principes Iuda, & inclinarũt se regi, audiuitq; eos rex. Et deserentes domũ DOMINI dei patrum suorũ, seruierunt lucis & idolis, factaq; est indignatio [dei] super Iudã & Ierusalem propter hanc culpam eorũ. Misitq; ad eos prophetas, qui eos reducerent ad DOMINVM, q obtestati sunt eos, sed auribus non perceperunt. Induit aũt spiritus dei Sachariam filium Iehoiadæ sacerdotis,
qui stans in populo ait ad eos, Sic dicit deus, Cur transgressi estis uos præcepta F
DOMINI? non cedet uobis prospere, quandoquidẽ enim uos dereliquistis DOMINVM, derelinquet & uos. Illi autẽ cõspiratione contra eum facta, lapidibus eum obruerũt, iubẽte hoc rege, in atrio ædis DOMINI: neq; recordatus est Ioas

Ioas instaurat dei cultum.

Exod.30.

Exod.30.b

Ioiada moritur.

Ioas deprauatur.

Filius Ioiadæ occiditur à Ioas.

a Eb. Et dederũt uocem in Iuda.

b Supplendum aliquid, ut fidus fuit, uel tale aliquid.

Digitized by Google

rex beneficentiæ eius qua eum affecerat Iehoiada pater eius, quin filiũ eius occi-
deret. Dixit aũt ille in morte sua, DOMINVS inspiciat & inquirat. Vertente an- Matt.23.d
no ascendit contra eum exercitus Syriæ, ueneruntq; contra Iudam & Ierusalẽ, &
perdiderunt de populo omnes primores populi, & omnia spolia eorũ miserunt
regi Darmasci. Venerat aũt exercitus Syrorũ cum paucis hominibus, tradiditq; Pauci hostes uincũt plures impios.
G DOMINVS in manum eorũ exercitũ ualidissimũ, quod DOMINVM deũ patrum
suorũ deseruissent: cum Ioas quoq; iudicium exequuti sunt. Abeuntibus autem
illis ab eo, reliquerunt eum in languoribus multis, cõspiraruntq; contra eum ser
ui sui propter sanguines filiorũ Iehoiadæ sacerdotis, & trucidarunt eum in lecto Ioas interimitur à seruis.
suo ut moreretur, sepelieruntq; eum in ciuitate Dauidis, nec sepelierunt eum in
sepulchris regũ. Isti uero sunt qui contra eum coniurarunt, Sabad filius Simeath
ᶜAmmonites, & Iehosabad filius Simrith Moabites. Porrò de filijs eius et ingen
ti uectigali contra eum, deq; fundatione domus dei, en scripta sunt ea in inuen-
tario libri regũ: regnauit aũt loco eius Amazias filius eius. CAP. XXV.

c Alij in fœminino genere exponunt, Ammonitidis, &c. & Hebræa ita habere uidentur.

De regno Amaziæ filij Ioas.

A Amazias quũ regno inaugurareturb, natus erat uigintiquinq; annos, regna- 4.Re.14.a
uitq; Hierosolymis annis uigintinouẽ: nomen matris suæ fuit Iehoadan
de Ierusalẽ. Is fecit quod rectũ erat in oculis DOMINI, sed non integro corde.
Quum enim regnũ eius iam firmatũ esset, interfecit seruos suos qui trucidarãt re
gem patrem suũ: filios aũt eorum nõ interfecit, quia sic scriptũ est in lege in libro
Mosis, ubi præcepit DOMINVS in hanc sententiã, Non morientur patres pro Deut.24.c
pter filios, nec filij morientur propter patres, sed unusquisq; morietur in peccato 4.Reg 4.b
suo. Congregauit aũt Amazias Iudã, & constituit eos iuxta domos patrias, tribu Ezech.18.c
B nos & centuriones per uniuersum Iudã & Beniamin. Et recensuit eos ab eo qui
natus erat uiginti annos & supra, inueniq; eorũ trecẽta millia electorum & qui
bello apti erant, quiq; ferre potuerunt hastã & clypeum. De Israele quoq; cõdu
xit uirorũ fortium centum millia, idq; centum talentis argenti. Venit autem ad
eum uir dei, dicens, Ne proficiscaĩ tecũ ô rex, exercitus Israelis, quia DOMINVS Viribus humanis nõ fidendum.
non est cum Israele, [nempe] cum omnibus filijs Ephraim: quod si profectus fueris
in præliũ strenue agendo, præcipitabit te deus corã hoste, quoniam in deo est ro
bur uel ut opem ferat, uel ut prosternat. Dixit aũt Amazias uiro dei, Quid uero
C fiet cum centum talentis quę dedi exercitui Israelitico? Respondit uir dei, Habet
DOMINVS ut det tibi his plura. Separauit igitur Amazias turmam militũ quę
uenerat ad eum de Ephraim, ut abirent in locũ suum, & æstuauit nasus eorũ ue-
hementer contra Iudã, reuersiq; sunt ad locum suum in æstu nasi. Amazias uero
corroboratus, duxit populũ suum, & profectus est in uallem salis, percussitq; de Idumæi percutiuntur.
filijs Seir decẽ millia: deinde ceperunt filij Iuda uiuorũ decem millia, & adduxe
runt eos in uerticem cuiusdã rupis, deieceruntq; eos è uertice rupis, dissilieruntq;
omnes. Porrò milites quos remiserat Amazias ne proficiscerentur cũ eo in præ-
D lium, irruerũt in ciuitates Iuda, à Samaria usq; ad Beth Horon, & percusserũt ex
eis tria millia, diripueruntq; ingentem prædã. Quum uero Amazias redijsset à Idololatria Amasiæ.
cæde Edumæorũ, adduxit quoq; deos filiorũ Seir, constituitq; eos sibi deos, pro
cubuitq; ante eos, & adoleuit eis. Irritatus est aũt furor DOMINI contra Ama-
ziam, misitq; ad eum prophetã qui diceret ei, Cur quæsiuisti deos populi, qui non
eripuerunt populũ suum de manu tua? Contigit autem quum loqueretur ipse Corripitur Amasias.
ad eum, ut diceret ei, Num constituerũt te consiliarium regi, cessa tibi, ᵈcur enim
te cædant? Propheta uero cessans dixit, Scio quod consiliũ inierit deus, ut perdat te quod
E hoc fecisti, neq; adquieuisti consilio meo. Amazias uero rex Iuda consilio inito
misit ad Ioas filiũ Iehoahas filij Iehu regem Israelis huiusmodi mãdata, Age spe
ctemus nos mutuo coram. Tum misit Ioas rex Israelis ad Amaziã regem Iuda Amasias punitur.
huius-

d Quasi diceret, Caue ne uapules.

huiusmodi mandata, Carduus qui est in Libano misit ad cedrũ quæ est in Libano, dicens, Da filiam tuam filio meo uxorẽ, & præterijt fera quæ erat in Libano, B & cõculcauit carduũ: dicis, En tu percussisti Edom, & extollit te cor tuum ut glorietur: mane igitur domi tuæ, cur prouocas malũ, ut tu cadas & Iuda tecum? At Amazias non audiuit, quoniã à deo erat, ut traderet eos in manum [hostis,] eo quod quæsierant deos Edom. Ascendit itaque Ioas rex Israelis, & sese mutuo coram spectarunt, ipse & Amazias rex Iuda in Beth Semes quæ est in Iuda. Corruit autẽ Iuda coram Israele, & fugerunt quisque in tentoriũ suum, Amaziam uero regem Iuda filium Ioas filij Iehoahas apprehẽdit Ioas rex Israelis in Beth Semes, & introduxit eum in Ierusalẽ, & dirupit murũ Ierusalem à porta Ephraim usque ad portam anguli quadringentis cubitis. Omne quoque aurũ & argentũ & omnia uasa quæ G inueniebãtur in domo dei apud Obed Edom, & thesauros domus regis, & filios obsidum, reduxit in Samariam. Vixit autem Amazias filius Ioas rex Iuda post mortem Ioas filij Iehoahas regis Israelis, quindecim annis. Reliquum gestorum Amaziæ priora & postrema, an non hæc scripta sunt in libro regũ Iuda & Israelis? Ab eo tempore autem quo defecit Amazias à DOMINO, conspirarunt contra eum conspirationem in Ierusalem: quumque is fugisset in Lachis, miserũt post eum in Lachis, & interfecerunt eum illic, uexeruntque eum equis, & sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Iuda.

Deficit Amasias.

CAP. XXVI.

De regno Vsiæ, & pœna qua multatus est ob facinus quod irreligiose tentat.

4.Re.14.c

ACceperunt aũt omnis Iuda Vsiam, qui natus erat sedecim annos, & constituerunt eum regem loco patris sui Amaziæ. Is ædificauit Eloth, & reduxit A eam ad Iudam postq̃ dormiuit rex cum patribus suis. Quũ regno inauguraretur Vsias, natus erat sedecim annos, regnauitque Hierosolymis quinquagintaduobus annis: nomen matris eius fuit Iecholia de Ierusalem. Fecit autem quod rectũ erat in oculis DOMINI, iuxta omnia quæ fecit Amazias pater eius. Et factum est ut quæreret deum in diebus Zachariæ, qui intelligens erat in [a] uidendo deum, & in istis diebus in quibus quærebat DOMINVM, dedit ei deus prosperũ successum. Nam egressus pugnauit contra Palestinos, & rupit murũ Gath, atque murum Iabnæ, & murum Azoti, & ædificauit ciuitates in Azoto, & in Palestina. Contulit quoque ei deus auxilium aduersus Palestinos, & contra Arabes habitantes in Gur Baal & Hameunim. Dederunt etiam Ammonitæ munus Vsiæ, & [b] diuulgatum B est nomen eius donec ueniret ad Aegyptum usque, nam supra modũ fortiter egit. Aedificauit quoque Vsias turres in Ierusalem iuxta portã anguli, & iuxta portam uallis, & iuxta angulos, & firmauit eas. Aedificauit turres in deserto, & effodit puteos multos, quia habuit pecora multa tam in uallibus q̃ in planis locis: agricolas & uinitores non solum in montibus, sed & locis planis [c] fertilibus, studiosus enim fuit agriculturæ. Habuit quoque Vsias copias quæ belligerabant, & quæ turmatim in prælium egrediebãtur iuxta numerum præfecturæ eorum, sub manu Iehiel scribæ, & Maasiæ præfecti, & sub manu Hananiæ qui erat ex principibus regis. Omnis numerus præcipuorum patrum & fortissimorũ heroum duo millia sexcenti. Et sub manu eorũ fuit exercitus militaris trecentorum millium, atque septem millium & quingentorũ qui belligerabant strenua uirtute, ut auxilio essent regi cõtra hostes. Præparauit quoque eis Vsias omni scilicet exercitui clypeos, C hastas, galeas, loricas, arcus & fundas pro lapidibus. Et fecit in Ierusalẽ ingeniose excogitata quædã tormenta aut machinas, quæ essent in turribus & mœnijs ad eiaculandũ sagittas & lapides magnos. Exijt ergo nomen eius ad remota [loca,] eo quod mirifice sibi auxilia parauit, donec fortissimus fieret. At in fortitudine sua elatũ est cor eius, [c] donec [omnia] perderet: nã transgressus est cõtra DOMINVM deum suum, ingressus in templum DOMINI, ut adoleret suffitum in ara incẽsi.

Dominum quærere.

Pugna contra Philistæos.

Agricola Ozias.

[a] Alij legũt, in timendo deum.

[b] Ebr. Iuit nomen eius.

[c] Alij legunt, Charmel.

[D] Ebr. Vsque dum uastare.

Ingressus est aũt post eum Asarias sacerdos, cũq; eo sacerdotes DOMINI, [nempe] uirorum strenuorũ octoginta, steteruntq; iuxta Usiam regem, & dixerunt ad eum, Non [licet] tibi ô Usia, ut suffitũ facias DOMINO, sed sacerdotũ [est] qui fi
D lij sunt Aharonis, qui consecrati sunt ad adolendũ: egredere igitur ex sanctuario, transgressus enim es, quod tibi ad gloriam non [cedet] à DOMINO deo. Iratus ergo Usias, (habuit aũt in manu sua incensum ut illud adoleret,) & in hac ira sua contra sacerdotes exorta est lepra in fronte eius corã sacerdotibus in domo DOMINI iuxta arã incensi. Et respexit eum Asarias summus sacerdos & omnes sacerdotes, & ecce leprosus erat fronte sua, & deturbarunt eum ex illo loco, cõpulsusq; ut egrederetur, quoniã DOMINUS percusserat eum. Fuit itaq; Usias rex le 4.Re.15.a
prosus usq; ad diem mortis suæ, habitauitq; in domo libera, leprosus, quia seclusus erat à domo DOMINI. Porrò Iotham filius eius erat super domũ regis, ius
[e] dicens populo terræ. Reliquum gestorũ Usiæ priora & posteriora, scripsit Esaias filius Amoz propheta. Dormiuitq; Usias cum patribus suis, & sepelierunt eum cum patribus suis in agro sepulturæ, qui [paratus erat] regibus. Dixerunt enim, Leprosus est. Et regnauit Iotham filius eius loco ipsius. CAP. XXVII. Iotham rex

e Alij legunt, regẽs populum terræ.

De regno Iotham & eius gestis.

A IOtham quũ regno inauguraretur natus erat uigintiquinq; annos, regnauitq; 4.Re.15.g
sedecim annis Hierosolymis. Nomen matris eius erat Ierusa, quæ filia fuit Zadok. Fecit aũt quod rectum erat in oculis DOMINI, iuxta omnia quæ fecerat pater eius Usias, excepto q; non ingressus est templũ DOMINI: populus quoq; ad
B huc peruerse agebat. Is ædificauit portã domus DOMINI superiorem, & in muri propugnaculis multa ædificauit. Aedificauit præterea ciuitates in montanis Iuda, & in nemoribus extruxit arces & turres. Is etiam bellũ gessit cum rege Ammonitarum, quibus etiam superior factus est, ut darent ei Ammonitæ eodem anno Vincuntur Ammonitæ
C centum talenta argenti, & decem mille coros tritici, atq; hordei decem mille. Hæc tribuerunt ei Ammonitæ, & deinceps anno secundo & tertio. Roboratus est ergo Iotham, quoniã præparauit uias suas coram DOMINO deo suo. Reliquum gestorum Iotham, & omnia bella eius, & uiæ eius, ecce hæc scripta sunt in libro Vias domini dirigere
D regum Israelis & Iuda. Vigintiquinq; annos natus erat quum regnare cœpisset, & regnauit sedecim annis Hierosolymis. Et dormiuit Iotham cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Dauidis, & regnauit Ahas filius eius pro eo. Achas.

CAPUT XXVIII.

De regno impij regis Ahas.

A AHas natus erat uiginti annos quũ regno inauguraretur, regnauitq; sedecim 4.Re.16.a
annis Hierosolymis, nec fecit q̃d rectum erat in oculis DOMINI quemadmodũ Dauid pater eius, ambulauit enim in uijs regũ Israelis, & fecit fusilia Baalim. Is etiã adoleuit incẽsum in ualle Hinnom, & cõcremauit filios suos igne, iuxta abominationes gentiũ quas eiecerat DOMINUS ante filios Israel. Sacrificauit quoq; & adoleuit in excelsis, & in collibus, atq; sub omni arbore frondosa. Tradidit ergo eum DOMINUS in manũ regis Syrorũ, qui percusserunt eum, & duxerunt ab eo multos captiuos, duxeruntq; Damascũ: traditus quoq; est in manum regis Israelitici, qui percussit eum cæde magna. Occidit eñ Peka filius Romeliæ in Iuda uno die [uirorũ] centũ & uiginti millia, qui omnes strenui fuerũt bellatores, eo q; deseruissent DOMINUM deũ patrum suorũ. Occidit deinde Sichri heros fortis Ephraita Maasiã filium regis, & Asrikam præfectũ prætorio, & Elkana, qui secundus erat à rege. Ceperũt quoq; filij Israel de fratribus suis ducenta millia mulierũ, filiorum & filiarũ, diripueruntq; eis multam prædam, & adue A Syris uincitur. Israelitæ capiunt Iudæos.
B xerunt prædã in Samariam. Fuit autẽ illic propheta DOMINI, cui nomen erat Oded, qui egressus in conspectum exercitus introeuntis Samariam, dixit ad eos, Oded propheta.

En

Digitized by Google

En DOMINVS deus patrum uestrorum in furore [quo concitus est] aduersus Iudam, tradidit eos in manus uestras, quos in ira occidistis, [quae res] ad coelũ usque peruenit: quin insuper [a]statuistis subijcere uobis Iudã & Ierusalem, ut serui sint et ancillae, an non obnoxios culpae uos redditis apud DOMINVM deũ uestrum? Audite ergo me, & remittite [b]captiuos quos cepistis de fratribus uestris, quoniã DOMINVS iratus est uobis. Surrexerũt ergo uiri de primoribus filiorum Ephraim, Asarias filius Iehohanan, Berechias filius Mesillemoth, Ezechias filius Sallũ, & Amasa filius Hadlai aduersus eos qui e militia ueniebant, & dixerunt ad eos, Ne introducatis captiuos huc, nam statuitis nobis culpã obtrudere corã DOMINO, ut adijciatis ad peccatũ nostrum & ad culpam nostrã, quum alioqui satis de licti sit nobis, & atrox ira contra Israelẽ. Dimisit igitur exercitus captiuos & praedam corã principibus & toto coetu. Et surrexerunt uiri nominibus expressi, & C apprehensis captiuis, uestierunt eos qui nudi inter eos erant ex spolijs, uestierunt inquam eos, & induerũt eos calceos: cibum & potum dederunt eis, deinde unxerunt eos, & duxerũt asinis eos omnes qui debiles erant, & introduxerunt Iereho ciuitatem palmarũ ad fratres eorum, reuersique sunt ipsi in Samariam. Sub id tempus misit rex Ahas ad reges Assur, ut ei auxilio essent, uenerunt enim rursus Edomaei, & stragem fecerunt in Iuda, abduxeruntque captiuos, sed & Palestini irruperunt in ciuitates cãpestres, & ad Meridiẽ Iuda, ceperuntque Beth Semes & Aialon, & Gederoth, atque Socho & [c]uiculos eius, Thimna & uiculos eius, Gimzo & uiculos eius, habitaueruntque ibi. Humiliauerat enim DOMINVS ipsum Iuda propter Ahas regem [d]Israel, quoniã [e]denudauerat Iudã, & transgressione transgressus erat aduersus DOMINVM. Venit autem contra eum Thilgat Pilnaeser rex D Assyrius, qui [f]eum obsedit, nec roborauit eum, tametsi Ahas partem de aede DOMINI, deque domo regis & principũ dederit regi Assyrio, non tamen tulit ei auxilium. Porro rex ipse Ahas eo tempore quo esset in angustijs, addidit & hoc, ut transgrederet contra DOMINVM, sacrificauit nanque dijs Damasci, qui eum percusserant, & dixit, Quandoquidẽ dij regum Syriae auxilium eis ferunt, sacrificabo & ego eis, ut & mihi opem ferant: quũ tamen hi ei & toti Israeli offendiculo fuerint. Collegit quoque Ahas uasa domus dei, cõminuit uasa domus dei, clausit ostia domus DOMINI, & [g]fecit sibi altaria Hierosolymis in omni angulo, sed et in singulis urbibus Iuda fecit excelsa ad adolendũ dijs alijs, irritãs DOMINVM deum patrũ suorum. Reliquũ rerum eius, & omnes uiae eius priores & posteriores, ecce hęc scripta sunt in libro regũ Iuda et Israel. Dormiuitque Ahas cũ patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalẽ: non aũt intulerunt eum in sepulchra regum Israel, regnauitque pro eo Ezechias filius eius.

Iudaei captiui dimissi sunt ab Israelitis.

Iudas ab Idumaeis & Palestinis affligitur.

Achas idololatra.

Moritur Achas.

a Pro statuistis Hebraeus dicit dixistis.

b Hb. Captiuitatem. Ponunt autem captiuitatem pro his qui captiui abducũtur.

c Hbr. & filias eius.

d Ponitur hic Israel pro Iuda, quod saepe fit in hoc libro.

e Alij legũt, quia ultionẽ sumpsit de Iuda quod transgressi.

f Alij legũt, obsedit eum, sed non praeualuit ei.

g Alij legũt, fecit ei altaria, ut referatur ad dominum.

CAP. XXIX.

De regno regis sanctißimi & pijßimi Ezechiae.

4.Re.18.a

EZechias quum regno inauguraretur natus erat uigintiquinque annos, regnauitque uigintinouẽ annis Hierosolymis. Nomen matris eius erat Abia, quae A erat filia Zachariae. Is fecit quod rectũ erat in oculis DOMINI, iuxta omnia quae fecerat Dauid pater eius. Ipse regni sui anno primo, mense primo aperuit ostia domus DOMINI, & reparauit ea. Et introduxit sacerdotes & Leuitas, colligens eos in plateã orientalẽ, dixitque ad eos, Audite me Leuitae, & sanctificamini nũc, atque sanctificate aedẽ DOMINI dei patrum uestrorũ, & efferte de sanctuario immunditiam, nam patres nostri transgressi sunt, & malũ designarũt in oculis DOMINI dei nostri, deseruerũt eum, & auerterunt facies suas à tabernaculo DOMINI, & praebuerũt [ei] tergum. Quin & ostia uestibuli clauserunt, & extinxerunt B lucernas, incensum non adoleuerũt, nec holocaustum sacrificarũt in sanctuario deo Israelis, hinc uenit ira DOMINI super Iudã & Ierusalẽ, ut traderet eos commouendos & uexandos, utque stupori & sibilo sint quemadmodũ cernitis oculis

Templi & cultus diuini instauratio ab Ezechia.

Ad Leuitas oratio regis.

Digitized by Google

uestris. Et ecce patres nostri corruerunt gladio, filij nostri, filiæ nostrę, atque uxores nostræ hanc ob causam in captiuitatē [abductæ sunt.] Nunc igitur [constitui] in corde meo pangere fœdus cū DOMINO deo Israelis, ut auertat à nobis iram furoris sui. Filij mei, nolite molles esse, quia uos elegit DOMINVS ut stetis ante conspectū eius, & ministretis ei, ut sitis eius ministri, & q adoleant incensum. Surrexerūt igitur Leuitæ, nempe Mahath filius Amasai, Ioel filius Asariæ de filijs Kahathitarū: de filijs uero Merari, Kis filius Abdi, & Asarias filius Iehalelel: de filijs denique Gersunitarū, Ioah filius Zimma, & Edem filius Ioah: de filijs quoque Elisaphan, Simri & Iehiel: de filijs Asaph, Zacharias & Mathanias: de filijs Heman, Iehiel, & Simei: de filijs Iedurhun, Semaia & Vsiel: hi congregauerūt fratres suos, & sanctificauerunt se, ueneruntque iuxta pręceptū regis, & uerba DOMINI, ut mundarent domū DOMINI. Ingressi autem sacerdotes interiora ædis DOMINI ut eam mundarent, extulerūt omnem immunditiā quam inuenerūt in templo DOMINI in atriū domus DOMINI, quā receperunt Leuitę ut efferrent foras ad torrentem Kidron. Cœperunt autem prima mensis primi sanctificare, octauo die mensis uenerunt ad porticū DOMINI, sanctificaueruntque ædē DOMINI diebus octo, die autem decimasexta mensis primi perfecerunt. Introgressi aūt ad regem Ezechiā, dixerunt, Mundauimus totam domum DOMINI, altare holocausti, & omnia uasa eius, atque mēsam dispositionis, & omnia uasa eius, sed & cūcta uasa quæ dimisit rex Ahas in regno suo quū esset præuaricatus, præparauimus & sanctificauimus, & ecce ea sunt corā ara DOMINI. Consurgēs ergo summo mane rex Ezechias, congregauit principes urbis, & ascēdit in ædem DOMINI. Adduxerunt aūt iuuencos septem, arietes septem, oues septem, atque hircos ex capris septem in [a]sacrificiū pro peccato, pro regno, pro sanctuario, & pro Iuda, dixitque ad sacerdotes filios Aharonis, ut sacrificarent in ara DOMINI. Et mactātes boues, sacerdotes exceperunt sanguinē, & sparserunt super aram, sic & arietes mactantes sparserunt sanguinē super aram, mactantes denique agnos, sparserunt sanguinem super aram. Quumque adduxissent hircos pro peccato corā rege & multitudine, imposuerūt eis manus suas, mactantesque eos sacerdotes, expiauerūt sanguine eorum altare, ut reconciliarēt totum Israelem, quia pro omni Israele iussit rex fieri holocaustum, & sacrificium [b]peccati. Constituit præterea Leuitas in domo DOMINI cum cymbalis, & nablis, atque citharis, iuxta præceptū Dauidis & Gad uidentis regis, atque Nathan prophetæ: nam hoc fuit præceptū per manū DOMINI, & per manū prophetarum eius. Steteruntque Leuitæ cum instrumentis Dauidis, & sacerdotes cum tubis. Iussit autem Ezechias sacrificare holocaustū in ara: & sub idem tempus quo cœpit holocaustū, cœpit & canticū DOMINI & tubæ, atque instrumenta Dauidis regis Israel. Vniuersus uero cœtus procidebat, canebāt alij cantica, alij clangebāt tubis, idque totū [durabat] donec absolueretur holocaustum. Quumque finem facerent sacrificandi, proni inclinarūt & rex & omnes qui aderant cum eo, & adorarūt. Dixit ergo rex Ezechias, & principes ad Leuitas, ut laudarent DOMINVM iuxta uerba Dauidis & Asaph uidentis. Et illi laudarūt donec gaudiū [fieret,] & inclinantes adorarunt. Ezechias respondēs, dixit, Nūc [c]consecrastis manum uestrā DOMINO, adeste ergo, & inferte sacrificia & gratiarumactiones in domū DOMINI: adduxitque cœtus sacrificia & gratiarūactiones, & holocausta etiā quicunque liberali erant corde. Fuit autem numerus holocaustorū quæ adduxerant multitudo, boues septuaginta, arietes centum, oues ducentæ, quæ omnia erāt pro holocausto DOMINI. Porrò sanctificatorū erant boues sexcenti, & ouium tria millia. Iam sacerdotes pauciores erant, q̄ qui possent omnium holocaustorū detrahere pelles, at fratres eorum Leuitæ opem tulerunt illis donec opus perficerent, & donec sanctificarēt se sacerdotes, nam Leuitę maiorem

Leuitæ mundant domū domini ab idololatria.

Rex et principes orant & sacrificant.

Canere dei laudes.

Hymni Dauidis.

Holocaustorum numerus.

[a] Ebr. Pro peccato.

[b] Ebr. Et peccatum.

[c] Ebr. Implestis.

iorem cordis integritatem habuerunt ad se sanctificandū quàm sacerdotes. Fuerunt & holocaustorum ingens copia, cum adipibus pacificorum & libaminibus holocausti, & præparatum est ministerium domus domini. Lætatus est itaq; Ezechias & omnis populus, quod deus populum præpararit, & quod res ilico perfecta erat.

CAP. XXX.

Ezechias reuocat populum ad dominum, & demolitur ea quæ impie inoleuerant.

MIsit præterea Ezechias ad uniuersum Israelem & Iudā, & scripsit epistolas ad Ephraim & Manasse, ut uenirēt Hierosolyma in ædem DOMINI, & facerent Pæsa DOMINO deo Israelis. Et inijt rex consiliū cum principibus suis, atq; uniuerso cœtu in Ierusalē, ut facerent Pæsa in mense secundo, nō enim tunc temporis facere poterant, eo quod sacerdotes non essent satis sanctificati, neq; populus cōgregatus in Ierusalem. Placuit hæc res in oculis regis, & in oculis totius multitudinis. Et constituerūt rem, ut edita uoce diuulgaretur per omnē Israelem, à Beer Seba usq; Dan, ut uenientes facerēt Pæsa DOMINO deo Israelis in Ierusalem, quia nō satis fecerant iuxta præscriptum. Abierunt ergo cursores cum epistolis quas [acceperant] à manu regis & principū eius per uniuersum Israelem & Iudam, & iuxta prçceptū regis dicebāt, Filij Israel, reuertimini ad DOMINVM deū Abrahæ, Isaac, & Israelis, ipseq; reuertetur ad reliquias quæ residuæ uobis sunt de manu regū Assur. Nolite esse sicut patres uestri, & sicut fratres uestri, qui trāsgressi sunt contra DOMINVM deum patrum suorū, qui tradidit eos in desolationem quemadmodū uos cernitis. Nunc itaq; ne induretis ceruicem uestrā sicut patres uestri, date [a] manū DOMINO, et uenite in sanctuariū eius q̄d sanctificauit in æternū, & seruite DOMINO deo uestro ut recedat à uobis ira furoris sui. Si enim reuersi fueritis ad DOMINVM, fratres uestri & filij uestri miseratiōes [inuenient] corā illis qui eos captiuos tenent, reuertenturq; in terrā istam, quoniā clemens & misericors est DOMINVS deus uester, nec auertet faciē à uobis, si ad eum fueritis conuersi. Transibant itaq; cursores de ciuitate in ciuitatē in terra Ephraim & Manasse usq; ad Zebulon, at isti deridebant eos & subsannabant eos. Veruntamen uiri quidā ex Aser Manasse atq; Zebulon submissiores facti, uenerunt Hierosolyma. In Iuda quoq; fuit [b] manus dei ut daret eis cor unum, ad exequendū præceptum regis & principū iuxta uerbū DOMINI. Et congregati sunt in Ierusalem populus multus, ut facerent solennitatem azymorū in mense secūdo, aderatq; cœtus maximus. Et surgentes abstulerunt altaria quæ erant in Ierusalem, & cuncta uasa quibus adolebatur tulerūt, & abiecerunt ea in torrentem Kidron. Et mactarunt Pæsa quartadecima mensis secundi, & sacerdotes & Leuitæ cum [c] uerecūdia se sanctificarunt, & intulerunt in ædem DOMINI holocausta. Stabant quoq; in stationibus suis, iuxta ritum suum, & iuxta legē Mosis uiri dei, sacerdotes etiā spargebant sanguinem [acceptum] à manu Leuitarū. Multi enim erant in cœtu qui non erant sanctificati, & Leuitæ [insistebant] mactationi Pæsa pro omni eo qui nō erat mundus, ut sanctificarent [d] eum DOMINO. Multi enim ex populo, & plures ex Ephraim, Manasse, Isachar & Zebulon non fuerunt purificati, qui tamen Pæsa comederunt, nō secundum præscriptū, quoniā Ezechias orauit pro eis hisce uerbis, DOMINVS qui bonus est expiabit omnē qui cor suum præparauit ad quærendū deum, DOMINVM inquam deū patrū suorū, etiamsi non sit mundatus iuxta purificationē sanctuarij. Et DOMINVS exaudiuit Ezechiam, sanauitq; populū. Fecerūt itaq; filij Israel qui præsentes erant in Ierusalem solennitatem azymorum septem diebus cum magno gaudio, & laudabant DOMINVM singulis diebus, Leuitæ & sacerdotes instrumentis potentiam DOMINI [canebant.] Loquutusq; est Ezechias in cor omnium Leuitarum qui cordati erant, qui recte sentiebant de DOMINO, ut ederent stata ista solennitate septē diebus, offer

Margin notes: A, B, C, D (section letters). Phase celebratio. Reuersio ad dei cultum. Irrisio religionis. Deus conuertit corda. Phase celebratur. Oratio pro non sanctificato populo.

[a] Dare manus, est se se dedere.

[b] Hoc est, deus per gratiā suā & potentiam effecit et operatus est.

[c] Pudore & uerecundia moti se præpararunt, quum uiderent totum populum tam sedulum.

[d] Vel sic, Qui non erat mundus ad sanctificādum dominum, uel domino.

Digitized by Google

rentq́ȝ sacrificia gratulatoria, & laudarent DOMINVM deum patrũ suorũ. Inito autẽ consilio uniuersus cœtus [statuit] ut et posteriores septem dies idem facerent, quod & fecerunt, idq́ȝ cum gaudio, quoniã Ezechias rex Iuda seorsim [ex munificentia] dedit cœtui mille iuuencos, & septem millia ouiũ, quin & principes separarunt pro multitudine iuuencos mille, & ouium decem millia, & multi sacerdotũ sanctificati sunt. Et læta est uniuersa congregatio Iuda, sacerdotes & Leuitæ, insuper & uniuersa congregatio quæ ex Israele uenerat: sed & aduenæ qui uenerant de terra Israel, & qui habitabant in Iuda. Factaq́ȝ est lætitia magna in Ierusalem, quoniam à diebus Solomonis filij Dauidis regis Israelis non fuit tale [gaudium] in Ierusalem. Et surgentes sacerdotes atq́ȝ Leuitæ bona imprecati sunt populo, auditaq́ȝ est uox eorum, & oratio eorum peruenit ad firmum habitaculum sanctitatis eius in cœlum. Leuitæ populo benedicunt.

CAP. XXXI.

Quomodo præcepto Ezechiæ populus religionem repurgarit.

A Qvumq́ȝ hæc omnia absoluta essent, egressi sunt omnes Israelitæ qui præsentes fuerant ex ciuitatibus Iuda, & confregerunt statuas, demoliti sunt lucos, & diruerunt excelsa atq́ȝ altaria per totam [terram] Iuda & Beniamin, in Ephraim quoq́ȝ & Manasse, donec omnia abolerent. Tum reuersi sunt omnes filij Israel, quisq́ȝ ad possessionem suam & ciuitates suas. Porrò Ezechias constituit ordines sacerdotum & Leuitarum ad ordines suos quenq́ȝ pro officio suo & sacerdotes & Leuitas, [nempe ut sacrificarent] holocaustum, gratulatoria sacrificia, ut ministrarent, ut confiterentur & laudarent in portis castrorum DOMINI. Portio uero regis de substantia eius erant quotidiana holocausta mane & uespere, item holocausta pro sabbatis, neomenijs & statis ferijs, ut scriptum est in lege DOMINI. Præcepit etiã populo qui habitabat Hierosolymis, ut darent

Demolitio idololatriæ.

Rex sacerdotes constituit ac Leuitas.

Confessio dei. Num. 28.

B partem sacerdotibus & Leuitis, ut tenaces essent in lege DOMINI. Quumq́ȝ hoc uerbum [regis] diuulgatum esset, auxerunt filij Israel primitias frumenti, uini, olei, mellis, & omnis prouentus agri, sed & cunctas decimas attulerunt, idq́ȝ affatim. Filij quoq́ȝ Israel & Iuda, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, etiam ipsi decimas boum & ouiũ, atq́ȝ decimas sanctas quæ erant consecratæ DOMINO deo suo attulerunt, & dederunt plures [a] aceruos. Mense tertio cœperunt [dare] aceruos ut fundamentum iacerent, & septimo mense absoluerunt. Venientes autem Ezechias & principes uiderunt aceruos, & gratias egerunt DOMINO & populo eius Israel. Interrogauit etiam Ezechias à sacerdotibus et Leuitis de aceruis, cui respondens Asaria: sacerdos summus de domo Zadok, ait, Quando cœptum est adferri dona in domum DOMINI, comestum est ad satietatem usq́ȝ, multumq́ȝ superfuit, quoniam DOMINVS benedixit populo suo, ut reliqua sit

Decimæ dandæ cultoribus dei.

[a] Eb. Dederunt aceruos aceruos: alij legunt, dederunt singuli aceruos: sed geminatio dictionũ uidetur excellentiã quandam & exaggerationem significare.

C tanta copia. Iussit autem Ezechias ut pararent cellas in æde DOMINI, & præparauerunt. Bona igitur fide intulerunt primitias & decimas, & quæ erant consecrata, cõstitutusq́ȝ est super ea Chonanias Leuita, & Semei frater eius [b] secundus, & Iehiel, Asasia, Nahath, Asael, Ierimoth, Iosabad, Eliel, Ismachias, Mahath, & Benaias præfecti erant per [c] Chonaniam & Semeiam fratrẽ eius iussu Ezechiæ regis, Asarias autem princeps erat in domo DOMINI. Kore filius Iimna Leuita ianitor ad ortum, erat [constitutus] super ea quæ sponte offerebantur deo, & super seperata dona DOMINI, & super sancta sanctorũ. Ad illius manum erant Eden, Miniamin, Iesua, Semaia, Amarias, & Sechanias, in ciuitatibus sacerdotum sub fide [constituti,] ut darent fratribus suis iuxta ordines, ut maiori, ita et mino-

[b] Potest etiam legi, secundi ordinis.

[c] Ebr. A manu Chonaniæ.

D ri. Exceptis quos recensuerat in maribus ab eo qui natus erat tres annos & supra, omni scilicet qui ingrediebatur domum DOMINI, iuxta demẽsum cuiusq́ȝ diei, pro ministerio eorum, pro custodijs eorum, & pro ordinibus eorum. Et his qui inter sacerdotes reputati erãt per domos patrum suorũ, & Leuitis, ab eo qui natus

erat

Digitized by Google

erat annos uiginti & supra, per custodias suas & ordines suos. Deinde his qui in pube eorum censebantur, uxoribus quoq; eorum, filijs & filiabus eorum, pro omni multitudine, nam fide illorum sanctificabantur sancta. Filijs quoq; Aharonis sacerdotibus qui erãt in agris suburbanis ciuitatum suarum, per singulas ciuitates, uiri qui expressi sunt nominatim, ut darent portiones omni mari in sacerdotibus, & omnibus qui censi erant inter Leuitas. Ad hunc modum fecit Ezechias in omni Iuda, fecitq; quod bonũ, rectum & uerum erat coram DOMINO deo suo. In omni opere quod cœpit in ministerio domus dei, in lege & preceptis, querebat deum suum, fecitq; [illud] toto corde, & prospere cessit. CAP. XXXII.

De obsidione qua pressit Senacherib Ierusalem, & de ægrotatione Ezechiæ.

4 Reg. 18. c. Isa. 36. a

POst illa gesta & fidem illam, uenit Sanherib rex Assyriorum, & ingressus Iudã, castrametatus est aduersus ciuitates munitas, [a]statuitq; illas abruptas sibi [uendicare.] Videns ergo Ezechias quod Sanherib [b]uenisset, & statuisset etiã ipsi Ierusalem bellum inferre, inijt consiliũ cum principibus suis & cũ heroibus suis, ut obturarent aquas fontium, qui extra urbem erant, & hi auxilio ei fuerunt: congregatus enim est multus populus, & [c]obstruxerũt omnes fontes, simulq; torrentem qui inundat in medio terræ, dicentes, Cur uenirent reges Assyriæ, & inuenirẽt aquas multas? [d]Roboratus itaq; [Ezechias,] ędificauit omnes muros ruptos, & [e]excitauit [munitiones] super turres, aliumq; murũ foris, roborauitq; Millo in ciuitate Dauidis: fecit q̃q; [f]multa tela & clypeos. Cõstituit præterea imperatores super populũ qui bellũ gererẽt congregauitq; eos ad se in platea portę ciuitatis, loquutusq; est [g]in cor eorum huiusmodi uerbis, Fortes estote, & agite strenue: ne timueritis, neq; animo frangamini metu Assyrij regis, aut metu totius multitudinis quæ cũ eo est, apud nos enim plures sunt quàm cũ illo. Cum illo est brachium carneum, nobiscum autẽ DOMINVS deus noster, ut auxilietur nobis, & pugnet nostras pugnas. Populus ergo nixus est uerbis Ezechiæ regis Iuda. Post hæc misit Sanherib rex Assyriorũ legatos suos Hierosolyma, (nam ipse oppugnabat Lachis, cumq; eo quidquid roboris habebat,) ad Ezechiã regem Iuda, & ad omnem Iuda, qui fuerũt Hierosolymis, huiusmodi mandatis, Sic dicit Sanherib rex Assyriorum, Quò nitimini uos, qui habitatis in obsessa Ierusalem? An uero Ezechias uobis persuadet, ut tradatis uos morti, fame et siti, his nempe sermonibus, DOMINVS deus noster liberabit nos de manu regis Assur? An non Ezechias is est qui abstulit excelsa eius atq; aras eius, & ait ad Iudam & Ierusalem, dicẽs, Dũtaxat coram hac una ara adorabitis, & super hac incensum adolebitis? An ignoratis quid ego fecerim & patres mei omnibus populis terrarũ? Potuerúntne, etiamsi maxime se posse existimarint, dij gentium terrarũ liberare terram eorũ de manu mea? Quis uero est ex omnibus dijs gentium illarum quas exciderũt patres mei, qui liberare potuerit populũ suum de manu mea, q̃ deus uester possit uos liberare de manu mea? Ne ergo seducat uos Ezechias, neq; lactet uos sic, ne credatis ei, quoniã nullus est deus cuiuscunq; nationis aut regni, qui potuerit asserere populũ suum de manu mea, & de manu maiorũ meorũ, quanto minus deus uester asserere poterit uos de manu mea? Et alia quædam loquuti sunt legati eius cõtra DOMINVM deum, atq; contra Ezechiam seruum eius. Ad hæc scripsit epistolas, in quibus blasphemauit DOMINVM deum Israelis, loquutusq; est contra eũ, dicẽs, Sicut dij gentium terrarum nõ potuerũt liberare populum suum de manu mea, sic deus Ezechiæ non asseret populum suũ de manu mea. Clamauerũt etiam Iudaice contra populum Hierosolymitanũ qui in muris [excubabant,] ut terrerẽt eos, pauidosq; redderent, sicq; urbem caperent. Loquutiq; sunt contra deũ Ierusalem, sicut contra deos populorum terræ, qui erant opus manuum hominum. Orauit ergo Ezechias rex & Esaias filius Amoz propheta gratia huius rei, & clamauerũt

Munit urbem & orat dominũ rex.

Artificiosus Conatur impius auertere populũ à deo uero.

Blasphemia in deũ.

A B C D E

[a] Potest esse uocum traiectio, & dixit pro statuit, scilicet apud sese illas ad se rapere, uel ruptas suas facere. Ebraica uerba sic habent, & dixit ad rumpẽdum eas ad se. Quidam intelligunt eum uoluisse serere dissidia in urbibus, et sic scissis urbibus eas sibi uendicare.

[b] Ebr. Quod facies eius ad bellum cõtra Ierusalẽ. Potest etiã sic reddi, Vidẽs Ezechias quod Sãherib ueniret Hierosolyma bellaturus: ut sit traiectio uocũ, quæ huic authori familiaris est.

[c] Hoc scilicet cõsilio obstruxerũt fontes, ne rex Assyrius ueniẽs, aquas inueniret: sic diceret Latinus, quod Ebræus per interrogationem effert.

[d] Vel sumpto animo.

[e] Eb. Ascendit super turres, uel ascendere fecit.

[f] Alij, Schelah pro missilibus interpretãtur, & forte melius, alij pro gladijs.

[g] In cor loqui, est familiariter & blande alloqui, cõmoda oratione compellare.

Digitized by Google

in cœlum. Misit autē DOMINVS angelum, et perdidit omnes heroes bellatores, duces & principes in castris regis Assyrij, reuersus'q; est ipse cū [h]ignominia in regionem suam, & ingressus phanum dei sui, ubi eū prostrauerūt gladio hi qui de uisceribus eius exierant. Seruauit itaq; DOMINVS Ezechiam, et ciues Hierosolymitanos à manu Sanherib regis Assyrij, & à manu omnium, & [i]tutatus est eos circunquaq;. Multi etiam attulerūt Hierosolyma munera DOMINO, dona quoq; pretiosa ipsi Ezechiæ regi Iuda, & euectus est post hæc coram omnibus gētibus.

Angelus percussor.

Sennacheribo occiditur à filijs.

h Ebr. Cum pudore faciei.

i Vel, sustulit eos undiq;, scilicet hostes.

F Quodā uero tēpore ægrotabat Ezechias letaliter, & orauit ad DOMINVM, qui loquutus ei, dedit prodigium: at Ezechias non rependit iuxta hoc quod ei impensum erat, quin potius elatum est cor eius, ut indignatio excitaretur contra Iuda & Ierusalem. Veruntamen submissior factus est Ezechias quum elatum fuisset cor eius, ipse uidelicet & ciues Hierosolymitani, ut non ueniret super eos indignatio DOMINI in diebus Ezechiæ. Erat autem Ezechias opulentus, cui etiā accessit insignis gloria, parauerat enim sibi thesauros argenti, auri, lapidum pretiosorū, odorum, clypeorum, omnium'q; uasorum ex quibus uoluptas capitur. Repositoria insuper ad prouentum frumenti, uini & olei, septa quoq; pro omnis generis pecori

Ezechias ægrotus. 4.Re.20.a Isa.38.a

Diues Ezechias.

G bus, & septa pro gregibus. Parauit quoq; sibi ciuitates, & pecudes, & boues, eos'q; multos, quoniam deus dederat ei substantiam ualde multam. Is Ezechias obstruxit scaturigines aquarū Gihon superioris, & direxit eas deorsum ad Occidentem ciuitatis Dauidis, & prospere cessit Ezechiæ in omni opere suo. Quum'q; principes Babylonis misissent ad eum oratores interrogatum de portento quod fuerat in terra, dereliquit eum deus, ut tentaret eum, notum'q; fieret quidquid fuit in corde eius. Reliquum rerum Ezechiæ, & beneficētiæ eius, en hæc scripta sunt in [f]prophetia Esaiæ filij Amoz prophetæ, in libro regum Iuda et Israelis. Dormiuit itaq; Ezechias cū patribus suis, & sepelierūt eum in insignioribus sepulchris filiorum Dauidis, gloriam ei exhibētes in morte sua omnis Iuda et ciues Hierosolymitani, regnauit'q; Manasses filius eius pro eo.

Tentatur Ezechias.

f Ebr. In uisione.

Moritur.

CAP. XXXIII.

De regno impij regis Manaßis & conuersione eius.

A DVodecim annos natus erat Manasses quū regnare cœpisset, regnauit'q; annis quinquagintaquinq; Hierosolymis. Designauit autē malum in oculis DOMINI iuxta abominandas res gentiū, quas eiecerat DOMINVS ante filios Israelis. [a]Reædificauit enim excelsa quæ diruerat Ezechias pater eius, & excitauit aras Baalim, & fecit lucos, adorauit omnē militiā cœlorum, & coluit [b]eā. Extruxit deinde aras in æde DOMINI, quū tamē DOMINVS dixisset, In Ierusalē erit nomen meū perpetuò. Aedificauit quoq; altaria uniuersæ militiæ cœlorū in duobus atrijs ædis DOMINI, & traduxit filios suos per ignē in ualle filiorū Hinnō: erat mathematicus, ueneficus, maleficus, [c]pythonē cōsulebat, magiā exercebat.

4.Re.21.a

Manasses idololatra.

2.Reg.7.b Duo atria.

a Vel, si utrunq; uerbū uis reddere, dic, Relapsus ædificauit.
b Vel, sacra fecit ei: nam omnia ista significat Abad.
c Eb. Fecit pythonē.

B [In summa,] multa mala designauit in oculis DOMINI, quibus eum irritabat. Posuit insuper sculptile simulachrum q; fecerat in ædē dei, quum tamē deus dixisset ad Dauidem & ad Solomonem filiū eius, In æde ista & in Ierusalē, quam elegi præ omnibus tribubus Israelis, ponam nomen meum in æternum, nec ultra auferam pedem Israelis de terra quam constitui patribus uestris, modo obseruent & faciant cuncta quæ præcepi eis in uniuersa lege, ritibus atq; iudicijs per [d]Mosen. Manasses itaq; in errorem abduxit Iudam & ciues Hierosolymitanos, ut malitia gentes superarent quas deleuit DOMINVS ante filios Israelis. Loquutus est autem DOMINVS ad Manassen, & ad populum eius, at non attenderunt: adduxit igitur DOMINVS contra eos principes exercitus regis Assyriorum, qui ceperunt Manassen compedibus, uinxerunt'q; eum catenis duabus, ducentes eum in

2.Reg.7. 3.Reg.8.b

d Ebr. Per manū Mosis.

Manasses capitur.

C Babyloniam. Quum uero in angustias adductus esset, precatus est faciem DOMINI dei sui, admodum submissus factus in conspectu dei patrum suorum.

Orans exauditur.

Quum'q;

Digitized by Google

Quumq; orasset eum, [c]exauditus est: exaudiuit enim supplicationẽ eius, & reduxit eum Hierosolyma in regnũ suũ, tum cognouit Manasses q; DOMINVS esset deus. Post hęc ædificauit murũ exteriorem ciuitati Dauidis, ad Occidentẽ Gihon in ualle, & ubi itur ad portam pisciũ, & circum Ophel, & ualde altum fecit eum: posuit quoque duces exercitus in oĩbus ciuitatibus munitis per Iudam. Abstulit etiam deos alienos, & simulachra ex æde DOMINI, & cuncta altaria quæ extruxerat in monte ædis DOMINI, & in Ierusalem, proiecitq; extra ciuitatem. Reparauit item altare DOMINI, & immolauit super ipsum sacrificia pacificorum & gratiarum actionis, præcepitq; ipsi Iuda, ut seruirent DOMINO deo Israelis. Verumtamen populus adhuc sacrificabat in excelsis, [f]licet DOMINO deo suo. Reliquum gestorũ Manassis, & oratio eius ad deum suum, & sermones uidentium qui ad eum sunt loquuti in nomine DOMINI dei Israelis, en hęc scripta sunt in rebus regum Israelis. Oratio quoq; eius, & quomodo exauditus sit, omnia peccata eius, trãsgressio eius, loca in quibus ædificauerat excelsa, & lucos cõstituerat atq; simulachra antequam se submitteret, en ista scripta sunt in uerbis uidẽtium. D Dormiuit autem Manasses cum patribus suis, sepelieruntq; eum in domo sua, & regnauit Amon filius eius pro eo. Natus erat Amon uigintiduos annos quum regno esset inauguratus, regnauitq; duobus annis Hierosolymis. Designauit autem malum in oculis DOMINI, quemadmodum designauerat pater eius. Nam omnibus sculptilibus quæ fecerat Manasses pater eius, sacrificauit Amon, & coluit ea. Sed non est submissior factus in cõspectu DOMINI sicut Manasses pater eius submissus factus fuerat, quin Amon iste auxit delictũ. Conspirarunt autem aduersus eum serui eius, interfeceruntq; eum in domo sua, populus autẽ terræ percusserunt omnes illos qui conspirauerant contra regẽ Amon, & constituerunt regem idem populus terræ Iosiam filiũ eius pro eo. CAP. XXXIIII.

Immolat sacrificia.

Orat Manasses.

Moritur.

Amon idolatra occiditur.

[c] Eb. Exoratus est ei scilicet deus.

[f] Alij legunt, in uanũ domino deo suo.

De regno Iosiæ & egregijs eius factis.

OCto annos natus erat Iosias quum inciperet regnare, regnauitq; in Ierusalem annis trigintaunũ. Is rectũ fecit in oculis DOMINI, & incessit in uijs Dauidis patris sui: non [a]recessit neq; ad dexterã, neq; ad sinistram. Octauo anno regni sui, quum adhuc puer esset, cœpit quærere deum Dauidis patris sui: anno uero duodecimo cœpit expurgare Iudam & Ierusalem ab excelsis, lucis, sculptilibus & fusilibus. Diruerũtq; corã eo altaria Baalim, & simulachra quæ superiori ætate super illa fuerunt, demolitus est: lucos etiam, & sculptilia, & fusilia contriuit atq; comminuit, & sparsit super sepulchra eorum qui sacrificauerant eis. Ossa quoq; sacerdotum combussit in altaribus eorum, & mundauit Iudam & Ierusalem. Idem [fecit] in ciuitatibus Manasse, Ephraim, & Simeon usq; in Naphthali in desolatis locis eorũ circunquaq;. Diruit altaria atq; lucos, & sculptilia comminuit & contriuit, cunctaq; simulachra cõfregit per uniuersam terram Israelis, reuersusq; est Hierosolyma. Regni sui anno duo de uigesimo quum expurgasset terram atq; ædem, misit Saphan filium Azaliæ, & Maasiam præfectum urbis, & Ioah filium Ioahas à memoria, ut instaurarent ædem DOMINI dei sui. Uenientesq; ad Hilkiam sacerdotem magnum, dederunt pecuniam quæ illata fuerat in ædem dei, quam collegerant Leuitæ custodes liminis de manu Manasse & Ephraim, atq; ab uniuersis reliquijs Israelis, & ab omni Iuda ac Beniamin, reuersiq; sunt Hierosolyma. Dederunt [inquã] in manum eorum qui faciundo operi in æde DOMINI inspectores constituti erãt, qui dederant eam faciẽtibus opus, laborãtibus in æde DOMINI, instaurãtibus sarta tecta ædis. Dederunt inquam artificibus & structoribus, ut cõpararent [b]lapides excisos, & ligna ad compages & axes domorũ, quas uastauerãt reges Iuda. Viri autẽ huiusmodi, faciebant opus bona fide: præpositiq; eis erant Iahath, Obadias: Leuitæ de filijs Merari, Zacha-

Iosias pius. 4. Re. 22. a

Demolitur idola.

Instaurat dei cultum Iosias rex.

A B C (margin letters)

[a] Latinius erat, Ne tantillum aberrauit: sed nolui Ebraismũ mutare certa ratione.

[b] Potest etiam legi, lapides quadratos aut politos.

Digitized by Google

rias & Mesullam de filijs Kahathitarũ, qui solicitarent opus: sed & Leuitæ omnes qui eruditi erant in instrumentis musicis. Super baiulos uero & solicitatores om
D nium qui opus faciebant, & singula ministeria, ex Leuitis erant quidã & scribis, ex præfectis & ianitoribus. Quumq́ efferrent pecuniã illatam in ædem DOMINI, inuenit Hilkias sacerdos librum legis DOMINI, [qui datus erat] [c]ministerio Mosis. Respondens autem Hilkias, dixit Saphan scribæ, Librum legis inueni in æde DOMINI. Deditq́ Hilkias librum ipsi Saphan, Saphan uero portauit librum ad regem: referens simul ad regem negotiũ hisce uerbis, Quidquid datum est in manum seruorũ tuorum, ipsi perficiunt. Conflabant aũt pecuniam inuentam in æde DOMINI, dederuntq́ eam in manũ inspectorũ, inq́ manum facientiũ opus. Indicauit præterea Saphan scriba regi, dicens, Librum dedit mihi Hilkias sacerdos: legitq́ in eo Saphan corã rege. Quum uero rex audisset uerba legis, discidit uestimẽta sua. Præcepitq́ rex Hilkiæ, & Ahikam filio Saphan, atq́ Abdon filio Micheæ, & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo regis huiusmodi mandatis, Ite, cõsulite DOMINVM pro me, & pro reliquijs Israelis & Iuda, super uerbis
E libri qui est inuentus, quoniã magnus est furor DOMINI, qui conflatus est contra nos, eo quod patres nostri non custodierũt uerbum DOMINI, ut agerent iuxta omnia quæ scripta sunt in libro isto. Abijt itaq́ Hilkias & quibus rex [mandauerat] ad Huldam prophetissam uxorem Sallum filij Tokhath, filij Hasra custodis uestiũ, habitabat enim illa Hierosolymis in secunda [parte,] & loquuti sunt ad hunc modum. Dixit autem illa, Sic dicit DOMINVS deus Israelis, Dicite uiro qui misit uos ad me, Sic dicit DOMINVS, Ecce ego adduco malum super locum istum, & super habitatores illius omnes maledictiones quæ sunt scriptæ in libro quem legerunt corã rege Iuda, eo quod dereliquerunt me, & adoleuerunt dijs alijs, ut me prouocarẽt in cunctis operibus manuum suarum, unde & furor meus stillabit super locum istum, nec residebit. Ad regem autem Iuda, qui misit
F uos ad consulendum DOMINVM, sic dicetis inquam ad eum, Sic dicit DOMINVS deus Israelis, Quandoquidẽ [propter] uerba quæ audisti, cor tuum molle est factum, & submissior factus es in conspectu dei quum audiuisti uerba eius super locum istum, & super habitatores eius, submissior factus es [inquam] coram me, & discidisti uestimenta tua, atq́ fleuisti in conspectu meo, audiui & ego, dicit DOMINVS. Ecce ego colligã te ad patres tuos, colligerisq́ intra sepulchra tua in pace, nec uidebunt oculi tui omne malum quod ego induco super locum istum, atq́ super habitatores eius. Illi ergo retulerunt regi sermonem. Misit ergo rex & congregauit omnes seniores in Iuda & Ierusalem, ascenditq́ rex in ædem DOMINI, simulq́ omnes uiri Iuda & ciues Hierosolymitani, sed & sacerdotes
G & Leuitæ, & omnis populus à maiore ad minorem usq́, & legit in auribus eorũ omnia uerba libri fœderis huius inuenti in æde DOMINI. Stetitq́ rex in statione sua, & pepigit fœdus coram DOMINO, ut ambularent post DOMINVM, utq́ custodirent præcepta eius, testimonia eius, & statuta eius in toto corde suo, atq́ in tota anima sua, & facerent uerba fœderis huius, quæ scripta erant in libro isto. Fecit etiam [b]stare [pacto] quicunq́ Hierosolymis & in Beniamin erant, & fecerunt habitatores Hierosolymitani fœdus dei, dei [inquam] patrum suorum. Abstulit quoq́ Iosias omnes abominationes ex omnibus terris filiorũ Israelis, & transtulit cunctos quos repererat in Israele, ut seruirent DOMINO deo suo: nec recesserunt à DOMINO deo patrum suorum cunctis diebus.

[c] Ebr. In manu Mosis.

[b] Ebr. In fœdere.

Liber legis inuenitur in templo.

Rex emendationem proponit.

Hulda prophetis.

Comptetio regis.

4. Re. 23.

Lex domini legitur coram populo.

Fœdus renouatum cum domino.

CAP. XXXV.

Iosias pascha celebrat, & quum multa pie in religione constituisset, prælio occumbit.

A FEcit aũt Iosias Hierosolymis Pæsa DOMINO, mactarũtq́ Pesa decimaquarta mensis primi. Et constituit sacerdotes in custodijs suis, confirmauitq́ eos in ministerio

4. Re. 23. 3. Esd. 1.

nisterio ædis DOMINI. Ait aũt ad Leuitas qui erudiebant omnẽ Israelem, quiq; sancti erant DOMINO, Ponite arcam sanctitatis in domo quã ædificauit Solomon filius Dauidis rex Israelis, ne sit uobis onus in humeris, nũc seruite DOMINO deo uestro, & populo eius Israelitico. Pręparate [uos] secundũ domos patrũ uestrorũ in ordinibus uestris, iuxta præscriptũ Dauidis regis Israelis, & secundum scriptũ Solomonis filij eius. State in [a]sanctitate secundũ distinctionẽ domus patrum, iuxta fratres uestros filios populi, in ordine domus patrum Leuitarũ, immolate Pæsa, sanctificamini atq; præparate fratres uestros, ut faciant iuxta uerbum DOMINI per [b]Mosen. Segregauit aũt ex [munificẽtia] Iosias filijs populi oues, agnos & hœdos caprarũ, omnia ad Pæsa, pro omni eo qui præsens erat, numero B
triginta millia, boum autem tria millia, atq; de substantia regis. Principes quoq; eius sponte populo & sacerdotibus atq; Leuitis segregauerũt, Hilkias, Zacharias atq; Iehiel principes ædis dei, dederũt sacerdotibus ad paschales hostias duo millia & sexcenta [pecudum,] boues uero trecentos. Chonanias autẽ & Semaias & Medianeel fratres eius, atq; Hasabias, Iehiel, & Iosabad principes Leuitarũ segregauerunt pro Leuitis hostias paschales [pecudum] quinq; millia, & quingentos boues. Parato itaq; ministerio, steterunt sacerdotes in statione sua, Leuitæ quoq; in suis ordinibus iuxta mandatũ regis. Et immolauerunt Pæsa, & [c]sparserunt sacerdotes [sanguinem acceptũ] de manu Leuitarũ, Leuitæ uero [d]expoliabant. Sustulerunt autẽ holocaustũ, ut darent ea ordinibus secundũ domos patrum ex filijs populi, adducerentq; DOMINO quemadmodum scriptum est in libro Mosis, eodem modo cum bobus. Coxerunt quoq; Pæsa igne iuxta morẽ, quæ uero sanctificata fuerunt, coxerunt in ollis, ahenis & caldarijs, & festinato [distribuerunt] omnibus filijs populi, deinde parauerunt sibi & sacerdotibus: nã sacerdotes, filij scilicet Aharonis, in sacrificandis holocaustis & adipibus [occupati erant] ad noctem usq; : parauerunt ergo Leuitæ sibi & sacerdotibus filijs Aharonis. Canto- C
res deniq; filij Asaph erant in statione sua iuxta pręceptũ Dauidis, Asaph, Heman & Iedulhun uidentis regis. Et ianitores erãt ad singulas portas, nec licebat eis recedere de ministerio suo, quoniã fratres eorũ Leuitæ parauerunt eis. Paratũ itaq; est omne ministeriũ DOMINI in die illa, ut facerent Pæsa, & sacrificarent holocausta super aram DOMINI, iuxta præceptũ regis Iosiæ. Fecerũt ergo filij Israel qui præsentes erant Pæsa tempore illo, & festum diem azymorũ septem diebus. Et non est factum tale Pæsa in Israele, à diebus Samuelis prophetæ, quin nullus regũ Israelis tale Pæsa fecerat quale fecit Iosias & sacerdotes, & Leuitæ, & omnis Iuda ac Israel qui præsentes erant, unà cum ciuibus Hierosolymitanis. Anno decimooctauo regni Iosiæ factum est Pæsa illud. Post omnia ista quũ Iosias præparasset domũ, ascendit Necho rex Aegypti, ut bellum gereret in Charchemis ad Euphraten, egressusq; est Iosias obuiã ei. Qui mittens ad eum legatos, ait, Quid D
negotij mihi tecum est rex Iudæ? ne sis hodie contra te, nam [e]contra domum bellum meum, & deus dixit ut festinarẽ, [f]caue tibi à deo, qui mihi adest, ne te perdat. At nõ reflexit Iosias faciem suam ab eo, quin potius prælio eum adgressurus mutauit habitum, nec obtemperauit sermonibus Necho ex ore dei, et profectus cum eo pugnaturus in campo Megiddo. Iaculatores autem petierũt regem Iosiam sagitta, dixitq; rex seruis suis, Transferte me, quoniã uehemẽter saucius sum. Transtulerunt igitur eũ serui sui de curru, & imposuerũt eum currui secundo quem habebat, uexeruntq; eũ Hierosolyma : mortuus aũt est & sepultus in sepulchris patrum suorũ, omnisq; Iuda & Ierusalem luxerunt Iosiam. Composuit autem Ieremias lugubre carmen de Iosia, quod cecinerunt omnes cantores & cantatrices in lamentationibus suis propter Iosiam usq; hodie: quin & morẽ hunc instituerunt in Israele, & scripta sunt hęc in lamẽtationibus. Reliquũ rerũ Iosiæ, & beneficẽtiæ

[a] Alij legunt, in sanctuario.

[b] Ebr. Per manũ Mosis.

[c] Ebraica sic habent, sparserũt sacerdotes de manu eorum: quę quoniam obscura sunt, uolui ea clara reddere sensu expresso.

[d] Hoc est, detrahebãt pelles & coria hostijs & uictimis.

Iosias bellax occiditur.
4. Reg. 23. f

[e] Alij legunt, nõ contra te hodie, scilicet ueni, sed contra domũ: sed uocula atha in causa fuit, quo minus sic legerim.

[f] Ebr. Cessa tibi.

Zach. 12. d

Lugetur Iosias.

Digitized by Google

eius secundũ q̃d scriptũ est in lege DOMINI, uerba quoq; eius tum priora tũ po-
steriora, ecce hęc scripta sunt in libro regũ Israelis & Iuda. CAP. XXXVI.

De regno Iehoaas, Eliakim, Iehoiakim, Iehoiachin et Zedechiæ, de destructiõe regni Iudaici & urbis Hierosolymorum.

TVlit autem populus terræ Iehoahas filium Iosiæ, constitueruntq; eũ regem 4 Reg.23.
A pro patre suo in Ierusalem. Vigintitres annos natus erat Iehoahas quũ cœ-
pisset regnare, & regnauit tribus mẽsibus Hierosolymis, quẽ [regno] mouit rex
Aegypti in Ierusalem, & imposuit mulctam super terram, argenti centũ talenta,
& auri unum. Cõstituit autem rex Aegypti ipsum Eliakim fratrem eius regẽ su-
per Iudã & Ierusalem, mutauitq; ei nomẽ Iehoiakim, Ioahas autẽ fratrem eius tu Math.1.b
lit Necho, & duxit eum in Aegyptum. Iehoiakim quũ regno inauguraretur na-
tus erat uigintiquinq; annos, regnauitq; Hierosolymis annis undecim, & desi-
gnauit malum in oculis DOMINI dei sui. Ascendit ergo cõtra eũ Nebukad Næ 2. Reg.24.
zar rex Babylonis, uinxitq; eum catenis duabus, ut duceret eum in Babylonem.
De uasis quoq; ædis DOMINI intulit Nebukad Næzar in Babylonẽ, & repo-
B suit ea in phano suo in Babylõe. Porrò reliqua gesta Iehoiakim, & abominatio-
nes quas fecit, quodq; in eo inuentũ est, ecce hæc scripta sunt in libro regũ Israelis
& Iuda, regnauitq; Iehoiachin filius eius pro eo. Octo annos erat natus Iehoia-
chin quũ inauguraretur regno, regnauitq; tribus mẽsibus & decẽ diebus in Ieru
salẽ, & designauit malum in oculis DOMINI. Vertẽte anno misit rex Nebukad
Næzar, & duxit eum in Babylonem, unà cum desiderabilibus uasis domus DO
MINI, constituitq; Zedekiam [a] fratrem eius regẽ super Iudã et Ierusalem. Erat au
tem Zedekias quum regno inauguraretur natus uigintiunũ annos, regnauitq;
in Ierusalẽ undecim annis. Et designauit malũ in oculis DOMINI dei sui, nec se Ierem.38.a
se submisit corã Ieremia propheta [qui loquebatur] ex ore dei. Quũ & aduersus
C regem Nebukad Næzar rebellis fuit, qui eum sacramento dei adegerat: sed ille in
durauit ceruicẽ suam, & obstinauit cor suum, ut nõ reuerteretur ad DOMINVM
deum Israelis. Sed & omnes principes, sacerdotes, & populus ipse auxerunt præ-
uaricationem, præuaricantes iuxta cunctas abominationes gentiũ, & inquinan
tes domũ DOMINI, quam sanctificauerat in Ierusalẽ. Misit autẽ DOMINVS
deus patrum eorum ad eos mane surgẽdo & nuncios suos mittendo, quoniã par
cere [cupiebat] populo suo, atq; habitaculo suo. At illi subsannabãt nuncios dei,
& contemnebant uerba eius, illudẽtes prophetis eius, donec ascẽderet furor DO-
MINI aduersus populum suum, & donec nullum esset remediũ. Adduxit enim 4.Re.25.a
cõtra eos regem Chaldæorũ, qui occidit iuuenes eorum gladio in domo sanctua
rij eorum, & nõ pepercit ulli iuueni, nec uirgini, nec seni, nec decrepito, omẽs tra
didit in manus eius. Omnia deniq; uasa domus dei, magna & parua, thesauros
D domus DOMINI, thesaurosq; regis & principũ eius, omia tulit Babylonẽ. Et cõ
busserunt domum dei, atq; confregerunt murum Ierusalẽ, & omnia palatia eius
combusserunt igne, uastatis omnibus uasis eius desiderabilibus. Quod reliquum
fuit à gladio, transtulit Babylonem, factiq; sunt ei & filijs eius serui, usq; dũ Per-
sa potiebatur regno, ut impleretur uerbũ DOMINI in ore Ieremiæ, donec placi-
tum esset terræ in sabbatis suis: cunctis enim annis desolationis quietem egit, do
nec implerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum, Ierem.25.c
quum consummatũ esset uerbũ DOMINI [prolatum] per os Ieremiæ, excitauit & 29.c 1.Esd.1.a
DOMINVS spiritũ Cyri regis Persarũ, qui edictũ diuulgauit per totũ regnum
suum, idq; scripto, in hanc sententiam, Sic dicit Cyrus rex Persarũ, Omnia regna
terræ dedit mihi DOMINVS deus cœlorum, & ipse commisit mihi, ut ædificẽ ei
ædem in Ierusalem quæ est in Iuda: quicunq; ergo in uobis est de uniuerso popu
lo eius, sit DOMINVS deus eius cum eo, atq; ascendat.

[a] 2. Regum 24. Zedechias patruus dicitur, hic frater: apparet ergo fratres uarie dici Ebræis, ut aliàs sæpe est dictum.

Liber.

Liber Ezræ.

CAPVT I.

Cyrus Persarum rex copiam abeundi facit Iudæis in terram suam, & reædificandi templum & urbem.

Iere.25.c & 29 c 2.Par.36.d 3.Esd.2.a



NNO primo Cyri regis Persarũ, (ut perficeretur uerbum DOMINI ex ore Ieremiç,) excitauit DOMINVS spiritum Cyri regis Persarum, ut diuulgari faceret uocem in toto regno suo, idq; scripto in hanc sententiam, Sic dicit Cyrus rex Persarũ, Omnia regna terræ dedit mihi DOMINVS deus cœli, ipseq; mandauit mihi, ut [a]ædificetur ei ædes in Ierusalem quæ est in Iuda. A

a Eb. Ad ædificandum: alij ad Cyrum referũt, ut ædificem.

Quicunq; ergo ex uobis ex omni populo eius [fuerit,] sit deus eius cum eo, ascendatq; Hierosolyma quæ est in Iuda, & ædificet ædem [b]DOMINI dei Israelis, ipse est deus qui est in Ierusalem. B

b Vel, domino deo.

Et omnis qui reliquus fuerit in omnibus locis in quibus cõmoratus incola fuit, succurrant illi homines eius loci argento, auro, suppellectile, & iumentis, cum munere spontaneo ad ædem dei quæ est in Ierusalem. Surrexerunt ergo capita patrum Iuda & Beniamin, sacerdotes quoq; & Leuitç, & omnes quorum spiritum deus excitarat ut ascenderent, & ædificarent ædem DOMINI quç erat in Ierusalem. C

Ad bonum excitat spiritus domini.

Omnes prçterea qui circum eos erant, corroborarunt manus eorum uasis argenteis & aureis, suppellectile, iumentis atq; muneribus, prçter id quod sponte quisq; offerebat. Rex insuper Cyrus deprompsit uasa ædis DOMINI, quæ auexerat Nebukad Næzar Hierosolymis, posueratq; ea in phanum dei sui: deprompsit ea inquam Cyrus rex Persarum ad manum Mithridatis, qui fuit à thesauris, qui numerauit ea ipsi Sesbazar primario Iuda. D

Erat autem hic numerus eorum, Phialarum aurearum triginta, phialarum argentearũ mille, cultrorum undeuiginti, peluium aurearum triginta, peluium argentearum alterius formç quadringentæ decem, aliorum uasorum mille. Omnium [in summa] uasorum aureorum & argenteorum erant quinq; millia & quadringenta. Hæc omnia auexit Sesbazar unà cum his qui captiui fuerant, & ascendebant è Babylone Hierosolyma.

CAP. II.

Catalogus eorum qui è Babylone Hierosolyma conscenderunt.

1.Esd.7.b 3.Esd.5.a

HI autem filij sunt [a]prouinciç, qui ascenderũt de captiuitate trãsmigrationis, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonẽ, & reuersi sunt Hierosolyma & in Iuda, quisq; in ciuitatẽ suam. A

a Prouincia uidetur Iudæa dici, nam in prouinciã à Romanis redacta erat.

Qui uenerũt cum Serobabele, Iesu, Nehemia, Seraia, Reeleia, Mardochço, Bilsan, Mispar, Biguai, Rehum, Baana. Numerus uirorũ populi Israelis. Filiorum Pareos duo millia, centũ & septuagintaduo. Filiorum Saphatiæ trecenti septuagintaduo. Filiorũ Arah septingẽti, septuagintaquinq;. Filiorũ [b]ducis Moab, de filijs Iesua & Ioab duò millia octingenti & duodecim. Filiorũ Elam mille, ducenti quinquagintaquatuor.

b Alij legunt, Filij Pahath Moab.

Filiorum Sathu nongenti quadragintaquinq;. Filiorũ Sachai septingenti & sexaginta. Filiorũ Bani sexcenti quadragintaduo. Filiorum Bebai sexcenti uiginti tres. Filiorum Asgad mille, ducenti & uigintiduo. Filiorum Adonicam, sexcenti & sexagintasex. Filiorum Bikuai duo millia, quinquagintasex. Filiorum Adin quadringenti & quinquagintaquatuor. Filiorũ Ater de Ezechia, nonagintaocto. Filiorum Bezai trecenti uigintitres. Filiorum Iora centum & duodecim. Fi- B

Digitized by Google

liorum Haschum ducenti & uigintitres. Filiorũ Gibbar nonagintaquinq;. Filiorum Bethlehem centũ & uigintitres. Virorum Netopha quinquagintasex. Virorum Anathoth centum & uigintiocto. Filiorũ Asmaueth quadragintaduo. Filiorũ Kiriath Arim Kephira & Beeroth septingenti & quadragintatres. Filiorum Harama & Gæba, sexcenti & uigintiunus. Virorũ Michmas centum & uigintiduo. Virorũ Bethel & Haai ducenti & uigintitres. Filiorum Nebo quinquagintaduo. Filiorũ Magbis centum & quinquagintasex. Filiorum Elam alterius, mille ducenti & quinquagintaquatuor. Filiorũ Harim trecenti & uiginti. Filiorum Lod, Hadid & Ono septingenti & uigintiquinq;. Filiorũ Iericho, trecenti & quadragintaquinq;. Filiorũ Sanaa tria millia, sexcenti & triginta. Sacerdotes filiorũ Iedaia de domo Iesua nongenti & septuagintatres. Filiorũ Immer mille quinquagintaduo. Filiorũ Pashur mille, ducenti & quadragintaseptem. Filiorum Harim mille, decem & septem. Leuitæ. Filiorũ Iesua & Kadmiel de filijs Hodauiæ septuagintaquatuor. Cantores. Filiorũ Asaph centum & uiginti octo. Filij ianitorũ. Filij Sallum, filij Ater, filij Talmon, filij Akub, filij Hatita, filij Sobai: omnes hi centũ triginta nouem, [c] Nethinæi, filij Ziha, filij Hasupha, filij Tabbaoth, filij Keros, filij Siaha, filij Padon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Akub, filij Hagab, filij Samlai, filij Hanan, filij Giddel, filij Gahar, filij Reaia, filij Rezin, filij Nekoda, filij Gasam, filij Vsa, filij Paseah, filij Besai, filij Asna, filij Meonim, filij Nephusim, filij Bakbuk, filij Hakupa, filij Harhur, filij Bazluth, filij Mehira, filij Harscha, filij Barkom, filij Sisera, filij Thamah, filij Nezia, filij Hatipha, filij seruorum Solomonis, filij Sotai, filij Sophereth, filij Peruda, filij Iaala, filij Darkon, filij Giddel, filij Sephatia, filij Hattil, filij Pochereth, Hazbaim, filij Ami. Omnium Nethinæorum & filiorum seruorũ Solomonis trecenti & nonagintaduo. Isti uero ascenderunt de Thel Melah, & de Thel Harsa, Cherub, Addan & Immer, & non poterãt indicare familiam patrum suorum, atq; semen suum, ex Israelene essent. Filij Dolaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti & quinquagintaduo. Et de filijs sacerdotum, filij Habaia, filij Hakoz, filij Barsillai, qui duxit de filiabus Barsiliai Gileaditæ uxorem, uocatusq; est iuxta nomen earum. Hi quæsierunt scriptum suum, ut sese in familiam [aliquam] insererent, at non sunt inuenti, ideo reiecti sunt à sacerdotio. Dixitq; Hatirschata eis, ne ederent de sancto sanctorum, donec sacerdos staret cum Vrim & Thumim. Vniuersæ multitudinis ad unum usq;, quadragintaduo millia, trecenti & sexaginta, præter seruos eorum & ancillas eorum, quorum erant septem millia, trecenti & trigintaseptem, erantq; eis cantores & cantatrices ducenti. Equi eorum septingenti & trigintasex, muli eorũ ducenti & quadragintaquinq;, cameli eorum quadringenti trigintaquinq;, asinorum sex millia, septingenti & uiginti. Et ex præcipuis patribus quum uenissent ad ædem DOMINI quæ erat Hierosolymis, liberales se exhibuerunt pro domo dei, ut collocarent eam super basi sua. Pro uiribus suis dederunt ad thesaurum operis, [b] aurearum drachmarũ unam & sexaginta millia, & argenti minas quinquies mille, & uestes sacerdotales centum. Consederuntq; sacerdotes, Leuitæ, & quidam ex populo, cantores & ianitores, atq; Nethinæi in ciuitatibus suis, & cunctus Israel in urbibus suis.

Sacerdotes. Leuitæ. Cantores. Ianitores. Nathinæi. Genealogiæ.

C D — marginal section letters.

[c] Donatitij.

[b] Alij legunt, auri drachmas sexies decem millia & mille. Hæc per anticipationem dicuntur.

CAP. III.

Congregato populo Hierosolymis, sacerdotes aram extruunt, festos dies celebrãt, sacra faciunt, & templo extruendo sese accingunt.

A Cumq; iam appeteret septimus mẽsis, essentq; filij Israelis in ciuitatibus, congregatus est populus ad unũ usq; Hierosolymis. Tum surrexit Iesua filius Iozadek, & fratres eius sacerdotes, atq; Serobabel filius Sealtielis, & fratres eius, & extruxerunt altare dei Israelis, ut sacrificarent in eo holocausta, sicut scriptũ est in lege Mosis uiri dei. Firmarunt aũt altare super bases suas, quoniam terror populorum 3. Esd. 5. c

Digitized by Google

pulorum nationũ erat super eos, & sacrificarũt in eo holocausta DOMINO, holocausta [inquam] matutina & uespertina. Celebrarunt etiam diem festũ tabernaculorum sicut scriptũ est, & holocausta singulis diebus pro numero & ritu & pro demenso cuiusq; diei. Deinde & holocaustũ iuge, in neomenijs, & in singulis statis ferijs DOMINO cõsecratis, & in omnibus quę sponte & liberaliter offerebant DOMINO. A primo die mensis septimi cœperunt sacrificare holocausta DOMINO, templo DOMINI nondũ fundato. Dederunt aũt pecuniã latomis & artificibus, cibum, potũ, & oleum Zidonijs & Tyrijs, ut adducerent ligna cedrina, de Libano ad mare Iapho, quemadmodũ Cyrus rex Persarum eis indulserat. Anno secundo quũ uenissent ad ædem dei in Ierusalem, mẽse secundo cœperunt Serubabel filius Sealtielis, & Iesua filius Iozedek, & reliqui fratres eorum sacerdotes & Leuitæ, atq; omnes qui uenerãt ex captiuitate Hierosolyma, & constituerunt Leuitas qui erant nati uiginti annos & plus, ut urgerẽt opus ædis DOMINI. Stetit ergo Iesua & filij eius atq; fratres eius, Cadmiel quoq; & filij eius, filij Iuda ad unũ usq;, urgentes eos qui faciebant opus in æde dei. Filij Henadad, filij eorũ, atq; fratres eorũ Leuitæ. Quumq; structores fundamenta iacerent tẽpli DOMINI, statuerunt sacerdotes indutos cum tubis, & Leuitas filios Asaph cum cymbalis laudantes DOMINUM, quemadmodũ [a]constituerat Dauid rex Israelis. Vicissim itaq; canebant in laude & confessionibus DOMINI, [nempe] q bonus esset, & q in æternũ beneficentia eius super Israelẽ. Porrò uniuersus populus uociferabatur iubilo magno laudando DOMINUM q [b]fundaretur ædes DOMINI. Multi quoq; ex sacerdotibus & Leuitis, atq; præcipuis patribus & senioribus, qui uiderant domũ priorem, quũ ista domus coram oculis eorũ fundaretur, flebant uoce magna: multi contrà uocem extollebant cũ iubilo & gaudio, ut populus non posset discernere uocẽ iubili & gaudij à uoce fletus populi, nam populus iubilũ ingentem edebat, ut uox procul audiretur.

Festum tabernaculorum. — Instauratio templi. — Gratiarum actio pro templi fundamento.

B — C — D

[a] Ebr. Ad manus Dauidis.

[b] Eb. In fundari.

CAP. IIII.

Quidam ex gentibus uolebant simul cum Iudæis ædificare, hoc cum non permittuntur, impediunt quo minus opus pergat.

AUdiuerunt aũt hostes Iuda & Beniamin, q hi [a]qui ex captiuitate redierant, ædificarent templũ DOMINO deo Israelis, & accedentes ad Serubabelẽ & ad præcipuos patres, dixerunt ad eos, Aedificabimus uobiscum, quæremus enim perinde ac uos deum uestrũ, & sacrificamus ei à diebus Esarhaddon regis Assyrij, qui nos huc transtulit. Dixit ergo eis Serubabel atq; Iesua, & reliqui præcipui patres Israelis, Non conuenit ut uos nobiscũ ædificetis ædẽ deo nostro, sed nos simul ædificabimus DOMINO deo Israelis, quemadmodũ pręcepit nobis rex Cyrus, rex Persarum. Factum ergo est ut populus illius regionis infirmarent manus populi Iuda, & deterrerent eos ab ædificando. Conduxerũt insuper contra eos consultores, qui irritũ faciebant consilium eorum cunctis diebus Cyri regis Persarũ, usq; ad [b]regnum Darij regis Persarum. Et in regno Asueri, initio regni eius, scripserunt accusationẽ contra habitantes in Iuda & Ierusalem. In diebus uero Artaxersis scripsit [c]Bislam, Mithridates, Tabeel, & reliqui eius cõsilij ad Artaxersem regem Persarum, eratq; scriptura exemplaris scripta Syriace, & explicatio quoq; Syriaca. [d]Rehum author epistolæ, & Simsai scriba scripserũt epistolam quandam de Ierusalem ad Artaxersem regem isto tenore, Tunc Rehum author epistolæ & Simsai scriba, & reliqui complices eorum, Dinæi, Apharsathchęi, Tarpelæi, Apharsæi, Archauæi, Babylonij, Susanechæi, Dehauæ, Elamitæ, & reliqui populi quos transtulit Asnapar magnus & gloriosus, & collocauit illos in ciuitatibus Samariæ, unà cum alijs qui sunt trans flumen & ultra. Hoc est exemplar epistolæ quã miserunt ad Artaxersem regem, Serui tui, uiri scilicet trans flumen & ultra, Notũ sit regi, q Iudæi qui ascenderunt à te ad nos, uenerũt in Ierusalem

Esd. 5. 8 — Esd. 2. 4 — Epistola ad Artaxer.

A — B — C

[a] Ebr. Filij transmigrationis.

[b] Post Cyrũ regnauit Cambises, qui et Xerses, hunc sequutus Darius, q & Artaxerses: ita uidetur ordo habere, ut sint adpellatiua Xerses & Artaxerses: Xerses pugnator, Artaxerses fortis pugnator.

[c] Quidam Bischlam intelligunt appellatiue in pace uel pacifice, bono scilicet regis.

[d] Potest etiam legi, Rehum à secretis, uel ab epistolis, uel à commentarijs.

Digitized by Google

urbem rebellem & pessimã, quam ædificant, & muros eius è fundamentis ducũt, & fundamenta iaciunt. Nunc igitur notum sit regi, si ciuitas ista reædificatur, & muri eius fuerint instaurati, munus, tributũ & uectigal minime dabunt, idq́ regijs pensionibus incommodabit. [e]Nunc ergo quum hæc omnia præsentia sunt, templum omnino destruximus, neq; potuimus ignominiã regis diutius uidere, & idcirco misimus, & regi indicauimus, ut inquirat in libro [f]historiarũ patrum tuorum, & inuenies in libro historiarũ, cognosces'q; urbem hanc rebellem esse, & incommodantem regibus & prouincijs, quóq; in ea urbe retro temporibus fuerunt, qui ad defectionem solicitarũt, quam ob causam & urbs hæc uastata est. Insuper & hoc indicamus regi, si urbs hæc fuerit reædificata, & muri ex fundamentis refecti, nullam partem ultra flumen habebis.

D Misit autem rex mandatum ad Rehum qui erat à commentarijs, Simsai scribam, atq; reliquos eiusdem consilij qui habitabant in Samaria, & ad reliquos qui erant trans fluuium, Pacem & longæuitatem, Epistola quam ad nos misistis, explicata est lectaq; coram me, datum est autem à me decretum, & inquisierunt atq; inuenerunt, quòd ciuitas ista retro temporibus sese eleuauit contra reges, quóq; in ea rebellio & defectio facta est. Ad hæc, fuerunt in Ierusalem reges præpotentes, qui [g]imperium obtinuerunt in omni [regione] transfluuiana, datumq; est illis tributum, stipendium & uectigal. Interponite ergo mandatũ, ut uiri isti cessent, neq; urbs ista reædificetur, donec à me mandetur. Cauti estote, ut istud fiat: cur enim [hinc] nasceretur damnum quod regibus incommodaret? Mox ut exemplar epistolæ Artaxersis regis lectum est coram Rehum & Simsai scriba, atq; alijs eiusdem consilij complicibus, abierũt festinanter Hierosolyma ad Iudæos, & impedierunt eos brachio & ui. Tum impeditum est opus ædis dei in Ierusalem, cessatumq; est usq; ad secundum annum regni Darij regis Persarum.

[e] Alij legũt, Nunc ergo omnes nos q coram sumus.

[f] Chald. Memoriarum.

[g] Vel, imperitarunt super omẽs qui sunt trans fluuium.

CAP. V.

Sub prophetis Haggæo & Zacharia opus templi rursus impeditur.

A PRophetauit autẽ Haggæus propheta, & Zacharias filius Iddo, qui fuerunt prophetæ ad Iudæos in Iudæa & Ierusalem, in nomine dei Israelis [prophetantes] eis. Tum surrexerũt Serubabel filius Sealtielis, & Iesua filius Iozadak, & cœperunt ædificare ædem dei in Ierusalẽ, erantq; cũ eis prophetæ dei, [eos] fulcientes. Eodẽ tempore uenit ad eos [a]Thathnai, qui præfectus erat trans fluuium, & præfectus militũ, atq; cõplices eorũ, & sic dixerunt ad eos, Quis dedit uobis mandatum hanc domũ ædificandi, murosq; eius à fundamentis reficiendi? Tum iuxta tenorem diximus eis quæ essent nomina uirorũ qui hoc ædificiũ reficerent. Atqui [b]oculus dei eorũ fuit super seniores Iudæorũ, ut non potuerint eos impe-

B dire, donec causa perueniret ad Darium, tum & [ipsi Iudæi] per epistolã responderunt de hac re. Porrò exemplar epistolæ quam misit Thathnai præfectus ultra flumen, & dux militũ complicesq; eius Apharsechæi, qui erant trans fluuium, ad Dariũ regem, & intra hoc scripta erat causa quã miserũt ad eum, Dario regi, Pax integra. Notũ sit regi quòd profecti sumus ad prouinciam Iudæorũ, ad domum dei magni, quæ ædificatur [c]lapidibus ingentibus, trabes quoq; ponuntur in parietibus, opusq; ipsum fit mira celeritate, & feliciter succedit per manus eorũ. Tunc interrogauimus senes illorũ, et hũc in modũ diximus ad eos, Quis dedit uobis mandatum reædificandi hanc domum, & muros istos ex fundamẽtis reficiendi? Sed

D & nomina eorum interrogauimus ab eis, ut indicaremus tibi, & ut scriberemus nomina uirorum qui capita sunt inter eos. Hi uero hoc modo responderunt, dicentes, Nos sumus serui illius, qui deus est cœli & terræ, & ædificamus domũ quæ extructa retro temporibus erat ante multos annos, quã rex Israelis magnus ædificauerat & fundauerat. Quandoquidẽ uero patres nostri irritarunt deum cœli, tradidit eos in manũ Nabuchodonosoris regis Babylonici & Chaldæorum, qui

ædem

1. Esd. 6. a Hag. 1.

Epistola ad Darium regem.

1. Reg. 6.

2. Reg. 24. 25.

[a] Chald. Stharbosnai.

[b] Oculus pro cura, gratia, prouidentia.

[c] Chald. Lapide uolubili, qui scilicet baiulari non potest, sed duntaxat uoluitur aut plaustris uehitur.

Digitized by Google

ædem hanc deuastauit, & populũ eius transtulit captiuum in Babylonem. At- D
qui anno primo Cyri regis Babylonis rex Cyrus posuit edictum de hac domo
dei ut reædificaretur. Quin & uasa templi dei aurea & argẽtea, quæ Nabuchodo
nosor sustulerat è templo Hierosolymitano, & abduxerat ea in phanũ q̃d erat in
Babylone, ea protulit Cyrus rex de phano Babylonis, quæ tradita sunt ei cui no
men Sesbazar, quem ducẽ constituerat, dixitq; ad eum, Tolle uasa ista, & abi, atq;
[D]repone ea in templo quod est Hierosolymis, domusq; dei ædificetur in basi sua.
Venit ergo tum Sesbazar, & iecit fundamẽta ædis dei quæ est in Ierusalẽ: abq; eo
dem tempore usq; in pręsens ædificatur, neq; dum absoluta est. Nunc itaq; si regi
uidetur, perquiratur in repositorio thesaurorũ regis, quod est isthic in Babylone,
sit ne hoc à rege Cyro cõstitutum, decretũ, ut reædificetur ædes dei in Ierusalem,
atq; de hac re animum regis nobis mittat.

Abscondere pro abolere.

D Chald. Fac uenire.

CAP. VI.

Darius rex, refricato decreto Cyri, copiam facit Iudæis reædificandi templũ & urbẽ.

3. Esd. 6. c

TVm constituit Darius rex mandatũ, ut quęrerent in bibliotheca, in eo loco A
ubi thesauros reponebant in Babylone, inuentũq; est in [a]Ahmatha, in arcę
quę est in regione Medorũ, uolumen quoddam in quo sic memoriæ proditum
erat, Anno primo Cyri regis constituit Cyrus rex decretũ de templo dei in Ierusa
lem, ut domus in loco ubi sacrificent ædificetur, & fundamẽta eius perficiantur,
altitudine sexaginta cubitorum, & latitudine sexaginta cubitorum. Ordines lapi-
dum ingentiũ tres, [b]ordo uero lignorum unus: & quidquid deest, ex domo [c]re-
gis suppeditetur. Sed & uasa templi dei aurea & argẽtea, quę auexerat Nabucho
donosor de templo quod fuit Hierosolymis, intuleratq; ea Babylonẽ, restituan-
tur, inferanturq; in templũ Hierosolymitanũ in locum suum, [D]collocatoq; ea in
ædem dei. Nunc itaq; tu Thathnai pręfectus trãs fluuium, tuq; imperator exerci B
tus & complices horũ, uos Apharsechæi qui estis trans fluuium, procul absistite
isthinc. Relinquite opus ædis dei huius, pręfectus Iudęorum senesq; ipsi Iudęorum
ædificent ædem illam dei in loco suo. A me constitutũ est decretum, quid facia-
tis cum senioribus Iudęorũ illis in ædificãdo ædem illam dei, nempe ut de uecti-
galibus regis, quas habet ex tributo trans flumen, diligẽtissime expensę suppedi
tentur uiris istis, nec quisquã impediat. Et quidquid necessarium fuerit, siue uitu
li sint, siue arietes, siue agni ad holocausta deo cœli, frumentũ, sal, uinũ, & oleum,
iuxta quod dixerint sacerdotes qui sunt Hierosolymis: hæc dentur eis suo quoq;
die demensum suũ, idq; absq; ulla cunctatione, ut habeant unde offerant suaueo
lentia deo cœli, utq; orent pro uita regis & filiorũ eius. Est pręterea & à me tale
constitutũ decretum, ut quicunq; mortalium hoc edictum mutarit, tollatur trabs
de domo eius, in quam erectã suspendatur, insuper & domus eius huius rei gra
tia in sterquiliniũ redigatur. Deus quoq;, qui nomen suum illic collocauit, extir- C
pet omnem regem & populũ, qui manũ suam admolitus fuerit, ut uel mutet uel
lædat domũ istam dei quæ est Hierosolymis. Ego Darius hoc edictum statui,
ut diligenter & exacte fiat. Tum Tathnai præfectus regionis transfluuianæ,
imperator exercitus, & cæteri complices eorũ, mox ut Darius rex huiusmodi mi
serat, exacte sunt exequuti. Seniores ergo Iudęorum ædificabant, & prospere il
lis successit, per prophetiam Haggęi prophetę, & Zacharię filij Iddo, ædificabant
inquam, fundamentũ iacientes ex decreto dei Israelis, & ex decreto Cyri & [e]Da-
rij, (qui [f]& Artaxerses,) regis Persarum. Absoluta est autem ædes ista die ter-
tio mensis Adar, anno sexto regni Darij regis. Fecerunt itaq; filij Israel, sacerdo-
tes & Leuitæ, reliquiq; qui ex [g]captiuitate redierant, initiationẽ ædis dei huius cũ
gaudio. Obtuleruntq; ad initiationẽ domus dei huius iuuencos centum, arietes D
ducentos, agnos quadringentos, & hircos caprarum pro expiatione totius Israe
lis duodecim, iuxta numerum tribuum Israelis. Et sacerdotes statuerunt in or-

Templũ absoluitur. 3. Esd. 7. a

Dedicatur templum.

a Ahmatha Chaldaicam uocem reliqui, quod uideatur metropolis esse Medorum. Plinius Ekbatana uocat Alij pro arcula exponũt aut tablino.

a Posset et hic locus dici grammatophylatium, ubi literę seruantur.

b Chald. Cohærescentia pro ordine aut serie.

c Alij legunt, sumptus suppeditentur, aut expensæ.

D Tu scilicet Serubabel collocato.

e Sub tribus regibus, Cyro, Cambise & Dario, incipitur & absoluitur structura templi & urbis.

f Vos ante Artaxerses est expositiua particula.

g Chald. Filij captiuitatis uel transmigrationis.

Digitized by Google

dinibus suis, & Leuitas in suis partitionibus pro ministerio dei qui [colitur] in Ie rusalem, quemadmodũ scriptum erat in libro Mosis. Celebrarunt quoq; qui ex captiuitate redierant Pæsa in quartadecima mensis primi, nam & sacerdotes & Leuitæ mũdati erant, erantq; omnes pariter puri. [h]Mactarunt itaq; Pæsa omnibus qui è captiuitate redierant, & fratribus suis sacerdotibus, & sibijpsis. Comederunt ergo filij Israelis qui è captiuitate redierant, [i]& quicunq; segregatus erat ab immunditia gentiũ terræ, [uenerat q;] ad eos, ut quæreret DOMINVM deũ Israelis. Et fecerunt solennitatem azymorũ septem diebus in gaudio, quandoquidẽ exhilarauerat eos DOMINVS, conuerteratq; cor regis Assur ad eos, ut confortaret manus eorũ in opere ædis dei, dei uidelicet Israelis.

Num. 3. b 8. b

h Leuitæ mactarũt Pæsa.

i Periphrasis proselytarum & aduenarum, qui ad fidẽ Iudaicã concesserant.

CAP. VII.

Esras mittitur ab Artaxersc Hierosolyma cũ mandato ad præfectos trans fluuium.

A POst hæc gesta [erat] in regno Artaxersis regis Persarũ Esras filius Seraiæ, filij Asariç, filij Hilkiç, filij Sallum, filij Zadok, filij Ahitub, filij Amariæ, filij Asariç, filij Meraioth, filij Seraheia, filij Vsi, filij Buki, filij Abisua, filij Pinhas, [a]filij Eleasari, filij Aharonis sacerdotis summi. Hic Esra ascendit de Babylone, idq; scriba erat promptus in lege Mosis, quã dederat DOMINVS deus Israeli. Huic rex dedit (quandoquidẽ manus DOMINI dei sui erat cum eo,) qdquid ipse petebat. Ascenderuntq; de filijs Israelis, de sacerdotibus & Leuitis, cantoribus, ianitoribus & Nethinçis in Ierusalẽ, anno septimo Artaxersis regis. Venit aũt Hierosolyma mense quinto, septimo anno regis. Prima enim [die] mensis primi [b]inchoatus est ascensus è Babylone, & prima [die] mẽsis quinti uenit Hierosolyma, quandoquidẽ manus dei sui bona erat cum eo. Siquidem [c]Esras parauerat cor suum, ut inquireret legem DOMINI, & ut [eam] faceret, utq; doceret in Israele ceremonias & iudiciũ.

3. Esd. 8. a

a Omittũtur hic quidam gradus, qui positi sunt in lib. Annalium 1. cap. 6. & 23.

b Fundamentum uocat initium, quũ Esras de reditu apud se constituisset.

c Encomium Esræ.

B Hoc est aũt exemplar scripti quod dedit Artaxerses Esræ sacerdoti & scribç, scribæ inquam uerborũ & prçceptorũ DOMINI, atq; statutorum eius in Israele. Artaxerses rex regũ Esrç sacerdoti & scribç legis dei cœli, [d]incolumitatẽ & diuturnitatem. Constitutũ est à me decretum, ut quicunq; sponte uoluerit in regno meo de populo Israel, sacerdotibus & Leuitis proficisci Hierosolyma, is tecũ proficiscatur, eo q; tu à rege, & septem consiliarijs eius missus sis, ut inuisas Iudã & Ierusalem in lege dei tui quç est in manu tua. Et ut [tecum] feras argentũ & aurum quod rex & consiliarij eius sponte offerunt deo Israelis, cuius domiciliũ est in Ierusalem. Omne insuper argentum & aurum quod inueneris in uniuersa prouincia Babyloniorũ, cũ his quç populus sponte dederit, quæq; sponte obtulerint sacerdotes ad ædem dei sui quç est in Ierusalem, ut ea pecunia celeriter coẽmas iuuencos, arietes & agnos, deinde cibaria eorũ sacrificia, & eorũ

Esdras doctor legis.

d Gemir absolutio omnium bonorum.

Edictũ Artaxersis.

C libamina, & adferas ea ad arã domus dei uestri quç est Hierosolymis: de reliquo argenti & auri agite quod tibi & fratribus tuis uisum fuerit, iuxta uolũtatem dei uestri. Et uasa quç tradita sunt tibi ad cultum ædis dei tui, restitue in conspectum dei in Ierusalem. Porrò reliquũ quod necessarium fuerit pro æde dei tui, quod tibi expendendũ acciderit, expendas è thesauris regis. Equidem à me Artaxerse rege edictum promulgatũ est ad omnes qui thesauris prçfecti sunt trãs fluuium, ut quidqd postulauerit à uobis Esras sacerdos scriba legis dei cœli, ilico fiat, usq; ad argenti talenta centum, & usq; ad tritici coros centum, ad uini batos centum, & usq; ad olei batos centũ, sal uero ne scribatur. Et quidquid deniq; est quod prçceptum est à deo cœli, fiat diligenter domui dei cœli, ne irascatur super regnũ, regem & filios eius. Et id quoq; uobis notũ facimus, ne uobis sumatis authoritatẽ imperandi eis tributũ, stipendium aut uectigal, omnibus inquam sacerdotibus,

D Leuitis, cãtoribus, ianitoribus, Nethinçis atq; ministris ædis dei huius. Et tu Esra pro sapientia dei tui, quç est in manu tua, ex me [cõstitue] indices & causidicos, qui iudicent uniuersum populum transfluuianũ, omnes eos qui nouerunt leges dei

dei tui: qui uero non nouerũt, eos doceatis. Quicunq; autem facere noluerit legem dei tui, atq; legem regis, de hoc ilico fiat iudiciũ, siue ad mortem, siue ad eradicationem, siue ut facultatibus multetur, siue ut uinciatur. Laudandus DOMINUS deus patrum nostrorum, qui indidit hoc cordi regis, ut ornaret ædem DOMINI quæ est Hierosolymis, quiq; inclinauit ad me beneficentiã coram rege, consiliarijs eius, atq; cunctis principibus & heroibus regis. Porrò ego corroboratus sum, quandoquidem manus DOMINI dei fuit mecum, & congregaui de Israel præcipuos quosq; qui ascenderent mecum.

Gratiarũ actio.

CAP. VIII.

Recensentur quidam qui cum Esra ascenderunt, & quid porro factum.

1. Esd. 8. c

HI autem sunt præcipui patres eorũ, & qui genealogiã suam indicarunt, qui ascenderunt mecũ in regno Artaxersis regis de Babylone. Ex filijs Pinhas, Gersom: de filijs Ithamar, Daniel: de filijs Dauidis, Hattus. De filijs Sechaniæ, de filijs Pharos, Zacharias, & cum eo qui recensiti sunt, uirorum centum quinquaginta. De filijs ducis Moab, Eliehoenai filius Zerahiæ, & cũ eo uiri ducenti. De filijs Sechaniæ filius Iahesiel, & cũ eo treceti uiri. De filijs Adin, Ebed filius Ionathan, & cũ eo quinquaginta uiri. De filijs Elam, Esaias filius Athaliæ, & cũ eo septuaginta uiri. De filijs Sephatiæ, Sabadias filius Michaelis, & cum eo octoginta uiri. De filijs Ioab, Obadias filius Iehiel, & cũ eo ducenti decem & octo uiri. De filijs Selomith, filius Iosiphia, & cũ eo centum & sexaginta uiri. De filijs Bebai, Zacharias filius Bebai, et cũ eo uigintiocto uiri. De filijs Asgad, Iohanan filius [a] Hakatan, & cũ eo centũ & decem uiri. De filijs Adonikam, qui erant nouissimi, quorum nomina hæc sunt, Eliphælet, Iehiel, & Semeia, cumq; eis uiri sexaginta. De filijs Biguai, Vthai, & Sabud, & cum eo septuaginta uiri. Congregaui aũt eos ad [b] fluuiũ qui uenit ad Ahaua, mansimusq; illic tribus diebus. Quumq; considerarem populũ atq; sacerdotes, de filijs Leui nullum ibi reperi. Misi igitur Eliesér, Arielem, Semeiam, Elnathan, Iarib, Elnathan, Nathan, Sachariã & Mesullã primores, deinde & Ioiarib & Elnathan prudẽtes. Et dedi eis mandatũ ad Iddo primorẽ in loco Caspio, posuiq; in os eorũ uerba quæ loquerentur ad Iddo, (& ad) fratres eius Nethinæos in loco Caspio, ut adducerẽt ad nos ministros ædis dei nostri. Et adduxerunt nobis (ut manus dei nostri bona erat super nos) uirum intelligẽtem de filijs Mahali, filij Leui, filij Israelis, & Serebiam, filios eius atq; fratres eius decem & octo, sed & Hasabiã, & cum eo Esaiam de filijs Merari, fratres eius & filios eorũ uiginti. Et de Nethinæis, quos instituerat Dauid & principes, ut ministrarent Leuitis, Nethinæos ducentos uiginti, qui omnes expressi erant nominibus. Indixi quoq; illic ieiuniũ ad fluuium Ahaua, ut [c] adfligeremus nos coram deo nostro, & inquireremus ab eo uiam rectã, nobis, pubi nostræ, & omnibus rebus nostris. Puduit enim me postulare à rege exercitũ & equites, qui tutarentur nos ab hostibus in itinere. Nam sic dixeramus regi, Manus dei nostri est super omnes qui quærunt eum in simplicitate, potẽtia uero & furor eius contra omnes qui derelinquũt eum. Ieiunauimus itaq;, & inquisiuimus à deo nostro hac de re, & exaudiuit [d] nos. Tum separaui de principibus sacerdotũ duodecim, Serebiam, Hasabiam, & decem cum eis de fratribus eorũ, appendiq; eis argentũ, & aurum, & uasa Thruma ædis dei nostri, quæ separatim contribuerũt rex, consiliarij eius, & principes eius, uniuersusq; Israel, qui tum inuenti erant. Et appẽdi in manum eorum argenti talenta sexcenta & quinquaginta, uasorum argenteorum centum talenta, auri centũ talenta. Pelues aureas uiginti, habentes [e] solidos millenos, & uasa ænea auricoloria elegãtia duo expetibilia ut aurũ. Dixiq; ad eos, Vos estis consecrati DOMINO, & uasa quoq; sanctificata sunt, aurum & argentũ istud sponte data sunt DOMINO deo patrũ uestrorum. Vigilate & custodite, quousq; appenderitis coram præcipuis sacerdotibus, Leuitis, & præcipuis patribus Israelis in

Margin letters: A (at "qui"), B (at "De filijs Ioab"), C (at "Arielem"), D (at "& filios eorũ"), E (at "qui derelinquũt"), F (at "sa ænea").

Nathinæi.

Ieiunium.

[a] Alij legunt, minor natu.

[b] Alij legunt, ad fluuium Haba ad Ahaua.

[c] Alij legunt, ut humiliaremus, nã ana utrunq; significat.

[d] Ebr. Exoratus est nobis.

[e] Pro solidis alij drachmas legunt.

Digitized by Google

Ierusalem, in gazophylatijs ædis DOMINI. Acceperunt itaq; sacerdotes & Leuitæ pondus argenti & auri, atq; uasa, ut ferrent Hierosolyma in ædem dei nostri. Profecti aūt de flumine Ahaua duodecima mēsis primi, ut iremus Hierosolyma, manusq; dei nostri fuit super nos, & eripuit nos de manu hostiū & insidiatorum in itinere. Quumq; uenissemus Hierosolyma, māsimus ibi tribus diebus, die uero quarto appensum est argentū & aurū, atq; uasa in æde dei nostri per manum

Deus dux itineris Esdræ.

G Meremoth filij Vriæ sacerdotis, eratq; cum eo Eleasarus filius Pinhas, atq; cum illis erant Iosabad filius Iesua, & Noadia filius Binnui Leuitæ. Iuxta numerū & pondus omnium scriptū est uniuersum pondus eodē tempore. Porrò hi qui de captiuitate redierant, obtulerunt holocausta deo Israelis, iuuencos duodecim pro uniuerso Israele, arietes nonagintasex, oues septuagintaseptem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum DOMINI. Dederunt autem edicta regis satrapis regis atq; præfectis qui erant trans fluuium, qui [f]susceperunt populum & domum dei.

f Potest etiam legi, eleuauerunt, erexerunt, promouerunt.

CAP. IX.

Quid cum his actum sit qui gentium commertio matrimonia commacularunt.

A CVm hæc essent absoluta, accesserunt ad me principes, dicentes, Populus Israel, sacerdotes & Leuitæ non sunt separati à populis nationū, [quin] iuxta earum abominationes [fecerunt,] nempe Chananæorū, Hithæorum, Pherizæorum, Iebusæorum, Ammonitarum, Moabitarum, Aegyptiorū, & Amorræorum, duxerunt enim sibi & filijs suis de filiabus eorum, & commixtum est semen sanctum cum populis nationū, & manus quidem principum & magistratuum prima fuit in hac præuaricatione. Quum uero audissem hanc rem, discidi uestem meam, & chlamydē meam, euulsi crines capitis mei atq; barbæ meæ, sediq; desolatus. Congregati sunt itaq; ad me omnes qui formidarunt ad uerba dei Israelis, ob transgressionē eorum qui captiui fuerant, sediq; ego desolatus usq; ad sacrificium uespertinū.

3 Esd. 8. c

B Et in sacrificio uespertino surrexi ab adflictione mea, cum scissura uestis meæ atq; pallij mei, flexi genua mea, expandiq; manus meas ad DOMINVM deum meū, & dixi, Mi deus, pudore suffundor, & erubesco faciem meam attollere ad te deus meus, quoniā iniquitates nostræ caput nostrū transcendūt, & delictū nostrum increuit ad cœlos usq;, à diebus patrum nostrorū sumus in magna culpa in hunc usq; diem, & in iniquitatibus nostris traditi sumus nos, reges nostri & sacerdotes nostri in potestatē regum nationum, in gladium, in captiuitatem, in despectionem, & ut pudefieremus facie, ut hæc dies [testatur.] Et nunc quidem nō adeo pridem subita miseratione dignatus est nos DOMINVS deus noster, ut reliquas faceret nobis reliquias quasdam, & ut daret nobis clauum in

Confessio peccatorū.

C loco [a]suo sancto, ut illuminaret oculos nostros deus noster, utq; daret nobis uel modicam [b]respirationem in seruitute nostra. Serui enim sumus nos, & in seruitute nostra non deseruit nos deus noster, sed inclinauit super nos beneficentiam in conspectu regum Persarum, ut daret nobis uiuificationem ad erigendum ædem dei nostri, & ad instaurandum uastitates eius, & ut daret nobis [c]murum in Iuda & Ierusalem. Quid uero nunc post hæc dicemus deus noster? Quandoquidem deseruimus mandata tua, quæ mandasti per manum seruorum tuorum prophetarum, dicens, Terra quam uos ingredimini ut eam possideatis, terra est immunda, propter impuritatem populorum regionū, propter abominationes inquam eorum quibus impuritatibus suis eam impleuerunt ad [d]summum usq;: ne ergo

a Vel, in loco sanctitatis suæ.
b Viuificatio pro respiratione.

c Sepes uel murus pro munitione urbis.

Deut. 7. a

d Hb. Ore ad os.

D elocetis filias uestras filijs eorum, neque filias eorum nuptui tradatis filijs uestris, neq; quæratis pacem eorum aut bonum eorum perpetuò, ut roboremini, & comedatis bonum terræ, utq; illam hæreditate capiatis filijs uestris in æternum. Posteaquam uero omnia super nos uenerunt propter opera nostra mala, & propter ingentia delicta nostra, tu tamen ô deus noster pepercisti, ne [nos]

deprimeres

Digitized by Google

deprimeres ob iniquitates nostras, quin dedisti nobis reliquias, quemadmodũ hoc [declarat.] Num ergo relabi nos [conueniebat] ut irrita faceremus præcepta tua, & affinitatem contraheremus cum populis abominationũ illarum? An non [merito] irasceris cõtra nos, donec [nos] consumas, ut neq; reliquiæ [supersint,] nec qui euadant? DOMINE deus Israelis, tu iustus es, quoniã relictæ sunt nobis reliquiæ quędã, id quod hodierna dies [declarat,] ecce nos sumus corã te in delictis nostris, & ob id ne cõsistere quidẽ poterimus in cõspectu tuo.

CAP. X.

Fœdus sancitur, ut relictis uxoribus alienigenis mundẽtur, et qui tales fuerint recẽsentur.

1.Esd.8.g QVũ ergo Esras oraret, flens confiteretur, & prostratus iaceret ante ædem dei, cõgregati sunt ad eum ex Israelitis cœtus ualde magnus uirorum, mulierum & puerorũ, quoniã populus fleuit magno fletu. Respondens autem Sechanias filius Iehiel de filijs Elam, dixit ad Esram, Nos præuaricati sumus contra deũ nostrũ, quod collocauimus [nobis] uxores exteras de populis terræ, at spes est Israeli quod ad hanc rem attinet, [a] feriemus enim iam fœdus cum deo nostro, & eijciemus cunctas uxores, cumq; ipsis & prolem iuxta consilium DOMINI & eorum qui trement ad præcepta dei nostri, fiatq; iuxta legem. Surge, quo- A

1.Esd.9.a niam hoc negotiũ tibi [incumbit,] nosq; tibi aderimus, fortis ergo sis, & [rem] adgredere. Surrexit itaq; Esras, & sacramento adegit principes, sacerdotes, Leuitas & uniuersum Israelem, ut agerent iuxta hoc uerbũ: & iurarunt. Surrexit itaq; Esras ante ædem dei, & ingressus est in camerã Iehohanan filij Eliasib: quumq; illuc esset ingressus, nec panem comedit, nec aquã bibit, quod mœstus esset ob transgressionem eorum qui è captiuitate redierant. Proclamarunt autem uoce per Iudam & Ierusalem, ut congregarentur Hierosolymis cuncti qui abducti fuerant: B quicunq; uero non ueniret intra triduum, iuxta consilium principum atq; seniorum, publicaretur uniuersa substantia eius, ipseq; separaretur à cœtu eorum qui è captiuitate rediert. Congregati sunt itaq; omnes uiri Iuda & Beniamin Hierosolymis intra tres dies, mense nono, uicesima mensis, sederuntq; uniuersus populus in platea dei, trementes hac de re, & propter pluuias. Surgens autem Esras sacerdos, dixit ad eos, Vos præuaricati estis, collocastisq; [uobis] uxores exteras, ut adijceretis delicto Israelis, nũc igitur date [b] laudem DOMINO deo patrum uestrorum, & facite uoluntatẽ eius, & separemini à populis terræ, atq; ab uxoribus exteris. Responderunt autẽ cuncta multitudo, & dixerũt uoce magna, Omnino quẽadmodũ loquutus es ad nos, faciemus, at populus multus est, et tẽpus pluuiũ, nec potest (populus) stare in platea foris: ad hæc opus hoc nõ est diei unius aut duorũ, nam hac re multũ peccauimus. [c] Præficiãtur quęso principes nostri uice totius cœtus, & quicũq; est in ciuitatibus nostris, qui collocauit uxores exteras, ueniat is pręfinitis tẽporibus, sintq; cum eis seniores cuiuslibet ciuitatis atq; iudices eius, quousq; auertant furorẽ iræ dei nostri à nobis, quantũ ad hoc negotiũ attinet. C Præfecti sunt aũt huic negotio Ionathan filius Asahelis, & Iahsia filius Thikua: quibus auxilio erant Mesullam & Sabbetai Leuites. Fecerũt ergo sic qui è captiuitate redierant, & [d] separati sunt Esras sacerdos, & uiri [e] præcipui scilicet patres, iuxta domos patrũ suorũ, quisq; nomine [suo,] sederuntq; die prima mensis decimi, ut inquirerẽt rem. Exequuti aũt sunt [negotiũ hoc] cum oĩbus uiris qui collocauerant [sibi] uxores exteras, usq; ad diem primum mensis primi. Et deprehensi sunt de filijs sacerdotũ qui [sibi] collocauerant uxores exteras. De filijs Iesua filij Iosedek, & de fratribus eius Maesia & Elieser, Iarib atq; Gedalia. Et [f] dederũt manus suas ut eijcerẽt uxores suas, & expiarẽt delictũ suũ ariete ouiũ. Et de filijs Imer Honani et Sebadia. De filijs Harim, Maasias et Elias, Semaias, Iehiel & Vsias. De D filijs Pashur, Elioenai, Maesia, Ismael, Nethaneel, Iosabad, Eleasa. De Leuitis autẽ Iosabad, Simei, Kelaia, (qui & Kelita,) Petahia, Iuda atq; Eliescr. Et de cantoribus,

Confessio laudis.

[a] Alij legunt, tu declinasti infra de iniquitatibus nostris, hoc est, demersisti eas ne uiderentur, neue apparerent.

[a] Ferire fœdus, pro instaurare fœdus & renouare.

[b] Alij legũt, date cõfessionem, hoc est, fatemini uos peccasse, nec negate, nec extenuate crimen.

[c] Eb. Stẽt quæso, sed stare hic super negotio, est, præfectũ esse negotio, utiq; hoc frequẽs est, quod stãdi uerbum pro accinctum esse ad aliquod negotium ponitur & ministrandi.

[d] Separati, id est selecti.

[e] Alij legunt, uiri nominati, hoc est, illustres.

[f] Dare manus, significat sese dedere, & fateri uictum esse.

Digitized by Google

Eliasib: & de ianitoribus, Sallū & Tælem atq; Vri. Ex Israele: de filijs Pharhos, Ramia, Iesia, Malkia, Miamin, Eleasar, Malkia, atq; Benaia. De filijs Elam, Mathania, Zacharias, Iehiel, Abdi, Ierimoth, & Elias. De filijs Zatthu, Elioenai, Eliasib, Mathanias, Ierimoth, Sabad, Asisa. Et de filijs Bebai, Iehohanan, Hanania, Sabai & Athlai. De filijs Bani, Mesullam, Malluch, Adaia, Iasub, Seal & Ieramoth. De filijs ducis Moab, Adna, et Chelal, Benaia, Maesia, Mathania, Bezaleel, Binnui & Manasse. Filij uero Harim, Eliezer, Iisia, Malkia, Semahia & Simeon, Biniamin, Malluch & Semaria. De filijs Hasum, Mathenai, Mathatha, Sabad, Eliphelet, Ieremai, Manasse & Semei. De filijs Bani, Maëdai, Amram, & Vel, Benaia, Bedia, & Cheluhu, Vania, Meremoth, Eliasib, Mathania, Mathenai et Iaesai, Bani, Binnui, & Semei, Selemia, Nathan, & Adaia, Machnadbai, Sasai, & Sarai, Asreel, Selemia & Semaria, Sallum, Amaria, & Ioseph. De filijs Nebo, Iehiel, Mathatias, Sabad, Sebina, Iaddai, Ioel & Benaia. Omnes isti duxerāt uxores exteras, & ex his quædam erant quæ liberos pepererant.

Liber Nehemiæ, qui & secundus Ezræ dicitur.

CAPVT I.

Luget Nehemias & deplorat captiuitatem populi.



A ERBA Nehemię filij Hachaliæ. Et factū est in mense Kisleu, anno uicesimo, fui ego in Susan arce, uenitq; Hanani unus ex fratribus meis, ipse & uiri de Iuda, quos interrogaui de Iudæis qui reliqui erant ex captiuitate, & de Ierusalem. Dixerūt autem mihi, Qui reliqui sunt relicti de captiuis, sunt ibi per prouinciam in adflictione magna, & in opprobrio: ad hęc est murus Ierusalem interruptus, & portæ eius exustæ

B igne. Et factum est quum hæc audissem, sedi & fleui, et mœstus [aliquot] diebus, ieiunaui & oraui corā deo cœli, & dixi, Obsecro DOMINE deus cœli, deus magne, & terribilis, seruans fœderis & beneficentiæ [a]his qui te diligūt, & mandata tua obseruant: sit quæso auris tua attenta, & oculi tui aperti, ut audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie, die noctuq; pro filijs Israelis seruis tuis,

C & confiteor peccata filiorū Israelis quæ peccauimus cōtra te, quin ego & domus patris mei peccauimus. Omnino dissoluti sumus tibi, neq; custodiuimus præcepta, ceremonias & iudicia quæ præcepisti Mosi seruo tuo. Memineris quæso uerbi quod mandasti Mosi seruo tuo, dicens, Vos quum perfide agetis, ego dispergam uos inter gentes: quod si reuersi fueritis ad me, & custodieritis præcepta

D mea, feceritisq; ea, etiamsi propulsi fueritis usq; ad extremitatem cœlorum, illinc congregabo eos, & adducam eos ad locum quem elegi, ut ibi collocem nomen meum. Et illi quidem serui tui sunt, & populus tuus, quem redemisti uirtute tua magna, & manu tua ualida. Obsecro domine, sit quæso auris tua intenta ad orationem serui tui, & ad precationem seruorū tuorum, qui cupiunt timere nomen tuum: & prospere age hodie quæso cum seruo tuo, & fac ut misericordiam inueniat coram uiro illo. Equidem ego eram regi à poculis.

[a] Mutaui personam non sine causa.

Ieiunium et oratio. Dan. 9. a

Deut. 28. 30. Miserationes dei.

CAPVT II.

Nehemias

Nehemias impetrat copiam abeundi ad suos qui erant Hierosolymis.

CONtigit ergo in mense Nisan, uicesimo anno Artaxersis regis, ut uinum A
esset ante eum, egoq; leuato uino præbere illud regi, neq; [a] fueram [antea]
tristus coram eo. Tum dixit rex ad me, Cur [b] tristis est uultus tuus, quũ non ægrotes? non potest id fieri quin corde habeas quod doleat. Ego uero uehementer timui, dixiq; ad regem, Rex uiuat in æternum, quur uero uultus meus tristis non esset, quum urbs & domus sepulchrorum patrum meorum uastatæ sint, portæ uero eius igni exustæ? Tum ait rex ad me, Quid ergo tu postulas? (ego [interim] orabam ad deum cœli.) Respondi ego regi, Si placet regi, siq; seruus tuus gratiam nanciscitur in conspectu tuo, [peto] ut mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchrorum patrum meorum, ut illam ædificem. Dixit ergo rex ad me se- B
dente penes eum uxore, Quantum temporis sumet sibi profectio tua? aut quando tandem redibis? Placuit ergo regi, & dimisit me, & constitui ei certum tempus: dixiq; regi, Si uisum fuerit regi, dentur mihi literæ ad duces qui sunt ultra fluuium, qui me transducant donec ueniam in Iudæam. Deinde & epistola ad Asaph custodem regij saltus, ut det mihi ligna pro tignis ad portas palatij quod est iuxta templum, & ad muros ciuitatis, atq; pro domo ad quam uenio. Dedit ergo rex mihi iuxta manum dei mei, quæ bona erat erga me. Quum autem uenirem ad præfectos trans fluuium, dedi illis epistolas regis: miserat autem rex mecum imperatores exercitus & equites. Quumq; audisset Sanballat Horonites, & Tobias seruus Ammonites, admodum displicuit eis, quod uenisset homo qui [c] studeret commodis Israelitarum. Veni ergo Hierosolyma, & mansi illic tres C
dies, surgensq; noctu ego, & uiri pauci mecum, nec ulli hominũ indicaui quid deus meus indidisset cordi meo, ut facerem Hierosolymis: ne iumentum quidem mecum erat, nisi iumentum cui insidebam. Egressus autem portam uallis noctu coram fonte draconum, ad portam sterquilinij, [b] consideraui muros Ierusalem qui rupti erant, & portas quæ igne erant consumptæ. Transiui ad portam fontis atque piscinam regis, neq; locus erat iumento subter me ut transiret. Ascendi autem noctu per torrentem, & rursus considerabam murum, reuersusq; ueni per portam uallis, & redij. Porrò magistratus nesciebant quo ego abijssem, aut quid facerem: imò nec Iudæis, nec sacerdotibus, nec nobilibus, nec magistratibus, nec reliquis qui opus faciebant hactenus indicaueram. Dixi ergo ad eos, Vos uidetis calamitatem in qua sumus, quomodo Ierusalem uastata sit, & portæ D
eius igni exustæ, adeste igitur, ædificabimus murum Ierusalem, ne ultra simus probro. Indicaui præterea eis manum dei mei, quod hæc bona esset erga me, similiter & uerba regis quæ dixerat mihi. Illi autem dixerunt, Surgamus igitur, & ædificemus: roborauerũtq; manus suas ad bonum. Audiens autem Sanballat Horonites, & Tobias seruus Ammonites, & Gæsem Arabs, subsannarunt nos, & illuserunt nobis, dicentes, Quæ est hæc res quam uos facitis? an non aduersus regem paratis defectionem? Ego uero respondens illis, dixi ad eos, Deus cœli dat nobis prosperum successum, & nos serui eius consurgentes ædificamus, uobis autem non est pars, neq; ius, neq; memoria in Ierusalem.

CAP. III.

Diligenter describit ædificium.

SVrrexit autẽ Eliasib sacerdos magnus atq; fratres eius sacerdotes, & ædificA
uerunt portã gregis, hi sanctificauerunt eam, & collocarũt ostia eius, & usq; ad turrim Mea [a] sanctificarunt eam, et usq; ad turrim Hananeel. Et ad manũ eius ædificauerũt uiri Iereho, & ad ad manũ eius ędificauit Sachur filius Imri. Portam autẽ pisciũ ædificauerunt filij Senaa, qui & trabes eius posuerunt, & collocauerunt ostia eius, seras eius, & repagula eius. Ad manũ eorum firmauit Meremoth filius Vriæ filij Hakoz: & ad manum illorũ ædificauit Mesullam filius Berechiæ

Oratio.

Manus dei

Consideratio ruinarum.

Muri Ierusalem ædificantur.

Catalogus ædificantiũ murum.

[a] Alij legũt, fui ei tristis, hoc est, uidebar ei afflictus. Vis est in lo & po: quidã legunt, nõ fui ingratus in cõspectu eius. Potest & interrogatiue legi, an non essem tristis ante eum?
[b] Ebr. Cur tristes sunt uultus.

[c] Ebr. Qui quæreret bonum filijs Israel.

[b] Alij legunt, dirui.

[a] Sanctificare Iudæi exponũt pro magnifice præparare; potest etiã intelligi pro ordiri & fundamenta iacere: Sic firmare pro ædificare usurpant.

Digitized by Google

B filij Mesesabeel: ad illorũ manus firmauit Zadok filius Baana: ad quorum manum
ædificauerunt Thekoitæ: magnates uero eorum non inseruerunt collũ suũ in o-
pus domini sui. Portam uero ueterem instaurarunt Ioiada filius Pasea, & Mesul-
lam filius Besodię, hi posuerunt trabes eius, & collocarũt ostia eius, seras eius, atque
uectes eius. Ad illorũ manũ ædificauit Melatia Gibeonites, & Iadon Meronoti-
tes uiri Gibeon & Mizpa, pro [b] Kisse præfecto trans fluuium. Ad illorũ manũ ædi-
ficauit Vsiel filius Harhaia ex metallarijs, ad cuius manũ ædificabat Hananias fi-
lius [c] Harakahim, [d] & reliquerunt Ierusalẽ usque ad murũ latum. Porrò ad manum
C istorum ædificauit Rephaia filius Hur, primarius dimidiæ partis Ierusalẽ, & iux-
ta illorum manũ ædificauit Iedaia filius Harummaph, & iuxta domũ eius: ad il-
lius manum ædificauit Hattus filius Hasabnia. Alteram partẽ instaurauit Malkia
filius Harim & Hassub filius ducis Moab, atque turrim [e] Tanurim. Ad manum
huius ædificauit Sallũ filius Halohesch primarius dimidiæ partis Ierusalẽ, ipse &
filię eius. Portã uallis reparauit Hanun & habitatores Sanoah, ipsi ædificauerunt
eam, & collocarunt ostia eius, seras eius, & uectes eius, & mille cubitos in muro
usque ad portã stercoris. Portã uero stercoris reparauit Malkia filius Rechab prin-
ceps collegij Bethcarem, ipse instaurauit eam, et posuit ualuas eius, seras eius, atque
D uectes eius. Portã fontis reparauit Sallũ filius Chalhose, primarius collegij Miz-
pa: is inquam ædificauit eam, contexit eam, collocauit ostia eius, seras eius, & ue-
ctes eius: sed & murum piscinę [f] Selah uersus hortũ regis, & usque ad gradus descen-
dẽtes à ciuitate Dauidis. Post eum ædificauit Nehemias filius Asbuk, primarius
dimidij collegij Beth Zur, usque ad [locum] è regione sepulchrorũ Dauidis, et usque
ad piscinam factam, & usque ad domũ fortium. Post hunc ædificauerunt Leuitæ,
Rehum filius Bani, & ad eius manum ædificabat Hasabia primarius dimidij col-
legij Keila in collegio suo. Post hũc ædificabãt fratres eorũ Bauai filius Henadad,
E primarius dimidij collegij Kehila: & ad huius manum ædificabat Eser filius Ie-
sua princeps Mizpa partẽ alterã è regione ascensus armamentarij angularis. Post
hunc indignatione quadã motus ædificauit Baruch filius Sachai alterã [g] partem
ab angulo usque ad ostium domus Eliasib sacerdotis magni. Post hunc ædificauit
Meremoth filius Vrię filius Hakoz mensuram secundam ab ostio domus Eliasib,
usque ad finem domus Eliasib. Post illum ædificauerũt sacerdotes uiri planitiei, &
post illum ædificabat Beniamin & Hassub contra domum suam: post hunc ædifi-
F cauit Asarias filius Maasię filij Ananię iuxta domum suam. Post hunc ædificabat
Binnui filius Henadad mensuram secundam à domo Asarię usque ad angulum &
usque ad flexuram. Palal deinde filius Vsai à conspectu anguli & turris prominen-
tis à domo regis superiori, quę erat iuxta atrium carceris: post eum Pedaiah filius
Pareos. Porrò Nethinæi habitabant in munitione usque ad prospectũ portæ aqua-
rum ad Orientem, & turrim prominentem. Post illum ædificabant Tekoitę alte-
ram mensuram à prospectu turris magnę prominentis, usque ad murũ munimẽti.
G Porrò à porta equorum ædificabant sacerdotes, quisque è regione domus suæ. Post
illum ædificabat Zadok filius Imer è regione domus suæ, & post eum ædificauit
Semeias filius Sechaniæ custos portæ orientalis. Post hunc ædificauit Hanania fi-
lius Selemiæ, & Hanum filius Zalaph sextus, mensuram alteram: post eum ædifi-
cauit Meschulam filius Berechiæ è regione cameræ suæ. Post illũ ædificauit Mal-
kia filius aurifabri usque ad domum Nethinæorum & negotiatorũ cõtra portam,
Miphkad usque ad cœnaculum anguli flexi. Inter cœnaculũ uero anguli flexi usque
ad portam gregis ædificauerunt aurifabri & negotiatores. CAP. IIII.

[b] Quidam kisse appellatiuum faciunt pro solio.
[c] Quidam Rakahim exponũt pro aromatarijs.
[d] Iudæi asab pro roborarunt exponunt.
[e] Quidam Tanurim appellatiue exponunt, furnorũ: & halohesch incãtatoris.
[f] Quidã Silo exponunt.
[g] Pro parte alij uicẽ legunt uel confinium.

Præfecti gentium conantur impedire opus, sed Iudæi pergunt confisi domino.

A QVum uero audisset Sãballat quod ædificaremus murum, iram mouit ei,
uehementerque indignatus est: subsannans ergo Iudæos, dixit coram fra-
tribus

tribus suis & militibus Samariæ: sic autem dixit, Quid faciunt imbecilles Iudæi? num permittetur [hoc] eis? num sacrificabunt? num [uno] die perficient? nũ lapides ex aceruis pulueris qui cõbusti sunt excitabunt? Erat aũt Tobias Ammonites penes eum, & ait, Aedificent sanè, uulpes ascendet, & murum eorũ lapideum dirumpet. Audi deus noster, despecti enim sumus, tu rependè opprobriũ eorũ in caput eorũ, & fac eos despectos in terra captiuitatis eorũ, ne operias iniquitatem eorum, & peccatũ eorum corã facie tua nõ deleatur, quia ad indignationem irritarunt ædificantes. Aedificauimus itaq; murũ, & colligatus est totus murus usq; ad dimidiam partem eius, & populus animũ habuit ad ædificandũ. Factum uerò est quũ audisset Sanballat, & Tobia, Arabes, Ammonitæ & Azotij, quod [a] murus Hierosolymitanus reparatus esset, quod cœpissent interruptiones obstrui, uehementer irati sunt. Conspirarunt itaq; pariter omnes, ut proficiscerentur & oppugnarent Hierosolyma, negotiumq; ei facesserent. At nos orauimus ad deũ nostrum, & constituimus custodiam cõtra eos, die noctuq; propter eos. Dixit autem Iuda, Robur baiulorum elanguit, interim plurimum ruderis est, ut nõ possimus ædificare in muro. Ad hæc dixerunt hostes nostri, Non sciant neq; uideant, donec uenerimus inter eos, & interfecerimus eos, effecerimusq; ut cesset opus. Contigit quoq; ut uenientes Iudæi qui iuxta illos habitabant, dicerent nobis decies, ex omnibus locis ex quibus ad nos [b] diuerterent. Constitui ergo ab inferioribus locis post murũ in loca munitiora, collocaui inquam populum per familias cum gladijs suis, cum lanceis suis, atq; arcubus suis. Quumq; uidissem, surrexi, & dixi ad nobiles & ad magnates, adq; reliquũ populum, Ne timueritis ab illis, memineritis potius domini magni & terribilis, pugnateq; pro fratribus uestris, filijs uestris, filiabus uestris, uxoribus uestris, atq; domibus uestris. Quum uero audissent hostes nostri rem nobis cognitam esse, irritum fecit deus consilium eorum, nosq; omnes reuersi sumus ad murũ, quisq; ad opus suum. Ab eodem die pars iuuenũ opus faciebant, pars eorum tenebant lanceas, scuta, arcus & loricas, principes uerò erant post uniuersam domum Iuda. Porrò qui murum extruebant & baiulatores, ac qui onera imponebant, altera manu sua opus faciebãt, altera uero telum tenebant: & ædificantium singuli accincti erant gladijs suis super lumbos suos, simulq; ædificabant, clangor uero tubæ penes me erat. Dixi aũt ad nobiles & ad magnates reliquumq; populũ, opus hoc ingens est & amplum, nos uero super muro dispersi sumus longius quisq; ab alio: quocunq; ergo loco sonitum cornu audieritis, illuc congregemini ad nos, & deus noster pugnabit pro nobis. Nos operi insistemus; cæterum pars illorum lanceas tenebit ab ascensu auroræ, donec stellæ oriantur. Tum quoq; dixi ad populum, Quisq; cum puero suo pernoctet in medio [urbis] Hierosolymæ, ut noctu sint nobis excubiæ, interdiu autẽ opus. Porrò ego, fratres mei, pueri mei, uiriq; qui excubabant retro me, uestes nostras non exuebamus, ne [c] meiendi quidem gratia.

Oratio Nehemiæ.

B

Armati ædificant muros Ierusalem.

C

D

CAP. V.

Oritur clamor in populo propter egestatem & caritatem.

ORtus aũt est ingens clamor populi & uxorũ eius contra fratres eorum Iudæos. Erant enim qui dicerent, Filiorum nostrorũ, filiarum nostrarũ, nostrumq; plures sunt, frumentum ergo accipere [[a] cogimur,] ut comedamus & uiuamus. Erant deinde qui dicerent, Agros nostros, uineas nostras, & domos nostras oppignorauimus, ut in fame frumentum acciperemus. Erant postremo qui dicerent, Mutuo accepimus pecuniam, ut tributũ regi [penderemus] super agros nostros & uineas nostras, & ecce caro nostra est sicut caro fratrum nostrorũ, & filij nostri sicut filij eorũ, & ecce in seruitutem redegerũt nos, filios nostros & filias nostras, ut seruiant, suntq; quædam ex filiabus nostris seruituti subiectæ, neq; suppetit nobis facultas: deinde & agros nostros & uineta nostra alij habent. Doluit

A

[a] Eb. Quod ascẽdisset cicatrix muri.

[b] Taschubu secundã personam mutaui in tertiã, quod simplicius sic uideretur: alij aliter, sed sensus sine uerbo intellecto non constabit.

[c] Alij legunt, nisi lauandi causa.

[a] Cogimur addidi, quod mihi Ebraica uim hanc continere uidebantur: nisi malimus futura in præterita mutare, quod clariorẽ redderet sensum, & causam seditionis exprimeret.

Digitized by Google

B hoc mihi uehementer quum audirem clamorem eorum, & huiusmodi uerba, & consilium cepi in corde meo, obiurgauiꝗ magnates & proceres, dixiꝗ ad eos, Vos imponitis onus quisꝗ super fratrem suum: indixi etiam eis magna comitia, dixiꝗ ad eos, Nos redemimus fratres nostros Iudæos, qui uenditi fuerunt gentibus, quantum quidem potuimus, & uos iterum uenditis fratres uestros qui à nobis redempti sunt? Illi uero tacuerunt, nec inuenerũt quid responderent. Et dixit [Nehemias,] Quod uos agitis, nõ est bonum, an non in timore dei nostri ambularetis, propter probrum gentiũ quæ nos odiunt? Et ego, & fratres mei, atꝗ pueri mei, commodato damus eis pecunias et frumentũ, remittamus quæso hæc onera. Restituite quæso eis hodie agros suos, uineas suas, olіueta sua, & domos suas, &

Vsuræ prohibentur.

C centesimam pecuniæ & frumenti, uini & olei, quam per usuram ab eis exegistis. Tum illi dixerũt, Restituemus, nec ab eis exigemus, faciemus quemadmodũ dixisti. Aduocans autem sacerdotes, iuramentoꝗ illos adegi, ut facerent iuxta uerbum istud. Ad hæc excussi gremiũ meum, & dixi, Sic excutiat deus omnẽ uirum qui nõ ratũ habuerit uerbũ istud, de domo sua, & de labore suo, ut sic excussus sit & uacuus. Dixitꝗ tota concio, Amen, laudaueruntꝗ DOMINVM: & fecit populus iuxta uerbum istud. Quin ab ea die, qua me constituit ut dux essem in terra Iuda, ab anno uicesimo usꝗ ad annũ tricesimumsecundum Artaxersis regis, an-

D nis nempe duodecim, ego cum fratribus meis cibũ præfecto [debitũ] nõ comedi: priores autem duces qui ante me fuerant, grauarunt populũ, acceperuntꝗ ab eis panem & uinũ, tandem etiã argenti quadraginta siclos: quin & pueri eorũ tyrannidem exercuerũt in populũ, ego uero sic non feci propter timorem dei. Insuper & hunc murum operando instauraui, nec agrum emimus, sed cuncti pueri mei congregati sunt ibi ad opus. Porrò Iudæi & magistratus centum & quinquaginta uiri, & qui ueniebant ad nos ex gentibus quæ circum nos sunt, [edebant] in mensa mea. Hinc factum est, ut singulis diebus pararetur bos unus, oues electæ sex: sed & aues parabantur mihi: decimo quoꝗ die dabatur omnibus uinum affatim: nec tamen hac in re panem præsidi [debitũ] exegi, nam aggrauata erat seruitus super populum istum. Memineris mihi deus meus ad bonũ, quodcunꝗ feci populo huic.

Ducis fides & uirtus.

CAPVT. VI.

De insidijs Sanballat & Tobiæ quas parant Nehemiæ.

A FActum est præterea quum auditum esset à Sanballat & Tobia, à Gæsem Arabe, reliquisꝗ hostibus nostris, ꝙ murum ædificassem, ut nulla in eo superesset ruptura, licet ad hoc tempus usꝗ ualuas nondum collocauissem in portis, misit Sanballat & Gesem ad me huiusmodi mãdatis, Veni, & consultabimus inter nos in uiculis quæ sunt in planitie Ono. Hi autem moliebantur me afficere malo. Ego igitur misi nuncios ad eos, qui dicerent, Opus ingens ego facio, nec potero descendere: cur enim interquiesceret opus? [quod fieret] si remitterem, & ad uos descenderem. Ad hunc modum quater ad me miserunt, ego uero eis iuxta hunc

B modũ respondi. Tum rursum misit ad me Sanballat quinto puerũ suum eisdem uerbis, qui epistolam apertã habebat in manu sua, in qua scriptũ erat, Auditum est in gentibus, atꝗ Gæsem hoc dixit, te cum Iudæis defectionem meditari, et in hoc te extruere murum, ut rex eorum fias: [& alia] in hanc sententiam. Ad hæc institueris prophetas, qui prædicent de te in Ierusalem, dicentes, Rex est in Iuda: nunc uero huiusmodi sermones apud regem audientur, ueni igitur ut inter nos consultemus. Tum misi ad eum, dicens, Non est factum secundum uerba ista quæ

Epistola ad Nehemiam

C tu dicis, quin tu ea ex corde tuo cõminisceris. Omnes enim illi terrebant nos, dicentes, Dissoluãtur manus eorũ ab opere, ne absoluatur. Nunc [a] igitur [ô deus,] corrobora manum meam. Ego quoꝗ ueni in domũ Semaiæ filij Delaiæ, filij Mehetabel, qui erat clausus, & dixit, Conueniamus ad domũ dei in medio tem-

Responsio Nehemiæ.

a Ex ingenti affectu incidit in orationem ad deum.

pli,

Digitized by Google

pli claudamusq; ostia templi,quoniã ueniunt ut te occidant, atq; noctu uenient te interfecturi. Tum respondi, Num uir qualis ego sum fugiet? nũ quispiã qualis ego sum templum ingredietur, ut uitam tueatur? Nequaquã ingrediar. Tum cognoui quod deus non misisset eum, ut ad me prophetaret, sed q; Tobias & Sanballat mercede eum conduxerant: atq; in hoc erat conductus iste, ut territus id facerem, peccaremq;, ut famam [de me] malam haberent, quam mihi probro obijcerent. Memineris ô deus meus, Tobiæ & Sanballat, quemadmodũ illa fecerint, sed & Noadiæ prophetissæ, & reliquis prophetis qui me terruerunt. Absolutus D est itaq; murus uigesimaquinta [die] Elul, post quinquagesimum secundũ diem. Postquam uero audissent omnes hostes nostri, [b] uidissentq; omnes gentes quæ circum nos erant, [c] cadebant ualde in oculis suis, cognoueruntq; à deo factũ esse opus hoc. Etiam eisdem temporibus illustres quidam in Iuda frequenter missitabant epistolas suas ad Tobiam, & rursum à Tobia uolitabant ad istos. Nam multi in Iuda confœderati ei erant, quod gener esset Sechaniæ filij Arah, deinde & filius eius Ionathan duxerat filiam Mesullam filij Berechiæ. Quin & bonitatem eius coram me prædicabant, & rursus uerba mea foris spargebant apud eum, ut mitteret Tobias epistolas ad me terrendum.

[b] Quidam pro uidissent, legũt, timuerũt. [c] Cadere in oculis, loquutio est pro timere, aut cõsilio esse destitutum, alij pro humiliatum esse exponunt.

CAPVT VII.

Quæ post extructionem murorum facta sint.

ET factum est postquam extructus esset murus, collocaui & ostia, & constituti A sunt ianitores, cantores atq; Leuitæ. Tum præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi arcis Hierosolymitanæ, (erat enim is uir fidelis & dei, præ multis, metuens,) dixi inquam ad eos, Ne aperiantur portæ Ierusalem donec sol incaluerit, donec uero steterint [in excubijs,] claudantur portæ firmenturq;: erant enim constitutæ custodiæ ex ciuibus Hierosolymitanis, quisq; scilicet in custodia sua, & quisque è regione domus suæ. Nam ciuitas utrinq; ampla erat & magna, populusq; paucus in ea, & domus nõ erant extructæ. Dedit insuper deus meus in cor meum, ut conuocarem optimates, magnates, & populum, ut familias suas indicarent, inueniq; librum prosapiæ eorum qui primũ ascenderant, inueniq; in B eo scriptũ, Hi sunt filij prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate transmigrationis, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt Hierosolyma & in Iudam, quisq; in ciuitatẽ suam. Qui uenerunt cum Serubabele, Iesua, Nehemias, Asarias, Raamias, Nahamani, Mardochai, Bilsan, Mispereth, Biguai, Nehum, Baana. Numerus uirorum populi Israel. Filiorum Pharos, duo millia, centum & septuagintaduo. Filiorũ Sephatiæ, trecenti & septuagintaduo. Filiorum Arah, sexcenti & quinquagintaduo. Filiorum ducis Moab, filiorũ Iesua & Ioab duo millia octingenti, decem & octo. Filiorũ Elam, mille, ducẽti, & quinquagintaquatuor. C Filiorũ Zathu octingenti quadragintaquinq;. Filiorũ Sachai, septingenti & sexaginta. Filiorum Binnui, sexcenti quadragintaocto. Filiorum Bebai, sexcenti uigintiocto. Filiorum Asgad, duo millia, trecenti & uigintiduo. Filiorum Adonikam, sexcenti & sexagintaseptem. Filiorum Biguai, duo millia sexaginta & septem. Filiorũ Adin, sexcenti & quinquagintaquinq;. Filiorũ Ater ex Hiskia, nonagintaocto. Filiorum Hasum, trecenti uigintiocto. Filiorum Bezai, trecenti uigintiquatuor. Filiorum Hariph, centũ & duodecim. Filiorum Gibeon, nonagintaquinq;. Virorũ Bethlehem & Netopha, centũ & octogintaduo. Virorũ Anathoth, centum & uigintiocto. Virorũ Beth Asmaueth, quadragintaocto. Virorũ Kiriath Iearim, Kephira & Beeroth, septingenti & quadragintatres. Virorum Rama & Geba, sexcenti & uigintiunus. Virorum Michmas, centum D & uigintiduo. Virorum Bethel & Hai, centum uigintitres. Virorum Nebo alterius, quinquagintaduo. Filiorum Elam alterius, mille ducenti & quinquaginta quatuor. Filiorum Harim, trecenti & uiginti. Filiorum Iericho, trecenti & qua-

Eccli 49.d

Populi numeratio. 1.Esd.2.a

Digitized by Google

dragintaquinq;. Filiorum Lod,Hadid, & Ono,septingenti & uigintiunus. Filiorum Senaa,tria millia, nongenti & triginta. Sacerdotes. Filiorum Iedaiæ de domo Iesua,nongenti & septuagintatres. Filiorum Immer,mille & quinquagintaduo. Filiorum Pashur, mille, ducenti & quadragintaseptem. Filiorum Harim, mille atq; decem & septem. Leuitæ. Filiorum Iesua ex Kadmiel,et ex filijs Hoduæ, septuagintaquatuor. Cantores. Filiorum Asaph,centum & quadragintaocto. Ianitores. Filij Sallum,filij Ater,filij Talmon,filij Accub,filij Hatita,filij Sobai: [o-
E mnium illorum] centum trigintaocto. Nethinæi. Filij Ziha,filij Hasupha, filij Tabaoth,filij Keros,filij Sia,filij Padon,filij Lebana,filij Hagaba,filij Salmai,filij Hanan,filij Giddel,filij Gahar,filij Rehaia,filij Rezin, filij Nekoda, filij Gasam,filij Vssa,filij Paseah,filij Besai,filij Meunim,filij Nephusim,filij Bakbuk, filij Hakupha,filij Harhur,filij Bazlith,filij Mehida,filij Harsa, filij Barkos, filij Sisera,filij Thamah,filij Nezia,filij Hatipha. Filij seruorum Solomonis,filij Sotai, filij Sophereth,filij Pherida,filij Iaala,filij Darkon,filij Giddel,filij Sephatia,filij Hattil,filij Pochereth ex Zebaim, filij Amon. Omnium Nethinæorum & filiorum seruorum Solomonis, trecenti & nonagintaduo. Isti uero qui ascenderunt de Thel Mela,Thel Harsa,Cherub,Addo & Immer, non potuerunt indicare domum patrum suorum atq; semen suum,an scilicet ex Israele essent. Filij Delaiæ, fi-
F lij Tobiæ,filij Nekoda,sexcenti & quadragintaduo. Et de sacerdotibus filij Habaia,filij Hakoz,filij Barsil, qui duxit uxorem de filiabus Barsillai Gileaditæ, & uocatus est nomine earum. Illi quæsiuerunt scripturam suam & lineam generationis,sed non sunt inuenti, ideo repudiati sunt à sacerdotio. Dixitq; ad eos Hathirsatha,ne comederent de sancto sanctorum,donec consurgeret sacerdos Vrim & Tumim. Totius igitur multitudinis ad unum usq;,quadragintaduo millia, trecenti & sexaginta,præter seruos eorum atq; ancillas eorum, quorum fuerunt septem millia,trecenti trigintaseptem. Fuerunt & inter eos cantores & cantatrices, nempe ducenti & quadragintaquinq;. Equi eorum erant septingēti triginta sex, & muli eorum ducēti quadragintaquinq;, cameli quadringenti trigintaquinq;,
G asinorum sex millia septingenti & uiginti. Pars autem præcipuorum patrum dederunt pro opere,Hathirsatha dedit in thesaurum auri solidos mille,pelues quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas & triginta. Et ex præcipuis patribus dederunt pro thesauro operis,auri solidos uiginti mille,& argenti minas bis mille ducentas. Quod autem reliqui ex populo dederunt,auri solidi uiginti mille,& argenti minæ bis mille,& tunicæ sacerdotales sexagintaseptem. Habitaueruntq; sacerdotes & Leuitæ, ianitores, cantores, & ex populo, Nethinæi quoq; & omnis Israel in ciuitatibus suis,accessitq; mensis septimus, & filij Israel erant in ciuitatibus suis.

Hucusq; refertur quid in Cōmētario scriptū fuerit. Exin Nehemiæ historia texitur.

CAP. VIII.

Congregato populo in festo die tabernaculorum, Esdras legit librum legis.

A Congregatus est autem uniuersus populus ad [a] unū usq; in plateā, quæ erat ante portam aquarum, & dixerūt ad Esram scribam,ut afferret librum legis Mosis,quam præceperat deus Israeli. Attulit ergo sacerdos Esra legem corā multitudine [quæ erat] ex uiris & mulieribus, & quicunq; intelligentes erāt,ut audirent in prima mensis septimi. Et legit in eo in platea quæ erat ante portam aquarum, à luce [matutina] usq; ad meridiem,in conspectu uirorum & mulierum intelligentium,erantq; aures totius populi [intenti] in librū legis. Et stetit Esras scriba super [b] turriculam ligneam,quam ad hanc rem fecerant,stetitq; penes eum Ma-
B thathias,Sema,Anaia,Vrias,Hilkias,& Maasias ad dexterā eius, ad leuā uero eius Pedaia,Misaël,Malkia,Hasum,Hasbadana, Zacharias, & Mesullam. Et aperuit Esras scriba librum in conspectu totius populi, (eminebat enim supra uniuersum populum:) quumq; illum aperuisset,stetit uniuersus populus. Et lauda-

[a] Ebr. Vt uir unus.

[b] Turris pro suggestu per catachresim.

[c] Ebr. Benedixit.

Digitized by Google

xit Esra DOMINVM deum magnum: responditq; cunctus populus, Amen, amen: sublatisq; manibus suis, inclinatoq; uertice & facie terrã uersus adorarunt DOMINVM. Porrò Iesua, Bani, Serebia, Iamin, Accub, Sabethai, Hodia, Maasia, Kelita, Asaria, Iosabad, Hanan, Pelaia, atq; Leuitæ docebant populũ in lege, & populus erat in statione sua. Et legerunt in libro, in lege [b] dei luculenter, explicãtes sensum, & erudientes inter legendũ. Dixit autem Nehemias, qui & Hathirschata, & Esras sacerdos ac scriba, & Leuitæ (qui erudiebant populũ,) ad omnem populũ, Dies hodiernus sanctus est DOMINO deo uestro, ne ergo luctu uosipsos conficiatis, neq; fleatis, (flebat enim omnis populus quum audirẽt uerba legis:) dixit ergo ad eos, Ite & comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes ei cui nihil est paratum, dies enim hodiernus sanctus est domino nostro: neq; doleatis, nam gaudium DOMINI est robur uestrum. Porrò Leuitæ cõpescebant omnem populũ, dicentes, Silete, quoniam dies iste sanctus est: nolite tristes esse. Abijt itaq; cunctus populus, ut comederet & biberet, & mitteret partes, & faceret gaudium magnum, intellexerant enim uerba quæ manifestauerant eis. Postero die rursus collecta sunt capita patrum totius populi, sacerdotes & Leuitæ ad Esrã scribam, ut erudiret [eos] in uerbis legis, inueneruntq; scriptum in lege quã DOMINVS præceperat per manũ Mosis, ut filij Israelis sedeant in tentorijs in solennitate mensis septimi. Et ut diuulgẽt edita uoce per cunctas ciuitates suas, & per Ierusalem, dicentes, Egredimini in montem, & afferte frondes oleæ, & frondes [e] ligni pinguis, frondes Hadas, frondes palmarum, & frondes densæ arboris, ut fiant tentoria sicut scriptum est. Exierunt itaq; populi & attulerunt, feceruntq; sibi tabernacula, unusquisq; super tectum suum, & in atrijs suis, atq; in atrijs domus dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. Fecerunt ergo omnis multitudo, qui reuersi fuerant ex captiuitate, tabernacula, sederuntq; sub tabernaculis, quoniam non fecerant sic à diebus Iosue filij Nun, filij Israelis, usq; in illũ diem, fuitq; gaudium admodum magnum. Legit præterea [Esras] in libro legis dei singulis diebus, à die primo usq; ad diem ultimum, & fecerunt festum diem septem diebus, octauo die erat concio pro more.

Margin (left): Consolatio populi. — ...st taber naculorum. — ...x legi... populo.

Margin (right): C — D

[b] Ebr. Fecerunt intelligere, hoc est, submonebant populum ut diligenter auscultarent, & cũ fructu.

[e] Per lignum pingue balsamum quidã intelligunt, quidam cedrum.

CAP. IX.

Legitur lex, admonetur populus ut laudet dominũ, & agnoscat beneficentiam eius.

RVrsum die uicesimaquarta huius mensis congregati sunt filij Israel in ieiunio, & in saccis, pulueremq; super se [habebant,] separatiq; sunt qui erãt de semine Israelis, à cunctis filijs extraneis, & stantes confessionẽ fecerunt de peccatis suis, & iniquitatibus patrũ suorum. Et surrexerunt in stationibus suis, legeruntq; in libro legis DOMINI dei sui quater per diem, quaterq; confitebantur & adorabant DOMINVM deum suum. Et surrexit super gradũ Leuitarum Iesua, & Bani, Kadmiel & Sebania, Bunni & Serebia, Bani & Chenani, clamaueruntq; uoce magna ad DOMINVM deum suũ. Et dixerũt Leuitæ, Iesua & Kadmiel, Bani & Hasabnia, Serebia & Hodia, Sebania & Pethahia, Surgite & laudate DOMINVM deum uestrũ à sæculo usq; in sæculũ, & benedicant nomini [a] maiestatis tuæ quod exaltatũ est super omnem benedictionẽ & laudem. Tu solus es DOMINVS, tu fecisti cœlũ, & cœlos cœlorum, atq; omnem exercitũ eorum, terram & omnia quæ sunt super eam, maria & quidquid in eis est, & tu uiuificas ista omnia, sed & exercitus cœlorum te adorat. Tu es DOMINVS deus qui elegisti Abrã, & eduxisti eum ex Vr Chaldæorum, & imposuisti ei nomen Abrahã, inuenistiq; cor eius fidele coram te, ut ferires cum eo fœdus, ut dares ei terram Chananæorum, Hithæorum, Amorræorum, Pherisæorum, Iebusæorum & Girgesæorum, ut traderes inquam [eam] semini eius, & rata fecisti uerba tua, quoniã iustus es tu. Vidisti quoq; adflictionem patrũ nostrorum in Aegypto, clamoremq; eorũ audisti iuxta mare carectosum. Edidisti insuper signa & portẽta in Pharaone & in cunctis seruis eius, atq; in omni

Margin (left): ...d. 9. e ...fessio ...atorũ. — ...fessio ...is. — ...c. 11. d

Margin (right): A — B — E

[a] Subita personæ mutatio.

Digitized by Google

populo terræ eius. Tu enim noueras q̄ petulāter cum eis agerent, fecistiq́ tibi nomen, quemadmodū hæc dies [testatur.] Dissecuisti mare ante faciem eorū, ut trāsirent per mediū maris in sicco, persequutores aūt eorum deiecisti in profundū, ue-
C luti quū lapis [deijcitur] in ualidissimas aquas. Sed & per columnā nubis duxisti eos interdiu, & per columnā igneam noctu, ut illustrares eis uiam in qua incedebant. Descendisti in montē Sinai, loquens cum eis è cœlo, & dedisti eis iudicia recta, & leges ueras, ceremonias, & bona præcepta. Ostendisti eis sabbatū tuum sanctum, & pręcepisti eis mandata, ceremonias, & leges per manum Mosis serui tui. Dedisti insuper eis panem è cœlo in fame eorū, & aquam eduxisti eis de petra in siti eorū, & promisisti eis ut ingrederētur & possiderent terram hanc, pro [b] qua leuasti manū tuam ut dares illis. Ipsi uero & patres nostri petulanter egerunt, & indurarunt ceruicem suam, nec audierunt pręcepta tua. Quin audire renuerūt, neq; memores fuerunt mirabilium tuorum quę fecisti cum eis, sed indurauerunt ceruicem suam, & [c] elegerunt ducem, ut reuerterentur in seruitutem suam in contumacia sua. Sed tu ô deus propitiationū, clemens, misericors, longanimis, & multę be-
D neficentiæ, non deseruisti eos. Sed & quum fabricassent sibi uitulum fusilem, dixissentq́, Isti sunt dij tui qui eduxerunt te de terra Aegypti, & designassent ingentes blasphemias, tu in miserationibus tuis multis non dereliquisti eos in deserto: nam columna nubis interdiu non recessit ab eis, quo minus dirigeret eos in uia: nec columna ignis noctu, quo minus luceret eis in uia per quā incedebant. Spiritum quoq; tuum bonum dedisti ad erudiendum eos, nec Man tuum prohibuisti ab ore eorum: quin & aquam dedisti eis, ut sitim suam [restinguerent.] Aluisti eos in deserto quadraginta annos, ut nihil eis deesset: uestimēta eorum non sunt uetustate detrita, nec intumuerūt pedes eorum. Dedisti eis insuper regna & populos, & diuisisti eos per terminos, ut possiderent terram Sihon, & terram regis Hesbon, & terram Og regis Basan. Filios eorū multiplicasti ut stellas cœli, & introduxisti eos in terram, de qua dixeras patribus eorum, q̄ essent ingressuri & occu-
E paturi. Ingressi itaq; sunt filij, & possederunt terram, & tu subiecisti in conspectu eorum habitatores terrę, Chananęos, & tradidisti eos in manum eorum unà cum regibus eorum & populis terræ, ut facerent cum eis pro uoto suo. Ceperunt urbes munitas & humum pinguem, possederuntq́ domos omni bono plenas, puteos excisos, uineas, oliueta, arbores [d] frugiferas, idq́ in copia. Comederunt & saturi, adeoq́ pingues facti, delicate uixerunt in ista tua magna bonitate. Illi aūt rebelles facti defecerunt à te, & abiecerunt legem tuam post tergū suum, & occiderunt prophetas tuos, qui eos obtestantes, conabātur eos ad te reducere. [In summa] insigniter [te] irritarunt. Tu igitur tradidisti eos in potestatem hostium suorum, qui eos presserūt, & in tempore pressurę suę clamauerunt ad te, tuq́ eos è cœlo exaudisti, & in miserationibus tuis multis dedisti eis seruatores, qui eos asseruerunt de manu hostium suorum. Quumq́ [data esset] eis requies, rursus malum
F designarunt in conspectu tuo, tu igitur dereliquisti eos in manu hostiū suorum, qui tyrannidē in eos exercuerunt: quumq́ iterū conuersi ad te clamarent, exaudisti eos de cœlo, liberastiq́ eos iuxta miserationes tuas, idq́ multis temporibus. Et obtestatus es eos, ut reduceres eos ad legem tuam, ipsi autem superbe egerūt, nec audierunt præcepta tua, sed peccarūt in iudicia tua, in quibus homo, si faceret ea, uiueret, præbueruntq́ humerum [suum] rebellem, & indurarūt ceruicem suam, ne audirent. [e] Distulisti etiā cum eis annis multis, obtestans eos spiritu tuo per manum prophetarū tuorum, sed non auscultarunt, ideo tradidisti eos in manum populorū nationum. At pro tua ingenti miseratione non perdidisti eos totos, neq; dereliquisti eos, quod deus es clemens & misericors. Nunc igitur deus noster, deus magne, fortis & tremende, qui seruas fœdus & benignitatē, ne sit uulgaris

in

[b] Leuare manū, symbolum est iurisiurandi: ac si diceret, quā iureiurando promisisti.

[c] Ebr. Dederunt caput.

[d] Ebr. Arbores esibiles seu esculentas.

[e] Eb. Traxisti.

Ingratitudo.

Spiritus sanctus.

Confessio laudis.

in conspectu tuo omnis hæc calamitas, quę deprehendit & nos & reges nostros, principes nostros, sacerdotes nostros, prophetas nostros, patres nostros, & cunctum populum tuum, à diebus regum Assyriacorum, in præsentem usq; diem. G
Equidē tu iustus es in omni eo quod accidit nobis, quoniam fideliter egisti, nos autem impie egimus. Reges nostri, principes nostri, sacerdotes nostri, & patres nostri non fecerunt legem tuam, neq; attenderunt pręcepta tua, & testimonia tua quæ contestatus es eis. Et ipsi in regno suo, & in bonitate tua magna quam exhibuisti eis, & in terra lata atq; fertili quā dedisti coram eis, non seruierunt tibi, neq; auersi sunt à studijs suis pessimis. En nos hodie serui sumus, & terra quam dedisti patribus nostris, ut ederent fructum eius & bona eius, ecce nos serui sumus in ea. Hæc prouentū suum regibus multum edit, quos posuisti super nos propter peccata nostra, qui dominantur in corpora nostra, in pecora nostra pro sua libidine, ut simus in magnis angustijs. Atq; in his omnibus ferimus [fœdus] firmum, & scribimus, idq; obsignatum [per] principes nostros, Leuitas nostros, & sacerdotes nostros.

CAP. X.

Renouant fœdus, & obsignant, & qui tales fuerint obsignatores, recensentur.

ATq; hi [dati] sunt ad obsignandū. Nehemias Hathirsatha, filius Hachaliæ, & Zedekias, Seraias, Asarias, Ieremias, Pashur, Amaria, Malkia, Hattus, Sebania, Malluch, Harim, Meremoth, Obadias, Daniel, Ginthon, Baruch, Mesullā, Abia, Mijamin, Maasias, Bilgai, & Semahia, hi sacerdotes. Leuitę uero Iesua filius Asanias, Binnui de filijs Henadat & Kadmiel, & fratres eorū, Sechania, Hodia, Kelita, Pelaia, Hanan, Micha, Rehob, Hasabia, Sachur, Serebia, Sebania, Hodia, Bani & Beninu. Capita autem populi fuerunt, Parhos dux Moab, Elam, Satu, Bani, Bunni, Asgad, Bebai, Adonia, Biguai, Adin, Ater, Ezechias, Asur, Hodia, Hasum, Bezai, Hariph, Anathoth, Nebai, Magpias, Mesullam, Hesir, Mesesabeel, Zadok, Iaddua, Pelatia, Hanan, Anaia, Hosea, Hanania, Hassub, Halohes, Pilha, Sobek, Rehum, Hasabna, Maasia, Ahia, Hanan, Anan & Malluch, Harim atq; Baana, & reliqui de populo, sacerdotibus, Leuitis, ianitoribus, cantoribus & Nethinæis, & quicunq; erat separatus à gentibus nationum ad legem dei, uxores eorum, filij eorum, & filiæ eorū, & quicunq; intelligentia ualebat. Hi ratum habebant cum fratribus suis & optimatibus suis, ueniebantq; in [a] execrationē & [b] iuramentum, ut ambularent in lege dei, quæ data erat per manū Mosis serui dei, & custodirēt atq; facerēt cuncta pręcepta DOMINI dei nostri, & iudicia eius, atq; statuta eius, & q; nō elocaremus filias nostras populis terræ, neq; duceremus filias eorum filijs nostris. Ad hæc si populi terræ adferrent merces aut uenale quid in die sabbati ad uendendū, ne acciperemus ab eis in sabbato & in die sancto. Deinde ut remissionem faceremus septimo anno in omnis [c] generis oneribus, item ut constitueremus super nos præcepta, ut imponeretur nobis singulis annis tertia pars sicli pro ministerio domus dei nostri, pro panibus qui ordinātur, pro iugi sacrificio, pro holocausto iugi, in sabbatis, neomenijs & statis ferijs, pro sanctificatis & hostia pro peccato ad expiandū Israelē, & [ad] omne opus domus dei nostri. Iecimus & sortes sacerdotes, Leuitę & populus de adductione lignorū, ut inferrētur in domū dei nostri, iuxta domos patrū nostrorū, temporibus cōstitutis singulis annis, ad cremandū in altari DOMINI dei nostri, quemadmodū scriptum est in lege, utq; afferremus primitiuos fructus telluris nostræ, primitiuos scilicet fructus omniū fructuum cuiuscunq; arboris, idq; singulis annis in domum DOMINI. Primogenita quoq; filiorum nostrorū, & pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege. Primogenita boum nostrorū, & ouium nostrarum, ut ea scilicet inferremus in domum dei nostri pro sacerdotibus ministrantibus in domo dei nostri. Primitiua quoq; esculentorū nostrorum, & munificarum separationum

Margin: A (beside "ATq; hi"); B (beside "Sobek, Rehum"); C (beside "de ut remissionem"); D (beside "MINI. Primogenita").

Fœdus populi cū deo.

De remissione hac Deutero. 15.

Exod. 23. 34.

Exod. 13.

[a] Iurisiurando adiuncta est execratio, cui se deuouent, si pacti non fuerint seruantes.

[b] Venire in fœdus, ut Germani dicunt, In pundt komen, iureiurādo se astringere.

[c] Ebr. Et onus omnis manus, ut Germanus dicit, aller hand beschwärd, pro allerley. Hactenus ex cōmentario Bezæ.

Digitized by Google

noſtrarũ,fructum cunctæ arboris, uinũ & oleum afferremus ſacerdotibus in pe-
nuaria domus dei noſtri,& decimas telluris noſtræ Leuitis,ut Leuitæ decimas ha
berent in omnibus urbibus in quibus opus noſtrũ exercemus. Et ut ſacerdos fi-
lius Aharonis cum Leuitis partẽ habeat in decimis Leuiticis. Et Leuitæ ipſi addu
cent decimã partem decimæ in domum dei noſtri, in penuaria & gazophylatia.
Quoniã in penuaria inferre debent filij Iſrael & filij Leui [b]munificũ donum q̃d
ſeparãt de frumẽto,uino & oleo,ubi uaſa ſunt ſanctuarij,& ſacerdotes miniſtran
tes,ianitores & cantores,ne derelinquamus ædem dei noſtri. CAP. XI.

b Thruma hic habetur Ebraice, de quo uide Exod. 25. & 30.

Diſtinguuntur habitationes pro populo,tam in urbe quàm in agro.

A HAbitauerunt aũt principes populi in Ieruſalem, reliquus aũt populus proie
cit ſortem,ut decimus quiſq; habitaret in Ieruſalem ciuitate ſancta, nouem
autem partes in oppidis. [a]Laudabatq; populus omnes uiros qui ſe ſpontaneos
præbuerunt ut habitarent in Ieruſalẽ. Iſti aũt ſunt primores prouinciæ qui [b]habi
tauerunt in Ieruſalẽ,& in ciuitatibus Iuda, quiſq; in poſſeſſione ſua & in ciuitati
bus ſuis,Iſraelitæ,ſacerdotes,Leuitæ,Nethinæi,& filij ſeruorũ Solomonis. In Ieru
ſalem habitauerunt de filijs Iuda,de filijs Beniamin. De filijs Iuda,Athaia filius
Vſiæ,filij Sachariæ,filij Amariæ,filij Sephatiæ, filij Mahalaleel. De filijs Parez,
Maaſia filius Baruch,filij Chal Hoſe,filij Haſaiæ,filij Adaiæ, filij Ioiarib, filij Sa
chariæ,filij Silonitæ.Hi omnes filij erant Parez,habitantes in Ieruſalẽ,eorũ qua-
B dringenti ſexagintaocto fortes uiri. Iſti aũt ſunt filij Beniamin , Sallu filius Me
ſullam,filij Ioẽd,filij Pedaiæ,filij Kolaiæ,filij Maaſiæ,filij Ithiel,filij Eſaiæ, & poſt
eum Gabai,Sallai,nongenti & uigintiocto. Ioẽl uero filius Sichri præfectus erat
illis,& Iudas filius Haſnua erat [præfectus] ſuper alterã partem urbis.De ſacerdo
tibus,Iedaia filius Ioiarib,Iachin,Seraia filius Hilkiæ,filij Meſullam, filij Zadok,
filij Meraioth,filij Ahitub princeps domus dei. Et fratres eorũ facientes opus do
mus,octingenti & uigintiduo.Et Adaia filius Ieroham filij Pelalia,filij Amzi,fi
lij Sachariæ,filij Paſhur,filij Malchia.Et fratres eorũ præcipui patres, quorũ erant
ducenti & quadragintaduo. Amaſſai autem filius Aſreel,filij Ahſai,filij Meſile-
moth,filij Imer.Et fratres eorũ heroes fortes centũ & uigintiocto : ſuper hos præ
C fectus erat Sabdiel filius magnatũ. De Leuitis,Semaias filius Haſub,filij Aſri-
kam,filij Haſabiæ,filij Buni: & Sabethai,Ioſabad,erãt ſuper opus externũ domus
dei ex capitibus Leuitarũ.Mathanias filius Micha, filij Sabdi,filij Aſaph , præci-
puus erat qui præibat in confeſſione & oratione.Et Bakbukia ſecũdus ex fratri-
bus ſuis,& Abda filius Sammua filij Galal,filij Iedutbun. Omniũ Leuitarum in
ciuitate ſancta,ducenti octogintaquatuor. Ianitores aũt,Accub,Talmon & fra
tres eorũ cuſtodes pro portis,centum & ſeptuagintaduo.Reliquorum autem Iſ-
raelitarum,ſacerdotum & Leuitarum in cunctis oppidis Iuda,quiſq; erat in hæ-
reditate ſua. Porrò Nethinæi habitabant in Ophel,& Ziha ac Gipſa erant ſuper
Nethinæos. Præfectus Leuitarũ in Ieruſalem erat Vſi filius Bani,filij Haſabiæ,fi
D lij Mathaniæ,filij Micha. De filijs Aſaph,cantores è regione operis domus dei.
Erat enim præceptum [c]regis de illis , & firma [conſtitutio] de cantoribus , cuiq;
diei ſuum demenſum.Ad hæc erat Pethahia filius Meſeſabeel de filijs Særa , filij
Iuda ad manum regis in omni negotio quod cum populo [agendum erat.] Et
ad uillas & agros eorum. De filijs Iuda habitauerunt in Kiriath Arbe & uiculis
eius,& in Dibon & uiculis eius,in Iekabzeel & uiculis eius,in Ieſua,in Molada,
& in Beth Palet.In uilla Sual,in Beer Seba atq; uiculis eius, in Ziklag & Mecho
na atq; in uiculis eius.In En Rimon,in Zorha,in Iarmuth,in Zanoah,Adullam
& uiculis earum,in Lachis & agris eius, in Aſeka & uiculis eius , habitaruntq; à
Beer Seba uſq; ad uallem Hinnom. Et filij Beniamin à Gæba, Michmas, Aia,
Bethel & filiæ eius,Anathoth,Nob,Anania,Hazor,Rama,Hithaim,Hadid, Ze-
boim,

a Eb. Benedixit pro laudauit,uel gratias egit.
b Apud Ebræos habitauerũt repetitur, uitaui pleonaſmũ.

c Regem hunc quidam Darium intelligunt,ſed uidetur de Dauide dici,qui talia ordinauerat, ut patet 2. Annal. 25.

Digitized by Google

boim, Nebalad, Lod & Ono ualle artificum. Leuitæ uero habebãt possessionem tam in Iuda quàm in Beniamin.

CAP. XII.

Nomina sacerdotum & Leuitarum, qui cum Serubabele ascenderunt, initiantur muri Ierusalem.

ISti sunt sacerdotes & Leuitæ qui ascenderũt cum Serubabele filio Sealtielis, & Iesua: Seraia, Ieremias & Esras, Amaria, Malluch, Hattus, Sechania, Rehum, Meremoth, Iddo, Ginthoi, Abia, Mijamin, Maadia, Bilga, Semaia, Ioiarib, Iedaia, Sallu, Amok, Hilkia & Iedaia. Isti fuerũt præcipui sacerdotes & fratres eorũ in diebus Iesua. Leuitæ uero, Iesua, Binnui, Kadmiel, Serebia, Iehuda, Mathania super laudes ipse & fratres eius. Bakbukia & Hunni fratres eorũ è regione ipsorũ ad custodias. Iesua aũt genuit Ioiakim, Ioiakim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada, Ioiada genuit Ionathan, Ionathan genuit Iadua. In diebus Ioiakim fuerunt hi sacerdotes capita patrũ. Ipsi Seraia, Meraia: ipsi Ieremiæ, Hanania: ipsi Esræ, Mesullã: ipsi Amarię, Iehohanan: ipsi Melichu, Ionathan. Sebanię, Ioseph. Ipsi Harim, Adna. Ipsi Meraioth, Helkai. Ipsi Iddo, Zacharias. Ipsi Ginthon, Mesullam. Abiæ, Sichri. Ipsi Miniamin & Moadia, Piltai. Ipsi Bilga, Sammua. Ipsi Semaiæ, Iehonathan, Ipsi Ioiarib, Mathenai. Ipsi Iedaiæ, Vsi. Ipsi Sallai, Kallai. Ipsi Amok, Eber. Hilkię, Hasabia. Ipsi Iedaia, Nethaneel. Porrò Leuitę in diebus Eliasib, Ioiada, Iohanan, & Iaddua conscripti præcipui patres & sacerdotes ad regnũ Darij Persæ. Filij Leui præcipui patres conscripti in libro Annaliũ, & ad tempora Iohannan filij Eliasib. Capita Leuitarũ, Hasabia, Serebia, & Iesua filius Kadmiel, & fratres eorũ è regione ipsorum ad laudandũ & confitendum iuxta præceptũ Dauidis uiri dei, custodia è regione custodiæ. Mathania, Bakbukia, Obadia, Mesullam, Talmon, Accub, obseruantes portas, custodia [eorum] erat pro liminibus portarũ. Hi fuerunt in diebus Ioiakim filij Iesua filij Iozadak, & in diebus Nehemię præfecti, atq; Esræ sacerdotis & scribæ. Et in dedicatione muri Ierusalem quæsiuerunt Leuitas de omnibus locis suis, ut adducerẽt eos Hierosolyma, ut facerent dedicationem, & gaudiũ, & in gratiarũactione & cantico, in cymbalis, nablis & citharis. Congregatiq; sunt filij [a] cantorũ, & ex planitie circum Ierusalem, & ex uillis Netophati, sed & de domo Gilgal, & de regionibus Gæba atq; Asmaueth, nam cantores extruxerãt sibi uillas circũ Ierusalem. Purificati etiã sunt sacerdotes & Leuitæ, & purificarunt etiam populũ, portas & muros. Tum adduxi principes Iuda super murum, & cõstitui duos magnos [choros] laudantium, euntes ad dexterã super murũ uersus portam sterquilinij. Post eos ibat Hosaia & pars principũ Iuda, Asaria quoq;, Esras & Mesullam, Iuda & Beniamin, Semeia & Ieremia. Et de filijs sacerdotũ cum tubis, Sacharias filius Ionathan, filij Semaiæ, filij Mathaniæ, filij Michaiæ, filij Sacur, filij Asaph. Et fratres eius Semaia, Asreel, Milelai, Gilelai, Maai, Nethaneel, Iuda atq; Hanani cũ instrumentis musicis Dauidis uiri dei, & Esræ scribæ ante eos. Iuxta portã fontis ascenderũt è regione ipsorũ per gradus ciuitatis Dauidis in ascẽsu muri, [b] superne ad domum Dauidis, usq; ad portam aquarũ ad Orientem. Alter iam cœtus laudantium ibat ex aduerso quem ego sequebar, & pars populi super murũ, ultra turrim furnorum usq; ad murum latiorem, & ultra portã Ephraim, & ad portam ueterem, & ad portam pisciũ, & turrim Hananeel, & turrim Mea, usq; ad portam gregum, & constiterunt ad portam custodiæ. Steterũt itaq; duo chori laudantium in domo dei, & ego & pars magnatũ mecum. Sacerdotes quoq;, Eliakim, Maasia, Miniamin, Michaia, Elioenai, Sacharia, & Hanania cũ tubis. Et Maasia, Semaia, Eleasar, Vsi, Iehohanan, Malkia, Elam & Aser, & cantores resonauerunt, quibus erat præfectus Iizrahias. Obtulerũt ergo eodem die magna sacrificia, & lætati sunt, quoniã deus exhilararat eos magna lætitia: sed & mulieres & pueri gauisi sunt,

[a] Filij cantorum dicuntur pro cantoribus: at filij Achiuorũ, pro Achiuis: sic filij prophetarũ, pro his qui prophetiæ operam dabant.

[b] Pro superne alij legunt ultra.

(margin: A, B, C, D; ...dedicatio ...rbis.)

Digitized by Google

auditumq; est procul gaudiū Hierosolymorum. Constituti sunt deniq; illo die uiri super gazophylatia, ad munifica dona, ad primitias & decimas, quas inferebāt in eas ex agris ciuitatū, portiones scilicet legales sacerdotibus & Leuitis, quoniam gaudiū Iudæ fuit sacerdotibus & Leuitis qui stabant. Et obseruabant custodiam dei sui, & custodiā puram, cantores & ianitores secundū præceptū Dauidis & Solomonis filij eius. Quoniā temporibus Dauidis et Asaph retro temporibus [constituti fuerant] qui cantarent canticum laudis & confessionis deo. Et omnes Israelitæ in diebus Serubabelis atq; temporibus Nehemiæ partes dabant cantoribus & ianitoribus quoq; die suum demensum, & sanctificabant Leuitas, Leuitæ uero sanctificabant filios Aharonis. — Custodes thesauroꝝ

CAP. XIII.

Separant è populo dei alienigenas, faciunt cameras Leuitis, sabbati obseruatio innouatur.

A EOdem die lectū est in libro Mosis audiente populo, & inuentū est scriptum in eo, q; Ammonites & Moabites non ingredi debeant in cœtum dei perpetuo, q; non anteuertissent filios Israelis pane & aqua, quin [populus ille] conduxit Bileam, ut execraretur [Israelem.] Verum deus noster uertit execrationē istam in [a]benedictionem. Factū ergo est quum illi audissent legem, separarūt omnem [b]commixtionē ex Israele. Ante uero istud Eliasib sacerdos positus erat in camera domus dei nostri, qui propinquus fuit ipsi Tobiæ. Et fecit ei camerā magnam, ubi antea reponebāt sacrificia cibaria, thus, uasa, decimas frumēti & uini & olei, quæ ex præcepto erant Leuitarū, cantorum atq; ianitorum, item Thruma sacerdotum. In his omnibus autem non fui Hierosolymis, quia anno tricesimosecundo Artaxersis regis Babylonis ueni ad regem, & post dies exactos [c]reuocatus sum à rege, & ueni Hierosolyma. Rediens aūt Hierosolyma, intellexi malum quod designauerat Eliasib propter Tobiam, nempe q; fecisset ei cameram in atrijs domus dei. — Deut. 23.

B Et doluit mihi uehementer, eieciq; omnia uasa domus Tobiæ foras ex camera, præcepiq; ut mundarēt cameras, & restitui illuc uasa domus dei, unà cum sacrificio cibario & thure. Resciui insuper q; partes Leuitarū non fuerant datæ, & q; Leuitarum & cantorum, qui facere debebant opus, quisq; fugisset in agrum suum. Increpans ergo magistratus, dixi, Cur derelinquitur domus dei? Congregauiq; eos, & collocaui eos in gradū suum, & omnis Iuda adduxit decimas frumenti, uini & olei in repositoria. Cōstitui aūt super thesauros, Selemiam sacerdotem, & Zadok scribam, & Pedaiam de Leuitis, & ad manū eorum Hanan filius Sachur, filij Mathaniæ, fidi enim habiti sunt: in horū potestate erat distribuere partes fratribus suis. Memineris mei ô deus meus hanc ob rem, nec sinas aboleri beneficentiam meam quam exhibui in domo dei mei, & in obseruātijs eius. Sub idem tempus uidi Iudæos calcantes in torcularibus in sabbato, & inferētes manipulos [frugū,] onerantesq; asinos, ingerentes deniq; die sabbati in [urbem] Ierusalē uinū, uuas, ficus: [breuiter] omne onus, quos ego [grauiter] obtestatus sum — Leuitis partes datæ. — Contra sabbati transgressores.

C eodem ipso die quo uendebant ipsi uictū. Tyrij quoq; habitabant in ea, qui inferebant pisces & omnis generis merces, & uendebāt Hierosolymis filijs Iuda in sabbato. Tum obiurgaui optimates Iuda, & dixi ad eos, Quæ est hæc res mala quam designatis, prophanantes diem sabbati? An non idē fecerūt patres uestri, & adduxit deus noster omne malū illud super nos, & super ciuitatem istam? uos autem adijcitis iram super Israelem, quū prophanatis sabbatum. Contigit deinde ut incidentibus umbris in portis Ierusalem ante sabbatum, iuberem ostia claudere, nec iussi reserare ea usq; post sabbatū: constitui præterea ex pueris meis quosdam pro portis, ne inferretur onus die sabbati. Pernoctarūt itaq; negotiatores, & q omnia uenalia uenū exponebāt, extra Ierusalem semel atq; iterum. Obtestatus igitur eos, dixi eis, Cur uos pernoctatis ante mœnia? si denuo feceritis, iniiciam

---

[a] Benedictio pro fausta imprecatione.
[b] Cōmixtio dicitur quidquid ex gentibus se Israelitis immiscuerat, & cū eis è captiuitate ascenderat.
Quid sit Thruma. Exod. 25. 30.
[c] Ebr. Postulatus sum, scilicet à Iudæis, ut ex Persia redirem Hierosolyma: alij legunt, impetraui copiam abeūdi à rege.

Digitized by Google

dam uobis manus. Ab eo tempore non uenerunt in sabbato. Dixi quoq; ad Leuitas ut se purificarent, & uenientes custodirent portas ad sanctificandũ diem sabbati. Etiam huius memineris erga me deus meus, & parce mihi secundum multitudinem beneficentię tuæ. Vidi prętérea in diebus illis Iudęos, qui collocauerant [sibi] uxores Asoticas, Ammoniticas & Moabiticas, quorũ filij loquebantur partim Asotice, nec Iudaice loqui norant, sed lingua populi ac populi. Obiurgaui igitur eos, & execratus sum eos, percussiq; quosdam ex eis, & depilaui eos, iureq; iurando astrinxi eos per deum, Ne inquam, dederitis filias uestras filijs eorũ, nec duxeritis ex filiabus eorum filijs uestris & uobis. An non Solomon rex Israelis in illis peccauit? quum tamen in multis gentibus non esset rex ei similis, nempe qui dilectus erat deo suo, & quem constituerat deus regem super cunctum Israelem, nihilo tamen secius exterę mulieres in peccatum pertraxerunt. An uero uobis hoc nunquam est auditum, ut uniuersum istud tam grande malum designetis, & præuaricemini contra deum nostrum [a] ducendo uxores alienigenas? De filijs porrò Ioiadæ filij Eliasib summi sacerdotis quidam gener factus est ipsi Sanballat Horonitę, quem ego à me fugaui. Memineris eorum ô deus meus, qui polluunt sacerdotiũ atq; pactum sacerdotij & Leuitarum. Purificaui igitur eos ab omnibus extraneis, & constitui custodias sacerdotum & Leuitarum, quenq; in suo opere. Et pro adductione lignorum temporibus constitutis, sic pro primitijs. Memento mei deus meus ad bonum.

Margin: D — Cõtra uxores alienigenas. — 3.Reg.3.b — 3.Reg.11.a — Epilogus. — a Vel, cohabitando uxoribus alienis.

Liber Ester.

CAPVT I.

Asuerus insigni conuiuio suis apparato, reginam Vasthi uocat, quæ dum uenire renuit, regno exuitur.



FACTVM est in diebus Asueri, (is est Asuerus qui imperitabat ab India usq; ad Aethiopiam centum & uigintiseptem prouincijs,) in diebus inquam illis quum sederet rex Asuerus in solio regni sui quod erat in Susan metropoli. Anno tertio regni sui apparauit conuiuiũ cunctis principibus suis atq; seruis suis, robur Persarum atq; Medorum cum ducibus & præsidibus prouinciarum erat coram eo. Ipse uero ostentabat opes & gloriam regni sui, & rarum splendorem magnificentiæ suæ, idq; diebus multis, nempe centum octoginta diebus. Exactis autem illis diebus, parauit rex populo quoq;, omni scilicet qui inuentus fuit in Susan metropoli, siue summi essent siue infimi, conuiuium septem diebus in atrio hortorum domus regis. [Erant illic aulæa] candida, carbasina & hyacinthina, funibus byssinis & purpureis suspensa super [a] arcus argenteos [qui innitebantur] columnis marmoreis. Lectuli erant aurei & argentei super pauimento constrato lapide marmoris Pario & uaricolore. Potabant ex uasis aureis, [b] mutabantq; uasa alia post alia: uinum [dabatur] regium, idq; copiosum iuxta [c] imperium regis. Erat & lex bibendi, ut neminem quis cogeret, nam sic ordinarat rex per omnes qui præerant in domo sua, ut facerent iuxta cuiusq; uoluntatem. Sed & Vasthi regina apparauit conuiuium fœminarum in domo regia quæ erat regi Asuero.

Margin: A — B Veteres lectis ad cõuiuia utebantur, iacentesq; cœnabãt. a Alij gelile annulos intelligunt. b Ebr. Vasa ex uasis mutantes. c Alij legunt, iuxta munificẽtiam regis: est enim Ebraice iuxta manum regis.

Digitized by Google

Die septimo quum cor regis à uino exhilaratum esset, dixit ad Mehuman, Biztham, Harbonam, Bigtham, Abagtham, Zethar & Charcas septē cubicularios,
C qui ministrabant in conspectu regis Asueri, ut introducerent Vasthi reginam in conspectū regis cum corona regia, ut ostenderet populis & principibus pulchritudinem eius, eleganti enim erat forma. At regina Vasthi renuit uenire iuxta imperium regis per [b]cubicularios, hinc rex uehementer iratus est, ut exardesceret furor eius in eo. Tum ait rex ad sapientes [c]peritos temporum, (hunc enim morem habebat rex) ante omnes qui legum & iudiciorū gnari erant, (ex intimis autem [consiliarijs] qui ei assidebant, tum erant Carschan, Sethar, Admatha, Tarsis, Meres, Marsena & Memuchan, septem scilicet principes Persiæ & Mediæ, intuentes uultum regis, qui primas obtinebant in regno,) Quid fiet reginæ Vasthi iuxta legem, ꝙ non fecit imperium regis Asueri, quod [imperauit] per cubicularios? Respondit Memuchan coram rege & principibus, Regina Vasthi nō in solum regem peccauit, sed & contra omnes principes, & cōtra omnes populos qui sunt in omnibus prouincijs regis Asueri, diuulgabitur enim factum reginæ apud omnes mulieres, ut contemnant maritos suos in oculis suis, dicentes, Rex Asuerus iussit introduci Vasthi reginam in conspectum suum, at illa non uenit, quin &
D hoc ipso die uxores principum Persarum & Medorum, quæ factum reginæ audierunt, dicent cunctis principibus regis, & satis erit contemptus ac indignationis. Si igitur uidetur [f]regi, exeat edictū regium à conspectu eius, scribaturq; iuxta decreta Persarum & Medorum, (quæ transgredi fas non est,) ut Vasthi in conspectum regis Asueri non ingrediatur, deinde dignitatem regiam quam ipsa habuit det rex sociæ ipsius, quæ melior ipsa est. Audietur hæc sententia regis, quam edet per uniuersum regnum suum, (quod magnum est,) & in pretio habebunt omnes mulieres maritos suos, siue summæ fuerint siue infimæ. Placuit hoc uerbum [g]tam regi quàm principibus: fecitq; rex quemadmodum loquutus erat Memuchan, mittens epistolas per omnes prouincias regis, in singulas inquam prouincias secūdum scripturam eius [prouinciæ:] ad singulos etiam populos iuxta linguam eorum, ut quisq; maritus imperitaret in domo sua. Loquutus itaq; est iuxta linguam cuiusq; populi. *De imperio uirorum in uxores.*

[b] Ebr. Per manū cubiculariorum.
[c] Per peritos temporum quidā historiarum doctos, quidam consuetudinū & morum gnaros intelligunt.
[f] Ebr. Si ad regem bonum.
[g] Ebr. In oculis regis.

CAP. II.

Ester regi introducitur, Mardochæus proditionem indicat.

A POst hæc gesta, quū furor regis Asueri resedisset, mentionē fecit ipsius Vasthi, & eorum quæ cōmiserat, & sententiæ quæ in eam lata erat, dixerūtq; pueri regis qui ei ministrabant, [a]Quærant regi puellas uirgines formosas. Constituit itaq; rex inspectores quosdā per omnes prouincias regni sui, qui congregarent omnes puellas uirgines eleganti forma, ad Susan regiam arcem in gynæciū, sub manum Hege eunuchi regis custodis mulierū, qui daret eis [b]mundū muliebrem: quæ uero puella placeret oculis regis, regina fieret pro Vasthi. Placuit hæc res regi, ut sic faceret. Erat tum Iudæus quispiā in Susan regia arce, cuius nomen Mardochæus, filius Iair, filij Simei, filij Kis, uir Iemini, qui abductus fuerat Hierosolymis cū transmigratione ea quæ abducta fuerat cū Iechonia rege Iuda, quem captiuū abduxit Nabuchodonosor rex Babylonius. Is enutriebat Hadasa quæ & Ester, filiam patrui sui, quandoquidē nec patrem habuit nec matrem: erat autem puella uenusta formosa, & eleganti aspectu, quā Mardochæus post mortē patris *Mardochæi progenies. 2.Re.24.*
B eius & matris eius sibi in filiam adoptauerat. Quum ergo præceptū regis & decretum eius euulgatū esset, congregarenturq; puellæ multæ in Susan regiam arcem sub manū Hegai, recepta est & Ester in ædes regias sub manū Hegai custodis mulierum. Placuit hæc puella oculis eius, [c]conciliauitq; sibi gratiā in cōspectu eius, festinansq; dedit ei mundū eius & partes eius, atq; [curauit] ut ei darentur septē puellæ accōmodæ ex ædibus regijs, & in gynæcio mutauit eam & puellas

[a] Quærant, scilicet serui, uel quæratur impersonaliter, man sůche: solēt enim tertijs personis absolute uti.
[b] Ebr. Ornamenta earum uel sua.
[c] Ebr. Tulit beneficentiam.

Digitized by Google

las eius, idq; bono [eárum.] Porrò Ester non indicabat populũ suum, & natale suum solum, quoniã Mardochæus præceperat ei ne indicaret. Singulis autem diebus deambulabat Mardochæus ante atriũ gynæcij, ut resciret ualerétne Ester, & quid ei fieret. Quumq; appeteret tempus cuiusq; puellæ, ut ingrederetur ad regem Asuerũ, (exactis uidelicet duodecim mẽsibus,) quibus unicuiq; fiebat iuxta ritum mulierũ, (nam sic absoluebantur dies quibus se comebant, sex menses scilicet in unctione myrrhina, & sex menses ordoribus & mũdo muliebri:) cum C
hac itaq; [præparatione] ingrediebatur puella ad regẽ, & [b]quancũq; diceret, dabatur ei, ut cũ ea ingrederetur è gynęcio in ædes regias. Vespere ingrediebatur, & mane reuertebatur ad gynæciũ aliud, sub manũ Saasgas eunuchi regis custodis concubinarũ: nec ingrediebatur ultra ad regem, nisi rex eam uellet, uocareturq; nominatim. Quum itaq; appeteret tempus Ester filiæ Abihail patrui Mardochæi, qui eam sibi filiam adoptauerat, ut ingrederetur ad regem, nihil postulauit, nisi quod diceret Hegai enuchus regis custos mulierum. Siquidem Ester gratiam conciliauit in oculis omniũ qui eam intuebantur. Recepta est itaq; Ester ad regem Asuerum in ædes eius regias mense decimo, is est mensis Tebeth, anno septimo regni eius. Adamauit autem rex ipsam Ester prę cunctis mulieribus; nactaq; est gratiã & beneficentiam in conspectu eius supra omnes uirgines, [adeo] ut imponeret capiti eius diadema regium, faceretq; eam reginam loco Vasthi. Et D
apparauit rex conuiuium magnũ cunctis principibus suis & seruis suis, nempe conuiuiũ Ester, [c]remisitq; prouincijs, et dedit fercula [regia] pro regia munificentia. Quumq; denuo congregarentur uirgines, sedebat Mardochęus pro porta regis, Ester uero non indicauerat natale suum solũ, nec populum suum, quemadmodum pręceperat ei Mardochęus: quin & iussum Mardochęi faciebat Ester, quemdamodũ [ante] dum fuerat sub educatione eius. Sub idem tempus quum Mardochęus sederet pro porta regis, iratus est Bigthan & Thęres, duo eunuchi regis ex custodibus liminis, conantes manus inferre regi Asuero. Cognita est hęc res à Mardochęo, qui indicauit [hoc] Ester reginę, Ester autẽ dixit [hoc] regi nomine Mardochęi. Et inquisitione facta, inuentũ est negotiũ hoc, amboq; in crucem acti sunt. Scriptum est hoc in libro annalium coram rege. CAP. III.

Ester introducitur ad regem.

Insidiæ regis.

Haman euectus apud regem, odio Mardochæi Iudæos omnes excindere conatur.

POsteaquam hęc essent gesta, euexit rex Asuerus Haman filium Hamedatha A
Agagęũ, & extulit eum, posuitq; soliũ eius supra omnes principes quos habebat secũ. Et omnes serui regis qui erant pro porta regis genuflectebãt & procidebant corã Haman, (sic enim de eo pręceperat rex,) Mardochęus uero nec genuflectebat, nec procidebat. Dixerunt ergo serui regis qui erant pro porta regis ad Mardochæum, Quur tu præteris præceptũ regis? Quumq; quotidie sic loquerentur ad eũ, non audiebat eos: quod illi ipsi Haman indicarũt, ut uiderent num res Mardochæi consisterent, indicauerat enim eis se Iudæũ esse. Videns itaq; Haman q Mardochæus non genuflecteret nec ante eũ procumberet, repletus est [a]furore, leueq; ducebat inferre manus soli Mardochæo, (indicauerant enim ei populum Mardochæi:) quin Haman conatus est omnes Iudæos delere, qui in uniuerso regno Asueri erant, & qui erant de populo Mardochæi. Mense primo, hic est mensis Nisan, anno duodecimo regis Asueri, [b]curauit iacere Pur, hoc est sortẽ, coram Haman, idq; quotidie & singulis mẽsibus, usq; in mensem duodecimũ, hic est mensis Adar. Dixit ergo Haman regi Asuero, Est populus [c] quidã disiectus & dispersus inter populos per omnes prouincias regni tui, quorum leges uariãt ab omnium populorũ [legibus,] qui nec regis decreta faciunt, nec expedit regi ut illos sic dimittat: si ergo uidetur regi, scripto [edictũ] promulgetur, ut hi per- C
dantur, [decemq; millia talentorũ argenti appendã per manus eorũ qui opus hoc

b Potest legi, quodcunq; peteret.

c Hanaha pro remisit exposui, ut rex aliquid scilicet de tributo prouincijs remitteret: alij exponũt, trãquillitatem fecit in prouincijs.

a Repetitur Haman in Ebraicis.

b Sortibus ducendis quærit opportunitatem auspicandi tam crudelem rem.

c Alij legunt iuxta literam Ebraicam, Est unus populus: ac si ostenderet facilitatẽ negotij.

Digitized by Google

exequentur, ut inferatur in thesauros regis. Tulit rex annulũ suum de manu sua,
deditq; eum Haman filio Hamedatha Agagæo hosti Iudæorum: aitq; rex ad Ha
man, Pecunia data sit tibi, simulq; populus iste, ut agas cum illo quod tibi uisum
fuerit. Scribæ igitur regis uocati sunt mense primo, decimatertia die eiusdem, &
scriptũ est sicut præcepit Haman ad omnes præfectos regis, & ad duces qui præ-
erant singulis prouincijs, & ad principes singulorũ populorum, ad unamquanq;
prouinciam secundũ scripturã eius, & ad quenq; populũ secundum linguã eius:
D scriptũ autem est nomine regis Asueri, obsignatumq; annulo regis. Missæ autem
sunt literæ per manus cursorum ad omnes prouincias regis, ad delendũ, occiden
dum & perdendũ omnes Iudæos, tam iuuenẽ quàm senem, pueros quoq; & mu
lieres, idq; uno eodemq; die, nempe decimatertia die mensis duodecimi, qui est
mensis Adar, utq; eorum facultates eorũ prædæ paterent. Exemplar scripti erat,
ut affigeretur edictum in omnibus & singulis prouincijs, uulgareturq; uniuersis
populis, ut essent parati ad illum diem. Egressi itaq; cursores impulsi imperio re-
gis, & affixum est decretũ in Susan arce regia. Porrò rex & Haman sedebant &
bibebant, quum interim ciuitas Susan perplexa esset. CAPVT IIII.

Vt in mœrore graui sunt Iudæi, consilio & sedulitate Mardochæi & Ester insidiæ Haman infringuntur.

A QVum uero Mardochæus cognouisset omnia quæ fiebant, discidit uesti-
menta sua, induitq; saccum cum cinere, & egressus in medium urbis, cla
mauit clamore magno & amaro. Et peruenit usq; ad portas regis, (non
[a]enim ingredi audebat portas regis quum sacco indutus esset.) Quin & in omni
prouincia, regione & loco, quo uerbum regis & decretũ eius peruenerat, luctus
erat magnus apud Iudæos, ieiunium, fletus, lamentum, saccus & puluis stratum
[erat] multis. Venientes autem puellæ Ester & eunuchi eius, nunciauerunt ei, &
consternata est regina uehemẽter, & misit uestes quas indueret Mardochæus, de-
B posito à se sacco suo, sed non accepit. Vocauit ergo Ester Hathach quendam ex
eunuchis regis, quos rex constituerat, ut ministrarent ante eam, & dedit ei man-
datum ad Mardochæum ut resciret quid hoc negotij esset, aut cur hoc [faceret.]
Exiuit igitur Hathach ad Mardochæũ in plateam ciuitatis, quæ erat ante portam
regis. Indicauit ergo ei Mardochæus quidquid sibi acciderat, explicationẽ quoq;
pecuniæ quam pollicitus erat Haman se appensurum in thesauros regios contra
Iudæos ut perderentur: sed & exemplar regij decreti, quod affixum erat in Susan
ad perdendũ eos, dedit ei, ut ostenderet ipsi Ester, indicaretq; ei, & mandaret simul
C illi ut ingrederetur ad regem, obsecraretq; coram eo pro populo suo. Ingressus
ergo Hathach, nunciauit ipsi Ester uerba Mardochæi. Dixitq; Ester ipsi Hathach,
deditq; ei mandata ad Mardochæũ, Omnes serui regis, & populi prouinciarũ re-
gis sciunt, ꝙ quicunq;, uir sit siue mulier, introierit ad regem in atriũ interius in-
uocatus, unam de eo sententiã esse ut interficiatur: is tantum uiuet, cui rex sceptrũ
aureum porrexerit, iam ego uocata nõ sum hisce triginta diebus, ut regẽ adeam.
Hæc uerba Ester, renunciarunt ipsi Mardochæo. Dixit autẽ Mardochæus, ut re-
nunciarent ipsi Ester [ad hunc modum,] Ne putes te animam tuam seruaturã in
D domo regis præ omnibus Iudæis: si enim omnino tacueris hoc tempore, aliun-
de oborietur Iudæis respiratio & liberatio, tuo uero & domus patris tui peribi-
tis: & quis scit, si ad hanc opportunitatẽ ad regnum perueneris. Dixit autẽ Ester,
ut nunciarent Mardochæo, Vade, & congrega omnes Iudæos qui sunt in Susan,
& ieiunate pro me, ne comedatis, neq; bibatis tribus diebus & tribus noctibus,
ego etiam cum ancillis meis ieiunabo sic, tum ingrediar ad regem, (quod tamen
in more non est,) etiamsi mihi omnino pereundum fuerit. Abiens igitur Mar-
dochæus, fecit iuxta omnia quæ præceperat ei Ester. CAPVT V.

Ester

[a] Alij legũt, nemo enim sacco indutus portas regis ingredi ausus fuit.

Digitized by Google

Ester quum inuitasset regem & Haman, erumpit inuidia Haman in Mardochæum. A

FActum est autē die tertio, ut indueretur Ester regio [cultu,] staretq́ in atrio in-
teriori domus regiæ è regione ędium regiarum, sedente rege super solium re-
gni sui in palatio regni contra ostiū domus. Quumq́ uideret rex Ester reginam
stantem in atrio, [a] conciliauit sibi gratiam in oculis eius, porrexitq́ rex aureū sce-
ptrum quod manu sua tenebat ipsi Ester, & accedēs Ester, attigit summitatem sce
ptri: aitq́ rex ad eam, Quid est tibi Ester regina, & quæ petitio tua, usq́ ad dimi
dium regni, & dabitur tibi. Respondit Ester, Si regi [b] uisum fuerit, ueniat rex &
Haman hodie ad conuiuiū quod apparaui ei. Dixitq́ rex, Adducite cito Haman, B
ut faciat uerbū Ester. Venit igitur rex & Haman ad conuiuiū quod apparauerat
Ester. Dixitq́ rex ad Ester in cōuiuio uini, Quæ est postulatio tua, & dabitur tibi,
& quæ petitio tua, usq́ ad dimidium regni, & fiet. Respondens Ester, ait, Petitio
mea & postulatio [hæc est,] Si nacta sum gratiam in oculis regis, & si regi uisum
fuerit, ut annuat petitioni meæ & præstet quod peto, Veniat rex & Haman ad C
conuiuiū quod parabo eis, cras autem faciam iuxta uerbum regis. Egressus itaq́
Haman eodem die lætus & hilari corde: quumq́ Haman uideret Mardochæum
in porta regis ꝙ nec surgeret, nec terreretur ab eo, impletus est Haman furore ad-
uersus Mardochæum. Dissimulauit autē Haman, & ueniens domū suam, misit
& aduocauit amicos suos, & Sares uxorē suam. Et recensuit Haman eis gloriam
opum suarū, & multitudinem filiorū suorum, & cuncta in quibus rex eum eue- D
xerat, & ꝙ extulisset eū supra principes & ministros regis. Dixitq́ Haman, Etiam
regina Ester neminem introduxit cum rege ad conuiuium quod parauerat, præ-
ter me: quin & cras inuitatus sum ab ea unà cum rege: at hoc totum haudqua-
quam commodum mihi est, quantisper Mardochæum Iudæum uideo seden-
tem pro porta regis. Ait autem ad eum Sares uxor eius, atque omnes amici eius,
Fiat lignum q̄d altitudine sit quinquaginta cubitorū, et facto mane loquere cum
rege, ut suspendant Mardochæū in eo, tu uero lætus ingredere cum rege ad con-
uiuiū. Placuitq́ hæc res ipsi Haman & curauit ut pararetur lignū. CAP. VI.

Iubet rex ut minytra, hoc est indicij præmia, reddantur Mardochæo, idq́ per Haman infensißimum hostem.

NOcte ista fugit somnus regem, iussitq́ ut afferrent librum rerum memora- A
bilium atq́ annales, qui lecti fuerunt coram rege. Inuentū est aūt scriptum,
quomodo Mardochæus indicarit de Bigthana & Thæres duobus eunuchis re-
gis qui custodes erant liminis, ꝙ scilicet hi conati fuissent manus inferre regi Ass-
uero. Dixitq́ rex, Qualis honor aut magnificētia Mardochæo exhibita est huius
rei gratia? Responderunt pueri regis qui ei ministrabant, Ne tantillū quidem ei
repensum est. Et dixit rex, Quis est in atrio? (Venerat aūt Haman in atrium exte- B
rius ædium regiarum, ut loqueretur cum rege de suspendendo Mardochæo in li
gnum quod illi parauerat.) Dixerūt ergo pueri regis ad eum, Ecce Haman stat in
atrio. Dixit ergo rex, Ingrediatur. Et quum Haman esset ingressus, dixit ad eum
Superbia. rex, Quid faciendū est uiro quē uoluerit rex honore afficere? [a] Cogitauit aūt Ha-
man in corde suo, Quē uellet rex honore afficere q̄ me? Respondit ergo Haman
regi, Vir quem dignatur rex honore prosequi, hunc introducant, & regio uestitu
uestiāt quo rex solet indui, deinde & equo [uehatur] quo solet uehi rex, impona
turq́ corona regia in capite eius. Dent insuper uestimentum & equū in manum C
alicuius, qui ex principibus est & satrapis regis, ut induant uirum illum quē rex
honore uult prosequi, hunc imponāt super equum in platea ciuitatis & clament
ante eum, Sic fiet ei quē rex honore uult prosequi. Tum dixit rex ad Haman, Ili-
co cape uestimentū & equum, & quemadmodum loquutus es, sic facias Mardo-
chæo Iudæo sedenti pro porta regis: ne sinas excidere uel uerbulū ex omnibus

[a] Eb. Tulit gratiam.
[b] Eb. Si super regem bonum.
[a] Eb. Dixit in corde suo.

Digitized by Google

quæ loquutus es. Tum accepit Haman uestimentum & equum, & induit Mardochæum, & uexit eum equo per plateam urbis, & exclamauit corā eo, Sic fiet ei
D quem rex honore uult prosequi. Reuersus est autem Mardochæus ad portam regis, & Haman impulsus ad domum suam, mœstus & cooperto capite. Narrauit autē Haman Sares uxori suæ, & omnibus amicis suis omne quod ei acciderat: et dixerunt ad eum sapientes sui & Sares uxor eius, Si de semine Iudæorū est Mardochæus coram quo cadere cœpisti, non poteris eum superare, sed cadēdo cades ante conspectū eius. Quumq; adhuc loquerētur cum eo, adfuerūt eunuchi regis, & sategerunt introducere Haman ad conuiuiū q̄d parauerat Ester. CA. VII.

Quum essent in conuiuio rex & Haman, deteguntur insidiæ quas parauerat Haman Mardochæo, & recidit fraus in authorem suum.

A INgressus est itaq; rex & Haman ut biberent cū Ester regina. Et ait rex ad Ester etiam altera die in cōuiuio uini, Quæ est postulatio tua Ester regina, & detur tibi: quæ petitio tua, ad dimidium usq; regni, & fiet. Respondēs Ester regina, dixit, Si nacta sum gratiam in oculis tuis ô rex, siq; uisum fuerit regi, detur mihi anima
B mea in petitione mea, & populus meus in petitione mea. Vēditi enim sumus ego & populus meus, ut [nos] excindant, trucident & perdāt: & utinā uēditi essemus in seruos & ancillas, tum enim tacuissem, uerum hostis non supputat damnū regis. Respondens autem rex Asuerus, dixit ad Ester reginam, Quis est iste? & ubi est iste, qui corde suo plene statuerit hoc facere? Ester ait, Vir aduersarius & hostis
C est iste malus Haman. Territus est autem Haman coram rege & regina. Et surgēs rex à potatione uini in furore suo, [abijtq;] in hortos iuxta palatium. Haman autem stans rogabat Ester pro uita sua, animaduertebat enim sibi malū omnino definitum esse à rege. Quum uero rex ex hortis palatij redijsset in locū in quo cōuiuium uini fuerat, corruerat Hamā super lectū super quo Ester [sedebat.] Tum
D ait rex, An uero & reginam comprimere uult in domo me præsente? Quū sermō iste exisset ex ore regis, faciem ipsius Haman [a] operuerūt. Dixit autem Harbona, unus ex eunuchis regis coram rege, En lignum quoq; quod parauit Hamā Mardochæo, ([b] qui salutē regis curauit,) stat in domo Hamā, altitudine quinquaginta cubitorum. Dixit ergo rex, Suspendite eum in illo. Suspenderūt ergo Haman in ligno quod parauerat Mardochæo, reseditq; furor regis. CAP. VIII.

[a] Alij legunt, facies Haman opertæ sunt, intelligentes Haman ad sermonē regis pudore territū, faciem obtexisse.
[b] Ebr. Qui loquutus est bonum super regem.

Rescinditur edictum Haman per Asuerum & liberantur Iudæi.

A IPso eodem die dedit Asuerus rex Ester reginæ domum Haman hostis Iudæorum, uenitq; Mardochæus in cōspectum regis, Ester enim indicauerat qualiter ei esset [iunctus.] Tulitq; rex annulum suum quem ab Haman abstulerat, et tradidit eum Mardochæo, & constituit Ester Mardochæum super domum Haman. Rursum quoq; Ester loquuta est coram rege, accidit(q;) pedibus eius, flens & obsecrans eum ut tolleret malum Haman Agagæi, & machinationem eius quā excogitauerat cōtra Iudæos. Porrexit autem rex sceptrum aureum ipsi Ester, surgensq; Ester stabat coram rege, dixitq;, Si regi placuerit, & si nacta sum gratiā in conspectu eius, siq; hæc res cōmoda uidetur regi, & ego bona [iudicata fuerim] in ocu-
B lis eius, scribatur, ut reuocentur literæ [quæ continent] machinationem Hamā filij Hamedatha Agagæi, quas scripsit ad perdēdum Iudæos qui sunt in uniuersis prouincijs regis. Quomodo enim potero [ferre] & uidere calamitatē quę deprehendet populū meum? aut qui possum [ferre] & uidere perditionem gentis meę? Ait itaq; rex Asuerus ad Ester reginam, & ad Mardochæū Iudæum, Ecce domum Hamā dedi Ester, quem egerūt in crucem, eo q; intulit manum suam Iudæis, uos iam scribite ad Iudæos quod bonū uobis uidetur nomine regis, & obsignate annulo regis: scriptum enim quod exaratum est nomine regis, & obsignatum annulo regis, nemo audet refringere. Vocati sunt ergo eodem tempore scribæ regis,

mense

mense tertio, is est mensis Siuan, uicesimatertia eiusdem, & scriptũ est iuxta omnia quæ præcepit Mardochæus, ad Iudæos & ad Satrapas, præfectos et principes prouinciarũ, quæ sunt ab India usq; ad Aethiopiam, prouincijs centum atq; uiginti C
septem, cuiq; prouinciæ secundũ scripturam eius, & cuiq; populo secundum linguam eius, Iudæis etiam iuxta scripturã & linguam eorum. Scripsit autem nomine regis Asueri, & obsignauit annulo regis, misitq; literas per manum cursorum qui uehebantur equis uelocibus ueredis & iuuenibus mulis, quod rex daret Iudæis, qui in oĩbus & singulis ciuitatibus essent, facultatẽ sese congregãdi & standi pro uita sua, ad excindendum, ad trucidandum & perdẽdum omnes copias, populũ, prouinciam, qui eos adfligunt, & pubem, & mulieres, prędamq; eorũ diripiendi. Idq; uno eodemq; die per omnes prouincias regis Asueri, nẽpe decimatertia die mensis duodecimi, is est mensis Adar. Exemplar autem scripti erat, ut affigeretur D edictum in omnibus & singulis prouincijs, uulgareturq; omnibus populis, ut Iudæi parati essent in diem illum, ad sese asserendum ab hostibus suis. Porrò cursores qui uehebantur uelocibus ueredis, festinanter egressi sunt impulsi pręcepto regis. Edictum autem affixũ est in Susan arce regia. Mardochęus quoq; egressus est à rege cultu regio ornatus, hyacinthino uidelicet & candido, corona quoque aurea eaq; magna, pallio deinde byssino atq; purpureo, iubilante & exultante urbe Susan. Ortaq; est lux Iudæis, gaudium, exultatio & honor, in omnibus deniq; & singulis prouincijs, & in omnibus ac singulis ciuitatibus què peruenerat uerbum regis & decretum eius, habebant Iudæi gaudium & exultationem, conuiuium & diem bonum. Multi quoq; ex populis terræ simulabant se Iudæos, quandoquidem pauor Iudæorum ceciderat super eos.

Adar Februarium dicunt.

Cursores pro ueredarijs.

CAP. IX.

Asserunt se Iudæi à ui hostium, filij Haman aguntur in crucẽ, oboritur lætitia Iudæis.

MEnse duodecimo, qui est mensis Adar, decimatertia die eiusdem, quũ iam A appeteret [tempus] ut uerbũ regis & decretum eius perficeretur, eo scilicet die quo hostes Iudęorum sperabant se tyrannidem exercere in eos, uersæ sunt uices, ut Iudæi dominarentur in hostes suos. Congregati enim erant Iudæi in ciuitatibus suis in omnibus prouincijs regis Asueri, ut inferrent manũ in eos qui mala eis machinabantur, nec potuit quisquam coram eis consistere, quoniam pauor eorum inciderat super omnes populos. Sed & cuncti principes prouinciarũ, satrapæ & duces, & qui exequebantur opera [regia,] honore prosequebantur Iudæos, eo quod pauor Mardochæi inciderat super eos. Erat enim Mardochæus B magnus in domo regis, & fama eius exierat per omnes prouincias, quia uir ille Mardochæus promouebat & magnus fiebat. Percusserunt itaq; Iudæi omnes hostes suos ictu gladij, [edentes] cædem & perditionem, agentes cum hostibus suis pro uoto suo. Porrò in Susan arce regia interfecerunt Iudæi & perdiderunt quingentos uiros. Super hæc Parsandatha, Dalphon, Asphata, Poratha, Adalia, Aridata, Parmasta, Arisai, Aridai, & Vaizatha decem filios Haman, filij Hamedatha hostis Iudæorum interfecerunt, in prædam autem manum suam non iniecerunt. Illo eodem die peruenit numerus occisorum in Susan arce in conspectum regis. Dixitq; rex ad Ester reginam, In arce Susan interfecerunt & perdiderunt Iudæi quingentos uiros, atq; decem filios Haman, quid fecerũt (putas) in reliquis C prouincijs regis? Quæ uero est postulatio tua quæ detur tibi? aut quæ est adhuc petitio tua, & fiet? Respondit Ester, Si regi placet, [facultas] detur etiam cras Iudæis qui sunt in Susan, ut faciant iuxta decretum huius diei, suspendantq; decem filios Haman in ligno. Et annuit rex ut sic fieret, & affixum est decretũ in Susan: & suspenderunt decem filios Haman. Congregati enim Iudæi qui erant in Susan, decimaquarta die mensis Adar, interfecerunt trecentos uiros, at in prædam manum suam non iniecerũt. Reliqui quoq; Iudæi qui erant in prouincijs regis,

Digitized by Google

congregati steterunt pro anima sua, & ut tranquilli essent ab hostibus suis, interfecerunt ex hostibus suis septuagintaquinque millia, nec tamen iniecerunt ma-
D num suam prædæ. Decimatertia die mensis Adar [hoc fiebat,] quieuerunt uero die decimaquarta eiusdem, celebrantes eum diem conuiuio & gaudio. At Iudæi qui erant in Susan congregati fuerunt decimatertia eiusdem, atque decimaquarta eiusdem, decimaquinta uero eiusdem quieuerunt, & eodem die habuerũt conuiuium & gaudium. Ideo Iudæi in rure & uicis habitantes celebrant decimumquartũ diem mensis Adar cum gaudio et conuiuio, & [a] festum agunt diem, ad hæc quisque portiones mittit proximo suo. Consignauit autem Mardochæus gesta illa, & misit literas ad omnes Iudæos qui erant in uniuersis prouincijs re-
E gis Asueri, siue prope essent, siue procul, ut constitutionem facerent super se, ut celebrarent decimumquartum diem mensis Adar, atque decimumquintum eiusdem, idque singulis annis. Hos inquam dies quibus requiem sibi parauerant Iudæi ab hostibus suis, & mensem illum qui uersus eis fuerat à tristitia in lætitiam, & à luctu in diem bonum, ut celebrarent illos dies conuiuio & gaudio, & mitteret quisque portiones proximo suo, & dona pauperibus. [b] Susceperunt hoc Iudæi, quod & ipsi cœperant facere, & quod Mardochæus scripserat ad eos, Quomodo Haman filius Hamedatha Agagæi hostis omnium Iudæorũ molitus fuerit perdere Iudæos, & quomodo idem Pur, id est sortem, iecerit ad delendum eos, & ad perdendum eos: præterea quomodo [Ester] introierit in conspectum regis, di-
F xeritque ut literis refringeretur machinatio eius mala quam excogitauerat contra Iudæos, [recideretque] in caput eius, ut suspenderent eum & filios eius in lignum. Hac de causa uocauerunt dies illos Purim, propter nomen sortis, & propter omnes sermones huius epistolæ, & quidquid ipsi uiderant in hoc negotio, & quidquid eis acciderat. Ratum ergo habuerunt & susceperunt Iudæi super se et super semen suum, atque super omnes qui eis iuncti fuerint, ut nemo negligat quin hos duos dies celebret, ut scripti sunt & destinati singulis annis. Dies enim memoriales sunt, celebresque in omnem posteritatem et generationem, per singulas prouincias & ciuitates. Dies Purim illi nunquã obliuioni tradentur inter Iudæos, memoriaque eorum nunquam recedat à semine ipsorum. Scripsit præterea Ester regina filia Abihail, & Mardochæus Iudæus summa diligentia, ut ratam haberent hanc secundam epistolam Purim. Misitque literas ad omnes Iudæos, ad cen-
G tum uigintiseptem prouincias regni Asueri, Pax [uobis] et firmitas. Firmiter seruandi sunt dies illi Purim suis temporibus, quemadmodũ eos instituit illis Mardochæus Iudæus, & Ester regina: & quemadmodũ ipsi obligarunt animas suas, & posteros suos ad ieiunia & preces: & ut Ester sermone confirmauit negotium istarum Purim, & in libro consignauit. Porrò Asuerus rex uectigal imposuit terræ & insulis marinis. Gesta quoque cuncta fortitudinis & roboris sui, deinde insignis claritas magnificentiæ Mardochæi, qua eum euexerat rex, an non hęc scripta sunt in libro annalium regum Medorum & Persarum? Erat enim Mardochęus Iudęus secundus à rege Asuero, & magnus inter Iudæos, acceptus denique multitudini fratrum suorum, studens saluti populi sui, salutemque ac pacem curans omnibus posteris suis.

[a] Hb. Facies bonum diem.

[b] Hbr. Suscepit.

Digitized by Google

Iesaias propheta.

Titulus. [a] VISVM Iesaiæ filij Amoz, quod contemplatus est super Iudam & Ierusalem in diebus Vsiæ, Iotham, Ahas, & Ezechiæ regum Iuda.

CAPVT I.

Criminatio grauißima populi Iudaici, cum enumeratione diuinorum beneficiorum, & denunciatione grauißimarum pœnarum, nisi resipiscant.



AVDITE cœli, ausculta tellus, quoniam DOMINVS loquitur, Filios educaui & euexi, ipsi autem A
perfide desciuerunt à me. † Agnoscit bos dominũ suum, & asinus præsepe [b] heri sui, [at] Israel non agnoscit, populus meus sese non intelligit. Heu gentem scelestam, populum iniquitate [c] onustum, [d] semen malitiosum, filios [e] perditissimos, deseruerunt ipsum DOMINVM, ipsum sanctũ Israelis irritauerũt, & à tergo de
fecerunt. Ad [f] quid percuteremini ultra, adituri scilicet defectionem? B
Omne [g] caput languet, & omne cor mœret, à planta pedis ad uerticem usq;, nihil est integrum in [h] eo, uulnus, tumor, purulentaq; plaga. Non sunt fota, non obligata, neq; oleo emollita. Terra uestra deuastata, ur-
Infra 5.d bes uestræ igne succensæ sunt, terram uestrã, eam ipsam [inquam] alieni deuorant, [idq;] uobis aspicientibus, [ut fit] uastatio, [i] quemadmodũ in
euersione hostili [fit.] Et relicta est filia Zion sicut tuguriolũ in uinea, C
Rom.9.f sicut diuersoriolũ nocturnũ in cucumerario, sicut ciuitas obsessa. Nisi DOMINVS exercituum reliquas fecisset nobis reliquias admodum
Gene.19.c Ierem.6.e Amos 5.f paucas, sicut Sodoma essemus, & Gomorrhæ similes. Audite [k] uerbũ DOMINI tyranni Sodomorũ, ausculta & tu Gomorrhæ plebs legem dei nostri. Ad quid [l] mihi multitudo sacrificiorũ uestrorũ (dicit DOMI
Omnis externus cultus sine cordis pietate, deo displicet. NVS?) Holocausta arietũ, & adipem saginatorũ [m] fastidio, boum cruorem, agnorũ & hircorũ non amo. Quum ueniretis ad cõparendum co
ram me, quis postulat id à manu uestra, ut calcaretis atria mea? Ne ultra D
afferatis frustraneũ [n] munus, incensum res est mihi abominanda, neomenias, sabbatum, [o] panegyres non possum, nempe uanitatem & concursum. Neomenias uestras & statas ferias ex animo odi, lassum reddũt me, defessus sum ferendo. Et quũ expanderitis manus uestras, abscondam oculos meos à uobis, etiamsi multiplicaueritis orationẽ haudquaq;
Infra 59.a 1.Pet.3.b exaudiã, † manus uestræ plenæ sunt [p] sanguinibus. * [q] Lauate, mundos E
facite, auferte malitiã studiorũ uestrorũ à conspectu oculorum meorum, [r] cessare adfligere, discite beneficijs prosequi, sciscitemini iudiciũ, dirigite oppressum, ius dicite pupillo, causam uiduę suscipite. Adeste quęso, & [s] disputemus, dicit DOMINVS: si peccata uestra fuerint ut coccus, niue redduntur albiora: si rubent instar purpuræ, sicut natiua lana fiunt. Si uolueritis & audieritis, bonis terrę fruemini: si uero renueritis, ac contu
Obiectio crimiunum. maces fueritis, gladio deuorabimini, quoniã os DOMINI loquutũ est.
Quomodo meretrix facta est urbs fidelis? ęquitatis plena, in qua iustitia F
uersabat, nũc aũt parricidę? Argentũ tuũ scoria factũ est, et merũ tuũ aqua

---

a Visum capitur pro prophetia aut reuelatione: dicebantur enim prophetæ uidentes olim, 1. Sam.9. ergo opus illorũ uisum uel uisio nominatur. Contemplantur enim prophetæ & inspiciunt acie mentis suæ dei consilia super mortales, quæ & eis nonnunquam spectris quibusdam obijciuntur.
Oratio uidetur esse continua eiusdem argumenti usq; ad sextum caput, sub Osia & Iotham.
Exclamatio cum graui obtestatione, tum propter sceleris enormitatem, tum ut intentos faciat auditores.
† Amplificatio per comparationem.
b Ebr. Dominorum suorum.
c Eb. Grauem seu degrauatum.
d Ebr. Semen malorum.
e Ebr. Corruptores.
f Apostropha ad populum.
g Eb. Omne caput ad morbum.
h In eo, scilicet populo uel corpore.
i Ebr. Secundum subuersionem alienorum. Ponuntur autẽ alieni pro hostibus.
Alij legunt, in rebus grauibus, periculosis, aut dubijs.
k Exordiolum parans attentionem.
l Occupatio.
m Ebr. Plenus sum aut satur.
n Minha sacrificium est cibarium, aut munus.
o Ebr. Cõuocare cœtum: alij legunt legere lectionem sacram, nam Mikra biblia uocãt Iudæi, et pro azereth legunt ieiunium. Est autem azereth retentio populi in ecclesia: posui pro cœtu aut strepitu populi.
p Sanguines cũ Ebræis dixi cõtra regulas grãmaticas Latinitatis, ut emphasim & uim Ebraicam exprimerem. Per sanguinem enim Ebræi atrocissima quæq; scelera intelligunt, ut sunt oppressio pauperum in corpore, animo, fortunis, cædes, fundere sanguinem innoxium, uiolẽtia, corruptio iudiciorum, iniusti contractus, &c. idq; uirtute synekdoches.
q Consilium prophetæ, quo futurum malum euadant, & quæ sit uera pietas quæ deo probetur.
r Potest etiam legi, cessare male facere, discite benefacere.
s Ebr. Arguamus.

Digitized by Google

uitiatum, principes tui defectores, & partiarij sunt furū; quisq; eorū diligit munus, inhiat retributiōibus, pupillo ius non reddūt, & causa uiduę nō peruenit ad eos. Propterea dicit dominus [t] DOMINVS exercituum, fortis Israelis, Heu consolationem capiā de hostibus meis, & uindictam sumam de inimicis meis. Et admoliar manum meam tibi, & excoquam ad purum putum scoriam tuam, & auferam omne [u] stannum tuum, de G inde restituam iudices tuos quemadmodum olim fuerunt, & senatores tuos sicut antiquitus. Tum tandem [F] dicetur de te, Ciuitas iustitiæ, urbs fidelis, Zion iudicio redimetur, & captiuitas eius iustitia. Contritio autem præuaricatorum & peccatorum simul [ueniet,] & deserentes DOMINVM consumentur. Quoniam pudefient ab idolis, quibus uos delectati estis, & erubescetis propter hortos quos elegistis. Quoniam eritis sicut quercus cuius folia defluunt, & sicut hortus quem nulla [irrigat] aqua. Redigeturq; insignis ille thesaurus [in quo fiduciam collocatis,] in stuppam, & fabricator eius in scintillam, flagrabuntq; ambo simul, nemine extinguente.

Iere. 5. g Pœnam intentat propheta.

t Alij legunt, deus exercituum.

u Alij plumbum legunt.

F Ebr. Dicent tibi, sed tertijs personis sæpe impersonaliter utuntur.

Subita mutatio personæ.

Sculptila & idola intelligit, in quibus tanquam fortibus fidebant.

CAP. II.

Digreditur propheta parum à proposito, describens augustißimum Christi regnum, idq; in consolationem piorum, deinde redit ad propositum.

Titulus, sed non nouus.

A VErbū quod uidit Iesaias filius Amoz super Iudam & Ierusalem. Et erit [a] tēporibus postremis, erit [inquā] mons domus DOMINI præparatus in uertice montiū, & editior erit [cunctis] collibus, confluentq; ad eum omnes gentes, & proficiscētur multi populi, dicētes, Adeste, & ascendemus ad montē DOMINI, ad domū dei Iacob, & docebit nos de uijs suis, ambulabimusq; in semitis eius: quoniā de Zion exibit lex, & uerbū DOMINI de Ierusalem. Ius dicet inter gentes, arguetq; populos multos. Illi ergo cōcidēt gladios suos in ligones, & lanceas suas in falces, nec feret gēs cōtra gētē gladiū, neq; ultra bello asuescēt. Venite B ô domus Iacob, & ambulabimus in luce DOMINI. At deseruisti populū tuū, domū Iacob, eo q; abūdāt [magica] plus q̄ [b] orietales, & mathematicis ut Palestini, & in filijs alienigenarum [c] sategerūt. Abūdat terra [D] eius argento & auro, & thesaurorū nullus est finis. Deinde & equis impleta est terra eius, & quadrigarū eius nullus est finis. Idolis quoq; plena est terra eius, operi manuū suarū geniculātur, & ei q̄d fecerūt digiti sui. Homo se incuruat, et uir sese demittit, ne [e] remittas eis. Abi in petrā, & absco C de te in terrā, præ pauore DOMINI, & prę gloria magnificētię suę. Sublimitas oculorū hominis humilis erit, & mortaliū altitudō [f] incuruabitur, atq; illo die DOMINVS solus superior erit. Quoniā dies DOMINI exercituū [erit] sup omnē superbiā & altitudinē, supq; omnē elatum ac humilē. Deinde super omnes cedros Libani sublimes & eleuatas, & super omnes quercus Basan, super omnes mōtes excelsos, & super omnes editos colles, super omnē turrē altam, & super omnē murum munitū. Super uniuersas quoq; naues Tharsis, & super uniuersa quę uisu aut D spectatiōe desiderabilia sunt. Et incuruabitur celsitudo hominis, & mortaliū altitudo deprimetur, & DOMINVS solus superior erit in die illo. Porrò idola in uniuersum permutabit. Ingredientur in specus petrarū, & in hiatus terræ præ formidine DOMINI, & splēdore maiestatis eius, cū exurrexerit ut concutiat terrā. In illo die abijciet homo idola sua argētea, & idola sua aurea, quæ sibi fecerant ut ea colerēt, in foramina talparū & uespertilionum, quo [expeditius] subeāt in cauernas rupiū, & in cacumina petrarū prę formidine DOMINI, et prę splēdore maiestatis eius, quū exurrexerit

Mich. 4. a

a Ebr. In postremo dierum.

Causa cur deus deseruerit.

Hortatur Iudæos, ut & ipsi hāc lucem non negligant.
Apostropha subita ad deū, sese corrigit propheta.
b Mikædem alij exponūt, plus quā priores, uel olim, ab initio.
c Hoc est, magno & nimio studio hærent gentibus.
D Eius, scilicet Iacob uel populi Iudaici.
e Indignitate rei & zelo gloriæ diuinæ commotus propheta imprecatur, seu uaticinatur peccatum hoc eorum nulla uenia dignum esse.
f Alij legunt, exaltabitur.
g Alij legunt, ut humilietur: uel ut humilis sit.

Redit ad propositū, pœnam minitans.

Osee 10. b Luc. 23. d Apoc. 9. b

Mutatio numeri.

Digitized by Google

exurrexerit concutere terrã. Cessate uobis ab homine, in cuius nare flatus est: in quo enim is reputatur? CAP. III.

Redit propheta ad enumerationem pœnarũ, quas iratus deus immissurus sit, simulq; ostendit quibus sceleribus deum prouocauerint, non uiri modo, sed & fœminæ.

A QVoniã ecce DOMINVS deus exercituũ aufert de Ierusalẽ, & de Iuda fulcientẽ [uirum,] & fulcientẽ [fœminã:] [a]omne fulcrũ panis, & omne fulcrũ aquæ. Heroem & militẽ, iudicem & prophetã, coniectorem & senẽ, ducem quinquagenariũ, & [b]authoritate suspiciendũ, senatorem & [c]sapientem, architectos & oratorem. Et dabo pueros [qui sint] principes eorũ, & [d]infantes imperitabunt eis. Vim facient, tum populus ipse, tum quisq; proximo suo. Insolescent, adolescẽs contra senẽ, & obscurus contra nobilẽ. Etenim apprehendet quisq; fratrem suũ qui est de domo patris sui, [dicẽs,] Vestem habes, præfectus noster eris, ruina hæc sub manu tua. [e]Deierabit ille eodẽ die, dicetq;, Non B ero obligans, sed & domi meę neq; cibus est, neq; uestis, nolite ergo me præficere populo. Quoniã impegit Ierusalẽ, & Iuda corruit, quandoquidem lingua eorũ atq; studia eorũ contra DOMINVM [sunt,] ut prouocarent oculos maiestatis eius. Habitus uultus eorũ [f]testatur cõtra eos, & peccatũ suum prædicant sicut Sodoma, nec cælant. Væ animæ eorũ, quoniam [g]rependẽt eis malũ. Dicite iusto [h]quod bonũ, siquidem fructu studiorum suorũ fructur. Væ impio malo, quoniã secundũ opera manuum suarũ [i]rependetur ei. Populũ meum exactores sui [k]racemando spoliant, & fœminæ imperant ei. Popule mi, qui te [l]dirigunt seductores sunt, & C iter semitarũ tuarũ [m]deprauãt. Consistit ad litigandũ DOMINVS, & stat ut iudicet populos, DOMINVS ueniet ad iudiciũ experiendũ cũ senioribus populi sui, ac [n]principibus eius. Etenim uosipsi [o]incẽdistis uineam illã, & spoliũ pauperis [est] in domibus uestris. Cur ad egestatem redigitis populũ meũ, & facies pauperũ cõmolitis? dicit dominator DOMINVS exercituũ. Dixit & [hoc] DOMINVS, Quandoquidẽ fastuosæ sunt filiæ Zion, & porrecto collo incedũt, ac fallaci [p]oculorũ nutu, in cedendo molliter & fracte eunt, & pedibus suis ornamenta adhibẽt: caluam reddet dominus uerticẽ filiarũ Zion, & DOMINVS uerenda earũ D nudabit. In die illa adimet [eis] dominus decus ornamentorũ pedũ, fibulas & bullas, collaria, armillas, & [q]mitras, uittas, tibialia, uestes strictas, [r]fasciculos redolentes, inaures, annulos, frontales infulas, suppara, palliola, pepla, acus, specula, sindones, calyptras, & theristra. Eritq; pro musco tabes, pro cinctura difluxus, pro opere calamistri caluitium, pro fascia pectorali saccus, & pro uenustate adustio. Viri tui gladio cadent, & robur tuum in bello. Mœrebunt & lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit. CAP. IIII.

Prosequitur pœnam contumacium, simul gratiam diuinam post pœnã pollicens.

A APprehendent in illa die septẽ mulieres uirũ unum, dicẽtes, Panem nostrũ comedemus, & uestimẽtis nostris uestiemur, modo nomine tuo [a]uocemur, tollasq; opprobriũ nostrum. In die illa erit germen DOMINI in [b]magnificentiã & gloriam, & fructus terrę in sublimitatem & decorẽ, his qui [c]euaserint Israelitis. Et fiet, ut qui reliquus fuerit in Zion, & qui residuus manserit in Ierusalẽ, [d]sanctus uocet: omnis [scilicet] qui Hierosolymis inter uiuos [e]scriptus fuerit. Posteaq̃ eluerit do B

[a] Latinius fuerat, omnem usum annonę, sed nolui tam procul ab Ebraicis discedere.
[b] Ebr. Eleuatũ faciebus, uel spectabilem uultu.
[c] Alij legunt, sapientem fabrorum, indistincte.
[d] Alij legunt, paruuli seu effœminati.

Metaphora sumpta à chirurgis, qui uulnera obligant.
[e] Iischa tollet aut renuet.

[f] Ebr. Dispositio uultus eorum respondit eis, uel testatur contra eos, & hoc est prodere.
[g] Executores, scilicet diuinę iustitiæ.
[h] Quod bonum, supple, sit ei futurum: uel, quod bonum agat: uel, quod bene habeat: uel, q̃d bene agat.
[i] Ebr. Retributio manuum suarum fiet ei.
[k] Eb. Racemantur, sed est singulare: alij legunt, infantes sunt: quia uero racemationem facere pro expilare & spoliare ponitur, addidi, spoliant.
[l] Pro dirigunt quidam legunt, beatum dicunt.
[m] Ebr. Deuorant.
[n] Non ueniet cum principibus, sed contra eos.
[o] Pro incendistis alij legunt, depasti estis, seu euacuastis.
[p] Ebr. Mentientes oculis, uel uultu, uel mendacibus oculis.
[q] Alij legunt, limbos cum folio lis trementibus.
[r] Eb. Domulos animæ, nos uocamus poma ambre uel musci.

[a] Ebr. Vocetur nomen tuum super nos.
[b] Ebr. In capream.
[c] Ebr Euasioni Israelis.
[d] Ebr. Sanctus dicetur ei.
[e] Alij legunt, ad uitam accensi.

[left margin, cropped:] ...atipopho... / ...poc. 1. b / ...postro- ...ia est & ...tio domi- contra ...incipes.

Digitized by Google

minus sordes filiarũ Zion, & sanguines Ierusalẽ expiauerit de medio
eius, in spiritu iudicij, & spiritu incẽdij. Et creabit DOMINVS super o-
mnem habitationẽ montis Zion, & super omnẽ cœtũ eius nubem & fu
mum interdiu, nocte aũt splendorẽ ignis flãmantis, quia super omnem
gloriã [erit] protectio. Eritq; tabernaculũ in umbram interdiu ab æstu,
& in suffugium ac receptum à nimbo & pluuia. CAP. V.

Obiurgat eos, quod ingrati diuinis beneficijs cõtumaciter in sceleribus per gant, proponit autem hæc sub allegoria.

A AGe, canã dilecto meo, cantilenam patruo meo, uineæ eius. Vinea — Vice tituli aut Exordij.
fuit dilecto [a] meo in cornu loco uberi, quam sepiuit, et elapidauit,
cõseuitq; eam [b] nobilissimis uitibus, extruxit in ea turrim, sed & lacum
in ea excidit, & expectauit ut ederet [c] uuas, sed reddidit labruscas. Nunc — Iere. 2. d
igitur ô habitator Ierusalem & uir Iuda, decernite quęso inter me & in- — Matt. 21. d
ter uineam meam. Quid ultra faciundũ erat uineæ meę quod non fece-
B rim ei? Cur igitur me sperante uuas redditurã, labruscas protulit? Et nũc
plane notũ faciã uobisipsis, quid nam facturus sim uineæ meæ, [d] tollam
sepem eius ut [e] depascatur: rumpã maceriã eius, ut conculcetur, & reddã
eam uastam, non putabitur, neq; fodietur, exorietur [in ea] [f] sentis ac spi
na, nubibus quoq; interdicã, quo minus pluuiã in eam depluant. Por-
rò uinea DOMINI exercituũ domus Israel est, & uir Iuda plantula eius
delicata, qui expectauit iudiciũ, & ecce conciliabulũ: iustitiam, & ecce
clamor. Væ his qui copulant domũ domui, & agrũ agro continuant, — Auaritia.
C donec locus deficiat. Num uos soli habitabitis in terra? In auribus DO
MINI exercituum [obtestor,] si non domus multæ magnę & pulchræ
desolatę erunt, ut nemo inhabitet. Porrò uinearũ decem iugera reddent
Batũ unum, & Homer sementis reddet Epha. Væ his qui mane se ac- — Ebrietas.
cingũt ut sectentur *sicerã, prorogantes id ad crepusculũ usq;, uino eos
incendente, in quorum conuiuijs [g] cithara, & nablũ, tympanũ & tibia
cum uino [iunguntur,] at interim opus DOMINI non contẽplantur,
nec opus manuum eius considerant. Ideo in captiuitatẽ abit populus
meus, q; cognitionem nullam habet, & [h] gloria eius fame maceratur, &
D multitudo eius siti aret. Hinc & inferi ingluuiem suam dilatant, & ore
suo præter modũ dehiscunt, ut [illò] descendat splendor eius, multitudo
eius, & opulentia eius, & qui in his lætantur. [Hoc pacto] incuruatur
homo, deprimitur uir, & oculi sublimiũ concidũt. DOMINVS autem
exercituũ altus fit in iudicio, & deus sanctus sacrosanctus fit in iustitia.
Tum pascentur agni iuxta [i] demensum suum, & arietes [k] balantes solitu — Contẽptus dei & securitas in peccatis.
dines detondebunt. Væ his qui iniquitatẽ funibus uanis, & peccatum
ueluti nexibus plaustri protendunt, qui dicunt, Acceleret, festinet opus
E eius ut uideamus: appropinquet & ueniat consiliũ sancti Israelis, ut ex- — Reprobus sensus & peruersum iudicium.
periamur. Væ his qui dicunt malũ esse bonum, & bonũ malũ: qui po
nunt tenebras lucem, & lucem tenebras: amarũ dulce, & dulce amarũ.
Væ qui in oculis suis sapiẽtes sunt, & suo iudicio intelligentes. Væ qui — Præsumptio & contemptus cõsiliorũ dei.
gigantes sunt ad hauriendũ uinũ, & uiri strenui ad miscendam siceram.
Qui impiũ ob munus iustũ pronunciant, & iustitiam iustorũ tollunt ab — Corruptio iudiciorum & neglectus iustitiæ.
eis. Quapropter sicut lingua ignis stipulã deuorat, & culmus ã flma re-
F sidet, [sic] radix eorũ putrefiet, & flos eorum ut puluis [l] euanescet, quo-
niam repudiarunt legem DOMINI exercituũ, & uerbũ sancti Israelis
contumeliose blasphemarũt. Ideo [m] incensa est ira DOMINI in populũ — Epilogus totius orationis.
suum, ut extenta manu super eum, percuteret eum, ut contremiscerent
montes,

[a] Ebraice, in cornu filio olei.
[b] Ebr. Sorek.
[c] Eb. Facere uuas dicsit, & pro labruscis alij spinas legunt.

[d] Ebr. Auferatur uel auferre, sic rumpere infinite.
[e] Vel, ut incendatur.
[f] Eb. Ascendet sentis & spina.
Clauis allegoriæ seu interpretatio.
Paranomasia Ebraica reddi cõmode non potest.
Epanodus, redit enim propheta ad obprobrationem scelerũ, & ostendit quæ sint labruscæ.

* Sicera omnis potus est inebrians.
[g] Canora alij legunt.

[h] Eb. Gloria eius uiri famis: ponitur autem gloria pro gloriosis & inclytis ipsius, metonumicos.

Quũ deus exempla iustitiæ suæ edit, supplicijs impiorum sacrosanctus fit.
Sanctus pro sublimi & inuiolato, sacrosancto.
[i] Alij legunt, iuxta morẽ suum.
[k] Alij legũt, solitudines pinguium aduenæ comedent.

[l] Eb. Ascendet, more Germanico, das huß gadt in rotem f hör auf, hoc est, euanescit & perit igne.
[m] Eb. Excandescit nasus.

Digitized by Google

montes, & [n]cadauera eorũ [o]instar stercoris in medijs plateis [proiecta ia cerent:] in his omnibus non est auersa ira eius, sed adhuc manus eius extenta. Et eriget signũ [p]genti quæ procul [est,] & sibilo annuet ei ab ex tremitate terræ, quæ confestim uelox & leuis aderit. Non est lassus, neq; G impingens [q]inter eos, nullus soporulentus aut somniculosus. Baltheũ [r]renum suorũ nullus aperit, neq; soluit corrigiã calceamenti sui. Sagit tæ eorũ acutæ, & omnes arcus eorum extenti. Vngulæ equorũ [s]eius sili ci, & rotæ eius turbini similes existimãtur. Vox eius [gentis] par est leo nis [t]rugitui, rugitq; sicut leonum catuli. Frendet ergo, & prædã appre hendet: dimittet, nec tamen euadere sinit. [u]Frendet in eum isto die sicut mare fremit. Intuebimur tunc terram, & en [nobis] tenebras, & angu stiam, & lux obtenebrescet in caligine sua.

Atrocitas hostis graphice descripta.

n Eb. Cadauer.
o Alij legunt, resectum uel lacerum.
p Ebr. Gentibus: quia uero sequentia omnia singularia sunt: mutaui numerum.
q Ebr. In ea scilicet gente.
r Eb. Non aperitur baltheus.
s Eius, scilicet gentis.
t Ebr. Rugitus ei sicut leoni.
u Frendet hostis in populum Iudaicum.

CAP. VI.

Ostendit propheta uocationem & missionem suam, & populi ob ingratitudinem excæcationem.

ANno quo [a]mortuus est rex Vsias, uidi dominũ sedere in solio sub A limi & ædito, & fimbriæ eius replebant regiã. Seraphim aũt su perne imminebant ei, [b]senæ alæ erant singulis, binis obuelabat faciem [c]suam, binis obtegebat pedes suos, & binis uolabat. Clamabat [d]quoq; alius ad alium, & dixit, †Sanctus, sanctus, sanctus DOMINVS exerci tuũ, plena est uniuersa tellus maiestate eius. Quin & à uoce clamantis cõmouebantur postes cũ liminibus, impletaq; est domus ipsa fumo. Di B cebam ergo, Væ mihi, quoniã ad silentiũ redactus sum, eo q; homo sim polluta habens labia, & q; habitẽ in medio populi habentis labia pollu ta, uiderunt oculi mei regem, & DOMINVM exercituũ. Volauitq; ad me unus ex Seraphim, habẽs in manu sua carbonẽ incẽsum correptum forcipe ex ara, & adhibens hunc ori meo, dixit, En tetigit hoc labia tua, ut recedat iniquitas tua, & expietur peccatũ tuum. Vocẽ quoq; domini C audiebã dicentem, Quem nam mittã? aut quis ibit nobis? Respondebã ergo, En ego, mitte me. Dicebat ille, Vade, & dicito populo isti, Audien do audite, & ne intelligatis: & uidẽdo uidete, neq; cognoscatis, crassum reddito cor populi huius, & aures eius fac hebetes, & oculos eius obli ne, ne fortè uel oculis suis uideat, uel auribus suis audiat, uel corde intel ligat, quo cõuersus saluti restituatur. Tum ego dixi, Quousq; domine? D Donec, inquit, uastatæ fuerint urbes, ut nemo sit qui inhabitet, & in do mibus nullus sit homo, tellusq; redigat in solitudinẽ. Longissime aũt ablegabit DOMINVS homines, eritq; desolatio [e]multa in [f]terra. Erit tamẽ adhuc in ea [g]decima, quę capiet & diripietur, sicut ulmus & quer cus quum fulcrũ eis submittitur: semen sanctũ fulcrũ eius.

Apoc. 14. c
Apoc. 14. c
Matt. 13. b
Marc. 4. b
Luc. 8 b
Ioan. 12. f
Act. 2. f
Roma. 11. b

a Alij legũt, in anno mortis Vsiæ: alij, in anno mori.
b Malui dicere Latina forma q; Ebraica, sex alę, sex alæ uni: de sensu tamen nihil imminui. Qui duos seraphim fuisse tantũ putant, utriq; dicunt.
c Quidam intelligũt Seraphim obtegisse faciem & pedes sedentis in throno: sed uidentur suas obtegisse facies & pedes.
d Alius ad alium dixi, quod plures credã, nã si duos, dixissem, alter ad alterum, Ebræus dicit iste ad istum.
e Quidam (multa) ad tempus referunt, quod desolatio aut derelictio diu sit duratura. Alij legunt, multa sit quę relicta est, scilicet uidua orba.
f In medio terræ Ebraismus est.
g Pro decima alij legũt, decimatio: alij, decas.

CA. VII.

Achas quum perculsus esset metu regum, à domino consolatio & robur offertur, quæ dum spernit, à propheta corripitur.

FActũ est aũt in diebus Ahas filij Iotham, filij Vsiæ regis Iuda, ut Re A zin rex Syriæ, & Pæka filius Romeliæ rex Israelis, ascenderẽt Ierusa lem, ut eam expugnarent, quã tamen expugnare non [a]potuerũt. Nun ciatũ itaq; est domui Dauidis in hanc sententiã, [b]Duxit [exercitũ] Syrus ad Ephraim. Commotũ ergo est cor [c]eius, atq; cor populi eius, ut quum arbores syluæ à uento cõmouentur. Dixit ergo DOMINVS ad Iesaiã, Age, egredere tu & [d]Sear Iasub filius tuus obuiã ipsi Ahas, ad finem cli ui piscinæ superioris, ad semitam agri fullonis, & dicito ei, Obserua & sis tranquillus, ne timeas, neq; mollescat cor tuum à duabus caudis isto rum titionũ fumigantiũ, [hoc est,] ab æstu nasi Rezin, & Syri, atq; filij

2. Re. 16. a

Ab hoc capite usq; in quindecimum orationes sunt sub Ahas, status partim suasorius, partim iudicialis.
a Ebr. Non potuit, prolepsi dicitur.
b Alij legũt, Naha. Societatem inijt Syrus cum Ephraim.
c Eius, scilicet regis Ahas, uel domus Dauidis.
d Alij Sear appellatiuũ faciunt, pro reliquo, nos Oecolampadium sequuti coniunximus, ut Sear Iasub propriũ sit, idq; propter mysterium.

Digitized by Google

Romeliæ, eo quod malum consiliũ contra te inierint Syrus, Ephraim, & filius Romeliæ, [sic] [e]conspirando, Ascendemus in Iuda, & excitabimus eum, scindamusque eum ad nos, regẽ quoque in eo constituemus filiũ Tabeal. Sic dicit DOMINVS deus, Non [f]ratũ erit neque fiet. Etenim caput Syriç Damascus, caput uero Damasci Rezin, sed adhuc intra sexaginta quinque annos supprimetur Ephraim, ut nõ sit populus. Et quidẽ caput Ephraim Samaria. Samariæ uero caput filius Romeliæ. Si [g]nõ credideritis, non eritis firmi. Adiecit & [hoc] DOMINVS loqui ad Achas, dicendo, Pete tibi signũ à DOMINO deo tuo, de [h]profundo pete, aut in altitudinẽ eius sursum. Dixitque Achas, Non postulabo, nec tentabo DOMINVM. Dixit ergo, Audite igitur domus Dauidis, An [i]parũ est, quod de uobis molestia hominibus [uenit,] nisi & deo meo molesti sitis? Idcirco daturus est uobis signũ dominus ipse, [k]Ecce uirgo illa concipiens et pariens est filium, & uocabis nomen eius Immanu El, butyro & melle uescetur, ut sciat auersari malũ, & eligere bonum. Quia priusquam puer iste sciat auersari malum, & eligere bonum, relinquetur terra quam tu detestaris, à duobus regibus eius. Adducet DOMINVS cum super te, tum super populũ tuum, & super domũ patris tui tempora, qualia non fuerunt ab ipso die quo recessit Ephraim à Iuda, nempe regem Assyrium. Fiet eodem tempore, ut DOMINVS sibilo annuet muscæ, quæ est ad finem fluminũ Aegypti, & api quæ est in terra Assyriorum. Hæ omnes uenient & consident in uallibus desertis, & cauernis petrarũ, in omnibus casis, & [l]in omnibus palatijs. Eo item tempore radet dominus nouacula mercede conducta, [nempe] transfluuianis, rege Assyrio, caput & pilum pedũ, & etiam barbã detondebit. Futurũ etiam est eo tempore, ut uir nutriat [m]bucculã armenti, & duas oues. Fietque ut ob lactis quod faciunt, copiam, butyrũ edat, butyro enim & melle uescetur, quicunque reliquus fuerit in terra. Erit quoque illo tempore, ut omnis locus in quo fuerint mille uineæ, mille argenteis [n][nummis coẽmptç,] in uepretũ ac spinetum uertatur. Sagittis & arcu illuc ueniet, quoniã uepres & spinæ occupabũt uniuersam terram: sic & omnes montes qui sarculo sarriebantur, non uenies illò metu ueprium & spinarum, sed mittetur illò armentum, & pecus conculcabit.

[e] Eb. Dicendo. B
[f] Vel, non consistet, non stabit, non surget.
[g] Varie exponunt hanc sententiã: alij, si nõ credideritis [fit,] quia nõ fideles estis: alij, si non credideritis, fides uobis non seruabitur.
[h] Alij legunt, de profundis inferorum, siue superne de excelso.
[i] Potest etiam legi, an uobis parum est.
[k] Hieronymus legit, Ecce uirgo concipiet & pariet, Oecolampadius prægnans & pariens, Munsterus imprægnata pariet: alij legunt, Virgo grauida pariens est filium. Deinde Karath alij exponunt uocans est, uel uocabit: alij uoces, ut sit imperatiuus fœmininus.
[l] Alij legunt, in frutetis & foraminibus: alij, in spinetis & dumetis, &c.
[m] Potest etiam legi, bucculam, bouem & duas oues seruabit.
[n] Vel, siclis.

C — Promittitur Christus. Matth. 1. d Luc. 1. c
Status iudicialis.
4. Re. 19. b
D

CAP. VIII.

Accusantur Iudæi à propheta, quod deserto deo, cum impijs idololatris societatem ineunt, & eis nituntur. Promittit tamen ab initio fidelibus salutem per Emmanuelem, quem hic Mahar Schalal uocat, &c.

A ET dixit ad me DOMINVS, Sume tibi paginã magnam, & scribe in eo stilo [a]hominis Maher Schalal, Hasbas. Adhibui ergo mihi testes fide dignos, [nẽpe] Vriam sacerdotẽ, & Zachariam filiũ Berechiæ: accessi deinde ad insignem illã prophetissam, quç conceperat & pepererat filium. Dixitque DOMINVS ad me, Voca nomen eius Maher Schalal, Hasbas, quia prius quam puer ille norit sonare Abi & Imi, tollet copias Damasci & spoliũ Samariæ ante regem Assyriorũ. Rursus loquutus est DOMINVS ad me, dicens, Quandoquidem abhorret populus iste ab aquis Siloe sensim defluctibus, ipso aũt Rezin ac filio Romeliæ gaudet: idcirco ecce DOMINVS adducet super eum aquas fluuij fortes & ingentes, [uidelicet] regem Assyriorum cum omni potentia sua, qui superato undique alueo suo, & egressus ultra omnes ripas suas, *redũdabit in Iudam, refluens & transiens usque dum collũ pertingat. Futurumque est, ut extensione alarum suarũ impleat latitudinem terræ tuæ ô Immanu El,

[a] Hoc est stilo humano, quo scribere solent homines.
Maher Schalal, festinato prædam: Hasbas, accelera direptionem.
Abi, pater mi.
Imi, mater mea.
* Vel, reciprocabit.

Suasoria & cõsolatoria oratio.
B — Iudicialis status.

Digitized by Google

El. Societatem inite ô populi, at inferiores eritis: auscultate qui in remotis estis regionibus, accingamini, at inferiores eritis: accingamini [inquam,] at inferiores eritis: inite consiliũ, & fiet irritũ: loquimini sermonem, sed non stabit, quoniã Immanu El [nobiscũ deus.] Sic enim dixit C
DOMINVS ad me, Quũ manu [me] apprehẽderet, & me erudiret, quo minus incedã in uia populi huius, dicens, Ne dicatis, Coniuratio: ad omnia quum populus iste dicit coniuratio, deinde à [b] terrore eius ne formidetis, neq; [animo] frangamini. Quin potius DOMINVM exercituum ipsum sanctificate, is sit timor uester, is sit pauor uester. Is erit [c] sanctuariũ, & † lapis offendiculi, & petra ruinæ duabus domibus Israelis: in laqueũ deinde, & in tendiculã ei qui habitat in Ierusalẽ. Ad quę multi impingent, corruent, contereentur, irretientur & capientur. [D] Colligatio testimonij, obsignatio legis [est] in discipulis meis, expectaboq; DOMINVM, qui abscondit faciẽ suã à domo Iacob, sed præstolabor eum. D
En ego & pueri quos dedit mihi DOMINVS, [e] miraculo & portẽto [sumus] in Israele, à DOMINO exercituũ habitãte in monte Zion. Quod si dixerint uobis, Sciscitamini à pythonicis & diuinis, qui mussitant & dissertant. An non [quæq;] gens suos deos consulit? Num pro [f] uiuis apud mortuos? Ad legem [g] & testimoniũ [accedãt] quibus lux deest, an non secundũ istum sermonem dicant. Quam qui neglexerit, indurabitur & esuriet. Quumq; esurierit, sese irritans, maledicet regi suo & deo suo. Suspiciet sursum, & terram spectabit, & ecce angustiæ & tenebræ, circumuolans angustia, & nebula circunfusa.

CAP. IX.

Docet ex præteritis malis futura cauere: de regno Christi interserit, & tum ad eorum scelera arguenda redit.

ETenim non expediet sese is qui se in angustias [huiusmodi] conie- A
cit, quemadmodũ superiori tempore [dum] leuiter [a] adfligebat terram Sebulon & terrã Naphtali, postea uero grauius adflixit, uia maris ultra Iordanẽ, in finibus gentiũ. [b] Populi qui [c] ambulant in tenebris, uiderunt lucem magnã, & habitantibus in terra umbrę mortis, ijs affulsit lux. Multiplicasti [D] gentem, at non magnificasti lætitiam. Lætati sunt coram te, quemadmodũ in messe gaudium [est,] & quemadmodũ exultant in diuisione prædæ [uictores.] Quoniã iugum oneris eius, & uirgam humeri eius, & uirgã exactoris eius confregisti, sicut [e] temporibus Madian. Equidem omnis [f] profligatio profligantis [fit] strepitu tumultuoso, & uolutatione uestimenti in sanguine: [at hoc bellũ] erit adustione & deuoratione ignis. Puer enim natus est nobis, filius[q;] datus est B
nobis, cuius imperiũ erit super humero eius, & [g] uocabitur nomen eius Admirabilis, Cõsiliarius, Deus, Heros fortis, Pater æternitatis, Princeps pacis. Ad proferendũ imperium, & ad pacem quæ finẽ non habet, super soliũ Dauidis, & super regnũ eius [sedebit,] ut instauret illud & fulciat illud iudicio & iustitia, ab hinc usq; in æternũ. Zelus DOMINI exercituum faciet hoc. Verbũ misit DOMINVS in Iacob, & cecidit in Israelem. Et norunt tum populus uniuersus Ephraim, tum [h] habitatores Samariæ in fastu & magnitudine cordis [sui,] dicere, Lateritia corruerunt, sed quadro [lapide] ædificabimus: [i] sycomori excisæ sunt, sed cedros sufficiemus. At DOMINVS roborabit hostes Rezin contra eum, & inimicos eius summatim conglobabit, ut Syrus à fronte, & Palestini C
à tergo [adoriãtur,] & Israelem [k] toto rictu deuorent. Atq; in omni hoc non remittit ira eius, sed manus eius adhuc extẽta est. Nam & populus

Left margin notes: Luc. 2. e / Rom. 9. g / 1. Pet. 2. b / Duæ domus sunt Israel & Iuda. / Heb. 2. d — d. 7. f — ...an. 3. — Regnum Christi ... — Epiphonema.

Apostropha ad hostes populi dei.

b Ebr. Timorem eius ne timueritis, quod mutaui, ne quis actiue intelligeret.
c Sanctuarium hic pro asylo & tutissimo loco ponitur. Eb. Erit in lapidem, in petram, &c.

Videtur propheta hæc loqui.
D Alij legunt, hæc per imperatiuum, liga, obsigna.
e Ebr. In miracula & portenta pluratiuo numero.
Occupatio est contra curiosos.
f Intellige, consilium quæritur: uel sic lege, pro uiuis ne ad mortuos.
g Ebraica ad uerbum sic habẽt, Ad legem & testimoniũ, si non iuxta hunc sermonem dixerint quod non ei lux auroræ.

a Dominus scilicet uel hostis Teglat Phalasar 2. Reg. 16. 17. deinde Salmanasar.
b Hęc ad tempora Senaherib referunt: eloquitur autem propheta futura uerbis præteritis, propter certitudinem diuinarũ promissionum.
c Eb. Est populus qui ambularunt.
D Hæc uerba quidam dicta putant ad Emmanuelem, alij ad Seneherib.
e Ebr. In die Madian.
f Ebr. Omne profligere: alij legunt omnis prædatio: alij, omnis uiolentia: alij, omne bellum.
g Tertijs personis utuntur sæpe impersonaliter, ut uocatum est.
Alij aliter construunt hæc nomina.

Redit ad statum iudicialem, & ostendit eos esse perdẽdos, causas ostendens quod sceleribus scateant.
h Ebr. Habitator.
i Alij legũt, sycamini.
Superbia & arrogantia quæ magnitudine cordis significatur.
k Ebr. Omni ore: possis & legi, pleno ore, hoc est, auide.

Digitized by Google

iſte non redit ad eum qui ſe percuſſit, & DOMINVM exercituum non
quærũt. Excindet ergo DOMINVS de Iſraele caput & caudã, ramum,
& iuncum die uno. Senex & authoritate ſuſpiciendus, is eſt caput: pro-
pheta autem docens falſo, hic cauda eſt. Et qui populũ hunc [l]dirigunt,
ſeductores ſunt: & qui diriguntur, deglutiuntur. Idcirco iuuenibus eo
D rum non gaudet dominus, & pupillorum ſuorum ac uiduarum ſuarum
non miſerebitur, quia ſimul omnes hypocritæ ſunt, & mala perpetrãt,
& [m]omniũ os loquitur nefaria. In omnibus iſtis non remittit ira eius,
& manus eius adhuc extenta eſt. Quoniam ardet impietas, haud ſecus
q̃ ignis qui ſentes & ſpinas deuorat, & qui exardet in uepretis condẽſis
ſyluæ, ſic [n]conuoluentur ſuperbiæ fumi. In ira DOMINI exercituũ ob
ſcurata eſt terra, & erit populus ueluti fomentũ ignis: [o]nemo enim cui-
quam parcit. Rapiet ad dextrã, & eſuriet: ad ſiniſtram comedet, ſed non
ſatiabitur: comedet quiſq; carnem brachij ſui. Manaſſe ipſum Ephraim,
& Ephraim ipſum Manaſſe, ſimul illi [p]Iudam. In omni hoc non remit
tit ira eius, & manus eius adhuc eſt extenta.

CAP. X.

Minatur pœnam incredulis, pios conſolatur.

A VAe his qui decernunt decreta iniqua, & ſcribis qui ſcribunt mole
ſtiam, ut detrudãt tenues à cauſa, & rapiant iudicium pauperum
populi mei, uiduas ſpoliant, & pupillos deprædãtur. Quid enim facie
tis in die uiſitationis & uaſtationis de longinquo uenientis? Ad quem
confugietis pro auxilio? & ubi relinquetis gloriam ueſtram? [a]niſi forte
[quiſquam ex uobis] incuruet ſe inter uinctos, & ſub interfectis cadat.
In omni iſto non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extẽta eſt.
B Heus Aſſur uirga furoris mei, is eſt baculus, in manu eorum indigna-
tio mea, ad gentem hypocriticam mittam eum, & contra populum qui
indignationem meam [commeruit] mandabo ei, ut auferat ſpolia, &
diripiat prædam, ut redigat eum in conculcationem inſtar luti quod in
plateis eſt. Ipſe autem [rem] non ſic perpendet, neq; ſic cogitat cor eius,
ſed in corde eius eſt, ut gentes non [b]paucas uaſtet atq; excindat. Dicit
enim, [c]An non principes mei ſimul [uniuerſi] reges [ſunt?] An non ut
Charchemis, ſic & Kalno? An non Hamath ut Arphad? An non Sama- Chalene Amos 6.
C ria erit ut Damaſcus? Quandoquidem [d]uirtute mea paraui [e]regna ido
li, quorũ ſculptilia [plura ac præſtãtiora fuerunt] q̃ Ieruſalem & Sama
riæ. An non quemadmodum feci Samariæ & idolis eius, Hieroſolymis
& ſimulachris eius facere potero? Futurũ autem eſt, quum dominus per
fecerit uniuerſum opus ſuum in monte Zion & in Ieruſalem, uiſitabo
& fructum *magnitudinis cordis regis Aſſur, & decorem celſitudinis
oculorum eius. Sic enim dixit, In robore manus meæ feci [iſta,] & in ſa 4.Re.19.g Infra 37.g
pientia mea, intellectu enim præditus ſum. Fines populorum ſuſtuli,
D & †penuaria eorum deprædatus ſum, & [f]ſedentes uelut gigas detraxi.
Manus mea inuenit copias populorum ueluti nidum, & ut colligũtur
oua derelicta, ſic collegi ego uniuerſam terrã, nec fuit qui uel alam mo
titaret, aut aperto ore muſſitaret. Nũ gloriabitur ſecuris aduerſus eum
qui ea ſecat? aut ſerra magnificabitur aduerſus eum q ſe tractat? [Quod Allegorica ſunt omnia.
perinde eſſet,] ac ſi uirga ſeſe, [g]eleuaret contra eum qui ipſam fert, & ba
culus ſeſe extolleret quaſi lignum non [eſſet.] Propterea mittet DOMI
NVS deus exercituum in pingues eius maciem, & ſub gloriam eius in
E cendium incendet, ut dum ignis incenditur. Erit autẽ lux Iſraelis ignis,
& ſanctus eius flamma, quæ incendet & deuorabit ſpinas ac uepres
eius

[l] Poteſt & ſic legi, qui hunc populum beatificãt, id eſt, beatum & felicem pronunciant, ſeductores ſunt, & qui beati pronũciantur, deglutiuntur.

[m] Poteſt etiam legi, toto ore loquuntur nefaria: mutatur enim numerus non ſine cauſa.

[n] Alij, proſiliunt.

[o] Eb. Vir ad fratrem ſuum non parcet.

[p] Subintellige comedent per zeugma.

[a] Alij aliter, ſine me incuruatus eſt ſub compede, & ſubter interfectos cadent. Hierony. ne incuruemini ſub uinculo, & cum interfectis cadatis. Narratione hac argumentatur contra eos, qui ſpem ponebant in Aſſyriis, & oſtendit eos ſtultos & impios eſſe.

[b] Lyptote.

[c] Hæc cogitauit aut loquutus eſt arrogans Senaherib anno 4. Ezechiæ regis: introducitur ergo loquens tam per prolepſim, perſtringit interim ꝓpheta idololatriam regum Iſraelis & populi Iudaici.

[d] Eb. Manus mea inuenit.

[e] Idoli regna, in quibus idola colebantur.

* Magnitudo cordis, arrogãtia eſt: celſitudo oculorum, faſtus & ſupercilium.

† Aliter, & præparata, uel in futurum repoſita.

[f] Sedentes, ſcilicet in ſolijs regijs.

[g] Ebraica hic ualde obſcura ſunt, atq; ob hoc difficilia: ad uerbum ſic habent, Secundum mouere uirgam, & qui eam leuat, ſecundum extollere bacu lum, non lignum.

Digitized by Google

eius die uno: gloriā quoq; syluæ eius, & fertilissimi campi eius, & [h]ani ma & carne consumabit, fietq; ut puluis teredinis. Arbores quoq; syluæ eius reliquæ ad eum numerũ redigentur, ut puer eas conscribere possit. Eo tempore non ultra nitentur [i]reliquię Israelis, & qui euaserunt de do mo Iacob, eo qui se percussit, sed nitētur DOMINO sancto Israelis [k]ex fide. Sear Iasub residuum Iacob ad deum fortem. Quoniam si fuerit, ô Israel, populus tuus sicut harena maris, residuũ in eo reuertetur. [l]Con summatio expolita affluens iustitia. Quoniam †consummatā & expo litam [ecclesiam] faciet DOMINVS deus exercituum in medio totius terræ. Ideo sic dicit DOMINVS deus exercituum, Ne timeas popule meus qui in Zion habitas ab Assyrio, uirga quidem percutiet te, & baculum suum leuabit contra te in uia Aegypti: at post [m]pusillũ, minusq; pusillo furor & indignatio mea finietur ad ignominiam eorum. Exci tabit DOMINVS exercituum contra eum flagellum, quemadmodum in cæde Madianitarũ in petra Oreb, & uirgam suam leuabit super mare in uia [n]Aegypti. Tum quoq; fiet ut recedat onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, quin præ [o]pinguedine laxabitur iugũ eius. Veniet ad Aiath, & transibit in Migron, apud Michmas recēsebit arma sua. Transibunt uadum, Geba noctu diuertent. Formidabit Rama, Gi beath Saulis fugiet. Hinni uoce tua filia Gallim, fac ut attendat Laisa, humilis Anathoth. Mora est Madmena, ciues Gebim [p]confirmamini. Adhuc intra diem in Nob stabit, agitata manu sua [minitabitur] mon ti filiæ Zion, colli Ierusalem. Ecce DOMINVS deus exercituum amputabit pauore ramum [istum,] & proceræ staturæ [arbores] excinden tur, & sublimes humiliabuntur. Attondebuntur uepreta syluæ ferro, & Libanus ipse per fortem cadet.

Residuũ reuertetur. Infrà 18.f

Consolatio piorum.

Exod.14.c Iud.7.g

Describit expeditionem ac profectionem Assyrij in Iudæam.

Allegoricus sermo.

F

G

[h] Eb. Ab anima ad carnem, hoc est, penitus: & ultio diuina non in animam tantum sæuit, sed & in corpore aliquando apparet.
[i] Euasio pro his qui euaserunt.
[k] Alij legunt, in ueritate.
Sear Iasub, uide supra 7. cap. Sear Iasub, semper alludit ad nomen filij Iesaiæ, in quo reliquiæ Iacob adumbratæ sunt.
[l] Per consummationem similaginem & medullam in populo intelligit, quæ relicta est & seruata: sic quidem nos exponimus, nō nescij quod alij aliter legūt, & per consummationem perditionem, ac per harum definitam ac destinatam intelligunt.
[m] Eb. Quoniam adhuc parum, plus quàm parum.
[n] In uia Aegypti, id est, quemadmodum olim in Aegypto: utuntur enim uia pro more aut consuetudine.
[o] Alij legunt, computrescet: sed uidetur dicere, mole sua ruet, & præ felicitate peribit.
[p] Alij legūt, collegerunt se: alij, colligemini: uel, colligite uos.

CAP. XI.

Post excisum regnum Senaherib, per Epanodum redit propheta ad descriptionem regni Christi, & quàm feliciter pij sint habituri in isto regno.

TVm prodibit surculus de [a]stirpe Iesse, & flos de radicibus eius na scetur, super quo spiritus DOMINI requiescet, spiritus sapientiæ, & intelligentiæ, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientię & timo ris DOMINI. Et faciet eum [b]spirare timore DOMINI. Non ad aspectum oculorũ suorum iudicabit, neq; ad [c]famam quæ ad aures eius [ad fertur] arguet, sed iudicabit cum iustitia pauperes, & cũ æquitate arguet pro mãsuetis terræ. Terram percutiet uirga oris sui, & spiritu labiorum suorũ interficiet impium. Erit autem iustitia cingulum lumborũ eius, & fides baltheus fœminum eius. Cōmorabitur lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, identidem iuuencus, leo & pecus pingue simul [erunt,] & puer paruus minabit ea. Vacca & ursus pascentur, simul accubabunt catuli eorum. Leo sicut bos paleas comedet. Delectabitur lactēs aspidis antro, quumq; fuerit ablactatus inferet manũ suam in speluncā reguli. Non adficient malis, neq; uastabũt per omnem san ctum montem meum, plena enim erit terra scientia DOMINI, perinde ac dum aquæ maris [omnia] tegũt. Tunc quoq; usuueniet, ut radicem Iesse, (quæ stat in †signum populorũ,) gentes quoq; requirant, eritq; re quies ipsius gloria. Futurum quoq; est, ut illa die dominus secundo ma num suam admoliatur, ut possideat reliquũ populi sui, quod reliquum factũ est ab Assyrio, ab Aegyptio, à Pathros, à Kusch, ab Elam, à Sinear, ab Hamath, & ab insulis maris. Et attollet signum gentibus, & colliget eiectos Israelis, & [d]dispersos Iuda congregabit à quatuor plagis terræ,

Act.13.d

2. Thes.2.c

Infra 65.d

Roma.15.c

A

B

C

[a] Alij legunt, de trunco.
[b] Spirare hic non pro flare accipitur, sed pro odorem emittere, nam de flore dixit, tametsi & odor flatus fit.
[c] Auditu Ebræi pro re audita aut fama utuntur ut Latini: uolui autem clarius dare, ne esset obscuritas.
[d] Dispersiones more suo pro dispersis dicunt.

Digitized by Google

D Abſcedet zelus Ephraim, & hoſtes Iuda excindentur: Ephraim nō æmu
labitur Iudam, neq; Ephraim hoſtiliter premet Ephraim, ſed inuolabūt
in humerum Paleſtinorum ad Occidentem, & ſimul deprædabuntur fi
lios Orientis: [e]Edom & Moab manus ſuas [illis] ſubmittent, & filij
[f]Amon illis parebūt. Et funditus excindet DOMINVS [g]linguam ma
ris Aegypti, & agitabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine uen-
ti ſui, & percutiet illud in ſeptem torrentes, & [h]efficiet eum pedibus per-
meabilem. Eritq; tranſitus reliquijs populi ſui quæ reliquæ erunt ab
Aſſyrijs, quemadmodum factum eſt Iſraeli eo tempore quo aſcenderet Exod.14.f
ipſe de terra Aegypti.

CAP. XII.

Gratiarum actio & laus eſt quam pij & liberati domino canunt.

A ILlo die dices, Gratias ago tibi ô DOMINE, quoniam iratus eras mi Gratulatorium carmen eſt, ſed uicē habet epilogi magnifice inſtructi.
hi, ſed mutato uultu miſertus es mei. Ecce deus ſalus mea eſt, fidā eo,
& non timebo. Quia fortitudo mea, & canticum DOMINVS deus, &
factus eſt ſalus mea. Haurietis aquas in gaudio de fontibus ſeruatoris,
B & diceris in illa die, Confitemini DOMINO, & inuocate in [a]nomine Exod.15.a
eius, prædicate in populis [b]conſilia eius, memoresq; ſitis, quoniā exalta Pſal.117.c
tum eſt nomen eius. Pſallite DOMINO, quoniam magnificū fecit: no
tum ſit hoc in omni terra. Hinni & iubila habitatrix Zion, quoniā ma-
gnus eſt in medio tui ſanctus Iſraelis.

CAP. XIII.

Prædicit propheta & Babylonijs ſuam pœnam.

[a]ONVS Babylonis quod contemplatus eſt Ieſaias filius Amoz. Titulus.

A SVper montem [b]excelſum tollite ſignū, eleuate uocē ad eos, annuite
manu, ut ingrediantur portas [c]principū. Ego præcepi [d]ſanctificatis
meis, quin & heroes meos uocaui ad iram meam [exequendā,] qui
gloria mea lætātur. Vox multitudinis in montibus inſtar populi ingen
tis, uox fragoris, [ac ſi] regna gentiū coiuiſſent, DOMINVS exercituū
recenſet exercitum bellicū. Veniunt de terra longinqua, de finibus cœ
lorū, DOMINVS & [e]uaſa indignationis eius, ad uaſtandū uniuerſam
[f]terram. Vlulate, quia prope eſt dies DOMINI, quæ tanquā uaſtatio Apoſtropha ad Babylonios.
ab omnipotente aderit. Idcirco omnes manus remittent, & omnium
B mortalium [g]corda liqueſcent. Terrebuntur compages, & dolores com
prehendent eos: dolebunt ut parturiens, quiſq; ad proximū ſuum obſtu
peſcet, facies eorum [h]flammas referūt. Ecce dies DOMINI ſæuus ade- Deſcribit iratum dominum.
rit, & excandeſcētia atq; æſtus naſi, ut redigat terram in ſolitudinem, &
peccatores eius ex ea excindat. Nam ſtellæ cœlorū & [i]ſydera eorū non Ezec 32.b
ſplendebunt lumine ſuo. Obtenebreſcet ſol in ortu ſuo, & luna non lu Ioel.3.c
cebit lumine ſuo. Et uiſitabo [k]orbem ob malitiā, & impios ob iniqui- Matt.24.c Marc.13.c
tatem eorum. Faſtum ſuperborum compeſcam, & tyrannorū elatio- Luc.21.e
nem deijciam. Pretioſiorem faciam uirum auro purgatiſſimo, & homi Anſam iræ oſtendit.
C nem maſſa auri ex Ophir. Propterea cōcutiam cœlos, & terra loco ſuo
mouebitur in excandeſcentia DOMINI exercituum, & in die caloris
furoris eius. Et [l]erit ceu caprea agitata, & ouis quā nemo colligit, quiſq;
ad populum ſuum reſpiciet, & quiſq; ad terram ſuam confugiet. Qui-
cunq; deprehendetur, confodietur: & qui ſeſe defendere [m]parat, cadet
gladio. Infantes eorum elidentur in conſpectu eorum, domus eorum
diripientur, & uxores eorum uitiabuntur. Ecce ego Medos excitabo
in eos, qui argentum nihili reputant, nec auro oblectantur. Arcus pue Pſal.136.b
ros elident, & fructus uentris non miſerebuntur, nec oculus eorum par
D cet [[n]natis] filijs. [o]Et ſubuertetur Babylon, regnorum ornamentum,

&

[e] Eb. Edom & Moab miſſio manuum eorū. Significatur autem obedientia.
[f] Ebr. Filij Amon auditio eorum, uel obedientia.
[g] Per linguam quidam Nilū intelligi uolūt, ſed uidetur ora aut littus dici.
[h] Ebr. Et faciet ire calceamentis.

[a] Poteſt etiam legi, inuocate nomen eius: alij legunt, prædicate nomen eius.
[b] Poteſt etiam legi, ſtudia eius, morem eius.
Hactenus à 7. cap. continua uidetur eſſe oratio, deinceps decē orationes ſequuntur ad diuerſas gentes.
[a] Ebræi legūt, onus Babylonis quod uidit, &c. Admonui ab initio huius prophetæ, deum reuelare prophetis ſuis quæ ipſe facturus ſit mortalibus, ut in tēpore præmoneant. Graue ergo excidium quod minatur Babylonijs, Onus dicitur, quo illos depreſſurus ſit deus: & tituli hæc oratio uicem habet: poſſet dici graue uaticiniū, infauſtum, triſte, acerbum.
[b] Poſſet etiā dici, ſuper montem uerticoſum: alij, caliginoſum aut tenebricoſum.
[c] Pro principum alij legūt, munificorum aut beneficorum.
[d] Sanctificati dicuntur qui ad hanc rem parati erant, & ſacramento militari aſtricti.
[e] Vaſa ſunt inſtrumenta & media per quæ deus punit.
[f] Terram uniuerſam, id eſt, uniuerſum orbem Babyloniorum.
[g] Ebr. Cor in ſingulari dicit.
[h] Ebr. Facies flāmę facies eorū.
[i] Keſile alij pro hyadibus, alij, pro orione legunt, ſed hic in genere pro cōſtellatione ponitur.
[k] Eb. Viſitabo ſuper orbem malū, & ſuper impios iniquitatem eorum.
[k] Orbē Babylonicū intelligit.
[l] Erit, ſcilicet Babylon, aut qui in ea habitat.
[m] A ſaphaph deduxi niſpæ: alij legunt collectus, uel qui concurſat: & in eundem ſenſum redit, der ſich zweer wil ſtellen.
[n] Addidi natis, nam per fructus uentris intelligit fœtum in utero materno adhuc exiſtentem.
[o] Ebr. Et erit Babel quę caprea fuit regnorū, decus, faſtus Chaldæorum, iuxta ſubuerſionem.

Digitized by Google

Gen.19.c & splendoris Chaldæorum decus, quemadmodum subuertit deus Sodomam & Gomorrham. [p]Non sedebit in perpetuum, neq; habitabit usq; in sæculum & sæculum. Non figet ibi tabernaculum Arabs, neq; pastores illic [greges] accubare facient. Sed ibi [q]cubabũt Zijm, & implebunt domus eorum Ohim, habitabuntq; ibi iuuenes struthiones, & saltabunt ibi Satyri. Alternis canẽt bubones in magnificis ædibus eorum, & dracones in palatijs [r]uoluptuosis. Atq; tempus eius prope adest, neq; protrahentur dies eius.

p Sedere pro habitare Ebræis frequens est.

q Zijm uarie exponitur, reliqui ergo uocem Ebraicam, feræ tamen sunt horrendæ & monstrosæ. Sic ohim, cercopitheci dicunt quidam, alij simiæ, &c. Zijm quidã putant martes, marder uel iltys, uel ululas, ohim echo, hoc est, uocis reboatum.

r Alij onég pro uerbo legunt, in palatijs uoluptuantur.

CAPVT XIIII.

Præparatur consolatio Iudaicæ genti per digreßiunculam, reditur deinde ad insultationem potentißimi regis.

Adijcitur aliquid de uocatione gentium ad ecclesiam.

QVia miserebitur DOMINVS Iacob, & eliget adhuc Israelem, A & in terram eorum eos reducet, adiungenturq; illis aduenæ, iungenturq; domui Iaacob. Tollent [a]eos populi, & introducent eos ad locum suum, [b]possidebitq; eos domus Israel in terra DOMINI in seruos & ancillas. Et captiuos ducent eos quorum captiui fuerant, imperitabuntq; suis exactoribus. Et fiet die illa quũ DOMINVS requiem tibi dederit ab eo qui te adfligit, à tremore tuo, & à seruitute ista graui, qua seruitũ est à te, sumes hoc [c]dicteriũ super rege Babylonis, ac dices, Quomodo cessat exactor, cessat aurum tributariũ? Con B triuit DOMINVS baculum impiorũ, sceptrum dominantiũ. [Qui baculus] [d]percutit populos in indignatione plaga quæ non recedit, imperitat gentibus in furore, [e]persequutionem patitur absq; miseratione. Quietã ergo ac tranquilla est omnis terra, iubilat [f]læta uoce. Quin & abietes & cedri Libani de te lætantur, [dicentes,] Ab hinc quo tu iacuisti, nemo est qui ascendat ad incidendũ nos. Inferi subtus cõmoti sunt, ut tibi aduenienti occurrant, excitarũt tibi gigantes omnes hircos terræ, excitarũt [inquam] de solijs suis omnes reges gentiũ. Hi omnes alter- C nis [te] celebrabũt, & dicẽt ad te, An & tu quoq; sicut nos uulneratus es, & nostri similis factus? Detractus est ad inferos fastus tuus, strepitus nablorũ tuorũ. Subter te sternetur tinea, & operimentũ tuum [erunt] uermes. Quomodo decidisti de cœlo Lucifer auroræ fili? ad terrã adflictus es, qui gentes uulnerabas? Quum tamen tu in corde tuo sic [g]cogitaueris, Cœlos conscendã, superne secundũ stellas dei exaltabo solium meũ, & sedebo in monte cõstituto, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinẽ nubium, altissimo [h]æqualis ero. Veruntamen ad in- D feros detractus es, ad latera laci. Vidẽtes te inclinabũt se ad te, ut [propius] te considerent, [dicentes,] An ne hic est uir iste qui tremefecit terram, & regna cõcussit? qui orbem deserto similem reddidit? urbes eius excidit, uinctis eius domum nõ aperuit? Omnes reges gentiũ, omnes [inquam] iacent cum gloria quisq; domi suæ, tu aũt abiectus es de se-sepulchro tuo, ut surculus abominandus, ueluti exuuiæ interfectorum qui ferro confossi sunt, descendentiũ ad lapides laci tanq̃ cadauer proculcatum. Non eris socius sepulturæ eorum, quoniã terram tuam uastasti, populum tuum occidisti, non uocabitur in æternũ semen facinorosorum. E Præparate filijs eius mactationẽ propter parentũ eorum iniquitatem, ne [postliminio] surgant, & terram occupent, ac superficiem orbis [i]arcibus cõpleant. Surgam contra eos, ait DOMINVS exercituum, & excindam nomen Babylonis, & reliquias cum filijs & nepotibus, ait DOMINVS. Ponã eam ut fibri occupẽt, & in stagna aquarum, scopa quoq; uastatrice uerram eam, dicit DOMINVS exercituũ. F

a Alij legunt, capient populos.

b Pro possidebit legũt quidam, hæreditare facient eos.

c Maschal latissime est significationis Ebræis; Septuaginta Threnum dicunt, alij parabolam: & carmen lugubre quidem est, sed ironicum, dixi ergo dicterium, quo restituti Iudæi, hosti insultarent.

d Quidam (percutientem) referunt ad deũ, sed uidetur ad Babylonium esse referendum, qui baculus & uirga dei dicitur.

e Qui omnes uexauit, iam & ipse patitur.

f Eb. Pluraliter iubilarũt iubilo

g Ebr. Dixeris.

h Ebr. Assimilabo me.

i Arim quidam urbes exponũt, alij arces aut munitiones, alij hostes.

Digitized by Google

Quin & iurauit DOMINVS exercituũ, dicens, Si [k]non ut imaginatus sum ita sit futurũ: & [si non] ut statui, ita sit firmum futurũ, nempe ut & Assyriũ conteram in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & recedet iugum eius ab eis, et onus illius ab humero eius abscedet. Hoc est consilium quod decretum est super uniuersam terram, & hęc manus quæ extenta est super omnes gentes. DOMINO enim exercituũ [aliquid] constituente, quis ipsum faciet irritum? quumq́ extenderit manũ suam, quis eam reflectet? * Anno quo mortuus est Ahas rex, fuit onus istud. Ne læteris tu Palestina uniuersa, q́ confracta est uirga eius qui te percussit, nã de radice colubri nascetur [l]regulus, & fœtus eius erit prester uolans. Et pauperes depascent primogenitos fructus, & egeni secure accubabũt. Porrò radicẽ tuã fame enecabo, et reliquias tuas ipse occidet. [m]Vlula porta, clama ciuitas, liquefacta est Palestina, uniuersa scilicet tu, quoniã ab Aquilone fumus uenit, nec est [n] qui se subducat diebus festis eius. Quid tum respõdebit nuncijs gentis? Quod DOMINVS fundauit Zion, et in illa fiduciã habebũt pauperes populi eius. CAP. XV.

Occupatio (right margin); G; Titulus; 2.Reg.18.

Et gentibus quibusdam sua fata prædicit.

A ONus Moab. Quoniã noctu uastata est Ar, Moab ad silentiũ redactus est. Quoniã in nocte uastata est Kir Moab, ad silentiũ reducta. [a]Ascendit in [b]Baith & Dibon ad excelsa ad flendũ, super Nebo & super Mediba Moab ululabit, in omnibus capitibus eius est caluitiũ, omnis barba detonsa est. In compitis eius sacco sunt accincti, in tectis aũt eius & plateis eius quisq́ ululabat, atq́ in fletũ [c]soluebãtur. Vociferabatur Hesbon & Eleale, ut uox eorũ usq́ ad Iahaz audiretur, & ob id expediti Moab uociferabantur, animus eius [d]doluit. Cor meũ uociferabatur propter Moab, [e]fugitiui eius ad Zoar uitulam trimã, quoniã per cliuũ Luhith cum fletu ascendebãt, ea enim uia quæ Horonaim [ducit] clamorem cladis excitabant. B Quoniã aquæ Nimrim desolatæ erant, unde & uiride exaruit, defecit herba, olus nullum supererat. Ad eundem modum quidquid reliquũ fecerãt, & quod [f]reposuerant, [g]Arabes super torrentẽ deportabãt. Quia clamor permeabat terminos Moab, ut ab Eglaim usq́ ad Beerelim oĩa unus essent ululatus. Quoniam aquæ Dimon cruoris erant plenæ, quoniã ponã super Dimon additamenta, his qui euaserũt Moabitis & reliquijs regionis leonẽ. CAP. XVI.

Titulus. Ierem.48.f Ezech.7.e

Persequitur pœnam Moabitarum, & causas malorum enumerat.

A MIttite agnũ dominatori terrę de Sæla deserti ad montẽ filiæ Zion. 2.Reg.3.
Etenim quęmadmodũ auis uaga nido eiecta, sic erũt filiæ Moab ad uada Arnonis. Aduocate consiliũ, facite decretũ, [a]pone umbrã tuam ueluti noctẽ in ipso meridie, absconde propulsos, & uagos ne prodas. Habitent apud te profugi mei, Moab sis tu illis latibulũ à facie uastatoris, quoniã cessauit emunctor, defecit uastator, cõsumptus est conculcator de terra. B Et soliũ [b]præparabitur in beneficẽtia, sedebitq́ super eo in ueritate in tentorio Dauidis, iudicans, inquirens iudiciũ, & accelerãs iustitiam. Audiuimus superbiam Moab q́ supra modum fastuosus sit, arrogantiæ eius, fastui eius & furori eius [c]lacerti eius non respondent. Ierem.48.c
Idcirco ululabit Moab ad Moab, uniuersus ipse ululabit, ad [d]dolia Kir Haræscheth gemite, attamen percussi, quoniã arua suburbana Hesbon C excisa sunt, uineas Sibma domini gentiũ conculcarũt, electissimæ propagines eius usq́ ad Iaaser pertigerunt, errarũt in deserto, palmites eius abiecti iacuerunt, mare transmittentes. Propterea in fletu meo deflebo Iaaser,

[k] Asseueratio est, ac si diceret, omnino ita erit ut putaui, & quod cõsultaui, firmiter stabit.

* Grauis prophetia cõtra Palestinos, qui ex morte Achas non nihil spei conceperant perdendi Iudam: propheta eripit eis hoc gaudium, & dicit, Acriorem hostem habebitis, Ezechiam uidelicet, sub quo peius habebitis quàm sub patre.

[l] Regulum diminutiuum posui pro primogenio rege, quod illud magis in usu sit pro serpente uenenatissimo.

[m] Prosopopoeía, & singularis numerus pro plurali, item porta pro iudicibus, & urbs pro ciuibus.

[n] Es wirt sich keiner von der Kilwyhe absünderen: uel sic, nemo se subducet, ut inter eos conuentum est.

[a] Ascendit, scilicet Moab, nam masculum est uerbum.

[b] Baith delubrum uidetur fuisse idoli.

[c] Ebr. In fletum descendebant.

[d] Pro doluit alij legunt, ignauus fuit & desperatus.

[e] Alij legunt, uectes eius: intelligunt autem fortes & milites.

[f] Pro pekudat quod reposuerãt posui, quæ enim reponuntur, sæpe uisitantur & inspiciuntur.

[g] Locus hic obscurus est propter Arabim, quod uarie exponunt, quidam pro salicibus, quidam pro Arabibus, quidam uero Arabim relinquunt.

[a] Pone ô Moab: numerus est mutatus, licet priora duo uerba etiam in quibusdam codicibus pluralia sint.

[b] Alij legunt, firmabitur aut instaurabitur.

[c] Ebr. Non sic brachia eius, uel uectes eius. Significatur autem Moabitas sibi plus sumpsisse, quàm præstare potuerint.

[d] Alij aliter legũt, ad fundamenta urbis cocti lapidis meditamini, sed claudi.

Digitized by Google

Iaaſer, uineta Sibmæ, irrigabo te lachrymis meis ô Hesbon & Eleale,
quoniam ſuper [e]æſtiuos fructus tuos, & ſuper meſſem tuam [f]celeuſma
Iere.48.c irruit. Sublatum eſt gaudium & exultatio tam de agro culto quàm de
uinea, ut neq; exultetur neq; iubiletur. Vinum in torcularibus nõ cal-
cabit calcator, celeuſma quieſcere feci. Idcirco uiſcera mea inſtar citha-
ræ remurmurant propter Moab, & uenter meus ob [g]Kir Hares. Fiet D
autẽ, ut Moab uidens [fruſtra] laborare in excelſis, proficiſcetur ad ſan-
Epilogus. ctuarium ſuum ad orandum, ſed non poterit. Hic eſt ſermo quem lo-
quutus eſt [h]hactenus DOMINVS ſuper Moab. Nunc autem loqu
tus eſt DOMINVS hoc modo, In tribus annis, ueluti annis mercena-
rij uileſcet gloria Moab cum omni pompa eius quæ multa eſt, & reli-
quiæ plus quàm paucæ erũt, atq; hæ [i]inualidæ. CAPVT XVII.

Canuntur fata Syriæ, ſimul & Ephraim, hoc eſt Iſraelitis relictis.

Caput Syriæ Damaſcus: ponitur ergo pro toto regno urbs metropolis

ONus Damaſci. Ecce Damaſcus [a]ſublata eſt ne ſit ciuitas, & erit A
uaſta [b]ruina. Vrbes Aroër derelictæ gregum erunt, accubabũt,
& nemo exterrebit. Ceſſabit & munitio ab Ephraim, & regnũ à Da-
maſco, & reliquiæ Syrorum ſimiles erunt gloriæ filiorum Iſraelis, dicit
DOMINVS exercituũ. Erit quoq; eodem tempore, ut attenuetur glo
ria Iacob, et craſſitudo carnis eius macreſcat. Erit ac ſi quis meſſem ad-
huc ſtantem congreget, is brachio quidẽ ſuo [c]manipulos demetit, con-
tingit aũt quum comprehendit manipulos: in ualle Rephaim ut ſpici- B
legium reliquum faciat in ea. Similis quoq; deſtringenti oleã, [qui reli
quas facit] duas aut tres baccas in ſummo faſtigio, quatuor autem uel
quinq; in ramis eius frugiferis, dicit DOMINVS deus Iſraelis. In tem-
pore illo reſpiciet homo ad factorem ſuũ, & oculi eius ad ſanctum Iſra
elis contuebuntur: Et non reſpiciet ad aras opus manuũ eius, & ea quæ
fecerunt digiti eius non intuebitur, neq; lucos, neq; ſimulachra. Illa die
erunt ciuitates eius munitæ, ut [d]dum derelinquitur uirgultum & faſti- C
gium arboris à facie filiorum Iſraelis, [e]et eris deſolata. Quandoquidem
oblita es dei ſalutis tuæ, & fortis petræ tuæ non meminiſti, idcirco plan
tabis plantationes [tam] amœnas, & inſitionem [f]alienã conſeres. Quo
die tu plantabis, magno quidem ſtudio ſatages: & mane quum conſe-
ris, curabis ut fructum edat: at quo die metendus & [g]poſſidendus erit
[fructus,] cumulatim [demetes] dolorem deſperatum ac ærumnoſum.
Heus multitudo populorum multorũ, inſtar maris tumultuantiũ, & ſtre D
pitus populorũ inſtar ſtrepitus aquarũ immanium frementiũ. Frement
populi inſtar fremitus aquarum multarũ, ſed increpabit [h]eam, & fugiet
procul, et perſequutionẽ ſuſtinebit, ut puluis montium ante uentum, &
ſicut globus ante turbinem. Ad ueſperam ecce turbatio, antequã uero
aurora oriatur nuſquam [apparet.] Hæc eſt pars eorum qui nos de-
prædantur, & ſors eorum qui nos diripiunt. CAP. XVIII.

De pœna Kuſchitarum quibus nitebantur Iudæi.

VAe terræ naſſæ alatæ quæ eſt [a]trans flumina [b]Kuſch, mittenti lega A
tos per mare, & in uaſis iunceis in ſuperficie aquarũ. Ite [inquiẽt]
nuncij ueloces, ad gentem diſtractam & expilatã, ad populũ formidabi
lem ab eo [tempore] & deinceps, gentem auide expectantẽ & concul-
catam, cuius terrã flumina diripuerũt. Omnes uos qui orbem incoli-
tis, incolæ ſcilicet terræ, [attenti eſtote,] ut quũ ſignum ſublatũ fuerit in
montibus uideatis, & quũ cornu claſſicũ canitur, audiatis. Quoniã ſic B
dixit DOMINVS ad me, Quieſcã & cõtemplabor in habitatione mea
firma, perinde ac calor [c]exiccans poſt pluuiã: et ſicut nubes rorulenta in

[e] Aeſtas pro fructibus æſtiuis.
[f] Nõ quidem iubilus calcantiũ, ſed barbaricus clamor hoſtiũ: alij legunt, celeuſma cecidit, id eſt, perijt, defecit.
[g] Kir hæres urbs eſt in Moab, quidam Ar putant eſſe, quod cocto lapide ſit extructa.
[h] Alij legunt, Meas tum uel ex tunc.
[i] Vel, atq; hæ non pretioſæ.
[a] Ebr Fit recedere.
[b] (Mei) uarie exponũt, quidam aceruum, quidam uiſcera: uiſcera autem ruinæ lapides ſunt & rudera, ſeu ligna.
[c] Pro manipulis alij ſpicas legunt.
Vallis Rephaim fertiliſſima.
[d] Alij Septuaginta imitati ſic legunt, ut aratra & arboreta, quæ dereliquerunt Chananæi metu filiorum Iſrael. Ebræi ad uerbum ſic habent, Nulla die erunt ciuitates roboris eius, ſicut derelictio uirgulti & palmitis, quos dereliquerunt à facie filiorum Iſrael.
[e] Alloquitur regionem adeoq; homines in ea habitantes.
[f] Aliena dicitur, quod alieni eã deuorant ac perdunt iuxta minas legis Deut.28.
[g] Ebr. Moles meſſis in die hæreditatis, & dolor afflicti hominis.
[h] Eam, ſcilicet multitudinem: uel eum ſcilicet populum aut Aſſyrium.
[a] Pro trans alij cis legunt.
Aethiopum caput Meroë, quod fluminibus undiq; circũdatum formã naſſæ præbet. Vide Strabonẽ. Duo flũina duas alas præbent, alij alas uela intelligunt.
[b] Kuſch ferè pro Aethiopibus exponunt.
Fingit Tarraham Aethiopicum & Aegyptium regem potentiſſimũ legatos ad Iudæos, quibus ſocietate iunctus erat, mittentem exhortantemq; eos, ut ſe parent cum eo cõtra Senaherib. Legatione peracta, propheta oſtendit ſententiam domini ſibi reuelatam eſſe contra eorum conſilia, quæ uana ſint futura, domino non dante ſucceſſum.
[c] Perinde ac ſi ſol deſideret domi, quum exiccare deberet poſt pluuiam: aut ſi ros deſideret domi in æſtu, tum enim fructus nõ recte proueniunt, & ruſticus iratus palmites excindit: nota ſimilitudinem, ſic deus faciet Aethiopi, &c.

Digitized by Google

calore messis. Quoniam ante messem quum fructus maturi esse debe-
rent, adhuc immaturus est: & dum maturescere [deberet,] floret, tũ [agri
cola] excindit malleolos falcibus, & propagines reiectiles incidendo
C tollit. Relinquuntur [itaq;] simul uolatili montium & bestijs terræ, ut
super eum auitium æstiuet, & cuncta bestia terræ super eum hyemet. In
tempore isto adducetur munus DOMINO exercituum, populus distra
ctus & expilatus, & à populo formidabili ab eo [tẽpore,] & deinceps,
gens auide expectans & concalcata, cuius terram flumina diripiunt, ad
locum nominis DOMINI exercituũ montẽ Zion.

Tum offeretur populus Iudaicus munus domino, quum eum solum redemptorem agnoscent, perdito rege Aethiopico, & interfecto Senaherib: populus erit munus, & à populo feretur munus.

CAP. XIX.

Pœnam interminatur Aegyptijs, adumbrantur tempora Christi, & gentium uocatio.

A ONus Aegypti. Ecce DOMINVS uehitur super nubem leuem, et
ueniet in Aegyptum, uacillabuntq; idola Aegypti à facie eius, &
cor Aegypti in ipso liquescet. Et [a]committã Aegyptios cum Aegyptijs,
ut pugnet quisq; cum fratre suo, & quisq; cum proximo suo, ciuitas con
trà ciuitatem, regnum contra regnum. Et euacuabitur spiritus Aegypti
intra ipsam, & consilium eius deglutiam, tum inquirent apud idola, &
apud magos, & apud pythones, et apud diuinos. Et tradam Aegyptum
in manum domini crudelis, & rex uiolentus imperitabit eis, dicit DO
MINVS deus exercituum. Deficient aquæ à mari, & [b]fluuius exiccabi-
tur atq; arescet. Elongabuntur flumina, exhaurientur & exiccabuntur
B riui aggeris, marcescent calamus & iuncus. Virentes herbæ ad riuos, &
iuxta [c]littus riui, atq; omne quod [d]seminatum fuit ad riuos, arefiet &
propulsabitur ut non sit. Mœrebunt piscatores, lugebunt omnes qui ha
mum in riuum eijciunt, & labefactati erunt expandentes uerriculum su
per faciem aquarum. Erubescent qui linum faciunt & [e]sericum, & nas-
sas plectentes. Et omnes qui faciunt stagna, nempe [f]uiuaria, conteren-
tur sagenæ eius. Atqui stulti sunt principes Zoan, sapientium consilia
riorum Pharaonis consilium stultum est. Quomodo [ergo] dicitis ad
Pharaonem, Ego de sapientum, ego de priscorum regum stirpe pro-
gnatus sum? Vbi nam, ubi sapientes tui? Exponant quæso tibi, num sci
ant quid statuerit DOMINVS exercituum super Aegyptum. Despon-
derunt [g]animum principes Zoan, seducti sunt principes Noph, seduxe
C runt Aegyptum, [h]angulum baculos eius. Miscuit DOMINVS in me-
dio eius [i]spiritum diuaricantem, & errare fecerunt Aegyptum in omni
opere suo, perinde ac dum ebrius errore circumagitur in uomitu suo.
Nec erit Aegypto opus quod faciat siue caput, siue cauda, siue ramus, si
ue iuncus. Illa die erit Aegyptus sicut mulieres, horrebit ac pauebit à fa
cie agitatæ manus DOMINI exercituum quam motitabit super ipsam.
Terra quoq; Iuda Aegyptijs terriculamentum erit, ut omnis qui memi-
nerit [k]eius, ab hac paueat propter consilium DOMINI exercituũ quod
consultat super eam. In die illa erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti,
quæ loquentur lingua [l]Chananaica, & quæ iusiurandũ præstent DO-
MINO exercituũ. Vna [ex his] uocabitur Ir [m] Hæres. In die illa erit alta
re DOMINO in medio terræ Aegyptiacæ, & statua DOMINO iuxta
D terminũ eius, ut sit in signũ & testimoniũ DOMINO exercituũ in terra
Aegypti, quia clamabũt ad DOMINVM metu oppressorũ, et mittet eis
seruatorẽ & magnatẽ, & liberabit eos. Cognoscet DOMINVS ab Ae-
gyptijs, [cõtrà] cognoscẽt Aegyptij ipsum DOMINVM in illa die, et co
lẽt [eũ] hostijs et muneribus, uouebũtq; uotum DOMINO, & reddẽt.

Idololatria & superstitio Aegyptiorũ portentosa taxata.

Taxantur Aegyptij qd sibi sapienti à amarunt.

a Vel conglobabo.

b Nilus scilicet.

c Os pro littore.

d Quidam semen pro legumine aut lente exponunt.

e Serikoth quidam pro retibus uaricoloribus aut maculis interstinctis exponunt, quibus pisces alliciuntur.

f Ebr. Stagna animæ.

g Pro Noalu dixi animum desponderunt, ut inopes consilij: alij legunt, stulti facti sunt, dum scilicet sibi summe placent.

h Alij legunt, tribuum eius: Hieronymus, populorum eius.

i Ebr. ad uerbum, spiritum diuaricantium.

k Eius, scilicet terræ Iuda.

l Ebr. Labio Chananaico.

m Ir Hæres uarie exponitur, reliqui ergo uocem Ebraicã. Quidam legũt, ciuitas solis: quidã, desolationis.

Percutiet

Digitized by Google

Percutiet itaq; DOMINVS Aegyptum percutiendo & ſanando, conuertenturq; ad DOMINVM, & [n]propitius erit eis, ac ſanabit eos. In die illa tritum erit iter ex Aegypto in Aſſyriam, et cōmeabunt Aſſyrij ad Aegyptios, et Aegyptij ad Aſſyrios, & colent [DOMINVM] Aegyptij cum Aſſyrijs. In die illa erit Iſrael [o]tertius Aegyptio & Aſſyrio, benedictio in medio terræ, cui benedixit DOMINVS exercituum, dicens, Benedictus populus meus Aegypti, opus manuum mearum Aſſyrius, hæreditas autem mea Iſrael.

CAPVT XX.

Intentatur malum Aethiopibus & Aegyptijs quod inferet Senaherib. Auctuarium quaſi 18. & 19. capitum.

ANno quo uenit † Tharthan Aſotum, (quū miſiſſet eum Sargon A
rex Aſſyriæ,) oppugnauit Aſotum, cepiſſetq; eam, eo [inquam] tempore loquutus eſt DOMINVS per manū Ieſaiæ filij Amoz in hanc ſententiā, Vade, & adime [a]ſaccum de lumbis tuis, & detrahe calceamentum tuum de pedibus tuis. Qui faciebat hoc, nudus & diſcalceatus incedens. Et dixit DOMINVS, Sicut incedit ſeruus meus Ieſaias nudus &
diſcalceatus, trium annorū ſignum & portentū ſuper Aegyptū & ſuper B
Aethiopiam: ſic aget rex Aſſyriæ [b] captiuos Aegypti, & tranſmigrationem Aethiopiæ, pueros & ſenes nudos & diſcalceatos, [c] diſcoopertos natibus uerenda, [ſcilicet] Aegypti. Et [d] perterrefient atq; pudore ſuffundentur ab Aethiopibus in quos [e]reſpiciunt, & ab Aegyptijs de quibus gloriantur. Et dicet habitator [f]inſulæ huius eadem die, Ecce tale eſt præſidium noſtrū, quò confugimus auxilij cauſa, ut liberaremur à facie regis Aſſyrij, & quomodo euaderemus nos?

CAP. XXI.

Dura fata Babylonis Dumæ & Arabiæ.

ONus deſerti [a]maris. Viſum prædurum mihi indicatum eſt, non A
aliter quàm quum procella ab Africo lata, à deſerto terra horribili aduenit. * Præuaricator, præuaricator: uaſtator, uaſtator. Aſcende [b]Elam, obſide Mede, ego ceſſare faciam omnem gemitum [c]eius. Idcirco impleti ſunt conſternatione lumbi mei, tormina inuaſerunt me inſtar torminum parturientis, audiendo [d]concidi, uidēdo obſtupui. Cor meum palpitat, horror perterrefecit me, crepuſculum deſiderij mei [e] po-
ſuit mihi in horrorem. Adornare menſam, circumſpicere lucernam, B
comedere, bibere. Surgite principes, ungite clypeum. Quoniam ſic dixit dominus ad me, I, conſtitue ſpeculatorem, qui quod uiderit, nunciet. Ille ergo quum contemplatus eſſet contemplatione multa & diligenti, uidit par equitum, quorum alter aſino, alter uero camelo uehe-
batur. Et † clamabat [f] leo, Ego ô here mi ad excubandum ſteti iugiter C
per diem, ego quoq; ad cuſtodiam meam conſtiti per totam noctem, & ecce hic uenit eques quidam, par equitū [uidelicet,] & reſpondit, ac dixit, † Cecidit, cecidit Babylon, & omnia ſculptilia deorum eius [g]contriuit ad terram. [h] Tritura mea & filius areæ meæ, quæ audiui à DOMINO exercituum deo Iſraelis, nunciaui uobis. Onus Duma. Clamat [quiſpiam] ad me de Seir, Cuſtos, quid de nocte? Cuſtos, quid de no-
cte? Dixit cuſtos, Venit mane, & etiam nox: ſi interrogaueritis, inter- D
rogate: reuertimini, uenite. Onus contra Arabiam. In [i]ſaltu ad ueſperam pernoctabitis, in uijs Dedanim, ô ciues Thema obuiā proferte aquas ſitienti, pane ſuo occurrite profugo. Quia à facie gladiorū profugi facti ſunt, à facie gladij diſtricti, & à facie arcus intenti, & à facie ingraueſcentis prælij. Sic enim dixit ad me DOMINVS, Adhuc intra

[Left margin:]

Babylonis ppheta uaſtitatem & cladem per Medos & Perſas futurā uiſo quodam denunciat.

Abac. 2. a

Iere. 51. a
Apoc. 14. b

inhumanitatem in eis taxat, quod Iſraelitis fugitiuis nō occurrerēt, ſed eos potius malis afficerent.

[Right margin:]

[n] Ebr. Et exorabitur eis.

[o] Alij legunt trias.

† Tharthan dux quidam Aſſyrius primarius.

Sargō uidetur eſſe Senaherib. Viſum eſt, in quo propheta Iudæis oſtendit, quàm ſtulte faciant, quod auxilium petāt ab ijs qui ſeſe è malo uenturo liberare haudquaquā poſſint, tertio enim anno Aethiopes & Aegyptios, quibus ipſi nitantur, perdendos eſſe ab Aſſyrio. Hoc autem maxime urget propheta, ne carnis brachio fidāt pij, hoc enim peccatum magnopere diſplicere deo.

[a] Ebr. Aperi ſaccum, ut Latini aperire caput dicunt, adempto ſcilicet pileo.

[b] Captiuitas pro captiuis; & tranſmigratio pro abactis in exilium ponitur.

[c] Diſcoopertos natibus uerenda, appoſitio eſt.

[d] Perterrefient, ſcilicet Iudæi.

[e] In quos reſpiciunt dixi, pro reſpectu eorum, nam hoc amphibolon eſt. Mabat reſpectus eſt, id eſt ea res in quā reſpicimus aut fidimus. Sic dicitur gloriatio Iudæorum Aegyptus, quia Iudæi de eis gloriabantur.

[f] Inſula pro Hieroſolyma ponitur metaphoricos.

[a] Mare Babylonem uocat.

* Ordo uerborum eſt inuerſus, ſed ſine ſenſus detrimento. Propheta uidetur ex admiratione uiſi ſubito exclamare, ac ſi diceret, Omnia plena ſunt præuaricatoribus & uaſtatoribus: hoc enim geminationem ſignificare exiſtimo: alij uero aliter interpretantur.

[b] Elam Perſidis pars, pro Perſa ponitur, & hæc uox dei eſt ſummi imperatoris ad milites ſuos, quos cōtra Babylōios excitat.

[c] Gemitum eius, id eſt, quē ipſa Babylon eis expreſſit, quos ſibi ſubdidit.

[d] Pro concidi Ebræi habent, factus ſum uacillās aut diuaricās ingredi, quod ex metu fit, ut pedes concidant & omnia membra. Sunt autem uerba Balthaſaris regis Babylonij, quæ imitatur propheta.

[e] Poſuit, deus, uel hoſtis: uel impersonaliter, Man hat mir gſetzt/gſtellt.

Hac Brachilogia pauciſſimis uerbis mira arte, & uoluptuoſum conuiuiū, & ſubitus metus ac urbis oppugnatio deſcrib.

[f] Leo exponunt pro quaſi leo: alij leonem Cyrum intelligunt.

[g] Contriuit Perſa.

[h] Babylon uidetur tritura domini eſſe, ut ex Ieremia colligitur.

[i] Alij legunt, in ſylua Arabiæ.

Digitized by Google

annum, iuxta annos mercenarij, deficiet omnis gloria Cedar. Et reliquus numerus iaculatorũ fortium de filijs Cedar imminuetur, quoniã DOMINVS deus Israelis loquutus est. CAP. XXII.

Propheta urbi Hierosolymæ imminens bellum Assyriacũ ob oculos ponit. Videntur hæc pertinere ad tempora Ezechiæ & Senaherib.

A ONus uallis uisionis. Quid tibi hic [negotij] est, ut uniuersa conscenderis super tecta? Plena tumultuũ, urbs tumultuosa, ciuitas [olim] exultans. Interfecti tui nõ occisi gladio, neq; bello mortui sunt. Omnes duces tui pariter [a] profugi facti sunt ab arcu, uincti [b] sunt, omnes deprehensi tui uincti sunt pariter, & longissime aufugerũt. Idcirco dixi, Auertite [oculos] à me, ut amaro fletui indulgeam: ne urgeatis ut
B me consolemini super uastatione filiæ populi mei. Hæc enim dies est perturbationis, cõculcationis, ac perplexitatis domino deo exercituum in ualle uisionis, murũ diruente, ut fragor in montibus [reboet.] Elam fert pharetram, [c] currus cum equitibus [accinguntur,] parietes [d] clypeis nudantur. Electissima uallium tuarum plena fuit curribus, & equites incunctanter [e] portas adoriebantur. Reuelauit operimentum Iuda, &
C respexisti in die illa ad armamentariũ domus saltus. Sed & rimas ciuitatis Dauidis uidistis quod multæ essent, collegistis aquas piscinæ inferioris. Domus quoq; Ierusalem numerastis, & domus diruistis ut murum muniretis. Quin & lacum fecistis inter duos muros pro aquis piscinæ ueteris, non [f] habita ratione eius qui eam fecit, neq; respexistis ad eum qui eam iam olim finxit. Et uocauit DOMINVS deus exercituum in
D die illa ad fletum & planctum, ad caluitium & ad cincturã sacci, & en [g] lætitia & gaudium, cædendo boues, oues mactãdo, edendo carnes, & bibendo uinũ, edere, bibere, cras enim moriemur. Et reuelatũ est [id] in auribus DOMINI exercituũ, [h] nõ expietur uobis hæc iniquitas, donec moriamini, dicit DOMINVS deus exercituũ. Sic quoq; dixit DOMINVS deus exercituũ, I, ingredere ad [i] præfectũ istum super thesaurum, [nempe] ad Sobnam, qui præfectus est prætorio, [& dic ad eum,] Quid est tibi hic? & quis tibi hic? quod tibi sepulchrũ hic excideris: (exciderat
E [nempe] sibi excelsum sepulchrum, & constituerat sibi in petra cubile,) ecce DOMINVS proijciet te [k] proiectione ô tu heros, & amiciendo amiciet te, circumligando circũligabit te fascia, ueluti trochum in terram spatiosam [proijciet te:] isthic [l] morieris, isthic [erit] pompa quadrigarũ tuarũ, tu ô dedecus domus domini tui. Propulsabo te [m] de statione tua, atq; de ordine tuo mouebo te. Fiet aũt illa die, ut uocem seruũ meum
F Eliakim filiũ Hilkiæ, & induam eum ueste tua, baltheoq; tuo eum cingam, & magistratũ tuum tradam in manus eius. Is erit pater tum ciuiũ Hierosolymæ, tum domus Iudæ. Clauem domus Dauidis ponam super humerũ eius, qui aperiet, & nemo claudet: claudet, & nemo aperiet. Et figam eum clauum in [n] loco fideli, & erit in sedem gloriæ domui pa
G tris sui. Et pendebunt ab eo omnis gloria domus patris ipsius, stirpes, & [o] posteri, omnia uasa minora, tum crateres, tum uniuersa instrumenta musica. In die illa dicit DOMINVS exercituũ, recedet clauus iste qui fixus fuit in loco fideli, euelletur & cadet, & pessum ibit onus quod ab eo [pendet,] quia DOMINVS loquutus est. CAP. XXIII.

De fatis Tyri & reliquarum insularum.

A ONus Tyri. Vlulate naues [a] Tharsis, quia uastata est, ut ne domus quidem [superfit,] non ultra uenient de terra [b] Kittim, reuelatum

[a] Quod omnes duces dicit profugos, per synekdocham de perfidis intelligendũ, ut de Sobna & alijs compluribus.
[b] Alij legũt, ab arcu ligati sunt, forte à iaculatoribus intercepti in fuga profugij.
Propheta graphice depingit futura mala, seq; fletui dat, non admittens consolationem, ut & cæteros ad luctum & pœnitentiam (qua imminentia mala declinare possent) inuitet, & per mimesim ferociam hostis uocibus exprimit: licet enim murus dirutus non sit, hostis tamen eum diruere in animo statuerat, ni dominus malum hoc auertisset. Ob oculos ergo ponit, quo modo hostis machinas admoueat, hinc clamor ciuium qui in montibus resonat, &c.
[c] Legunt alij, in curru hominis equites.
[d] Kir alij pro kireo exponunt, kir nudat clypeum.
[e] Ebr. Ponendo posuerunt portas: custodiã nimirũ ad portas posuerunt ne quis elaberetur.
[f] Ebr. Non intuiti estis.
[g] Sic impij loquuntur, sic agunt securi diuinorum iudiciorum.
[h] Ebr. Si expietur, formula iurã di Ebraica.
[i] Quidã pro sochen cubiculum exponunt, alij cubiculariũ, pro super domum posui præfectum prætorio. Sochen etiã pro scriba quidam intelligunt, alij pro præfecto annonæ. [k] Eb. Viri.
[l] Aliqui legunt, isthic finietur gloria curruum tuorum.
[m] Ebr. Subuertet te: mutaui personam, ut priori membro respondeat.
[n] Potest etiam legi, loco firmo, fixo, certo.
[o] Ebr. Exitiões & excremẽta.

Tyrus urbs insignis Phœniciæ, Ebræis Zor.
[a] Tharsis alij simpliciter mare interpretantur.
[b] Cithijm Cyprios quidã intelligunt.

Taxat fidu-ciã in munitiones, nõ munitiones

Sap. 2. b
1. Cor. 15. d

Iob. 12. b
Apoc. 3. b

Digitized by Google

latū est eis. Silete habitatores insulæ, negotiator Zidonis, mare trans-
mittens, te implebant. Et in aquis multis semen Sihor, & messis flumi
nis prouentus eius, fuitq́ emporium gentium. Erubesce Zidon, quo- B
niam dixit mare, fortitudo maris, dicens, Non parturiui, nō peperi, nec
educaui adulescentes, nec euexi uirgines. Quum rumor ad Aegyptios
[peruenerit,] perinde ad istū rumorem dolebit ut Tyrus. Transite in
Tharsis, ululate habitatores insulæ. An non hæc gloriatio [c] uestra est?
cuius uetustas ab antiquis diebus est? ducent eam pedes eius, ut peregre
proficiscatur habitatum. Quis consultauit hoc super Tyrū illam [d] co-
ronatā? cuius negôtiatores principes sunt, cuius institores inclyti terræ.
[e] DOMINVS exercituum cōsultauit hoc, ut prophanaret fastū omnis
[f] magnificētiæ, ut ignominiosos redderet omnes inclytos terræ. Transi C
terram tuam instar fluminis filia [g] Tharsis, non est cingulum amplius.
[h] Manū suam [i] extendit super mare, concussit regna, DOMINVS man-
dauit aduersus [k] Chanaan, ut uastaret robora eius, & ait, Non ultra lu-
xu exultabis uim passa uirgo filia Zidon. Surge, transi [l] Kithim, nec
isthic requiem tibi dabit. * Ecce terra Chaldæorum, talis populus nō
fuit, Assur fundauit eam eis qui uasta loca inhabitabant, erexerunt arces
eius, [m] destruxerunt palatia eius, & redegit eam in ruinam. Vlulate na
ues maris, quoniam uastatū est robur uestrum. Erit autem in die illa,
ut obliuioni tradatur Tyrus annis septuaginta, iuxta dies unius regis: D
post septuaginta annos usuueniet Tyro, quod [n] meretriculæ psaltriæ,
[cui dicitur,] Sume citharam, & circumi ciuitatem ô scortum obliuioni
traditum, [o] argute pulsando, & omnigena carmina cantādo, tui memo-
Act.21. riam refrica. Exactis autem septuaginta annis, uisitabit DOMINVS
Tyrum, reuertetur q́ ad mercedem suam, & exercebit [p] commertia cum
omnibus regnis quæ sunt super faciem terræ: attamen negotiatio eius
Psal.45. ac merces eius sacrosanctæ erunt DOMINO: non reponetur negotia-
Verus diuitiarum usus. tio eius, nec recondetur, sed erit eorū qui habitant ante DOMINVM, ad
comedendū ad saturitatē, & ad operimentū [q] senū. CAP. XXIIII.

Vt singulis gētibus hactenus sua fata, ita iam oībus omniū sæculorū gentibus sua prædicit, et est generalis prophetia de die dn̄i quandocūq; puniturus adest.

ECce DOMINVS euacuat terrā, & discerpit eam, deprauat faciem A
Osee 4.b eius, & dissipat habitatores eius. Et erit sicut populus, sic sacerdos:
sicut seruus, sic dn̄s eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut emptor, sic
uenditor: sicut fœnerator, sic fœnus accipiēs: sicut debitor, sic qui ei dat
[a] fœnus. Euacuando euacuabitur terra, & direptione diripietur, quoniā
DOMINVS loquutus est hunc sermonem. Luxit, defluxit terra, defor
ynthesis. matus est et defluxit orbis, deformati sunt sublimes populi terræ. Terra
[b] hypocrita est sub habitatoribus suis, quoniā transgressi sunt leges, mo
res immutarunt, & fœdus sempiternū irritum fecerunt. Idcirco execra B
tio consumpsit terrā, & deliquerunt habitantes in ea, propterea incalue
runt habitatores terræ, pauciq́ mortaliū reliqui facti sunt. Luxit [c] mu-
stum, deformatæ sunt uites, ad gemitū tracti, quicūq; læto fuerāt corde.
Cessauit gaudium [d] tympanorū, desijt strepitus lætantiū, cessauit citharæ
iucunditas. Non bibent uinum cum cantico, sicera amara erit ijs qui
eam bibēt. Contrita est [e] ciuitas uanitati [dedita,] clausa est omnis do
mus, ne quis ingrediatur. Clamor est in plateis super uini [penuria,]
obtenebrescet omne gaudiū, migrabit gaudiū terræ. In urbibus relin-
quetur uastitas, & portæ deuastatione percutientur. Quoniam sic erit C

Videtur alloqui Tyrios, quos frequentabant Zidonij mercatores: alij putant Insulanis aut Cyprijs hoc dici.
Vertit sermonem ad matronam Zidonem.
Volunt quidā hunc sermonem dirigi ad omnes maritimas urbes & insulas.
[c] Alij legunt, exultans uestra.
[d] Aut quæ omnibus ornamento fuit.
[e] Respōdet sibi per subiectionē.
[f] Ebr. Omnis capreæ.
[g] Alij legunt, O filia maris, aut nympha maris.
[h] Dominus scilicet.
[i] Pro extendit alij legunt, inclinauit.
[k] Pro Chanaan alij emporium legunt, intelligentes Tyrum & Zidonem: legunt quidā robur eius, supple terræ Chananaicæ metropolim intelligentes.
[l] Ebr. Kithim surge transi.
* Zuinglius sic legit, En terra Chaldæorum gens erat quæ secundam non haberet: Assyrius condidit eam, sed Satyris.
[m] Pro destruxerunt quidam legunt excitarunt.
[n] Ebr. Vt cātico meretricis, uel meretrici cantici.
[o] Eb. Bene cane, multiplica carmen, ut in memoriam redeas.
[p] Ebr. Fornicabitur, sed perstat in metaphora, & utitur uocibus per antistasim in contrario sensu.
[q] Alij legunt, robustum: alij, uetustum.

Videtur cohærere ad 28. caput usq;.
Indoles ac ingenium terræ propter peccata mutatur, ut est Gen.3. & ubiq; in prophetis.
Dies dicitur omnibus preuaricatoribus legis.
Non erit respectus personarū, nec ullum discrimen.
[a] Vel, qui exigit.
[b] Hypocrita est terra, cum specie pulchra multos promittit fructus, nullos uel paucos præbet.
[c] Thirosch omne poculentum.
[d] Significatur magna raritas hominum, & ingens penuria.
[e] Alij legunt, ciuitas uastitatis.

Digitized by Google

in medio terræ, in medio populorum, ac si quis oleas [residuas] decutiat, aut faciat f cõsummata uindemia, racemationẽ. Hi attollent uocẽ suam, iubilabunt, in magnificentia DOMINI g uociferabuntur de mari. Proinde glorificate in uallibus DOMINUM, in insulis maris nomen DOMINI dei Israelis. Ab ala h terræ cantica audiuimus, decus iusto. Et dixi, Macilentia mea mihi, macilentia mea mihi. Heu me, i præuaricatores præuaricati sunt, præuaricatiõe præuaricatores præuaricati sunt. Pauor ergo & fouea, ac laqueus super te ô habitator terræ, ut qui fugiat à uoce terrifica, incidat in foueã: & qui è fouea ascenderit, laqueo capiatur, quoniã fenestræ superne aperientur, & concutientur fundamenta terræ. Vehementer crepabit terra, grauiter rũpetur terra, atrociter cõmouebitur terra. Nutãdo nutabit terra sicut ebrius, & trãsferetur sicut tabernaculũ nocturnum, ingrauescet super eam præuaricatio eius, cadet ut postea nunquã resurgat. Erit & [hoc] illa die, uisitabit DOMINUS exercitũ supernũ in excelso, & super reges terræ qui sunt sup terrã, & colligẽtur quemadmodũ uincti solent colligi, in lacum atq; in carcerẽ includentur, & post multos dies uisitabuntur. Erubescet luna, pudefiet sol, quum regnabit DOMINUS exercituum in monte Zion & in Ierusalem, & [quum fuerit] gloriosus coram senioribus suis.

Supra 17.

Iere.48.

f Ebr. Vt racemi consummata uindemia.
g Ebr. Hinnient.

h Ala terræ, cardo est aut extremitas: loquitur autem propheta in persona omnium piorum, gratulans iustis suum decus esse, interim dolet de paucitate iustorum.
Intermiscet consolationes, quas pij in omnibus adflictionibus semper habent. Nã qui sub cruce sunt, sublatis capitibus, gaudent suã uidẽtes redẽptionem.
i Ludit in uoce boged uenusta paranomasia. Significat autem ista uerborum geminatione, immanitatem quandam scelerum, & audaciam indicibilem.

D

CAP. XXV.

Carmen gratulatorium piorum ac electorum dei, prophetia deinde contra Moab & omnes hostes fidelium.

A

DOmine deus meus es tu, exaltabo te, cõfitebor nomini tuo, quoniã designasti admirãda, a cõsilia [tua sunt] pcul uere & firmiter. Quoniã tu b ciuitatẽ in aceruũ redegisti, urbẽ munitam in ruinam, palatiũ c alienorum, ut non sit ciuitas, neq; in æternum restituatur. Quo fit ut populus robustus te glorificet, ciuitas gentiũ tyrannicarũ te timeat. Tu enim fuisti forte præsidium pauperi, robustũ præsidiũ egeno dum in angustijs esset, refugiũ à nymbo, umbraculũ ab æstu, quoniam spiritus uiolentorũ tyrãnorum † nymbi instar est qui in murũ [irruit:] [&] ut æstus in loco siticuloso: strepitũ alienorum humiliabis, æstũ nube umbratili, d propaginẽ tyrannorũ amputabis. Et faciet DOMINUS exercituũ omnibus populis in monte isto, conuiuiũ pinguiũ, conuiuium fecium, de pinguibus medullatis, fecibus defecatis. Tollet e quoq; [DOMINUS] in mõte isto faciẽ inuolucri, q̃d inuolucrũ est super omnes populos, & operimentum q̃d oppãsum est omnibus gentibus. Mortẽ absorbet f uincẽdo, & absterget DOMINUS deus lachrymã à cunctis faciebus, & opprobriũ populi sui auferet ab uniuersa terra, quoniam DOMINUS loquutus est. Et g dicet in die ista, En hic est deus noster, h expectauimus eũ, & seruauit nos. Hic est DOMINUS quẽ expectauimus, exultabimus et lætabimur in salute eius. Quia manus DOMINI intẽta est mõti huic, et exteret † Moab sub ipso, quẽadmodũ exterit collectio palearũ in sterquiliniũ. Expandet nẽpe manus suas in medio eius, quemadmodũ natator extendit ad natandum, & deprimet fastũ eius sub axillis manuum suarum. Munitionem deniq; & altum præsidium murorum tuorũ inclinabit, deprimet, ac ad terrã in lutum usq; deijciet.

B

C

Per anti... sim impi... rum pœ... & pioru... præmiũ ponun... Apo.7.d 21.b

D

*Quæ supra uaticinatus est, iã forma orationis mutata canit, loquitur autem de impiorum pœnis, & præmio iustorum.
a Posset sic etiam legi, consilia procul uere amen.
b Ebr. Tu posuisti de urbe in aceruum: uel, ne sit ciuitas.
b Singularis numerus pro plurali, uel numerus pro genere: non enim de una aliqua urbe dicit, sed de omni præsidio humano, in quo fidunt homines.
c Per alienos, hostes populi dei intelligit, alienos ab institutis dei, moribus & uita.
† Explicat allegoriam qui nymbi sint & æstus, animosi & audaces spiritus tyrannorum, qui omnia uastant.
d Subita personæ mutatio, palmitem tyrannorum tollet.
e Idem uerbum Billa perdere, tollere & deglutire significat.
f Alij dicunt, funditus absorbebit, uel ad uictoriam, uel in æternum.
g Dicet, scilicet quisq; piorum, uel dicetur impersonaliter.
h Expectare pro sperare aut fidere, certa scilicet & indefessa fide.
† Per Moab adumbrãtur omnes hostes populi dei.

CAP. XXVI.

Perstat propheta in eodẽ argumento, consolãs & fulciens pios in adflictionibus, ne fluctuent aut uacillent, sed certa spe ac fiducia patienter deo hæreãt, certo fore ut liberentur.

A

IN die illa cantabitur carmẽ hoc in terra Iuda, Vrbs fortis nobis est, salus ponet muros & propugnaculũ. Aperite portas, ut ingrediatũ gens iusta,

Digitized by Google

iusta, [a]seruans fidei. [b]Figmento fulto seruabis pacem, [c]pacem [inquã,]
quia in te speratũ est. Sperate in DOMINVM in sempiternũ usq;, quia
in DOMINO deo est [d]petra perpetua, quia humiliat habitatores excel
si, ciuitatem altã deijciet, prosternet eam ad terram, & deducet eam ad lu
tum usq;, ut pes eam calcet, pedes pauperis, gressus tenuium. [e]Semita iu
sti recta est, [f]tu ô recte uiam iusti ponderas. Quin & in uia iudiciorum B
tuorũ ô DOMINE te expectamus, ad nomen tuum, & ad memoriam
Prou.4.5. 16. tuam est desideriũ animæ. Animo meo per noctem te desidero, & spiri
tu meo qui in me est ad te maturo. Nam quum iudicia tua [edita fue-
rint] in terra, discunt iustitiam qui orbem inhabitant. Impius etiã bene
ficijs [g]affectus non discit iustitiã, sed in [h]terra plana inique agit, & non
uidebit maiestatẽ DOMINI. O DOMINE [quũ] exaltaĩ manus tua,
non [i]uident, sed uidebunt [aliquando,] & pudefient æmulatione [qua
dam] populi [tui,] quin igne hostium tuorũ deuorabis eos. DOMINE
præparato nobis pacem, quandoquidẽ tu quoq; omnia opera nostra no C
bis operatus es. O DOMINE deus noster, [etiamsi] dominẽtur nobis
domini præter te, duntaxat tamen tui nominisq; tui recordemur. [k]Mor
tui nõ [l]uiuent, & uiolenti tyrãni non resurgent, idcirco quod uisitasti & ex
terminasti eos, atq; perdidisti omnem memoriã eorũ. Addidisti genti ô
DOMINE, addidisti genti, glorificatus es, prorogasti omnes terminos
terræ. Visitarunt te ô DOMINE in angustijs, clamor [m]murmuris disci
plina tua [est] eis. Quemadmodũ quæ uterum fert, quũ ad pariendũ ap
propinquat, parturit, & clamat in doloribus suis: sic nos fuimus in con-
spectu tuo ô DOMINE. Concepimus, parturiuimus, at ueluti uentum D
enixi sumus, salutes terræ non factæ [n]sunt, neq; cadẽt habitatores orbis.
[...]atithesis. Mortui tui uiuent, & [quemadmodũ] corpus meum resurgẽt. Expergi
[...]lloquitur [...]ortuos. scimini & iubilate habitatores pulueris, quoniã ros herbarũ uirentiũ ros
[...]rum allo tuus, & terrã [o]uiolentorum tyrannorũ tu deijcies. I [ergo] populus mi,
[...]itur deũ. & ingredere in penetralia tua, & post te claude ostia tua, lateas paululũ
[...]ophera uel ad momentũ, donec prætereat indignatio. Ecce enim DOMINVS
[...]eiisos allo egreditur de loco suo uisitatũ iniquitatem habitatorum terræ, & profe-
[...]itur. [...]tientia [...]ctorum. rret terra sanguines suos, neq; occulet ultra interfectos suos. XXVII.
[...]ich.1.a

*Sub persona Leuiathan serpentis iuxta historiam Babylonij interitus, iux=
ta catagogen dæmonis damnatio adumbratur simulq; omnium impiorũ, quo=
cunq; die dominus uindicaturus aderit. Simul est consolatio castigatorum, &
nonnihil de uocatione gentium.*

[...]m argu- [...]tum cum [...]eriori. IN die illa uisitabit DOMINVS gladio suo duro, grandi & robusto A
Leuiathan serpentẽ uectem, & Leuiathan serpenten contortũ, & truci
dabit draconẽ qui in mari [est.] In die illa canite alternis uineæ Hemer.
Ego DOMINVS custodio eam, ac [a]tempestiue irrigo eam, ne forte [b]ui
siter eam, custodio eam die ac nocte. Iracundia non est mihi, Quis me
[c]reddat ut sim uepris & spina in bello? ut iniquius quid contra eam de
signem, & eam simul incendã? Aut [quis] compellat fortitudinẽ meam,
ut pacem mihi faciat, pacem mihi cõponat? Veniunt [dies in quibus] B
radices aget Iacob, pullulabit & florebit Israel, ut prouentus [eius] fa-
ciem orbis impleat. Num iuxta percussionẽ percutientis eum percussit
illũ? Num iuxta cædẽ cædentiũ eum cæsus est? In mensura dum amãdas
eam, iudicio ages cum ea, abstulit in uento suo graui in die Euri. Pro-
pterea in hoc expiabitur iniquitas Iacob, & hic omnis [d]fructus quũ au
fert peccatũ eius, quum ponit ipse omnes lapides aræ ut lapides ruderis

[a] Alij legunt, seruãs ueritatum.
[b] Idzer figmentum est, factura, plasma, cogitatio, &c. Ergo & sic posset legi, cogitatio fulta aut suffulta est, quod deus seruat pacem his qui in se sperant. Mutantur subinde personæ.
[c] Repetitio dictionis pax, ingentem pacem et firmam significat.
[d] Alij legunt, in domino est fortitudo sæculorum: alij, petra sæculorum.
[e] Eb. Semita iusto rectitudines: uel, semita rectitudinum iusto.
[f] Vel, uiam rectam iusti tu appendis.
[g] Vel, misericordiam assecutus, supple à deo, unde merito se emendaret, peior tamen fit.
[h] Ebr. In terra rectitudinum aut æquitatum.
[i] Ludit in uerbo uidendi per antistesim aut anaclisim: nõ uidẽt, hoc est, non considerant, sed uidebunt aliquando, ut sup. 5.
[k] Obseruandum de quibus mortuis hic loquatur, nempe de impijs & iniustis, qui dum uiuerẽt scelesti fuerunt, & oppressores pauperum, transtuli ergo Rephaim, quod gigãtes significat, in uiolentos tyrannos, hi non uiuent cum iustis, neq; resurgent ad uitam æternam cum electis, Psalm. 1.
[l] Viuere capitur hic pro beate & feliciter uiuere.
[m] Alij legunt, effuderunt murmur castigatione tua eruditi, discunt ad te querula uoce clamare.
[n] Alij legunt, non fecimus terræ salutes.
[o] Alij legunt, terra gigantes eijciet.

Vt quinto cap. uineam Sorek, ita hic uineam ponit Hemer, antithesi uenusta, ut uideamus præstantiorẽ gratiam esse Iesu Christi quàm legem. Hemer autẽ alij pro optimo & præstantissimo uino, alij pro rubro exponunt.
[a] Ebr. Ad momenta.
[b] Visitet, scilicet hostis, nocendo, aut inuadendo.
[c] Alij sic legunt, Quis det mihi uepres & spinas, ut transeam in ea, & eam incendam?
Grauior semper est poena qua ferit hostes deus, quàm sit adflictio qua suos castigat, ut patet in Pharaone & reliquis.
Ostendit ueterem uineam ob sterilitatem repudiãdam & excindendam, ut docet Christus Matthæi 21. Iohan. 15.
[d] Alij legunt, & hic est uniuersus fructus ablationis peccati eius, sed est infinitiuus.

C confractos, ut non resurgant luci & imagines. Quũ ciuitas munita solitaria erit, speciosa dimissa atq; derelicta instar eremi, ut uitulus ibi pascat, ibi cubet, & palmites eius absumat. Quũ exaruerint palmites eius, confringentur, mulieres uenientes inflãmant eam, quoniã non est populus intelligens, idcirco is qui eum fecit, non cõmouebitur erga eum
D miseratione, nec miserebitur eius fictor eius. Erit quoq; illa die, excutiet DOMINVS ab alueo fluminis, usq; ad flumen Aegypti, & uos ô filij Israel sigillatim cõgregabimini. Et erit in die illa, clanget tuba magna, & uenient qui perierant in terra Assyria, & qui profugi erant in terram Aegypti, & adorabunt DOMINVM Hierosolymis in monte sancto.

Ab Euphrate ad Nilũ, nam hi fuerunt termini terræ Chananaicæ.

CAPVT XXVIII.

Redit propheta ad reliquias decem tribuum Israel, simulq; Iudæos, taxans eorum scelera, nempe luxum & ebrietatem, simul pœnam intentans. Taxat etiam eos qui humanis traditionibus populum seducebant, lege dei neglecta.

A VAe coronæ superbiæ temulentorũ Ephraim, & deciduo flori decoris gloriæ eius,[a] quæ super caput est uallis opimæ, percussorũ uino. Ecce [b]fortis & robustus domini ueluti nymbus, grãdo & turbo confringens, ueluti nymbus aquarũ ualidarum inundantiũ [c]ualide in terram se demittet. Pedibus conculcabimini ô corona superbiæ temulentorum Ephraim. Vsq; ueniet deciduo flori decoris gloriæ eius, quę est in capite uallis opimæ, quod præcoquo fructui anteq̃ autumnus adest,
B quem simul atq; uidit aliquis, dum adhuc in manu est eum deuorat. In die illa erit DOMINVS exercituum ad coronam decoris, & diadema glorię reliquijs populi sui. Et in spiritum iudicij sedenti super tribunal, & in robur [d]transferentibus bellũ ad portam. Et etiam illi in uino perplexi sunt, & in sicera aberrarunt, sacerdos & propheta perplexi sunt ob sicerã, obruti uino, errant ob siceram, perplexi sunt in uidendo, uacillãt in decernendo. Nam omnes mensæ ita oppletæ sunt uomitu & sordi-
C bus, ut nullus locus [supersit.] Quem igitur docebit scientiã? & quem faciet intelligere auscultationẽ? ablactatos [nimirum,] & ab uberibus auulsos. [e]Quia præcipe ad præceptum, præcipe ad pręceptũ: expecta ad expectationem, expecta ad expectationem: pusillũ hic, pusillũ isthic. Quoniam labijs blesis, & lingua alia loquetur ad populum istum, qui loquutus ad eos fuerat, Hęc requies, reficite lassum, & hoc refrigerium, sed noluerunt audire. Et fuit eis uerbũ DOMINI præcipe ad pręceptũ,
D præcipe ad præceptũ: expecta ad expectationem, expecta ad expectationem: pusillum hic, pusillũ isthic. Idcirco ibunt & impingent retrorsum, & confringentur, irretientur & capientur. Audite ergo uerbũ DOMINI uiri illusores, qui imperitatis super populũ istum qui est in Ierusalẽ. Quandoquidẽ dixistis, Pepigimus fœdus cum morte, & cum inferis pactum fecimus, ut quũ inundans [f]uastatio pertranseat, non perueniat ad nos, posuimus enim mendaciũ refugium nostrũ, & mendacio abscon-
E demur: idcirco sic dixit DOMINVS deus, †En ego [g]fundo in Zion lapidẽ, lapidem probatũ, angularem, pretiosum, [h]solidissimũ fundamentum, fidens non festinabit. Et iudiciũ ad perpendiculũ exigam, & iustitiam ad trutinam. Grandinis procella scopæ instar uerret mendaciũ fiduciam [uestram,] & latibulũ aquę inundantes obruent. Et abolebitur fœdus uestrũ cum morte, & pactum uestrũ cum inferis nõ firmum erit: & quum exundans uastatio præterit, eritis ei in conculcationẽ. Mox ut pertransierit, rapiet uos, nam summo [i]diluculo pertrãsibit nocte & die, &

Tribus capitibus hūc sermonē absoluit.

1. Cor. 14. d

Psal. 117. d
Mat. 21. d
Act. 4. b
Rom. 10. c
1. Pet. 2. a

[a] Qui quæ legunt, de corona intelligũt: qui uero qui legunt, de flore exponunt: & tunc legunt, qui, scilicet flos, in uertice est, &c.

[b] Subintellige hostis uel dies domini adest: alij legunt, robur & uirtus domini.

[c] Quidam Beiad, quod nos ualide interpretamur, legũt undiq;: alij legũt, dominus in manu hostem demittet; quidã intelligunt hostem deiecturum coronam in terram.

[d] Alij legunt, auersantibus bellum à porta.

[e] Cum sannis excipiebant uerbum dei per prophetas missum Iudæi, & mimesi quadam uoces eorum imitantur, sed cum contemptu & irrisione.

[f] Pro uastatione alij legunt flagellum.

[g] Ebr. Ego fundare, uel fundator.

[h] Ebr. Fundamentum, fundamentum.

[i] Ebr. Mane mane, ut Germani frũy frũy.

Digitized by Google

& fiet ut dūtaxat uexatio faciat intelligere [f]auscultationem. Angustior enim erit lectus, ꝙ ut quis membra latius extendat: & operimentum strictius, ꝙ ut se eo quisquam inuoluat. Quoniam DOMINVS exiliet sicut in monte Perazim, & fremet ut in ualle Gibeon, ut faciat opus suū, alienum opus suum, & ad operandum operationem suam, alienā operationem suam. Nunc igitur ne uobisipsis illudatis, ne fortè ualidiora fiant uincula uestra, quoniam cōsummatam & expolitam [ecclesiam] audiui à DOMINO deo exercituum super uniuersam terram. Auscultate & audite uocem meam, attendite & obtemperate sermoni meo. Num agricola omni tempore arat, aperit & proscindit tellurem suam ad seminandum? Nónne ut æquauit superficiem eius, uitiam spargit, ac cyminum dissipat, & ponit triticum serie sua, & hordeū signato [loco,] tum far in suo termino? Et ut hæc rite peragat, erudit ac dirigit eum deus suus. Neq; enim tribula dentata exteritur uitia, nec circunducitur rota plaustri super cyminum, sed uirga excutitur uitia, & cyminum baculo. [l]Panis comminuitur, quandoquidem non perpetua tritura exteritur & strepitus rotæ plaustri ipsius, & ungulæ ipsius nō comminuent eum. Et hoc à DOMINO exercituum proditum est, qui miro agit consilio, & magnifico instituto.

Iosue 10.e 2.Reg.5.d 1.Par. 14.a — Supra 10. de hoc uide. — Metonymia.

F — [f] Auditio aut auscultatio capitur pro eo quod ipsi audiebant, sed non credebant dicentibus prophetis.

Paucas fore reliquias prędicit, eas'q; per ignem excoctas & expolitas, imò strenuas & expeditas ad opus domini.

G

[l] Panis hic ponitur pro tritico aut farre, ex quo comminuto fit panis: potest etiā legi, ad cibum comminuitur, ut subintelligatur lamed.

CAP. XXIX.

Post gentiū fata redit ad Ierusalē, & imminētia ab Assyrijs mala uaticinatur, perstringens interim hypocrisim, & fidutiā quam collocabāt in exteros.

VAe Arieli Arieli ciuitati arci Dauidis. Adijcite annū ad annum, festi dies [a]euertentur. In angustū redigam Arielem, ut sit mœrens & tristis, tum erit mihi sicut Ariel. Nam castra contra te figam circunquaq;, & angustū tibi faciam munitione: aggeres quoq; contra te excitabo, & humilis eris, loqueris'q; de terra, & de puluere deiectæ ædes sermonem tuū: erit enim uox tua uelut pythonis de terra [loquētis,] & de puluere eloquiū tuum garriet. Et erit multitudo alienorum tuorum ut puluis tenuis, & multitudo tyrannorum, quemadmodum palea quæ momento ac subito fertur. A DOMINO exercituū [b]uisitabitur tonitru, terræmotu, & fragore magno, turbine, procella, & flamma ignis uoracis. Et erit uniuersa multitudo gentiū, quę aduersus Arielem copias eductura est, omnis inquā exercitus militans contra eum, & qui aggeres contra eum excitant, & qui eum obsidione cingunt, ut somniū nocturni uisi. Erit inquā ac si famelicus somniet ꝙ comedat, quum'q; euigilat, desideriū eius frustratur: & ac si quis siticulosus somniet se bibere, cæterum euigilans fessus est, & desideriū eius adhuc feruet: sic eueniet multitudini omniū gentium quæ contra montem Zion pugnaturæ sunt. Facite uosipsos tardos, & obstupescite: oblinite uobisipsis [oculos,] & estote obliti [oculis,] estote ebrij, sed non uino: uacillate, sed nō sicera, quoniā miscuit uobis DOMINVS spiritū alti soporis, & constrinxit oculos uestros, prophetas [uidelicet] uestros, & præcipuos uestros uidentes obtexit. Erit'q; uobis uisio omniū perinde atq; uerba libri ꝙ obsignatus est: quem si offerat quis literarū perito, & dicat, Lege quæso istū: respondebit, Nequeo, quoniā obsignatus est. Quod si detur liber literarū rudi, ac dicatur, Lege quæso istū: respondebit, Non noui literas. Et dixit DOMINVS, †Eo ꝙ populus iste ore suo ad me accedit, & labijs suis me honorificè prædicat, cor aūt eius longe abest à me, & est [c]timor eorū erga me doctus præcepto hominū, ideo en ipse quoq; addā, ut mirificè agā cum populo isto, mira scilicet & portentosa, nēpe, peribit sapiētia sapientum

A — Ariel leo est dei uel fortis, intelligit autē synecdochice urbem Ierusalem, Ezech. 43.
[a] Alij legunt, feriæ circumibūt, hoc est, finientur.

B — Alieni hostes sunt populi dei, ut supra 25.
Iam prædicit interitū regis Assyrij, nam hoc solent prophetæ cum populo dei pœnam nunciant, simul hostibus interitum denunciare.
[b] Visitabitur lego in tertia persona, intelligo'q; de multitudine Assyrij: alij legunt, uisitaberis.

C — Duabus similitudinibus ostendit uanas fore spes hostium, qui prædæ inhiabant, & urbis potiundæ desiderio accensi erant.

D

Matth.15.a Marc.7.b

[c] Ebr. Timere ipsorum me.

E

Digitized by Google

eius, & intelligentia prudentiũ eius sese abscondet. Væ his qui sese in profundũ abstrudunt, ut à DOMINO abscondant consiliũ, & ut opera eorum sint in tenebris, quiq; dicunt, Quis uidet nos? & quis nouit nos? Quæ uestra [b] peruersitas: ut lutũ figuli reputabitur: si dicat opus factori suo, Non fecit me, & figulinũ ad figulum suum dicat, Non fecit intelligens.

Abd. 2. c

Eccli 23. c

[b] Ebr. Peruertere uestrum.

F An non adhuc breuissimo tempore Libanus redigetur in agrum planũ, & ager planus in syluã? Tunc audient surdi uerba libri, & oculi cæcorũ ablatis caligine ac tenebris, uidebunt. Tum rursus gaudebunt mãsueti in DOMINO, & egeni homines in sancto Israelis exultabũt. Quoniã desinit tyrannus, & cessat illusor, excindenturq; omnes qui iniquitati inuigilant. Qui [c] peccare faciunt hominẽ uerbo, qui arguenti in

G porta laqueos tendunt, & declinant in uanitate iustũ. Propterea sic dicit DOMINVS qui redemit Abrahã ad domũ Iacob, Nõ pudefiat modo Iacob, neq; nunc rubore perfundãtur facies eius, quũ uiderit ipse natos suos, opus manuũ mearũ in medio sui sanctificare nomen meum, et sanctificare sanctũ Iacob, & deum Israelis formidare. Et errantes spiritu scient intelligentiã, atq; mussitatores discent doctrinã.

[c] Alij legũt, errare facientes hominem in re quapiam: sed uidetur taxare falsos doctores, nam aliquot corruptorum hominum species hic recenset.

CAP. XXX.

Taxat Iudæos quod auxilium postulant ab Aegyptijs & idololatris, reiecto uerbo dei.

A VAe filijs defectoribus, dicit DOMINVS, qui audent cõsilium capere, sed non ex me: quiq; fundũt fusionẽ, sed non ex spiritu meo, quo peccatũ peccato adcumulent. Proficiscuntur ut in Aegyptũ descendant, os aũt meum non interrogarũt, ut roborentur robore Pharaonis, & fidant umbræ Aegypti. Vertetur itaq; uobis fortitudo Pharaonis in pudorem, & fiducia in umbrã Aegypti in ignominiã. Nam principes eorum fuerunt in Zoan, & legati eorũ Hanes peruenerũt. Omnes [a] pudefient in populo qui eis non proderit, qui neq; auxilio erit, neq; prodesse poterit, sed qui cedet ad confusionem & ad opprobriũ. *Baiula-

Videntur hæc pertinere ad tempora Ezechiæ.

Noua prophetia, oratio est in genere criminatorio.

[a] Alij legunt, omnes fœtere facient.

B runt [b] iumenta onus per uiam australem, per terrã discriminis & angustiæ [plenam,] è quibus [prodeunt] leones & [c] leenæ, regulus & prester urens ac uolitans: baiularunt [inquã] in humeris pulli facultates illorũ, & in gibbis cameli thesauros eorum: ad populũ qui prodesse non poterit, Aegyptij enim frustra & inutiliter auxiliabuntur. Propterea clamaui ad [d] hanc, [e] Robur eorũ quiescere. Nunc ergo uade, & scribe [f] eam [rem] eis in tabulã, atq; in librũ concipe eam, ut duret ad dies posteros, & usq; in sempiternũ. Quod populus iste contumax est, filij mendaces, filij qui non uolunt audire legem DOMINI. Qui dicunt [g] uidẽtibus,

Sic Deu. 32

* Traiectio uocum, describit enim per hyperbaton horrorem deserti.

[b] Alij legunt, onus iumentorum Austri.

[c] Pro leena quidam leopardum legunt.

[d] Ad hanc, scilicet urbem Ierusalem.

[e] Tum fortes erunt, si sederint aut quieuerint, solida spe in deũ coniecta: quidam tamen legunt, superbia eorum cessabit.

[f] Vel eam prophetiam, uel illud carmen: uel illud, absolute.

C Ne uideatis: & contemplantibus, Ne contemplemini nobis plana, loquimini nobis blanda, cõtemplamini [nobis] illusiones, recedite à uia, declinate à semita, facite quiescere à facie nostra sanctũ Israelis. Propterea sic dicit Sanctus Israelis, Quandoquidẽ abhorretis à uerbo isto, & fiditis uiolentia & prauitate, illisq; innitimini, idcirco erit hæc iniquitas uobis perinde ut ruptura cadens, quũ in muro sublimi, cuius ruina & conquassatio subito ex improuiso uenit. Cuius ruptura similis erit rupturæ uasis figulini, quod absq; cõmiseratione cõminuitur, ut nõ inueniatur in cõminutione eius testula ad ignem de foco [exceptũ] fouendum, aut ad hauriendũ aquas è puteo.

[g] Videntes sunt prophetæ, sic et contemplantes qui spiritu reuelante futura contemplantur & prædicũt, uiri diuinarum rerum præscij: uoca eos si libet, spectatores, hasim, seu contẽplatores. Indicat eorum scelera, contemptum uidelicet uerbi dei: non quod hęc uerba palam effutirẽt, sed quod sic in cordibus suis cogitarent.
Obijcit interim illis uiolẽtiam & oppressionem pauperum, ex qua sibi thesauros corradebãt.

Sequitur pœna addita dua bus similitudinibus.

D Quoniã sic dixerat DOMINVS deus sanctus Israelis, [h] Sedendo & quiescendo seruabimini, in uacando & fidendo [suũ] erit robur uestrũ, sed non uoluistis, quin dixistis, Nequaq̃, sed equis effugiemus: fugietis igitur. [i] Celeres inscendemus: celeres

[h] Alij legunt, reuertendo.

[i] Ebr. Celeri uehemur. Celeres autem dixi, quod & hi ueloces equi sunt.

Digitized by Google

ſes ergo erunt qui uos inſequentur. Mille [ueluti] unus à facie increpa tionis unius, à facie increpationis quinq; fugietis, donec relicti fueritis ut malus in uertice montis, & ut uexillũ in colle. Et ob id expectare iubet uos DOMINVS, ut miſereatur ueſtri, & [ictũ] [k]ſuſpendit, ut ſit uobis propitius, quoniã DOMINVS deus eſt iudicij, beati omnes q eum

Epiphonema. expectant. Si populus in Zion ſederit in Ieruſalem, [l]omnino non flebis, miſerẽdo miſerebitur tui, & ut primũ audierit uocem clamoris tui, [m]reſpõdebit tibi. Dabit quidẽ dñs uobis panẽ anguſtiæ, & aquas mole ſtiæ, at nõ [n]auolet ultra [o]doctor tuus, ſed oculi tui uidebũt doctorẽ tuũ, ſed & aures tuę audiẽt uerbũ eius q poſt te dicet, Hæc eſt uia, in hac incedite, ſiue ad dexterã, ſiue ad ſiniſtram eatis. Tunc prophanabitis tectorium ſculptiliũ ex argento tuo, textile fuſilis ex auro tuo, & ſemouebis ea, ueluti pannos menſtruo imbutos, & [p]apage dices ei. Dabit pręterea pluuiã ſemini tuo, quo terram ſeminaſti, & panẽ prouentus terræ, eritq; uber & pinguis. Depaſcet pecus tuum in illa die campũ paſcuum amplum. Tauri quoq; & pulli qui terrã colunt, farraginem ſapidiſſimam comedent, quæ uento & uanno euentilata eſt. In uniuerſis montibus excelſis, & ſuper omnes colles editos diſtincti riui erunt aquarũ in die cædis magnæ, quum turres corruent. Sed & lux lunæ erit ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſepties clarior erit, ut tanta ſit quanta eſt lux ſeptem dierum. In die qua DOMINVS obligabit cõquaſſationem populi ſui, &

Ardor iræ dei. uulnus plagæ eius ſanauerit. Ecce nomen DOMINI de longinquo uenit, cuius uultus ardet ut grauiſſimus ſit ferẽdo, labia eius plena ſunt fremitu, & lingua eius ſicut ignis deuorans. [q]Flatus eius uelut torrens inundans mediumq; collum ambiens, ut euentilet gentes uentilatione nihili, & ut [r]frenũ errare faciat in maxillis populorũ. Et erit uobis canticum quemadmodũ in nocte quum ſe ad diem feſtum ſanctificant [ſolet,] & lætitia cordis, ut eius qui ad tibiã incedit, ut ueniat ad montem DOMINI, ad petrã Iſraelis. Efficiet inſuper DOMINVS, ut [s]audiatur maieſtas uocis ſuæ, & incuſſionẽ brachij ſui oſtẽdet, cũ furore uultus, & flamma ignis deuorantis, cũ colliſione [& diſſipatione,] nymbo & la-

Eſa.9. pide grãdinis. Quia Aſſyrius à uoce DOMINI perterrefiet, in [t]baculũ incutiet. Et erit uniuerſus trãſitus baculi [u]fundati, quem incutiet ei DOMINVS cũ tympanis & citharis, & bellis motationis pugnabit [x]cõtra ea. Præparata eſt præterea iam olim Topheth, hæc etiã pro rege pręparata eſt, quam profundã et amplã fecit: penetrale eius ignis, uis lignorum ingens, quæ flatus DOMINI ceu ſulphureus torrẽs incẽdit. XXXI.

Hæc concio eiuſdem argumenti eſt cum concione ſuperioris capitis.

VAe his qui deſcendunt in Aegyptum pro auxilio, quiq; equis nituntur, & fiduciam habent in quadrigis q multæ ſint, & in equitibus propter ingens robur eorũ, ſed ad ſanctum Iſraelis non reſpiciũt,

Sperãdum in dominũ. & ipſum DOMINVM non quærunt. Sed & is ſapiens eſt, & adduxit malum, & uerba ſua [a]non abſtulit, & inſurget contra domũ malitioſorum, & contra auxilium eorum qui uana operantur. Quin & Aegyptius homo eſt, & non deus: & equi eorum caro ſunt, & non ſpiritus: quumq; DOMINVS extẽderit manũ ſuam, corruet qui fert auxilium: & qui auxiliũ expectat, concidet, atq; omnes ſimul peſſum ibunt. Quoniam ſic dixit DOMINVS ad me, Quemadmodũ leo aut catulus leonis ad prædam ſuam rugit, & nihil pauet ad examen paſtorũ qui ei occurrunt & uociferãtur, neq; ad tumultũ eorum animũ deijcit, ſic deſcen

Suaſoria eſt & admonitoria, ut ad dominũm reuertãtur, is enim obuijs ulnis ſit eos recepturus.

k Nam ſupra dixerat, manũ domini adhuc extentam.

l Legunt quidam, ei flebis: ſenſus eſt, ſi uacares & ſederes iuxta præceptum domini, non eſſet ut fleres: uel, ſi ita feceris, nunquã flebis: uel, plorans non plorabis, id eſt, etiamſi ploras, tamen deus conſolabitur, &c. B

m Reſpondebit, id eſt, annuet petitioni tuæ, exaudiet.

n Ebr. Alabitur.

o Pro doctore alij pluuiã legũt.

p Ebr. Exi, apage dixi, quod exi non ſatis exprimit indignationis emphaſim, quæ eſt in uoce Ebr. Ei autem dicitur & idolum intelligitur, numerus enim ſubinde mutatur.

F Deſcribit pulcherrimis allegorijs & ſimilitudinibus, formidabile iudicium domini in Aſſyrios, adeoq; impios omnes.

q Pro flatu alij ſpiritum legunt, intelligentes impetum quo feratur deus in impios.

r Alij legunt, frenũ ſeductiuum. Interfecto exercitu hoſtis, ſerua ti electi gratulabuntur: idq; non uulgariter aut ficte, ſed uere & ex animo, ut qui petræ deo hæreant.

s Audire faciet, id eſt, celebrem reddet, dicunt alij.

G t Nam baculus fuit Aſſyrius, ſed dominus iam in illum percutiet: alij legũt, in baculo, uel, cũ baculo.

u Fundati, id eſt, firmi: ſolent enim baculi aliquando dum incutiuntur frangi, ſed hic firmus erit, leuiq; negotio hoſtem perdet, ut ſi quis cum tympanis & citharis rem perficeret, quaſi per ludum, non tormentis bellicis, leui quadam, quaſi uelitatione bellica.

x Cõtra ea, ſcilicet caſtra Aſſyriorum.

A

a Non abſtulit, id eſt, non irrita fecit.

B Aegyptius auxilium ferre non poteſt, ergo impij & ſtulti qui eo fidunt.

Dominus tueri poteſt, ergo illi fidendum: id oſtendit duabus ſimilitudinibus.

C

Digitized by Google

det DOMINVS exercituum ad propugnandũ pro monte Zion, & pro colle eius. Instar auis obuolantis proteget DOMINVS exercituum Ierusalem, protegendo, liberando, transiliendo atq; seruando. Reuertimini ô filij Israel, quantũ defectione in profundũ descendistis. Etenim abijciet in die illo quisq; simulachra argentea sua, & simulachra aurea sua

D quæ fecerant uobis sceleratæ manus uestræ. Et cadet Assyrius gladio, sed non uiri, & gladius nõ hominis deuorabit eum. Et fuga sibi consulet à gladio, & electi eius uectigales [b]erunt. [c]Arcem suã præ metu præteribit, & pauebunt principes eius à signo, dicit DOMINVS, cui lucerna fouetur in Zion, & caminus in Ierusalem. CAP. XXXII.

Scelere impiorum expiato, redituram esse faciem iustitiæ & æquitatis. Ut supra 22.

A ECce in iustitia regnabit rex ipse, & principes ipsi præerunt iudicio. Et [a]erit uir [ille] uice latibuli à uento, & uice receptus à nymbo: sicut aquarum riui in arido loco, & sicut umbra immanis ac prominẽtis scopuli in terra ubi loboratur [siti.] Non hallucinabuntur oculi uidentium, & aures audientiũ auscultabunt. Cor præcipitanter agentiũ intelliget scientiã, & lingua balborũ festinabit loqui †candida. [b]Sordidus nõ dicetur amplius liberalis, neq; parcus dicetur magnificus. Quia sordidus sordida loquitur, & cor eius uanitatẽ concinnat, ut simulate agat,

B & ut loquatur contra DOMINVM errorem, animã esurientem exhauriendo, & potũ sitienti subtrahendo. Equidem parci arma pessima sunt, scelerata init consilia, ut circumueniat simplices uerbis mendacibus, & tum etiam quum [c]pauperi ius dicit. Liberalis autem liberalia cõsultat, perq; liberalia facta clarus [b]surgit. Mulieres opulentæ atq; otio deditæ, surgite, audite uocem meam, auscultate sermoni meo filiæ confidẽtes. Diebus [aliquot] supra annũ, turbabimini ô securæ, quia defecit uindemia, collector [frugũ] uacuus redibit. Obstupescite ô opulentæ ac otiosæ,

C [imminet] confidentibus & securis turbare, expoliare, nudare & accingi lumbos. Plangentes ad ubera propter arua desiderabilia, & propter frugiferã uitem. Super tellurem populi mei spina & uepris [e]excrescet, quia in omnibus domibus lætitia [est,] & in urbibus petulãs exultatio. Quia [f]palatia disiecta, & urbes frequentissimæ desertæ erunt. Turres & propugnacula in speluncas redigentur perpetuas, in onagrorum luxum, in pascua gregũ. Donec effundatur super nos [g]spiritus è supernis,

D & †redigatur desertũ in agrum cultũ, et ager cultus sylua reputetur. Et habitet iudiciũ in deserto, & iustitia in cãpo fertili sedeat. Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ tranquillitas atq; securitas in perpetuum. Et sedebit populus meus in habitatione pacis, & in tabernaculis securis, & in mansionibus opulentissimis. Et grandinabit in descendẽdo in syluam, & in humili humilis erit ciuitas. O uos felices, qui ad omnes aquas [h]seretis, immittẽtes pedem bouis & asini. CA. XXXIII.

Ostenditur & hos demum puniri, quibus ut uirga dominus puniendo suos utitur. Insultatur hosti, consolantur pij.

A VAe uastanti, & tu non es uastatus: & præuaricanti, quũ in te nõ sit præuaricatũ: quum uastare desieris, uastaberis & tu: & quũ præuaricari cessaueris, præuaricabũtur in te quoq;. DOMINE miserere nostri, te enim expectauimus, esto brachiũ eorũ qui mane [ad te currũt,] quin sis salus nostra in tempore angustiarũ. A uoce fremitus [tui] fugerunt populi, ab exaltatione tua dissipatæ sunt gentes. Et colligetur præda ue-

stra,

Supra 10. cap. rex Assyrius minabatur nidos cũ auibus se perditurum, sed dominus hic promittit se defensurũ suos, ut auis solet nidum suum.

Hostis cadit non nostris sed dei uiribus.

b Alij legunt, in dissolutionem erunt, ad tabem, ad consumptionem.

c Petra pro arce.

Ostenditur obiter quod sit officium regis, & pij principis, Psalm. 72.

a Per uirum illum Ezechiam intelligũt regem pium: alij impersonaliter legunt, Id erit homini uice latebræ à uento.

† Candida, id est elegantia.

b Nabal homo dicitur durus, inhumanus, sordidus, auarus, stultus, stolidus. Collatione autem pulchra ostẽdit reflorescere uirtutes omes sub iusto & pio principe.

c Vel, quum pauper iudiciũ loquitur: uel sic, ut perdat pauperes uerbis mendacibus, & in loquendo pauperis ius, supple perdat.

b Surgit semper benefaciendo sese superare.

Sermo est consolatorius, quum essent undiq; angustiæ.

Hactenus de felicitate futura post bellum Assyriacũ, iam malum attingit perferendum, quod tamen diuturnum nõ est. Vocat autem urbes mulieres, oppida aut pagos filias, figura perq; familiari omnibus linguis.

e Ebr. Ascendet

f Ebr. in singulari dicuntur, palatium relictũ, & multitudo urbis deserta.

g Spiritus pro fauore & gratia dei.

Infra 29.

h Potest & sic legi, feretis super aquas, propter mysterium.

Quidam legunt hoc per interrogationem.

Varijs affectibus orationem inspirat propheta, nunc aduersarium increpãdo, nunc suos consolando, interdum precando, interdum gratias agendo.

Insultat hosti.

Orat in persona populi.

Redit ad insultationẽ.

Apostropha ad Assyrios.

Digitized by Google

stra, ut si quis [a]brucos colligat, ut est discursus locustarũ in eo [loco] quo discurrunt. Exaltatus est DOMINVS, quoniã habitat in excelso, impleuit Zion iudicio & iustitia. Et erit [b]fides temporibus tuis, fortitudo, salutes, sapiẽtia & sciẽtia, timor DOMINI ipse thesaurus eius. Ecce [c]nuncij eorum foris clamant, & legati pacis amare flent. Desolatæ sunt semitæ, cessat uiator, *irritũ fecit fœdus, spreuit ciuitates, nullius reputat homines. Luxit uastata terra, pudefactus est Libanus succisus. Saron facta est deserto similis, excussus est Basan & Carmelus. Nunc igitur exurgam dicit DOMINVS, nunc exaltabor, nunc sublimis ero. Cõcipietis quisquilias, & stipulas parietis, spiritus uester ignis, deuorabit uos. Et reddentur populi exusti sicut calx, & sicut spinæ recisæ igne exurentur. Audite qui longe abestis quid fecerim, & uicini agnoscite potentiam meam. Metuũt in Zion peccatores, tenet tremor hypocritas: quis ex nobis [inquiũt] habitabit cum igne deuorãte? Quis nostrũ habitabit cum ardoribus æternis? Qui ambulat in iustitijs, & loquitur quæ re[illegible] qui abhorret ab emolumẽto quod per uim & calumniã [extorquetur.] excutiens manus suas, ne m[illegible]us contrectẽt: qui aurem suã ob[illegible]at, ne audiat [D]sanguines: & oculos suos cõprimit, ne intuea[illegible] malũ. Hic in excelsis habitabit, propugnacula petrarũ asylũ eius, huic panis & aquæ fideles dabuntur. Regẽ in decore suo uidebunt oculi tui, uidebũt terram longinquam [regionum.] Cor tuum meditabitur terrore, Vbi nam scriba? ubi appensor? ubi scriba turrium? Populũ illum [e]barbarũ non uidebis, nec populũ [f]abstrusi sermonis, quem non possis intelligere: aut balbutienti lingua, quem non possis capere. Contemplare Zionẽ urbem solennitatũ nostrarum, uideant oculi tui Ierusalẽ, habitationem opulentam, tentorium quod non trãsferetur, cuius claui in perpetuũ loco non mouebuntur, cuius funes uniuersi nunquam [g]euellentur. Quin potius istic magnificus DOMINVS nobis, [ueluti] locus ubi [circũfluunt] amplissimis utrinque ripis flumina & riui, in quibus neque triremis grassatur, neque ea oneraria magna transit. DOMINVS enim iudex noster, DOMINVS legislator noster, DOMINVS rex noster, ipse seruabit nos. Rudentes tui laxati sunt, ut nec malũ suum firmiter retinere, nec uelum expandere possint. Tum distributa sunt ornamenta prædæ ingentis, ut & claudi diripiãt spoliũ. Nec dicet ullus habitator, ægrotus sum: populo qui habitat in ea, remissa est iniquitas,

De ista exaltatione supra cap. 2.

Rursum in deditionem mœstitia, & calamitatem populo annunciat.

[illegible]am pollicetur adfore Dominũ cõtra tã arrogantem hostẽ. [illegible]auitat ad spectaculũ.

Imitatur Psal. 5.

1. Cor. 1.

Causam ponit tantæ felicitatis.

Domini omnia sunt, nõ nostræ iustitiæ aut meriti.

[a] Alij gebim pro foueis exponũt, in quas bruci & locustę cõijciuntur, & tunc discursus ad homines refertur.

[b] Pro fide alij legunt ueritas.

B [c] Pro nuncijs quidam legũt, angeli eorum: sed uidentur intelligi de legatis Ezechiæ, qui redeuntes à Rabsace, tristia referũt.

*Irritũ fecit fœdus? Senaherib, uide 2. Reg. 18. Alij intelligunt deum rupisse fœdus, propterea quod populus in fœdere non steterat, ut supra 24.

Hæc sunt uerba infidelium.

Per subiectionem respondet.

[D] Sanguines immania scelera sunt, ut supra 1. cap.

Sic gratulando pij loquentur, tanto hoste liberati; sarcasmum habet.

[e] Alij impudentẽ uel robustum.

[f] Ebr. Populum profundi labij ab audiendo.

D Omnium oculos in Zion intentos facit, ut opus dei contẽplantes, cõfirmatiores hoc exemplo facti, soli deo hæreant.

[g] Alij legunt, inueterascent.

Vertit sermonẽ ad Assyrios, sed perstat in priori metaphora.

CAP. XXXIIII.

Probat iudicium & ultionem dei imminere omnibus qui sunt hostes populi dei, sub persona Edom.

Adeste gẽtes ad audiendũ, & populi ad aduertendũ. Audiat tellus, & quidquid [a]in ea est, orbis & omnia germina eius, quia ira DOMINI [erit] super omnes gentes, & furor super omnẽ exercitũ earum, deuouit eas, & tradidit eas mactationi, ut interfecti earũ abijciantur, & ex cadaueribus earũ ascendat fœtor eorũ, cruoreque eorum montes colliquescant. Contabescet quoque omnis exercitus cœlorum, & conuoluẽtur cœli ut codex, & omnis exercitus eorũ defluet, ut defluũt folia uitis & ficus. Quia inebriatus est in cœlis gladius meus, ecce descẽdet super Edom, & super [b]populũ quem ultioni meæ deuoui. Gladius DOMINI impletus est sanguine, & pinguis est adipe & sanguine agnorũ & hircorum, adipe renũ arietum, quia uictima DOMINO [est] in Bozra, & mactatio magna in terra Edom. Et descendẽt unicornes cum eis, & tauri cum [c]magnificis, & rigabitur terra eorum sanguine, & puluis eorum adipe

Præfatione ac exordio lo attentionem parat.

[C]onsolatur [p]ios, quum [d]icit statim [p]erdendos [e]sse impios [à] qbus affliguntur.

A A speciali ad generale descendit, ut supra 24.

[a] Ebr. Omnis plenitudo eius.

B

[b] Ebr. Populum anathematis mei ad iudicium.

Sub animalibus hostes ferocissimos intelligit & uoluptuarios.

[c] Abirim quidam caballos intelligunt.

Digitized by Google

impinguabitur. Nam dies est ultionis DOMINO, annus repensionum [b]ad iudicium Zion. Et conuertentur torrentes eius in picem, & puluis eius in sulphur, & erit terra eius pix ardens. Neq; noctu, neq; interdiu extinguetur, in æternũ ascendet fumus eius, à generatione ad generationem uastabitur, in perennem æternitatẽ non erit qui per eam transeat. Quin possidebunt eam [e]ibis & castor, bubo & coruus habitabũt in ea. Et extendet super eam regulam inanitatis, & [f]lapides uacuitatis. Ingenuos eius uocabũt, & non erit ibi regnũ, & omnes principes eius in nihilum erunt redacti. [g]Succrescent in palatijs eius spinæ, urtica, & carduus in munitionibus eius, eritq; habitaculũ draconum, & atrium pullorum struthionũ. Occurrent spiritus [h]horrẽdi ululis, & satyrus ad comparem suũ clamabit: quin & Lamia isthic requiem sibi quæret, & inueniet sibi requiem. Ibi nidificabit uultur atq; pariet. In umbra ipsius souebit oua, & exculpet. Milui quoq; ibidem congregabũtur, quisq; cum sodali suo. Sciscitamini ex libro DOMINI, & legite, unum ex his non deerit, neq; ullũ cum sodali suo desiderabitur, quia os eius præcepit, & spiritus eius congregauit ea. Ipse proiecit eis sortes, & manus eius distribuit eis funiculo, usq; in sæculum hæreditate possidebunt eam, à generatione in generationem habitabunt in ea.

Infra 63.a

b Id est, ut uindicetur ab hostibus suis Zion.

C

e Vbi nos ibis, alij onocrotalus habent, alij pelecanus.
f Lapides intelligit quibus in bilance utimur.
g Ebr. Ascendet in palatijs.

D

h Zijm & Iim uarie exponuntur. Vide supra cap. 14.

Sustuli figurã, & præposterum ... [illegible]

CAP. XXXV.

Consolatio est his qui uastati sunt, reparabuntur enim aliquãdo, licet enim grauia sint passi, lætiora tamen uidebũt. Per anagogam de uocatione gentium & temporibus Christi intelliguntur, ubi ea omnia locupletissime per Christũ impleta sunt.

A Laetabũtur desertum & solitudo, arida quoq; terra exultabit, & florebit ut liliũ. Florebit amœnissime, exultabit magis ac magis, atq; iubilabit, gloria Libani dabitur ei, splendor Carmeli & Saron. Hi uidebunt gloriam DOMINI, maiestatem dei nostri. Corroborate manus

B languidas, & genua labantia cõfirmate. Dicite præcipitibus corde, Fortes estote, ne timeatis, ecce deus uester [cum] uindicta & retributione ueniet, deus ipse ueniet & seruabit uos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum reserabuntur. Tunc saliet claudus tanquam ceruus, & iubilabit lingua muti, quia excindentur aquæ in deserto, & torrentes

C in terra arida. Redigeturq; torrida terra in stagnum, & terra sitibunda in scaturiginem aquarum. In eo domicilio ubi dracones cubabant, erit herba uirẽs calami & iunci. Isthic quoq; erit semita & uia, & uocabitur uia sancta, pollutus non transibit per eam, & [a]ipse cum eis incedens in uia, ut [b]stulti non possint errare. Non erit isthic leo, neq; irruptio ferarũ

D ascendet in eam, nec inuenietur, sed redempti [in ea] proficiscentur. Redempti [nempe] DOMINI redibunt, & uenient cum iubilo in Zion, & gaudium perpetuum [erit] super caput eorum. Lætitia & gaudium apprehendentur, fugientq; labor & gemitus.

De cæcis et surdis sup. 29. Matth. 15.c

a Ebr. Et ipse eis, obscurum est quo referatur (ipse,) sed uidetur illud Hu referendum esse ad dominũ, qui suis in hac uia ambulantibus aderit, ipse cum eis: si athnachta non obstaret, legerẽ, & ipse cum eis in hac uia incedens.
b Stultos capit pro simplicibus & incautis.

CAP. XXXVI.

Historia est quomodo Senaherib oppugnarit urbem Ierusalẽ, & de fastu regis impij ac seruorum eius.

A Factum est autem quartodecimo anno regis Ezechiæ, ut Senaherib rex Assyriorũ ascenderet cõtra omnes urbes Iuda munitas, & expugnaret eas. Misit ergo rex Assyrius [a]Rabsacen à Lachis Hierosolyma contra Ezechiã regem cũ exercitu graui: qui quũ constitisset ad [b]cliuum piscinæ superioris in uia agri fullonis, egressus est ad eum Eliakim filius Hilkiæ, qui erat præfectus prætorio, Sobna scriba, & Ioah filius Asaph à commentarijs. Dixitq; ad eos Rabsaces, Dicite quæso Ezechiæ, Sic

4 Re. 18.c 2. Par. 32.a

a Rabsaken alij appellatiuum faciunt, magistrum pocillatorũ.
b Pro cliuo alij aquæductum legunt.

Digitized by Google

Sic dixit magnus rex, rex Assyriorum, Quæ confidentia hæc qua tu niteris? ᶜDixi, certe in uerbo labiorum, consilio & robore bello gerendo [opus est.] Nūc igitur quo tandem fidis, quod contra me rebellare ausus es? Ecce tu fidis fulcro istius fractæ harundinis, [nempe] Aegyptio, cui si quis innitatur, in manum eius penetrat, & eam perforat: talis est Pharao rex Aegypti omnibus qui illo nituntur. Quod si dicas mihi, In DOMINVM deum nostrum speramus. An nō is est cuius excelsa & aras sustulit Ezechias? & ad Iudam atque Ierusalem dixit, Coram altari isto adorabitis. Sed nūc quæso ᵇobsides da domino meo regi Assyrio, daboque ego tibi equorum duo millia, num tu illis equites imponere poteris? Quomodo ergo retundes faciem unius ducis uel minimi inter seruos domini mei, ut fidas tu Aegyptijs propter currus & equites? Num uero citra consiliū & iussum DOMINI in hunc locū ut eum uastem, ascendi? Quin DOMINVS dixit ad me, Ascende in hanc terrā & uasta eam. Tum dixit Eliakim & Sobna, & Ioah ad Rabsacen, Loquere quæso ad seruos tuos Syriace, nam callemus nos, nec loquaris nobiscū Iudaice, ut populus iste qui in muris est †audiat. Dixitque Rabsaces, Num ad dominū tuū & ad te misit me herus meus ut hæc uerba loquerer? an nō potius ad miseros istos qui in muris excubāt, quo minus stercora sua edere, et urinā suam uobiscum bibere cogantur? Perstabat igit Rabsaces, ac uoce magna clamabat Iudaice, et dicebat, Audite uerba regis magni regis Assyriorū, Sic dicit rex, ne imponat uobis Ezechias, quoniā non poterit uos liberare. Nec est ut uos Ezechias fidere iubeat DOMINO, dicendo, Indubie liberabit uos DOMINVS, ne tradatur urbs ista in potestatē regis Assyriorū. Nolite audire Ezechiam, nam sic pollicetur rex Assyriorū, Si ᵉhanc apud me gratiam ineatis, ut ᶠexeatis ad me, fruetur quisque uinea sua, quisque ficu sua, & bibet quisque aquas putei sui, donec ueniā & abducā uos ad terrā quæ uestræ terræ similis est, terram quæ habet frumentū & uinum, terrā quæ habet panē & uineas. Ne forte seducat uos Ezechias, dicens, DOMINVS eripiet nos. Num liberarunt dij gentiū quisque terrā suam de manu regis Assyriorū? Vbi est deus Hamath & Arphad? Vbi deus Sepharuaim, & quod assererēt Samariam de manu mea? Aut quis est ex omnibus dijs nationum, qui regionem suam de manu mea asserere potuerit, quod DOMINVS liberaret Ierusalem de manu mea? Tacuerunt [legati,] & ne uerbū quidem ei respōderunt, præceptū enim regis erat, qui dixerat, Ne respondeatis. Venit itaque Eliakim filius Hilkiæ præfectus prætorio, Sobna scriba, & Ioah filius Asaph à commentarijs, ad Ezechiam scissis uestibus, & commemorarunt ei uerba Rabsacis.

ᶜ Ebraica hic ualde obscura sunt, forte pro amarthi amartha scribendum erat, ut in libris Regum, & planior esset sensus. Verbum autem labiorum pro precibus capi puto, aut pro cōsolatione prophetica, quæ omnia impius hostis Ezechiæ eripere tentat.

ᵇ Verbum hithareb uarie exponitur: quidam dicunt. pacifcere cum domino meo: quidam, commisce te cum eo: uel, congredere cum domino meo.

† Audire pro intelligere.

ᵉ Ebr. Facite mihi uel mecum benedictionem.

ᶠ Exire pro deficere, & sese dedere.

CAPVT XXXVII.

Quid rebus perturbatis rex Ezechias fecerit, qualem consolationē à domino per prophetam acceperit, & quomodo hostis per angelum pudefactus sit.

4. Re. 19. a Factum est autē, ut rex Ezechias audito [hoc sermone,] scinderet uestimenta, & operiret se sacco, ingredereturque ædem DOMINI. Misit interim Eliakim, qui erat præfectus prętorio, Sobnam scribam, & seniores sacerdotū indutos saccis ad Esaiam prophetā filium Amoz, qui dicerent ad eū, Sic dicit Ezechias, Hæc dies est dies angustiæ, correptionis & irritationis, ut quū fœtus ad procinctum partus uenit, & parientem uis enitendi destituit. Nimirū audiuit DOMINVS deus tuus uerba Rabsacis, quem rex Assyriorū dominus eius misit, ut probra iaceret in deum uiuentem, & ut criminaretur uerbis quę audiuit DOMINVS.

Digitized by Google

deus tuus. Tu ergo suscipias orationem pro reliquijs quæ adhuc su-
B persunt. Venerunt itaq; serui regis Ezechiæ ad Esaiam, quibus Esaias
respondit, Sic dicetis domino uestro, Sic dixit DOMINVS, Ne timeas
propter uerba quæ audiuisti, quibus me serui regis Assyrij cōtumeliose
lacerarunt. Ecce ego mittam [a]uentū contra eum, cuius sonitum proti-
nus ut audierit, reuertetur in terram suam, quem & ego in terra sua gla
dio prosternam. Porrò Rabsaces reuersus, offendebat regem Assyriū
oppugnantem Lobnam, resciuerat enim q; à Lachis soluisset. Rumor
enim erat de Tharhaka rege Aethiopū, q; profectus esset ad pugnandū
contra eum: quem quū audisset, misit [alios] legatos ad Ezechiam cum
hisce mandatis, Sic dicetis Ezechiæ regi Iuda, Ne te seducat deus tuus, in
C quo tu confidis, ut dicas, Ierusalem non tradetur in potestatem Assyrio-
rum, tu enim audiuisti quæ nam fecerint reges Assyriorū omnibus na-
tionibus, eas excindendo, & tu euaderes? Num liberarūt dij gentiū eas
quas deuastarunt maiores mei? Gosan, Haran, Rezeph, & filios Eden,
qui erant in Thalassar? Vbi est rex Hamath? rex Arphad? atq; rex ciui
tatis Sepharuaim, Hena & Aua? Accepit ergo Ezechias epistolā de ma
nu legatorū, & quū legisset eam, ascendit in ædem DOMINI, & expan
dit eam Ezechias corā DOMINO, orauitq; Ezechias ad DOMINVM
in hunc modum, DOMINE exercituū, deus Israelis, qui Cherubim in-
habitas, tu solus deus es omnium regnorū terræ, tu enim fecisti cœlū &
terram, inclina DOMINE aurem tuam, & ausculta: aperi DOMINE
oculos tuos, & inspice, & audi cuncta uerba Senaherib, qui legatione
D missa probra iecit in deum uiuentem. Equidem uerū esse agnosco DO
MINE, q; reges Assyrij uastauerint gentes & cunctas regiones earum,
quodq; deos eorum igni tradiderint, quandoquidē illi nō erant dij, sed
opus manuum humanarū è ligno aut lapide, unde & perdiderunt eos.
Nunc ergo DOMINE deus noster, serua nos quæso de manu eius, ut
cognoscāt omnia regna terræ te solū esse deum. Misit aūt Iesaias filius
Amoz ad Ezechiā [nuncios] cum huiusmodi mandato, Sic dicit DO-
MINVS deus Israelis, Ea quæ orando petiuisti à me super Senaherib
rege Assyriorū, [audiui,] & hoc est uerbū quod respondit DOMINVS
contra eum, Contempsit te, ac subsannauit te [ô rex,] uirgo filia Zion, Verba sunt ad regē Assyrium.
filia Ierusalem mouit post te caput. Cui uero tu opprobrasti? cui male-
dixisti? in quem edidisti uocem? contra quē sustulisti fastum oculorum
E tuorum? Contra Sanctum Israelis, [b]missis enim legatis tuis contume-
lias iecisti in dominū, & dixisti, Copia equitatus mei, in iuga montium
ascendi ego, ad latera uidelicet Libani, & succidi excelsa cedrorum eius,
electas pinus eius, & introiui ad summitatem extremitatis eius, ad saltū
agrorū eius cultorū. Ego fodi & bibi aquas, & exiccaui plantis pedum
meorū omnes riuos qui pro munitione sunt. An non audiuisti q; hoc Iam respondet deus ad impia cogitata Sanherib.
[negotiū] iam olim fecerim, retroq; temporibus formauerim illud, iam
uero adduco illud, nempe ut uastem urbes munitas, & redigam eos in
aceruos & ruinas, quarum habitatores ut manci trepidabunt ac erube-
scent, similes erunt gramini agri, oleri uiridi, & fœno tectorum, quod
F antequam enascatur, plerunq; exaret. Ego conuersationem tuam, ego
profectionē tuam & reditū tuum noui, æque furorem tuum contra me.
Quandoquidē ergo furis contra me, ascendit secura [c] opulentia tua ad
aures meas, & ob id iniiciam hamum naribus tuis, & lupatum meum
in labia tua, & retro agam te ea uia qua uenisti. Et hoc sit tibi [ô Eze-
chia]

a Alij legunt, spiritum, nempe pro animo, immittam ei aliam mentem, indam alium animum.

b Hb. In manu seruorū tuorum. Hostis populi dei impudenter hæc iactat, ac si perfecisset quæ corde conceperat: aliàs in futuro hæc posui.

c Ex qua fere insolentia nascitur, ergo quidam dicit insolentia.

Digitized by Google

chia] signum, Hoc anno comedes reposita, proximo anno quæ sponte
nascentur, tertio uero anno seminabitis & metetis, uineas quoq; plan-
tabitis, & fructum earum edetis. Rursumq; coibit in unum quod eua-
det de domo Iuda, iactaq; deorsum radice quod reliquũ est, fructũ sur-
sum reddet. Quia prodibũt reliquiæ de Ierusalem, & seruati de mon-
te Zion: hæc faciet zelus DOMINI exercituum. Propterea sic promit
tit DOMINVS de rege Assyriorũ, Nequaquam ingredietur in urbem
istam, neq; spiculum huc iaculabitur: non occurret ei clypeus, neq; exci
tabitur contra eam agger. Ea uia qua uenit redibit, & in istam urbem
non introibit, dicit DOMINVS. Propugnabo enim ut seruem urbem
istam, propter meipsum, et propter Dauidem seruum meum. Egressus
itaq; angelus DOMINI, percussit in castris Assyriorum centena octo-
gintaquinq; millia: quumq; mane surgerent, ecce omnes [b] iacebant
mortui. Soluit ergo Senaherib rex Assyriorum, & abiens habitauit in
Niniue. Factum est autem quum aliquando adoraret in æde Nisroch
dei sui, ut Adramelech & Sarezer filij eius ipsum trucidarent gladio, &
confugerent in terram Ararat, et regnauit Esarhadon filius eius pro eo.

Imperatiui pro futuris, per heterosin: uel, comedendum est.

G

4. Re. 19. g
Iob 1. d
Eccli 48. d
1. Mac. 7. f
2. Mac. 8. e

[b] Ebr. Ipsi omnes cadauera mortuorum.

CAPVT XXXVIII.

Ezechiæ letali morbo correpto uita prorogatur. Restitutus canit domino.

4. Re. 20. a
2. Par. 32. f

QVodã tempore ęgrotabat Ezechias letaliter, uenit ergo ad eum A
Iesaias filius Amoz propheta, & dicebat ad eum, Sic dicit DO-
MINVS, Manda domui tuæ, morieris enim tu, & non uiues.
Vertebat ergo Ezechias faciem suam ad parietem, & orans ad DOMI-
NVM, dixit, Mi DOMINE, memento quæso q̃d ambulauerim corã te
in fide, & integro corde, & q̀ fecerim quæ tibi placet. Fleuitq; Ezechias
magno fletu. Factus est ergo sermo DOMINI ad Iesaiam in hũc mo
dum, I, & dic ad Ezechiã, Sic dicit DOMINVS deus Dauidis patris tui,
Exaudiui precationẽ tuam, uidi lachrymas tuas, ecce ego addo ad dies
tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorũ te liberabo & urbẽ
hanc, & protegã urbẽ istam. Et hoc esto tibi signũ à DOMINO, q̀ DO
MINVS facturus sit rem istã quã promisit. Ecce ego reducã umbrã gra B
dibus quibus descendit in hora Achas cũ sole retrorsum decẽ gradibus.
Reuersus est ergo sol decẽ gradibus, quibus gradibus scilicet descẽderat.
Titulus. Scriptum Ezechiæ regis Iuda, quum ægrotasset & conualuisset ab
ægrotatione sua.

Ego dixi, in præcisione dierum meorũ ibo ad portas inferorũ, uisita-
tus sum quum adhuc superessent anni. Dixi, Non uidebo dominum,
dominũ inquam in terra uiuentiũ, non aspiciam ultra hominẽ cum ha
bitatoribus huius [a] sæculi. Vita [b] mea translata est, & conuoluta à me C
instar tentorij pastoralis: præcidi ueluti textor uitam meam, à *fastigio
incidit me, à prima luce ad noctem usq; conficies me. [c] Supputabam
usq; ad auroram, ut leo contriuit omnia ossa mea, à prima luce in no-
ctem [d] conficies me. Garriebam non aliter quàm grus, aut hirundo,
gemebam ut columba, tendebant oculi mei in sublime, [dicebam,] Vis
mihi fit ô domine, fideiube pro me. Quid loquar? & dixit mihi, & is
idem fecit, mouitando [caput, concutiendo corpus, meditabor] omni-
bus annis meis, de amaritudine [hac] animi mei. Vltra eos uiuent D
domine, & in eis omnibus uita spiritus mei: tu me somno degrauas, &
[rursum] uiuificas. Ecce ad incolumitatem [cedet] mihi amara hæc
amaritudo, & tu dilexisti animã meam ut [eam erueres] è fouea nihili,

Carmen est gratulatorium, quo domino gratias agit pro ingentibus beneficijs.

[a] Alij hadel pro orbe exponũt.
[b] Alij legũt, incolatus uel ætas.
*Vel ab infirmitate.
[c] Vbi supputatio fit, fit & adæquatio aut comparatio, Man vergleicht eins gegen anderen.
[d] Quidam legunt in tertia persona, conficiet me, sed tunc ad morbum refertur: ego ad eum retuli, nam frequentes sunt heteroses personarũ apud Ebræos.

Digitized by Google

c Ebr. Quia non fouea confitetur tibi, [neq;] mors laudabit te.

quoniam abiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Neq; [c]enim aut inferi te canunt, aut mortui te laudant, neq; expectabunt descendentes in foueam fidem tuam. Viuus uiuus [inquam] canet te, quemadmodum & ego hodie, pater filijs notam faciet fidem tuam. DOMINVS ad seruandum me [adfuit,] & cantica mea celebrabimus omnibus diebus uitæ nostræ in æde DOMINI. Et ait Iesaias, Accipiant massam carycarum, & conficiant emplastrum super ulcus, & conualescet. Et dixit Ezechias, Quàm admirandum, quod in domum DOMINI ascensurus sum.

CAP. XXXIX.

Ezechias ostendit legatis Babylonici regis omnia, ob quod à domino increpatur.

A EOdem tempore misit Merodach Baladan, filius Baladan, rex Babyloniæ literas & donarium ad Ezechiam, audierat enim quod ægrotasset & conualuisset. Et lætatus est Ezechias super illis, & ostendit illis cellam aromatum, argentum & aurum, odores, unguentum optimum, uniuersum armamentarium suum, & quidquid inueniebatur in thesauris suis: nihil erat quod non ostenderet eis Ezechias, cum domi suæ, tum 4. Re. 20. c
B per omne regnum suum. Venit autem Iesaias propheta ad regem Ezechiam, & dixit ad eum, Quid dixerunt uiri illi, & unde uenerunt ad te? Respondit Ezechias, De terra longinqua uenerunt ad me à Babylone. Tum ille rursum dixit, Quid inspexerunt domi tuæ? Respondit Eze-
C chias, Quidquid est domi meæ inspexerunt, nec est quidquam in thesauris meis quod eis non ostenderim. Tunc dixit Iesaias ad Ezechiam, Audi uerbum DOMINI exercituum, Ecce dies uenient, ut auferatur Babylonem quidquid domi tuæ est, & quidquid reposuerunt patres tui usq;
D in hunc diem, nec quidquam fiet reliquum, dicit DOMINVS. Quin & ex filijs tuis, qui ex te prodibunt, quosq; generabis auferent, & erunt eunuchi in aula regis Babylonici. Dixit autem Ezechias ad Iesaiã, [a]Bene uertat consilium DOMINI quod exposuisti: & dixit, Modo pacatæ sint atq; tutæ res diebus meis.

a Ebr. Bonus est sermo domini quoniam loquutus es, & dixit quod erit pax & ueritas in diebus meis.

CAPVT XL.

Capta occasione à captiuitate Babylonica, consolatur populum, & ad pietatem inuitat. Anagoga est de liberatione facta per Christum.

Sermo hic consolatorius ad 49. caput usq; durat, partim ad abductos, partim ad abducendos habitus. Eximia enim consolatione opus habebant, qui promissionibus dei non credentes, deũ irritarant, ut eos in grauissimam captiuitatem abduci sineret inter gentes, ne in totum aut desperarent, aut à deo ac uera religione, exemplo gentium deficerent.
a Pro militia legi potest, definitum tempus.
b Fingit propheta se audire uocem inuitantem homines ad excipiendum liberatorem.
Rationes adducit cur non despondere debeat animum, quantacunq; enim potentia sit hostium qui eos captiuos tenent, potentiorem esse deum, qui eos sit certissime liberaturus. Atq; ut hoc persuadeat, uirtutem ac potentiam dei graphice describit, & multis uerbis exprimit.

A COnsolamini consolamini populũ meũ, decit deus uester: loquimini ad cor Ierusalem, & clamate ad eã, nã [a]militia eius expleta est, et iniqtas eius remissa, dupla enim accepit de manu DOMINI pro oĩbus peccatis suis. [b]Vox †clamãs in deserto, Parate uiã DOMINO, in solitudine planã facite semitã deo nostro. Exaltetur omnis uallis, omnis autẽ mons & collis humilietur. Quod curuũ est fiat rectũ, & prærupta pla
B nities. Reuelabitur enim gloria DOMINI, uidebitq; omnis caro pariter, quoniã os DOMINI loquutũ est. Vox dicebat, Clama: et dixit, Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis beneficentia eius sicut flos agri: fœnum ubi exaruit, decidit flos, quia spiritus DOMINI flauit in ipsum: profecto fœnum populus. Exaret fœnũ, defluit flos, uerbũ autem dei nostri stabit in æternum. Ascẽde tibi in montẽ excelsum, ô Zion euangelizatrix, exalta fortiter uocem tuam ô euangelizatrix Ierusalem,
C exalta [inquam,] ne metuas: dic ciuitatibus Iuda, Ecce deus uester. Ecce DOMINVS deus ueniet in robore, & brachiũ suũ dominabit ꝑ sese: ecce merces eius cũ eo, & opus eius ante ipsũ. Pascet †gregẽ suũ ut pastor, et brachio suo cõgregabit agnos, inq; gremio suo feret, fœtas autẽ suauiter ducet. Quis mẽsus est uola sua aquas, et cœlos palmo [qs] æstimauit? quis

Cyrus typum gerit Christi, ideo hæc ad Christi tempora referũtur.
Matth. 3. a Marc. 1. a Luc. 3. a Iohan. 1. c Eccl. 14. c Iohan. 12. d 1. Pet. 1. d Iacob. 1. b
Vertit sermonem ad urbem Ierusalem, ut caput gentis Iudaicæ.
Ezech. 34. f 37. f Iohan. 10. a

Digitized by Google

quis comprehendit tribus [digitis] puluerem terræ, & apendit montes
Sap.9.e Roma.11.d 1.Cor.2.d in statera, & colles in bilãce? Quis parauit† ᶜspiritũ DOMINI? [quis]
uero à consilijs ei fuit, & eum docuit? Cum quo iniȷt consiliũ qui eum
erudiret? [ᴰquis] docuit eum in semita iudicij? [quis] docuit eum scien
tiam, & iter intelligentiæ [quis] declarauit ei? Ecce gentes [ad ipsum D
cõparatæ] tanquam gutta situlæ, & ut momentũ quod bilancem [pro-
pendet] reputantur, ecce insulas quasi minutissimũ puluerem proijciet.
Libanus non satis esset ad incendendum [ignem,] neq; feræ eius suffi-
cerent holocausto. Omnes gentes coram eo tanquam nihil sunt, & res
Act.17.d inanes atq; friuolæ reputantur illi [comparatæ.] Cui ergo similem fa
cietis deum? aut quodnam simulachrum adornabitis ei? Simulachrũ E
fudit artifex, & auri fusor diducit illud, & argenteis laminis fusor [obdu
cit.] Qui ᵉopibus destitutus est, ut & is offerat, lignum eligit quod nõ
putrescit, & artificem industrium sibi quærit qui sculptile præparet, ne
loco moueatur. †An [horum] rudes estis? An [hæc] non audiuistis?
An non à rerum primordio hoc nunciatum est uobis? An non docti
estis à iactis terræ fundamentis? Qui sedet supra globum terræ, et qui
habitant in ea, [sunt] ueluti locustæ. Qui extendit cœlos ut cortinam, F
& expandit eos instar tentorij, quod ad inhabitandũ [figitur.] Qui redi
git potentes in nihilũ, & reddit iudices terræ ut sint inanes, quin ut neq;
plantentur, neq; seminentur, neq; radicem fundat in terra stirps eorum.
Ad hæc, protinus ut in eos flat exarent, & turbo eos tollit ut stipulam.
Cui ergo me similabitis? aut cui similis ero, ait sanctus? Attollite in su
blime oculos uestros, & contemplamini quis creauerit ista, producens
in numero exercitum eorum, singula suis nominibus uocans, à multi-
tudine uirium, & robore uirtutis, ut ne unum quidẽ deesset. *Cur er- G
go diceres, ô Iacob, & tu Israel [cur sic] loquerere? Via mea abscondita
est à DOMINO, & iudicium meum à deo meo præterijt. An nõ scis?
An non audisti q; ᶠsempiternus deus & DOMINVS ille qui extremita
tes orbis condidit, non laborat, nec lassitudine fatigatur, neq; prudentia
eius peruestigari potest? Ipse [potius] dat lasso uirtutẽ, & ei quem ui-
res deficiũt, robur abunde suppeditat. Adulescentes fessi & anheli red
duntur, & iuuenes selectissimi omnino concidũt. Qui DOMINVM
expectant, ᵍnouas subinde uires recipiũt, sustollent alas ut aquilæ: cur-
rent, nec fatigabuntur: ambulabunt, & nõ fessi erunt. CAP. XLI.

Mutata figura orationis in sermocinationẽ inter deum & homines, in eadem argumentatione perstat, probatq; nõ solum reducendos Iudæos ex captiuitate, sed & hostes eorum perdendos esse.

Citat & in ius uocat gentes. Proponit deus prior suam causam. SIlete mihi ô ᵃinsulæ, resumant populi nouas uires, accedant, & tum A
loquantur, pariter accedamus ad iudiciũ. Quis excitauit ab Ori-
ente iustitiam, prædicabat eum ᵇquocunq; ueniebat, tradebat coram eo
gentes, & imperitare faciebat eum regibus, ut daret [eos] ut puluerem
gladio suo, & ueluti stipulam impulsam arcu suo. Persequebatur eos,
Gen 14. et euasit incolumis, uia quam pedes ᶜeius ante nunquã fuerant ingressi.
Infra 44.a 48.b Quis operatus est, & fecit? uocans sæcula ab initio, ego DOMINVS
Apoc.1.d 22.c primus, & cum nouissimis ego ipse. *Viderunt insulæ, & timuerunt, B
extremi fines terræ expauerunt, accesserunt [tamen] & uenerũt. Quisq;
proximo suo opem tulit, & fratri suo dixit, Sis fortis. Faber lignarius
cõfirmauit conflatorem qui expolit malleo, cum eo qui crebris uicibus
incudem percutit, & dicit, Bonum hoc erit ad plumbaturam, firmauitq;

ᶜ Alij legunt uentum, alij mentem.

ᴰ Quis ubiq; addidi, uirtute zeugmatis, ut clarior esset sensus.

Iudæi habent uerum, uiuum, æternum, & omnipotẽtem deum, qui eis bene uult & fauet, licet iam puniat, ergo nihil est quod metuant. Gentes idola habent opera manuum hominum, ergo uani sunt.

ᵉ Ebr. Cuius opes in fiscum publicum raptæ sunt.

† Futura sunt apud Ebræos. Monet ut ad se redeant, rationẽ subducant, & expendant potentiam dei sui, & uanitatem idolorũ, ex rebus creatis, &c. Magnifice autem tractat locum de omnipotentia dei.

* Verso sermone ad Israelitas, monet, ne huiusmodi uanas cogitationes admittãt, quod deus eorum obliuiscatur.

ᶠ Alij legunt, deus sæculi.

ᵍ Ebr Mutant uirtutem.

ᵃ Insulæ pro nationibus aut gentibus insularibus.

Abrahã euocatus à deo ex Vr Chaldæorum, primus iustitiam prædicabat, qui fide iustus, deũ ubiq; quocunq; peruenerat prędicabat. Quem deus utcunq; unus esset, semper tutatus est, ut eum potentiorem etiam regibus faceret, cur igitur posteri eius desperarẽt? exemplo ergo Abrahæ consolatur & ut sibi fidant exhortatur.

ᵇ Ebr. Ad pedem suum.

ᶜ Ebr. Trãsijt in pace, semita in pedibus suis non uenit.

* Iam tẽpus est, ut pro se dicant gentes, audito quod proposuit deus. Vident autem infirmam se habere causam, ideo timent: ne tamen uideantur causa cessisse, præfracte accedunt, & idola sua conantur defendere. Interim mire extenuat propheta idolorum uanitatem.

Digitized by Google

† Vides ô Israel, me uictorem esse, ergo ne timeas.
Elegi te sine tuis meritis, cur ergo non assererem?

[simulachrum] hoc clauis, ne loco moueretur. † Tu autem Israel ser-
uus meus es, & tu Iacob quem elegi semen es Abrahæ amici mei. Tu es
quem apprehendi ab extremitatibus terræ, et ab eminentijs eius uocaui
te, ac dixi tibi, Seruus meus eris tu, elegi te, neq; unquam te repudiaui.
C Ne timeas, quia ego tecum sum: neq; circumspectes, quoniã ego deus
tuus sum, qui te corroboro, qui & opem tibi fero, & te dextera iustitiæ
meæ fulcio. Ecce pudefient & ignominiosi erunt omnes qui [ira] suc
cenduntur contra te, redigentur in nihilũ, & peribunt uiri qui litem cõ-
tra te suscipiunt. Quæres eos, sed non inuenies eos. Viri qui tecũ con-
tendunt, & qui bellum cõtra te mouere audent, erunt sicut nihilum, &
uelut quod non est. Ego enim sum DOMINVS deus tuus, qui te de-
xtera tua apprehendo: ego dico tibi, Ne timeas, ego tibi auxiliũ feram.
Ne timeas tu, ô Iacob uermicule, ô Israel qui pauco es numero, ego
auxilium tibi feram, dicit DOMINVS, & uindex tuus sanctus Israelis.
D En ego faciam te plaustrũ, & tribulam nouam dentatã, ut exteras mon-
tes atq; cõminuas, & colles in scobem redigas. Ventilabis eos, & uen-
tus tollet eos, & turbo sparget eos. Tu autẽ exultabis in DOMINO,
in sancto Israelis te iactabis. Quum adflicti & egeni aquas quærunt,
nec [inueniunt,] & lingua eorum siti exaret, ego DOMINVS exaudio
eos, ego deus Israelis non desero eos. Aperio in editissimis uerticibus
flumina, & in medijs campis fontes: desertum uerto in stagnum aqua-
E rum, & terram torridam in scaturigines aquarum. Dabo in deserto ce
drum, spinum, myrtũ & oleam: ponam in solitudine abietem, ulmum
& populũ simul, ut uideant, cognoscant, & alta mente reponãt, & per-
pendant simul q manus DOMINI fecit hoc, & sanctus Israelis ipsum
creauerit. Adeste causæ uestræ, dixit DOMINVS, adferte firmamenta
uestra dixit rex Iacob. Quin adferant [deos suos,] ut annuncient no-
bis quæ euentura sint, aut saltem quæ prius fuerunt indicent, ut repo-
F namus in cor nostrum, ut sciamus nouissimum eorum, aut quæ in fori-
bus sunt exponãt nobis. Nunciate quæ posthac euentura sunt, ut scia
mus uos deos esse: quin benefacite aut malefacite, ut enarremus & ui-
deamus pariter. Ecce uos estis ex nihilo, et [d] factura uestra ex nihilo est,
abominatio elegit uos. Excitaui ab Aquilone, & uenit: ab ortu solis
uocabit in nomine meo, & ueniet [super] principes ueluti [super] lutũ,
& conculcabit quemadmodum figulus lutũ. Quis annunciauit [hęc]
G ab initio, ut sciremus, & porrò quid futurum sit, & dicemus eum habere
[e] causam potiorem? Sed nullus est qui annunciarit, nullus est qui præ-
dixerit, neque est qui audierit sermones uestros. Ego primus sum qui
[dico hæc] Zioni, [f] Ecce, ecce ipsi, & ipsi Hierosolymæ dabo læta ac fau
sta nunciantẽ. Ego uidebor, & nõ uir, & de illis nõ est cõsultor: si scisci
ter ab ipsis, ne uerbo quidẽ respondẽt. En uani sunt omnes illi, et opera
eorũ nihil, simulachra eorũ uentus sunt & res informis. CA. XLII.

Vrget gentes, ut causam suam non deserant, quin uicissim pro se ducant, & ossa sua, id est firmissima argumenta sua, adducant.

Apostropha ad deos eorum.

Pronunciat deus quid sint idola.

[d] Alij legunt, & opus uestrum ex clamore.

Obmutescentibus idololatris, deus denunciat quid facturus sit: & est manifesta prophetia de Cyro. Hoc quum nesciãt dij eorum, constat eos deos haudquaquam esse.

[e] Ebr. Dicemus iustũ, id est, pronunciabimus eum iustam habere causam.

[f] Vel, ecce illi, filij scilicet tui, è captiuitate redeunt.

Prædicitur liberatio Iudæis per Cyrum facta, quæ typũ habet liberationis omnium hominum per Christum, ut patet ex cap. 12. Matthæi. Multa enim sunt quæ in Cyrum minime competunt, ad tempora ergo Christi aptat illa fides pij pectoris, prædicitur nihilominus pœna contumacibus & incredulis.

Math. 12. b
Supra 2.

A Ecce † seruus meus, quo nitar: electus meus, quo [unice] placatur
anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus
proferet. Non clamabit, neq; efferetur, non faciet audiri in platea uo-
cem suam. Arundinem fractam nõ conteret, & linum obscurum non
extinguet,

Digitized by Google

extinguet, ad ueritatem iudicium proferet. Non [a]hallucinabitur, nec præceps erit, donec ponat iudiciũ in terra, & ad legem eius insulæ expectabunt. Sic dicit DOMINVS deus creator cœlorum, & qui extendit eos, qui expandit terram & germina eius, qui respirandi uim tribuit populo eam [inhabitanti,] & spiritum his qui uersantur in ea. Ego DOMINVS uocaui te in iustitia, & apprehendam [te] manu tua: custodiam te, & † dabo te in fœdus populi, in lucem gentibus. Vt aperias oculos cęcorũ, ut educas è carcere uinctos, de domo carceris sedentes in tenebris. Ego DOMINVS, [b]Hu est nomen meum, & † gloriã meam alteri non dabo, nec laudem meã sculptilibus. Priora ecce uenerunt, & noua ego annuncio, quæ ego uobis nota facio antequã exoriantur.

Infra 49.b — *Infra 48.b*

B

Cantate DOMINO carmen nouum, laudem eius [canite] ad extrema terræ usque. [Canant] qui in mare descendunt, & quidquid in eo est, insulæ & qui in eis habitant. Tollant [uocem] desertum & ciuitates eius, uillæ in quibus habitat Cedar, iubilent qui edita petrarum incolunt, de montium uerticibus plaudant. Tribuant DOMINO gloriã & laudẽ eius in insulis annuncient. DOMINVS herois instar prodibit, & sicut miles [in procinctu stans] zelum excitabit, uociferabitur, clamabitque, & hostibus suis superior erit. † Hactenus diu silui, [num] igitur dissimularem? num me continerem [perpetuò? quin] more parturiẽtis clamabo, anhelus gemam, & simul suspiria ducam. Vastabo montes & colles, et omnem herbam eorũ arefaciã, ponamque flumina in insulas, & stagna exiccabo. Et ducam cæcos in uia quam ignorabãt, & dirigam eos per semitam quam nesciebant. Conuertam tenebras coram eis in lucem, & obliqua in planum. Hæc faciam eis, nec derelinquam eos. *Acti sunt retrorsum, pudore pudefient quicũque sculptili fidunt, & qui dicunt fusili, Vos estis dij nostri. † Audite ô surdi, & aciem ad uidendũ intendite ô cæci. Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus æque ac nuncius meus quẽ missurus sum? Quis [inquam] tam cæcus est ac perfectus, & cæcus perinde ac seruus DOMINI? Vidisti [c]multa, at nõ obseruasti: patulæ sunt aures, at nemo audit. Egregiam quidem uoluntatẽ erga uos habuit DOMINVS propter iustitiã suam, legem suam [inter uos] magnificã & augustam reddidit. † At populus iste direptus est & proculcatus, illaqueans cunctos iuuenes suos, ut retrusi sint in carceres. Prædæ patuerunt nemine liberante: proculcati sunt, & nemo dixit, Restitue. Quis ex uobis hæc auribus capit? quis aduertit & attendit, ut in posterum [caueat?] Quis autẽ tradidit Iacob ut conculcetur? & Israelem direptoribus? Númne DOMINVS? [d]Peccauimus ei, & noluimus incedere in uijs eius, nec audiuimus legẽ eius. Propterea effudit super [e]eum iram furoris sui, & belli [f] impetum, & inflammauit eum undique, sed nõ animaduertit: exarsit contra ipsum, neque corde hoc expendit.

Allegoria ... — *Asseueratio.* — *Hactenus carmen gratulatorium.*

C — D

CAPVT. XLIII.

Perstat propheta in cõsolatione, docetque sublatis causis fore ut deus eos è captiuitate liberet. At in typo pertinẽt ad eã liberationẽ, quæ per Christũ facta est.

ET nũc sic dicit DOMINVS creator tuus ô Iacob, & formator tuus ô Israel, Ne timeas, ego enim redemi te, uocaui [te] [a] nomine tuo, ut meus esses tu: quũ transires aquas, ego tecũ essem: quum uero flumina, nõ te obruerent: quũ per ignẽ incederes, non cõb363ereris, neque flamma te incẽderet. Quia ego sum DOMINVS deus tuus, Sanctus Israelis, seruator tuus, tradidi Aegyptũ ut esset pro te piaculũ: [dedi insuper]

A

[a] Alij legũt, non obscurus erit: uel, non caligabit: alij, non erit tristis neque turbulentus. Nõ erit mœstus neque fractus.

[b] Hu nomen dei est: uel potest legi, Hoc est nomen meum: nam hu significat hic uel ipse. Deus enim sui similis est ab æterno.

Propheta ex affectu in laudem dei prorũpit, & omnia ad laudandum deum inuitat, qui tãta potentia suos sit liberaturus.

† Dicat quis, Si liberare uult et potest, cur non iampridem potentiam suam exeruit? Respondet huic obiectioni, Hactenus dissimulaui, uisusque sum dormire, sed iam exurgam, &c.

*Antithesis, Meos seruabo, idololatras pudefaciam.

† Instituit iam sermonem ad increpationem populi Iudaici, taxans eorum cæcitatem, quod uidẽtibus oculis uidere nolint: q.d. Cur tantis promissionibus increduli estis? Cur tot miracula non consideratis? At increduli uicissim prophetas per irrisionem cæcos & surdos uocant.

[c] Raboth alij pro sæpe exponunt.

† Voluit quidem dominus uobis bene, & declarauit suam uoluntatem erga uos ingẽtibus beneficijs, at uos contempta iustitia & lege dei, ob peccata uestra iam calamitosi estis, & in captiuitatẽ ducemini, quod malum uos uestro iumento uobis aduexistis. Nec adhuc est quispiam inter uos, qui huius mali causam expendat, ut resipisceretis.

[d] Mutaui personam propter hatanu.

[e] Super eum, id est, super populum suum.

[f] Impetum aut robur belli, pro grauissimo bello.

[a] Ebr. Vocaui in nomine tuo. Quum meus sis, quomodo te desererẽ? Quin potius, ut te seruarem, nobilissimas gentes perderem, modo mihi obtemperes, tanti te facio.

Per tres gẽtes omnes intelligit. Sic amat deus suos, ut non dubitet etiam alias gentes affligere ut suos seruet, quod in Aegyptijs & alijs uidere licet. Meriti quidem erant extrema suis flagitijs, sed pepercit deus, & liberauit eos.

Digitized by Google

Aethiopes & Sabæos pro te, eo quod pretiosus fueris in oculis meis,
quodq́ tanti esses, & quod te amore prosequerer, imò [quoduis genus]
hominum pro te expendi, & populos quosuis pro anima tua. Ne ergo
timeas, quia ego tecũ sum, ab Oriente adducam semen tuum, & ab Oc-
cidente colligam te. Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Ne prohibeas, ad-
duc filios meos de longinquo, & filias meas à finibus orbis. Quicunq;
uocatus est nomine meo, hunc enim creaui, finxi, & feci ad gloriam
B meam. [Omnino propositum est] educere populum cæcum, et cui sunt
oculi, tam surdos quàm eos qui aures habent. * Congregentur iam om
nes gentes & populi, colliganturq́ in unum, quis ex eis istud annunci
at? significent nobis priora, producant testes suos, & [b] absoluentur: et au
diãt, & dicãt, Verũ est. Vos testes mei dicit DOMINVS, & seruus meus
quẽ elegi, ut sciatis & credatis mihi, utq́ intelligatis, ꝙ ego sim illeipse:
ante me non est formatus deus, neq; post me erit. Ego Ego sum DOMI Osee 13.b
NVS, & præter me nõ est seruator. Ego annunciaui, & saluaui, & no-
ta feci, & non est in uobis alienus. Et uos testes mei estis, dicit DOMI-
NVS, ꝙ ego sum deus, ꝙq́ ab [c] æterno ego [d] illeipse, & ꝙ nemo de ma-
nu mea eripit, ꝙq́ nemo rescindit quod ego operor. Sic dicit DOMI-
NVS assertor uester sanctus Israelis, Propter uos misi Babylonẽ, & de-
C traxi uniuersos [e] uectes, & Chaldæos, quorum exultatio in nauibus est.
Ego DOMINVS Sãctus uester, creator Israelis, rex uester. Sic dicit DO
MINVS qui uiam per mare præbet, iter per aquas uehementes, qui edu
cit currus & equos, exercitum & robur, ut simul iaceant, & nõ resurgãt,
extincti ut linamentum expirent. Sed priorũ ne recordemini, & ueterũ
ne memineritis: en ego facio † nouum quid, iamiam efflorescet, num & 2. Cor. 5. d
hoc cognoscetis? Ponam etiam uiam in deserto, & flumina in solitudi- Apoc. 21. b
ne. [f] Gloriam meam prædicabunt agrestes bestiæ, dracones, & pulli stru
thionum, ꝙ dederim aquas in deserto, & flumina in solitudine, ut potũ
habeat populus meus electus meus, populum istũ quẽ finxi mihi, ut lau
dem meam enarrent. † Et tu Iacob non inuocasti me ut mei gratia la-
boris aut molestiæ aliquid insumeres ô Israel, non adduxisti mihi pecu-
D dem holocaustorum tuorum, nec sacrificijs tuis me celebrasti. Nec [g] ego
te coëgi ut seruires oblatione Minha, neq; negotium tibi feci thure. Nõ
emisti mihi pecunia calamum, neq; adipe uictimarum tuarum imbuisti
me, quin potius me seruire fecisti in peccatis tuis, & negotium mihi feci
sti iniquitatibus tuis. Ego Ego illeipse sum, qui deleo transgressiones tuas,
idq́ propter me, & peccatorum tuorũ non recordabor. Reduc mihi in
memoriam, iudicabimur simul, narrato tu [h] id, cuius causa absolutionẽ
speres. Pater tuus iste primus [primo] peccauit, & interpretes tui perfide Gene. 3.
egerunt contra me, & principes sanctuarij prophanaui, Iacob deuoui Gen. 12. 20.
internetioni, & Israelem [obieci] opprobrijs. Num. 20. Exod. 32.

Prosopopoeia, quæ hyperbolẽ habet. Tam insolitũ rẽ dñs potentissimus faciet, ut etiã feræ sint eũ celebraturæ.

CAP. XLIIII.

Perstat propheta in cœpto argumento consolandi Iudæos: insultans interim idolis & dijs gentium.

A NVnc ergo audi ô Iacob serue meus, & Israel quem elegi. Sic dicit
DOMINVS factor tuus & qui te finxit, quiq́ ab utero auxilio ti
bi fuit, Ne timeas ô Iacob serue meus, & tu [a] recte quẽ elegi. Quia effun
dam aquas super siticulosam, & flumina super aridam, effundam spiri-
tum meum super semen tuum, & benedictionem meam super germi-
na tua, & crescent ut inter herbas, & sicut salices ad riuos aquarũ. Alius
dicet, Ego DOMINI sum: alius nomine Iacob uocabit: alius autem ma
nu sua

* Finge deum stantem cõtra gentes, & idola in actione forensi, ut supra.
b Pro absoluẽtur dici potest, iusti ꝓnuncientur uel iustificẽtur. Quum pudore obmutescũt, nec producere testimoniũ possunt suæ deitatis, deus producit testes, quod ipse unicus, & uerus, deus sit.
c Ab æterno dixi pro mi iom, quod ad uerbum est de die.
d Pro hũ dixi illeipse, ipse idem scilicet, qui ab æterno deus est, sẽper sui similis, ac immutabilis
e Dominus detraxit uectes, id est, omnia impedimenta, omnes fortes, &c. Alij exponunt barihim fugitiuos.
Exempla quædam uetera refricat, ex quibus liquidũ fiat, deũ posse & uelle liberare eos è captiuitate Babylonica: exempla autem plurimam uim habent persuadendi. Sed transeamus, inquit, uetera, noua faciam, ad quæ comparata uetera, nihil erunt utcunq; maxima. Dicit autem de transitu per sinum Arabicum, & per Iordanem, deq; submersione Pharaonis, aut potius de extincto exercitu Senaherib, quem euocauit dominus, ut Esa 5. & 7.
f Eb. Honorabit me bestia agri.
† Putãt quidã argumẽto à minori taxari ingratitudinẽ populi Iudaici, Sic, Bestiæ me laudant, tu uero ô popule meus, me non laudas, quẽ tamen ad hoc formauerã. Sed ut hunc sensum nõ damnamus, ita putamus hæc ad superiora sic annecti. Ostendit se liberaturũ populũ suũ deus, nõ prouocatus ullis beneficijs eorũ aut meritis, imo hæc apud se cõstituisse, quũ ipsi de hoc ne cogitarẽt: ostendẽs salutẽ nostram pendere nõ ex meritis, sed à sola dei misericordia. Quod si homo quidpiã ꝗd prior dederit deo, adferre conetur, tribunali se sistit deus, & iubet ut homo prior recẽseat, sed nihil potest homo, ergo deus ostendit patres omnes peccasse, nullũq; etiam inter sanctissimos immunẽ à peccato fuisse. Ex sola ergo misericordia, & propter sese remittit peccata nobis deus.
g Deijcitur cultus externus sine fide, ut supra 1.
h Vel, narra, ut absoluaris, & iustus pronunciaris.
a Per rectum Israelem intelligit, idem autẽ dicit alijs uerbis per interpretationem.
Allegorice promittit eis eximium beneficiũ, Felicitabo posteritatem tuam, ut cum pluuia uenit super terram siccam.

Digitized by Google

pra 41.b / a 48.b / oc.1.d / .c

mi sua scribendo DOMINO, nomine Israelis cognominabit. Sic dicit
DOMINVS rex Israelis, & uindex eius, DOMINVS exercituũ, Ego
sum primus, & ego sum nouissimus, & prçter me nõ est deus. Et q̃s mei
similis? uocet & annunciet illud, atq; hoc disponat mihi, ab eo quo po
sui populũ sæculi, & imminentia ac futura annuncient eis. Ne pauea
tis, & ne timeatis, an non hactenus ego tibi [hæc] nota feci & prædixi?
& uos quidẽ testes mei estis, num est deus prçter me? num formator quẽ B
ignorem? Formatores sculptiliũ omnes uani sunt, & expetibilia eorum
non proderunt, & quidẽ testes eorũ ipsi sunt, q non uident, & nõ cogno
scunt, propterea pudefient. Quis igitur fingat deum? aut fusile [b] simula
chrum q̃d nihil prodest? En omnes partiarij [c] eius pudefiẽt, & fabri ipsi
sunt ex hominibus, congregentur omnes, stent, pauebunt, & pudefient
simul. Faber ferrarius forcipe [correpta,] operatur in prunis, & scalpris
fingit [d] illud, agit robusto brachio suo, quin esurit [interim] ut uires de
ficiant: neq; aquas bibens, ut lassus concidat. †Faber lignarius regulam
extendit, designat illud rubrica, & format illud normis, & definit illud
circino, & dat ei formã uiri atq; speciem hominis, ut in æde sedeat. [Ac-
cingit se] ad incidendũ cedros, ut aduehat ilicem & quercũ, & corrobo-
rat se in lignis saltus, plantat [e] cedrũ, atq; imbre auget. Fit [hæc] homini
ad incendendũ [ignem,] (accipit enim ex his [lignis,] & calefit, quin C
& incẽso [furno,] panẽ coquit,) deinde & deũ [ex his] facit, & adorat:
sculptile [f] illud facit, & corã illo procũbit. Partẽ eius incendit igni, parte
eius carne [assa,] edit: assat assaturã, & satur fit: calefit etiã, & dicit, Euge,
caleo, & [g] ignem uidi. Reliquũ aũt eius simulachrum sibi facit, cui pro
cumbit, q̃d adorat & ante quod precatur, dicens, Libera me, deus enim
meus es tu. Nihil neq; sentiũt neq; intelligũt, quia tectoriũ est super ocu
los eorũ, quo minus uideant, aut cordibus suis intelligãt. Nullus ad cor
suum reuocat, (neq; enim sensu pollẽt aut intellectu,) ut diceret, Partem
eius igni cõbussi, quin ad prunas eius panẽ coxi, assaui carnẽ et comedi,
& ex reliquo eius abominandũ [idolũ] facerẽ? & ante truncũ ligneum
procumberẽ? [h] Cinerem pascens, & cor errore seductũ deuoluit [i] illũ, ut
mentẽ suã non adserat, [k] neq; dicat, An non dolus in dextera mea? Hçc
memineris Iacob & Israel, tu enim es seruus meus, quẽ in hoc finxi, ut
seruus meus esses tu ô Israel, neq; uenires unq̃ mihi in obliuionẽ. Ego D
deleui transgressiones tuas ut densas nebulas, & ut nubẽ peccata tua: re
uertere ad me, quia redemi te. Iubilate cœli, quia DOMINVS fecit, iubi
lum edite profundissima terrç, prorũpite in lætas uoces ô montes, sylua
& omnia ligna eius, quia redemit DOMINVS Iacob, & in Israele glo
riam suam amplificabit. Sic enim loquutus est DOMINVS redem
ptor tuus, & qui te ab utero finxit. Ego DOMINVS faciens omnia, cœ
los extendo solus, & mea uirtute terram expãdo, irrita facio signa men
dacium, & stultos ac insanos reddo diuinos, auerto sapiẽtes retrorsum,
& scientiam eorum stultam reddo. [l] Excito uerbum serui mei, & consi-
lium nunciorum meorum perficio. Dico Hierosolymæ, Sis habitata: &
ciuitatibus Iuda, Aedificemini, cuius uastitates ego restituam. Qui man
do [m] abysso, Aresce, & flumina tua arefacio. Qui dico Cyro, Pastor
meus est, & omnem uoluntatẽ meam perficiet. Qui dico Ierusalem, Ae
dificaberis: & templo, Fundaberis. CAP. XLV.

Perstat propheta in eodẽ argumento, quod 40. ca. cœperat, cõsolans populũ in captiuitate. Quæ de Cyro hic dicũtur, plenißime in Christo sunt præstita.

H

Marginal notes:

mplifica- / per dimi / uocem.

p.13.c

tendit / ra sit po / tia dei.

Monet Israelitas, ne sibi metuãt à dijs gentium.

Conuerso sermone ad idola & idololatras, antithesi quadã mire simulachra extenuat, & pulchre eis illudit.

[b] Vel, qui fingit idolum, nihil illi proderit.

[c] Eius, scilicet idoli.

Instrumenta hæc alij aliter interpretantur: pro forcipe alij scalprum, pro scalpris alij terebras legunt.

[d] Illud, scilicet idolum quod parat.

†Conatus fabrorum in fingendis idolis graphice describit, simul uanitatem eorum ostẽdens. Si tam uani & infirmi sunt opifices, quàm infirmum est opus eorum, idolum?

[e] Pro cedro alij pinum legunt.

[f] Illud, scilicet lignum, uel ex illo ligno.

[g] Vidi ignẽ, id est, sensi ignem. Quàm stultum est, ne dicam impium, ut homo ad imaginem dei creatus, & omnibus creaturis præfectus, creatore suo neglecto, trunco operi manuum suarum procumbit.

[h] Cinerem pascere prouerbiali sermone, est frustra & sine fructu laborare, rem uanam & nihili moliri.

[i] Illum, scilicet fabricatorem ac cultorem idolorum.

[k] Vt apud se sic reputet aut cogitet, fortè erras, fieri potest ut erres, &c.

Inuitat omnes creaturas ad laudem dei hoc carmine propheta inanimatis sensum tribuens per prosopopœiam.

Participia præsentis temporis in Indicatiua præsentia uerti, idq; in prima persona ut dominus de se loquatur.

[l] Pro excito alij erigo legũt, aut ratum facio. Seruus autem est Moses, seu Esaias, seu etiã Christus.

[m] Per abyssum aut profunditatem Babylonem intelligunt.

Digitized by Google

Sic dicit DOMINVS Messiæ suo Cyro, cuius dexteram prehendi, ut [a]subijciam ante faciem eius gentes, & lumbos regum [b]aperiā, ad aperiendum ante faciem eius ualuas [portarū,] ut portæ non claudantur. Ego ante te procedā, & loca aspera æquabo, ostia ænea confringam, & uectes ferreos demoliar. Dabo tibi thesauros in tenebris latētes, & quæ in occulto abstrusa sunt, ut cognoscas ꝙ ego sum DOMINVS, q te nomine tuo uoco, Deus Israelis. Propter seruū meum Iacob, & Israelem electū meum, uocaui te nomine tuo, & te cognominaui, quū nondum haberes mei notitiam. Ego DOMINVS, & nullus ultra, præter me nō est deus. Accinxi te, quū adhuc ignarus esses mei, ut cognoscerent ab oriente sole, & ab occasu, quod nihilū sit præter me, ego DOMINVS, & nullus ultra. Formās lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans
B [c]malū, ego DOMINVS facio omnia ista. Rorate cœli è supernis, & nubes stillent iustitiā: aperiatur terra, & fructū edant salutem & iustitiā, [quas] progerminare simul faciet, ego DOMINVS creaui illā. Væ disceptanti cum factore suo, uas fictile cum figulis luti [scilicet.] †Num enim dicit lutū figulo suo, Quid facis? & operi tuo non sunt [d]manus. Væ qui dicit patri, Quid generabis? & matri, Quid parturies? Sic dicit DOMINVS, Sanctus Israelis et formator eius, Sciscitamini à me imminentia filijs meis, & de opere manuum mearū mihi mandate. Ego feci terrā, & hominem super eam creaui. Ego [sum] cuius manus extenderunt cœlos, & omni militiæ eorū impero. Ego illū excitaui in iustitia, & omnes uias eius dirigā. Is ædificabit ciuitatem meam, & [e]captiuitatem meam dimittet: id aūt neq; pretio neq; muneribus [adductus,] dicit DO-
C MINVS exercituum. *Sic dicit DOMINVS, Labor Aegypti, & [f]negotiatio Aethiopū, & Sebaim uirorū magnorū ad te transibūt, & tui erunt, post te ibunt, in cōpedibus transibunt. Ante te flectentur, & supplices te precabunt, tantū in [g]te est deus, præter quem nullus deus est. Omnino es tu deus absconditus, deus & saluator Israelis. Erubescant, pudefiant quoq; omnes, cum ignominia abeant simul opifices idolorū. Israel saluus est in DOMINO salute sempiterna, non erubescent, neq; ignominia notabuntur per æterna sæcula. Quoniā sic dixit DOMINVS, creans cœlos, deus ille qui finxit terrā, qui [h]fecit eam, qui & parauit eam. Non creaui eam ut uasta esset, sed finxi eam ut inhabitaretur, ego DOMINVS & nullus [i]alius. Neq; in occulto [k]loquutus sum, aut in obscuro terræ loco. Non dixi semini Iacob frustra, Quærite me, ego DOMI-
D NVS loquens iustitiā, annuncians quæ recta sunt. Congregamini & uenite, accedite simul qui [l]euasistis ex gentibus. Nihil norūt qui ligneū simulachrū extollunt, & qui ad deum orāt qui saluando nō est. Annunciate & adducite, ut consiliū pariter ineant. Quis prodidit hoc olim? & hactenus [quis] hoc annūciauit? An non ego DOMINVS, & non est alius deus præter me solū, deus iustus & saluans nullus præter me? Respicite ad me, & salui eritis omnes fines terræ, ego sum deus, & nullus ultra. Per memetipsum iuraui, egressa est ex ore meo [m]iustitia, uerbū ꝙd nō retrocedet, Quod †mihi incuruabitur omne genu, & iurabit [mihi] omnis lingua. Duntaxat in DOMINO, dixit, sunt mihi iustitiæ & robur, usq; ad ipsum ueniet, & pudefient eum prouocātes. In DOMINO iustificabuntur, & [n]gloriabūtur omne semen Israelis. CA. XLVI.

Continuus est adhuc sermo consolatorius, explicat ueram religionem & potentiam dei, contra falsam religionem damnat, & idolis insultat.

Concidit

Messias Cyrus dicitur, quod Christi ueri Messiæ typū gerit. Messias Ebraice, Græce Christus, Latine unctus, per antonomasiam autem regem Messias significat.
[a] Vbi nos legimus subijciā, alij extendam legūt, seu attenuabo.
[b] Aperire lumbos, symbolicus & tropicus sermo, pro infirmare robur, exarmare, ut nihil supersit uirium: in contraria significatione, lumbos accingere, robur & agilitatem dare in agendis rebus.
[c] Malum capitur pro aduersitate ac calamitate.
Videtur dominus hic responde re curiosis, qui rationē diuinorum consiliorum perscrutari uolebant, Si dominus uult liberare, cur non iam statim? cur non per Israelitam?
[d] Supplent quidam, adhibitæ.
Verso sermone alloquitur gentes, monens ne apud diuinos & ariolos, sed apud se solum futura inquirant, ipse enim solus sit omnipotens, & omniū creator. Possent & hæc per interrogationem legi, Vultis ne uos scrutari à me futura? uultis uos mihi in operibus meis imperare?
[e] Captiuitas pro his qui captiui tenebantur.
* Videtur alloqui Ierusalē, promittens ut gentes quoq; sint in cultum unius dei, qui in Ierusalem colitur, accessuræ.
[f] Alij legunt, uiri tributarij.
[g] Alij legunt, Duntaxat in te est deus.

[h] Vel, firmauit eam.

[i] Ebr. Et non ultra.
[k] Mutaui tertiam personā in primam, quum de se loquatur dominus, at sine detrimēto sensus.
Iterum conuocat gentes, ut profe dicant, aut dei potentiam cognoscant.
[l] Alij legunt, seruati ex gentibus: uel, reliquiæ ex gentibus.

[m] Alij legunt, iustitiæ uerbum. Quidā hæc prophetæ tribuunt, alij iurantibus in domino.

[n] Vel, Laudabunt.

Epanodos redit enim ad Cyrū, de quo supra ante ... rat dunta... xat.

Iere. 18. a
Rom. 9. d

Propheta uertit sermonem ad deum.

Rom. 14
Phil. 2. b

Fideles & uerbo credentes, semen Israelis legitimum.

Digitized by Google

Concidit Bel, corruit Nebo, quorũ idola bestijs & iumentis fuerũt A
[imposita.] Oneribus uestris grauata pondere usq; ad defatiga-
tionem, pondus idq; graue, corruerunt, conciderunt pariter, nec potue-
runt seruare onus, & anima eorũ in captiuitatem abijt. Audite me do-
mus Iacob, & omnes reliquię domus Israel, qui gestamini [à me] ab ute-
ro, & baiulamini [à me] [a]à partu. Et usq; ad seniũ ego ipse, & usq; ad ca- B
nitiem ego baiulabo: ego feci, & ego ferã: & ego baiulabo, & eripiam.
Cui [quæso] me adsimilabitis, æquiparabitis, aut cõparabitis me, ut [ei]
similis sim? Prodigunt aurũ ex marsupio, & argentũ in bilance appen-
dunt, mercede conducunt conflatorem, & faciunt ex illo deum, cui pro
cumbunt, quem adorant, portant eum in humero, baiulant eum, & col C
locant eum in locũ suum: [illic] stat, nec de loco suo mouetur: & si quis-
piam ad eum clamat, nihil respondet, de angustia sua non liberat eum.
Memineritis huius, & corroborabimini, redite ad cor ô pręuaricatores.
Memineritis priorum quæ iam olim [facta sunt,] q; ego sum deus, &
nullus ultra deus, neq; quidq̃ mihi simile est. Qui nuncio à principio D
postrema, & ab exordio ea quæ nondum facta sunt, qui dico, & consi-
lium meum ratum est, & quidquid uolo facio. Voco ab Oriente [b]uolu
crem, de terra remotissima uirum consilij mei, simul atq; loquutus sum,
ipsum adducã: protinus ut finxi, hoc idem faciam. Audite me qui con
tumaci estis corde, & alieni à iustitia, adduxi iustitiam meam, neq; lon-
ge aberit, & salus mea non cunctabitur. Et dedi in Zion salutem, Israe-
li magnificentiam meam.

Alloquitur iam idola, & eis in-sultat, quę sic infirma fuerunt, ut nec se nec iumenta potuerint liberare, quin anima ipsorum, id est, ipsa met abierunt in captiuitatem, à Cyro scilicet auecta.

Contentione pulcherrima ostendit se uerũ deum, illi portantur, ego uos porto, nutrico, alo tam in iuuenta quàm in decrepita, libero & seruo.

[a] Ebr. À uulua, uel à matrice.

Taxat illos qui idola si bi fingunt, ostendẽs in terim q̃ mo do fiãt ido a, & quàm int infir- ma. Barach 6.c

Hortatur Israelitas ut firmi stent in domino, nec recipiant uanam gentium religionem, & si qui ceciderint, resurgant.

[b] Per auitium aut auem, Cyrum & exercitum eius intelligit.

CAP. XLVII.

Vaticinatur interitũ & casum Babylonis, à quo nec dij eos liberare possunt.

Descende, & sede in puluere uirgo filia Babel, sede in terra, nõ [in] A
solio filia Chaldæorũ, non amplius nominabũt te tenerã & deli-
catam. Corripe molã, & mole farinã, dissolue cincinnos tuos, nudato
plantam, & retectis cruribus transi flumina. Retegentur †uerenda tua,
& pudenda tua uidebũtur. Suppliciũ [a]sumam, & nõ occurram [ut] [b]ho
mo. Redemptor noster DOMINVS exercituum nomen eius, sanctus
Israelis. Sedeto [c]tacita, & ingredere tenebras filia Chaldæorũ, nam ul
tra te non uocabunt dominã regnorum. Equidem [ita] iratus eram po B
pulo meo, ut prophanarem hęreditatẽ meam, & traderem eam in manũ
tuam, tu uero affectu miserationis non cõmota es erga eos, quin supra
senes degrauasti iugũ tuum supra modum. Et dixisti, In perpetuum ero
domina, hucusq; non reposuisti illa in cor tuum, nec meministi postre-
mi [d]illius. Nunc ergo audi hoc ô delicata, quę secura sedes, quæq; sic in
corde tuo dicis, Ego [sola sum,] & pręter me nulla est: nõ sedebo uidua,
nec experiar orbitatẽ, attamen duo ista euenient tibi repente in uno die, C
[nẽpe] orbitas & uiduitas, in [e]perfectione sua uenient super te, in multi
tudine ueneficorũ tuorum, in multo robore incantatorũ tuorũ. Confisa
enim in malitia tua, dixisti, Non uidet me. Sapientia tua & peritia tua,
ipsa [inquã] te seducit: sic enim dixisti in corde tuo, Ego [sola sum,] &
pręter me nulla est amplius: ueniet igitur super te malũ, cuius ortũ igno
rabis, & incidet in te calamitas quã non poteris expiare: ueniet insuper
super te repente uastatio, quã ignorabis. Sta quæso cum incantatoribus D
tuis, cum copia ueneficorũ tuorum, quibus cum negotiũ tibi fuit à pue-
ritia tua, an fortè iuuari possis ab eis, aut fortè corroborari. Defatigata
es multitudine consiliorũ tuorum, stent quæso, & seruent te contempla
tores cœlorum, stellarum inspectores, [f]quiq; noua prædicũt, unde nam

Num. 3.b

Ex affectu pio ac inti mo prophe a oratiũcu am interpo uit, ad pio- um consolationem.

Redit ad Babylonem.

Causæ recẽ entur cur eus punie erit Israe- em, & cur erditurus it Babylo nios.

Infra 51.f Apoc. 18.b

Sarcasmos.

[a] Ebr. Vindictam sumam.

[b] Non occurram homo, hoc est, Non humaniter, sed crudeliter ut leo, &c.

[c] Tacita dixi, tametsi masculinum sit dumam.

[d] Illius, scilicet Israelis, uel populi mei, non perpendisti quid tandem facere uelim cum populo meo, quod sim eos liberaturus, & te perditurus.

[e] Id est, dum fuerint absoluta, so es ʒyt wirt: uel pro tota uirili sua, in sua integritate.

[f] Vel, ut alij legũt, nuncient, unde hæc noua ueniant: alij sic, & qui ex lunationibus aut neomenijs uaticinantur.

Digitized by Google

super te hæc ueniant. En similes fuerunt stipulę, ignis eos incendet, non liberabunt animam suam à ui flammæ, nec [supererit] pruna ad calefaciendum, nec [g]ignis ut quispiam ad eum sedeat. Tales erunt tibi cũ quibus te fatigasti, quin & negotiatores tui [qui tecum fuerunt] à pueritia tua, quisq; ad transitũ suũ errat, nemo est qui te seruet. CA. XLVIII.

g Pro igne alij lucernam, alij focum habent.

Propheta consolaturus populum liberandum, simul recenset causas cur dominus sit eos liberaturus, ne populus calamitatibus uictus murmuret, uel saltem à deo non deficiat.

A AVdite istud domus Iacob, uocati nomine Israelis, & q egressi sunt de aquis Iuda, quiq; iurant per nomen DOMINI, & memoriã facitis in deo Israelis, at nõ ex fide neq; ex iustitia. Quoniã de ciuitate sancta uocati sunt, & deo Israelis nituntur, cuius nomen est DOMINVS exercituũ. *An non priora quæ à [a]primordio nunciaui, quum de ore meo exirent, & uobis exponerẽ, protinus ea feci, usuq; uenerũt? Quamuis non ignorarẽ ꝙ durus sis, ꝙ neruus ferreus ceruix tua, & ꝙ ænea tibi frons sit. Attamen iam olim priusq̃ uenirent nunciaui & exposui tibi, ne forte diceres, Idolũ meum fecit hęc, aut sculptile aut conflatile meum præcepit ea. Audiuisti, cõtẽplare hoc totũ, & uos an non annũciabitis?

Exordiũ, habens increpationẽ, & attentionem pariẽs.

Mutatur persona subito. Profitemini quidẽ nomen meũ, & religionem meam specie quadam iactatis, uultis uideri ac si mihi niteremini, sed omnia sunt hypocrisis, quia cor uestrũ longe est à me.
* Istam liberationẽ mihi soli arrogo, inquit deus, ne tu eam tuis meritis uindices, scio enim te contumacem & præuaricatorem semper fuisse.
a Hbr. Ex tunc.

B Porrò in futurũ annunciaui tibi noua quædã atq; abstrusa, quę tu ignorabas. Iam enim creata sunt recẽs, & non iam olim neq; ante diem, quæ tu non audisti, ne forte diceres, Ecce noui ea. Omnino non audiuisti neq; nouisti, neq; iam olim patula fuit auris tua, sciebam enim ꝙ omnino præuaricator esses, & ꝙ ab utero trãsgressor uocatus sis. Propter nomen meũ differã furorem meũ, & [b]propter laudẽ meam frenũ iniiciam mihi tui causa, ne te omnino excindã. Ecce conflaui te, at non pro pecunia, elegi te in fornace adflictionis. Propter me, propter me faciã, quo minus prophanetur, & ne gloriã meam dem alteri. Audi me Iacob, & Israel uocatus meus, Ego [c]idem ipse, ego primus, ego quoq; nouissimus.

b Propter posteriori membro apposui per zeugma.

Sup. 42.b
Sup. 41.b
44.a

c Hu.

C Et manus mea fundauit terrã, & dextera mea palmo mensa est cœlos: ego quũ ea uocarem, [protinus] constiterunt simul. Congregemini ergo uos omnes, & audite, Quis de istis annunciauit ista? DOMINVS diligens eum, perficiet uoluntatem suã in Babylone, & brachiũ eius in Chaldæis. Ego ego loquutus sum, ego quoq; uocaui eum, adduxi eũ, qui prosperabitur in profectione sua. Accedite ad me, & audite istud, Ab initio nõ loquutus sum in abscondito, à tẽpore quo hoc esse cœpit, ibi fui, & nũc DOMINVS deus misit me & spiritus eius. Sic dicit DOMINVS redẽptor tuus, Sanctus Israelis, Ego DOMINVS deus tuus, docẽs te q̃ profutura sunt, dirigens te in uia qua tibi est eundũ. O si ad

Hactenus ostẽdit liberationẽ esse opus meræ gratiæ.

Epilogus per epanodum, propheta docet se à deo missum, uult sibi haberi fidem, agitur enim ratio ueritatis, & salus populi, Non loquutus sum obscure, non somnium.

Deut. 28.

D pręcepta mea animũ aduertisses, redũdaret instar fluminis pax tua, & iustitia tua sicut fluctus maris. Fuisset q̃q; ut arena semen tuũ, & ꝓpagines uiscerũ tuorũ ut lapilli eius, nõ succideret neq; aboleretur nomen eius è cõspectu meo. Egredimini è Babylone, fugite à Chaldæis cũ uoce iubili, prędicate & diuulgate hoc, efferte illud usq; ad fines terrę, dicite, Redemit DOMINVS seruũ suum Iacob. Et non sitierũt [quũ] per solitudines duceret, aquã enim eis de petra promanare fecit, scidit petrã ut latices effluerent. Impijs, ait DOMINVS, non est pax. CA. XLIX.

Epilogus cum exhortatione & figura.
Exod. 17.
Num. 20.

Propheta in persona Christi loquens, inuitat non Iudæos solũ, sed & gentes ad ecclesiam Christi.

A AVdite insulæ me, & populi q procul abestis attẽdite, DOMINVS uocauit me ab utero, & de uisceribus matris meæ recordatus est

Messias.

nominis

Digitized by Google

nominis mei. Et posuit os meum ut gladiũ acutũ, umbra manus suæ ab
scondit me, & posuit me ut sagittam extersam, abscondit me in phare-
Mat.51.c tram suam. Et dixit mihi, Seruus meus es tu, Israel tu es in quo [a]gloria-
bor. Ego autẽ dixi, Frustra laboraui, inutiliter ac temere uirtutẽ meam
cõsumpsi, ueruntamen iudiciũ meum cum DOMINO, & opus meum
cum deo meo. Et nunc dicit DOMINVS qui formauit me ab utero B
seruum sibi, ut reducã ad se Iacob, etiamsi Israel non colligatur, & glo-
riosus ero in oculis DOMINI, & deus meus fortitudo mea fuit. Et di
xit, Leue sit ꝙ seruus meus sis ad erigendas tribus Iacob, & ad reducen-
Sup.42.b das uastitates Israelis, nisi te dedero ut †lux sis gentium, ut sis salus mea
Luc.2.g usq; ad extremũ terrę. Sic dixit DOMINVS, redemptor Israelis & san
ctus eius, ad eum qui contẽptus est anima, & qui abominandus est gen
tibus, & dominantiũ est seruus. Reges uidebunt, & consurgent prin-
cipes, & adorabunt propter DOMINVM, qui fidelis est, sanctũ Israe-
2.Cor.6.a lis, qui te elegit. Iterum sic dixit DOMINVS. In †tempore placito ex- C
audiui te, & in die salutis adiuui te: ego seruabo te, & dabo te in fœdus
populi, ut instaures terrã, & ut possideas hæreditates desolatas, ut dicas
uinctis, Exite: & his qui in tenebris sunt, Reuelemini. Ad uias pascen
Apoc.7.d tur, & in omnibus uerticibus eminentioribus erunt pascua eorũ. †Non
esurient, neq; sitient, non feriet eos neq; æstus neq; sol, quia qui eorum
miseretur, diriget eos, & ad scaturigines aquarũ ducet eos. Omnes mon
tes meos reddam peruios, & semitæ meæ altæ erunt. Ecce isti à longe D
Ex affectu uenient, & ecce illi ab Aquilone & à mari, & illi à terra *Sinim. Iubi-
prorumpit late cœli, & exulta terra: in iubilũ prorumpite montes, quia consolatus
propheta in est DOMINVS populũ suum, & pauperũ suorum miserebitur. Zion
laudem. autem dixit, Dereliquit me DOMINVS, & dominus meus oblitus est
mei. Num obliuioni tradit mulier infantem suum, quo minus miserea
tur filiĳ uteri sui? Sed esto obliuiscantur illæ, ego tamen tui non obliui-
scar. Ecce in manibus istis ambabus insculpsi te, muri tui perpetuò sunt E
coram me. Festinabunt ædificatores tui, qui te euertunt, & qui te uastãt
Infra 60.a exibunt ex te. Attolle circunquaq; oculos tuos, & uide, omnes isti con-
gregati uenerũt ad te. Viuo ego, ait DOMINVS, quoniã eis omnibus
amicieris tanq̃ ornamento, & ut sponsa eos circumligabis. Siquidẽ de-
solationes tuæ, deuastationes tuę, & terra tua euersa, iam iam angustior
erit, q̃ ut habitatores capere possit: & qui te deuorent, longe aberunt.
Adhuc dicent filiĳ qui tibi steriles nati sunt in aures tuas, Angustus est mi F
hi locus, adĳce mihi [aliquid,] ut sedeam. Et tu dices in corde tuo, Quis
genuit mihi istos, quum ego sim sterilis & solitaria, relegata & uaga?
Quis educauit istos? En ego sola relicta sum, isti uero unde nam sunt?
Sic dicit DOMINVS deus, Ecce tollã ad gentes manũ meam, & ad po-
pulos signum meum erigam, & adferent tibi filios in gremio, & filiæ
tuæ in humeris portabũtur. Et erunt reges nutritĳ tui, & reginæ eorum
nutrices tuæ, uultu ad terrã demisso adorabũt te, & puluerem pedũ tuo- G
rum lingent, & scies ꝙ ego sum DOMINVS, & ꝙ non pudefient qui
me expectãt. Num uero auferetur heroi prędá? & potéstne iusto capti
uitas eripi? Quoniã sic dixit DOMINVS, Et captiuitas heroi eripietur,
& præda uiolenta recuperabitur, & cum eo qui tecũ contendit, ego con
tendã; & filios tuos seruabo, hostes tuos pascã suis carnibus, & sangui-
ne suo ceu musto inebriabunt. Et sciet omnis caro, ꝙ ego DOMINVS
sum seruator tuus & redemptor tuus fortis Iacob. CAP. L.

Christus dicitur Israel synecdo chice, quod ex Israele natus est.
[a] Alĳ legunt, glorificabor.

* A plaga australi.

Querela ecclesiæ de sua paucita te & adflictione.
Respondet dominus, & consolatur eam, eximens hanc cogitationem ex corde ecclesiæ.
Ecclesia nunquam excidit Christo, q̃a gerit eam manibus suis, ut obliuisci non possit. Semper parabit eos qui erigant ecclesiam, semper eĳciet hypocritas.
Tam abest ut te derelinquam, ut te in immensum auctam & locupletatam reddam: ubi iam desolationes sunt, mox erũt frequentiæ, &c.

Alia cogitatio ecclesiæ, quã obĳcere posset, Est ne possibile, ut qui uincti sunt à dæmone, qui ius habet in suos, ei eripiantur? Ad hoc respondet dominus.

Synagogam reiectam & repudiatam esse à domino, nulla malignitate aut morositate, quod ad deum attinet, sed sua ipsius culpa.

A SIc dicit DOMINVS, Vbi est libellus iste repudij matris uestræ, quo eam dimiserim? aut cui ex fœneratoribus meis uos uendidi? Ecce propter iniquitates uestras uenundati estis, & propter præuaricationes uestras dimissa est mater uestra. Cur quũ ego uenirẽ, nemo [recipiebat?] quum uocarem, nemo respondebat? Num sic omnino præcisa erat manus mea, ut liberando non esset? aut uirtus deerat mihi ad eripiendum?

B †Ecce sola increpatione mea exsicco pelagus, flumina in desertũ conuerto, ut pisces eorũ aut aquæ penuria putrescant, aut siti pereant. Ego tristi caligine cœlos uestio, & sacco operio eos. Dedit DOMINVS deus mihi linguam eruditorum, ut sciam tempestiue uerbum cum adflicto loqui. Summo [a]diluculo uellicauit, uellicauit inquam mihi aurem, (ut solent [b]doctores,) ut auscultarem. DOMINVS deus aperuit mihi aurẽ, ego

Exod.14.d Infra 59.a Exod. 10.c Psal.40.b

[a] Ebr. In mane in mane.
[b] Vel sic, ut audirem ut eruditi.

C aũt rebellis non fui, nec sum retroactus. Corpus meũ præbui percutientibus, & genas meas uellicantibus, faciem meã non abscondi à contumelijs & sputo. DOMINVS enim deus auxiliũ mihi fert, idcirco non pudefio, idcirco faciem meã instar silicis obduro, sciẽs ꝙ nõ pudefiam. Prope adest qui me iustũ pronunciat, quis igitur litem mecũ instituet? Stemus simul, quicunq; uelit iudicio mecũ contendere, accedat ad me.

Math. 26

D Ecce DOMINVS deus auxiliũ mihi fert, quis igitur me damnabit? Ecce omnes isti sicut uestimentũ ueterascent, tinea corrodet eos. Quicunq; ergo inter uos DOMINVM timet, audiat uocẽ serui eius: & quicunq; in tenebris ambulat, nec splendorẽ habet, fidat nomini DOMINI, & innitatur deo suo. Ecce uos omnes ignẽ incendistis, & scintillis cincti inceditis in fulgore & scintillis ignis uestri quẽ incendistis. A manu mea factum est hoc uobis, in dolore iacebitis.

Psal.102.

CAP. LI.

Ostenso repudio incredulorũ, iam pios & credentes in Christo consolatur.

A AVdite me qui sectamini iustitiã, & quæritis DOMINVM. Respicite ad petrã, de qua excisi estis: & ad fossam laci, ex q̃ effossi estis. Respicite ad Abrahamũ patrem uestrum, & ad Saram quæ peperit uos, quomodo quũ [solus &] unicus esset, uocauerim eum, [a]locupletauerim eum, & multiplicauerim eum. Quomodo consolatus sit DOMINVS Zion, consolatus sit omnes desolationes eius, desertumq; eius paradiso

Exordiũ. Allegoria. Abrahã pater fidei & omniũ credentium. Adcommodat exemplum. Ex deo uera religio discitur.

[a] Ebr. Benedixerim.

Domini bonitati fidere, & ad illum unicum respicere debent fideles, non ad externam formam ecclesiæ. Potest enĩ dominus ex filicibus suscitare filios Abrahæ.

B similẽ reddiderit, & solitudinẽ eius quasi hortos DOMINI. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, cõfessio, & uox cantici. Ad me igitur attendite ô popule meus, & aurem præbete mihi ô plebs mea, quoniã [b]lex à me egredietur, & iudiciũ meum ad lucem populorũ proferam. Prope est iustitia mea, egressa est salus mea, & brachia mea populos iudicabũt, insulæ me expectabunt, & in brachiũ meum sperabunt. Attollite ocu-

[b] Lex hic dicitur Euangelium, ut apud Paulum, lex spiritus uitæ: quod Euangelium ex Zion egressum est.

Si quis anxie quærat quando hæc fiant, aut metuit forsan ne in longum differãtur, dicit, iam iam adest salus.

C los uestros in cœlũ, & terrã subtus inspicite, quoniã cœli ut fumus [c]corrũpentur, & terra ut uestis uetustate peribit, & qui in ea habitant, ad eundem modum peribunt, salus autem mea in æternum durabit, & iustitia mea non concidet. Audite me qui cognouistis iustitiã, ô populi qui legem meam in corde tuo [tenes:] nolite timere opprobrium mortalis hominis, & propter cõtumelias eorum ne animo frangamini, nam ue-

Psalm. 36.e

[c] Nimhalu, ut sal liquescent, ut micæ salis dissipabũtur.

Ne metuant fideles, multis rationibus persuadet propheta, à potẽtia autem dei hic argumentatur & ab operibus editis, sed mutat figuram orationis in precationem, ut discamus interim quæ promissa sunt petere.

D luti uestimentum sic eos corrodet tinea, & sicut lanam comedet eos uermiculus, iustitia autem mea æternũ durabit, & salus mea à sæculo in sæculum. Excitare excitare, ac robur indue ô *brachiũ DOMINI, excitare quemadmodũ retro temporibus per omnia sæcula. An non tu illud

* Brachium pro potentia.

Digitized by Google

bd.14.e illud es [brachium] quod concidit ferociam, & dolore [b]confecit †draconem? An non tu idipsum es, quod exiccabat mare aquas abyssi immensæ, quodq; pelagi profunda peruia fecit, ut transirent redempti? Sic redempti à DOMINO reuertentur, & uenient in Zion cum iubilo, gaudium perpetuum erit super caput eorũ, gaudiũ & lætitia sese contingẽt, fugiet dolor & mœror. Ego ego is sum q uos consolor, tu uero quis es, ut hominem mortalẽ aut filium hominis qui reddet ut fœnũ timeas? obliuiscaris autem DOMINI factoris tui, qui cœlos extendit, & terræ fundamenta iecit? Hinc est ut iugiter omni tempore metuas à furore ad fligẽtis, qui [te] uastare parat: ubi uero est furor illius [e]adflictoris? Quin festinabit discurrens ut aperiatur, ut non moriatur [uinctus] in fouea, neq; deficiet eum cõmeatus. Ego autem DOMINVS deus tuus [f]increpo mare, ut tu multuẽtur fluctus eius, DOMINVS exercituum nomen eius. Ego †posui uerba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te, ut plãtem cœlos, & fundem terrã, ut dicatur Zioni, Populus meus es tu. Expergiscere expergiscere, surge Ierusalem, quę bibisti de manu DOMINI calicẽ furoris eius, quæ bibisti & exuxisti uel cum [g]fece calicem [h]soporiferũ, nec est qui præhẽsa manu tua te ducat ex omnibus filijs quos peperisti, & ex omnibus filijs tuis q̃s educasti. †Duo ista [i]sunt quæ tibi euenerunt, quis ex te effugiet? Vastitas, conquassatio, fames, & gladius, quare te consolabor? Filij tui defatigati iacent in compitis omnium platearũ, sicut [k]ibex reti implexus, pleni furore DOMINI, increpatione dei tui. Idcirco audi hoc obsecro misera & ebria, tametsi nõ à uino, sic dicit herus tuus, DOMINVS & deus tuus, q uindicat populum suum. Ecce abstuli de manu tua calicem soporiferũ, & fecem calicis furoris mei, ut ultra non bibas eum, & tradã eum in manũ eorum qui te adfligunt, qui dixerunt animæ tuæ, Sternere ut transeamus; & æqua terræ corpus tuum, ut sis uice plateæ transeuntibus.

Responsio ... ad preces piorũ.

...p.49.a

...natæ est ...rsona.

...p.47.b ...mplifica... ...malorũ.

CAP. LII.

Hortatur ecclesiam, ut libertatem grato animo suscipiat, & se cum gratiarum actione ad hanc rite paret.

EXurge, exurge, indue robur tuum Zion, indue uestes decoris tui ô Ierusalem, ciuitas sancta, quoniã ultra non ueniet in te incircuncisus & pollutus. Excute te à puluere, consurge, sede Ierusalem, explica te de uinculis colli tui, ô captiua filia Zion. Sic enĩ loquitur DOMINVS, Gratis uenundati estis, & ideo absq; argento redimemini. Quia sic dixit DOMINVS deus, Olim †descẽdit populus meus in Aegyptum, ut inquilinus illic esset, Assyrius autem temere uim ei fecit. Et nunc quid mihi [a]isthinc [usus est,] ait DOMINVS, quum populus meus gratis abductus est, quum †domini eius ad eiulatũ adigunt, & nomen meum iugiter omni tempore blasphematur, dicit DOMINVS? Quapropter cognoscet populus meus nomen meũ, propterea in illa die, quod ego ipse, qui loquebar, Ecce adsum. O q̃ †speciosi sunt sup montes pedes euangelizantis, prædicantis pacem, euangelizantis bonum, prædicãtis salutem, dicẽtis Zioni, Regnat deus tuus. Vocem speculatores tui, uocem inquam tollunt, & pariter iubilant, quoniã oculo ad oculum uidebũt, quum reduxerit DOMINVS Zion. Erumpite in laudem, iubilate pariter, solitudines Ierusalem, quoniam cõsolatus est DOMINVS populum suum, redemit Ierusalem. Nudauit DOMINVS brachium suum sanctum in oculis omnium gentium, & uiderunt †omnes fines terræ salutem dei nostri. Discedite discedite, exite inde, †immundum ne

...ratuita ...liberatio.

...enundati ...Adamo. ...ene.46.a ...om.2.d ...zec.36.c

...oma.10.c ...ahum.1.d

Psal.97.a ...Cor.6.d

D [b] Ebr. Parturire fecit. † Draco rex est Aegyptius, Ezech.29.

[e] Quasi dicat, Euanescit subito, ut uidisti in Senaherib: tam abest ut hostis noceat, ut ipse libertatem donet: alij ad deum referunt, ut is festinet suos liberare.

E [f] Roga per metathesim poni dicunt.

Fructus adflictionum ostẽditur, dominus cum suos punit, & liberationem differt, interim uerbum suum in eorũ corda ponit & plantat cœlos ac filios dei, ut appareat qui sit populus dei: dominus uult angelicos & cœlestes homines in terris plãtare.

F [g] Feces ebibere & exugere, est exantlata esse omnia mala.

[h] Pro soporiferum, alij mortiferum legunt.

[i] Duo dicit, & quatuor commemorat, sed posteriora duo prioribus continentur.

[k] Alij oryx legunt: alij bos syluestris.

G Quum dominus pro sua misericordia satis adflixit suos, transfert calicem ab eis, & propinat eum hostibus, ut non solum psi liberentur omnibus malis, sed uideant perditionem eorum, à quibus fuerunt adflicti.

A Descendit populus in Aegyptũ in Iacob, ut est Gen. 46. ut illic moraretur, sed rex postea oppressit eos, unde eos liberauit dominus per Mosen. Deinde adflixit eos Assyrius, ut est 2. Reg 18. Ex his duabus captiuitatibus eripuit eos dominus, in tertia quæ longe grauissima est,

B adhuc tenentur. Comprehenditur autem Babylonica sub Assyria. Orãdus dominus, ut eos & ex tertia illa liberet per Christũ. Potest & sic intelligi, liberaui uos ab Aegyptijs & Assyrijs, cur à Babylonijs non liberarẽ? Liberaui Iudæos ex omni captiuitate, cur non totum mundum

C ex tyrãnide liberarem per Christum?

[a] Ebr. Quid mihi hic? supple faceret.

Qui olim loquebatur per Mosen et prophetas, iam ipse adest. Clarissima erit redemptio orbis per Christum, errorum & idolorum extirpatio per apostolos in uirtute signorũ & operum.

Digitized by Google

Qui in libertatem filiorũ dei uocantur, & hac gaudent, exeunt è cœno peccatorũ, & sancte uiuunt in domino.

[b] Eb. Sicut obstupuerunt super te. Subita est personæ mutatio.

[c] Stillare pro loqui, Ebraicę linguæ familiare est: sensus ergo est, ut super humilitate Christi multi admirantur, quæ extrema est, ita ipse sua exaltatione multis abundantem copiam loquendi de se præbebit.

tetigeritis, exite de medio eius, mundamini qui fertis uasa DOMINI.
D Quoniam neq; cum festinãtia exibitis, neq; fugitiuorũ more ibitis, DOMINVS enim ante uos incedet, & agmen uestrũ colliget deus Israelis.
Ecce prudẽter geret rem seruus meus, exaltabitur, euehetur, & supra modum sublimis erit. [b] Quemadmodũ admirabundi obstupuerunt multi de eo, q; aspectus eius deformior fuerit q̃ [ullius] uiri, & forma eius plus q̃ filiorum hominũ, sic [c] stillare faciet gentes multas, quin reges corã eo os suum cõprimert, quoniam †uiderunt quibus non narratum erat, & qui non audiuerunt, intellexerunt. CAP. LIII.

Describitur author tantę libertatis solus Christus.

Roma. 15.e

Perstat propheta in descriptione Christi iuxta assumptam naturam, ab initio tamen præuidens paucos fore, qui brachium domini fide sint excepturi, ex affectu exclamat, Quis credet? Ostendens paucitatem credentium, præsertim inter Iudæos, & quanta sit res Christum fide amplecti.

In præterito omnia dicuntur, propter certitudinẽ prophetiæ. Queritur propheta paucos fore qui dei potentiam in re tam ardua considerẽt, aut perspectum habeant quæ nam factura sit.

[a] Ebr. Auditui nostro. Sed auditus capitur illis pro eo q̃d quis prædicat, & quod auribus hauritur. Seu auditus pro ea re quã audiuerunt prophetæ & apostoli, reuelante spiritu dei, quam deinde ipsi prædicant, 1. Ioan. 1.

[b] Alij, disciplina pacis nostræ: uel, castigatio quæ nobis debebatur: uel, castigatio pacis nostræ, ut nobis integra esset pax, & perfecta sanitas: alij legunt, correctio super eum, ut nos haberemus pacem.

[c] Hieronymus, de angustia & de iudicio sublatus, ut pertineat ad resurrectionem: posset etiam dici, absq; cœtu scilicet iudicũ.

[d] Pro generatione alij legunt ætatem, sęculum durationem temporis: q.d. amplius non moritur, sed æternum durabit.

[e] Vel sic, à transgressione populi mei plaga eis, id est, quæ plaga eis debebatur ob trãsgressiones incidit in Christum: sed uidetur lamo pro lo legendũ esse, nam mem sæpe superfluit.

[f] Obscurus est hic locus, quidã hysteron proteron esse uolunt, quum sepulchrum ante mortem ponitur: alij bemothaif non à morte trahunt, sed excelsa exponunt: alij mausolea. Sensus uidetur, Christus cum latronibus interfectus est, sed honorifice sepultus, & in morte exaltatus: potest enim sepulchrũ pro morte capi, synecdochice.

A Q Vis †[a] credidit prædicationi nostrę, & brachiũ DOMINI cui reuelatũ est? Ascendit enim sicut uirgultũ coram eo, & sicut radix è terra siticulosa, cui nec forma est nec decor: quum uidemus illud, nihil habet pulchritudinis, ut cupiamus illud. Despectus est & contemptissimus uirorũ, uir [inquã] dolorum, & qui infirmitatẽ est expertus: erit ut is à q̃ absconderet [quis] faciem, nempe contẽptus, ut eum nihili reputemus, quũ tamẽ ipse portet nostras infirmitates, & dolores nostros ipse baiulet. Nos aũt existimabamus eum tactũ percussione dei, &
B adflictũ. Ipse †uero uulneratus est propter transgressiones nostras, & attritus propter iniquitates nostras. [b] Mulcta enim correctionis nostræ ei imposita est, & in liuore eius nobis medicatũ est. Nos omnes tanq̃ ouis errauimus, quisq; uiam suã sectatus, DOMINVS aũt effecit ut incurreret in ipsum omniũ nostrum iniquitas. Mulctatus est & adflictus, nec tamen os suũ aperuit. Sicut pecus ad mactationẽ ducetur, & sicut agnus corã tonsoribus suis mutus fit, [sic] is non aperuit os suũ. Absq; [c] dilatione citraq; iudiciũ raptus est: & [d] generationẽ eius quis enarrabit? quo
C niam succisus est de terra uiuentiũ, [e] quæ plaga ei propter transgressionẽ populi mei [inflicta est.] Et dedit cũ impijs sepulchrũ eius, & cum diuite in [f] mortibus eius: quanq̃ iniuriã †nullam fecerit, & dolus non fuerit in ore eius. DOMINVS tamen uoluit ipsum infirmando atterere, ut ubi posuerit animã suam hostiã delicti, uideat semen, proroget dies, & uoluntas DOMINI prospere cedat in manu eius. A labore anima eius uidebit, & satiabitur, & cognitione sui multos iustificabit iustus seruus
D meus, quorũ iniquitates ipse baiulabit. Idcirco dispertiar ei in multis, & cũ fortibus diuidet spolia, eo q; in mortem effudit animã suam, & cum transgressoribus connumeratus, qui tamen peccatum multorum tulit, & pro transgressoribus intercessit. CAP. LIIII.

Marc. 9.b
Iohan. 12.f
Rom. 10.d

Iã adaptat similitudinem uirgulti Christo.

Matth. 8.c
1. Pet. 2.
1. Cor. 15.a

Matth. 26.f
Act. 8 f

1. Pet. 2. d
1. Iohan. 3.a

Vnde sit uera iustitia & uera iustificatio.

Redit propheta ad consolationem ecclesiæ, omnia tollẽs quæ eam mœstam & desperatam reddere possent: eadem dicit quæ supra, sed alijs figuris & uerbis, de felicitate, tranquillitate, exornatione ecclesiæ.

A I Vbila sterilis quæ non paris, prorumpe in iubilũ & hinni quæ non parturis, quoniã plures sunt filij desolatæ q̃ filij eius quæ marito iuncta est, dicit DOMINVS. Dilata locum tentoriorũ tuorum, & cortinæ tabernaculorũ tuorum extendantur: ne parcas, diduc q̃ longissime fu-
B nes tuos, et clauos tuos firma, quia tam ad dexteram q̃ ad leuam erũpes, & semen tuum gentes possidebit, & urbes desolatas inhabitabunt. Ne timeas, quia non pudefies, non afficieris ignominia, nec erubesces, sed confusionis

Luc. 23 d
Gal. 4 d

Digitized by Google

confusionis adulescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij uiduitatis tuæ
ultra non recordaberis. Quoniã maritus tuus factor tuus, cui nomen
est †DOMINO exercituum, redemptor tuus sanctus Israelis, deus uni-
uersæ terræ uocabitur. DOMINVS enim uocabit te ueluti fœminam C
dimissam, & spiritu adflictam, & ueluti fœminam adulescentem quæ
repudiata est, dicit deus tuus. Pusillo momento dereliqui te, at in mise
rationibus magnis colligam te. Per momentũ quo irascebar abscondi
uultum meum à te, sed misericordia sempiterna misertus sum tui, ait re-
demptor tuus DOMINVS. Nam istud erit mihi sicut [a] aquæ † Noë. D
Vt enim iuraueram, ne porrò aquæ Noë pertransirent terram, sic iuraui
ne irascar tibi, aut te obiurgem. Citius enim & montes locũ deserent,
& colles nutabunt, quã uel bonitas mea te deserat, uel fœdus pacis meæ
nutet, ait DOMINVS, qui tui miseretur. En ô paupercula, tempestati- E
bus acta, & consolatione destituta, ego sternam ordine lapides tuos in
†fuco, & fundabo te sapphiris, fenestras tuas è crystallo faciã, & portas
tuas ex lapide carbunculo, et omnes fines tuos lapidibus expetibilibus.
Porrò uniuersi filij tui †docti erũt à DOMINO, paxq́ multa filijs tuis.
Iustitia firmaberis, longe aberis à ui, quoniam nõ timebis: sic à pauore F
[aberis,] quia ad te non appropinquabit. Ecce congregando congre
gabit [se globus,] sed absq; me: quicũq; congregabitur tecum [b] contra
te, cadet. En ego creaui fabrum, qui flatu carbones incendit, & instru
mentum ad opus suum producit: ego quoq; uastatorem creaui ad per- G
dendum. Omne uero instrumentum quod contra te aptatum est, non
promouebit: & omnis [c] lingua quæ [d] insurrexerit contra te, hanc tu iu-
re impiam esse conuinces. Talis erit hereditas seruorum DOMINI,
& iustitia eorum à me est, dicit DOMINVS. CAPVT LV.

Commendatio est uerbi dei, per quod ædificata est ecclesia.

O Vos omnes qui † sititis, [a] uenite ad aquas: & hi quibus non est A
pecunia, adeste, cibum cõparate, & comedite: [adeste inquam,]
parate cibum sine argento & sine pretio, uinum & lac. Cur expendi-
tis pecuniam pro eo quod cibus non est, et laborem uestrũ pro eo quod
nõ satiat? Quin potius mihi diligenter auscultate, ut comedatis bonũ,
& in pinguedine oblectet se anima uestra. Inclinate aurem uestram, B
& ad me uenite: audite, & uiuet anima uestra: feriam enim uobiscum
fœdus sempiternũ, misericordias Dauidis fideles. Ecce dedi eum † te-
stem populis, principem ac præceptorem populis. Ecce uocabis gen-
tem quam non nouisti, & gentes quæ te nõ nouerunt, ad te current, idq́
propter DOMINVM deum tuum, & Sanctum Israelis, qui te honori-
ficum reddit. Quærite DOMINVM dum inuenitur, inuocate eum
dum prope est. Derelinquat impius uiam suam, & quisq; [b] iniquus co
gitationes suas, ac cõuertatur ad DOMINVM, & miserebitur eius, atq; C
ad deum nostrum, quoniam [c] propensus est ad ignoscendum. Quo-
niam cogitationes meæ non sunt cogitationes uestræ, neq; uiæ uestræ
uiæ meæ, dicit DOMINVS. Sed quemadmodũ cœli terra sublimio-
res sunt, ita excedunt uiæ meæ uias uestras, & cogitationes meæ cogi-
tationes uestras. Et perinde atque imber aut nix de cœlo descendit, &
illò non redit, sed irrigat terram, & parere atq; germinare eam facit, ut D
det serenti semen, & panem ad edendum: ita erit uerbum meum quod
exit de ore meo: non redibit ad me uacuum, sed faciet quæcunq; uolo,
& prosperabitur in his ad quæ misi illud. Quoniam cum lætitia e-

Luc.1.e
Dñs etiam si uideatur nos deserere, non tamen deserit sed semper adest.
Gen.9.b

Confirmatio per comparationẽ.

Iohan.6.e

Epiphonema.

[I]n genere [su]asorio.
[E]ccli 51.d
[T]axatur [s]ultitia hominũ, qui [n]eglecto deo, [a]lió spes [su]as locãt.
[C]hristus [a]d se uocat [e]t obedientiam requirit.
[A]ct.13.a
[H]ortatur [a]b occasio[n]e temporis.
[Q]ui dñm [in]uocat, resipiscat.

Efficacia et[..]is uerbi [d]ei.

[a] Potest etiam legi, sicut dies Noe, & idem erit sensus.

Facies ecclesiæ uidetur tristis, sed istæ maculæ non auferunt felicitatem & salutem per Christum partam.
† Fucus apud Plinium sanies purpuræ, uel purpurissa, cerussa uel gemma aliqua.
Varia habent nomina membra ecclesiæ, dicuntur membra, filij, lapides, &c.
Neq; hostes quidquam possunt contra ecclesiam, neq; falsi fratres.
[b] Alij legunt, cadet ad te.

[c] Lingua pro uoce.
[d] Alij legunt, quæ iudicio surget contra te.

[a] Potest etiam legi, heus uenite.

Hæc ad Christum pertinent.

Hæc ad ecclesiam.

[b] Ebr. Homo uanitatis.

[c] Ebr. Multus ad propitiandũ uel multus fit.

Digitized by Google

grediemini, & in pace deducemini: montes & colles prorumpent in iubilum coram uobis, & omnia ligna agri manu plaudent. Pro rubo spinoso ascendet abies, & pro urtica myrtus, & erit DOMINO in nomen, in signũ perpetuũ, & quod nunquã excindetur. CAP. LVI.

Prouocat ecclesiam ad pœnitentiam, ut aduenientem Meßiam digne excipiat, & suis ornamentis sit ornata. Taxantur interim pseudoprophetæ.

Pœnitentia opus perpetuum & magnæ molis, nihil otij relinquit ciuibus cœlestis regni.

Sub sabbato uniuersus cultus dei comprehenditur, sub alio membro charitas proximi uniuersa.

[a] Bbr. Filius alienigenæ.

Duas species ponit, sub quibus omnes consolatur, qui sibi aditum ad deum interclusum causari possunt.

A SIc dicit DOMINVS, Custodite iudiciũ, et facite iustitiam, quia properat salus mea ad ueniendum, & iustitia mea ut reueletur. Beatus homo qui fecerit hoc, & filius hominis qui hoc apprehenderit, custodiens scilicet sabbatum, ne prophanet illud: & custodiens manum suam, ne faciat quidquam mali. Ne dicat [a] alienigena, qui DOMINO adhæsurus erat, hoc modo, Omnino separauit me DOMINVS à B populo suo: neq; dicat eunuchus, En ego lignum aridum. Quia sic dicit DOMINVS eunuchis (qui custodiunt sabbata mea, & eligunt quæ mihi placent, atque firmiter tenent fœdus meum,) dabo eis in domo mea, & intra muros meos & partem & nomen melius quàm filiorum & filiarum: nomen inquam sempiternum dabo huiusmodi, quod nunquam abolebitur. Porrò alienigenis, (qui DOMINO cupiunt C adhærere ut seruiant ei, & diligant nomen DOMINI, ut sint serui eius: quicunq; custodierit sabbatum ne prophanet illud, & firmiter tenuerit fœdus meum,) hos inquam adducam ad montem meum sanctum, & exhilarabo eos in æde mea oratoria, holocausta & sacrificia eorum accepta erunt in ara mea, quoniam † ædes mea ædes orationis uocabitur cunctis populis. Dicit DOMINVS deus qui profugos Israelis colli- D git, Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Omnes bestiæ agri uenite ut comedatis, uniuersæ bestiæ saltus. [b] Speculatores eius omnes cæci sunt omnes sunt ignari, † canes muti, latrare non possunt, [c] torpent, iacent, somno indulgent. Et canes illi uehementer [d] auidi saturari non possunt. Et pastores ipsi nihil norunt intelligere, quisque uiam suam spectat, quisq; à termino suo ad emolumentum suum [propensus est.] † Venite [aiunt,] uinũ adferam, ut [e] perpotemus ad ebrietatem usq;, atq; adeo sicut hodie, ita & cras, imò longe amplius.

Sap. 1. a

Matt 21. b Marc. 11. c Luc. 19. g

Inuehit in antistites religionis. Ierem. 6. e

Sap. 2. b Imitatur propheta uoces prgedum temulentorum.

[b] Vel, Episcopi, præsides.

[c] Vel, dormituriunt.

[d] Bbr. Fortes anima.

[e] Vel, bibemus siceram.

CAPVT LVII.

Quandoquidem corrupti sunt proceres ecclesiæ, fit ut multi pij interim pereant: hoc non ita offendat pios, quo minus domino hæreant, & ad eum toto pectore conuertantur: impij enim suam increpationem et pœnam, pij sua gaudia laudes & præmia sunt habituri.

A IVstus perit, neq; quisquam hoc corde reponit: homines benefici tolluntur, & nemo expendit: tollitur [a] autem ante malum iustus, uenit pax, [b] requiescũt in [c] cubilibus suis, præcedit q; [d] ante illum. Et uos huc accedite filij ueneficæ, semen adulteri & fornicariæ. Qua re uos oblectatis? contra quem dilatastis os, & linguas exeruistis? An nõ uos filij estis perfidi, & semen mendax? Incalescitis apud quercus sub omni ligno frondoso, iugulantes liberos in uallibus subtus in cauernis petra- B rum. In [e] læuibus torrentis pars tua, illi illi ergo [sint] sors tua: quin & libamen illis fudisti, & munus cibariũ obtulisti, num uero ista æquanimiter ferrem? In montibus excelsis & sublimibus posuisti lectisternia tua, atq; illuc ascendisti ut mactares uictimam. Post ostium & postes reliquisti monimentum tuum, quoniã præter me renudasti, ascendisti & dilatasti lectũ tuum, & [fœdus] tibi pepigisti, [cum quibusdam] ex eis,

Taxat idololatriam populi.

[a] Quidam legunt, Tollitur iustus ante malum, ut malus ille possit uiuere in pace, & quiescere in cubili suo, uiuereq; pro sua libidine.

[a] Alij legunt, propter malũ seu malitiam tollitur, quia increpat illam.

[b] Ebr. Collecti sunt: colligendi autem uerbum pro moriendi, aut sepeliendi.

[c] Cubilia pro sepulchris, ut Psal. 149.

[d] Præcedit eũ, pax scilicet: alij uadens coram deo.

[e] Alij legunt, in partibus torrentis aut uallis: alij, in diuisionibus.

[f] Alij dicunt, alij quàm mihi.

Digitized by Google

Sex eis, dilexisti lectos eorum ubicunque uideres. Recta quoque ungento
& uarijs pigmentis tuis delibuta ad regem abijsti, legatos tuos in lon-
ginquum amandasti, & decidisti ad inferos. Laborasti copia uiarum
tuarum, neque unquam dixisti, [Expecto] ratum est. Vitam manus tuæ C
inuenisti, idcirco non languisti. Quē uero uerita es, aut timuisti? quan
doquidem mihi es mentita, neque recordata es mei, neque in cor tuum re-
uocas. Num me, quod hactenus feci, perpetuò dissimulaturum spe-
ras, ut me nihil metuas? Quin potius iustitiā tuam & opera tua præ-
dicabo, neque proderunt tibi. Quum clamaueris, liberent te [h] collectitij
tui, sed hos omnes abripiet uentus, & tollet uanitas: qui autem in me
sperat, is terram hæreditate accipiet, & montem sanctum meum possi-
debit. Et [i] dicet, Munite munite uiam, complanate iter, tollite offendi-
culum è uia populi mei. Quia sic dicit excelsus & sublimis, inhabitans D
æternitatem, & cuius nomen sanctum est. Ego simul excelsum & san-
ctum inhabito, & cum contrito & submisso spiritu, ut uiuificem spiri-
tum submissorū, & ut uiuificem cor contritorum. Non enim in per-
petuum iurgor, neque in æternum irascor, quia spiritus ante faciem
meam deficiet, & flatus ego feci. Propter iniquitatē auaritiæ eius ira-
scor, percutio eum, [f] auersor & indignor, & quum abit oberrans in uia
cordis sui. At [rursum] uias eius contemplatus, sano ipsum, reduco
eum, reddo ei consolationes, & his qui lugent ipsum. Creo fructum
labiorum, pacem pacem his qui procul, & his qui prope sunt, dicit DO
MINVS, & sanabo eum. Impij autem Euripi instar fremunt, qui nescit
quiescere cum aquæ eius limo & luto turbantur. Non est pax impijs,
dicit deus meus.

Post cōmi- nationē iterum læta promittit fidelibus.

Supr. 48. d

g Alij legunt, & ex eis scilicet dijs excidisti tibi quosdam, sculpendo idola.

h Dij, scilicet quos tibi collegisti, quos asciuisti.

i Dicet, scilicet dominus: uel impersonaliter, dicetur.

f Pro auersor alij legūt, abscondo faciem.

CAPVT LVIII.

Armatur & instruitur propheta à deo contra hypocritas, qui foris sanctitatem & cultum dei simulabant, intus uacui omni religione & timore dei. Reijciuntur opera hypocritarum, qui fidunt sua iustitia, & suis operibus, ueris operibus uacant: ostenditur interim quæ sint uere bona opera, quibus delectetur deus.

CLama ex gutture, ne parcas, exalta instar tubæ uocem tuā, & an- A
nuncia populo meo præuaricationem suam, & domui Iacob pec
cata sua. Etenim me quotidie quærunt, & scire [a] uias meas uolunt, ue
lut gens quæ operetur iustitiam, & iudicium dei sui non derelinquat,
rogant me iudicia iustitiæ, ut deus appropinquet cupiunt. Quare [in-
quiunt] ieiunauimus, & tu non aspicis? adfligimus animas nostras, &
tu ignoras? Ecce in die quo [b] ieiunatis, inuenitis quod uultis, & omnes
labores uestros exigitis. Ecce ad lites & iurgia ieiunatis, & ut percu-
tiatis [d] pugno adiudicatum. Ne ieiunetis ut hodie, ut audiri faciatis in B
excelso uocem uestram. Num † huiusmodi ieiunium est quod ego
elegi, ut [certo] die homo adfligat animam suam, aut retorqueat ca-
put suum tanquam [e] hamum? saccum & puluerem sternat? Num istud
ieiunium & diem DOMINO gratum appellabis? An non [potius]
hoc ieiunium eligo? Aperire [f] nexus [g] addicti [tibi,] soluere fascicu-
los iugi, liberos dimittere oppressos, & ut omne iugum dirumpatis.
An non, ut frangas esurienti panem tuum, adflictos, extorres, egenos
introducas domum? si uideris nudum, ut tegas eum, & à carne tua ne
te abscondas? Tunc erumpet uelut aurora lux tua, & diuturnitas tua C
protinus germinabit, iustitia anteibit faciem tuam, & gloria DOMI-
NI colliget te. Tunc inuocabis, & DOMINVS exaudiet: clamabis,
& dicet, En me tibi: si abstuleris de medio tui iugum, exerere digitum,

Imitatur uoces hypocritarū, qui sua opera nimis euehunt. Respondet dominus.

Zach. 7. b

Verum ieiuniū & deo gratum.

a Ebr. Et scientiam uiarum mearum uolunt.

b Zom Ebraica uox latius patet quam ieiunij: comprehendit enim omne illud quo corpus castigatur, contrarium ei, quod est indulgere genio.

c Azab labor est, ponitur autem hic pro facultatibus quæ ex labore adquiruntur.

d Pugno percutere, genus est pro omni iniuria & uiolentia, aut immani tractatione, qua utuntur creditores in debitores sibi adiudicatos & iure condemnatos.

e Pro hamo, alij iuncum interpretantur.

f Alij legunt, nexus uiolentorum contractuum: alij, syngraphas.

g Ebr. Impietatis.

Digitized by Google

& loqui uanitatē. Si ꝓtuleris esurienti animā tuā, & animā afflictā satia ueris, iā oriet in tenebris lux tua, te erit caligo tua sicut meridies. Et dedu
D cet te DOMINVS semper, & saturam reddet in siccitatibus animam tu am, & ossa tua saginabit, & eris ut hortus irriguus, & sicut scaturigo aquarum, cuius aquæ nunquam fallunt. Et ædificabūnt de te sempiternas solitudines, fundamēta sæculorū excitabis: uocaberis quoq; rupturę reparator, reductor semitarum, ad [secure] habitandum. Si auerteris pedem tuum sabbato, quo minus facias tuam uoluntatem in die meo sancto, tum uocabis ad sabbatum delicatum, ut sanctificetur & honoretur DOMINVS: si inquam honoraueris ipsum ita, ut neq; uias tuas feceris, neq; uoluntatem tuam inueneris, neq; uerbum [tuum] loquaris, iam delectaberis in DOMINO. Et ego ueham te super excelsa terræ, & nutriam te hæreditate Iacob patris tui. Quia os DOMINI loquutum est.

Ezec. 18.b
Math. 25.c

Mutatur subito persona, ut loquatur dominus.

CAPVT LIX.

Hypocritis respondet, qui questi erant se non exauditos, indicat causas cur eorum preces non exaudierit.

A ECce manus DOMINI †non est mutila, quo minus seruare possit, neq; adgrauata auris eius, ut non exaudiat, sed iniquitates uestræ diuellunt inter uos & inter deum uestrum, et peccata uestra abscondunt uultum [eius] à uobis, ne exaudiat. Manus enim uestræ †pollutæ sunt sanguine, et digiti uestri iniquitate: labia uestra loquuntur mendacium, & lingua uestra peruersitatem concinnat. Nemo est qui uocet in iustitia, nemo iudicatur ex fide ac ueritate, confidere rebus uanis, & loqui uana, †concipere laborem, & parturire uanitatem. Oua reguli excludunt, & araneæ telas texunt. Qui de ouis eorum ederit, morietur: si uero quis [a] conculcauerit, excludetur uipera. E telis eorum non confit uestis, ut operibus suis sese tegant: opera enim eorum opera sunt uana, & opus
B uiolentiæ in manibus eorum. Pedes †ipsorum ad malum currunt, & properant ad effundendum innocentem sanguinem, cogitationes eorum cogitationes sunt uanæ, uastitas & contritio in uijs eorum. Viam pacis non cognoscunt, neq; est iudicium in gressibus eorum, semitas suas sic sibi deprauant, ut omnis qui per eas transit, nesciat pacem. Idcirco longe exulat à nobis iudicium, ut iustitia ad nos non possit pertingere. Expectabamus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, in caligine uersamur. Palpabamus sicut cæci ad parietem, & contrectabamus ut qui non habet oculos. Impingebamus meridie tanquam in crepusculo, in locis neglectis ac sordidis ut mortui. Fremebamus omnes ut ursi, & sicut columbæ incessanter gemebamus: expectabamus iudicium, at
C nusquam erat: salutem, & longe abstitit à nobis. Quia multiplicatæ sunt præuaricationes nostræ coram te, & peccata nostra respondent nobis: nam præuaricationes nostræ super nos sunt, & iniquitates nostras agnoscimus, [uidelicet,] præuaricari & mentiri aduersus DOMINVM, deficere post tergum à deo nostro, loqui calumniam & defectionem, *eiaculari & concinnare ex corde falsos sermones. Iudicium retro actum est, & iustitia à longe stat, quia cōcidit in plateis ueritas, & æquitas nequit prodire. Factū est, ut ueritate exulāte, quicūq; à malo recedit prædæ sese exponat. Hæc quum uideret DOMINVS, displicuit in oculis eius quod non esset iudicium: uidit quoq;, (idq; obstupescens & admirans,) quod nemo esset, nemo inquam esset, qui sese [b] opponeret, & [c] salutem præstitit ei brachium suum, & iustitia sua fulciuit eum.

Induit

Num. 11.c
Supra 50.a
Supra 1.d
Hæc sunt in tribunalibus & foris.
Iob. 15.d
Prouer. 1.b
Rom. 3.c

a Alij legunt, hasure uentilatū.

Ostendit propheta iusto dei iudicio eos non exaudiri, quum sint sceleratissimi: connumerat autem & se propheta ordini sceleratorum per cōmunicationē.

* Pro eiaculari alij concipere legunt.
b Maphgia qui faciat occurrere, qui uel sceleribus obstet, uel preces ad deum iratum fundat, & intercedat inter deū iratum & consceleratos.
Hypotyposis irati dei.
c Id est, satis uirium habet in se, nullius opis externæ indigus.

Digitized by Google

Ephes. 6.c 1.Theſ.5.b Induit iuſtitiam tanquam loricam, & galeam ſalutis capiti ſuo [impo- D
ſuit:] ultionem induit tanquã ueſtem, & indignatione amictus eſt uice
pallij, ac omnino talis erat feruor, qualis eſſe ſolet, quũ redditur et repen
ditur hoſtibus ſuis & inimicis ſuis, ut uiciſſitudinem redderet inſulis.
Timebunt ergo ab Occidente nomen DOMINI, & ab ortu ſolis maie
ſtatem eius, quoniã ueniet ſicut fluuius hoſtilis, quẽ uentus DOMINI
Hic læta annunciantur ad conſolationem piorum. impellit. Porrò †ipſi Zioni, & eis qui de Iacob à perfida trãſgreſſione
reſipuerint, ueniet redemptor, dicit DOMINVS. Ego enim (ait DO-
MINVS) hoc fœdus meũ cum eis [pangam,] ſpiritus meus qui ſuper
Rom.11.d te eſt, & uerba mea quæ inſerui ori tuo, nunquam excident de ore tuo,
neq; de ore ſeminis tui, neq; de ore nepotum ac pronepotum tuorum,
dicit DOMINVS, porrò in ſempiternum.

CAPVT LX.

Rurſum, quoniam redemptor uenit, alloquitur Hieroſolymam, ut uenienti cum decore occurrant. Deſcribitur ornatus & magnificentia eccleſiæ.

SVrge [igitur,] lucida eſto, quoniam uenit lux tua, & gloria DOMI A
NI ſuper te oritur. Ecce enim tenebræ operient terram, & caligo
populos, ſuper te autẽ orietur DOMINVS, & gloria eius ſuper te appa
rebit. Venientq; gentes ad lucem tuam, & reges ad ſplendorẽ tibi ex-
orientem. Attolle oculos tuos per circuitũ, & uide, omnes iſti congre-
Sup.49.e gantur uenientes tibi. †Filij tui de longinquo uenient, & filiæ tuæ ad
latus fouebũtur. Tum uidebis & afflues, obſtupeſcet & latum erit cor
tuum, q; [a]copia maris ad te conuerſa fuerit, & uenerint ad te opes gen-
tium. Abundãtia camelorũ obruet te, & dromedarij Madian & Epha.
Omnes de Saba uenient, aurum & thus ferentes, & laudes DOMINO
annunciantes. Omnes oues Cedar congregabuntur tibi, arietes Ne- B
baioth miniſtrabunt tibi, & ſacrificabunt ſuper ara quæ mihi placet, &
domũ magnificentiæ [b]meæ decorabo. Qui ſunt iſti qui ut nubes uo-
lant, & tanquã columbæ ad feneſtras ſuas? Quia inſulæ me expectãt,
& naues [c]marinæ ut ab initio, ut filios tuos de longinquo aduehant,
cumq; ipſis argentum eorum & aurum eorum, ad nomen DOMINI
dei tui, & ad Sanctum Iſraelis, qui te magnificum reddit. Et extruent
filij alieni muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi, quoniã in ira
Apoc.21.g mea percuſſi te, & in beneplacito meo miſertus ſum tui. Portæ tuæ aper
tæ erunt iugiter, nec die nec nocte claudentur, ut adducant ad te opes
gentium, & reges eorum [ad te] ducantur. Porrò gens & regnũ quæ
tibi ſeruire nolint, peribunt, talesq; gentes omnino uaſtabuntur. Glo- C
ria Libani ad te ueniet, abies, pinus & buxus pariter, ad ornandum lo-
cum ſanctuarij mei, & ut glorioſe prædicem locum pedum meorum.
Venient autem ad te incurui filij qui te adflixerũt, & procident ad plan
tas pedum tuorum quicunq; te blaſphemauerũt, & uocabunt te ciuita-
tem DOMINI, Zion ſancti Iſraelis. Pro eo q; fuiſti derelicta & exo-
ſa, ut nemo [per te] tranſiret, claram te reddam in perpetuũ, & lætam in
omnem poſteritatẽ. Et ſuges lac gentiũ, atq; mammam regum ſuges,
ac ſcies q; ego ſum DOMINVS ſeruator tuus & redemptor tuus, fortis
ipſius Iacob. Pro ære adducam aurum, & pro ferro adferam argentũ:
pro lignis æs, & pro lapide ferrum. Præfectos tuos cõſtituã pacem,
& exactores tuos iuſtitiam. Rapina nõ audietur ultra in regione tua, D
neq; uaſtitas & conquaſſatio in finibus tuis, & uocabis ſalutem muros
Apoc.21.g 22.a tuos, & portas tuas laudem. Sol non erit tibi ultra in lucem diurnam,
& ſplendor lunæ non lucebit tibi, ſed DOMINVS erit tibi lux perpe-

a Heil & ter[illegible] hominum copiam ſignifi[illegible] poteſt.
b Vel, in domo gloriæ meæ quã decoraui.
c Alij legunt, naues Tharſis.

Digitized by Google

tua, & deus tuus claritas tua. Non occidet ultra sol tuus, nec abscon-
detur luna tua, quoniam DOMINVS erit sempiterna lux tua, & dies
luctus tui compensabuntur. Populus tuus uniuersus iustus erit, in
perpetuum possidebunt terram, flos plantationis ipsius opus manuum
mearum ad gloriandum. Paruus sobolescet in mille, & exiguus in
gentem robustam. Ego DOMINVS accelerabo istud tempore suo.

CAPVT LXI.

Describitur Christus iam iam aduenie ns qualis sit.

A SPiritus DOMINI dei super me est, eo quod unxit me DOMINVS, & misit me, ut læta nunciem mansuetis, ut obligē uulnera corde contritorū, ut proclamem captiuis libertatē, uinctis apertionem, & [[a]cæcis] uisum, ut proclamarem annum beneplaciti DOMINI, & diem ultionis dei nostri, & ut consolarer omnes qui lugēt, ut darem denique his qui in Zion lugent, darem inquam eis ornamentū pro cinere, oleum lętitiæ pro luctu, stolam laudis pro spiritu mœsto, & ut uocarem eos [b] arbores
B iustitiæ, plantationem DOMINI ad glorificandum. Et ædificabunt desolationes perpetuas, priscas solitudines erigant, urbesque uastatas reficiant, solitudines multorū sæculorū. Et stabunt alieni, & gregem uestrum pascent, & extranei erūt agricolæ uestri, & uinitores uestri. Vos autem sacerdotes DOMINI uocabimini, & ministri dei nostri dicetur
C uobis, [c]opes gentiū comedetis, & in gloria eorū oblectabitis uosipsos. Pro confusione uestra [d] duplex [erit præmium,] & pro ignominia uestra iubilabunt de portione sua, propterea in terra sua duplicia possidebunt, & sempiternū gaudium erit eis. Quia ego DOMINVS amans iudicij odio, rapinam in holocausto, & [e] reddam opus eorum firmum, & fœdus sempiternum feriam cum eis. Et cognoscetur inter gentes semen eorum, & germina eorum in medio populorū: omnes qui uiderint
D eos, cognoscent quod semen sint cui benedixit DOMINVS. Gaudēs gaudebo in DOMINO, exultabit anima mea in deo meo, quoniā induit me uestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me, tanquam [f]sponsum sacerdotali more ornabit magnificētia, & ut sponsam ornatam [g]monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus satiua sua germinat, sic DOMINVS deus germinare faciet iustitiam & laudem coram uniuersis gentibus.

CAP. LXII.

Perstat deus in eodem argumento, & pollicetur ecclesiæ, quæ superius cœperat.

A PRopter Zionem non tacebo, & propter Ierusalē non uacabo, donec prodeat ut splendor iustitia eius, et salus eius ut lampas ardeat. Et uidebunt gentes iustitiam tuam, & omnes reges gloriam tuam, & uocabitur tibi nomen nouum, quod os DOMINI denunciabit. Et eris corona magnificentiæ in manu DOMINI, & diadema regni in
B manu dei tui. Non dicetur tibi ultra, Derelicta: neque terræ tuæ dicetur ultra, Desolata, sed uocabunt te Hebziba, & terrā tuam Beula, quia DOMINVS propensus est tibi, & terra tua marito iuncta erit. [Sicut] enī adulescens uirginem sibi maritat, [sic] maritabunt tibi filij tui: & sicut sponsus gaudet super sponsa sua, ita gaudebit super te deus tuus. Super muros tuos ô Ierusalem constituam excubitores perpetuò, neque die
C neque nocte tacebunt. [O uos] qui in memoriam reuocatis DOMINVM, nullo pacto sileatis, ne detis ei silentium, donec reparet, & donec ponat Ierusalem laudē in terra. Iurauit DOMINVS per dexterā suam,
&

Luc. 4.

[a] Cæcis apposui ex Luca & æditione Septuaginta, & uidetur aliquando ita fuisse etiam Ebræis, utcunque factum sit quod pekah & koah coierint.
[b] Alij legunt, arietes: alij, fortes iustitiæ.

[c] Alij dicunt, robur gentium.
[d] Alij, duplex ad ignominiam referunt seu confusionem.

[e] Potest etiā legi, & dabo opus eorum in ueritate.

Exultatio ecclesiæ.

[f] Alij legunt, ut sponsus.

[g] Alij legunt, mundo suo.

Azuba derelicta, Hebziba in qua domino complacet, grata: Schemama desolata, Beula quæ maritum habet, nupta.

Promittit defensorē se ecclesiæ suam.
Apostropha ad antistites religionis, ut inuigilent, ut annuncient dominū nec sileant.

Digitized by Google

& per [a]brachium roboris suis, Non dabo ultra frumentum tuum in ci
bum hostibus tuis, nec bibent alieni mustum tuum pro quo tu sudasti,
sed qui illud colligunt, etiam comedent, & laudabunt DOMINVM: &
qui hoc congregant, etiā bibent ipsum in atrijs sanctuarij mei. Tran- D
site transite in portis, complanate uiam populo, munite munite iter, atq;
à saxis repurgate, erigite signū ad populos. Ecce DOMINVS diuul-
Zach. 9 b gat usq; ad fines terræ, †Dicite filiæ Zion, Ecce seruator tuus uenit, ecce
Mat. 21.a merces eius cum eo, & opus eius coram eo. Et uocabunt eos, populū
sanctum, redemptos DOMINI, & tu uocaberis requisita ciuitas, & nō
derelicta.

CAP. LXIII.

Quum essent excitati ad excipiendum saluatorem, & uiæ essent munitæ, introducit Christum aduenientem et triumphantē, debellantemq; hostes suos.

QVis hic est qui uenit de Edom, aspersus uestes de Bozra? Ille tā A
honorifice paludatus, ac tanto robore suo gradiens? *Ego sum
qui loquor in iustitia, et ad seruandū satis diues sum. Cur ergo
rubra est uestis tua, et indumēta tua sicut eius qui calcat in torculari? Tor
cular [inquiet] solus calcaui, et ex populis nemo mihi [adfuit.] Calcaui
igitur eos in furore meo, & cōculcaui eos in æstu meo, sparsusq; est san
guis eorum ad uestem meam, & omnem amictum meum inquinaui.
Quia dies ultionis est in corde meo, & annus quo meos redimam ue-
nit. Circumspiciebam, sed non erat auxiliator: obstupescebam, sed nō B
erat qui fulciret. Et salutem præstitit mihi brachiū meum, æstusq; meus
me fulciebat. Calcaui igitur populos in ira mea, & inebriaui eos fu-
rore meo, ut [a]sanguinem eorū in terram deriuarim. Beneficentias DO
MINI memorabo, laudes [inquam] DOMINI, ueluti super omnibus
quæ nobis donauit DOMINVS, & de innumeris bonis domus Israe-
lis, quæ pro miserationibus suis, & pro immensa bonitate sua largitus
est eis. Et dixit, Vtiq; populus meus erunt isti, & filij qui nequaquam
fallent, factusq; est seruator illorum. In [b] omni adflictione eorum nō
adflictus est, & angelus faciei eius seruauit eos, in dilectione sua & in C
indulgentia sua ipse redemit eos, baiulauit eos, portauit eos omnibus
diebus sæculi. Porrò ipsi quum rebellarent, & exasperarent spiritum
eius sanctum, in hostem conuersus est eis, ut ipse pugnaret contra eos.
Et [c]recordatus est [Israel] retro temporum, [D]Mosis & populi eius, [di-
Exod. 14.c cens,] Vbi est qui fecit eos ascendere de mari cum his qui pascebant gre
gem suum? Vbi est qui dedit in medium eius spiritum suum sanctum?
qui ducebat brachio suo magnifico Mosen, deprehensa dextera eius,
findendo mare ante eos, ut sibi nomen perpetuū compararet. Qui de-
ducebat eos per abyssos, ueluti equum in deserto, quo minus impinge-
rent. Quasi iumentū quod in campo graditur, spiritus DOMINI du-
xit [e]eum, sic inquam duxisti populum tuum [ô deus,] ut faceres tibi no
men magnificū. † Respice igitur de cœlo, & de habitatione sanctuarij
tui & gloriæ tuæ uide: ubi zelus tuus & robur tuū? multitudo uiscerū D
Deut. 26.d tuorū, et misericordiarū tuarū, [quomodo] se erga me continent? Quū
Baruc. 2.d tu sis pater noster, siquidem Abraham nos nō cognoscit, neq; Israel nos
nouit, tu DOMINE pater noster es, redemptor noster, [f]nomē tuum ab
æterno. Cur [g]abduxisti nos DOMINE à uijs tuis? [cur] indurasti cor
nostrum, quo minus timeremus te? Redi [nobiscum in gratiam,] pro-
pter seruos tuos [qui sunt de] tribubus hæreditatis tuæ. *Parum diu
possedit populus tuus sanctus sanctuarium tuum, hostes enim nostri

Laus est & gratiarum actio cum oratione prophetæ.

Incipit recensere beneficia dei. Electio Iudaicæ gentis præ omnibus.

Conuertit, mutata persona, orationē ad deū.

[a] Id est, per robustum suum brachium: uel, per robur brachij sui, id est, per uirtutem suam.

Interrogatio ecclesiæ ex admiratione.

* Responsio seruatoris.

[a] Potest etiam legi, ut robur eorum in terram adfligerem aut deijcerem, est enim robur in sanguine.

In recensione beneficiorum dei, interim permiscet etiam iudicia eius, ut terreantur scelerati.

[b] Lozar uarie exponunt: quidā non passus est eos adfligi: alij, quū populus adfligeretur, fuit & deo adflictio: alij, fuit ei, scilicet populo, petra: uidetur autem sensus esse, In omni adflictione tutatus est eos, ne nimium adfligerentur.

[c] Alij referūt uerbum recordandi ad deum, sed uidetur populus admirari, se non ut olim sentire auxilium dei.

[D] Alij legūt Mose appellatiuū, educens populum suum, id est, quum deus educeret uel extraheret populum suum.

[e] Eum, scilicet populum.

[f] Alij legunt, hoc est nomen tuū ab æterno.

[g] Ebr. Cur fecisti nos errare?

* Verba sunt trāsposita sine detrimento sensus.

Digitized by Google

b Alij legunt, Et nos quidem à sæculo fuimus, illorum autẽ do minus non fuisti, neq; ipsi nomen tuum super se inuocarunt. Sed uidetur dicere, tales se iam esse quales olim ante Abrahamum, dum adhuc gentes erant, nec nomine dei uocati.

cõculcauerũt illud. Facti b sumus ut olim quibus non dominabaris, & super quos non inuocabatur nomen tuum. CAP. LXIIII.

Perstat in oratione superiori capite cœpta, ex affectu prorumpens. Alludit autem ad descensum olim in monte Sinai factum.

A O Si cœlum scindas [ac] descendas, quo montes à facie tua tanquã ab ignis incẽdio colliquescant: ignis inquam, qui ebullit uiolentas aquas, ut innotescat nomen tuum hostibus tuis, & gentes à conspectu tuo contremiscant. [Vtinam inquam] descenderes, [ut a olim] quum faceres terribilia quæ non expectabamus, & à conspectu tuo montes colliquebant. A †sæculo non audierunt, neq; auribus perceperunt, oculus nullus uidit, ô deus, (uno te excepto,) talia quæ fecisti b expectanti 1. Cor. 2. b

Vtinã te præberes populo tuo tam præsentem, ut olim.

a Alij legunt in præterito, ut olim facta.

Docet propheta quid in calamitatibus populus facere debeat, nempe beneficiorum dei præteritorum meminisse, & sese solari certa spe salutis. Deinde & ardenter ac intentissime auxilium dei petere.

b Ebr. Quæ fecerit expectãti se.

c Alij legunt, & facti sumus, alij & sumus.

B te. Occurristi lætanti & facienti iustitiam, atq; his qui in uijs tuis tui memores erant. Ecce autem iratus es quod peccauimus, & in his [peccatis] consenuimus, alioqui salus nobis contigisset. Et c fuimus nos omnes ueluti immundum, & sicut uestis centonum abiectorum omnes iustitiæ nostræ: defluximus nos omnes tanquam folium, & iniquitates nostræ

C tanquam uenti nos tollunt. Et non est qui inuocet nomẽ tuum, aut qui sese incitet, ut te apprehendat, ob hoc uultum tuum à nobis auertisti, & contabescere nos finis in manu iniquitatis nostræ. Nunc igitur ô DOMINE, [quum] tu sis pater noster, nos lutum, tu uero figulus noster, & nos omnes opus manus tuæ simus: ne †irascaris DOMINE ultra modum, neq; uelis perpetuò iniquitatis meminisse: respice quæso, nos omnes populus tuus sumus. Vrbes sanctitatis tuæ redactæ sunt in solitudi- Psal. 78. b

D nem, Zion facta est eremus, & Ierusalem desolata. Aedes nostra sancta, & decus nostrum, ubi te laudarunt patres nostri, igne conflagrauit, & omnia expetibilia nostra redacta sunt in uastationem. Num in his te cõtinebis ô DOMINE? [num] dissimulabis, & tam uehementer nos adfliges? CAPVT LXV.

Respondet deus ad precationem quæ facta est à propheta in persona populi. De repudio Iudæorum, & uocatione gentium.

A Q Væsitus †sum ab his qui non interrogauerunt, inuentus sum ab his qui me nõ quæsierunt: dixi, Ecce ego, ecce ego [adsum] ei genti quæ non uocabatur nomine meo. Expandi manus meas tota die ad populum desertorem, qui a graditur in uia non bona, [nempe] post cogitationes suas, populum [inquam] qui me semper in conspectu meo ad iracundiam prouocat. Sacrificant in hortis, & super b lateres suffitum faciunt, sedent in c sepulchris, & in delubris pernoctãt, edunt carnem suillam, & ius abominandorum [in] uasis eorum [est.] Dicunt, Tibi appropinqua, ne accesseris ad me, quia sanctificaui te. Fumus illi [sunt] in furore meo, ignis ardens semper. Ecce scriptum est coram me, non dissimulabo, sed rependam, rependam inquam in sinum eorum, iniquitates uestras, & iniquitates patrum uestrorum pariter, dicit DOMINVS, qui adoleuerunt in montibus, & in collibus contumelia me adfecerunt, idcirco remetiar pristina facta eorum in sinũ Rom. 10. d

a Ebr. Qui eunt.

b Per lateres fortè aras significat quæ cocto lapide contra legem constructæ erant.

c Alij legunt, in desertis locis. Hieronymus addit, in delubris idolorum.

B eorum. Sic dicit DOMINVS, Quemadmodum quum acinus in botro reperitur quis dicit, Ne perdas eum, quia est in eo benedictio: sic faciam propter seruos meos, ne cunctos perdam. Et producam semen de Iacob & hæredem montium meorum de Iuda, & possidebunt ipsum electi mei, & serui mei habitabunt ibi. Saron erit caula gregis, & uallis Achor ubi accubent boues, populo meo qui quæsiuerunt me. Porrò uos qui relinquitis.

Digitized by Google

relinquitis DOMINVM, & obliuiscimini mōtis sancti mei, ipsi [b]Gad mensam adornantes, & ipsi Meni libamen consecrātes, numerabo uos ad gladium, & ad mactationem uos uniuersi corruetis, eo quod cum †uo carem, non responderetis: & quum loquerer, non audiretis, sed faceretis malum in oculis meis, & quæ ego non uolebam eligeretis. Idcirco sic dixit DOMINVS deus, Ecce serui mei comedent, & uos esurietis: ecce serui mei bibent, uos autem sitietis: ecce serui mei lætabūtur, uos autem erubescetis: ecce serui mei iubilabunt præ iucūditate cordis, uos autem præ dolore cordis clamabitis, [e]& præ conquassatione spiritus ululabitis. Et relinquetis nomen uestrum in [f]execrationem electis meis, interficiet enī te DOMINVS deus, & nomine alio uocabit seruos suos. Qui sibi benedicere uoluerit in terra, benedicet sibi in deo uero: & qui iurauerit, iurabit per deum uerum: in obliuionem enim uenient [g]priores adflictiones, & abscondētur ab oculis meis. Ecce enim ego †creo cœlos nouos, & terram nouam, & ueterum nulla erit mentio, neque in cor uenient, quin potius gaudebunt & exultabunt in sempiternum in his quæ [h]ego creo. Ecce enim ego condam Ierusalem, ut ipsa sit exultatio, & populum eius gaudium, & exultabo in [i]Ierusalem, atque gaudebo in populo meo, neque audietur ultra in ea uox fletus aut uox clamoris. Inde non erit ultra uel infans ætate, uel senex, qui non impleat dies suos, quia puer centum annos natus morietur: & qui peccat centum annos natus, execrabitur. Aedificabunt domos, atque inhabitabunt: plantabūt uineas, atque fructum earum edent. Non ædificabunt, deinde alius inhabitabit: non plantabunt, deinde alius comedet: quin dies populi mei erunt ut dies arboris, & opera manuum eorum durabūt cum electis meis. Non laborabunt incassum, neque parient cum cōturbatione, sunt enim semen benedictorum DOMINI, & germen eorū cum eis. †Futurumque est, ut priusquam inuocent, ego respondeam: & adhuc illis loquentibus, ego exaudiam. Lupus & agnus pascent simul, & leo sicut bos paleam comedet, serpentis autem cibus erit puluis. Non adfligent neque uastabūt in uniuerso monte meo sancto, dicit DOMINVS. CA. LXVI.

[Margin: Infra 66.b; Iere.7.c; Prouer.1.c; (C); Subita permutatio (?); Apoc. 21.a; (D); Psalm.31.b; Supra 11.a]

De uera felicitate piorum, quibus rationibus homo uere deo iūgatur, quis sit uerus cultus dei. Reijciuntur interim omnia quibus pharisæi deum colere & sibi demereri student.

SIc dicit DOMINVS, †Cœlum solium meum est, terra uero scabellum pedum meorum: ubi igitur erit domus ista quam ædificabitis mihi? & ubi locus iste in quo quiescā? Et hæc omnia fecit manus mea, & illa omnia facta sunt, dicit DOMINVS. Ad hunc autē respiciam, ad eum qui est [a]humili & [b]fracto spiritu, & qui ad uerbum meum reuerentia quadā contremiscit. Qui bouem mactat, hominem occidit: qui pecudem cædit, canem iugulat: offerens molam, [offert] suillum sanguinem: qui thuris meminit, rem uanā laudat. Et ista elegerunt isti in uijs suis, & animus eorum istis abominandis rebus delectatus est, unde & ego eligam illusiones eorum, & quæ metuunt adducā super eos, eo quod quū †uocarem, nemo responderet: & quum loquerer, nemo audiret, sed malum designarunt in oculis meis, & elegerunt quæ ego nolui. Audite uerbum DOMINI, qui ad sermonem eius reuerentia quadam contremiscitis, Dixerunt [c]fratres uestri qui uos odio prosequuntur, & qui uos expellunt propter nomen meum, [d]Grauis est DOMINVS. Sed uidebitur in lætitia uestra, quum illi pudefient. Vox [e]tumultus ab urbe,

[Margin: Act.7.f; (A); (B); Prouer.1.c; Iere.7.c; Sup.65.b; (C)]

[b] Gad pro fortuna quidam exponunt, & Meni pro fato, alij aliter, est autem uocum allusio.

Antithesis cum uenusta uocum repetitione, ostendēs quanta sit felicitas eorum qui in ecclesia dei sunt, & quāta infelicitas impiorum.

[e] Conquassatio seu cōtritio cordis hic in malā partem capitur.

[f] Iuramentum pro execratione.

[g] Alij legūt, inimicitiæ priores. Allegorica sunt, significant statum omnem immutari.

[h] Alij legunt, quos ego creo: alij in imperatiuo legunt.

[i] Alij legunt, cum Ierusalem.

[a] Ani uarie exponūt, significat humilem, adflictum, pauperem.

[b] Ebr. ad uerbum, claudum spiritu.

[c] Fratres uestri, id est, qui fratres esse debebant, aut qui se tales simulant.

[d] Alij legunt, Gloriosus sit DOMINVS, prætexentes cupiditatibus suis & hypocrisi gloriam dei. At nos de ijs intelligimus, qui ex uerbo dei castigari se non ferunt.

Exhortatio & consolatio ad pios, ostēdit enim quid illis ferendum hic à malis, apparebit aūt aliquando qui sint.

[e] Alij, uox uastitatis.

Digitized by Google

uox de templo, uox DOMINI [auditur] retribuentis hostibus suis ta-
lionem. Priusquam parturiet, peperit: & antequã ueniret dolor illius,
enixa est marem. Quis audiuit tale? aut quis uidit huic simile? Num ter
ra cõdita est uno die? Num gens nascitur semel? quia parturiuit simulq;
genuit Zion filios suos. Num ego contererem, & non facerem parere,
dicit DOMINVS? Num ego facio parere, & cohibeo, dicit deus tuus?
Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam.

De subita creatione filiorũ in ecclesia, ut supra saepe

D Gaudete cum ea gaudio omnes qui luctu conficimini propter ipsam,
ut scilicet sugatis & satiemini ab ubere consolationum eius, ut exprima
tis & delectationem capiatis à copia gloriæ ipsius. Quoniam sic dicit
DOMINVS, Ecce ego extendo super eam pacem tanquam fluuium,
& tanquam torrentem inundantem gloriam gentium, & sugetis, ad la
tus portabimini, & super genua oblectabimini. Perinde enim atq; ma
ter sua quempiam consolatur, sic ego uos consolabor, & in Ierusalem
consolationem accipietis. Et uidebitis, & gaudebit cor uestrum, & ossa
E uestra ut gramen uirescent, & cognoscetur manus DOMINI apud ser
uos eius, hostibus uero suis indignabitur. Quoniam ecce DOMINVS
[f]in igne ueniet, & quadrigæ eius turbini similes erunt, ad reddendum
cum furore iram suam, & increpationẽ suam in flammis ignis. Quia
in igne & gladio suo [g]iudicabit DOMINVS omnem carnem, &
erunt interfectorum DOMINI multi. Qui se sanctificant, & qui se pu
rificant in hortis post [h]unam in medio, comedentes carnẽ suillam, gli-
rem, & huiusmodi abominanda, simul tollentur, dicit DOMINVS. Et
F ego [scio] opera eorum & cogitationes eorũ, uenitq; [tempus] ut con-
gregem omnes gentes & linguas, tum uenient & uidebunt gloriam
meam. Ponamq; in eis signum, & mittam ex eis qui euaserunt ad gen
tes Tharsis, Pul, & Lud arcu ualentes, & ad Thubal & Iauan, ad insulas
remotas, quæ non audierunt [i]prædicationem meam, neq; uiderũt glo-
riam meam, & prædicabunt gloriam meam inter gentes. Et adferent
omnes fratres uestros ex omnibus gentibus [k]sacrificium DOMINO,
in equis & quadrigis, & lecticis, mulis ac [l]carrucis ad montẽ sanctum
G meum Ierusalem, dicit DOMINVS, quemadmodum adferunt filij Is-
raelis sacrificium cibarium in uasis mundis ad domum DOMINI. Et
de eis sacerdotes quoq; & Leuitas accipiam, dicit DOMINVS. Quo
niam sicut cœli noui & terra noua quæ conditurus sum, stant corã me,
dicit DOMINVS: sic stabit semen uestrũ & nomen uestrum. Et erunt
[m]perpetuæ neomeniæ, & perpetua sabbata: ueniet omnis caro, ut ado-
ret coram me, dicit DOMINVS. Et egredientur & uidebũt cadauera
uirorum qui perfide à me desciuerunt, quoniã uermis eorum non mo-
rietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt fastidio omni carni.

Apoc. 21.

Marc. 9.

[f] Alij, cum igne.

[g] Alij legunt iuxta Ebraicam literam, iudicabitur dominus.

[h] Obscura sunt hæc, dicũt post unam piscinam in medio hortu.

[i] Ebr. Auditum meum.

[k] Alij, donum.

[l] Pro carrucis alij uelocibus animalibus legunt.

[m] Ebr. Erit de nouilunio in nouilunio suo.

Digitized by Google

Ieremias propheta.

Titulus. SERMONES Ieremiæ filij Helkiæ, ex sacerdotibus qui erant in Anathoth in terra Beniamin, facto ad eum sermone DOMINI, temporibus Iosiæ filij Amon regis Iuda, tertiodecimo anno regni eius. Fuit & in diebus Iehoiakim filij Iosiæ regis Iuda, usque dum consummerentur undecim anni Zedekiæ filij Iosiæ regis Iuda, usque ad transmigrationem Ierusalem mense quinto. A

CAPVT I.

Vocationem suam & missionem propheta ostendit, & quid sibi de urbe Hierosolymorum ostensum sit.



FACTVS est sermo DOMINI ad me in hunc modū, Priusquam te formarem in uentre, cognoui te: & antequā prodires de utero, sanctificaui te, & prophetam gentibus constitui te. Tum dicebam ego, Ah DOMINE deus, en non noui loqui, quoniam puer sum. Tum dixit DOMINVS ad me, Ne dicas, Puer sum ego, quia ad omnia ad quæ te mittam, ibis: & quæcunque mandauero tibi, loqueris. Caue metuas uultus eorum, ego enim tecum sum, ut te liberem, ait DOMINVS. Ac simul extendit manū suam DOMINVS, & tetigit os meum, dixitque DOMINVS ad me, Ecce †ego posui uerba mea in os tuum, ecce ego [a]constitui te hodie super gentes & super regna, ut euellas & extirpes, ut perdas & dissipes, ut ædifices & plantes. Factusque est sermo DOMINI ad me in hunc modum, Quid tu uides ô Ieremia? Et dixi, [b]Virgam imminentem [ac uigilantem] uideo ego. Et ait DOMINVS ad me, Recte uidisti, quoniam ego uigilo & [incumbo] uerbo meo, ut illud perficiam. Factus est autē sermo DOMINI ad me secundo, dicens, Quid tu uides? Ollam, inquam, ebullientem uideo, cuius facies est ab Aquilone. Et dicebat ad me DOMINVS, Ab †Aquilone aperietur malum super omnes qui habitant terram. Quoniam ecce ego uocabo omnes regnorum Aquilonis familias, inquit DOMINVS, uenientque, & ponent quisque solium suum in ipso ostio portarum Ierusalem, & in omnibus eius per circuitum muris, & in cunctis urbibus Iuda. Et loquar iudicia mea cum eis super omnibus malis eorum qui me deseruerunt, & suffitum incenderunt dijs alijs, & adorarunt opera manuum suarum. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, ut loquaris ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne paueas à conspectu eorum, ne [c]pauere te faciam à conspectu eorum. Ecce enim ego facio te hodie ciuitatem munitam, columnam ferream, & murum æneum [d]contra omnem terram, contra reges Iuda, contra principes eius, contra sacerdotes, & contra uniuersum populum terræ. Pugnabunt contra te, sed non poterunt te [superare,] ego enim tecum sum ut te liberem, dicit DOMINVS.

B — Infra 18.a — C — Infra 4.b — D

a Ebr. Feci te inspectorem super gētes.

b Alij legunt, baculum amigdalinum. Ebraica uenustā habent uocum allusionem.

c Alij legunt, ne te disperdam corā eis.

d Alij legunt, supra omnem terram.

CAP. II.

Propheta accinctus inuehit in eorum scelera, minatur pœnam, promittit fauorem diuinum resipiscentibus. Ab initio autem recenset diuina beneficia, ut amplificet eorum ingratitudinem.

Exordium. Oratio est criminatoria, durat ad caput usque 7.

FActum est uerbum DOMINI ad me, dicens, Vade & clama in aures Ierusalem in hunc modum, Sic dicit DOMINVS, Recordatus sum tui, bonitatis adolescentiæ tuæ, dilectionis sponsaliorum tuorum, quum sequereris A

Digitized by Google

me in deserto in terra non seminata. Sacrosanctus erat Israel DOMINO, & frugum eius primitiæ: omnes qui deuorassent eum, delinquebant, mala ueniebant super eos, dicit DOMINVS. Audite ergo uerbū DOMINI, cum domus Iacob, tum omnes familiæ domus Israelis. Sic dicit DOMINVS, Quid nam iniquitatis deprehenderunt patres uestri in me, ut tam longe à me recederent, & sectarentur uanitatē, fierentq; uani? Neq; dixerunt, Vbi DOMINVS, qui eduxit nos de terra Aegypti, qui traduxit nos per desertū, per terram uastā & inuiā, per terram siticulosam et umbrā mortis, per terrā per quā nemo transibat, in qua nec homines habitabāt? Quū tamen ego uos introduxerim in terrā cultam ac fertilem, ut fruemini & fructibus & bonis eius. Ingressi aūt contaminastis terram meam, & hæreditatē meam reddidistis abominandam. Sacerdotes non dixerunt, Vbi est DOMINVS: qui legem [a] tenere [deberent,] non cognouerunt me, sed & pastores perfide à me defecerunt. Prophetæ uaticinati sunt in Baal, & abierunt post ea quę iuuando nō sunt. Ob id ego ultra iudicio uobiscū contendere cogor, ait DOMINVS, & cum filijs quoq; filiorum uestrorū disceptabo. Transite enim ad insulas Chitim, & uidete: mittite in Kedar, & considerate diligenter, atq; inspicite, num simile quid factū sit. Num gens ulla mutauerit deos, qui tamen nō sunt dij? populus aūt meus mutauit gloriā suam in eo qui non prodest. Propter hoc obstupescite cœli, exhorrescite, & uehementer exarescite, ait DOMINVS, quoniam duo mala fecit populus meus, me deseruerunt fontē aquarū [b] perennium, ut effoderent sibi puteos, puteos inquā pertusos, qui aquas [cōtinere] non ualent. An seruus est Israel, an familiaris filius? cur ergo prædæ patet? Super ipsum rugiunt leones emittentes uocem suam, & reddunt terrā eorum desolatā, & ciuitates eius exustas ut nemo inhabitet. Sed & filij Noph & Taha Panhes uerticem tuū contundent. An non tu tibi id fecisti? [eo quod] deserueris DOMINVM deum tuū, tunc etiam quū te in uia dirigeret. Nunc quoq; quid [negotij] tibi est in uia Aegypti? [nimirū] ut bibas aquas [c] Schihor? Aut quid rei tibi est in uia Assyriorum? [nimirum] ut bibas aquam fluuij? [d] Adflictio tua te erudiet, & auersiones tuæ te arguent, ut cognoscas & intelligas, quā sit malum & amarum, quod deserueris DOMINVM deum tuum, & quod timor meus non fuerit apud te, dicit DOMINVS deus exercituum. Etenim à sæculo confregi iugū tuum, & dirupi uincula tua, tu aūt dixisti, [e] Non transibo, quandoquidē super †omnem collem sublimē, & sub omni ligno frondoso discurris ô meretrix. Ego aūt te plantaueram, ut esses nobilissima uitis, & totum fidele [f] seminariū, quomodo mutata es mihi ut sis [g] uinea degener & aliena? Etiam si laueris te nitro, & multū smigmatis tibi adhibueris, altius tamen impressa est iniquitas tua corā me, ait DOMINVS deus. Quomodo ergo dicis? Non sum cōtaminata, neq; post Baalim abij? Inspice uiam tuā, in ualle cognosce quid feceris. Camelopardali ueloci, quæ circūcursitat uias suas, [similis est,] sed & [h] Onagro desertis asueto, qui pro appetitu animi sui destinato suo tempore anhelitū haurit, quis reducet eum? Omnes qui eum quærunt, non fessi erūt, in mense suo inuenient eum. Prohibe pedem à nuditate, & guttur tuum à siti. *Tu uero dicis, Expectoratū est: minime, quia alienos amo, & post illos abibo. Quemadmodū pudefit fur quum deprehenditur, sic pudefacta est domus Israel, ipsi, reges eorū, principes eorum, sacerdotes eorū & prophetæ eorum. Dicunt ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me genuisti. Quia aduerterunt mihi ceruicem, & non facies, & in tempore adflictionis suæ dicent, Surge, & serua nos. Et ubi sunt dij tui quos tibi fecisti? surgant, si seruent te in tempore adflictionis tuæ. Etenim iuxta numerū urbium tuarum fuerunt dij tui ô Iuda. Cur †contenditis mecū, dicit DOMINVS, quū omnes uos præuaricati sitis in me? Frustra percussi filios uestros, disciplinā non recipiunt. Gladius uester deuorauit prophetas uestros,

Marginal letters: B, C, D, E, F.

Right margin: Occupatio; Infra 3.b; Matt. 21.; Esa. 5.a; Infra 11.c

a Alij legunt, qui legem præhendūt, seu captiuam tenent.

b Ebr. Viuentium.

c Schihor Nilū: fluuium Euphratem intelligunt.

d Alij legunt, Malitia tua te castigabit.

e Vel, non transgrediar, ut uolunt alij.

f Seminariū fidele uel uerū, hoc est, genuinū, germanum, uel seminarium ueritatis.

g Sure reiectiles palmites.

Mutatur persona propter similitudinem: nisi malis legere, similis es tu ô Iuda. Aptetur deinde similitudo.

h De fœmina onagri loqui uidetur, in genere epicœno posui, sub articulo masculino.

*Sic dicunt propudiosæ mulieres, qui fronte posita, admonitionem nullam admittunt: frustra admones, inquiunt, dēspōdi animum, non faciam quæ mones, &c.

stros, sicut leo uastans. O [i]sæculū, uidete uos uerbum DOMINI, num solitudo G
factus sum Israeli, aut terra caliginosa? Cur ergo dicit populus meus, [k]Defeci-
mus, nec ultra accedemus ad te? Num obliuiscitur uirgo ornamēti sui? aut spon-
sa fasciæ suæ? Populus aūt meus oblitus est mei diebus innumeris. Cur bonā fa
cis uiam tuam, ut ambias dilectionē? ob hoc [l]etiā docebo uias tuas malas [esse.]
Quin & sub alis tuis inuenitur sanguis animarum pauperum innocentiū, quos
non in foraminibus inuenisti, sed in his omnibus. Et dicis, Innocens sum, dunta
xat recedat furor eius à me. Ecce ego iudico te, eo quod dicis, Non peccaui. Et quid
tam crebro discurris, ut iteres uiam tuam? Ab Aegypto etiam confunderis, perin
dé atque confusa es ab Assyrio. Hinc etiam demigrabis, manibus tuis super caput
tuum [complicatis,] quia spreuit DOMINVS præsidia tua, neque tibi cum eis pro
spere cedet.

[i] Vel, O generatio.
[k] Alij legunt, dominamur.
[l] Alij legūt, ob hoc etiā doces malas esse uias tuas, sed est li madethi, non tha.

CAP. III.

Taxatis sceleribus ad pœnitentiam & conuersionem hortatur, amplificans misericordiam dei.

Deut. 24.
Aiunt, Si quis uxorē suam repudiat, illa autē abiens ab eo, alteri uiro nubit, A
num reuertetur ad eam ultra? An [a]non fallendo fallet terra illa? Tu autem
scortata es cum amatoribus multis, attamen reuertere ad me, dicit DOMINVS.
Attolle oculos tuos in uertices, & uide sicubi non sis subagitata, iuxta uias sedisti
illis instar Arabis in deserto, & [b]effecisti ut falleret terra ob fornicationes tuas, &
ob tuam malitiā. Hinc prohibentur pluuiæ, & non fuit serotinus imber. Frons
mulieris meretricis facta est tibi, renuisti erubescere. An nō uel posthac ad me cla
mabis, Pater meus es tu, & dux adolescentiæ meæ? Num perpetuò [iniuriarum] B
memor erit? num in finem usque obseruans? At tu loquuta es, & designasti mala,
Metonymia.
& potuisti. Dixitque DOMINVS ad me temporibus Iosiæ regis, An †non uidisti
supra 2. d
quid fecerit [c]auersio Israel? quæ abijt super omnem montē excelsum, & sub om-
nem arborē frondosam, & scortata est isthic. Quumque ista omnia fecisset, dixi, Re
uertere ad me, sed non est reuersa: hoc uidit præuaricatrix soror eius Iuda, [uide-
licet] quod ego uiderem, quòdque ob omnes illas causas quod adulteria cōmisisset auersio il-
la Israel, dimisissem eam, atque libellos repudij dedissem ei, non tamen est reuerita C
præuaricatrix Iuda soror eius, quin abijt & ipsa quoque scortata est. Factumque est,
ut ob lubricitatē scortationis eius terra [d]pollueretur, adulteriū enim cōmisit cum
lapide & ligno. Sed neque perfida ista soror eius Iuda post hæc omnia reuersa est
ad me in toto corde suo, sed falsò, ait DOMINVS. Item dixit ad me DOMINVS,
[e]Auersio Israel [f]iustificat animā suam plus quam præuaricatrix Iuda. Vade igitur &
exclama sermones istos uersus Aquilonē, & dicito, *Reuertere tu auersatrix Isra-
el, ait DOMINVS, non conijciā uultus meos cōtra uos, quia beneficus sum, ait D
DOMINVS, nec obseruo [iram] perpetuò, modo agnoscas iniquitatē tuam, quod
in DOMINVM deū tuū præuaricata es, & dispersris uias tuas alienis sub omni
ligno frondoso, quòdque uocem meam nō audieris, dicit DOMINVS. Reuertimini
filij uagi, dicit DOMINVS, [g]& ego connubiū uobiscū conciliabo. Accipiā uos,
unū ex urbe, & duos de cognatione, et inducā uos in Zion. Daboque uobis pasto-
res iuxta cor meū, qui pascant uos peritia & intelligentia. Quūque multi fueritis &
creueritis in terra in diebus illis, dicit DOMINVS, non dicent amplius, Arca fœ E
deris DOMINI, neque enim in cor ueniet, neque eius recordabuntur, neque [eam] in
uisent, nec [h]fiet ultra. Eodem tempore uocabūt Ierusalem soliū DOMINI, & col
ligentur ad eam omnes gentes ad nomen DOMINI ad Ierusalē, neque sequētur
ultra libidinē cordis sui malam. In diebus istis ibunt qui sunt de domo Iuda ad
[i]domū Israelis, & simul uenient à terra Aquilonis ad terram quam dedi hæredi-
tatem patribus uestris. Et ego dixi, quomodo te in filiorū numero cooptauerim,
& dederim tibi terram expetibilem, [k]hæreditatem ornatissimam, exercitus gen- F

[a] Vel, an non omnino terra ista polluta est?
[b] Alij legūt, & polluta est terra, uel polluisti terram.
Præscribit formulā, quomodo per pœnitentiā ad solū deum adcurrendum.
Taxat quod Iuda exēplo Israelis nō commoueri potuerit.
[c] Auersionē aut perfidiam uocat ipsum Israelem, ut cum hominem scelus dicimus: reliqui ergo propter emphasim.
[d] Vel sic, ob famam scortationis terra falleret.
[e] Hoc est, ipse Israel qui se auertit.
[f] Hoc est, iustior est Israel quam Iuda, habet aliquam excusationem, minusque peccauit.
* Dialogismos est, hoc est, sermocinatio dei reuocātis ad pœnitentiam.
[g] Vel, ego maritus sum uester: uel, ego dominium in uos habui.
[h] Alij legunt, nec sacrificabitur ultra: Ebr. Non facietur: utitur autem facere pro sacrificare, more Latinorum, nonnunquam Ebræi.
[i] Alij legunt, cū domo Israel.
[k] Ebr. Hæreditatem capreæ, id est, decoris.

Digitized by Google

tium, & dixi, Patrem uocabis me, & ne post me diuertas. Veruntamen quemad-
modũ fidem frangit fœmina amatori suo, sic fidem fregistis mihi, ô domus Israel,
dicit DOMINVS. Vox in uerticibus audita est, fletus deprecationum filiorũ Is-
rael, quod deprauauerint uias suas, & obliti sint DOMINI dei sui. Reuertimini filij
uagi, & sanabo auersiones uestras: ecce uenimus tibi, tu enim es DOMINVS
G deus noster. Profecto uanitas ex collibus & multitudine gentiũ, profecto in DO-
MINO deo nostro est salus Israelis. Ignominia deuorauit laborem patrũ nostro-
rum à pueritia nostra, oues eorũ, boues eorũ, filios atque filias eorũ. Nos iacemus
in impudentia nostra, & ignominia nostra operit nos, quia DOMINO deo no-
stro peccauimus, nos & patres nostri à pueritia nostra in hunc usque diem, nec uo-
ci DOMINI dei nostri obediuimus.

Fingit propheta audire se uocem Israelitarum in Assyria pœnitentium & culpam deprecantium. Verba sunt resipiscentium ex animo, & culpã agnoscentium.

CAP. IIII.

Hortatur ad ueram pœnitentiam, ostendit malum uenturum & instans, parent ergo se & emendent uitam.

Hactenus sermocinatio.
a Vel gloriabuntur.
Redit ad exhortationem.

A SI reuerti uoles ô Israel, ad me reuertere: & si amoueris abominationes tuas à
cõspectu meo, non eris extorris. Et iurabis, uiuit DOMINVS, in ueritate, in
iudicio, in iustitia, & benedicent se gentes in eo, atque in eo sese [a] iactabunt. Quo- Osee 10.d
niam sic dicit DOMINVS ad uiros Iuda & Ierusalem, Nouate uobis nouelletã,
neque in spinas seminate. Circuncidimini DOMINO, & auferte præputia cordis
uestri quisque in Iuda & ciues Ierusalẽ, ne egrediatur ut ignis furor meus, & ardeat,
neque sit qui extinguat propter peruersitatem studiorũ uestrorũ. Annunciate in Iu- Supra 1.e
B da, & prædicate in Ierusalẽ, & dicite, Clangite tuba in terra, clamate, implete, &
dicite, Cõgregemini, & ingrediamur urbes munitas, extollite signũ uersus Zion,
intendite neruos, ne stetis, quia ego adduco malũ ab Aquilone, & cladẽ magnã.
Ascendit leo de [b] septo suo, & uastator gentiũ in expeditione est, egressus de loco
suo, ut terram tuam desertam reddat, & urbes tuæ uastentur, ne quisquam inhabi-
tet. Ob hoc accingite uos saccis, plangite & ululate, quoniã non auersus est furor
iræ DOMINI à [c] nobis. Et fiet in die illo, ait DOMINVS, ut concidat cor regis,
C & cor principũ, obstupescant sacerdotes, & prophetæ consternentur. Ego autem
dicebam, Eheu DOMINE deus, profecto tu seducendo seduxisti populũ istum
& ipsam Ierusalem, dicendo, Pax erit uobis: nunc uero gladius ad animã usque pe-
netrat. In tempore illo dicetur populo isti & Ierusalem, Ventus exiccans per uer-
tices [uenit] in deserto uia filiæ populi mei, nõ ad uentilandũ, neque ad repurgan-
dum. Ab [d] his ueniet mihi uentus plenus, tunc ego quoque iudicia loquar cũ illis.
Ecce ascendet sicut nubes, & currus eius procellæ similes erũt, equi aũt eius aqui-
D lis celeriores: uæ nobis, quia uastamur. Ablue à malitia cor tuum, ô Ierusalem,
ut serueris, quousque differs in te cogitationes [e] uanitatis tuæ? Quoniã uox à Dan
annunciat, prædicatque à monte Ephraim [f] uanitatem. Mentionem [horũ] facite
apud gentes, & prædicate in Ierusalẽ, obseruatores ueniunt de terra longinqua,
& edunt uocem suam contra ciuitates Iuda; sicut custodes agrorũ fuerunt contra
eam circunquaque, quia exasperauit me, dicit DOMINVS. Via tua & studia tua fe- Sap. 1.b
cerunt tibi ista: hæc est [g] malitia tua, quæ quandoquidẽ amara est, cor penetrat.
E Viscera mea, uiscera mea doleo, parietes cordis mei, tumultuatur mihi cor meũ:
non tacebo, quia uocem tubæ audiui, ô anima mea, classicũ bellicum. Clades su-
per cladem [h] clamatur, siquidem tota terra uastata est, subito uastata sunt tentoria
mea, & momẽto aulea mea. Quousque uidebo uexillũ? [quousque] audiam uocem
cornu? Quia populus meus stultus est, me non nouerunt, filij insipientes & non
intelligentes sunt: sapientes quidem sunt, ut male agant, ad benefaciendum uero
prorsus ignari. Vidi terram, & ecce inculta erat & uacua: cœlos, & non erat in eis
F lux. Vidi montes, & ecce mouebant, & omnes colles concutiebantur. Inspexi, &
ecce nihil est hominum, & omnes uolucres cœli recesserant. Inspexi, & ecce lo-
cus

b Septum, id est latibulum.
c Alij legunt, ab eo, scilicet deo.
Propheta malũ imminẽs, simulque uiam elabendi permiscet, graphice malum describens. Pulchris autẽ & pluribus allegorijs & similitudinibus omnia tegit, iam leoni, iam uento, iam alijs ualidissimis rebus Nabuchodonosorem comparans, & idem dicit alijs uerbis.
d Posset sic legi, supra hæc, uel plus quàm hæc.
e Vel, uirtutis tuæ, uel luctus tui.
f Potest etiã dici laborem seu pernitiẽ, uel iniquitatem, pro pœna iniquitatis.
g Malitia tua, id est, pœna quam tibi malitia tua conciliasti, metonymia ostendis eos in culpa esse quod sic misere perdãtur.
Affectus prophetæ condolẽtis: imitatur autem uoces eorũ, qui malis ingẽtibus deprehensi sunt.
h Alij legunt nikra, euenit, contingit, calamitas alia aliã excipit, sic amplificat malum.

Respondet dominus uaticinans uenientia mala.
Iterũ reuertitur ad catalogũ malorum.

Digitized by Google

cus pascuus & fertilis desertum erat, & omnes urbes eius dirutę erant à facie DO-
MINI, atq; à facie æstus nasi eius. Quoniā sic dixit DOMINVS, Deserta erit o-
mnis terra, at consummationē non faciam. Idcirco lugebit terra, & cœli superne
obtenebrescent, quoniā eius quod loquutus sum & constitui, non me pœnitebit,
neq; ab eo recedam. A uoce equitis & eius qui arcu ferit, fugit uniuersa ciuitas: in G
gressi sunt nubes, & ad petras ascendūt: omnes urbes desertæ sunt, nec quisquam
in eis habitat. Tu ergo uastata quid factura es? Si te indues coccino, si aureis mo
nilibus ornabis te, si pinges fuco faciem tuam, frustra pulchrā te reddes, spernent
enim te, qui [te hactenus] insane deperierunt, & animā tuam quęrent [haurire.]
Vocem enim ut parturientis audiui, angustiam quemadmodū eius qui primum
puerperium experitur, uocem [scilicet] filiæ Zion magna in [f] animo molientis,
& spargentis manus suas. [f] Væ mihi, quoniam deficit anima mea propter inter-
fectos.

Propheta futura mala ut preterita graphice ob oculos ponit, reuelante ea domino.

[f] Alij legunt, gementis aut suspirantis.
[f] Sic dicentis.

CAP. V.

Per omnes omnium ordines descendens propheta, queritur se paucos inuenire qui tantum malum expendant, & ex animo resipiscant, adeoq; causæ malorū recensentur.

CIrcuite per uicos Ierusalē, & uidete quæso, & cognoscite, & quærite per pla A
teas eius an quenquā inueniatis qui faciat iudiciū, aut quærat [a] ueritatem,
& propitius ero [b] ei. Et si dicant, Viuit DOMINVS, mendaciter tamen iurāt. DO
MINE nonne oculi tui ad fidem [intenti sunt?] Percussisti eos, & non dolue-
runt: tu [c] perfecisti eos, sed noluerunt recipere disciplinam, indurauerunt uultus
suos magis q̃ saxum, noluerunt reuerti. Et ego dixi, Nimirum pauperes sunt isti,
per imprudentiam stulti sunt, quòd non cognouerunt uiam DOMINI, iudiciū dei
sui, ibo mihi ad magnates, & cum eis colloquar, quia isti cognoscunt uiam DO B
MINI, iudicia dei sui. At isti æque omnes iugum contriuerunt, & lora confrege
runt, ideo percutiet eos leo de sylua, lupus solitudinū uastabit eos, pardus incum
bens super ciuitates eorum, omnem isthinc exeuntem discerpet. Quia coaceruа-
runt transgressiones suas, auersiones eorum inualuerunt. Vbi in hac [re] propi-
tius tibi essem? Filij tui deseruerunt me, & [d] iurauerunt per eos qui dij non sunt:
*iureiurando eos adstrinxeram, sed adulteri facti, in domo meretricis sese colle-
gerunt. †Fuerunt equi [e] saginati mane educti, quisq; ad uxorem proximi sui ad- C
hinnit. An super his non uisitarem, ait DOMINVS? & gentem quæ huic similis
est, non ulcisceretur anima mea? Ascendite mœnia eius, & demolimini, at con-
summationem ne faciatis: tollite propagines eius, quia DOMINI nō sunt. Quo
niam præuaricando præuaricati sunt in me domus Israelis, & domus Iuda, dicit
DOMINVS. Negauerunt DOMINVM, & dixerunt, Ipse [f] non est, non eueniet
nobis malum, gladiū & famem non [g] uidebimus. Et prophetæ [h] in uentū erunt,
& qui loquatur non est inter eos, quòd sic eueniat eis. Idcirco sic dicit DOMINVS D
deus exercituum, Eo quòd loquimini sermonem istum, ecce ego reddam uerba mea
in ore tuo ignem, & populū istū ligna, & deuorabit eos. Ecce ego adduco super
uos gentē de longinquo ô domus Israel, dicit DOMINVS, gentem robustā, gen
tem antiquā, gentem cuius linguā ignorabis, nec [i] intelliges quid loquatur. Pha
retra eius ueluti sepulchrū apertum, uniuersi ipsi sunt fortissimi uiri. Et comedet
[ea gens] messem tuam, & panē tuum, comedent filios tuos & filias tuas, come- E
det gregem tuum & armentū tuum, comedet uineam tuam & ficum tuam, [k] excin
det munitas urbes tuas, quibus tu fidebas, gladio. Attamen eo tempore ait DO-
MINVS, non faciam uobiscum consummationem. Quumq; dixeritis, Quam
obrem fecit nobis DOMINVS deus noster hæc omnia? Dices tu ad eos, Quem
admodum dereliquistis me, & seruijstis dijs peregrinis in terra uestra, sic alienis
seruietis in terra non uestra. Nunciate hoc in domo Iaacob, & prædicate in
Iuda, dicendo, Audite quæso hoc populi stulte & excors, quibus oculi sunt,

Ezec. 22. c

Frequēs est heterosis numeri.

Consolatio piorum. Infra 16. b

[a] Emuna fidē & ueritatem significat.
[a] Vel fidem.
[b] Ei refertur ad urbē Ierusalē, nō ad eum qui inuenitur.
[c] Alij legunt, consumasti eos: uel, perdidisti in uniuersum.
[d] Eb. Per non deos, uel in non dijs.
* Alij legunt, satiaui eos.
[e] Alij legunt, equi phalerati kataphracti, alij emissarij. Alludit ad uineam quam dominus plantauit supra 2. & Esaiæ 5.
[f] Non est, deus scilicet, uel sui similis, &c.
[g] Videre pro sentire.
[h] Quidam de ueris pphetis intelligūt, quòd uerba eorum contempta essent: sed uidetur de pseudoprophetis dici, quorum uaticinia in uentum abibant, quum non fieret quod prædixerant.
[i] Ebr. Non audies.
[k] Pro excindet alij legunt, ad paupertatem rediget, uel ad inopiam.

Digitized by Google

sed non uident:aures habent,sed nō audiunt. An me non metuetis,ait DOMI
NVS? an à facie mea non contremiscetis? quū posuerim arenam terminū mari,
idq; perpetuo decreto, ne transgrediatur eum: sæuiunt quidem fluctus eius,sed ni
F hil possunt: tumultuantur,sed non transibunt ipsum. At populo isti fuit cor rebel
le ac contumax,defecerunt & abierunt. Non dixerunt in corde suo, Timebimus
saltē DOMINVM deum nostrū,qui dat nobis imbrem tempestiuū & serotinam
suo tempore,[l]iuramentis statutis messem seruat nobis. [m]Iniquitates uestræ auer
terūt ista, & peccata uestra prohibuerunt bonū à uobis. In populo enim meo im
pij inueniuntur,qui obseruant,ut is qui laqueos ponit, fodiunt [foueas,] in qui
bus homines perdant ac capiant. Vt cors plena auibus,sic domus eorum plenæ
G sunt dolo, ad hunc modum magni fiunt illi & ditescunt, pinguescunt & nitidi
sunt. Sunt etiā qui transgrediuntur malis rebus,Ius non dicunt, nec pupilli cau Isa.1.f
sam,nec pauperum iudicium expediunt, & tamen res eorum prospere cadunt. Zach.7.c
An super his non uisitarem, ait DOMINVS, & gentem huic similem non ulci=
sceretur anima mea? Stupenda & horrenda fiunt in terra, prophetæ uaticinantur
falsò, & sacerdotes applaudunt illis manibus suis, [n]populo autem meo placent
ista. Quid uero [o]tandem facietis?

CAP. VI.

Perstat in proposito, minatur pœnas atrocissimas cōtumacibus, ostendit uiam eluben di, & pœnitentibus gratiam promittit.

A FOrtes estote filij Beniamin de medio Ierusalē, & in Thekoa clangite cornu, Sermo est
& [a]super Bethhakerem leuate signū, quoniam malū prospexit ab Aquilone, dei per pro
& ingens excidium. Speciosæ & delicatæ similem facio filiam Zion, uenient ad phetam.
eam pastores & greges eorū, figent circum eam tentoria sua, idq; circunquaq;, pa
scet quisq; quod manui suæ [commissum est.] [b]Sanctificate contra eam præliū, Sermo dei
surgite, ascendamus in meridie: uæ nobis, quia reflectit dies, & umbræ uesperti adhortātis
næ extendūtur: surgite, noctu ascendamus, & demoliemur palatia eius. Quoniā hostes, &
B sic dicit DOMINVS exercituū, [c]Succidite ligna, & fundite aggerem contra Ieru mox hostis
salem, hæc enim urbs est, de [d]qua ultio capienda est, omnis enim uiolentia in ea sese inciean
est. Quemadmodū puteus euomit aquas suas, sic ista ebullit malitiā suam. Rapi tium.
na & oppressio auditur in ea iugiter in conspectu meo, ægritudo & cædes. [e]Pate Hortatur ut
re ut erudiaris ô Ierusalē, ne forte abscedat anima mea à te, ne te desertā reddam, castigatio
terram non habitatam. Sic enim dicit DOMINVS exercituū, Racemando race nē recipiat.
mabunt reliquias Israelis ut uineam, reduc manum tuam in canistra instar uinde Iterum enu
C miatoris. Quem alloquar aut contestabor, ut audiant? Ecce auris eorum [f]incir merat ma
cuncisa est, ut non possint aduertere, ecce uerbum DOMINI opprobriū illis est, la.
non delectantur illo. Indignatione DOMINI repletus sum, fatigor cōtinendo, Aporia.
effunde super infantes in platea, & super cœtum iuuenū pariter, ut etiam uir cum
muliere capiatur, & senex cum [g]decrepito. Domus quoq; eorū transferentur ad Leuit.26.
alienos, agri pariter cum mulieribus, quoniam extendam manū meam super ha
bitatores huius terræ, dicit DOMINVS. †Quoniam à minimo eorū usq; ad ma Isa.56.d
D ximum eorum quisq; auaritiæ & lucro inhiat, & à propheta usq; ad sacerdotem Infra 8.d
quisq; fraudulenter & perfide agit. Et ipsi quidē cladi filiæ populi mei meden
tur [rebus] [h]leuiculis, dicentes, Pax, pax, quū non sit pax. [i]Pudefacti sunt, qa per
petrarunt scelus abominandū, quin omnino nihil eos pudet, nec erubescere no
uerunt. Propterea inter occumbētes cadent, & in eo articulo quo eos uisitabo cor
ruent, dicit DOMINVS. Sic dicit DOMINVS, Insistite uijs, & circumspicite,
atq; interrogate semitas antiquas, ubi nam illa bona uia sit, in ea incedite, ut inue
E niatis refectionē animabus uestris. Qui dixerunt, Non ibimus. Et constituam Matth.11.d
super uos speculatores, attendite [saltem] ad uocē tubæ. Et dixerunt, Non atten
demus. Idcirco audite gentes, & tu ô concio scito, quid [k]in eos [cōstituerim.] Tu Obtestatio.

quoq;

[l] Quidam hebdomadibus legunt, sed uidetur dicere de iuramento & pacto, de quo Gene. 8. & Leuitici 26.

m Ostendit scelera eorum in causa esse quod puniantur, simulq; tria genera hominum sceleratorum definit, opulentos, iudices ignauos & prophetas ac sacerdotes negligētes & mendaces.

n Ebr. Populus meus diligit sic.

o Vel, quid post hoc facietis?

a Alij legūt, ad Bethhakerem.

b Sanctificare pro decernere, instituere, parare, destinare.

c Alij legunt, Inite consilium: & hæc lectio magis placet, quia ex lignū significat non ezah, nolui autem à recepta lectione discedere.

d Eb. Vrbs uisitata, uel quæ facta est uisitari.

e Eb. Erudire in imperatiuo passiuo.

f Ebr. Præputiata.

g Ebr. Pleno dierū.

h Vel, leuitate quadam aut leuiter, quasi iocus esset aut ludus aliquis, nihil serio agētes in re tam seria.

i Quidā hoc legunt interrogatiue, Pudet ne eos sic abominanda perpetrare? & per subiectionem respondent, omnino non pudet eos, quin erubescere nesciūt. Hieronymus.

k Alij legunt, quid in istis, scilicet consilijs dei.

Digitized by Google

quoque tellus audi, Ecce ego adduco malum super populũ istum, fructum consiliorum suorũ, eo quod uerba mea non attenderunt, nec legem meam, quin eam reprobauerunt. † Ad quid hoc mihi, q adfers thus de Saba, & calamum electũ de terra longinqua? Holocausta uestra non sunt ut placeant, & sacrificia uestra non sunt mihi suauia. Propterea sic dicit DOMINVS, Ecce ego dabo in populum istum offendicula, ut corruant in eis patres cum filijs, æque uicini cum proximis pereant. Sic dicit DOMINVS, Ecce populus uenit de terra aquilonari, & gens magna excitabitur à lateribus terræ. Apprehendẽt arcum & lanceam, sæua est ipsa [gens,] nihil miserentur, uoce sua instar pelagi tumultuatur, equis uehitur, instructa, ut uir ad prælium, contra te ô filia Zion. Audiuimus rumorem eius, remiserunt manus nostræ, angustia & dolor occuparunt nos ut parturientẽ. Ne exeatis in agrum, neque eatis uia [publica,] quia hostilis tum gladius tum pauor undique. Sacco igitur te accinge ô filia populi mei, atque in puluere te prouolue. Luctum unice amati filij tibi sumito, & planctum amarissimum, quoniam repente uastator super nos ueniet. [l] Excoctorem posui te in populo meo, ac locum munitum, ut cognoscas & explores uiam eorum. Apostatæ sunt omnes, apostatæ inquam, [m] incedunt fraudulenter, æs & ferrum, omnes [n] corrupti sunt. Accensum est uas fusoriũ igne, integrum plumbum, frustra conflat excoctor, & mali non sunt expurgati. Argentum reprobum uocabũt eos, quoniam reprobauit eos DOMINVS.

Isa. 1.d — Videtur sermo dei ad prophetã.

[l] Ad uerbũ probatorem dicit Ebræus, quando uero probator Latine uim Ebraicam & allegoriam à re metallica non satis exprimit, dixi excoctorem.
[m] Ebr. Incedentes mercator.
[n] Eb. Corrũpentes: sed uidetur actiuum poni pro passiuo.

CAPVT VII.

Incipit iam alia oratio prophetæ, ferè eiusdem argumenti cum superiori, durans per tria capita: recenset scelera eorum, pœnam minatur, & omnia quibus fidebant è manibus eripit.

VErbum quod factum est ad Ieremiam à DOMINO in hanc sententiam, Sta in porta domus DOMINI, & clama ibi uerbum istud, & dic, Audite uerbũ DOMINI omnis Iuda, qui incedítis per portas istas, ut adoretis DOMINVM. Sic dicit DOMINVS exercituum deus Israelis, Emendate uias uestras & studia uestra, tum efficiam, ut [a] habitetis in loco isto. Nolite fidere uerbis mendacibus, dicendo, Templum DOMINI, templum DOMINI, templum [b] DOMINI sunt. Nam si emendando emendaueritis [c] uias uestras, ac studia uestra, si ius reddideritis inter uirum & proximum eius, si aduenæ, pupillo & uiduæ uim nõ feceritis, si sanguinem innoxium non fuderitis in loco isto, & post deos alios non abieritis uestro malo, [d] efficiam ut habitetis in loco isto, in terra quam dedi patribus uestris, à sæculo in sæculum. Sed ecce uos confiditis [e] uobis in uerbis mendacibus, quæ nihil profutura sunt. Num furando, occidẽdo, adulteria committendo, perfide iurando, suffitum ipsi Baal incendendo, deos alios, quos non nouistis, sequendo, [nihilominus] uenitis, & statis coram me in domo ista, cui nomen meum impositum est, & dicitis, Liberati sumus, etiamsi cuncta hæc abominanda fecimus? Num † spelunca nebulonum facinorosorum facta est domus ista, quæ nomine meo appellatur, in oculis uestris? En ego quoque uidi, dicit DOMINVS. Sed ite quæso ad locum meum qui est in Silo, ubi collocaueram nomen meum antea, & uidete quid fecerim ei propter maliciã populi mei Israel. Nunc ergo quoniã uos fecistis omnia opera ista, dicit DOMINVS, (etiã quum loquerer ad uos, mature surgens, & loquens, sed non audistis: † uocaui, sed non respondistis) faciam † domui, super quam inuocatũ est nomen meum, in quam uos speratis, & loco huic, quẽ dedi uobis & patribus uestris, quemadmodum ipsi † Silo feci. Et eijciam uos à conspectu meo, quemadmodũ eieci omnes fratres uestros, uniuersum semen Ephraim. Et † tu ne oraueris pro populo isto, neque attollas pro illis clamorem & deprecationẽ, neque interuenias apud me, quoniã nequaquam te exaudiã. An tu nõ uides, quid isti faciant in ciuitatibus Iuda, & in pla-

Infra 26.a — Matt. 21. b — Marc. 11. c — Luc. 19. g — Prouer. 1. c — Isa. 65. b. c — 1. Reg. 4. b — Infra 14. b

[a] Alij legunt, habitabo uobiscum.
[b] Alij legunt, hic est: alij, isthic.
[c] Via est institutum, aut genus uiuendi.
[d] Et hic legũt quidã, habitabo uobiscum: alij, efficiã ut maneatis.
[e] Vobis festiuitatis causa appositum nolui demere.

Digitized by Google

ueis Ierusalem? Filij colligunt ligna, & patres incendũt ignem, uxores autẽ farinam aqua conspersam subigunt, ut placentas faciant machinæ cœlorum, dijs alijs libant libamina, ut me ad iram prouocent. Num uero illi me irritant, dicit DOMINVS? an non sese, ut uultus eorũ pudefiant? Idcirco sic dicit DOMINVS deus, Ecce furor meus & æstus meus conflatus est contra locũ istum, super homines & super iumenta, super arbores campi, & super fructus terræ, ardebitq; Infra 44. c

B & nemo [f] extinguet. Sic dicit DOMINVS exercituũ deus Israelis, Holocausta uestra addite uictimis uestris, & comedite carnem, quoniam nihil loquutus sum cum patribus uestris, neq; præcepi eis, eo tempore quo educerem eos de terra Aegypti, de ratione holocausti & sacrificij. Sed hoc uerbum præcepi eis, dicendo, Audite uocem meam, & ero uester deus, uos autem eritis populus meus, & ambulate in omni uia quam præcepi uobis, ut bene sit uobis. Illi autẽ non paruerunt, neq; præbuerũt aurẽ suam, sed ambulauerũt iuxta artes suas, & iuxta libidinem cordis sui mali, factiq; sunt [g] auersi, nõ aduersi. [Id aũt] ab eo die quo egressi

F sunt patres uestri de terra Aegypti, usq; ad hunc diẽ. Ego uero misi ad uos omnes seruos meos prophetas, quotidie mane consurgendo & mittendo. Sed nõ audierunt me, neq; inclinarunt aurem suam, quin potius indurauerũt ceruicem suam, deteriores patribus suis facti. Tu quoq; loqueris ad eos omnes sermones istos, sed non auscultabunt tibi; clamabis ad eos, sed non respondebũt. Dic ergo ad eos, Hæc est gens quæ non audierunt uocem DOMINI dei sui, neq; disciplinam recipit, perijt fides, & excisa est de ore ipsorum. [h] Tonde ergo capillitium tuum, & abijce, attollito lamentationẽ in uertices, quia reprobauit DOMI-

G NVS, & dissipauit [i] generationẽ excandescentiæ suæ. Filij enim Iuda perpetrarunt malum in oculis meis, dicit DOMINVS, posuerunt abominationes suas in domo quæ uocata est nomine meo, ut contaminarent eam. Et ædificauerunt excelsa Tophet, quæ est in ualle filij Hinnom, ut incenderent filios suos & filias suas igni, quod nunquam præceperam, neq; in cor meum ascenderat. Propterea ecce uenient dies, dicit DOMINVS, ut nõ dicatur amplius Tophet & uallis filij Hinnom, sed uallis occisionis, sepelient enim in Tophet, eo quod locus [alius] non sit. Et erit cadauer populi huius esca uolucribus cœli, & bestijs terræ, nec erit qui absterreat. Ego quoq; efficiam ut cesset in urbibus Iuda, & in uicis Ierusalem uox lætitiæ, & uox gaudij, uox sponsi, & uox sponsæ: redigetur enim terra in solitudinem desolatam. Infra 26. c Synchesis. Ezec. 26. c

f Eb. Extinguet neutrum est.

g Ebr. Facti sunt retro, non ante.

h Videntur hæc dicta esse ad populum Iudaicum.

i Hoc est, sæculum illud, quod deum ad iram prouocat: uel, cui iratus est deus.

CAPVT VIII.

Taxat propheta eorum ingratitudinem, reijcit eorum sapientiam, simulq; ad pœnitentiam reuocat.

A IN tempore isto, dicit DOMINVS, proferent ossa regum Iuda, & ossa principum eius, ossa sacerdotum, ossa prophetarum, atq; ossa eorum qui habitant Hierosolymis, è sepulchris suis, exponentq; ea ad solem & lunam, atq; ad omnem exercitum cœlestem, eo quod dilexerint ista, & quod seruierint illis, quod post ea abierint, ea inquisiuerint, quodq; ea adorauerint. Non colligentur, neq; sepelientur, sed uelut stercus erunt in superficie terræ. Omnes autem qui residui erunt ex reliquijs de generatione ista praua, mortem potius eligent quàm uitam, in quibuscunq; tandem locis, in quæ eos impulero, reliqui fuerint, ait DOMI-

B NVS exercituũ. Dices itaq; ad eos, Sic dicit DOMINVS, Num sic cadunt [homines] ut non resurgant? Num sic aliquis deflectit, ut non redeat? Qui fit igitur ut populus iste Hierosolymitanus auertatur auersione tam [a] pertinaci? Pertinaciter dolo hærent, renuunt reuerti. Attendi & audiui, non loquebantur rectum, nemo erat quem pœniteret mali sui, ut diceret, Quid feci? Quisq; illorum ad [b] suum cursum tendit, perinde ac equus in prælium effusus. Equidem ciconia in aere nouit sua stata tempora, [c] turtur, grus & hirundo obseruant tempus

C

a Alij legunt, perpetua auersione.

b Vel, cursu sudans.

c Alij Sis pro hirundine, & agur pro grue legunt.

profe

Digitized by Google

profectionis suæ, at populus meus non cognouit iudicium DOMINI. Quomodo dicitis, Sapientes sumus, & lex DOMINI apud nos est: profecto ecce uane fecit [d]frustraneus stilus scribarum. Pudefacti sunt sapientes, expauerunt & capti sunt. Ecce uerbum DOMINI reprobarunt, quæ ergo illis sapientia reliqua esse poterit? Idcirco uxores D eorum alijs dabo, agros eorum [e]possessoribus [exteris,] à minimo enim usque ad maximum quisque eorum auaritiæ & turpi lucro inhiat, & à prophera usque ad sacerdotem quisque eorum mala fide agit. Et illi quidem conquassationi filiæ populi mei medentur [rebus] leuiculis, dicentes, Pax, pax, quum non sit pax. Pudefacti sunt, quia perpetrarunt scelus abominandum, quin omnino nihil eos pudet, nec erubescere nouerunt. Propterea inter occumbentes cadent, & in eo articulo quo [f]eos uisitabit corruent, dicit DOMINVS. Colligendo [g]colligam eos, dicit DOMINVS, uua non erit in uite, nec ficus in ficu, quin E & folium ipsum defluet, & [h]quæ dederam eis transibunt ab eis. Ad quid sedemus nos? congregamini, & ingrediamur urbes munitas, ut illic taciti simus, quia DOMINVS deus noster compescuit nos, & potum nobis dedit aquam fellitam, quia peccauimus in DOMINVM. [i]Expectamus pacem, at nihil boni: tempus sanationis, & ecce terror. A Dan audietur ronchus equorum eius, à uoce hinnituum fortium F [caballorum] eius mouebit uniuersa terra. Venerunt enim & deuorarunt [k]terram & quicquid in ea est, ciuitatem & qui habitant in ea. Quia ecce immittam in uos serpentes regulos, qui incantari nequeunt, mordebuntque uos, ait DOMINVS. [l]Rictum flendo diduxi propter mœrorem, cor meum in me dolore affectum est. *Ecce uox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua, An DOMINVS non est in Zion? G An uero rex eius in ea non est? Quare ad iracundiam prouocarũt me sculptilibus suis, & [m]uanitatibus exteris? Præterijt messis, finita est æstas, nec nos sumus seruati. Contritus sum propter cladem filiæ populi mei, mœstus sum, stupor me tenet. Num resina nulla est in Galaad? Num medicus non est isthic? Cur ergo non obducitur cicatrix filiæ populi mei?

Isa.56.d
Supra 6.e
Auaritia

Supra 6.

Iterum recẽset mala imminentia.
Infra 14.d

CAPVT IX.

Persequitur propheta querelas superiori capite cœptas, scelera eorum recenset, pœnas intentat, & omnia eis eripit in quæ fidebant.

QVis det [a]ut caput meum aquæ [sint,] & oculus meus uena lachrymæ, ut nocte & die interfectos populi mei defleã? Quis A det me diuersoriũ uiatorum in deserto, ut deserto populo meo, abeã ab eis? Vniuersi enim ipsi adulteri sunt, & cœtus præuaricatorũ, intendunt linguam suam [ueluti] [b]arcum suum mendacem, præualent in terra, sed non ad ueritatem, quoniam de malo ad malum exeunt, nec cognoscunt me, dicit DOMINVS. Cuique à proximo suo [c]cauendum B est, & fratri suo nullus tuto fidit, nam omnis frater supplantando supplantat, & omnis proximus [d]mercator incedit. Quisque proximo suo illudit, & uerum non dicunt, assuefecerunt linguas suas loqui mendacium, peruerse agendo laborant. *[e]Sedere tuum in medio doli [est,] præ dolo renuerunt me agnoscere, dicit DOMINVS. Idcirco sic dicit C DOMINVS exercituũ, Ecce ego excoquam eos, & probabo eos, Quid enim facerem propter filiam populi mei? Lingua eorũ est sagitta acuta, dolum loquitur, ore suo loquitur pacem cum proximo suo, sed intus concinnat insidias suas. An super his non uisitarem eos, dicit DOMI-

Aporia.
Psal. 27.b

[d] Alij legunt, profecto mendaciter egit stilus mendax scribarũ.

[e] Alij legunt, uastatoribus.

Quidam interrogatiue hoc legunt, ut supra dixi.

[f] Ebr. In tempore uisitationis eorum, id est, non quo ipsi uisitant, sed uisitantur.

[g] Alij legunt, consumendo consumam.

[h] Vel, dabo eos ut ipsi transeãt. Videntur esse populi uerba, persona mutata, deprehensus malis sic queritur.

[i] Ebr. Expectando,

[k] Ebr. Terram & plenitudinem eius.

[l] Alij legunt, consolationem accepi: alij, confortaui meipsum in calamitate, licet cor in me doleat.

* Hæc propheta loquitur in persona populi, uoces eius imitatus, & eius affectus exprimẽs. Dominus autem mox respondet, & quæstionem quæstione refellit.

[m] Vel, uanitatibus alieni, scilicet dei.

Iterum queritur propheta calamitatem populi sui, nec id sine ingenti dolore.

[a] Optatiuo quoniam carent Ebræi, circumloquutione utuntur, Quis det quod diceremus nos, O si, utinam, caput meum aqua esset: Ebraice sic, Quis det caput meum aquas, & oculum meum uenã lachrymæ? Nõ optat capiti aquã, sed ut totum caput in aquas uertatur. Pertinent hæc ad exaggerationem mali imminentis.

[b] Alij legunt, intendunt arcum ad mendacium, non ad ueritatem: ut ante gabru sit punctum.

[c] Ebr. Cauento.

[d] Rachil mercator aut negotiator proprie est, capitur pro fraudulento & impostore, quod ferè negotiatores dolis & fraude agunt, & proximi iactura suum negotium conficiunt: potest ergo legi, incedit fraudulenter.

* Dicta sunt à domino ad prophetam querulantem.

[e] Hoc est, sessio & habitatio tua. Vel tu habitas.

NVS, aut gentem huic similem non ulcisceretur anima mea? Propter [f]montes fletum ordiar & eiulatum, & propter [g]amœna loca deserti lamentationem, quoniam exusta sunt, ut nemo [per ea] transeat, nec uox pecoris auditur, tam uolucres cœli quàm iumenta emigrarūt, abierunt. Quin & ipsam Ierusalem in aceruos redigam, & lustra draconū, sed & ciuitates Iuda desertas reddam, ut sint sine habitatore. Qui sapiens est

D intelligit istud, & ad quem os DOMINI loquutū est, annūciabit istud, ob [h]quam [causam] terra ipsa perierit, & exusto deserto similis sit, ut nemo pertranseat. Et dixit DOMINVS, Eo quod deseruerunt legem meam quam proposueram eis, & non audierunt uocem meam, neque ambulauerūt in ea, sed sequuti sunt peruersam libidinē cordis sui, & post [i]Baalim, quos docuerunt eos patres eorū. Propterea sic dicit DOMINVS exercituum deus Israelis, Ecce ego cibabo populum istum absynthio, † potaboque eos aquis fellitis. Dispergam eos in gentes quas nec ipsi,

E nec patres eorū cognouerunt, mittamque post eos gladium, donec consummam eos. Sic dicit DOMINVS exercituū, Prospicite ut uocetis præficas, ut ueniant, & mittite ad mulieres sapientes, ut & istæ ueniāt, ut accelerent, & sumant super nos lugubre carmen, ut defluant oculi nostri lachryma, & palpebræ nostræ stillent aquas. Quoniā uox eiulatus audita est de Zion, Quomodo uastati sumus? quàm misere confusi? quoniam terram reliquimus, & eiecerunt [nos] tabernacula nostra. Sed

F audite uos mulieres uerbum DOMINI, & percipiat auris uestra uerbū oris eius, atque docete filias uestras lugubre carmen, et quæque uicinā suam lamentationē. Quoniā ascendit mors per fenestras nostras, penetrauit in ædes nostras, ad excindendū infantes de uicis, & adulescētes de plateis. Loquere, sic dicit DOMINVS, Cadauer hominis cadet sicut stercus in superficie agri, & sicut fœnū post metentē, quod nemo colligit. Sic dicit

G DOMINVS, Ne glorietur sapiens in sapiētia sua, neque glorietur robustus in robore suo, nec glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur quod intelligat & cognoscat me, quoniā ego sum DOMINVS qui misericordiam, iudicium & iustitiam facio in terra, quapropter & his unice delector, dicit DOMINVS. Ecce dies uenient dicit DOMINVS, ut uisitem omnem circuncisum in [k]præputio, Aegyptium quoque & Iudæum, Idumæum, Ammonitas, & Moabitas, et cunctos qui in extremis oris habitāt in deserto. Omnes enim gentes in circuncisæ sunt, & uniuersa domus Israel incircuncisum habet cor. CAP. X.

Docet unum esse deum uerum, hunc fide, amore, & uitæ innocentia colendum, deos gentium uanos & deorum cultum uanum.

A AVdite sermonē quem loquutus est DOMINVS ad uos, ô domus Israel. Sic dicit DOMINVS, Viā gentiū ne discatis, et à cœli signis ne formidetis, nā gētes ab illis formidāt. *Siquidē ceremoniæ gentiū uanitas sunt, quia arborē quis de sylua excindit, opus manuū artificis ascia [fit.] Auro & argēto ornat [a]ipsum, clauis ac malleis firmāt illud, ne uacillet. Instar palmę rigēt ipsa, et nō loquūtur: portādo portabitur, nec enim incedere possūt. Ne metuatis ab eis, quia nō malefaciūt, quin et benefacere eorū nō est. Reuera ô DOMINE nemo est sicut tu, magnus es tu, et magnum est nomen tuū cum potentia. Quis te nō metuat, ô [b]rex gentiū? quia tibi est decor, quia inter omnes gentiū sapientes, & in omni regno

B eorum nemo est tibi similis. Et hoc uno brutescūt & stulti fiunt, quod disciplina uanitatum lignum est. Argentū ductile de Tharsis affertur, & aurum

---

Margin notes (left):

f Alij legunt, super montes leuabo fletum.

g Neoth etiam casas pastorales potest significare.

h Alij hoc per interrogationem legunt, Cur terra ipsa perijt? ut dominus mox respondeat.

i Pro Baalim quidā deos legūt.

[illegible]

k Alij legunt, circuncisum cum præputiato: alij, circuncisum præputiatum.

Aptata hæc oratio captiuis in Babylone, & his qui adhuc erant in terra Iudaica.

In genere demonstratiuo, habet suasoriam adiunctam.

* Antithesis. Vani sunt dij gentiū, uana religio, uanus cultus: at deus æternus unus est, is solus potens.

a Bb. Ba, supple idola, uel ligna. Frequētes sunt heteroses & Sintheses, quæ pro Latini sermonis ratione molliui.

b Alij sic, Aut quis regum ex gētibus tibi non morem gerat? alij, tuum est regnum: alij, rex gentium ueniet tibi.

Margin notes (right):

Taxat negligētiam sacerdotū.

Infra 23. c

1. Cor. 1. & 2. Cor. 10.

Idem Esa. 40. usque ad 49.

Exordio attentos facit.

Sap. 14.

Ostensa uanitate idolorum, ostēdit dei potentiam & uirtutem.

Apoc. 15.

& [c] aurum purum putum, opus artificis et manibus [paratū,] hyacinthus et purpura indumentū eorum: uniuersa illa opus sunt sapientum. DOMINVS autem deus uerus [est,] deus uiuus, & rex [d] sempiternus. Ab ira eius contremiscit terra, nec [sustinere] possunt gentes indignationē illius. (Sic dicetis eis, Dij qui cœlum & terram non condiderūt, perdentur de terra & de sub cœlis ipsis.) Qui terram condit sua uirtute, sapientia sua orbem disponit, prudentia sua cœlos extendit. Quum ille [e] uocem dat, ingens aquarum uis in aëre [coit,] & eleuat nubes ab extremitate terræ, fulgura in pluuiam uertit, atq; educit uentos de [f] receptaculis suis. Stultus fit omnis homo præ scientia, pudefit omnis conflator à sculptili, nam mendacium est fusile eius, quum non sit in eis spiritus. Vanitas [inquam] sunt, opus errorum, in tempore uisitationis suæ peribunt. Pars Iaacob non est ut istorū, sed is est qui cuncta formauit, & Israel uirga est hæreditatis eius, DOMINVS exercituum est nomen eius. Congrega è terra substantiam tuam, tu quæ habitas in loco munito. Quoniā sic dicit DOMINVS, Ecce funda eiaculabor etiamnum habitatores terrę huius, & angustū faciam eis, ut [g] inueniant. Væ mihi propter rupturam meam, & ego dixi, Plaga mea dolorifica est, profecto hæc infirmitas mea est, & hanc feram. Tentoriū meum uastatū est, & omnes funes mei fracti sunt, filij mei digressi sunt à me, & nusquam sunt, non est qui tendat tentorium meum, & qui erigat cortinas meas. Quoniā stulti facti sunt pastores, & DOMINVM non quæsierunt, unde nihil prudenter egerunt, & quidquid [in] pascuis eorum fuit dispersum est. En uox rumoris adest, & motus ingens de terra aquilonari, ut redigat urbes Iuda in solitudinem, & lustra draconū. Scio ô DOMINE, q̃ hominis non est uia sua, nec cuiusq; uā ut eat & gressus suos disponat. †Castiga me DOMINE, sed in iudicio, nō in furore tuo, ne fortè imminuas me. †Effunde æstum tuū super gentes quæ te non cognouerunt, & super familias quæ nomen tuum nō inuocarunt, quia comederunt Iacob, deuorauerunt eum, & consumpserūt eum, & habitationē eius uastarūt.

Gen.1.a
Infra 51.b
Hysteron proteron.
Psal.134.b
C
Minatur illis qui in Iudea sunt, quod & illi sint in captiuitatem abducendi.
Pastores.
D
Psal.6.a
Psal.78.b

[c] Vel, aurū repurgatū: alij dicūt aurū ex Vphas uel Ophir.
[d] Vel, rex sæculi totius.
[e] Hbr. Ventum.
[f] Alij, de thesauris.
[g] Pœnā uidelicet inueniēt apud Chaldæos, quam credere nolunt, præmium scelerum suorum.
Hæc est uox pœnitētiū, & dorsum suum uirgæ dei in patiētia submittentium.

CAP. XI.

Hic sermo, qui per duo aut tria sequentia capita cohæret, fermè eiusdem argumenti est cum superioribus, nisi quod increpatio scelerum & idololatriæ in superioribus uehementior est. Doctrinalis est sermo, ne confidant rebus externis, sed toto corde reuertantur ad dominum.

Titulus.
Exordium in genere suasorio.
Deut.27.
Gen.17.

Sermo qui factus est ad Ieremiam à DOMINO in huncmodū, Audite uerba A fœderis huius, & loquimini ea ad uiros Iuda, & ad habitatores Ierusalē: dicesq; ad eos, Sic dicit DOMINVS deus Israelis, Execratus uir, qui non [a] audierit uerba fœderis huius, q̃d pręcepi patribus uestris, eo tēpore quo eduxi eos de terra Aegypti, de fornace ferrea, dicendo, Audite uocē meā, et facite eam iuxta omnia quæ mando uobis, & eritis mihi populus, ego aūt ero deus uester, ut confirmem iusiurandū q̃d iuraui patribus uestris, ut dem scilicet eis terrā lacte & melle manantem, ut hæc dies [testatur.] Tum ego respondebā atq; dicebā, [b] Amen DOMINE. Et dixit DOMINVS ad me, Prædica omnia uerba ista in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem, dicēs, Audite uerba fœderis huius, & facite ea, quoniam obtestando obtestatus sum patres uestros, ab eo tempore quo eduxi eos de B terra Aegypti in hunc usq; diē, tempestiue surgendo, obtestando & dicendo, Audite uocem meā: sed non audierunt, nec inclinarūt aurem suam, quin magis incesserūt in praua libidine cordis sui mali, induxi ergo super eos omnia uerba fœderis huius, quæ pręceperam ut facerent, & non fecerunt. Et dixit DOMINVS ad me, Deprehensa est [c] coniuratio in uiris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem, relapsi sunt ad iniquitates patrum suorū priorū, qui renuerunt audire uerba mea, sed & isti sectati sunt deos alios, ut seruirent illis, domus Israel & domus Iuda irritum fecerunt fœdus meū quod pepigeram cum patribus eorū. Idcirco sic dicit

[a] Audire pro obtemperare.
[b] Amen, Fiat, uerum sit, ratum, firmum, iustissimū & sanctissimum est iudiciū tuū domine.
[c] Alij colligatio, alij defectio.

Digitized by Google

DOMINVS, Ecce ego adducam super eos malũ, de quo eluctari non poterunt, clamabuntq; ad me, & nõ exaudiã eos. Tum ibunt urbes Iuda, & ciues Ierusalem, & clamabunt ad deos quibus suffitum incenderunt, sed nullo pacto eos seruabunt in tempore calamitatis eorũ. Siquidem secundum numerũ urbium tuarum, ô Iuda, fuerunt dij tui, & secundum numerum platearũ Ierusalem posuistis aras, [uobis] ad ignominiam: aras [inquam,] in quibus incendistis suffitum ipsi Baal. Tu igitur ne ores pro populo isto, neq; pro eis suscipias clamorẽ & supplicationem, quia ego nõ exaudiam eo tempore quo ad me clamauerint, & quo adflicti fuerint. Quid [negotij] unice [b] dilecto meo in domo mea, quum ipsa [congregatio] scelerate multa designat? Et caro [c] sanctuarij transiret facere à te? quum exultas in malefaciẽdo. Oleam frondosam, pulchram & fructu speciosam uocauerat DOMINVS nomen tuum, sed ad uocem magni rumoris incendit folia eius igni, & defracti sunt rami eius. DOMINVS enim exercituũ qui te plantauit, loquutus est contra te malum, propter malitiã domus Israelis & domus Iuda, quam [f] sibi designarũt, quũm me ad iracundiã prouocarunt, suffitũ ipsi Baal incendendo. Et DOMINO me hæc docente, intellexi, tum tu ostendisti mihi studia eorũ. At ego sicut [g] agnus asuefactus ductus ad lanienam ignarus q; contra me huiusmodi cogitationes cogitassent, [h] Corrumpamus lignũ in cibum eius, et excindamus eum è terra uiuentiũ, ut nominis eius nulla amplius fiat mentio. DOMINE exercituũ iudex iuste, qui † exploras renes & cor, uideam uindictam tuam de eis [sumi,] quia tibi reuelaui causam meam. Idcirco sic dicit DOMINVS de uiris Anathoth, qui quærunt animã tuam, & dicunt, Ne prophetes in noĩe DOMINI, ne moriaris in manibus nostris: idcirco sic dicit DOMINVS exercituũ, Ecce ego uisitabo eos, iuuenes morientur gladio, filij autem & filiæ eorũ morientur fame, ut eis nulli fiant reliqui, quia adducam calamitatẽ super ciues Anathoth, annum uisitationis eorum.

C — Supra 2.

Infra 14

D — Ostendit bi necessari à ge sua. Infra 17 20.c Respondet dominus ad uerba prophetæ

Quid facerent pij in cœtu impiorũ? utcũq; locus sacer sit, scelera tamen ingentia patrant, ut satius sit pios uel nihil cũ illis cõmune habere, uel lõgissime ab eis secedere.

[b] Alij legunt, dilectæ meæ, in fœminino, et ad congregationem referunt.

[c] Vel, caro sanctuarij transibit à te: uel, carnẽ sanctuarij trãsire facient à te.

[f] Sibi, id est, suo malo.

[g] Alij aluph interpretãtur bouẽ uel uitulum.

[h] Alij legunt, Corrũpamus ligno cibum uel panem eius.

Animã alicuius quærere, est eius uitæ & capiti insidiari.

CAPVT XII.

Pia quædam expostulatio prophetæ cum deo, cur impijs in sanctos suos tantum permittat? & cur impij feliciter, pij hic infeliciter habeant.

A IVstus es tu ô DOMINE, si iudicio tecũ contendam, attamen loquar tecum iudicia. † Qui fit ut uia impiorũ prosperetur, & feliciter agant omnes qui impudentissime præuaricantur? Plantasti eos, tum etiam radices iaciunt, proficiũt, quin & fructum edunt: prope es tu ori eorum, at à renibus eorum longe abes. Tu autem DOMINE qui me cognouisti, qui me uides, & exploras cor meum apud te, extrahe eos sicut gregem ad lanienam, & consecra eos ad diẽ occidionis. Vsq; quo lugebit terra, & herba uniuersi campi arescet, propter malitiam habitantium in ea? Abeunt [a] iumenta & uolucres, quia dixerunt, Non uidebit postrema nostra. B Si cum peditibus cucurristi, & illi te fessum reddiderũt, quomodo cum equis certare contendas? Et in terra pacis tu securus, quomodo uero facies in fremitu & fastu Iordanis? Quin fratres tui, & domus patris tui hi etiam perfide tecum agent, hi etiam [b] plena [uoce] clamant post te, ne ergo credas eis, etiãsi bona tecũ loquantur. Dereliqui domũ meam, deserui hæreditatem meam, & tradidi [c] dilectionem animæ meæ in manũ hostium eius. Facta est mihi hæreditas mea sicut leo in nemore, edidit contra me uocem suam, unde & odio eam prosequor. Hæreditas mea auitium uaricolor est mihi, auitium per circuitum cõtra eam est. Ite, congregate omnes feras agri, efficite ut ueniant & deuorent eam. C Pastores multi demoliti sunt uineam meam, concul cauerũt partem meam, partem meam expetibilem reddiderũt desertam ac desolatã, reddiderunt inquam eam uastatam, & nunc uastata ad me luget. Vastata est uniuersa terra, quia nemo est qui id ad cor reuocet. Super omnes uertices in deserto uenerunt uastatores, quia gladius DOMINI deuorauit à termino terræ ad terminum terræ, nec pax est ulli carni.

Parergon est, at à proposito alienum. Iob 21.a Habac. Esa. 29.

Responsio dñi ad querelam prophetæ.

Reditus pœnæ. Causa.

Interpretatio. Vastatio per Nabuchodonosorem describitur, sed deo autore. Distribu

[a] Hæc uerba alij ad deum, alij ad prophetam referunt.

[b] Alij legũt, cateruatim, turmatim.

[c] Dilectio animæ, est urbs cum templo & uniuerso populo, quẽ unice & ex animo dilexit dominus inuitus eos relinquẽs sed malitia eorum coactus est in eos sæuire.

Seminarunt

Digitized by Google

Seminarunt triticum, & messuerunt spinas: hæreditatem adierunt, at nihil [b] profe-
cerunt, & pudefietis à prouentibus uestris ab æstu furoris DOMINI. Sic dicit DO- D.
MINVS, Super omnes uicinos meos molestos qui contrectant hæreditatē, quā
hæreditario iure possideo, populū scilicet meum Israelem. *Ecce ego euellā eos
de terra sua, & domum Iuda euellam è medio eorum. Fiet tamen, ut postquam e-
uulsero eos, redeam [cum eis in gratiam,] miserear eorum, & reducam quenq; ad
Locus de uocatione gentium. hæreditatem suam, & quenq; ad terram suam. Id quoq; erit, si illi discēdo didice-
cerint uias populi mei, ut iurent scilicet per nomen meum, [nempe,] Viuit DO-
Sub iuramē to tota religio comprehenditur. MINVS: quemadmodum populum meum docuerunt iurare per Baal, ædifica-
buntur in medio populi mei. Si autem non audierint, euellam gētem istam euel-
lendo & perdendo, ait DOMINVS.

CAP. XIII.

Potest superioribus cohærere. Ostendit populum Iudaicum uastandum & abijciendum, idq; uarijs testimonijs probat.

SIc dixit DOMINVS ad me, I & compara tibi baltheū [lumbarē] lineū, & ad- A
commoda eum lumbis tuis, sed in aquā ne mergito eum. Comparaui ergo
mihi baltheum iuxta uerbum DOMINI, & applicui lūbis meis. Factūq; est uer-
bū DOMINI ad me secundo in hanc sententiam, Accipe baltheum quē compa-
rasti, qui est in lumbis tuis, & surge atq; abi ad Euphratem, & absconde ipsum ist-
hic in foramine petræ. Abij itaq;, & abscondi ipsum in Euphrate, quēadmodum
DOMINVS mihi præceperat. Factūq; est ut post dies multos diceret ad me DO-
MINVS, Surge, uade ad Euphratē, et tolle isthinc baltheum quē tibi præceperam
isthic absondi. Profectus ergo ad Euphratem, fodi ac sustuli baltheum de loco
ubi eum absconderā. Et ecce corruptus erat baltheus, ita ut ad nihilū utilis esset.
Factū est autem uerbum DOMINI ad me, dicēs, Sic dixit DOMINVS, ad hunc
modum corrumpam fastū Iuda, & ingentē istam superbiā Ierusalem. Populus B
iste malus renuit audire uerba mea, ambulant in praua libidine cordis sui, euntq;
post deos alios, ut illis seruiant, illosq; adorent: erit ergo [populus iste] quemad-
modū baltheus iste, qui ad nihilū utilis est. Quemadmodū enim baltheus lum-
bis uiri adhæresćit, sic adglutinaui mihi omnem domū Israelis, & omnē domum
Iuda, ait DOMINVS, ut essent populus meus, ad nomen, ad laudē, & ad decus, at
ipsi non audierunt. Dices ergo eis sermonē hūc, Sic dicit DOMINVS deus Israe-
lis, Omnis uter impletur uino. Ipsi uero dicent ad te, An ergo hoc nescimus, quod
omnis uter uino impleatur? Tum tu illis dices, Sic loquutus est DOMINVS, Ec-
ce ego implebo ebrietate omnes habitatores terræ huius, & reges qui Dauidi sedēt
in solio eius, & sacerdotes atq; prophetas, & omnes habitatores Ierusalem, & col
lidam eos quenq; ad proximū suū, patres quoq; & filios simul, ait DOMINVS, C
non parcam, non indulgebo, neq; miserebor, quo minus perdam eos. Audite &
auscultate, & ne eleuemini, quoniā DOMINVS loquutus est. Date DOMINO
deo uestro gloriā, priusquā tenebris obducat, & priusquā pedes uestri impingant
ad montes [a] crepusculi, & expectetis lucē, & uertat in mortales umbras, & ponat
in caliginē. Quod si istud audire nolueritis, in occultis flebit anima mea propter
ma.1.a superbiam, & misere plorabo, & defluet oculus meus lachrymam, quoniā capti-
uus abducitur grex DOMINI. Dic regi & reginæ, Submisse uos geratis, & sede-
te, quia descendet [b] ornamentum capitis uestri corona magnificētiæ uestræ. Vrbes
ad Meridiē clausæ sunt, nec est qui aperiat: uniuersus Iuda captiuus abductus est,
in uniuersum abductus est. Attollite oculos uestros, & contēplamini eos qui ue
niunt ab Aquilone, ubi est grex qui datus est tibi? grex magnificentiæ tuæ? Quid D
dices quum te uisitabit? Et tu quidem docuisti eos, ut contra te duces & capita es-
sent. An non dolores te inuadent tanquam fœminam parturientem? Quod si
dicas in corde tuo, Cur eueniunt mihi ista? Propter magnitudinē iniquitatis tuæ

Mutatur tempus & persona subito: boschu imperatiuus, cōfundimini.

[b] Alij legūt, infirmati fuit., cultu scilicet idolorū se cruciarūt sine fructu.

* Minatur finitimis gētibus hostibus populi dei captiuitatē, ex qua tamen sit eos liberaturus, si ueræ religiōi accesserint.

[a] Alij dicunt, mōtes caliginosos.

Domina aut potens per antonomasiam pro regina.

[b] Hb. Caphal, uel capitalitates uestræ.

Digitized by Google

retectæ sunt fimbriæ tuæ, & ui adflicti calcanei tui. Nũ mutabit Aethiops cutem suam, & pardus maculas suas? etiam uos, qui malo asueti estis, poteritis benefacere. Ego dissipabo eos quemadmodũ stipula transit ad uentum deserti. Hæc sors tua, & pars mensuræ tuæ à me dicit DOMINVS, quæ oblita es mei, & confisa es mendacio. Et ego fimbriam tuam nudabo super faciẽ tuam, ut appareat ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tui, infandum scelus scortationis tuæ, super colles & in campo uidi fœditates tuas. Væ tibi Ierusalem, non [c]mundaberis tandẽ? Quousq; ultra?

Infra 30.c

c Alij legunt, nõ mũdaberis posthac, quãdiu ultra?

CAP. XIIII.

Vaticinatur populo Iudaico futuram calamitatem ob enormia scelera, non esse aliquod effugium, nisi toto corde reuertantur ad dominum. Consolatur pios, docet orare, de se quædam intermiscet.

Verbum DOMINI quod factum est ad Ieremiam de rebus [a]retentionum. Titulus.

Videtur hæc oratio cohærere usq; ad 18. caput: doctissima est, & locis utilissimis referta. Loquitur de futuris rebus, sed uerbis præteritis. Hypotyposi enim clarissima futurã calamitatem depingit, & est quasi prognosticon quoddam.

a Retentionem aquarum sequitur sterilitas, sterilitatem annonæ caritas & fames.

b Alij legũt, tellus timore perculsa fuit.

c Respondere hic capitur ut Latinis sæpe, Esto eueniat nobis quod meriti sumus: tu tamẽ non secundũ merita nostra nobiscũ age, sed pro tua misericordia.

d Expectatio, id est, spes: expectatio pro eo quẽ expectant, in quem sperant.

e Hoc est, nos gerimus nomẽ tuum, uocamur nomine tuo, populus scilicet domini exercituum.

A Lvxit Iuda, & portæ eius deformatæ sunt, obscuræ ad terram, & clamor Ierusalem ascendit. Magnates eorum miserunt minores suos ad aquas: qui quũ ad fossas uenissent, & aquas non inuenissent, reuersi sunt uacuis suis uasis pudefacti, & præ pudore caput suum operuerunt, propterea quod tellus [b] emarcuit, quia non descendit [in eam] pluuia, agricolæ pudefacti caput suum obuelarũt. Quin & cerua, quem in agro [fœtum] peperit, reliquit, quod non superesset herba. Et onagri steterunt in uerticibus [montium] uentum haurientes instar draconum, deficientibus oculis eorum fœni penuria. Si iniquitates nostræ [c]responderint nobis, facito tu ô DOMINE propter nomen tuum, quoniã auersionũ nostrarũ multæ sunt, tibi peccauimus. [d]Expectatio Israelis & saluator eius in tẽpore an-

B gustiæ, cur fieres ut pegrinus in terra, et sicut uiator q ad pnoctãdũ diuertit? Cur fieres sicut uir attonitus, & sicut fortis heros q seruare neq;? Tu autẽ DOMINE in medio nostri es, et [e]nomẽ tuũ inuocatũ est super nos, ne ergo derelinquas nos. Sic dicit DOMINVS populo huic, Profecto amãt uacillare pedibus suis, neq; abstinẽt, ideo DOMINO nõ placet, qn nunc reuocaturus est in memoriam iniquitates eorũ, et peccata eorũ uisitaturus. Et ait DOMINVS ad me, Ne oraueris ꝓ populo isto ad bonũ, nã etsi ieiunẽt, nõ exaudiã clamorẽ eorũ: & si holocaustum obtulerint, & molã, non delectabor eis, gladio enim, fame & peste cõsumã eos. Et dixi, Ah DOMINE deus, ecce prophetæ dicũt eis, Ne timueritis gladiũ, quin nec fa-

Hactenus mali descriptio, sequitur nunc preces prophetæ in persona totius populi. Dominus queritur de populo, declinans à se culpam. Supra 7.c Oratio. Ieiunium. Verba prophetæ. Infra 23.d 27.c. & 29.b

C mes eueniet uobis, sed pacem firmam dabo uobis in loco isto. Dicebat ergo DOMINVS ad me, Prophetæ isti mendacium prophetant in nomine meo, non misi eos, nihil mandaui eis, neq; loquutus sum ad eos, uisionem mendacem, diuinationem, uanitatem, & dolum cordis sui prophetant ipsi uobis. Quapropter sic dicit DOMINVS de prophetis qui prophetant in nomine meo, quum tamen non miserim eos, quiq; dicunt, Nec gladius nec fames erunt in terra ista, gladio & fame consumentur prophetæ huiusmodi. Et populus cui ipsi uaticinantur, erunt proiecti in plateis Ierusalem præ fame & gladio, nec erit qui sepeliat eos: ipsi [inquam,] uxores eorum, filij eorum, & filiæ eorum, & effundam super eos malitiã suam. Dicesq; ad eos uerbum istud, Deducẽt oculi mei lachrymam die ac nocte, & non cessabunt, quia clade magna contrita est uirgo filia populi mei plaga admodum dolorifica. Si egressus fuero in agrum, ecce interfecti [iacent] gladio: si

D uero urbem fuero ingressus, ecce confecti fame, sed & prophetæ & sacerdotes circumierunt in regionem quam non nouerunt. Num omnino ac prorsus abiecisti Iudam? aut anima tua Zionem abominatur? Quare nos percussisti, & nulla est nobis medela? Expectauimus pacem, & nihil est boni, tempus curationis, & ecce terror. Agnoscimus DOMINE impietatem nostram, et iniquitatem patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. Tu uero noli exasperari propter nomen tuum neq; prosternas solium gloriæ tuę, recordare neq; irritum facias fœdus tuũ quod nobiscum

Digitized by Google

nobiscum habes. Num sunt in uanitatibus gentiū qui pluere faciant?
an cœli imbres dabunt? An nō tu es DOMINVS deus noster? & te ex-
pectamus, nam tu fecisti omnia illa. CAP. XV.

Cohæret cum superiori capite.

DIxit autem DOMINVS ad me, Si starēt Moses & Samuel coram A
me, non esset animus meus ad populū istū: eijce [eos] à facie mea,
ach. 11.b ut egrediantur. Quumq; ad te dicent, Quò egrediemur? dices ad eos, Sic
dicit DOMINVS, *Qui ad mortē, ad mortem: & qui ad gladiū, ad gla
dium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuita-
tem. Et uisitabo super eos [a]quatuor familias, ait DOMINVS, gladium
ad occidendū, canes ad dilacerandū, aues cœli & bestias terræ ad deuo-
randū & perdendū. Et dabo eos in [b]diuexationē omnibus regnis terrę,
Reg 21.a †propter Manassen filiū Ezechiæ regē Iuda, propter ea quæ designauit
Hierosolymis. Quis tui miserebitur ô Ierusalē? Quis tui causa iter susci-
piet? et qs secedet, ut pacē tibi petat? Tu deseruisti [c]me, dicit DOMINVS B
& retro abijsti, extendi ergo manū meā super te, & disperdidi te, [d]fatiga
tus sum pœnitēdo. Disieci eos uentilabro in [e]portas terrę. Orbū reddidi
& perdidi populū meū, at à uijs suis non sunt reuersi. Multiplicatæ sunt
mihi uiduæ eius super arenā maris. Adduxi eis super matrē iuuentutis
s 8.c uastatorē in Meridie. Obrui eam subito [f]& hoste & terroribus. Defor-
mata est quę peperit septē, anhela fuit anima eius: occidit ei sol multa ad
huc die, pudefacta est & erubuit, reliquias aūt eorū gladio obijciā ante
queritur hostes eorū, dicit DOMINVS. Væ mihi, ô mater mea, q͂ me peperisti
pheta
ua sor. uirum litigatorē, & uirum controuersiæ uniuersæ terræ, non fœneraui,
neq; fœnori [g]obæratus sum, attamen uniuersi me contemnūt, [ac cōui- C
tijs proscindūt.] DOMINVS respondit, An [h]nō reliquię tuæ ad bonū?
An non id efficiā, ut in tempore malo & in tempore adflictionis hostis
i recen
mala po
i. pro te intercedat? Nū ferrū atterit ferrū, aut æs ab Aquilone [æs?] Opes
tuas & thesauros tuos in prædā dabo, non pro pretio, sed pro omnibus
re. 32.c peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis, & †transferā cū hoste uestro
a. 10.d in terrā quam nō nouisti, quoniā ignis ardens in furore meo in uos in-
census est. Tu DOMINE [i]nosti, recordare mei & uisita me, & ulciscere
me de persequentibus me: non ad longitudinē nasi tui suscipias me, co-
gnosce q͂ propter te probrum fero. Inuenta sunt uerba tua, & deuoraui
ea, factumq; est mihi uerbū tuum in lætitiam & gaudium cordis mei, D
quoniam inuocatū est nomen tuum super me DOMINE deus exerci-
tuum. Non sedi in concilio ludentiū ut exultarem, sed propter manum
30.c tuam †solus habito, quia impatienti indignatione replesti me. Quare
dolor meus factus est perpetuus, & plaga mea [k]insanabilis, quæ renuit
curari? & tu omnino es mihi ut aquæ quæ fallunt, & firmæ esse nesciūt.
ponsio
uai. Propterea sic dixit DOMINVS, Si redieris, [l]restituam te ut stes coram
me: & si eduxeris pretiosum à uili, [m]eris ut os meum: ipsi ad te conuer-
tentur, tu aūt ad eos non cōuerteris. Dabo enim te populo huic æneum
murū, & munitū, pugnabunt contra te, at nihil poterunt [contra] te, quia
ego tecū sum ut seruem te, & eruam te, dicit DOMINVS. Eripiam te de
manu malorum, & de manu tyrannorū te eximam. CA. XVI.

*Idem argumentū cum superioribus duobus capitibus, nisi quod aliquid pe-
culiare prophetæ iniungitur*

FActū est uerbū DOMINI ad me, dicens, Ne ducas tibi uxorē, neq; A
erūt tibi filij & filiæ in loco isto. Quia sic dicit DOMINVS de filijs

K

*Latinius fuerat, pars ad mortem, pars ad gladium: sed nolui discedere à uerbis textus.

[a]Hoc est, quatuor genera ultionum, punitionum, pœnarum.

[b]Zauaa uel zaaua, significat quum incertis sedibus quis uagatur & discurrit, idq; cum territa conscientia, ut Cain: quod cum unica dictione exprimere nolui, dixi diuexationem, alij commotionem.

[c]Alij legunt, tu me abiecisti.

[d]Vel, laboro dolendo.

[e]Portæ pro ostijs aut finibus, ingressibus terrarū ac regionū.

[f]Ir urbem significat, sed pro hoste hic exponitur.

[g]Hoc est, alij nihil mihi fœnerarunt.

[h]Im lo uehementer affirmat, profecto, omnino. Reliquiæ pro postremis ponuntur, q. d. Finis lætus sequetur, faciam ut & hostis tibi benigne occurrat.

[h]Interrogat, & interrogando negat.

[i]Paritur quid humani propheta, rogans ne deus pro sua longanimitate cum hostibus agat, sed mox perdat eos.

[k]Anusch ærumnosum & calamitosum significat, & quodam modo de quo desperatur, dixi ergo insanabilis.

[l]Hoc est, restituam te ministerio tuo, à quo animo non nihil defecisti.

[m]Eris ut ego promisi, firmus scilicet et inuincibilis: uel, uelut os meum, loqueris ut ego, & quod ego iussi: est enim propheta os domini.

Digitized by Google

& de filiabus in loco isto natis, & de matribus eorum quæ eos pepererunt, deq; patribus eorum qui eos genuerunt in terra ista. Mortibus ualetudinariorũ morientur, non plangentur, neq; sepelientur: sederunt in stercus super faciem terræ, gladio & fame consumentur, eritq; cadauer ipsorũ ad escam uolucribus cœli & bestijs terræ. Quoniam sic dicit DOMINVS, Ne ingrediaris [a] domũ conuiuij, & ne eas ad plangendũ, neq; circuncursites illorũ gratia, quia abstuli pacem meam à populo isto, dicit DOMINVS, æque beneficentiã & miserationes. Et morientur in terra ista magni & parui, neq; sepelientur, non facient eis planctũ, nemo se

B pro illis [b] incidet aut radet. Non [c] diuident eis in luctu ut consolentur eum super mortuo, nec potabunt eos poculo consolatorio propter patrem eius, & propter matrem eius. Et domũ compotationis ne ingrediaris, ut sedeas cum eis ad edendũ & ad bibendũ. Quia sic dicit DOMINVS exercituũ deus Israelis, Ecce ego efficiam ut cesset in loco isto [d] coram oculis uestris, & in diebus uestris uox lætitiæ, & uox gaudij, uox sponsi, & uox sponsæ. Quumq; annũciaueris populo huic cuncta uerba ista, fiet, ut illi dicant ad te, †Quare loquutus est DOMINVS super nos omne ingens hoc malũ? aut quæ est iniquitas nostra, & quod peccatum nostrũ, quod peccauimus DOMINO deo nostro? Tu ergo dices ad eos, Eo quod dereliquerunt me patres uestri, dicit DOMINVS, & ambulauerunt post deos alios, quibus seruierunt, & quos adorarũt, me autem

C tem dereliquerũt, & legẽ meam non custodierunt. Sed & uos peius egistis quàm patres uestri, ecce enim uos inceditis, quisq; post prauã libidinem cordis sui mali, quo minus me audiat. †Ejiciam ergo uos è [e] terra ista, in terrã quã nec uos nouistis nec patres uestri, ubi seruietis dijs alijs die noctuq;, ubi nec clementiã uobis impartiar. Idcirco ecce dies uenient, ait DOMINVS, ut non dicatur ultra, Viuit DOMINVS, qui ascendere fecit filios Israel de terra Aegypti: sed, Viuit DOMINVS, qui fecit ascendere filios Israel de terra Aquilonis, & de uniuersis terris ad quas eiecerat eos, & reducã eos ad terrã suam, quam dederã patribus eorum. Ecce ego [f] mitto ad piscatores multos, dicit DOMINVS, & piscabũtur eos: post hæc mittã ad uenatores multos, qui uenabũtur eos [g] de omni monte, & de omni colle, & de petrarũ cauernis. Quia oculi mei sunt super

D omnes uias eorũ [intenti,] & non abscondũtur à uultu meo, neq; celantur iniquitates eorũ à conspectu oculorum meorum. Et rependam prius [h] duplũ iniquitatibus eorũ & peccatis eorum, quòd terrã meam prophanarunt, cadaueribus nẽpe horribiliũ fœditatum suarum, & abominationibus suis impleuerunt hæreditatẽ meam. *DOMINE robur meum, petra mea, & refugium meum in die angustiæ, ad te gẽtes ueniẽt de finibus terræ, & dicent, Profecto mendaciũ & uanitatẽ hæreditate possederunt patres nostri, & ea in quibus nihil fuit utilitatis. Num enim homo sibi deos faceret? sed illi non sunt dij. Propterea ecce ego ostendã eis, notam inquam faciam eis semel manum meam & potentiam meam, ut sciant quòd nomen meum sit DOMINVS.

CAP. XVII.

Perstat propheta in ostendendis eorum sceleribus, & nempe qualia nam sint, talia uidelicet quæ ingenti pœna sint digna, ut quæ non iudicio tantũ diuino, sed humano quoq; manifesta & conuicta sint.

A PEccatũ Iuda scriptũ est stilo ferreo, ungueq; adamantino exaratum in tabula cordis uestri, & in cornibus ararũ uestrarũ, ut filij eorum [a] monimenta habeant ararũ eorum & lucorum eorum ad arbores frondosas, & in

Marginal notes:

a Marsea uarie exponunt, quidam pro luctu, quidam pro lugente, quidam pro domo conuiuij: alij pro choro. In summa, Dominus prohibet prophetę ne illos adeat. siue gaudeãt, siue doleant, nihil habeat cum eis commune.
b Alij legunt, caluitium fiet.
c Hoc diuidere alij ad stipem, alij ad panem (legũt enim lahem pro pane) referũt, quia sequitur poculum
d Hoc est, uobis spectantibus & adhuc uiuentibus.

Excusat se malitia humana, ne peccatum agnoscere uideatur.

Supra 5.

Causæ iræ diuinæ. Supra 7 Infra 22.

e Ebr. De super terra.

f Hunc locum plęriq; ad tempora Christi & uocationem gentium referunt, sed ut ex cõtextu patet, de pœnis Iudæorũ dictus est. Significat enim talem adfore hostem, quem nemo possit uel latere uel effugere. Venator erit, ut qui excellissima penetret: piscator, ut qui profundissima rimetur.
g Eb. De super.
h Dupliciter .i. plene, cumulatissime, abunde satis.
*Prophetę colloquium cum domino, taxatur interim contumacia Iudæorum, qui ad dominum conuerti noluerint, quum tamen gentes dominum agnoscant, & relicta idolotatria, se ei addicãt.

Dominus loquitur.

a Eb. Secundũ meminisse filios.
b Montẽ Zion appellat pro populo Iudaico qui ad montem habitat.
Altas radices egit impietas, ergo non est spes resipiscentiæ.
Vbiq; extant monimenta impietatis uestræ, merito ergo puniemini.

Digitized by Google

& in editis collibus. O [b]mons mi, in agro opes tuas & thesauros tuos omnes prædæ exponam, propter peccata excelsorum tuorum in omnibus finibus tuis. Vacabis hæreditate tua quam dedi tibi, idq; tua culpa, efficiamq; ut tu seruias hostibus tuis in terra quam ignoras, ignẽ enim incendistis in furore meo, qui ardebit perpetuò. Sic dicit DOMINVS, †Execratus uir qui confidit in hominem, & carnẽ ponit brachiũ suum, atq; DOMINO cor eius recedit. Erit is instar Myricæ in deserto, non [c]uidens bonũ quum uenit, sed inhabitabit torrida loca in deserto, in terra salsa & inhabitata. Benedictus uir qui fidit DOMINO, & cuius spes est DOMINVS. †Erit sicut arbor ad aquas plantata, radices suas ad riuum extendens, quæ uenientem æstũ non [d]sentit, cuius foliũ uiret, & in anno retentionis [pluuiæ] non erit solicita, nec à fructu ferendo cessat. *[e]Vafrũ cor super omnia & ærumnosum est, quis cognoscet illud? Ego DOMINVS & cor †perscrutor, & renes exploro, ut reddam cuiq; iuxta uiam suam, & iuxta fructũ studiorum suorum. Perdix incubat, sed non parit [oua: sic] qui opes parat, sed præter æquũ & iustum. In medio dierum suorum derelinquit eas, & tandẽ in extremo suo [f]stultus & inops est consilij. †O soliũ gloriæ excelsum ab initio, locus sanctuarij nostri. Tu ô DOMINE [g]expectatio Israelis, omnes qui te derelinquũt, pudefient: & qui à me recedunt, in terra scribentur: dereliquerũt enim uenam aquarũ uiuentiũ, [nempe] ipsum DOMINVM. Sana me DOMINE, & sanabor: serua me, & seruabor, quoniã laus [h]mea tu es. *En isti dicunt ad me, Vbi est uerbũ DOMINI? ueniat quæso. Quũ tamen ego te sequutus morã non [i]traxerim, quo minus pastor essem. Ad hæc diem calamitosum nunq̃ concupiui, id quod tu nosti, quod egressum est ex labijs meis, corã facie tua fuit. Ne sis ergo mihi formidini, tu es refugium meum in die adflictionis. Pudefient qui me persequũtur, ego uero non pudefiam: ipsi formidabunt, ego aũt non formidabo. Induc super eos diem malũ, & duplici contritione contere eos. Sic dixit DOMINVS ad me, Vade & sta in porta filiorũ populi, per quam ingrediuntur & egrediũtur reges Iuda, atq; in omnibus portis Ierusalem, & dices ad eos, Audite uerbum DOMINI reges Iuda & omnis Iuda, cuncti quoq; habitatores Ierusalẽ, qui ingredimini p portas istas, sic dicit DOMINVS, [k]Cauete q̃ charæ sunt uobis animæ uestræ, †ne tollatis onus die sabbati, ad inferendũ [illud] per portas Ierusalem, neq; efferatis onus è domibus uestris die sabbati, imò nihil operis faciatis, sed sanctificate diem sabbati, quemadmodũ præcepi patribus uestris. At illi non audierunt, neq; inclinarunt aurem suam, sed potius indurarunt ceruicem suam, ne audirent, & ne reciperent disciplinã. Vos aũt si me diligenter audieritis, dicit DOMINVS, ut nihil oneris inferatis per portas urbis huius die sabbati, sed sanctificaueritis diem sabbati, ut in eo nihil operis faciatis, transibũt per portas urbis huius reges & principes sedẽtes in solio Dauidis, uehentes curribus & equis, ipsi & principes eorum, quisq; in Iuda & habitatores Ierusalẽ, [l]sedebitq; ciuitas ista in perpetuũ. De ciuitatibus quoq; Iuda, & his quæ circũ Ierusalem sunt, ac de terra Beniamin, de cãpestribus & de montanis, & à Meridie, uenient, ferentes holocaustũ, uictimã, cibarium sacrificiũ, & thus, laudẽ quoq; ferentes in domũ DOMINI. Si uero me nõ audieritis, sanctificãdo diẽ sabbati, quo minus tollatis onus, & eatis per portas Ierusalẽ die sabbati, incendã ignem in portis eius, q ædes magnificas in Ierusalẽ deuorabit, nec [m]extinguetur. CAP. XVIII.

Sensus redditus, uerbo paulo aliter habet.
Esa.48.a
Psal.1.a
Reg.16.b
Psal.7.c
Apoc.2.f

[c] Legunt quidã in priori mẽbro ijrec pro uidebit, in secundo pro timebit, uenusta uocũ allusione.
[c] Alij, timebit.
[d] Videre pro sentire.
* Obijcit quædam propheta in persona omniũ, ad quæ deus respondet. Prima obiectio, Cor hominis perplexũ est, quis ergo nobis certo dicet, quis deo uere fidat? Respondet dominus. ¶ Alia obiectio, Multi diuitijs & rebus fluxis inhiant, & ab illis toti pendent.
B
Respondet dñs per similitudinẽ perdicis, sed nota similitudinis omissa, Diues similis est perdici, alienis ouis incubanti.
[e] Sunt hic duæ uoculæ quæ cordi attribuũtur, Akob & anusch, quæ uarie interpretantur: Akob contortum, contectum, conuolutum, perplexũ, subdolũ, peruersum, fallax, dolosum, supplantans, prauum: Anusch ærumnosum, calamitosum, infirmum, humanũ, mortale, desperatum, magna & ardua præsumit, sed nihil potest.
C
†Propheta hærẽs soli domino, conuersus ad solium gloriæ, docet ubi sit asylum piorũ quò cõfugiant, ubi tuti sint. Antithesi ostendẽs quid illis eueniat, qui deserto deo creaturis fidunt.
*Exprimit propheta cogitationem & sermonẽ impiorum, qui longanimitatẽ dei impunitatem scelerum interpretantes, ad eos qui mala prædicunt sic loquuntur, Quãdo uenit tandem quod uos prædicitis? falsi estis, &c. Contemnũt ac illudunt uerbum prophetarum. Coacti ergo prophetæ, quandoquidẽ uident eos esse incurabiles, & peccare in spiritum sanctũ, orãt, uel potius uaticinantur eis extrema mala.
D
†In sabbati obseruatiõe tota religio comprehensa uidetur. Qui enim diem sabbati non obseruabant, uerbũ dei ob lucrũ aliqd uel negligebant uel contemnebant. Ad obseruationẽ ergo diuinorum mandatorum spe utilitatis adhortatur.
[f] Nabal stultũ significat, inopẽ cõsilij: significat etiã flaccidũ, marcidũ, nihil succi habentem.
[g] Expectatio pro ipso deo, in quẽ sperant omnes pij, & quem fide expectant.
[h] Sic deus laus est iustorum, i. is quem solum laudant.
[i] Vel sic, Ego non festinaui à te pastore, sed secutus sum post te.
[k] Eb. Cauti sitis in animabus uestris. [l]Sedebit. i. manebit, inhabitabitur.
[m] Ebr. Neutrũ est extinguet, ut Germanis, Es wirt nit lôschẽ.

Digitized by Google

Oratio est, in qua admonet ut absistant à sceleribus, ni funditus uelint exscindi. Docet interim quomodo deus omnia aequissime administret.

A VErbum quod factũ est ad Ieremiam à DOMINO in hanc senten
tiam, Surge & descende in domũ figuli, isthic efficiã ut audias uer
ba mea. Quũ ergo descendissem ad domũ figuli, en is faciebat opus su-
pra [a]rotam. Vas aũt illud quod ipse faciebat è luto, quod erat in manu
figuli, confractũ est: iterum ergo fecit illud aliud uas, quemadmodũ [b]ui
sum erat figulo facere. Factũ est ergo uerbum DOMINI ad me, dicens,
An nõ †instar figuli huius potero uobis facere, ô domus Israel, ait DO-
MINVS? Ecce uos estis in manu mea, ô domus Israel, perinde atq; lutũ
in manu figuli. Momẽto, ut loquutus fuero de aliqua gente aut regno,
ut euellam, extirpem & perdã, †redieritq; ea gens (contra quã loquutus
B eram) à malitia sua, iam & me quoq; poenitebit mali quod ei facere con
stituerã. Momento quoq;, ut loquutus fuero de gente aliqua aut regno,
ut aedificem & plantem, & malũ fecerit ea gens in conspectu meo, neq;
audierit uocem meam, iam & me quoq; poenitebit boni, quo eam affi-
cere constitueram. Tu ergo dic quaeso ad uiros Iuda, & ad habitatores
Ierusalem in hanc sententiã, Sic ait DOMINVS, Ecce †ego fingo con-
tra uos malũ, & cogito cõtra uos cogitationẽ: reuertimini igitur, quisq;
à uia sua mala, bonas facite uias uestras, & studia uestra. Et dixerũt, [c]Ex-
pectoratum est, nos enim sequemur cogitationes nostras, & faciemus
quisq; iuxta libidinẽ cordis sui. Propterea sic loquutus est DOMINVS,
C Inquirite quaeso inter gentes, an quisquã similia audierit, qualia nimis
horribilia cõmisit uirgo Israel. Num [d]ager deserit niuem Libani, quae
de petra [fluit?] Num deserentur aquae alienae frigidae fluentes? Etenim
populus meus oblitus est mei, frustra suffitũ incendũt, faciuntq; eos [pro
phetae falsi] impingere in uijs suis, [à] semitis [e]antiquis, ut eant semitas
uiae non munitae, quo terrã suam perpetuò desolatam exibilandamq;
reddiderunt, ut omnis qui per eam transiturus sit, obstupescat, caputq;
suum moueat. Per †uentũ [f]orientalem dissipabo eos in conspectu ho-
stis, in die calamitatis eorũ tergum ipsis aduertam, non faciem. Dixerũt
autem, Adeste, cogitabimus contra Ieremiã cogitationes, quoniã nõ pe
ribit lex à sacerdote, & consiliũ à sapiẽte, & uerbũ à propheta: adeste, [g]fe-
D riemus eum lingua, nec attendemus omnes sermones suos. Attende ad
me DOMINE, & audi uocẽ aduersariorũ meorum. Num redditur pro
bono malũ? quia [h]foderunt foueam animę meae: memineris ut steterim
ante te, ut loquerer pro eis bonũ, & auerterem iram tuam ab eis. Idcirco
trade filios eorũ fami, & deuolue eos ad manus gladij, ut fiant uxores
eorũ orbae ac uiduae, uiri eorũ occidione occidantur, & iuuenes eorum
gladio feriantur in praelio. Audiatur clamor à domibus eorũ, quum re-
pente induxeris super eos globũ militarem, quia foderunt foueã ad me
capiendũ, & laqueos pedibus meis absconderunt. Tu aũt DOMINE
nouisti omne consiliũ eorum ad occidendũ me initum, ne sis propitius
iniquitati eorũ, & peccatum eorum ante conspectũ tuum ne exolescat,
ut impingant corã te, in tẽpore furoris tui age cõtra eos. CA. XIX.

Ostendit eos esse perdendos, deinde narrat quaedam.

A SIc dixit DOMINVS, I, & cõeme fideliam testaceã à figulo, & de se
nioribus populi, & de senioribus [a]sacerdotũ, egredierisq; ad uallẽ
filij Hinnom, quae est [extra] ualuas portae [b]Haharsith, & isthic praedica
uerba quę ego ad te loquar. Dices aũt, Audite uerbũ DOMINI reges Iu
da,

a Pro rota Ebraei habent, lapides duos. In Exodo cap. 1. pro sella capitur in qua pariunt mulieres, hic pro rota figulina aut figulari.
b Ebr. Secũdum quod oculis figuli rectũ uidebatur, ut faceret.

c Es ist uß/es ist verloren: haec cura excussa est è pectoribus nostris.

d Vel sic, Num nix Libani petram in agro destituit? Num deficiũt alienae aquę frigidae fluentes? Num euelluntur aquae, &c. uel eruuntur?
e Vel, semitis saeculi, semitis aeternis.

f Alij legunt, per uentum urentem, uel uentum uredinum.

g Lingua ferire, est aliquẽ accusare, aut per calumniã alicuius nomen deferre.
h Foueam fodere, est necẽ struere, uitae insidiari.

a Subintelligi oportet uoculam aliquam quae sensum compleat, ut, Cape tecum, uel uoca quosdam, uel duc tecũ de senioribus, &c.
b Alij harsith interpretantur ex cocto lapide.

Titulus. — Iam uisum adaptat. — Esa. 45. b — Rom. 9. d — Supra 1. b — Infra 35. b — 35. c — Ionae 3. d — Infra 19. c — 94. c. 50. c — Ostendit quomodo se impij gerant aduersus ueritatem. — Orat propheta ad dominum. — Continuatis duobus istis capitibus actio quaedã continetur.

da, & habitatores Ierusalẽ, Sic dicit DOMINVS exercituum deus Israelis, Ecce ego adducã afflictionem super locũ istum, quã quicunq; audierit, aures eius tinnitum experientur, eo q; me dereliquerũt, & [c]prophanarunt locum istum, incendentes suffitum dijs alijs, quos nec ipsi nouerũt, nec patres eorum, neq; etiam reges Iuda, & impleuerunt locũ istum sanguine innocentum. Extruxerunt quoq; B
excelsa ipsi Baal, ad incendẽdum igni filios suos in holocaustum ipsi Baal, quod equidem nec præcepi, nec loquutus sum, nec in cor meum unquam ascendit. Idcirco ecce uenient dies, dicit DOMINVS, ut locus iste non uocet ultra Topheth, aut uallis Ben Hinnom, sed uallis occidionis. Et ego [D]euacuabo consiliũ Iuda & Ierusalem in loco isto, & prosternam eos gladio in conspectu hostiũ suorum, & per manum quærentiũ animam ipsorũ, & tradam cadauer ipsorum escam uolucribus cœli, & bestijs terræ. Et †redigam ciuitatem istam in stuporem & sibilum, [sic ut] omnis qui prætereat eam, obstupescat, & sibilet super omnes plagas eius.
Et cibabo eos carne filiorũ suorum, atq; carne filiarum suarũ, & comedet quisq; C
carnem proximi sui in obsidione & angustia, quibus eos constringẽt hostes ipsorum, & eorum qui quærunt animam eorum. Et cõfringes fideliam in oculis uirorum qui tecum ierũt, dicesq; ad eos, Sic loquutus est DOMINVS exercituum, Ad hunc modum conteram populũ istum ac ciuitatem istam, quemadmodum [quis] confringit uas figulinũ, quod refici ultra non potest. Et in Topheth sepelientur, eo q; alium locum non habeant ad sepeliendum. Sic [inquam] faciam
loco isti, ait DOMINVS, & habitatoribus eius, ut reddam ciuitatem istam sicut D
Topheth. Et erunt ædes Ierusalem, & ædes regum Iuda perinde atq; locus Topheth, immundæ scilicet, cum omnibus domibus in quarum tectis suffitũ incenderunt uniuersæ militiæ cœlorum, libando libamina dijs alijs. Venit itaq; Ieremias de Topheth, quò miserat eum DOMINVS ut illic prophetaret, & stans in atrio domus DOMINI, dixit ad uniuersum populũ, Sic dixit DOMINVS exercituum deus Israelis, Ecce ego adducam super urbem istam & super omnes ciuitates eius omnem calamitatem quam loquutus sum super eam, quia indurarunt ceruicem suam ne audiant uerba mea.

CAP. XX.

Narratio est historica, cohærens partim cum superioribus, partim continet orationem prophetæ.

PAshur aũt sacerdos filius Immer primarius princeps in æde DOMINI, quũ A
audisset Ieremiã constanter prophetantem uerba ista, percussit Pashur Ieremiam prophetã, & coniecit eum in [a]neruũ, qui erat ad portã Beniamin superiorem, quæ fuit iuxta ædem DOMINI. Factum est autem, ut sequenti die Pashur educeret Ieremiam ẽ neruo. Dixitq; Ieremias ad eum, Non Pashur uocauit DOMINVS nomen tuũ, sed [b]Magor circunquaq;. Sic enim dicit DOMINVS, Ecce ego reddam te pauorem & tibi, & omnibus amicis tuis, qui hostium suorũ ferro cadent in conspectu oculorũ tuorum, sed & omnem Iudã tradam in manũ regis
Babylonij, qui trãsferet eos captiuos Babylonem, & feriet eos gladio. Et tradam B
omnem thesaurũ ciuitatis huius, atq; omnem laborem eius, & quidquid habet pretiosum, omnes thesauros regũ Iuda, tradam in manum hostium suorum, atq; illi diripient eos, & tollent eos, & introducẽt eos Babylonem. Et tu Pashur cum omnibus domesticis tuis ibitis in captiuitatem, uenies Babylonem, & isthic morieris, & isthic sepelieris, tu & omnes amici tui, quibus tu mendaciũ prophetasti. [c]Illexisti me ô DOMINE, & illectus sum, confortasti me, & potuisti, fui irrisioni omni tempore, quisq; me subsannat. Quoniam posteaq̃ loquor, uociferor iniuriam, & uastationem clamo. Quandoquidẽ ergo uerbum DOMINI mihi pro- C
bro uertitur, & omnibus diebus uituperio, statui me eius mentionẽ ultra non habiturum, neq; ultra loquuturũ me in nomine eius. At fiebat [uerbum domini]

Marginal notes:
Supra 18.c 49.c. & 50.c
Quomodo impij se gerãt erga uerbum dei & ministros eius.

[c] Ebr. Alienum fecerunt locum istum.
[D] Euacuabo, id est, inane & irritum reddam.
[a] Mah pecheth rota uersatilis uidetur, ut episcopis papistis schyben.
[b] Magor significat pauorem.
[c] Alij legunt, seduxisti me.

in corde meo, & in ossibus meis tanq̃ cohibiti ignis incendium, ut sustentãdo laborarem, nec possem. Porrò audiui multorũ infamiam, pauorem circunquaq;, [b]Indicate, & indicabimus illud, eorum etiam omnium qui mihi bene uolebant, quiq; latus meum obseruabant, [dicentium,] Si fortè persuaderi possit, ut ei superiores simus, & uindictam de eo sumamus. DOMINVS autem est mecũ ut robustus heros, idcirco prosternentur persecutores mei, & nihil poterunt, uehementer pudefient, nihil enim [c]sua prudentia profecerunt, †perpetua ignominia [notabũtur,] quæ nunq̃ obliuioni tradetur. Et tu DOMINE †exercituum [f]explorator iusti, uidens renes & cor, uideam ultionem tuam de eis [sumi,] quia tibi reuelaui causam meam. Cãtate DOMINO, laudate DOMINVM, quia liberauit animã pauperis de manu malignorum. †Execratus dies in quo natus sum, dies in quo peperit me mater mea, sit nefastus. Execratus uir qui nunciauit patri meo, dicendo, Natus est tibi filius mas, & lætitia eum exhilarauit. Eueniat isti homini quod ciuitatibus, quas DOMINVS subuertit, neq; pœnituit eum, audiuerat enim clamorem mane, & eiulatum tempore meridiano. Quod me non occidisti mox ab utero, fuisset enim mater mea sepulchrum mihi, & uterus eius conceptus perpetuus. Cur è uulua egressus sum, ut aspicerem laborẽ & dolorem, & perficerentur dies mei pudore?

Verba Ebræa hic obscura sunt & intricata, sic ad uerbũ, Omnes uiri pacis meæ obseruãt latus meum, &c. Licet alij zela p clauдicatione exponãt, Obseruãt uiri mihi familiares, si claudicare alicubi uelim.
[b] Iodicare pro traducere, deferre.
[c] Vel, quia non prudenter egerunt.
[f] Alij legunt, explorator uel probator iuste.

Infra 23 g
Supra 11.d
Agit propheta gratias domino.
Iob 3.a

CAP. XXI.

Vrbe obsessa, propheta interrogatus respondet nihil illis tutum fore, nisi se dedant regi Babylonio.

A VErbũ quod factum est ad Ieremiã à DOMINO, quando misit ad eum rex Zedechias [a]Pashur filiũ Malkiæ, & Zephoniam filiũ Maasiæ sacerdotem cum huiusmodi mãdatis, [b]Consule quæso DOMINVM nostri causa, quia Nabuchodonosor rex Babylonis pugnat contra nos, si fortè DOMINVS agat nobiscũ iuxta omnia mirabilia sua, ut faciat [eum] à [c]nobis ascendere. Dixit ergo Ieremias ad eos, Sic dicetis Zedechiæ, Sic dixit DOMINVS deus Israelis, Ecce arma bellica quę in manu uestra sunt, & quibus uos pugnatis contra regẽ Babyloniũ,
B & contra Chaldæos qui uos foris extra muros oppugnant, reflectã, & colligã ea ad mediũ ciuitatis huius, & pugnabo ego uobiscũ exerta manu, & robusto brachio, in furore, in æstu, & indignatione magna. Et percutiã habitatores huius urbis, tam homines q̃ iumẽta peste ingenti morientur. Post hæc, dicit DOMINVS, trãdam Zedechiã regem Iuda, & seruos eius, & populũ, residuos quoq; urbis huius, quos pestis, gladius & fames reliquos fecerũt, in potestatem Nabuchodonosoris regis Babylonij, & in manũ hostium suorũ, & in manum eorum qui quæ-
C runt animã eorum, qui feriet [d]eos gladio, non ignoscet eis, non parcet, nec miserebitur. Ad populũ autem istum dices, Sic dixit DOMINVS, Ecce †ego propono uobis uiam uitæ, & uiam mortis. Qui in ciuitate hac manserit, gladio interficietur, uel fame, uel peste. Qui uero egressus fuerit, & ad Chaldæos, qui cingunt uos, defecerit, uitã seruabit, & erit ei anima sua ueluti parta præda. Ego enim posui faciem meam contra ciuitatem istam in malũ, & non in bonum, dicit DOMINVS, in manum regis Babylonij tradetur, qui eam igni exuret. Porrò domui Iu-
D da [dices,] Audite uerbũ DOMINI ô domus Dauidis, sic enĩ dixit DOMINVS, Ius †reddite mane, & adserite spoliatũ de manu eius q̃ [ei] uim facit, ne fortè propter malitiã studiorũ suorum egrediatur ut ignis furor meus, & exardescat, & nemo sit qui extinguat. En me tibi quæ habitas in ualle, in [e]petra, in planitie, (dicit DOMINVS,) qui dicitis, Quis nos terreret? aut quis perueniret ad habitationes nostras? Ego uisitabo uos iuxta fructum studiorum uestrorum, dicit DOMINVS, & inijciam ignem in syluam eius, ut deuoret omnia quæ circum eam sunt.

[a] Alius iam Pashur est.
[b] Eb. Quære uel sciscitare.
[c] Vt auertat à nobis hostem tantum.
[d] Ebr. In ore gladij.
[e] Alij legunt, in petra planitiei.

Infra 38.a
Infra 22.a

CAPVT XXII.

Hortatur regiam ad obseruationem iustitiæ, argumento ducto ab utilitate.

Sic

Hoc caput cum sequenti uidetur cohærere.

SIc dixit DOMINVS, Descēde in domū regis Iuda, & isthic loquere sermonē A
istum, dicesq́, Audi uerbū DOMINI ô rex Iuda, qui sedes in solio Dauidis,
tu et serui tui, atq; populus tuus q trāsitis per portas istas, Sic mādat DOMINVS,
Supra 21.d †Facite iudiciū & iustitiam, & adserite spoliatū è manu eius qui ei uim facit, adue
nam, pupillū & uiduam ne contristetis, neq; iniuria adficiatis, & sanguinem in-
Mutatur numerus. nocentē ne effuderitis in loco isto. Nam si diligēter ista feceritis, ingredientur per
portas huius domus, reges qui in solio Dauidis sedent, uecti curribus & equis B
Deut.29.d 3.Reg.9.b ipse & serui eius, atq; populus eius. Quod si ista uerba †non audieritis, per me iu
raui, dicit DOMINVS, q; [a]domus ista redigetur in solitudinē. Quoniā sic dixit
DOMINVS super domū regis Iuda, Gilead tu mihi caput Libani, certe redigam
te in solitudinē, & urbes nō habitatas. [b]Destinabo super te uastatores, quenq; cū
armis suis, qui excindent electas cedros [illegible], & deijcient in ignē. Quumq; præ-
teribunt gentes multæ urbem hanc, dicent, quisq; ad proximū suum, Quare sic fe
cit DOMINVS isti magnificæ urbi? Tum dicent, Eo q; dereliquerūt fœdus DO C
MINI dei sui, & adorarunt deos alios, eisq; seruierunt. Ne defleatis mortuum,
neq; circūcurratis propter eum, sed impense flete super abeunte, quia non reuer-
tetur ultra, ut uideat natale suum solū. Quoniā sic dicit DOMINVS de [c]Sallum
filio Iosiæ rege Iuda, qui regno inauguratus fuerat pro patre suo Iosia, Qui emi-
grauit de loco isto, ultra huc [illegible] reuertetur, sed in eo loco, quo eum captiuū abdu-
Taxat tectis uerbis regem Iehoiakim. xerūnt, morietur, & terrā ha[illegible] ultra non uidebit. Væ ædificanti domū suam non
cum iustitia, & cœnacula su[illegible] cū [d]iudicio, qui utitur seruitio proximi sui gra D
tis, & [e]opus suum ei non re[illegible]it. Qui dicit, Extruam mihi domū amplam, & cœ-
nacula [f]uentis peruia, excindit sibi fenestras, laquearia arcuata ex cedro [facit,] &
[g]sinopide pingit. Num reg[illegible]tas q; cum cedris [h]contendis? An non &
pater tuus edit & bibit, & ex[illegible] iudiciū & iustitiam, & bene illi erat tūc?
Iudicauit causam pauperis & egen[illegible]nc bene [illi erat.] An nō hoc erat nosse
me, dicit DOMINVS? Porrò o[illegible] & cor tuum nihil [spectant] q̄ emolumen
tum, ad effundendū sanguinem innocentem, ad faciendū iniuriam & oppressio
nem. Idcirco sic dicit DOMINVS de Iehoiakim filio Iosiæ rege Iuda, Non plan E
gent eum [sic.] Eheu frater, eheu soror: non [inquam] plangent eum, Heu domi
ne, heu gloria eius. Sepultura asini sepelietur, [i]lacerus & abiectus extra portas Ie
rusalem. Conscende Libanū & clama, in Basan quoq; da uocem tuam, inclama
[k]transfluuianos, quoniam contriti sunt omnes amatores tui. Loquutus sum ad
te rebus tuis adhuc integris, at tu dixisti, Non audiam. Hæc fuit [l]consuetudo tua
à pueritia tua, ut non audires uocē meam. Omnes [m]pastores tuos [n]uentus pascet,
& amatores tui in captiuitatē abibunt. Tunc nimirū erubesces & pudefies pro- F
pter omnem malitiā tuam. Sedisti in Libano, nidū posuisti in cedris, q̄ grata eris,
quum uenerint tibi dolores, dolor [inquam] ut parturientis. Viuo ego dicit DO
MINVS, etiāsi fuerit *Chonias filius Iehoiakim regis Iuda annulus signatorius
Mutatio personæ. in manu mea dextera, tamen isthinc auellam te, tradamq́ te in manum quæren-
tium animā tuam, & in manum eorum quorum conspectū tu formidas, atq; in
Mutatio personarū. manū Nabuchodonosoris regis Babylonij, & in manū Chaldæorum. Trāspor
taboq́ te & matrem tuam quæ te peperit, in terram aliam, in qua non estis nati, G
& isthic moriemini, in terrā autem istam, ad quam ipsi animam suam [o]attollunt
ut istuc redeant, non redibunt. An truncus contemptus & dissipatus est uir iste
Chonias? aut uas aliquod quod nemini placet? Quare abiecti sunt tam ipse q̄ se
men eius, & proiecti in terrā quam non cognouerunt? O terra, terra, terra, audi
uerbū DOMINI, sic dixit DOMINVS, Scribite uirū istum [p]orbum, uirū qui ni-
hil prospere aget in diebus suis, quoniā nullus de semine eius prosperabitur ut
sedeat in solio Dauidis, & regnet posthac in Iuda. CAP. XXIII.

Ratio temporis non semper obseruatur in prophetarum sermonibus, nā ista oratio non sub Zedechia, sed lōge antea dicta uidetur sub Iehoiakim.

[a] Im lo, si nō, forma iurandi, uehementer asserit & affirmat.

[b] Eb. Sanctificabo.

[c] Sellū idem qui & Ioachas, iam captiuus tenebatur in Aegypto.

[d] Non cum iudicio, id est, non honestis rationibus.

[e] Opus ponitur pro mercede operis.

[f] Alij legunt spatiosa: alij, refrigerātia.

[g] Minium unam speciem coloris pro omnibus ponit.

[h] Hoc est, æmulari uis alios reges uel gentium, uel qui ante te fuerunt.

[i] Pro lacerus alij putridus legunt.

Alloquitur filiam Zion, uel gentem Iudaicam, sed per ironiam.

[k] Meabarim trāslacani, qui ad fines Iudææ habitabant.

[l] Ebr. Via tua.

[m] Pastores sunt præsides, prophetæ, reges, sacerdotes.

[n] Ventū pascere, est res friuolas & uanas moliri: uentus pascet eos, id est, frustrabuntur sua spe.

* Chonias & Iechonias idem.

[o] Animam ad aliquam rem attollere, est eam auere, desiderare, expetere.

[p] Alij legunt, abdicatum.

Digitized by Google

Inuectiua in magistratum, & antistites religionis. Describit autem sub nomine pastoris Meßiæ officium & gratiam.

A VAe pastoribus qui perdũt & dissipant gregem pascuæ meæ, dicit DOMINVS. Propterea sic dicit DOMINVS deus Israelis de pastoribus qui pascũt populũ meum, Vos dissipastis gregẽ meum, & extrusistis eum, & nõ uisitastis eum, ecce ego uisitabo super uos malitiam studiorũ uestrorum, dicit DOMINVS. Et colligã ego reliquias gregis mei ex omnibus terris in quas expulerã eas, & reducam eas ad caulas suas, ut sobolescant, & multiplicentur. Ego cõstituam super eas pastores qui eas pascent, non timebũt ultra, neq; terrebuntur, neq; [a]desiderabitur aliquid ex eis, dicit DOMINVS. Ecce dies uenient, dicit DOMINVS, ut excitem germen iustũ Dauidi, regnabitq; rex, & prudẽter rem geret, & faciet iudiciũ

B & iustitiã in terra. In diebus eius saluabit Iuda, & Israel habitabit tuto: & hoc nomen eius quo uocabũt [eum,] DOMINVS iustitia [b]nostra. Idcirco ecce dies uenient, dicit DOMINVS, ut non dicant ultra, Viuit DOMINVS, qui ascendere fecit filios Israelis de terra Aegypti: sed, †Viuit DOMINVS, q ascendere fecit, & q introduxit semen domus Israelis de terra Aquilonis, & de omnibus terris ad quas expulerã eos, & habitabũt in terra sua. [c]Ad prophetas contritũ est cor meũ in medio mei, fluctuarunt omnia ossa mea, similis factus sum uiro ebrio, & uiro quem uinũ incendit, à facie DOMINI, & à facie uerborũ sanctitatis eius. Quoniã terra plena est adulteris, qa propter [d]execrationẽ luxit terra, & speciosa deserti exaruerunt, & fuit clades eorũ [e]mala, & potentia eorum non firma. Etenim tam propheta q̃ sacerdos hypocritæ fuerũt, quin & in domo mea malitiam eorum deprehendi, ait DOMINVS. Idcirco erit eis uia eorum ut lubricitas in caligine, impellentur & cadent in ea, quia adducã super eos malũ, annum [scilicet] uisitationis eorũ, ait DOMINVS. Eandem stultitiã insulsam quam uidi apud prophetas Samariæ, qua in Baal prophetabant, & populũ meum Israel seducebant, apud prophetas quoq; Ierusalẽ uidi, horrenda quoq; & tetra: adulteria enim committunt, & incedunt in mendacio, roborant manus pessimorũ [hominum,] quo minus redeant, unusquisq; à malitia sua: factiq; sunt mihi omnes illi ut Sodoma, & habitatores eius ut Gomorra. Idcirco sic dicit DOMINVS exercituum de prophetis istis, †Ecce ego cibo eos absynthio, & potabo eos aquis felliris, à prophetis cñ Ierusalẽ egressa est hypocrisis in uniuersam terrã. Sic dicit DOMINVS exercituum, Ne audieritis uerba prophetarũ qui uobis prophetant, [f]uanos reddũt uos, uisionem cordis sui loquũtur, non ex ore DOMINI. Ad eos qui me irritant constanter dicunt, DOMINVS loquutus est, Pax erit uobis: & ad omnes qui ambulant iuxta libidinẽ cordis sui, dicũt, Nihil mali uobis accidet. Quis enim stetit in consilio arcano DOMINI, qui uiderit & audierit uerbũ eius? aut quis animaduertit ad uerbũ eius & audiuit? Ecce tẽpestas DOMINI furor [eius] egressus est,

E & turbo sese intorquens in caput impiorũ [sese] demittet. Non auertetur ira DOMINI, donec fecerit illud, et donec ratas fecerit cogitationes cordis sui, in nouissimo dierũ intelligetis intelligentiã eius. †Non misi prophetas istos, at ipsi cucurrerunt; nihil loquutus sum ad eos, ipsi tamen pphetant. Si stetissent in cõsilio meo, & uerba mea nota fecissent populo meo, reduxissent eos de uia sua mala, atq; de malitia studiorũ suorum. An non deus de propinquo ego, dicit DOMINVS, & non deus de longinquo? Num abscondet se quisquã in latebras ut eum uidere nequeam, ait DOMINVS? An nõ cœlũ & terrã ego impleo, dicit DOMINVS?

F Audiui [plane] quæ nam dicant prophetæ prophetantes mendaciũ in nomine meo, dicentes, Somniaui, somniaui. Quousq; est hoc in corde prophetarum, ut prophetent mendaciũ? ut prophetent dolũ cordis sui? Quorũ consilium huc tendit, ut populum meum somnijs suis, quæ quisq; proximo suo recenset, in obliuionem

Margin notes (left):

Metastasis uel anaclisis in uisitãdi uerbo.

[a] Ebr. Non uisitabuntur, id est, nõ deficient.

Quum ostendisset repudiatum Iechoniam & orbum, cõmode promissionem de Christo uero rege subnectit, qui sessurus est in folio Dauidis perpetuo.

[b] Alij legunt, dominus iustus noster,

[c] Quidã legunt, propter prophetas: alij pro titulo nouo ponũt, Ad prophetas.

[d] Alij legunt, iuramentum.

[e] Alij legunt, cursus eorum fuit malus.

[f] Vel, fatuos uos reddunt.

Margin notes (right):

Heterosis personarũ. Vocabuli pastorũ statim admonet officij.

Isaiæ 4.b 40.c.45 b Infra 33.c Ezech. 34. Dan. 9.g Ioan. 1.g

Deute. 33.d Supra 16.c

Post descriptionẽ Messiæ falsos prophetas adoritur.

Supra 9.c

Nota falsorũ prophetarum.

Supra 14.c Infra 27.c & 29.c

Digitized by Google

nem nominis mei trahat, quemadmodū & patres eorum nominis mei per Baal obliti sunt. Propheta apud quem est somnium, somniū narret: & is apud quem est uerbum meum, loquatur uerbū meum ex [g] fide. Quid enim paleæ cum triti co, ait DOMINVS? An non uerbū meū est sicut ignis, ait DOMINVS, & sicut malleus petrā dissipās? Propterea ecce ego cōtra prophetas, dicit DOMINVS, qui suffurantur uerba mea, quisq; scilicet à proximo suo. Ecce ego cōtra prophe tas, inquit DOMINVS, usurpantes linguā suam, & dicūt, Dixit. Ecce ego contra prophetas somniantes mendacia, dicit DOMINVS, quæ narrāt, seducūtq; po pulum meum mendacijs suis atq; celeritatibus suis, quum ego non miserim eos, neq; præceperim eis: omnino nihil utilitatis adferēt populo isti, ait DOMINVS. Quū populus iste te interrogauerit, aut propheta, aut sacerdos, dicēs, Quod nam G est onus DOMINI? Dices ad eos, Quod nā onus? Et abijciā uos, dicit DOMI NVS. Quod si propheta, sacerdos, aut populus dixerit onus DOMINI, uisita bo uirū talem & domū eius. Sic dicetis quisq; ad proximū suum, et quisq; ad fratrem suum, Quid respondit DOMINVS, & quid loquutus est DOMINVS? At oneris DOMINI ultra ne memineritis, suum enim cuiq; uerbū onus erit, & peruertistis uerba dei uiuentis DOMINI exercituū dei nostri. Sic dices ad prophetam, Quid respōdit tibi DOMINVS? & quid loquutus est DOMINVS? & nō dicatis Onus DOMINI. Idcirco sic dixit DOMINVS, Quandoquidē [h] dicitis uerbum istud, Onus DOMINI, ego autem misi ad uos, ne diceretis, Onus DOMINI: idcirco ecce & ego [i] uos leuando tollam & abijciam uos à facie mea, & ciuitatem istam quam dederam uobis & patribus uestris, & † adficiam uos sempiterno opprobrio & æterna ignominia, quæ in obliuionem nunquam ueniet.

Supra 20.e

[g] Vel uerè.

[h] Alij legunt, & si dixeritis onus domini, sine periodo, ut sequentibus hæreat.

[i] Alij legunt, obliuiscar uestri.

CAPVT XXIIII.

Comparatio duorum regum sub typo duorum calathorum ficuum.

OStendit mihi DOMINVS, & ecce duo corbes ficuum positi erāt ante tem A plum DOMINI, posteaquam captiuos abduxerat Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Iehoiakim regem Iuda, & principes Iuda, et opifices, & inclusores de Ierusalem, & duxerat eos in Babylonē. Corbis unus continebat ficus supra modum bonas, quales sunt ficus præcoces: alter uero corbis continebat ficus uehementer malas, quæ præ austeritate edi non possent. Di- B xitq; DOMINVS ad me, Quid uides tu Ieremia? Et dixi, Ficus, nempe ficus supra modum [a] bonas, & uehementer austeras, quæ præ austeritate haudquaquam edi possent. Et factum est uerbum DOMINI ad me, dicens, Sic dicit DOMINVS deus Israelis, Quemadmodum ficus istæ bonæ [sunt,] sic agnoscam in bonum [ipsorum] [b] captiuitatē Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldæo- C rum: ponam enim oculos meos super eos in bonum, & reducam eos in terram istam: ædificabo eos, & non diruam: plantaboq; eos, & nō euellam. Dabo insuper eis cor, ut me cognoscant q; ego sim DOMINVS: ipsi † erunt mihi populus, & ego ero eorum deus, quia reuertentur ad me ex toto corde suo. Et † sicut ficus malæ, quæ comedi non possent præ austeritate, [abijciuntur,] dicit DOMINVS, ita dabo Zedechiam regē Iuda & principes eius, atq; reliquias Ierusalem, quæ reliquæ factæ sunt in terra ista, & qui habitāt in terra Aegypti: dabo inquā D eos in diuexationem, idq; malo [ipsorum,] omnibus regnis terræ, in opprobriū, in prouerbium, in fabulam, & in execrationem in omnibus locis ad quæ eiecero eos. Mittamq; in eos gladium, famem & pestem, donec consumantur de hac terra quam tradidi eis, & patribus eorum.

Infra 31.d

Infra 29.d

[a] Eb. Bonas bonas: circumloquūtur autem superlatiuum geminatiōe positiui, ut Germani gůt gůt addunt ultra hoc ual de.

[b] Captiuitas ponitur pro hominibus in captiuitatem abductis.

CAPVT XXV.

Oratio est prophetæ, qua admonet eos ut resipiscant, nisi malint funditus perire.

Titulus.

VErbum quod fuit ad Ieremiā super uniuerso populo Iuda, anno quarto Ie- A hoiakim filij Iosiæ regis Iuda, qui annus primus fuit Nabuchodonosoris

Digitized by Google

Dicta est ante superiorē, quia ordo naturalis nō seruatur. Videtur esse prouectatio totius doctrinę Ieremianæ.

[a] Vel, hic est iam uicesimus tertius annus.

[b] Constanter addidi non ex meo, sed ex uerbo piel.

regis Babylonis, quod loquutus est Ieremias propheta ad cunctum populū Iuda,
& ad omnes habitatores Ierusalem in hunc modum. A tertiodecimo anno Io-
siæ filij Amon regis Iuda usque in hunc diem (uiginti iam [a] tribus annis,) factum
est ad me uerbū DOMINI, & alloquutus sum uos tempestiue surgendo, & [b] con
stanter loquēdo, sed nō audiuistis. Et misit DOMINVS ad uos omnes seruos
suos prophetas, mature surgendo, & mittendo, attamen nō audiuistis, neque incli-
nastis aurē uestrā ut audiretis. Dicebat ille quidē, †Reuertimini quæso, quisque à 4.Re.17.d
uia sua mala, & à malis studijs uestris, & habitate super terrā quam dedit DOMI- Supra 18.c
B NVS uobis & patribus uestris à sæculo in sæculū. Ne eatis post deos alios, ut Infra 35.c
seruiatis eis, & adoretis eos, neque exasperetis me opere manuū uestrarū, & nō ad-
fligam uos. Sed non audiuistis me dicit DOMINVS, exasperastis enim me ope
ribus manuū uestrarū, idque uestro malo. Idcirco sic dixit DOMINVS exercituū,
Eo quod nō audiuistis uerba mea, ideo ecce ego mittam & accipiā uniuersas fa-
milias Aquilonis, dicit DOMINVS, & Nabuchodonosorem regem Babyloniū
seruum meū, & adducam eos in hanc terram, & super habitatores eius, & super
omnes gentes istas quæ circūquaque sunt, & funditus excindam eos. Et ponam
C eos in stuporem, in sibilū, & in uastitates perpetuas. Perdam ex eis uocem læti-
tiæ, & uocem gaudij, uocem sponsi & sponsæ, uocem molæ, & lumen lucernæ.
Redigeturque uniuersa ista terra in solitudinē & uastitatem, & [c] seruient gentibus
illis, nempe regi Babylonio septuaginta annos. Quūque impleti fuerint †septua Infra 29.c
ginta anni, uisitabo & ipsius regis Babylonici & eorū iniquitatem, ait DOMI- 2.Par 36.d
NVS, ipsam quoque Chaldæorum terram, & redigā eam in solitudines perpetuas. Et 1.Esd.1.a
adducā super terram hanc omnia uerba mea quæ cōtra eam loquutus sum, cum Dan.9.a
oībus quæ scripta sunt in libro isto, quæ prophetauit Ieremias super omnes gen-
tes, quoniā seruient [d] & ipsi gentibus multis, & regibus magnis, rependamque eis
D iuxta opera sua, & iuxta opus manuum suarum. Quoniā sic dicit DOMINVS
deus Israelis ad me, Sume calicē uini furoris huius de manu mea, & fac ex eo bi-
bant omnes gentes ad quas ego te mitto, & bibent, cōmotique insanient metu gla
dij, quem ego inter eos mittā. Tuli ergo calicem istū de manu DOMINI, & po
tum ex eo dedi omnibus gentibus ad quas misit me DOMINVS, [nempe] Ieru
salem & urbibus Iuda, regibus eius, & principibus eius, ut redigantur in desola-
tionem, in stuporem, in exibilationem, atque in execrationē, ut [testatur] hæc dies.
Deinde [dedi calicē] & Pharaoni regi Aegyptio & seruis eius, principibus eius,
& uniuerso populo eius. Omni [e] promiscuo uulgo, & cūctis regibus terræ Vz,
omnibus denique regibus terræ Palestinæ. Askelon, Gaza, Accaron & reliquijs
E Azoti, Edom & Moab, atque filijs Amon. Cunctis quoque regibus Tyri, & omni
bus regibus Zidon, atque regibus insularibus ultra mare. Dedan quoque & The-
ma, Buz, & omnibus qui [f] extremos angulos [incolūt.] Omnibus regibus Ara
biæ, & omnibus regibus [g] Occidentis habitātibus desertum. Cunctis regibus
Zimri, & omnibus regibus Elam, unà cum omnibus regibus Medorum. Om-
nibus regibus Aquilonis, prope aut longe sitis, quibusque cum proximo suo. Et
omnibus regnis terræ quæ sunt in superficie orbis. Porrò rex Sesach post illos
bibet. Et dices ad eos, Sic mandat DOMINVS exercituū deus Israelis, Bibite,
F & inebriemini, uomite & cadite, & non resurgetis, à gladio quem in uos mittā.
Quod si renuerint calicē de manu tua accipere ad bibendū, dices ad eos, Sic dicit
DOMINVS exercituū, †Omnino bibetis. Quoniā ecce ego incipio adfligere 1.Pet.4.d
in urbe quæ [h] uocatur noīe meo, & uos omnino impune abiretis? Non [i] impu-
ne feretis, quia ego gladiū aduoco super omnes habitatores terræ, dicit DOMI- Graphice describit dominum.
NVS exercituū. Tu ergo prophetabis cōtra eos omnes sermones istos, dicesque ad
eos, DOMINVS † de sublimi rugiet, & de habitatione sua sancta dabit uocem Ioel 3.d
suam Amos 1.a

[c] Seruient, scilicet Iudæi, gentibus.

[d] Ad uerbū sic, operabūtur in eis etiam gētes multæ, hoc est, aliæ gentes subigent Babylonios, & eos seruitio prement, quemadmodum ipsi alijs fecerant.

[d] Ipsi, scilicet Babylonij.

[e] Aereb quidam pro occidētalibus exponunt.

[f] Extremātes angulo.

[g] Alij dicūt Arabię, uel omnes promiscue reges in deserto.

[h] Eb. In urbe qua in uocatum est nomen meum super eam.

[i] Eb. Nō eritis innoxij, immunes.

Digitized by Google

suam, rugiendo rugiet super domicilio suo, celeusma instar calcantium resonabit super omnes habitatores terræ. Venit uastitas ad extremitatem terræ, quoniam disceptatio est DOMINO cum gētibus, [f] iudicium subibit ipse cum omni carne, ut gladio dedat impios, ait DOMINVS. Sic enim loquutus est DOMINVS exercituū, Ecce calamitas egredietur de gente ad gentē, & turbo magnus excitabitur G à lateribus terræ. Et erunt interfecti DOMINI in die illo ab extremitate terræ ad extremitatem terræ, nemo deplangetur, nemo colligetur, nemo sepelietur, sed ut stercus iacebunt in superficiē terræ. Vlulate ô pastores, & clamate, uolutate uos in puluere, uos qui [l] insigniores estis in grege, quia dies uestri impleti sunt, ut mactemini, ut dispergamini, cadatisq́ue uti uasa expetibilia. Et peribit [m] fugæ [occasio] pastoribus, et arietibus gregis euadendi. Vox clamoris pastorum [tum audietur,] & ululatus arietū gregis, DOMINVS enim uastat [n] pascua eorum. Et [o] conticuerunt pulcherrima & amœnissima tempe, pascua pacifica, præ furore iræ DOMINI. Dereliquit ut leo latibulum suum, nam terra eorum in desolationē redacta est præ æstu uastatoris, & præ furore iræ suæ.

f Ebr. Iudicatur.

l Eb. Fortes gregis, ut arietes duces.
m Eb. Peribit fuga à pastoribus. Enallagen hanc mitigaui per uoculam [occasio.] Sēsus enim est, Tanta mala ingruēt, ut nulla uia fugiendi pateat pastoribus.
n Pascua eorū perdentur, id est, plebes ex quibus opulenti illi uiuebāt, quorum sanguine saginati erant.
o Alij legunt, euersa sunt, excisa sunt seu uastata pacifica pascua.

CAP. XXVI.

Historica narratio est, & quomodo ob ueritatis præconium tractatus sit à principibus.

IN principio regni Iehoiakim filij Iosiæ regis Iuda factū est uerbū istud à DOMINO in hūc modū, Sic dicit DOMINVS, Sta in atrio domus DOMINI, & A loquere ad omnes urbes Iuda, ueniētes ad domū DOMINI ut adorēt, cūcta uerba quæ præcepi tibi ut ad eos loquaris: caue uerbū adimas, si fortè audiant et conuertantur quisq́ue à uia sua mala, ut et me quoq́ue pœniteat mali quod constitueram illis facere propter malitiam studiorū suorū, dicesq́ue ad eos, Sic ait DOMINVS, Si nō audieritis me, ut ambuletis in lege mea quā uobis proposui, ut audiatis uerba seruorum meorum prophetarum, quos ego mitto ad uos, tempestiue surgēdo & mittendo: si [inquam] non audieritis, reddam ædem istam similem Silo, & ur- B
1.Reg.4.b bem hanc obijciam contumeliæ omnibus gentibus terræ. †Audierunt autem sacerdotes et prophetæ, atq́ue cunctus populus Ieremiā sermones illos prædicantem in domo DOMINI. Cumq́ue Ieremias finem fecisset loquēdi omniū eorum quæ loqui ad uniuersum populum DOMINVS præceperat, apprehēderunt eū sacerdotes, prophetæ & cunctus populus, & dicebant, Morte moriatur. Quare prophetasti in nomine DOMINI, dicens, Eueniet domui isti quemadmodū Silo, & ciuitas ista uastabitur, ut nemo sit qui [eam] inhabitet? Quumq́ue uniuersus populus congregatus esset ad Ieremiā in æde DOMINI, audierunt principes Iuda uer- C ba ista, ascenderunt de domo regis in ædē DOMINI, & considerunt ad ostiū portæ DOMINI nouæ. Dixerunt autem sacerdotes & prophetæ ad principes & ad omnem populū hiusmodi uerba, Reus [a] mortis est homo iste, quoniam prophetauit aduersus urbem hanc, quemadmodum auribus uestris audiuistis. Et dixit Ieremias ad cūctos principes, & ad uniuersum populū hæc uerba, DOMINVS misit me, ut propheterem contra ædem istam & cōtra urbem hanc omnia uerba
Supra 7.a quę audistis. †Nunc igitur bonas facite uias uestras, & studia uestra, & audite uo- D cē DOMINI dei uestri, tū pœnitebit & DOMINVM mali huius quod loquutus est cōtra uos. Et ecce ego sum in manu uestra, facite mihi quod uobis bonum & rectum uidebitur. Veruntamen hoc certo scitote, quòd si me interfeceritis, uosipsos, urbem istā, & ciues eius [b] reos facietis innoxij sanguinis, quoniā reuera DOMINVS me misit ad uos, ut loquerer in aures uestras omnia uerba ista. Et dixerunt principes atq́ue cūctus populus ad sacerdotes & prophetas, Hic [c] uir nō est mortis reus, quoniā loquutus est nobis in nomine DOMINI dei nostri. Et surrexerūt ui- E ri de senioribus terræ, dixeruntq́ue ad cunctam cōgregationem populi in hūc modum, Micheas Morasthites prophetabat in diebus Ezechiæ regis Iuda, is dicebat

a Eb. Iudicium mortis est homini isti.
b Ebr. Dabitis cōtra uosipsos sanguinem innocentem, & contra urbem istam, & contra habitatores eius.
c Eb Huic uiro non est iudicium mortis. Argumentum à iudicatis & ab exēplo, quod magnā uim habet: omnia autē, quo sint uehementiora, per interrogationem efferuntur. Atq́ue illi sententiam dixerunt pro liberando propheta.

Digitized by Google

ad omnem populum Iuda in huiusmodi sententiam, Sic dixit DOMINVS exercituum, Zion ut ager arabitur, & Ierusalem in aceruos redigetur, et mons domus in excelsa syluæ. Num uero interficiendo interfecerunt eum Ezechias rex Iuda, F atque omnis Iuda? An non potius timuit DOMINVM, & exorauit faciem DOMINI? unde & DOMINVM pœnituit mali eius quod contra eos decreuerat. Et nos cõmitteremus tantũ crimen contra animas nostras? Fuit autem & alius quoque qui prophetauit in nomine DOMINI, nempe Vrias filius Semeæ de Kiriath Iearim, qui prophetauerat contra urbem hanc, & contra hanc terram, iuxta cunctos sermones Ieremiæ. Et audiuerant rex Iehoiakim, & omnes heroes eius, G & omnes principes sermones eius, rex autem quærebat eum occidere. Cũque hoc audijsset Vrias, timuit, & fugit, profectus in Aegyptum. Misit ergo rex Iehoiakim uiros in Aegyptum, nempe Elnathan filium Achbor, & uiros cum eo in Aegyptum, qui educentes Vriam ex Aegypto, perduxerunt eum ad regem Iehoiakim, qui eum gladio percussit, & cadauer eius abiecit in sepulchrum [d] uulgi. At [e] manus Ahikam filij Saphan fuit cum Ieremia, ne traderetur in manum plebis, & interficeretur.

Mich. 3.

Aliud argumentum e præiudicatis, quod opponitur superiori.

Rursus (ut fit in tumultu) alij sunt homines corruptissimi, qui capiti Ieremiæ insidiãtur, hi ex abrupto incipiũt. Sed fuit & alius propheta, q.d. Quur nõ & hoc dicitis? Palpant autẽ regi Iehoiakim.
[d] Hb. Filiorũ populi.
[e] Manus fuit cũ eo, id est, is sententiam pro eo dixit ne interficeretur.

CAP. XXVII.

Quinque regibus qui cũ Zedechia cõspirarũt aduersus Nabuchodonosorẽ sua fata prædicuntur: suadet propheta, ut, si salui esse uelint, subdant se regi Babylonio.

A IN principio regni Iehoiakim filij Iosiæ regis Iuda, factum est uerbũ istud ad Ieremiam à DOMINO in hanc sententiã, Sic dixit DOMINVS ad me, Fac tibi lora ac iuga, & adcõmoda ea collo tuo, & mitte ea ad regẽ Edom, ad regẽ Moab, ad regem filiorũ Amon, ad regem Tyri, & ad regem Zidonis: id autem per legatos qui uenerunt Hierosolyma ad Zedechiam regẽ Iuda. Et mandata da eis quæ perferant ad dominos suos, in hanc sentẽtiam, Sic ait DOMINVS exercituũ deus Israelis, Sic dicetis dominis uestris, Ego feci [cœlum &] terram, hominem & iumẽta, quæ sunt in superficie terræ, uirtute mea magna, & brachio meo extento, & tradidi ea ei qui mihi placuit. Nunc autẽ tradidi omnes terras istas potestati Nabuchodonosoris regis Babylonis serui mei. Dedi quoque ei bestias agri ut ei seruiãt. B Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, atque nepoti eius, donec eius quoque terræ tempus ueniat: seruient ei inquã gentes multæ & reges magni. Porrò gens aut regnum quod seruire Mabuchodonosori regi Babylonio, & quod collum suum subdere iugo regis Babylonij noluerit, uisitabo eam gentẽ gladio, fame & peste, donec consumam eos in manu eius, ait DOMINVS. Vos ergo ne audiatis prophetas uestros, diuinos uestros, somniatores uestros, mathematicos uestros, & ueneficos uestros, qui uobis sic dicũt, Non seruietis regi Babylonis, quia mendaciũ uaticinantur uobis, ut uos longissime abducãt à terra uestra, ut ego eijciam uos et pereatis. Gens autem quæ præbebit collum suum iugo regis Babylonij, & ei seruiet, relinquam eam super terrã suam, ait DOMINVS, & colet eã, & habitabit in C ea. Quin & ad Zedechiam regem Iuda eadem per omnia loquutus sum, dicẽdo, Subijcite colla uestra iugo regis Babylonij, et seruite ei populoque eius, et salua [a] erũt uobis omnia. Cur moreremini tu & populus tuus gladio, fame & peste? quẽadmodũ loquutus est DOMINVS de gẽte quæ regi Babylonio seruire noluerit. Ne audiatis sermones prophetarum prophetantium ac dicẽtium uobis, Non seruietis regi Babylonis, quia mendacium illi prophetant uobis. †Quoniam nõ misi eos, ait DOMINVS, tametsi illi mẽdaciter prophetent in nomine meo, ut expellam uos, pereatisque tam uos quàm prophetæ qui uobis prophetant. Ad sacerdotes quoque & uniuersum populum istum sic loquutus sum, Sic dicit DOMINVS, Ne audiatis uerba prophetarum, qui prophetãt uobis, dicẽtes, Ecce uasa domus DOMINI breui restituentur de Babylone, mendaciũ enim ipsi prophetãt uobis. Ne audiatis eos, sed seruite regi Babylonio, & uiuite. Cur enim urbs ista in solitudinem

Videtur hæc prophetia omnino ad Zedechiam pertinere, utcunque pro Zedechia Iehoiakim irrepserit.

Titulus. In genere suasoria.

Argumentũ ab honesto.

Ratio utilitatis & necessitatis.

[a] Hbr. Et uiuite.

Supra 14.c 23.d Infra 29.b

Digitized by Google

tudinem redigeretur? Quod si illi sunt prophetæ, & si uerbū DOMINI est apud D
eos, interueniant obsecro apud DOMINVM exercituum, quo minus reliqua
uasa quæ sunt in domo DOMINI, & in domo regis Iuda atq; Ierusalem, Baby-
4.Re.25.a lonem perueniant. Sic enim dixit DOMINVS exercituum de columnis, de
mari atq; de basibus, & de reliquis uasis, quæ reliqua facta sunt in urbe ista, quæ
non abstulit Nabuchodonosor rex Babylonis, quum transferret Iechoniam fi-
lium Iehoiakim regem Iuda de Ierusalem in Babylonem, omnes deniq; illu-
stres in Iuda & Ierusalem. Quia sic dicit DOMINVS exercituum deus Israelis,
de uasis residuis in domo DOMINI, & in domo regis Iuda & Ierusalem, Ba-
bylonem transportabuntur, illicq; manebunt usque ad eum diem quo ego uisi-
tauero ea, dicit DOMINVS, & transferam ea, reducamq; ea in locum istum.

CAPVT XXVIII.

Disputatio inter uerum & falsum prophetam.

FActum est autē anno eodem in principio regni Zedechiæ regis Iuda, in an- A
no quarto, mense quinto, ut diceret ad me Hananias (filius Azur propheta
qui erat de Gibeon) in domo DOMINI in conspectu sacerdotū, atq; totius po-
puli, ac diceret, Sic loquutus est DOMINVS exercituum deus Israelis, sic nempe,
Confregi iugum regis Babylonis, adhuc intra duos dierū annos reducā ego ad
locum istum omnia uasa domus DOMINI, quæ abstulit Nabuchodonosor rex
Babylonis de loco isto, & auexit ea Babylonem. Ipsum etiā Iechoniam filiū Ie-
hoiakim regē Iuda, & omnes captiuos Iuda, qui Babylonē ingressi sunt, ego re-
ducam ad locū hunc, ait DOMINVS, quia conterā iugū regis Babylonij. Re- B
spondebat ergo Ieremias propheta Hananiæ prophetæ coram sacerdotibus, &
coram uniuerso populo qui stabant in æde DOMINI, & dicebat Ieremias pro-
pheta, Amen, sic faciat DOMINVS, & confirmet DOMINVS uerba tua quæ tu
uaticinaris, ut reducat uasa domus DOMINI, & omnes captiuos è Babylone ad
hunc locū. Veruntamen audi quæso & tu sermonē quē ego loquor in auribus
tuis, & in auribus totius populi, Prophetæ qui fuerūt ante me & ante te retro tem
poribus, quiq; prophetarūt super regiones multas, & super regna magna, siue de
bello, siue de afflictione, siue de peste. Propheta deinde qui de pace ꝓphetaret, C
in hoc cogniti sunt [omnes] ꝙ DOMINVS reuera eos misisset, si eueniebat ꝙ
propheta prædixisset. Et tulit Hananias propheta [a]iugū de collo Ieremiæ pro-
phetæ, & confregit illud, atq; simul Hananias audiente cuncto populo, dixit in
hanc sententiam, Sic dixit DOMINVS, In hunc modū conteram iugum Nabu-
chodonosoris regis Babylonij, (idq; adhuc intra duos dierū annos) à collo om-
nium gentiū. Abijt ergo Ieremias propheta uiā suā. Factūq; est uerbū DOMI-
NI ad Ieremiā (posteaquam confregisset Hananias propheta iugū de collo Iere-
miæ prophetæ) in hanc sententiā, Vade, & loquere ad Hananiā, dicens, Sic dicit
DOMINVS, Iuga lignea cōfregisti, & facies pro eis iuga ferrea. Quia sic dicit D
DOMINVS exercituū deus Israelis, Iugum ferreū posui super ceruicē omnium
gentium istarū, ut seruiāt Nabuchodonosori regi Babylonio, & seruient ei: quin
& bestias agri dedi ei. Et dixit Ieremias propheta ad Hananiā prophetā, Audi
quæso Hanania, DOMINVS nō misit te, tu uero populū istum lactasti falsis spe
bus. Idcirco sic dicit DOMINVS, Ecce ego mittam te de superficie terræ, hoc
enim anno morieris tu, quoniā defectionem loquutus es contra DOMINVM.
Mortuus est itaq; Hananias ꝓpheta eodē anno septimo mēse.

CAP. XXIX.

*Erant in Babylone inter illos qui cum Iechonia abducti erant, & inter eos qui Hie-
rosolymis adhuc manebant, qui res nouas molirentur, illis scribit propheta, consolatur
pios, compescit inquietos, hortatur ut caueant à pseudoprophetis, ut rem familiarem cu
rent, pacem quærant regni, &c.*

Prophetam nominat katachristicōs, qui pseudopropheta erat.

a Pro iugo numella legi potest.

Digitized by Google

A Haec sunt uerba epistolæ, quã misit Ieremias propheta de Ierusalem, ad reli- **Titulus.**
quias seniorũ captiuorũ, tum etiam ad sacerdotes atq; prophetas, & uniuer- Oratio illa
sum populũ quem abduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonẽ, po- uidetur tribus sequen
steaquam abijsset Iechonias rex & regina, atq; eunuchi, principes Iuda & Ierusa- tibus cap.
lem, artifices & inclusores de Ierusalem, per manũ Eleasa filij Saphan, & Gema- cohærere,
riæ filij Hilkiæ, quos misit Zedechias rex Iuda ad Nabuchodonosorẽ regem Ba- scriptaq; esse in princi
bylonis ad Babylonem, hoc tenore. Sic dixit DOMINVS exercituũ deus Israe- pio regni
a Ebr. Ad omnẽ trãsmigrationem. lis ad [a]omnes captiuos quos permisi abducere de Ierusalem in Babylonẽ, Aedi- Zedechiæ.
B ficate domos, & inhabitate: plantate hortos, & comedite fructus eorum: ducite
uxores, ut generetis filios & filias: sed & filijs uestris uxores ducetis, & filias ue-
stras uiris nuptui tradetis, ut pariãt filios & filias, ut q̃ maxime isthic sobolescatis,
neq; imminuemini. Quærite pacẽ eius ciuitatis, ad quã ego uos trãstuli, & orate
DOMINVM pro ea, quoniã cum pace eius [coniũcta] erit pax uestra. Quoniã
sic ait DOMINVS exercituũ deus Israelis, Ne seducãt uos prophetæ et diuini ue-
stri, neq; †attendatis somnijs uestris quæ uos somniatis. Isti em̃ mendaciter uo- Supra 14.c
C bis prophetãt in noĩe meo, nõ misi eos, dicit DOMINVS. Sic † em̃ dicit DOMI-
NVS, Posteaq̃ impleti fuerint septuaginta anni in Babylone, uisitabo ego uos, 2 Par.36.d 1.Esd.1.a
& ratum faciã uerbũ meum bonũ, ut reducã uos in locũ hunc. Siquidẽ ego noui Supra 25.c
cogitationes quas ego cogito super uos, ait DOMINVS, cogitationes nempe Dan.9.a
b Expectatio ꝓ spe & spes pro eo quod quis sperat. pacis, & nõ adflictionis, ut dem uobis posteritatẽ et [b]expectationẽ. Inuocabitis
me, ibitis, & orabitis ad me, & ego exaudiã uos: inquiretis me, atq; inuenietis: si
quidẽ ex toto corde uestro me quæsieritis. Et ego inueniar à uobis, dicit DOMI-
NVS, & reducam captiuos uestros, atq; colligã uos ex omnibus gentibus atq; ex
oĩbus locis ad quæ expuli uos, dicit DOMINVS, et reducã uos in locũ unde uos
captiuos abduxerã, quia dixistis, DOMINVS excitauit nobis prophetas in Ba-
D bylone. Quoniã sic dixit DOMINVS de rege qui sedet in solio Dauidis, & de Hactenus
omni populo qui habitat in hac urbe, de fratribus scilicet uestris qui non abierũt dixit quid
nobiscum in captiuitatẽ: sic inquam dicit DOMINVS exercituũ, †Ecce ego mit- euenturũ captiuis in Ba
c Eb. Tetris, fœdis, abominãdis, à quibus gustus nauseam habet, & dentes obstupescunt. tam in eos gladiũ, famem & pestẽ, & similes faciã eos ficubus [c]austeris, quæ præ bylone, iam
austeritate edi non possunt. Et insequar post eos gladio, fame & peste, & efficiã ostẽdit quo
ut territi circuncurrant in oĩbus regnis terræ, ut sint execrationi, stupori, exibila- modo patriæ res ha
tioni & probro in oĩbus gentibus ad quas eas propulero, eo ꝙ non audierũt uer- bituræ sint.
ba mea, dicit DOMINVS, quæ misi ad eos, per seruos meos prophetas mane sur- Supra 24.c
E gendo et mittendo, at nõ audiuistis, dicit DOMINVS. Vos quoq; captiui om-
nes, quos misi de Ierusalẽ in Babylonẽ, audite uerbũ DOMINI, Sic dicit DOMI-
NVS exercituũ deus Israelis ad Ahab filiũ Koliæ, & ad Zedekiam filiũ Maasiæ,
qui prophetant uobis mendaciter in noĩe meo, Ecce ego tradam eos in manum
Nabuchodonosoris regis Babylonij, qui trucidabit eos in oculis uestris. Et su-
metur de eis execrãdi formula ab omnibus captiuis Iuda qui in Babylone sunt,
ut dicatur, Ponat te DOMINVS sicut Zedechiã & sicut Ahab, quos rex Babylo-
nis igne frixit, eo ꝙ nephas patrassent in Israele, nempe adulteriũ cõmiserũt cum
uxoribus proximorũ suorum, & loquuti sunt uerbũ mendax in noĩe meo, quod
F non mandauerã eis, id quod ego scio, testis sum ait DOMINVS. Porrò ad Se-
meiam Nehelamiten dices in hanc sententiã, Sic ait DOMINVS exercituũ deus
Israelis, sic inquam, Eo ꝙ misisti literas tuo noĩe ad uniuersum populum qui est
Hierosolymis, & ad Zephoniã filiũ Maasiæ sacerdotem, & ad omnes sacerdotes,
dicens, DOMINVS constituit te sacerdotem pro Iehoiada sacerdote, ut sitis in-
spectores in domo DOMINI, super omnem uaticinio furore correptum & pro-
phetantem, ut eum in carcerem aut neruum conijcias: cur ergo nõ increpasti Ie-
remiã Anathotiten qui prophetat uobis? Quin & super ista misit ad nos in Ba-
byloniam,

Digitized by Google

bylonią̄,dicēs, Diuturna erit [captiuitas,] ædificate domos,& inhabitate: plan-
tate hortos,& comedite fructus eorū. Quam quidē epistolā Zephonias sacerdos G
audiente Ieremia propheta legit. Factumq́ꝫ est uerbū DOMINI ad Ieremiam,
dicens,Mitte ad omnes qui in captiuitate sunt in huiusmodi sententiam,Sic dicit
DOMINVS ad Semeiam Nehelamiten, Eo ꝙ Semeias uobis prophetauit, quē
nō misi,& spebus uanis uos lactauit,idcirco sic dicit DOMINVS, Ecce ego uisi
tabo Semeiam Nehelamiten,et semē eius,ut nō sit quisquā [ex eis] qui habitet in
medio populi huius, neq; uisurus sit bonū q̄d ego facio populo meo, dicit DO-
MINVS,eo ꝙ defectionē loquutus sit cōtra DOMINVM. CAP. XXX.

Quandoquidem cœperat consolari captiuos, mentionem facit ueræ libertatis per Christum, in quo omnes consolationes complentur, sine quo omnis consolatio irrita est & uana.

VErbum ꝙ ad Ieremiam factum est in hanc sententiā, Sic dicit DOMINVS A
deus Israelis,Scribe tibi omnes sermones quos loquutus sum ad te, in librū
aliquē: ecce enim dies uenient,dicit DOMINVS,ut reduces faciā captiuos popu
li mei Israelis & Iudæ,dicit DOMINVS,& reducam eos in terrā quā dedi patri-
bus eorū, & possidebūt eam. Et hæc sunt uerba quæ loquutus est DOMINVS
ad Israelē & ad Iudā,Sic enim dixit DOMINVS, Vocē horroris audiuimus,pa-
uorē & non pacē. Inquirite quæso & uidete,si pariat mas. Quare ergo uidi for
Ioel.2.c tissimū quenq; uirū manus suas more parturientis fœminæ lumbis suis [impin-
Amos.5.e gere,] & omniū facies in auriginē uersas? Væ quia †magnus est dies iste, ut ei
Soph.1.d nō sit similis,& tempus adflictionis ipsi Iacob,de qua tamen seruabitur. Et erit B
die illo, ait DOMINVS exercituū, confringā iugū eius à ceruice tua, & lora tua
dissoluā,nec [a] seruitute premēt eum ultra alieni, sed seruiēt DOMINO deo suo,
Esa.44.a & Dauidi regi suo,quē ego excitabo eis. †Tu uero ne timeas serue meus Iacob,
Luc.1.g dixit DOMINVS,& ne formides Israel,ecce eñ ego seruabo te à lōge,& semen
tuū à terra in qua captiui tenentur. Et redibit Iacob & quiescet, & opulētus erit
atq; securus,nec erit qui terreat. Quoniā ego tecū sum, ait DOMINVS, ut ser-
uem te,quia [b] cōsummationē faciam in omnibus gentibus ad quas te propuli,at
tecū non faciā consummationē, sed castigabo te in [c] iudicio: ueruntamen neuti-
quam te ad [d] purū putum excoquam. Quoniā sic dicit DOMINVS,Insanabilis
Quid sit anusch quære sup.15.et 17.cap. est ruptura tua,et dolorifica plaga tua. Nemo est qui dijudicet causam tuā,ut ob
ligēt [uulnus,] sanationes uulneris non sunt tibi. Omnes amatores tui obliti C
sunt tui,nec quærūt te,quoniā hostili †plaga percussi te,& sęua castigatione,pro-
†Sup.23.d pter multitudinē iniquitatis tuæ, peccata tua inualuerūt. Quid * clamas super
*Sup.15.d conquassatione tua? deploratus est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis
tuæ, & ꝙ peccata tua inualuerunt,feci tibi ista. Porrò quicunq; te deuorant,de-
uorabuntur,& omnes hostes tui: omnes illi inquā in captiuitatem abibunt: qui
te diripiunt,diripientur: & qui te spoliant,eos spoliū faciam. Ego enim obdu-
cam cicatricē tuā,et à plagis tuis sanabo te,dicit DOMINVS: etenim propulsam
te uocauerūt,[dicentes,] Zion est quā nemo requirit. Sic dicit DOMINVS, Ec D
ce ego restituam captiuitatē tentoriorum Iacob, & habitaculorū eius miserebor,
ædificabiturq́ꝫ ciuitas [e] super aceruum suum,& palatiū in loco suo manebit. Et
exibit ab eis laus,& uox gaudentiū. Multiplicabo eos,& nō imminuentur: ho
Mich.5. noratos eos faciā,nec uiles erunt. Erunt filij eius ut ab initio, & cœtus eius co-
Iam minatur pœnam his qui ad deum per Christum non accedunt. ram me dirigetur, [f] uisitaboq́ꝫ omnes qui [g] eū adfligūt. Et erit magnificus [dux]
eius ex ipso, & dominator eius de medio eius egredietur: [h] aduocabo eū prope,
& accedet ad me,quicūq; cor suū [i] deuouerit ut ad me accedat,dicit DOMINVS.
Eritis mihi populus,ego autem ero deus uester. Ecce quasi procella DOMINI
egressus est furor,procella inquam sese inuoluens in caput impiorum,desidebit.

[a] Eb. Non seruient in eo.
[b] Hoc cōplexo, consummationem facere frequenter utuntur Ebræi,pro eo quod Latinus diceret totū perdere, excindere funditus, in uniuersum tollere.
[c] In iudicio punire aut castigare, est nō summo iure agere et pro exacta iustitia, sed modo quodā & æquitate,nō furore.
[d] Nika significat aliquando immunē esse innocētemq́ꝫ, aut impune ferre, ut supra 25.ca. Aliquādo supplicijs & pœnis aliquem expurgare: sic in pręsenti loco, Mūdādo non mūdabo, hoc est,nō exacte & ad purū putū excoquam, ut nihil ultra sordiū in te sit: nā si hoc tentē,ferre haud quaquā posses, & simul pessum ires.
[e] Ebr. Super iudicio suo.
[f] Visitare pro punire.
[g] Eum, scilicet populum Israeliticum.
[h] Aduocabo eū, quidam de populo intelligūt Israelitico, alij aliter.
[i] Alij interrogatiue legūt, Quis enim despondet cor suum, ut accedat ad me?

Digitized by Google

Nõ enim reuertet furor iræ DOMINI, donec eã exequutus fuerit, & donec erexe rit cogitationes cordis sui. In nouissimo dierũ intelligetis illud. CA. XXXI.

Perstat in consolatione piorum, per Christum.

A IN illo tẽpore, dicit DOMINVS, ero omnibus cognationibus Israelis deus, &
ipsi erũt mihi populus. Sic ait DOMINVS, Inuenit gratiam in deserto popu-
lus qui reliquus factus est à gladio, quum scilicet Israel proficisceretur, ut quietem
sibi pararet. E longinquo uisus est mihi DOMINVS, & dilectione †perpetua di 2. Cor. 6. 8
lexi te, ideo beneficentia attraxi te. Adhuc ædificabo te, & ædificaberis, ô uirgo
Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium. Adhuc
plantabis uineas in montibus Samariæ, plantabunt plantatores, & [a]prophana-
bunt. Erit tempus cum clamabunt custodes in monte Ephraim, Surgite, ascendã
mus in Zion ad DOMINVM deum nostrum. Quoniam sic dicit DOMINVS,
Iubilate in lætitia propter Iacob, & [b]hinnite in capite gentium, annunciate, lau-
B date, & dicite, [c]Serua DOMINE populum tuum reliquias Israelis. Ecce ego ad-
duco eas de terra Aquilonis, & colligam eos de lateribus terræ, inter quos pariter
erũt cæcus & claudus, prægnãs & enixa, cœtus magnus huc [d]reuertetur. [e]Cum
fletu ingressi sunt, in beneficentijs adducam eos, deducam eos ad torrentes aqua
rum, & per uiam rectam, in qua non impingent, quoniam factus sum Israeli pa-
ter, Ephraim autem est primogenitus meus. Audite uerbum DOMINI gẽtes, &
annunciate per insulas quæ lõge sunt [distitæ,] & dicite, Qui disperserat Israelem
colliget eum, custodietq; eum sicut pastor gregem suum. Quoniam liberauit DO
MINVS Iacob, & asseruit eum de manu eius qui potẽtior eo fuit. Venient igitur
& iubilabunt in excelso Zion, & fluent ad bonitatem DOMINI, in frumento, in
C musto, in oleo, & in fœtibus gregum & armentorum, eritq; anima ipsorum simi
lis horto irriguo, nec ultra dolebunt. Tunc lætabitur uirgo in choro, iuuenes &
senes pariter: conuertam enim luctum eorum in gaudium, & solabor eos, atq; ex
hilarabo eos à dolore ipsorum. Inebriabo quoq; animam sacerdotum pinguedi
ne, et populus meus bonis meis saturabit, dicit DOMINVS. Sic ait DOMINVS
†Vox in excelso audita est, planctus & fletus [f]amarissimus, Rahelis filios suos de Matth. 2. d
plorantis, neq; consolationem ullam super filijs suis uoluit recipere, eo quod nõ
essent amplius. Sic dicit DOMINVS, Prohibe uocem tuam à fletu, et oculos tuos
à lachrymis, quoniam est merces operi tuo, ait DOMINVS, reuertenturq; de ter
ra hostis. Sed & posteritatem tuam ea spes manet, ait DOMINVS, reuertentur e-
nim filij ad terminum suum. Audiui plane Ephraim sese in captiuitate crucian-
tem, Castigasti me, & castigatus sum sicut uitulus nõ asuetus: conuerte me, & con
D uertar, quoniam tu es DOMINVS deus meus. Protinus enim ut conuersus sum,
pœnitui: & postquam cognitus sum, cõplosi [manus] super femur. Pudore sum
affectus, simulq; ignominia, etenim opprobrium adulescẽtiæ meæ fero. An non
pretiosus filius est mihi Ephraim? an nõ natus delicatulus? Omnino enim adhuc
memor eius sum iam inde quum primum loquerer cum eo, unde & uiscera mea
commouentur super eum, omnino miserebor eius, dicit DOMINVS. [g]Cõstitue
tibi signa, ponito palmulas, aduerte cor tuum ad semitam eius uiæ per quam am
bulasti: reuertere uirgo Israel, reuertere ad ciuitates istas tuas. Quousq; te subducis
ô filia uaga? Quoniam creauit DOMINVS nouã [rem] in terra, fœmina circun-
E dabit uirum fortem. Sic dicit DOMINVS exercituum deus Israelis, Adhuc dicẽt
uerbum istud in terra Iuda, atq; in ciuitatibus eius, quũ reduxero eos qui iam ca-
ptiui sunt. Benedicat tibi DOMINVS habitatio iustitiæ, mons sanctitatis. Et ha-
bitabunt in ea, Iuda & omnes ciuitates eius pariter, agricolæ, & qui proficiscũtur
cum grege. Quoniam inebriaui animam lassam, & omnem animam mœstã ex-
pleui. *Idcirco euigilaui, & uidi, & somnus meus dulcissimus fuit mihi. Ecce
dies

... udo est, Vt o-
..in populũ duxi, ita
nunc.

a Fructus tribus aut quatuor prioribus annis sancti erãt & consecrati dño, quinto demum anno prophani erant, id est, cõmunes. Vide Leuit. 19. Alij hillelu laudabũt aut canẽt interpretabuntur.
b Hinnire pro clara & læta uoce cãtare, uociferare.
c Alij legũt, saluauit dominus populum.
d Ebr. Reuertentur, est synthesis.
e Cum fletu ingressi sunt captiuitatẽ: alij legunt, cum fletu ue nient: sed futurũ sæpe pro imperfecto ponitur, cum fletu ibant, uel flẽtes abierunt.
f Eb. Fletus amaritudinum uel amaricationum.
g Zijnim signa aut scopi sunt quos in uia ponimus, ut nodos, lapidũ aceruos &c. statuas.
Dominus maritus populi Israelitici, promittit nouũ cõnubiũ, nouas tabulas: adulterati enim erãt cum dijs alienis, sed iam sponsum suũ uerum deum agnoscẽt, & se ad eum conuertent.
*Hæc uidentur esse populi uerba.

Dialogismos est Ephraim & dei.
Querulatio Ephraim.
Responsio dei.

dies uenient, dicit DOMINVS, ut seminem domũ Israelis, & domum Iudá semi
ne hominum, & semine iumentorũ. Futurumq́ est ut quemadmodũ uigilarem
super eos, ut euellerem, destruerem & euerterem, perderem atq́ confringerem: sic
uigilem super eos, ut ædificem & plantẽ, dicit DOMINVS. In diebus istis non
Ezec.18.a dicent ultra, Patres comederunt uuam immaturã, & dentes filiorũ obstupescunt,
sed unusquisq́ in iniquitate sua morietur: & quicũq́ comederit uuam acerbam,
illius dentes obstupescent. Ecce dies uenient, ait DOMINVS, ut feriam cum do F
mo Israel & cum domo Iuda fœdus nouum, non iuxta fœdus quod pepigi cum
patribus eorũ, tempore quo præhensa manu eorum, eduxi eos de terra Aegypti,
quod fœdus meum ipsi irritũ fecerunt, & ego [b]ostendi me esse dominũ eorum, di
cit DOMINVS. Hoc uero fœdus est quod feriam cum domo Israelis post dies
Supra 24.c istos, dicit DOMINVS, †Inserã legem meam in interiora eorũ, & in cor eorum
Luce 1.g scribã eam, eroq́ deus eorũ, ipsiq́ erunt mihi populus. Et non docebit ultra quis
Heb 8.c proximũ suum, aut uir fratrem suũ, dicens, Cognoscite DOMINVM, sed omnes
A deo doci. me cognoscẽt à minimo eorum usq́ ad maximũ eorum, dicit DOMINVS, quia
Iã.10.g propitius ero iniquitatibus eorum, & peccata eorũ non recordabor amplius. Sic
dicit DOMINVS, qui dedit solem in lucem diurnam, lunæ stellarumq́ ordines
in lucem nocturnã, qui fremere facit mare ut fluctibus tumultuet, DOMINVS
exercituum nomen eius est: si amotæ fuerint leges istæ à cõspectu meo, dicit DO G
MINVS, etiam semen Israelis cessabit, ut non sit gens coram me cunctis diebus.
Sic dicit DOMINVS, Si poterunt metiri cœli desuper, & terræ fundamenta quæ
subtus sunt inuestigari: ego quoq́ repudiabo uniuersum semen Israelis, propter
omnia quæ fecerunt, dicit DOMINVS. Ecce dies uenient, dicit DOMINVS, &
ædificabitur ciuitas DOMINO à turri Hananeel usq́ ad portã angularẽ. Hinc
ultra ducetur regula mensuræ ante ipsam usq́ ad collem Gareb, & reflectet ad
Goath. Et totam uallem cadàuerũ & cineris, & omnes [c]campos usq́ ad torrẽtem
Kidron, usq́ ad angulum portæ equorum ad Orientem sancta erit DOMINO,
non excindetur neq́ diruetur in sempiternum.

CAP. XXXII.

Oratio est separata, dicit urbem capiendam, regem cum ciuibus abducendum, sed demum restitui urbem, & ipsos reducendos, idq́; confirmat oraculo.

VErbum quod factũ est ad Ieremiã à DOMINO, anno decimo Zedechiæ re A
gis Iuda, is est annus decimusoctauus Nabuchodonosoris. Tunc aũt obsi
debat Ierusalẽ exercitus regis Babylonij, prophetaq́ Ieremias tenebatur in atrio
custodiæ, quæ fuit in domo regis Iuda, quo tenebat eum Zedekias rex Iuda, di-
cens, Cur tu uaticinaris in hunc modũ, Sic dicit DOMINVS, Ecce ego tradã ur-
bem hanc in manũ regis Babyloniæ, & capiet eam. Et Zedekias rex Iuda nõ eua
det manum Chaldæorũ, sed indubie tradetur in manum regis Babyloniæ, & lo
quetur os eius cum ore illius, & oculi eius uidebũt oculos illius. Ducet præterea
Zedekiã Babylonem, & illic erit, donec ego uisitauero eum, dicit DOMINVS.
Quod si pugnam inieritis cum Chaldæis, non prospere uobis cedet. Et dixit Ie-
remias, Verbũ DOMINI factũ fuit ad me, dicens, Ecce Hanameel filius Sallum
patrui tui uenit ad te, dicens, Eme tibi agrũ qui est in Anathoth, nam tu ius habes B
redimendi & emendi. Venit itaq́ ad me Hanameel filius patrui mei, iuxta uerbũ
DOMINI in atrium custodiæ, dixitq́ ad me, Eme quæso agrũ meum qui est in
Anathoth, quiq́ est in terra Beniamin, ius enim possidẽdi ad te [pertinet,] & tua
est redemptio, eme igitur tibi. Ego itaq́ agnoscens ꝙ uerbũ DOMINI esset, emi
agrũ ab Hanameele filio patrui mei qui erat in Anathoth, & appendi ei pecuniã
septem siclos & decem argenteos. Scripsi hæc in literis, & obsignaui, & adhibui
testes, appendiq́ pecuniam ad bilancem. Et accepi literas emptionis obsignatas
iuxta præceptũ & ritus, simulq́ [a]descriptum, atq́ dedi literas redemptionis Ba-

[b] Alij legunt, at ego maritus eorũ eram: alij, etiã tum quum me maritum aut dominũ illis præberẽs ostendit autem deus se dominũ, quũ eos grauiter ob inobedientiam puniret.

[c] Alij legunt Schedemoth proprium.

[a] Eb. Apertas, scilicet literas: copiam uulgo uocant.

Digitized by Google

ruch filio Neriæ, filij Mahasiç, corā oculis Hanameelis patruelis mei, & corā ocu
lis testium qui scripti erant in instrumento emptionis, in oculis deniq; omniū Iu
C dæorū qui assidebant in atrio custodiæ. Præcepi insuper ipsi Baruch coram eis,
dicēs, Sic dicit DOMINVS exercituū deus Israelis, Accipe istas literas, nempe in-
strumentū istud emptionis signatum, & descriptum istud, & impone in uas testa
ceum, ut ibi maneāt diebus multis. Quoniā sic dicit DOMINVS exercituū deus
Israelis, Adhuc ementur domus, agri, & uineta in terra ista. Posteaq̄ dedissem li
teras emptionis ipsi Baruch filio Neriæ, orabam ad DOMINVM in hunc mo-
dum, Ah DOMINE deus, ecce tu cōdidisti cœlū & terram tua uirtute magna, &
brachio tuo extento, nihil est tibi difficile. Tu facis misericordiā in millia, & re-
pendis patrū iniquitatem in sinum filiorū qui post eos [nascuntur.] Tu es deus il Exod.34.a
le magnus ac fortis, cui nomen est DOMINO exercituum. Magnus [b] consilio,
multus opere, cuius oculi aperti sunt super omnes uias filiorū hominū, ad dandū
unicuiq; iuxta uias suas, & iuxta fructū studiorum suorum. Qui edidisti signa &
portenta in terra [c] Aegypti (usq; [d] in hunc diem,) & in Israele, & in hominibus,
D & fecisti tibi nomen, ut est hodie. Tu eduxisti populū tuum Israelē de terra Aegy
pti signis, [e] portentis, manu robusta, brachio extento, & terrore magno. Tu dedi-
sti eis terrā hanc quam iuraueras patribus eorum, daturū eis terram lacte & mel-
le manantem. Quumq; ingressi essent & possiderent eam, non paruerunt uoci
tuæ, & in lege tua non ambulauerūt, & quidquid præcepisti eis ut facerent, non
fecerunt, idcirco tu effecisti ut euenirent eis omnia ista mala. *Ecce aggeres uene
runt ad urbem, ut ipsa capiatur, & ciuitas tradita est in manum Chaldæorū oppu
gnantiū eam metu gladij, famis & pestis, & quidq̄d loquutus es, euenit, id quod
tu uides. Et tu nihilominus ô DOMINE deus dicis mihi, Eme tibi agrum pecu
nia, & adhibe testes, quū urbs tradita sit in manū Chaldæorum. Factum ergo est
uerbum DOMINI ad Ieremiam in hūc modū, Ecce ego sum DOMINVS uniuer-
E sæ carnis, num quid mihi difficile est? Propterea sic dicit DOMINVS, Ecce ego
trado ciuitatem istam in manum Chaldæorū, atq; in manū Nabuchodonosoris
regis Babyloniorū, qui eam capiet. Ingredientur enim Chaldæi qui oppugnant
urbem istam, & incendent eam igni, & cōburent eam, simulq; ædes in quarū te-
ctis suffitū adoleuerunt ipsi Baal, & libauerunt libamina alijs dijs, ut me irritarēt.
Nam filij Israel & filij Iuda à pueritia sua aliud nihil fecerunt q̄ malum, idq; in
oculis meis: nihil inquam q̄ me ad iram prouocare operibus manuum suarum,
ait DOMINVS. Quin & irritamentū fuit mihi urbs ista furoris atq; iræ meæ, ab
eo die quo eam ædificarunt usq; in hunc diem, ut [iure] eam tollam è conspectu
meo, propter omnem malitiā filiorum Israel, & filiorum Iuda, quam patrarūt ad
me irritandū, ipsi, reges eorum, principes eorū, sacerdotes eorū, prophetæ eorum,
F omnis Iuda, & ciues Ierusalem. Aduerterunt mihi ceruicē, non faciem: quumq;
eos mane surgendo & docendo docerem, non paruerunt ipsi ut disciplinam re-
ciperent. † [f] Stercora sua posuerunt in ædem nomini [g] meo sacratam, ut eam pol 4.Re.21.a
luerent. Aedificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in ualle filij Hinnom, ut [h] traduce
rent filios suos & filias suas ipsi Molech, id quod ego nunquā mandaui eis, neq;
unquam ascendit in cor meum, ut facerent hanc abominationē, & peccare face-
rent Iudam. Nūc itaq; dicit DOMINVS deus Israelis super urbe ista de qua uos
dicitis, Data est in manū regis Babylonij in gladio, in fame, & in peste, Ecce ego
colligā eos de uniuersis terris, ad quas propuli eos in furore meo, in æstu meo, &
in magna indignatione mea, reducamq; eos ad locū istum, & efficiam ut securi
habitent. Ipsi erunt populus meus, & ego ero eorū deus, daboq; eis cor unum, &
uiam unā, ut timeant me cunctis diebus, quod eis bono [cedet] & filijs eorū post
G eos. Feriam cum eis fœdus sempiternū, quod non retro ab eis abscedā quo mi-
nus

[b] Alij legunt, cogitatione, solertia, studio.

[c] Per homines Aegyptios intelligit, et gentes alias, alienas à religione uera quę in Israele uigebat.
[d] Hoc est, talia & tanta signa, quę nulla abolebit posteritas.
[e] Asyndeta posui more Latino, quum Ebræi coniunctionem uof ad singulas uoculas adijciant.
* In præterito loquitur propheta propter certitudinē diuinarū minarum, urbs enim nondum erat tradita.

[f] Stercora, abominanda & tetra idola fuerunt.
[g] Ebr. Super quam inuocatū est nomen meum.
[h] Traducerent, scilicet per ignem, initiarentq; eos, idololatrarent, &c.

Digitized by Google

nus benefaciam eis; sed timorem meum dabo in cor eorũ, ut à me non deficiant.
Quin lætabor super eis ut eis benefaciã, plantaboq; eos in terra ista, in ueritate, in
toto corde meo, atq; in tota anima mea. Quoniã sic dicit DOMINVS, Quemad
modum adduxi super populũ istum omne malũ hoc ingens, sic adducam super
eos omne bonum quod loquar ad eos. Et possidebitur ager in terra ista, de qua
uos dicitis, desolata est, & absq; homine & iumento, traditaq; in manũ Chaldæo
rum. Agros inquam argẽto ement, scriptis instrumentis, signatis & testibus ad
hibitis, in terra Beniamin, & per circuitũ Ierusalem, per urbes Iuda, per oppida
montana, per ciuitates cãpestres, & per urbes quæ ad Meridiem sunt. Reducam
enim captiuitatem eorum, dicit DOMINVS.

CAP. XXXIII.

*Separata est oratio, eiusdem ferè argumenti cum superiori, consolatur & læta liber-
tatis promittit. Typus est liberationis factæ per Christum.*

Docet propheta quid orandũ sit.

ET factum est uerbũ DOMINI ad Ieremiã secundo, quum adhuc teneretur A
in atrio custodię, in hanc sententiã, Sic dicit DOMINVS qui fecit [a] hoc, DO
MINVS qui format hoc, ut pararet hoc, cui nomen est DOMINO, Clama
ma ad me, & respondebo tibi, & annunciabo tibi magna & [b] fortia, quæ non co
gnouisti. Quoniã sic dicit DOMINVS deus Israelis de domibus urbis huius, &
de [c] ædibus regũ Iuda, quæ dirutæ sunt ad aggeres, & uastitatẽ. [d] Veniũt quidem
[oppidani] ut pugnẽt cũ Chaldęis, sed impleant eas [domos] cadaueribus homi
num, quos ego percussi in furore meo, & in æstu meo, & quod abscondi uultũ meũ
ab urbe ista propter omnẽ malitiam eorũ. Sed ecce ego obducã [e] ei cicatricẽ & sa
nationem, sanaboq; eos, & aperiã eis [f] thesaurũ pacis & fidei. Et reducã captiuita
tem Iuda, & captiuitatem Israelis, & instaurabo eos ut olim fuerunt. Mundabo B
eos ab omni iniquitate eorũ, qua peccauerunt contra me, ac propitius ero omni
bus iniquitatibus eorũ quibus in me peccarũt, & perfide à me defecerunt. [g] Eritq;
mihi ad nomen, ad lætitiã, ad laudem & decus apud omnes gentes terræ, quę au
dituræ sunt omne bonũ quo ego eos adficiam, nam horrebunt & stupebunt su-
per omni bono & pace quibus [h] eum adficiam. Sic dicit DOMINVS, Adhuc au
dietur in loco isto (de quo uos dicitis quod uastatus sit ipse, ut neq; homo neq; bestia
sit in eo, in ciuitatibus inquã Iuda & plateis Ierusalem quæ desolatæ sunt, ut neq;
homo neq; habitator, neq; iumentũ sit in eo) uox lætitię, & uox gaudij, uox spon
si & uox sponsæ, uox dicentiũ, Laudate DOMINVM exercituũ, quoniã bonus
DOMINVS, quoniã in sæculum beneficentia eius, & hi adducent laudẽ in do C
mum DOMINI, quia reducã captiuitatẽ terræ sicut ab initio, dicit DOMINVS.
Sic ait DOMINVS exercituũ, Adhuc erũt in loco isto uastato (in quo neq; homi
nes sunt neq; iumẽta, & in omnibus ciuitatibus eius) tuguria pastorũ, qui [illic]
cubare facient gregem. In ciuitatibus quoq; montanis, in ciuitatibus campestri-
bus, atq; in ciuitatibus australibus, sed & in terra Beniamin, & per circuitũ Ierusa
lem, atq; in urbibus Iuda, transibunt adhuc greges sub manibus [i] minantis, dicit
upra 23.a DOMINVS. Ecce dies uenient, dicit DOMINVS, ut suscitem bonũ istud uer-
bum, quod loquutus sum super domũ Israelis & super domũ Iuda. In diebus
istis, & in tempore illo, faciã germinare Dauidi germen iustitiæ, & faciet iudiciũ
atq; iustitiã in terra. In diebus istis seruabitur Iuda, & Ierusalem habitabit secure: D
& hoc est quod uocabit eam, DOMINVS [k] iustitia nostra. Quoniã sic dicit DO-
MINVS, Non excindetur Dauidi uir sedens in solio domus Israelis. Et de sacer
dotibus Leuitis nõ excindetur uir à cõspectu meo qui sacrificet holocaustũ, & in
cendat sacrificiũ cibarium, quiq; uictimas faciat cunctis diebus. Et factũ est uer
bum DOMINI ad Ieremiam in hanc sententiã, Sic dicit DOMINVS, Si irritum
facere potestis fœdus meũ [quod inij] cum die, & fœdus meũ cum nocte, ut non
sit dies & nox suo [utrunq;] tempore: etiam irritũ fieri poterit fœdus meum cum

[...] iterũ se [...]tia promit[...] post ca[...]

[a] Alij legunt, qui fecit eam, & intelligunt Ierusalem, uel rem quam decreuit.
[b] Pro fortia posset legi communita, abstrusa, recondita, scilicet cõsilia dei, quæ humana ratio nõ penetrat.
[c] Alij legunt, de ædibus diruẽdis per munitiones & arma.
[d] In obsidione multæ domus diruũtur, ut aggeres & ualla fiant contra hostes. Hoc idem fecerũt ciues Hierosolymitani, sed contra uerbũ dei. Hinc factum est ut illis infeliciter cederet, ut corpora illorum qui se defens[...]oluerunt, illic caderent & ualla implerent, domino contra eos pugnante, cuius decretũ erat, ut urbs caperetur.
[e] Ei, urbi uel populo.
[f] Vel optionem pacis & fidei, id est, quantum optare aut petere possent.
[g] Erit, scilicet urbs, aut populus restitutus: uel legatur sic, Et cedet mihi hoc.
[h] Eum, scilicet populum, uel eam urbem.
[i] Alij legunt numerantis, sed uidetur mone à mana esse, minare uel agere.
[k] Alij legunt, dominus iustus noster.

Digitized by Google

seruo meo Dauide, quo minus filiũ habeat regnantem in solio suo, & cum Leui tis sacerdotibus ministris meis. Sicut enim exercitus cœlorũ numerari non potest, neq; arena maris metiri, sic multiplicabo semen Dauidis serui mei, & Leuitas qui mihi ministrant. Et factum est uerbum DOMINI ad Ieremiam, dicens, An non [l]intellexisti quid populus iste loquatur, dicens, Duas familias quas elegerat DOMINVS, eas abiecit, & populũ meum irritarunt, ut amplius non fuerit gens coram eis? Sic dicit DOMINVS, Si fœdus meum non [pepigi] cum die & nocte, si leges cœlis & terræ non dedi, iam semen Iacob & Dauidis serui mei repudiabo, quo minus accipiam de posteritate eius principes super semen Abrahæ, Isaac & Iaacob. Reducam enim captiuitatem eorum, & miserebor eorum.

[l] Ebr. An non uidisti.

CAP. XXXIIII.

Duæ orationes huius capitis, prior relatio quædam est & denunciatio prophetica regi & populo, posterior increpatio uehemens & grauis ob neglectam legem & uerbum dei.

A VErbum quod factũ est ad Ieremiam, quum Nabuchodonosor rex Babylonis & omnis exercitus eius, & omnia regna terræ quę parebant eius imperio, omnesq; populi [eius] oppugnarẽt Ierusalẽ & socias urbes eius, hoc modo, Sic dicit DOMINVS deus Israelis, I, & dic ad Zedekiã regem Iuda, dic inquã ei, Sic denunciat DOMINVS, Ecce ego trado ciuitatem istã in manũ Babylonici regis, qui eam igni incendet, nec tu euades manũ eius, sed certissime cõprehenderis, & traderis in manũ eius. Oculi tui uidebunt oculos regis Babylonici, & os eius os tuum alloquetur, deinde Babylonẽ uenies. Attamen audi uerbũ DOMINI, ô Zedekia rex Iuda, Sic dicit de te DOMINVS, Nõ occubiturus es ferro, sed in pace moriturus, in rogo enim, quemadmodum patres tuos reges antecessores tuos, cõburent te, &, uæ domine, super te plangent, nam ego [hoc] uerbũ loquutus sum, dicit DOMINVS.
B Et loquutus est Ieremias propheta ad Zedekiã regem Iuda omnes sermones istos Hierosolymis, quũ exercitus Babylonici regis oppugnaret Ierusalem & omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant, [nempe] Lachis & Azeka, quæ adhuc erant reliquæ ex ciuitatibus Iuda munitis. Verbũ q̃d factum ad Ieremiam à DOMINO, posteaq̃ rex Zedekias pepigisset fœdus cum omni populo Hierosolymitano, ut pronũciaret eis libertatem, [ita] ut manumitteret quisq; seruũ suum, & quisq; ancillã suam Ebræum aut Ebræam, liberos, ne [a]amplius premeret eos seruitute, Iudæum scilicet fratrem suum. [b]Consenserant autem omnes principes & omnis populus qui hoc fœdus inierant, ut quisq; manumitteret seruum suum, & quisq; ancillã suam liberos, ne amplius eos seruitute premeret: & ut consenserant, manumittebant. Post hoc conuersi repetierunt seruos & ancillas quos manumiserant, & redegerũt eos iterum ut essent serui & ancillæ.
C Tum factus est sermo DOMINI ad Ieremiam à DOMINO in hanc sententiam, Sic dixit DOMINVS deus Israelis, Ego fœdus pepigerã cum patribus uestris (eo die quo educerẽ eos de terra Aegypti de domo seruorũ) in hanc formã, [c]Finitis septem annis, manumittetis quisq; fratrem suum Ebræũ, qui tibi uenditus fuerit: quũ tibi sex annis seruierit, tum manumittes eum à te ut liber sit, at patres uestri non paruerunt mihi, neq; inclinarunt aurem suam. Vos aũt nunc reuersi eratis, & rectum feceratis in oculis meis, pronũciando libertatem quisq; proximo suo, & pepigeratis fœdus in oculis meis, in æde cui nomen meum est impositum. Sed [d]mutato consilio prophanastis nomen meum, & repetiuistis quisq; seruum suum, & quisq; ancillam suam, quos manumiseratis ut liberi essent, suoq;
D [e]arbitrio uiuerent, & subiugastis eos ut denuo sint uobis serui & ancillæ. Idcirco sic dicit DOMINVS, Vos non paruistis mihi, ut pronunciaretis libertatẽ quisq; fratri suo, & quisq; proximo suo, ecce ergo ego exclamo uobis libertatẽ, ait DOMINVS

Altera pars.

Exod. 21. a
Deut. 15. c

[a] Eb. Ne quis seruiret amplius in eis, id est, ne q̃s opus suũ conficeret per illos.
[b] Audierant habent Ebræi, sed utuntur audiendi uerbo pro parendi, obsequendi, consentiendi.

[c] Eb. Ad finem septimi anni: uel, à fine septem annorum.

[d] Ebr. Et reuersi estis.

[e] Ebr. Ad animam suam.

Digitized by Google

MINVS, ad gladiū, ad pestem, & ad famem, & tradā uos ad diuexandū cunctis
regnis terræ. Viros inquam istos qui fœdus meum transgressi sunt, neq; rata ha-
buerunt uerba fœderis quod pepigerunt in conspectu meo, cæsa in duas partes
buccula, transitu inter partes eius facto, principes Iuda, principes Ierusalē, eunu-
chos, sacerdotes & uniuersum populū terræ, qui transierunt inter partes bucculę,
tradā in potestatem hostium suorū, & in manum eorū qui quærunt animam eo-
rum, eritq; cadauer eorū esca uolucri cœli & bestiæ terræ. Zedekiam uero regem
Iuda & principes eius tradam in potestatem hostiū eorum, & qui uitam eorum si
tiunt, atq; in manū exercitus regis Babylonici, qui nunc à uobis recessit. Ecce au
tem ego præcipio, ait DOMINVS, & reducam eos ad ciuitatem hanc, quam op
pugnabunt, & eam captam igni incendent, & ciuitates Iuda desertas reddam ne
quisquam inhabitet. CAP. XXXV.

Historica narratio est priore parte, posteriore exponitur quid hoc facto significetur.

VErbū quod factum est ad Ieremiā à DOMINO, in diebus Iehoiakim filij A
Iosiæ regis Iuda, in hanc formam, I ad domū Rechabitarū, & loquere cum
eis, & introduc eos in domū DOMINI, ad exedram aliquam, & da eis uinum bi
bere. Accepi ergo Iazaniam filiū Ieremiæ filij Habaznię, & fratres eius, & omnes
filios eius, & omnem familiam Rechabitarū, & adduxi eos in domum DOMI-
NI, in exedram filiorū Hanan filij Igdaliæ uiri dei, quæ erat iuxta exedram prin
cipum, quæ erat superne ad exedrā Maasiæ filij Sallum custodis liminis. Et po-
sui ante filios familiæ Rechabitarū cyphos plenos uino atq; calices, & dixi eis,
Rechabitę. Bibite uinū. Qui dixerunt, Non bibemus uinū, quia Ionadab filius Rechab pa-
ter noster præcepit nobis, dicens, Ne bibatis uinū, & uos & filij uestri in æternū. B
Domū ne ædificetis, sementem ne seratis, & uineam ne plantetis, neq; sit uobis,
sed in tentorijs habitate cunctis diebus uestris, ut uiuatis diebus multis super fa-
ciem terræ in qua peregrini estis. Paruimus ergo uoci Ionadab filij Rechab pa
tris nostri in omnibus quæ præcepit nobis, ut neq; uinū bibamus cunctis diebus
nostris, cum nos tum uxores nostræ, tum filij nostri & filiæ nostræ. Neq; domus
ædificamus pro habitationibus nostris, neq; uinea, neq; ager, neq; sementis no-
bis est, sed in tentorijs habitamus & obedimus & facimus iuxta omnia quæ præ
cepit nobis Ionadab pater noster. Sed nunc factū est quū Nabuchodonosor Ba-
byloniæ rex ascenderet in terrā, ut diceremus, Agite, demigremus Hierosolyma C
metu exercitus Chaldęorū, ac metu exercitus Syriaci, habitamus itaq; Hierosoly-
mis. Tunc factus est sermo DOMINI ad Ieremiā dicēdo, Sic dixit DOMINVS
exercituum deus Israelis, Vade & dic uniuerso Iuda & habitatoribus Ierusalem,
[..]ptatur fa[..]ū & exem[..]lū Recha[b]itarū præ[c]entibus re[..]us. Num disciplinā non recipietis? ut pareatis uerbis meis, dicit DOMINVS? Rata
sunt uerba Ionadab filij Rechab quæ præcepit filijs suis ne uinū bibant, neq; eñ
uinū biberunt in hunc usq; diem, sed paruerunt interdicto patris eorum. Ego au
tem loquutus sum ad uos mane surgendo & constanter loquēdo, sed non parui
stis mihi. Sed & omnes sermones meos prophetas misi ad uos, mane surgendo,
Supra 18.b 15.b mittendo atq; dicendo, Reuertimini obsecro quisq; à uia sua mala, & bona facite D
studia uestra, & ne abeatis post deos alios ad colendum eos, sed habitate in terra
quam dedi uobis & patribus uestris, sed nō inclinastis aurem uestrā, neq; morem
gessistis mihi. Filij Ionadab filij Rechab ratum seruauerunt pręceptum patris sui
quod præceperat eis, populus autem iste non obediuit mihi. Propterea sic dicit
Pœna inobedientiæ. DOMINVS deus exercituum deus Israelis, Ecce ego adduco super Iudam & su
per cūctos habitatores Ierusalē omnem calamitatem quam loquutus sum super
eos, eo q; loquutus sum ad eos, illi uero nō audierūt: uocaui eos, sed nihil respon-
Laus et pręmium obedientiæ. derunt. Domui uero Rechabitarum dixit Ieremias, Sic dixit DOMINVS exerci
tuum, deus Israelis, Quandoquidē obtēperastis præcepto patris uestri Ionadab,

& seruastis omnia præcepta eius, fecistisq; iuxta omnia quæ præcepit uobis, ideo sic dixit DOMINVS exercituũ deus Israelis, Non excindetur uir de Ionadab filio Rechab, quin stet coram me cunctis diebus.

CAP. XXXVI.

Narratio est historica & expositio multiplicis facti, indicatur autem diligentia & constantia prophetæ contra acerrimos hostes, quorũ conatus dominus irritos facit.

A ET factum est in anno quarto Iehoiakim filij Iosiæ regis Iuda, ut fieret sermo iste ad Ieremiã à DOMINO, in hanc sententiã, Corripe tibi uolumen libri, & scribe in eum omnes sermones quos loquutus sum ad te contra Israelẽ, contra Iudã, atq; cõtra omnes gentes, ab eo die quo cœpi loqui tecũ, à diebus nempe Iosiæ usq; in præsentẽ diem, si forte domus Iuda, audiẽdo omnia mala quæ ego delibero eis facere, reuertantur quisq; à uia sua mala, & propitius sim iniquitati eorum atq; peccato eorũ. Accersiuit ergo Ieremias Baruch filiũ Neriæ, scripsitq; Baruch ex ore Ieremiæ omnes sermones DOMINI, quos loquutus erat ad eum, in uolumen libri. Mandauit ergo Ieremias ipsi Baruch, dicens, Ego prohibitus ingredi domũ DOMINI non potero, ingredere ergo tu, & lege in uolumine isto

B q̃d scripsisti ex ore meo, [puta] sermones DOMINI, in auribus populi in domo DOMINI, in die ieiunij, deniq; in auribus omniũ Iudæorũ qui ueniunt è ciuitatibus suis, leges eos, si forte cadat precatio eorũ in cõspectu DOMINI, & reuertatur quisq; à uia sua mala, quoniã magna est ira & furor, quem loquutus est DOMINVS contra populũ istum. Fecit itaq; Baruch filius Nerię iuxta omnia quę mandauerat ei Ieremias propheta, legẽdo in codice sermones DOMINI in æde DOMINI. Factũq; est in anno quinto Iehoiakim filij Iosiæ regis Iuda mense nono, ut indiceretur ieiuniũ coram DOMINO, nempe uniuerso populo in Ierusalẽ, & omni populo qui ueniebat ex urbibus Iuda, Hierosolyma. Tunc legit Baruch è uolumine sermones Ieremiæ in æde DOMINI, in cella Gamariæ filij Saphan

C scribæ, in atrio superiore, ad ostiũ portæ domus DOMINI nouæ, audiẽte uniuerso populo. Quumq; audiuisset Micheas filius Gamariæ filij Saphan omnes sermones DOMINI ex libro, descẽdit ad domũ regis, ad cellã scribæ, & ecce ibi consederant omnes principes, Elisama scriba, Delias filius Semeiæ, Elnathan filius Achbor, Gamarias filius Saphan, & Zedekias filius Hananiæ, & omnes principes. Et exposuit eis Micheas omnes sermones quos audierat, quũ legeret Baruch in libro audiente uniuerso populo. Et miserũt omnes principes Iehudi filiũ Nathanię filij Selamię, filij Chusi, ad Baruch, dicẽdo, Tolle manu tua codicẽ ex quo legisti audiente populo, & ueni. Baruch ergo filius Neriæ accepto codice in manum suam, uenit ad eos. Et dixerũt ad ipsum, Sede quæso & lege eum corã auri-

D bus nostris. Et legit Baruch ipsis auscultãtibus. Contigit autem quum audissent omnes sermones, expauerunt, quisq; ad alium, & dixerunt ad Baruch, Nos indubie annũciabimus regi omnes sermones istos. Et ipsum Baruch interrogauerũt, dicentes, Expone quæso nobis quomodo scripseris omnes sermones istos ex ore eius? Quibus respondit Baruch, Ore suo dictabat mihi omnes sermones istos q̃s ego atramento scribebã in librum istum. Dixerunt ergo principes ad Baruch, I, abscondere tu cum Ieremia, ita ut nemo sciat ubi sitis. Et abierũt ad regem in curiam, uolumen autem cõmendarunt in cella Elisamæ scribæ, & exposuerũt in auribus regis omnes sermones istos. Misit ergo rex Iehudi ut afferret uolumen, & tulit ipsum è cella Elisamæ scribæ, legitq; in eo Iehudi, audientibus cũ rege ipso,

E tum omnibus principibus qui stabant apud regẽ. Porrò rex tum habitabat in domo hyemali mense nono, & foculus ante ipsum ardebat. Factumq; est quum legisset Iehudi tres aut quatuor paginas, concidit librũ scalpello scriptorio, & iecit in ignẽ qui erat in foculo, donec consumeretur totus iste liber igne qui in foculo ardebat, ut interim non horrerẽt, neq; uestimenta sua scinderent, uel rex ipse, uel

serui

Digitized by Google

serui eius, quum tamen audissent omnes sermones istos. Elnathan autem, & Dalias, atque Gamarias intercedebant apud regem ne liber combureretur, at non exaudiuit eos, sed præcepit rex ipsi Ierahmeel filio Hamalech, & Seriæ filio Asriel, F atque Selemiæ filio Abdeel, ut caperent ipsum Baruch scribam & Ieremiam prophetam, uerum DOMINVS absconderat eos. Factusque est sermo DOMINI ad Ieremiam posteaquam rex incendisset uolumen, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens, Iterum sume tibi alium codicem, & scribe in eo omnes sermones priores qui fuerunt in codice priore, quem incendit Iehoiakim rex Iuda. Et ad Iehoiakim regem Iuda dicito, Sic ait DOMINVS, Tu incendisti codicem istum, dicens, Cur scripsisti in eo in hanc sententiam, Certissime ueniet rex Babylonis, & uastabit terram hanc, & uacare eam faciet cum hominibus tum iumentis? Propterea sic ait DOMINVS de Iehoiakim rege Iuda, Non erit ei [superstes] qui sedeat in solio Dauidis, & cadauer proiectum erit ad æstum diurnum, G & ad gelu nocturnum. Et uisitabo cum ipsius tum seminis ac seruorum eius iniquitatem, & inducam super eos & super habitatores Ierusalem, & super uniuersum Iuda omnem calamitatem quam loquutus sum super eos, quamuis non audierint. Accepit ergo Ieremias uolumen aliud, & tradidit illud Baruch scribæ filio Neriæ, qui scripsit in eo de ore Ieremiæ omnes sermones uoluminis eius quod incenderat Iehoiakim rex Iuda. Additi sunt insuper ad eos plures sermones quàm fuerint priores.

CAP. XXXVII.

Narratur quomodo Zedechias rex sit constitutus, Aegyptius opem laturus uenerit, Ieremias exire uoluerit, & captus sit, &c.

Zedekias filius Iosiæ constitutus est rex à Nabuchodonosore rege Babylonis, pro Iechonia filio Iehoiakim in terra Iuda, & non obtẽperabant, neque A ipse, neque serui eius, neque populus terræ sermonibus DOMINI, quos loquebatur [a]per Ieremiam prophetã. Et misit rex Zedekias Iehuchal filiũ Selemiæ, & Zephaniam filiũ Maasiæ sacerdotem ad Ieremiã prophetam, ut dicerent, Ora quæso pro nobis ad DOMINVM deum nostrũ. Ieremias aũt tum ingrediebatur & egrediebatur in populo, nondũ enim posuerant eum in carcerem. Exercitus quoque Pharaonis profectus erat ex Aegypto, quem rumorem eorum quum audissent Chaldæi qui Ierusalẽ obsidebant, ascenderunt à Ierusalem. Factus est ergo sermo DOMINI ad Ieremiam prophetã in hunc modũ, Sic dicit DOMINVS deus Israel, B Sic dicetis ad regẽ Iuda qui misit uos ad me, ad me interrogandũ, Ecce exercitus Pharaonis qui egressus est ut uobis opem ferat, reuertetur in terrã suam in Aegyptum, Chaldæi aũt redibunt, & expugnatã istam urbem capient, & igni eam exurent. Sic enim ait DOMINVS, Ne [b]efferatis animas uestras, dicẽtes, Chaldæi nũc indubie recedẽt à nobis, quia non abibunt. Quin si trucidassetis omnẽ exercitum Chaldæorũ qui uos oppugnant, & confossi ex eis relinquerentur, quisque in tentorio suo surgerent, & incenderent urbẽ istam igni. Contigit aũt, quum soluisset exercitus Chaldæorum à Ierusalem metu exercitus Pharaonis, ut exiret Ieremias de Ierusalẽ, & iret in terrã Beniamin, ut secederet illinc à populo. Quumque esset in C porta Beniamin, erat isthic præfectus quidã custodiæ, cuius nomen Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ, qui præhendit Ieremiã propheram, dicẽs, Tu uolebas ad Chaldæos deficere. Dicebat ergo Ieremias, Mendacium est, ego nequaquam ad Chaldæos deficere uolui. At ille nolebat eum audire, sed præhensum Ieremiam adduxit Ierias ad principes. Et irati sunt principes Ieremiæ, & percusserunt eum, posueruntque eum in carcerẽ in domo Ionathan scribæ, [c]hunc enim præfecerant carceri. Ingressus est itaque Ieremias in locũ & in [profundissimas] mansiunculas, & delituit isthic multis diebus. Misit autem rex Zedekias, & accersiuit eum, interrogauitque eum domi suæ clanculum, & dixit, [D]Est ne hoc negotium à DOMINO?

[a] Eb. Per manum Ieremiæ.

[b] Animã tollere uel eleuare, est desiderare aliquid, uel alicuius rei desiderio teneri, sibi aliquid certo polliceri.

[c] Alij legunt, hanc enim fecerant carcerem.

[D] Vel sic, Est ne uerbum à DOMINO? q.d. Habes ne reuelationem à domino? est ne uerbũ dei quod tu tam constanter loqueris?

Digitized by Google

D Et dixit Ieremias, Est. Et ait, In manū regis Babylonij traderis. Et dixit Ieremias ad regem Zedekiā, Quid peccaui uel in te, uel in seruós tuos, uel etiā in populum istum, quod retrusistis me in carcerem? Vbi sunt prophetæ uestri, qui uobis prophetabant & dicebant, Non ueniet rex Babylonis contra uos, & contra terram istam? Nunc ergo ausculta quæso domine mi rex, [e]cadat quæso precatio mea in conspectu tuo, ne me reduci iubeas in domū Ionathan scribæ, ne isthic moriar. Præcepit ergo rex Zedekias, ut ponerent Ieremiam in atriū custodiæ, & darent ei quotidie libum panis [f]præter obsonia, donec consumeretur omnis panis in urbe. Manebat itaque Ieremias in atrio custodiæ.

[e] Cadat oratio, Ebraismus est, pro eo quod Latinus diceret, Sine ut impetrē quę peto, sine te exorem. At in actiua uoce prosternere orationem, uel facere cadere orationem, est humiliter supplicare, ut sequenti cap.

[f] Alij legunt, ex platea pistorum aut coquorum: sed est, præter cibos coctos.

CAP. XXXVIII.

Fit quorundam inuidia, ut propheta perduellionis accusatus, in grauiorem captiuitatem detrudatur, at non deest ei qui causam eius bona fide agat.

A AVdiuerat Sephatias filius Mathan, Godolias filius Pashur, Iuchal filius Selemiæ, & Pashur filius Malchiæ sermones quos loquutus fuerat Ieremias ad uniuersum populū, in hanc sententiā, Sic dicit DOMINVS, Qui manserit in urbe ista, morietur, aut gladio, aut fame, aut peste: qui aūt egressus fuerit ad Chaldæos, uiuet, & animā suam lucrifaciet ac si inuenisset prædam, & uiuet. Sic dixit DOMINVS, Tradetur hæc urbs certissime in manū Babylonici regis, & capiet eam. Dixerunt ergo principes ad regem, Occidatur quæso uir iste, quoniā hac [a]ratione remissas reddit manus cum uirorū bello aptorū, qui adhuc reliqui sunt in urbe ista, tum manus uniuersi populi huius, dum huiusmodi sermonibus adfatur eos: nec enim uir iste quærit populo isti pacē, sed exitiū. Dixit ergo rex Zede-

[a] Alij sic, ad quid, uel cur iste dissolueret manus?

B chias, Ecce in manibus uestris est, rex enim non [b]potest uobis quidquam [negare.] Præhenderūt ergo Ieremiā, & coniecerunt eum in lacū Malkię filij Hammelech, qui erat in atrio custodiæ, demiseruntque Ieremiā funibus. In lacu autem non erat aqua, sed lutum duntaxat, immersus est igitur Ieremias in lutum. Quumque audiuisset Abdemelech Aethiops eunuchus quispiā, qui erat in aula regis, quod coniecissent Ieremiam in lacū, egressus est Abdemelech è domo regia, & alloquutus est regem, (qui tum fortè sedebat in porta Beniamin,) hisce uerbis, Domine mi rex, inique agunt uiri isti in omnibus quæ fecerūt Ieremiæ prophetæ, nēpe quod coniece-

[b] Vel sic, Rex nō est uobis potentior, non præualet uobis.

C runt eum in lacū, morietur [c]enim eodem loci fame, quum nullus supersit panis in urbe. Præcepit ergo rex ipsi Abdemelech Aethiopi, dicens, Accipe hinc pro [d]arbitrio tuo triginta uiros, & extrahe Ieremiā prophetā ex lacu, priusquam moriatur. Accepit igitur Abdemelech uiros secum, & uenit in [e]domum Hammelech, sumptisque isthic sub pœnu laceris pannis, & uetustate consumptis ac detritis, funibus demisit eos ad Ieremiam in lacū, ac dixit Abdemelech Aethiops ad Ieremiā, Suppone quæso pannos istos & fragmenta sub axillis manuū tuarum subter funes. Et Ieremias fecit sic. Extraxerūt itaque Ieremiam funibus, & eduxerunt è lacu, & mansit Ieremias in atrio custodiæ. Misit ergo rex Zedekias & accersiuit ad se Ie-

[c] Ebr. Subtus se.
[d] Ebr. In manum tuam.

[e] Alij legunt, in domum regis.

D remiam prophetam ad transitū tertium qui est in domo DOMINI, dixitque rex ad Ieremiā, Ego interrogabo te quiddam, ne ergo cœles à me quidquam. Respondit ergo Ieremias Zedekiæ, Si exposuero tibi, an non certissime me occides? & si tibi consiliū dedero, non obtemperabis mihi. Iurauit ergo rex Zedekias Ieremiæ clam hisce uerbis, Viuit DOMINVS, qui condidit nobis animā istam, nō occidam te, neque tradam te in manū uirorum istorum qui uitam tuam quærunt. Et dixit Ieremias ad Zedekiā, Sic dicit DOMINVS deus exercituum deus Israelis, Si incunctanter egredieris ad principes regis Babylonici, uiuet anima tua, & urbs ista nō comburetur igni, & uiues tu & domus tua. Si uero non egressus fueris ad princi-

E pes regis Babyloniæ, tradetur ciuitas ista in manum Chaldæorū, qui incendent eam igni, neque tu manū eorum effugies. Dixit autē rex Zedekias ad Ieremiam, Ego Iudæos istos uereor qui transfugerūt ad Chaldæos, ne fortè tradant me in manus

Digitized by Google

manus eorũ, & ludibrio me afficiant. Et dixit Ieremias, Non tradent [te,] audi quæso uocẽ DOMINI in his quæ ego ad te loquor, & bene tibi erit, & uiuet anima tua. Quod si prorsus renuas exire, hoc est uerbum quod ostendit mihi DOMINVS, Ecce omnes fœminæ quæ reliquæ sunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babyloniæ & hæ dicent, Incitauerunt te, & præualuerunt tibi uiri qui [f] pacem tibi [polliciti sunt,] demersi sunt in cœnũ pedes tui, [& illi] acti sunt retrorsum. Omnes quoq; uxores tuas & filios tuos educẽt ad Chaldæos, neq; tu liberaberis è manu eorũ, manu enim Babylonij regis capieris, & urbem [g] hanc igni incendes. Tunc dixit Zedekias ad Ieremiam, Nemo resciat uerba ista, & non morieris. Quod si principes intellexerint me tecum esse loquutum, & uenerint ad te, dicendo, Indica quæso nobis quid loquutus sis cum rege, nihil celes nos, & nõ occidemus te, quid loquutus est rex tecum? Dices ad eos, Ego supplex procubui [h] orans in conspectu regis, ne me reducat in domũ Ionathan, ne isthic moriar. Venerunt ergo cuncti principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum. Narrauit ergo eis ad omnem modũ quem illi rex præceperat, & taciti [abierunt] ab eo, nihil enim sentiebant. Mansit ergo Ieremias in atrio custodiæ usq; ad eum diem quo capta est Ierusalem.

F

G

[f] Eb. Viri pacis tuę.

[g] Hoc est, author eris ut urbs incendatur.

[h] Eb. Ego cadere feci orationem meam.

CAPVT XXXIX.

Historica narratio de expugnatione urbis Ierusalem.

.Re. 25.a
ia 52.a

ET factum est quũ capta esset Ierusalem (anno enim nono Zedekiæ regis Iuda, decimo mense uenit Nabuchodonosor rex Babylonis & omnis exercitus eius Hierosolyma, & obsidione cinxit eam, anno uero undecimo Zedekiæ, mẽse quarto, nona [die] mensis, rupta est urbs,) ingressi sunt omnes principes regis Babyloniæ, & sederunt in porta media, Nergal, Sarezer, Samgar Nebo, Sarsechim, Rabsaris, Nergal, Sarezer, Rabmag, & omnes reliqui principes regis Babylonici. Et factũ est quum uidisset eos Zedekias rex Iuda, atq; omnes uiri bello apti, fugerunt, & exierunt nocte de ciuitate uia iuxta hortos regios & portam quæ est inter duos muros, perrexeruntq; uersus desertũ. Persequutus est aũt eos exercitus Chaldæorũ, comprehenderuntq; Zedekiam in campestribus Iericho. Captum autem abduxerunt eum ad Nabuchodonosorem Babylonicum regem Reblam, quæ est in terra Hamath, & [a] loquutus est cum eo iudicia. Trucidauit autem rex Babylonis in Rebla filios Zedechiæ in oculis eius, & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. Porrò oculos Zedekiæ excæcauit, & uinxit eum duabus catenis, ut introducerent eum Babylonem. Domũ autem regiam atq; domus populares igni incenderunt Chaldæi, & muros Ierusalem diruerũt. Reliquũ populum ex his qui reliqui erant in urbe, & eos qui ad se defecerant, & reliquias uulgi quæ adhuc supererant, transtulit Nebusar Adan præfectus rerum capitaliũ in Babylonem. De plebe autem tenues, & qui nihil habebant, reliquit Nebusar Adan capitaliũ rerũ præfectus, in terra Iuda, & dedit eis uineas & arua eodem tempore. Præceperat autẽ Nabuchodonosor rex Babyloniæ ipsi Nebusar Adan præfecto capitaliũ rerum de Ieremia in hanc sententiam, Accipe illum, & [b] pone oculos tuos super eum, neq; feceris ei quidq̃ mali, sed quidquid dixerit tibi facito ei. Misit ergo Nebusar Adan pręfectus rerum capitaliũ, Nebusasban, Rabsaris, & Nergal, Sarezer & Rabmag atq; omnes magnates regis Babylonij, miserunt inquã, & accersiuerũt Ieremiam è uestibulo carceris, & cõmendauerunt eum Godoliæ filio Ahikam filij Saphan, ut educeret eum domum, & [c] habitauit in medio populi. Factus autẽ fuerat sermo DOMINI ad Ieremiã, quũ adhuc detentus esset in atrio custodiæ, in hũc modũ, I, & dicito Abdemelech Aethiopi in hanc sententiam, Sic ait DOMINVS exercituũ deus Israelis, Ecce ego inducam uerba mea super urbẽ istam, ad malum & nõ ad bonũ, et erunt in conspectu tuo hoc die, sed te eruam in illo die, dicit DOMINVS, ut nõ tradaris in potestatẽ

A

B

C

D

Quædam ex illis nominibus appellatiua uidentur, officiorum scilicet nomina, ut quæ à rab incipiunt & sar. Sarezer thesaurorũ præfectus, Rab saris præfectus aulicorum aut eunuchorum, Rab sarsechim papilionũ magister, Rab mag præfectus demoliẽdi aliquid, Nebo dei nomen, quo etiam stulti principes gaudẽt. Alij fortasse aliter interpretantur.

[a] Hoc est, iure cum eo egit, accusans nimirum eum, & cum eo de perfidia expostulãs. Noluit autem mutare Ebraismum certa ratiõe, summã æquitate cũ eo egit, & iustis rationibus in eum sententiã tulit.

[b] Ponere oculos super aliquẽ, est eius diligentẽ curã habere, eum obseruare, &c.

[c] In medio populi habitare, est tutum & securum habitare in populo, atq; priuatim, 2. Reg. 4. idq; sine molestia.

uirorũ, quos tu tantopere formidas. Certissime eñ te liberabo, ne gladio cadas, eritq́ uita tua prę da tibi, quod in me sperasti, ait DOMINVS. CAPVT XL.

Post captam urbem Godolias rerum summæ præficitur in Iudæa, ad quem colliguntur omnes dispersi.

A ACtio quã gessit DOMINVS cum Ieremia, postquã dimitteret eum Nebusar Adan pręfectus rerum capitaliũ, de Rama, quò eum uinctũ compedibus duxerat, inter omnes captiuos Ierusalem & Iuda qui Babylonem transferebantur. Accersiuit nempe præfectus capitaliũ rerum Ieremiã, & dixit ad eum, DOMINVS deus tuus cõstanter loquutus est malum hoc super locũ istum, adduxit ergo DOMINVS, & fecit quemadmodũ loquutus est, quia peccauistis DOMINO, & non paruistis uoci eius, idcirco euenit uobis calamitas ista. Nunc ergo ecce ego soluo te hodie de uinculis quæ sunt in manibus tuis. Et si tibi uidetur mecũ proficisci Babylonẽ, uenias, [a]ponamq́ super te oculum meũ: si minus pla-

B cet mecũ proficisci Babylonem, sine. Ecce uniuersa terra corã te est, quocunq́ tibi bonum & commodum uidebitur ire, illuc eas, (nondum enim erat reuersus,) & reuertere ad Godoliam filium Ahikam filij Saphan, quem præfecit rex Babylonius ciuitatibus Iuda, & mane cum eo in medio populi, aut eas quocunq́ tibi ire libuerit. Deditq́ ei pręfectus capitaliũ rerum commeatũ & munus, & dimisit eum. Concessit igitur Ieremias ad Godoliam filiũ Ahikam in Mizpa, & habitauit cum eo in medio populi qui reliquus erat in terra. Quumq́ omnes duces exercituũ qui in agro erant, ipsi & milites eorum audissent ꝙ rex Babylonis præfecisset Godoliam filium Ahikam in terra, quodq́ cõmendasset ei uiros, mulieres, pubem, & [b]pauperes terræ, qui Babylonem captiui nõ fuerãt adducti, ue-

C nerũt ad Godoliã in Mizpa, Ismael filius Nethaniæ, Iohanan atq́ Ionathan filij Carez, Sarias filius Tanhumeth, atq́ filij Ephai Netophatitę, Iezanias filius Maachati, ipsi cum uiris suis. Iurauit aũt Godolias filius Ahikam filij Saphan, tam illis quàm socijs ipsorũ, ad hunc modum, Ne formidetis seruire Chaldæis, habitate in terra, & seruite regi Babylonio, & bene erit uobis. Ecce enim ego habito in Mizpa, ut stem coram Chaldæis qui ueniũt ad nos, uos autẽ colligite uinum, æstiuos fructus, & oleũ, & recondite in penuaria uestra, atq́ habitate in oppidis uestris quas occupastis. Sed & omnes Iudæi, qui erant in Moab atq́ inter Ammonitas, & in Edom, & qui erãt in uniuersis terris, comperto ꝙ Babylonius rex dedisset & præfecisset reliquijs Iuda Godoliam filiũ Ahikam filij Saphan, redierunt omnes Iudæi de cunctis locis ad quæ propulsi fuerant, & uenerũt in terram Iuda ad Godoliam in Mizpa, & collegerũt uinum & æstiuos fructus, multos ni-

D mis. Iohanan autẽ filius Careæ, & cuncti duces exercituũ qui fuerant in agro, uenerunt ad Godoliã in Mizpa, dixeruntq́ ad eum, Num tu ignoras quod Baalis rex Ammonitarũ misit Ismaelem filium Nethaniæ ad [c] interficiendũ te? At Godolias filius Ahikam eis non credidit. Porrò Iohanan filius Careæ loquutus est clanculum cum Godolia in Mizpa, dicens, Vis eam & percutiam Ismaelem filium Nethaniæ, nullo hominum sciente? Cur enim ille animã tuam feriret, & dissiparentur omnes Iudæi, & qui collecti sunt ad te, & perirent reliquiæ Iuda? Et ait Godolias filius Ahikam ad Iohanan filium Carez, Ne feceris hanc rem, nam tu mendacium loqueris de Ismaele. CAPVT XLI.

Describitur qualis fuerit status Iudaici populi post captam urbem.

A ET factũ est mẽse septimo, ut ueniret Ismael filius Nethaniæ filij Elisamæ de semine regio cũ optimatibus regis, & decem uiris quos penes se habebat, ad Godoliam filium Ahikam in Mizpa, ubi & panẽ comederunt, nempe in Mizpa. Insurrexit Ismael filius Nethaniæ & decem uiri qui cum eo erant, & percusserũt gladio Godoliam filiũ Ahikam, & interfecerunt eum, quem præfecerat Babylo-

niæ

a Hoc est, exactissimã tui rationem habebo.

b Paupertas, ꝑ pauperibus.

c Hebr. Vt percutiat animam tuam.

4.Reg.25.

Digitized by Google

niæ rex ipsi terrę. Sed & cunctos Iudæos, qui fuerunt cum eo, nempe cum Godo
lia in Mizpa, & Chaldæos qui ibi inueniebantur, & uiros bellatores percussit If-
mael. Factum est autem die altero post cædem Godoliæ, quæ adhuc latebat, ut
uenirent uiri quidā de Sichem, de Silo, & de Samaria, octoginta nēpe uiri, atton-
sis barbis, scissisq; uestibus sese laniantes, ferentes cibarium sacrificium & thus in
manu sua, ut adferrēt in ædem DOMINI. Egressus itaq; eis obuiam Ismael filius B
Nethanię de Mizpa, incedens eundo & plorans. Quumq; obuiam illis uenisset,
dixit, Ingredimi ad Godoliam filium Ahikam. Quumq; uenissent in mediam ur
bem, trucidauit eos Ismaël filius Nethaniæ in medio laci, ipse & qui cū eo erāt ui
ri. Inter hos autem inuenti sunt decem uiri, qui dicebant ad Ismaelem, Ne interfi
das nos, habemus enim thesauros in agro absconditos, triticum, ordeum, oleum
& mel. Cessauit ergo non interficiens eos inter fratres eorum. Lacus autem in
3.Reg.15. quem proiecit Ismael omnia cadauera uirorū quos trucidauerat [a]propter Godo-
liam, is est quem fecerat rex Asa metu Baasæ regis Israelis, eum impleuit Ismael fi
lius Nethaniæ interfectis. Et omnes reliquias populi qui erāt in Mizpa captiuas C
abduxit Ismael, filias regis, & omnem reliquum populū in Mizpa, quibus Nebu
sar Adan præfectus capitalium rerum Godoliam filium Ahikam præfecerat, eos
captiuos abduxit Ismaël filius Nethaniæ, & abijt ut ad Ammonitas transiret.
Iohanan autem filius Careæ, & omnes duces exercituum qui erāt cum eo, quum
audissent omne malum quod fecerat Ismaël filius Nethanię, acceperūt omnes ui
ros, & profecti sunt ad confligendum cum Ismaele filio Nethaniæ, & offenderūt
eum ad [b]aquas multas quæ sunt in Gibeon. Factum est autem quū uniuersus po
pulus qui erat cū Ismaële uiderent Iohanan filium Careæ, et omnes duces exerci
tuus qui cum eo erāt, gauisi sunt. Reduxerunt ergo omnem populum quem ca D
ptiuum abduxerat Ismael ex Mizpa, reuersiq; uenerunt ad Iohanan filium Carę.
Ismael autem filius Nethaniæ euasit cū octo uiris è conspectu Iohanan, & profe-
ctus est ad Ammonitas. Porrò Iohanan filius Careæ, & omnes duces exercitus
qui cum eo erant, acceperūt omnem reliquum populum quem reduxerant ab If-
maele filio Nethaniæ de Mizpa [abductum,] postquam trucidauerat Godoliam
filiū Ahikam, uiros bello strenuos, uxores, pubem, & eunuchos quos reduxerāt
à Gibeon, & abierunt, & consederūt in [c]Geruth Chimham, qui [locus] est iuxta
Beth Lehem, ut profecti uenirēt in Aegyptum, metu Chaldæorum à quibus sibi
metuebant, q; Ismael filius Nethaniæ percussisset Godoliam filiū Ahikam, quem
terræ præfecerat rex Babylonius.

CAP. XLII.

Consulunt prophetam, cui tamen non obsequuntur, quibus sua fata prædicuntur.

ACcesserunt autem omnes principes exercituū, Iohanan filius Carę, Ieza A
nias filius Hosiæ, & uniuersus populus à minimo ad maximū, & dixerunt
ad Ieremiā prophetā, Sine [a]quæso te exorari, ut pro nobis ores ad DOMINVM
deum tuum pro cunctis istis reliquijs, quę admodū exiguæ ex multis supersunt,
quemadmodū oculi tui nos uident, ut DOMINVS deus tuus nobis uiam osten
dat qua proficiscamur, & quid nobis sit faciendum. Quibus respondit Ieremias
propheta, Exaudiui, ecce ego orabo ad DOMINVM deū uestrū quemadmodū
estis loquuti: & quidquid responderit uobis DOMINVS, indicabo uobis, nec
quidquā uos celabo. Isti autē dicebāt ad Ieremiā, Sit DOMINVS inter nos ueri-
tatis & fidei testis, si nō iuxta omnia uerba ob quæ DOMINVS deus tuus te ad
nos miserit, [b]fecerimus. Siue cōmodū [c]fuerit siue incommodū, nos uoci DOMI-
NI dei nostri, ad quem te mittimus, obtēperabimus, ut nobis bene sit, dum paruę
rimus uoci DOMINI dei nostri. Contigit autem ut exactis decem diebus, fieret B
sermo DOMINI ad Ieremiā. [D]Vocauit ergo Iohanā filium Careæ, & omnes du
ces exercituū qui erāt cum eo, atq; uniuersum populum, à minimo ad maximum

[a] Ebr. In manu Godoliæ.

[b] Aquas multas alij Rabim relinquunt, sed uidetur de piscinis loqui quæ multę sunt in Gibeō, 2. Samuel. 2.

[c] Alij Geruth appellatiuū faciūt, pro loco in quo habitauerit Kimhā filius Barsillai, de quo 2. Samuelis 19.

[a] Ebr. Cadat quæso supplicatio nostra in conspectu tuo.

[b] Eb. Sic fecerimus.
[c] Ebr. Siue bonū fuerit, siue malum.

[D] Alij legunt, & prędicauit eis, uel concionatus est.

Digitized by Google

usq, & dixit ad eos, Sic dicit DOMINVS deus Israelis, ad quem uos me misistis,
ut prosternerem precationem uestram in conspectu eius, Si manebitis & habita-
bitis in terra ista, ædificabo uos, & non demoliar: plantabo uos, & non euellam,
quia pœnitet me mali istius quod uobis intuli, Ne formidetis regem Babyloniæ
à quo uos timetis: ne metuatis eum, dicit DOMINVS, quoniam ego uobiscum

*Efficiā ut gratia et fauore uos rex Babyloniæ complectatur, uobis benefaciat, tam abest ut eum metuatis.
e Alij, & reducet uos.

sum, ad seruandum & liberandum uos de manu illius. *Dabo enim uobis mise
C rationes, ut ille uestri misereat, & [e]permittet uobis habitare in terra uestra. Quod
si dixeritis uos, Non permanebimus in hac terra, non obtemperando uoci DO-
MINI dei uestri, sed dicēdo, Non, sed proficiscemur in terram Aegypti, ubi nec
bellum uideamus, nec tubæ uocem audiamus, nec cibi penuria laboremus, & ist
hic habitabimus. Idcirco audite uerbum DOMINI reliquiæ Iuda, Sic dixit DO-
MINVS exercituum deus Israelis, Si [f]omnino firmiter statueritis in Aegyptum

f Ebr. Si uos ponendo ponetis facies uestras ingredi in Aegyptum. Ebraica hac loquutione significatur firmum & fixum propositum aliquid faciendi, ponere uel firmare faciē.

proficisci, atq isthuc perueneritis ut isthic exuletis, futurum est, ut gladius quem
uos metuitis, in terra Aegypti uos assequatur: et fames ob quā uos soliciti estis, uo
bis isthic in Aegypto adhærescat, atq ut isthic moriamini. Fiet enim, ut omnes
homines qui cōtumaciter ire in Aegyptum statuerint, ut isthic habitent, gladio, fa
me & peste moriantur. Nec erit quisquā ex eis reliquus, nec euadet quisquā à ma
lo quod ego inducturus sum super eos. Quia sic dicit DOMINVS exercituū de-
D us Israelis, Quemadmodum cōflata est ira mea, & furor meus contra habitatores
Ierusalem, sic conflabitur furor meus contra uos si in Aegyptum profecti fueritis.
Eritis enim execrationi, stupori, contumeliæ & opprobrio [omnibus,] nec locū

Redire in Aegyptū, generali sentētia, est redire ad ea ē quibus nos per gratiam suam deus eripuit.
g Seducitis uosipsos.

hunc ultra uidebitis. Edicit uobis DOMINVS ô reliquiæ Iuda, ne eatis in Aegy
ptum: certissime hoc sciatis q ego uos hodie obtestor. Equidem uestras ipsorum
[g]animas seducitis, nā uos misistis me ad DOMINVM deū uestrū, dicendo, Ora
pro nobis ad DOMINVM deū nostrū, & quidquid responderit DOMINVS de
us noster, refer ad nos, & faciemus. Annūciaui ergo uobis hodie, sed nō paruistis
uoci DOMINI dei uestri, nec omnibus ob quæ misit me DOMINVS ad uos.
Nūc ergo certissime scitote, q gladio, fame & peste moriemini in eo loco, ad quē
proficisci uultis ut isthic habitetis.

CAP. XLIII.

Contra iussum domini proficisci in Aegyptum pergunt, minatur ergo eis propheta grauem pœnam.

A FActum est autem quum Ieremias finem fecisset loquendi ad omnē populum
cuncta uerba domini dei sui, ob quæ miserat eū DOMINVS deus illorum ad il
los, cuncta inquā uerba ista, ut Azarias filius Hosiæ, & Iohana filius Careæ, et o-
mnes arrogantes dicerent ad Ieremiam, Tu mendaciū loqueris, neq enim misit
te DOMINVS deus noster ad nos, mandando, Ne proficiscamini in Aegy-
ptū ut ibi habitetis, sed Baruch filius Neriæ incitat te cōtra nos, ut tradat nos in po
B testatē Chaldæorū, ut nos occidant, & captiuos nos Babylonem ducant. Et non
obtemperauerunt Iohana filius Careæ, & omnes principes exercituū, et cunctus
populus uoci DOMINI, ut habitarēt in terra Iuda, sed abduxit Iohanā filius Ca
reæ & omnes duces exercituū, cunctas reliquias Iuda, quæ reuersæ ex omnibus
gentibus ad quas propulsæ fuerant, ut habitarēt in terra Iuda, uiros [scilicet,] mu
lieres, pubem, & filias regis, & [a]quidquid reliquerat Nebusar Adan præfectus re

a Ebr. Omnē animā quam reliquerat.

rum capitalium apud Godoliam filium Ahikam, filij Saphan, & apud Ieremiam
C prophetā, atq apud Baruch filium Neriæ, & profecti sunt in terrā Aegypti, quia
non paruerūt uoci DOMINI, & uenerunt in Taphnes. Factus est autem sermo
DOMINI ad Ieremiā in Taphnes in hāc sentētiā, Accipe manu tua lapides gran

b Malta calx est arena & aqua subacta: uox Latinis mutuata ab Ebræis qui dicunt Melet.

des, & defode eos in [b]maltam in officina lateritia quę est ad ostiū domus Pharao
nis in Taphnes, idq aspicietibus uiris Iuda. Et dic ad eos, Sic dicit DOMINVS
exercituū deus Israelis, En mitto & accerso Nabuchodonosorē regē Babyloniū
seruum

Digitized by Google

seruum meum, & ponam solium eius super lapides istos quos defodi, & expan-
det augustale tentorium suum super eos. Veniēs autem percutiet terram Aegy- D
pti: quos ad mortem, ad mortem: & quos ad captiuitatem, ad captiuitatem: &
quos ad gladium, ad gladium. Et incendam ignem in domibus deorū Aegy-
pti, & comburet eas, atq; captiuos abducet eos. Et circumuoluet terram Aegy-
pti, quemadmodum pastor circumuoluit uestem suam, & exibit isthinc incolu-
mis. Confringet quoq; statuas domus Solis quæ sunt in terra Aegypti, & de-
lubra deorum Aegyptiorum igne comburet.

CAPVT XLIIII.

Hortatur ad pœnitentiam, ne scelera sceleribus adcumulent, & funditus perdantur.

VErbum quod factū est ad Ieremiam de omnibus Iudæis qui habitabant in A
terra Aegypti, qui habitabāt in Migdal, in Taphnes, in Noph, atq; in terra
Ab exēplo ... ecōn à sce... ribus de... ortatur. Pateros, in hanc sententiam, Sic dixit DOMINVS exercituū deus Israelis, Vos ui
distis omnem calamitatē quam induxi super Ierusalem, & super cūctas urbes Iu-
da, & ecce eæ [omnes] uastæ hodie sunt, nec est qui [eas] inhabitet: id aūt propter
scelera eorū quæ perpetrarūt me exasperando, eundo scilicet ac incendendo suffi-
tum, ac seruiendo dijs alijs quos nō cognoscebant, nec ipsi, nec uos, nec patres eo
rum. Et mittebā ad uos omnes seruos meos prophetas, mane surgēdo, mitten-
do, & dicendo, Ne obsecro feceritis rem hanc abominandā quam detestor. At
non obtemperarunt, nec aurē suam inclinarūt, ut reuerterentur à malitia sua, quo
minus incenderēt suffitū dijs alijs. Hinc cōflatus est æstus meus & furor meus, B
& exarsit in urbes Iuda, & in plateas Ierusalem, factæq; sunt uastæ & desolatæ, ut
hodie [uidere licet.] Nunc ergo sic dicit DOMINVS deus exercituū deus Israe
lis, Cur facitis tantum malū aduersus animas uestras, ad excindendū uobis uiros
uestros, ac fœminas, pubem & lactentem è medio Iuda, & nullos uobis reliquos
faciatis? Ad irritandū me operibus manuū uestrarum adolendo dijs alijs in ter-
ra Aegypti, ad quam abijstis ut isthic exules sitis, ut excindatis uosipsos, & ut sitis
execrationi & probro inter omnes gentes terræ. Num obliti estis scelerū patrū
uestrorum, & scelerū regum Iuda & uxorum eorundem? scelerum uestrorum, &
scelerum uxorum uestrarū, quæ designastis in terra Iuda, atq; in plateis Ierusalem?
...abita per ...æ muta... Non sunt attriti ad hunc usq; diem, nec reueriti sunt, nec ambularūt in lege mea
& in statutis meis, quæ proposui uobis & patribus uestris. Idcirco sic dicit DO C
MINVS exercituū deus Israelis, Ecce ego pono uultum meum cōtra uos ad ma-
lum, & ad extirpandū uniuersum Iuda, capiamq; reliquias Iuda, qui contumaci-
ter persttiterunt abire in terram Aegypti ut isthic habitarent, & consumentur om-
nes, in terra Aegypti cadent gladio, & fame conficientur, à minimo ad maximū
usq; ferro et fame morientur, eruntq; execrationi, stupori, contumeliæ et probro.
Et uisitabo eos qui habitāt in terra Aegypti, quemadmodum uisitaui Ierusalem,
gladio, fame & peste, ut & de superstitibus Iuda qui ad habitandū abierunt in Ae
gyptū, nemo euadat aut reliquus fiat, ut redire possit in terram Iuda, quod tamen
ipsi animo [a]conceperant, redire scilicet & ibi habitare: nō enim reuertentur, nisi
qui euaserint. Responderunt aūt Ieremiæ omnes uiri isti, qui conscij erāt quod uxo D
res eorū adolerēt dijs alijs, & omnes mulieres stantes in cœtu magno, & uniuer-
sus populus qui in terra Aegypti habitabāt in Pateros, hoc modo, Sermonē DO
MINI, quem loquutus es ad nos noīe DOMINI, nō [b]recipiemus, sed faciemus
quidquid egreditur de ore nostro, ut suffitū incendamus [c]machinæ cœli, & libe-
mus ei libamina, quemadmodū fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, et prin
cipes nostri in ciuitatibus Iuda, atq; in plateis Ierusalem, tum enim & alimento
abundabamus, & bene nobis [d]erat, malumq; nullū uidebamus. Quamprimū
aūt cessauimus suffitū incendere machinæ cœli, & ei libare libamina, omniū su-
Supra 7. d mus indigi, & ferro ac fame consumimur. Et quum [nos fœminæ] suffitū in-

[a] Eb. Super quā ipsi leuabant animā suā.
[b] Eb. Nō audiemus.
[c] Alij legunt, reginæ cœli, Lunæ uidelicet.
[d] Eb. Boni eramus. id est commodi, felices.

Digitized by Google

cenderemus machinæ cœli, et libaremus ei libamina, num absq; maritis nostris
E fecimus ei placentas ad effingendum eam, & libando ei libamina? Loquutus est autem Ieremias ad cunctum populũ, ad uiros & fœminas, totamq; plebem, qui ei hunc sermonem responderat, dicẽs, Nonne & suffitus, quem incendistis in urbibus Iuda, & in plateis Ierusalem, cum uos tum patres uestri: cum reges & principes uestri, tum populus terræ, memor fuit DOMINVS? an nõ hoc ascendit in cor eius? Et ferre ultra non potuit DOMINVS, propter malitiam studiorum uestrorum, & propter abominationes quas faciebatis. Facta igitur est terra uestra uasta, desolata & execrabilis, ut nemo eam inhabitet, ut hodie [est uidere.] Id au
F tem quia suffitum incendistis, & quod peccauistis DOMINO, & quod nõ paruistis uoci DOMINI, & quod in lege eius, in ceremonijs eius, & in testimonijs eius non ambulastis: his ex causis usu uenit uobis malum istud, ut hæc dies [testatur.] Et dixit Ieremias ad uniuersum populũ, & omnes fœminas, Audite uerbum DOMINI omnis Iuda, qui estis in terra Aegypti, Sic dicit DOMINVS exercituũ deus Israelis, dicens, Vos & uxores uestræ loquuti estis ore uestro, quod & manibus uestris perfecistis: dixistis nempe, Incunctanter faciemus uota nostra quæ uouimus, ut suffitum incendamus machinæ cœli, & libemus ei libamina, audacter erexistis uota uestra, incunctanter perfecistis uota uestra, idcirco audite sermonem DOMINI omnis Iuda, qui habitatis in terra Aegypti, Ecce ego iuraui per nomen meũ magnũ, dicit DOMINVS, Non appellabitur nomen meũ ore cuiusquã de Iuda,
G (ut dicat, Viuit DOMINVS deus,) in omni terra Aegypti. En ego uigilo super eos in malũ, & nõ in bonũ, & consumentur omnes uiri Iuda qui sunt in terra Aegypti gladio & fame, donec consumpti fuerint. Qui autem euaserint à gladio, reuertentur de terra Aeygpti in terrã Iuda, admodũ pauci. Et scient omnes reliquiæ Iuda, quæ abierunt in terram Aegypti ad exulandum istic, cuius nam sermo firmus surgat, meus an illorũ. Hoc aũt uobis signũ esto, ait DOMINVS, quod ego uisitaturus sum uos in loco isto, ut sciatis indubie rata ut sint futura uerba mea super uos ad adfligendũ. Sic dicit DOMINVS, Ecce ego tradam Pharaonem Hophram regem Aegypti in manũ hostium suorũ, & in manũ eorum qui uitæ eius insidiantur, quemadmodũ tradidi Zedekiam regem Iuda in manũ Nabuchodonosoris regis Babylonis hostis sui, q uitã eius sitiebat. CAP. XLV

Consolatur propheta ipsum Baruch, qui humani nonnihil passus, aliud quàm uerum finem spectauerat.

A SErmo quem loquutus est Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, quum ille scriberet sermones istos in libro ex ore Ieremiæ, in anno quarto Iehoiakim filij Iosiæ regis Iuda, dicẽs, Sic dicit DOMINVS deus Israelis de te Baruch, Dixisti, Proh dolor mihi, quoniam addet DOMINVS adflictionẽ dolori meo,
B laboraui in gemitu meo, & requiem non inuenio. Sic dices ad eum, Sic dicit DOMINVS, Ecce quæ ædificaui, demoliar: & quæ plantaui, ego extirpabo, & omnem terram istam, & tu ad ardua adspiras? Noli adspirare, quoniã ecce ego adduco calamitatem super omnem carnem, ait DOMINVS, tibi autem dedi animam tuam loco prædæ, ad quæcunq; loca perueneris. CAP. XLVI.

Sermo in quo propheta prædicit Aegyptijs fata sua.

Classicum canit propheta Aegyptijs, in quo ostendit quid faciant, & in quo fiduciam ponant. Mox uero ut ad congressum uentum est, metum eorum ostendit.

A SErmo qui factus est à DOMINO ad Ieremiam prophetam ad omnes gentes. Super Aegyptum, contra exercitum Pharaonis Necho regis Aegypti, quũ esset in Charcamis ad flumen Euphratis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, anno quarto Iehoiakim filij Iosiæ regis Iuda. Adornate clypeũ & lanceas, & procedite ad confligendũ, iungite equos, & conscendite ô equites, state in galeis, extergite cuspides, & induite loricas. Cur uero uidi ipsos pauidos, & retroactos? heroes eorum conquassari? sic fuga refugium quærere, ut ne-

Titulus generalis. Titulus specialis. Loquitur propheta de re futura ut præsenti.

mo

mo respiciat: pauor undiq;, dicit DOMINVS. Leuis nõ effugiet, & fortis non B
euadet: ad Aquilonem ad ripam fluminis Euphratis ceciderunt & corruerunt.
Singulare pro plurali. *Quis est iste, qui tanquam fluuius ascendit, et cuius undæ ut flumina fluctuant?
Aegyptij qui sicut fluuius intumescũt, & cuius undæ ut flumina fluctuant. Di-
cunt enim, Ascendamus & operiamus terram, perdamus urbes cum habitatori-
bus suis. Ascendite ô equi, & insano quodã furore fremini ô currus, prodeant
Iam per ironiam hortatur ut ascendant. heroes, Aethiopes, & qui clypeos gestant Libyi, Lydi quoq; attrectantes & ten-
dentes arcum. Dies autem DOMINO deo exercituum, dies ultionis, ut uindi- C
ctam sumat de hostibus suis. Vorabit enim gladius, atq; satiabitur, madebitq;
sanguine eorum, quia sacrificiũ erit DOMINO deo exercituum ad Aquilonem
iuxta fluuium Euphratem. Ascende in Gilead, & resinam accipe ô uirgo filia
Aegypti. Sed incassum multiplicabis medicamenta, nequit enim tibi uulnus
coalescere. Audient gentes ignominiã tuam, & [a] clamor tuus implebit terram,
Titulus. heros enim in heroem impinget, & ipsi ambo pariter cadent. Sermo quem lo-
quutus est DOMINVS ad Ieremiam prophetam, de profectione Nabuchodo-
nosoris Babyloniorum regis, ad adfligendum terram Aegypti. Nunciate per
Aegyptum, & prædicate in Migdal, Noph, & Taphnes, dicite, Consiste, & ad- D
commodato te, quia gladius deuorabit quæ circa te sunt. Cur prostrati sunt for
tes tui, & non constiterunt? quia DOMINVS impulit eos. Multiplicauit cor-
ruentes, quin quisq; ruit in proximum suum, & dixerunt, [b] Heus uos, redeamus
ad populum nostrum, & ad natale nostrum solum à conspectu grassantis gladij.
[c] Clamauerunt isthic, Pharao rex Aegypti, designator temporum circummisit
uastitatem [per terram.] Viuo ego, dicit rex ille, cuius nomen est DOMINVS
exercituum, quod quemadmodũ Thabor inter montes, & [d] quemadmodũ Car- E
melus in mare [excurrit,] sic ueniet. Fac tibi ô filia habitatrix Aegypti, uasa siue
sarcinas ad transmigrandum, quoniam Noph redigetur in solitudinem & uasta
bitur ut nemo in eo habitet. Buccula speciosa est Aegyptus, excisor [e] celerrime
uenit ab Aquilone. Mercenarij quoq; [milites] eius, qui sunt in ea, sunt sicut ui-
tuli saginati, ipsi quoq; retrospexerunt, fugeruntq; simul, neq; constiterunt, quo-
niam dies interitus eorum uenit super eos, tempus uisitationis eorũ. *Vox [f] eius
ut serpentis incedit, quia cum copijs irruent, & cum securibus ueniũt sicut ligno-
rum cæsores. Excindent saltum eius, dicit DOMINVS, citra omnem delectum F
aut discrimen, plures enim erunt locustis, neq; enim erit numerus eorũ. Pudefa
cta est filia Aegypti, tradita in manum populi aquilonaris. Dixit DOMINVS
exercituum deus Israelis, Ecce ego uisitabo [g] Amon de No, & Pharaonem atq;
Aegyptũ, deos eius, & reges eius, Pharaonem inquã, & eos qui fidũt eo. Et tra-
dam eos in manũ quærentiũ animas eorũ, & in manũ Nabuchodonosoris regis
Babylonis, atq; in manũ seruorũ eius, & post ista habitabitur quemadmodũ retro
temporibus, dicit DOMINVS. Tu uero serue mi Iacob ne timeas, et ne formi- G
des Israel, quoniã ecce ego de longinquo seruabo te atq; semen tuum de terra ca
ptiuitatis suæ, & redibit Iacob, quiescet & ditabitur, & nõ erit qui exterreat. Ne
timeas serue mi Iacob, dicit DOMINVS, quoniã ego tecum sum: cõsummatio-
Supra 30. nem faciã in oĩbus gentibus in quas te propuli, te autem non consumã, at corri-
gam te in iudicio, nec tamen ad purum putũ excoquam te. CAP. XLVII.

Minatur extremum exitium Palestinis.

Titulus. SErmo DOMINI quem fecit ad Ieremiã prophetam aduersus Palestinos, an- A
tequã percuteret Pharao Gazam. Sic dicit DOMINVS, Ecce aquæ ascen-
dunt ab Aquilone & exundabunt in torrentem, inundabuntq; terrã & quicquid
in ea est, urbes cum habitatoribus suis. Et clamabunt homines, atq; ululabunt B
omnes habitatores terræ, à strepitu incessus ungularũ [a] caballorũ eius, à tumultu

* Animosi & instructi ueniũt Aegyptij, insolescunt & gloriantur de uictoria nupera, sed mox metu concussi fugiunt.

[a] Clamor pro infamia uidetur poni.

[b] Ebr. Surge.

[c] Alij legũt in imperatiuo, Clamate, & pro uastitate tumultum: pro Moed alij legunt limitem, scilicet regni tui. q. d. Nabuchodonosor, ô rex Aegypti, trãsiuit limitem regni tui, traiecit: uel deus ipse, qui est designator tẽporũ, circũmisit uastitatẽ per regnũ tuũ: ostendit autẽ securitatẽ Aegyptiorũ. Quidã sic legunt, O Pharao rex Aegypti, tumultus, præterijt tẽpus præstitutum.

[d] Nota similitudinis postrema est obmissa, quod Ebræis frequens est.

[e] Ebr. Venit uenit.

* Aegyptij cũ uiderint aduenientẽ exercitũ Babylonicum, nõ secus ac rusticos frondatores in syluã humilẽ et submissum gemitum edũt, ut serpẽs mussitat. Alij de uoce hostis intelligũt qua horrisona et ærea intonabit.

[f] Eius refertur ad Aegyptum.

[g] Amon nomẽ regis Alexãdriæ, sic enim No interpretãtur, alij dicũt fastum aut uulgus.

[a] Ebr. Fortiũ uel magnificorum eius. Intelliguntur autẽ per antonomasiã caballi, aut equi cataphracti.

Digitized by Google

C currtuum eius, & à fragore rotarum eius. Non respexerunt patres ad filios præ
remissione manuũ propter diem quo aderit ad uastandum omnes Palestinos, ad
excindendũ Tyrum & Zidonem, atq; omnes reliquos auxiliatores, quoniã ua-
stabit DOMINVS Palestinos reliquias insulæ Caphtor. Venit caluitiũ in Ga-
D zam, ad silentiũ redacta est Ascalon, cum reliquis uallis ipsorum. Quousq; te la-
nias? Eheu mucro DOMINI, quousq; nõ cessabis? redi in uaginã tuã, quiesce
& cessa. Quomodo uero cessaret, quũ DOMINVS præceperit ei, aduersus Asca
lonem, & aduersus littus maris ibi constituit eum?

CAPVT XLVIII.

Prophetia contra Moabitas.

A CONtra Moab sic dixit DOMINVS exercituũ deus Israelis, Væ Neboni, Titulus.
quia uastata est, pudefacta est & capta [a]Kiriathaim, pudefacta est ualida illa
& munitissima arx & [b]metu perculsa. Non est ultra gloriatio in Moab, super
Hesbon cœperunt malum [consilium,] Agite excindamus eam ex gentium nu-
mero. Et tu Madmena ad [c]silentium redigeris, gladius te persequetur. Vox
clamoris de Horonaim uastitas & clades magna, Contrita est Moab, prædica-
bunt paruuli eius clamorem. Siquidem per cliuum Luhith ascendet in fletu &
ploratu, quia in descensu Horonaim clamorem uastationis, quem hostes [ex-
presserunt,] audierunt. † Fugite, seruate animam uestram, & Myricæ in deserto Supra 17.
estote similes. Pro eo enim quod confisa fuisti in [d]munitiones tuas, & in the-
B sauros tuos, tu quoq; capieris, & Chamos in captiuitatem abibit, sacerdotes quo-
que eius & principes eius simul. Et ueniet uastator super omnes urbes, & ur-
bium nulla euadet, peribunt ualles, & campi uastabuntur, quemadmodum di-
xit DOMINVS. Date [e]alas ipsi Moab, ut ocyssime auolet, nam ciuitates eo-
rum desertæ erunt, ut nemo in eis habitet. Execratus qui facit opus DOMINI
dolo malo, & execratus qui prohibet gladium suum à sanguine. Opulentus
[& securus] fuit Moab à pueritia sua, & quiescens ipse in fecibus suis, neq; defe-
catus de uase in uas, [f]& in captiuitatem non abijt: hinc est ut sapor eius duret
in eo, & odor eius non sit immutatus. Propterea ecce dies uenient, ait DOMI-
NVS, ut mittam ei uietores qui diffundent ipsum, & uasa eius euacuabunt, la-
genas eius quassabunt. Et pudefiet Moab à Chamos, quemadmodum pude-
C factus est Israel à Bethel spe sua. Quomodo dicitis, † Fortes sumus, & uiri stre- Chamos Idolũ Moabitarum.
nui ad bellandum? Deuastata est Moab, ciuitates eius [per ignem] [g]ascende- 3 Re. 11.
runt, & electi iuuenes eius ad lanienam descenderunt, ait rex, cui nomen est Esa. 16.
DOMINO exercituum. Accelerat interitus Moab ad ueniendum, & calami-
tas eius properat uehementer. Commoueantur eius gratia omnes qui sunt
per circuitum eius, & omnes quibus notum est nomen eius, dicite, Quo-
modo confractus est baculus fortis, uirga præclara? Tu quoq; filia quæ Di-
bon inhabitas, descende de magnificentia [tua,] & sede in siti, nam uastator
Moab cõtra te ascendet, & dissipabit munitiones tuas. Et tu, ô habitatrix Aroër,
sta ad uiam & contemplare, interroga fugientem & euadentem, & dic, Quid ac-
cidit? Pudefactus est Moab, quoniã expauit: ululate & clamate, annunciate in
D Arnone, quod uastatus sit Moab. Et iudicium ueniet ad terram planam, ad Ho
lon, ad Iahazam, ad Mephath, ad Dibon, ad Nebo, & ad *domũ Diblathaim, ad
Kiriathaim, ad domum Gamul, ad domum Meon, ad Kerioth, & ad Bozra, & ad
omnes urbes terræ Moab, lõge uel prope sitas. Resectũ est cornu Moab, & bra-
chium eius confractũ, dicit DOMINVS. Inebriate eum, quia contra DOMI-
NVM magnifice se extulit, ut cõplodat Moab manus suas in uomitu suo, & lu-
dibrio sit ipse quoq;. [h]An nõ ludibrio tibi fuit Israel? Nũ inter fures deprehen-
sus? Quia ex quo uerba tua de eo, teipsum cõmouisti. Relinquite ciuitates, &
habitate in petra ô habitatores Moab, et estote similes colũbæ nidulanti in promi
nentijs

[a] Aliqui Kiriathaim appellatiuũ faciunt. & putãt esse Nebo, quod duplex sit ciuitas. Itẽ Misgah proprium nomen urbis putant, sed significat arcẽ munitissimam. Alludit autem ad nomina urbium.

[b] Alij dicunt confracta.

[c] Alij, uastata es, uel uastaberis.

Imitatur propheta Ieremias Esaiã in cap. 15. & 16. nisi quod hic de uastatiõe per Senharib, ille de uastatione per Nabuchodonosorem uaticinatur.

[d] Opera pro munitionibus, quo etiam Latini utuntur.

[e] Ziz uarie exponunt, quidam germẽ aut florem interpretantur.

[f] Et expositiuũ est, exponit enim quid sit trãsuasatum esse, id est, aliò migrasse captiuum. Nã allegoria est quam reserat hæc clauis.

[g] Eb. Ciuitates eius ascendit, per synthesim: intelliguntur autem exustæ esse, ut Germanice, Die stett giengend jm fhür vf. Alij exponunt, excitator eius ascendit.

* Alij pro domo legunt Beth, ut sit proprium.

[h] Quidam putant apostropham esse ad Israelem, sed uidetur ad Moab dici. Sẽsus est, Tu illusisti Israeli, ac si fuisset inter fures deprehensus, nã quoties de eo uerba faceres, caput ridendo cõmouisti, Subintelligitur uerbum ederes uel faceres.

Digitized by Google

nentijs foraminis foueæ. Audiuimus superbiam Moab, (qui supra mo- B
dum fastuosus est,) superbiam eius, fastũ eius, arrogantiã eius, & elatio
nem cordis eius. Ego noui, inquit DOMINVS, transgressionem eius,
cui nec [l]lacerti eius, neq; facta eius respondent. Propterea super Moab
eiulabo, & super totum Moab uociferabo: ad uiros Kir Hæres [k]medita
bitur. Ob fletum Iaser flebo super te ô uitis Sibma, propagines tuæ [l]tran
sierunt mare, ad mare ô Iaser pertigerunt. In messem tuam & in uinde-
Esa.16.c miã tuam irruit depopulator. Ablatũ est gaudium: & exultatio de agro
culto & fertili, & de terra Moab: uinũ feci cessare de torcularibus, nõ cal
cabitur [cum] [m]celeusmate, quin celeusma non erit celeusma. Propter
clamorem Hesebon dederunt uocem suam usq; ad Eleale, & usq; ad Ia F
haz, à Zoar usq; Horonaim uitula [n]trima, quoniã & aquæ Nimrim de
solatæ erunt. Vacare quoq; faciam Moab, ait DOMINVS, sacrificãtem
in excelsis, & adolentem dijs suis. Idcirco habet cor meũ propter Moab
perinde atq; tibia triste mussitans, & cor meum propter uiros Kir Hæres
uelut tibia perstrepit, quoniã qui reliqui fuerunt, perierũt. Quoniã † o-
mne caput est caluũ, & omnis barba attonsa: in omnibus manibus inci
suræ, & super omnes lumbos saccus. In omnibus tectis Moab, & plateis
eius omnibus planctus, quoniã confregi Moab tanquã uas cui nulla
est [o]gratia, dicit DOMINVS. Papæ ut pauet! ut ululant! ut ceruicem in
torquet Moab præ pudore! Sed erit Moab ludibrio & terrori omnibus
qui circum eum sunt. Quoniam sic dicit DOMINVS, Ecce inuolabit
[hostis] ueluti Aquila, & expandet alas suas super Moab. Captæ sunt G
[p]urbes, & munitiones occupatæ, eritq; cor heroum Moab eo tempore,
sicut cor fœminæ angustijs [partus] cõprehensæ. Et delebitur Moab, ne
sit populus, quia cõtra DOMINVM magna molitus est. Pauor tibi, fo
Esa.24.c uea & laqueus ô habitator Moab, dicit DOMINVS. Qui effugerit pa
uorem, cadet in foueam: & qui emerserit de fouea, capietur laqueo, quia
inducam super eum, nempe super Moab, annum uisitationis eorũ, dicit
DOMINVS. In umbra Hesebon steterunt, qui fugerunt propter uim
[hostis,] quia ignis egressus est ex Hesebon, & flãma de Sihon, & deuo
rauit angulum Moab, & uerticem filiorum [q]tumultuosorum. Væ tibi
Moab, perijt populus Chamos, quoniam abducti sunt filij tui & filiæ
tuæ in captiuitatem. Reducã autem captiuos Moabitas postero tempo
re, dicit DOMINVS. Hactenus iudiciũ Moab.

CAP. XLIX.

Sermo contra Ammonitas, Edomæos, Syros, Zedarenos & Elamitas.

FIlijs Ammon sic loquitur DOMINVS, Num Israeli desunt liberi? A
an hæredẽ non habet? Cur ergo [a]Malcham Gad occupat, & popu-
lus illius huius urbes inhabitat? Idcirco ecce tempus ueniet, ait DOMI
NVS, ut ipsi Rabbath filiorũ Ammon inferam classicũ prælij, & redige
tur in aceruũ desolata, & filiæ eius igne cõburentur. Et possidebit Israel
eos qui se possederant, dicit DOMINVS. Vlula Hesebon, quoniã uasta
ta est Ai: uociferamini filiæ Rabbath, accingimini saccis, plangite, & ob
errate circũ sepes, quia Malcham ibit in captiuitatẽ, sacerdotes quoq; &
principes eius cum eo. Quid gloriaris in uallibus? defluxit uallis tua ô
filia uaga, quæ confidit in thesauris suis, [dicens,] Quis accedet ad me?
Ecce ego inducã super te pauorẽ, dicit DOMINVS deus exercituũ, ab B
omnibus qui circũ te sunt, & propellemini quisq; [b]seorsim, nec erit qui
palãtes colligat. Post hæc aũt reducam captiuos Ammonitas, dicit DO-
MINVS. Ad Edom sic dixit DOMINVS exercituum, Num adhuc est

[l] Eb. Noui transgressionẽ eius, nec sic uectes eius, nõ sic faciũt. Hoc est, plus sibi sumunt Moabitæ (ſi thũnd jm zeuil, iactando scilicet, gloriando & sæuiendo) quã præstare possint. Vectes pro lacertis, uide Esa.16.

[k] Meditabitur, id est mussitabit, gemitus edet Moab.

[l] Propagines mare transmittẽt, significat dispersionem Moabitarum.

[m] Solent qui uuas calcant lætũ quoddam & inhortatorium carmen canere, quod hedad Ebræis, Græcis celeusma dicitur: sed tale nullum edent calcãtes, irruente hoste & omnia depopulante, sed lætum illud carmen in eiulatum uertetur, ut hedad non sit hedad.

[n] Vitula trima dicitur ob ubertatem soli.

[o] Hoc est, quo nemo delectatur.

[p] Alij legunt, capti sunt muri: alij capta est Kirioth.

[q] Alij Schaon propriũ faciunt, alij dicunt grassationis.

[a] Alij Malcham interpretãtur, rex eorum: est autem Malcham Ammonitarum idolum.

Filias oppidula uocat.

[b] Lepanalf, hoc est per sese antrorsum, ut non respiciat ad alium.

† axatur i-
dololatria.
Propheta in
e recipit
lanctũ ob
alamitatẽ
ius popu
, qui etiam
erito puni
r.
a.15.a
zech.7.e
escribitur
abitus la-
ntuum, &
gnificatur
aximus
ctus.

ilogus.

bijcit eis
opheta in
riã quod
ad filio-
m Israel
ccuparẽt.
abbath
mmonitas
m metro-
olis.

liud iam
rimen ob-
cit, scilicet
uperbiam
& insolen-
iam.

Digitized by [redacted]ogle

sapientia in Theman? Perijt consilium ab intelligentibus, sapientia eorum nihili facta est. Fugite, terga uertite, in ualles uos demergite ad habitandum, ô uos habitatores Dedan, quia interitum Esau induxi super eum, tempus quo eum uisito. Si [c] uindemiatores uenissent tibi, an non reliquos fecissent racemos aliquos? Et si fures noctu [irruissent,] tãtum uastassent quod satis eis fuisset. Sed ego nudaui Esau, reuelaui abstrusa eius, ut abscondi non possint, uastatũ est semen eius, fratres eius atq; uicini eius, ita ut nihil eorũ superfit. Deseres pupillos tuos, sed ego reficiam eos, & uiduæ tuæ in me cõfident.

C Quia sic loquutus est DOMINVS, Ecce [d] quos uidebatur parũ æquum bibere calicẽ, cum primis biberunt, tu autem innoxius & exors esses? Neutiquã eris innoxius aut exors, sed bibendo bibes. Quia per memetipsum iuraui, ait DOMINVS, q; in desolationem, opprobriũ, in uastitatem & execrationem abibit Bozra, & omnes urbes eius erunt perpetuæ solitudines. Rumorem audiui à DOMINO, legatũ ad gentes missum esse, [qui diceret,] Congregamini & uenite contra eam, insurgite ad prœliũ. Ecce enim paruũ te reddidi inter gentes, & contemptũ inter homines. [e] Conquassatio tua decepit te, & petulantia cordis tui, quę habitas in petrarũ foraminibus, & tenes collium altitudinẽ: etiam si sustuleris nidũ tuum ut aquila, tamen inde detraham

D te, ait DOMINVS. Et erit Edom desolata, omnis qui eam prætcribit, stupebit & sibilabit super omnes plagas eius. Quemadmodũ subuersæ sunt Sodoma, Gomorrha, & uicinæ urbes eius, (dicit DOMINVS,) sic nemo habitabit [in Idumęa,] neq; incolet ullus mortaliũ. Ecce quemadmodum ascendit leo de tumore Iordanis ad habitacula munitissima, sic impellam & ad currendũ incitabo eum aduersus eam. Et quicunq; electus iuuenis fuerit, hunc cõtra eam recensebo. Quis uero [f] mihi similis est? quis mecũ certet? aut quis est iste † pastor, qui corã me consistat? Propterea audite consiliũ DOMINI, quod cepit super Idumęa, & cogitationes eius quas cogitauit sup ciuibus Theman, q; despectui habituri sunt eos minimi de grege, & habitacula eorũ cum eis deserta reddent. A fragore casus eorũ crepabit terra, clamor uocis eorũ exaudietur in mari carectoso.

E Ecce sicut aquila ascendet [hostis,] inuolabit & expandet alas suas super Bozram, eo die cor fortium heroum Idumeæ erit sicut cor fœminæ in angustijs [partus] cõprehensæ. Ad Damascum. Pudefacta est Hamath & Arphat, quia rumorem malũ audierunt dissoluti sunt. In die solicitudinis non poterunt quiescere. Exanimata est Damascus, atq; in fugam uersa est, tremor obruit eam, angustia & dolor occuparunt eam sicut parturientẽ. Quomodo non est derelicta urbs laudis? urbs gaudij? Idcirco iuuenes eius cadẽt in plateis eius, et omnes uiri bello strenui cõsopientur eo die, dicit DOMINVS exercituum. Et incendã ignem in muro Damasci, & deuorabit ædes Benhadad. Ad Cedar & regna Hazor, quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis. Sic dicit DOMINVS,

F Surgite, ascendite contra Cedar, & uastate filios Orientis. Tentoria eorum & gregem eorũ rapient, cortinas eorum & omnia uasa eorũ, camelos eorũ tollent sibi, & clamabunt ad eos, pauor undiq;. Fugite, facessite protinus, in uallem uos demergite ad habitandũ ô habitatores [g] Hazor, dicit DOMINVS, quia consiliũ inijt contra uos Nabuchodonosor Babyloniæ rex, & cogitationẽ cõtra uos cogitauit. Surgite, ascẽdite ad gentem opulentã, habitãtem secure, dicit DOMINVS, quæ ostia nõ habet, nec uectes, sed sola habitat. Eruntq; cameli eorũ in direptionẽ, & [h] multitudo

Esau pro gente Idumæa ponitur, gente scilicet ex Esau.

[c] Quidam Im pro perinde ac exponunt, sed uidetur ostendere propheta per comparationem, quid mali hostis Nabuchodonosor sit inflicturus.

[d] Ebr. Quibus non iudicium est ut bibant, id est, qui suo iudicio indignum iudicabant ut biberent, scilicet Iudæi, illi biberũt. Nam Iudæi putabant se populum dei, & iram dei effundendam in gentes.

Bozra metropolis Idumæorũ, alia est in Moab. Abd. 1. a

[e] Inquies tua & quassatio qua terrebas omnes gentes, tumultus tui quos excitas.

Gen. 19. a

[f] Alij legunt, Quis mihi tempus aut modum præscribet? quis mecum conueniet?

Iob 41. a

Obijcitur illis exultatio, petulantia, lascivia, gloriatio.

[g] Alij exponunt Hazor atria.

[h] Potest etiam dici, copia pecorum.

Digitized by Google

mdo pecorū ipsorum in prædā, & dispergam eos ad omnem uentum, & ad eos qui ad angulos habitant extremos, & ab omnibus qui ultra eos sunt adducā per niciem eorū, dicit DOMINVS. Et erit Hazor cubile draconū, & deserta in sempi ternum, nemo isthic habitabit, neq; incolet filius hominis. Verbum DOMINI quod factū est ad Ieremiam prophetā contra Elam in principio regni Zedekiæ regis Iuda, in hunc modū, Sic dicit DOMINVS exercituū, Ecce ego confringam arcum Elam, quo illi præcipue ualent, & inducā super Elam quatuor uentos à quatuor extremitatibus cœli, & dispergā eos ad quatuor uētos istos: nec erit gens ulla ad quam non ueniant profugi Elam. Efficiam enim ut Elam paueat ab hostibus suis, atq; ab his qui quærunt animam eorum, & adducā super eos malum, furorem iræ meæ, dicit DOMINVS, & persequar eos gladio, donec consumam eos. Ponamq; solium meum in Elam, & perdam isthinc regem & principes, dicit DOMINVS. Erit autē in postremis temporibus, reducam captiuitatē Elam, dicit DOMINVS.

G Tēpus notatur, expende an non uitio scriptoris Zedekias pro Iehoiakim interpferit.

CAP. L.

Prædicuntur Babylonijs fata sua.

SErmo quem loquutus est DOMINVS contra Babylonē terram Chaldæorū, per Ieremiā prophetam. Annunciate per gentes ac prędicate, signū quoq; ele uate, edicite, ne [a] cæletis, dicite, Capta est Babel, pudefactus est Bel, cōfractus Merodach, pudefacta simulachra eius, contrita [b] idola eius. Quoniam ascendit con tra eam gens ab Aquilone, quæ rediget regionem eius in solitudinem, ut nemo in ea habitet, non homo, non iumentū, fugerunt, abierunt. In diebus illis, & in tempore illo, ait DOMINVS, uenient filij Israel, ipsi & filij Iuda simul, eundo & flendo incedent, quæsituri DOMINVM deum suum. Viam ad Zion peruestiga bunt, uersisq; huc uultibus suis, [dicent,] Venite & adhærebimus DOMINO fœ dere perpetuo, q̄d nunq̄ obliuioni tradetur. Oues perditę fuerunt populus meus, pastores earū seduxerunt eas, in montibus oberrant, de montibus ad colles abierunt, oblitæ cubilis sui. Omnes qui inuenerūt eas, deuorarunt eas, & hostes eorum dixerunt, Nos culpa uacamus, quia isti peccauerūt DOMINO. Atqui DOMINVS domiciliū est iustitiæ, & spes patrum eorum. Fugite de medio Babylo nis, & de terra Chaldæorū exite, & estе ut hirci ante gregem. Quoniam ecce ego excitabo & adducā contra Babylonem cœtum gentiū magnarum de terra aqui lonari, & oppugnabūt eam, deinde capietur. Sagittæ eius [gentis] non redibunt uacuæ, quemadmodū sagitta uiri iaculandi periti. Et erunt Chaldæi præda, & omnes prædones eius satiabuntur, dicit DOMINVS, quoniā gauisi estis, & læta ti estis, conculcando hæreditatē meam, quia increuistis ut [c] uitula exterēs, & sicut [d] caballi hinniuistis. Pudefacta est mater uestra uehemēter, & quæ uos genuit pu dore suffusa est: ecce [e] postremū gentium, desertū, uastitas & solitudo. Propter in dignationem DOMINI non habitabitur, sed erit tota desolata, ut omnis qui pręteriturus est Babel, obstupescat, & sibilet super omnibus plagis eius. Instruite aciem contra Babylonē circunquaq;, omnes qui arcū tenditis iaculemini in eam, nec sagittis parcite, quia DOMINO peccauit. Classicū canite contra eam per cir cuitum, tradidit manus suas, ceciderunt fundamēta eius, subuersi sunt muri eius: hęc enim est ultio DOMINI, ulciscimini eam, & quemadmodū fecit, facite ei. Ex cindite satorē ex Babylone, & tenentem falcem tempore messis. Metu grassantis gladij quisq; ad populū suum se uertet, & quisq; ad terram suam profugiet. Pe cus dispersum est Israel, leones expulerunt ipsum, primus deuorauit eum rex Assyrius, & postremus iste rex Babyloniæ Nabuchodonosor exossauit eum. Propterea sic dicit DOMINVS exercituū deus Israelis, Ecce ego uisito regem Babylonis & terrā eius, sicut uisitaui regem Assyriū. Et reducam Israelē ad septa sua, & depascet Charmelū & Basan, & in monte Ephraim atq; in Gilead saturabitur

A

a Alij, ne fallatis.
b Gelulæ fœditates sunt, per heterosim pro idolis.
Quū Babylon euertitur, simul salus reparatur populo dei. Mysterium hoc magnum est, Babylon enim typum præfert huius mundi.

B Quum hostes populi dei putarent se impune laturos, quod uarijs modis eos affligerent, eo quod peccassent DOMINO, respōdetur illis Sed uos non fecistis hoc amore iustitiæ, sed planè affectu tyrannico, ergo & uos puniemini, qa deus iustus est, & derelinquet populū suum.
c Vel, ut uitula ad gramen pasta.
d Abirim per antonomasiā pro caballis, cataphractis, uel equis admissarijs.
e Alij sic, ecce postrema inter gentes, nempe deserta.

C

D

Digitized by Google

desiderij eius. In diebus illis & in tempore illo, dicit DOMINVS, quæretur Ini
quitas Israelis, & nulla erit: & peccatum Iuda, & non inuenietur, quia propitius
ero eis quos reliquos feci. Contra terram [f] perduellionum, contra eam inquam
ascende, & contra [g] habitatores speculę, grassare & excinde post eos, dicit DOMI
NVS, & perfice omnia quæ præcepi tibi. Fama prælij in terra, & confractio ma-
gna. Quomodo fractus & contritus est malleus uniuersæ terræ? Quomodo Ba
bylonia inter gentes redacta est in solitudinem? Laqueum posui tibi, & capta es
Babylonia, tu uero nesciuisti, inuenta es & deprehensa, quia DOMINVM pro-
uocasti. Aperuit DOMINVS armamentariū suum, & protulit arma indignatio
nis suę, quoniam hoc opus quod factū est in terra Chaldæorū, à DOMINO deo
B exercituum est. Venite ad eam ab [h] extremitate, aperite [i] granaria eius, cōculcate
eam quemadmodū aceruos manipulorum, & uastate eam ut nihil ei supersit. Va
state omnes [k] iuuencos eius, descendant ad mactationem: uæ eis, quia uenit dies
eorum, & tempus uisitationis eorum. Vox fugientiū & euadentium de terra Ba
bylonis, ad annunciandum in Zion uindictam DOMINI dei nostri, ultionem
templi eius. Accersite contra Babylonem iaculatores, omnes tendentes arcum,
castra figite aduersus eam per circuitū, ne quis euadat ex ea: reddite ei iuxta opus
suum, & secundum omnia quę fecit, facite ei, quia contra DOMINVM superba
fuit, contra Sanctum Israelis. Propterea cadent iuuenes eius in plateis eius, & o-
mnes bello strenui consopientur in die illo, ait DOMINVS. Ecce me tibi super
be, dicit DOMINVS deus exercituum, quia uenit dies tuus, & tempus quo te ui
sitem. Cadet enim superbus ac corruet, nec erit qui eum erigat. Incendā ignem
F in [l] ciuitatibus eius, qui deuorabit omnia quæ circum eas sunt. Sic dicit DOMI
NVS exercituum, Vim passi sunt filij Israel, & filij Iuda pariter, omnes qui cepe-
runt eos, tenent eos, ac renuunt dimittere eos. Sed fortis uindex eorum, cuius
nomen est DOMINVS exercituum, is causam eorum bona fide suscipiet & di-
sceptabit: & ut requiem det terræ, conturbabit habitatores Babylonis. Gladius
ad Chaldæos, dicit DOMINVS, & ad habitatores Babylonis, atq; ad principes
eius, & ad sapientes eius. Gladius ad [m] diuinos [eius,] & stultescent: gladius
ad heroes eius, & pauebunt: gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad om-
ne promiscuum uulgus quod est in ea, & erunt sicut fœminæ: gladius ad thesau
ros eius, & diripientur. [n] Siccitas super aquas eius, & exarescent: est enim terra
sculptilium, & in [o] Emim glorlantur. Idcirco habitabunt in ea Zijm [p] cum Iim,
& habitabunt in ea iuuenes struthiones: non habitabitur ultra in perpetuum,
neq; incoletur à generatione ad generationem. Quemadmodū subuertit deus
†Sodomam & Gomorrham cum uicinis eius [urbibus,] dicit DOMINVS, sic Gene.19.e
G nemo isthic habitabit, neq; incolet eam filius hominis. Ecce populus uenit ab
Aquilone, & gens magna atq; reges multi excitabuntur à lateribus terræ. Ar-
cum ferunt & [q] hastile, sæui sunt, nihil miserentur: uox eorum mari tumultuanti
similis est, equis uehuntur, instructi ad bellandum contra te ô filia Babylon. Au
dita fama illorum elanguerunt manus Babylonici regis, angustia & dolor ap-
prehendit eum sicut parturientem. Ecce ascendet de tumore Iordanis sicut leo ad
munitissima pascua, quoniam ego [r] incitabo eum, & currere faciam ab ea. Qui-
cunq; ergo electus est iuuenis, hunc recensebo. Quis †uero similis est mihi? aut Iob 40.a
quis mecum certet? aut quis pastorum consistat coram me? Propterea audite con
silium DOMINI, quod inijt contra Babylonem, & cogitationes quas cogitauit
contra terram Chaldæorum, infimi de grege prostratos trahent eos, & habitacu
la cum ipsis deserta faciet. A [s] fragore captæ Babylonis contremiscet terra, & cla
mor eius inter gentes audietur.

CAP. LI.

Eadem

[f] Merathaim dualis est numeri, ac si diceres, Contra regionē eorum qui geminam iniuriā fecerunt, aut bis prouocarunt, scilicet deum & proximum.

[g] Alij legunt, habitatores uisita.

[h] Alij legunt, à fine: alij, ab æstate uel post messem: nā post messem ueniunt hostes, & reposita prædantur: ludit in uoce ketz.

[i] Præsepia legunt alij, ubi reponuntur farrago, & alia quibus pecora saginantur.

[k] Per iuuencos Babylonios intelligit, qui ex aliorum laboribus saginati erāt.

[l] Quidam legunt, in sylua ipsorum.

[m] Badim uectes sunt uidētur poni pro antistitibus religionis, alij dicūt mendaces.

[n] Alij legūt, gladius super aquas eius, uitio nimirum scriptoris pro hereb horeb irrepsit.

[o] Emim mōstrosi & terrifici homines fuerunt, hic fortè p idolis ponuntur.

[p] Quid sint Zijm & Iim, sub iudice adhuc lis est, uide Esa. 24. & 34.

[q] Kidon quidā pro umbōe aut scuto exponunt, sed uidetur potius telū punctim & cæsim feriens.

[r] Alij legunt, cū requiē præstitero, efficiā ut currat ab ea.

[s] Alij legunt, à rumore.

Digitized by Google

Eadem tractat quæ superiori capite, alijs atq; alijs uerbis eandem rem inculcans, quomodo scilicet Babylon sit perdenda, & quibus ex causis.

SIc dicit DOMINVS, Ecce ego concitabo contra Babylonẽ, & aduersus habitatores [eius,] & contra [a]cor hostium meorum uentum uastantem. Deinde mittam in Babylonẽ [b]dispersores, qui eam dispergent, & terram eius [c]uastabunt, quoniam erunt contra eam per circuitũ in die adflictionis. Ad eum autem qui constanter tendit arcũ suum, & [d]insolescit in [e]lorica sua, [dicam,] Nolite parcere iuuenibus eius, excindite funditus omnem exercitũ eius. Et cadent cæsi per agrum Chaldæorum, & confossi in plateis eius. Quia non relinquentur Israel & [f]Iuda orbi à deo suo, DOMINO exercituum à Sancto Israelis, etiam si delictis impleuerunt terram. Fugite de medio Babylonis, & seruet quisq; animã suam, ne [g]extirpemini in iniquitate eius, quoniã tempus est ultionis DOMINI, uices enim ei ille repẽdet. Fuit Babylon calix [h]aureus in manu DOMINI, inebrians uniuersam terram: de uino eius biberunt gentes, & idcirco insanierunt gentes. Subito cecidit Babylon, & contrita est, ululate propter eam, & resinã adhibete uulneri eius, si forte sanet. Curauimus Babylonem, at non est sanata: deserite ergo eam, & abibimus quisq; in regionẽ suam, quia peruenit iudiciũ eius usq; ad cœlos, & sublatũ usq; ad æthera. Protulit DOMINVS iustitias nostras, adeste igitur & memoremus in Zion opus DOMINI dei nostri. B Exacuite sagittas, [i]implete clypeos, excitauit DOMINVS spiritũ regum Medorum, aliàs propensum cõtra Babylonem ut perdat eum, quia ultio DOMINI est, ultio templi eius. Corripite uexillũ super muros Babylonis, augete excubias, constituite custodes, struite insidias, quoniã quod proposuit DOMINVS & loquutus est contra habitatores Babel, hoc perficiet. Tu quæ habitas ad aquas immensas, ô diues thesaurorũ, adest finis tuus, modus [k]auaritiæ tuæ. †Iurauit DOMINVS exercituum per animam suam, q; implebit te hominibus sicut [l]locustis, qui mutuo se contra te inhortabũtur celeusmate. †Qui fecit terram robore suo, orbem constituit sapientia sua, atq; intelligẽtia sua extendit cœlos. Quum dat uocem, multitudo aquarum in cœlis [coit,] euocat nubes à finibus terræ, fulgura in pluuiam mutat, & educit uentum de loculis suis. Stultus factus est omnis [m]homo præ scientia, pudefactus est omnis fusor propter simulachrũ, quia mendaciũ est quod conflat, & non est in eo spiritus. Vanitas sunt, & opus impostorum, in die uisitationis eorum peribunt. Non est his similis portio Iacob, sed qui cõdidit omnia, [n]is est, & uirga hæreditatis eius, nomen eius C DOMINVS exercituũ. Malleus tu mihi es, instrumentũ bellicum, per te contudi gentes, & per te perdidi regna: contudi per te equum & equitem eius, per te contudi currum & uectorem eius, cõtudi per te uiros & fœminas, senem & adolescentem, & contudi per te iuuenem & uirginem. Contudi per te pastorem & gregem eius, cõtudi per te agricolam & iumentum eius, & contudi per te duces & tyrannos. Rependã igitur Babyloni & omnibus habitatoribus Chaldæis omnem calamitatem, qua ipsi adfecerunt Zionẽ, idq; uobis spectantibus, dicit DOMINVS. En me tibi mons [o]perniciose, ait DOMINVS, qui uastas uniuersam terram, extendam ego quoq; manum meam super te, & deuoluam te è petris, reddamq; te montem exustũ, ut non accipiant de te lapidem ad angulum, & lapidem ad fundamenta, sed eris perpetua solitudo, dicit DOMINVS. *Erigite signũ in terra, canite tuba in gentibus, [p]sanctificate

Esaiæ 21.c Apoc.14 b Subitus casus Babylonis nunciatur, et adhuc cantur medici, sed nequicquam. Iudæi loquuntur.

Videtur hæc exhortatio esse ad Persas.

Amos 6.c

Supra 10.b Describit hoc quis sit ille qui hæc faciat.

Apostropha ad Babylonem.

*Inter[?] suma mus imperator deus alloquitur duces suos.

[a] Cor hostiũ dei dicitur Babylon & quasi meditullium: alij legunt, qui ex corde contra me insurgunt.
[b] Alij legũt, alienos: uel, hostes.
[c] Alij, euacuabunt, exhaurient.
[d] Qui sese surgere facit, der sich aufmacht.
[e] Alij legũt, æl pro el, nam deus imperator est huius belli: alij, el pro forti exponunt.
[f] Ebr. Israel & Iuda non est uiduatus aut uiduus.
[g] Alij legunt, ne sitis cõformes illius iniquitati, nam damah, utrunq; significat.
[h] Propinatrix calamitatũ omnibus gentibus fuit Babylon.
[i] Implete scuta enallage dicitur, hoc est, tegite corpora uestra scutis.
[k] Alij, recensio lucri tui.
[l] Alij, brucis.
[m] Ebr. A scientia.
[n] Hu, ut alibi diximus, sui similis est.
Alloquitur deus populũ suum, quorum gratia cæteras gentes perdidit, nec unquã impune tulerunt quotquot eos adflixerũt, ut uidere licet in omni scriptura: alij, ad Babylonium referũt, contra quos pugnat sequens apostropha.
[o] Eb. Mons uastationis, seu uastator, corruptor.
[p] Sanctificare, est deuouere, destinare.

Digitized by Google

contra eam gentes, accersite contra eam regna Ararat, Minnæorum & Askenas: recēsete nobilitatem contra eam, adducite equos sicut locustarum examen horridū. Destinate contra eam gentes, nempe reges Medorum, duces eius, & omnes satrapas eius, totam deniq; terram quæ paret

D eius imperio. Commota est terra & contremuit, quū exurgerent cogitationes DOMINI, ad redigendū terram Babylonis in solitudinē, ut nemo in ea habitet. Cessarunt robusti Babylonis à pugnando, desiderūt in munitionibus, luxatum est robur eorū, facti sunt sicut fœminæ, incenderunt habitacula eius, confracti sunt uectes eius. Occurrit cursor cursori, & nuncius nuncio, ad nunciandū regi Babylonis captam esse urbē eius ab extremitate, [q]ingressus [fluminum] occupatos, carecta palustria igni exusta, milites metu attonitos. Quoniā sic dixit DOMINVS exercituū deus Israelis, Filia Babylon est ueluti area, trituræ eius tempus adest, breui adhuc tempore ueniet messis eius. Deuorauit me, contriuit me Nabuchodonosor rex Babylonis, constituit me uas uacuum, deglutiuit me sicut draco, & impleuit aluū suā delitijs meis, expulit me. [r]Violentia mea & caro mea in Babylonia, dicet habitatrix Zion, & sanguis meus apud habitatores Chaldæorū, dicet Ierusalē. Propterea sic dicit DOMINVS, Ecce ego agam causam tuam, & ultionē tuam ulciscar, ego exhauriam [s]mare eius, & exiccabo uenā eius. Et redigetur Babylonia in aceruos, & in habitationem draconū, in stuporem & sibilū, q̧ nemo isthic habitet. Simul rugient ut leunculi, ut catuli leonū [t]uociferabūtur. Dum ipsi [uino] [u]incaluerint, ego disponam cōpotationes eorum, & inebriabo

E eos, ut exultent, & dormiant somnum sempiternū, à quo non euigilabunt, dicit DOMINVS. Deducam eos ad mactandū sicut agnos, & sicut arietes cum hircis. Quomodo capta est [y]Sesach, & cōprehensa [ꝩ]celeberrima in uniuersa terra? Quomodo facta est in stuporē Babylon inter gentes? Intumuit super Babylonē mare, quæ & fluctuum eius multitudine obruta est. Factæ sunt urbes eius desertæ, terra torrida & uasta, terra in qua nullus hominū habitet, neq; filius hominis transibit p [ʒ]eas. Visitabo quoq; ipsum Belum in Babylone, & eripiā ex ore eius bolum eius, ut non confluant ad eum ultra gentes, quin & murus Babylonis corruet. Egredimini de medio eius popule meus, & seruate quisq; animam suam à furore iræ DOMINI. Ne forte mollescat cor uestrum, & paueatis ad quemuis rumorem *qui audietur in terra, alius enim rumor ueniet alio atq; alio anno: alia item atq; alia uiolētia in terra, imperiaq; alia super alia. Propterea ecce dies uenient, ut uisitem sculptilia Babylonis, & pudefiat omnis regio eius, & desiderati eius in ipsa cæsi iaceant. Et iubilabūt super Babylone cœli & terra, & quidquid in his est, quum

F ab Aquilone ueniunt ei uastatores, dicit DOMINVS. Vt Babylon strauit desideratos Israelis, sic Babylonis desiderati sternētur per uniuersam terram. Qui euasistis gladium, ite, & ne steteritis, memores interim uel de longinquo DOMINI, & Ierusalem uobis in †mentem ueniat. Nos audiendis opprobrijs erubuimus, pudor operuit uultus nostros, eo q̧ alieni uenerunt in sanctuaria domus DOMINI. Propterea ecce dies uenient, dicit DOMINVS, ut uisitē sculptilia eius, & in uniuersa terra uulnerati ingemiscant. Si ascenderit Babylon ad cœlos, & robur suum sublimitate muniat, à me tamen aderunt ei uastatores, ait DOMINVS. Vox querula de Babylone, & magna cōfractio de terra Chaldæorum, quoniā uastat DOMINVS Babylonē, et perdidit ex ea strepitū magnū,

sonuerunt

Quomodo capta sit Babylon, uide Herodotū, Strabonem, & Sabellicum, & intelliges quid sit illud ab extremitate.
q Maabaroth significat proprie uada traiectus, at hic (ut uidetur) ostia aut introitus fluminū significat, ex Euphrate in urbē, quos alió deriuans Persa, sic occupauit urbem, exustis carectis ex alueis fluminum.
r Alij dicunt, præda mea, reliquiæ meæ, rapina mea, quā per uim abduxerunt.
s Mare fuit Babylon, ut patet ex Abacuk, in quod omnium regnorum opes confluxerunt.
t Proprie rudiuerunt, quod asinorum est, hic transumitur ad leones.
u Eb. In calore eorum.

y Sesach Babylonē esse, sup. 25. capite, ex præsenti loco colligitur.
ꝩ Eb. Laus uniuersæ terræ, nobilissimum regnum.
Mare Babylon est, sed iam aliud mare adducit dominus, q̄d illud adobruat: fluctus sunt Medici & Persici exercitus, ac si Oceanus redundet.
ʒ Eas, scilicet urbes.

* Ebraica pauló aliter habent, & uenit rumor in anno, & post hunc in anno rumor, & uiolentia in terra & dominator super dominatorem.

Sic faciēdum pijs ingruentibus malis, ut cogitent semper scelera sua malorum esse causas, adscribāt culpam suis sceleribus, & iustificent iudicium domini, ipsi enim sunt propter quos nomen domini blasphematū est tot annis inter gentes.
† Ebr. Ascendat in cor uestrū.

Iam proponit imaginem captæ urbis.

Queritur Israel suas calamitates & iniurias in Babylone.

Dominus confestim respondet querelæ suorum.

Taxat Babylonios idololatras.

Nō metuendum pijs dum omnia sursum deorsum feruntur, potius gaudendū est, quia adest eorū redemptio. Hyperbola uel metonymia.

sonuerunt enim fluctus eorum instar aquarum ingentium, editus est tumultus uo
ce eorum. Quoniam uenit contra eam, contra Babylonem inquam uastator, &
capti sunt fortes eius, & [a]arcus eorum confracti sunt, quoniam deus repẽsionum
DOMINVS abunde rependet. Et inebriabo principes eius, sapientes eius, duces
eius, satrapas eius, atq; fortes eius, & dormient somnum sempiternũ, & non eui-
gilabunt, ait rex, cui nomen DOMINO exercituũ. Sic dicit DOMINVS exer- G
cituum, Murus Babylonis ille [b]densus diruendo diruetur, & portæ eius excelsæ
igni comburentur, & quod gentes ac populi labore & fatigatione operati sunt,
in uanum & in ignem abibunt. Sermo quẽm mãdauit Ieremias propheta Seriæ
filio Neriæ filij Mahasiæ, quũ proficisceretur cum Zedekia rege Iuda in Babylo
nem anno quarto regni eius. Erat autẽ Serias præfectus †recreationis. Et scripsit
Ieremias omnem calamitatẽ quæ Babyloni euentura erat in librum unũ, omnes
scilicet sermones qui scripti sunt contra Babylonem. Deinde dixit Ieremias ad
Seriam, Quũ peruenies Babylonẽ, uide legas omnes sermones istos, ac dicas, DO
MINE tu loquutus es cõtra locũ istum, ut eum excindas, ut nemo in eo habitet,
neq; homo neq; bestia, sed ut sit desolatus in sempiternũ. Quumq; ad finem lege
ris totam paginã istam, alligabis ei lapidẽ, & abijcias eam in mediũ Euphratem,
ac dices, Sic pessum eat Babylon, & fatigetur Babylon onere malorũ quæ ego in
duco super eam, ut nunq̃ [c]resurgat. Hactenus uerba [d]Ieremiæ. CA. LII.

a Vel, elanguit arcus.

b Hbr. Latus.

† Fortè colloquijs suis minuit curã regis, congerro.

c Hb. Nec surgat à facie mali quod ego induco super eam, & deficient, scilicet homines in ea.

d Vel, hactenus sermones Ieremiæ.

Ostenditur hac coronide ueritas diuinarum promißionum, & quomodo omnia iux ta prophetæ uerbum habuerint suum effectum.

4.Reg.25. NAtus erat uigintiunũ annos Zedekias quum regnum esset adeptus, regna A
uitq; undecim annis Hierosolymis. Nomen matris eius Hamital, filia fuit
Ieremiæ de Libna. Fecitq; malũ in oculis DOMINI, iuxta omnia quæ fecerat Ie
hoiakim, eo q̃ ira DOMINI fuit [cõmota] contra Ierusalẽ & Iuda, donec eos ab
ijceret è conspectu suo. Defecit autem Zedekias à rege Babylonis. Factũ est itaq;
in anno nono regni eius, mense decimo, decima mensis, ut ueniret Nabuchodo
nosor rex Babylonis, ipse & uniuersus exercitus eius contra Ierusalẽ, & castra po
nerent contra eam, extructis circũ eam munitionibus. Et [a]durabat urbis obsidio
usq; ad undecimum annum regis Zedekiæ. Mense autem quarto, nona mensis,
inualuit fames in urbe, ut non esset cibus populo terræ. Et rupta est urbs, & fuge B
runt omnes uiri bello apti, egressi noctu de ciuitate per uiã portæ inter duos mu
ros quæ est iuxta hortũ regis, Chaldæis urbem circũuallantibus, abieruntq; uer-
sus desertum. Insequutus autẽ exercitus Chaldæorum post regem, apprehendit
Zedekiam regem in campestribus Iericho, quũ iam omnis exercitus eius dissipa
tus esset ab eo. Comprehensum ergo regem, adduxerunt Reblam ad regem Ba-
bylonis in terra Hemath, ubi loquutus est cũ eo [b]iudicia. Et occidit rex Babylo-
nis filios Zedekiæ in cõspectu eius, sed & omnes principes Iuda occidit in Reb-
la, & exoculauit Zedekiã, uinxitq; eum duabus catenis, duxitq; eum rex Babylo
nis Babylonẽ, & tradidit eum in domũ custodiæ usq; ad diem mortis eius. Men C
se quinto, decima mensis (is est annus decimusnonus Nabuchodonosoris regis
Babylonis,) uenit Nebusar Adan præfectus rerum capitaliũ, qui steterat corã re
ge Babylone in Ierusalem. Et incendit domũ DOMINI, & domum regis, atq;
omnes domus Ierusalẽ, & omnes ædes magnificas incendit igni. Omnes quoq;
muros per circuitũ Ierusalem, diruerunt omnes qui erant in exercitu Chaldæo-
rum qui erant apud præfectum rerum capitalium. Tenues autem de populo, &
qui in urbe reliqui de populo erant facti, quiq; profugerant ad regẽ Babylonis,
& reliquum uulgus transportauit Nebusar Adan præfectus rerum capitalium.
Pauperes autem terræ reliquit Nebusar Adan præfectus rerũ capitalium, ut ui-
neas & arua colerent. Columnas æreas quæ erant in domo DOMINI, & machi D

a Hb. Venit urbs in obsidionem, hypallage est, pro, obsidio uenit ad urbem.

b Id est, expostulauit cum eo de defectione, & iure puniuit eum.

Digitized by Google

nas, & mare æneum quæ erant in domo DOMINI, cōminuerunt Chaldæi, & omne æs ex eis tulerunt Babylonem. Lebetes quoq; scopas, cultros, pelues sparsorias, & cochlearia, atq; omnia uasa ænea in quibus ministrauerant, tulerunt, & crateres, ignis receptacula, pelues sparsorias, lebetes, lucernas, cochlearia, et instrumenta purgatoria, quorū alia erant aurea, alia argentea, tulit præfectus rerum capitaliū. Columnas duas, mare unum, duodecim boues æneos qui sustinebāt machinas, quos fecerat rex Solomon in domo DOMINI. Eorum omniū atq; cunctorum istorum uasorū pondus æris rationem superabat. Erat enim columnæ unius altitudo decem & octo cubitorū, [c] funis autem qui ambiebat eam, duode-
B cim cubitorū, densitas eius quatuor erat digitorum, eratq; concaua. Et epistylium æreum fuit super ipsam, & altitudo epistylij unius erat quinq; cubitorum: super epistylium erat opus reticulatum, & mala punica per circuitum omnia ex ære, & huiusmodi erant in altera columna unà cū malis punicis. Fuerunt autem malorum punicorum nonagintasex ad [omnem] [D] uentum, omnium autem malorum punicorum in reticulato opere per circuitum, erant centum. Tulit quoq; [Nebusar Adan] præfectus rerum capitalium Seriam summum sacerdotem, & Zephaniam secundum ab eo, & tres custodes liminis. Et de ciuitate tulit eunuchum unum, qui fuerat magister militum, & septem uiros [e] ex his qui uiderant faciem regis, qui inuenti erant in ciuitate, & scribam, exercitus ex populo in militiam con
F scribendi officio præfectum, cum sexaginta uiris de populo terræ, qui inuenti erant in ciuitate. Hos inquam tulit præfectus rerum capitalium Nebusar Adan, & duxit eos ad regē Babylonis in Reblath. Et percussit eos rex Babylonis, et occidit eos in Reblath in terra Hamath, & abductus est captiuus Iuda de terra sua. Hic est populus quem transtulit Nabuchodonosor. Anno septimo, Iudæorum tria millia, uigintitres. Anno decimooctauo Nabuchodonosoris trāstulit de Ierusalem octingentos homines et trigintaduos. Anno uicesimotertio Nabuchodonosoris transtulit præfectus rerum capitalium Nebusar Adan Iudæorum septingentos quadragintaquinq;. Summa, omnium captiuorum numerus, quatuor millium & sexingentorum. Factum est autem in tricesimoseptimo anno ca
G ptiuitatis Iehoiachin regis Iuda, mense duodecimo, uicesimaquinta mensis, ut Euilmerodach rex Babylonis (ipso anno regni sui) [f] restitueret capitis diminutionem Iehoiachin regi Iuda, & educeret eum de carcere. Et loquutus est cum eo humaniter, & solium eius constituit supra solium [reliquorum] regum, qui cum eo erant Babyloniæ. Mutauit quoq; uestes captiuitatis eius, cibum quoq; sumebat apud eum cunctis diebus uitæ eius. Victus quoq; perpetuus dabatur ei à rege Babylonis certo demenso in singulos dies uitæ eius donec moreretur.

[c] Funis dicitur per catachresim pro linea ambienti.

[D] Alij legunt, in aere pendentia.

[e] Qui erant familiares regis, intimi amici, & assidui apud regem.

[f] Exaltare caput, Ebraica loquutio est, pro pristinæ dignitati restituere.

Huic læta quædā promissa erant sup. 25.

Lamentationes

Lamentationes Ieremiæ Prophetæ.

CAPVT I.



א VOMODO sedet sola urbs [aliquando] populosissima? A
& quæ erat magna inter gentes, uiduæ similis facta est? domina prouinciarum uectigalis est facta?
ב Vberrime plorabit noctu, lachrymę eius in maxillis eius, non enim est ex omnibus amatoribus eius qui soletur eam, quin & amici eius perfide deficientes ab ea, uersi sunt ei in hostes.
ג Migrauit Iuda præ adflictione, & præ graui seruitute habitat ipsa inter gentes, requiem non inueniens, omnes persequutores eam inter angustias apprehenderunt.
ד Viæ Zion lugent quod nō sint qui ad statas ferias ueniant, omnes portæ eius B
desolatæ sunt, sacerdotes eius ingemiscunt, uirgines eius adflictæ sunt, & [a] ipsa amare habet.
ה Hostes eius facti sunt in [b] caput, & inimici eius feliciter habent, quia DOMINVS adflixit eam propter scelerū eius multitudinem, infantes eius captiui ante hostem abacti sunt.
ו Perijt filiæ Zion omnis decor eius, principes eius similes sunt ceruis qui non C
inueniunt pascua, abeunt ante persequentem, quod nullus supersit uigor.
ז Veniunt Hierosolymæ in mentem cum dies adflictionis suæ & rebellionum suarum, tum omnia expetibilia sua quibus usa est retro temporibus, dum cadit populus eius manu hostili, nec est qui auxilium ei ferat, contemplantur eam hostes, & rident [c] sabbata eius.
ח Perpetuò peccauit Ierusalem, idcirco uarie [d] iactata est: omnes qui eā honore prosequuti sunt, uilem habuerunt eam, quia uiderunt fœditatem eius, quin ipsa quoque ingemuit, & retrocessit.
ט Immunditia eius in fimbrijs eius, nō fuit memor nouissimi sui, & miraculose descendit, non est qui consoletur eam. [e] Vide DOMINE adflictionem D
meam, quoniam superior factus est hostis.
י Manum suam extendit hostis ad omnia expetibilia eius, etenim ipsa uidere coacta est gentes ingredi sanctuarium suum, de quibus interdixeras, ne ingrederentur in congregationem tuam.
כ Omnis populus eius cum gemitu cibum quærebat, expendebant quisque expetibilia sua pro cibo, ad retinendam animā. Vide DOMINE & intuere ut sim [f] epulatrix.
ל Ne [g] ad uos, omnes qui prętereitis uiā contemplemini & uidete, nū sit quę dolor uindemiet sicut me, quo me adflixit DOMINVS in die æstus iræ suæ.
מ De excelso misit ignem in ossa mea, & deseuijt in ea, expendit rete pedibus E
meis, supinū dedit me retrorsum, desolatā reddidit me, ac tota die mœrentē.
נ Impressum est iugum præuaricationū mearum manu [h] eius, implexæ ascenderunt super collum meum, deiecit robur meum, tradidit me DOMINVS in manus, è quibus non potero surgere.
ס Conculcauit DOMINVS omnes magnificos meos in medio mei, indixit in

[a] Ipsa scilicet Ierusalem.
[b] Id est, superiores eius facti, hoc enim est esse in caput.
[c] Sabbati nomine omne religiōis exercitiū intelligitur, i. modò ipsa religio uera.
[d] Ebr. Ideo ad commotionem facta est, quod quidam intelligunt, eam abductam in captiuitatem, & instabilē factam. Alij quod ludibrio sit facta gentibus, quod significāt per commotionē capitis, zūm vermupfen. Alij exponunt quod immūda sit facta, & ueluti separata ac eiecta, ut fœmina quæ menses habet.
[e] Apostropha ad dominū, ostendit quomodo loquēdum sit cum deo, & quod adhuc sit locus pœnitentiæ.
[f] Alij legunt, ut sim uilis facta.
[g] Ne ad nos ueniāt huiusmodi mala.
[g] Facit loquentē Ierusalem, ac querentem suas calamitates, cui nulla par sit. Alij Lu legunt, utinam ad uos: alij interrogatiue, num ad uos? &c. alij, Ne ad uos: q.d. Absit ut talia uobis contingāt, forma deprecantis malum.
[h] Eius, scilicet dei.

Digitized by Google

me ad conterendum electos iuuenes meos, tanquam torculari pressit dominus uirginem filiam Iuda.

ע Horũ causa ego ploro, oculus meus, oculus inquam meus defluit aquas, quoniam longe est à me consolator, qui restituat animam meam, filij mei desolati sunt, quia præualuit hostis. Ierem. 1

פ Spargit Zion manus suas, nec est qui consoletur eam: mandauit DOMINVS super Iacob per circuitum eius hostibus eius, facta est Ierusalem ad commotionem inter eos.

צ Iustus est DOMINVS, qa os eius exacerbaui: audite quæso omnes populi, & uidete dolorẽ meũ, uirgines meę & iuuenes mei electi abierũt in captiuitatẽ.

G ק Clamaui ad amatores meos, at illi fefellerunt me: sacerdotes meos et seniores meos, at hi in urbe expirarũt, quum cibũ sibi quærerẽt, ut retinerẽt uitã suam.

ר Vide DOMINE, quoniam adfligor, uiscera mea [l] contracta sunt, atque subuersum est cor meũ intra me, quia contumaciter rebellaui: foris orbat me gladius, intus instar mortis [habet.]

ש Audierunt me gementem, sed nõ est qui consoletur me: omnes hostes audita calamitate mea læτati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem quem indixisti, sed erunt mei similes.

ת Veniet omne malum eorum in conspectum tuum, ut uindemies eos quemadmodum me uindemiasti propter omnes transgressiones meas, quoniam multi sunt gemitus mei, & cor meum mœret.

Apostropha ad deũ, quæ sæpe interseritur. Cõsolatur enim se & pios propheta loquens, & ostendit quò sit confugiendũ in malis. Exprimit spem quã habuerũt sancti cum eo.
[l] Alij legunt, conturbata sunt.

CAPVT II.

A א QVomodo obscurauit dominus in ira sua filiam Zion? cœlo deiecit in terram decorem Israelis, ut non meminerit scabelli pedum suorum in die iræ suæ? Secund carmẽ l mentati num.

ב Deglutiuit dominus citra indulgentiam omnia [a] tuguria Iacob, diruit in excandescentia sua munitiones filiæ Iuda, adflixit ad terram, prophanauit regnum eius & principes eius.

ג Confregit in [b] æstu nasi sui omne [c] cornu Israelis, retraxit retrorsum dexteram suam à facie hostis, & exarsit in Iacob uelut ignis, flamma omnia circunquaque deuorante.

B ד Tetendit arcum suum quasi hostis, constitutá est dextera eius [d] instar inimici, & trucidauit omnia quæ oculis erant expetibilia, in tabernaculo filiæ Zion effudit sicut ignem iram suam.

ה Factus est dominus quasi hostis, deglutiuit Israelẽ, deglutiuit omnia palatia eius, diruit munitiones eius, et multiplicauit filiæ Iuda [e] mœrorẽ et tristitiã.

ו Et dissipauit tabernaculum suum paradiso simile, solennitates eius aboleuit, obliuioni dedit DOMINVS in Zion statas ferias & sabbata, & in fremitu iræ suæ contumeliæ exposuit regem & sacerdotem.

C ז Repulit dominus altare suum, aspernatus est sanctuarium suum, & tradidit in manum hostis muros palatiorum eius, uocem [f] dederunt in domo DOMINI, ut in die solenni.

ח Constituit DOMINVS uastare murum filiæ Zion, [g] tetendit regulam, & nõ reduxit manum suam quo minus dirueret, lugent ergo simul propugnacula, & murus deformatus.

ט [h] Demersæ sunt in terram portæ eius, perdidit & contriuit uectes eius, rex eius & principes ad gentes [abducti sunt.] Non est lex, neque prophetæ eius nacti sunt uisum à DOMINO.

י Sederunt in terra, & conticuerunt senes filiæ Zion, conspergunt puluerem super caput suum, accingunt saccos, deijciunt in terram capita sua uirgines Ierusalem.

[a] Alij legunt, speciosa seu ornamenta.
[b] Hoc est, negauit uel subduxit eis auxiliũ, quũ uerũ esset in conspectũ hostis.
[c] Hoc est, omne robur.
[d] Non solũ dexterã suam nobis retraxit, sed insuper ab hoste stetit.
[e] Ania mœror, sed thaania, quod mœrore afficit: sic Esa. 29.
[f] Vocẽ dederunt, hostes scilicet, facto scilicet strepitu, ut olim cũ religionis gratia conuenirent.
[g] Regulã uastationis tetendit dominus .i. rationẽ inuenit qua dirueret.
[h] Tabeu neutrũ est, subsiderunt.

Deficiebant

כ Deficiebant præ lachrymis oculi mei, conturbata erant uiscera mea, D
effundebatur in terram iecur meum propter conquassationem fi-
liæ populi mei, quum animi deliquium paterentur infantes & la
ctentes in plateis ciuitatis.

ל Dicebant matribus suis, Vbi est frumentum & uinum? quum scili-
licet deliquium animi paterentur sicut saucij in plateis ciuitatis,
quumq; animam suam [i] exhalarent in gremio matrum suarum.

Hucusq; secum de calamitate Israelitici populi loquutus est propheta, iam populū alloquitur.

מ Quo te contester? Quid tibi comparem ô filia Ierusalem? Quid tibi
æquiparem? quo te consoler ô uirgo filia Zion? quia clades tua
immensum mare est, quis medebitur tibi?

נ Prophetæ tui uiderunt tibi uana et insulsa, neq; traduxerunt iniqui- E
tatem tuam, quo auerterent captiuitatem tuam, sed uiderunt tibi
[k] onera uana & expulsiones.

ס Comploserunt manus super te omnes qui præterierunt uiam, sibi-
larunt & mouerunt capita sua super filia Ierusalem. Hæccine est
urbs illa, de qua prædicabant absolutā pulchritudinem, quæ gau-
dium erat uniuersæ terræ?

פ Diduxerunt super te os suum omnes hostes tui, sibilarunt ac denti-
bus frendunt, dicentes, Deuorabimus: profecto hæc est dies quē
expectabamus, inuenimus, uidimus.

Leuit. 26 b Deut. 28.b

ע Fecit DOMINVS quod constituerat, impleuit uerbum suum quod F
retro temporibus mandauerat: destruxit, & non pepercit: exhila-
rauit super te hostem, & extulit cornu inimicorum tuorum.

Docet quid in adflictionibus faciendum.

צ Clamauit cor eorum ad dominum, ô mure filiæ Zion dimana tor-
rentis instar, lachrymas die & nocte, ne permittas tibi requiē, nec
quiescat pupilla oculi tui.

Ierem. 14. c supra 1. f

ק Surge & uociferare nocte ad principium excubiarum, effunde sicut
aquam cor tuum ante conspectum domini, leua ad eum manus
tuas, propter animas paruulorū tuorum, qui fame exanimati sunt
in compitis omnium platearum.

ר Vide DOMINE, & contemplare ad quid [l] uindemiasti? [m] adeo ut G
deuorarent mulieres fœtus suos infantes [n] palmi magnitudine, ut
occideretur in sanctuario domini sacerdos & propheta.

ש Humi iacēt in plateis puer et senex, uirgines et iuuenes mei gladio ce
ciderūt, q̄s interfecisti in die furoris tui: mactasti, & non pepercisti.

ת Vocasti tanquam ad diem festum uicinos meos qui circum me sunt,
nec fuit qui effugeret aut reliquus fieret in die fuoris dn̄i: quos edu
caui & euexi, hostis meus consumpsit.

CAPVT III.

Carmen tertium.

א EGo uir ille sum adflictionē expertus per baculum excandescen A
tiæ eius.

א Me egit ac duxit, sed in tenebras, et non in lucem.

א In me duntaxat uertit & admouet manum suam tota die.

ב Veterascere fecit & carnem & pellem meam, contriuit ossa mea.

ב [a] Aedificauit contra me, & circumuallauit me felle & lassitudine.

ב In tenebrosa collocauit me, sicut in sempiternum mortuos.

ג Circumsepiuit me, ut non euadam, & pedicas meas degrauauit.

ג Sed & si clamem ac supplicem, obstruit [aures] ad orationem meam.

ג Sepiuit uias meas quadro lapide, & semitas meas deprauauit.

ד Vrsus insidians factus est mihi, & leo in latibulis. B

ד [b] Vagas reddidit uias meas, & frustratus est me, reddidit me desolatā.

ד Arcum suum tetendit, & constituit me tanquam scopum sagittæ.

[i] Alij legunt, quum effunderent animam suam in sinum matrum, id est, uotum & desiderium.

[k] Maschoth quidam legūt pro phetias, quidam lactationes.

[l] Alij legunt, cur sic: alij, quem uindemiasti?
[m] Alij legunt Im interrogatiue per admirationem: an hoc unquā fando auditum, ut matres ederent fœtus suos?
[n] Tipah palmum significat, intelligit ergo infantes palmarē magnitudine, nō qui eousq; ætatis prouecti, ut iam manu ferri possent, tum enim pueri maxime in delicijs sunt: sic in ultimo etiam uersu tipethi.

Propheta in p̄sona uiri (adeoq; totius populi) per omnia grauiter adflicti, & lerna malorū perfusi, loquitur. Docet interim q̄d pij in adflictionibus facere, & q̄modo se gerere debeāt. Exaggerat autem mala sua, ac si nemo tanta pateretur.
[a] Vel, obædificauit.

[b] Alij legunt, stupidum, attonitum me reddidit.

Digitized by Google

ה Misit in renes meos sagittas [c] suas.
ה Risus fui omni populo meo, carmen eorum tota die.
ה Satiauit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.
ו [d]Labefactauit silice dentes meos, [e] præcipitauit me in lutum.
ו Depulit à pace animam meam, bonorum obliuio me tenet.
C ו Et dixi, [f] perijt robur meum, & spes mea à DOMINO.
ז Recordãdo adflictionis meæ & rebellionis meæ, absynthij et fellis.
ז Recordando enim recolit, & incuruatur ad me anima mea.
ז Hoc dum reduco ad cor meum, iterum ad spem redeo.
ח Quod misericordiæ DOMINI non deficiunt, et quod miserationes eius non cessant.
ח Quod [g] nouæ sunt quotidie, & ingens fides tua.
ח Pars mea DOMINVS, inquit anima mea, idcirco sperabo in eum.
ט Bonus DOMINVS expectanti eum, animæ quærenti eum.
ט Bonum est & sperare, & in silentio [expectare] salutem DOMINI.
D ט Bonum est uiro si tulerit iugum ab adolescentia sua. Ostendi habitū p attentis.
י Solus sedet & tacet, quia [h] proiecit super ipsum.
י Ponit [i] os suum in puluerem, an fortè sese offerat spes.
י Exhibet percutienti se maxillam, satiabitur opprobrio.
כ Quia non deserit in sempiternum dominus.
כ Quin si adfligit, pro abundantia bonitatis suæ miseretur.
כ Quia non adfligit, [k] neq; dolore adficit, filios hominum de [l] corde.
ל Conterere sub pedes omnes uinctos terræ,
E ל Deflectere iudicium uiri in conspectu altissimi,
ל Per calumniã opprimere hominẽ in causa sua, dominus [m] nõ nouit.
מ Quis hoc dixerit, aliquid fieri quod dominus non præcipiat?
מ Quod ex ore altissimi non progrediantur [n] mala & bona?
מ Cur igitũ adflictat se homo uiuẽs, quũ fortiter [insistit] [o] peccato suo?
נ Peruestigemus [potius] uias nostras, easq; scrutemur, & reuertamur ad DOMINVM.
נ Leuemus corda nostra cum manibus ad deum in cœlos.
נ Nos præuaricati sumus & desciuimus, & tu non fuisti propitius.
ס Vmbraculum obtendisti in ira, & persequutus es nos, trucidasti nec pepercisti.
ס Obduxisti tibi nubem, ne penetret oratio.
F ס Reiectos & contemptos reddidisti nos inter populos.
פ Diduxerunt super nos os suum omnes inimici nostri.
פ Pauor & [p] fouea euenit nobis, uastatio & conquassatio.
פ Riuos aquarum demanat oculus meus, propter adflictationẽ filiæ populi mei.
ע Fluxit oculus meus, & non quiescit, eo quod essent intermissiones.
ע Donec inspiciat & contempletur DOMINVS de cœlo.
ע Oculus meus uindemiat animam meam supra omnes filias [q] ciuitatis meæ.
צ Venando uenati sunt me inimici mei tanq̃ auẽ, atq; hoc [r] sine causã.
צ Oppresserunt in puteo uitam meam, & iecerunt lapidem in me.
צ Fuderunt aquas super caput meum, dixi, Abscisus sum.
ק Innocabam nomen tuum DOMINE de altissimo puteo.
G ק Vocem meam audisti, nec abscondes aurem tuam ad [s] respirationem meam & clamorem meum.

Appropin

[c] Ebraice, filios pharetræ suæ.

[d] Alij, contudit.
[e] Alij, prouoluit me, uel uersauit me, in cinere prostrauit.
[f] Ita solent homines conturbati uaria cogitare ac dicere: iam desperant, putãtes se à deo non exaudiri: iam iterum spem concipiunt, & precando ad dominum adcurrunt. Iam ergo gradũ struit consolationi, hoc cum cogito, scilicet quod sequitur, Miserationes domini non defecerunt, iterum spem concipio.
[g] Nouæ, scilicet misericordiæ, bonitates.

[h] Quia scilicet dominus proiecit iugum super ipsum. Non significat desperantem animum, sed proijcientem se in iudicium, & uoluntatem dei, paratum semper ad maiora ferenda.
[i] Ponere os in puluerem, est submisse loqui, de se submisse sentire, in terra repere.
[k] Non est proprium opus dei, adfligere & castigare homines, sed alienum. Proprium illi est, misereri & benefacere: non est ei uolupe ut attenuet, comminuat miseros, ut more sycophantarum per calumniam iudicium declinet, aut ut tyranni solent.
[l] Vel ex corde.
[m] Non nouit, id est, nõ probat.
[n] Mala, id est, aduersa: Bona, id est, prospera. Efficax consolatio est in omni adflictione, considerare prouidentiam dei, nihil euenire hominibus cuius non author sit deus, & omnia attemperari ad nostram salutem, culpam tamen interim nostram agnoscere.
[o] Insani sunt qui peccando sibi crucem ascisçunt, quin inuestigent uiam suam, & reuertantur ad dominum, in hoc enim punit.
[p] Alij legunt, laqueus.

[q] Alij legunt, propter filias.
[r] Sine causa, quod ad Chaldæos attinet. Propheta loquitur in persona populi & indicat se in ultimo fuisse discrimine, ut diceret, Actum est de me.

[s] Alij legũt, ad suspiria mea.

Digitized by Google

ק Appropinquauisti in die quo inuocaui te, dixisti, Ne metuas.
ר Defendisti domine causam animæ meæ, adseruisti uitam meam.
ר Vidisti DOMINE [t] calumniam meam, iudica iudicium meum.
ר Vidisti omnem [u] ultionem eorum, omnes cogitationes eorum contra me.
ש Audiuisti opprobria [x] eorũ ô DOMINE, omnes cogitationes eorũ cõtra me.
ש [y] Labia insurgentium in me, & meditationes eorum aduersum me tota die.
ש Vides & sessionem eorum & resurrectionem eorũ, ego canticum eorũ sum.
ת Rependes ergo eis uices ô DOMINE, iuxta opera manuum suarum.
ת Dabis eis [z] circuncinctionem cordis, & execrationem tuam [dabis] eis.
ת Persequeris [eos] in ira, & extirpa eos de his quæ sub cœlo sunt DOMINE.

[t] Calumniam meam, id est, quam mihi hostes struunt.
[u] Vitio eorũ, id est, studiũ nocẽdi mihi.
[x] Opprobria eorum quæ in me iaciunt.
[y] Labia, id est, uerba.
[z] Bb. Clypeum cordis, hoc est, ualla, eos adflictionibus.

CAPVT IIII.

א QVomodo obscuratũ est aurum? auri boni massa immutata? disiecti A
[a] lapides sanctuarij ad compita omnium platearum?
ב Filij Zion inclyti amicti auro primo, quomodo æquiparati sunt uasis testaceis manu figuli factis?
ג Et dracones nudata mamma catulos suos lactant, filia uero populi mei crudelis ut struthiones in deserto.
ד Adhæsit lingua lactentis palato eius præ siti, paruuli panem petebãt, nec erat qui frangeret eis.
ה Qui delicatissimis uescebantur, uastati sunt in plateis, & qui in [b] purpura educati fuerant, amplexati sunt stercora.
ו Et maior [reputata] est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomæ, momento euersæ, neq; in deditionem acceptæ.
ז Candidiores erant Nazaræi eius niue, lacte nitidiores: rubebant specie præ B
margaritis, polities eorum Sapphiro [similis erat.]
ח Nunc forma eorum nigredine ipsa est obscurior, non sunt agniti in plateis, adhæsit cutis eorum ossibus eorum, aret ac riget ut lignum.
ט Melius habuerunt interfecti [c] gladio, quàm qui fame perierunt, quod hi contabuerunt ab agri prouentu confossi.
י Manus mulierum natura mitium coxerunt natos suos, ut essent eis cibus in calamitosa clade filiæ populi mei.
כ Impleuit DOMINVS furorem suum, effudit æstũ nasi sui, & incendit ignem in Zion, qui deuorauit fundamenta eius.
ל Nunquam credidissent reges terræ, neq; omnes habitatores orbis, quod ingressuri essent hostes & inimici per portas Ierusalem.
מ Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui fuderũt C
in ea sanguinem iustorum.
נ Vacillarũt cæci in plateis, polluti sunt sanguine, ut uestes eorum non potuerint contingere.
ס [d] Discedite polluti, clamauerunt ad eos, discedite discedite, nolite tangere, quia euolarunt & incertis uagantur sedibus: dixerunt inter gentes, Non ultra [e] incolent.
פ Vultus DOMINI [f] relegauit eos, nec ultra eos respiciet, [quia] nec ipsi uultus sacerdotum reueriti sunt, aut senum miserti.
ע Adhuc nobis [integris,] deficiunt oculi nostri intenti ad uanum auxiliũ nostrum, dum anxie spectamus ad gentem quæ seruare nequit.
צ Venati sunt gressus nostros, ne incederemus per plateas nostras. Venit finis D
noster, impleti sunt dies nostri, exitus enim noster adest.
ק Velociores fuerunt persequutores nostri aquilis cœli, in montibus ipsis persequuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

[a] Sese disperserunt lapides.
Amplificat malũ per cõparationem, Crudeles feræ alunt catulos suos, sola Ierusalem non alit.
[b] Alij legunt, in coccino.
[c] Hi qui fame pereunt, non cõfodiuntur gladio ut fortes, sed contabescunt, cõfossi inopia frumentorum.
[d] Videntur hostium uerba insultantiũ Iudæis captiuis.
[e] Non amplius redibunt ad sua.
[f] Alij legunt, Ira domini diuisit, separauit eos.

Digitized by Google

g Alij legunt, Spiritus faciei nostræ Christus dominus captus est in uastatione eorum.

ר g Spiritus narium nostrorum unctus DOMINI captus est in retibus eorum, de quo nos dicebamus, In umbra eius uiuemus inter gentes.

ש Gaude & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Vz, nam ad te quoq; ueniet calix, bibes, & nuda eris.

ת Completa est iniquitas tua ô filia Zion, nõ ultra te ducet in captiuitatem, sed uisitabit iniquitatem tuam ô filia Edom, & peccata tua reteget.

ORATIO IEREMIAE.

CAPVT V.

A Recordare DOMINE, qd acciderit nobis, inspice & cõtemplare opprobriũ
nostrũ. Hæreditas nostra deuoluta est ad alienos, domus nostræ ad extra-
neos. Pupilli sumus patre orbati, & matres nostræ sicut uiduæ. Aquas nostras
pecunia bibimus, ligna nostra pretio ueniunt. Imminet ceruici nostro persequu
B tio, lassati sumus, nulla requies nobis. Aegyptijs dedimus manus, et Assyrijs, ut
pane uesci daretur. Patres nostri peccauerunt, & nõ sunt, & nos baiulamus ini-
quitates eorũ. Serui dominati sunt nobis, nec erat qui de manibus eorum uin-
dicaret. Vitæ periculo paramus uictũ præ [a] siccitate deserti. Pelles nostræ tan-
quam clibano exustæ sunt propter horrorem famis. [b] Oppresserũt mulieres in
C Zion, atq; uirgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu [c] eorũ suspensi sunt, &
uultus senum nõ sunt [d] reueriti. Adolescentes tulerunt ut molerent, & pueri in
ligno corruerunt. Senes desunt in portis, & apud organa musica iuuenes eorũ.
Desijt gaudiũ cordis nostri, uersus est in luctum chorus noster. Corona capitis
nostri cecidit: uæ nobis, quia peccauimus. Idcirco mœret cor nostrũ, ob hęc he-
betes facti sunt oculi nostri, propter montem Zion, qui uastatus est, ut uulpes in
D eo [uersentur.] Tu autem DOMINE in æternũ permanes, soliumq; tuum per
omnia sæcula. Cur perpetuò obliuisceris nostri? cur nos deseris tanto tempore?
Conuerte nos ad te ô DOMINE, & conuertemur, instaura dies nostros quem-
admodum olim. Quoniam repulisti nos, & iratus es nobis iam plus satis.

a Alij legunt, gladio deserti, id est, qui reddit uastum: uel incaluerunt.
b Honesto uocabulo rem turpem circumloquitur.
c Eorum, scilicet hostium.
d Reueriti, ueneraei, in honore habiti.

Ezechiel propheta.

CAPVT I.

Ostendit propheta uocationem suam ex Epiphania domini.



A FACTVM est tricesimo anno, in quarto [mense,] quinta
mensis, ut essem inter captiuos iuxta fluuiũ Chabor, & ape-
rirentur cœli, & uiderẽ uisiones dei. In quinta inquã men-
sis, (ipse est annus quintus, quo abductus erat Ioiachin rex,)
[a] factum est uerbũ DOMINI ad Ezechielem filium Busi sa-
cerdotẽ in terra Chaldæorũ iuxta fluuiũ Chabor, factaq; est
B super eũ ibi manus DOMINI. Et uidi, & ecce uentus tur- Visio animalium.
binis ueniens ab Aquilone, nubes magna, & ignis sese reciprocãs splendens per
circuitum, de medio aũt eius tanquã [b] species [c] Hasmal, de medio inquam ignis.
De medio aũt eius similitudo quatuor animaliũ, quorũ hic erat aspectus, Simili-
tudo hominis erat in eis, [d] quaternæ facies, & quaternæ alæ erant singulis: pedes
eorum pes planus, & planta pedum eorũ sicut planta pedis uituli: & scintillas
euibrabant

a Eb. Essendo fuit, uel fiendo fiebat.
b Aliqui legunt, tanquã oculus Hasmal, uel angeli.
c Hasmal uarie exponũt: reliqui ergo uocem Ebraicam, significat autẽ electrum, seu tacitam mussitationem.
d Eb. Quatuor facies uni, & quatuor alæ uni, uel cuilibet eorum.

Digitized by Google

euibrabât ficut aſpectus chalybis perpoliti. Porrò manus hominis erât ſub alis
eorũ in quatuor quadraturis eorum, facies eorum, & alæ eorũ ad quatuor partes
eorũ erant. [e] Aliud alij iunctũ erat alis ſuis, nõ uertebantur quũ irent, ſed [f] quodq; C
rectà antrorſum incedebat. Similitudo facierũ eorũ [hæc erat,] facies hominis,
& facies leonis ad dexteram ipſorũ quatuor, facies aũt bouis erat à ſiniſtra ipſorũ
quatuor, & facies aquilæ [g] quatuor ipſis. Et facies eorum & alæ eorum extentæ
ſuperne, cuiuslibet duæ alæ erant iunctæ, duabus uero operiebant corpora ſua,
quodq; rectà antrorſum ibat, quocunq; [h] animus erat eundi, illò ibant, nec refle-
ctebant [facies] eundo. Similitudo animaliũ aſpectus ſcilicet eorum inſtar car- D
bonum ignitorũ ac ardentiũ, ut aſpectus facium erat, diſcurrentiũ inter animalia;
ignisq; ſplendebat, & de igne emicabat fulgur, animalia uero currebant & reuer
tebantur inſtar fulgetri. Et quũ uidiſſem animalia, ecce rota quædã in terra iu-
xta animalia ad quadraturam facierũ ipſorum. Aſpectus rotarum, & [i] facturã
earum, ficut [k] aſpectus maris, & eadem ſimilitudo ad quadraturã ipſam: aſpectus
earum & factura earũ perinde erat ac ſi rota eſſet in rota. Quum incederent, in- E
cedebant ad quadrifidam earum quadraturã, nec reflectebant quum incederent.
Porrò [l] abſides earum & altitudo illarũ ſtupenda erant, canthiq; earũ pleni erant
oculis per circuitũ quadraturæ. Quũq; incederent animalia, incedebant quoq;
rotæ iuxta ea: & quum animalia ſubueherentur à terra, ſubuehebantur & rotæ.
Quocunq; impellebat impetus eundi, illuc ibant: et quocũq; erat animus eundi,
rotæ ſubuehebantur è regione ipſorũ, [m] quoniã ſpiritus animaliũ in rotis quoq;
erat. Quum [n] irent [animalia,] ibant & [rotæ:] quum ſtarent, ſtabant & illæ: F
quum eleuarentur à terra, eleuabantur & rotæ pone illa, quoniam ſpiritus uitalis
erat in rotis. Iam ſimilitudo [o] firmamenti erat ſuper capita animaliũ, ſicut aſpe-
ctus cryſtalli admirandæ, expanſa ſuper capita eorũ ſuperne. Porrò ſub exten-
ſione erant alæ eorũ rectæ, quæq; [p] contingens aliam: ſingulis rurſus binæ erant
quibus corpora ſua tegerent. Audiui aũt ſonitum alarũ ipſorũ, ut ſonitũ ingen-
tium aquarũ, & ficut uocem omnipotẽtis, quum illa incederent, uocem loquelæ
tanquam uocem caſtrorum: quum uero ſtarent, remittebãt alas ſuas. Quumq; G
illa ſtarent & remitterẽt alas ſuas, facta eſt uox ſupra extenſionem quæ erat ſuper
capita eorum. Supra extenſionẽ autem quæ erat ſuper caput eorum ſpecies ue-
luti lapidis ſapphirini, effigies ſcilicet ſolij, ſupra effigiem ſolij, erat forma tanquã
hominis ſuper ipſum ſuperne. Et uidi ueluti formam Haſmal quemadmodum
aſpectum ignis intra illam per circuitũ ab aſpectu lumborum eius & ſupra, & ab
aſpectu lumborũ eius & infra, uidi ſicut uiſionem ignis, habebatq; ſplendorem
per circuitum. Sicut forma arcus qui fit in nube in die pluuiæ, ſic erat aſpectus
ſplendoris per circuitũ: & hic erat aſpectus & imago gloriæ DOMINI. Et ui-
dens cecidi ſuper faciem meam, audiuiq; uocem loquentem.

CAPVT II.

Mittitur propheta ad Iſraelitas, & oſtenditur uſus uiſionis

TVm dixit ad me, Fili hominis ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecũ. Et uenit A
in me ſpiritus poſtquã loquutus eſt ad me, ſtatuitq; me ſuper pedes meos, &
audiui loquentem mihi. Dixitq; ad me, Fili hoĩs mitto te ad filios Iſrael, ad gen-
tes rebelles quæ contra me rebellarũt: ipſi & patres eorum perfide mecũ egerunt
uſq; in hũc ipſum diem. Filij ſunt dura facie, & pertinaci corde, ego te mitto ad
eos, dicesq; eis, Sic ait DOMINVS deus, Siue [a] audiant ipſi, ſiue minus, quia do- B
mus rebellis ſunt, ut ſciant q; propheta fuerit in medio eorũ. Et tu fili hoĩs ne ti-
meas eos, neq; à uerbis eorũ formides, quia contentioſi & ſpinoſi tecum ſunt, &
cum [b] ſcorpionibus tu habitas: à ſermonibus eorum ne metuas, & à facie eorũ ne C
terrearis, quia domus rebellis ſunt. Loqueris autẽ uerba mea ad eos, ſiue audiant,
[c] ſiue minus, quoniã rebelles ſunt. Et tu fili hominis audi ea quæ ego loquor ad
te, ne ſis rebellis ſicut domus illa cõtumax, aperi os tuum, & comede quæ ego do D

Margin notes:

e Alij legunt, alæ eorum iunctæ erant altera alteri.
f Eb. Sed quodq; ad trans faciem ſuam ibãt, Germanice für ſiber ſins angſichts.
g Vel, quadraturę ipſorum.
h Alij legũt, quocũq; ſpiritus aut impetus impellebat.
i Alij legũt, opus eorum.
k Alij legũt Tharſis & lapidẽ intelligũt: uidetur autem ceruleus color ſignificari.
l Per abſides curuaturas ſeu canthos rotarũ intelligo, felgẽ niſi malis orbilia.
m Alij legunt, ſpiritus uitalis: alij, ſpiritus animalis.
n Eb. Quum irent illa, ibant: quũ ſtarent illa, ſtabant.
o Pro firmamẽto alij legunt extenſionis.
p Ebr. Quælibet ad ſororem ſuam.
a Eb. Siue audierint ſiue deſtiterint, uel ceſſauerint, ſupple à ſuo propoſito malo, ſic enim quidam exponunt.
b Significãtur homines peſtilentiſſimi.
c Sũt qui im pro nõ exponant, ſic, Non audient, non deſiſtẽt à uijs ſuis malis.

Left margin: ſo rota. ... i ima. & ...

Digitized by Google

tibi. Et quum uiderem, ecce manus missa est ad me, & ecce in ea cõplicatus liber, quem coram me expandit, eratq; scriptus ante & retro: scripta inquã in eo lamentationes, gemitus & planctus. CAP. III.

Instructus & apparatus propheta mittitur: quod sit officium prophetæ.

A DIxit autẽ ad me, Fili hominis quidquid inueneris comede, comede uolumẽ istud, & uade, loquere ad domum Israelis. Aperui igitur os meum, & cibauit me isto uolumine. Dixitq; ad me, Fili hominis uenter tuus comedet, & implebis hoc uolumine, quod ego præbeo tibi, uiscera tua. Comedi itaq;, & factum est in ore meo perinde ac mel dulce. Et dixit ad me, Fili hominis uade, ingredere ad domum Israelis, & loquere sermones meos inter eos. Quoniam tu non mitteris ad populum profundi labij aut grauis linguæ, ad domum Israelis: non inquã ad

B populos multos profundi labij aut grauis linguæ, quorũ uerba tu nõ intelligas: (omnino si [a] misissem te ad eos, ipsi audissent,) at domus Israelis nolũt audire te, quia me nolunt audire, eo q; uniuersa domus Israelis sint robusta fronte & duro corde. En reddidi faciem tuam fortem contra facies eorum, & frontem tuam fortem contra frontem eorum. Sicut adamantem, qui silice durior est, reddidi frontem tuam: ne igitur timeas eos, neq; terrearis à conspectu eorum, quia domus cõ

C tumax sunt. Et dixit ad me, Fili hominis omnia uerba mea quæ loquar ad te excipe in cor tuũ, & audi auribus tuis, & uade atq; ingredere ad captiuos, ad filios populi tui, loquere ad eos, & dic eis, Sic ait DOMINVS deus, siue audiãt, siue minus. Et sustulit me spiritus, & audiui post me uocem strepitus magni, Benedicta gloria DOMINI de loco suo. Sed & strepitum alarũ [b] animalium sese mutuo contingentium, simulq; stridorem rotarum è regione eorum: in summa, sonitum

D commotionis magnæ. Hic iterum sustulit me spiritus rapuitq; me, ut irem amarus in indignatione spiritus mei, & manus DOMINI apprehẽdit me. Veni itaq; ad captiuos (aceruum [c] nouarum frugum) sedentes iuxta fluuiũ Chabor, & ubi ipsi sedebant, sedi ego quoq; isthic inter eos [d] septem diebus desolatus. Et exactis septem diebus, factus est sermo DOMINI ad me in hũc modũ, Fili hominis speculatorem constitui te domui Israelis, audies igitur uerbum ex ore meo, & diserte monebis eos ex me: quum dixero ego impio, Certissime morieris, atq; tu nõ monueris eum diserte, neq; loquutus fueris diserte, dehortando impium à uia sua impia, ut uiuat, ille quidem impius morietur in iniquitate sua, sanguinẽ uero eius de

E manu tua requiram. Quod si tu diserte monueris impium, nec ille conuersus fuerit ab impietate sua, & à uia sua impia, peribit is in sua iniquitate, tuq; animã tuã liberasti. Quum iustus auerterit sese à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, posueroq; offendiculum coram ipso unde ille moriatur, tu uero non monueris eum, morietur quidem ille in peccato suo, & iustitiarum eius quas fecit nulla erit recordatio, sed sanguinem eius de manu tua requiram. Quod si diserte monueris iustum, ut non peccet iustus, & is nõ peccauerit, certissime uiuet, quia præmonitus est, & tu

F liberasti animã tuam. Facta est autem isthic super me manus DOMINI, & dixit ad me, Surge & egredere in campum, & loquar ibi tecum. Surrexi itaq; et exiui in campum, & en ibi stans gloria DOMINI, quemadmodum gloria quã uiderã ad fluuium Chabor, tum cecidi in faciem meam. Venit autem in me spiritus, collocauitq; me in pedes meos, loquutusq; mecum dixit ad me, Ingredere, et includere in medio domus tuæ, Et tu fili hominis, ecce iniicient tibi funes, ut te illis ligent,

G non ergo egredieris inter eos. Ad hæc linguam tuam adhærescere faciam ad palatum tuum, ut obmutescas, & non sis eis uir qui eos redarguat, quoniã domus contumax sunt. Quũ autem ego tecum loquutus fuero, aperiam os tuũ, & dices ad eos, Sic dicit DOMINVS deus, Qui audit, audiat: & qui cessat, cesset, quia domus contumax sunt. CAPVT IIII.

[a] Alij sic legũt, Si quidem misissem te, non te audissent.

[b] Supple audiui.

[c] Alij legũt, in Thel Abib. Quidã ad locum, quidam ad tempus referunt: symbolum est reliquiarum ex quibus seminariũ futuri populi.

[d] Alij legũt moerẽs, alij tacitus, alij stupẽs, admirabundus.

Infra 33.

Supra 1.

Digitized by Google

Iubetur propheta in typo quodā obsidionem urbis & futurā calamitatem exprimere.

TV uero fili hominis accipe tibi laterē, & pone eum ante te, & [a]insculpe su- A
per eum urbem Ierusalē, pone deinde obsidionē contra eam, extrue aduer-
sus eam propugnaculū, & affunde ei aggerē, castra pone cōtra eam, & pone con
tra eam per circuitū arietes. Cape tibi deinde sartaginē ferream, ponec̨ eam mu-
rum ferreū inter te & inter ciuitatē, & dirige faciē tuam contra eam, eritc̨ obsessa,
& oppugnabis eam. Signū hoc est domui Israelis. Et tu cubato super latus tuum
sinistrū, & pone iniquitatē domus Israelis super ipsum, numero dierū quibus cu-
bas super ipsum, & [b]feres iniquitatem eorū. Ego enim dedi tibi annos iniquitatis B
eorum iuxta numerū dierum trecentos & nonaginta dies, feresc̨ iniquitatē do-
mus Israelis. Vbi uero expleueris illos, cubabis super latus tuum dexterū secun-
do, & feres iniquitatē domus Iuda quadraginta diebus, diem pro anno, diem in
quam pro anno dedi illud tibi. Et diriges faciem tuam uersus obsidionē Ierusa
lem, & brachiū tuum erit exertum, prophetabisc̨ contra eam. Ecce inieci tibi fu-
nes, ne uertaris de latere tuo in latus tuum, donec cōpleas tu dies obsidionū tua-
rum. Et sume tibi triticum, hordeum, fabam & lentem, milium & [c]uiciam, & po C
ne illa in uase uno, ut facias tibi panem ex eis, pro numero dierū quibus tu cuba-
bis super latus tuum, quem edas trecentis illis & nonaginta diebus. Porrò cibus
tuus quem comedes in pondere, uiginti siclorū sit in diem, à tempore usc̨ in tem
pus comedes illum. Aquam quoc̨ in mensura bibes, sextā nempe partem Hin,
& bibes à tempore in tempus. Et placentā hordeaceam comedes, quam uidenti
bus illis coquas in stercoribus excrementi humani. Dixit autem DOMINVS,
Sic comedent filij Israel panem suum immundū inter gentes inter quas ego pro- D
pellam eos. Et dixi, Ah DOMINE deus, ecce anima nunquā est polluta, mortici
num aut discerptū non comedi à iuuentute mea usc̨ nunc, & non ingressa est ca
ro corrupta in os meum. Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimū boum loco stercoris
humani, cum quo coquas panē tuum. Dixitc̨ ad me, Fili hominis, ecce ego con
fringo baculū panis in Ierusalem, & comedent panem in pondere & solicitudi-
ne, & aquas in mensura & stupore bibent. Propterea deficient pane & aqua, &
uastabūtur uir & frater eius, & contabescēt in iniquitatibus suis. CAP. V.

Expositio mali futuri adumbrati per superiorem uisionem.

ET tu fili hominis sume tibi gladiū acutū, nouaculam tonsorum hanc sume ti
bi, & traduc [eam] per caput tuum, & per barbā tuam. Deinde cape tibi lan A
ces libræ, & partire pilos, tertiā partem igni cōbures in [a]media urbe, postq̄ imple
ti fuerint dies obsidionis. Tertiam deinde partem accipe, & conscindes gladio cir
cunquac̨, tertiam partem dispergas ad uentum, post hos distringā gladium. Et
accipias inde exiguum numerum, quæ in alas tuas constringas. Rursus tolles ex
his quæ in medium ignis abijcias, eac̨ igne combures, ex his [b]ignis exibit con-
tra omnem domum Israelis. Sic dixit DOMINVS deus, Ista est Ierusalem, inter
gentes posui eam, & in circuitu eius terras. Commutauit iudicia mea in impieta
tem plus q̄ gentes, & statuta mea plus q̄ nationes quæ circa eam sunt, quoniam
iudicia mea repudiarunt, & statuta mea, nec ambularunt in eis. Idcirco sic dicit B
DOMINVS deus [Israelis,] Quandoquidē [c]turbulentiores estis gentibus quæ
circū uos sunt, inc̨ statutis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, quin
secundū iudicia gentiū quæ circū uos sunt non fecistis. Idcirco sic dicit DOMI-
NVS deus, Ecce me tibi, ego inquā edam in medio tui iudicia in oculis gentiū, fa
ciam inquā in te quod non feci, & quod porrò nunq̄ sum facturus, idq̄ propter
omnes abominationes tuas. Siquidē patres comedent filios in medio tui, & filij
comedent patres suos, & edam in te iudicia & omnes reliquias tuas dispergam
in omnem uentum. Idcirco uiuo ego, dicit DOMINVS deus, Si non propter

N

Marginal notes (left): ...m.14.f — ...25 d / 14 d — ...sa iræ ...iæ. — ...plificat ...lus per ...paratio ...n.

Marginal notes (right):

a Alij, exarabis.

b Feres pro repræsentabis, exprimes.

c Alij far interpretātur, alij siliginem.

Comprehensio est, hoc est toto tempore obsidionis.

a In urbe picta aut sculpta.

b Exire ignē, est oriri malum ex aliquo.

c Alij hamā pro opulentia ac multitudine uertunt.
c Turbulentiores, scilicet copia, ferocia, strepitu & fremitu, luxu, fastu, ædificijs, opibus, &c.

C sanctuariū meum, quod polluisti omnibus abominationibus tuis & cunctis exe
crationibus tuis, ego quoq; succidā, nec parcet oculus meus, neq; ego miserebor.
Tertia pars tui peste morietur, fameq; consumētur in te: tertia autem pars gladio
cadent circum te: tertiam deinde partem dispergam ad omnem uentum, distrin-
gamq; gladium post eos. Et consummabitur furor meus, & requiescere faciam
exæstuationem meam in eos, & consolationem accipiam, & cognoscent quod ego
DOMINVS loquutus sim in indignatione mea, quum perfecero furorē meum
in eis. Et reddam te desolatam, [ut sis] opprobrium inter gentes quę circū te sunt,
D in cōspectu omnis prætereuntis. Erisq; opprobrio & blasphemiæ, [b] castigationi
& stupori gentibus quæ circum te sunt, quum edidero in te iudicia in furore, in
exæstuatione, & in increpationibus æstus, ego DOMINVS loquutus sum. Quū
misero sagittas famis malas in eos, quę sunt ad uastandum, & quas ego immissu
rus sum ut perdam uos, & famem adijciam super uos, & confringam in uobis
baculum panis. †Mittam præterea super uos malum, & bestias malas quæ te or- Supra 4.
babunt, & pestem, sed & sanguis transibit per te, atq; gladium adducam contra Infra 14.
te: ego DOMINVS loquutus sum.

b Vel disciplinę, uel exemplo.

CAP. VI.

Pœnam minatur populo Iudaico propter exteras religiones & idololatriam.

A FActus est sermo DOMINI ad me, dicēs, Fili hominis, pone faciem tuam uer Prosopopœia.
sus montes Israelis, & propheta cōtra eos, dicesq;, Montes Israelis audite uer Infra 36.
bum DOMINI dei, sic dicit DOMINVS deus montibus & collibus, torrētibus
& uallibus, Ecce ego, ego inquā adduco contra uos gladiū, & perdam excelsa ue
stra, & deuastabūtur altaria uestra, confringentur [a] idola uestra, & prosternā uul-
neratos uestros ante idola uestra, & dabo corpora filiorū Israelis corā [b] idolis suis,
disijciamq; ossa uestra circunquaq; iuxta altaria uestra. In cūctis habitationibus
B uestris uastabuntur ciuitates, & excelsa desolābūtur, ut & aræ uestræ [c] uastentur,
ac culpā luant, confringantur & aboleantur idola uestra, & succidātur imagines
uestræ, deleanturq; opera uestra. Et cadet saucius in medio uestri, & scietis quod ego
sum DOMINVS. Reliquos tamen faciam aliquos, ut sint uobis qui euadāt gla
dium inter gentes, quū disiecti fueritis ad terras. Recordabunturq; mei qui è uo
bis euaserint, inter gentes apud quas captiui tenentur, quod fractus fuerim ob cor il
lorum meretricium, quod à me defecit perfide, ob oculos eorum meretricios scortan
C tes post idola sua. Hiq; [pudore &] mœstitia adficientur in faciebus suis propter
mala quæ designarunt in cunctis abominationibus suis. Et cognoscent quod ego
sum DOMINVS, quod non inuanum loquutus sim, ut adducerem super eos cala-
mitatē hanc. Sic dicit DOMINVS deus, Percute manu tua, & concute pede tuo,
& dic, Ah super omnes abominationes malas domus Israelis, qui cadent gladio,
fame & peste. Qui longe abest, peste morietur: qui prope, gladio cadet: relictus
autem & obsessus, fame morietur, compleboq; furorem meum in eis. Et cogno-
D scetis quod ego sum DOMINVS, quum fuerint uulnerati eorum in medio idolo-
rum suorum per circuitum altarium eorū, in omni colle excelso, & in omnibus
uerticibus montium, & sub omni arbore frondosa, & sub omni quercu condensa,
& in loco ubi suffitum fecerunt omnibus idolis suis odore suaueolenti. Exten
dam enim manum meam super eos, & ponam terram in desolationem & stupo
rem, à deserto usq; in Diblath, in cunctis habitationibus eorum, ut sciant quod ego
sum DOMINVS.

a Hamanim quidam à sole deducūt, solis imagines: sed uidetur ab incalescendo esse solatia amoris uestri, imagines quę referunt amatum.
b Ebr. Stercora uestra pro idolis.
c Alij legunt, profanabuntur.

CAP. VII.

Minatur iudicium diuinum uniuersis incolis terræ, propter grauißima scelera, idq; iam imminere.

A FActus est sermo DOMINI ad me in hunc modū, Et tu fili hominis, sic dicit
DOMINVS deus, Terræ Israeliticæ finis, uenit finis super quatuor [a] plagas
terræ. Nūc finis super te, & mittā iram meam in te, & iudicabo te iuxta uias tuas,
daboq;

a Ebr. Alas.

dabo<q̃> super te omnes abominationes tuas. Et non parcet tibi oculus
meus, ne<q̃> miserebor, sed uias tuas dabo super te, & abominationes tuę
erunt in medio tui, & scietis <q̃> ego DOMINVS. Sic dicit DOMINVS B
deus, En calamitas calamitatem excipit, finis adest, uenit finis, excitatus
est super te, ecce uenit, uenit in quā corona super te, ô habitator terræ, ue
nit tempus, [&] prope est dies tumultus, & non [erit] [b]clamor montiū.
Nunc prope est [ut] effundam furorem meum in te, & complebo iram
meam in te, at<q̃> iudicabo te secundū uias tuas, dabo<q̃> super te omnes
abominationes tuas. Et non parcet oculus meus, ne<q̃> miserebor, sed da C
bo tibi secundū uias tuas, & abominationes tuæ erunt in medio tui, scie
tis<q̃> <q̃> ego sum DOMINVS percutiēs. Ecce dies, ecce uenit, exiuit [c]co-
rona, floruit baculus, germinauit confidentia. Violentia excreuit in ba
culū impietatis, nullus ex [d]eis, nihil ex opulentia eorū, nihil de strepitu
eorū, nec erit luctus in eis. Venit tempus, accessit dies, ut emens non læte
tur, nec uendens contristetur, quoniā furor est super omnē opulentiam D
eius. Siquidē uendens ad rem [e]uenditā non redibit, etiamsi adhuc uiui
superessent. Quoniā uisio [f]super omnem opulentiā eius nō reuertetur,
nec quis<q̃> uitam suam in iniquitate sua roborabit. Classicū canent præ
parando omnia, nec erit qui ad prælium eat, quia ira mea super omnem
multitudinē eius. Foris gladius, pestis at<q̃> fames intus: qui in agro est,
gladio interibit: & qui in ciuitate, hunc deuorabit fames & pestis. Qui
reliqui facti fuerint ex eis euadentes scilicet, erunt in montibus sicut co- E
lumbæ conualliū, omnes fremētes quis<q̃> in iniquitate sua. Omnes ma
à 15.2 nus remittent, & omnia genua [g]difluent ut aquę. Accingent †saccos, &
em. 48.f operiet eos terror: omnes uultus pudefient, & in omnibus capitibus erit
ou. 11 2 caluitiū. Argentū suum in plateas abijcient, & aurū eorum [h]in disiectio
pho. 1.d nem erit: argentū eorum & aurum eorū non poterit eos liberare in die
cali 5.c furoris DOMINI: animā suam non satiabunt, ne<q̃> uiscera sua imple-
bunt, eo <q̃> offendiculū iniquitatis suæ fuit. Et [i]pulchritudinē ornamen F
ti sui ad superbiā cōuertit, & fecerūt ex eo imagines abominationis suæ
& idola sua, idcirco dedi eis illud in disiectionē. Tradidi ipsum in ma-
num alienorū ut diriperent, & impijs terræ in spoliū, qui ipsum propha
nabunt. Auertā quo<q̃> faciem meam ab eis, & uiolabūt [k]arcanū meum,
ingredientur in illud grassatores, & contaminabūt ipsum. Fac [l]conclu-
sionem, quia terra plena est iudicio sanguinū, & ciuitas plena est uiolen
tia. Adducā ergo [m]pastores gentium, qui occupabūt domos eorū, & effi G
ciam ut cesset superbia potentum, & prophanabuntur [n]sacella eorū. Ex
cidium uenit, & quærent pacem, & non erit. Calamitas alia super aliam
ueniet, & erit rumor super rumorem. Et inquirent uisionē à propheta,
& lex peribit à sacerdote, at<q̃> consiliū à senioribus. Rex mœrore se con
ficiet, princeps induet desolationē, et manus populi terræ conturbabun
tur. Iuxta uias eorum faciam eis, & secundum iudicia eorum iudicabo
eos, ut cognoscant <q̃> ego sum DOMINVS.

CAP. VIII.

Ostenduntur prophetæ per uisiones grauissima Iudæorum scelera.

FActum est aūt in anno sexto, sexto [mense,] in quinta mēsis, ut sede A
rem in domo mea, & seniores Iuda sederēt corā me, caderet<q̃> ibidē
super me manus DOMINI dei. Et uidi, et ecce similitudo [a]ueluti ignis,
ab aspectu lumbor eius & infra ignis, à lumbis aūt eius supra<q̃> tanq̄
aspectus splendoris sicut aspectus Hasmal. Et extendit formā manus, et
Dan. 15.c accepit †me cincinno capitis mei, et tulit me [b]spiritus inter terrā, & inter B

b Non erit echo resonans, nam id fit in rebus secundis.

c Quidam hæc ad Babylonium referenda censent, quidā ad populum Iudaicum.

d Subintelligitur uerbū, euadet.

e Intellige in anno iubileo, nam tum quis<q̃> ad sua redibat.

f Visio prophetica, id est, quod minatur propheta ex reuelatione dei, quod opulentia eorū sit perdenda: non redibit, scilicet uacua, sed perficietur: non erūt duntaxat uerba, sed res sequetur. Nec est ut quis<q̃> tueatur uitam suam opibus aut iniquitatibus suis.

g Alij sic, & fortè melius, & ad omnia genua ibunt aquæ: in magno enim metu urina difluit.

h Alij legunt, in immunditiam, hoc est, contemptibile erit aurū.

i Alij, Decus monilis sui. Quidam sic legunt, Et decus monilis sui, quod ipse deus ipsis dederat ad magnificentiam, ipsi uerterunt in idola, &c. Alij legunt, Et decus mundi sui.

k Vel, adytum meum.

l Alij legunt perturbationē, alij cōfixionem, alij catenam, quasi propheta significaret eos capiendos: sed Hieronymus dicit conclusionem, hoc est, collige omnia in breuem summam.

m Alij, malos gentium.

n Vbi nos sacella, alij dicūt sanctuaria.

Quatuor deinceps capita cohærent. Protrahuntur Iudæorū scelera, uariæ sunt uisiones ad terrorem malorū, consolationem<q̃> piorū, & quædā dicuntur quæ ad tempora Christi pertinent.

a Quidam pro esch ignis legūt isch uiri, ut uiderit imaginem uiri qui extenderit manum.

De Hasmal dictū est sup. 1. cap.

b Alij legunt, uentus.

Digitized by Google

cœlum, duxitq; me Hierosolymã in uisionibus dei, ad ostiũ portæ interioris quæ respicit ad Aquilonẽ, ubi erat collocatum simulachrũ zelum ᶜprouocantis. Et ecce ibi gloria dei Israelis iuxta uisionem quã uideram in planitie. Et dixit ad me, Fili hominis, attolle quæso oculos tuos uersus Aquilonẽ: & leuaui oculos meos uersus Aquilonẽ, & ecce ab Aquilone iuxta portam arę erat simulachrũ illud æmulationis in introitu. Et dixit ad me, Fili hominis, an non uides tu quid illi faciant? abominationes magnas quas hic facit domus Israel, ut ego longius recedam à sanctuario meo? Sed uerte [te,] adhuc uidebis abominationes maiores. Duxit itaq; me ad ostium atrij, & uidi, & ecce foramen quoddã in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis, fode obsecro parietem: & perforaui, & ecce ostiũ quoddam. Tum dixit ad me, Ingredere, & uide abominationes malas quas illi hic faciunt. Ingressus igitur uidi, & ecce forma omnium reptiliũ & iumentorũ abominandorũ, atq; uniuersa idola domus Israel sculpta in pariete circũquaq;. Et septuaginta uiri seniores domus Israelis, & Iaazanias filius Saphan stabat in medio eorũ qui stabant coram illis: quisq; habebat acerram suam in manu sua, & uapor nebulæ suffitus ascendebat. Et dixit ad me, Vidisti fili hominis quæ seniores domus Israelis designent in tenebris, quisq; in penetralibus suæ imaginationis? quia dicunt, DOMINVS nõ uidet nos, dereliquit DOMINVS terram. Et dixit ad me, Conuerte [te,] & uidebis adhuc maiores abominationes quas ipsi designãt. Et introduxit me ad ostiũ portę domus DOMINI quæ est ad Aquilonẽ, & ecce sedebant ibi mulieres plangentes Thamus. Et dixit ad me, Vidistine fili hominis? adhuc te uertas, uidebis abominationes maiores q̃ has. Et introduxit me in atriũ domus DOMINI interius, & ecce iuxta ostiũ templi DOMINI ᵇinter uestibulũ & inter altare [erant] fermè uigintiquinq; uiri, quorũ dorsa [uersa erant] ad templũ domini, facies uero eorũ ad Orientem, & hi adorabant ad ortum solis. Et dixit ad me, An non uidisti fili hominis? Num leue est domui Iuda designare abominationes quas hoc in loco faciunt? quando quidem terrã impleuerunt uiolẽtia, & denuo huc redeunt ut me ad iracundiã prouocent, & ecce adhibent ᶜramũ naribus suis. Et ego quoq; in exæstuatione [mea] agã, non parcet oculus meus, neq; miserebor: & quũ clamauerint uoce magna ad aures meas, nõ exaudiã eos.

IX.

Describitur supplicium quod propediem imminet sceleratis, interim pij suam consolationem habent.

ET clamauit in auribus meis uoce magna, dicens, Appropinquate q̃ estis ᵃconstituti præsides urbis, & quisq; arma quibus uastet, manu sua habeat. Et ecce sex uiri uenerunt de uia portæ superioris quę respicit Aquilonem, & quisq; habebat arma quibus dissiparet in manu sua: deinde erat uir unus in medio eorum indutus lineis, & ᵇatramentarium scriptorium [hærebat] ad lumbos eius: hi ingredientes steterunt iuxta altare æneum. Et gloria dei Israelis sublata erat à Cherub super quem fuerat, ad ᶜlimen ædis, & clamauit ad uirũ illum qui erat indutus lineis, & qui atramentarium scriptoriũ habebat ad lumbos suos. Et dixit DOMINVS ad eum, Transi per mediam urbem & per Ierusalem, & signato Taf in frontibus uirorum gementium & dolentium propter uniuersas abominationes factas in medio eius. Et ad illos dixit in auribus meis, Transite in ciuitate post ipsum, & percutite: non parcat oculus uester, neq; misereamini, senem, iuuenem, uirginem, pubem & mulieres trucidetis

Amplificatio sceleris.

Apoc. 7. A

ᶜ Kana & Makne quidã à possidendo deducunt, quod idolum possederit locum sanctum: alij alia comminiscuntur. Sed Hieronymi sententia nobis non improbatur de thamus.

ᵇ Videtur ulam, quod aliàs porticum seu uestibulum significat, pro atrio poni q̃d est ante adytum, in quo promiscuum est uulgus.

ᶜ Alij legunt fœtorem. Varia dicunt hic, uidetur adorationis quoddam fuisse genus, ut ramo aliquo idola tangerent, deinde ori suo admouerent: quidam codices habent api, ori uel nari meo.

ᵃ Eb. Constitutiones urbis per metonymiam pro præfectis militum, quos Nabuchodonosor propediem erat missurus contra urbem ut eam perderẽt: quidam legunt, uisitationes.

ᵇ Alij pinatium, seu pugillarem habent.

ᶜ Miphtan potest etiam spatium esse q̃d est inter hechal & aram.

Digitized by Google

trucidetis ad internetionem: super quencunque uero Taf fuerit, ad hunc ne accesse C
ritis: Incipite autem à sanctuario meo. Inceperunt ergo à uiris senioribus qui
erant ante ædem. Et dixit ad eos, Contaminate ædem, & implete atria interfe-
ctis. Exite: & exierunt, & percusserunt in ciuitate. Et factum est quum illi percu
terent, ut ego superstes manerem, caderemque in faciem meam, clamansque dicerem,
Ah DOMINE deus, num tu perdes uniuersas reliquias Israelis, dum effundis fu
rorem tuum super Ierusalem? Et dixit ad me, [D]Iniquitas domus Israelis & Iuda D
supra modum magna est, impletaque est terra sanguinibus, & ciuitas plena est [e]de
fectione, quia dixerunt, Reliquit DOMINVS terram, & DOMINVS non ui-
det. Quapropter etiam ego non miserebor, neque parcet oculus meus, sed uiam
eorum rependam in caput eorum. Et ecce uir ille qui indutus erat lineis, quique
habebat atramentarium in lumbis suis respondit uerbum, dicens, Feci sicut præ-
cepisti.

[D] Alij legunt, uiolentia hamas.
[e] Defectione, scilicet à deo uero ad idola.
[e] Muta uarie exponunt, aliqui declinationem scilicet iuris aut iudiciorum, alij à mot deducunt baculum intelligentes quo pauperes deprimūtur, sensus in idē recidit.

CAP. X.

Ostenditur quomodo deus deserturus sit impios, non sponte, sed coactus ipsorum malitia, urbem & templum concremandam.

cod.24. ET uidi, & ecce in extensione quæ erat super caput Cherubim tanquā lapis A
[a]sapphiri, & ueluti aspectus similitudinis solij apparentis super eos. Et dixit
ad uirum lineis indutū, dixit inquam, Ingredere [b]intra rotam ad Cherub, & im-
ple uolas tuas prunis de medio Cherubim, & sparge super urbē, & ingressus me
uidente. Cherubim autē stabant à dextris ædis, dum ingrederetur uir iste, & nu
bes impleuit atrium interius. Et sublata est gloria DOMINI ab ipso Cherub ad
limen ædis, & repleta est domus nube, & atriū plenū fuit splendore gloriæ DO-
MINI. Et sonitus alarū Cherubim auditus est usque ad atrium exterius quasi uox
dei omnipotentis dum loquitur. Et factū est quum ipse præcepisset uiro qui erat B
indutus lineis, & diceret, Accipe ignem intra rotā intra Cherubim, ut ueniret &
staret iuxta rotā. Tum misit Cherub manū suam de medio Cherubim, ad ignem
qui erat inter Cherubim, & tollens posuit in uolas illius qui erat indutus lineis,
qui accipiens exiuit. Et uisa est in Cherubim similitudo manus hominis sub alis
eorū. Et uidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim, rota una iuxta Cherub unū,
& rursus rota una iuxta Cherub unū, & aspectus rotarū fuit instar aspectus lapi-
dis Tharsis. Porrò aspectus eadē similitudo quatuor ipsis, ac si esset rota in rota.
Quumque irent, ad quatuor quadraturas suas ibant: non reflectebāt eundo, sed ad
ra 1.c locū quē respiciebat caput, post illud ibant, neque reflectebāt dum irent. Et †omnis C
[c]caro eorum, & tergū eorum, & manus eorum, & alæ eorū, atque rotæ plenę erant
oculis circunquaque ad quadraturas ipsorū rotarum ipsarum. Porrò rotas ipsas
[D]uocauit Gilgal in auribus meis. Erantque singulis quaternę facies, facies una erat
facies Cherub, facies secūda facies hominis, tertia facies leonis, & quarta aquilæ.
Et eleuati sunt Cherubim, hoc idem animal quod uiderā iuxta fluuiū Chabor.
Quum incederent Cherubim, ibant iuxta eos & rotæ: & quum Cherubim eleua
rent alas suas in altum de terra, non reuertebantur rotæ etiam ipsæ quæ prope il
los. Quum starent illi, hæ constiterunt: & quum eleuarentur illi, eleuabantur &
ipsæ: erat enim in eis spiritus animalis. Et exiuit gloria DOMINI à limine do- D
mus, & constitit super Cherubim. Et leuātes Cherubim alas suas, eleuati sunt de
terra coram oculis meis: & dum egrederentur erant rotæ iuxta eos, steteruntque ad
ostium portæ domus DOMINI orientalis, & gloria dei Israelis erat super eis de-
upra 1.a super. Hoc idem animal est quod uideram sub deo Israelis ad fluuium Chabor.
Et cognoui quod Cherubim essent. Quaternæ facies singulis, & quaternæ alæ sin-
gulis, atque similitudo manuum hominis sub alis eorum. Similitudo autem uul-
tus eorum sunt uultus illi quos uideram ad fluuium Chabor: aspectus eorum &
ipsi, quisque ibant rectà antrorsum.

[a] Solium sapphirinum firmamentum crystallinum.
[b] Alij legunt, sub.
[c] Caro pro substantia tropice dicitur.
[D] Alij legunt, & uocabat ò rota.

CAP. XI.

Exprobrat Iudæis contemptum legis diuinæ, neglectum iustitiæ, & pauperum oppreßionem, pro his pœnam intentat, interim læta promittens pijs.

A SVstulit autem me spiritus, & introduxit me ad portã orientalem domus DO
MINI, quæ respicit ortũ, & ecce erant in introitu portæ uigintiquinq; uiri, in
ter quos uidi Iasaniam filiũ Asur, & Palatiam filium Benaiæ, principes populi.
Et dixit ad me, Fili hominis, isti sunt uiri qui cogitãt prauitatem, & moliũtur con
silium prauũ in hac ciuitate. Dicunt enim, Non [a]est prope, ædificandæ domus,
hæc est olla, & nos caro. Idcirco uaticinare contra eos, uaticinare fili hominis. Et
cecidit super me spiritus DOMINI, & dixit ad me, Dic, Sic ait DOMINVS, Sic
quidẽ dixistis ô domus Israel, ac [b]affectiones animi uestri ego noui: multiplica-
B stis interfectos uestros in urbe ista, quin plateas eius implestis interfectis. Propte
rea sic dicit DOMINVS deus, Interfecti uestri quos posuistis in medio eius, hi ca
ro sunt, & ipsa olla est, uos aũt educam de medio eius: Gladiũ timuistis, gladiũ in
ducã super uos, dicit DOMINVS deus. Et educã uos ex ea, & tradã uos in manũ
alienorum, & [c]iure uobiscũ agam. Gladio cadetis, ad limitem Israelis iudicabo
uos, ut cognoscatis ꝙ ego sum DOMINVS. Hæc uobis nõ erit olla, nec uos eri-
tis intra eam, ut caro ad limitẽ Israelis iudicabo uos, ut sciatis ꝙ ego DOMINVS,
ꝙ in institutis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed secundũ mo-
rem gentiũ quæ circum uos sunt, fecistis. Factũ est autem quum prophetarem,
C ut Palatias filius Benaiæ moreretur, tum cecidi in faciem meam, & clamaui uoce
magna, dicens, Ah DOMINE deus, num tu cõsummationem facies reliquiarum
Israelis? Factusq; est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, fratres tui, fra
tres inquam tui, uiri qui iure [d]propinquitatis tibi [iuncti sunt,] & omnis domus
Israelis uniuersa ea, ad quos dixerunt habitatores Ierusalem, [e]Discesserũt procul
à DOMINO, hæc terra nobis, ut eam occupemus, data est. Idcirco dic, Sic dicit
DOMINVS deus, Etiamsi eos procul abegerim in gentes, etiãsi disperserim eos
in terras ad quas uenerunt, fui tamen eis paululũ ad sanctuarium, in nationibus
ad quas uenerunt. Propterea dic, Sic ait DOMINVS deus, Ego cõgregabo uos
de populis, & colligam uos de terris in quas dispersi estis, & dabo uobis terram
Israelis. Et uenient illuc, & tollent omnia [f]idola eius, & omnes abominationes
D eius ex ea. Dabo quoq; eis cor unũ, & spiritum nouũ dabo in uisceribus eorum:
auferam cor lapideum de carne eorũ, & tribuam eis cor carneum, ut ambulẽt in
institutis meis, & custodiãt iudicia mea, faciantq; ea, & erunt mihi populus, ego
uero ero eorum deus. Quod si quorundam cor aut corda spurcitias suas & abo-
minationes suas sectari perrexerint, repẽdam uiam eorum in caput eorum, dicit
DOMINVS deus. Eleuarunt itaq; Cherubim alas suas, & rotæ è regione ipso-
rum, & gloria dei Israelis super eos superne. Ascenditq; gloria DOMINI de me
dio urbis, & stetit super montem qui est ad Orientem ciuitati. Et spiritus sustulit
me, atq; introduxit me in Chaldæam per uisionem in spiritu dei ad captiuos, re-
cessitq; à me uisio quam uideram. Et loquutus sum ad captiuos omnes sermones
DOMINI, quos ostenderat mihi.

a Scilicet malũ uel calamitas.

b Ebr. Ascensiones spiritus uestri, uel gradus.

c Ebr. Faciam in uobis iudicia.

Supra dixerat eos non fecisse iuxta ritus gentium, hic dicit fecisse: sed supra intellexit de uirtutibus gentium natura insitis, hic uero de idololatria & de sceleribus.

d Ebr. Viri uindiciarum tuarum. Gaal significat eũ qui iure propinquitatis mortuo fratri semen excitat, aut uindex sanguinis, qui relictam hæreditatẽ iure sibi uendicat.

e Longe recesserũt, uel ut alij uolunt, discedite. Hæc uerba quidam ad Chaldæos insultantes captiuis referunt, alij ad ciues urbis Ierusalẽ, qui fratres in Babylonem sub Iechonia abductos sic abijciunt.

f Ebr. Spurcitias suas, intelligit autem idola.

Iam post minas læta quædã promittit pijs, quę partim sub Nehemia præstita sunt, plenissime in regno Messiæ.

Iere. 23. F
Infra 36. F

Consolatio & promissio ad fideles pertinet, interim infideles nõ carebunt sua pœna, ut nemo insolescat aut securus uiuat.

CAP. XII.

Paradigmate ostẽditur prophetæ, quomodo urbs sit diuturna obsidione grauiter premenda, atq; demum capienda.

A FActus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, tu habitas in medio
domus rebellis, qui oculos habent ad uidendũ, & non uident: aures habẽt ad
audiendũ, sed non audiunt, quia domus rebellis sunt. Et tu fili hominis fac tibi
[a]instrumenta migrantibus adcommoda, & migra in die coram oculis eorũ, mi-
grabis de loco tuo ad locum aliũ uidentibus illis, si forte uideant, quia domus re
bellis est. Et efferes instrumenta tua ut uasa ad transmigrationẽ parata, idq; in-
B terdiu coram oculis eorũ, & tu egredieris sub uesperam coram oculis eorum, ut

a Ebr. Vasa transmigrationis.

Digitized by Google

solent egredi qui aliò emigrant. Ante oculos eorũ perfode tibi parietem, & effer
per ipsum, & uidentibus ipsis baiula super humerũ, & effer in caligine, facie tua
obtecta, nec terrã aspicias, quoniam dedi te portentum domui Israelis. Feci ergo
sic quemadmodum iussus fueram, nam instrumenta mea ut solent qui emigrant
interdiu exportaui, sub uesperam aũt manu mihi foramen in pariete effodi, atq; C
baiulaui super humerũ in [b]caligine ipsis cernentibus. Et factus est sermo DO-
MINI ad me mane, dicens, Fili hominis, an non dixerũt ad te domus Israelis, do
mus rebellis, quid tu facis? Dic ergo ad eos, Sic dicit DOMINVS deus, [c]Onus
istud principis est qui est in Ierusalẽ, atq; totius domus Israelis qui sunt in medio
eorũ. Dic, Ego portentũ uestrum, sicut feci, sic fiet eis: transmigrabunt & in capti-
uitatem abibunt, & princeps qui est in medio eorũ, super humerũ baiulabit in ca
ligine, & egredietur per parietẽ quem perfoderunt, ut efferrent per eum, faciem D
suam operiet, ne oculo suo terrã aspiciat. At ego expandã super eum rete meum,
inq; sagena mea capietur, ducamq; eum Babylonẽ in terram Chaldæorũ, quam
tamen non uidebit, & ibi morietur. Et omnes per circuitũ qui ei auxilio fuerũt,
omnesq; [d]copias eius dispergam in omnem uentũ, & gladium distringam post
eos, & scient q; ego DOMINVS, dum dissipauero eos inter gẽtes, & disperserim
eos in terras. Porrò reliquos faciam ex eis [e]paucos uiros, à gladio, fame, peste, ut
enarrent omnes abominationes suas inter gentes, ad quas uenient, & sciant quia
ego DOMINVS. Et factus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, pa E
nem tuum in cõmotione edes, & aquas tuas cum fremitu & formidine bibes, di
cesq; ad populũ terræ, Sic dicit DOMINVS deus de habitatoribus Ierusalẽ, & de
terra Israelis, Panem suum in formidine comedent, & aquã suam in uastatione bi
bent, eo q; terra eius redigatur in solitudinẽ, ne ultra plena sit, propter uiolẽtiam
omnium habitantiũ in ea. Ciuitates habitatæ desolabuntur, & terra uasta erit, ut
sciatis q; ego sum DOMINVS. Iterũ factus est sermo DOMINI ad me, Fili ho F
minis, Quid sibi uult hoc prouerbium quod inter uos uertitur in terra Israelis?
quum dicitis, Protrahuntur dies, & peribit omnis [f]uisio. Propterea dic ad eos, Sic
dicit DOMINVS deus, Efficiam ut cesset prouerbiũ istud, ut ultra nõ utentur eo
Israele, quin potius loquere ad eos, Imminent dies illi, & quidquid præuiderunt
[prophetæ.] Vltra enim non erit omnis uisio uana, & diuinatio blãda in medio
domus Israelis. Quoniam ego DOMINVS loquar, & quodcunq; loquar, effi-
ciam: non differetur ultra, quin in diebus uestris, ô domus rebellis, loquar uerbũ, G
& perficiam illud, dicit DOMINVS deus. Et factus est sermo DOMINI ad me,
dicens, Fili hominis, ecce qui sunt de domo Israelis, dicunt, Visio quam ille uidet
in dies multos atq; in tempora longa, prophetat eam. Idcirco dic ad eos, Sic dicit
DOMINVS deus, Nequaquam differẽtur omnia uerba mea, sed uerbum quod
loquar fiet, dicit DOMINVS deus.

Ieze.17.f & 32.a

b In caligine, id est, clam, furtim.

c Onus est graue uaticinium, infaustum, triste. Vt Esaiæ 13.

d Ala exercitus militaris.

Seruantur pauculi non suo merito, sed ut scelera sua inter gentes agnoscãt, & prædicent diuinam iustitiam.

e Viros numero dicit Ebræus .i. paucos, ut Latini in cõtrario sensu innumeros dicũt, id est, multos sine numero.

f Visum uel uisio p prophetia, ut Esa.1.

CAP. XIII.

Taxantur falsi prophetæ, ostenditur exitus & pœna eorum, atq; eorum qui eos audiunt.

ET factus est ad me sermo DOMINI in hunc modũ, Fili hominis, uaticinare A
contra prophetas Israelis, qui prophetant, & dic ad eos qui ex corde suo pro
phetant, Audite uerbũ DOMINI, Sic dicit DOMINVS deus, Væ prophetis stul
tis, qui eunt post spiritum suum, quum nihil uiderint. Tanquã uulpes in desertis
facti sunt prophetæ tui, ô Israel, non ascẽdistis in rupturas, [a]neq; sepiuistis sepem
pro domo Israelis, ut staretis in prælio in die DOMINI. Viderunt uanitatem, &
diuinationem mendacem, dicentes, DOMINVS dixit, quũ DOMINVS nõ mi
serit eos, [b]speranteq; uerbũ ratum fore. An non uisionem uanam uidistis, & diui-
nationem mendacem dixistis, & dixistis, Dicit DOMINVS, quum ego nõ dixe
rim? Propterea sic dicit DOMINVS deus, Quandoquidẽ uanitatẽ loquuti estis,

Crebra personæ mutatio.

a Lo repetitur per zeugma.

b Alij legunt, faciũt sperare, hoc est, uanis spebus lactãt plebem, fore ut uerbum quod ipsi loquũtur, ratum fiat: alij sic exponunt, languent in præstando uerbum.

B & uidistis mendaciũ, idcirco ecce ego contra uos, dicit DOMINVS deus, & erit manus mea contra prophetas qui uidẽt uana, & diuinãt mendacia, in arcano populi mei non erunt, & in [c]albo domus Israelis non scribẽtur, neq; uenient ad terram Israelis, & scietis quia ego DOMINVS deus. [d]Iam ob id quod seduxerunt populũ meum, dicentes, †Pax, quũ non sit pax: & [e]ipse ædificat parietem, [f]ipsi uero crustã inutilem oblinunt. Dic ad eos qui inutili crusta oblinunt, ꝙ [g]casurus sit, Erit imber inundans, & uos lapidibus grandinis cadetis, & uentus procellæ disrumpet. Et ecce muro cadente, an non dicetur ad uos, Vbi est tectoriũ ꝗd obduxistis? Propterea sic dicit DOMINVS deus, Ego efficiã ut uentus procellosus irrũpat in furore meo, & sit imber inundans in ira mea, & lapides grãdinis in calore meo ad perdendũ. Ego euertã parietem quem uos crusta inutili incrustastis, & ad
C fligam eum ad terrã, & retegetur fundamentum eius, & cadet, & uos conficiemini in medio eius, & scietis ꝙ ego DOMINVS. Et cõplebo furorem meum in pariete, & in his qui eum incrustant tectorio [h]inutili, dicãq; ad uos, Non est paries, neq; qui eum incrustarunt. Prophetæ Israelis prophetant Hierosolymæ, & uidẽt ei uisionẽ pacis, quũ non sit pax, dicit DOMINVS deus. *Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetãt ex corde suo, & uaticinare contra eas, & dicas, Sic dicit DOMINVS deus, Væ his qui consuunt puluillos sub omnes cubitos manuũ, & faciunt [i]ceruicalia ad caput omnis staturæ, ad uenandũ animas, num capietis animas populi mei, & animas quæ ad uos [ueniũt] uiuificabitis? Vos prophanastis me corã populo meo propter pugillos hordei, & propter fragmenta panis, ad interficiendum animas, quas neci dare non de-
D bueratis, & ad uiuificandũ animas, quibus uitã promittere non debueratis, dum uos mentimini populo meo qui auscultant mẽdacio. Propterea sic dicit DOMINVS deus, Ecce ad puluillos uestros quibus uos ibi uenabimini animas ut sint uolantes, ego conscindã eos de brachijs uestris, & dimittam animas quas uos uenamini, animas [k]aduolantes [uobis.] Conscindam quoq; ceruicalia uestra, & eruam populũ meum è manu uestra, ut non sint ultra in manu uestra ad uenationem, & scietis ꝙ ego sum DOMINVS. Quandoquidẽ mœrore affecistis cor iusti mendacio, quum ego eum mœrore non affecerim, & roboratis manus impij, quo minus reuertatur à uia sua mala, ut seruetur uiuus. Propterea non uidebitis ultra uanitatem, & diuinationem non diuinabitis, sed liberabo populũ meum è manu uestra, & scietis ꝙ ego DOMINVS.

CAP. XIIII.

Prima pars huius capitis criminatoria est, eorum qui ueniunt non syncero animo ad audiendum uerbum dei, sed uomicam habent in pectore: Altera refellit opinionem falsam, quod aliena iustitia seruet impios.

A VEnerunt autem ad me quidã uiri de senioribus Israelis, & sederunt coram me. Factusq; est sermo DOMINI ad me in hanc sententiã, Fili hominis, uiri isti passi sunt ascendere [a]idola sua ad cor suum, & offendiculũ iniquitatis suæ posuerunt corã facie sua. Num consultus interrogabor eis? Idcirco loqueris ad eos, ac dices eis, Sic ait DOMINVS deus, Quicunq; de domo Israelis fuerit, qui ascendere patitur sordes suas in cor suũ, posueritq; offendiculũ iniquitatis suæ co-
B ram facie sua, & uenerit ad prophetã, ego DOMINVS adductus sum ut respondeam ei, uenit in multitudine sordium suarũ, ut deprehendã domũ Israelis in corde eorũ, qui alienati sunt à me propter fœditates suas. Propterea dic ad domum Israelis, Sic dicit DOMINVS deus, Conuertimini, & [b]auertite ab immũditijs uestris, & ab omnibus abominationibus uestris auertite facies uestras. Quoniã quicunq; de domo Israelis, & de peregrino qui habitat in Israele, q abalienatus fuerit
C à me, & passus fuerit ascẽdere sordes suas in cor suũ, posueritq; offendiculũ iniquitatis suæ ante faciem suam, & uenerit ad prophetã consulturus me per eum, ego

DOMINVS

[c] Ebr. In scripto uel in scriptura.
[d] Ebr. Propterea & propterea.
† Schalom Ebræis pacem significat, incolumitatem, tranquillitatẽ, salutem, &c.
[e] Ipse, scilicet populus.
[f] Ipsi, scilicet falsi ꝓphetæ: uel simpliciter intellige hęc de pseudoprophetis, ꝗrum quidam ædificant, alij tectoriũ infulsum obducũt. Allegorica sunt omia. Quod ingeniosi proferũt, hoc alij ornãt, & mutuas operas conferunt.
[g] Casurus. s. paries.
[h] Ebr. Infulso.
*Non solum uiri erant in populo dei ꝗ falsa doctrina seducebant, sed & fœminæ, quas hic taxare uidetur. Vel uiros uocat mulieres, ut grauior sit contemptus, homines nihili & molles, qui lingua tantũ ualeant.
[i] Alij legunt, pepla super caput.
[k] Alij legunt, uolatiles. i. inconstantes.

Veniunt isti ad prophetam sciscitantes de uoluntate domini, sed cor plenum erat idololatria.
[a] Quod idola uerti, Ebraice est sordes, fœditates.

b Aliqui intelligũt auertite oculos uestros, uel facite recedere homines ab iniquitate.

Narratio historica.

Suasoria.

Digitized by Google

DOMINVS pariar ut respondeatur ei ex me, ponamq; faciem meam cõtra illũ, & [c] uastabo eum, ut sit in signũ & in prouerbium, extirpaboq; eum de medio po-
Supra 12.a puli mei, et scietis quia ego DOMINVS. Et propheta si seductus loquutus fuerit sermonem, ego DOMINVS seduxi prophetam illum, extendamq; manum meã super eum, & delebo eũ de medio populi mei Israelis. Et portabunt iniquitatem suam: qualis erit iniquitas interrogantis, talis erit iniquitas prophetæ. Ne D scilicet ultra erret à me domus Israelis, neq; contaminentur ultra in oĩbus transgressionibus suis, sed sint mihi populus, & ego sim eorũ deus, dicit DOMINVS
Altera pars huius capitis. deus. Et factus est sermo DOMINI ad me, dicẽs, Fili hominis, si terra peccauerit contra me, ut scelus designet, ut extendam manũ meam super eam, & confrin-
Supra 4.d 5.b gam baculum panis eius, immittamq; in eam famem, & succidã ex ea hominẽ & iumentum, & fuerint tres uiri illi in medio eius Noë, Daniel & Iob, ipsi in iustitia sua liberabũt animã suam, dicit DOMINVS deus. Si bestiam malã traduxero E per terram, quæ uastauerit eam, ut uasta sit, ut metu bestiarũ nemo transire audeat, & tres uiri illi [fuerint] in medio eius, uiuo ego, dicit DOMINVS deus, non liberabunt filios aut filias, ipsi soli liberabuntur, & terra ipsa uasta erit. Aut si gladium induxero super terrã illam, & dixero, Gladius transibit terrã, & excidero ex ea hominem & iumentum, & tres illi uiri [fuerint] in medio eius, uiuo ego dicit DOMINVS deus, [b] non liberabũt filios & filias, sed ipsi soli liberabuntur. Vel F si pestem immisero in terrã illam, & effudero furorẽ meũ super eam in sanguine, ut excindam ex ea hominem & iumentũ, & Noë, Daniel & Iob [fuerint] in medio eius, uiuo ego dicit DOMINVS deus, nõ liberabunt filiũ aut filiam, sed ipsi in iustitia sua liberabunt animam suam. Quoniam sic dicit DOMINVS deus, [c] Etiamsi quatuor iudicia mea mala, nempe gladium, famem, bestiam nocẽtem, atq; pestilentiã immisero in Ierusalem, ad excindendũ ex ea hominem & iumentum? G Et ecce reliquum in ea quod euasit filiorũ & filiarum qui educti sunt, en ipsi egredientur ad uos, & uidebitis uiam eorum ac studia eorũ, & cõsolationem capietis super calamitate quam induxi super Ierusalem, super omni [inquam calamitate] quam induxi super eam. Hi adferent uobis consolationem, quando uideritis uiam eorũ & studia eorum, & cognoscetis quod non sine causa fecerim omnia quæ feci ei, dicit DOMINVS deus.

[c] Alij legũt, ponam eum, supple in exemplum.

[b] Ebr. Si liberabũt, formula iurandi, uehementer negat, nequaquã liberabunt.

[c] Alij legunt, quãto magis.

CAPVT XV.

Similitudine uenusta ostendit Ierusalem merito repudiandam, quod officio suo non fungatur.

FActus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, quid fiet ex ligno uitis præ omnibus lignis? & ex palmite qui est inter ligna syluæ? Num accipitur ex ea lignum, ex quo fiat opus? num capiunt ex ea clauum, ut suspendant ad eum quodcũq; uas? Ecce traditur igni in deuorationem, duas extremitates eius ignis absumpsit, medium eius exaruit, num proderit ad opus? En quum illud integrũ esset non potuit quidpiam ex eo fieri, quanto minus quum ignis ipsum deuorauit exustumq; sit, sit ex eo ultra opus aliquod? Propterea sic dicit DOMINVS deus, Sicut lignum uitis inter ligna syluæ, quod tradidi igni ut absumatur, sic tradidi habitatores Ierusalem. Ponam enim faciem meam cõtra eos, de igne egredientur, & ignis deuorabit eos, & scietis quod ego sim DOMINVS, quum posuero faciem meam contra eos. Ego reddam terram desolatã, eo quod præuaricando præuaricati sunt, ait DOMINVS deus. A B

CAPVT XVI.

Criminatoria oratio, in qua commemorantur beneficia dei in populum Iudaicum, taxatur ingratitudo & perfidia eius, indicatur pœna.

F[*]Actus est sermo DOMINI ad me in hanc sententiam, Fili hominis, indica A ipsi Ierusalem abominationes suas, dicesq;, Sic dicit DOMINVS deus ad Ierusalem, [a] Venæ tuæ, & natales tui de terra Chananæi, pater tuus Amorrhæus,

[*] Ostẽdit turpes natales Israelitarũ, nõ meliores eos fuisse cæteris gentibus, nã Abraham ex media Chaldæa, idololatriæ officina, euocatus fuit: prima enim adoptio in Abrahã fuit. Vel potest referri ad eorum mores, respondebant enim egregie moribus Ammorræorum & cæterarũ gentiũ, nec referebant patrem Abraham.

[a] Venæ, id est, scaturigines, origines, natales: alij legunt, habitationes, commorationes.

Digitized by Google

& mater tua Hithæa. Et quod ad natiuitatem tuam [attinet,] in die qua tu nata es, non est præcisus umbilicus tuus, neq; aquis lota es ad leniendum, neq; sale es salita, neq; fascia inuoluta. Non misertus est tui oculus, ut faceret tibi quiddam ex his, ut miseratione super te cōmoueretur, quin abiecta eras in superficie campi in uolutatione animæ tuæ eo die quo nata eras. † Quumq; te præterirem, uideremq; te proculcatam in sanguinibus tuis: dixi ad te quum esses in sanguinibus tuis, Viue: dixi inquā in sanguinibus tuis, Viue. Auxi te in multa millia ut germen agri, multiplicata es, creuisti, [b] & uenisti ut mundo muliebri [utereris,] ubera tua [c] prominuerant, & pilus tuus germinarat, nuda eras ac turpis. Quumq; te præterirem uidissemq; te, ecce tempus tuum tempus [d] amorū, & expandebam alam meam super te, & operui turpitudinem tuam, atq; iuraui tibi, & inij fœdus tecum dicit DOMINVS deus, & facta es mea. Et laui te aquis, ablui sanguines tuos à te, & unxi te oleo, indui te acupictis, calceaui te melino [pelle,] amiciui te

B byßo, obtexi te serico subtilißimo. Ornaui te ornamento, armillas posui super manus tuas, & torquem ad collum tuum. Et appendi monile super faciē tuam, globulos in aures tuas, & coronā decoris super caput tuum. Et ornata es auro & argento, uestimentum tuum byßinum, sericum & acupictum, similam, mel & oleum comedisti, & supra modum pulchra, feliciter ad regnum promouisti. Et exiuit nomen tuum ad gentes propter pulchritudinē tuam, (absoluta enim erat,) idq; propter decorem meum quem posui in te, dicit DOMINVS deus. At tu confisa pulchritudine tua, scortata es in noīe tuo, atq; effudisti scortationes tuas ad omnem prætereuntem, quod fieri [d] non oportuit. Accepisti quoq; de uestimentis tuis, ut faceres tibi excelsa discoloria, scortataq; es super eis, nō sequentur & non erunt [talia.] Accepisti præterea [e] mundum tuum muliebrem de auro meo, ac de argento meo quæ tradideram tibi, & fecisti tibi imagines masculas, & scortata es cum eis: accepisti etiam uestes tuas acupictas, & operuisti eas, oleum meum & suffitum meum posuisti ante eas. Insuper panem meum quem dederam tibi, similam, oleum & mel quibus te cibauerā, & posuisti ea ante eas in odo

C rem suaueolentē, idq; factum est, dicit DOMINVS deus. Accepisti deniq; filios tuos & filias tuas quos peperisti mihi, & sacrificasti eos illis, ut deuorarēt. Num parum erat tibi sic scortari, nisi & filios meos mactares, daresq; eos illis, quū eos illis [f] traduceres? Et in oībus abominationibus tuis ac fornicationibus tuis nō es recordata dierū adolescentiæ tuæ, quū esses nuda & turpis, prouolutaq; in sanguine tuo. Et factum est post omne scelus tuum (uæ uæ tibi,) dicit DOMINVS deus, ut et fornicē tibi extrueres, et faceres tibi [g] excelsum in omni platea, in omni compito ædificasti tibi excelsum tuum, & abominandam reddidisti pulchritudinem tuam, diuaricasti pedes tuos omni prætereunti, & multiplicasti scortationes tuas. Scortata es cū Aegyptijs uicinis tuis qui magni sunt [h] carne, et multiplicasti scortationes tuas, ut ad iracundiā me prouocares. Et ecce extendi manū meā super te, & succidi [i] demensum tuū, tradidiq; te desiderio [k] odientiū te, nempe Palestinorum, qui pudore suffundūtur propter sceleratam uiam tuam. Scortata es insuper cum Aßyrijs, (neq; enim satiari poteras:) scortata inquam es cum eis, neq; sic satiata. Multiplicasti præterea scortationes tuas cum terra Chanaan usq; in

D Chaldæam, neq; in hoc satiata. O quàm [l] impotens est cor tuum, dicit DOMINVS deus, quum designas omnia ista flagitia [m] meretricis præpotentis. Quum ædificas fornicem tuum ad initia omnis uiæ, & excelsum tuū facis in omni platea. Non fuisti quemadmodum [reliquæ] meretrices, [n] licitando mercedem. Mulier adultera pro marito suo alienos recipit. Ad hæc, omnibus scortis dant mercedem, tu uero mercedem tuam dedisti omnibus amatoribus tuis, & muneribus eos conduxisti, ut ingrederentur ad te ex circuitu ad tuas fornicationes. In

te &

† Nō erat spes uitæ, quū tota esset puoluta in sanguine, sed benignißimus pater uoluit ut uiueret, seruauitq; eam ex gratia sua, ne in sanguine periret.

b Ebr. Venisti in monilia monilium: quidā legūt, in tēpora temporū, circūloquutionem honestā mēsium intelligentes.

c Ebr. Parata erant.

d Quidā legūt, amatorū pronuborū, erat iam nubendi tempus.

Hactenus beneficia sua recensuit. Iā ostendit quàm male collocata sint, et perstringit eorum ingratitudinem et idololatriam sub nomine adulteri.

d Alij legunt, ut eius fieres.

e Ebr. Vasa decoris tui.

f Supplent quidam, per ignem.

g Excelsum, id est, signum lupanaris, ut sunt sacella, delubra, aræ, lucus.

h Prodigiosam Aegyptiorum superstitionem taxat.

i Id est, decretū tuū, legitimum tuum, exquisitißimū cultum tuum. Vel, ut barbari dicunt, uictalitiū tuum.

k Eb. Dedi te in animam odientium te filiarū Palestinorum.

l Alij legunt, peruersum, uastū, cōcisum, obstinatum.

m Alij legūt in uocatiuo, sic, O tu nobilißimum scortū, præpotens meretrix.

n Alij legunt, spernēdo, ridendo.

Exclamatione amplificatur infana libido, & comparatione.

Digitized by Google

te & tuis scortationibus omnino contrariũ est factũ à [cæteris] mulieribus, neq; enim [o] scortatores te ambierunt, neq; tibi merces data fuit, sed tu dedisti eis mercedem, itaq; contrariũ in te fit. Propterea tu scortum, audi uerbum DOMINI, Sic dicit DOMINVS deus, Quandoquidem æs tuum [p] prodegisti, & in scortationibus tuis pudẽda tua retexisti erga amatores tuos, & cuncta idola tua abominanda, & in sanguine filiorum tuorũ quos dedisti eis: idcirco ecce ego cõgrego omnes amatores tuos, cum quibus [q] cõmixta es, & omnes quos dilexisti, cum oĩbus quos odisti: cõgregabo inquã eos ad te per circuitũ, & retegam pudenda tua

Infra 23.b

corã eis, ut uideant cunctã turpitudinẽ tuam. Iudicabo quoq; te iudicijs adulterarũ, & effundentiũ sanguinem, & dabo te sanguinẽ in æstu & zelo [meo.] Et tradam te in manum eorũ, ut euertant fornicẽ tuum, & demoliantur excelsa tua, nudentq; te uestibus tuis, & tollãt ornamenta decoris tui, dimittantq; te nudam & turpem. Adducant insuper con

4.Re.25.a

tra te cœtum, & lapidibus obruant te, & gladijs suis te confodiãt. Exurent domos tuas igni, & edent in te iudicia in conspectu multarum mulierum, efficiamq; ne posthac scorteris, neq; des meretriciam mercedem. Faciam ut quiescat in te æstus meus, & zelus meus à te recedat: quietus ero, neq; indignabor amplius. Eo q; non recordata es dierũ adolescentiæ tuæ, sed cõmouisti me omnibus istis, ideo ecce ego dedi uiam tuam super caput [tuum] dicit DOMINVS deus, ne perficeres nephariũ cogitatum tuũ in omnibus abominationibus tuis. Quicunq; scommate delectatur, sumpto scommate de te, dicet, Quemadmodum mater, sic & filia eius. Filia matris es tu, quæ respuit maritum suum & filios suos: & soror sororis tuæ es tu, quæ respuerũt uiros suos & filios suos: mater uestra Hethæa, & pater uester Amorrhæus. Porrò soror tua maior est Samaria & filiæ eius, quæ habitat ad sinistram tuam, & soror tua quæ te minor natu est, habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius. Et quidem in uijs earum non ambulasti, nec secundum abominationes earum fecisti, sed [r] perpusillum in omnibus uijs tuis quàm illæ sceleratius fecisti. Viuo ego dicit DOMINVS deus, Sodoma soror tua non fecit, ipsa inquam & filiæ eius, quemadmodum tu fecisti & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, fastus, copia ciborum, felicitas, [s] otium, hæc habuit ipsa & filiæ eius, & manum pauperis & egeni non [t] firmauit. Quumq; sic fastuosæ essent, designarunt abominanda quædam coram me, quas abieci posteaquam [u] uidissem. Samaria uero dimi-

Numerus subito mutatus.

dium peccatorum tuorum non peccauit, quin tu plures abominationes fecisti quàm illæ, ut tu in omnibus abominationibus tuis quas feceris, iustificaueris sorores tuas. Ergo & tu porta ignominiam tuam, (quæ [x] iudicabas sororem tuam) propter peccata tua quibus magis abominanda designasti quàm ipsæ quæ iustiores te sunt: tu etiã [inquam] confundere, & fer ignominiam tuam, quum tu [y] iustifices sorores tuas. Ego [z] quoq; reducam captiuitatem earum, nempe captiuitatem Sodomorum atq; filiarum eius, captiuitatem Samariæ atq; filiarum eius, & captiuitatem qua tu captiua teneris inter eas. Idcirco feres ignominiam tuam, & pudefies propter omnia quæ fecisti, dum tu es illis consolationi. Et sorores tuæ, Sodoma & filiæ eius, reuertentur ad priora sua, Samaria & filiæ eius redibunt ad priora sua, quandoquidem & tu tuæq; filiæ redibitis ad priora uestra. Neq; fuit fama sororis tuæ Sodomæ in ore tuo, quo tempore fastuosa eras, priusquam retegeretur malum tuum, utpote tempore probri filiarum Syriæ omniumq; quæ sunt

o Ebr. Et post te non scortatã.

Iam pronunciatur sententia.

p Ebr. passiue legunt.

q Vel, cum quibus iucunda tibi fuit consuetudo.

E

Dabo te sanguinem, Ebraismus est, hoc est, sumam de te supplicium capitis, uel rependam tibi sanguinem, ut & sanguis tuus fundatur.

Hoc est, rependam tibi pro merito tuo.

r Alij legunt, parum abfuit quin peruersior illis fuisses: alij, corrupisti, perdidisti.

s Alij otium à felicitate non separant, sed iungunt potius, sed sensui nihil decedit: intelligit enim eos in prosperitate & felicitate omnium rerum securos et

F

otiosos fuisse.

t Alij legunt adprehendit, alij præbuit: sed firmare manus pauperum, significat eis consilio & auxilio adesse, ne desperent.

u Videre pro reciscere.

x Iudicare hic (uerbum est pilalthi) significat in alios decernere sententiam tanquam merito punitos. Sic enim Iudæi Israelitis fecerant, dum ob peccata in captiuitatem ducebantur.

y Iustificare uero non est Sodomitas aut Samaritas iustos facere (quum nemo alium possit iustum facere, nec iusti erant,) sed aliorum comparatione minus malos ostendere, Sodomitæ pessimi erant, tamen Iudæi tam scelerati ut eorum comparatione Sodomitæ iusti censeri possent.

z Hic læta quædam promittuntur, nempe restitutio Israelis cũ accessione gentium per Christum Messiam. Tum Sodoma restituitur ad priora sua, quum sceleratissimi quiq; per prædica-

G

tionem euangelij Christo accedunt; Eramus enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Si Iudæos reduxit per Christum, qui sceleratiores fuerunt gentibus, cur nõ et gentes?

Digitized by Google

circum eas, & filiarum Palestinæ quæ contemnũt te circunquaq;. Scelus tuum & abominationes tuas tu portasti, dicit DOMINVS. Quia sic dicit DOMINVS deus, Ego quidem * agerem tecum quemadmodum tu fecisti, quæ spreuisti iuramẽtum, ut irritum faceres fœdus. Recordabor tamen fœderis mei quod tecum [inij] in diebus adolescentiæ tuæ, & erigam tibi pactum sempiternum. Tu uero recordaberis uiarum tuarum, ac pudefies, quum acceperis sorores tuas natu te maiores, unà cum his quæ te minores sunt, & tradam eas tibi ut filiæ tuæ sint, non autem ex fœdere tuo. Et confirmabo ego pactum meum tecum, & scies quia ego DOMINVS. Vt recorderis & pudefias, † neq; audeas amplius os aperire præ ignominia tua, dum ego propitius ero tibi in omnibus quæ fecisti, dicit DOMINVS deus.

* Ebræi carent subiunctiuis, & deo futuris loco eius utuntur. Agerem, hoc est, agere possem. modo potentiali. Dignum quidem esset, ut tibi pro merito rependerem, sed nouũ fœdus sanciam tecum.

† Ebr. Nõ sit tibi apertio oris.

CAPVT XVII.

Oratio ænigmatica, qua perfidia Zedechiæ taxatur, & pœna indicatur. Læta quædam inspersa sunt de Iechonia.

A ET factus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, Propone ænigma, & utere parabola ad domum Israelis, & dices, Sic dicit DOMINVS deus, Aquila magna, magnis pennis, longis alis, plena plumis, quas picturatas habuit, uenit in Libanum, & tulit supremũ fastigium Cedri, cacumen ramorum eius decerpsit, et traduxit illud in terram negotiatorum, in ciuitatem mercatorum posuit illud. Et tollens de semine terræ, & posuit illud in agrum [a] surcularem, quem [b] delegerat iuxta aquas multas, [ueluti] salicem posuit illud.

B Et floruit, factaq; est uitis luxurians humili statura, ut respicerent palmites eius ad eam, radicesq; eius sub ea fuerunt. Et quum facta esset uitis, protulit palmites & flagella. Rursus erat aquila quædam grandis, magnis alis, & multas habens plumas, & ecce uitis illa anhela fuit radicibus suis ad illam, & palmites suos emisit ad illam, ut irrigaret eam ex elicibus plantationis suæ.

C In agrum bonum, & iuxta aquas multas erat plantata, ut frondesceret & fructum ferret, essetq; uitis egregia. Dic, Sic ait DOMINVS deus, Num illud prospere [[c] ei] cedet? An non radices eius funditus euellet, & fructum eius decerpet, ut arescat, [&] uniuersi rami germinis eius emarcescant, idq; non magna potentia aut populo multo, ut tollat eam radicitus? En plantata est, num prospere ei cedet? An non uento orientali afflata penitus marcescet, [&] cum elicibus germinationis suæ arescet?

D Factus est sermo DOMINI ad me, dicens, Dic quæso ad domum rebellantem, An nõ scitis quid sibi ista [uelint?] Dic, Ecce rex Babylonis uenit in Ierusalem, & tulit regẽ eius, atq; principes eius, & adduxit eos ad se in Babylonem, tulit quoq; de semine regio, & pepigit cum eo fœdus, & adegit eum ad iuramentũ, et abduxit fortes è terra, ut esset regnum humile, ne eleuaretur, sed custodiret fœdus eius, et staret in eo. At rebellis fuit ei, mittendo nuncios suos in Aegyptum, ut [illa] daret ei equos & populũ multũ. Num prospere ei cederet aut euaderet qui talia fecit?

E Num liberabitur is qui fœdus irritũ fecit? Viuo ego dicit DOMINVS deus, si nõ in loco regis, qui eũ regẽ constituit [moriat,] q; iuramentũ eius spreuit, & q; pactum eius irritũ fecit, ob id [inquam] apud eũ in Babylone morietur. Neq; Pharao cum magnis istis copijs, & ingenti multitudine in bello quidquã ei efficiet, dum affunditur agger, & extruitur munitio ad excindendũ [D] homines multos. Spreuit iuramentũ, irritũ fecit fœdus, manu sua data: hæc [inquam] omnia fecit,

F [ideo] nõ liberabitur. [e] Idcirco sic dicit DOMINVS deus, Viuo ego, si non

[a] Vel, in seminarium. Ebr. In agrum seminis.
[b] Ebr. Accepit.

[c] Prior scilicet aquila.

[D] Ebr. Animas multas.
[e] Ala execrationem aut iuramentum significat. Qui enim uiolant iuramentum, execrationi se obnoxios reddunt, quæ in articulis fœderis continetur.

Digitized by Google

non iuramentum meum quod uiolauit, & fœdus meum quod irritum fecit, tra-
Supra 12.d didero super caput eius. † Expandam enim super eum rete meum, & deprehen-
Infra 32.a detur in cassibus meis, & adducam eum in Babylonem, ut [f] iudicer illic cum eo,
idq; propter transgressionem qua transgressus est contra me. Omnes quoq; fu-
gitiui eius cum uniuersis agminibus eius cadent gladio, quiq; reliqui fuerint, ad
omnem uentum dissipabuntur, & scietis quod ego DOMINVS loquutus sum.
Sic ait DOMINVS deus, Ego tollam de summo cacumine cedri, & ponam il- G
lud, de summo inquam ramorũ eius decerpam tenerum [ramum,] & plantabo
eum super montẽ excelsum atq; eminentem, in monte sublimi Israelis plantabo
illum, & ramũ proferet, feretq; fructum, eritq; cedrus elegans, habitabuntq; sub
ea omne uolatile, & omne pennatum, in umbra ramorũ eius sedebunt. Scientq;
omnia ligna agri quod ego DOMINVS humiliauerim arborẽ altam, & altam
fecerim arborem humilem: arefecerim arborẽ uiridem, & germinare fecerim ar-
borem aridam. Ego DOMINVS loquutus sum, & feci. CAPVT XVIII.

[f] Hoc est, disceptabo cum eo.

Exhortatio est ad pœnitentiam ut conuertantur & effugiant iram dei.

FActus est sermo DOMINI ad me, dicens, Quæ hæc parabola quam uertitis A
inter uos, dicentes in terra Israelis? Patres comederunt labruscam, & dentes
filiorum obstupescũt. Viuo ego, dicit DOMINVS deus, nõ erit inter uos ultra
Ierem.31.c qui utatur ista parabola in Israele. Ecce omnes animæ meæ sunt: ut anima pa-
tris, sic & anima filij, meæ sunt: [&] anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et uir
si fuerit iustus, feceritq; iudicium & iustitiam, in montibus nõ comederit, oculos
suos non sustulerit ad idola domus Israelis, neq; uxorem proximi sui polluerit,
ad mulierem mensibus, immundam non accesserit, & neminem læserit, pignus B
...38 b suum debitori restituerit, rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit,
...dat.25.c atq; nudum ueste operuerit, ad fœnus nihil dederit, excessum [lucri] non accepe
rit, ab iniquitate retraxerit manum suam, [&] iudiciũ atq; [a] ueritatem fecerit in-
ter uirum & uirum, in statutis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, ut fa
ciat ueritatem, iustus ille est, uiuẽdo uiuet, dicit DOMINVS deus. Si is genue-
rit filium [b] grassatorem, effusorem sanguinis, qui designauerit unum ex illis, nul
lum autem ex his fecerit, quin potius in montibus comederit, uxorem proximi C
sui contaminauerit, pauperem & egenum læserit, rapinas rapuerit, pignus non
reddiderit, [c] oculos suos attollit ad idola, abominationem facit, ad fœnus dederit,
excessum accepit, [d] uiuétne [ille?] Haudquaquam uiuet, sed propter cunctas ab-
ominationes istas quas fecit, certissime morietur, et sanguis eius super ipsum erit.
Quod si filium genuerit is, qui uiderit omnia peccata patris sui quæ fecit: uiderit
inquam, sed non fecit secundum ea, in montibus non comedit, oculos suos ad
idola domus Israelis non attollit, uxorem proximi sui non polluit, neminem læ- D
dit, fœnus non oppignorat, rapinam non rapit, panem suum famelico dat, nu-
dum ueste operit, abstinet à paupere manum suam, fœnus & excessum non acci-
pit, iudicia mea facit, & in statutis meis ambulat, is ob iniquitatem patris sui non
morietur, sed uiuendo uiuet. Pater uero eius si calumniando calumniam fece-
rit, rapinam à fratre rapuerit, & in medio populi sui quod nõ bonum fecerit, ecce
[is] morietur in iniquitate sua. Et dicitis, Quare filius nõ portaret iniquitatem
patris? Quod filius fecit iudicium & iustitiam, & custodiuit omnia statuta mea,
...ent.24.c fecitq; ea, [ideo] uiuendo uiuet. † Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: [ideo] E
...Reg.4.b filius nõ portabit iniquitatem patris, neq; pater portabit iniquitatem filij, sed iu-
...Par.25.b stitia iusti erit super eum, & impietas impij erit super eum. Quod si auersus fue
rit impius ab omnibus peccatis suis quæ fecit, & custodierit omnia statuta mea,
feceritq; iudiciũ & iustitiam, uiuendo uiuet, & non morietur. Omnes præuari-
cationes eius quas fecit nõ commemorabuntur ei, sed in iustitia sua quã fecit, ui-

[a] Veritatem facere, est ex fide & corde facere, uere, candide non hypocritice: potest etiam exponi, bona fide fecerit.
[b] Pariz homo perruptor, grassator, tyrãnicus, uiolentus.
[c] Oculos attollere, est animum ad rem aliquam adijcere.
[d] Vita pro gratia dei & omnibus bonis quæ ex hac sequuntur: Mors p ira dei & calamitate quæ ex hac uenit.

Digitized by Google

uet. †Num desidero aut uolo mortē impij, dicit DOMINVS deus? An nō ma Psal. 29.a Infra 33.c
F gis ut se cōuertat à uijs suis [malis,] & uiuat? Et si iustus auerterit se à iustitia sua,
& fecerit iniquitatē, iuxta omnes abominationes quas fecit impius, fecerit, num
is uiuet? omnium iustitiarū suarum quas fecit nulla erit recordatio: in transgres-
sione sua qua transgressus est, & in peccato suo quod peccauit, in his morietur.
Et dixistis, Via domini non est [e] æqua. Audite quæso domus Israelis, Num uia Infra 33.d
mea non est æqua? an non potius uiæ uestræ æquæ non sunt? Quum auerterit
se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, mortuusq; fuerit in eis, in iniquitate
sua quam fecit morietur. Sic quum impius se auerterit ab impietate sua quā fe-
G cit, fecerit'q; iudiciū & iustitiam, ipse animā suam uiuā seruabit. Nempe [f] uidens,
cōuertit se ab omnibus præuaricationibus suis quas fecit, uiuendo uiuet, nō mo-
rietur. Et dixerūt domus Israelis, Via domini non est æqua. An uiæ meæ non
sunt æquæ, ô domus Israelis? An non potius uestræ uiæ æquæ nō sunt? Idcir-
co quenq; ex uobis iuxta uias suas iudicabo, ô domus Israelis, dicit DOMINVS
deus. †Cōuertimini [igitur,] & [g] reducite ab oībus præuaricationibus uestris, Matth. 3.a
ne iniquitas uobis offendiculo sit. Abijcite à uobis omnes præuaricationes ue-
stras, in quibus præuaricati estis, & facite uobis cor nouum & spiritum nouum. Infra 33.c
Cur enim moreremini domus Israelis? Quandoquidē non delector morte mo
rientis, dicit DOMINVS deus. Auertite ergo & uiuite.

e Eb. Librata seu parata, ac si diceres, equata ad æquilibriū iustitiæ.

f Videns iniquitatē suam.

g Reducite uel auertite, quisq; scilicet alium, uel faciem uestram.

CAPVT XIX.

Describitur sub specie lugubris carminis uita scelerata principum & primorum populi, nec sine uitio populi. Quæ pœna, quales priores reges, qualis Zedechias, indicatur sub allegoria. Exhortatio subest ad meliorem frugem.

A TV autem [fili hominis] sume lamentationem super principes Israelis, et dic,
Cur *mater tua leæna inter leones accubuit, [&] in medio leonum educa
uit catulos suos? Effecit ut unus ex catulis suis ascēderet, leunculusq; fieret, qui
didicit diripere prædam, comedere homines. Audierunt de eo gentes, & com-
prehensus est in fouea eorum, introduxeruntq; eum hamo in terram Aegypti.
Videnst'q; quod expectatum esset, frustrata'q; esset spes eius, tulit unum ex catulis
B suis, posuitq; eum ut esset leunculus. Qui uersatus inter leones, factus est leun-
culus, assuetus rapto & præda ac comedere homines. [a] Cognouit quoq; uiduas
illorum, & ciuitates illorum uastauit: deuastata itaq; est terra cum omnibus quæ
in ea erant à uoce rugitus eius. Et constitutæ sunt gentes contra eum per cir-
cuitum ex regionibus, expanderuntq; super eum rete suum, captusq; est in fouea
eorum. Concluserunt itaq; eum, & hamis duxerunt eum ad regem Babylo-
nis, atq; introduxerunt eum in munitiones, ut non audiretur rugitus eius ultra in
C montibus Israelis. Mater tua sicut uitis in [b] sanguine tuo, quæ est plantata iuxta
aquas, frugifera atq; frondifera ab aquis multis. Et factæ sunt ei uirgæ fortes
cum sceptris dominantium, exaltata est statura eius inter ipsas frondes, & uisa est
in altitudine sua, in multitudine palmitū suorum. Euulsa est in furore, & abie-
cta in terram, & uentus orientalis exiccauit fructum eius, conuulsæ atq; arefactæ
D sunt uirgæ fortitudinis eius, ignis absumpsit eas. Et †nunc plantata est in deser- Oseæ 13.d
tum, in terra squalida & sitienti. Egressusq; est ignis de uirga ramorum eius, &
deuorauit fructum eius, ut non esset in ea uirga fortis, & sceptrum ad dominan-
dum. Hæc est lamentatio, & erit lamentatio.

*Mater populus Iudaicus.

Aptius fortasse cohæreret cap. 17. Videtur confecta ad imitationē Iere. 22.

a Alij legunt, & diruit palatia eorum.

b In sanguine tuo, hoc est, in numerosa sobole, uel in sanguine tuo quod fudisti.

CAPVT XX.

Ostendit malitiam domus Israelis qua ab initio laborarunt, filij patres impietate imitantur, ne dicam uincunt, & quæ eis pœna maneat.

A FActum est anno septimo, quinto [mense,] decima [die] mensis, uenerunt uiri
seniores Israelis consulturi DOMINVM, & sederunt coram me. Et factus est
sermo DOMINI ad me, dicendo, Fili hoīs loquere cū senioribus Israelis, & dic
ad eos, Sic dicit DOMINVS deus, Num ad consulendum me uos uenistis? Viuo
ego,

Digitized by Google

ego, non [a]quærar uobis, dicit DOMINVS deus. An non iudicabis eos, an non
iudicabis fili hominis? abominationes patrum eorum indica illis, & dic ad eos,
Sic dicit DOMINVS deus, Eo die quo elegi Israelem, & [b]leuaui manum super
semen domus Iacob, & cognitus sum eis in terra Aegypti, & leuaui manum me-
am super eos, dixi, Ego DOMINVS deus uester. Eodem die leuaui manum
meam super eos, ut educerem eos de terra Aegypti, in terrã quam exploraueram
eis, fluentem lacte & melle, & quæ [c]elegantissima est omnium terrarum. Tum di
xi ad eos, Singuli abominationes oculorum suorum abijcite, & in idolis Aegy-
ptiorum ne polluamini, ego DOMINVS deus uester. Ipsi uero rebelles fuerũt B
contra me, neq; uoluerunt mihi auscultare, nec abiecerunt singuli abominatio-
nes oculorum suorum, neq; abiecerunt idola Aegyptiorum. Dixi ergo ut effun
derem iram meam super eos, & perficerem furorem meum in eis in medio terræ
Aegypti. At propter nomen meum feci, ne prophanaretur coram oculis gen-
tium, inter quas ipsi erant, apud quas & in quorum oculis cognitus sum illis, ut
educerem eos de terra Aegypti. Eduxi itaq; eos de terra Aegypti, & introduxi eos
in desertum, dediq; †eis statuta mea atq; iudicia mea indicaui eis, in quibus ho-
Leuit. 18. a mo, si ea fecerit, uiuet. Sed & sabbata mea dedi *eis, quæ essent signum inter me
Rom. 10. a
*Exo 20. b & inter eos, ut scirent quod ego DOMINVS qui sanctifico eos. Et exacerba-
31. c
Deut. 5. b runt me domus Israelis in deserto, in statutis meis nõ ambulauerunt, iudicia mea
†Exo. 16. abiecerunt, in quibus homo, si ea faceret, uiueret, & †sabbata m ea admodum pro
phanarunt. Tum [d]decreui effundere æstum meum in eos in deserto, ut eos fun
ditus perderem. Attamen feci propter nomen meum, ut non prophanaretur in
oculis gentium, in quarum oculis eos eduxeram. Leuaui itaq; manum meam su C
per eos in deserto, ne introducerem eos in terram quam dedi [eis] manantem la-
cte & melle, & quæ elegantissima est omnium terrarum: eo quod iudicia mea re
pudiarunt, et in institutis meis non ambularunt, atq; sabbata mea prophanarunt,
siquidem cor eorum graditur post idola sua. Pepercit tamẽ eis oculus meus ne
perderem eos, neq; eos conficerem in deserto. Ad filios uero eorum in deserto
dixi, In statutis patrum uestrorum nolite ambulare, & iudicia eorum nolite custo
dire, neq; polluamini in idolis eorum, ego DOMINVS deus uester, ambulate in
institutis meis, & custodite iudicia mea, atq; facite ea, sabbata mea sanctificate, ut
sint in signũ inter me & inter uos, ut sciatis quod ego sum DOMINVS deus ue-
ster. At filij quoq; exarcerbarunt me, in institutis meis nõ ambularũt, iudicia mea
nõ custodierũt ut ea facerẽt, (in quibus homo, si ea fecerit, uiuit,) sabbata quoq;
mea prophanarũt. Tum decreui effundere furorem meũ super eos, cõsummareq; D
in eis iram meam in deserto: uerum retraxi manũ meam, idq; feci propter nomen
meum, ut non prophanaretur in oculis gentium, corã quarum oculis eos eduxe
ram. Rursum ergo leuaui manum meam super eos in deserto, ut dissiparem eos
inter gentes, & disijcerem eos in nationes, eo ꝙ non fecerunt iudicia mea, & ꝙ re
pudiassent statuta mea, sabbataq; mea prophanassent, oculiq; eorum essent [inten
ti] post idola patrũ suorum. Et ego dedi eis statuta non bona, & iudicia in qui-
bus non uiuent. Pollui quoq; ipsos in muneribus suis, quum traducerent omne
Transitio. [e]primogenitũ ut uastarem eos, [&] ut sciant ꝙ ego sum DOMINVS. Propterea
Transit e- fili hominis loquere ad domum Israelis, & dic ad eos, Sic ait DOMINVS deus,
nim ad ea Adhuc & in hoc blasphemauerunt me patres uestri, dũ præuaricãdo præuaricaren
quæ desi- tur in me. Quum enim introduxissem eos in terram, super quam leuaueram ma-
gnarunt in num meam, ut eam darẽ eis, & illi uidissent omnẽ collem excelsum, atq; omnem
terram in- arborẽ frondosam, immolauerunt ibi sacrificia sua, dederuntq; ibi [f]irritationem
troducti. muneris sui, ponẽtes ibi odorem suaueolentiæ suæ, & libantes ibi libamina sua.
Et dixi ad eos, Quid excelsum [est] quò uos cõuenitis? Itaq; uocatum est nomen E

a Hoc est, non respõdebo uobis. Vel, quãdoquidẽ hypócritæ estis, nolo ut me quæratis, nolo à uobis quæri.

b Leuare manũ, gestus est iurãtis: potest etiã gestus esse eius qui potentiã & robur suũ exerit. Ad hæc leuat manũ, qui percutit & punit. Hæc tria significata in hoc capite reperiuntur. Deinde retrahit manũ, quũ à puniendo cessat.

c Zebi caprea est, ponitur autẽ pro ornamento & decore.

d Ebr. Dixi.

e Ebr. Omne quod aperit uuluam.

f Iram uel irritamentũ muneris sui. Metonymia est, hoc est, posuerunt uel dederunt illud, quo cum irritabant iram domini.

Digitized by Google

eius Bama usq; in hodiernum diem. Idcirco dic ad domum Israelis, Sic dicit DO
MINVS deus, An [g]non in uia patrum uestrorũ polluti estis, et post idola eorum
uos scortamini? Quum enim affertis munera uestra, ut traducatis filios uestros
per ignem, uos polluimini in omnibus idolis uestris usq; in hunc diem, & ego
quærerer à uobis, ô domus Israelis? Viuo ego, ait DOMINVS deus, non quæ
rar à uobis. Et quod in [h]animum uestrum ascendit, omnino nõ fiet, quum uos di
citis, Erimus quemadmodum gentes, sicut familiæ nationũ, ut colamus lignum
& lapidem. Viuo ego dicit DOMINVS deus, si non manu ualida, brachio ex
tento, & furore effuso regnaturus sim super uos. Et educam de gentibus, & colli
gam uos de terris in quas dispersi estis, per manum fortem, & brachium exten
tum, atq; in effuso furore. Et adducam uos in desertum populorum, & [i]discepta
F bo uobiscum isthic facie ad faciem, quemadmodum disceptaui cum patribus ue
stris in deserto terræ Aegyptiacæ, sic disceptabo uobiscum, dicit DOMINVS de
us. Et transire uos faciam sub uirga, atq; ducam uos in uinculis fœderis. Et re
purgabo ex uobis rebelles, & transgressores contra me, de terra habitationis eo
rum educam eos, & ad terram Israelis nullus ueniet, scietisq; quia ego DOMI
NVS. Et uos domus Israelis sic dicit DOMINVS deus, Singuli ite post idola
sua, & colite [illa,] quandoquidẽ mihi obtemperare non uultis, & nomen meum
sanctũ non polluetis ultra muneribus uestris et idolis uestris, quoniã in monte
sancto meo, in mõte excelso Israelis, dicit DOMINVS deus, ibi seruiẽt mihi uni
uersa domus Israelis, tota inquã ipsa, in terra, ibi benigniter eos cõplectar, & ibi
requiram [f]Thruma uestrum, & primitias donorum uestrorum in omnibus sa
G cris uestris. In odore suaueolenti benigniter uos complectar, quum eduxero
uos de populis, & congregauero uos de terris in quas dispersi estis, & sanctifica
bor in uobis coram oculis gentium, scietisq; quia ego DOMINVS, quum indu
xero uos in terram Israelis, in terram super quam leuaui manum meam, ut darem
eam patribus uestris. Et recordabimini ibi uiarum uestrarum, atq; cunctorum stu
diorum uestrorum in quibus polluti estis, & rubore perfundemini in faciebus ue
stris propter cuncta flagitia uestra quæ designastis. Et scietis quia ego DOMI
NVS, quum egero uobiscum propter nomen meum, & non iuxta uias uestras
malas, & secundum studia uestra corrupta domus Israel, dicit DOMINVS deus.

g Interrogatio uehementer affirmat.

Quasi dicat, minime.

h Ebraice, quod ascendit super spiritu uestro, hoc est, quod animo concipitis aut cogitatis.

Occupatio.

i Ebr. Iudicabor uobiscum.

Ironica concessio.

f Quid sit Thruma uide in Exodo.

CAP. XXI.

Prædictio generalis omnium malorum quæ illaturus est Nabuchodonosor omnibus gentibus.

A FActus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam
ad uiam australem, & [a]stilla uersus Meridiem, atque uaticinare super saltum
agri australis, dicesq; ad saltum australem, Audi uerbum DOMINI, sic dicit DO
MINVS deus, Ecce ego accendo in te ignem qui deuorabit in te omne lignum
uiride, & omne lignum aridum, non extinguetur [b]flamma inflammata, sed adu
rentur iuxta eam omnes facies à Meridie usq; ad Aquilonem. Et uidebit omnis
caro quod ego DOMINVS incendi eum, nec extinguetur. Et dixi, Ah DOMI
NE deus, ipsi dicunt mihi, An non in [c]parabolis loquitur iste? Et factum est uer
bum DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam uersus Ierusalem,
et stilla super sanctuaria, et uaticinare super terram Israelis, Sic dicit DOMINVS,
En ego contra te, & extraham gladium meum è uagina sua, & excindam ex te iu
stum & impium. Quandoquidem ergo excindam ex te iustum & impium, id
circo egredietur gladius meus de uagina sua contra omnem carnem, à Meridie
ad Aquilonem, & sciet omnis caro quod ego DOMINVS qui extraxi gladium
B meum de uagina sua, nõ reuertetur ultra. Et tu fili hominis, ingemisce in contri
tione lumborum, & in amaritudine ingemisce coram oculis eorum. Quod si di
xerint

a Stillare Ebræis est dura & acerba increpatione profundere, ut Græcis & Germanis, Mit bösen worten beschütten.

b Ebr. Flamma flammæ, hoc est, ingens flamma.

c Excusabunt se nõ intelligere quæ obscuris uerbis dico.

Incipit iudiciũ à domo dei.

Digitized by Google

xerint ad te, Cur tu ingemiſcis? Dic, Propter rumorem, uenit enim, & liquefiet
omne cor, & remittent cunctæ manus, & mœrore replebitur omnis ſpiritus, &
omnia genua fluent aquis: ecce uenit & fiet, dicit DOMINVS deus. Et factus
eſt ſermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, uaticinare & dic, Sic ait DOMI
NVS deus, Dic, gladius, gladius exacutus, & etiam expolitus eſt, ut uictimā ma-
ctet exacutus eſt, ut ſplendeat politus eſt. Aut gaudebimus? [b]Virga eſt filij mei re
ſpuens omne lignum. Et dedit eum ad expoliendū, ut manu prehendatur, ipſe eſt C
exacutus gladius, & idem politus, ut det eum in manum interfectoris. Clama &
eiula fili hominis, quia hic erit in populo meo, hic [ſtringetur] in omnes princi-
pes Iſraelis, pauores ingruent ab hoc gladio in populum meum. Idcirco plaude
ſuper femur tuum, quoniam explorator eſt. Et quid ſi [c]uirga reprobans nō eſſet?
dicit DOMINVS deus. Et tu fili hominis uaticinare, & complode manus, [f]du-
plicetur gladius, quin triplicetur gladius interfectorū, is eſt gladius cędis magnę,
penetrans eos, ut diſſoluatur cor, & multi cadant in omnibus portis eorum: dedi D
terrorem gladij, heu factus eſt ſplendens, [g]inuolutus ad mactationem. Decerne
unum conſilium, aut dexteram tene, aut ſiniſtram, quocunque facies tua conſtituta
fuerit. Et ego quoque manus meas complodā, & faciam quieſcere furorē meum,
ego DOMINVS loquutus ſum. Et factum eſt uerbum DOMINI ad me, dicēs,
Et tu fili hominis, pone tibi duas uias, ut ueniat gladius regis Babylonis, de terra
una egredientur ambæ, & ſepara tibi locum, in cōpito uiæ ciuitatem elige. Viam
ponas, ut ueniat gladius ad Rabbath filiorū Ammon, & ad Iudam in Ieruſalem E
munitam. Quoniam ſtetit rex Babylonius in [h]biuio, in compito duarū uiarum,
ut diuinando inquirat, [i]expoliat ſagittas, quærat imagines, inſpiciat iecur. Ad de
xteram eius fuit diuinatio Ieruſalē, ut ponat arietes, ut aperiat os ad cædem, ut ex
altet claſſicū, ut ponat arietes, affundat aggerem, & extruat turrem. At iſtis fuit ue
lut uana quædam diuinatio in oculis eorum, [nam] [k]iuramēta iuramentorū eis.
[l]Is uero in memoriam reuocat iniquitatem, ut capiatur. Propterea ſic dicit DO-
MINVS deus, Quandoquidē effeciſtis ut iniquitas ueſtra in memoria ſit, (nam F
retectæ ſunt præuaricationes ueſtræ, & conſpicua peccata ueſtra in omnibus ſtu
dijs ueſtris,) idcirco memoria ueſtri fiet, & manu capiemini. Et tu ad occiſionem
[m]damnate princeps Iſraelis, cuius uenit dies atque tempus, quo finē capiet iniqui
tas [tua.] Sic dicit DOMINVS deus, Remoue cidarim, & tolle coronā, hæc non
hæc, ad extollendū humilem, ad deijciendū ſublimem. [n]Obliquam, obliquam,
obliquā ponam eam. Etiam hæc non fuit, donec is ueniat [o]cui iure [conuenit,]
huic tradam eam. Tu autem fili hominis uaticinare & dic, Sic dicit DOMINVS
deus ad filios Ammon, & ad opprobriū eorum, dicesque, Gladius gladius diſtri- G
ctus eſt ad occiſionem politus, ut conſumat, & in hoc ſplendet. Quum contem-
plantur tibi uana, & diuinãt tibi mendacia, ut ponãt te cum ceruicibus [p]propha
norum impiorū, quorum dies uenit, in tempore quo finem habet iniquitas. [q]Re
deundum eſt ad uaginā ſuam, in locū ubi creatus eras, in terra [r]uenarum tuarum
iudicabo te. Et effundā ſuper te indignationem meam, in igne excandeſcentiæ
meæ ſufflabo in te, & tradam te in manum barbarorum hominum, qui artifices
ſunt uaſtationis. Igni eris in cibum, & ſanguis tuus erit in medio terræ, tui nulla
erit mentio: ego DOMINVS loquutus ſum.

CAP. XXII.

Poſt generalem malorum prædictionem ſpecialem iam ſubiungit, taxat Iudæos, ſcele raque eorum oſtendit ob quæ plectendi erant à Chaldæis.

ET factus eſt ſermo DOMINI ad me in hunc modū, Et tu fili hominis, an nō A
iudicabis? an non iudicabis [inquā] ciuitatem ſanguinū? indica ei cunctas
abominationes ſuas, dicesque, Sic ait DOMINVS deus, Ciuitas effundēs ſangui-
nem in medio ſui, ut tempus eius appetat, & quæ idola fecit contra ſe ut pollue-

[b] Alij ſceptrū legūt.

[c] Alij aliter legunt, Virga reſpuens etiā non erit: ſed uidetur ſenſus eſſe, Populus iſte ſceleratus eſt uirga præſente, quid fieret ſi deus non puniret? qualis eſſet populus, quum pœnis non emendaretur?

[f] Hoc eſt, non ſemel, ſed iterū atque iterum feriat.

[g] Hoc eſt, inſertus et cōditus capulo aut manubrio, ut teneri poſſit: alij, cōcitatus ſtridore quodā uolitans ut turma auiū.

[h] Hebr. Ad matrem uiarum.

[i] Alij dicunt, ut cōmiſceat.

[k] Alij legūt ſeptem, alij aliter.

[l] Is, ſcilicet Nabuchodonoſor.

[m] Alij legunt, Et tu interficiende impie princeps.

[n] Alij dicunt peruerſam, alij curuā, alij prauam: pertinet autem ad coronā, quæ non amplius futura eſt, donec is ueniat cui repoſita eſt, Chriſtus ſcilicet. Nullius capiti ultra conueniet ob curuitatem.

[o] Hebr. Cui eſt iudicium, quia pater dedit filio omne iudicium.

[p] Alij legunt, uulneratis damnatis.

[q] Alij legunt in imperatiuo, Reduc: alij, & ſi rediret, tamen in loco, &c.

[r] Terra uenarum, id eſt, in natali ſolo.

poſtro- ...ha ad gla- ...ium.

poſtro- ...a ad Ze chiā pers ...um.

...tatus eſt ...udicialis.

Digitized by Google

retur. In sanguine tuo quẽ effudisti, deliquisti: & in idolis tuis quæ fecisti, polluta es, & adduxisti dies tuos, & peruenisti ad annos tuos, idcirco tradidi te opprobrium gentibus, & derisionẽ cunctis terris. Quæ prope sunt, & qui longe absunt

B à te, subsannabũt te, ꝙ polluta es nomine, idq; cum [a] multa turba. En principes Israelis, [b] quisq; pro uirili sua fuerunt in te, in hoc ut effunderent sanguinẽ. Patrem & matrem uilipenderũt in te, peregrino qui est in medio tui, fecerunt calumniã, pupillũ & uiduam adflixerunt in te. [c] Sancta mea despexisti, & sabbata mea prophanasti. Viri [d] dolosi fuerunt in te, ut effunderent sanguinẽ, & in montibus comederunt in te, atq; scelus meditatũ in te designarunt. † Verenda patris [e] retexit in te, pollutamq; mẽsibus in te humiliarũt. Et quisq; cum uxore proximi sui abo-

C minanda designauit: quisq; nurũ suam polluit abominando scelere: quisq; sororem suam filiam patris sui in te humiliauit. Munera acceperũt in te ad effundendum sanguinem, fœnus & excessum accepisti, & emolumentũ tuum promouisti cũ iniuria proximi tui, atq; mei es oblita, dicit DOMINVS deus. Et ecce ego [f] percussi manũ meam super auaritia tua quã exercuisti, & super sanguines tuos qui fuerunt in medio tui. Num consistet cor tuum? num manus tuæ roborabuntur in diebus istis quibus ego tibi [hæc] faciam? ego DOMINVS loquutus sum,

D & faciam. Ego dissipabo te in gentes, & dispergã te in nationes, & finem faciam immũditię tuæ quæ in te est. Et tu [g] infirmata eris in oculis gentiũ, & scies ꝙ ego DOMINVS. Et factus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, q sunt de domo Israelis facti sunt mihi in [h] scoriã, uniuersi ipsi æs sunt, plumbũ candidum, ferrũ, plumbum nigrũ in medio fornacis, scoria argẽti facti sunt. Propterea sic dicit DOMINVS deus, Quandoquidẽ oẽs uos scoria estis, idcirco ecce ego congrego uos in medio Ierusalẽ, [i] massam argenti, æris, ferri, plũbi nigri, atq; plũ

E bi candidi in medio [k] fornacis, ad sufflandũ super ipsam ignem, & ad excoquendum: sic congregabo in ira mea atq; furore meo, & collocabo atq; excoquã uos. Colligã [inquam] uos, & insufflabo super uos in igne indignationis meę, ut excoquemini in ea: quemadmodũ excoquitur argentũ in fornace, sic excoquemini in medio [l] eius, & scietis ꝙ ego DOMINVS effuderim æstum meum super uos. Rursum factus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis dic ad [m] eam, Tu terra es non mũdata, neq; cõpluta imbre in die furoris. Cõiuratio prophetarum

F eius in medio eius, sicut leo rugiens & qui prædã rapit, comederunt animã: opes & quidquid pretiosum est acceperũt, atq; uiduas eius multiplicauerunt in medio eius. Sacerdotes eius [n] uiolenter disceperũt legẽ meam, sanctuaria mea prophanaũerũt, nec discrimen habuerũt inter sanctũ & prophanũ, & inter mundũ & immundũ non discriminarũt, sed & à sabbatis meis absconderũt oculos suos, & ego prophanatus sum in medio eorũ. Principes eius in medio eius sunt quemadmodum lupi discerpentes prædã, ut effundant sanguinẽ, ut perdãt animas, & ut auaritiæ & lucro inhient. Et prophetæ eius oblinunt eis crustã insulsam, uidẽtes scili

G cet uana, & diuinantes eis mendaciũ, dicentes, Sic dicit DOMINVS deus, quum tamen DOMINVS non loquutus sit. Populus terræ calumniando calumniati sunt, & prædã rapuerunt, pauperem & egenũ oppresserunt, peregrinũ ui opprimentes absq; iudicio. Et quæsiui ex eis uirum qui reficeret sepem, & staret in ruptura coram me pro ipsa terra quo minus uastaretur, at non inueni. [o] Effudi igitur furorem meũ super eos, & in igne excandescentiæ meæ consumpsi eos, uiam eorum rependi in caput eorum, dicit DOMINVS deus.

CAP. XXIII.

Sub allegoria taxat scelera & perfidiam regis Zedechiæ & populi Iudaici.

A ET factus est sermo DOMINI ad me in hanc sententiã, Fili hominis, fuerunt duæ mulieres filiæ unius matris, scortatæ ambæ in Aegypto, in adolescẽtia sua scortationi indulserunt, ubi & ubera eam conquassata sunt, ibiq; contuderunt ubera

[a] Eb. Magna tumultu, hoc est, oĩa plena sunt seditionib.
[b] Eb. Quisq; ad brachiũ suum, hoc est, ius metiuntur robore.
[c] Alij legũt sanctuaria.
[d] Rachil quid sit, uide Leuit. 19.
[e] Scilicet filius, uel quispiam.
[f] Percutere manum uel absterrendo, uel puniendo.
[g] Alij legunt, exhæredabo te, uel tu hæreditate destitueris.
[g] Alij legunt, Tu es hæreduas tuijpsius: alij, Tu prophanaberis.
[h] Scoria recrementum metallorum.
[i] Eb. Congregationem.
[k] Fornax aliàs testa, catinus, ustrina.
[l] Eius, scilicet urbis.
[m] Eam, scilicet urbem, uel regionem.
[n] Vel, uim intulerũt legi meæ, legẽ meam uiolenter tractarũt.
[o] De re futura loquitur in præterito.

Synathrismos seu catalogus scelerum, id per ordinẽ singulos.

Iere. 5. c

Pœnas interim intermiscet.

Allegoria à re metallica.

Allegoria terræ natura.

Status iniciatis & ominatorius.

Digitized by Google

ubera uirginitatis earum. Nomina uero earum Ahola, quæ fuit maior natu, & C
Aholiba soror eius: [a]hæ mihi factæ sunt, & pepererunt filios & filias. Porrò nomina earum Ahola Samaria, Ierusalem Aholiba. Scortata est autem Ahola sub me, deperijtque amatores suos [b]Assyrios uicinos, indutos hyacinthinis, duces & satrapas, delectissimi & expetibiles iuuenes erāt uniuersi, equites qui equis uehuntur. [c]Scortata itaque est cum eis, nempe cū delectissimis omnibus Assyrijs, & cum omnibus quos deperijt, inquinata est in omnibus idolis eorum. Sed & scortationes ab Aegyptijs [receptas] non reliquit, nam illi iacuerūt cum ea in adolescentia eius, hique contuderūt ubera uirginitatis eius, & effuderūt scortationes suas super eam. Idcirco tradidi eam in manum amatorum eius, in manum filiorum Assur, quos deperijt. Hi †retexerūt turpitudinem eius, & acceperunt filios eius & filias eius, & ipsam gladio occiderunt, factumque est [d]nomen mulieribus, & ediderūt in [e]eam iudicia. Et uidit soror eius Aholiba, & corrupit amorē suum plus quàm illa, scortationemque suam plus quàm scortationes sororis suæ. Deperijt filios Assyriorū, duces & satrapas uicinos ornatos [f]holosericis, equites qui equis uehuntur, qui uniuersi sunt delectissimi & expetibiles iuuenes. Et uidi quod esset polluta, & quod uia eadem esset utrisque illis. Hæc adiecit ad fornicationes suas, uidens enim uiros sculptos in pariete, imagines Chaldæorū expressas minio, accinctos baltheo renes suos, [g]cristas [gestātes] tinctas in capitibus suis, aspectus triariorū erat omnibus, & similitudo filiorū Babylonis, quibus natale solum Chaldæa erat: hos deperijt postquàm eos aspexisset oculis suis, misitque legatos ad eos in Chaldæam. Et ingredientes ad eam filij Babylonis in cubile [h]amatorium, polluerunt eam in scortatione sua, & polluens se cum eis, [i]recessit anima eius ab illis. Et reuelata est scortatio eius, ignominiaque eius retecta, & recessit anima mea ab ea, quemadmodum anima mea à sorore eius recesserat. Auxit aūt scortationem suam, memor dierum adolescentiæ suæ quibus scortata erat in terra Aegypti, deperijtque concubitores suos, quorū caro asinorū caro erat, & fluxus seminalis eorum fluxus equorum. Et reuocasti in memoriam ingens scelus adolescentiæ tuæ, dum contusa sunt ubera tua ab Aegyptijs, propter ubera adolescentiæ tuæ. Idcirco ô Aholiba, sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego suscito amatores tuos contra te, à quibus fastidit anima tua, & adducam eos cōtra te per circuitum, nempe filios Babylonis & uniuersos Chaldæos, præfectos, strenuos, munificos, atque omnes filios Assyriorū, cum ipsis iuuenes expetibiles, duces & satrapas uniuersos, [k]heroes triarios & famigeratos, qui uniuersi equis uehuntur. Hi uenient contra te rhedis, curribus, uehiculis, & cum cœtu populorum, circundabunt te lancea, clypeo & galea: dabo corā eis iudicium, & iudicabūt te iudicijs suis. Dabo quoque zelum meum contra te, & agent tecum in furore, nasum tuum & aures tuas abscindēt, cæterique nouissimum tuum gladio: ipsi auferent filios tuos & filias tuas, & nouissimū tuum deuorabitur igne. Expoliabunt te uestimentis tuis, & auferent instrumenta mundi tui. Et cessare faciam scelus tuum ex te, & scortationē tuam de [l]terra Aegypti, ut non eleues oculos tuos ad eos, & Aegypti non recorderis amplius. Quoniā sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego trado te in manū [eorum] quos odisti, à quibus fastidit anima tua. Agent illi tecū in odio, & tollent cunctum laborem tuum, & derelinquent te nudam & ignominia affectā, & retegetur turpitudo scortationis tuæ, & scelus tuum, & scortationes tuę. [m]Facient hæc tibi, quod scortata sis post gentes, & quod polluta sis in idolis eorum. In uia sororis tuę ambulasti, ideo tradidi calicem eius in manum tuam. Sic dicit DOMINVS deus, Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum, (erisque derisui & subsannationi,) admodum capax est. Ebrietate & afflictione repleberis, calicem stuporis & uastationis [bibes,] calicem sororis tuæ Samariæ, bibes eum, & exuges, & testas eius cōminues, atque ubera tua discer

Margin notes:

a Factæ sunt mihi, supple cōiuges, uel meæ factę sunt, ut est Exod. 19.
b Vicini fuerūt Assyrij Samaritis, non loco, sed ingenio & moribus.
c Ebr. Dedit scortatiōes suas super eas electionem filiorum Assur.
Supra 16. c
d Nomen, scilicet infame.
e In eam, id est in Samariam.
f Alij legunt, omnis generis ornatu.
g Seruhe aliquid redundans in capite, ut tiaræ aut mitræ, seu uittæ.
h Alij legunt, amorū seu uberum.
i Verbum hoc à luxatis membris trahitur: alij exponūt, fastidium cepit, nauseam ab eis habuit.
ippoma... s. ...itas per... nam. ...omulga... ...r semen...
k Scholischim triarij sunt seu tristate, uiri heroici, robore corporis, fortitudine animi, & prudentia in rebus agendis præstantes.
l Hoc est, eam fornicationem quā tecum adduxisti è terra Aegypti.
m Quidā passiue exponunt, Hæc fient tibi propter scortationes tuas.

pes, quoniam ego loquutus sum, dicit DOMINVS deus. Propterea sic dicit DOMINVS deus, Eo quod oblita es mei, & proiecisti me post tergum tuum, porta & tu
F quoque nephariũ conatũ tuum, & scortationes tuas. Et dixit DOMINVS ad me, Fili hominis, an non iudicabis Aholam & Aholibã, ut annuncies eis abominationes earum? Nam adulterium commiserunt, & est sanguis in manibus earum, cum idolis suis adulteriũ commiserunt, & etiam filios suos quos mihi genuerant traduxerunt eis in cibum. Quin & hoc fecerunt mihi, polluerunt sanctuarium meum in die illa, atque prophanarunt sabbata mea. Et quũ mactarent filios suos idolis suis, ipsa die uenerunt in sanctuariũ meum, ut prophanarent illud, & ecce sic fecerunt in medio domus meæ. Miserunt præterea ad uiros uenientes de longinquo, ad quos missus legatus, & ecce uenerunt, propter quos lauisti, & illustrasti faciem tuam, & ornasti te ornamento. Sedisti super lecto glorioso, præparataque mensa corã eo, & incensum meum atque oleum meum posuisti super ipsam. Et uox turbæ lætæ in [n]eo cum uiris illis præ multitudine hominũ adductorum [o]Sabæorũ de deserto, qui posuerunt armillas in manibus earum, & coronam de
G coris super capita earum. Et dixi, Cum uetula [aliquando] adulteria commiserunt, nunc & cum illa scortabũtur scortationibus eius, & ingressi sunt ad eam, ut solet ad fœminã meretricem, sic [inquã] ingressi sunt ad Ahalam & Aholibam mulieres sceleratas. Porrò uiri iusti illi iudicabunt eas iudicio adulterarum, atque iudicio effundentiũ sanguinem, quoniam adulteræ sunt, & sanguis est in manibus earũ. Sic enim dicit DOMINVS deus, [p]Adducam contra eas cœtum, & tradam eas in diuexationẽ & in prædam. Et cœtus obruet eas lapidibus, & excindent eas gladijs suis: filios earũ & filias earum interficient, atque domus earũ igni comburent. Et cessare faciam scelus de terra, erudienturque omnes mulieres, ne agant iuxta scelus uestrũ. Dabunt itaque scelus uestrum super uos, & portabitis peccata idolorũ uestrorũ, & scietis quod ego DOMINVS deus.

[n] In eo templo.
[o] Pro Sabæis quidam legunt ebrios. Verba sunt dei, alij aliter legunt, uerba sunt ualde obscura.
[p] Ebraice sunt infinitiui, adducere uel facere ascendere, & dare.

CAP. XXIIII.

Capiendam urbem ostendit allegoria, & ad finem factum quoddam idem portendẽs annectit.

A FActus est sermo DOMINI ad me anno nono, mense decimo, decima mẽsis, dicens, Fili hominis scribe tibi nomen diei, articulũ ipsius diei, [quo] rex Babylonis sese corroborauit contra Ierusalẽ in articulo eius diei. Propone domui rebelli parabolã, & dic ad eos, Sic dicit DOMINVS deus, Pone ollã, pone, & funde etiã aquam in eam: collige in eam frusta eius, omne frustum bonum, fœmur & humerũ, imple [eam] electissimis ossibus: cape & electum pecus, & [a]incende
B ossa subter ollam, feruefac ebullitiones eius, ut scilicet coquãtur ossa ipsius intra ipsam. Propterea sic dicit DOMINVS deus, Væ ciuitati sanguinũ, ollæ cuius [b]spuma in ea est, & cuius spuma nõ exijt ex ea, per frusta eius, [c]per frusta eius eua eua eam, non cecidit super eam sors. Quoniã sanguis eius fuit in medio eius, super limpidissimã petram posuit eum, non effudit eum in terram, ut puluere operiretur. Ad excitandũ furorem, ad ulciscendam uindictam, dedi sanguinem eius super
C limpidissimã petram, ne operiatur. Idcirco sic dicit DOMINVS deus, Væ ciuitati sanguinariæ, ego quoque magnã pyram incendã, multiplicando ligna, succendendo ignem, concoquendo carnem, condiendo condituram, ut & ossa ipsa cõburantur, ponendo [ollam] ipsam super prunas eius uacuam, ut incalescat, & ardore æs eius soluatur, & excoquatur in medio eius immũditia eius, consumaturque [d]spuma eius. Frustra sudatũ est, spuma eius copiosa non exit ex ea, [e]com-
D putruit spuma eius. In immunditia tua destinatum scelus est, quandoquidem te mundaui, at non munda es ab immũditia tua, ultra non mundaberis, [f]quousque quiescere faciã furorem meũ in te. Ego DOMINVS loquutus sum, [g]uenit, & faciam: non retrocedã, non parcam, nec pœnitudine ducar, iuxta uias tuas, & iuxta studia

[a] Alij legũt, instrue ossa subter eam ut pyram.
[b] Rubigo legũt alij.
[c] Hoc est, per uices extrahe, non simul.

Explicatio allegoriæ.

Naum 3. & Habac. 2. &

[d] Alij legũt, rubigo.
[e] Alij legunt, be esch in igne.
[f] Alij legunt, donec reposuero.
[g] Venit, supple tempus.

Digitized by Google

studia tua iudicabunt te, ait DOMINVS deus. Et factus est sermo DOMINI ad
me in hanc sententiã, Fili hominis, ecce ego auferam à te plaga [h]desiderabile ocu
lorum tuorum, tu uero non plãges, neq; plorabis, neq; ueniet lachryma tua. In- B
gemiscendo sile, planctũ [quem solent] pro mortuis ne feceris, [i]ornamentũ tuum
circũliga tibi, calceamenta tua pone in pedibus tuis, ne operias superius labium,
& panem uirorũ ne edas. Loquutus sum itaq; mane ad populum, & mortua est
uxor mea uesperi, mane uero feci quemadmodũ iussus eram. Et dixit ad me po-
pulus, An non indicabis nobis quid hæc [k]nobis quæ tu facis? Et dixi ad eos, Ver
bum DOMINI factum est ad me, dicens, Dic ad domum Israel, Sic dicit DOMI F
NVS deus, Ecce ego prophano sanctuarium meum, gloriationem fortitudinis
uestræ, [l]expetibile oculorũ uestrorum, & id cui parcit anima uestra, sed & filij ue-
stri atq; filiæ uestræ, quos reliquistis, cadent gladio. Et facietis quemadmodũ ego
feci, superius labium non inuoluetis, & panem uirorum non comedetis. Orna-
mentum uestrũ erit in capitibus uestris, calceamenta in pedibus uestris, non plan
getis, neq; plorabitis, sed tabescetis in iniquitatibus uestris, & [m]murmurabitis G
quisq; ad fratrẽ suum. Et erit Ezechiel uobis in portentũ, [ut] iuxta omia quæ ille
fecit, uos quoq; faciatis: quũ hoc uenerit, & scietis quod ego sum DOMINVS deus.
Et tu fili hominis, an non eo die quo tulero ab eis robur eorũ, gaudium decoris
eorum, expetibile oculorũ ipsorum, [n]eleuationem animæ eorum, filios eorũ, atq;
filias eorum, eo die quum uenerit, qui euasit, ad te, ad famam auditam, eo scilicet
die aperietur os tuum cum eo qui euasit, ut loquaris, & non sis ultra mutus, erisq;
eis in portentum? Et scient quia ego DOMINVS.

CAP. XXV.

A quarto capite hactenus uaticinia fuerunt contra Iudaicam gentem, iam incipit & gentibus sua fata prædicere, Ammonitis primum, deinde Moabitis, Idumæis, Palestinis.

ET factus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam A
contra filios Ammon, & uaticinare cõtra eos, dicesq; ad filios Ammon, Au
dite uerbum DOMINI dei, Sic dicit DOMINVS deus, Quandoquidem tu dixi
sti, [a]Haha [b]super sanctuarium meum, quod prophanatum est: & super terram Is-
raelis, quod desolata est: & super domum Iuda, quod in captiuitatem migrauit: idcirco
ecce ego trado te filijs Orientis in possessionem, & inhabitabunt arces suas in te,
& ponent in te habitacula sua, ipsi comedent fructum tuum, atq; hi bibent lac
tuum. Et ponam Rabbath in stabulationem camelorum, atq; filios Ammon in B
accubitũ gregum, & scietis quod ego DOMINVS. Quoniam sic dicit DOMINVS
deus, Eo quod plaudis manu, & pedem extẽdisti, & lætaris ex animo tuo omni con
temptu super terram Israelis, idcirco ecce ego extendi manum meam super te, &
tradam te gentibus in prædã, & excindam te de populis, & perdam te de terris,
delebo te, ut cognoscas quod ego sum DOMINVS deus. Sic dicit DOMINVS
deus, Eo quod dicit Moab & Seir, Ecce domus Iuda est sicut omnes gentes, idcirco
ecce ego [c]aperio humerũ Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus eius [inquam] quę C
sunt ab extremitate eius, inclytam terræ Bethiesimoth, & Baal Meon usq; ad Ki-
riathaim. Vt filios Orientis [accersam] contra Ammonitas, & tradã ipsam [Am
mon] in possessionẽ, ne memoria Ammon sit in gentibus: ita in Moab edam iu-
dicia, & scient quod ego DOMINVS. Sic dicit DOMINVS deus, Eo quod Edom fe
cit, ulciscendo ultionem de domo Iuda, & delinquendo deliquerunt ulciscen-
tes se de eis: idcirco sic dicit DOMINVS deus, Extendam manum meam super
Edom, & excindam ex ea [d]homines & iumenta, ponamq; eam desolationem,
à Theman Dedan usq; gladio cadẽt. Et dabo ultionem meam in Edom per ma- D
num populi mei Israelis, & facient in Edom secundum iram meam, & secũdum
furorem meum, & cognoscent ultionem meam, dicit DOMINVS deus. Sic di
cit DOMINVS deus, Eo quod Palestini in ultione fecerunt, & ulti sunt se ultione

O

[h] Expetibile oculorum prophetæ uxor erat.

[i] Ornamentum dicitur coma, alij mitrã aut uittam intelligunt.

[k] Quid hæc nobis, supple portendant, seu significent.

[l] Loquitur de templo.

[m] Hoc est, premetis dolorem uestrum susurrio quodam, uel compungemini, pœnitemini: alij legũt, ingemiscetis.

[n] Eleuatio animæ ipsorum, res quam quis desiderat, quã auet: alij legũt, onus animarum ipsorum.

Hæ gentes odio quodam Iudæis aduersa patientibus insultarunt.

[a] Haha hæhe interiectio insultãtis, & in fortuniũ opprobrantis.

[b] Vel, uersus.

[c] Humerum aperire, est aditum facere ad firmissima & munitissima loca, ut hostibus pateant, habent enim arces & propugnacula speciem humerorum.

[d] Ebr. Hominem & iumentum.

Digitized by Google

e Eb. Odio seu inimicitia perpetua.
f Facere ultionem et dare ultionem, Latinis auribus ingratũ erit: at sic peccare malui, quàm lõgius ab Ebraica ueritate discedere: dixissem fortè, Egregie ulciscar me de eis.
a Ebr. Confracta est ianuæ populorum, synthesis.

cum contemptu ex animo, ut uastarent [e]inueterato odio: idcirco sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego extendo manum meam super Palestinos, & excindam excisores, perdamq; reliquias littoris maris. Et [f]faciam in eis ultiones magnas cum castigationibus furoris, & scient quia ego DOMINVS quum dedero ultionem meam in eos.

CAP. XXVI.

Vaticinium graue super Tyrum.

A FActum est rursum anno undecimo, prima mensis, factũ est inquam uerbum DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, eo quòd dixit Tyrus de Ierusalẽ, Hæha, [a]confractæ sunt portæ populorũ, conuersa est ad me, implebor, uastata est, idcirco sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego contra te Tyre, adducamq; contra te gentes multas, perinde ac si adduceretur mare cum fluctibus suis. Et demolientur muros Tyri, & diruent turres eius, & abradã puluerem eius ab ea, ponamq; eam in limpidissimã petram. Expansio sagenarũ erit in medio maris, quoniam ego loquutus sum, dicit DOMINVS deus, patebitq; prædę gentibus. Et [b]filię eius quę sunt in agro percutientur gladio, & scient quia ego DOMINVS. Quoniã sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego adduco cõtra Tyrũ Nabuchodonosorem regem Babylonis ab Aquilone, regem regũ, cum equis, curribus, equitibus, cœtũ & populum

b Filiæ sunt regna aut oppida subiecta Tyrijs.

B ingentem. Filias tuas quæ in agro sunt occidet gladio, & ponet aduersum te munitionem, fundet contra te aggerem, eriget contra te lanceam, tormentũ feriendi è regione ponet ad muros tuos, & demolietur turres tuas telis suis. Propter abundantiam equorũ eius operiet te puluis eorum, à strepitu equitum, rotarũ atq; curruum cõcutientur muri tui: quum ipse ingressus fuerit portas tuas, erit ingressus quemadmodũ in urbem diruptam. Vngulis equorũ suorum conculcabit omnes plateas tuas, populum tuum gladio occidet, & statuas roboris tui deijciet in terram. Et spoliabunt opes tuas, & diripient merces tuas, diruent muros tuos, & domus tuas amœniores demolientur, lapides tuos atq; ligna tua & puluerem tuum

C ponent in medio aquarum. †Et cessare faciam strepitum canticorum tuorum, atq; uocem cithararũ tuarum, ut non audiatur ultra. Redigam deniq; te in limpidam petram, & eris expansio sagenarũ: non ædificaberis ultra, quia ego DOMINVS loquutus sum, ait DOMINVS deus. Sic dicit DOMINVS deus Tyro, An non à fragore ruinæ tuæ, dum ingemiscit uulneratus, in occidendo occidionem in medio tui cõmouebuntur insulæ? Descendẽt de solijs suis cũcti principes maris, & auferent paludamenta sua, exuent uestes picturatas, induenturq; horroribus, sedebunt super terrã, & pauebunt ad subitos [istos casus,] obstupescentq; super te. Idcirco tollent de te lamentũ, & dicent [c]tibi, Quomodo perijt [d]habitata à maribus, ciuitas celeberrima, quæ fuit fortis in mari, ipsa & inhabitatores eius, q

† Ierem. 7. g

c Tibi, id est, de te.
d Quidam legũt, habitata à diebus.
e Id est, ad eos qui iã olim mortui sunt.
f Eb. Vt nõ habites, scilicet in loco tuo.
g Alij legunt, nõ dabo, repetẽtes lo per zeugma hoc sensu, Non reddã te ornamentum in terra uiuentiũ. Sunt qui legunt, quum dedero ornamentum in terra uiuẽtium, ponam te terrores: uel, ut alij uolunt, labores, defatigationes.

D dederunt formidines suas omnibus habitatoribus in ea? Nunc pauebũt insulæ à die ruinæ tuæ, terrebuntur inquam insulæ quæ sunt in mari ab exitu tuo. Quoniam sic dixit DOMINVS deus, Quũ posuero te ciuitatem desolatã, sicut urbes quæ non habitantur: quũ adduxero super te abyssum, & operuerint te aquę multæ, deponã te cum his qui descendunt in foueam ad [e]populum sæculi, & ponam te in terrã inferiorem quemadmodũ solitudines perpetuas, cum descendentibus in lacum, adeo, ut amplius [f]non habiteris, & [g]dabo inclytam in terram uiuentium. Terrores ponam te, & non eris: requireris, & non inuenieris amplius usq; in sæculum, dicit DOMINVS deus.

CAP. XXVII.

Cohærent sequentia cum superioribus, eadem enim dicit, sed sub alia allegoria.

A ET factum est uerbũ DOMINI ad me, dicens, Et tu fili hominis, sume lamentum super Tyrũ, dicesq; ad Tyrũ, Quæ sedes ad transitus maris, negotiatrix cum populis ad multas insulas, sic dixit DOMINVS deus, Tyre tu dixisti, Ego absoluta sum pulchritudine, in [a]medio mariũ sunt termini tui, & qui ædificarũt, absol-

Tantã fiduciam in munitiones & opes suas.

a Ebr. In corde marium.

Digitized by Google

absoluerunt pulchritudinem tuam. Abietibus de Senir ædificarunt tibi omnia transtra, cedrũ de Libano tulerunt ut facerent malum in te. Ex quercubus de Basan fecerunt remos tuos, & tabulas tuas fecerunt ex ebore, [b]fori tui ex insulis Kithim. Byssus uariegatus ex Aegypto fuit expansio tua, ut esset tibi uelum: hyacinthus & purpura de insulis Elisa fuit operimentũ tuum. Habitatores Zidonis & Aruad fuerũt remiges tui, sapientes tui ô Tyre qui fuerunt in te, ipsi naucleri tui. Seniores Gebal & sapientes eius fuerunt in te instaurãtes fissuras tuas, omnes naues maris cum nautis suis fuerũt in te ad negotiandũ negotiationem tuam. Persa, Lydus, & Afer fuerunt in exercitu tuo, uiri bello strenui clypeũ & galeam suspenderunt in te, hi [c]auxerunt splendorẽ tuum. Filij Aruad & exercitus tuus in muris tuis per ambitũ, & Pigmei fuerunt in turribus tuis, qui suspendentes pharetras suas in muris tuis per circuitũ perfecerunt pulchritudinem tuam. [D]Tharsis fuit negotiatrix tua propter copiam omnium diuitiarũ, [e]in argento, ferro, plumbo albo, & plumbo nigro [quæ] reposuerũt in emporio tuo. Iauan, Thubal, & Mæsech ipsi [f]mercatores tui in anima hominis, & uasis æreis dederunt negotiationem tuam. De domo Thogarma equos & equites ac mulos dederunt negotiationẽ tuam. Filij Dedan fuerunt mercatores tui, & insulæ multæ negotiantur [g]tecum, cornua, [h]ebur & [i]Habanim munera tibi attulerũt. Syria quoq; fuit in negotiatione tua, propter multitudinẽ operum suorum [k]smaragdo, purpura, acupictis, bysso, corallo & carbunculo, [quæ] dederunt in emporium tuum. Sed & Iuda & terra Israelis fuerũt mercatores tui, tritico Minith, balsamo, melle, oleo & resina quæ dederũt ad negotiationẽ tuam. Damascus quoq; negotiatur tecum propter multitudinẽ operum tuorum, & propter copiam opũ, in uino Helbon, & lana candida. Dan & Iauan subinde [l]conuehũt in emporiũ tuum, ferrum factum, [m]cassia & calamus fuit in negotiatione tua. Dedan mercatrix tua uestibus quæ nobilitati [conueniunt] ad [n]uẽcturã. Arabs & cuncti principes Kedar ipsi negotiatores manus tuæ, agnis, arietibus & hircis in his inquã negotiatores tui. Mercatores Sabæi & Raema fuerũt negotiatores tui in præstãtissimis omnis generis odoribus, & in omni lapide pretioso, deinde & aurũ reposuerunt in emporio tuo. Haran, & Kanne, & Eden, mercatores Sabæi, Assyrij [o]Kilmad in mercatione tua. Ipsi mercatores tui in omnis generis [mercibus] inuolucris hyacinthinis ac picturatis scrinijs thesaurorũ pretiosorũ, quæ funibus ligatæ erant, & [p]cedrinis in negotiatione tua. Naues Tharsis [q]præcipuæ fuerũt in mercatu tuo, impleta es & uehementer gloriosa facta in corde maris. In aquas multas induxerũt te [r]remiges tui, uentus orientalis contriuit te in corde mariũ. Thesauri tui & emporia tua, negotiatio tua. nautæ tuæ & gubernatores tui, cõcinnatores tui, & qui commutant cõmutationem tuam, & omnes milites qui in te sunt, & omnis multitudo tua quæ est in medio tui cadent in medio maris eo die quo tu corruis. Ad uocem clamoris nautarum tuorum commouebuntur suburbia, descendentq; ex nauibus suis omnes remiges, nautæ, & cuncti gubernatores maris super terram stabunt. Et resonabunt super te uoce sua, & amare clamabunt, imponentes puluerem capitibus suis uolutabuntur in cinere. Et calui reddentur propter te inducto caluitio, accingent se saccis, & flebunt super te in amaritudine animæ planctu amaro. Et [s]sument propter te filij eorum lamentationem, & lamentabuntur super te, Quæ urbs sic [t]consopita est in medio mari sicut Tyrus? Quum exirent merces tuæ de æquoribus, satiasti populos multos, multitudine opum tuarũ atq; mercium tuarum locupletasti reges terræ. [u]Tempus quo fracta es à maribus, in profunditatibus aquarum merces tuæ, & omnis multitudo in medio tui ceciderunt. Cuncti habitatores insularum obstupuerunt super te, & reges earum horrore horruerunt, atq; uultu turbati. Negotiatores in populis [x]sibilarunt

Hactenus amplitudinem, opes, arrogãtiam Tyri descripsit. Sequitur nũc naufragium.

B C D E F G

[b] Alij legunt, Assyrij, alij prætoriola.
[c] Ebr. Ipsi dederunt gloriam tuam.
[D] Tharsis uidetur poni pro mari Mediterraneo.
[e] Ebræi ablatiuis merciũ præpositionem in adponũt, q̃d Latinis nõ adeo frequens est, sed Germanis, Der trybt kauffmanschatz in ysen, uel, mit ysen.
[f] Mercatores in anima hominis qui uendunt mancipia.
[g] Ebr. Negotiatio manus tuæ.
[h] Alij coniunctim legunt, cornua eburnea.
[i] Habanim reliqui. Quidã enim Hebenum lignum intelligunt, quidam pauones.
[k] Alij pro smaragdo carbunculum interpretantur, pro corallio margaritas, pro carbũculo uniones.
[l] Alij legunt, adductus.
[m] Pro cassia alij gingiber legunt.
[n] Seu ad equitatum, ut sunt phaleræ, & huiusmodi.
[o] Alij Kilmad appellatiue legunt, ueluti assueti.
[p] Supple lignis.
[q] Alij legũt, schadothaich, naues Tharsis arua tua.
[r] Alij legũt, osores, deprædatores, hostes.
[s] Alij legunt, Et sument hi in luctu aut lamento lamentationem propter te, sed uidetur de posteris loqui.
[t] Vel sic, Quæ urbs similis Tyro, sicut domita in medio mari.
[u] Supple uenit.
[x] Sibilus aliquando stuporẽ, aliquando irrisionẽ habet.

Digitized by Google

super te, terror facta es, & nusquam in sæculum. CAP. XXVIII.

Sermo minax contra principem Tyri, & prophetia super Zidonem, ad finem lætio ra Israeli promittit.

A FActum est aūt uerbū DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, dic principi Ty-
ri, Sic dicit DOMINVS deus, Eo ꝙ elatum est cor tuum, [a]dixistiq;, Deus ego
sum, in throno dei sedi in medio mariū, quum tu homo sis, & non deus, tribuisti
autem tibi cor dei. Ecce tu Daniele es sapientior, nihil tam abstrusum quod te la
teat. In sapientia tua & in intelligentia tua [b]parasti tibi diuitias, & adquisiuisti au
rum & argentū in thesauros tuos. In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatio
B ne tua auxisti opes tuas, eleuatumq; est cor tuum in diuitijs tuis. Idcirco sic dicit
DOMINVS deus, Eo ꝙ tribuisti cor tuum sicut cor dei, propterea ecce ego addu
co super te alienos, [c]tyrannos [scilicet] gentiū, qui distringent gladios suos super
pulchritudinem sapientiæ tuæ, & contaminabunt pulchritudinem tuam. In fo-
ueam deijcient te, & morieris mortibus interfectorū in corde marium. Num &
tum quum fueris corā interfectore tuo, dicendo dices, Deus ego sum, quū sis ho-
C mo & non deus, in manu interficientiū te? Mortibus incircuncisorum morieris
per manum alienorū, quoniam ego loquutus sum, dicit DOMINVS deus. Et fa
ctum est uerbū DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, sume lamentationē super
regem Tyri, & dic ei, Sic dicit DOMINVS deus, Tu es omnibus numeris absolu
tum [d]exemplar, plenus sapientia, consummata pulchritudine. In delitijs horto
dei fuisti, omnis lapis pretiosus umbraculum tuum, Sardius, Topasius, Adamas,
D [e]Hyacinthus, Onyx, Iaspis, Sapphirus, Carbunculus, Smaragdus & aurū, opus
tympanorū tuorum atq; fistularū tuarū in te præparata sunt in die quo creareris.
Tu Cherub [f]inunctus obtegens, & posui te, in monte sancto dei fuisti, in medio
lapidum ignitorū deambulasti. Perfectus es tu in uijs tuis, à die quo creatus es, do
nec inuenta est in te iniquitas. Propter abundantiam negotiationis tuæ impleue
runt mediū tui uiolentia, & peccasti, quapropter prophanaui te de monte dei, &
E perdidi te ô Cherub obtegens de medio ignitorū lapidum. Elatū est cor tuum in
pulchritudine tua, corrupisti sapientiā tuam in splendore tuo, ideó ad terrā adfli-
xi te, ante reges posui te, ut contemplentur te. Propter multitudinē iniquitatū tua
rum, propter peruersitatem negotiationis tuæ prophanasti sanctuaria tua, & edu
xi ignem è [g]medio tui, qui deuoret te, & posui te cinerem super terrā in conspe
ctu omniū aspicientium te. Omnes qui te nouerūt in populis, obstupuerunt su-
F per te, terror fuisti [eis,] & tu non eris in sæculum. Et factū est uerbum DOMI
NI ad me, dicēs, Fili hominis, pone faciem tuam contra Zidonem, & uaticinare
super eam, dicesq;, Sic ait DOMINVS deus, Ecce ego cōtra te, ô Zidon, & glori-
ficabor in medio tui, & scient ꝙ ego sum DOMINVS deus, quū fecero in ea iu-
dicia, & sanctificatus fuero in ea. Mittā in eam pestē, & sanguinē in plateas eius,
& corruet in medio eius uulneratus, gladio cōtra eam [uenient] circunquaq;, &
G scient quia ego DOMINVS. Et nō erit ultra domui Israelis [h]sentis pungens, &
& spina dolorem inferens ex omnibus qui sunt per circuitū eorū, & habent eos
contēptui, scientq; quia ego DOMINVS deus. Sic dicit DOMINVS deus, Quū
congregauero domū Israelis de populis inter quos dispersi sunt, & sanctificatus
fuero in eis corā oculis gentiū, habitauerintq; super terram suam quam ego dedi
seruo meo Iacob, habitabūt in ea secure, & ædificabunt domos, plantabuntq; ui-
neas, & sedebūt in tuto, me faciente iudicia, in omnibus qui aduersantur eis per
circuitū eorū, & scient quia ego DOMINVS deus eorum. CAP. XXIX.

Quædam orationes deinceps contra Aegyptum.

A ANno decimo, [mēse] decimo, duodecima mēsis, factus est sermo DOMINI
ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam uersus Pharaonē regem Ae
gypti,

Illa omnia per ironiam dicta sunt, uel quod rex sibi talia adscribebat ac arrogaret.
[a] Dicere pro cogitare, nā nemo hoc manifeste dicit, Ego sum deus, sed cogitationib. sibi tribuit.
[b] Eb. Fecisti, nam & Latini dicūt rem facere.
[c] Hoc est, optimos & fortissimos bellatores, qui sunt in gētibus, scilicet Babylonios.
[d] Alij qui legūt tachnith, exponunt, Tu es signaculum præparationis: alij, obsignato summam.
[e] Pro Hyacintho alij legunt Chrysolitus. Ebr. Tharsis colore ceruleo.
[f] Alij legunt, extensus.
[g] Hoc est, è regia uel regione aut urbe.
Prophetia super Zidonem.
[h] Alij legūt, Sudes lignum præacutum.

Potest apti ad omnes principes arrogantes & nimiū sibi fidentes adeoq; ad principē tenebrarum. Primum crimen arrogantia. Daniel.

Digitized by Google

gypti, & uaticinare contra eum & contra uniuersam Aegyptum, loquere & dic, Sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego cõtra te Pharao rex Aegypti draco magne, recubantem in medio fluuiorum suorum, qui dixit, [a]Meus est fluuius, et ego feci mihi. Ego ponam hamos in maxillas tuas, & efficiam ut hæreant pisces fluminum tuorum in squamis tuis, & extraham te de medio fluuiorum tuorum, atq; omnes pisces fluuiorum tuorum adhærebunt squamis tuis. Et excutiam te in B
desertum, te & omnes pisces fluuiorum tuorum, cadesq; in superficie campi, & non colligeris neq; congregaberis, eris bestijs terræ & uolucribus cœli cibus, & scient omnes habitatores Aegypti quia ego DOMINVS, eo quod [b]ipsi fuerunt fulcrum arundineum domui Israelis. Quum illi te apprehenderint manu tua, confringeris, & diffindes eis omnem humerum: & quũ innixi fuerint tibi, confringeris: [c]num ergo omnes lumbos eorum firmabis? Idcirco sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego adduco super te gladium, & excindam ex te hominem & iumentum. Eritq; terra Aegypti in stuporem & desolationem, & cognoscent quia ego DOMINVS. Quandoquidem dixit, Fluuius meus est, & ego feci, idcirco ecce ego contra te, & contra fluuios tuos, & tradam terram Aegypti in desolationes, in uastitatem, & stuporem, à Magdalo, Sienem, usq; ad terminum Aethiopiæ. Non trãsibit per eam pes hominis, neq; pes iumenti transibit per eam, C
nec [d]habitabitur quadraginta annis. Et reddam terram Aegypti, ut stupori sit futura inter terras uastatas: & ciuitates eius, ut sint inter ciuitates uastas squalidæ quadraginta annis, spargamq; Aegyptios inter gentes, & dispergã eos in terras. Quoniam sic dicit DOMINVS deus, A fine quadraginta annorũ colligam Aegyptios de populis inter quos dispersi sunt. Et reducam [e]captiuitatem Aegypti, & efficiam ut redeant in terram Pathros, in terram [f]quam incoluerunt, eruntq; isthic regnum humile. Præ [cæteris] regnis erit humile, nec eleuabit se ultra super gentes, imminuam enim eos ne dominentur gentibus. Non *erit ultra domui Israelis asylum, [sed] submonitor iniquitatis, dum respexerint post eos, & cognoscent quod ego DOMINVS deus. Factum est uicesimoseptimo anno, D
primo [mense,] prima mensis, ut fieret uerbũ DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis fecit seruire exercitũ suum magno [g]labore ad Tyrum, omne caput caluum est redditũ, & omnis humerus detritus est, merces autẽ non fuit ei [reddita,] neq; exercitui eius de Tyro pro ministerio quo mihi ministrarũt ad eam: idcirco sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego do Nabuchodonosori regi Babylonis terram Aegypti, & auferet multitudinem eius, diripiet spolia eius, & depredabitur prædã eius, & erit merces exercitui eius. Pro opere quo mihi ministrauit in [h]ea, dedi ei terram Aegypti, eo q; mihi fecerũt, dicit DOMINVS deus. In die illa faciã germinare cornu domui Israelis, et tibi dabo [i]apertionẽ oris in medio eorũ, & scient quia ego DOMINVS.

CAP. XXX.

Contra Aegyptum prophetia, & contra omnes qui eo fidunt.

ET factum est uerbum DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, uaticinare & A
dic, Sic dicit DOMINVS deus, Vlulate uæ diei, quia prope est dies, prope inquam est dies DOMINI, dies nubilosus tempus gentiũ erit. Venietq; gladius in Aegyptũ, & erit pauor in [a]Aethiopia, quum ceciderit saucius in Aegypto, & acceperint multitudinem eius, euersaq; fuerint fundamenta eius. Kusch, Phut, & Lud, & †omne promiscuum uulgus, & [b]Chub, & filij [c]terræ fœderis cadent cum eis gladio. Sic dicit DOMINVS, Cadent qui fulciunt Aegyptum, & de- B
scendet fastus fortitudinis eius à turre Seuene, cadent in ea gladio, dicit DOMINVS deus. Et desolabuntur in medio terrarum uastatarum, atq; ciuitates eius erunt in medio ciuitatum desolatarũ. Et scient quia ego DOMINVS, quũ dedero ignem in Aegyptũ, & contriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa

Taxatur autem arrogantia et insolentia.

Aliud crimen taxatur, quod asserent Iudæos uana spe, ut ipsis eiecto deo, niterentur.

[a] Ebr. Mihi fluuius meus, et ego feci me uel mihi.

[b] Alij legunt in secũda persona, eo quod tu fuisti eis, est infinitiuus cum affixo.

[c] Ac si diceret, nini me: alij per ironiam legunt, alij purãt he ad uerbum hiffil pertinere, & sic legunt, tu statues eos in omnes lumbos eorum, ut te fracto, cogantur in lumbis subsistere.

[d] Eb. Nõ sedebit: heterosis, neutrale pro passiuo, quod frequens est Ebræis.

[e] Captiuitas pro captiuis.

[f] Natale solũ eorũ, terram uenæ aut scaturiginis suæ.

* Scilicet Aegyptus.

Expẽdat Lector, nũ mendum sit pro decimo septimo.

[g] Ebr. Seruitute magna.

[h] In ea, hoc est, in Tyro demoliendæ.

[i] Hoc est, dabo tibi parrhisiã loquendi.

[a] Ebr. Chus.

† Pro ꝓmiscuo uulgo potest legi Mixtitij, uel occidẽtales homines.

[b] Chub Arabes putãt: fortasse sunt q̃s Ptolemæus Cobios uocat

[c] Hoc est, qui cũ hac terra foedus inierũt.

Digitized by Google

C egredientur nuncij à facie mea in nauibus ad terrendum Aethiopiam quæ secura
est, eritq; pauor in eis [d] secundum diem Aegypti, quoniam ecce uenit. Sic dicit
DOMINVS deus, Ego efficiam ut cesset strepitus Aegypti per manum Nabucho
donosoris regis Babylonis, ipse et populus eius cum eo qui [e] grassantur inter gen
tes, adducentur ut perdant terram, & distringent gladios suos super Aegyptum,
implebuntq; terram [f] interfectis. Et reddam flumina eius sicca, & uendam terram
in manum malorum, & uastabo terram & [g] quidquid in ea est per manum alie
D norum: ego DOMINVS loquutus sum. Sic dicit DOMINVS deus, Ego per
dam idola, et efficiam ut cessent simulachra à Noph, et princeps qui sit de terra Ae Zach. 13.
gypti non erit ultra, immittamq; timorem in terram Aegypti. Et uastabo Pathe
ros, immittamq; ignem in Zoan, & faciam iudicia in No. Effundam furorem
meum contra [h] Sin, [quæ est] robur Aegypti, & excindam tumultum No. Et inij
E ciam ignem in Aegyptum, infirmando [i] infirmabitur Sin. No dissecabitur, [k] an
gustiæ [erunt] Noph interdiu. Iuuenes delecti Auen & Phibeseth cadent gla
dio, & [l] ipsæ in captiuitatē abibunt. Porrò in Taphnes obtenebrescet dies, quum
ego isthic confregerò [m] uectes Aegypti, cessabitq; fastus roboris eius in ea, nubes
operiet eam, & filiæ eius in captiuitatem abibunt. Faciamq; iudicia in Aegypto,
& scient quia ego DOMINVS. Factum est præterea in undecimo anno [men
se] primo, septima mensis, ut fieret uerbum DOMINI ad me in hanc sententiam,
F Fili hominis, brachium Pharaonis regis Aegypti confregi, & ecce non est liga
tum, ut detur medela, & apponatur fascia ad obligandum illud, ad firmandum il
lud ut gladium teneat. Propterea sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego cōtra Pha
raonem regem Aegypti, & confringam brachium eius quod robustum est, sed et
confractum, & deijciam gladium è manu eius. Et disijciam Aegyptios inter gen
G tes, & dispergam eos in nationes. Et roborabo brachia regis Babylonij, & da
bo gladium meum in manum eius, conteramq; brachia Pharaonis, & is [n] inge
miscet coram eo quemadmodum solent saucij. Ego roborabo brachia regis
Babylonij, brachia autem Pharaonis concident, scientq; quia ego DOMINVS,
quum dedero gladium meum in manum regis Babylonij, & is incutiet eum in
terram Aegypti. Et disijciam Aegyptios inter gentes, dispergamq; eos in natio
nes, & scient quod ego DOMINVS. CAP. XXXI.

Eiusdem argumenti cum superioribus oratio, destruendam esse Aegyptum.

A FActū est in undecimo anno, [mense] tertio, in prima mēsis, ut fieret uerbum
DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, dic ad Pharaonem regem Aegypti, et
ad copias eius, Cui similis es in magnificentia tua? Ecce Assur [similis erat] cedro
in Libano, quæ ramis pulchra est, nemore umbram faciens, alta statura, cuius ca
cumen inter condensa [arborum.] Aquæ [a] nutriuerant eam, abyssus extulit eam,
& flumina eius circuierunt plantationem eius, & riuulos suos misit ad omnia li
B gna campi. Hinc statura eius elata est præ omnibus arboribus campi, & multipli
cati sunt rami eius, & prolongati sunt frondes eius, propter aquas multas quas
ipsa misit. In ramis eius nidos fecerunt omnes uolucres cœli, & sub frondibus
eius pepererunt cunctæ bestiæ agri, atq; sub umbra eius sederunt omnes gentes
magnæ. Pulchra itaq; facta est in magnitudine sua, in extensione ramorum suo
rum, quoniam radix eius fuit ad aquas multas. Cedri in hortis dei non [c] obscura
C runt eam, nec abietes similes sunt ei, nec castaneæ fuerunt sicut frondes eius, &
præterea nulla arbor in hortis dei illi similis fuit in pulchritudine sua. Pulchram
feci eam multitudine ramorum eius, æmulataq; sunt eam omnia ligna [d] delicata
D quæ sunt in hortis dei. Idcirco sic dicit DOMINVS deus, *Quādoquidē exalta
tus es statura, & posuit fastigiū inter condēsa, & eleuatū est cor eius in exaltatiōe
sua, tradā eum in manū fortissimæ gētis, quæ omnino faciet ei [e] iuxta impietatem
suam,

[d] Hoc est, eodem mo do puniuntur ut Aegyptij, uel suo etiam tēpore ut Aegyptus.
[e] Vel, tyranni gentium.
[f] Ebr. Interfecto uel saucio, numerus pro numero.
[g] Ebr. Et plenitudinem eius.
[h] Sais uidetur esse, uel Pelusium.
[i] Alij legunt, dolēdo dolebit.
[k] Vel, quotidianæ angustiæ erunt in Noph.
[l] ipsæ, scilicet urbes: uel, ut alij uolūt, mulieres.
[m] Vectes, hoc est, iuga.
[n] Eb. Gemitibus interfecti.
[a] Ebr. Magnā fecerant eam.
Perpetua allegoria utitur hoc capite, arguens contra Aegyptium à comparatione, Si Assyrius rex non potuit impetum Babylōij ferre, quū tamē esset potentissimus, quanto minus tu. Perstringit interim superbiam & arrogantiam Assyrij.
[b] Ipsa alij de abysso, alij de arbore intelligunt.
[c] Quidam sic legūt, Cedri non obscurarunt eam, in hortis dei abietes non fuerunt similes.
[d] Alij Eden propriū relinquunt.
* Cœperat secunda persona alloqui Assyrium, mox mutat personā in tertiam, quod frequēs est prophetis.
[e] Alij legūt, propter impietatem suam eiece eum.

Iam aperit allegoriam, & eam Assyrio applicat. Pœnam [illegible]natur.

Digitized by Google

suam, me eijciente eum. Et exciderunt eum alieni tyranni gentium, atq; strauerunt eum in montibus, & in omnibus uallibus ceciderũt rami eius, & confractæ sunt frondes eius iuxta omnes torrentes terræ, descenderũtq; de umbra eius cuncti populi terræ, & reliquerunt eum. Super ruina eius requiescebant omnia uolatilia cœli, & super ramos eius fuerũt omnes bestiæ agri. Idcirco ne se efferant E
statura sua cunctæ arbores aquarũ, nec proferant cacumen suum inter condensa, neq; stent super illas in sublimitate sua cuncta quæ bibunt aquam, quoniam omnes illi traditi sunt in mortem, ad terram inferiorem in medio filiorum hominũ, ad eos qui descendũt in foueam. Sic dicit DOMINVS deus, Eo die quo descendit ad inferos, luctũ indixi, operui super eum abyssum, & prohibui flumina eius, & prohibitæ sunt aquæ multæ. Attratum reddidi propter eum Libanum, & om- F
nes arbores campi propter eum exanimatæ sunt. A fragore ruinæ eius cõmoui gentes, quũ deijcerem eos ad inferos cum his qui descendunt in foueam, & consolationem acceperunt in terra inferiori omnes arbores delitiatiores, electæ et bonæ Libani, omnes quæ hauriunt aquam, sed & ipsi descenderunt cum eo ad infe- G
ros, ad interfectos gladio, qui sub umbra brachij eius sederunt in medio gentium. Cui sic similis es in gloria & magnificentia inter arbores delicatas, deijcieris cum arboribus delicatis in terram inferiorem, inter incircuncisos dormies cum interfectis gladio. [f] Hic est Pharao & uniuersus strepitus eius, dicit DOMINVS deus.

Apte iã & nõ obscure ad Pharaonem trãsit, docens illũ ueniturũ nõ secus ac Assyrium.

[f] Hic est Pharao, hoc est, Hic est exitus Pharaõis, & omnis splendoris & fastus eius.

CAPVT XXXII.

Alius sermo contra Pharaonem regem Aegypti & populũ eius, eiusdem argumenti cum prioribus, immutata nonnihil orationis figura.

ET factum est duodecimo anno, duodecimo mense, prima mensis, ut fieret A
uerbum DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, sume lamentationem super Pharaonem regem Aegypti, & dic ad eum, Leunculo gentium assimilatus es, & es ueluti draco in æquoribus, qui lasciuisti in fluminibus tuis, turbasti aquas pedibus tuis, & calcasti flumina earũ. Sic dixit DOMINVS deus, Ego expandam super te rete meum, in congregatione populorum multorum, qui te [a] propellent in sagenam meam, & † eijciam te in terrã, atq; mittam te in superficie campi, efficiamq; ut super te sedeant omnes uolucres cœli, satiaboq; de te bestias uniuersæ terræ. Ponam insuper carnem tuam super montes, & explebo ualles altitudine tua. † Inebriabo terram cruore sanguinis tui usq; ad montes, & uoragines im- B
plebuntur de te. Obtegam cœlos in extinctione tui, & obfuscabo stellas eorum, solem obducam nubibus, & luna non lucebit lumine suo. Omnia luminaria lucentia in cœlis obfuscabo super te, & dabo tenebras super terram tuam, dicit DOMINVS deus. Commouebo cor populorum multorum, quum induxero contritionem tuam in gentibus super terras quas tu non nouisti. Obstupefaciam super te populos multos, & reges eorum horrore quodam super te horrescent, quũ uolare faciam gladiũ meũ super facies eorum, & pauebunt * per singula momenta, quisq; [b] ex animo, in die ruinæ tuæ. Quia sic dicit DOMI- C
NVS deus, Gladius regis Babylonij ueniet super te, per gladios heroum prosternam copias tuas, grassatores [ex] gentibus sunt uniuersi ipsi, qui deuastabunt fastum Aegypti, & [c] exterminabitur omnis strepitus eius. Perdam & omnia iumenta eius ab aquis multis, nec turbabit eas pes hominis ultra, neq; ungulæ iumentorum conturbabũt eas. Tunc [d] limpidas reddam aquas eorum, & flumina eorum fluere faciam ut oleum, dicit DOMINVS deus. Quum [scilicet] tradidero terram Aegypti desolatã, & uastata fuerit terra à [e] plenitudine sua, quum percussero omnes qui habitant in ea, & scient quia ego DOMINVS. Hæc est lamentatio qua eam lamentabũtur, filiæ [inquam] gentiũ lamentabuntur eam, Aegyptum & omnem strepitum eius lamentabuntur, dicit DOMINVS deus.

Supra 12.d & 17.f

Esa.13.b Ioel 3.c Matt.24.c

[a] Eb. Facient ascendere.

* Vel subito.

[b] Eb. Quisq; ad animam suam.

[c] Vel, abolebitur omnis multitudo eius.

[d] Alij, tũc absorbebo uel demergam.

[e] Hoc est, cum omnibus quæ sunt in terra.

D Et factum est duodecimo anno, quintodecimo [die] mensis, ut fieret sermo DOMINI ad me dicens, Fili hominis, plange super multitudinem Aegypti, & deijce eam & filias magnificarum gentium, ad terram inferorum cum his qui descendunt in foueam. Quo nam pulchrior es tu? descende & iace cum incircuncisis. In medio interfectorũ gladio [f] cadent, gladio tradita est, detrahite igitur [g] eam, & omnes copias eius. Loquentur cum eo fortiores quique de medio inferorum cum auxiliaribus eius, qui descenderunt, & dormierunt incircuncisi cum interfectis gladio. Ibi est Assur & omnis congregatio eius, per circuitum sunt sepulchra eius, omnes hi interfecti gladio qui corruerunt gladio, quorum sepulchra posita sunt in lateribus laci. Fuitque congregatio eius per circuitũ sepulturę eius, omnes ipsi occisi corruerunt gladio, qui dederunt terrorem in terra uiuentium. Ibi Elam & omnes copiæ eius per circuitum sepulturæ eius, omnes ipsi interfecti corruerunt gladio, qui descenderunt incircuncisi in terram inferorũ, quique dederunt terrorem suum in terra uiuentiũ, & portauerunt ignominiam suam cum descendentibus in foueam. In medio interfectorum posuerunt ei lectum pro omni multitudine eius, per circuitum eius sepuchra eius: omnes ipsi incircuncisi & interfecti gladio, quoniam datus est terror eorum in terra uiuentium, & portauerunt ignominiam suam cum descendentibus in foueam, in medio interfectorum positus est. Ibi Mæsech, Thubal, & omnis multitudo eius, per circuitum eius sepulchra eius, qui omnes sunt incircuncisi interfecti gladio, quoniam posuerunt terrorem suum in terra uiuentium. Non autem iacebunt cum heroibus, qui ex incircuncisis ceciderunt, & qui descenderũt ad inferos cum armis suis bellicis, posueruntque gladios suos sub capitibus suis, & fuit iniquitas eorum super ossa eorum, quoniam terror heroum in terra uiuentium. Et tu in medio incircuncisorum confringeris, & dormies cum interfectis gladio. Ibi Edom, reges eius & cuncti principes eius, qui positi sunt cum fortitudine sua inter occisos gladio, ipsi cum incircuncisis iacebunt, & cum his qui descenderunt in foueam. Ibi duces Aquilonis, ipsi omnes & omnes Zidonij, qui descenderunt cum interfectis, cum formidine sua à fortitudine sua pudefacti. Iacuerunt autem incircuncisi cum interfectis gladio, & portauerunt ignominiã suam cum his qui descenderunt in foueam. Hos uidebit Pharao, & consolabitur se super uniuersa multitudine sua, qui interfecti sunt gladio, Pharao inquam & cunctus exercitus eius, dicit DOMINVS deus. Quoniã dedi formidinem meam in terra uiuentium, & [h] ponetur in medio incircuncisorum cum interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius, dicit DOMINVS deus.

f Supple Aegyptij.
g Eam, scilicet Aegyptum.
h Ebr. Dormire fiet.

CAPVT XXXIII.

Post urbem captam exhortatorius sermo ad pœnitentiam, & præparatio cœlestis Hierosolymæ. De officio episcopi ac prophetæ, quid euenturum his qui in terra reliqui fuerant.

A Rursum factũ est uerbum DOMINI ad me, dicẽs, Fili hominis, Loquere ad filios populi tui, & dic ad eos, Si induxero gladiũ super [a] terrã, & acceperit populus terræ uirum aliquẽ de finibus suis, posueritque eum sibi speculatorem, & is uiderit gladium uenientem super terram, clanxeritque tuba, & monuerit populum diserte, & audiendo audierit uocem tubę, & moneri nolit, ueneritque gladius, & tulerit eum, sanguis eius erit super caput [b] eius. Vocẽ enim tubæ audiuit, nec passus est se moneri, idcirco sanguis eius in eo erit: is aũt qui se moneri passus est, seruabit animam suam. Quod si speculator uiderit gladiũ uenientem, nec clanxerit cornu, & populus diserte non fuerit præmonitus, & uenerit gladius, & abripuerit ex eis animam, talis propter iniquitatẽ suam abreptus est, sed requirã sanguinem eius de manu speculatoris. Et te quidẽ fili hominis, constitui speculatorem domui Israelis, ut audias ex ore meo uerbum, & diserte moneas eos ex me.

Ezech. 3. Ezech. 18.

Supra 3. d

a Ebr. Terra si induxero super eam.
b Hoc est, author mortis sibijpsi erit.

Quum

Quum dixero impio, Impie tu certissime morieris, tu uero nõ fueris loquutus ut diserte moneas impium, [ut discedat] à uia sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, & sanguinem eius de manu tua requirã. Si uero tu diserte monueris impium à uia sua ut ab ea discedat, is aũt à uia sua conuersus non fuerit, ipse in iniquitate sua morietur, tu uero liberasti animã tuam. Tu ergo fili hominis, dic ad domũ Israelis, Sic plane dixistis, Transgressiones nostræ & peccata nostra super C nos [sunt,] atq; in eis tabescimus, quomodo ergo uiueremus? Dic ad eos, † Viuo ego, dicit DOMINVS deus, nõ delector morte impij, quin magis, quũ reuertitur impius à uia sua, & uixerit. Conuertimini, conuertimini de uijs uestris malis: cur enim moreremini domus Israelis? Tu ergo fili hominis, dic ad filios populi tui, Iustitia iusti nõ liberabit eum [c] quo tempore transgressus fuerit, neq; impius impinget in impietate sua, quo tempore conuersus fuerit ab impietate sua: rursus iustus non poterit uiuere in iustitia sua quo tempore peccauerit. Quum ergo iusto dixero, Omnino uiuet, is autẽ confisus de sua iustitia, peruerse fecerit, omnium iustitiarũ suarum nulla erit memoria, sed in peruersitate sua quam perpetrauit morietur. Rursum qum dixero impio, Omnino morieris, & is conuer D sus à peccato suo, fecerit iudiciũ & iustitiam, [nempe] pignus restituerit impius, raptũ reddiderit, in statutis uitæ ambulauerit, ut nihil peruersi faciat, uiuendo uiuet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, nõ commemorabuntur ei, iudicium & iustitiam fecit, ideo certissime uiuet. Dicũt autem filij populi tui, Non est æqua uia domini, quum potius eorũ uia nõ sit æqua. Quum auertit se à iustitia sua, & peruerse egerit, morietur in eis. Impius uero si se auerterit ab impietate sua & fecerit iudicium & iustitiam, in his ipse uiuet. Et dicitis, Nõ est † æqua uia domini, quenq; ex uobis iudicabo secundum uias suas, ô domus Israel. Et factum est [D] duodecimo anno, decimo [mense,] quinta mensis nostræ E transmigrationis, ut ueniret ad me quidam qui euaserat de Ierusalem, dicẽs, Percussa est ciuitas. Et manus DOMINI facta erat super me sub uesperã, priusquã ueniret ille qui euaserat, & aperuerat os meũ, dum ille mane ueniret ad me: aperuerat inquam os meum, nec ultra obmutescebam. Factusq; est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, qui inhabitant deuastata illa loca in terra Israelis, dicentes aiunt, Vnus fuit Abraham, & occupauit terram, & nostrûm multi sunt, nobis data est terra possidenda. Idcirco dic ad eos, Sic dicit DOMINVS deus, F Vos comeditis [e] cũ sanguine, & attollitis oculos uestros ad idola uestra, atq; sanguinem effunditis, & terrã hanc possideretis? Stetistis super gladio uestro, & fecistis abominanda: quisq; uxorẽ proximi sui polluistis, et terram hanc possideretis? Sic igitur dices ad eos, Sic dicit DOMINVS deus, Viuo ego, si [f] nõ qui in locis desolatis sunt, gladio cadent, & qui in superficie campi est, hunc tradam bestiæ ut deuoret eum: qui uero in præsidijs sunt atq; speluncis, peste morientur. Reddam quoq; terram ipsam uastam et desolatam, & cessabit fastus roboris eius: uastabũturq; mõtes Israelis, ut nemo sit qui pertranseat. Et scient quia ego DOMINVS, quum reddidero terram uastam & desolatã propter omnes abominationes quas fecerũt. G Et tu fili hominis, filij populi tui colloquuntur tecũ iuxta parietes, & in ostijs domorum, loquitur alter ad alterũ, quisq; uidelicet ad proximũ suum, dicendo, Venite quæso, & audite, quod nam uerbũ egressum sit à DOMINO. Et ueniunt ad te, [g] quemadmodũ uenire populus [solet,] sedentq; corã te populus meus, & audiũt sermones tuos, quos tamen nõ faciunt, quandoquidem [h] cantiones edunt ore suo, sed post emolumentũ suum uadit cor eorum. Et ecce tu es eis quemadmodũ cantio amatoria quæ pulchre sonat, elegantiq; melodia, audiunt uerba tua, sed ea non faciunt. Quũ uero uenerit illud, ecce enim uenit, tum scient quod propheta fuerit inter eos.

CAPVT XXXIIII.

Occupatio, refricat enim uerba desperatiõ, & adhortatur ad poenitentiam.

Supra 18. g

Supra 18. g

[c] Ebr. In die trãsgressionis suæ.

[D] Alij legunt, undecimo.

[e] Alij legunt, super sanguine. Innixi & freti armis & uiolentia.

[f] Ebraico schemate, si nõ pro certe ponitur & affirmat.

[g] Alij legunt, quasi conuentus populi.

[h] Alij legunt, sibilãt ore suo, illudẽtes scilicet. Tantum fructus reportãt ex uerbo dei, ac si quis suauẽ harmoniam alicuius instrumenti musici audiat. Vel, De te canunt, te laudant, carminibus celebrant.

Digitized by Google

Sermones aliquot de restitutione Israelis, ostenduntur authores illius magni mali. Interim dum mali pastores taxantur, formula boni pastoris indicatur.

A ET factus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, uaticinare contra Ierem.23.a
pastores Israelis, uaticinare, & dices ad eos, [nēpe] ad pastores, Sic dicit DO-
MINVS deus, Væ pastoribus Israelis, qui pauerūt seipsos, an nō gregem pascere
[debēt] pastores? [a] Pingue comeditis, lana induimini, quod crassum est mactatis,

a Alij sic legunt.

gregem non pascitis: debile nō confortastis, ægrotū non sanastis, confractū non
obligastis, propulsum nō reduxistis, & perditum nō quæsiuistis, quin in duritia
& sæuitia dominati estis eis. Et errarunt absq; pastore, fueruntq; cibus omni be-
B stiæ agri, & palantes. Errauit grex meus in omnibus mōtibus, atq; in omni col
le excelso, & in omni superficie terræ dispersus est grex meus, nec est qui quærat
aut requirat. Propterea audite pastores uerbū DOMINI, Viuo ego, dicit DO- Aposiopesis ex indignatione.
MINVS deus, si nō, eo quod oues meæ fuerūt direptioni, & factę sunt oues meæ
cibus omni bestiæ agri, (eo q non esset pastor,) & q pastores mei oues meas nō,
requisiuerunt, sed pastores seipsos pauerunt, oues autē meas non pauerunt. Id-
C circo pastores audite uerbū DOMINI, Sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego con
tra pastores, & requirā oues meas de manu eorū, & faciā eos cessare ne [ultra] pa
scant oues, neq; pastores pascant ultra seipsos, sed eripiā oues meas ex ore eorum,
neq; erūt eis cibus. Quia sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego, ego inquā requi-
ram oues meas, & inuestigabo eas, quemadmodū requirit pastor gregem suum,
quo die fuerit in medio ouium suarum dispersarum, sic requiram oues meas, &
eripiam eas ex omnibus locis in quæ sunt dispersæ, in die nubis & caliginis. Et
educam eas de populis, congregaboq; eas de regionibus, & introducam eas in
terram suam, & pascam eas in montibus Israelis iuxta riuos, & in cunctis habi-
tationibus terræ. In pascuis bonis pascam eas, & in montibus excelsis Israelis
D erit stabulatio earum, ibi accubabunt, in stabulatione amœna, & in pascuis pin-
guibus pascentur, nempe super montes Israelis. Ego pascam oues meas, & fa-
ciam eas accubare, dicit DOMINVS deus. Perditam requiram, propulsatam
reducam, confractam ligabo, infirmam roborabo, pinguem uero & fortem Postquam taxauit pastores, ad oues trāsit, nam & in his quædā taxanda sunt.
[b] compescam, & pascam eam in iudicio. Vos autem oues meæ, sic dicit DOMI-

b Aliter, Disperdā.

NVS deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus, inter arietes & hircos. An le-
ue uobis est, quod pascua bona depascitis, nisi residua pascuorum uestrorum pe-
E dibus uestris conculcetis, & bibentes limpidiores [aquas,] residuas pedibus ue-
stris conturbetis? Et oues meæ conculcatum pedibus depascunt, & conturba-
tum pedibus uestris bibunt. Propterea sic dicit DOMINVS deus ad eos, Ecce
ego, ego inquam iudicabo inter pecus pingue, & inter pecus macilentum, eo
quod in latus & humerum impellitis, & cornibus [c] uestris impingitis in omnes

c Vos, scilicet arietes & hirci, intelligit autē præpotentes & diuites.

infirmas, donec dispergatis eas foras. Ego seruabo oues meas, ut non pateant
ultra direptioni, & iudicabo inter pecus & pecus. Et suscitabo super eas pasto- Hæc ad tēpora Christi pertinēt. Esa.40.c Dan.9.g Iohan.1.g 10.b
F rem unum, qui pascat eas, Dauidem seruum meum, † is pascet eas, atq; is erit eis
pastor. Ego autem DOMINVS ero eis deus, & seruus meus Dauid princeps in
medio eorum: ego DOMINVS loquutus sum. Et excindam cum eis fœdus pa
cis, & faciam cessare de terra bestiam malam, ut in deserto tuto habitent, atq; in
syluis dormiant. Ego dabo eis & circūquaq; in colle meo benedictionem, effi-
G ciamq; ut descēdat pluuia suo tēpore, ut sint benedictæ pluuiæ. Et dabit lignum
agri fructū suum, sed & terra dabit prouentū suum: erunt tuti in terra sua, & co-
gnoscent quia ego DOMINVS, quū confregero catenas iugi [d] earū, & liberaue-
ro eas de manu eorum qui [e] eas seruitute premunt. Non erunt ultra præda gen-
tibus, neq; deuorabit eas bestia terræ, sed habitabunt tuto, nec erit qui exterreat.
[f] Excitabo denique eis plantulā celebri nomine, nec erūt ultra collecti ad famem in

d Earum & eas ad oues refertur.
e Ebr. De manu operantium in eis, hoc est, qui eas ad opera adigunt.
f Ebr. Excitabo eis plantulā ad nomen.

terra,

terra, et non feret amplius ignominiam gentium. Et cognoscent quia ego DOMINVS deus eorum sum cum eis, & ipsi populus meus, domus Israel, dicit DOMINVS deus. †Vos autem oues meæ, oues pascuæ meæ homines estis, & ego deus uester, dicit DOMINVS deus.

Iohan. 10. b

CAP. XXXV.

Increpat Edumæos quod odio haberent & adfligerent Israelitas.

FActum est uerbum DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam uersus montem Seir, & uaticinare contra eum, dicesq; ei, Sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego contra te ô mons Seir, & extendam manum meam contra te, ponamq; te desolatum & desertum. Ciuitates tuas reddam desolatas, & tu uastaberis, sciesq; quia ego DOMINVS. Quandoquidem habuisti perpetuum odium contra Israelitas, & [a]terruisti eos gladio, eo tempore quo calamitosi essent, & eo tempore quo finem [habuit] iniquitas: idcirco uiuo ego, dicit DOMINVS deus, quod ad [b]sanguinem faciam te: & sanguis te persequetur: certe sanguinem odisti, sanguis te persequetur. Reddam enim montem Seir squalidum & desolatum, & excindam ex eo transeuntem & redeuntem. Implebo quoq; montes eius interfectis eius, et colles tuos, ualles tuas atq; torrentes tuos occisis gladio, corruentq; in eis. In perpetuas desolationes redigam te, & ciuitates tuæ non redibunt, scietisq; quod ego sum DOMINVS. Quandoquidem dicis, Duæ [c]gentes, & duæ terræ meæ erunt, & possidebimus eam, & DOMINVS illic fuit, idcirco uiuo ego, dicit DOMINVS deus, ego faciam secundum iram tuam, atq; iuxta æmulationem tuam quam fecisti, eo quod oderis eos, & notus ero in eis, postquam te iudicauero. Et scies quod ego DOMINVS audiuerim omnes blasphemias tuas, quas dixisti contra montes Israelis, dicendo, Deuastati sunt, traditiq; sunt nobis in cibum. Equidem magnifica iactastis contra me ore uestro, & super hæc multa uerba euomuistis contra me, quæ ego audiui. Sic dicit DOMINVS deus, [d]Quum uniuersa terra gaudet, uastam te reddam. Sicut tu lætatus es super hæreditatẽ domus Israelis, q desolata est, sic faciã tibi, in solitudinem redigeris mons Seir & omnis Edom, omnis inquã ea, et sciẽt qa ego DOMINVS. XXXVI.

A B C D

a Alij legũt, latrocinia perpetrasti: alij, traxisti eos gladio.
b Variæ sunt opiniones de sanguine. Quidam sic, tu sanguinẽ formidas, incides ergo in sanguinẽ. Alij, faciã te sanguinẽ, id est, cõsanguineũ, quapropter amare fratres debueras, sed sanguis te incitat cõtra consanguineos: quandoquidẽ ergo sanguinẽ odisti, efficiã ut sanguis id est, ultio sanguinis, uel sanguinarij te persequantur.
c Scilicet decem tribus Israelis & duæ Iuda.
d Ebr. Secundũ gaudiũ uniuersæ terræ, hoc est, omnes gaudebunt te uastata.

Planius & apertius iam loquitur de restitutione Israelis, Iudæos reducendos esse cum magna gloria & uindicatione nominis sui. Interim ostendit quanta fecerint scelera & quantam ignominiam diuino nomini obtruserint.

TV autem fili hominis, uaticinare super montes Israelis, & dic, *Montes Israelis audite uerbum DOMINI, sic dicit DOMINVS deus, Quãdoquidem hostis dicit contra uos, Haha, & [a]excelsa sæculi cesserunt nobis in hæreditatem: idcirco uaticinare & dic, Sic dicit DOMINVS deus, Quandoquidem uastant & absorbent uos per circuitum, ut cedatis in hæreditatem reliquis gentibus, ut passim [b]loquantur de uobis, & diffament uos populi. Idcirco, ô uos montes Israelis, audite uerbum DOMINI dei, Sic dicit DOMINVS deus montibus & collibus, torrentibus & uallibus, uastis & desolatis locis, & ciuitatibus derelictis, quæ fuerunt direptioni & subsannationi reliquis gentibus circunquaq;. Idcirco sic dicit DOMINVS deus, Certe in igne zeli mei loquutus sum contra reliquias gentium, & contra uniuersum Edom, qui terram meam dederunt sibi in possessionem, in gaudio totius cordis, & cum contẽptu animi, eo quod eiecti sunt ad prædam. Ob id uaticinare super terram Israelis, & dic montibus & collibus, torrentibus & uallibus, Sic dicit DOMINVS deus, Ecce in zelo meo & in æstu meo loquutus sum, Quandoquidem tulistis ignominiam [illatam] à gentibus, idcirco sic dicit DOMINVS deus, Ego [c]leuaui manum meam, si non gentes quæ circum uos sunt, suamipsorum ignominiam ferant. Et uos montes Israelis, proferetis caudicem uestrum, & edetis fructum uestrum populo meo Israelis, & qui dẽ prope est ut ueniat. Quia ecce ego ad uos, respiciã uos, colemini atq; seremini.

Supra 6. a

Reflorescet Israel.

A B C

a Vel, excelsa illa quæ ab initio iam olim fuerũt, loquitur autem de montibus Iudææ.
b Ebr uerba sic habent, ascendistis super labium linguæ & diffamationem populi.
c Iurãdi gestus, quasi dicat, Hoc sancte iuro, etiam gentes ferent ignominiam.

Digitized by Google

Et ego multiplicabo in uobis homines, pro uniuersa domo Israelis, pro uniuersa [inquam,] & inhabitabuntur ciuitates, & uastata [loca] instaurabuntur. Et multiplicabo in uobis homines & iumenta, multi erunt & fructum ferent, & collocabo uos in ueteres [sedes] uestras, & plus beneficiorum in uos conferã quàm ab initio, & scietis quia ego DOMINVS. Et ducam ad uos homines, [nempe] populum meum Israel, qui te occupabunt, erisq́ue illis hæreditas, nec ultra [b]eos orbes reddes. Sic dicit DOMINVS deus, Eo quod ad uos dicunt, Tu deuoratrix hominum, & orbatrix gentis tuæ fuisti, idcirco non deuorabis ultra homines, nec or-

D batrix eris ultra gentis tuæ, dicit DOMINVS deus. Neq́ue patiar ut ultra audias ignominiam à gentibus, aut opprobrium feras ultra à populis, neq́ue orbas facies amplius gentes tuas, dicit DOMINVS deus. Et factum est uerbum DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, domus Israelis, dum habitarent in terra sua, polluerunt eam uia sua atq́ue studijs suis: uia eorum fuit coram me, quemadmodum immunditia mulieris quæ menses habet. Et effudi feruorem meum super eos propter sanguinem quem fuderunt in terra, sed & in idolis suis polluerunt eam. Et dispersi eos inter gentes, dissipatiq́ue sunt per nationes, secundum uiam eorum, & secundum studia eorum iudicaui eos. Et †uenerunt ad gentes ad quas ingressi sunt, et prophanauerunt nomen sanctum meum, dum diceretur eis, Populus DOMINI sunt isti, & de terra sua exierunt. Et peperci nomini sancto meo, quod

E prophanarunt domus Israelis inter gentes ad quas uenerunt. Propterea dic domui Israelis, Sic dicit DOMINVS deus, Nõ propter uos ego facio, ô domus Israel, sed propter nomen meum sanctum, quod prophanastis inter gentes ad quas uenistis. Sanctificabo ergo nomen meum magnum, quod est prophanatum inter gentes, quod scilicet uos prophanastis inter eos, ut gentes cognoscant quia ego DOMINVS dicit DOMINVS deus, quum sanctificatus fuero in uobis in [e]oculis uestris. Et assumam uos de gentibus, et congregabo uos de cunctis terris, & introducam uos in terram uestram. Et spargam super uos aquas mundas, et mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, atq́ue à cunctis idolis uestris

F mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in præcordia uestra: auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum. †Inseram spiritum meum in interiora uestra, & efficiam ut ambuletis in statutis meis, & iudicia mea custodiatis atq́ue faciatis. Et habitabitis in terra quam dedi patribus uestris, eritisq́ue mihi populus, & ego uobis ero deus. Ego uos saluabo ab omnibus immunditijs uestris, & aduocabo frumentum, multiplicaboq́ue ipsum, non mittam uobis famem. Multiplicabo insuper fructus arborum, & prouentus campi, ut non feratis ultra opprobrium famis inter gentes. Et recordabimini uiarum uestrarum malarum, & studiorum uestrorum quæ non sunt bona, & pudebit uos in facies uestras iniquitatum uestrarum, atq́ue abominationum uestrarum. Non propter uos ego facio, dicit DOMINVS deus, hoc notum sit uobis,

G pudeat uos uiarum uestrarum & erubescite, domus Israelis. Sic dicit DOMINVS deus, Quo die mundauero uos ab omnibus iniquitatibus uestris, efficiam ut habitentur urbes, & reædificentur uastata, coleturq́ue terra uastata, pro eo quod uastata fuit in oculis omnis prætereuntis, dicentq́ue, Terra ista uastata facta est sicut hortus deliciarum, & ciuitates desolatæ, deuastatæ & euersæ, iam munitæ inhabitantur. Et scient gentes quæ relictæ fuerint per circuitum uestrum, quod ego DOMINVS ædificaui euersa, & plantaui desolata: ego DOMINVS loquutus sum, & faciam. Sic dicit DOMINVS deus, Adhuc in hoc [f]quærar domui Israelis ut faciam eis, multiplicabo eos [g]homines [scilicet] ueluti oues, ueluti oues sanctas, ueluti oues Ierusalem in statis ferijs eius, sic erunt ciuitates desertæ plenæ ouibus humanis, & cognoscent quia ego DOMINVS.

CAPVT XXXVII.

Alloquitur montes Israelis.

b Numerus mutatur o tu terra.

Esa. 52.c Rom. 2.d

e Alij legunt, in oculis illarũ, nã uariant exemplaria.

Supra 11.d

f Hoc est, quærẽt me & quærendo inuenient, impetrabunt & hoc à me, & hãc gratiam eis impartiar.

g Alij legunt, oues humanas.

Digitized by Google

Astruitur fides promißioni superiori, ducto argumento à resurrectione corporum, ut à re certißima & ab omnibus confessa. Deinde paradigmate ostendit Israelem reducendum in terram suam, cum accesione gentium.

FActa est super me manus DOMINI, & eduxit me in spiritu DOMINI, & de A
misit me in medio planitiei, quę erat plena ossibus, effecitq; ut ea circũquaq;
prętereirem, & en erat ualde multa in superficie planitiei, erantq; uehemẽter arida.
Et dixit ad me, Fili hominis, num uiuẽt ossa ista? Ego uero dixi, DOMINE deus
tu nosti. Tum dixit ad me, Vaticinare super ossa ista, & dic ad ea, Ossa arida, au-
dite uerbum DOMINI, Sic dicit DOMINVS deus ossibus istis, En ego indã in
uos spiritũ, & uiuetis: dabo quoq; sup uos neruos, & induã uos carne, obducãq; B
uos cute, & indam uobis spiritũ, & uiuetis, & cognoscetis ꝙ ego DOMINVS.
Vaticinatus itaq; sum quemadmodũ fui iussus: prophetante autem me, factus est
sonus, & ecce strepitus, nam accesserunt ossa, os ad os suum. Et spectaui, & ecce
erant super ea nerui, ascenditq; caro, atq; cutis desuper super ea obducta erat, nec
tamen erat in eis spiritus. Dixit ergo ad me, Vaticinare ad spiritum, uaticinare fili
hominis, & dic ad spiritũ, Sic dicit DOMINVS deus, Veni ô spiritus, à quatuor C
plagis, & insla in istos interfectos, ut uiuant. Prophetaui igitur quemadmodum
præceperat mihi, uenitq; in eos spiritus, uixeruntq; & steterunt super pedes suos,
exercitus ingens supra modũ. Et dixit ad me, Fili hominis, ossa ista uniuersa do-
mus Israelis. En dicunt, Aruerũt ossa nostra, periit spes nostra, abscisi sumus pla-
ne. Idcirco uaticinare, & dic ad eos, Sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego aperio
sepulchra uestra, & educã uos de sepulchris uestris popule meus, inducãq; uos in
terrã Israel, & scietis ꝙ ego DOMINVS, quum aperuero sepulchra uestra, & edu D
xero uos de sepulchris uestris popule meus. Et dabo spiritum meum in uos, &
uiuetis, & collocabo uos super terram uestrã, & scietis quia ego DOMINVS lo
quutus sum, & faciam, dicit DOMINVS. Rursus factũ est uerbũ DOMINI ad
me, dicẽs, Et tu fili hominis, cape tibi lignũ unum, & scribe super ipsum, Iudæ &
filiis Israelis sociis eius: deinde cape lignũ unũ, & scribe super ipsum, Ipsi Ioseph,
lignũ Ephraim & uniuersæ domui Israelis sociis eius. Et coniunge ea alterum al E
teri, ut sint tibi lignũ unum, unianturq; in manu tua. Quumq; dixerint ad te filii
populi tui, dicentes, An non indicabis nobis quid ista tibi? Loquere ad eos, Sic di
cit DOMINVS deus, Ecce ego accipio lignũ Ioseph quod est in manu Ephraim
& tribuum Israel sociorũ eius, & ponam eas ad illud, nempe ad lignum Iuda, fa-
ciamq; ex eis lignũ unum, & erunt unum in manu mea. Sint autem ligna super
quæ scripseris in manu tua uidentibus illis. Et loquere ad eos, Sic dicit DOMI-
NVS deus, Ecce ego assumo filios Israelis de medio gentium ad quas abierũt, & F
colligã eos circunquaq;, introducamq; eos in terrã suam. Et faciam eos gentem
Isa.10.b unã in terra [&] in montibus Israelis, atq; †rex unus erit super omnes ipsos in re
gem, neq; erunt ultra duæ gentes, & non diuidẽtur ultra in duo regna. Non pol
luentur ultra in idolis suis, atq; in abominationibus suis, & in cũctis transgressio
nibus suis, & ego saluabo eos de cunctis habitationibus suis in quibus peccaue
a 40.c runt, & mũdabo eos, & erunt mihi populus, ego uero ero illorũ deus. Et †seruus
rem. 23 a meus Dauid erit rex eorũ, & erit pastor unus super ipsos omnes, ambulabunt in
upra 34.f iudiciis meis, & statuta mea custodient, & facient ea. Et habitabũt in terra quam G
21 9 g
an. 1 g dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerũt patres uestri, habitabunt in ea ipsi & fi
1.b
lii eorũ, atq; nepotes eorum usq; in sæculũ, & Dauid seruus meus erit princeps eo
an.12.c rum usq; in æternum. †Percutiã deniq; cum eis fœdus pacis, fœdus perpetuum
Psal. 109.b erit cum eis, & dabo eos, & multiplicabo eos, & ponam sanctuariũ meum in me
16.a
dio eorum in æternũ. Et erit habitaculum meum in eis, & ego eorũ deus, ipsiq;
erunt populus meus. Et scient gentes quia ego DOMINVS sanctificãs Israelẽ,

Digitized by Google

quum fuerit sanctuariũ meum inter eos in æternum. CAP. XXXVIII.

Duobus sequentibus capitibus consolatur populum propheta, reducendum enim esse e captiuitate in terram suam, neq; illic cariturum hostibus.

A ET factus est sermo DOMINI ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam
cõtra Gog terræ Magog principẽ & caput Mesech, & Thubal, & uaticinare
contra eum, dicesq;, Sic dicit DOMINVS deus, Ecce ego cõtra te Gog princeps
& caput Mesech & Thubal, ego reducã te, & ponam hamũ in maxillas tuas, &
educã te atq; uniuersum exercitũ tuum, equos & equites qui omnes induti sunt
[a]holosericis, congregationẽ magnam cum lanceis & clypeis, quiq; omnes tenẽt
B gladios. Persas, Aethiopes & Libyes cum eis, qui omnes scutũ & galeam [gerũt.]
Gomer & cunctas alas eius, domus Thogarma, latera Aquilonis cum uniuersis
alis eius, populosq; multos tecũ. Præparare, & appara te, tu & omnes cœtus tui
qui ad te congregati sunt, & sis eis in custodiã. Post multos dies uisitaberis, poste
rioribus annis uenies ad terram reductam gladio, collectam ex populis multis
super montes Israelis, qui longo tempore uastati fuerũt, ipsa autẽ ex populis edu
cta est, & illi omnes habitabunt tuto. Et ascendes ueniesq; ut tempestas, & eris ut
C nubes ad operiendũ terram, tu & omnes alæ tuæ, & populi multi tecum. Sic di-
cit DOMINVS deus, Et erit illo die, uersabis [b]in corde tuo consilia, cogitabisq;
cogitationẽ malam, dicesq;, Ascendã ad [c]terram muris carentẽ, ingrediar ad quie
scentes qui habitant secure omnes, qui omnes sine muris habitant, non habentes
uectem neq; portas, ad spoliandũ spolia, ad diripiendam prædam, ut reducas ma
num tuam super uastationes inhabitatas, & super populũ collectũ ex gentibus,
D qui rei [d]pecuariæ, & possessionibus colendis operã dant, quiq; habitant in um-
bilico terræ. Seba & Dedan, & mercatores maris, & omnes leunculi eius dicent
tibi, An non ut spolia diripias tu uenis? an non ut prædam abducas congregasti
cœtũ tuum? ut tollas argentũ & aurum, ut abducas pecora & possessionẽ, & spo-
lies spolia multa? Propterea uaticinare fili hominis, & dic ad Gog, Sic dicit DO-
MINVS deus, An non illo die quum habitauerit populus meus Israel tuto, tu
E scies? Siquidẽ uenies de loco tuo, de lateribus Aquilonis, tu & populi multi tecũ,
qui omnes ascenderunt equos, congregatio magna, & ingens exercitus. Et tu
ascendes contra populũ meum Israel, ut nubes ad operiendam terram, in nouissi
mis diebus [hoc] erit, & introducã te super terram meam, ut cognoscant me gen
tes, quum sanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog. Sic dicit DOMINVS
deus, An non tu es ille de q̃ loquutus sum superioribus diebus [e]per seruos meos
F prophetas Israelis, qui prophetarũt in diebus illis annis [aliquot,] ut adducerem
te contra eos? Et erit in die illa, in die aduentus Gog super terram Israelis, (dicit
DOMINVS deus) ascẽdet furor meus in indignatione mea, in zelo meo, in igne
iræ meæ loquutus sum, si [f]non die illa fuerit commotio magna in terra Israel.
Commouebuntur enim à facie mea pisces maris, & uolucres cœli, & bestiæ agri,
& omne reptile quod reptat super terram, omnes homines deniq; qui sunt in su-
G perficie terræ, & subruentur montes, & cadent [g]aggeres, & omnes muri in terra
cadent. Et uocabo contra eum in cunctis montibus meis gladium, dicit DOMI
NVS deus, & gladius cuiusq; in fratrem suum incutietur. Et iudiciũ subibo cum
eo in pestilentia & sanguine, nymbum inundantem, lapides grãdinis, ignem &
sulphur depluam super eum, & super turmas eius, & super populos multos qui
cum eo sunt. Et magnificabor & sanctificabor, & notus ero in oculis gentium
multarum, & scient quia ego DOMINVS. CAP. XXXIX.

De interitu hostis filiorum dei, eiusdem argumenti cum superiori capite.

A ET tu fili hominis, uaticinare cõtra Gog, & dices, Sic dicit DOMINVS deus,
Ecce ego cõtra te, ô Gog, princeps & caput Mæsech ac Thubal. Ego reducã
te, &

Hęc iuxta historiam facta sunt, reduces enim Iudæi hostes im manissimos habuerunt. Sed sub litera altior quidã sensus reconditus latet, Ecclesia enim Christi nunquã carebit crudelissimis hostibus, qui tandem ultione diuina perdentur.

[a] Alij aliter, Michlol uidetur significare pulcherrimam uestem: uel fortè loquitur de cataphractis, ubi equi & equites toto corpore muniti sunt.

[b] Ebr. Ascendẽt uerba in cor tuum.

[c] Eb. Ad terram pagorũ uel uicorum.

[d] Ebr. Qui faciũt pecora & possessiones.

[e] Ebr. Per manum seruorum.

[f] Si nõ, affirmat, hoc est, certissime ueniet.

[g] Alij gradus legunt.

Ala militaris.

Hactenus conatus hostis descriptus.

Sequitur consilium dei super eum & interitus hostis.

Hyperbole.

Digitized by Google

Apoc. 20. c te, & [a]sex plagis afficiam te, adducamq́ te de lateribus Aquilonis, & inducã te in
montes Israelis. Excutiam arcũ tuum de manu tua sinistra, & tela tua de manu
tua dextra deijciam. In montibus Israelis cades tu & omnia agmina tua, & popu
li tui qui tecũ sunt, cœtui auium & quidquid pennatũ est, atq; bestijs agri tradidi
te in cibũ. In supficie terræ cades, qa ego loquutus sum, dicit DOMINVS deus.
Et mittã ignem in Magog, atq; in eos qui secure habitãt in insulis, & scient quia B
ego DOMINVS. Sed & nomen sanctũ meum notum faciam in medio populi
mei Israel, & non prophanabo nomen sanctũ meum ultra, & scient gentes quia
ego DOMINVS sanctus in Israele. Ecce uenit & factum est, dicit DOMINVS
deus, hic est dies de quo loquutus sum. Et egredientur habitatores urbiũ Israelis,
& incendent atq; cõburent arma, clypeos & hastas, arcus & iacula, fustes & cuspi
des: incendent inquã illis ignem septem annis. Non ferent ligna ex agro, neq; C
excindent è syluis, sed armis incendent ignẽ, & spoliabunt spoliatores suos, diri-
pient direptores suos, dicit DOMINVS deus. Et erit die illo, dabo ipsi Gog ibi
locũ sepulchri, [nempe] in Israele, uallem qua transitur uersus Orientem ad ma-
re, hæcq́ obturabit nares transeuntiũ, sepelientq́ ibi Gog, & omnem multitudi-
nem eius, & uocabunt uallem [b]Hamon Gog. Sepelient autẽ eos domus Israel se
ptem mensibus, ut repurgent terrã: sepelient inquã cunctus populus terræ, [c]isq́
dies quo ego glorificatus fuero, celebris erit eis, dicit DOMINVS deus. Et segre D
gabunt uiros qui terrã subinde pertranseant, polinctores nẽpe, qui pertranseant,
& sepeliant relictos in superficie terræ ad mundandũ eam, ab extremitate [d]inqui
rent, idq́ septem mensibus. Et quum pertransierint hi qui terram perlustrant, si
quis uiderit os hominis, extruet iuxta illud titulũ, donec sepelierint ipsum polin-
ctores in ualle multitudinis Gog. Sed & nomen ciuitatis [uocabitur] Hamona,
& sic repurgabitur terra. Et tu fili hominis, Sic dicit DOMINVS deus, Dic ad o-
mnem auem pennatã, & ad omnem bestiam agri, Congregamini & uenite, col E
ligemini per circuitũ ad uictimam meam quam ego macto uobis, uictimam ma
gnam super montes Israelis, ut comedatis carnẽ, & bibatis sanguinem. Carnem
heroum comedetis, & sanguinem principũ terræ bibetis, arietum, agnorum &
hircorũ, & boum qui in Basan omnes saginati sunt. Et comedetis adipem ad sa-
tietatem, & bibetis sanguinẽ ad ebrietatem usq;, de uictima mea quã mactaui uo
bis. Saturi eritis ad mẽsam meam ab equis & equitibus, ab heroibus & uiris bel
latoribus, dicit DOMINVS deus. Et dabo gloriã meam in gentibus, uidebũtq́
omnes gentes iudiciũ meum quod edidi, & manum meam quam exerui in eos.
Domus quoq; Israel scient, q ego DOMINVS deus eorum à die illo & ultra. F
Scient quoq; gentes, q domus Israelis propter iniquitatem suam in captiuitatem
abducta est, & ob id q præuaricati sunt in me, ego faciem meam ab eis absconde
rim, & tradiderim eos in manum hostium suorũ, & q omnes ceciderint gladio.
Iuxta immunditiam eorum, & iuxta transgressionem eorum feci eis, & abscondi
faciem meam ab eis. Propterea sic dicit DOMINVS deus, Nunc reducam capti
uitatem Iacob, & miserebor totius domus Israelis, & sumam zelum pro nomine
sancto meo. Ipsi ferent ignominiam suam, & omnem præuaricationem suam G
qua præuaricati sunt in me, quum habitarent in terra sua tuto, nec esset qui eos ex
terreret. Quum reduxero eos de populis, & congregauero eos de terris hostium
Supra 36. c suorum, & sanctificatus fuero in eis coram oculis gentiũ multarum. Et †scient
quia ego DOMINVS deus eorum, quum transtulerim eos ad gentes, & congre
gauero eos ad terram suam, neq; relinquam illic quenquam ex eis. Neq; abscon
dam ultra faciem meam ab eis, eo q effuderim spiritum meum super domum Is-
rael, dicit DOMINVS deus.

CAP. XL.

[a] Alij dicũt, sextum quenq; ex te perdã, si liceat, sextabo.

[b] Hamon Gog, id est multitudo Gog, uocabunt hanc uallem à multitudine Gog ibi sepulta.

[c] Ebr. Erit eis in nomen.

[d] Alij sic, à fine septem mensiũ explorabunt, id est, explorationem finient.

...scripturã ...scribit lo... ...um To... ...et aut ge... ...tax.

Digitized by Google

Ad consolationem & eruditionem populi captiui in Babylone, uaticinatur urbem Ierusalem instaurandam cum templo, terramq; per tribus duodecim diuidendam. Quo typo etiam Christi & ecclesiæ mysteria deumbrantur.

a Alij ad literã Ebr. Facta est super me manus domini.

b Ebr. Species eius sicut species chalybis. Hiero. æris.

c Ebr. In cubito & palmo.

b Ebr Et mensus est postẽ portæ uno calamo latum, & postem unum calamo uno latum.

*Pro elim, q̃d Hiero. frontes interpretatur, reddidi parastades, quæ & antepagmenta dicũtur, quæ ostijs utrinq; apponuntur.

e Ebr. Et fecit frontes sx cubitos, & fronti atrij portæ ubiq; Frontes pro elim hic reddidi cũ Hieronymo, quę antes dici possent, & à Græcis quibusdam interpretibus *κειόματα* dicũtur, *κειὸς* enim ut ail uel el dicitur aries.

f Ebr. Atumoth q̃d 3 Reg 6. Hiero etiã obliquas interpretatur. Ebræi quidã interius angustas, exterius amplas, quidam contra exterius amplas, interius angustiores. Dicitur & de auribus, ut aures occlũdere. Quare intelligi possunt fenestræ clausæ & munitæ clathris aut cancellis.

g Ostẽdit porticum extructam fuisse ad murũ mediũ, eamq; duplicem, hoc est, superiorem & inferiorem. Non autẽ continuo fuit ambitu, sed intermissa uestibulis portarum.

h Hiero. longitudinem.

A Anno uicesimoquinto nostræ migrationis, initio anni, decimo die mensis, anno decimoquarto postq̃ adflicta est urbs, eo ipso die [a]uis diuina mecum egit, & adduxit me illuc. In uisionibus diuinis duxit me ad terrã Israeliticã, & demisit me in montem altissimũ, in quo erat ceu ædificium urbis ab australi plaga. Duxitq; me illò, & ecce uirũ, cuius species [b]similis erat chalybi, et in eius manu lineus funiculus, & mẽsorius calamus: atq; is stabat in porta. Estq; me alloquutus uir ille [hisce uerbis,] Fili hominis, uide oculis tuis, et audi auribus tuis, & aduerte animũ tuum ad omnia quæ monstro tibi. Nam propterea huc es adductus, ut monstrem tibi. Referes [autem] omnia quæ uides domui Israel. Et ecce murus extra domũ quoquouersus, & in manu illius uiri mensorius calamus [longus] cubita sex, [c]adiecto minori palmo singulis cubitis uulgaribus. Et mẽsus est crassitudinem ædificij uno calamo, & altitudinem uno calamo. Et progressus ad portam quæ respiciebat Orientẽ, ascendit per gradus eius, & mensus est [b]crassitudinem utriusq; postis uno calamo. Atriolũ quoq; unius calami longitudine, & calami unius latitudine, & inter atriola quinq; cubitos, postẽ quoq; portæ à proxi-
B ma parte uestibuli portæ intrinsecus uno calamo. Et mensus est uestibulum portæ intrinsecus uno calamo. Mensus est etiam uestibulũ portæ octo cubitorũ, & *parastades eius duorum cubitorũ: uestibulum autem portæ intrinsecus [fuit.] Porrò atriola portæ orientalis tria utrinq; fuerunt, & tribus illis una dimẽsio, eadem etiam dimensio parastadibus utrinq;. Mensus quoq; est latitudinẽ ostij portæ decem cubitorũ, [&] portæ altitudinem tredecim cubitorum. Et ante atriola margo unius cubiti utrinq;, atriolũ autem ab utroq; latere cubitorũ sex fuit. Estq; mensus portam à tecto atrioli ad tectum eius latitudine uigintiquinq; cubitorũ, ostio [existente] è regione ostij. [e]Executus est quoq; mẽsuram frontium sexaginta cubitos, [qui modus fuit] unicuiq; frontium atrij portæ circunquaq;. Cæterum ante portam ingressus ex aduerso uestibuli portæ interioris quinquaginta cubitorum [spatium fuit.] Et fenestræ [f]clausæ in atriolis, itemq; in frontibus eorum introrsum [uersæ] unicuiq; portæ per circuitũ, eodemq; modo in uestibulis:
C & fenestræ quoquouersus introrsum [uersæ,] & in frontibus palmæ fuerũt. Porrò me introduxit in atriũ exterius, & ecce [g]cellas, & pauimentũ factum atrio circunquaq;, [erantq;] triginta cellæ in pauimento. Et pauimentũ [quidem porrectum fuit] ad humerum portarũ, iuxta portarũ [h]altitudinem, [quemadmodum &] pauimentũ inferius. Et mensus est à porta inferiori ad interius atrium extrinsecus [intercapedinem] centum cubitorum, idq; ab Ortu & Septentrione. Mensus est etiam longitudinẽ & latitudinem portæ Septẽtrionẽ spectantis in atrio exteriori. Atriolorũ quoq; ipsius trium utrinq;, & parastadũ eius, & uestibuli eius fuit eadẽ mensura cum porta priori. Longitudo eius quinquaginta cubitorum, & latitudo uigintiquinq; cubitorum. Et fenestræ eius, & uestibulum eius, & palmæ ipsius fuerunt eiusdem [planẽ] dimẽsionis cum porta in Orientem spectante, gradibusq; septem ascendebant per eam, ante quos fuit ipsius uestibulum.
D Fuitq; porta è regione portæ ad interius atrium tam in septentrionali q̃ in orientali plaga. Et mensus ẽst à porta ad portam [oppositã] cubita centum. Inde me duxit ad Meridiem, & eccam portã ad Meridiem, cuius parastades & uestibulum est mensus eisdem dimensionibus. Eiq; fuerunt fenestræ & uestibulo eius circunquaq;, quales illæ fenestræ. [Vestibuli etiam] longitudo quinquaginta cubitorum, & latitudo uigintiquinq; cubitorum. Ascensus quoq; illius graduum septem, ante quos fuit ipsius uestibulum. Habuit etiam singulas palmas utrinq; in suis

Templũ ad Septentrionẽ, urbs ad Austrum.

Templũ describturus ab extremo muro, qui locũ sacrũ & prophanũ separat, orditur. Murus medius qui atrium exterius cõplectitur.

suis frontibus. Porta denique atrio interiori ad Meridiē [e regione portę fuit,] estque mensus in plaga meridionali à porta ad [oppositā] portam centum cubitos. Porrò duxit me ad interius atriū in portam australem, & mensus est portam australem dimensionibus ijsdem. Atriola etiā illius, & parastades illius, & uestibulū eius dimēsionibus ijsdem. Habuit quoque ipsum & uestibulū eius fenestras circunquaque. Longitudo [uestibuli] cubiti quinquaginta, & latitudo quinque & uiginti cubiti. [i]Vestibula quoque circunquaque longitudinem quinque & uiginti cubitorū habuerunt, & latitudinem quinque cubitorum. Fuitque uestibulum eius [uersum] ad exterius atriū, & palmæ in frontibus eius, octoque graduū ascensus eius. Duxit me etiam ad atriū interius ab orientali parte, & mensus est portam ijsdem mensuris. Et eius atriola, parastadesque & uestibulum eius dimensionibus ijsdem: habuitque fenestras, & uestibulū eius quaquauersum. Longitudo [uestibuli] quinquaginta cubitorū, & latitudo uigintiquinque. Vestibulū autem illius [conuersum] ad exterius atrium, & palmæ in frontibus eius utrinque, octoque graduū fuit ascensus eius. Præterea duxit me ad portā septentrionalem, & mensus est dimensionibus illis. Eius atriola, parastades & uestibulū: habuitque fenestras circuncirca, [uestibulique] longitudo cubiti quinquaginta, & latitudo quinque & uiginti. Eiusque [f]frontes [fuerunt conuersæ] ad exterius atrium, & palmæ in frontibus eius utrinque, & graduum octo ascensus illius. Cęterū [fuit] cella & eius ostium inter frontes portarū, ubi [l]abluebant holocaustum. In uestibulo autem istius portæ duæ utrinque fuerunt mensæ, ut mactent in eis holocaustū, & piaculum pro peccato, & pro culpa. Ad humerum quoque extra gradus ad ostium portæ septentrionalis duæ fuerunt mensæ, & ad humerū alterū uestibuli portæ duæ mensæ. Quatuor [quidem] mensæ hinc, & quatuor mensæ illinc ad humerū portæ: [& in summa] octo mensæ, in quibus mactent. Porrò quatuor mensæ holocausto [destinatæ] lapidibus quadris [constructæ fuerūt] longitudine cubiti cum dimidio, latitudine cubiti cum dimidio, & altitudine cubiti cum dimidio. In eis reponebant instrumenta quibus mactant holocaustū & uictimam. Claui etiam palmares aptati fuerunt in ea domo per circuitū, & in mensis caro immolatitia [ponebatur.] [m]In atrio autem interiori exedræ cantorū fuerunt à portis interius reductæ, quarū una ad humerum portæ aquilonaris spectabat in Meridiem, [altera] ad humerum portæ orientalis spectabat in Septentrionem. Et dixit ad me, Exedra hæc quæ respicit Meridiem, sacerdotū [n]est obeuntiū domus ministerium. Exedra uero quæ respicit Aquilonem, sacerdotū est obeuntium ministerium altaris. Ii sunt filij Zadok, qui ex ordine Leuitarū accedunt DOMINVM, ut ei ministrent. Estque mensus ipsum atrium longitudinis cubitorū centum, & latitudinis cubitorū centum, ut esset quadratum, & altare [positum erat] ante domum. Duxit me quoque ad uestibulum domus, & mensus est [p]parastadem uestibuli [crassitudine] quinque cubitorum utrinque, & latitudinem [[q]humeri] portæ trium cubitorū ab utroque latere. Longitudo uestibuli cubitorum uiginti fuit, & latitudo cubitorū undecim, & per gradus aliquot ascendebant ad illud, erantque columnæ singulæ ad parastades in utroque latere.

CAP. XLI.

INtroduxit me quoque ad aulam, & mensus est parastades utrinque sex cubitorū crassitudine, quæ quidē crassitudo est [a]tabernaculi. Ostij uero latitudo cubitorum decem, & ostij humeri cubitos quinque [dati] ab

Interioris atrij uestibula & porticus describit, transiens recto itinere à porta meridionali medij muri ad portam oppositā intimi atriorum muri.

[i] Eb. uocem elamoth Hiero. uertit uestibulum, quod repugnat omnibus descriptionibus: quū uestibula indicentur longa 50. cubitos, & lata 25. cubitos. Itaque rectius intelligentur porticus.

E

[f] Vocem elim, quam Hierony. fermè interpretatur frontes, hic reddidit uestibulum.

F

[l] Vox iadihu, quę 2. Par. 6. etiā pro abluere ponitur, poterat etiam uideri significatum prosternendi gerere. Siquidem laniena hic describitur.

G

[m] Ebr. Et extra portam interiorem cellæ cantorum in atrio interiori.

[n] Ebr. Seruantibus obseruationem domus, siue altaris.

Atrij sacerdotū area. Templi descriptio cū suis partibus.

[p] Et mensus est parastadem uel frontem uestibuli quinque cubitorum: hinc & Hiero. uestibulum pro fronte interpretatur.

[q] Latitudinem portæ dicit uates, quod mox humeros ostij appellat, id est, spatiū inter ostium & parietem proximum.

A

[a] Parietibus crassis cubita sex continetur templum.

Digitized by Google

utraq; parte: mensusq; est longitudinẽ eius cubitorum quadraginta, &
latitudinem cubitorũ uiginti. Et progressus ad penitiorem templi lo-
cum, mensus est parastadem ostij [crassium] duo cubita, & ostiũ [latum]
sex cubita, & latitudinem [humerorũ] ostij septem cubita. Eiusq; longi
tudinem mensus est uiginti cubitorũ, & latitudinem uiginti cubitorum
ante aulam. Et dixit ad me, Hoc sanctum sanctorum est. Parietẽ quoq;
domus est mensus [crassum] cubita sex, & latitudinẽ costæ quatuor cu-
bitorum quaquauersus circum domũ. [b]Fuerunt autem tres costæ, costa
ad costam aliam [continuata,] idq; ter. Et ingrediebantur in parietem
domus costis quoquouersus circunductũ, ut essent prehẽsæ, non tamen
B essent prehẽsæ in parietibus domus ipsius. [c]Et quanto altiori loco erat
costa circundata, tanto erat spatiosior: nam domus domui fuit circunda
ta quoquouersus magis magisq; in altum tendendo. Eapropter domui
latitudo sursum [accedebat.] Et sic aliquis ab infimo tabulato ascende-
bat ad supremũ & ad medium. [d]Et uidi altitudinẽ domus quoquouer-
sum, [cæterum] fundamẽta costarũ [e]totum calamum explerunt crassitu
dine, nempe cubita sex usq; ad axillam. Crassitudo autem parietis qui
costas ambiuit exterius, fuit quinq; cubitorum. [f]Et spatium relictũ ex re
tractione parietum domus costis accessit. Inter cellas uero & domũ cir-
cunquaq; latitudo uiginti cubitorum intercessit. Præterea ostium costa
rum fuit apud retractionem, ostium unũ uersus Aquilonem, & alterum
ostium à parte meridionali, & latitudo quidem apud locũ retractionis
fuit quinq; cubitorũ circunquaq;. [g]Latitudo quidem ædificij ante sepa | Modulos tẽpli & omnium partium, etiam appẽdicum ostendit.
ratam extructionem ad plagã Occidentis fuit cubitorũ septuaginta, &
crassitudo parietis ædificij circumcirca quinq; cubitorũ, eiusq; longitu-
C do nonaginta cubitorum. Estq; mensus domũ ipsam longitudine cen-
tum cubitorum, separatam quoq; extructionem & structuram atq; pa-
rietes eius longitudine centum cubitorũ. Latitudinem etiam anterioris
partis domus ipsius & separatæ extructionis ad Orientem, cubitorũ cen
tum. Mensus est deniq; longitudinem ædificij ante separatã extructio-
nem in postico, & [h]hecthecarum eius utrinq; centum cubitorũ, aulam
quoq; penitiorem, & atrij uestibula. Postes & fenestras clausas, & hec- | Obiter indicat templum fuisse contabulatum ab omni parte quod Reg. historia planius edifferit, ac drinis tabulis incrustatum fuisse.
thecas per triplicem eorũ ordinem, contra postem ligno crustatũ ubiq;,
& à solo usq; ad fenestras, quæ fenestræ fuerunt contectæ. Supra ostium
& usq; ad domum interiorem, & foris, postremo in omnibus ubiq; pa-
rietibus interius & exterius mensuræ [monstratæ sunt.] Cæterũ [i]fabre-
facti fuerunt Cherubim & palmæ, palmæq; singulæ inter duos Cheru
bim, duæq; facies ipsis Cherubim. Vt hinc facies hominis palmã, illinc
D forma leonis iuuenis palmam spectaret opere sic fabrefacto per totam
ubiq; domũ. A solo supra ostium Cherubim & palmæ fabrefactæ fue-
runt, etiã per aulæ parietem. [k]Pagmentũ aulæ quadratũ fuit, [l]& species | Describit interiorem faciem templi.
ei qualis sanctuarij, ut alterũ alteri omnino respõderet. Altare ligneum | Altare thimiamatis.
tres cubitos altum, & duos cubitos longũ fuit, habuitq; angulos suos,
& longitudinẽ suam, & parietes suos de ligno. Et dixit ad me, Hæc est
mensa coram DOMINO. Fuerunt aũt aulæ & sanctuario geminæ fo
res. [m]Iterumq; geminæ fores ipsis foribus, nẽpe ualuatæ fores in utraq;
ala forium. Vtq; Cherubim & palmæ fabrefacta fuerunt in parietibus,
ita etiam fabrefacta fuerunt in foribus aulæ, [n]& trabes lignea ante uesti
bulum extrinsecus. Præterea fenestræ clausæ & palmæ utrinq; fuerunt
in humeris uestibuli, & in costis domus, & in trabibus. CA. XLII.

Ab-

[b] Eb. Et costæ, costa ad costam, tres & tribus uicibus.

[c] Eb. Et latior erit, & circundabitur sursum sursum costis, quia circundatur domus sursum sursum per circuitum domui. Eam ob rem latitudo domui sursum, & sic inferiori ascendet ad supremum, ad medium.
[d] Id est, supereminebat domus, ut cerni à quouis posset.
[e] Eb. Fundamenta costarum plenitudo calami.
[f] Eb. Et quod relictum, domus costarũ, quod domui. Nam minah significat id quod relinquitur, 3. Reg 6. Migrea detractio uocatur. Hiero. orationẽ uertit.
[g] Aedificiũ dicit præcipuas partes domus, hoc est, aditum, aulam, uestibulũ cum suis parietibus & costis. Separatam extructionẽ gizra dicit ædificia duo collocata in lateribus templi septentrionali & meridionali, separata quidem per interpositam deambulationem decem cubitorum latitudine.
[h] Hecthecæ, ut Hiero. habet editio, uel potius athikim, ædificia dicuntur, quorum parietes contrahuntur, ut in superiori parte sint arctiores quàm ad fundamentum. Cuiusmodi costæ templi fuerũt, in quibus partes templũ uersus in imo tabulato fuit, crassus cubita sex, in medio quinq;, in supremo quatuor.
[i] Eb. Factum Cherubim & palmæ.

[k] Vox. Eb. *Mezuza*, quam Hiero. per limen interpretatur, omnia ostij latera significat.
[l] Eb. Et facies sanctuarij, aspectus sicut aspectus.

[m] Eb. Et duæ fores foribus, duæ fores quæ replicabantur, duæ uni forium, & duæ fores alteri.
[n] Significat pessulo clausum ostium aulæ uersus uestibulũ apposito.

Digitized by Google

Absoluturus descriptionem separatæ extructionis, prius ostendit aptissimam dispositionem, & eurythmiam, totiusq; templi perfectissimam harmoniam, quod uno loco stans, tot partes templi potuit conspicere.

ET eduxit me ad exterius atrium uersus Aquilonem, & duxit me ad A
exedram [positam] ex aduerso extructionis separatæ, & ex aduerso
ædificij ad Aquilonē. Ante longitudinem centum cubitorū [ad] ostium
aquilonare, & latitudinem quinquaginta cubitorū. Ex aduerso uiginti
[cubitorum] interioris atrij, & ex aduerso pauimenti exterioris atrij, hecthecæ
fuit ante hecthecam per tria tabulata. Porrò ante cellas deambulatio
fuit latitudine uersus interiorem [domum] decem cubitorū, ambitus
uero unius cubiti [latitudine,] & earū ostia in Aquilonem. Cellæq; superiores
contractiores fuerunt, nam [a] hecthecæ [b] decerpserūt infimis &
medijs tabulatis ædificij. Fuerunt enim tristega sine columnis, quales
atriorum columnæ sunt, eapropter detractū est infimis & medijs tabulatis
à solo. Porrò septū fuit extrinsecus iuxta cellas apud exterius atriū B
[positas] ante cellas longitudine quinquaginta cubitorū. Quia longitudo
cellarū apud exterius atrium fuit cubitorū quinquaginta, [c] eaq; ratione
ante aulam centum cubiti. Fuit aūt aditus ab inferiori parte cellarum
istarū, nempe ab Oriente, si quis eas adiret ex atrio exteriori. Intra
latitudinem [fuit] sepes atrij, cellæ autem ad Orientem ante separatā extructionem,
& ante ædificium. [D] Via quoq; oppositarū cellarum, qualis
fuit cellis aquilonaribus: longitudo & latitudo earum par, omnisq; ordinatio
& dispositio earum, & symmetriæ, ostia deniq; similia fuerunt.
Velut in ostijs cellarum australium accidit, ut ostium esset initio uiæ an- C
te sepem aptissimam, si quis ab Oriente illas adiret. Dixitq; ad me, Cellæ
aquilonares, [&] cellæ australes ante separatam extructionem cellæ
sacræ sunt, ubi sacerdotes qui adeunt DOMINVM, comedēt [e] sacra sancta.
Ibi reponent sacra sancta, & oblationem, & hostiam pro peccato, &
pro culpa: siquidem locus sacer est. Quum sacerdotes fuerint ingressi,
non egredientur è sanctuario ad exterius atrium, ibiq; relinquēt uestes
suas, in quibus administrarunt sacra, quoniam sacræ sunt, induentq; uestes
alias, & obibunt munia quæ uulgus attinent. Quumq; dimensiones D
domus interioris absoluisset, duxit me ad portam spectantem solis
ortum, & mensus est eam quaquauersum. [f] Latus nanq; orientale mensorio
calamo est mensus [g] omnino quingētorum calamorum. Mensus
est etiam latus aquilonare [h] totum mensorijs calamis quingentis. Latus
[quoq;] australe mensus est quingentis calamis mensorijs. Circumiens
[item] ad latus occidentale mensus est quingētos mēsorios calamos. Ad
quatuor uentos mensus est eam [portam,] quæ murum habuit circunquaq;
longū quingentos [calamos,] & latum quingentos [calamos,]
qui diuidat sacrum à prophano.

CAP. XLIII.

Dei reditus ad templum describitur, & quibus conditionibus gratiæ redintegratio cum Israelitis rata futura sit.

ET introduxit me ad portā quæ respicit Orientē. Et ecce gloriam dei A
Israelis ab ortu uenientē, eiusq; sonus uelut sonus aquarū multarū,
& terra resplenduit ab eius gloria. [a] Species aūt quam uidi, similis ei fuit
quam uidi quādo ueni [uaticinās] urbem destruendā esse, & uisa cuiusmodi
uidi apud flumen †Chebar, procidiq; in faciē meā. Et gloria DOMINI
per orientalem portā ingressa est in domū ipsam. Sustulit autem
me uentus, & duxit me in atriū exterius, & ecce domus plena erat gloriæ

Atriū sacerdotū describitur, cuius longitudo & latitudo inter templū & murum atrij interioris 100. cubitorū fuit.

De q Ezechiel. 44. cap.

Ezech. 1. cap. & 10.

[a] Describit athikim, hoc est, ædificia contractorum parietū & quasi mutilata, à diminuendo & decerpendo dicta, quæ templo appenderunt ad Septentrionem & Meridiem, interpositis deambulationibus decem cubita latis.

[b] Ebr. Comedent.

[c] Ebr. Et ecce ante faciem aulæ.

[D] Ebr. Et uia ad faciem illarum sicut aspectus cellarum, quæ ad Aquilonem: sicut longitudo earum, sic latitudo earum, & omnes exitus earum: & sicut iudicia earū, & sicut ostia earum.

[e] Hiero. Sancta sanctorum.

[f] Eb. Mensus est uentum Orientalem in mensuræ calamo quingentos calamos in mensuræ calamo circum.

[g] Ebr. Circum.

[h] Ebr. Circum.

[a] Ebr. Et sicut aspectus speciei quam uidi, sicut species quam uidi, quum uenirem ad destruendam urbem.

Digitized by Google

B DOMINI. Audiui etiam loquentē mihi ex ipsa domo, & uir stabat iux
ta me. Dixit aūt ad me, Fili hominis, [is est] locus mei solij, & locus plan
tarum pedum meorū, ibi habitabo inter filios Israel in æternum. Neq;
domus Israel contaminabunt posthac nomen meum sanctum tum ipsi
tum reges eorū scortatione sua, & cadaueribus regum suorū, & excelsis
suis. [b]Quum iunxissent limen suum limini meo, & postem suum pro
pe meum postem, paries [intercessit] inter me & illos. Quumq; nomen
meum sanctum contaminauissent abominationibus suis quas patraue
C runt, cōfeci eos in ira mea. Nunc uero à me procul amoueant scortatio
nem suam, & cadauera suorū regum, & habitabo inter eos in æternum.
Tu quidem fili hominis, domui Israel expone domum hanc, & pude
fiant ob iniquitates suas, ac metiantur exemplar. Et si pudefacti fuerint
propter omnia quæ designauerunt, docebis eos formam huius domus,
& fabricam eius, necnon exitus & aditus eius, omnesq; figuras eius, &
leges eius. Describito etiam ob oculos eorum: seruabunt autē omnem
formam illius, & omnes ritus illius, & facient ea. Lex domus huius hæc
est, Totus terminus ipsius [erit] in montis uertice, & circumposita quo
D quouersus, sacra sancta. Ecce hæc est lex huius domus. Altaris uero hæ
mensuræ sunt [c]per cubita, quæ uulgare cubitum & insuper palmū con
tinent, sinusq; [altitudo] cubitalis, & latitudo cubitalis fuit. Margo au
tem ipsius [altaris] circum eius labiū [crassitudine] maioris palmi: atq;
hoc dorsum altaris [existit.] Cæterū à sinu terræ [imposito] ad inferio
rem crepidinem duo cubiti, & latitudo unius cubiti: & à crepidine mi
nori ad crepidinē maiorē quatuor cubiti, & latitudo unius cubiti. Ariel
E uero [altus] fuit quatuor cubitos, & supra arielē quatuor cornua. [d]Vtq;
ariel fuit longus duodecim [cubitos,] ita etiā latus duodecim [cubitos:]
quadrata figura existens per sua quatuor latera. [e]Crepido etiam longi
tudine [cubitorū] quatuordecim, & latitudine quatuordecim quadra
tum æquilaterum absoluit. Margo deniq; circum illud [lata fuit] dimi
dium cubitū, sinumq; habuit cubitalis altitudinis [circumiectū,] eiusq;
gradus spectare Orientē [permiserūt.] Et dixit ad me, Fili hominis, sic
dixit DOMINVS deus, Hi sunt ritus altaris, quo die fabricatū fuerit, ut
F offerāt in eo holocaustū, & spargant super eo sanguinē. Dabis etenim
sacerdotibus Leuitis, qui sunt de genere Zadok, me accedentibus, ut mi
nistrent mihi, ait DOMINVS deus, iuuencū prolem armēti ad piaculū
pro peccato. Accipies etiā de sanguine illius, & [f]asperges quatuor eius
cornibus, & quatuor angulis crepidinis, & margini per circuitū, & pur
gabis illud à peccato, atq; expiabis. Tolles autē iuuencū piacularem, &
cōbures eum in loco destinato extra sanctuariū. Die quoq; secundo hir
cum caprigenū integrum offeres ad piaculū pro peccato, & expiabunt
G altare, sicut iuuenco expiarunt. Quumq; finem expiandi feceris, offeres
iuuencū prolem armenti integrū, & arietem de grege integrū. Et offeres
eos corā DOMINO, quibus inijcient sacerdotes sal, & offerent eos ho
locaustum DOMINO. Per dies septem quotidie sacrificabis hircū pia
cularem, iuuencū etiam prolem armenti, & arietem de grege integros
sacrificabūt. Dies septem expiabunt altare, ac mundabūt illud, atq; [g]ini
tiabunt. Cæterū exactis illis diebus, octauo die atq; in posterū sacrifica
bunt sacerdotes in eo altari holocausta uestra, & [h]eucharisteria uestra,
eroq; uobis propitius, ait DOMINVS deus.

CAP. XLIIII.

Sacerdotij descriptio, & primatus Meßiæ principis.

Et

---

[b] Eb. In dando eos limen suum cum limine meo.

Templi descriptio cōmendatur.

Altaris holocaustorum descriptio, quod in atrio interiori positum esse indicauit 40. cap. Cuius partes sunt basis uel sinus, crepido minor, crepido maior, ariel, margo, cornua.

[c] In cubitis, cubitus, cubitus & palmus.

Latitudo cubitalis in sinu uel basi, & utraq; crepidine, & in ariele intelligitur prominentia inferioris partis altarij ante superiorem, ut in retractione graduum, & in scamillis columnarum.

[d] Ebr. Et arielis longitudo 12. cubiti in 12 cubitis latitudinis. Ariel sonat leonem dei. Estq; suprema pars altaris, cui holocaustum conficiendum imponitur, ipseq; focus aræ.

[e] Maior & superior intelligitur.

Ritus & ceremoniæ domus, primumq; de altaris initiatione.

[f] Ebr. Et dabis super cornua, &c.

[g] Ebr. Et implebūt manus eius. Ita Hiero.

[h] Voce Græca nō peius utemur hic, quàm & holocausti, pro sacris oblatis, quibus pro accepto beneficio animi gratitudinē erga deum testantur homines. Quæ Hiero. pacifica plærunq; interpretatur, quum potius dicantur à gratiarum relatione.

Digitized by Google

ET reduxit me ad portam sanctuarij exterioris respicientem solis ortum, eaque clausa erat. Et dixit ad me DOMINVS, Porta haec erit clausa, [&] non aperietur, nec quisquam ingredietur per eam, quoniam DOMINVS deus Israelis ingressus est per eam, et erit clausa [a] principi. Princeps ipse in ea sedebit ad [b] conuiuandum coram DOMINO. Per uestibulum portae ingredietur, & eadem uia exibit. Et duxit me uersus Aquilonem in conspectum domus, & prospexi, et ecce domus DOMINI plena erat gloriae DOMINI, cecidique in faciem meam. DOMINVS autem dixit ad me, Fili hominis, aduerte cor tuum, & uide oculis tuis, audique auribus tuis omnia quae loquar tecum de uniuersis ritibus domus DOMINI, & omnibus legibus ipsius, [c] animumque tuum aduertes ad uniuersam administrationem sanctuarij. Proin dices ad rebellem ad domum Israel, Sic dixit DOMINVS deus, Sat uobis sit domus Israel omnes istas abominationes [patrauisse.] Quando introduxistis alienigenas praeputium cordis & praeputium carnis habentes, ut essent in meo sanctuario ad prophanandum illud, hanc ipsam domum meam, dum obtulistis meum panem, adipem, & sanguinem, & ruperunt foedus meum in omnibus uestris abominationibus. [d] Et non seruauistis institutum sacrorum meorum ordinando uobis [tales] qui seruent institutum meum in sanctuario meo. Sic dixit DOMINVS deus, Nullus alienigena praeputium cordis, & praeputium carnis habens ingrediatur sanctuarium meum, quicunque alienigena est inter filios Israel. Quin & Leuitae qui recesserunt à me, dum errarent Israelitae, qui errando me deserentes sequuti sunt idola sua, [e] luent iniquitatem suam. Eruntque in sanctuario meo ministri ad custodias portarum domus, & ministri [curantes] ipsam domum, ipsi populo mactabunt holocaustum et uictimam: ipsi etiam stabunt ante illos, ut ministrent eis. Eo quod ministrauerunt eis ante idola eorum, & fuerunt domui Israel offendiculo ad iniquitatem, eam ob rem [f] leuaui manum meam cōtra illos, ait DOMINVS deus, & luent iniquitatem suam. Neque accedent me, ut mihi sacerdotio fungantur, utque adeant ulla sacra mea, [quae existunt] sacra sancta, ferentque ignominiā suam & abominationes suas quas patrauerunt. Ego autem eos ordinabo, qui seruent institutum domus in toto ipsius seruitio, & in omnibus quae debent in ea peragi. Sacerdotes uero Leuitae filij Zadok, qui seruarunt institutum sanctuarij mei, quum aberrarent filij Israel à me, illi accedant me, ut ministrent mihi, et stabunt ante me, ut offerant mihi adipem & sanguinem, ait DOMINVS deus. Illi sanctuariū meū ingrediantur, illi etiam accedāt mensam meā ut ministrent mihi, & seruabunt institutum meum. Porrò quum ingredientur portas interioris atrij, uestes lineas induent, [g] nec lanea uestis teget eos, dum intra portas interioris atrij & interius ministrant. Pilei linei erunt in eorum capitibus, lineaque femoralia erunt in femoribus eorum, [h] quae non adstringēt arctius. Quumque ad exterius atrium egrediuntur, ad exterius [inquam] atrium, ad populum, exuent suas uestes in quibus ministrarunt, & relinquent eas in cellis sacris, induentque uestes alias, neque sanctificabunt populum suis uestibus. Non radent etiam caput suum, [i] neque comam nutrient, sed accurate subinde capita sua tondebunt. Nulli quoque sacerdotes uinum bibent quando ingrediuntur in atrium penitius. Neque uiduam & repudiatam uxores ducent, sed uirgines Israelitici generis: uiduam tamen quae uidua [relicta] fuerit à

A B C D E F

Qui repellantur à sacerdotio.

Quales sacerdotes probet dominus, & canones aliquot repetit ex Leuit. 21. & 22. quos obseruent sacerdotes.

[a] Ebr. distinctio dirimit uoces quas Hiero. coniungit, clausa. Principi. Potest & nominatiuo casu legi princeps, ipse princeps.

[b] Ebr. Ad comedēdum panem.

[c] Ebr. ad uerbum, & pones cor tuum ad domus ingressum, uel aditum in omnibus exitibus sanctuarij.

[d] Eb. Et non seruauistis obseruationem sacrorum meorum, & posuistis adseruatores obseruationis meae in sanctuario meo uobis.

[e] Eb. Et ferent iniquitatē suam.

[f] Leuare manum per synecdochen significat iurare, interdum uero mala inferre.

[g] Ebr. Et non ascendet super eos lana.

[h] Ebr. Et non accingent in labore. Quidam tamen in sudore, id est, loco unde sudor emittitur.

[i] Et non capillum mittent, tondendo tondebunt capita sua.

Digitized by Google

sacerdote, ducere poterunt. Populo autem meo [discrimen] inter sacrum & prophanũ monstrabunt, & docebunt eos quid inter mundum & immundum intersit. Et oborta lite ipsi stabunt ad iudicandũ, eamq; decidẽt meis iudicijs, legesq; meas & ritus meos in omnibus ferijs meis seruabunt, et sanctificabunt mea sabbata. Nullus etiam accedet cada-
G uer hominis, ut coinquinetur: tametsi patre & matre, & filio & filia, & fratre & sorore quæ maritum non habuit, coinquinare se poterunt. Et post alicuius purificationem numerabunt ei septem dies. Et quo die ingredietur sanctuarium in atrium penitius administrandum in sanctuario, piaculũ suum offeret, ait DOMINVS deus. Habebunt etiam hæreditarium aliquid, † Ego sum hæreditas eorũ: neq; dabitis eis possessionem inter Israelitas, [quandoquidem] ego sum eorum possessio. Oblationem & piaculũ pro peccato, & pro noxia ipsi comedent. Omne quoq; [f]dicatum deo inter Israelitas eis cedet, primitiæ etiam omnium primogenitorum cuiuscunq; generis, & omnis [l] collatio cuiuscunq; generis de oĩbus collationibus uestris sacerdotum erunt: primitias quoq; [m] frugum uestrarum dabitis sacerdoti, ut reponat [n] benedictionem in domum tuam. Nullam * auem aut pecudem morticinam uel à feris laceratam comedent sacerdotes.

Tributa & uectigalia sacra, è quibus suppeditatur uictus ministris dei. De quibus Num. 18 et Deut. 18. copiosius. Exod. 22. d *Leu. 22. b

[f] Ebr. uox herem, quam tamen anathematum uotũm interpretantur, significat id quod deo eximie dicatũ & consecratũ est.
[l] Thruma dicitur ab eleuando: quod rectius uidetur in collationem aut collatum uerti, quàm in separationem.
[m] Verbum arisoth, quod Hiero. alibi cibos, alibi pulmentum interpretatur, fruges pani conficiendo aptatas significat.
[n] Pro felicitate ac beatitudine, bonaq; fortuna, ut sæpe aliàs.

CAPVT XLV.

Aßignatio agri, qui de Israelitica terra per 12. tribus diuidenda cedat sacerdotibus, Leuitis, principi, & plebi, intra quod spacium collocantur templum & urbs.

A QVum[a]q; diuidetis ipsam terram possidendam hæreditario iure, conferetis collationem DOMINO sacram de terra longitudine uigintiquinq; millium [[b] calamorũ,] & latitudine decies mille: id sanctum erit per totum suum ubiq; terminum. Inde spacium quadratum quoquouersus quingentorum [calamorum] cedet sacratiori loco, cui circumcirca erit [c] uacua terra longitudine quinquaginta cubitorum. Atq; ex illo modo longitudinis uigintiquinq; millium, & latitudinis decem millium metieris, in quo sanctuarium sit, sanctum
B sanctorum. Id sanctum de terra erit sacerdotum ministrantium sanctuario DOMINI, qui accedunt DOMINVM gratia ministerij, eritq; illis locus ædificandi domos, & sanctuarium pro sanctuario. Ad hæc [spatium] longum quinq; & uiginti [calamos,] & latum decies mille erit Leuitarum ministrorum domus ad possessionem uiginti cellarum. Possessionem uero urbis dabitis latam quinq; millia, & longam uigintiquinq; millia [calamorum] iuxta collationẽ sacram, quæ uniuersi erit
C Israelis. Principi aũt hinc & illinc ad collationẽ sacram, et ad possessionem urbis: ante collationem sacram, & ante possessionem urbis: à plaga occidentali in Orientem, & à plaga orientali in Orientem, & longitudo iuxta unamquanq; partium ab occidentali termino ad orientalem terminum. [b] Terra erit ei & possessio inter Israelitas: neq; principes mei amplius populum meum adfligent, eisq; terram distribuẽt per
D suas tribus. Sic dixit DOMINVS deus, [e] Modum tandem ponite principes Israelitici, remouete uiolentiam & oppressionem, & colite iudiciũ atq; iustitiam, auferte exactiones uestras à populo meo, ait DOMINVS deus. Sit uobis bilanx iusta, & ephi iustum, & bathus iustus. Eadem erit adæquatio ephi & bathi, ut bathus capiat decimam partem [mensuræ] homer, & epha decimam partem homer: [f] ad homer utriusq; modus exigetur. Cæterum * siclus uiginti obolorum erit, [&] † uiginti sicli,

Possessio principis iuxta sacrã donationẽ 25. millium ad ortum & occasum. Officium boni principis.

Exod. 3. b Leuit. 27. c Num. 3. f

[a] Ebr. Et quum facietis cadere terram ad hæreditatem.
[b] De hoc in fine 42. cap.

[c] Migrasch, quod Hieron. frequentissime suburbanum interpretatur, ab extrudendo dicitur. Hic pro solo ponitur, quod sub muros relinquitur uacuum, ut nec ædificijs neq; agricultura occupetur, uelut pomœrium.
[b] Cohærent, principi terra erit, licet Ebr. distinctio separet, ut 48. cap.
[e] Ebr. Magnum uobis principes Israelitici.
Epha mensura est aridarum specierum, ut bath liquentium, tria sata continens Satum autem, teste Hieron. in Matth. modium & dimidium capit. Decem ephæ homer. Cor Iudæi & aliqui nostratium putant eandem esse mensuram cum homer. Sed uidetur minor, nẽpe sex epharum, ut qui bathi decimam partem contulit de coro sexagesimam contulerit, ut qui sextam confert ephæ partem de homer.
[f] Ad homer erit illius aptatio.
* Sekel authore Hiero. staterẽ æquat põdus quatuor drachmarũ. Aeris pars 20 gera dicitur parte sexta maior quã obolus. Sicli sexaginta mane uel minam conficiunt.

ficli, uigintiquinq; ficli, quindecim ficli erunt uobis mina. Hæc autem B
collatio erit quam conferetis, sextam partem ephæ de homer frumenti,
sextamq; partem de homer hordei conferetis. g Legitimus uero mo-
dus olei capietur à batho olei, decima pars bathi de coro, decem bathis
eorum explentibus, quia decem bathi sunt homer. Ducentesimam
quoque pecudem de grege [conferent] è h saginario Israelis, oblatio-
nem & holocaustum, & eucharisteria ad propitiandum eis [deum,] ait
DOMINVS deus. i Omnisq; populus terræ tenebitur ista collatione,
quam ad principem in Israele conferat. Et apud principem erunt ho- F
locausta, & oblatio, & libamen in ferijs, & nouilunijs, et sabbatis. In o-
mnibus ferijs solennibus domus Israel ipse sacrificabit piaculũ & obla
tionem, & holocaustũ, & eucharisteria k ad propitiandũ [deum] domui
Templi dedicatio. Israel. Sic dixit DOMINVS deus, Primo [mense,] primo [die] men-
sis tolles iuuencum, prolem armenti integrum, & expiabis sanctuariũ.
Sumetq; sacerdos de sanguine piaculi, et l asperget posti domus, et qua-
tuor angulis crepidinis altaris & posti portæ atrij penitioris. Similiter
etiam facies septimo [die] mensis, & expiabitis ipsam domum ab uno-
quoq; errante ac decepto. Decimoquarto die mensis primi erit uobis
Phasah, [&] per hebdomadam feriatorũ dierum azyma comedentur.
Eoq; die sacrificabit princeps pro se ac pro uniuerso populo terræ iu- G
uencum piacularem. Per dies autem feriatos septem quotidie sacrifica
bit holocaustum DOMINO septem iuuencos & septem arietes inte-
gros per septem dies: quotidie etiam hircum caprigenum pro piaculo.
m Et in singulos iuuencos et arietes offeret epham, in singulas aũt ephas
hin olei. Septimi [quoq;] mensis decimoquinto die, in ferijs sacrifica-
bit sicut istis septem diebus tum piaculum tum holocaustum, tum obla
tionem tum oleum.

CAPVT XLVI.

Sic dixit DOMINVS deus, Porta penitioris atrij spectans in Orien A
tem clausa erit sex diebus profestis, & die sabbati aperietur, dieq; ka
lendarũ aperietur. Et ingredietur princeps intrò per uestibulum por-
tæ, stabitq; apud postem portæ, & sacrificabunt sacerdotes holocaustum
ipsius, & eucharisteria ipsius, a adorabitq; apud limen portæ, & exibit,
neque porta claudetur usq; ad uespertinum tempus. Populusq; terræ
adorabunt DOMINVM per ostium portæ illius per sabbata & kalen-
das. Holocaustum autem quod princeps offerat DOMINO, die sab- B
bati [erunt] sex agni integri & aries integer. Oblatioq; ad arietem
epha, & oblatio ad agnos, b pro facultatibus et arbitrio eius, & hin olei
ad epham. Die uero kalendarum erunt iuuencus integer, proles ar-
menti, & sex agni & aries, integri. Oblationem quoque c adiunget
epham ad iuuencum, & epham ad arietem, & ad agnos, d ut ferunt eius
facultates & pro arbitrio, hin quoque olei ad epham. Quumq; ingre- C
dietur princeps, per uestibulum portæ ingredietur, & eadem uia exibit.
Quum uero populus terræ accedit per ferias in cõspectum DOMINI,
qui per aquilonarem portam ingressus est adoratum, per australem por
tam egredietur: et qui per australem portam ingressus est, egredietur per
aquilonarem portam. Non reuertetur per eam portã per quam ingres-
sus est, uerũ exibit per illi oppositam. Quumq; ingredientur, princeps
inter eos ingredietur: & quum exibunt, e exibit. Et in ferijs, & in so-
lennitatibus oblatio erit ad iuuencum epha, et ad arietem epha, & ad a- D
gnos, quodcuiusq; facultates & animus ferunt, oleiq; hin ad epham.

g Ebr. Decretum olei, bathus olei, &c.

h Maksche à potando nomẽ habet. Hiero. de his quæ nutriuit. Iudæi etiam saginata & pinguia intelligunt pecora.

i Ebr. Omnis populus terræ erunt ad collationem istam, principi in Israel.

k Ebr. Ad expiandum pro domo Israel.

l Dabit.

m Ebr. Et oblationem epha ad iuuencum, & epha ad arietem faciet, & oleum hin ad epham. Hin, ut Iosephus scribit 3. lib. et 12. lib. Antiquitatum, duos choas Atticos capit.

a Sensus est, ubi adorauerit, exibit.

b Ebr. Donatio manus eius: & paulo post, sicut assequetur manus eius.

c Ebr. Faciet.

d Vt assequetur manus eius.

e Ebr. Exibunt, uidelicet princeps & populus.

Digitized by Google

f Nedaba significat liberale donum & munificentiam, quod Hieron. plærunq; spontaneum uertit.

g Ebr. In mane in mane.

h Ebr. Oblationem domino ritibus sæculi semper.

i Verbum iaphizu propriè significat sparsim & palantes errabunt.

k Ebr. Et ecce atrium in angulo atrij, atrium in angulo atrij.
l Vox quam Hiero. per dispositæ interpretatur, à suffitu nomen habet. Iudæi hoc tantum loco putant significare ligata.
m Iudæi uocem, quæ angulos significat, ut superfluam notarũt.
n Tiroth significare uidetur pilas, in quibus fiunt supensuræ chaldariorum, lebetũ, ahenorũ.

Porrò quando princeps faciet [f] liberale sacrum, uel holocaustũ, uel eucharisteria, liberale sacrũ DOMINO, aperiet sibi orientalem portam, & sacrificabit holocaustũ suum & eucharisteria sua, quemadmodũ facere solet die sabbati: quando aũt egreditur, claudet portã postquam egressus
E fuerit. Quotidie quoq; sacrificabit agnum agniculum integrum, holocaustũ DOMINO, [g] semper matutino tempore illũ sacrificabit. Oblationemq; addet quotidie tempore matutino sextam partem ephæ, & tertiam partem hin olei ad commiscendũ similam: [h] quæ oblatio DOMINI iugis erit sempiterno ritu. Itaq; agnum sacrificabunt quotidie tempore matutino unà cum oblatione & oleo iuge holocaustum. Sic dixit DOMINVS deus, Quum dederit princeps donum alicui filiorũ suorum, hæreditas eius filiorum suorum erit, [&] hæc ipsa eorum pos-
F sessio hæreditaria. Quum uero munus de sua hæreditate alicui seruorum suorũ dederit, illius erit usq; ad annum libertatis, & redibit ad principem: hæreditas [enim] ipsius duntaxat filiorum suorum erit. Non auferet etiam princeps de populi hæreditate, ut de ipsorum possessione eos deijciat, [uerum] de sua possessione hæreditatẽ filijs suis relinquet; ne populus meus [i] dispergatur quisq; à sua possessione. Porrò introduxit me ad sacerdotes per aditum, qui est iuxta humerum portæ ad cellas sacras quæ aquilonem spectant, & ecce ibi locus erat in lateribus ad
G Occasum. Et dixit ad me, Iste locus est, ubi sacerdotes coquant piaculum pro noxia, & pro peccato, [&] ubi coquant oblationem, ne ad atriũ exterius efferendo sanctificent populum. Duxit me quoq; ad exterius atrium, & circunduxit me ad quatuor angulos atrij, & ecce [k] in singulis angulis atrij erat atrium. In quatuor angulis atrij [fuerunt] atria [l] fumosa longitudine quadraginta [cubitorum,] & latitudine triginta [cubitorũ,] eademq; mensura fuit quatuor illis [atrijs] [m] angularibus. Per quatuor autem [atria] illa [n] muri fuerunt, & sub muris foci facti circuncirca. Et dixit ad me, Istæ sunt culinæ, ubi ministri domus coquant uictimam populi.

Donatitia principis.

De anno remissionis, quo redibant homines, & res ad pristinã conditionẽ, Leuit. 25.

Culinæ sacerdotum & uulgi.

CAPVT XLVII.

Deriuatio & progressus diuinæ gratiæ per flumen euangelicæ prædicationis.

a Ebr. Mithahath significantius est, ut si dicatur de subter.

b Ebr. Aquas talorum, genuum, femorum, natationis.

c Quoniam intumuerant aquæ, aquæ natationis, torrens qui nõ transibitur.

d Lignum multum ualde hinc et hinc.
e Pro muzaim Hier. reddidit exibunt. Iudæi mare exituum uel egressarum, uidelicet aquarum, intelligunt oceanum.

A ET reduxit me ad ostium domus, & ecce aquæ [a] de limite domus egredientes ortum uersus, nam domus in Orientem spectauit, & aquæ descendebant [a] de humero dextro domus ad meridionalem partem altaris. Eduxitq; me per septentrionalem portam, & conuertit me in uiam foras [ducentem] ad portam extremam, in uiam quæ tendit in Orientem, & ecce aquas dimanãtes ab humero dextro. Quumq; exiret uir Orientem uersus tenens manu sua regulam, mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquas [b] talorum tenus pertingentes. Et mensus est mille [cubitos alios,] & traduxit me per aquas ad genua usq; pertingentes: & emensus mille, traduxit me per aquas ad femora pertingentes. Et mensus est mille [cubitos, ubi] torrens erat, quem non possem transire, [c] quoniam intumuerant aquæ, ut natandum esset, nec posset torrẽs transuadari. Et dixit ad me, Nũ uidisti fili hominis? Quumq;
B me ulterius duxisset, reduxit me ad ripam torrentis. Meq; reuerso, ecce in utraq; ripa [d] plurimas arbores. Et dixit ad me, Aquæ illæ ad limitem orientalem egrediuntur, & descendũt ad desertum, ingrediunturq; mare, ad mare [e] educuntur, & sanabuntur aquæ. Omneq; animãs uiuum quod mouebitur ad quencunq; locum, ad quẽ peruenit geminus

torrens,

Digitized by Google

torrens, uiuet, eritque ingens piscium copia, quia illò peruenerunt aquæ istæ, & sanabuntur, ac uiuent omnia ad quæ torrens ille peruenit. Erit olim etiã, ut apud illud * uersentur piscatores, sitque expansio sagenarum ab Engedi usque ad Eneglaim, omnis generis pisces inerunt, & quidem maxima copia, sicut pisces maris magni. [f] Argilleta eius & paludes eius [g] quæ non sanabuntur, ad salsuginem damnata sunt. Cæterum secus torrentem in utraque ipsius ripa [h] succrescent omnis generis arbores frugiferæ, quarum folia non decident, neque fructus deficiet, sed in singulos menses primitiuos fructus ferent: nam earum aquæ manant è sanctuario, eritque fructus earum pro cibo, & folium earum pro medicina. C

Diuisio terræ Israeliticæ absoluitur, quæ cap. 45. fuit inchoata paulò alia est quã Moses Num. 34. sequitur.

Sic dixit DOMINUS deus, Is terminus est, intra quem terram hæreditariam capietis per duodecim tribus Israel, ita ut Ioseph [duos] [i] funiculos obtineat. [k] Accipietis autem æqualibus partibus hæreditatem eius, quam me daturum esse patribus uestris † iurando confirmaui: proin distribuetur uobis hæc terra pro hæredio. Atque is terminus est terræ, In limite aquilonari à [l] magno mari ad Hethlon, qua itur ad Zedad. Hamath, Berotha, Sibraim, quæ [sita est] inter fines Damesek & Hamath, Hazer Hathichon finitima ipsi Hauran. Eritque terminus à mari ad Hazer Enon, & fines Damesek, & [m] alia loca septentrionalia, & fines [ipsius] Hamath, atque is est limes aquilonaris. D Limes autem orientalis [deducetur] inter Hauran & inter Damesek, & inter Gilead, & inter terram Israel [ad] Iordanem. Ab [eo] termino metiemini ad mare orientale, atque is limes est orientalis. Limes autem meridionalis ad Austrum, à Thamar ad aquas contradictionis, [nempe ad] Cades, ad torrentem [Aegypti,] ad mare magnum: atque is est limes meridionalis uersus Austrum. Postremo limes occidentalis est mare magnum à termino [australi] usque ad locum oppositũ ei quo peruenitur ad Hamath: is limes est occidentalis. Diuidetis ergo uobis terram istam inter tribus Israel. Et distribuetis eam hæreditariam uobis, & aduenis degẽtibus inter uos, qui genuerunt filios inter uos, eruntque uobis tanquam indigenæ inter Israelitas, & [n] capient uobiscum hæreditatem inter tribus Israeliticas. In quacunque tribu aduena deget, in ea dabitis illi hæreditatem, ait DOMINUS deus.

Gen. 48. d

CAPUT XLVIII.

Sortes septem tribuum.

ET hæc nomina tribuum sunt in extrema parte ad Aquilonem [a] in confinio uiæ Hæthlon, qua uenitur ad Hamath, Hazar Enan, terminus Damæsek ad Aquilonem, in confinio Hamath, [b] à limite orientali ad limitem occiduum una portio erit ipsius Dan. A Et iuxta terminum Dan à limite orientali usque ad limitem occiduum una [portio] Aser. Et iuxta terminũ Aser à limite orientali usque ad limitem occiduum una [portio] Naphthali. Et iuxta terminum Naphthali à limite orientali ad limitem occiduum una [portio] Manasse. Et iuxta terminum Manasse à limite orientali ad limitem occiduum una [portio] Ephraim. Et iuxta terminum Ephraim à limite orientali ad limitem occiduũ una [portio] Ruben. Et iuxta terminum Ruben à limite oriẽtali ad limitem occiduum una [portio] Iehuda. Et iuxta terminum Iehuda à limite orientali ad limitem occiduum erit collatio quam conferetis, lata quinque & uiginti millia [calamorum,] & longa ut unaquæque portionum ab orientali limite ad limitem occiduũ: eritque sanctuarium in eius meditullio. [Etenim] collationis quam DOMINO conferetis, longitudo erit uigintiquinque millia [calamorum,] & latitudo decem millia. Istorum autem erit collatio sacra. B Sacerdotum quidem ad Aquilonem [longitudo erit] uiginti quinque millium, & latitudo ad Occasum decem millium, & latitudo ad Ortum decem millium, ad Austrum etiam longitudo uigintiquinque millium: eritque sanctuarium in meditullio istius [portionis.] Id [c] dicatum erit sacerdotibus è filijs Zadok, qui seruarunt institutum meum, quique nõ errarunt Is-

Sors Leuitarum.

* Et stabunt apud illud, scilicet mare mortuũ uel deserti.
[f] Bizeoth q̃d Hierõ. interpretatur in litto ribus, significat argillosa et cœnosa loca uel stãgna.
[g] Ebr. Et nõ sanabũtur, ad sal data sunt.
[h] Ascendet omne lignum cibi, id est, feres uescum fructum.
[i] Funiculi pro partibus, nam geodetæ uel pertica uel extẽto fune per agros modum definiebãt. Vult autẽ ut Ephraim & Manasse accipiant singulas portiones.
[k] Ebr. Et hęreditabitis eam, uir sicut frater suus, quam leuaui manum meam ad dandum eam patribus uestris, & cadet terra hæc uobis in hæreditatem.
[l] Mare magnum est Syriacum uel Mediterraneum.
[m] Et Aquilo ad Aquilonem.
[n] Cadent uobiscum in hæreditate.
[a] Ebr. Ad manum.
[b] Ebr. Et erunt ei angulus orientalis, mare, Dan, una.
[c] Vel sanctificatum.

Digitized by Google

raelitis errantibus, quemadmodum errauerunt Leuitæ. Eritq́ ipsis hoc collatiuum sacrum sanctum de collatione terræ iuxta Leuitarum terminum. Leuitarum autem [portio erit] iuxta sacerdotum terminum longitudine uigintiquinq; millium, & latitudine decem millium, tota longitudine existente uigintiquinq; millia [calamorum] cum latitudine decem millium. Neq; uendēt ex eo quidquam, neq; permutabunt, neq; transferent primitias terræ, quandoquidem est res DOMINO sacrata. [d] Cæterū latitudo reliqua [calamorum] quinquies mille, cum [longitudine] uigintiquinq; milliū locus prophanus erit urbi ad habitationem & pomerium, eritq́; urbs in eius meditullio. Hæ autem mensuræ eius sunt. Limes aquilonaris [habebit calamos] quater mille & quingentos, & limes australis quater mille ac quingentos, [e] & limes orientalis quater mille & quingentos, & limes occidentalis quater mille ac quingentos. Eritq́; pomeriū urbi ducentorum quinquaginta [f] [calamorum latitudine] ad Aquilonem, & ducentorum quinquaginta ad Austrum, & ducentorum quinquaginta ad Orientem, & ad Occasum ducentorum quinquaginta. Longitudo autem reliqua iuxta collationem sacram decem millium uersus Orientem, & decem millium uersus Occidentem [g] permanebit iuxta collationē sacram, eiusq́; prouentus [h] cedit in cibum operarijs urbis. Et operarij urbis de omnibus tribubus Israeliticis colent illud. [i] Tota uero collatio quam conferetis collationem sacram, [&] ad possessionem urbis, quadrata erit lateribus longis quinq; & uiginti millia [calamorū.] Principis autem erit quidquid reliquū est utrinq; iuxta collationem sacram, & iuxta possessionem urbis ante uigintiquinq; millia collationis usq; ad terminū orientalem & occiduum, ante uigintiquinq; millia iuxta occiduum terminum ex aduerso portionum, [id uero] principis erit: & sacra collatio, & sanctuarium domus erit in eius medio. [l] Possessio quoq; Leuitarum & possessio urbis intra illud, quod principis est. [Deniq;] princeps inter Iehuda & Beniamin terminos habebit possessionem. Porrò tribuum reliquarum à limite orientali ad limitem occiduum una [portio erit ipsius] Beniamin. Et iuxta terminum Beniamin à limite orientali ad limitem occiduum una [portio] Simeon. Et iuxta terminum Simeonis à limite orientali ad limitem occiduum una [portio] Isaschar. Et iuxta terminum Isaschar à limite orientali ad limitem occiduum una [portio] Zebulonis. Et iuxta terminum Zebulon à limite orientali ad limitem occiduum una [portio] Gad. Et iuxta terminum Gad [l] quæcunq; confinia sunt ad Austrum: estq́; terminus à Thamar ad aquas contradictionis, nempe ad Cades, ad torrentem iuxta mare magnum. Atq; hæc terra est, quam hęreditario iure diuidetis inter tribus Israeliticas, & hæ partes earum, ait DOMINUS deus. [m] Hi autem exitus urbis. A limite aquilonari mensura [erit] quater mille & quingentorum [calamorum.] Et portæ urbis nominibus tribuum Israel denominatæ, tres ad Aquilonem, una porta Ruben, una porta Iehuda, una porta Leui. Et ad limitem orientalem quater mille ac quingenti, portæq́; tres, una porta Ioseph, una porta Beniamin, una porta Dan. Ad limitem etiam meridionalem mensura quater mille & quingentorum, et portæ tres, una porta Simeonis, una porta Isaschar, una porta Zebulon. Ad limitem occiduum quater mille & quingenti, [&] eorum portę tres, una porta Gad, una porta Aser, una porta Naphthali. Totus ambitus octodecim millia [calamorum.] Et nomen urbis ab eo die, Deus [n] illuc.

Daniel

Marginalia (left):

d Eb. Et quinq; millia reliquum in latitudine ante faciem quinq; & uiginti millium prophanum hoc urbi.
e Ebr. Et à limite.

C

f Mēsura calami rectius intelligitur quàm cubiti, ut mox urbis fines indicabunt.

g Ebr. Et erit.
h Et erit ad panem.
i Ebr Omnis collatio 25 millia in 25. millibus, quadrata, conferetis collationem sancti, ad possessionem urbis.

l Et de possessione Leuitarū, & de possessione urbis in medio, quod erit principis.

D

l Ad limitem Austri, ad Meridiem, uel ad Theman.
m Si adijciantur bis ducenti & quinquaginta calami pomœrij, perficietur mensura quinq; milliū.

n Ebraica uocula significat ad locū, tametsi Chaldæus interpres, ut Hieron. interpretatur significatione in loco.

Marginalia (right):

Ciuitatis mensura.

Sors principis.

Sortes tribuum reliquarum.

Ambitus urbis & portae et nomen.

Digitized by Google

Daniel propheta.

CAPVT I.

Exponitur ut Daniel & eius socij bello capti peruenerint in aulam regis maximi. Ibiq; liberaliter educati, reip. gubernandæ idonei euaserunt. Quæ narratio, diuinæ prouidentiæ primum, deinde sanctæ atq; liberalis educationis puerorum exemplum clarissimum continet.



ANNO tertio regni Iehoiacim regis Iehuda uenit rex Babel A
NebuchadNezar ad Ierusalem, & obsedit eam. Traditiꝗ;
DOMINVS in eius potestatem & regem Iehuda Iehoiacim, & aliquot uasa domus dei, quæ auexit in terrã Sinear,
in domum deorum suorũ, intulitꝗ; gazophylacio deorum
suorum. Rex quoq; præcepit Aspenaz [a] magistro palatij,
ut ex Israelitis de genere regio & optimatum introduceret
[b] Pueros omni uitio carentes, & formosos, & intelligentes in omni sapientia,
[c] & peritos scientiarum, & tenentes artium principia, quiꝗ; facultatem haberent
in palatio regio [d] ministrandi, quos doceret literas & linguam Chaldæorum.
Illisꝗ; rex quotidianum uictum constituit de cibo regio, & de uino quod ipsius
conuiuijs adhibebatur, ut educaret eos tribus annis, & aliqui eorum starent coram rege. Inter quos etiam de filijs Iehuda fuerunt, Daniel, Hanania, Misaël, & B
Azaria. Eisꝗ; magister palatij nomina imposuit, Danieli quidem imposuit [nomen] Beltsazar, Hananiæ Sadrach, Misaeli Mesach, & Azariæ Abednego. Daniel autem [e] induxit in animum suum, ne coinquinaretur cibo regis, aut uino
quod ipsius conuiuijs adhibebatur, & rogauit magistrum palatij, ne coinquinaretur. Deusq; hoc Danieli donauit, qui magistro palatij [f] benefico atq; propensæ uoluntatis uteretur. Et dixit magister palatij ad Danielem, Equidem timeo
dominum meum regem, qui constituit cibum uestrum & potum uestrum: [g] nam C
si facies uestras cerneret magis tetricas, quàm puerorum æqualium uestrorum,
capitali sententiæ regis me obnoxium redderetis. Itaq; Daniel dixit ad Melzar,
quem palatij magister Danieli, Hananiæ, Misaëli, & Azariæ præfecerat, Fac quæso in seruis tuis periculum decem diebus, & dent nobis legumina, quæ comedamus: & aquas, quas bibamus. Quumꝗ; spectatæ fuerint tibi formæ nostræ, &
forma puerorum qui uescuntur cibo regio, age cum seruis tuis ut tibi uisum fuerit. Obtemperauit autem eis in hac re, feciꝗ; periculum decem diebus. Et exactis decem diebus, [h] apparuerunt formosiores atq; habitiores omnibus pueris
uescentibus cibo regio. Quare Melzar auferebat cibum eorum, & uinum quod
biberent, deditꝗ; illis legumina. Porrò quatuor istis pueris deus contulit facultatem cognoscendi, & intelligentiã in omni literatura & sapientia, Danieli præ- D
terea uim exponendi omne uisum & somnia. Exactis autem diebus, post quos
præceperat rex eos adducere, adduxit eos palatij magister ante NebuchadNezar.
Et loquutus est cum eis rex: neq; inuenti sunt inter uniuersos Danieli, Hananiæ,
Misaëli & Azariæ pares: & ministrauerunt regi. [i] Atq; in omnibus quæstionibus cognitionis quæ attinet ad sapientiam, reperit eos rex decuplo excellentio-
Infra 6.a res omnibus [k] magis & sophis qui fuerũt in eius regno. †Permansitꝗ; Daniel
usq; ad annum primum regis Cyri.

[a] Princeps eunuchorum uel aulicorum, is uidetur esse, qui sæculis posterioribus fuit magister palatij uel aulæ apud Rom. principes.
[b] Cohærent, introduceret pueros.
[c] Ebr. Et scientes scientiã, & intelligẽtes madda, id est, q̃d scire facit.
[d] Ebr. Ad standum.
[e] Posuit super cor suum.

[f] Eb. Et dedit dominus Danielem ad beneficẽtiam & ad miserationes corã principe eunuchorum.
[g] Eo quod, quare uidebit facies uestras tetricas à pueris, qui secundũ ætatem uestram, & obligabitis caput meũ regi?

[h] Visa est forma ipsorũ bona, & obesiores carne.
[i] Eo omne uerbũ sapientię cognitionis, quod quęsiuit ab eis rex, & reperit eos decẽ manibus super omnes magos. &c.
[k] Hartymim significat rerũ naturalium & arcanarum peritos: quos magos potius quàm physicos nominare uisum est.

CAPVT II.

Digitized by Google

Refertur somniũ præstantissimi regis, quo cognouit interpretante illud Daniele, successionem quatuor monarchiarum, quæ in mundo excelluerunt: quæ abolentur Christi regno æterno.

A ANno secũdo regni NebuchadNezar habuit NebuchadNezar somnia, uarieq; animus eius huc & illuc agitatus est, & somnus eius [a] destituit ipsum. Iussitq; rex uocare magos, & sophos, & maleficos, & Chaldæos q regi sua somnia referrent. Qui uenientes steterũt ante regẽ. Dixit aũt illis rex, Vidi somniũ, & uarie meus animus huc & illuc est agitatus, ut scirem illud somniũ. Et Chaldæi regẽ alloquuti sunt lingua Syriaca, Rex æternũ uiuito, narra seruis tuis, nosq; interpretationẽ reddemus. Rexq; respondens Chaldæis, inquit, Res mihi excidit, & nisi mihi somnium indicaueritis eiusq; interpretationẽ, [b] frustulatim conficiemini, domusq; uestræ [c] detestabiles reddentur. Sin exposueritis somniũ & eius coniectationẽ, à me accipietis munera, & donatiua, & magnum honorem: quocirca exponite mihi somnium & eius coniectationẽ. Responderunt iterum, dicentes, Rex narret somnium suum, nosq; interpretationẽ reddemus. [Quibus]

B respondens rex inquit, Planissime intelligo uos captare cõmodius tempus, quũ cernatis rem excidisse mihi. Nisi mihi somniũ indicaueritis, una de uobis stat sententia, quod proposueritis sermonẽ falsum & cum scelere cõiunctũ ante me dicere, donec [d] se alius rerum status offerat: quamobrem narrate mihi somniũ, & intelligam uos posse interpretari mihi. Ad quæ Chaldæi coram rege ita responderunt, Non est homo in terris qui possit negotiũ regis exponere: nullus enim rex magnus aut princeps eiusmodi rem postulat ab ullo mago, aut sopho, aut Chaldæo. Est autem res maximi momenti quam rex postulat, neq; poterit quisquam alius regi exponere quàm dij, qui [e] minime uersantur inter mortales. Eapropter magna ira & furore percitus rex, præcepit omnes sapientes Babylonis perdi. [f] Quam sententiã dum exequuntur, sapientes occisi sunt, & Danielem atq; soda

C les eius quæsiuerunt, ut interficerentur. Tunc Daniel [g] intercessit consilio atq; decreto apud Arioch regium præfectũ rerum capitalium, qui egressus fuerat ad interficiendũ sapientes Babylonis. Arioch nanq; regium principem affatus dixit, Quare sententia profecta à rege tantopere urget? Et confestim Arioch exposuit rem Danieli. Quocirca Daniel introgressus rogauit regẽ, ut ei tempus permitteret ad interpretationem, quæ reddenda esset regi. Moxq; Daniel domũ profectus, Hananiæ, Misaëli & Azariæ sodalibus suis rem indicauit. Misericordiam quoq; à deo cœli petendã esse in hoc arcano, ut non Daniel & sodales eius interficiantur cum sapientibus Babylonis. Tunc Danieli arcanum patefactũ est per uisum nocturnũ, quamobrem Daniel benedixit deum cœli. Dixit autem, Nomen dei honorifice prædicandũ est per uniuersa sæcula, cuius tum sapientia tum potentia existunt. Qui [h] temporum uicissitudini moderatur, qui deponit reges, & creat reges, qui confert sapientibus sapientiã & cognoscendi facultatẽ haben-

D tibus notitiam. Idem aperit profunda & abstrusa, neq; ignorat quæ in tenebris [geruntur,] & cum eo lux habitat. Tibi deus patrum meorũ confiteor, & laudibus celebro, qui sapientiã & uires mihi contulisti, & modo mihi ostendisti quod abs te rogauimus, negotiũq; regis nobis indicasti. Daniel igitur adiens Arioch, quem rex ordinauerat ad sapientes Babylonicos interficiendũ, [i] ita eum affatus est, Sapientes Babylonicos ne perimas, uerum ducito me ad regem, et regi exponam coniectationem. Tunc Arioch celerrime duxit Danielem ad regem, & ita ei dixit, quod repertus sit uir inter captiuos Iudæos, qui regi coniectationẽ expositurus sit. Rex aũt alloquens Danielem, cui nomen erat Beltsazar, inquit, Num poteris mihi somniũ indicare quod habui, & eius interpretationem? Et Daniel respondens regi, dixit, Arcanum quod rogauit rex, non potuerunt sapientes, sophi,

a Ambigua est sentẽtia propter uerbũ in hitheha, an somnus fuerit super eum, an ne somnus ab eo sublatus sit.

b Chald. Frusta efficiemini. Suppliciũ horrẽdum significat, qualis est hodie proditorum in partes sectio.

c Neuali, quod Hiero. publicabuntur interpretatus est, Iudæi quidã exponũt contẽptum, alij uastitatem, alij sterquilinium aut latrinam.

d Donec tempus immutetur.

e Quorum habitatio ipsorum cum carne non est ipsa.

f Et sententia egressa est.

g Fecit reuerti consilium & decretum ad Arioch principem mactatorum.

h Mutat tempora, et occasiones tẽporis.

i Abijt & sic dixit ei.

Chaldæi, qui & genethliaci aut mathematici uocantur.

phi, magi, fatidici explicare regi. Verum existit in cœlo deus aperiens arcana, qui ostendit regi Nebuchad Nezar quid posteris temporibus futurũ sit. [Etenim] somnium tuum & uisa capitis tui in lecto tuo hęc sunt, Tu rex super lecto tuo [k]uoluisti cogitationes in animo quid posthac futurũ sit, & qui aperit arcana, ostendit regi quid futurũ sit. Et mihi quidem arcanum istud reuelatum est, non per sapientiam, qua omnes uiuos superem, sed eam ob rem, ut [aliqui] regi ostendant interpretationem, & intelligas tui cordis cogitationes. Tu rex contemplabaris, & ecce grande quoddam simulachrũ, simulachrum ingens, & eximia forma, & terrifica specie stabat ante te. Cuius simulachri caput [fuit] de auro bono, pectus eius & brachia eius argentea, uenter eius & latera ærea. Crura eius ferrea, [&] pedes eius partim ferrei, partim fictiles. [Eam] spectabas donec lapis reuulsus est absq; manibus, qui [l]contudit imaginis pedes ferreos atq; fictiles, & eos comminuit. Tumq; in minutissimas particulas abierunt simul ferrũ, lutum, æs, argentũ & aurum, & fuerunt ceu puluis arearũ in æstate, abstulitq; illa uentus, ut ne locus quidem eorũ inuentus sit. Cæterũ lapis qui cõtudit imaginem, euasit ingens mons, & impleuit totã terram. Hoc somnium est, [nunc] & interpretationem eius coram rege exponemus. Tu rex omniũ regum præstãtissimus es, in quem deus cœli regnum, potentiam, robur & decus contulit. Omniaq; loca in quibus degunt homines, feræ ac uolucres cœli [m]posuit in manũ tuam, & te omnium istorum dominum fecit: tu es [ergo] aureum caput. Tibi aũt succedet regnum aliud minus te, & aliud regnũ æreum, quod imperitabit terræ uniuersæ. Regnũ autem quartum erit robustum sicut ferrum, eo q; ferrum omnia comminuit ac domat, & ut ferrum atterens omnia hæc comminuet attereto;. Nam q; uidisti pedes & digitos partim è testa figuli, & partim ferreos, [significat] regnũ partiendum, & de firmitate ferrea quiddam habiturum, quemadmodum uidisti ferrum mixtum testæ luteæ. Et [quia] digiti pedũ partim ferrei, partim testacei, erit regnum partim robustum, & partim fragile. Quod uero uidisti luteæ testæ mixtum ferrum, [portendit] miscendos inter se, [atq; copulandos] [n]humano semine, uerũ non cohæsuros mutuum, quemadmodũ ferrum non admiscetur testæ. Porrò temporibus regum istorum deus cœli regnũ condet, quod æternis temporibus non destruetur, nec imperium eius alteri populo relinquetur, [quod] cõminuet ac finiet omnia ista regna, ipsum uero æternũ stabit. Quemadmodum uidisti q; lapis de monte reuulsus absq; manibus, comminuit ferrum, æs, testam, argentũ & aurum. [Itaq;] deus magnus regi monstrauit quid sit futurum posteris temporibus: & uerũ est somniũ, eiusq; interpretatio fidelis. Tunc rex Nebuchad Nezar procidit in faciem suam, & Danielẽ adorauit, eiq; præcipit oblationem, & odores, & libamen [impendi.] Deniq; rex Danielem appellans, dixit, Vere deus uester omniũ deorum excellentissimus est, & dominus regum, & aperiens arcana, siquidem potuisti hoc arcanum aperire. Inde rex amplificauit Danielem, eiq; multa & magna dona contulit, & imperio prouinciæ Babylonis eum pręfecit: creauit quoq; principem inter duces & omnes sapientes Babylonis. Præterea Daniele postulante, rex præfecit Sadrach, Mesach & Abednego administrationi regionis Babylonicæ, Daniel autem [o]erat in regia.

[k] Tu rex cogitationes tuæ super lectũ tuum ascenderunt.

B

[l] Cõtudit imaginem super pedes suos.

F

[m] Dedit.

[n] Id est, propinquitate et affinitatibus.

G

[o] In porta regis.

CAP. III.

Contentio ueræ & falsæ religionis apud simulachrum quod Nebuchad Nezar posuit in campo Dura.

REx Nebuchad Nezar fecit aureum simulachrũ altitudine sexaginta cubitorum, [&] latitudine sex cubitorũ, quod collocauit in campo Dura regionis Babylonicæ. Misitq; rex Nebuchad Nezar [nuncios,] qui congregarent satrapas, duces, præsides prouinciarũ, [a]nomophylaces, quæstores, iurisconsultos, [b]iustitiæ executores, & omnes prouinciarũ principes, ut uenirent ad dedicationem

A

[a] Adargazraia, q̃d Hieron. uertit in duces, primarios iudices & quasi custodes legũ significat: quorum officiũ erat inspicere, ut decreta seruarẽtur à cæteris magistratibus.

[b] Iudæi exactores interpretantur, ubi Hierony præfectos. Nomine aũt exactorum intelligunt apparitores, uiatores, lictores, & alios magistratuũ maiorum administros.

Digitized by Google

simulachri quod rex Nebuchad Nezar erexerat. Tunc congregati sunt satrapæ, duces, prouinciarũ præsides, nomophylaces, quæstores, iurisconsulti, iustitię executores, & omnes prouinciarũ principes ad dedicationem simulachri quod rex Nebuchad Nezar erexerat, stabantq; ante simulachrũ quod erexerat Nebuchad Nezar. Et præco [c]alta uoce proclamauit, Vobis populis, nationibus & linguis [d]edicitur, Quamprimũ audieritis sonum cornu, tibiæ, citharæ, sambucæ, [e]nabli, symphoniæ, & omnium instrumentorũ musicorum, procidetis, & adorabitis simulachrũ aureum quod rex Nebuchad Nezar erexit. Quisquis autem non prociderit, & adorauerit, ea hora proijcietur in ardentẽ fornacem ignis. Quamobrem statim ut omnes populi audiuerunt sonũ cornu, tibiæ, citharæ, sambucæ, nabli, & omniũ musicorum instrumentorũ, omnes populi, nationes & linguæ adorauerunt aureum simulachrũ quod erexerat Nebuchad Nezar rex. Eodem igitur tempore uiri Chaldæi Iudæorum æmuli adeuntes [regem] detulerunt eos. Re-
g sponderunt [autem] & dixerũt regi Nebuchad Nezar, Rex æternum uiuito. Tu quidem rex decretũ fecisti, ut omnis homo audito sono cornu, tibiæ, citharę, sambucę, nabli, symphoniæ, & omnium instrumentorũ musicorum, procidens adoret simulachrum aureum. Et qui non procidens adorauerit, conijciatur in ardentem fornacem ignis. Sunt autem uiri Iudæi, quos præfecisti administrationi prouinciæ Babylonicæ, Sadrach, Mesach & Abednego, qui uiri tuum decretũ, ô rex, minime curant, neq; deos tuos colunt, neq; simulachrum aureum quod erexisti adorãt. Tunc Nebuchad Nezar in furore ac æstu iussit adduci Sadrach, Mesach, & Abednego. Et confestim ante regem adducti sunt illi uiri. Quibus Nebuchad Nezar respondens, dixit, Est ne uerũ Sadrach, Mesach & Abednego, q uos deum meum non colatis, neq; simulachrum aureum quod erexi adoretis? Quod si adhuc procidentes adoraturi estis simulachrum quod feci, quum audieritis sonum cornu, tibiæ, citharæ, sambucę, nabli & symphonię, & omnium musicorum [f]instrumentorum: sin uero non adorabitis, eadem hora proijciemini in ardentẽ fornacem ignis: & quis est ille deus, qui uos eripiat è manu mea? Respondentes Sadrach, Mesach & Abednego regi, dixerũt, [g]Vt respondeamus tibi Nebuchad Nezar de hac re, non magnopere soliciti sumus. An deus noster quem colimus, potis sit eripere nos de ardente fornace ignis, & an sit liberaturus de manu tua, an non. Hoc autem notum sit tibi rex, q deos tuos non colimus, neq; adorabimus aureum simulachrum quod erexisti. Tunc Nebuchad Nezar [h]totus excãduit, & [i]uultus eius immutatus est aduersum Sadrach, Mesach & Abednego, & præcepit fornacem septuplo magis succendi, q̃ succendi consueuerat. Mandauitq; uiris in suo exercitu ualidissimis, ut Sadrach, Mesach & Abednego uinctos proijcerẽt in
C ardentem fornacem ignis. Et confestim illi uiri sunt uincti cum saraballis suis, [k]tibialibus suis, & tiaris suis, & uestibus suis, ac proiecti in ardẽtem fornacẽ ignis. Nam regis iussio urgebat, & fornax supra modum succensa erat, flammaq; ignis occidit uiros qui adduxerunt Sadrach, Mesach & Abednego. Tres autem illi uiri Sadrach, Mesach & Abednego uincti ceciderunt in ardentem fornacem ignis. Tunc rex Nebuchad Nezar obstupuit, & celeriter surrexit, [l]ac suis proceribus dixit, An non tres uiros uinctos proiecimus in ignem? Qui respondentes dixerũt, Ita sanè rex. [m]Ad quos ille inquit, Atqui ego uideo quatuor uiros solutos ambulantes in igne, in quibus nulla est labes, & forma quarti similis filio deorũ. Tum accessit Nebuchad Nezar ad ostium ardentis fornacis ignis, & dixit, Sadrach, Mesach & Abednego cultores summi dei, prodite & uenite. Statimq; Sadrach, Mesach & Abednego egressi sunt ex igne. Satrapæ uero, duces & præsides prouinciarum, [cæteriq;] regis proceres congregati sunt spectantes uiros istos, in quorum corpora ignis uim nullam habuit, neq; capillus capitis eorum adustus est,

neq;

c Ebr. In uirtute uel pro uirili.
d Ebr. Et dicunt uobis, rex uidelicet & quorum authoritas hic ualet.
e Psentherin, quod Hierony psalteriũ, secutus rabi Saadiã in nablum uertit.

f Subintelligitur ad explendã sententiã, faciã uobis gratiam delicti, aut simile qd dam.
g Cohærent, ut respondeamus tibi de hoc uerbo, an deus possit an non, & cætera: quanquã Ebr. distinctio uidetur separare.
h Eb. Repletus est calore.
i Imago faciei suæ.
k Vocem patsehon, quã Hiero. & Theodotion interpretati sunt tiaras eorum, Iudæi exponunt, ut significet crurum tegumenta aut feminum.
l Respondit & dixit officialibus suis.
m Eb. Respondit & dixit, Ecce.

Digitized by Google

est, neque sarabella eorum mutata sunt, neque peruasit eos odor ignis. Itaque Nebuchad Nezar in uerba erumpens, dixit, Prædicandus est deus horum Sadrach, Mesach & Abednego, qui misit angelum suum, ac liberauit cultores suos, qui spem in ipso posuerunt, [n]contraque regis imperium egerunt, suaque corpora exhibuerunt potius, quàm ut colerent aut adorarent ullum deum præter suum deum. Porrò à me factum est decretum, ut quicunque populus, natio, aut lingua conuitium dixerit in deum Sadrach, Mesach & Abednego, frustulatim conficiatur, eiusque domus [o]detestabilis fiat: siquidem nullus deus est alius, qui possit ad hunc modum liberare. Inde rex euexit Sadrach, Mesach et Abednego in regione Babylōis. Nebuchad Nezar rex omnibus populis, nationibus & linguis per omnem terram degentibus [precatur ut] pax uestra augescat. [p]Officij mei esse iudico referre signa & portēta, quæ in me summus deus edidit. Sunt enim eius signa permagna, & portenta eius ingētia, regnumque ipsius regnum æternum, & dominatus ipsius per uniuersa sæcula. D

Infra 7.d

CAP. IIII.

Ego Nebuchad Nezar felix eram in mea domo, & opulentus in meo palatio. A Somniū autem uidi, quod me terruit, & cogitationes in lecto meo, atque uisa mei capitis perturbarunt me. Proin [a]edictū est à me, ut omnes sapientes Babylonis ad me adducerentur, qui mihi somniū interpretarentur. Tunc accesserūt magi, sophi, Chaldæi, fatidici, quibus narraui somniū, uerum eius interpretationem non reddiderunt mihi. Donec tandē ad me peruenit Daniel, cui nomen est Beltsazar ex nomine dei mei, qui præditus est spiritu sanctorum deorum, eique somnium narraui. Beltsazar præses magorū, in quo noui esse deorum sanctorum spiritum, quòd nullum arcanum te [b]fugiat, exponito uisa mei somnij quod uidi, & eius interpretationem. Visa quidem capitis mei in meo lecto [hæc sunt,] Vide B bam arborem in terra eximiæ proceritatis. Arbor erat magna & robusta, cuius proceritas attingebat cœlos, & conspicua erat in extremis partibus totius terræ. Frondes eius pulchræ, & fructus eius copiosus erat, & omnibus in ea cibus. Sub ea uelut in umbra degebant feræ, & in ramis eius nidulabantur aues cœli, [c]omnesque animantes cibū inde capiebant. [Eam dum] specto in uisis mei capitis, ecce uigil & quidē sanctus cœlitus descendit. Clamauitque alta uoce, & dixit ad hunc modū, Excidite arborem, & amputate ramos eius, excutite frondes eius, & fructū eius dispergite, fugiantque feræ de illa, & aues de ramis eius. Attamen firmitudinē radicū eius relinquite in terra, & [quidem] in uinculo ferreo & æreo, tingaturque C in agresti herba, & in rore cœli, [d]ac ritu ferarū fœnum in terra comedat. [e]Humana ratio illi eripiatur, & sensus indetur beluinus, donec septem temporum cursus euoluatur. [f]Eaque res ut fieret, censuerunt uigiles, sanctique postulauerunt, ut uiuentes nouerint quòd excelsus imperitet in regno hominū, & cui uoluerit cōferat illud, eueharque ad ipsum uel abiectissimū inter homines. Hoc somniū ego Nebuchad Nezar rex uidi, tu autem Beltsazar interpretationem edissere, quia omnes sapientes regni mei nequeunt interpretari mihi, tu uero potes quippe sanctorū deorum spiritu præditus. Tunc Daniel, cui & nomen Beltsazar, cogitabundus hæsitauit circiter horam, & suæ cogitationes perturbauerūt eum. Ad quem rex hoc sermone usus est, Beltsazar somniū & eius [g]significatio non turbent te. Beltsazar autem respondens, ait, Mi domine, somnium inimicis tuis [eueniat,] & eius significatio tuis hostibus. D Arbor quam uidisti, magna & robusta, cuius proceritas attigit cœlos, & conspicua fuit omni terræ. Cuius frondes pulchræ, & fructus copiosus, in qua cibus omnibus, sub qua feræ degerunt, & in cuius ramis habitauerūt uolucres cœli. Tu es rex, magnus & potens, tuaque magnitudo auctior subinde cœlos attigit, tuusque dominatus ad ultimas terras [porrigitur.] Quod uero rex uidit uigilem, eumque sanctū cœlitus descendentem, qui dixit, Excidite arborem,

[n] Ebr. Et uerbum regis mutauerunt.
[o] Neuali, quod Hierony. interpretatur uastetur, Iudæi quidam exponunt latrinam.
Non est hæc nouissima pars cap. 3. formulæ edicti: sed pertinet ad contextum quarti capitis Estque nunciatoriæ epistolæ exemplum, quam Nebuchad Nezar per totum regnū publicauit, reddita sibi mēte post insaniam. In qua perspicue docetur quàm tetrū sit uitium superbiæ, & quàm infirmæ res hominū, uel in summa, potentia mortalium.
[p] Ebr. Signa & portenta quæ fecit mecum deus excelsus, pulchrū ante me ad narrandum.
[a] Eb. Edictū uel decretum positum est à me.
[b] Verbum anes urgere & opprimere etiam significat.
[c] Eb. Omnis caro cibabitur de ea.
[d] Cum brutis pars eius in gramine terræ.
[e] Eb. Cor eius ab hominibus mutent, & cor brutorū ei conferatur, & tempora septem transeant super eo.
[f] Ebr. In decreto uigilum uerbum, & in dicto sanctorum postulatio.
[g] Vel, interpretatio eius.

Digitized by Google

& destruite illam: attamen firmitatem radicũ eius in terra relinquite, idq; in uin-
culo ferreo & æreo, in agresti herba & rore cœli tingatur, & ritu beluino uiuat,
donec tempora septẽ euoluantur. Hæc est expositio rex, & decretũ excelsi, cui do-
B minus meus rex [h]obnoxius est. Te nanq; pellent ab hominibus, & inter feras
erit uersandũ tibi, ac uelut boues †cibabunt te fœno, & robore cœlesti tingent te, Infra 5.f
dum euoluantur septem tempora, donec agnoscas q excelsus imperitet in homi
num regno, illudq; conferat cui uoluerit. Nam q dixerunt relinquendã esse fir-
mitatem ipsius arboris, [portendit] †regnum tibi mansurũ, ubi agnoueris q do- Eccli 3 d
minentur [i]cœli. Proinde rex meum consilium [k]probetur tibi, & tua peccata redi- Resipiscentiæ forma optima.
me iustitia, & iniquitates tuas beneficentia in pauperes, [l]fortasse felicitas tua pro
rogabitur. Atq; omnia hæc euenerunt regi Nebuchad Nezar. [Nam] post men-
ses duodecim in palatio regio Babylonis deambulauit. [m]Dixitq; rex, An nõ hęc
est Babylon magna, quã ædificaui excellenti mea potentia, ut existat regia, & de-
F cus magnificentiæ meę? Quo sermone adhuc existente in ore regis, uox cœlitus
delapsa est, Tibi dicunt, ô rex Nebuchad Nezar, q regnũ à te recesserit. Ab homi-
nibus etiam te pellent, & inter feras tibi uersandũ erit, fœno uelut boues cibabũt
te, dum euoluantur septẽ tempora, quoad agnoscas q excelsus imperitet in ho-
minum regno, idq; cõferat cui uoluerit. Eaipsa hora sermo in Nebuchad Nezar
impletus est, ut ab hominibus pelleretur, & fœnũ ut bos comederet, eiusq; corpus
de rore cœlesti tingeretur, adeo ut pilorũ copia aquilis, & unguibus similis eua-
deret uolucribus. Cæterũ exactis diebus ego Nebuchad Nezar sustuli oculos
meos ad cœlũ, & mens mea rediit ad me, & excelso benedixi, & sempiternis tem-
G poribus uiuentem laudaui atq; decoraui, cuius dominatus æternus dominatus
est, & cuius regnũ per uniuersa sæcula. Omnesq; inhabitantes terrã atomus æsti Infra 7.d
mantur: qui pro sua uoluntate agit tam in exercitu cœlesti q̃ inter habitatores ter
ræ: nec est quisquam qui manũ eius impediat, aut dicat ei, Quid fecisti? Eo tempo
re mens mea rediit ad me, & magnificentia mea ad decus regni mei, forma etiam
mea rediit, proceres quoq; & magnates mei requisiuerunt me, sumq; in regno
meo confirmatus, & maior amplitudo adiecta est mihi. Nunc [igitur] ego Ne
buchad Nezar laudo & eueho, & decoro cœli regem, cuius omnia opera sunt ue
ritas, & semitæ eius iudiciũ, quiq; potest superbientes humiliare. CAP. V.

Describitur conuiuiũ luxuriosum, quo rex Babylonis magnates suos excepit. In quo docetur præcipue infelix intemperantiæ atq; luxuriæ exitus.

A REx Belsazar conuiuio magnifico mille suos magnates accepit, & corã mil
le bibit uinũ. [a]Vinoq; dictante Belsazar iussit adferri aurea & argentea ua-
sa, quæ pater eius Nebuchad Nezar abstulerat templo in Ierusalẽ, ut biberent ex
eis rex, magnates eius, uxores eius, & concubinę eius. Itaq; allata sunt aurea & ar
gentea uasa quę abstulerant templo, domui dei in Ierusalẽ, & biberunt ex eis rex,
magnates eius, uxores eius, & concubinæ eius. Quumq; uinum bibissent, lauda
uerunt deos aureos, & argẽteos, æreos, ferreos, ligneos & lapideos. Eadem hora
emicuerunt humanę manus digiti, & scripserũt ex aduerso candelabri in [b]alba-
B rio parietis regii palatii, & rex articulos manus quæ scripsit, conspexit. Tunc for
ma regis immutata est, & cogitationes suæ perturbauerũt eum, uinculaq; lumbo
rum illius soluta, & genua mutuum [c]collisa sunt. Rex [igitur] uehemẽter clama
uit, ut adducerentur sophi, Chaldæi & uatidici. Atq; in hunc modũ rex uerba fe-
cit ad Babyloniæ sapiẽtes, Quisquis legerit scripturã hanc, & sententiam eius mi
hi exposuerit, purpurã induet, ac torquem aureum [gestabit] in collo, præterea
tertius in regno dominabitur. Tunc uenerunt omnes sapientes regis, neq; po
tuerunt scripturã legere, neq; sententiam regi explicare. Quamobrem rex Belsa-
zar uehementius turbatus est, formaq; illius mutata, necnon magnates eius ob-
stupefacti

h Super dominum meum perueniat.
i Cœli pro deo in cœlis.
k Pulchrũ erit apud te.
l Hebr. Si erit prolongatio felicitati tuæ. Iudæi quidam exponunt, medicina erit delictis tuis.
m Respondit rex & dixit.
a In decreto uini.
b Gira proprie calcem significat, sed q̃ albarium inducitur parieti.
c Genua hoc illud osculata sunt.

Digitized by Google

stupefacti. Cæterum regina [b]ob negotiũ quod regi & magnatibus eius acciderat, conuiuij domũ ingressa est, & proloquens regina dixit, Rex æternum uiuito. Non perturbent te cogitationes tuæ, neq; forma tua immutetur. Est enim in regno tuo uir sanctorũ deorum spiritu præditus, in quo temporibus tui patris reperta est scientiæ lux, & intelligentia, & sapientia, ceu deorũ sapientia, eumq; rex Nebuchad Nezar pater tuus fecerat antistitem magorũ, sophorum, Chaldæorũ, fatidicorum, rex inquam, pater tuus. Eo q; in Daniele, cui rex nomen Belsasar imposuit, repertus est spiritus amplior, & scientia intelligentiaq;, ut somnia interpretetur, & ænigmata edisserat, & soluat [rerum arcanarum] uincula. Nũc ergo uocetur Daniel, qui rem interpretando explicabit. Itaq; Daniel adductus est ad regem. Rex autem alloquẽs Danielem, dixit, Túne ille Daniel es [c]unus de captiuis Iudæis, quos pater meus rex adduxit è Iudæa? Audiui equidem de te [prædicari,] q; spiritus deorum sanctorũ in te sit, q;q; scientiæ lux, & intelligentia, & uberior sapientia in te sit deprehẽsa. Modo enim adducti sunt ante me sapientes [&] sophi, qui scripturam hanc legerent, eamq; interpretarentur mihi, uerum minime potuerunt negotiũ explanare. De te autem audiui, [f]q; obscura possis interpretari, & uincula dissoluere: proin si potes legere scripturam, eiusq; interpretationem indicare mihi, purpuram indues, & torquem aureum in collo [gestabis,] tertiusq; in regno dominaberis. Tunc respondens Daniel, inquit coram rege, Munera tua tibi habeto, & donatiua tua confer in alios: cæterũ scripturam legam regi, & eius interpretationem tibi ostendam. Tuo parenti Nebuchad Nezar, ô rex, summus deus contulerat regnum, & amplitudinem, & decus, & magnificentiam. Propter amplitudinem autem quam ei contulerat, omnes populi, nationes & linguæ metuebant atq; timebant eum, propterea q; occideret quẽ uellet, & [g]percuteret quem uellet, eueheret quem uellet, ac deprimeret quẽ uellet. Quumq; animo elato esset, [h]sibiq; arrogaret immoderata, de solio regni sui depositus est, illiq; decus adimerũt. Et de hominibus est pulsus, ac ferino sensu præditus, inter onagros uersatus est, eumq; fœno cibarũt ueluti boues, & de rore cœlesti corpus eius tinctũ est, donec agnouit q; hominũ regno dominetur supremus deus, illiq; imponat quem uoluerit. Tu autem filius eius Belsasar nõ summisisti animũ tuum quum scires hæc omnia. Et aduersus dominũ cœli extulisti teipsum, & ante te allata sunt uasa domus ipsius, tuq; & magnates tui, uxores tuæ, & concubinæ tuæ uinum ex eis biberũt, deosq; argenteos, aureos, æreos, ferreos, ligneos, lapideos, qui neq; uidẽt, neq; audiunt, nec quidq̃ norunt, laudauisti, deum autem, in cuius manu est tuus spiritus uitalis, cuiusq; sunt omnes tuæ semitæ, haudquaq̃ reueritus es: nũc igitur ab eo missus articulus manus hanc scripturã exarauit. Hanc aũt scripturã exarauit, Mene mene, thekel, upharsin. Et hæc interpretatio sermonis, [i]Mene, [hoc est, numerauit, significat] q; deus numerauit regnum tuum, & illud ad finem adduxit. Thekel, [hoc est, appendit, significat] te appensum in bilance, deprehensum minus habere. Pheres, [id est, diuisit, portendit] regnũ tuum diuisum, & ad Medos atq; Persas translatum esse. Tunc iubente Belsasar, induerunt Danielem purpura, & torquem aureum eius collo [circumposuerunt,] & per uocem præconis edixerunt, ut tertius dominetur in regno. Ea ipsa nocte occisus est Belsasar Chaldæorum rex. Et Darius Medus regnum accepit natus annos sexagintaduos.

C [b] Ob sermones uel uerba regis.

D [c] De filijs captiuitatis Iehud.

[f] Interpretationes interpretari.

E

[g] Rabi Saad exponit, uiuum seruaret.

[h] Et spiritus eius obfirmatus est ad arrogandum.

F

G

[i] Primo geminatur mene mene, id est, exactissime numerauit.

CAP. VI.

Narratur hoc capite, ut Daniel innocẽtissimus proiectus sit leonibus. Vbi exemplum proponitur insigne fidei in deum & erga homines, exemplum quoq; memorabile in primis seruandi iustitiam distributiuam ut uocant.

PLacuit Dario, ut centũ uiginti satrapas uniuerso regno præficeret. Eisq; præposuit [a]tres uiros rationales, quorũ unus fuit Daniel, quibus satrapæ ratio-

A [a] Sarchin q̃d Hieronym. principes trãstulit, Iudæi exponunt per sotrin, id est, exactores. Quos uisum est Latine potius rationales appellare quàm episcopos aut ephoros. Inter rationales autem istos Daniel excelluit tanquam præfectus augustalis, qui uicem regis obtineret.

Digitized by Google

nem redderent, ne rex ullum damnū acciperet. Porrò Daniel antecelluit rationa
les & satrapas, eo quòd ampliori spiritu esset prœditus, ideoq; rex cogitauit eum uni
uerso regno præficere. Tum rationales & satrapæ inuestigauerunt ecquod cri-
men possent inuenire aduersus Danielem [b] in regijs negocijs, uerū nullū crimen
aut facinus potuerūt inuenire, quū enim fidei esset obseruans, nullum delictum
B aut facinus in eo deprehendebatur. Quare illi uiri dixerūt, Non inueniemus ad-
uersus Danielē istum aliquod crimen, nisi [aliquid] aduersus eum inueniamus
in lege dei sui. Itaq; rationales & satrapæ illi regem insidiose aggressi, ad hūc mo
dum loquuti sunt ei, Rex Dari uiuito æternū. Omnes rationales regni, duces, sa-
trapæ, [c] proceres, & præsides prouinciales decreuerunt [d] legem regiam cōdere, &
sancire edictū, ut quisquis petierit ullam rem ab aliquo deo aut homine per dies
triginta, præterq̄ à te rex, conijciatur in foueam leonum. Nunc igitur [e] sancias de
cretum rex, & scriptū exares, quod non immutetur secundum Medorum & Persa
C rum legem [f] sempiternam. Itaq; rex Darius exarauit scriptum & edictum. Cæte-
rum Daniel ubi comperit scriptum exaratū esse, domum suam adijt, & apertis fe
nestris sui cœnaculi uersus Ierusalem, tribus temporibus quotidie in genua pro-
cumbens benedixit & orauit, & confessionē exposuit deo suo: ita enim antehac
facere consueuerat. Igitur illi uiri obseruantes insidiose deprehenderunt Danie-
lem precantem atq; supplicantē deo suo. Adeuntes autem regem super edicto re
gio, loquuti sunt, An non edictum scripto publicasti, ut quisquis petat [aliquid]
ab ullo deo aut homine per dies triginta, præterq̄ à te rex, conijciatur in foueam
D leonum? Quibus respondens rex, inquit, Ita sanè, resq; [teneatur] iuxta legē Me-
dorum & Persarū sempiternam. Tunc respondentes dixerunt corā rege, Daniel
unus è numero captiuorū Iudæorum minime curat tua decreta rex, neq; edictum
quod scripto publicasti, tribusq; temporibus quotidie preces suas fundit. Quo
sermone audito rex, magno dolore affectus est ex eo, [g] animumq; planè induxit
liberare Danielem, & usq; in solis occasum contendit, ut eum eriperet. Verum isti
uiri insidiose regem aggressi, dixerūt regi, Scito rex legem esse Medorum & Per-
E sarum, ut nullum edictum aut lex quam condiderit rex, immutetur. Itaq; iuben-
te rege adduxerunt Danielem, & coniecerunt in foueam leonum. Rex autē affa-
tus Danielem, inquit, Deus tuus quem semper coluisti, liberet te. Estq; allatus qui
dam lapis & positus ad os foueæ, quem rex annulo suo & annulo magnatū suo
rum obsignauit, [h] ne quid Danieli eueniret contra uoluntatem. Inde rex ad pala
tium suum regressus permāsit incœnatus, neq; illi apposita est mensa, somnusq;
illum destituit. Porrò in aurora quū illucesceret, surrexit rex, & propere accessit fo
ueam leonum. Et foueam accedens lamentabili uoce Danielem uocauit, ac Da
F nielem alloquens rex dixit, Daniel serue dei uiui, potuitne deus tuus, quem sem-
per coluisti, liberare te à leonibus? Regiq; confestim Daniel dixit, Rex æternū ui
uito. Deus meus angelū suum misit, & conclusit ora leonum, ut non læserint me, 1. Mac. 2.
quoniam ipso iudice innocentia in me reperta est, imò & te iudice rex nullū sce-
lus patraui. Quamobrē summo gaudio percepto rex, iussit Danielem educi de
fouea. Estq; Daniel eductus de fouea, neq; labes ulla reperta est in eo, quia credi-
dit deo suo. Iubente quoq; rege adduxerunt uiros istos Danielis æmulos, qui de
tulerant, & coniecerūt in foueam leonum cum liberis & uxoribus suis, quos leo
nes inuaserūt antequam solum foueæ attigissent, eorumq; ossa omnia cōminue-
G runt. Tunc Darius rex omnibus populis, nationibus & linguis in omni terra de
gentibus scripsit, Vestra pax augescat. A me decretum est factum, ut in uniuersa
ditione regni mei metuant & timeant deum Danielis, quū sit deus uiuus, & per-
manens in sæcula, eiusq; regnum non destruetur, & dominatus eius perdurat.
Qui liberat & eripit, editq; signa & portenta in cœlo & in terra, qui liberauit Da
nielem

[b] Ebr. A latere regis.

[c] Dabrala, quod Hierony. senatores uertit, officiales & procuratores significat.

[d] Eb. Statuere statutum regis, & confirmare obligationem.

[e] Eriges oblationem.

[f] Quæ non transibit.

[g] Et super Daniele posuit cor.

[h] Vt non uariaret uolūtas in Daniele.

Digitized by Google

micelem à leonibus. Porrò Daniel euectus est tam in regno Darij quàm in regno Cyri Persæ.

CAP. VII.

Narrat uisum oblatum sibi, quo portendit afflictiones populi dei sub monarchijs Babylonica, Persica, Macedonica, Romana: utq; diuiso imperio Romano, Antichristus inuadens Christi ecclesiam persecuturus sit eam usq; ad mundi finem. Quando demũ nouißimo iudicio dei totus conficiendus sit: ut sancti cum Christo, sublatis omnibus hostibus, tranquille regnent in æternum.

ANno primo Belsazar Babylonici regis Daniel somnium habuit, & uisa capitis sui in lecto suo, tuncq; somnium scripsit [a] rerum summã comprehendens. Et hæc adeo uerba sunt Danielis, Videbam per nocturna uisa, ut quatuor uenti cœli mare magnũ commouerent. Et quatuor animalia grandia, eaq; inter se diuersa è mari ascenderunt. Primum simile fuit leoni, habens aquilinas alas: spectabam [uero] donec euulsæ sunt eius alæ, & è terra eiectum est, atq; in pedes erectum hominũ ritu, mensq; humana illi data est. Ecce autem aliud animal secundum simile urso, idq; ad unum latus constitutũ est, habens tres [b] bolos in ore suo inter suos dentes. Cui sic dixerunt, Surge, [ac] deuora carnem multam. Post hæc spectabã, & ecce aliud pardo simile, habens quatuor alas uolucris in dorso suo, quatuor etiam cornua fuerunt huic animali, eiq; traditũ est imperium. Post hæc spectabã in uisis nocturnis, & ecce animal quartum formidabile atq; terrificum, & eximie robustũ, quodq; habens grandes ferreos dentes, uorauit & comminuit, & reliquũ proculcauit pedibus suis: fuit autẽ prorsus diuersum ab omnibus animalibus quæ ipsum præcesserunt, habens etiam decem cornua. Dumq; cornua cõsidero, ecce cornu aliud paruum inter illa succreuerat, à quo tria ex cornibus prioribus sunt detracta: & ecce cornua fuerũt in isto cornu uelut oculi hominis, & os loquens grãdia. Spectabã [sane] donec posita sunt subsellia, & [c] prouectus ætate sedit, cuius uestimentũ candidum erat ut nix, & capillus capitis eius ut munda lana: cuius soliũ flammæ igneæ, & eius rotæ ignis flagrans. †Igneum flumen dimanabat egrediebaturq; ab eo, [&] millies mille ministrabant ei, ac decies mille myriades ante ipsum stabant: quumq; iudiciũ consedisset, libri aperti sunt. Tunc spectabã [maxime] propter uocem grandiũ sermonum, quos cornu loquebatur: [&] tam diu spectabã, dum bestia sublata est, & corpus eius peremptum, ipsaq; proiecta in rogũ ignitum. Cæterũ animalia reliqua deposuerũt dominatum suum, & illis concessa est diuturnitas in uita, usq; ad [d] præfinitũ terminum & tempus. Spectabã in uisis nocturnis, & ecce ueniebat in nubibus cœli quidam ceu filius hominis, qui usq; ad prouectũ ætate peruenit, eumq; adduxerunt ante illum. Et dominatus est ei traditus, & honos, & regnum, ut omnes populi, nationes & linguæ colant eum, †cuius dominatus est dominatus æternus, qui non præteribit, cuiusq; regnum haudquaq̃ destruetur. [e] Me [quidem] Danielem animus deliquit, & uisa capitis mei perturbauerunt me. Itaq; accedens quendam ex adstantibus rogabã ab eo ipsissimã ueritatem in hoc toto [negotio,] qui mihi dixit, & uerborum interpretationem mihi exposuit. Quatuor illæ bestiæ [figurant] quatuor reges, qui consurgent de terra. Sancti autem excelsi accipient regnum, & obtinebunt regnum per sæcula uniuersa. Postea uolui certam habere notitiam de bestia quarta, quæ multum ab alijs omnibus diuersa in primis formidabilis fuit, quæ dẽtibus ferreis prædita, & unguibus æreis deuorauit & comminuit, & reliquũ proculcauit suis pedibus. De cornibus quoq; decem in eius capite, & alio quod succreuit, ab eo tria [cornua] de prioribus exciderũt, quod cornu oculos habuit, & os loquens grandia, [f] & magnificentius alijs uidebatur. Quod cornu me spectante prælium fecit cum sanctis, & præualuit eis. Donec uenit prouectus ætate, & iudiciũ datum est excelsis sanctis, & præfinitum aduenit

Marginal letters: A, B, C, D, E, F

Marginal references: Apoc. 5. d (beside "Igneum flumen"); Luc. 1. c, Mich. 4. c, Supra 3. g, 4. g (beside "cuius dominatus est dominatus æternus")

[a] Caput uerborũ dixit.

[b] Ilein quod Hiero. ordines uertit & Iudæi aliqui dentium uersus intelligũt, potius significat bolos à deglutiendo.

[c] Vetus diebus, uel ut Hiero. antiquus dierum, significat annosum, & qui uiuendo per multa tempora transijsse uidetur.

[d] Zeman potius occasionem temporis aut præfixum terminum temporis significat quàm tempus.

[e] Alienatus est spiritus meus, ego Daniel in uagina.

[f] Et aspectus eius magnus à socijs suis.

Digitized by Google

tempus, ut sancti regnum obtinerent. Sic [autem] dixit, Bestia quarta [significat] regnum in mundo fore quartũ, quod differat ab omnibus regnis, & deuoret terram totam, eamq́ conterat & cõminuat. Cornua uero decem [significant] ꝙ ex eo decem reges consurgent, & post eos consurget alius, differens à prioribus, qui tres reges deprimet. [g]Verba etiam faciet de rebus diuinis, cæterũ sanctos excelsos [h]implicabit, sibiq́ arrogabit mutare temporum statum & leges, quæ tradentur in eius potestatem [i]seu longo seu breui temporis spatio. Porrò iudicium cõsedit, & dominatum ei adimerunt, ut penitus uastetur ac perimatur. Populo autẽ sanctorum excelsorum tradetur regnũ, & dominatus, & amplitudo regnorum sub toto cœlo, cuius regnum est regnum æternum, & omnes primates seruient ei, & obtemperabunt.[f]Hactenus de hoc negotio. Me uero Danielem uehementer cogitationes meæ turbarunt, & mea forma in me commutata est, seruaui autem negotium in corde meo.

G — [g] Et sermones ad latus altissimi loquetur.
[h] Ieballe Iudæi quidam exponunt conficiet. ut Hiero. conteret.
[i] Ad tempus, & tempora, & dimidium seu partẽ temporis.
[f] Hucusq́ finis sermonis.

Luc. 1. e

CAP. VIII.

Vaticinium est de monarchia Persarum ad Græcos & Macedones transferenda, extincto Dario per Alexandrum. Quo mortuo, statim Græcorũ monarchia sit in quatuor præcipua regna diuidenda, Macedonicum, Aegyptium, Asiæ & Syriæ. In regno autem Syriaco tandem exoriturũ Antiochum Epiphanem, qui omnium atrocissimus hostis Iudæos affligat, typum gerens Antichristi.

A — ANno tertio regni Belsazar regis uisum apparuit mihi Danieli post illud, quod initio mihi apparuit.[a]Et in uisione circũspiciens, uideor mihi esse in Susis castro, in prouincia Elymaide, mihiq́ uisus sum esse apud fluuiũ Eulæum. Sublatus aũt oculis uidi, & ecce aries unus stabat ante fluuium habens duo cornua, quæ cornua quũ essent prolonga, fuit tamen alterũ altero longius, & [b]procerius creuit nouissime. Eum arietem uidi cornibus impetentem uersus Occasum, & Aquilonẽ & Meridiem, ut nulla ei animalia resisterent, nec quisq̃ liberaret ab eo, ageretq́ pro sua libidine, ac res maximas gereret. Dumq́ considero, ecce hircum caprigenũ, qui ueniens ab occasu, omnes regiones peruagabatur, neq́ terrã attingebat. Et ille caper inter oculos habuit cornu [c]insigne atq́ conspicuum. Peruenit aũt ad arietem cornutũ, quem uidi stantem ante fluuium, & [b]maximo impetu cum eo concurrit. Vidi etiam illũ peruenire prope arietem, ubi concitatus in eum percussit arietem, eiusq́ duo cornua infregit, non habẽte ariete uim resistendi ei, sed & adflixit eum ad terrã, & cõculcauit eum, & nemo fuit qui arietem ab eo liberaret. Porrò caprigenus hircus res maximas gessit, & quũ fortitudine polleret, fractum est cornu magnũ, & loco insignis cornu quatuor sunt enata uersus quatuor [e]mundi cardines. De quorũ uno prodijt cornu permodicũ, quod [f]creuit præcipue contra Meridiem & ortũ, [g]& delectissimã terram. [f]Extendit etiam se contra exercitum cœli, & de exercitu atq́ stellis aliquot prostrauit ad terram, & conculcauit eos. Deniq́ aduersus imperatorẽ exercitus [f]magna se insolentia extulit, ut per illud perenne sacrũ tolleretur, & sedes sanctuarij ipsius [dei] euerteretur. Exercitus autẽ traditus est cum perenni sacro per scelus, & adflixit ueritatem ad solũ, remq́ gessit prospero successu. Et audiui unum sanctum loquentem, dixitq́ unus sanctus cuidam eximio loquenti, Quandiu durabit uisum perennis sacri, & sceleris uastationis, ut permittantur proculcationi, & sanctum & exercitus? Et dixit mihi, [h]Post dies bis mille & trecentos, qui mane ac uesperã comprehendunt, reducetur sanctum ad iustum atq́ legitimum usum. Dumq́ spectarem ego Daniel uisum, quæsiui etiam notitiã, & ecce stabat ante me uiro similis. Audiui etiam intra Eulæum uocem hominis, qui exclamans dixit, Gabriel doceto illum hanc uisionem. Accessit autem prope locum in quo stabam, eoq́ accedente perterrefactus sum, & procidi in meam faciem. Et dixit mihi, Fili hominis intelligito, [i]quia uisum eueniet post captiuitatem finitam. Quumq́ is mecum loqueretur,

[a] Et uidi in uisione, & factũ est, dum uideo, & ego in Susan castro, quæ in Elam prouincia: & uidi in uisione, & ego apud fluuium Vlai.
[b] Et altum ascendẽs in postremo tẽpore. B
[c] Cornu uisionis.
[b] Et cucurrit ad eũ in calore suarum uirium.
[e] Ad quatuor uentos cœli.
[f] Verbum Ebr. Gadal significat augescere & grãdescere. C Vnde aliud deriuatur uerbũ higdil, q̃d magnas res gerere, aut arrogare, aut iactare & ostentare significat.
[g] Zebi decus et pulchritudinem significat. Inde capream, tum & quodcunq́ præstãs & ornamentum quasi in suo genere, uelut terra Israel est inter regiones. D
[h] Ad uesperam mane duo millia trecenti, & iustificabitur sanctum. Indicantur dies naturales qui die ac nocte constãt. E
[i] Quia ad tempus finis, u. s. hæc.

quæreretur, ceu opressus grauissimo somno cecidi in faciem meam ad solum, ipse
autem me attingens erexit in stationem meam. Et dixit, Ecce ego docebo te quid
futurum sit finita indignatione, nam ad præfinitum tempus finis erit. Aries
quem uidisti habentem cornua duo, [figurat] reges Medorum & Persarũ. Hir- F
sutus autem hircus regem Græcorum. Et cornu grande inter oculos eius est [fi-
gura] primi regis. Quo fracto, steterunt quatuor loco ipsius, [quo portenditur]
quatuor regna ea de gente oritura, sed non pari uirtute cum illo. [f] Sub finem au
tem regni eorum, quum magna erit hominum sceleratorum copia, stabit rex im-
pudens & astutus. Isq; uiribus pollebit, nec tamen è sua uirtute, & miris modis
uastabit, ac prospero successu rem geret, & infestabit robustos ac populum san-
ctorum. [i] Et pro sua calliditate feliciter per dolos negotia sua expediet. In ani G
mo etiam suo magna sibi sumet, copiaq; rerum instructus uastabit multos. Ad
hæc resistet summo principi, & absq; manibus conteretur. Cæterum dicta ui-
sio uespere ac mane ueritas est, tuq; claudito uisum, quia per longum tempus eue
niet. Ego Daniel quidem confectus sum, & diebus aliquot ægrotaui: ubi uero
conualui, procuraui regia negotia, & cogitabundus in hac uisione hæsi, quam
nemo intellexit.

[f] Et in nouiss. regni eorum secundũ perficere sceleratos, stabit rex fortis facie et intelligens ænigmata.

[i] Et secũdum calliditatem suam & prosperabit dolũ in sua manu.

CAPVT IX.

Danieli precanti ueniam delictorũ, et reditũ populi Israel in patriã, monstratur omnino captiuos domum reuersuros, ut instaurent templum & urbem. Inde intra 490. annos nasciturum Messiam, qui præstet omnia in lege ac prophetis prænunciata. Quo per summum scelus à Iudæis interempto populus Rom. totam Iudæam uastaturus sit.

ANno primo Darij filij Ahasueros de genere Medorũ, qui regno Chaldæo- A
rum præpositus fuit. Anno primo eius regni ego Daniel intellexi in libris
numerum annorũ, ut [a] uerbum diuinũ prophetæ Ieremiæ patefecerit septuaginta
esse annos implendos, quibus duret uastitudo Ierusalem. Et uerti me ad domi-
num deũ, [b] ut supplicatione & precibus uterer cum abstinentia & sacco & cine-
re. Supplicãs aũt DOMINO deo meo, & confitens dixi, Quæso domine deus
magne & formidabilis, qui seruas fœdus & beneficentiam erga diligentes [c] te &
obseruantes præcepta * tua. Peccauimus, & iniqui fuimus, impie egimus, & de-
sciuimus deflectendo etiã à præceptis tuis & iudicijs tuis. Neq; obediuimus ser B
uis tuis prophetis, qui tuo noĩe loquuti sunt ad reges nostros, principes nostros,
& patres nostros, & ad totum populũ terræ. Tibi quidẽ domine [tribuenda est]
iustitia, nobis aũt pudor hodie quoq; uiris Iudæis, & ciuibus Ierusalem, & omni-
bus Israelitis tam propinquis quàm remotis in oĩbus terris, ad quas expulisti eos
ob defectionẽ suam qua defecimus à te. O deus, [d] nostrum est erubescere, [nem
pe] regum nostrorum, principum nostrorũ, & patrum nostrorũ, quoniã in te pec
cauimus. DOMINI autẽ dei nostri misericordia est & clementia, siquidẽ ab eo
desciuimus. Neq; obtemperauimus uoci DOMINI dei nostri, ut [e] transigere- C
mus uitam ex ipsius legibus, quas proposuit nobis per suos seruos prophetas.
Omnis enim Israel transgressi sunt legẽ tuam, etiã deflectendo, ne obedirent uo-
Deu.27.c ci tuæ, quare diffluxit in nos execratio & iuramentũ scriptum in lege Mosis serui
dei, quandoquidẽ in eum peccauimus. [f] Itaq; re exhibuit quæ loquutus est ad-
uersum nos, & iudices nostros, qui iudicijs inter nos præfuerunt, ita ut calamitatẽ
magnam adducerent nobis, ut sub toto cœlo actum nõ sit, quemadmodũ actum
est in Ierusalem. Vt [enim] scriptũ est in lege Mosis, ita omne istud malũ euenit
nobis: neq; deo supplices fuimus, ut recederemus à nostris iniquitatibus, & per- D
penderemus eius ueritatẽ. [g] Quocirca deus aduigilauit malo nobis inferendo,
iustus enim est DOMINVS deus noster in oĩbus suis operibus quæ egit, cuius
Exod.15.c uoci nõ obediuimus. † Nunc ergo domine deus noster, qui eduxisti populum
Baruch 2.c tuum de terra Aegypti manu ualida, [h] & magnificum nomen adeptus es, quod

[a] Quod fuit uerbum dei ad Ieremiam ad implendum uastitatibus Ierusalem 70. annos.

[b] Ad quærendum supplicationem.

[c] Ipsum.

* Ipsius.

[d] Nobis confusio faciei.

[e] Ad ambulãdum in legibus eius.

[f] Et statuit uerba sua.

[g] Et uigilauit deus super malo, & fecit illud uenire super nos.

[h] Et fecisti tibi nomen secundum diem hanc.

Digitized by Google

hodieq́ retines: peccauimus [quidē &] impie uiximus. DOMINE pro omni-
tua iustitia recedat obsecro ira tua & furor tuus ab urbe tua Ierusalem monte san-
ctitatis tuæ, ob peccata enim nostra, & ob iniquitates patrum nostrorū Ierusalem
B & tuus populus ludibrio sunt omnibus uicinis nobis regionibus. Nunc igitur
deus noster, audi supplicationem serui tui & preces eius, ut erga sanctuariū tuum
uastatū serenū uultum ostendas propter dominū. Adhibe mi deus aurem tuam,
ut audias, & aperi oculos tuos ut uideas nostras solitudines, & urbis quæ tuum
nomen gerit: [i] nō enim in precibus nostris quas effundimus corā te, allegamus
nostram iustitiam, sed tuam profusissimam misericordiam. DOMINE audito,
DOMINE clemens esto, DOMINE attendito, [k] fer opem, & non differas pro-
pter te mi deus, quoniā urbs tua & populus tuus [l] appellantur tuo nomine. Ad-
huc autem me loquente, & supplicante, & confitente peccatū meum & peccatū
mei populi Israel, & fundente meas preces ante DOMINVM deum meum pro
F monte sancto dei mei. Et me * adhuc deprecante, uir Gabriel, quem in uiso ab Supra 8.c
initio conspexi [m] celerrime uolantē, ad me peruenit circa tempus uespertinæ ob-
lationis. Et docuit, & mecum loquutus est, dicens, Daniel iam [quidem] exiui,
ut conferam tibi notitiam, [cæterum] ab initio statim [n] preces tuæ ratæ fuerunt, &
ego nunciatum ueni, quoniam [o] rerum expetendarum cupidus es, utq́ in uerbo
cognoscas, & intelligas in uisione. Septuaginta hebdomades præfinitæ sunt po Matt.24.b Ioan.1.g
pulo tuo & urbi tuæ ad [p] consummandū scelus, & perficiendum peccata, & ex-
piandum iniquitatem, & ad iustitiam sempiternam adducendum, & obsignan-
G dum uisionem & prophetas, & ungendum [q] supremam sanctitatem. Scias au-
tem & intelligas à progressu uerbi, [r] ut rursum ædificent Ierusalem, ad Messiam
principem [fore] septem hebdomadas & sexagintaduas hebdomadas, [r] iterum
enim ædificabitur platea, & murorū ambitus, [s] & longo tempore subacta. Post
hebdomadas uero sexagintaduas excindetur Messias, [t] ut nihil ei: urbem autem
& templum destruet adueniens populus principalis, eiusq́ finis [erit] per dilu-
uium, & ad finem belli consummata uastitudo. Porrò hebdomas una confir-
mabit fœdus erga multos, & dimidium hebdomadis abrogabit uictimam & ob
lationem, eritq́ uastator super abominationum ala, & [u] defluet super uastitatem
usq́ ad definentem & consummatum [mundum.] Matth.24.

CAPVT X.

Cohærent ultima tria capita. In quibus post expositam contentionem angelorū pro suis prouincijs texitur prognosticon, res memorās à tertio anno Cyri usq́ ad mundi consummationem, quas præscire piorum maxime interfuit.

A ANno tertio Cyri Persarum regis Danieli, cui nomen Beltsazar, patefactum
est [a] uerbū, & ueritas [inest] uerbo ac [b] magna uis: ipsi etiam cognoscere in
uerbo, & in uisione intelligere. Eo tempore me luctui dabam ego Daniel heb-
domadas dierum tres. [c] Cibum suauem non comedi, neq́ caro aut uinum os
meum ingressa sunt, neq́ unguento me unxi, quoad tres hebdomades dierū exa-
ctæ sunt. Die uero uicesimoquarto mensis primi eram in ripa fluminis magni,
puta [d] Tigris. Quumq́ suspexissem, ecce uir quidam indutus linea ueste, cuius
femora cincta fuerunt obrizo auro. Cuius corpus uelut hyacinthus, & cuius fa
cies fulguri similis erat, & oculi eius ut lampades ignitæ, & brachia eius cum ijs
quæ pedes attinent, uelut splendor politi chalybis, & uox uerborum eius ut uox
B multitudinis. Cæterū ego Daniel solus uidi hanc uisionem, & uiri qui mecum
fuerunt, non uiderūt hanc uisionem, sed ingens terror eos inuasit, ut fugerent ad
loca in quibus absconderent. Ego aūt solus relictus sum, & uidi hanc magnam
uisionem, neq́ reliqua facta est in me uirtus, & [e] meæ formæ bonitas uersa est in
deformitatē, nec uiriū aliquid retinui. Et audiui uocem uerborū eius: cumq́ au
diuissem uocem uerborū eius, uelut graui somno deiectus sum in faciem meam,
ut

[i] Quia non super iustitijs nostris nos cadere facimus preces nostras ad faciem tuam.
[k] Fac.
[l] Nomen tuum uocatum est super urbem tuā & populū tuū.
* Et adhuc ego loquens in supplicatione.
[m] Qui mouebatur ad uolandū in uolatu.
[n] In initio precum tuarū exiuit uerbū.
[o] Ad nomen expetendorum uel expetibilium adiungi oportet uir, ut mox infra dicitur, uir desideriorum, uel potius expetendarū scilicet rerū, hoc est, qui tenetur iusto desiderio.
[p] Aliqui libri habēt lehathem ad consignandum.
[q] Sanctitatem sanctitatum, uel sanctum sanctorum.
[r] Ad reducendū & ædificandum Item reuertetur & ædificabitur. In quibus locutionibus uerbū reuertēdi pro aduerbio rursus, iterū, denuo, &c. ponitur.
[s] Et subactio temporum. Nā bazek massam farinæ conspersæ significat. Iudæi tamen aliqui, fortassis Hiero. secuti, exponūt in angustia, ut zok pro zuka uel mazok positum sit.
[t] Verba desunt ad explendā sententiā.
[u] In uerbo Bb. Thistach aliquid subintelligitur, uelut malū uel ira dei defluet.
[a] Dabar tam rē aut negotium significat, quàm uerbum.
[b] Et ueritas uerbū et exercitus magnus. Significat rem esse maximi momenti. Quanquā Iudæi quidam exponunt zaba præfixum tempus,
[c] Panem desiderabilium.
[d] Hiddakel.
[e] Et gloria mea uersa est in me ad uastatorem.

Digitized by Google

[ut attingeret] terrā mea facies. Ecce aūt manus contigit me, & mouit me [f]super genua mea & palmas manuum mearū. Et dixit ad me, Daniel rerū expetibilium cupide, cognoscito uerba quæ tibi loquor, & consiste in tua statione, iam enim ad te missus sum. Quumq; uerbum hoc ad me dixisset, constiti pauidus. Et dixit ad C me, Daniel ne timeas, quia primo die quo [g]appulisti animum tuum, ut intelligeres, teq; met adfligeres coram deo tuo, exaudita sunt uerba tua, & tuorum uerborum causa ueni. Princeps autem regni Persici restitit mihi uno & uiginti diebus, et ecce Michaēl unus de primarijs principibus mihi suppetias uenit, ibiq; relictus sum apud reges Persarum. Adueni aūt ut ostendam tibi quid euenturū sit populo tuo posteris temporibus, nam uisum [extenditur] per multa tempora. Quūq; me cum loqueretur eiusmodi uerba, conuersa facie mea in terram, obmutui. Et ecce quū labia mea tetigisset more hominū, aperui os meum, & loquutus sum, ac dixi D ad eum qui stabat ex aduerso mihi, Per hanc apparitionē in me conuersi sunt cardines mei, nec uires retinui. Et quomodo posset seruus huius domini mei loqui cum hoc domino meo? Nam me uirtus modo destituit, neq; in me reliquus est factus spiritus uitalis. Itaq; rursum me contingens hominū more confirmauit me. Dixit autem, ne timeas [h] uir, qui magno ac iusto desiderio teneris, pax tibi, omni prorsus metu deposito sis bono animo. Dumq; mecū loqueretur, recepi me, & dixi, Loquat dominus meus, quia cōfirmasti me. Dixit igit, [i]Scisne quā ob causam uenerim ad te? Nunc quidē reuertar pugnatū aduersus principē Persarum, sed & princeps Græciæ aduenit me egrediēte. Tametsi [k]q; uerissimū est, indicabo tibi, neminē in his rebus mecū strenue agere præter Michaelē principē uestrū, XI.

f Significat se quadrupedem iuisse.

g Dedisti cor tuum ad intelligendum.

h Vir expetibilium.

i Pro minime ignoras.

k Exaratū in scriptura ueritatis.

Persarum quatuor reges memorat Cyrum, Cambysem, Smerdem, Darium, sub quibus Iudæi liberati & templum instauratum cum urbe.

EQuidem ab anno primo Darij Persæ perstо, ut eum iuuē, atq; subsidio sim. A Nunc ergo referam tibi ueritatem, Ecce [a]Persæ adhuc tres habebunt reges, & quartus ingenti copia diuitiarū omnes superabit, [b]fretusq; diuitijs concitabit omnes cum regno Græciæ. Stabit autem rex fortis, & obtinebit maximum imperium, agetq; pro suo arbitrio. Quumq; steterit eius regnum conteretur, ac diuidetur ad quatuor mundi cardines, nō tamen ipsius posteritati, nec [c]ea potentia qua ipse imperitauit, nam ad alios etiam præter hos regnum eius distrahetur. Antecellet autem potentia rex Austri, etiam unus principum eius, quem [alius] superabit, & dominabitur, ut dominatus eius ualde amplus sit. Et post aliquot annos fœdere iungentur, filiaq; regis Austri ueniet ad regem Aquilonis, ut [d]sanciat pacem, uerum [e]minimum efficere poterit, neq; subsistet ipsius etiam brachium, & tradetur ipsa, & deducentes eam & [f]parens eius & [g]qui retinuerat eam eodē tempore. [h]Succedet autem in regnum quidam de germine radicum eius, qui ueniens cum exercitu ingredietur munitiones regis Aquilonis, et in eis res gerens præclaras obtinebit. Captiuos etiam ducet in Aegyptum deos eorum cum principibus B eorum, uasisq; [i]charissimis argenti et auri, et ipse perstabit aliquot annos, eum nō infestet rex Aquilonis. Qui regnū regis Austri ingrediēs reuertetur ad suam terram. Sed filij eius irritati colligent multitudinē ingentiū exercituū, unusq; magno apparatu ueniens inundabit, & progredietur [ultra fines regni,] sed reuertetur, & irritabitur aduersus munitiones eius. Prouocabitur etiā rex Austri, & suscepta expeditionē, præliabitur cum eo, nempe cū rege Aquilonis, qui producet in aciem ingentē multitudinē, & tradet multitudo hæc in manū istius. Vnde multitudo extolletur eiusq; cor insolescet, & sternet myriades: uerū non uictoria solida erit. Reuertetur enim rex Aquilonis, & producet in aciem multitudinē maiorem C q̃ prius, & [f] exacto tēpore aliquot annorū, cum apparatu magno ueniet, cum ingenti exercitu, & magnis opibus. Eo autē tempore multi oppugnabunt regem

Græcorum monarchia ab Alexandro condita mox diuisa in quatuor præcipua regna, Macedoniæ, Aegypti, Asiæ, Syriæ.

a Adhuc tres reges stantes Persis.

b Et in tenendo ipsū diuitias suas excitabit omnes.

c Et non secundum dominari eius, ut dominatus est.

Bella & fœdera inter Aegypti & Syriæ reges.

d Ad faciendum æquitates.

e Et non retinebit uim brachij.

f Sunt qui filium intelligant, ceu scriptū sit ialda, pro iolda.

g Confortans uel retinēs eam, id est, maritus.

h Et stabit dē germine radicum eius super basi eius, id est, frater eius Ptolemæo patri succedet.

i Desiderij eorum. Antiochi magni bella cum Ptolemæo et Romanis.

f Et ad finem temporum annorum.

Digitized by Google

hodieq; retines: peccauimus [quidē &] impie uiximus. DOMINE pro omni tua iustitia recedat obsecro ira tua & furor tuus ab urbe tua Ierusalem monte sanctitatis tuæ, ob peccata enim nostra, & ob iniquitates patrum nostrorū Ierusalem
E & tuus populus ludibrio sunt omnibus uicinis nobis regionibus. Nunc igitur deus noster, audi supplicationem serui tui & preces eius, ut erga sanctuariū tuum uastatū serenū uultum ostendas propter dominū. Adhibe mi deus aurem tuam, ut audias, & aperi oculos tuos ut uideas nostras solitudines, & urbis quæ tuum nomen gerit: [i] nō enim in precibus nostris quas effundimus corā te, allegamus nostram iustitiam, sed tuam profusissimam misericordiam. DOMINE audito, DOMINE clemens esto, DOMINE attendito, [k] fer opem, & non differas propter te mi deus, quoniā urbs tua & populus tuus [l] appellantur tuo nomine. Adhuc autem me loquente, & supplicante, & confitente peccatū meum & peccatū mei populi Israel, & fundente meas preces ante DOMINVM deum meum pro
F monte sancto dei mei. Et me * adhuc deprecante, uir Gabriel, quem in uiso ab initio conspexi [m] celerrime uolantē, ad me peruenit circa tempus uespertinæ oblationis. Et docuit, & mecum loquutus est, dicens, Daniel iam [quidem] exiui, ut conferam tibi notitiam, [cæterum] ab initio statim [n] preces tuæ ratæ fuerunt, & ego nunciatum ueni, quoniam [o] rerum expetendarum cupidus es, utq; in uerbo cognoscas, & intelligas in uisione. Septuaginta hebdomades præfinitæ sunt populo tuo & urbi tuæ ad [p] consummandū scelus, & perficiendum peccata, & expiandum iniquitatem, & ad iustitiam sempiternam adducendum, & obsignan-
G dum uisionem & prophetas, & ungendum [q] supremam sanctitatem. Scias autem & intelligas à progressu uerbi, [r] ut rursum ædificent Ierusalem, ad Messiam principem [fore] septem hebdomadas & sexagintaduas hebdomadas, [r] iterum enim ædificabitur platea, & murorū ambitus, [s] & longo tempore subacta. Post hebdomadas uero sexagintaduas excindetur Messias, [t] ut nihil ei: urbem autem & templum destruet adueniens populus principalis, eiusq; finis [erit] per diluuium, & ad finem belli consummata uastitudo. Porrò hebdomas una confirmabit fœdus erga multos, & dimidium hebdomadis abrogabit uictimam & oblationem, eritq; uastator super abominationum ala, & [u] defluet super uastitatem usq; ad definentem & consummatum [mundum.]

Supra 8.c
Matt.24.b
Ioan.1.g
Matth.24.

CAPVT X.

Cohærent ultima tria capita. In quibus post expositam contentionem angelorū pro suis prouincijs texitur prognosticon, res memorās à tertio anno Cyri usq; ad mundi consummationem, quas præscire piorum maxime interfuit.

A ANno tertio Cyri Persarum regis Danieli, cui nomen Beltsazar, patefactum est [a] uerbū, & ueritas [inest] uerbo ac [b] magna uis: ipsi etiam cognoscere in uerbo, & in uisione intelligere. Eo tempore me luctui dabam ego Daniel hebdomadas dierum tres. [c] Cibum suauem non comedi, neq; caro aut uinum os meum ingressa sunt, neq; unguento me unxi, quoad tres hebdomades dierū exactæ sunt. Die uero uicesimoquarto mensis primi eram in ripa fluminis magni, puta [d] Tigris. Quumq; suspexissem, ecce uir quidam indutus linea ueste, cuius femora cincta fuerunt obrizo auro. Cuius corpus uelut hyacinthus, & cuius facies fulguri similis erat, & oculi eius ut lampades ignitæ, & brachia eius cum ijs quæ pedes attinent, uelut splendor politi chalybis, & uox uerborum eius ut uox
B multitudinis. Cæterū ego Daniel solus uidi hanc uisionem, & uiri qui mecum fuerunt, non uiderūt hanc uisionem, sed ingens terror eos inuasit, ut fugerent ad loca in quibus absconderent. Ego aūt solus relictus sum, & uidi hanc magnam uisionem, neq; reliqua facta est in me uirtus, & [e] meæ formæ bonitas uersa est in deformitatē, nec uiriū aliquid retinui. Et audiui uocem uerborū eius: cumq; audiuissem uocem uerborū eius, uelut graui somno deiectus sum in faciem meam, ut

[i] Quia non super iustitijs nostris nos cadere facimus preces nostras ad faciem tuam.
[k] Fac.
[l] Nomen tuum uocatum est super urbem tuā & populū tuū.
* Et adhuc ego loquens in supplicatione.
[m] Qui mouebatur ad uolandū in uolatu.
[n] In initio precum tuarū exiuit uerbū.
[o] Ad nomen expetēdorum uel expetibilium adiungi oportet uir, ut mox infra dicitur, uir desideriorum, uel potius expetendarū scilicet rerū, hoc est, qui tenetur iusto desiderio.
[p] Aliqui libri habēt lehathem ad consignandum.
[q] Sanctitatem sanctitatum, uel sanctum sanctorum.
[r] Ad reducendū & ædificandum. Item reuertetur & ædificabitur. In quibus locutionibus uerbū reuertēdi pro aduerbio rursus, iterū, denuo, &c. ponitur.
[s] Et subactio temporum. Nā bazek massam farinæ conspersæ significat. Iudæi tamen aliqui, fortassis Hiero. secuti, exponūt in angustia, ut zok p zuka uel mazok positum sit.
[t] Verba desunt ad explendā sententiā.
[u] In uerbo Bb. Thitach aliquid subintelligitur, uelut malū uel ira dei defluet.
[a] Dabar tam rē aut negotium significat, quàm uerbum.
[b] Et ueritas uerbū et exercitus magnus. Significat rem esse maximi momenti. Quanquā Iudæi quidam exponunt zaba præfixum tempus.
[c] Panem desiderabilium.
[d] Hiddakel.
[e] Et gloria mea uersa est in me ad uastatorem.

Digitized by Google

[ut attingeret] terrã mea facies. Ecce aũt manus contigit me, & mouit me [f] super genua mea & palmas manuum mearũ. Et dixit ad me, Daniel rerũ expetibilium cupide, cognoscito uerba quæ tibi loquor, & consiste in tua statione, iam enim ad te missus sum. Quumq; uerbum hoc ad me dixisset, constiti pauidus. Et dixit ad me, Daniel ne timeas, quia primo die quo [g] appulisti animum tuum, ut intelligeres, teq; met adfligeres coram deo tuo, exaudita sunt uerba tua, & tuorum uerborum causa ueni. Princeps autem regni Persici restitit mihi uno & uiginti diebus, et ecce Michael unus de primarijs principibus mihi suppetias uenit, ibiq; relictus sum apud reges Persarum. Adueni aũt ut ostendam tibi quid euenturũ sit populo tuo posteris temporibus, nam uisum [extenditur] per multa tempora. Quũq; me cum loqueretur eiusmodi uerba, conuersa facie mea in terram, obmutui. Et ecce quũ labia mea tetigisset more hominũ, aperui os meum, & loquutus sum, ac dixi ad eum qui stabat ex aduerso mihi, Per hanc apparitionẽ in me conuersi sunt cardines mei, nec uires retinui. Et quomodo posset seruus huius domini mei loqui cum hoc domino meo? Nam me uirtus modo destituit, neq; in me reliquus est factus spiritus uitalis. Itaq; rursum me contingens hominũ more confirmauit me. Dixit autem, ne timeas [h] uir, qui magno ac iusto desiderio teneris, pax tibi, omni prorsus metu deposito sis bono animo. Dumq; mecũ loqueretur, recepi me, & dixi, Loquatur dominus meus, quia cõfirmasti me. Dixit igitur, [i] Scisne quã ob causam uenerim ad te? Nunc quidẽ reuertar pugnatũ aduersus principẽ Persarum, sed & princeps Græciæ aduenit me egrediẽte. Tametsi [k] q; uerissimũ est, indicabo tibi, neminẽ in his rebus mecũ strenue agere præter Michaelẽ principẽ uestrũ.

C D

[f] Significat se quadrupedem iuisse.
[g] Dedisti cor tuum ad intelligendum.
[h] Vir expetibilium.
[i] Pro minime ignoras.
[k] Exaratũ in scriptura ueritatis.

XI.

Persarum quatuor reges memorat Cyrum, Cambysem, Smerdem, Darium, sub quibus Iudæi liberati & templum instauratum cum urbe.

Equidem ab anno primo Darij Persæ persto, ut eum iuuẽ, atq; subsidio sim. Nunc ergo referam tibi ueritatem. Ecce [a] Persæ adhuc tres habebunt reges, & quartus ingenti copia diuitiarũ omnes superabit, [b] fretusq; diuitijs concitabit omnes cum regno Græciæ. Stabit autem rex fortis, & obtinebit maximum imperium, agetq; pro suo arbitrio. Quumq; steterit eius regnum contereteur, ac diuidetur ad quatuor mundi cardines, nõ tamen ipsius posteritati, nec [c] ea potentia qua ipse imperitauit, nam ad alios etiam præter hos regnum eius distrahetur. Antecellet autem potentia rex Austri, etiam unus principum eius, quem [alius] superabit, & dominabitur, ut dominatus eius ualde amplus sit. Et post aliquot annos fœdere iungentur, filiaq; regis Austri ueniet ad regem Aquilonis, ut [d] sanciat pacem, uerum [e] minimum efficere poterit, neq; subsistet ipsius etiam brachium, & tradetur ipsa, & deducentes eam & [f] parens eius & [g] qui retinuerat eam eodẽ tempore. [h] Succedet autem in regnum quidam de germine radicum eius, qui ueniens cum exercitu ingredietur munitiones regis Aquilonis, et in eis res gerens præclaras obtinebit. Captiuos etiam ducet in Aegyptum deos eorum cum principibus eorum, uasisq; [i] charissimis argenti et auri, et ipse perstabit aliquot annos, eum nõ infestet rex Aquilonis. Qui regnũ regis Austri ingrediẽs reuertetur ad suam terram. Sed filij eius irritati colligent multitudinẽ ingentiũ exercituũ, unusq; magno apparatu ueniens inundabit, & progredietur [ultra fines regni,] sed reuertetur, & irritabitur aduersus munitiones eius. Prouocabitur etiã rex Austri, & suscepta expeditionẽ, præliabitur cum eo, nempe cũ rege Aquilonis, qui producet in aciem ingentẽ multitudinẽ, & tradetur multitudo hæc in manũ istius. Vnde multitudo extolletur eiusq; cor insolescet, & sternet myriades: uerũ non uictoria solida erit. Reuertetur enim rex Aquilonis, & producet in aciem multitudinẽ maiorem q̃ prius, & [k] exacto tẽpore aliquot annorũ, cum apparatu magno ueniet, cum ingenti exercitu, & magnis opibus. Eo autẽ tempore multi oppugnabunt regem

A B C

Græcorum monarchia ab Alexandro condita mox diuisa in quatuor præcipua regna, Macedoniæ, Aegypti, Asiæ, Syriæ.

[a] Adhuc tres reges stantes Persis.
[b] Et in tenendo ipsius diuitias suas excitabit omnes.
[c] Et non secundum dominari eius, ut dominatus est.
Bella & fœdera inter Aegypti & Syriæ reges.
[d] Ad faciendum æquitates.
[e] Et non retinebit uim brachij.
[f] Sunt qui filium intelligant, ceu scriptũ sit ialda, pro iolda.
[g] Confortans uel retinẽs eam, id est, maritus.
[h] Et stabit dẽ germine radicum eius super basi eius, id est, frater eius Ptolemæo patri succedet.
[i] Desiderij eorum.
Antiochi magni bella cum Ptolemæo et Romanis.
[k] Et ad finem temporum annorum.

Digitized by Google

Austri, [l] & uiolenti homines è tuo populo extollentur, ut impleant uaticinium, Eze.19.c
& corruent. Cæterum Aquilonis rex ueniens aggerem extruet, capietq́ urbes munitas, & [m] brachia Austri nõ consistent, neq́ delecti milites, nullæq́ prorsum uires erunt ad resistendum. Eum enim aggressus rem geret ex animi sententia; ut nullus ei obsistat: stabit etiam in terra eximia, [n] quæ cedet ei. Huc etiam spectabit, qui toto regno eius potiatur, & [o] pacem confirmabit ei data pulcherrima D fœmina, ut perdat eam: quæ res non succedet, neq́ habebit [regnum.] Itaq́ uertet se ad insulas, & multas capiet, & [p] princeps compescet eius probra, retorquẽs in eum sine omni suo dedecore. Quare se conuertet ad munitiones suæ terræ, & impingens cadet, nec inuenietur. Illi succedet in regno, qui circummittet exigentẽ [tributa] magnificentiam regni, & intra paucos dies non [q] aperta pugna, neq́ in bello conteretur. Succedet autem in regno contemptus, & cui non habebunt honorem regium, ueniet tamen cum opibus, & regnum obtinebit blanditijs. Brachiaq́ inundationis obruentur ab eo, & conterentur, etiam ipse princeps fœderis. Vbi uero cum illo fœdus inierit, dolo aget malo, & ascendẽs præualebit cum paruo populo. Peruenietq́ ad opes & ubera loca regionis, & efficiet quod efficere non potuerunt patres eius & [r] maiores eius: prædas, & spolia, & diuitias sparget inter eos, [s] machinabitur etiam technas, ut tempore idoneo munitissima loca inuadat. Etenim uires suas intendet ac animũ contra regem Austri magnis cum copijs, prouocabiturq́ rex Austri ad bellum gerendum cum magno & in primis ualido exercitu: non tamen resistet, quia prodent [t] eum. Et quia domestici conterent eum, istius exercitus inundabit, & cadent multi uulnerati. E Cęterum utriusq́ regis animus [intentus erit] ad malum inferendum, & in una mensa loquentur falsum: non tamen succedet, quia [u] negotiũ in aliud tempus extendetur. Reuertetur igitur ad terrã suam magnis cum diuitijs, & animũ suum [uertet] contra fœdus sanctũ, req́ confecta reuertetur ad suam terram. Ad tempus aũt præfinitum iterum ingredietur australem terram, non tamen postrema [profectio] primæ respõdebit. Venient enim cõtra illum naues Cypriæ, & consternabitur: ac reuertens indignabitur sancto fœderi, req́ cõfecta discedet, ac cogitabit de sancti fœderis desertoribus. Porrò de illo brachia existent, quæ prophanabũt sanctuariũ & munitionem, & tollent perenne sacrum, dabuntq́ abominationẽ uastatoris. Et impie deserentes fœdus inducet, ut subdole agant per F hypocrisim, populus aũt cognoscentium deum [x] constanter aget. Doctores etenim populi erudient multos, & corruent per gladium & flammam, per exiliũ & direptionẽ longo tempore. Quum uero corruerint, iuuabũtur auxilijs paruis, & illis adiungentur multi [y] per simulatam amicitiã. Ex doctis quidẽ corruent aliqui gratia conflandi, & purgandi, et dealbandi usq́ ad tempus ultimum, quia [z] tempus aliud pręfinitũ est. Rex aũt aget pro sua libidine, seq́ efferet, atq́ amplificabit præ omnibus dijs, et contra deum supremum loquetur mirifica quædam, uteturq́ prospera fortuna, donec cõsummetur indignatio, quum [a] ad extremum peruenerit impietas. Non curabit etiam deos patrum suorũ, nec mulierum concupiscentiã: non deniq́ ullum deum curabit, omnibus enim se præferet. Colet autem in sua ditione deum [b] mayzim, & deum quem patres ipsius non nouerũt, G honorabit auro & argento, & gemmis, alijsq́ rebus pretiosis. Et [c] uertet in munimenta [dei] mayzim cum alieno deo: quẽ qui agnouerit, eum honoribus augebit, & dominum multorum faciet, & terram pretio distribuet. Ad extremũ rex Austri cum eo congredietur, Aquilonis etiã rex ceu turbo in eum inuehetur curribus & equitibus, & multis nauibus, ingredieturq́ regiones, & inũdabit, ac prætergredietur. Inuadet etiam terrã præstantissimã, & multi corruent. Hi autem euadent eum, Idumæi, & Moabitæ, & principiũ filiorũ Ammon. Inijciet quoq́ manus

[l] Et filij uiolẽtorum tui populi extollentur ad statuẽdum uisionem.
[m] Per brachia duces & præcipuum robur significat.
[n] Et deficiet in manu eius.
[o] Et æquitates cum eo faciet.
[p] Princeps, id est, consul Romanus.
[q] Et nõ in faciebus. Antiochus illustris, qui typum gerit Antichristi, bella cum Ptolemæo Epiphane, et persecutio Israelitarum.
[r] Patres patrũ eius.
[s] Et contra munitiones cogitabit cogitationes, & usq́ ad tempus.
[t] Cogitabũt contra eum cogitationes.
[u] Quia adhuc finis ad pręstitutum tempus.
De Romano imperio quod copijs etiã è regno Syriæ conscriptis Iudaicã gentem perdet, & Antichristum exhibebit.
[x] Tenebunt & facient.
[y] In lubricis.
[z] Quia adhuc ad præstitutum tẽpus.
[a] Quum facta est absoluta, uidelicet malitia uel impietas.
[b] Mayzim significat munitiones, & ea quæ robur atq́ uires afferunt.
[c] Et faciet ad munitiones mayzim.

Digitized by Google

manus regionibus, & terra Aegypti nequaquam euadet. Sed dominabitur thesauris auri & argenti, & omnibus rebus pretiosis Aegyptiorum, Libyes denique & Aethiopes erunt in eius profectionibus. Turbabit autem eum fama ab ortu & Septentrione, ut egrediatur magno furore ad uastandum & occidendum plurimos. Et plantabit tabernacula sui palatij inter maria ad eximiae sanctitatis montē: quumque attigerit finem suum, nemo ei auxiliabitur.

CAPUT XII.

De nouissimo die.

ILlo tempore Michael princeps magnus [a] rerum potietur, qui stat à filijs tui po A
puli, eritque tempus difficile, quale nō fuit ab origine populorum usque ad illud
tempus: atque illo tempore populus tuus liberabitur, quicunque inuenietur adscriptus in libro illo. Multique dormientium in terra puluerulenta, resurgent hi ad
uitam aeternam, illi uero ad probra & contemptum aeternum. Porro doctores
splendebūt ut splendor firmamenti: & qui multos ad iustitiam adducunt, ut stellae sempiternis temporibus. Tu quidem Daniel claude uerba, & signa librum B
usque ad tempus ultimum. Oberrabunt multi, & scientia multiplex erit. Porrō
ego Daniel uidi, & ecce alij duo stabant, alter hinc in ripa fluminis, alter illinc in
ripa fluminis. Dixitque uiro linea ueste induto, qui erat superius ad aquas fluminis, Quando † tandem finis erit horum negotiorum mirabilium? Et audiui uirum linea ueste indutum, qui superius erat ad fluminis aquas, qui sublatis in coelum dextera sua & sinistra manu, iurauit per uiuentem in aeternum, [b] quod haec C
omnia euentum habebunt, postquam absolute dispersérint manum populi sancti, usque ad praefinitum tempus siue longum siue breue. Ego autem audiui, &
non intellexi, & dixi, Domine, quis finis ultimus horū est? Et dixit, Abi Daniel,
quia clausi & signati sunt sermones usque ad ultimū tempus. Complures [interim] purgabuntur, & dealbabuntur, & conflabuntur, impijque agent impie, & nō D
intelligent omnes impij, eruditi uero docebunt. Porrò [c] quod tempus attinet,
quo tollendum est perenne sacrificium, & quo tempore uastitatem reddent abominationem, dies [erunt] mille ducenti & nonaginta. * Beatus ille qui perseuerabit, & perueniet ad diem millesimum trecentesimū tricesimumquintum. Caeterum tu Daniel pergito usque àd finem, & quiesces, & stabis in fine temporum
ad tuam sortem.

[a] Stabit.

Matt. 24. c

Apoc. 10. a

Termini temporis post quos Rom. Iudaicā gentem & religionem tollent, & Antichristus ueniet, & quādo finis rerū.

[b] Quoniam ad tempus tempora, & dimidiū, & in consummādo dispergere manū populi sancti, cō summatę fient haec omnia.

[c] Et de tēpore tolli perrenne sacrificium & ad dandum.

Tempus Iudaici belli, quod gesserunt Vespasianis ducibus Romani.

* Praeceptū ad omnes pios spectans, ut perseuerent ad finē, ita enim salutē consequentur aeternā.

Hosea propheta.

CAPUT I.

Reijciendas esse decem tribus, ob idololatriam & uitae conscelerationem, sed tandem per gratiam dei reducendas.

Titulus.



VERBUM DOMINI quod factum est ad Hoseam filium A
Beeri, temporibus Vziae, Iotham, Ahas & Ezechiae regum Iuda, atque temporibus Ieroboam filij Ioas regis Israelis. Principio loquutus est DOMINUS per Hoseam, dixitque DOMINUS ad Hoseam, Vade, & [a] duc uxorem fornicariam, &
[suscipito ex ea] filios fornicarios, quandoquidem terra ipsa
ualde scortata est à DOMINO. Abijt igitur & duxit Go- B
mer filiam Diblaim, quae concepit & peperit ei filium. Dixitque DOMINUS ad
eum, Voca nomen eius Iisreel, quoniam adhuc breui futurum est, ut uisitem san-

[a] Eb. Accipe tibi uxorem.

Adumbratur seu significatur status Israelitici populi.

guines Iisreelis super domum Iehu, & abolebo regnũ domus Israelis. Eodem die frangam arcum Israelis in ualle Iisreel. Concipiens illa rursum, peperit filiam, & dixit ei, Voca nomen eius Lo Ruhama, quoniam ultra non miserebor domus Israelis, quin potius in uniuersum tollam eos. Domus uero Iuda miserebor, & seruabo eos in DOMINO deo eorum: non autem seruabo eos per arcum, nec per gladium, nec per bellum, nec per equos nec equites. Postquam ablactasset [filiam] Lo Ruhama, rursum concepit, & peperit filium. Dixitq́ue, Voca nomen eius Lo Ami, quia uos nõ estis populus meus, nec ego ero uobis [Deus.] Et erit numerus filiorum Israel instar arenæ maris, quæ nec metiri nec numerari poterit. Eritq́ue eo loci ubi dicetur eis, Non populus meus uos, dicetur eis, Filij dei uiuentis. Et congregabuntur filij Iuda & filij Israelis simul, ponentq́ue sibi caput unum, atq́ue ascendent de terra, quoniam magnus est Dies Iisreel. Dicite fratribus uestris, Ami: & sororibus uestris, Ruhama.

Lo Ruhama Non assequuta misericordiam, seu, non digna misericordia.

Lo Ami Non populus meus.

Rom. 9. c

Ami populus meus, Ruhama misericordiam assequuta.

CAPVT II.

Idem dicit mutata sermonis figura.

EXpostulate cum matre uestra, expostulate inquam, quoniam ipsa non est uxor mea, neque ego sum maritus eius: auferat scortationes suas à facie sua, & adulteria sua ab uberibus suis, ne spoliando nudam eum reddam, reddamq́ue eam ut erat in die quo nata est, ponamq́ue eam ut solitudinẽ, & faciam eam ut terram torridam, interficiamq́ue eam siti. Filiorũ quoq́ue eius non miserebor, quoniam filij sunt ex scortatione suscepti. Siquidem mater eorum scortata est, & genitrix eorum pudefacta, quia dixit, Ibo sequar amatores meos, qui dant mihi panem meum, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum & pocula mea. Idcirco ecce ego obducam uiam tuam spinis, & sepiam sepem, ut semitas suas non inueniat. Et anxie insequetur amatores suos, nec tamen apprehendet eos: quæret eos, & non inueniet. Tum dicet, Vadam & reuertar ad maritum meum priorem, quia tum melius erat mihi quàm nunc. Neq́ue ipsa agnouerat quod ego dedissem ei frumentum, uinum & oleum, quodq́ue ei multum argenti & auri contulissem, quæ ipsi Baal fecerunt. Ego ergo conuersus, rursum accipiam frumentum meum suo tempore, & oleum meum in constituto suo tempore, & eripiam lanam meam & linum meum, quibus [a] operiebat ignominiam suam. Et nunc retegam turpitudinem eius coram oculis amatorum eius, nec liberabit eam quisquam de manu mea. Efficiam ut cesset omne gaudium eius, dies festi eius, neomeniæ eius, sabbata eius, & omnes statæ feriæ eius. Deuastabo quoq́ue uineam eius, & ficum eius, de quibus dixit, Merces mea hæc sunt, quas mihi dederunt amatores mei, reddamq́ue ea in syluam, & depascent ea bestiæ agri. Et uisitabo contra eam dies Baalim, quibus incendit suffitum, & ornans se inaure sua atq́ue monili suo, abijt post eos quos amauit, mei autem est oblita, dicit DOMINVS. Idcirco ecce ego pelliciam eam uerbis, & ducam eam per desertum, & [b] loquar ei in cor eius. Et reddam ei deinde uineas suas, & uallem Achor ad [c] ostiũ spei, et canet ibi alternis ut tẽpore iuuentutis suæ, et quo tempore ascẽdit è terra Aegypti. Et erit in die illo, dicit DOMINVS, uocabis me [d] Ischi, nec uocabis me ultra [e] Baali. Et auferam nõia Baalim de ore eius, nec mentionem ultra faciet nominũ eorũ. Et pangam cum eis fœdus in die illo, cum bestijs campi, & cum uolucribus cœli, & cum reptili terræ, confringã arcum, gladiũ & bellum de terra, & efficiam ut habitent securi. Et despondebo te mihi in sempiternum, despondebo te mihi in iustitia & in iudicio, in beneficentia & in miserationibus. Despondebo te mihi in fide, & cognosces DOMINVM. Et erit eo tempore, dicit DOMINVS, annuam, annuam [inquam] cœlis, ipsi autem annuent terræ, terra annuet frumento, uino & oleo, & illa annuent Iisreeli. Et seminabo eam mihi in terra, [f] miserebor q́ue ipsi Lo Ruhama, & dicam ad Lo Ami,

Latior promissio.

Rom. 9. e
1. Pet. 2. b

[a] Alij legunt, ne sit quo operiant.

[b] Hoc est persuadebo, consolabor, amice alloquar.
[c] Vt Latini loquuntur fores amicitię aperire, hoc est, occasionem dare amicitię ineundæ, sic spei.
[c] Vel ad apertẽdam spem.
[d] Isch uir, maritus.
[e] Baal magis dominum sonat, ludit in nominibus Ischi maritus meus, Baali Baal meus
[f] Miserebor ei quæ misericordiam non est assequuta, & dicam ei qui nõ est populus meus, tu es populus meus.
[g] Dicet Iisreel seu populus.

Digitized by Google

Ami tu: & [g]ipse dicet [mihi,] Deus meus.

CAPVT III.

Alio iam paradigmate, aliisq; uerbis idem agit quod superius, recenset interim benefi cia dei in istum populum collata, unde manifesta fit eorum ingratitudo, in fine læta quæ dam promittit.

DIxit autem DOMINVS ad me, Rursum uade, et ama mulierem, quæ à pro A
ximo tuo amatur, nempe adulteram, quemadmodum DOMINVS dili-
git filios Israelis. Ipsi autem respiciunt ad deos alios, & amant [a]uinacia uuarum.
Et ego mancipaueram eam mihi [b]quindecim argenteis & [c]Homer hordei, & [d]di
midio Homer hordei. Dixiq; ad eam, Diebus multis sedebis apud me, & non B
scortaberis, neq; uiro eris [iuncta,] & [e]ego apud te [ero.] †Nam multis diebus
sedebunt filij Israelis sine rege, sine principe, sine sacrificio, absq; statua, absq; [f]E-
phod & [g]Theraphim. Postea reuertentur filij Israelis, & inquirent DOMINVM
deum suum, & Dauidem regem suum, & pauebunt ad DOMINVM, & ad bo-
nitatem eius nouissimis diebus.

CAP. IIII.

Quod superioribus capitibus obscure & figurate dixit, iam palam enunciat sine in- uolucro, puniendosq; esse decem tribus, idq; ob grauissima scelera, quorum culpam in sa- cerdotes maxime reijcit.

AVdite uerbum DOMINI filij Israelis, quoniam lis est DOMINO cum ha A
bitatoribus huius terræ. Quia neq; ueritas, neq; beneficentia, neque noti-
tia dei est in terra. Peierare, mentiri, occidere, furari & mœchari [b]eruperunt, & san
guines sanguines tetigerunt. Propterea lugebit ipsa terra, & deformabuntur om
nes habitatores in ea, unà cum bestia agri, & uolucre cœli, quin & pisces maris
conficientur. Veruntamen non est quispiam qui aut expostulet, aut reprehen-
dat, quin populus tuus se sic habet, ut qui litiget cum sacerdotibus. Corrues igi- B
tur [c]interdiu, corruet & propheta tecum nocte, & matrem tuam compescam. Ad
silentium [d]redactus est populus meus, eo quod nihil norunt: quandoquidem tu
scientiam repulisti, reprobaui & ego te, ne sacerdotio mihi fungaris: & quando-
quidem tu oblitus es legis dei tui, obliuiscar & ego filiorum tuorum. [e]Vt eorum
multi sunt, sic peccarunt mihi, gloriam eorum in ignominiam commutabo. Pec
catum populi mei comedunt, & ad iniquitatem eorum [f]attollũt animum suum.
Hinc fit, ut sit talis populus, qualis sacerdos. Visitabo ergo super eum uias suas,
& studia eorum [g]rependam ei. Comedent, & non saturi erunt: scortabuntur, nec C
liberos habebunt, quia DOMINVM deseruerunt quo minus eum obseruarent.
Scortatio & uinum ac potus inebrians eripiunt cor, at populus meus ligno suo
oracula quærit, & baculus eius nunciat ei, quoniam spiritus scortationis seduxit
[eum,] et scortati sunt à deo suo. In uerticibus montium sacrificarunt, in collibus
suffitum adoleuerunt, sub quercu, populo et tilia, quod amœna esset eius umbra:
idcirco & filiæ uestræ scortantur, & nurus uestræ adulterium committunt. Non D
uisitabo filias uestras quod fornicatæ sunt, & nurus uestras quod mœchatæ, quo-
niam ipsi cum scortis separabuntur, & cum meretricibus sacrificabunt, & popu-
lus qui intelligere noluit, uarijs iactabitur malis. Quod si tu Israel omnino forni
caris, [saltem] ne delinquat Iuda: ne eatis in Gilgal, neq; ascendatis in Bethauen,
neq; iuretis, Viuit DOMINVS. Quoniam sicut buccula indomita defecit Israel,
idcirco DOMINVS eos pascet quẽadmodũ agnũ in loco spatioso. Ephraim ido
lis obstrictus est, missum facito eũ. Recessit [h]conuiuiũ eorũ, omnino scortati sunt,
[i]principes eius gaudẽt [dicere,] Adferte ignominiã. [f]Ligauit uentum in alis suis,
& pudefient à sacrificijs suis.

CAP. V.

Tria sequentia capita cohærere uidentur, eiusdem ferè argumenti cuius & superio ra, uidentur hi sermones dicti sub Aehis & Phacee, in genere iudiciali sunt. Obijcit eis grauissima scelera, ob quæ dominus sit eos puniturus. Tollit eis omnẽ fiduciã qua fidebãt, siue in sacrificijs siue fœderibus ostendit uiam elabendi mala, si redeant ad dominum.

Exordiohum. In genere iudiciali sermo.

Amplificatio per cõparationẽ.

Permissione transit ad Iudam. Similitudo. Correctio Finis idololatriæ, q̃d uotis suis frustrãtur, ut qui uentum tenere concludit.

[a] Alij legunt lagenas cum acinis.
[b] Subintelligitur siclis.
[c] Homer magna mẽsura est.
[d] Lethech dimidia eius pars.
[e] Quidã lo repetũt, ego non ero tecum, sed uidetur iaschab repetendum esse.
† Quum omnes nationes certatim ad Christum accurrũt, soli Iudæi neq; deum habent neq; idola, infelicissimi omnium mortaliũ, qui tamẽ nouissimis diebus etiam ad dominum reuertentur, ut Paulus docet.
[f] Ephod uestis sacerdotalis, Exod. 28.
[g] Teraphim idola, simulachra, Gen. 31. Non aũt hic loquitur de simulachris lege uetitis, sed de Cherubim alijsq; ornamentis templi.
[a] Aemeth ueritatem et fidem, hoc est, constantiam in dictis factisq; significat.
[b] Hoc est, capitalia scelera cumulatim regnant, ut omnia commaculata & cõscelerata sint inter homines, & scelera sic eruperũt, ut instar diluuij inundarint.
[c] Interdiu, id est, rebus adhuc integris.
[d] Vel excisi sunt.
[e] Vel ut magni facti sunt.
[f] Hoc est magno desiderio & auide inhiant: alij legũt, et accipiunt peccata populi super animã suã.
[g] Hoc est, rependam eis ut meriti sunt.
[h] Conuiuiũ symbolice pro religione ponitur, Es ÿ woll lend jr ürten allein habẽ. Nam in monte ibãt, non in Ierusalem locum quem elegerat dominus.
[i] Alij, protectores eius amant dicere, Adferte, ignominia scilicet est.
[f] Alij legunt, uentus ligauit eos in alis suis.

Digitized by Google

a Scilicet imminet: alij intelligunt, uestrum erat recte iudicare, sed facti estis laqueus.
b Subintelligi potest (uir:) non est ut excusetis nemine fuisse qui castigaret, nã ego hæc omnibus facio. Alij ad deum referũt, quia deus semper monet, nunquã deest suus.

A Audite hoc sacerdotes, & aduertite domus Israelis, & domus regis auscultate, quoniam iudicium [a] uobis. Nam laqueus facti estis in Mizpa, & rete expansum super Thabor. Mactando apostatæ in profundum ceciderunt, & ergo [b] disciplina eis omnibus. Ego cognoui Ephraim, et Israel non est absconditus
B à me, quod nunc scortatus est Ephraim [à me,] & pollutus Israel. Non [in hoc] studia sua ponunt, ut reuertantur ad deum suum, quoniam spiritus scortationum est in eis, ut DOMINVM non cognoscant. Respondebit ergo fastus Israelis ei in faciem suam, nam Israel & Ephraim impingent in iniquitate sua, impinget & Iuda cum eis. Cum grege suo & armentis suis ibunt ut quærant DOMINVM, sed non inuenient [eum,] recessit ab eis. Præuaricati sunt contra DOMINVM,
C quoniam filios alienos genuerunt, idcirco in singulos menses comedet eos [hostis] cum agris suis. Clangite cornu in Gibea, & tuba in Rama, clangite in Bethauen post te ô Beniamin. Ephraim reddetur uastus quo tempore redarguetur, in tribubus Israelis ostendi ueritatem. Principes Iuda fuerunt ut hi qui promouẽt limitem, idcirco effundam super eos excandescentiam meam ut aquam. Vim ac calumniam passus est Ephraim, fractus iudicio, eo quod animum induxit sequi præceptum. Et ego fui ipsi Ephraim ut tinea, & instar teredinis domui Iuda.
D Quumq; animaduerteret Ephraim languorem suum, atq; Iuda obligationem suam, abijt Ephraim ad Assyrium, misitq; ad [c] regem qui eum uindicaret, qui tamen mederi uobis non poterit, neq; [ulli] ex uobis obligationem sanabit. Quia ego sum ut panthera ipsi Ephraim, & sicut leunculus domui Iuda. Ego ego rapiam, uadam & tollam, & nemo eripiet, & reuertar ad locum meum, donec [d] se in culpa esse agnoscant, & quærant faciem meam: quum enim angustum eis fuerit, mane quærent me. [Dicentes.]

Præcepẽ impium [...] psius Ier[o]boam
Occupat[...] Tollit p[ro]pheta un[i]uersa in q[ui]bus fide[...]bant.

c Alij legunt, ad regem Iareb: aliqui regem Aegypti intelligunt.
d Alij ut Hieronymus legunt deficiãt.

CAP. VI.

A Venite, reuertamur ad DOMINVM, quoniã ipse discerpsit, et sanabit nos, percussit & obligabit nos. Vitæ nos restituet post biduum, et tertio die excitabit nos, uiuemusq; ante faciem eius. Et sciemus sectabimurq; ad cognoscen-
B dum DOMINVM, ut aurora paratus est egressus eius, & ueniet nobis sicut pluuia, sicut serotina & tempestiua pluuia terræ. Quid faciam tibi ô Ephraim? quid faciam tibi Iuda? Pietas uestra est quasi nubes matutina, & ueluti ros mane ueni-
C ens & abiens. Idcirco [a] dedolaui in prophetis, [&] occidi eos in uerbis oris mei, & iudicia tua ut lux exoriuntur. Quoniam beneficentiam uolo, & non sacrificium: & scientiam dei plus quàm holocausta. Ipsi autem transgressi sunt fœdus [meum] quemadmodum Adam, ibi præuaricati sunt contra me. Gilead urbs est
D patrantium iniquitatem, oppressa sanguine. Et quemadmodum latrones qui obseruant uirum, ita cõspiratio sacerdotũ, in uia qua itur Sichem, trucidant, quoniã patrant conceptum scelus. In domo Israelis uidi horrenda quædam, illic scortatio Ephraim, contaminatus est Israel. Sed et [tu] ô Iuda, ponis tibi messem, quum ego [conor] reducere captiuitatem populi mei.

Viam ost[en]dit qua [...] [eva]dit. Mi[se]retis, sic enim lo[...] quuntur [...] significent.

a Vel excidi in prophetis, hoc est, per prophetas.

CAP. VII.

A Qvum sanarem Israelem, reuelata est iniquitas Ephraim, atq; malitia Samariæ, quoniam operati sunt mendacium, & fur ingreditur, foris ut prædo spoliat. Neq; cogitant in corde suo, quod ego memor sum omnis malitiæ ipsorum, nunc circumstant eos studia eorum quæ sunt coram facie mea. In malitia sua exhilararunt regem, & mendacijs suis principes. Omnes ipsi
B adulteri sunt, ut fornax succensa à pistore, qui quiescit, nec excitat posteaquam subegit pastam, donec sit [plene] fermentata. Dies est regis nostri, [a] incipiunt principes uino furere, [b] iungit [rex] manum suam cum illusoribus. Quoniam adcommodarunt cor suum ut fornacem in insidijs suis, tota nocte dormit [c] pistor eorum, mane ardet ut flãma ignis. Omnes ipsi calent ut furnus, comedunt iudices suos,
C omnes reges eorum ceciderũt, nec est inter eos qui clamet ad me. Ephraim inter gentes

Loquitur de idololatria regis I[e]roboam, & totius p[o]puli [...]bus.

a Alij legunt, hehalu infirmantur.
b Ebr. Traxit.
c Aut qui eos coquit, hoc est, ad idololatriam parat ac incitat.

Digitized by Google

gentes commixtus est, Ephraim factus est placenta quæ non est uersa.
Alieni comedunt robur eius, nec sentit ipse: cani quoque in ipso sparsi
sunt, ipse uero non animaduertit. [b]Respondebit itaque fastus Israelis ei in
faciem, nec reuertuntur ad DOMINVM deum suum, & in omnibus
istis non quæsierunt eum. Et factus est Ephraim sicut columba [c]stoli
da & sine corde: inuocarunt Aegyptios, [&] profecti sunt ad Assyrios.
Quum autem proficiscuntur, ego expandam rete meum super eos, &
detraham eos sicut aues cœli, castigaboque eos iuxta id quod audierunt
Leui.26. Deut.28. in congregatione ipsorum. Væ eis quod recesserunt à me, uastatio eis D
[imminet,] quoniam præuaricati sunt contra me, ego uero liberaturus
eos eram, sed ipsi loquuti sunt contra me mendacia. Et non clamauerūt
ad me in cordibus suis, sed ulularunt in cubilibus suis propter frumen-
tum & mustum, [f]congregati sunt, & recesserunt à me. Ego [eos] casti-
gaui, & firmaui brachia eorum, ipsi uero cogitauerunt contra me ma-
lum. Reuertuntur, sed [g]non ad [altissimum,] facti sunt ut arcus fallax,
cadent principes eorū gladio, propter indignationem linguæ suæ, idque
[cedet] ipsis ad subsannationem apud Aegyptios. CAP. VIII.

Nouus sermo, sed eiusdem argumenti cum superioribus, uidetur dictus eo tempore, quo extrema imminerent Israelitis.

...xordiols ...ophetam ...citat, ut ...a.58. AD palatū tuum adhibe [a]buccinam. Quasi aquila contra domum A
DOMINI, eo quod præuaricati sunt fœdus meum, & in legem præ-
uaricati sunt. Clamabunt ad me, O deus meus, nos Israelitæ cognosci-
mus te. Repulit Israel [b]bonum, ideo hostis persequetur eum. Ipsi reges
instituerunt, sed non ex me: constituerunt principes, & non [c]approba-
ui: ex [d]argento suo & auro suo fecerunt sibi [e]idola, ut excindantur. [f]Re B
pulit uitulū tuum, ô Samaria, incanduit furor meus in eos, quousque pur
gari non possunt. Et is [uitulus] ex Israele est, artifex fecit illum, & non
est deus, quoniam redigetur in scissilia uitulus Samariæ. Nam uentum
seminauerunt, & magnum turbinem metent. Seges stans non germina
bit, nec reddet farinam: quam si fortè reddiderit, alieni deuorabūt eam.
Deuoratus est Israel, & nunc sunt inter gentes, ut uas ingratum. Quo- C
niam ipsi ascenderunt in Assyriam, [ueluti] onager qui sibi relictus est
solus. Ephraitæ conduxerunt mercede amatores. Et quoniam conduxe
runt in gentibus, nunc congregabo eos, & cœperunt pauco tempore
[g]sub onere regis principum. Quia multiplicauit Ephraim altaria ad pec
candum, fueruntque ei altaria ad peccandum. Præscripseram eis [h]axio- D
mata legis meæ, sed reputarunt illa ceu quid alienum. Hostias oblatio-
num mearum sacrificant carnem & comedunt, at DOMINVS non
delectatur illis, sed nunc recordabitur iniquitatis eorum, & uisitabit pec
cata eorum, ipsi autem in Aegyptum reuertentur. Oblitus est Israel fa-
ctoris sui, & extruxit [i]templa. Iuda multiplicauit urbes munitas, ego ue
ro mittā ignem in ciuitates eius, deuorabitque palatia eius. CAP. IX.

Sermo separatus, ultimis temporibus dictus, eiusdem argumenti cum superioribus.

NE læteris Israel ad exultationem ut gentes, quia scortatus es à deo A
tuo, dilexisti mercedem propter omnia horrea frumēti. Horreum
& torcular non pascet eos, & mustum fallet [a]eos. Non habitabunt in
terra DOMINI, sed reuertetur Ephraim in Aegyptum atque in Assyrios,
& comedent immundum. Non libabunt DOMINO uinum, neque iu-
cunda ac grata ei erunt: sacrificia eorum sunt apud eos ut panis lugen-

[b] Hoc est, redarguet eos.
[c] Vecors uel excors.
[f] Alij legunt, timuerunt.
[g] Non sursum, alij non ad iugum.
[a] Hostis scilicet ueniet Assyrius: alij ad prophetam referunt.
[b] Bonum per antonomasiam pro deo ponitur.
[c] Ebr. Non cognoui.
[d] Ebr. Argentum suum & aurum fecerunt sibi idola: ut sit appositio.
[e] Ebr. Labores, molestias.
[f] Repulit scilicet deus.
[g] Supple liberi esse uel regis & principum, ut sit asyndeton: alij legunt, & dolebunt paulutum ob onus regis & principum.
[h] Excellentes & irrefragabiles sententias, ut si dicas prima principia, Rubbe.
[i] Alij palatia uel magnificas ædes.
[a] Ebr. Eam scilicet gentem, uel eum populum.

Digitized by Google

[b] Alij sic, quia est panis ad animam eorum: alij, quia est panis pro mortuo eorum.

[c] Alij Memphis reddunt.

[d] Id est spiritu plenus, sed satanæ spiritu, nam de pseudoprophetis loquitur.

[e] Ebr. Vestros.

[f] Lamed notam comparationis habet.

tium: omnes qui de eo comederint, inquinabuntur, [b] quia panis quem
pro sua libidine [offerunt,] non ueniet in domum DOMINI. Quid
B facietis ad diem præfixum? & ad diem solennem DOMINI? Quoniam
ecce abibût à uastatione, Aegyptus colliget eos, & [c] Moph sepeliet eos.
Quidquid est in argento eorum expetibile, occupabit urtica, & habitacula eorum paliurus. Venerunt dies uisitationis, uenerunt dies repensionis, scient Israel. Stultus propheta, uecors, uir [d] spiritus, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem odij. Speculator Ephraim cum
deo meo, propheta laqueus aucupis est in omnibus uijs eius, odium in
C domo dei eius. Profunda fecerunt, corruperunt, sicut in diebus †Gibea. 1. Reg.
Recordabitur iniquitatis eorum, uisitabit peccata eorum. Quemadmodum uuas in deserto reperi Israelem, quasi primos fructus in ficu in initio eius, uidi patres [e] eorum. Ipsi uenerût ad Baal Peor, & abstracti sunt Num. 25.
ad confusionem, & facti sunt abominandi iuxta dilectionem eorum.
Ephraim sicut auis auolabit gloria eorum, à partu, ab utero, & à conceptu. Et si educauerint filios suos, tamen ego orbos eos reddam ab homine: atque etiam uæ eis quum recessero ab eis.
D Ephraim ut ego uidi, [f] Tyro similis est, plantatæ in amœnitate, & Ephraim [cogetur] educere ad occisorê filios suos. Da eis DOMINE quod daturus es, da eis uuluam abortientem, & ubera arentia. Omnis malitia eorum in Gilgal, nam ibi odio habui eos propter malitiam studiorû eorum: de domo mea eijciam eos, nô amplius diligâ eos. Omnes principes eorû apostatæ sunt.
Percussus est Ephraim, radix eorû exaruit, fructû non facient: & si etiam genuerint, tamen occidâ desiderabilia uentris eorum. Abijciet eos deus meus, quoniâ non audiuerût eum, & erunt errones inter gentes. X.

[a] Alij legunt, execrando uel deuouendo.

[b] Alij legunt, propter uitulos Bethauen pauebunt laguru.

[c] Vitulus scilicet.

[d] Vel excisus est rex Samariæ.

[e] Quæ excelsa peccatum sunt Israelis.

[f] Ebr: A diebus Gibea. M. Particula comparandê.

[g] Alij sic, ibi steterunt, nec attiget eos prælium quod erat contra filios iniquos, nam duabus pugnis infeliciter contra sceleratos pugnatum est ab Israele.

[h] Alij legunt, ad duas iniquitates coniuncti sunt, Israel scilicet & Iuda.

[i] Asueta, scilicet ad agricolationem.

A Vitis uacua Israel est, fructum æstimauerit ei [quispiam,] secûdum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, secundum bonitatem terræ suæ benefecerunt statuas. Diuisit cor suum, nunc culpæ obnoxij facti sunt: ipse confringet altaria eorû, uastabit statuas eorum. Quoniam nûc dicent, Non est rex nobis, quoniam non timuimus nos DOMINVM, & rex quid faceret nobis? Loquuti sunt uerba [a] deierando in uanum, & fœdus pangendo, germinabitque ceu absynthium iudiciû in
B sulcis agrorum. Ad [b] uitulas Bethauen concurrent qui uicini habitant Samariam, quoniam luxit propter eum populus eius & sacrificuli eius, qui exultauerunt de eo, eo quod gloria eius migrauit ab eo. Quin & Assyrio regi uindici adferetur [c] munus, pudor capiet Ephraim, & pudefiet Israel à consilio suo. Excisus est [d] Samaria cum rege suo, ut spuma quæ est
in superficie aquarum. Excisa quoque sunt excelsa [e] Auen peccatum Israe Magnâ uanitatê significat.
lis, spina & tribulus succrescet super altaria eorum, dicentque montibus,
C Operite nos: & collibus, Cadite super nos. Plus peccasti ô Israel, quam isti Isa. 2. d
in [f] diebus Gibea, ibi [g] steterunt, non apprehenderet eos prælium in Gi Apoc. 9. b Luc. 23. d
bea, quod erat contra filios iniquitatis? Hoc in uotis meis est, ut eos castigê, Iud. 20. a. b
congregabûtur contra eos populi, quû uinxero eos ad [h] utrunque oculû.
Ephraim est ceu uitula [i] asueta, diligit trituram, & ego transiui ceruicem eius pinguem, feci gestare Ephraim: Iuda arabat, Iacob confringebat ei
glebas. Seminate uobis ad iustitiam, metite beneficêtiam, nouate uobis Ierem. 4. a
D noualia, tempus est ut quæratis DOMINVM, donec ueniat & depluat super uos iustitiam. Arastis impietatê, messuistis iniquitatem, edistis fructum mêdacem, quia sperauisti in uia tua, & in multitudine fortiû tuorum. Surget igitur tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ
uastabuntur,

Digitized by Google

uaſtabuntur, ut [f]Salman deuaſtauit phanum Arbel in die belli, quū mater cum filijs collideretur. Sic faciet uobis Bethel propter malitiam nequitiæ ueſtræ, in aurora planè exciſus eſt rex Iſraelis.

CAP. XI.

Cohæret cum ſuperiori.

CVm Iſrael adhuc puer eſſet, [a]dilexi eum, & †ex Aegypto uocaui filium meum. [b]Clamauerunt ad eos, ſic ierunt à facie eorum, Baalim ſacrificantes, atq; ſculptilibus adolentes. Ego greſſus [c]moderatus ſum ipſi Ephraim, [d]ut acciperet eos in brachijs ſuis, at ipſi non cognouerunt q ego ſanarem eos. Funiculis hominis trahebã eos, & funibus dilectionis, & fui eis ut quiſpiã qui leuat iugũ ſuper maxilla eorũ, & inclinaui ad eos cibũ. Non reuerti debuit in terram Aegypti, ſed Aſſyrius ipſe rex eius eſt, quoniã noluerunt cõuerti. Et irruet gladius in ciuitates eius, & cõſumet [e]uectes eius, atq; deuorabit, propter eos q eos ad iſta cõſilia adegerunt. Et populus meus pendẽt [animi] ad conuerſionẽ meã, et ad altiſſimũ [f]uocauerũt eum, ſed in uniuerſum nullus eſt qui [g]eleuet. Quomodo dabo te Ephraim? [& quomodo] te [h]tradã ô Iſrael? Quomodo te ponerẽ ſicut †Adamam, cõſtituerẽmq; te ſicut Zeboim? Inuerſum eſt in me cor meũ, ſimulq; accenſæ ſunt in me pœnitudines meæ. Non faciã pro æſtu naſi mei, non uertar ut Ephraim perdã, quoniã deus ego ſum, & non homo, in medio tui ſanctus, & nõ ingrediar in ciuitatem. Poſt DOMINVM ibunt, ceu leo rugiet, quoniã ipſe rugiet, & pauebũt filij à [i]mari. Terrebũtur ſicut auicula ex Aegypto, & q̃ſi colũba de terra Aſſur, collocaboq; eos in domibus ſuis, dicit DOMINVS.

XII.

Præteritione recenſet ſcelera Ephraim, quem tamen dimittit, quoniam actum eſt de eo, interim recenſet beneficia ipſi præſtita.

CIrcundederũt me Ephraitæ mendacio, & domus Iſrael dolo, at Iehuda dominat adhuc cum deo, & cũ [a]ſanctis eſt fidelis. Ephraim uentũ paſcit, & inſectatur uentum orientalẽ: quotidie multiplicat mendacium & uaſtitatem, cum Aſſyrio fœdus pepigerunt, & oleum in Aegyptum portatur. Et lis eſt DOMINO cum Iuda, & ut uiſitet Iacob ſecundum uias eius, rependatq; ei ſecundũ ſtudia eius. In †utero ſupplantauit fratrem ſuum, & in robore ſuo præualuit deo. Præualuit inquam angelo, & ſuperior fuit: fleuit & precatus eſt eũ: in Beth El inuenit eum, ibiq; loquutus eſt nobiſcũ. Et DOMINVS deus exercituum, DOMINVS memoriale eius. Et tu ad deum tuum conuertaris, beneficentiam & iudicium cuſtodi, & ſpera in deum tuum iugiter. Chanaan eſt, in manu eius ſtatera doloſa: gaudet uim facere. Et dixit Ephraim, Profecto diues factus ſum, inueni mihi facultates, cuncti labores mei non inuenient mihi iniquitatem quæ peccet. Et ego DOMINVS deus tuus ex terra Aegypti adhuc te habitare faciebã in tentorijs, ut dies ſtati [teſtatur.] Et loquutus ſum ad prophetas, uiſionem ego multiplicaui, & per [b]manus prophetarum dedi ſimilitudines. Si [in] Gilead uanitas fuit, utiq; uani facti ſunt: in Gilgal boues ſacrificarunt, & altaria eorũ ſunt ſicut acerui in ſulcis agrorũ. Fugit Iacob in regionem Syriæ, & ſeruiuit Iſrael pro uxore, & propter uxorẽ cuſtos fuit [pecoris.] Sed & per prophetam eduxit DOMINVS Iſraelem de Aegypto, atq; per prophetã cuſtoditus eſt. Prouocauit Ephraim [c]amaris rebus, ideo ſanguis eius ſuper ipſum effundetur, & opprobriũ reddet ei dominus eius.

CAP. XIII.

Sermo alius directus contra decem tribus, oſtendens quàm fuerint felices ſi domino hæreant, quàm infelices ſi illum deſerant.

[f] Non ineptire uidentur, qui de Salmanaſare intelligũt, is enim primo anno Oſee irruit, & Arbel trans Iordanem uaſtauit crudeliſſime, citat ergo domeſticũ & recens exemplum, de Arbel 1. Mach. 9.

[a] Commemorat beneficia Iſraeli pręſtita: q. d. omnia feci eis ex dilectione, non commendatione meritorum.

[b] Clamauerunt, ſcilicet Moſes, Aharon, & alij prophetæ: ſed quo illi magis clamarunt, hoc illi magis à deo receſſerunt.

[c] Alij legunt, pædagogum dedi eis.

[d] Acciperet eos, ſcilicet Moſes uel, ut acciperẽ eos in brachijs ſuis, ut de deo intelligatur, nam Kaam eſt infinitiuus cũ affixo, poteſt ad utrunq; referri. Numeri 11. Exod. 15. Deut. 1. 32.

[e] Vectes pro fortibus.

[f] Vocauerunt, prophetæ ſcilicet: niſi ſakefkaton eſſet, pariter ad utranq; partẽ poſſet referri.

[g] Qui eleuet caput aut aures, ut auſcultet prophetis: aut qui exaltet, ſupple deum.

[h] Migẽ Iudæi tradere hic exponunt, ſed uidetur, quomodo te circundabo, ſcilicet pœnis.

[i] Amari, id eſt, ab Occidente uel Aegypto.

[a] Aliqui keduſchim pro deo exponunt.

[b] Alij legunt, in manibus prophetarum aſſimilatus ſum.

[c] Prouocauit, deum ſcilicet ad iracundiam.

Digitized by Google

a Tremor fuit in gentibus, sub audiendum: uel, Dum loqueretur, tremebant: Man erschrack, impersonaliter, infinitiuus pro imperfecto.
b Ebr. Sustulit ipse in Israele, hoc est, euectus est.
c Alij legunt, iuxta similitudinē suam.
d Dicunt hoc sacrificuli.
e Alij legunt, sacrificantes hominem.
f Osculari adorare significat, et uerum cultum comprehendit.
* Supple exiens.
g Alij legunt, in uia Assur.
h Eb. Conclusum, hoc est, obstinatum, pertinax.
i Alij ehi legunt, pro ero.
k Vel absconsum.
l Vel legātur hæc in indicatiuo, quia peccauit, punietur, sed statim opem feram & consolabor.
m Ipse scilicet Ephraim, uel quisq; ex illis.
n Alij legunt, Ero mors tua uel pestis tua ô mors.
o Vel, fructificabit.
p Quidam legunt, uastabitur.

A CVm loqueretur Ephraim [a]tremor, & [b]princeps factus est in Israle, sed deliquit in Baal, & mortuus est. Nunc uero addunt peccato, fecerunt enim sibi fusile de argento suo [c]iuxta intelligentiam suam,
idola scilicet: & hoc totum opus est artificum. Ipsis [d]dicunt ipsi, [e]Homines sacrificent, [f]osculentur uitulos. Idcirco erunt ceu nubes matutina, & ceu ros mane cadens, & abiens: & sicut quisquiliæ quas iactat tur
bo de horreo, & ueluti fumus de *fumario. Et ego DOMINVS deus Esa.43.d
B tuus à terra Aegypti, ut deum præter me non agnosceres, neq; seruatorem præter me. Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinum. Secun
dum pascua sua saturi facti sunt, saturi inquam facti sunt, & eleuatum
est cor eorum, atq; adeo obliti sunt mei. Et factus sum eis sicut panthera, & sicut pardus, ad uiam [g]insidiabor. Occurram eis ut ursus orbatus,
& lacerabo [h]pertinax cor eorū. Deuorabo eos ibi sicut leæna, fera agre
stis dissecabit eos. Perditio tua est, ô Israel, sed in me auxilium tuum.
C [i]Vbi nam rex tuus? ubi nam? seruet te in omnibus urbibus tuis. Et [ubi
sunt] iudices tui de quibus dixeras, Da mihi regē & principes? Dabam 1.Reg.8.a
tibi regem in furore meo, & sustuli eum in excandescentia mea. Colligata est iniquitas Ephraim, & [k]reseruatum peccatum eius. Dolores par
turientis [l]uenient ei, [m]ipse est filius non sapiens, [alioqui] non diu stetisset in partu filiorum. De manu inferorū redemissem eos, à morte uin
dicassem eos. [n]Vbi causa tua ô mors? Vbi pernities tua ô inferi? pœnitu Ezec.19.
D do abscondita est ab oculis meis. Quoniam ipse inter uirera [o]florebit, 1.Cor.15 Heb.2.d
ueniet uentus orientalis, DOMINVS à deserto ascendet, & arefaciet ue
nam eius, & exiccabit fontem eius: ipse diripiet thesaurum omnium ex
petibiliū uasorum. [p]Deliquit Samaria quod exacerbauit deum suum,
gladio cadent, infantes [illegible]rum allidentur, & prægnantes eius discindentur.

CAP. XIIII.

Exhortatio est ad pœnitentiam, & simul formulam precandi præscribit.

a Ego legerē, Adferte uobiscum causas, dwere händel.
b Bonum quod nos ex gratia tua facimus.
c Quidam legunt, iuuencos labia nostra, ut sit appositio.
d Mox adest dominus & recipit conuertentes.
e Ab eo, scilicet populo Israelitico.
f Memoria celebris fama.
g Alij legunt, ego respondi.
h Deus hæc loquitur.

A REuertere Israel usq; ad DOMINVM deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate. Tollite uobiscum [a]uerba, & conuertimini ad
DOMINVM, dicite q; ad eum, Aufer omnem iniquitatē, & accipe [b]bo
num, & persoluemus [c]iuuencos labiorum nostrorum. Assur non salua
B bit nos, super equis non equitabimus, neq; dicemus ultra operi manuū
nostrarum, Vos dij nostri estis, eo q; in te sit miseratio pupillo. Ego [d]sanabo auersionem eorum, diligam eos liberalissime, quoniam auersus
est furor meus ab [e]eo. Ero ceu ros Israeli, florebit q; sicut lilium, & radi
C ces suas iaciet sicut Libanus. Promouebunt flagella eius, & erit magni
ficentia eius ut oleæ, & odor eius ut thuris. Reuertentur qui habitabāt
sub umbra eius, reuiuiscent ut frumenta, & florebunt ut uitis, [f]memoria
eius erit ut uinū Libani. Quid mihi ultra cum idolis, ô Ephraim? [g]Ego Epilogus
D [h]adflixi, & iterum respexi eum, ego ero ceu abies frondosa, ex me fructus tuus inuentus est. Si quis sapiens est, intelligat ista: si quis prudēs,
cognoscat ea, q; rectæ sunt uiæ DOMINI, & iusti in eis ambulabunt,
præuaricatores autem impingent in eis.

Ioel

Digitized by Google

Ioel propheta.

CAPVT I.

Exhortatio est ad pœnitentiam, unicam uiam salutis, qua effugere ultionem diuinam poßint.



ERMO DOMINI qui factus est ad Ioelem filiũ Pethue- A
lis. Audite hoc seniores, & auribus percipite cuncti habita
tores terræ, Num factum sit tale uestris temporibus, aut tem
poribus patrum uestrorum. Isthęc enumerate filijs uestris, si
lijq; uestri filijs suis, & filij eorum posteritati sequẽti. Quod
reliquũ fecit eruca, comedit locusta: quod locusta reliquum
fecit, comedit bruchus: & quod bruchus reliquũ fecit, comedit
rubigo. Euigilate ebrij, & flete: & ululate omnes qui uinum bibitis, propter suc- B
cum expressum, quoniam excisum est ab ore uestro. Quoniam gens [a] ascendit su
per terram meam, robusta, innumerabilis, cuius dentes dentes sunt leonini, habet
molares leænæ. [b] Vastauit uineam meam, deglubit ficum meam, nudando nuda
uit eam, & abiecit, alba reddiderunt flagella eius. Vlula ut uirgo accincta sacco
propter maritum suum cui in iuuentute nupsit. Excisum est sacrificium cibarium
& libatio de domo DOMINI, planxerunt sacerdotes ministri DOMINI. Vasta
ti sunt agri, luxit terra, quod uastatũ sit frumentũ, erubuit mustum, deformatũ est oleũ.
Erubescite agricolæ, ululate uinitores propter triticũ & hordeũ, quia perijt mes- C
sis cãpi. Erubuit uitis, ficus deformata est, mala punica, quin & palma & malus,
omnesq; arbores campi, exaruit enim gaudiũ à filijs hominum. Accingimini, &
plangite [uos] sacerdotes: ululate ministri altaris, ingredimini & pernoctate in
saccis ministri dei, quoniã prohibitũ est sacrificium cibariũ & libatio à domo dei
uestri. Sanctificate ieiuniũ, indicite cœtũ, congregate senes atq; uniuersos habita-
tores terræ in domũ DOMINI dei uestri, & clamate ad DOMINVM. O diem
illum, siquidẽ propinquus est dies DOMINI, & ueniet ab omnipotente ceu ua
statio. An non corã oculis nostris cibus excisus est? an non & gaudiũ atq; exulta D
tio à domo dei nostri [excisa sunt?] Computruerũt semina dispersa subter glebas
suas, uastata sunt quæ reposita fuerũt, euersa horrea, eo quod pudefactũ sit frumentũ.
Quantũ ingemuit iumentũ, perplexi sunt greges armentorum, eo quod non habent pa
scua, sed & greges ouiũ culpę obnoxij facti sunt. Ad te DOMINE clamabo, quo
niam ignis absumpsit amœnissima loca deserti, & flãma exussit omnes arbores
campi. Sed & bestiæ agri [c] uociferabuntur ad te, quod exaruerint torrentes aquarum,
& quod ignis ab[illegible]serit amœnissima loca deserti.

[a] De futuris loquitur in præterito, iminebant enim mala: uerisimile tamen est quædam tum facta fuisse.
[b] Hb. Posuit uineam meã in uastationem, & ficũ meam in decorticationem.
[c] Alij, suspexerunt, uel suspicient.

CAP. II.

Iubet sig[illegible]minentem iam hostilem exercitum, uastantemq; terram.

CLa[illegible]lassicum canite in monte sancto meo, contremi A
[illegible]quoniã uenit dies DOMINI, in propinquo
adest[illegible]bilosa & caliginosa, sicut aurora diffusa
sup[illegible] cui à sæculo nullus fuit similis, nec post
eun[illegible]nerationis. Ante illũ ignis deuorans,
pos[illegible]a ante aduentum eius fuerit ut horti
deli[illegible]. Nemo illum effugere potest. Aspe
ctus[illegible], currunt instar equitum. Irruunt strepitu quodam B
per[illegible]us, & sicut crepitus flammæ ignis deuorantis stipu-

Digitized by Google

lam: [in summa,] ut populus prævalidus instructus ad præliũ. A facie illius languebunt populi, omnes facies contrahent [a]luridum ollæ colorem. Currunt ut fortissimi uiri, ut bellatores conscendent murũ: quisq; uia sua incedit, nullus à semita sua deflectit. Nullus aliũ impellit, sed quisq; uia sua incedit, cadũt pro telo, nec [b]lucro inhiant. In ciuitate discurrunt, ad muros accurrunt, ascendunt in domos, per fenestras introeunt furis instar. Ante illum contremiscit terra, [quin] & cœli cõmouentur, sol & luna obtenebrantur, stellæq; splendorem suum contra-

C hunt. DOMINVS quoq; edit uocem suam ante exercitũ suum, quoniam castra eius admodũ multa sunt, & robustus est qui exequitur uerbum eius. Quoniam magna est dies DOMINI, & formidabilis ualde, quis eam sustinebit? Sed & nũc dicit DOMINVS, conuertimini usq; ad me in toto corde uestro, ieiunio, fletu, & lamento. Et scindite cor uestrũ, & non uestimenta uestra, & conuertimini ad DOMINVM deum uestrum, quia †beneficus est, propensus ad misericordiam, longanimis, & multæ bonitatis, & qui pœnitentia ducitur super [c]malo. Quis *scit si conuertatur ac pœniteat, & relinquat post se benedictionem? sacrificiũ cibarium

D & libationem DOMINO deo uestro. Clangite tuba in Zione, sanctificate ieiunium, indicite cœtum, congregate populũ, sanctificate cœtum [sacrum,] congregate senes, colligite puerulos & lactentes ubera. Egrediatur sponsus de cubiculo suo, & sponsa de uelo suo. Inter uestibulũ & altare plorabunt sacerdotes ministri DOMINI, dicentq;, Parce DOMINE populo tuo, & ne permittas ut hæreditas tua [d]probrum fiat, aut ut eis imperitent gentes. Cur dicerẽt in populis, Vbi est deus eorum? Commotus est zelo DOMINVS pro terra sua, & pepercit populo suo. Et respondens DOMINVS dixit populo suo, Ecce ego mitto uobis frumentum & mustũ & oleum, istisq; saturabimini, nec permittã ut ultra sitis probrum

E gentibus. Aquilonarem aũt istum procul abigam à uobis, & propellam eum in terram torridã & uastam, anteriorem eius partem in mare orientale, & posteriorem eius partem in mare nouissimũ. Et ascendet fœtor eius, ascendetq; putredo eius, quia insolenter egit. Ne timeas terra, exulta & gaude quoniã DOMINVS magnifice aget. Nolite timere uos bestiæ agrorũ, quoniam germinarũt amœna loca deserti, & arbor protulit fructum suum, ficus & uitis præbuerunt opes suas. Sed & uos, ô filij Zion, exultate & lætamini in DOMINO deo uestro, quoniam dedit uobis doctorem ad iustitiam, demittet uobis pluuiam temporaneã & serotinam ut ab initio. Et implebuntur horrea frumento, & torcularia [e]stridebunt ui

F no & oleo. Et pensabo uobis annos quos comedit locusta, bruchus, robigo, & eruca, exercitus ille meus magnus quem misi in uos. Affatim comedetis, atq; saciati laudabitis nomen DOMINI dei uestri, qui mirifice uobiscũ egit, nec pudefiet populus meus perpetuò. Et sentietis q; ego sim in medio Israelis, et q; ego sim DOMINVS deus uester, neq; alius ultra, nec perpetuò pudefiet populus meus. Vsu ueniet post hæc, ut effundam spiritũ meum super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ: senes uestri somnia somniabunt, & iuuenes ue-

G stri uisiones uidebunt. Sed & super seruos [meos,] & super ancillas [meas] effundam spiritũ meum in diebus istis. Et edam prodigia in cœlo atq; in terra, sanguinem & ignẽ atq; [f]columnas nubis. Sol uertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ, anteq̃ ueniat dies [ille] DOMINI magnus & tremẽdus. Et erit, †quicunq; inuocauerit nomen DOMINI, liberabitur: quoniam in monte Zion, & in Ierusalem erit [g]saluatio, sicut dicit DOMINVS, idq; in reliquijs quas DOMINVS uocat.

CAPVT III.

Denunciat & gentibus suum supplicium, quæcunq; adflixerunt populum dei.

A QVoniã ecce in diebus illis, & in tempore illo, quo reducã [a]auersionem Iuda & Ierusalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in uallem

Marginal notes (left):

a Eb. Olla, quidam legunt, ut uitta.

b Alij, nec saucianatur.

c Vel, malo quod inflixit nobis: uel q̃d inflicturus fuerat, quum reuocat sententiam.

d Alij legunt, ut fabula fiat.

e Alij, redundabũt.

f Ebr. Palmas.

g Ebr. Euasio.

a Alij, captiuitatem.

Marginal references (right): Isa. 13. b; Ierem. 30. l; Ezec. 32. b; Amos 5. e; Soph. 1. d; Matth. 24. g; Marc. 13. d; Luc. 21. c; Psal. 85. a; Ion. 4. a; *Ion. 3. d; Supra 1. e; Act. 2. c; Esa. 44. a; Rom. 10. c

lem [b]Iehosaphat, & disceptabo cum illis ibidē, propter populū meum,
& hæreditatē meam Israel, quā dispserunt in gentes, & terram meam
partiti sunt. Super populū quoq; meum sortē miserunt, & dederūt [c]pue
rum pro scorto: & puellā uendiderūt pro uino quod biberūt. Et etiam
quid uos mihi, ô Tyre & Zidon, & omnes termini Palestinæ? Num re-
tributionē uos rependeris mihi? [d]Quod si mihi retributionē rependeri-
tis, facile est ut & ego uelociter rependā retributionem uestrā in caput
uestrū. Qui argentū meum, & aurū meum accepistis, & expetibilia mea B
elegantia intulistis in templa uestra. Et filios Iuda filiosq; Ierusalē uen
didistis filijs Græcorū, ut procul abigeretis eos à terminis suis. Ecce ego
excito illos de loco in quē uendidistis eos, & rependā retributionē ue-
stram in caput uestrū. Vendā filios uestros & filias uestras in manū filio
rum Iuda, qui uendēt eos Sabæis genti procul dissitæ, quoniā DOMI-
NVS loquutus est. Edicite hoc in gentibus, indicite bellū, excitate for-
tissimos quosq;, accedant & ascendāt omnes uiri bello apti: cōcidite uo
meres uestros in gladios, & falces uestras in lanceas: q debilis est, dicat,
Fortis sum heros, festinate & uenite omnes gētes quæ estis per circuitū, C
& cōgregabimini, ibi sternet DOMINVS heroes tuos. Excitētur & a-
scendant gentes ad uallē diuini iudicij, quia ibi sedebo ad iudicandum
Apoc.14.d gentes quæ circūquaq; sunt. Mittite falcem, quoniā maturuit messis, ue
nite & descēdite, quia impletū est torcular, redundauerūt lacus, siquidē
aucta malitia eorū. [e]Turbæ turbæ in ualle excussionis, quia ppe est dies
Supra 2.g DOMINI in ualle excussionis. Sol & luna atrati erunt, & stellæ cōtra
Ierem.25.f hent splendorē suum. Et DOMINVS †rugiet de Zione, atq; de Ierusa
Amos 1.a
Amos 9.d lem edet uocē suam, & cōmouebuntur cœli & terra, eritq; DOMINVS
refugiū populo suo, & robur filijs Israel. Et scietis q ego sum DOMI- D
NVS deus uester, habitans in Zione monte sancto meo, & erit Ierusalē
sacrosancta, nec alieni per eam ultra transibūt. Et erit, die illa stillabunt
montes succū expressum, collesq; fluent lacte, omnes riui Iuda mana-
bunt aquis, & fons de domo DOMINI egredietur, & irrigabit torren-
tem [f]Sitim. Aegyptus reddetur uasta, & Edom redigetur in desertū squa
lidum, propter uim & iniuriā [illatam] Iudæis, & q effuderunt sangui
nem innoxiū in terra sua. Iuda autem in æternum sedebit, & Ierusalem
in generationē generationū. Et [g]mundabo sanguinem eorum [quos]
non mundaui, & DOMINVS habitat in Zione.

[b] Quidam interpretantur Iehosaphat appellatiue, in ualle ubi dominus iudicabit, uel diuini iudicij.
[c] Puerum pro scorto dari, id est, pro uili pretio: uel puerū prostituere ut scortū. Quidam tamen legunt pro cibo.
[d] Potest etiam sic legi, Quod si mihi uelociter hoc minutum rependeritis.
[e] Defectiua oratio, cum exclamatione, ut si diceres, O quantum turbæ, quantum tumultus.
[f] Sitim locus est ultra mare mortuum in Moab. Vide Num.25. Alij appellatiue exponunt torrens, uel uallis spinarum.
[g] Alij sic legunt, Omnino non impunitos relinquam, non parciar ut impune ferant: sed uidetur consolatorium esse, mundabo, qui hactenus immundi fuerunt, gentes scilicet.

Amos propheta.

CAPVT I.

Gentibus suam perfidiam obijcit, & pœnam predicit.

Titulus.

ERMONES Amos, qui fuit inter homines ar- A
mentarios [haud extremus] de Tekoa, qs uidit sup
Israelē, in diebus Vsiæ regis Iuda, & in diebus Iero
Zach.14.a boam filij Ioas regis Israelis, annis †duobus ante
Ierem.25.
Ioel.3.c [terræ] motū. Et dixit, DOMINVS ex Ziōe rugiet,
& de Ierusalē edet uocē suā, & lugebūt amœna pa-
scua pastorū, uertexq; Carmeli arescet. Sic dicit DO

Digitized by Google

MINVS, Super tribus sceleribus Damasci, & super [a]quartum non [b]re-
uocabo eum, eo ꝙ comminuerint Gilead rastris ferreis. Et immittam
ignem in domũ Hasaëlis, qui deuorabit palatia Benhadad. Et confrin-
gam uectem Damasci, & excindam habitatorem de ualle uanitatis, &
B tenentem sceptrum de domo deliciarum. Et abducetur captiuus popu-
lus Syriæ in Kir, dicit DOMINVS. Sic dicit DOMINVS, Super tribus
sceleribus Gasæ, & super quartũ non reuocabo eum, ꝙ transtulerint per
fectam captiuitatem, tradiderintꝙ [eam] ipsi Edom. Et iniiciam ignem
in murũ Gasæ, qui deuorabit palatia eius. Excindamꝙ habitatorem de
Asoto, & tenentem sceptrũ de Ascalon, & iniiciam manũ meam ipsi Ac-
C caron, & peribunt reliquiæ Palestinorũ, DOMINVS deus dicit. Sic di-
cit DOMINVS, Super tribus sceleribus Tyri, & super quartũ non re-
uocabo eum, eo ꝙ tradiderint captiuitatem perfectã ipsi Edom, nec me
mores fuerũt fœderis fraterni. Et iniiciã ignem in murũ Tyri, qui deuo
rabit palatia eius. Sic dicit DOMINVS, Sup tribus sceleribus Edom,
& super quartũ nõ reuocabo eum, eo ꝙ gladio persequutus est fratrem
suũ, & corruperit [c]uiscera miserationis suæ, & rapuit ira eius perpetuò,
D & indignationẽ suam seruauit in finẽ usꝙ. Immittamꝙ ignem in The
man, q deuorabit palatia Bozra. Sic dicit DOMINVS, Sup tribus sce
leribus filiorũ Amon, & super quartũ non reuocabo eum, eò ꝙ dissecue
runt grauidas in Gilead, ut ampliarẽt terminũ suum. Et accendã ignem
intra murũ Raba, & deuorabit palatia eius cũ classico in die belli, & cũ
tempestate in die turbinis. Transibitꝙ [d]idolum eorum in captiuitatem,
ipsum & principes eius pariter, dicit DOMINVS. CAP. II.

Prophetiæ contra Moab, Iudam & Israelem.

A SIc dicit DOMINVS, Super tribus sceleribus Moab, & super quartũ
non reuocabo eum, eo ꝙ cõbusserit ossa regis Edom in fauillã. Et
mittã ignem in Moab, qui uorabit palatia Kirioth, & morietur Moab in
fremitu, in classico, & in sono buccinę. Et excindã iudicem ex ea, atꝙ o-
mnes principes eius interficiã cum eo, dicit DOMINVS. Sic dicit DO
MINVS, Sup tribus sceleribus Iuda, & sup quartũ nõ reuocabo ipsum,
ꝙ abiecerint legẽ DOMINI, & ꝙ ceremonias eius non custodierint, ꝙ
mendacia eorũ seduxerũt eos, post quæ & patres eorũ ambulauerunt. Et
B immittã ignem in Iuda, deuorabitꝙ palatia Ierusalem. Sic dicit DOMI
NVS, Super tribus sceleribus Israelis, & super quartũ non reuocabo eũ,
eo ꝙ uendiderint pro pecunia iustũ, & pauperẽ pro pari [a]calceamento-
rum. Anhelantes super puluerẽ terræ in caput tenuium, & uiam paupe
rum [b]declinarũt: deinde filius & pater eius ad eandẽ puellã sunt ingres-
si, ut prophanarent nomen sanctũ meum. Ad hæc uestes pignore acce-
ptas [c]extenderũt iuxta omnẽ aram, uinum eorũ, qui iniuste multati erãt,
C biberũt in domo dei sui. Et ego †deleuerã Amorrhęũ ante eos, cuius pro Recẽset beneficia dei. Nume. 21. c Deut. 2. f.
ceritas erat ut proceritas cedrorũ, eratꝙ robustus ut sunt quercus, at fru-
ctus eius perdidi superne, & radices eius inferne. Ego quoꝙ eduxi *uos *Exo. 14. c
de terra Aegypti, & deduxi uos in deserto quadraginta annis, ut possi-
deretis terrã Amorrhæi. Ad hęc excitaui de filiis uestris prophetas, & de
iuuenibus uestris Nazaræos. An hoc non est, filii Israel, dicit DOMI-
NVS? Vos aũt dedistis Nazaræis uinũ bibere, & prophetis præcepistis, Cõtumaciã eos ostẽdit. Pœnam eis præanũciat.
D dicendo, Ne prophetetis. En ego onustus nimiũ [D]premor, strideoꝙ sub
uobis, perinde ac plaustrũ onustũ manipulis premitur ac gemit. [e]Frustra
erit si uelox fugere tentet, neꝙ fortis robore suo corroborabit, robustus
non

[a] Alii legunt, super quatuor.
[b] Nõ reuocabo eum, supple, furorem. Oratio ipsa obscura est, abhorrens à Latinis auribus: nolui tamen mutare uerba prophetæ, sed simul sensum explicare. Videtur sumptum ex lege Exodi 20. quum dominus dicit se ulturum patrum scelera in filiis in quartam usꝙ generationem. Propheta igitur obiiciens gentibus, quæ circa populũ dei erant, perfidiã & crudelitatem, dicit, Quod semel atꝙ iterũ, ac etiam tertio pepercit dominus, hoc longanimitatis suę est, quarto tamen non impune tuleritis, hoc est, non semper parcet. Hoc sensu, etiam si iam tertio dissimularim, & manũ meam extentam retraxerim, at quarto iram aut furorem meum non reuocabo, hoc est, non parcã. Potest etiam legi, super triplici scelere. Alii quatuor & tria intelligunt pro septem, & septẽ pro multis, hoc sensu, Licet iam sæpe pepercerim, non tamen semper parcam.
[c] Hoc est, immisericors, inhumanus fuit.
[d] Alii legunt, rex eorum.

[a] Alii legunt, conculcantes.
[b] Alii legunt, peruerterunt, was der from redt das verkeerend sy. Alii intelligunt, uitant uias pauperum, ne cogantur eis dare quidpiam.
[c] Alii legunt, reclinarunt, hoc est amouerunt.

[D] Alii Meik actiue exponunt, Ego premam uos sub graui onere, ut stridatis aut gematis perinde ac plaustrũ. Sed sensus quem ego sequutus sum, uidetur melior, quod deus conqueratur de Israelitis, quod se onerent peccatis & sceleribus suis, hinc sequi quod & deus eos in angustias ducturus sit, è quibus eluctari non possint.
[e] Hebr. Peribit fuga à leui.

Digitized by Google

non eripiet uitã suam. Qui arcũ [manu] tenet, non subsistet: qui uelox est pedi-
bus, nõ euadet: & qui equo uectus fuerit, nõ eripiet uitã suam. Deinde qui inter
heroes magnanimus est, nudus aufugiet in die illa, dicit DOMINUS. III.

Secunda oratio incipit, eaq; noua in statu criminali. Intercurrit autẽ quiddam contra contemptum uerbi diuini. Deus perdet uos propter scelera uestra, quia estis populus peculiaris.

Exordio parat attentionem. Propositio. Non contẽ[m]dum uerbum dei. Nihil fit si[n]e causa. [De]us non [p]unit nisi [p]ræmone[a]t. Non irascẽ[du]m prophe[ti]s, quũ offi[ci]o suo fun[gu]ntur.

AUdite uerbũ istud, quod loquutus est DOMINUS cõtra uos, ô filij Israel, A
adeoq; super omnẽ familiã quam eduxi de terra Aegypti, in hanc senten-
tiam, Duntaxat uos agnoui ex oĩbus cognationibus terræ, ob id uisitabo in uo-
bis omnes iniquitates uestras. Num eunt duo simul, inter quos [de hoc] nõ fit 1
conuentũ? Num leo in saltu rugit, si non sit præda [proposita?] Num catulus 2
leonis uocẽ suam edit de lustro suo, quum nihil [prædæ cepit?] Num cadit auis 3
in laqueũ [positum] in terra, quem non posuerit auceps? Num laqueũ de terra B
aufert, quum omnino nihil ceperit? Num clanget cornu in ciuitate, ut populus 4
nõ paueat? Est ne malũ aliquod in ciuitate, quod DOMINUS nõ fecerit? Quia
nõ facit DOMINUS deus quidquã, nisi reuelet arcanũ suum seruis suis prophe-
tis. Leo si rugiat, quis est qui nõ timeat? DOMINUS deus quũ loquitur, quis
nõ prophetaret? Diuulgate in palatijs quæ sunt in Asoto & in palatijs terræ Ae
gypti, & dicite, Congregamini ad montes Samariæ, & uidete tumultus magnos C
in medio eius, sunt in ea qui uim & calumniã patiuntur. Non enim nouerunt
recte facere, dicit DOMINUS, congerunt thesauros in palatijs suis per uiolen-
tiam & uastationẽ. Propterea sic dicit DOMINUS deus, Angustiæ [tibi erunt,]
idq; undiq; in terra: [a] deijciet à te robur tuũ, & diripientur palatia tua. Sic dicit
DOMINUS, Quemadmodũ pastor eripit ex ore leonis duo crura, aut auris car-
tilaginẽ, sic eripientur filij Israelis, qui habitant in Samaria, in angulo lectuli, &
in sponda Damasci. Audite & cõtestamini in domo Iacob, dicit dominator DO D
MINUS, deus exercituum: quoniam in die quum uisitauero iniquitates Israelis
super eum, uisitabo quoq; altaria Bethel, & diruentur cornua altaris, cadentq; in
terram. Et percutiã ædem hyemalẽ cum æde æstiuali, peribuntq; domus ebur-
neæ, & finẽ accipiẽt [b] domus magnificæ, dicit DOMINUS. CAPUT IIII.

[a] Hostis scilicet.

[b] Vel, illæ plurimæ ædes.

Obijcit Israeli scelera grauissima, hortatur ad pœnitentiam, ni funditus perire uelint.

AUdite uerbum istud uaccæ Basan, quæ estis in monte Samariæ, quæ ui op- A
primitis tenues, & comminuitis inopes, quæ dicunt dominis suis, Adfer, ut
bibamus. Iurauit DOMINUS deus in sancto suo, quoniam ecce ueniunt dies
super uos, & [a] auferet uos lanceis, & postremam partem uestri in ollis pisciculo-
rum. Deinde per rupturas erumpetis, quæq; antrorsum, mittetisq; in palatia, di
cit DOMINUS. Ite ad Bethel, & perfide agite: [ite] in Gilgal, augete præua-
ricationem, & adferte mane sacrificia uestra, seruate tres dies decimas uestras. Et
incendendo de fermento [sacrificium] laudis, spontaneas oblationes diuulgate:
sic enim [b] soletis, filij Israel, dicit dominator DOMINUS. Dedi quoq; uobis B
munditiem dentium in omnibus urbibus uestris, & penuriam panis in cunctis
locis uestris, sed non estis conuersi usq; ad me, dicit DOMINUS. Ad hæc plu-
uiam negaui uobis, dum adhuc essent tres menses ad messem, & pluui super ci-
uitatem unam, super aliam non pluui: pars una [agri] compluebatur, & pars
quæ non compluebatur, exarescebat. Et diuertebant duæ uel tres ciuitates ad C
unam aliquam ciuitatem, ut biberent aquam, nec satiabantur: adhuc tamen non
estis conuersi ad me, dicit DOMINUS. Percussi uos [c] robigine & aurigine, ua-
rios uestros hortos, uineas uestras, ficus uestras atq; oleas uestras deuorabat eruca,
non tamen estis ad me conuersi, ait DOMINUS. Misi insuper in uos pestem in
uia Aegypti, & occidi gladio iuuenes uestros, cum captiuitate equorum uestro-

[Iu]bet facere per Ironiam, quod [ill]a sponte faciebant. [D]ixit cumlo-[q]uitur facetiam.

[a] Auferet, scilicet hostis, & partes posteriores in ollas ponet, ut solẽt pisciculi, Jns fischkessi.

[b] Ebr. Amatis.

[c] Alij legũt, carbunculo & aurigine. Vide in minis legis Deut. 28.

Digitized by Google

tium: omnes qui de eo comederint, inquinabuntur, [b]quia panis quem
pro sua libidine [offerunt,] non ueniet in domum DOMINI. Quid
B facietis ad diem præfixum? & ad diem solennem DOMINI? Quoniam
ecce abibūt à uastatione, Aegyptus colliget eos, & [c]Moph sepeliet eos.
Quidquid est in argento eorum expetibile, occupabit urtica, & habita-
cula eorum paliurus. Venerunt dies uisitationis, uenerunt dies repensio
nis, scient Israel. Stultus propheta, uecors, uir [d]spiritus, propter multitu
dinem iniquitatis tuæ, & multitudinem odij. Speculator Ephraim cum
deo meo, propheta laqueus aucupis est in omnibus uijs eius, odium in
C domo dei eius. Profunda fecerunt, corruperunt, sicut in diebus †Gibea. 1. Reg. 8. a
Recordabitur iniquitatis eorum, uisitabit peccata eorum. Quemadmo
dum uuas in deserto reperi Israelem, quasi primos fructus in ficu in ini
tio eius, uidi patres [e]eorum. Ipsi uenerūt ad Baal Peor, & abstracti sunt Num. 25.
ad confusionem, & facti sunt abominandi iuxta dilectionem eorum.
Ephraim sicut auis auolabit gloria eorum, à partu, ab utero, & à conce
ptu. Et si educauerint filios suos, tamen ego orbos eos reddam ab homi
D ne: atque etiam uæ eis quum recessero ab eis. Ephraim ut ego uidi, [f]Ty
ro similis est, plantatæ in amœnitate, & Ephraim {cogetur} educere ad
occisorē filios suos. Da eis DOMINE quod daturus es, da eis uuluam
abortientem, & ubera arentia. Omnis malitia eorum in Gilgal, nam
ibi odio habui eos propter malitiam studiorū eorum: de domo mea eij
ciam eos, nō amplius diligā eos. Omnes principes eorū apostatæ sunt.
Percussus est Ephraim, radix eorū exaruit, fructū non facient: & si etiam
genuerint, tamen occidā desiderabilia uentris eorum. Abijciet eos deus
meus, quoniā non audierūt eum, & erunt errones inter gentes. X.
A VItis uacua Israel est, fructum æstimauerit ei [quispiam,] secūdum
multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, secundum bonita
tem terræ suæ benefecerunt statuas. Diuisit cor suum, nunc culpæ obno
xij facti sunt: ipse confringet altaria eorū, uastabit statuas eorum. Quo-
niam nūc dicent, Non est rex nobis, quoniam non timuimus nos DO-
MINVM, & rex quid faceret nobis? Loquuti sunt uerba [a]deierando in
uanum, & fœdus pangendo, germinabitque ceu absynthium iudiciū in
B sulcis agrorum. Ad [b]uitulas Bethauen concurrent qui uicini habitant
Samariam, quoniam luxit propter eum populus eius & sacrificuli eius,
qui exultauerunt de eo, eo quod gloria eius migrauit ab eo. Quin & Assy-
rio regi uindici adferetur [c]munus, pudor capiet Ephraim, & pudefiet Is
rael à consilio suo. Excisus est [d]Samaria cum rege suo, ut spuma quæ est
in superficie aquarum. Excisa quoque sunt excelsa [e]Auen peccatum Isra Magnā ua
lis, spina & tribulus succrescet super altaria eorum, dicentque montibus, nitatē sign
C Operite nos: & collibus, Cadite super nos. Plus peccasti ô Israel, quàm isti ficat. Isa. 2. d
in [f]diebus Gibea, ibi [g]steterunt, non apprehenderet eos prælium in Gi Apoc. 9. b Luc. 23. d
bea, quod erat contra filios iniquitatis? Hoc in uotis meis est, ut eos castigē, Iud. 10. a b
congregabūtur contra eos populi, quū uinxero eos ad [h]utrunque oculū.
Ephraim est ceu uitula [i]asueta, diligit trituram, & ego transiui ceruicem
eius pinguem, feci gestare Ephraim: Iuda arabat, Iacob confringebat ei
glebas. Seminate uobis ad iustitiam, metite beneficētiam, nouate uobis Ierem. 4. a
D noualia, tempus est ut quæratis DOMINVM, donec ueniat & depluat
super uos iustitiam. Arastis impietatē, messuistis iniquitatem, edistis fru-
ctum mēdacem, quia sperauisti in uia tua, & in multitudine fortiū tuo-
rum. Surget igitur tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ
uastabuntur,

b Alij sic, quia est panis ad animam eorum: alij, quia est panis pro mortuo eorum.

c Alij Memphis reddunt.

d Id est spiritu plenus, sed satanæ spiritu, nam de pseudoprophetis loquitur.

e Ebr. Vestros.

f Lamed notam comparationis habet.

a Alij legunt, execrando uel deuouendo.

b Alij legunt, propter uitulos Bethauen pauebunt laguru.

c Vitulus scilicet.

d Vel excisus est rex Samariæ.

e Quæ excelsa peccatum sunt Israelis.

f Ebr. A diebus Gibea. M. Particula comparandi.

g Alij sic, ibi steterunt, nec attiget eos prælium quod erat contra filios iniquos, nam duabus pugnis infeliciter contra sceleratos pugnatum est ab Israele.

h Alij legunt, ad duas iniquitates coniuncti sunt, Israel scilicet & Iuda.

i Asueta, scilicet ad agricolationem.

Digitized by Google

Ital.1.c uastabuntur, ut [f]Salman deuastauit phanum Arbel in die belli, quū mater cum filijs colliderettur. Sic faciet uobis Bethel propter malitiam nequitiæ uestræ, in aurora planè excisus est rex Israelis. CAP. XI.

Cohæret cum superiori.

Matth.2.c CVm Israel adhuc puer esset, [a]dilexi eum, & †ex Aegypto uocaui filium meum. [b]Clamauerunt ad eos, sic ierunt à facie eorum, Baalim sacrificantes, atq; sculptilibus adolentes. Ego gressus [c]moderatus sum ipsi Ephraim, [d]ut acciperet eos in brachijs suis, at ipsi non cognouerunt q ego sanarem eos. Funiculis hominis trahebā eos, & funibus dilectionis, & fui eis ut quispiā qui leuat iugū super maxilla eorū, & indinaui ad eos cibū. Non reuerti debuit in terram Aegypti, sed Assyrius ipse rex eius est, quoniā noluerunt cōuerti. Et irruet gladius in ciuitates eius, & cōsumet [e]uectes eius, atq; deuorabit, propter eos q eos ad ista cōsilia adegerunt. Et populus meus pendet [animi] ad conuersionē meā, et ad altissimū [f]uocauerūt eum, sed in uniuersum nullus est qui [g]eleuet. Quomodo dabo te Ephraim? [& quomodo] te [h]tradā ô Israel? Quomodo ponere sicut †Adamam, cōstituerem'q; te sicut Zeboim? Inuersum est in me cor meū, simul'q; accensæ sunt in me pœnitudines meæ. Non faciā pro æstu nasi mei, non uertar ut Ephraim perdā, quoniā deus ego sum, & non homo, in medio tui sanctus, & nō ingrediar in ciuitatem. Post DOMINVM ibunt, ceu leo rugiet, quoniā ipse rugiet, & pauebūt filij à [i]mari. Terrebūtur sicut auicula ex Aegypto, & q̄si colūba de terra Assur, collocabo'q; eos in domibus suis, dicit DOMINVS. XII.

Gen.19.c

Iuda pmittit restitutionem scilicet, quę plenissime sub Christo facta est.

Præteritione recenset scelera Ephraim, quem tamen dimittit, quoniam actum est de eo, interim recenset beneficia ipsi præstita.

CIrcundederūt me Ephraitæ mendacio, & domus Israel dolo, at Iehuda dominat adhuc cum deo, & cū [a]sanctis est fidelis. Ephraim uentū pascit, & insectatur uentum orientalē: quotidie multiplicat mendacium & uastitatem, cum Assyrio fœdus pepigerunt, & oleum in Aegyptum portatur. Et lis est DOMINO cum Iuda, & ut uisitet Iacob secundum uias eius, rependat'q; ei secundū studia eius. In †utero supplantauit fratrem suum, & in robore suo præualuit deo. Præualuit inquam angelo, & superior fuit: fleuit & precatus est eū: in Beth El inuenit eum, ibi'q; loquutus est nobiscū. Et DOMINVS deus exercituum, DOMINVS memoriale eius. Et tu ad deum tuum conuertaris, beneficentiam & iudicium custodi, & spera in deum tuum iugiter. Chanaan est, in manu eius statera dolosa: gaudet uim facere. Et dixit Ephraim, Profecto diues factus sum, inueni mihi facultates, cuncti labores mei non inuenient mihi iniquitatem quæ peccet. Et ego DOMINVS deus tuus ex terra Aegypti adhuc te habitare faciebā in tentorijs, ut dies stati [testātur.] Et loquutus sum ad prophetas, uisionem ego multiplicaui, & per [b]manus prophetarum dedi similitudines. Si [in] Gilead uanitas fuit, utiq; uani facti sunt: in Gilgal boues sacrificarunt, & altaria eorū sunt sicut acerui in sulcis agrorū. Fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit Israel pro uxore, & propter uxorē custos fuit [pecoris.] Sed & per prophetam eduxit DOMINVS Israelem de Aegypto, atq; per prophetā custoditus est. Prouocauit Ephraim [c]amaris rebus, ideo sanguis eius super ipsum effundetur, & opprobriū reddet ei dominus eius. CAP. XIII.

Gene.25.c Gene.32.f Gene.28.d Gen.35.d

Gene.28.a Exod.14.c

Sermo alius directus contra decem tribus, ostendens quàm fuerint felices si domino hæreant, quàm infelices si illum deserant.

[f] Non ineptire uidentur, qui de Salmanasare intelligūt, is enim primo anno Osee irruit, & Arbel trans Iordanem uastauit crudelissime, citat ergo domesticū & recens exemplum, de Arbel 1.Mach.9.

A [a] Commemorat beneficia Israeli præstita: q.d. omnia feci eis ex dilectione, non commendatione meritorum.

[b] Clamauerunt, scilicet Moses, Aharon, & alij prophetæ: sed quo illi magis clamarunt, hoc illi magis à deo recesserunt.

B [c] Alij legunt, pædagogum dedi eis.

[d] Acciperet eos, scilicet Moses: uel, ut acciperē eos in brachijs suis, ut de deo intelligatur, nam Kaam est infinitiuus cū affixo, potest ad utrunq; referri. Numeri 11. Exod.15. Deut.1.32.

C [e] Vectes pro fortibus.

[f] Vocauerunt, prophetæ scilicet: nisi fakefkaton esset, pariter ad utranq; partē posset referri.

D [g] Qui eleuet caput aut aures, ut auscultet prophetis: aut qui exaltet, supple deum.

[h] Migē Iudæi tradere hic exponunt, sed uidetur, quomodo te circundabo, scilicet pœnis.

[i] A mari, id est, ab Occidente, uel Aegypto.

A [a] Aliqui kedusc̄him pro deo exponunt.

B

C

[b] Alij legunt, in manibus prophetarum assimilatus sum.

D

[c] Prouocauit, deum scilicet ad iracundiam.

Digitized by Google

A Cum loqueretur Ephraim [a]tremor, & [b]princeps factus est in Israe le, sed deliquit in Baal, & mortuus est. Nunc uero addunt peccato, fecerunt enim sibi fusile de argento suo [c]iuxta intelligentiam suam, idola scilicet: & hoc totum opus est artificum. Ipsis [d]dicunt ipsi, [e]Homines sacrificent, [f]osculentur uitulos. Idcirco erunt ceu nubes matutina, & ceu ros mane cadens, & abiens: & sicut quisquiliæ quas iactat turbo de horreo, & ueluti fumus de *fumario. Et ego DOMINVS deus Esa.43.d
B tuus à terra Aegypti, ut deum præter me non agnosceres, neque seruatorem præter me. Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinum. Secundum pascua sua saturi facti sunt, saturi inquam facti sunt, & eleuatum est cor eorum, atque adeo obliti sunt mei. Et factus sum eis sicut panthera, & sicut pardus, ad uiam [g]insidiabor. Occurram eis ut ursus orbatus, & lacerabo [h]pertinax cor eorũ. Deuorabo eos ibi sicut leæna, fera agrestis dissecabit eos. Perditio tua est, ô Israel, sed in me auxilium tuum.
C [i]Vbi nam rex tuus? ubi nam? seruet te in omnibus urbibus tuis. Et [ubi sunt] iudices tui de quibus dixeras, Da mihi regẽ & principes? Dabam 1.Reg.8.a tibi regem in furore meo, & sustuli eum in excandescentia mea. Colligata est iniquitas Ephraim, & [k]reseruatum peccatum eius. Dolores parturientis [l]uenient ei, [m]ipse est filius non sapiens, [alioqui] non diu stetisset in partu filiorum. De manu inferorũ redemissem eos, à morte uindicassem eos. [n]Vbi causa tua ô mors? Vbi pernities tua ô inferi? pœnitu Ezec.19.
D do abscondita est ab oculis meis. Quoniam ipse inter uirera [o]florebit, 1.Cor.15 ueniet uentus orientalis, DOMINVS à deserto ascendet, & arefaciet ue Heb.2.d nam eius, & exiccabit fontem eius: ipse diripiet thesaurum omnium ex petibiliũ uasorum. [p]Deliquit Samaria quod exacerbauit deum suum, gladio cadent, infantes [illegible]rum allidentur, & prægnantes eius discindentur.

CAP. XIIII.

Exhortatio est ad pœnitentiam, & simul formulam precandi præscribit.

A Reuertere Israel usque ad DOMINVM deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate. Tollite uobiscum [a]uerba, & conuertimini ad DOMINVM, diciteque ad eum, Aufer omnem iniquitatẽ, & accipe [b]bonum, & persoluemus [c]iuuencos labiorum nostrorum. Assur non salua
B bit nos, super equis non equitabimus, neque dicemus ultra operi manuũ nostrarum, Vos dij nostri estis, eo quod in te sit miseratio pupillo. Ego [d]sanabo auersionem eorum, diligam eos liberalissime, quoniam auersus est furor meus ab [e]eo. Ero ceu ros Israeli, florebitque sicut lilium, & radi
C ces suas iaciet sicut Libanus. Promouebunt flagella eius, & erit magnificentia eius ut oleæ, & odor eius ut thuris. Reuertentur qui habitabãt sub umbra eius, reuiuiscent ut frumenta, & florebunt ut uitis, [f]memoria eius erit ut uinũ Libani. Quid mihi ultra cum idolis, ô Ephraim? [g]Ego Epilogus.
D [h]adflixi, & iterum respexi eum, ego ero ceu abies frondosa, ex me fructus tuus inuentus est. Si quis sapiens est, intelligat ista: si quis prudẽs, cognoscat ea, quod rectæ sunt uiæ DOMINI, & iusti in eis ambulabunt, præuaricatores autem impingent in eis.

[a] Tremor fuit in gentibus, subaudiendum uel, Dum loqueretur, tremebant: Man erschrack, impersonaliter, infinitiuus pro imperfecto.
[b] Ebr. Sustulit ipse in Israele, hoc est, euectus est.
[c] Alij legunt, iuxta similitudinẽ suam.
[d] Dicunt hoc sacrificuli.
[e] Alij legunt, sacrificantes hominem.
[f] Osculari adorare significat, et uerum cultum comprehendit.
* Supple exiens.
[g] Alij legunt, in uia Assur.
[h] Eb. Conclusum, hoc est, obstinatum, pertinax.
[i] Alij ehi legunt, pro ero.
[k] Vel absconsum.
[l] Vel legatur hæc in indicatiuo, quia peccauit, punietur, sed statim opem feram & consolabor.
[m] Ipse scilicet Ephraim, uel quisque ex illis.
[n] Alij legunt, Ero mors tua uel pestis tua ô mors.
[o] Vel, fructificabit.
[p] Quidam legunt, uastabitur.

[a] Ego legerẽ, Adferte uobiscum causas, ewere händel.
[b] Bonum quod nos ex gratia tua facimus.
[c] Quidam legunt, iuuencos labia nostra, ut sit appositio.
[d] Mox adest dominus & recipit conuertentes.
[e] Ab eo, scilicet populo Israelitico.
[f] Memoria celebris fama.
[g] Alij legunt, ego respondi.
[h] Deus hæc loquitur.

Digitized by Google

Ioel propheta.

CAPVT I.

*Exhortatio est ad pœnitentiam, unicam uiam salutis, qua effugere ultionem diui-
nam poßint.*



Titulus. Exordium. ERMO DOMINI qui factus est ad Ioelem filiũ Pethue- A
lis. Audite hoc seniores, & auribus percipite cuncti habita-
tores terræ, Num factum sit tale uestris temporibus, aut tem
poribus patrum uestrorum. Isthęc enumerate filijs uestris, &
filijq; uestri filijs suis, & filij eorum posteritati sequẽti. Quod
reliquũ fecit eruca, comedit locusta: quod locusta reliquum
fecit, comedit brucus: & quod brucus reliquũ fecit, comedit
robigo. Euigilate ebrij, & flete: & ululate omnes qui uinum bibitis, propter suc- B
cum expressum, quoniam excisum est ab ore uestro. Quoniam gens [a] ascendit su
per terram meam, robusta, innumerabilis, cuius dentes dentes sunt leonini, habet
molares leænæ. [b] Vastauit uineam meam, deglubit ficum meam, nudando nuda
uit eam, & abiecit, alba reddiderunt flagella eius. Vlula ut uirgo accincta sacco
propter maritum suum cui in iuuentute nupsit. Excisum est sacrificium cibarium
& libatio de domo DOMINI, planxerunt sacerdotes ministri DOMINI. Vasta
ti sunt agri, luxit terra q; uastatũ sit frumentũ, erubuit mustum, deformatũ est oleũ.
Erubescite agricolæ, ululate uinitores propter triticũ & hordeũ, quia perijt mes- C
sis cãpi. Erubuit uitis, ficus deformata est, mala punica, quin & palma & malus,
omnesq; arbores campi, exaruit enim gaudiũ à filijs hominum. Accingimini, &
plangite [uos] sacerdotes: ululate ministri altaris, ingredimini & pernoctate in
saccis ministri dei, quoniã prohibitũ est sacrificium cibariũ & libatio à domo dei
Infra 2. d uestri. Sanctificate ieiuniũ, indicite cœtũ, congregate senes atq; uniuersos habita-
tores terræ in domũ DOMINI dei uestri, & clamate ad DOMINVM. O diem
illum, siquidẽ propinquus est dies DOMINI, & ueniet ab omnipotente ceu ua
statio. An non corã oculis nostris cibus excisus est? an non & gaudiũ atq; exulta D
tio à domo dei nostri [excisa sunt?] Computruerũt semina dispersa subter glebas
suas, uastata sunt quæ reposita fuerũt, euersa horrea, eo q; pudefactũ sit frumentũ.
Quantũ ingemuit iumentũ, perplexi sunt greges armentorũ, eo q; non habent pa
scua, sed & greges ouiũ culpę obnoxij facti sunt. Ad te DOMINE clamabo, quo
niam ignis absumpsit amœnissima loca deserti, & flãma exussit omnes arbores
campi. Sed & bestiæ agri [c] uociferabuntur ad te, q; exaruerint torrentes aquarum,
& q; ignis absumpserit amœnissima loca deserti.

a De futuris loquitur in præterito, imminebant enim mala: uerisimile tamen est quædam tum facta fuisse.

b Bb. Posuit uineam meã in uastationem, & ficũ meam in decorticationem.

c Alij, suspexerunt, uel suspicient.

CAP. II.

Iubet signo denunciare imminentem iam hostilem exercitum, uastantemq; terram.

CLangite tuba in Zione, & classicum canite in monte sancto meo, contremi A
scãt uniuersi habitatores terrę, quoniã uenit dies DOMINI, in propinquo
adest. Dies tenebrosa & obscura, dies nubilosa & caliginosa, sicut aurora diffusa
sup montes, populus multus & robustus, cui à sæculo nullus fuit similis, nec post
eum erit, usq; ad annos generationis & generationis. Ante illũ ignis deuorans,
post ipsum flamma exardescet. Si terra aliqua ante aduentum eius fuerit ut horti
delicati, post ipsum uasta redditur ut desertus. Nemo illum effugere potest. Aspe
ctus eius ut aspectus equorum, currunt instar equitum. Irruunt strepitu quodam B
per cacumina montiũ ut currus, & sicut crepitus flammæ ignis deuorantis stipu-

a Eb. Olla, quidam legunt, ut uitta.

b Alij, nec saucianatur.

c Vel, malo quod in flixit nobis: uel q̃d inflicturus fuerat, quum reuocat sen tentiam.

d Alij legunt, ut fabula fiat.

e Alij, redundabit.

f Ebr. Palmas.

g Ebr. Euasio.

a Alij, captiuitatem.

lam: [in summa,] ut populus præualidus instructus ad prœliũ. A facie illius lan
guebunt populi, omnes facies contrahent a luridum ollæ colorem. Currunt ut
fortissimi uiri, ut bellatores conscendent murũ: quisq; uia sua incedit, nullus à se
mita sua deflectit. Nullus aliũ impellit, sed quisq; uia sua incedit, cadũt pro telo,
nec b lucro inhiant. In ciuitate discurrunt, ad muros accurrunt, ascendunt in do
mos, per fenestras introeunt furis instar. Ante illum contremiscit terra, [quin] & Isa.13.b
cœli cõmouentur, sol & luna obtenebrantur, stellæq; splendorem suum contra Ierem.50.
C hunt. DOMINVS quoq; edit uocem suam ante exercitũ suum, quoniam castra Ezec.32.b Amos 5.e
eius admodũ multa sunt, & robustus est qui exequitur uerbum eius. Quoniam Soph.1.d
magna est dies DOMINI, & formidabilis ualde, quis eam sustinebit? Sed & nũc Matth.13. Marc.13.
dicit DOMINVS, conuertimini usq; ad me in toto corde uestro, ieiunio, fletu, & Luc.21.c
lamento. Et scindite cor uestrũ, & non uestimenta uestra, & conuertimini ad DO
MINVM deum uestrum, quia †beneficus est, propensus ad misericordiam, lon Psal.85.a
ganimis, & multæ bonitatis, & qui pœnitentia ducitur super c malo. Quis *scit si Ion.4.a
conuertatur ac pœniteat, & relinquat post se benedictionem? sacrificiũ cibarium *Ion.3.d
D & libationem DOMINO deo uestro. Clangite tuba in Zione, sanctificate ieiu Supra 1.e
nium, indicite cœtum, congregate populũ, sanctificate cœtum [sacrum,] congre
gate senes, colligite puerulos & lactentes ubera. Egrediatur sponsus de cubiculo
suo, & sponsa de uelo suo. Inter uestibulũ & altare plorabunt sacerdotes mini
stri DOMINI, dicentq;, Parce DOMINE populo tuo, & ne permittas ut hæredi
tas tua d probrum fiat, aut ut eis imperitent gentes. Cur diceret in populis, Vbi est
deus eorum? Commotus est zelo DOMINVS pro terra sua, & pepercit populo
suo. Et respondens DOMINVS dixit populo suo, Ecce ego mitto uobis frumen
tum & mustũ & oleum, istisq; saturabimini, nec permittã ut ultra sitis probrum
E gentibus. Aquilonarem aũt istum procul abigam à uobis, & propellam eum in
terram torridã & uastam, anteriorem eius partem in mare orientale, & posterio
rem eius partem in mare nouissimũ. Et ascendet fœtor eius, ascendetq; putredo
eius, quia insolenter egit. Ne timeas terra, exulta & gaude quoniã DOMINVS
magnifice aget. Nolite timere uos bestiæ agrorũ, quoniam germinarũt amœna
loca deserti, & arbor protulit fructum suum, ficus & uitis præbuerunt opes suas.
Sed & uos, ô filij Zion, exultate & lætamini in DOMINO deo uestro, quoniam
dedit uobis doctorem ad iustitiam, demittet uobis pluuiam temporaneã & sero
tinam ut ab initio. Et implebuntur horrea frumento, & torcularia e stridebunt ui
F no & oleo. Et pensabo uobis annos quos comedit locusta, bruchus, robigo, &
eruca, exercitus ille meus magnus quem misi in uos. Affatim comedetis, atq; sa
tiati laudabitis nomen DOMINI dei uestri, qui mirifice uobiscũ egit, nec pude
fiet populus meus perpetuò. Et sentietis q̃ ego sim in medio Israelis, et q̃ ego sim
DOMINVS deus uester, neq; alius ultra, nec perpetuò pudefiet populus meus.
Vsu ueniet post hæc, ut effundam spiritũ meum super omnem carnem, & prophe Act.2.c
tabunt filij uestri & filiæ uestræ: senes uestri somnia somniabunt, & iuuenes ue Esa.44.a
G stri uisiones uidebunt. Sed & super seruos [meos,] & super ancillas [meas] effun
dam spiritũ meum in diebus istis. Et edam prodigia in cœlo atq; in terra, sangui
nem & ignẽ atq; f columnas nubis. Sol uertetur in tenebras, & luna in sanguinẽ,
anteq̃ ueniat dies [ille] DOMINI magnus & tremẽdus. Et erit, †quicunq; inuo Roma.10.c
cauerit nomen DOMINI, liberabitur: quoniam in monte Zion, & in Ierusalem
erit g saluatio, sicut dicit DOMINVS, idq; in reliquijs quas DOMINVS uo
cat.

CAPVT III.

Denunciat & gentibus suum supplicium, quæcunq; adflixerunt populum dei.

A QVoniã ecce in diebus illis, & in tempore illo, quo reducã a auersionem
Iudã & Ierusalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in ual
lem

Digitized by Google

lem [b]Iehosaphat, & disceptabo cum illis ibidē, propter populū meum,
& hæreditatē meam Israel, quā disperserunt in gentes, & terram meam
partiti sunt. Super populū quoq; meum sortē miserunt, & dederūt [c]pue
rum pro scorto: & puellā uendiderūt pro uino quod biberūt. Et etiam
quid uos mihi, ô Tyre & Zidon, & omnes termini Palestinæ? Num re-
tributionē uos rependetis mihi? [D]Quod si mihi retributionē rependeri-
tis, facile est ut & ego uelociter rependā retributionem uestrā in caput
uestrū. Qui argentū meum, & aurū meum accepistis, & expetibilia mea B
elegantia intulistis in templa uestra. Et filios Iuda filiosq; Ierusalē uen
didistis filijs Græcorū, ut procul abigeretis eos à terminis suis. Ecce ego
excito illos de loco in quē uendidistis eos, & rependā retributionē ue-
stram in caput uestrū. Vendā filios uestros & filias uestras in manū filio
rum Iuda, qui uendēt eos Sabæis genti procul dissitæ, quoniā DOMI-
NVS loquutus est. Edicite hoc in gentibus, indicite bellū, excitate for-
tissimos quosq;, accedant & ascendāt omnes uiri bello apti: cōcidite uo
meres uestros in gladios, & falces uestras in lanceas: q debilis est, dicat,
Fortis sum heros, festinate & uenite omnes gētes quæ estis per circuitū, C
& cōgregabimini, ibi sternet DOMINVS heroes tuos. Excitētur & a-
scendant gentes ad uallē diuini iudicij, quia ibi sedebo ad iudicandum
Apoc. 14. d gentes quæ circūquaq; sunt. Mittite falcem, quoniā maturuit messis, ue
nite & descēdite, quia impletū est torcular, redundauerūt lacus, siquidē
aucta malitia eorū. [e]Turbæ turbæ in ualle excussionis, quia ꝑpe est dies
Supra 2. g DOMINI in ualle excussionis. Sol & luna atrati erunt, & stellæ cōtra
Ierem. 25. f hent splendorē suum. Et DOMINVS †rugiet de Zione, atq; de Ierusa
Amos 1. a lem edet uocē suam, & cōmouebuntur cœli & terra, eritq; DOMINVS
Amos 9. d refugiū populo suo, & robur filijs Israel. Et scietis q ego sum DOMI- D
NVS deus uester, habitans in Zione monte sancto meo, & erit Ierusalē
sacrosancta, nec alieni per eam ultra transibūt. Et erit, die illa stillabunt
montes succū expressum, collesq; fluent lacte, omnes riui Iuda mana-
bunt aquis, & fons de domo DOMINI egredietur, & irrigabit torren-
tem [f]Sitim. Aegyptus reddetur uasta, & Edom redigetr in desertū squa
lidum, propter uim & iniuriā [illatam] Iudæis, & q effuderunt sangui
nem innoxiū in terra sua. Iuda autem in æternum sedebit, & Ierusalem
in generationē generationū. Et [g]mundabo sanguinem eorum [quos]
non mundaui, & DOMINVS habitat in Zione.

[b] Quidam interpretantur Iehosaphat appellatiue, in ualle ubi dominus iudicabit, uel diuini iudicij.

[c] Puerum pro scorto dari, id est, pro uili pretio: uel puerū prostituere ut scortū. Quidam tamen legunt pro cibo.

[D] Potest etiam sic legi, Quod si mihi uelociter hoc minutum rependeritis.

[e] Defectiua oratio, cum exclamatione, ut si diceres, O quantum turbæ, quantum tumultus.

[f] Sitim locus est ultra mare mortuum in Moab. Vide Num. 25. Alij appellatiue exponunt torrens, uel uallis spinarum.

[g] Alij sic legunt, Omnino non impunitos relinquam, non patiar ut impune ferant: sed uidetur consolatorium esse, mundabo, qui hactenus immundi fuerunt, gentes scilicet.

Amos propheta.

CAPVT I.

Gentibus suam perfidiam obijcit, & pœnam predicit.



Titulus. ERMONES Amos, qui fuit inter homines ar- A
mentarios [haud extremus] de Tekoa, qs uidit sup
Israelē, in diebus Vsiæ regis Iuda, & in diebus Iero
Zach. 14. a boam filij Ioas regis Israelis, annis †duobus ante
Ierem. 25. [terræ] motū. Et dixit, DOMINVS ex Ziōe rugiet,
Ioel. 3. c & de Ierusalē edet uocē suā, & lugebūt amœna pa-
scua pastorū, uertexq; Carmeli arescet. Sic dicit DO

MINVS, Super tribus sceleribus Damasci, & super [a]quartum non [b]re-
uocabo eum, eo q̄ comminuerint Gilead rastris ferreis. Et immittam
ignem in domū Hasaëlis, qui deuorabit palatia Benhadad. Et confrin-
gam uectem Damasci, & excindam habitatorem de ualle uanitatis, &
B tenentem sceptrum de domo deliciarum. Et abducetur captiuus popu-
lus Syriæ in Kir, dicit DOMINVS. Sic dicit DOMINVS, Super tribus
sceleribus Gasæ, & super quartū non reuocabo eum, q̄ transtulerint per
fectam captiuitatem, tradiderintq́ [eam] ipsi Edom. Et inijciam ignem
in murū Gasæ, qui deuorabit palatia eius. Excindamq́ habitatorem de
Asoto, & tenentem sceptrū de Ascalon, & inijciam manū meam ipsi Ac-
C caron, & peribunt reliquiæ Palestinorū, DOMINVS deus dicit. Sic di
cit DOMINVS, Super tribus sceleribus Tyri, & super quartū non re-
uocabo eum, eo q̄ tradiderint captiuitatem perfectā ipsi Edom, nec me
mores fuerūt fœderis fraterni. Et inijciā ignem in murū Tyri, qui deuo
rabit palatia eius. Sic dicit DOMINVS, Sup tribus sceleribus Edom,
& super quartū nō reuocabo eum, eo q̄ gladio persequutus est fratrem
suū, & corruperit [c]uiscera miserationis suæ, & rapuit ira eius perpetuò,
D & indignationē suam seruauit in finē usq́. Immittamq́ ignem in The
man, q̄ deuorabit palatia Bozra. Sic dicit DOMINVS, Sup tribus sce
leribus filiorū Amon, & super quartū non reuocabo eum, eò q̄ dissecue
runt grauidas in Gilead, ut ampliarēt terminū suum. Et accendā ignem
intra murū Raba, & deuorabit palatia eius cū classico in die belli, & cū
tempestate in die turbinis. Transibitq́ [d]idolum eorum in captiuitatem,
ipsum & principes eius pariter, dicit DOMINVS. CAP. II.

Prophetiæ contra Moab, Iudam & Israelem.

A SIc dicit DOMINVS, Super tribus sceleribus Moab, & super quartū
non reuocabo eum, eo q̄ cōbusserit ossa regis Edom in fauillā. Et
mittā ignem in Moab, qui uorabit palatia Kirioth, & morieē Moab in
fremitu, in classico, & in sono buccinę. Et excindā iudicem ex ea, atq́ o-
mnes principes eius interficiā cum eo, dicit DOMINVS. Sic dicit DO
MINVS, Sup tribus sceleribus Iuda, & sup quartū nō reuocabo ipsum,
q̄ abiecerint legē DOMINI, & q̄ ceremonias eius non custodierint, q̄
mendacia eorū seduxerūt eos, post quæ & patres eorū ambulauerunt. Et
B immittā ignem in Iuda, deuorabitq́ palatia Ierusalem. Sic dicit DOMI
NVS, Super tribus sceleribus Israelis, & super quartū non reuocabo eū,
eo q̄ uendiderint pro pecunia iustū, & pauperē pro pari [a]calceamento-
rum. Anhelantes super puluerē terræ in caput tenuium, & uiam paupe
rum [b]declinarūt: deinde filius & pater eius ad eandē puellā sunt ingres-
si, ut prophanarent nomen sanctū meum. Ad hæc uestes pignore acce-
ptas [c]extenderūt iuxta omnē aram, uinum eorū, qui iniuste multati erāt,
C biberūt in domo dei sui. Et ego †deleuerā Amorrhęū ante eos, cuius pro Recēset be
ceritas erat ut proceritas cedrorū, eratq́ robustus ut sunt quercus, at fru- neficia dei.
ctus eius perdidi superne, & radices eius inferne. Ego quoq́ eduxi *uos Nume. 21. c
de terra Aegypti, & deduxi uos in deserto quadraginta annis, ut possi- Deut. 2. f.
deretis terrā Amorrhæi. Ad hęc excitaui de filijs uestris prophetas, & de *Exo. 14. e
iuuenibus uestris Nazaræos. An hoc non est, filij Israel, dicit DOMI-
NVS? Vos aūt dedistis Nazaræis uinū bibere, & prophetis præcepistis, Cōtumaci
D dicendo, Ne prophetetis. En ego onustus nimiū [d]premor, strideoq́ sub eos ostēdit.
uobis, perinde ac plaustrū onustū manipulis premitur ac gemit. [e]Frustra Pœnam eis
erit si uelox fugere tentet, neq́ fortis robore suo corroborabit, robustus prænūciat.
non

[a] Alij legunt, super quatuor.
[b] Nō reuocabo eum, supple, furorem. Oratio ipsa obscura est, abhorrens à Latinis auribus: nolui tamen mutare uerba prophetæ, sed simul sensum explicare. Videtur sumptum ex lege Exodi 20. quum dominus dicit se ulturum patrum scelera in filijs in quartam usq́ generationem. Propheta igitur obijciens gentibus, quæ circa populū dei erant, perfidiā & crudelitatem, dicit, Quod semel atq́ iterū, ac etiam tertio pepercit dominus, hoc longanimitatis suę est, quarto tamen non impune tuleritis, hoc est, non semper parcet. Hoc sensu, etiam si iam tertio dissimularim, & manū meam extentam retraxerim, at quarto iram aut furorem meum non reuocabo, hoc est, non parcā. Potest etiam legi, super triplici scelere. Alij quatuor & tria intelligunt pro septem, & septē pro multis, hoc sensu, Licet iam sæpe pepercerim, non tamen semper parcam.
[c] Hoc est, immisericors, inhumanus fuit.
[d] Alij legunt, rex eorum.

[a] Alij legunt, conculcantes.
[b] Alij legunt, peruerterunt, was der fromm redt das verkeerend sy. Alij intelligunt, uitant uias pauperum, ne cogantur eis dare quidpiam.
[c] Alij legunt, reclinarunt, hoc est amouerunt.

[d] Alij Meik actiue exponunt, Ego premam uos sub graui onere, ut stridatis aut gematis perinde ac plaustrū. Sed sensus quem ego sequutus sum, uidetur melior, quod deus conqueratur de Israelitis, quod se onerent peccatis & sceleribus suis, hinc sequi quod & deus eos in angustias ducturus sit, è quibus eluctari non possint.
[e] Hebr. Peribit fuga à leui.

Digitized by Google

nōn eripiet uitā suam. Qui arcū [manu] tenet, non subsistet: qui uelox est pedibus, nō euadet: & qui equo uectus fuerit, nō eripiet uitā suam. Deinde qui inter heroes magnanimus est, nudus aufugiet in die illa, dicit DOMINVS. III.

Secunda oratio incipit, eaq; noua in statu criminali. Intercurrit autē quiddam contra contemptum uerbi diuini. Deus perdet uos propter scelera uestra, quia estis populus peculiaris.

Exordio parat attentionem. Propositio. Non contēnēdum uerbum dei. Nihil fit sine causa. Deus non punit nisi præmonens. Non irascē[...] propheta[...], quū offi[...] cio suo fun[...] guntur.

AVdite uerbū istud, quod loquutus est DOMINVS cōtra uos, ô filij Israel, A
adeoq; super omnē familiā quam eduxi de terra Aegypti, in hanc sententiam, Duntaxat uos agnoui ex oībus cognationibus terræ, ob id uisitabo in uobis omnes iniquitates uestras. Num eunt duo simul, inter quos [de hoc] nō sit
conuentū? Num leo in saltu rugit, si non sit præda [proposita?] Num catulus 2
leonis uocē suam edit de lustro suo, quum nihil [prædæ cepit?] Num cadit auis 3
in laqueū [positum] in terra, quem non posuerit auceps? Num laqueū de terra B
aufert, quum omnino nihil ceperit? Num clanget cornu in ciuitate, ut populus 4
nō paueat? Est ne malū aliquod in ciuitate, quod DOMINVS nō fecerit? Quia nō facit DOMINVS deus quidquā, nisi reuelet arcanū suum seruis suis prophetis. Leo si rugiat, quis est qui nō timeat? DOMINVS deus quū loquitur, quis nō prophetaret? Diuulgate in palatijs quæ sunt in Asoto & in palatijs terræ Ae
gypti, & dicite, Congregamini ad montes Samariæ, & uidete tumultus magnos C
in medio eius, sunt in ea qui uim & calumniā patiuntur. Non enim nouerunt recte facere, dicit DOMINVS, congerunt thesauros in palatijs suis per uiolentiam & uastationē. Propterea sic dicit DOMINVS deus, Angustiæ [tibi erunt,] idq; undiq; in terra: [a] dejciet à te robur tuū, & diripientur palatia tua. Sic dicit DOMINVS, Quemadmodū pastor eripit ex ore leonis duo crura, aut auris cartilaginē, sic eripientur filij Israelis, qui habitant in Samaria, in angulo lectuli, &
in sponda Damasci. Audite & cōtestamini in domo Iacob, dicit dominator DO D
MINVS, deus exercituum: quoniam in die quum uisitauero iniquitates Israelis super eum, uisitabo quoq; altaria Bethel, & diruentur cornua altaris, cadentq; in terram. Et percutiā ædem hyemalē cum æde æstiuali, peribuntq; domus eburneæ, & finē accipiēt [b] domus magnificæ, dicit DOMINVS. CAPVT IIII.

[a] Hostis scilicet.

[b] Vel, illæ plurimæ ædes.

Obijcit Israeli scelera grauissima, hortatur ad pœnitentiam, ni funditus perire uelint.

AVdite uerbum istud uaccæ Basan, quæ estis in monte Samariæ, quæ ui op- A
primitis tenues, & comminuitis inopes, quæ dicunt dominis suis, Adfer, ut bibamus. Iurauit DOMINVS deus in sancto suo, quoniam ecce ueniunt dies super uos, & [a] auferet uos lanceis, & postremam partem uestri in ollis pisciculorum. Deinde per rupturas erumpetis, quæq; antrorsum, mittetisq; in palatia, dicit DOMINVS. Ite ad Bethel, & perfide agite: [ite] in Gilgal, augete præuaricationem, & adferte mane sacrificia uestra, seruate tres dies decimas uestras. Et incendendo de fermento [sacrificium] laudis, spontaneas oblationes diuulgate:
sic enim [b] soletis, filij Israel, dicit dominator DOMINVS. Dedi quoq; uobis B
munditiem dentium in omnibus urbibus uestris, & penuriam panis in cunctis locis uestris, sed non estis conuersi usq; ad me, dicit DOMINVS. Ad hæc pluuiam negaui uobis, dum adhuc essent tres menses ad messem, & pluui super ciuitatem unam, super aliam non pluui: pars una [agri] compluebatur, & pars
quæ non compluebatur, exarescebat. Et diuertebant duæ uel tres ciuitates ad C
unam aliquam ciuitatem, ut biberent aquam, nec satiabantur: adhuc tamen non estis conuersi ad me, dicit DOMINVS. Percussi uos [c] robigine & aurigine, uarios uestros hortos, uineas uestras, ficus uestras atq; oleas uestras deuorabat eruca, non tamen estis ad me conuersi, ait DOMINVS. Misi insuper in uos pestem in uia Aegypti, & occidi gladio iuuenes uestros, cum captiuitate equorum uestro-

[...]ubet facere per Ironiam, quod [...]a sponte faciebant. [...]ircumlo[...]quitur fa[...]mem.

[a] Auferet, scilicet hostis, & partes posteriores in ollas ponet, ut solēt pisciculi, Ins fischkessi.

[b] Ebr. Amatis.

[c] Alij legūt, carbunculo & aurigine. Vide in minis legis Deut. 28.

D rum: et effeci ut ascenderet foetor castrorum uestrorũ in nares uestras, & non estis conuersi ad me, dicit DOMINVS. [b] Subuertam uos, ut quum deus † subuertit Sodoma & Gomorrha, eritisq; sicut torris erutus de incendio, nec tamen reuertemini ad me, dicit DOMINVS. Proinde sic faciam tibi, ô Israel, & quandoquidem istud facturus sum tibi, paratus esto ut occurras deo tuo, ô Israel. Quoniam ecce [ipse est] qui format montes, & creat [c] uentum, & annunciat homini meditationem suam: qui auroram reddit caliginem, qui graditur super excelsa terræ, DOMINVS deus exercituum nomen eius. Gen. 19.

b Alij legunt in præterito, Subuerti uos per Salmanasar, etc. Sed uidetur panelothriam minitari.
c Vel, spiritum.

CAPVT V.

Hoc caput cum sequenti nouum sermonem continet, eiusdem argumenti cum superioribus, immutata nonnihil orationis figura. Quod enim superius simpliciter dixit, hic carmine elegiaco enunciat, perdendos Israelitas, idq; ob scelera eorũ: ostendit autem effugium malorum, si resipiscant, & ad dominum conuertantur.

A Vdite sermonẽ istum, ô domus Israel, quem de uobis sumo, lugubre scilicet carmen. [a] Cecidit, nec ultra resurget uirgo Israel: adflicta est ad terram, & nõ est qui eam erigat. Quia sic dicit DOMINVS deus, Vrbs de qua mille egrediebantur, centũ faciet reliquos: & de qua egrediebantur centũ, decem faciet reliquos in domo Israelis. Quoniam sic dicit DOMINVS ad domũ Israelis, Inquirite me ut uiuatis, & nolite quærere Bethel, neq; eatis in Gilgal, & per Berscheba nolite transire: nam Gilgal [b] transmigrans transmigrabit, & Bethel in nihilũ redigetur. (B) Quærite DOMINVM, et uiuite, ne ardeat instar ignis domus Ioseph, et deuoretur, nec sit qui extinguat Bethel. Vertunt iudiciũ in absynthiũ, & iustitiam in terram adfligunt. Qui facit [c] Cynosurã & [d] Booten, qui tenebras mortiferas conuertit in lucem matutinam, & diem nocte [e] obtenebrat: qui † euocat aquas maris, refunditq; eas super faciem terræ: eius nomẽ est DOMINVS. Qui contorquet [f] uastatorem super fortem, & uastatorẽ adducit super munitissimũ locum. (C) Odio prosequuntur corripientẽ in [f] foro, & abominati sunt integra loquentem. Quandoquidẽ ergo uos cõculcastis tenuem, & onus frumenti ab eo accepistis, & ædificastis domus quadro lapide, nõ habitabitis in eis: uineas amœnissimas plantastis, at uinum earũ haudquaquã bibetis. Ego enim noui q; præuaricationes uestræ multæ sunt, & peccata uestra ingentia, constringentes iustum, & accipientes (D) pretium redemptorium, ut deijciatis pauperem in foro. Idcirco prudens hoc tempore silere cogitur, quandoquidem periculosum est. Quærite bonũ & non malum, ut uiuatis, sic enim erit DOMINVS deus exercituũ uobiscum, quemadmodum dixistis. Odite † malum, & diligite bonum, & constituite iudicium in porta, si fortè beneficus sit DOMINVS deus exercituũ reliquijs Ioseph. Idcirco sic dicit DOMINVS deus, exercituũ dominus, In oĩbus plateis lamentum [erit,] (E) & in omnibus uicis dicent, Væ uæ. Et uocabunt agricolam ad luctũ, & ad lamentum eos qui planctus gnari sunt. In omnibus uineis erit lamentatio, quoniam transibo per mediũ tui, dicit DOMINVS. Væ desiderantibus diem DOMINI, ad quid enim [optatis] uobis diẽ DOMINI? Is enim tenebra est, & nõ lux. Quemadmodũ si quis fugiat metu leonis, occurrat autẽ ei ursus: & quum domum uenerit manu sua innixus parieti, serpens eum mordeat. An nõ tene- (F) brosus est dies DOMINI, & non lucidus? caliginosus absq; splendore? † Odio prosequor atq; abominor uestras ferias, nec odorabor in cœtibus uestris. Et quũ sacrificaueritis mihi holocausta & sacrificia uestra cibaria, non erunt mihi grata, gratulatoriũ sacrificium pinguium uestrorũ non aspiciam. Remoue à me strepitum canticorũ tuorum, & concentum nablorum tuorum non audiam. Pro- (G) fluat aqua instar iudiciũ, & iustitia çeu torrens uehemens. Num sacrificia & cibarium sacrificium attulistis mihi in deserto annis quadraginta, ô domus Israel? [g] Portastis tabernaculum regis uestri, & placentã imaginũ uestrarũ, & sydus deorum

Exordium. Adcusat eorum crimina. Infra 9.b Adcusat crimina. Minatur poenam. Soph. 1.e Rom. 12. Psal. 96. Ierem. 30. Ioel 2.c Soph. 1.d Esa. 1.d Malac. 2.c Act. 7.e

a Futura eloquitur per præterita propter certitudinem. Certissime corruet Israel.
b Paranomasia in Gilgal.
c Kima & d Kesil uarie exponunt, astra sunt septẽtrionalia. Propheta uult ostendere deum esse conditorem syderum.
e Ad illum deum scilicet currite, qui facit, nam non est contemnendus, quia omnipotens.
f Ebr. Porta, nam fora in portis erant.
g Quidam legũt, Honorastis sceutis regẽ uestrum, & kiun imaginem uestram, & Chochab deum uestrum.

rum uestrorum, quos uobis fecistis. Transferam igitur uos ultra Damascum, dicit DOMINVS cui nomen est deus exercituum. CAPVT VI.

Recenset beneficia dei, ut appareat eorum ingratitudo.

Luc. 6.d VAe opulentes in Zione, quiq; fiduciam collocant in monte Samariæ, [a] celebratissimi præcipuarũ gentium, introierunt autem ad eos domus Israelis. A
Transite ad Kalenam, et uidete, illinc ite in Hemath [b] Rabba, descendite deinde in Geth Palestinorum, num [c] meliora sint ea regnis istis? num terminus eorũ termino uestro latius prorogetur? [d] Qui in longinquũ [e] reijcitis diem malum, solium aũt uiolẽtiæ prope adducitis. Qui dormiunt in lectis eburneis, [f] indecore se distẽdentes in grabbatis suis, qui agnos ex grege comedunt, et uitulos pingues ex corte. Varijs modulationibus ad modum nabli concinunt, uidentur sibi perinde ac Dauid instrumenta musica comparare. Qui uinum in pateris potant, præstantissimis ungentis delibuti, neq; illis dolet [g] Ioseph atteritur. Idcirco nunc in captiuitatem abibunt, ipsiq; inter primos captiui abducentur, tum recedet conuiuium B
Iere. 51.b luxuriosorũ. Iurauit † DOMINVS deus per [g] semetipsum, dicit DOMINVS deus exercituum, Fastum Iacob auersor ego, palatiaq; eius odi, concludamq; ciuitatem & quidquid [h] in ea est. Eueniet quoq;, ut si reliqui fuerint decẽ uiri in domo una, moriantur. Quos tollet cognatus aliquis, aut uespillo, efferendi gratia uidelicet, ossa domo, diceretq; ei qui intra parietes est domus, Est tibi adhuc quispiam? Qui respondebit, Nemo: simulq; dicet, Tace, neq; enim meminisse nominis DOMINI oportet. Quoniam ecce DOMINVS præcipit, & domum illam magnam scissuris, paruam uero illam fissuris feriet. Num in rupibus equi currunt? num bobus quispiam arat? Quandoquidem iudicium in fel, et fructum iustitiæ in absynthium uertistis. Qui gaudent in re nihili, & dicunt, An non in robore nostro cornua nobis sumpsimus? Quoniam ecce ego excitabo super uos, ô domus Israel, (dicit DOMINVS deus exercituum) gentem, quæ uos ab ea parte qua itur Hemath, usq; ad fluuium [i] occidentalem adfligent. CAPVT VII. C D

Prior pars huius capitis uisiones aliquot continet: altera pars continet sacerdotis calumniam & responsionem prophetæ.

TAle quid ostẽdit mihi DOMINVS deus, Ecce [a] examẽ locustarũ in principio quum renascens herba cresceret, et ecce post detonsionem regis [repullulabat.] Factumq; est, quũ omnino herbam terræ absumpsissent, ut dicerem, DOMINE deus, propitius sis quæso, quis Iacob eriget? paruus enim est. DOMINVS ergo huius rei gratia pœnitẽtia ductus est, dixitq; DOMINVS, Nequaquã fiet. Rursus tale quid ostẽdit mihi DOMINVS deus, En uocans ad litẽ in igne DOMINVS deus, deuorauitq; abyssum profundã, partẽq; agri absumpsit. Tum dixi, DOMINE deus, Cessa obsecro, quis enim excitet Iacob? siquidem paruus est. DOMINVS itaq; hac de causa pœnitentia ductus est, dixitq; DOMINVS deus, Nec istud fiet. Sic ergo ostendit mihi, En dominus cõstitit super murũ ad normã extructum, habebatq; normã manu sua. Tum dixit DOMINVS ad me, Quid tu uides ô Amos? Respondi, Normam. Aitq; dominus, En ego ponam normam in medium populi mei Israelitici, nec ultra [b] pertransibo eum. Excelsa Isaac uastabuntur, & [c] sanctuaria Israelis in solitudinem redigentur, egoq; contra domũ Ieroboam gladio insurgam. Amasias autẽ sacerdos in Bethel misit ad Ieroboam regem Israelis huiusmodi mandatis, Amos coniurationem fecit cõtra te in medio domus Israelis, nec poterit tellus omnes sermones eius ferre. Sic enim Amos dixit, Ieroboam gladio morietur, & Israel certissime captiuus è terra migrabit. Ad hæc ad ipsum Amos Amasias dixit, Propheta, uade & fuge in terram Iuda, illicq; pane uescere, illicq; prophetare, in Bethel autem ne posthac prophetes, quoniam [d] sanctio est regis, adeoq; ædes regia. Respondens autem Amos Amasiæ, dixit, A B C

[a] Alij legũt, celebratissima capita gẽtiũ. Oportet autem subintelligas quidpiã, quos mõtes olim incoluerũt famigeratæ & celebratæ gẽtes.
[b] Alij legũt, Hemath magnam.
[c] Alij legũt, an non meliora sunt regna uestris, & tamen sub uertentur.
[d] Hic repetẽdum erat, Væ uobis: sic etiam in sequentibus periodis subintelligendum.
[e] Aliqui passiue legunt, reiecti estis ad diem malum.
[f] Vel, luxuriantes, excedentes modum in dormiendo, lasciuientes.
[g] Ebr. In anima sua.
[h] Eb. Plenitudinem eius.
[i] Fluuium intelligit Aegyptium.

[a] Alij legunt, fictor uel fingens locustas. Tondentur in Vere luxuriantes segetes, quod renascebatur à locustis fuit corrosum & perditũ. Alij tempus autumnale intelligunt, ad prata referẽtes, ut lætescit cordum.
[b] Potest etiam legi, Non ultra essteruescã in eum.
[c] Sãctuaria uocat delubra quæ idolis cõsecrata erant, quæ ipsi pro sanctuarijs habebant.
[d] Vel, sanctuarium est regis, adeoq; sedes regni.

Digitized by Google

e Filij prophetarum, discipuli sunt prophetarum.

f Eb. Non stillabis.

D Ego neq; propheta eram, neq; [e] filius prophetæ, sed bubulcus, sycomora stringens. Tulit autem me DOMINVS quum greges sequerer, dixitq; ad me DOMINVS, Vade & uaticinare contra populũ meum Israel. Audi igitur uerbum DOMINI, Tu dicis, Ne prophetes contra Israelem, neq; cõtra domũ Isaac [f] loquare. Idcirco DOMINVS sic dicit, Vxor tua in ciuitate scortabitur, filij uero tui ac filiæ tuæ gladio cadent: insuper terra tua fune distribuetur, tu uero in terra polluta morieris, & Israel certissime captiuus è terra sua migrabit. CAP. VIII.

Cohæret superiori, perstat enim in enumeratione scelerũ populi Israelitici, pro quibus grauissime multandi erant.

a Alij legunt, canistrum autumnale, in quod poma æstiua aut autumnalia colliguntur. Ludit autem in kaiz & kez.

b Vel, Nõ ultra prætercam eum, hoc est, non ultra efferuescã in eum, sed semel funditus perdam.

c Ebr. Multum cadauer proijciet sile. Nã has uox est, quæ imperat silentium.

Jr machend den armẽ vß, das er fyrabend hat/vnd vß dẽ land mũß von huß vnd hoff/oder müssig gon siner güterẽ beroubt.

A DOMINVS deus tale quid mihi ostendit, En canistrũ [a] æstiuũ, dixitq;, Quid tu uides Amos? Dixiq;, Canistrũ æstiuum. Tum ait ad me DOMINVS, Finis uenit super populum meum Israel, nõ ultra [b] pertransibo eum. Et ululabunt cantica templi in die illa, dicit DOMINVS deus, [c] multa cadauera [hostis] prosternet, idq; silentio. Audite istud uos, qui anheli absorbetis pauperes, & afflictos è terra exterminatis, dicẽtes, Post mensem uenum exponemus annonam: & exacta hebdomade aperiemus frumentum, Epha diminuemus, siclo autẽ addemus, & bilancem dolo deprauabimus, ut comparemus [nobis] tenues argen-

B to, & inopem pro pari calceamentorum, deinde & quisquilias frumento distrahemus. Iurauit DOMINVS per excellentiam ipsius Iacob, Non perpetuò obliuioni tradam omnia opera eorum. An non huius rei gratia terra contremiscat? an non omnis eam inhabitans lugeat? Quin uniuersa ea ut fluuius intumescet, expellet ac absorbebitur, ut Aegyptiorum fluuius. Quo die (inquit DO-

C MINVS deus) efficiam, ut sol occidat in meridie, claraq; luce terrã tenebris obducam. Vertam denique dies uestros solennes in luctũ, & uniuersa cantica uestra in carmen lugubre. Inducam omniũ lumbis saccum, omnibusq; capitibus caluitium, efficiamq; ut luctus sit qui in morte unice dilecti esse solet, & finem eius ut diem amarum. En dies ueniunt, dicit DOMINVS deus, ut missurus sim famem in terram, nõ panis quidem famem, aut aquæ sitim, sed audiendi uerba dei.

D A mari enim ad mare oberrabunt, & ab Aquilone usq; ad Orientẽ uagabuntur quæsitũ uerbũ DOMINI, nec inuenient. Eo tempore uirgines elegantes iuuenesq; siti exanimabuntur. Qui iurant per [d] delictum Samariæ, dicuntq;, Deus tuus in Dan uiuit, & uiuit uia Bersaba, cadent, nec ultra resurgent. CAP. IX.

d Delictum Dan uitulus est, nã hinc fons delicti.

Vniuersum Israelem in captiuitatem abducendum, & tamen reducendum esse, deflectit in fine ad prædictionem felicitatis in regno Christi.

a Alij legũt, cardinẽ.

A Vidi dominũ stantem super aram, qui dixit, Feri superum [a] limen ut cõmoueantur postes, & uniuersorũ capitibus uulnus inflige, extremũ autem eorum gladio occidã. Nullus ex his fuga elabetur, nec euadet ex eis quispiã, si etiam euadere conetur. Si fodiẽdo inferos penetrarint, illinc manus mea eos accipiet: & si in cœlũ conscenderint, illinc eos detrahã. Quod si in uertice Carmeli fuerint absconditi, scrutabor, & illinc tollam eos: & si subduxerint se ab oculis meis in fundum maris, inde mandabo serpenti ut mordeat eos. Si uero ante hostes suos in captiuitatẽ abierint, illinc præcipiã gladio ut eos interficiat, ponamq;

Psal. 138. a

Iere. 44. c

B oculum meũ super eos ad malũ, & non ad bonũ. Ad hæc tanget DOMINVS deus exercituum terram, & liquescet, & lugebũt omnes qui habitant in ea: quin uniuersa ea ut fluuius intumescet, & absorbebitur ut fluuius Aegypti. Qui ædificat ascensus suos in cœlis, & fasciculũ suum in terra fundat: qui euocat aquas maris, & refundit eas super faciẽ terræ: DOMINVS est nomẽ eius. An nõ sicut filij Aethiopũ uos estis mihi, ô filij Israel, dicit DOMINVS? An nõ Israelem de ter-

Supra 5. c

b Alij sine interrogatione legunt, Alia rẽgna perdam, uos nõ perdam.

C ra Aegypti adduxi, & Palæstinos de Caphtor, & Syrũ de Kir? En oculi DOMINI dei cõtra [quodq;] regnũ peccatis [deditum,] ut [b] deleam illud è terra, & domum

Digitized by Google

mum Iacob omnino non delerem? dicit DOMINVS. Quoniã ecce mando, &
exagitabo domũ Israel inter omnes gentes, ut exagitatur [frumentũ] in uanno,
fasciculus uero non cadet in terrã. Gladio occumbent omnes peccatores popu
Act.15.c li mei, qui dicunt, Non aduentabit, neq; anteuertet nos malum. Die illa excita-
bo tabernaculum Dauidis collapsum, et sæpe circundabo rupturas eius, demoli-
tionesq; eius instaurabo, reædificaboq; eam ut retro temporibus. Vt possideant D
reliquias Edom, & omnes gentes quæ nomine meo uocãtur, dicit DOMINVS,
faciens istud. Ecce dies ueniẽt, inquit DOMINVS, ut apprehendat arator mes-
Ioel 3.d sorem, & calcator uuarum spargentem semen, stillabuntq; montes succum dul-
cem, & omnes colles liquescent. Et † restituã captiuos populi mei Israel, & ædi-
ficabunt ciuitates uastatas, & [eas] inhabitabũt: plantabunt uineas, uinumq; ea-
rum bibent: facient hortos, & fructum eorũ comedent. Ego plantabo eos in ter
ra eorũ, nec euellentur ultra è terra sua quã dedi eis, dicit DOMINVS deus tuus.

Abdias propheta.

Idumæis sua scelera obijcit, et fata prædicit, in fine quædã de regno Christi interserit.

Ierem.49.c 
VISVM Abdiæ, Sic dicit DOMINVS deus ipsi Edom, Ru- A
morem audiuimus à DOMINO, legatumq; ad gentes mis
sum [a] esse. Agite, insurgamus aduersus eum in prælium.
En paruulum dederam te inter gentes, ut uehementer despe
ctus esses. Superbia cordis tui seduxit te qui habitas in pe-
trarum cauernis, & cuius habitatio in editis est, qui in corde
Ierem.49.c suo dicit, Quis me in terrã detraheret? Si in altum ut aquila B
conscenderis, nidumq; tuum inter astra collocaris, illinc te detraham, dicit DO-
MINVS. Si fures in te uenissent, populatoresq; nocturni, quomodo esses exci-
sus? an non quantum satis sibi fuisset, furati essent? Si uindemiatores uenissent
in te, an non racemos aliquos reliquos fecissent? Quomodo peruestigata sunt
[ea quæ sunt] ipsius Esau, & thesauri eius perquisiti? Ad terminum usq; mittent C
tibi socij tui & confœderati, seducent te, & præualebunt contra te hi, quibus cum
tu pacis fœdere iunctus es: panis tuus sub te uulnus ponet, nulla est in eo pru-
Isa.29.c dentia. An † non illa die (dicit DOMINVS,) perdam sapientes de Edom, &
prudentiam de monte Esau? Qui in te (ô Theman) animi corporisq; uiribus
ualent, formidabunt, eo quod occidione excindetur quisq; è monte Esau. Pro- D
pter uim & iniuriam qua affecisti fratrem tuum Iacob, pudor te obteget, excin-
derisq; perpetuò. Eo enim tempore, eo inquam tempore, quo hostes alieni ex-
ercitum eius captiuum abduxerunt, tu ex aduerso stabas: quumq; exteri portas
Docet à quibus caueant. eius essent ingressi, superq; Ierusalem sortem eduxissent, tu quoq; ceu unus ex eis
eras. Ne conspiciaris in die fratris tui, [b] in die inquam, quo aliena ei [accede-
rint,] neq; læteris eo die quo filijs Iuda suus interitus [ueniet:] neque magnifice
glorieris ore tuo, quum adflictio [ingruerit.] Ne uenias in portas populi mei E
quo die ipsi intereunt: ne inquam conspiciendum te præbeas quum mala ipsis
[ingruunt,] quoq; die intereunt: neq; inijciantur [manus tuæ] in exercitum eius
quum aderit dies eius ut perdatur. Ne steteris in biuio, ut eos qui ex eis euase-
runt, interimas: neque concludas eos qui ex eis reliqui facti sunt, in die quo [ab
hostibus] anguntur. Prope enim est dies DOMINI super omnes gẽtes quem-

[a] Huiusmodi scilicet mandatis.

Amplificat eorũ uastationẽ per comparationem: Nihil reli quum facient in te, tota uastaberis.

Mittent auxiliares, scilicet copias.

Largitiones tuæ quas confœderatis misisti, damno te afficient, tã abest ut auxilio tibi fuerint.

[b] Ebr. In die peregrinitatis aut alienitatis ipsius.

Digitized by Google

F admodum fecisti, fiet tibi: talio quæ tibi debetur, recidet in caput tuum. Quoniam sicut [uos] qui estis in monte sancto meo, bibistis, sic quoque bibent omnes gentes, idque iugiter: bibent inquam, et deglutient, eruntque ac si nunquam fuissent. At in monte [meo] Zion [c] reliquiæ supererunt quæ seruantur, & sanctuarium [quoddam,] & domus Iacob eos occupabit, qui ipsam antea occupauerat. Erit præterea domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, domus uero Esau stipula erit, exardescentque in eos, & deuorabunt eos, nec supererũt reliquiæ domui Esau,
G quoniam DOMINVS loquutus est. Occupabunt item Austrum, nempe montem Esau, & decliues [d] campi Palestinos: possidebunt etiam campos Ephraim, & campos Samariæ, Beniamin autem [e] Gilead. Migratio huius exercitus filiorum Israel, qui sunt inter Chananæos usque Zarpha. Migratio autem Hierosolymorũ quæ est in Sepharad, possidebunt ciuitates australes. Et seruatores ascendent in montem Zion, ut iudicet montem Esau, regnum autem erit DOMINI.

Apostropha ad filios Israel.

[c] Ebr. Euasio.

[d] Loca humiliora terræ Iudaicæ Palestinos occupabunt.
[e] Supple possidebit.

Ionas propheta.

CAPVT I.

Expositio est aut narratio historica gestæ rei. Qualiter Ionas officium à domino demandatum detrectarit, & postea periculo admonitus exequutus sit.

A FACTVM est uerbum DOMINI ad Ionam filium Amithai in hunc modum, Surge, uade in Niniuen urbem magnam, & [a] clama contra eam, ascendit enim conscelerati o eorum ante conspectũ meum. Surrexit igitur Ionas ut fugeret in [b] Tharsis à conspectu DOMINI, descendensque Iapho, nauem euntem in Tharsum reperit, & dato naulo eius conscendit in eam, ut cum illis ueniret Tharsum. DOMINVS autem excitabat uentum magnum in mari, factaque est ingens tempestas in
B mari, ita ut cogitare [quispiã posset] nauem esse confringendã. Timuerũt ergo nautæ, clamaueruntque quisque ad deum suum, eiecerunt etiã arma quę in naui erant in mare, ut [nauis] hisce leuaretur. Porro Ionas ad carinæ latera descenderat iacens & dormiẽs. Accedens autem gubernator nauis ad eum, dixit, Quid tu hic stertis? surge inuoca deum tuum, an forte sese deliberaturus sit de nobis deus, ne
C pereamus. Dixerunt autem quisque ad proximum suum, Agite, sortiamur, ut cognoscamus cuius gratia periculum illud nobis [accidat.] Ductis itaque sortibus, sors in Ionam cecidit. Dixerunt ergo ad eum, Indica quæso nobis, unde sit nobis hoc malum. Quid est tibi negotii? & unde nam uenis? aut quæ patria tua? ex qua gente es tu? Respondit eis, Ebræus sum ego, & [c] timeo DOMINVM deum cœli, qui & mare & continentem fecit. Timuerunt autem uiri isti ingenti timore, dixeruntque ad eum, Cur istud fecisti? (nouerant enim uiri illi eum à facie DOMINI fugisse, siquidem illis indicauerat,) dixerunt ergo ad eum, Quid tibi faciemus ut nobis tranquillum fiat mare? nam mare magis magisque increscebat ac æstuabat. Dixitque ad eos, Tollite me, & in mare me abiicite, tum tranquillum fiet uobis mare: noui enim propter me esse hanc tempestatem magnam
D quæ uobis imminet. Conabantur autem uiri illi nauem remigando ad terram subducere, neque potuerunt, quod mare magis magisque contra eos efferebatur.

[a] Alii prædica.

[b] Tharsis alii mare Mediterraneum intelligunt.

[c] Timeo, id est, colo: nam timor domini uerus est cultus.

Clamantes

Digitized by Google

Clamãtes itaq; ad DOMINVM, dixerũt, Ne quæso pereamus DOMINE [b] isti-
us hominis gratia, neq; nos sanguinis innoxij reos agas, tu enim DOMINE
quod uoluisti, fecisti. Accipientes igitur Ionam, deiecerũt eum in mare, constititq;
mare ab æstu suo. Viri autem illi timuerunt DOMINVM ingenti timore, quin et
sacrificia DOMINO sacrificarunt, ac uota nuncuparunt. Porrò DOMINVS pi
Matt. 12. c 16. a Luc. 11. d 1. Cor. 15. a scem magnum præparauit, qui deuoraret Ionam, †fuitq; Ionas in uisceribus pi-
scis tribus diebus & tribus noctibus.

b Ebr. In uita istius hominis, & ne des super nos sanguinẽ innoxium.

CAP. II.

Carmen gratulatorium pro beneficio à domino exhibito.

Psal. 119. a ORauit ergo Ionas de uisceribus piscis ad DOMINVM deũ suum, dixitq; A
Ex angoribus meis ad DOMINVM †clamaui, & annuit mihi.
De uentre inferorum uociferabar, & tu exaudiebas uocem meam.
Deiecisti me in profundum in cor maris, ut fluuius me circundaret, omnes flu B
ctus tui undæq; tuæ super me transirent.
Cogitabam ego, abiectum me esse à conspectu oculorum tuorum, ueruntamen rursus templum sanctitatis tuæ uidebo.
Psal. 68. a Circundederant me aquæ usq; ad animam, abyssus circunquaq; me concluse C
rat, carectum implicitum erat capiti meo,
Ad fissuras montium descenderam, terra uectibus suis perpetuò me [conclusẽ
rat,] tu autem ab interitu uitam meam reduxisti ô DOMINE deus.
Quum fermè animam agerem, memor fui DOMINI, uenitq; oratio mea ad
templum sanctitatis tuæ.
Qui obseruant [a] funes uanitatis, beneficentiam suam derelinquunt. D
Ego autem uoce gratulatoria tibi sacrificabo, quæq; uoui persoluam: ipsa sa-
lus DOMINI est.

a Alij legunt, uanissimas uanitates.

CAPVT III.

Rediuiuus Ionas, functioniq; suæ restitutus, iuxta imperium domini prædicat. Exemplum hic ueræ pœnitentiæ.

MAndauit autem DOMINVS pisci, & euomuit Ionam in aridã. Factusq; A
sermo DOMINI secundo ad Ionam in hunc modum, Surge, uade in Ni-
niuen ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem quam sum ad te lo-
quutus. Ionas igitur surrexit, & abijt in Niniuen iuxta uerbum DOMINI. Por-
rò Niniue urbs erat magna [a] deo, trium dierum itinere. Cumq; cœpisset Ionas in
gredi urbem itinere diei unius, clamauit & dixit, Adhuc intra quadraginta dies B
Matt. 12. d Luc. 11. e Niniue subuertetur. †Crediderunt itaq; ciues Niniuitæ deo, & ieiunio indicto
à magno ad paruum usq; saccos induerunt. Peruenit res hæc ad regem Niniues,
qui de solio suo consurgens, paludamento suo à se posito, saccum induit, et in pul
uere sedit. Ad hæc quoq; per urbem Niniuen ex decreto regis & magnatum pu- C
blico edicto proclamauit in hanc sententiam, Neq; homo neq; iumentum, neq;
armenta neq; greges quidquam gustẽt, neq; pascantur, & aquam ne bibant, quin
saccis operiantur & homines & iumenta, strenueq; clamitent ad deum, conuer-
tantur deniq; quisq; à uia sua mala, & à uiolẽtia ac iniuria quæ est in manibus eo
Ierem. 18. b Ioel 2. c rum. Quis scit si conuertatur deus et pœnitudine ducatur, auersus à furore iræ suæ D
ut non pereamus? Vidit itaq; deus opera eorum, nempe quod à uijs suis malis a-
uersi essent, & deus quoq; pœnitentia ductus est super malo quod illis inferere de
creuerat, & non intulit.

a Alij dei legunt, nõ erat duntaxat hominum iudicio magna sed dei quoq;.

CAPVT IIII.

Natura & clementia dei erga creaturas suas hoc capite ostenditur, rursus quàm tumida caro etiam in sanctissimis hominibus, quæ sibi consultum uult cum iactura proximorum.

DOluit hoc Ionæ, idq; admodum uehementer, iratusq; cum DOMINO ex A
postulauit ac dixit, Quæso DOMINE, an nõ hoc est quod dixi dũ adhuc
Psal. 85. a Ioel 2. c in terra mea essem? & ob id fugã in Tharsis maturaui, quod †nouissem te deũ esse

propensum ad misericordiam, misericordem, longanimum, & multæ beneficen
B tiæ, tum deniq; talem quẽ mali pœniteat. Tolle igitur quæso DOMINE à me
animam meam, quoniã ut moriar quàm ut uiuam satius mihi fuerit. Dixit ergo
DOMINVS, Nũ iuste tibi irasci uideris? Egressus est itaq; Ionas ex urbe, seditq;
ad Orientem ciuitati, fecitq; sibi eodem loci tugurium, seditq; sub illo in umbra,
quousq; uideret quid urbi accideret. Parauit autẽ DOMINVS deus [a] kikaion,
quæ ascendit super Ionam, ut umbram capiti eius faceret, ut eriperet eum ab afflį
C ctione sua. Lætatus est autem Iona de kikaion magno gaudio. Parauit ergo
deus, quum postero die aurora exoriretur, uermem quendam, qui kikaion læde-
ret ut exaresceret. Orto autem sole, adduxit deus Eurum torrentem, ut sol feri-
ret caput Ionæ, ut penè exanimatus, animo suo mortem postularet, dicens, Mori
quàm uiuere satius mihi fuerit. Dixit itaq; deus ad Ionam, Num iuste tibi uide-
D ris irasci propter kikaion? Respondit, Iusta est ira mea, ut etiam mori [cupiam.]
Aitq; DOMINVS, Tu parci cupis kikaion, pro quo nihil laboris insumpsisti,
neq; illud enutrijsti, quod intra unius noctis spatium enatũ, intra unius diei spa-
tium perijt, & ego à Niniue urbe tam magna malum nõ depellerem, in qua sunt
supra duodecim myriades hominũ, quorum nullus inter dexteram suam & si-
nistram discernit, deinde & iumenta multa?

a Quum nemo certi quid dicat de kikaion, uocẽ Ebraicam reliqui. Virgultum quoddam est, quod in tantum excreuit ut Ionæ umbram faceret.

Micheas propheta.

CAPVT I.

Sermo est criminatorius, in quo & Israelitis & duabus tribubus ob ingentia eorum flagitia extremum interitum minatur.

A SERMO DOMINI, qui factus est ad Micheam Morasthi- Titulus.
ten, in diebus Iotham, Ahas & Ezechiæ regum Iuda, quem
contemplatus est cõtra Samariam & Ierusalem. Audite po- Exordium.
puli uniuersi, attende terra & quidquid in ea est, sitq; DOMI Mi.6.d
NVS deus testis contra uos, dominus inquã de palatio san-
ctitatis suæ. Ecce enim DOMINVS egreditur de loco suo, Propositio.
B & descendens super excelsa terræ calcabit. Sub illo montes
colliquescent, & ualles sese discident, perinde ac cera à conspectu ignis, & sicut
aquæ quæ impetu quodam in præceps labuntur. Propter defectionem Iacob Causæ.
uniuersum istud [eueniet,] & propter peccata domus Israel. Quod nam est sce- Subiectio.
lus Iacob, ân non Samaria? & quæ excelsa Iuda, an non Ierusalem? Redigam
igitur Samariam in agri aceruum, & in plantationes uineæ, & impellam lapides
eius in uallem, fundamentaq; eius reuelabo. Ad hæc sculptilia eius contunden
tur, & omnes mercedes eius igne exurentur, & omnia [a] idola eius uastabo, quo-
C niam de mercede scorti collegit, ad mercedem ergo scorti redigentur. Hanc ob
rem plangam & ululabo, incedam lacerus & nudus, edamq; planctũ ut draco- Docet in se quid faciendũ sit ipsis.
nes, & luctum ut iuuenes struthiones. Quoniam plaga eius desperata est, per-
tinget enim ad Iudam, peruenitq; usq; ad portam populi mei usq; Hierosolyma.
In Gath ne nuncietis, omnino ne ploretis, propter domum [b] Aphra in puluere te
uolutato. Transi [c] quæ habitas in Saphir turpiter pudefacta. Non egressa est
habitatrix Zaanan ad luctum, Beth Ezel accipiet à uobis stationẽ suam. Quo-
niam

a Ebr Molestias eius: dicitur idola molestiæ, & reuera aliud nihil sunt.
b Nomina fingit pro re nata, sed paranomasia est in Ebraicis dictionibus, quæ reddi non potest.
Aphra puluerulenta.
Saphir pulchra.
Zaanan quæ exit uel munit.
Ezel quæ uicina est.
c Ebr. Vobis.

Digitized by Google

niam doluit propter bonū habitatrix Maroth, quodq; malū à DOMI- D
NO ad portam Ierusalem descenderit. Iunge currū ad equos uelocissi-
mos tu habitatrix Lachis, quæ prima occasionem peccandi præbuisti fi
liæ Zion, in te enim deprehēsa sunt scelera Israelis. Idcirco dabis [b]missi
lia ad Moreseth [quæ est] Gath, domus Achsib ad mendacium regibus
Israelis. Ad hæc depopulatorem tibi adducam habitatrix Maresa, ad
Adullam usq; ueniet [c]gloria Israelis. Calua reddere & tondere super
filios tuos delicatos, profer caluitium tuum sicut aquila, quoniam à te
transmigrabunt. CAP. II.

Maresa pa tria prophe tæ.

b Aliàs munera. Moreseth, Achsib, ficta nomina ad rem præsentem.
c Gloria Israelis uidetur poni pro ignominia per antiphrasim, uel gloria Israelis longe exulabit.

Oratio noua, in qua misere perdendos dicit Israelitas, & iniustitiam eorum taxat, quorum tota uita sit in oppreßione pauperum.

VAe his qui cogitant uana, qui facinora praua patrant in cubilibus A
suis: prima luce designant illud, quandoquidē uiribus pollent.
Concupiscunt agros & rapiunt, domibus inhiant & auferunt eas, uim
inferunt cuiq; & domui eius, cuiquā inquam & hæreditati eius. Idcirco
sic dicit DOMINVS, En ego quoq; contra familiā istam malū cogito,
unde ceruices uestras subducere non poteritis, neq; incedetis elati, tem-
pus malum est. Die illo sumet [quispiam] de uobis [a]dicteriū, & plāget B
planctu lugubri, dicens, Vastando uastati sumus, partē populi mei com
mutauit, [b]quomodo quod ablatum est mihi uendicabo? agros nostros
[c]distribuit. Proinde non erit qui funem in sortem tibi proijciat in con-
gregatione DOMINI. Ne [d]prophetetis, prophetabunt, non propheta
bunt illis, ne apprehendat eos ignominia. *An non dictū est à domo Ia
cob, Nū breuis factus est spiritus DOMINI? Num ista sunt studia eius?
An non uerba mea bona sunt his qui recte incedunt? Equidem [e]non C
adeo pridem populus meus hostis in morem insurrexit, è regione ueste
& pallio impetuose spoliabāt eos qui secure prçteribant, ut illis fit [f]qui
bello redeunt. [Ad hæc] mulieres populi mei è domo delicata eiecistis,
abq; infantibus eius honorē meum abstulistis, idq; perpetuò. Surgite,
& ite, non enim erit [g]hæc requies, eo q [h]polluta est corrupta'q;, & funis
nimium intentus. Si uir essem [i]spiritū sequens, & mendacium [k]concin- D
nans, prophetarem'q; tibi de uino & sicera, propheta essem pro hoc po-
pulo. Congregans [l]congregabo uniuersum te Iacob, & omnino colli
gam reliquias Israelis, comprimā eas in unū ut oues Bozra, ut gregem
in septo suo, tumultuabuntur præ hominibus. [m]Ascendit perruptor an
te eas, erūpent, & transibunt per portā, exibunt'q; per eam, [n]rex'q; eorum
ante eas trāsibit, & [imminebit] DOMINVS capitibus earū. CA. III.

a Vel, celebre carmen uel parabolam.
b Vel sic, quomodo mihi mea auferet? agros nostros quę nobis reddi deberent, ipse distribuit.
c Dominus scilicet per hostem Assyrium.
d Ebr. Ne stilletis: sic impij loquebātur prophetis: dicit ergo dominus, Stillabunt, id est, omnino prophetabunt: iam corrigit, imò præstaret, ut illis hominibus nihil propheta rēt, nam nihil inde quàm ignominiam referunt.
* Quæstionem quæstione refellit, An non uos freti misericordia dei, sic dicitis, Deus misericors est, nō perdet nos. Sed promissiones meæ non firmæ sunt cum impijs, sed cum his qui pij sunt. Ergo uana ista fiducia nihil efficietis. Alij aliter legunt, ut propheta ista omnia asserat.
e Ebr. Heri aliqui legunt ex opposito.
f Alij legunt, ut qui bello capti sunt.
g Hæc, scilicet terra, quia euomet uos propter flagitia, ut in ea quiescere ac manere non poteritis.
h Potest etiam legi, pollutio corrumpet.
i Spiritum, nempe malum.
k Potest legi in tertia persona, Si quispiam esset qui iactaret spiritum, & mendacia concinnaret, is propheta esset uobis idoneus & gratus.
l In persona dei loquitur.
m Ascendit, id est, in expeditione est hostis.
n Potest etiam legi, Malcham eorum, idolum eorum.

Oratio quæ hic incipit, temporibus Ezechiæ dicta, deinceps per tria capita durat. Criminatoria est, contra proceres utriusq; regni. Interserit quædam de regno Meßiæ.

POrrò dixi, Audite quæso capita Iacob, & tyranni domus Israelis, A
An non [conueniebat] uos ius & æquum nosse? Qui bonū oditis,
malum uero diligitis: qui pellem eorū ab eis diripitis, atq; carnē eorum
ab ossibus eorum. Qui scilicet carnem populi mei deuorauerunt, & de
traxerunt pellē eorū ab eis, atq; ossa eorū nudarunt: quin & frustillatim
explicant ceu [posituri] in ahenū, & ut carnem in ollā. Tum clamabūt
ad DOMINVM, sed non respondebit eis, quin faciem suam eo tempo
re abscondet, quemadmodū & ipsi malitiæ suæ studuerūt. Sic dicit DO B
MINVS contra prophetas seducentes populū meum, mordēt dētibus
suis, & pacē pollicētur: ijs uero qui in os eorū nihil iaciunt, bellū denun

Contra principes magistratus.

Contra falsos prophetas.

Digitized by Google

ciant. Idcirco nox uobis uice uisionis irruet, tenebrę pro diuinatione. Et occũbet sol super prophetas illos, diesq́ super eos obtenebrescet. Pudefient uidentes, & diuini erubescent, superũ mentum omnes ipsi ob
C uoluent, quia non est qui ex deo respondeat. Veruntamen ego uirtute spiritus diuini plenus sum, iudicio & fortitudine, ut annũciem ipsi Iacob defectionẽ suam, & Israeli peccatũ suum. Audite quæso istud capita domus Iacob, & tyranni domus Israelis, qui à iusto & æquo abhorrent, & quidquid rectũ est peruertunt. Aedificans Zion in sanguinibus
D & Ierusalẽ in iniquitate. Principes eius pro munere ius dicunt, & sacerdotes eius pretio docent: prophetæ eius pro pecunia diuinabant, interim DOMINO innixi, dicunt, An non DOMINVS est inter nos? nec pertinget ad nos malũ. Idcirco uestri †gratia Zion ut ager arabitur, & Ierusalem aceruus [lapidum] erit, mons deniq́ templi in excelsa saltus redigetur.

Pœna pseudoprophetarum.

Officiũ ueri prophetæ.

Ezec. 22. f
Soph. 3. a

Ierem. 26. I

CAP. IIII.

De restitutione Israelis hostiumq́ pœna.

A FVturũ est postremis †diebus, ut mons domus DOMINI præparetur in uertice montium, eleueturq́ ipse supra colles, confluantq́ ad eum populi. Tum ibunt gentes multæ, & dicent, Agite, ascendamus in montẽ DOMINI, & ad domum dei Iacob, is nos uias suas docebit, ut in semitis eius ambulemus, quoniam lex è Zione egredietur, & uerbum DOMINI de Ierusalẽ. Et iudicabit inter populos multos, gentesq́ fortes & procul dissitas arguet, ut gladios suos in uomeres concidant, &
B lanceas suas in falces, nec geret gens cõtra gentem gladiũ, neq́ ultra bello asuescẽt, sed quisq́ sub uite sua ac ficu sua sedebũt, nec erit qui exterreat, quoniam os DOMINI exercituum loquutum est. Etenim omnes populi ibũt, quisq́ in nomine dei sui, nos aũt in nomine DOMINI dei nostri ibimus in omne æuũ. In die illa dicit DOMINVS, colligã claudicantẽ & ultra eiectam, eamq́ quã adflixi cõgregabo. Claudicantem †faciam ut sint reliquiæ, & procul propulsam, ut sit gens robusta, regna
C bitq́ DOMINVS in monte Zion, ex hoc [tempore] in sæculũ usq́. Et tu [a]turris gregis, propugnaculũ filiæ Zion, usq́ ad te ueniet, ueniet inquã imperium pristinũ, regnum filiæ Ierusalẽ. Cur igitur uocem edis querulam? Num rex in te nullus est? an consiliarius tuus perijt? q̀ te dolor ut parientem fœminam apprehẽdat. Dole & gemitũ ede filia Zion ut parturiens, quoniam iam egredieris ex urbe, & habitabis in agro, Babylonẽq́ peruenies, illic liberaberis, illic redimet te DOMINVS è manu hostiũ tuorum. Nũc quidẽ congregatæ sunt aduersus te gentes mul
D tæ, quæ dicunt, Hypocrita fuit, hinc cum uoluptate [b]aspicient oculi nostri Zionem. Ipsi tamen non cognoscunt cogitationes DOMINI, neq́ consilium eius intelligunt, q̀ cõgregabit eas ut manipuli in aream [solent.] Surge & extere, ô filia Zion, quoniam faciam cornu tuũ ferreum, & ungulas tuas faciam chalybeas, ut conteras populos multos, & dedices DOMINO opes eorum, & substantiam eorum dominatori uniuersæ terræ. *[c]Accingere nunc & tu filia latronis, quæ nos obsidione cinxit, uirgaq́ maxillam iudicis Israelis percussit.

Isa. 2. a

Soph. 3. d
Luc. 1. c
Dan. 7. a

Apostropha ad filios Israel.

[a] Alij relinquunt proprium turris eder et ophel. Vide de hoc loco, Gen. 35.

[b] Scilicet adfligi & abduci.

*Apostropha ad Babylonios, subito autem mutatur persona secunda in tertiam.

[c] Alij legunt, lacerate. Hieronymus uastaberis.

CAP. V.

Redit ad descriptionem regni Christi.

A ET tu †Bethlehem Ephrata, paruula quidem es inter chiliarchias Iuda, ex te [aũt] prodibit mihi q̀ dominator sit in Israele, & exitus eius à sæculo, à diebus æternis. Propterea permittet eos ad tẽpus quo parturiens pariat, & reliqui reuertantur [d]iuxta filios Israelis. Porrò stabit & pascet

Matth. 2. a
Iohan. 7 f

Tristia lætis miscet.

[d] Potest etiam legi, cum filijs.

Digitized by Google

pascet in fortitudine DOMINI, & in magnificentia nominis DOMINI dei sui.
Et sedebunt, quoniam tum usq; ad fines orbis proferetur. Eritq; is pax, quū Assur B
uenerit in regionē nostram, quumq; palatia nostra calcauerit, excitabimus cōtra
ipsum [b]septē pastores, & octo principes homines. Qui [c]deuastabunt terrā Assyriā
gladio, & terrā Nimrod ensibus suis, & liberabit ab Assyrio dum uenerit in terrā
nostrā, & quum calcauerit terminos nostros. Erunt deniq; reliquiæ Iacob in me
dio populorū multorum, ut ros à DOMINO, sicut stillæ super herbā quæ homi- C
nem non expectant, nec filios hominū præstolātur. Erunt inquā reliquiæ Iacob
inter gentes, in medio populorū multorū ueluti leo inter animalia syluestria, &
ut leunculus inter greges ouiū: qui quum transit, proculcās & discerpens, nemo
est qui eripiat. Alta erit manus tua super hostes tuos, omnesq; inimici tui excinden
tur. Fiet & hoc in die illa, dicit DOMINVS, ut excidā equos tuos è medio tui, & D
perdam quadrigas tuas. Excidā urbes regionis tuæ, & demoliar cunctas muni-
tiones tuas. Excidā maleficos è manu tua, nec erūt in te astrologi. Excidā sculpti-
lia tua, & statuas tuas è medio tui, ne ultra opus manuū tuarū adorēs. Lucos tuos
è medio tui euellam, & urbes tuas delebo. Persequar in ira & furore meo ultio-
nem contra gentes, quæ non auscultauerunt.

[b] Quidā (&) exponunt expositiue, septē pastores, qui robore præstabūt octo ducibus.
[c] Vox ipsa raa pascere significat, sed hic in malam partem & contrariam accipitur.

CAP. VI.

Noua oratio incipit, continet actionem iniuriarum. Deus expostulat cum populo suo de ingratitudine. Commemorat beneficia sua in illum collata, quibus dum non respōdet, merito sit puniendus.

Mandatum domini. Exequitur propheta.

AVdite quæso quæ DOMINVS dicat. Surge & litiga cum montibus, & au A
diant colles uocem tuam. Audite montes actionem DOMINI, & firmissi
ma terræ fundamenta, quoniam lis est DOMINO cum populo suo, & contra
Israelem sese argumētis tuebitur. Popule mi, quid feci tibi? aut qua nam re mo-
lestus tibi fui? Responde aduersus me. Quod eduxi te de terra Aegypti, & de do
mo seruitutis te redemi, quod misi ante te Mosen, Aharonem & Mariam? Popule
meus, recordare quæso quid *[contra te] consultarit Balak rex Moabiticus, & quid
ei Bileā filius Beor responderit, à Sitim in Gilgal usq;, ut cognoscas iustitias DO B
MINI. Qua re occurrā DOMINO, incuruúsne incedā corā deo excelso? Num
in conspectum eius ueniam cum holocaustis, uitulis scilicet anniculis? Num pla
cent deo mille arietes, aut decies mille torrentes olei? Num dabo primogenitum
meum pro expiatione sceleris mei? aut fructū uentris mei pro hostia peccati ani-
mæ meæ? [a]Indicauit tibi ô homo, quid bonum sit, & quid à te requirat DOMI
NVS, nempe, facere iudicium, diligere benignitatem, & submissum ambulare C
cum deo tuo. Vox DOMINI clamabit ad ciuitatem, quiq; ratione prēditus est,
[b]uidebit nomen tuum. Audite uirgam, & eum qui eam decernit. An non adhuc
est thesaurus impius in domo impij? & Epha perexiguum quod [c]exosum est?
Num [d]mūdus ero cum bilance iniqua? & cum sacculo, [illegible] sunt lapides frau-
dulenti? [Vrbis] istius diuites pleni sunt iniuria, & h[illegible]res eius loquuntur
mendacium, lingua dolosa est in ore eorum. Quin & ego infirmabo te cæden- D
do, & deuastando propter peccata tua. Tu †comedes, & non satur eris, depres-
sioq; tua erit in medio tui. [e]Accedes, nec seruabit: quod si seruauerit, tradam gla-
dio. Seminabis, at non metes: [f]calcabis oleas, nec ungeris oleo: & mustum, at ui-
num non bibes. [g]Obseruat diligenter statuta Amri, & omne opus domus A-
chab, & in consilijs eorum ambulastis, ut redderem te desolatam, & habitatores
eius darem in sibilum, opprobriumq; populi mei [h]portabitis.

Exod. 15. c Videtur iro niā habere.
* Nu. 22. a 23. b
Questio cui per subiectionem respondetur. Ut dialogismos.
Sequitur pœna.
† Deut. 28. d Agg. 1. b
Notatur subinde per ironiā.

[a] Supple dominus. Studere iustitiæ & æquitati diceret Latinus, at nolui longius recedere à uerbis.
[b] Alij legunt, timebit.
[c] Exosum, scilicet domino.
[d] Sic, scilicet cogitandū erat iniustis.
[e] Accedes ad uxorem, sed non prægnans erit.
[f] Calcabis repetitur per zeugma, uel subintelligitur exprimes uel aliud uerbum.
[g] Obseruat quispiā, uel impersonaliter obseruatur.
[h] Hoc est pudesietis.

CAP. VII.

Nouus sermo in genere iudiciali, adcusat eorum scelera, minatur pœnam, in fine læta promittit.

Digitized by Google

A HEu me, fit enim mihi, ut dum colliguntur fructus æstiui, & racemationem
facientibus in uindemia, non est botrus qui edatur, præcocem fructũ auet
animus meus. Perijt benignus de terra, nec est ([a]inter homines) æqui rectiq; [stu
diosus,] uniuersi ipsi sanguini insidiantur, quisq; fratrem suum ad [b]necem uena
tur. Ad malum manuum suarum diligenter sunt intenti, princeps postulat, & iu
dex in reddendo est, & magnus [aliquis] corruptelam animi sui loquitur, & hi
complicauerunt eam. Qui inter eos optimus, est spinæ similis: & qui rectus, sepi
ex spinis contextę spinosior. Dies speculatorum tuorum, uisitationisq; tuæ uenit,
B tum erit [c]perplexitas eorũ. Ne credatis uos amico, neq; in duce spem collocetis:
ab ea quæ in sinu tuo iacet, fores oris tui obserua. Quoniã filius uilẽ habet patrẽ,
filia uero aduersus matrem suam, nurus aduersus socrũ suam insurgit, & inimici
cuiusq; domestici eius. Ego uero ad DOMINVM spectabo, & sperabo in deũ sa
lutẽ meam, deus meus me exaudiet. Ne læteris inimica [d]mea q; cecidi, resurgam:
& si in tenebris sedero, DOMINVS lux mea est. Indignationem DOMINI fe
ram, quia ei peccaui, donec causam meam egerit, feceritq; iudiciũ meum, educet
me in lucem, uidebo iustitiam eius. [e]Videbit quoq; inimica mea, quam & pudor
operiet, ea scilicet quæ ad me dicit, Vbi est DOMINVS deus tuus? Oculi mei ui
debunt eam, & nunc ut lutum platearum conculcabitur. Dies est ut reficiantur
C sepes tuæ, quo die [f]decretum procul erit. Dies illa usq; ad te ueniet, ab Assyria &
ciuitatibus munitis, à munitione ad flumen usq;, à mari ad mare, & à monte ad
montem. Vastabitur quoq; terra cum his qui in ea habitant, propter fructum stu
diorum suorum. Pasce populũ tuum uirga tua, gregem hæreditatis tuæ qui solus
manet in sylua, pascant in loco culto in Basanitide et Gilead iuxta pristinos dies.
Iuxta dies quo egressus es ex terra Aegyptiaca, ostendam ei stupenda quædam.
Videbunt gentes, & pudefient ab omni fortitudine sua, manum super os ponẽt,
D & aures eorum obsurdescent. Puluerem in morem serpentis lingent, ut quæ re
punt in terra, & ex habitaculis suis contremiscent, ante DOMINVM deum no
strum pauebũt, & te timebunt. *Quis similis tibi, ô deus? qui tollis iniquitatem,
& scelus transis, reliquijs hæreditatis suæ, non retinet iram suam perpetuò, quo
niam delectatur bonitate. Reuertetur, & nostri miserebitur: subiget iniquitates
nostras, & deijcies in abyssum maris omnia peccata eorũ. Præstabis fidem [quam
pollicitus es] ipsi Iacob, & bonitatem Abrahamo quæ patribus nostris à diebus
priscis iurasti.

a Ebr. Non est inter homines rectus.
b Alij legũt, barrem pro reti.
c Vel, confusio eorum.
d Ebr. Additur mihi.
e Ludit in uerbo uidẽdi, Assyrij hostes uidebunt liberationẽ populi dei & pudefient, ac dolebũt. Electi liberati uidebũt perditionem hostium & gaudebũt. Nam idem dies dominici aduentus iucundus erit pijs, & hostibus formidabilis. Alloquitur populũ dei, & mox dicit ad Assyrios, Ad te usq; ueniet.
f Decretum nõ dei, sed Assyrij aut Babyloniorum. Duplex sensus. Pudefient à fortitudine & potentia sua hostes dei, quùm uidẽt se nihil posse efficere. Vel à fortitudine dei qua suos tueatur, à fortitudine eorum, scilicet Iudæorum quam deus est præstitus.

Princeps, iudex, præses religionis catenã complicãt.

Matt. 10. c
Quid in tantis malis faciendũ, quò se uertere debeat pius.
Apostropha ad Assyrios.
Iterũ loquitur propheta in persona populi afflicti.
Docet formam precationis, quid faciendũ ijs, qui affliguntur.
Subinde mutantur personæ. Iam alloquitur populũ, mox facit deũ loquentem.
Digito labellũ compescent.
Act. 10. g
* Iam iterũ alloquitur deũ, et mox persona mutata, laudat deum, ut spem populi erigat.

Nahum propheta.

CAPVT I.

Literæ aut tabulæ feciales, denunciantes bellum Assyrio, quod gesturus est deus contra ipsum, quomodo perdendus, quibus ex causis.



A ONVS [aduersus] Niniuen, libellus propheticus Nahum El
kesæi. Deus inique ferens iniurias, & ultor DOMINVS, u
tor inquam DOMINVS, & [a]uehemẽs, ultor DOMINVS
in hostes suos, & iniuriarum memor aduersum hostes suos.
DOMINVS longanimis, & pollens uiribus, at neutiquam
impunita [scelera] dimittens. DOMINI uia per turbinem
& procellam [est,] nebulæ autem puluis pedum eius. [Qui]
statim

a Ebr. Vir furoris.

Titulus.
Quis sit autor belli.

Potẽtia dei ostenditur.

Digitized by Google

statim ut increpitat mare, arefacit ipsum, omnesque fluuios exiccat. Deformatur B
Basan & Carmelus, floridusque Libanus deformatur. Montes ab ipso contremi-
scunt, & colles sese resoluunt. Terra se proripit ex illius conspectu, & totus orbis
unà cum degentibus in eo. Sub eius excandescentia quis persisteret? in æstu nasi
eius quis duraret? Calor ipsius cõflat in morem ignis, ut silices ab ipso dissoluan-
tur. Benignus est DOMINVS, præsidium temporibus difficillimis, atque cogni-
tos habens præstolantes se. Diluuio superãte prorsus delebit locum ipsius [Assy- C
rij,] & efficiet ut tenebræ hostes suos insequantur. Quid machinamini aduersus
DOMINVM? semel perdet, non iteranda calamitas oborietur. Nam planissime
ritu ueprium implicitarũ quum fuerint comessando referti, absumentur, ceu cul-
mus ad plenum torridus. Ex te profectus est praua machinans in DOMINVM,
consultor deo & hominibus infestus. Ad hunc modum loquitur DOMINVS,
si omnes integri [sint] quotquot fuerint, attondentur, & transibit. Etenim si adfli- D
xi te, posthac non adfligam. Et nunc quidem uirgam istius à te confringam, uin-
culaque tua disrumpam. Porrò de te DOMINVS mandata iniunxit, Non sere-
tur ex nomine tuo in posterum, ex deorũ tuorum æde tollam statuas & signum
fusile, uertámque in tuum sepulchrum, nam ignominiosus eris. En per montes
†læti nuncij pedes pacem prædicantis. Feriare ô Iuda ferias tuas, persolue uota
tua, non enim te superabit posthac deo & hominibus infestus, totus confectus
est.

Ut seuerus est hostibus, ita suis benignus.

Apostrophe ad Assyrios hostes. Causæ ostẽduntur.

Apostrophe ad populum dei. Sermo redit ad Assyriũ minitans. Exitium. Esa. 52.b Roma. 10.c

CAP. II.

Iubet ut Assyrius sese accingat, & occurrat hosti Babylonico, qui iam adsit.

ASCendit dissipator ob oculos tuos, obsessum urbem uallatam. Lustra uias, A
obfirma lumbos, omnibus modis instrue copias. Etenim DOMINVS ab-
stulit arrogantiam Iacobi, quemadmodum ut Israelis arrogantiam, siquidem di-
reptores diripuerunt eos, & propagines eorum corruperunt. Parma heroũ illius
rubet, uiri militares purpurati sunt, currus expeditionis eius tempore uelut ignis
facium, ut abietes concutiantur. In uicis tumultuabuntur currus, in plateis inter
se collidentur, ut aspectum [præbeant] lampadarum, & ritu fulgurũ discurrant. B
Memores erunt [imperij] fortes eius, prosternentur in agmine suo, festinabũt ad
murum istius [Niniues,] & iam paratæ sunt machinæ. Portæ fluminum apertæ
sunt, ipsumque palatium dissolutum est. Munitio firmissima denudata est atque sub
lata, ancillæ autem istius imitantur uocem turturum, & suis pectoribus pertun-
duntur. Cæterum Niniue ab antiquo fuerat uelut aquatica piscina, nunc ipsi C
diffugiunt. State, state, sed nemo respicit. Diripite [igitur uos] argẽtum, diripite
aurũ, repositis enim opibus nullus est modus, onusta est rebus quibusque charissi-
mis. Vacua est, euacuata est, lacerata est. Cor liquescit, tremor in genubus, ægritu
do in omnium lumbis, faciesque uniuersorum ollæ [speciem] contraxerunt. Vbi
†nam lustrum leonum, & pascua iuuenum leunculorum, ad quæ conferebat se D
leo [maritus] leænæ, ubi degebat catulus leoninus, nec quisquam turbabat? Leo
[inquam] rapiens quantum satis esset catulis suis, strangulans quoque leænis suis,
qui & rapina compleuit latibula sua, lustraque sua laceris animantibus. En me ti-
bi [hostem,] inquit DOMINVS exercituum, comburam currum istius per fu-
mum, tuosque leunculos deuorabit gladius: tuam uero laceratione auertam à ter-
ra, nec audietur ultra uox nunciorum tuorum.

Imitatur obsessa.

Prosopographia exercitus oppugnantis.

Id deferen s Niniu. Id dicto. n sermo. Sarcasmos tyrãnos. Esa. 13.b

Alloquitur ipsis Niniuen. Subito mutatur persona.

CAP. III.

Prosequitur institutum sermonem de occasu Niniues, apte iam interserens flagitia, ob quæ potentissimum regnum diruatur.

HEi urbem sanguinariã in uniuersum plenam mẽdacio & laceratione, [quæ A
tamen] prædam haudquaq; reportabit. Crepitus flagelli, sonus stridentis
rotæ, equus salax, & exultans currus. Statim ut eques sustulit [brachium] coru-
scat gladius, fulguratque cuspis. Multum sauciorum, & ingens uis cadauerum, nec

Ezec. 24. b Scelera Niniue. Hypotyposis captæ urbis.

Digitized by Google

modus est cadaueribus, adeò ut ruant per sua corpora. Propter multa probra meretricis uenustæ & gratæ, pollentisq; ueneficio, quæ gentes uendit artibus suis meretricijs, & nationes suis ueneficijs. En me tibi [hostem,] inquit DOMINVS
B exercituum, qui subducam fimbrias tibi supra faciem tuam, & ostendã gentibus pudenda tua, regnisq; fœditatem tuam. Injiciam in te sordes, ac uilem reddam facturus te spectaculum. Itaq; fiet, ut quisquis te aspiciat, refugiat abs te, atq; dicet, Exoleuit Niniue, quis eius gratia iter suscipiet? unde quæremus tibi consolatores? An tu meliore sorte esses quàm No Amon, quæ sita est in fluminibus aquis circũflua, cuius propugnaculum mare, à mari etiam murus ipsius? Cuius robur Aethiopia & Aegyptus supra modum ualidum, Africaq; & Libes, [qui] sunt inter tua auxilia. Illa tamen in exilium ac captiuitatem abijt, illius infantes in om-
C nium uicorum initijs allisi sunt. De grauissimis in ea uiris dedere sortes, omnes magnates eius uincti fuerunt compedibus. Tu quoq; inebriaberis, & eris obscurata, tu quoq; præsidium ob hostem quæres. Omnes munitiones tuæ similes erunt fici arboribus habentibus iam ficus maturos: quæ si concutiantur, decidũt in os deuorantis. [a]Eccum populum tuum intra te effœminatum, profecto portæ regionis tuis pandentur hostibus, ignisq; deuorabit tuos obices. Haurito tibi aquas obsidionis, firma tuas munitiones, ingredere lutum, & subige argillam, instrue officinam lateritiam. Ibi quoq; ignis deuorabit, conficiet te gladius, deuo-
D rabit [autem] te more bruchi, onera te [hominibus] tanquam brucho, onera te tanquam locustis. Auxisti mercatores tuos supra stellas cœli, bruchum [uidelicet] auolantem statim ut impetum cepit. Comatuli tui locustam referũt, ingenui tui attelaborum examen imitantur tempore frigido in sepibus confidentium, sed orto sole diffugientium, ut nesciatur locus eorum, ad quem peruenerint. Pastores tui dormituriunt, ô rex Assyriorum, iacent heroes tui, dispersus est populus tuus per montes, & nemo recolligit. Neq; leue est uulnus tuum, sed acerba plaga tua, quotquot casus tuos fama perceperint, plaudẽt super te manibus. Ad quem enim non semper iniuriæ tuæ peruenerunt?

Causa exidij.

Allegoria insignis. Esa. 47.c

Exemplum Ninũ posse capi.

Appositio.

a Ebr. Ecce populus tuus, in medio tui mulieres. Præpara te obsidioni, ironice.

Habacuc propheta.

CAPVT I.

Querimoniam piorum ex carnis infirmitate exortam propheta proponit, cui dominus respondet, piosq; consolatur.



A GRAVIS [a]prophetia, quam prophetauit Habakuk propheta. Quousq; DOMINE clamo, & nõ exaudis? uociferor ad te uiolentiam, & non seruas? Cur ostendis mihi molestiam, & facis ut aspiciam laborem, ut sint corã me uastatio & uiolentia? Est lis, & [b]iudicium sublatum est. Idcirco lex non uiget, nec efficacem executionem habet iudicium, quandoquidem iustum impius circumuenit, hinc est quod iudicium per-
B uersum exit. Videte in †gentibus, & aspicite: admiramini & obstupescite, quoniã opus operabor in diebus uestris: quod si narretur, non credetis. Etenim en ego excito Chaldæos, gentem amaram & præcipitem, quæ longe lateq; in terra uagani, ut occupent sedes non suas. Horrenda est & formidabilis [c]suo iure uiuens, quodq;

Titulus. Propheta sumit sibi personam piorum.

Responsio domini. Act. 13.f

a Ebr. Onus quod uidit.

b Alij legunt, quis iudicium feret?

c Eb. Iudicium eius ex ipsa fert ipsum exit.

Digitized by Google

quodq; tulit, resigens. Equi eius uelociores sunt pardis, & auidiores lupis uesper
tinis: equites eius diffusi irruunt, equites eius è longinquo uenient, aduolant ut
aquila festina ad uorādum. Quisq; eorum ad hoc uenit ut uim inferat, quidquid C
eorum faciebus obijcitur, flaccidum fit, ut si uredo exussisset. Ad hæc captiuos ut
arenam maris colliget. Regibus quoq; illudit, & tyrannos pro ridiculo habet, ri
det omnem munitionem, congerit puluerem, & capit [b] eam. Tum mutato spiri-
tu, [modum] [c] excedet & delinquet, robur hoc suum deo suo [adscribens.] An
non tu es ab initio DOMINE deus meus, sanctus meus? nō moriemur, DOMI-
NE ad iudicium posuisti eum, & ad petram, ad protrahendū fundasti eum. Mun D
dus es oculis, quo minus malū cernere possis, nec laborem poteris aspicere, cur er
go aspicis præuaricatores, & dissimulas quum impius iustiorem se deuorat? Fa-
cis homines ut pisces maris, & sicut reptile quod ducem non habet. Cuncta ha-
mo trahuntur, colligitq; in sagenam suam, & in rete suum cōuerrit, & ob id gau
det & exultat. Idcirco sacra facit sagenæ suæ, & suffitum reti suo, quoniam in his
pars eius pinguior redditur, & cibus eius magis saginatus. An nō ob id euacuat
sagenam suam, & perpetuò gentes occidit, neminiq; parcit? CAP. II.

Apostropha ad deū, loquitur autem ꝓpheta.

Redit ad querimoniā in persona infirmorū.

b Eam, subintellige munitionem.

c Vel, transibit limites æqui & iusti.

Docet propheta se nihil dicturum nisi ex ore dei, ostenditq; quæ sit uera consolatio in omnibus adflictionibus, fide deo hærere & præstolari eius auxilium: ostendit simul quàm uani sint qui alijs rebus fidunt, & eorum pœnam.

SVper custodiam meam stabo, & statuam me in munitionem, & speculabor A
ut uideam quid in me [a] loquatur, & quid respondeam de disceptatione mea.
Respondit ergo mihi DOMINVS, & ait, Scribe uisionē, & clare explica [eam]
in tabulis, ut festinato & expedite pergat qui eam legerit. Visio enim adhuc ad
præfinitum tempus [erit,] & tum tandem efflabit, neq; fallet. Si distulerit, expe-
cta eam, certissime enim ueniet, neq; moram nectet. Ecce arrogantis & fastuosi
animus non est in sese rectus, iustus † autē in fide sua uiuet. Porrò uino æstuans
præuaricator est, uir arrogans nihil honesti faciet. Qui dilatauit uelut inferi ani
mum suum, & ut mors non satiatur, congregauit ad se omnes gentes, & congre
gauit ad se omnes populos. An non isti omnes celebri & insigni sermone, de il B
lo sumpto, utentur? quin & lepidis dicterijs & ænigmatis [insultabunt] ei, dicen
tes, Væ ei qui adauget non sua. Quousq; tandem? & qui adgrauat super se den-
sum lutum. An non subito insurgent qui te mordebunt, & euigilabunt qui te di
uexabunt, erisq; eis in cōculcationem? Quoniam tu spoliasti gentes multas, spo
liabunt ergo te quoq; reliquiæ populorum, ob sanguinem humanum, & uiolen
tiam terræ & urbis, & omnium habitantium in ea. Væ inhianti lucro, idq; ma
lo domus suæ, qui collocat nidum suum in sublimi, ut à manu mala eripiatur.
Consilium cepisti ad ignominiam domus tuæ, quum trucidando populos mul
tos in animam tuam peccasti. Siquidem lapis de pariete clamabit, & subscus ex ta C
bulato contra te testabitur. Væ ei qui ædificat urbem in sanguine, & instaurat
ciuitatem per iniquitatem. An non [b] ista sunt à DOMINO exercituum? labo-
rant populi in igne, & nationes in nihilo fatigantur. Quoniam replebitur terra
ad cognoscendum gloriam DOMINI, quasi aquæ quæ operiunt mare. Væ ei
qui potum præbet proximo suo, qui adhibes furorem tuum ut inebries [eum,]
ut eorum turpitudinem aspicias. Satiaberis & tu ignominia magis quàm glo-
ria, bibe & tu ut cōsopiaris. Versabitur super te calix dexteræ DOMINI, & [fiat]
ignominiosus uomitus super gloriam tuam. Quoniam [c] uiolentia in Libano
operiet te, & calamitas iumentorum quæ terruit ea, propter sanguinem huma- D
num, & uiolentiam terræ, urbis & omnium habitantium in ea. Quid proderit
sculptile? quoniam sculpsit illud fictor eius: fusile, & doctor mendax? quod
fidit eo, fictor scilicet figmento suo, ut faceret idola muta. Væ qui ligno di-

a Dominus scilicet.

Taxat corruptos mores regū Babyloniorū, & ingentia eorum scelera.

Esa 21.a
Iohan 3.d
Rom.1 b
Heb.10.g
Gal 3.b

Auaritia & iniustitia

Libido ꝓpagandi imperij.

Ezec. 24.b
Nahum 3.a

Personarū mutatio subita.

Ebrietas taxatur.

Pœnam Babylonijs minatur.

Libanus pro regno Iudaico.

Taxatur idololatria, & sculptiliū uanitas ostenditur.

b Prædicta uidelicet.

c Violentia Libani, id est, quam tu in eo exercuisti. Iumenta pro hominibus in Iudæa habitātibus.

Digitized by Google

cit, Euigila: & lapidi effigiato, Excitare, ipséne doceret? En obductus est auro & argento, nec est flatus in eo. At DOMINVS in templo sanctitatis suæ, taceat à conspectu eius uniuersa terra. CAP. III.

Colloquium prophetæ cum deo.

A COlloquium seu disputatio Habakuk prophetæ de rebus perplexis. Audiui DOMINE [a]auditionem tuam, [ac] timui, DOMINE opus tuum in medio annorum instaura illud, in medio annorum ostende, memorq; sis in ira misericordiæ. Deus de Theman ueniebat, & sanctus de monte Paran. Sæla. Magnificentia eius cœlos operuit, & laude eius impleta est terra. Splẽdor ut lux fuit, [b]cornua è manu eius erant ei, illic latibulum fortitudinis eius. Faciem eius antecedit lues, & deflagratio ad pedes eius. Stetit & mensus est terram, uidit & designauit Titulus.

B gentes, disperserunt se montes æterni, inclinarunt colles sæculi, [quin &] itinera mundi eius sunt. Propter iniquitatem [c]uidi tentoria Chusan, tumultuatæ sunt [d]cortinæ terræ Madian. Num contra fluuios ira DOMINI? num contra flumina furor tuus, aut contra mare excandescentia tua? uehebaris enim super equis tuis, & quadrigæ tuæ salus. Nudatione nudabatur arcus tuus, iuramẽtis quæ [e]firmamenta sunt uerbi. [f]Sæla. Fluminibus terram scindis. Viderunt te montes, atq; dolore correpti sunt: nymbus aquarum trãsijt, abyssus uocem suam edidit, quum

C in excelsum manũ suam sustulisset. Sol lunaq; steterunt in statione sua, ad lumen sagittarum tuarum incedebant, ad splendorem hastæ tuæ fulgurãtis. In indignatione incessisti in terram, in furore conterebas gentes. Egressus es ad salutem populi tui, ad salutem cum uncto tuo, contundebas caput de domo impij, nudãdo fundamentum ad collũ usq;. Sæla. Perforasti cum baculis suis caput paganorum eius, in modum procellæ irruerunt ut me dissiparent, exultatio eorum ut eorum qui pauperem in abscondito deuorant. Effecisti ut incederent in mari equitatui,

D in luto immanium aquarum. Audiui & cõtremuit uenter meus, ad hanc uocem compressa sunt labia mea, putredo oborietur in ossibus meis, & in me contremiscam, quandoquidem quiescam in die adflictionis, ut ascendat contra populum ut bello eum adoriatur. Etenim ficus non florebit, nec erit fructus in uineis, opus oleæ fallet, agri non edent cibum, grex deest in septis, nec est armentum in stabulis. Ego uero in DOMINO exultabo, & gestiã in deo salute mea. DOMINVS deus est robur meum, reddetq; pedes meos ut ceruarum, in excelsis incedere me faciet præfecto cantorum in instrumentis meis musicis.

[a] Auditio pro fama.

[b] Cornua, radij splẽdoris, fulgura, coruscationes.

[c] Vidi, id est, quisq; uidisset.

[d] Cortinæ pro castris aut tentorijs.

[e] Alij legunt, tribuum.

[f] Pro Sæla alij legunt petra.

Potest id ad futura aptari & ad præsentia tempora.

Zephonias propheta.

CAPVT I.

Taxat atrocia Iudaicæ gentis scelera, pœnamq; illis intentat.

A 
ERMO DOMINI factus est ad Zephoniam filium Chusi, filij Gedaliæ, filij Amariæ, filij Hiskiæ, temporibus Iosiæ filij Amon regis Iuda. Conficiendo conficiam omnia è terra, dicit DOMINVS. Conficiam homines & iumenta, conficiam aues cœli, & pisces maris, offendiculaq; simul cũ impijs. Excindam quoq; à superficie terræ homines, dicit DOMINVS. Extendam manum meam super Iudam, & super Titulus.

omnes

Digitized by Google

omnes habitatores Ierusalem, & reliquias Baal ex isto loco excindam, deinde & nomen Kemurim cum sacerdotibus. Eos quoque qui in tectis militiã cœli adorant, & qui adorant ac iurant per DOMINVM, iurantque [a] per regem suũ. Eos quoque qui à DOMINO sunt abstracti, quique DOMINVM neque quærunt nec sciscitantur. Sile à conspectu DOMINI dei, quia prope est dies DOMINI: apparauit siquidem DOMINVS uictimã, & inuitatos suos destinauit. Atque in hoc die uictimæ DOMINI, inuisam principes & filios regis, & omnes eos qui uestiti sunt ueste peregrina. Inuisam quoque eodem die omnem qui salit super limen, quique ædes dominorum suorum rapina & dolo implent. Hoc quoque die dicit DOMINVS, clamoris uox orietur à porta piscium, ululatus ab altera parte urbis, & contritio magna à collibus. Vlulate habitatores mortarij, sopitus enim est uniuersus populus mercatorum, excisi sunt quicũque pecunia onusti sunt. Eodem tempore lucernis scrutabor Ierusalem, & uisitabo uiros qui fecibus suis hærent & defixi sunt, dicuntque in cordibus suis, DOMINVS neque bene facit, neque male. Diripientur ergo opes illorum, domusque eorum uastabuntur: ædificabunt domos, & non inhabitabunt: plantabunt uineas, nec uinum earum bibent. Prope est dies DOMINI magnus, prope inquam est, & admodum festinat, uox diei DOMINI amara, ibi fortis turpiter eiulabit. †Dies excandescentiæ dies illa, dies angoris & coangustationis; dies desolationis & deuastationis, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & nebulæ. Dies buccinæ & classici super ciuitates munitas, & super turres excelsas. Et coangustabo homines, ambulabuntque ut cæci, quia peccauerunt DOMINO, & effundetur sanguis eorum ut puluis, & [b] quod bene habitum est in eis, ut stercora. Nec † argentum eorum, nec aurum eorum liberare eos poterit in die excandescentiæ DOMINI, quin in † igne zeli eius deuorabitur uniuersa terra, quoniam in uniuersum conficiet, idque illico, omnes habitatores terræ.

B — C — D

[Margin: Ier.30.a / Ioel 2.c / Amos.5.c / Ezech.7.e / Esa 3.b]

[a] Alij legũt, per Malchom.

[b] Eb. Et caro ipsorum.

CAPVT II.

Adhortatur hypocritas ad pœnitentiam, piosque corroborat, alijsque gentibus sua fata prædicit.

COlligite uosipsos, & sitis collecti, ô gens, quæ nullo desiderio teneris, antequam decretum pariat, quo die ut quisquiliæ transeunt, priusquam in uos ueniat æstus furoris dominici, priusquam ueniat super uos dies furoris DOMINI. Quærite DOMINVM omnes mansueti terræ, qui iudicium eius executi estis, quærite iustitiam, quærite mansuetudinem, si forte abscondamini in die furoris DOMINI. Quoniam Gasa deserta erit, Ascalon deuastabitur, Asotios quoque in meridie expellent, & Accaron eradicabitur. Væ uobis qui habitatis ad tractum maris gens uastatrix, sermo DOMINI est ad uos Chananæos in terra Palestinorum, ego te perdam, ne ultra sit habitator. Verteturque tractus maritimus in pastorum habitacula & fossas & in septa ouium. Eritque tractus iste reliquijs domus Iuda, ut in his pascantur, in domibus Ascalonis ad uesperam accubabunt, quoniam DOMINVS deus eorum eos inuiset, & captiuitatem eorum auertet. Audiui probrum Moab, & blasphemias filiorum Ammon quæ iecerunt in populum meum, grandiaque quæ loquuti sunt super terminos [a] eorum. Propterea uiuo ego, dicit DOMINVS exercituum deus Israelis, quod Moab futurus erit ut Sodoma, & filij Ammon ut Gomorrha, reliquiæ urticarum, & fossa salis, uastitasque perpetua. Reliquiæ populi mei diripient eos, & qui reliqui facti sunt in gente mea, hæreditate eos possidebunt. Rependetur hoc eis pro superbia [& insolentia] eorum, quod probra & grandia quædam euomuerunt contra populum DOMINI exercituum. Terribilis DOMINVS contra eos, quoniam attenuauit omnes deos orbis, ut quisque de loco suo eum adorent, omnes insulæ gentium. Et uos quoque Aethiopes interfecti gladio meo illi. Ex-

A — B — C

[a] Alij legũt, terminos suos.

Digitized by Google

tendet manum suam ad Aquilonem, Assur perdet, & Niniuen uastam reddet &
D torridam sicut desertum. Cubabunt † in ea greges, omnes feræ gentium, quin & Isa.34.c
onocrotalus & castor in ornamentis liminum degent: uox canet in fenestra [b] solitudinis, in limine, quoniã cedrum eruet. Hæc est ciuitas exultans, quæ secure habitabat, in corde suo dicens, Ego, & præter me nulla amplius. Quomodo uastata est, [& eo redacta,] ut bestiæ illic accubent. Quicunque eam præterierit, sibilabit, & manu mouebit.

Insultatio & sarcasmos.

b Alij horeb coruũ interpretantur. Cedrus pro laquearibus cedrinis. Ego, subintellige sum.

CAPVT III.

Vituperat Ierusalem & Iudæos ob maxima scelera. Indicat pœnam & gentibus obuenturam. Vaticinatur restitutionem Israelis, & quod cognitio dei, Iudæis in primis, tum & gentibus uulgaris sit futura.

A VAe [ciuitati] rebellanti & contaminatæ, urbi molestanti, uoci [DOMINI] non obtemperauit, disciplinam non recepit, in DOMINO nõ est confisa, neque ad deum suum appropinquat. † Proceres eius sunt in ea leones rugientes, iudices eius lupi uespertini, ossa nõ reliqua faciunt usque mane, prophetæ eius leues ac inconstantes, uirique mendaces, sacerdotes eius prophanarunt sanctum, & uiolenter legem tractant. DOMINVS iustus in medio eius nón facit uanitatem, sed mane mane edit iudicium suum ad lucem, nunquam deest, nec tamen * uanus erubescere nouit. Excidi gentes, desolata sunt palatia eorũ, uastaui plateas eorum, ne sit qui transeat: uenatione captæ sunt urbes eorum, ne sit uir qui
B inhabitet. Dixi, saltem me time, & disciplinam recipe, ne exindatur habitatio eius iuxta omne quod constitui super eam, attamen illi mane surrexerũt, & corruperunt omnia studia sua. Propterea me expectate, dicit DOMINVS, die quo constanter insurgam, quoniam hoc iudicium meum est, ut gentes colligam, & congregem regna, & effundam super ea indignationem meam, & cunctũ æstum furoris mei, quoniam in † igne zeli mei uniuersa terra deuorabitur. Tum enim [a] uertam ad populos labium purum, ut uniuersi ipsi nomen DOMINI inuocent, & uno humero ei seruiant. Vltra flumina Aethiopiæ erunt supplices mei,
C filia dispersorum meorum munus mihi adferent. In die illa non pudefies ab omnibus studijs tuis, quibus perfida in me fuisti, nam tum ex te tollam eos qui in te insolenter exultant, neque tu te ultra efferes in monte sancto meo. Et reliquum faciam in te populum modestum & tenuem, sperabuntque in nomine DOMINI. Reliquiæ Israelis nõ facient iniquum quid, neque loquentur mendacium, nec inuenietur in ore eorum lingua dolosa, sed ipsi pascent & accubabunt, nec erit qui exterreat. Exulta filia Zion, iubila Israel, gaude & gesti ex toto corde filia Ierusalem. Abstulit DOMINVS iudicia tua, auerruncauit hostes tuos, rex Israelis DOMINVS in medio tui est, nec est ut ultra malum metuas. In illa die dicetur
D ipsi Ierusalem, Ne timeas: & ipsi Zioni, Ne remittãt manus tuæ. DOMINVS deus tuus in medio tui fortis seruator, is super te gaudebit in lætitia, tacitusque erit in dilectione sua, & gestiet de te cum iubilo. Abstractos à loco destinato colligam, ex te fuerunt: [b] onus probri quod super te [fuit, auferam.] En ego agam, cum his qui tibi infesti sunt eo tempore, & seruabo claudicantẽ, & eam quæ longius abstracta erat colligam, faciamque eos laudatos & celebres in omni terra in qua pudore affecti sunt. Illo tempore [c] adducam uos, eodemque tempore congregabo uos, quia celebres & laudatos uos reddam in omnibus populis terræ, quum reduxero captiuitatem uestram in oculis uestris, dicit DOMINVS.

Qui sint in causa ut populus sit malus. Ezech.22. Mich.3.d

Amplificat scelera Iudæorum.

* Vanus, scilicet populus Iudaicus.

Mutatio personæ.

Sequitur pœna.

Supra 1.d

a Alij effundam.

Post iudicium læta quædi promittit, & pertinẽt ad uocationẽ gentium.

Propter charitatem omnia dissimulabit.

b A saphti per zeugma ad sequẽs membrum refertur.

c Eb. Ponam uos in laudem & nomen.

Digitized by Google

Haggæus Propheta.

CAPVT I.

Ad extructionem templi proceres adhortatur rationibus & argumentis ab honesto, facili, & utili deductis.

Esd.6.a 
NNO secundo Dareij regis, †in mēse sexto, die primo mē A
sis, factus est sermo DOMINI [a]per Haggæum prophetam,
ad Serubabelē filiū Sealtielis ducem Iuda, & ad Iehosuam fi
liū Iehozadak sacerdotem magnū, in hanc sententiā, Sic ait
DOMINVS exercituū, dicens, Populus iste dicit, Tempus
nondū adest, tempus [uidelicet] ut domus DOMINI reædi
ficetur. Factū ergo est uerbū DOMINI per Haggæum pro
phetam in hanc formam, An tēpus est uobis, ut uos habitetis in domibus uestris
laqueatis, domus autem ista deserta sit? Sic ergo dicit DOMINVS exercituū, [b]Di B
Deut.28.d Mich.6.d ligenter perpendite uias uestras. Seminastis †multum, & parū infertis: comeditis,
sed non ad satietatem: bibitis, sed non ad inebriationem: induimini, ita tamen ut
nemo calefiat: & qui seipsum pro pretio elocat, recipit mercedem in sacculū pertu
sum. Sic dicit DOMINVS exercituum, Ponite cor uestrum super uias uestras.
Ascendite in montem ut afferatis ligna, & ædificetis templum, & gratum erit
mihi, & gloriosus ero, dicit DOMINVS. Respicitis ad multum, & ecce parum; C
quodq; in domū infertis, in illud ego inflo, ob id scilicet, dicit DOMINVS exer-
cituum, quod domus mea adhuc deserta est, uos autem curritis, ut quisq; domum
suam habeat. Idcirco cœli super uos rorem non dant, nec terra prouentum su-
um. Ego quoq; uocaui siccitatem super terram, & super montes, super frumen-
tum & uinum, super oleum, & super uniuersum quod terra profert, super homi-
nem & super iumentum, & super uniuersum laborem manuum. Audiuit au-
tem Serubabel filius Sealtielis, et Iehosua filius Iehozadak sacerdos magnus, atq; D
cunctæ reliquiæ populi, uocem DOMINI dei sui, & uerba Haggæi prophetæ,
quum illum misisset DOMINVS deus eorum, timuitq; populus à facie DOMI-
NI. Et ait Haggæus legatus DOMINI legatione DOMINI ad populū, dicens,
Ego uobiscum sum, dicit DOMINVS. Et excitauit DOMINVS spiritum Seru
babelis filij Sealtielis, principis Iuda, & spiritum Iehosua filij Iehozadak sacerdo
tis magni, atq; spiritum totius reliqui populi, ut uenirent & facerent opus in æde
DOMINI exercituū dei sui, in uicesimoquarto die mensis, in sexto [scilicet men-
se,] anno secundo Dareij regis.

[a] Ebr. Per manū uel in manu.

[b] Ebr. Ponite cor ue strum super uias.

CAPVT II.

Oratio hæc septimo mēse facta est, generis est suasorij ad omnem populū. Exhortatio est, ut in sancto & cœpto opere perseuerent.

SEptimo [mense] uicesimaprima mensis factum est uerbū DOMINI per Hag- A
gæum prophetam hoc modo, Dic ad Serubabelem filium Sealtielis ducē Iu-
da, & ad Iehosuam filiū Iehozadak sacerdotem magnū, & ad reliquum populum
in hanc formam. [a]Quis ex uobis reliquus est, qui uiderit domum illam in magni
ficentia sua priore? Et quid? Vos qui uidetis eam nunc, an non, si ad illam compa
retur, tanquam nihil in oculis uestris? Attamen fortis sis Serubabel, dicit DOMI-
NVS: sis & tu fortis Iehosua filij Iehozadak sacerdos magne, fortisq; sis ô uniuer
se popule terræ, ait DOMINVS, et [b]ædificate, quoniā ego uobiscū sum, dicit DO
MINVS exercituum. Verbum quod excidi uobiscum quū de Aegypto exiretis,

[a] Potest etiam legi indefinite, si quis.

[b] Ebr. Facite.

Digitized by Google

& spiritus meus perseuerabit in medio uestri: nolite timere. Quia sic dicit DO-
B MINVS exercituū, Adhuc semel, idq; breui, ego commouebo cœlos & terrā, ma Heb.12.f
re & cōtinentem. Et commouebo omnes gentes, & ueniet [c] qui desideratur ab
omnibus gentibus, impleboq; domū istam gloria, dicit DOMINVS exercituū.
Meum est argentū, & meum est aurum, dicit DOMINVS exercituū. Maior erit
gloria domus istius posterioris q̄ prioris, dicit DOMINVS exercituū, & dabo pa
cem in loco isto, dicit DOMINVS exercituū. In uicesimaquarta noni, anno se-
cundo Darij factus est sermo DOMINI ad Haggæū prophetam in hunc modū,
Sic dicit DOMINVS exercituū, Interroga quæso sacerdotes legem, dicens, Si por
tauerit quispiā carnē sanctam in ala uestimenti sui, & tetigerit ala sua panem, aut
coctum quid, aut uinū, aut oleum, aut quencūq; cibum, num sanctificabitur? Et
C responderunt sacerdotes, atq; dixerunt, Non. Et ait Haggæus, Si mortuo pollu
tus ista omnia tetigerit, num polluetur? Respondentes sacerdotes, dixerunt, Pol
luetur. Et respōdit Haggæus, & ait, Sic est populus iste, & sic gens ista corā me,
dicit DOMINVS, & sic est omne opus manuū eorū, & quidquid attulerint huc,
immundum est. Nunc igitur [d] apponite cor uestrū ab hoc die in superiora tem
pora, quum opus ædis dominici adhuc nondum cōtinuari cœptum esset, quum
ipsi uenirent ad aceruū uiginti [satorū,] decem erant: & quū ueniret [quispiam]
in torcular quinquaginta urnas, erant uiginti. Percussi † uos carbunculo, & ro Exod.10.
bigine & grandine omne opus manuū uestrarū, nec tamen [e] uobiscum, quod me 9.e
D [attinet,] dicit DOMINVS. Applicate quæso cor uestrum à die hoc in posterū,
à die nempe uigesimaquarta noni, ab ea die qua fundatū est templum DOMINI
applicate cor uestrū. Num adhuc est semen in folliculo? nū adhuc uitis & ficul-
nea, malum punicum, & arbor oleæ nihil tulit? ab hoc die fœcunda reddam. Fa
ctumq; est uerbū DOMINI secundò ad Haggæum uigesimaquarta mensis, di-
cens, Loquere ad Serubabelem principem Iuda in hanc sententiam, Ego com-
moueo cœlos & terram. Et subuertam solium regnorū, & eneruabo robur re-
gnorum gentilium, subuertamq; currum & uectores eius, & descendent equi &
equites eorum, quisq; gladio fratris sui. In die illa dicit DOMINVS exercituū, Eccli 49.c
Assumam te ô Serubabel fili Sealtielis serue meus, dicit DOMINVS, & ponam
te ut annulum signatorium, quia te elegi, dicit DOMINVS exercituum.

[c] Ebr. Venient desyderium.

[d] Ebr. Ponite cor uestrum ab hoc die & ultra, quum adhuc non est positus lapis super lapidem in palatio domini.

[e] Aliter, & non fuit ex uobis qui ad me reuerteretur.

Zacharias propheta.

CAPVT I.

Monet ut uitam emendent, à sceleribus desistant, ni uelint, ut patres eorum, perire.

A 
IN mense octauo anno secundo Darij factus est sermo DO
MINI ad Zachariam filium Berechiæ filij Iddo, prophe-
tam in hanc formam, Iracundia iratus est DOMINVS pa-
tribus uestris, dicesq; ad eos, Sic dicit DOMINVS exerci- Malac.3.a
tuum, Reuertimini † ad me, dicit DOMINVS exercituū, Esa.21.c
reuertarq; ad uos, dixit DOMINVS exercituum. Ne sitis 31.c 45.d
sicut patres uestri, ad quos * prophetæ priores clamauerūt, Ierem.3.c
dicētes, Sic ait DOMINVS exercituū, Conuertimini nūc de uijs uestris malis, & Ezec 18.g
de studijs uestris prauis, at non audierūt, neq; me attenderunt, dicit DOMINVS. 20.a.33.c
Patres Osee.14.a
Ioel 2.c

Digitized by Google

Patres uestri ubi nam sunt? Et prophetæ num perpetuò uiuent? Attamen uer- B
ba mea & statuta mea, quæ præcepi seruis meis prophetis, an non patres uestros apprehenderūt? Ipsiq; conuersi dixerunt, Quemadmodum DOMINVS exercituum statuit nobis facere secundū uias nostras, & secundum studia nostra, sic fecit nobis. Vicesimaquarta die undecimi mensis, is est mensis Sebat, anno secundo Darij, [a] factus est sermo DOMINI ad Zachariā filium Berechiæ filij Iddo prophetam in hunc modum, Vidi nocte, & en uir insidebat equo rufo, stabatq; inter myrtera quæ in profundo erant: post illum uero equi [stabant] rufi, [b] uarij coloris, & albi. Dixi autem, Qui sunt illi domine mi? Dixitq; ad me angelus qui mecum loquebatur, Ego ostendam tibi qui sint illi. Respondit ergo uir ille qui inter myrtera stabat, dixitq;, Hi sunt quos DOMINVS misit, ut perambulent terram. Responderunt autem angelo DOMINI stanti inter myrtera, & dixerunt, C
Perambulauimus terrā, & en uniuersa terra sedet & tranquilla est. Angelus autem DOMINI respondit, dicens, DOMINE exercituum, Quousq; tu non misereberis Ierusalem & urbium Iuda quibus tu succenses, is iam est annus septuagesimus? Et respondit DOMINVS angelo qui mecum loquebatur bona uerba, & sermones consolatorios. Dixitq; ad me angelus mecum loquens, † Clama, & dic, Sic ait DOMINVS exercituum, Ingens est amor meus erga Ierusalem & Zionem, rursus uehementer iratus sum gentibus opulentis & securis, quod ego parum indignatus sum, illi autem ad malū auxiliati sunt. Idcirco sic dicit DOMINVS, Conuersus ad Ierusalem in intimis uisceribus, ædes mea ædificabitur D
in ea, dicit DOMINVS exercituum, & regula extendetur ad Ierusalem. Adhuc ultra clama, dicens, Sic dicit DOMINVS exercituum, Adhuc redundabunt ciuitates meæ præ felicitate, & consolabitur adhuc DOMINVS Zionem, & adhuc eliget Ierusalem. Sustuli autem oculos meos & uidi, & ecce quatuor cornua. Dixitq; ad angelum qui mecū loquebatur, Quid sunt hæc? Et dixit ad me, Cornua sunt quæ disperserunt Iuda, Israelem & Ierusalem. Ostendit autem mihi DOMINVS quatuor fabros [lignarios.] Dixitq;, Quid illi facturi ueniūt? Respondit, dicens, Ista sunt cornua quæ disperserunt Iudam, ut nullus attollere caput suum [ausus] sit, ueneruntq; isti ad terrendum eos, ad deijciendū cornua gentium, quæ [b] sustulerunt cornu super terram Iuda, disperdendo eam. CAP. II.

Visionibus ostenditur Ierusalem esse reædificandam amplificandamq;. Admonentur resides in Babylone, ut in patriam læti redeant.

SVstuli autem oculos meos, uidiq;, & ecce uir quidam in cuius manu funicu- A
lus mensorius, dixiq;, Quo tu uadis? Qui respondit mihi, Vt dimetiar Ierusalem, & uideam quanta sit latitudo eius, & quāta eius longitudo. Ecce autem angelus qui mecum loquebatur egressus est, & alius angelus ei obuiam egrediebatur. Dixitq; ad eum, Curre & loquere ad iuuenem istum, dicens, Vicatim ha- B
bitabitur Hierosolyma præ hominū & iumentorū, qui in ea erunt, multitudine. Ego quoq; ero ei, dicit DOMINVS, murus igneus circunquaq;, eroq; gloria in medio eius. Heus heus, fugite de terra Aquilonis, dicit DOMINVS, quia ad quatuor uētos cœli disieci uos, dicit DOMINVS. Seruare ô Zion, quæ habitas [apud] filiam Babylonis. Quoniā sic dixit DOMINVS exercituū, Propter glo- C
riam misit me ad gentes, quæ uos spoliant: qui enim uos tangit, pupillam oculi eius tangit. Ecce enim ego agito manū meam super eos, patebuntq; prædæ his quos seruitute presserunt, scietisq; quod DOMINVS exercituū me miserit. Iubila & gaude filia Zion, en enim ipse uenio, & in te habitabo, dicit DOMINVS. Adiungentur deniq; gentes multæ ad DOMINVM in illa die, eruntq; mihi po- D
pulus, in medio autem tui habitabo, sciesq; DOMINVM exercituū me ad te misisse. Et hæreditate possidebit DOMINVS Iudam, nempe partem suam, in terra

[a] Hoc est, egit dominus quiddā cum Zacharia, noluit mutare loquutionem.
[b] Quidam legūt, sparsos.

† Isa 9. a

Regula extenditur in demoliēdo & ædificando, hic in bonam partem intelligitur, hoc est, Ierusalē rursus ædificabitur.

[b] In altum attollere cornu, est ferocē esse & proFternere.

Digitized by Google

sancta, & rursum eliget Ierusalem. Conticesce omnis caro à conspectu DOMINI, quoniam de domicilio sanctitatis suæ excitatus est.

CAPVT III.

Aliud uisum, quo mysteria Christi deumbrantur.

A OStendit autem mihi Iehosuam sacerdotem magnū, stantem coram angelo DOMINI, stabatq; aduersarius ad dexteram eius, ut ei aduersaretur. Dixit ergo DOMINVS ad aduersarium, Increpet te DOMINVS, ô satan, increpet inquam te DOMINVS, qui elegit Ierusalem. An non iste torris est ex igne erutus? Iehosua autē indutus erat uestimentis sordidis, stabatq; coram angelo. Et
B respondens, dixit ad eos qui stabant coram se, dicens, Auferte ab eo uestes sordidas. Ad eum uero dixit, En transtuli à te iniquitatem tuam, & induo te uestibus immutatis. Tum [a] dixi, Ponant tiaram mundam super caput eius. Et imposuerunt tiaram mundā capiti eius, uestibusq; eum induerunt, stabatq; angelus DO-
C MINI. Et contestatus est angelus DOMINI Iehosuam, dicēs, Sic dixit DOMINVS exercituum, Si in uijs meis ambulaueris, & si obseruationem meam obseruaueris, tu quoq; domū meam [b] iudicabis, & præterea custodies atria mea, tibiq; inter istos stantes trāsitus dabo. Audi quæso Iehosua sacerdos magne, tu & proximi tui qui ante te sedent, quoniā [c] uiri sunt qui aliquid portendunt. En enim
D ego †adduco seruum meū germen. En enim lapis quem posui ante Iehosuam, super lapidem unum septem sunt oculi, en ego cælo quod in eo cælatum est, ait DOMINVS exercituū, & auferam iniquitatem terræ illius uno die. In die illa, dicit DOMINVS exercituum, quisq; proximum suum subter uitem & subter ficum uocabit.

a Hoc scilicet erat uotum meum.

b Iudex pro præside, administratore, gubernatore.

c Ebr. Viri portenti.

Luc. 1.

CAPVT IIII.

Templum esse reædificandum, nō ui humana sed ope diuina, hostes humiliandos, adumbrantur mysteria Christi & ecclesiæ.

A REuersus est autem angelus qui mecum loquebatur, & excitauit me, ut solet quis de somno suo excitari, dixitq; ad me, Quid tu uides? Ego autem dixi, Vidi, & en candelabrum totum aureum, in summitate sua habens discum rotundum, septemq; lucernæ eius erant ad illud, septena transfusoria lucernis quæ erant in summitate ipsius. Duæ quoq; oleæ iuxta ipsum, alterum à dextra disci,
B alterum à læua eius. Tum respondi & dixi ad angelum loquentem mecum, in hanc sententiam, Mi domine, qui isti? Respondit angelus loquens mecum & dixit ad me, Num nosti qui sint isti? Et dixi, Non domine mi. Responditq; & dixit ad me, dicēs, Hoc negotium DOMINI est ad Zerubabelem, nempe hoc, Non per exercitum, neq; per uim, sed per spiritum meum, dicit DOMINVS
C exercituum. Quis tu mons magne coram Zerubabele? ad campū planum [redigeris.] Proferet autem lapidem capitis eius, [eruntq;] plausus ac [a] gratulationes ei. Factumq; est uerbum DOMINI ad me, dicens, Manus Zerubabelis fundarunt domum istam, manusq; eius eam perficient, & scies q; DOMINVS exercituum misit me ad uos. Etenim qui [b] parua initia contempserant, gaudebunt,
D uidebūtq; [c] perpendiculū in manu Zerubabelis. Hi sunt septem oculi DOMINI qui peruagantur totam terram. Respondi autem, & dixi ad eum, Quid sibi uolunt duæ oleæ istæ ad dexterā candelabri & ad læuam eius? Respondi secundo, & dixi ad eum, Quid sibi uolunt duo isti coni olearum qui sunt ad latus rostrorum aureorum exonerantium à se [d] aurum? Et dixit ad me, An non nosti quid ista sibi uelint? Et dixi, Non domine mi. Tum dixit, Isti sunt [e] duo filij olei, qui stant iuxta dominatorem uniuersæ terræ.

a Ebr. Strepitus, gratia gratia ei.

b Ebr. Despexit ad diem paruitatum.

c Eb. Lapidē plūbi.

d Aurū pro oleo purissimo ponitur.

e Filij olei dicuntur more Ebræo, pro his qui oleū ferre destinati sunt.

CAPVT V.

Ostenditur uisione quadam pernicies quæ ex impia doctrina nascitur, causa effectus & finis eiusdem graphice depingitur.

A COnuersus aūt sustuli oculos meos, uidiq;, & ecce uolumen uolans. Dixitq; ad me, Quid uides tu? Respōdi, Volumen uolans ego uideo, cuius longitudo

Digitized by Google

tudo habet cubitos uiginti, latitudo autē eius cubitos decem. Et dixit ad me, Hæc est execratio, quæ exit super faciē totius terræ, quia omnis qui furat, ab [a]eo quemadmodum ipsum est, absoluitur: et quisquis peierat, ab eo quemadmodum ipsum est, absoluitur. Eieci autem ipsam, dicit DOMINVS exercituum, ut ueniat ad do B
mum furis, & ad domus eius qui per nomen meum mendaciter iurat, commorabiturq́ in domo eius, et conficiet eam, cum ligna eius, tum lapides eius. Egressus est autem angelus qui loquebatur mecum, dixitq́ ad me, Attolle oculos tuos, et uide quid sit illud quod egreditur. Tum dixi, Quid est? Dixitq́, Epha est quod egre C
ditur: & addidit, Hoc oculus eorum in uniuersa terra. Et en massa plumbea ferebatur, & hæc mulier una sedens in medio ipsius Epha. Et ait, Hæc est impietas, & abiecit eam in Epha: deinde abiecit massam plumbeam super os [b]ipsius. Quumq́ sustulissem oculos meos, uidi, & ecce duæ mulieres prodibāt, uentusq́ erat in alis D
earum, erantq́ eis alæ quemadmodū sunt alæ ciconiarum, quæ Epha in altum inter cœlum & terram sustulerunt. Dixi ergo ad angelū mecum loquentem, Quò ferunt istæ Epha? Dixitq́ ad me, Vt extruant ei domum in terra Sennaar, ubi præparabitur & collocabitur super basi sua.

a Ab eo, scilicet facto suo, furto siue periurio.

b Ipsius, subintellige Epha.

CAPVT VI.

Aliud uisū n quo animantur Iudæi, ut in extructione tēpli pergant ac constantes sint; præmiaq; illis proponuntur, qui fidelem nauant operam.

Conuersus sustuli oculos meos, & uidi, & ecce quatuor quadrigæ exibant A
inter duos montes, qui montes ærei erant. In quadriga prima erant equi rufi, in secunda quadriga equi nigri, in tertia quadriga equi albi, & in quarta quadriga equi maculis uariegati fortes. Respondi autem, et dixi ad angelum qui mecum loquebatur, Qui sunt illi mi domine? Respondens angelus, dixit ad me, Istæ sunt quatuor uenti cœli, egredientes de loco ubi steterunt coram dominatore totius terræ. Ea in qua sunt equi nigri, egrediuntur ad terram aquilonarem, al B
bi uero eos insequuntur, maculosi uero exeunt ad terram australem. Porrò fortes egrediuntur & contendunt perambulare terram. Dixitq́, Ite & perambulate terram. Et clamauit ad me, loquutusq́ ad me, dixit, En isti qui egrediuntur ad terram aquilonarem tranquillarunt spiritum meum in terra aquilonari. Factumq́ est ad me uerbum DOMINI, dicens, Accipe ex captiuis, nempe de Hel C
dai, & de Tobia, atq́ à Iedaia, & uenies in die illa, ingredierisq́ domum Iosiæ filij Zephoniæ qui uenerunt è Babylone. Et capies argentum & aurum, faciesq́ coronas, & impones capiti Iehosuæ filij Iozedek sacerdotis magni, loquerisq́ ad eum in hāc formam, Sic dixit DOMINVS exercituum, dicens, Ecce uir cuius no
1.g. men [a]Zæma sub se germinabit, te ædificabit templum DOMINI, [Ipse inquam] ædificabit templum DOMINI, Ipseq́ feret magnificentiam, sedebit & dominabitur in solio suo, eritq́ sacerdos in solio suo, consiliumq́ pacis erit inter utrosq́. Coronæ autem erunt in templo DOMINI ad monimentum ipsi Helem, Tobię, & Iedaiæ & Hen filio Zephoniæ. Remoti quoq́ uenient & extruent in æde DOMINI, & cognoscetis quod DOMINVS exercituum misit me ad uos, idq́ erit si diligenter uocem DOMINI dei uestri audieritis.

a Zæma germen.

CAP. VII.

Duo ista capita sequentia cohærent, continent quæstionem de religione, & propheticum responsum.

Factumq́ est quarto anno Darij regis, factum inquam est uerbum DOMINI A
ad Zachariam, quarto [die] mensis noni, is est Cisleu. Etenim [[a]populus] miserat in [b]domum dei Saræzer, & Regemelech, & uiros eius, ut precarentur faciem DOMINI, dicerentq́ sacerdotibus qui erant in æde DOMINI exercituū, atq́ ad prophetas huiusmodi mandatis, Num flebo in mense quinto? Num religiose abstinebo, quemadmodum iam annis aliquot feci? Factum est ergo uerbum DOMINI exercituum ad me, dicens, Dic ad cunctum populū terræ, & ad sacerdotes B

a Populus adhuc in Babylone residens.

b Alij legūt Bethel.

Digitized by Google

in hanc sententiā, Quando ieiunabatis & plangebatis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, num ieiunando mihi ieiunastis? Porrò quū comeditis & bibitis, an non uobis comeditis, & uobis bibitis? An non hæc uerba sunt quæ clamauit DOMINVS per prophetas priores, quū Ierusalem adhuc habitaretur, & incolumis existeret, ciuitatesq; eius circum eam, quū scilicet australia & campe- Esa. 58
C stria loca adhuc inhabitarentur? Factus est ergo sermo DOMINI ad Zachariā in hanc sententiam, Sic ait DOMINVS exercituum, ut dicat, Iudicate iudicium ueritatis, & benefici ac misericordes estote quisq; erga fratrem suum, uiduam † & pupillū, peregrinū & pauperem ne per uim opprimatis, quin ne malum quidem quisq; in cordibus uestris contra fratrē suum cogitetis. At noluerunt attendere, obuertentes humerum rebellem, auresq; suas hebetarunt ne audirent, cor suum Hæc est ra religi Exod. 2 Esa. 1. f Ierem. 6.
D adamantinū fecerunt, ne legē audirent, & uerba quæ miserat DOMINVS exercituum in spiritu suo ministerio prophetarū priorum, hinc ingens ira à DOMINO exercituū [desæuijt.] Et euenit, ut quemadmodum ipse clamauerat, illi q; non audierūt, sic iam clament, nec eos exaudiam, dicit DOMINVS exercituum. Quin eos proturbem in omnes gentes, quas non nouerunt, terraq; post eos desolata sit, ut non sit qui uel pertranseat, uel conuersetur, ipsiq; terram exoptatissimam, uastam ac desolatam reddiderunt.

CAPVT VIII.

Describitur felicitas ecclesiæ, si modo uoci domini obtemperauerimus.

A RVrsus factum est uerbum DOMINI exercituū in hanc sententiam, Sic dicit DOMINVS exercituū, Ingēs studiū habeo erga Zionem, ingentiq; ardore erga ipsum inflammatus sum. Sic dicit DOMINVS, redij cum Zione [in gratiam,] habitaboq; in medio Ierusalem, ut Ierusalē uocetur ciuitas fida: & mons DOMINI exercituū, mons sanctus. Sic dixit DOMINVS exercituū, Adhuc senes & anus in plateis Ierusalem habitabūt, quin & decrepiti qui baculo præ multitudine dierum manu sua innituntur. Ad hæc plateæ urbis plenæ erunt pueris & puellis, ludentibus in plateis eius. Sic dicit DOMINVS exercituum, Etiamsi id reliquo huic populo, qui hoc tempore [uiuit] difficile uidetur, num ob id mihi quoq; difficile uidebitur? dicit DOMINVS exercituum. Sic dixit DOMINVS
B exercituum, En ego adseram populum meum de terra orientali, & de terra occasus solis, & adducā eos, ut habitent in ipsa Ierusalem, ipsiq; erunt mihi populus, ego autem ero eis deus, in ueritate & iustitia. Sic dicit DOMINVS exercituū, Roborentur manus uestræ, qui auditis in diebus istis uerba ista ex ore prophetarum, qui fuerunt ab eo die quo iacta sunt fundamenta ædis DOMINI exercituum, & quo templum ædificari cœpit. Quoniam ante dies istos merces hominis ac merces iumentorum nulla fuit, deinde neq; pax erat ingredienti & egredienti, idq; propter hostem, nam ego cōmisi omnes homines unumquenq; cum altero. Nunc uero iuxta priora tēpora cum reliquijs huius populi nō [agam,] dicit DOMINVS exercituū. Quin potius semen [plenum atq;] perfectū [erit,] uitis proferet fructum suum, & terra dabit prouentum suum, sed & cœli dabunt rorem suum: efficiamq; ego, ut reliquiæ huius populi omnia ista hęreditate pos- Refrica hortati & pro onem H gæi.
C sideant. Fiet quoq; hoc, quemadmodum uos domus Iuda & domus Israel, execratio fuistis inter gentes, ita seruabo uos, ut sitis benedictio: ne timeatis, quin potius manus uestræ corroborentur. Quoniam sic dicit DOMINVS exercituum, Quemadmodū proposui uos adfligere, cum ad iracundiā me patres uestri prouocassent, dicit DOMINVS exercituū, neq; me pœnituit, ita rursus hoc tempore decreui benefacere Ierusalē & domui Iuda: ne timueritis. Hæc uero sunt quæ facietis, loquimini quisq; cum proximo suo ueritatem, et iudicium pacis iudicate in portis uestris, ut ne malum uel cogitetis quisq; aduersus proximū suum, & iuramentum falsum ne diligatis, quoniam omnia ista sunt quæ odio habeo, dicit Hæc sunt opera u religion Fides c tur in d & facti

DOM

Digitized by Google

DOMINVS. Et factus est sermo DOMINI exercituum ad me in hanc senten
tiam, Sic dicit DOMINVS exercituum, Ieiunium [b]quarti, ieiunium quinti, ieiu- D b Sub. mensis.
nium septimi, & ieiunium decimi, uertetur domui Iuda in gaudium & lætitiam,
& in statas ferias iucundas, pacem igitur & ueritatem diligite. Sic dicit DOMI-
NVS exercituum, Erit adhuc ut populi & multarum ciuitatum habitatores ue-
niant, eatq; ciuis [c]unius ad aliam, dicens, Agite eamus supplicatum faciem DO- c Sub. ciuitatis.
MINI, & inquisitum DOMINVM exercituum, uadam & ego. Ad hæc populi
multi & gentes robustæ ibunt, quæsituræ DOMINVM exercituū, in Ierusalem,
supplicaturæ quoq; faciem DOMINI. Sic dicit DOMINVS exercituum, Fiet
& hoc in diebus illis, ut apprehendant deni uiri ex omnibus linguis gentiū, ap-
prehendant inquam alam alicuius Iudæi, cum huiusmodi sermone, Ibimus uo- Alatæ tum erant
biscum, quia audiuimus deum esse uobiscum. CAP. IX. uestes.

Continens hinc ad finem usq; sermo est de regno Christi: ostenditur quomodo gentes subiugandæ sub imperium Christi.

ONus uerbi DOMINI in terra Hadrach & Damasco [a]demittet se, quoniā A Onus dicitur pro-
ad DOMINVM oculus hominis, & omniū tribuum Israelis [dirigetur.] pter grauitatem &
Sed & Hamath terminus eius erit, Tyrus & Sidon, quantūuis sapiens. Aedifica- uim uerbi dei.
uit munitionē sibi Tyrus, & congeret argentū ut puluerem, & [aurum] putū pu a Aliter, requies
tum ut lutum platearū. Ecce dominus possidebit eam, & percutiet in mari exerci eius: uel, requies
tum eius, ipsa uero igne absumetur. Videbit Askalon, & timebit, & Gasa uehe eius.
menter dolebit, & Accaron, quoniā pudefacta est à respiciendo. Peribit quoq;
rex Gasa, & Askalon non inhabitabitur. Habitabit quoq; nothus in Asoto, & B
exterminabo superbiam Palestinorum. Auferam deinde sanguinem eius ab ore
eius, & abominationes è dentibus eius, residuū uero erit dei nostri, eritq; ut dux
in Iuda, & Akaron ut Iebusæus. Et circundabo castrū domui meæ contra transe-
untem & redeuntē ab exercitu, neq; transibit ultra per eam exactor, quia nunc ui
Ies. 62. d di oculis meis. Exulta uehementer filia Zion, iubila filia Ierusalē, en rex †tuus
Matth. 21. a ueniet tibi, iustus & seruator ipse, mitis, uehens super asino & pullo asinarū. Ex- C
cindamq; currus ex Ephraim, & equos ex Ierusalē: excindeturq; arcus bellicus, lo
quetur pacem gentibus, & imperiū eius [pertinget] à mari ad mare, & à fluuio
usq; ad fines terræ. Et tu in sanguine fœderis tui, dimisi uinctos tuos de lacu in q̄
non est aqua. Reuertimini ad munitionē uos uincti qui spem habuistis, quin &
hodie annuncio q; duplicia sim tibi redditurus. Quoniā tetendi mihi Iudā uelu
ti arcū: Ephraim imposui, & excitaui filios tuos, ô Zion, contra filios tuos, ô Græ
cia, ponamq; te ueluti gladiū herois. Et DOMINVS [b]super eos apparebit, egre D b Potest etiam legi,
dieturq; ut fulgur sagitta eius, DOMINVS deus buccina concinet, ibitq; in tēpe cum eis.
statibus Austri. DOMINVS exercituum proteget eos, ut deuorent & subigāt la
pides fundæ: bibēt insuper & frement, ut qui uino [exhilarantur,] redūdabuntq;
ut phiola sparsoria, & ut cornua aræ. Et seruabit eos DOMINVS deus illorū in
die illa quasi oues populū suum, quia ut lapides consecrati in sublime ferētur su
per terram eius. Quanta enim bonitas eius? & quāta pulchritudo eius? Frumen-
tum iuuenes, & uinum uirgines succulentas & [c]uegetas reddet. CAP. X. c Ienobib per zeu-
gma repeti debet.

Sub allegoria felicitatem & ubertatem ecclesiæ indicat, ostendit unde sit, & unde petenda.

POstulate à DOMINO pluuiā serotino tempore, edetq; DOMINVS emica A
tiones, & imbrem uberem dabit eis, cuiq; herbā in agro. Etenim idola uana
loquuta sunt, & diuini mendaciū uiderūt, somnia inania loquuti sunt, & frustra
consolantur. Idcirco emigrarunt ut oues, & adflicti sunt ut quæ pastorem non
habent. Contra pastores nasus meus incanduit, uisitaboq; hircos, quoniam uisi-
tauit DOMINVS exercituum gregem suum, [nempe] domū Iuda, & posuit eos

Digitized by Google

B ut equum gloriæ suæ in bello. Ex ipso est angulus, ex ipso clauus, ex ipso arcus
bellicus, ex ipso denique exibit pariter omnis exactor. Erunt ut robusti milites qui
in prælio ut lutum platearum conculcant, & bellum gerēt, quoniā DOMINVS
adest eis, ut pudefiant qui equos inscendunt. Corroborabo ego domum Iuda, &
domū Ioseph seruabo, & reuersos collocabo, quoniam miseret me eorū, eruntque
C ac si nunquam eos repulissem, quia ego DOMINVS deus eorum, qui eos exau
diam. Ephraim ut heros erit, lætabitur cor eorum ut eius qui uino [exhilaratur,]
quod uidebunt filij eorum, simulque gaudebunt, & exultabit cor eorum in DO-
MINO. Sibilabo eis, & congregabo eos, quandoquidem redemi eos, [a] & in im-
mensum augescent. Seminabo quoque eos in populis, & in longinquis mei recor
D dabuntur, uiuentque cum filijs & reuertentur. Et reducam eos de terra Aegypti,
atque de Assur eos congregabo, ad terrā Gilead & ad Libanum eos adducam, nec
satis [spatij] inuenietur eis. Et transibit per mare angustum, in freto fluctus per-
cutiet, & exarescent omnes profunditates fluminis, deijcietur fastus Assyrij, sce-
ptrūque Aegyptij recedet. In DOMINO eos corroborabo, & in nomine eius am
bulabunt, dicit DOMINVS.

[a] Ebr. Et multi erūt ut multi fuerunt.

CAP. XI.

Repudium gentis Iudaicæ ob contemptum Christum describitur.

A Aperi Libane portas tuas, ut ignis cedros tuas deuoret. Vlula abies, quoniā
cecidit cedrus, hoc est, magnifici uastati sunt: ululate quercus in Basanitide,
quoniam sylua cædua prostrata est. Vox ululatus [a] pastorum, quoniam deuasta-
ta magnificentia ipsorū: uox rugitus leonum, quoniam uastatus est fastus Iorda
nis. Sic dixit DOMINVS deus meus, Pasce oues mactationi [destinatas,] quæ eas
possident, occidunt eas, nec se culpæ obnoxios putāt: & qui uendit eas, dicit, Lau
dandus DOMINVS, ditatus sum, nec parcunt eis qui eas pascunt. Vnde & ego
non parcā ultra habitatoribus terræ, dicit DOMINVS, quia en ego trado homi-
B nes, quenque in manū proximi sui, & in manū regis sui, terrā conterent, nec eruam
de manu eorum. Ego paui oues mactationi [destinatas,] adeoque pauperes gre
gis, & adsumpsi mihi duas uirgas, alterā uocaui Noam, alterā uero uocaui Hob
lim, & paui oues. Præterea uno mēse tres pastores sustuli, animusque meus eos de
testatus est, quandoquidē eorum animus me detestatus est. Tum dixi, Non pa- Iere. 15. a
scam uos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: quæ reliquæ ma
nent, deuorat quæque carnē alterius. Tuli deinde baculū meum Noam, & confre
C gi eum, ut irritū fieret fœdus meum quod pepigeram cum omnibus populis, irri
tumque factum est eodem die, hacque ratione humiles gregis (qui me obseruant)
agnouerunt, quod uerbum DOMINI fuerit hoc. Et dixi ad eos, Si uobis uidetur, ce
dite mercedem meam: sin minus, omittite: appenderunt igitur mercedē meam tri
ginta, nempe *argēteos. Aitque DOMINVS ad me, Abijce hoc ad figulū, magni-
ficum illud, [uidelicet] pretiū quo licui ab eis. Tuli itaque triginta argenteos, &
abieci †ad figulū in domo DOMINI. Deinde confregi & alterum meum bacu Matt. 27
D lum, nempe Hoblim, ut irrita fieret fraterna unitas inter Iudā & Israelem. Et di-
xit DOMINVS ad me, Adhuc sume tibi arma stolidi pastoris, quoniā ecce ego
excito pastorē in terra, qui [gregem] concisum non inuiset, nec stolidā [ouem] re
quiret, sauciam nō sanabit, stantem [& firmā] non pascet [neque fulciet,] carnem
quoque pinguioris edet, & ungulas eius diffindet. Væ pastori idolo, qui gregem
deserit, gladius [imminebit] brachio eius, & oculo eius dextero, brachiū eius pla
nè exarescet, & oculus eius dexter omnino hebescet.

[b] Subauditur, audita est, uel sit.

Noam iucunditas, Hoblim uastatores.

*Sub. nummos, denarios, uel siclos.

CAP. XII.

Describuntur conatus hostis contra ecclesiam & regnum Christi.

A Onus uerbi DOMINI super Israelē, dicit DOMINVS, qui extēdit cœlos,
fundat terrā & spiritū hominis in medio eius fingit. Ecce ego pono Ieru
salem, ut sit calix [a] cōmouens omnes populos circunquaque, quin & in Iuda erunt
qui

[a] Quidam legūt, calix soporis, uel soporis: quidā stuporis, alij tumultus.

Digitized by Google

qui obsideant Ierusalē. Eritq; illo die, ut ponā Ierusalem ceu lapidem [b]grauem, omnibus populis: quicunq; eum sustollere conātur, omnino lacerabuntur, congregabunturq; contra eum omnes gentes terræ. In die illa (dicit DOMINVS,) Percutiā omnem equum stupore: & eum qui ei insidet uesania, super domum Iuda aūt oculos meos aperiam, omnemq; equum populorū feriam cæcitate. Tum duces Iuda in corde suo dicent, Corrobora mihi habitatores Ierusalē in DOMINO exercituū deo suo. Die illo ponā duces Iuda ut lebetem inter ligna ardentia, & ut facem ignis ardentē in aceruo manipulorū, & deuorabunt à dextra & à leua omnes populos circūquaq;, consistetq; Ierusalē adhuc in loco suo in Ierusalem. Et seruabit DOMINVS tentoria Iuda ut retro tēporibus, ne glorietur decus domus Dauidis, & gloria inhabitātis Ierusalem contra Iudā. Die illo DOMINVS defendet pro habitatore Ierusalem, eritq; is qui impegit inter eos eo die quasi Dauid, & domus Dauidis ut dij, [&] tanq̄ angelus DOMINI ante eos. Id quoq; illo die fiet, Dabo operā ut omnes gentes quæ contra Ierusalē ueniūt, pessum eant. Et effundā super domū Dauidis, & super habitatores Ierusalē spiritum gratiæ & [c]beneficentiæ, ut †aspiciant ad me, eum uidelicet quem transfixerūt, plangentq; super eo, ut solet super unice dilecto: acerbe & amare habebūt, ut solet quis super primogenito. In die illa erit luctus magnus in Ierusalē tanq̄ luctus Hadadrimon in campo Megiddon. Et †lugebit terra, quælibet familia seorsim. Familia Dauidis seorsim, & uxores eorū seorsim: cognatio domus Nathan seorsim, & uxores eorum seorsim: familia domus Leui seorsim, & uxores eorū seorsim: familia Semei seorsim, & uxores eorum seorsim. Omnes deniq; familiæ quæ reliquæ sunt, quæq; seorsim, & eorum uxores seorsim.

Dei precibus, ut robur suppeditet militibus suis.

b Onerosum, uel ponderis.

Io. 19. g

c Vel, benignitatis.

Par. 35. d

CAP. XIII.

Describitur fructus paßionis Christi.

IN die illa uena aperietur domui Dauidis, & habitatoribus Ierusalē, ad [expiandum] peccatū & menstruam immūditiam. Eritq; die †illo (dicit DOMINVS exercituum,) excindā nomina idolorum è terra, ne eorum ultra mentio fiat: tum & prophetas, & spiritū immundum è terra expellam. Et tum id quoq; fiet, si quispiam ultra uaticinatus fuerit, dicēt ad eum pater eius & mater eius qui genuerūt eum, Nequaq̄ uiues, quandoquidem mendacium in nomine DOMINI loquutus es, quin cōfodient eum pater eius & mater eius genitores eius, eo q; uaticinatus est. Eo quoq; tempore prophetæ, quisq; à sua uisione quā uaticinio suo prodidit, pudefient, nec chlamydē uillosam, ut fallant induent: quin potius dicet, Non sum propheta, sed agricola sum, ut quem Adam ab adolescentia mea instituit, ut possessiones colerem. [a]Tum dicet ad eum, Quid ergo sibi uolūt plagæ illæ intra manus tuas? Dicetq;, In domo eorum qui me diligunt, percussus sum. Excitare ô gladie super †pastorem meum, & super uirū coæqualē mihi, dicit DOMINVS exercituum, percute pastorem, dispergenturq; oues, reducam aūt manum meam super paruulos. Eritq; in omni terra, dicit DOMINVS, ut partes duæ in ea excindantur & deficiant, tertia aūt in ea reliqua fiat. Et hanc tertiā in ignem ducam, & excoquam eos ut argentum excoquitur, probaboq; eos ut aurum probari solet: [b]ipsa inuocabit nomen meum, & ego exaudiam eam: dixi populus meus hic, & ipse dicet, DOMINVS deus meus.

...ec. 30. d

...e pseudoprophetis ...tellige.

...e falsis ...ophetis ...quitur.

a Quispiam uidelicet.

...att. 26. c ...arc. 14. c

b Scilicet tertia hæc pars.

CAP. XIIII.

Describitur pugna hostium contra ecclesiam, & eorum pœna designatur.

ECce dies DOMINO uenit, & spolia tua in medio tui diuidentur. Congregabo omnes gentes contra Ierusalē in præliū: urbs capietur, domus diripientur, & matronæ uiolabūtur. Pars urbis media in exiliū egredietur, reliquū autem ex populo non excindetur ex urbe. Et egredietur DOMINVS, & cōtra gentes illas pugnabit, ut tempore belli belligerauit. Illa die stabunt pedes eius in monte olearū, qui est in prospectu Ierusalem ad Orientem, diffindeturq; mons olearum

Digitized by Google

Quadrifidus erit mons.
Describit per hyperbolam iram domini aduentantis, nihilq; tutum fore impijs.
*Azal etiā axillam aut superciliū montis uerti potest.
a Persona potest mutari, ut dicatur, cum eo.
b Alij legunt, raritates & constrictio.

medius uersus Orientem & Occidentē, [ut sit] uallis maxima: dimidium deinde
montis deflectet ad Aquilonem, & dimidiū eius ad Austrum. Fugietis per ual-
lem montiū, eo q̀ uallis montiū ad *Azal pertinget: fugietisq; sicut fugistis à me-
B tu terræmotus in diebus †Vsiæ regis Iuda, & ueniet DOMINVS deus meus, o- 2. Par. 26.
mnesq; sancti [a]tecū. Isto die lux nulla erit, sed frigus & [b]congelatio. Dies aūt ille Amos 1.
singularis, DOMINO cognitus est: neq; dies erit neq; nox, uerū ad uesperā lux
erit. Hoc ipso die effluent aquæ uiuæ de Ierusalē, dimidium earum ad mare an-
terius, dimidiū uero earum ad mare posterius, eruntq; tam in æstate q̄ in hyeme.
Eritq; DOMINVS rex super omnem terram, in illo die erit DOMINVS unus,
& nomen eius unū. Circūdabitur uniuersa terra ut æquore plano à Geba usq;
Rimon ad Meridiem Ierusalē, & sublimis erit, situmq; habebit in loco suo, à por
ta Beniamin ad locū portæ primæ, usq; ad portam angulorum, & ad turrim Ha-
naneel usq; ad torcularia regis. Habitabūtq; in ea, nec erit amplius excisio, sed Ie-
C rusalem sedebit tuta. Et hæc erit plaga quam DOMINVS incutiet omnibus po
pulis qui pugnant contra Ierusalē, caro [c]eius cōtabescet: quumq; adhuc super pe
des stat, oculi eius contabescēt in foraminibus suis, atq; lingua eius in ore eorum
cōtabescet. Hoc die magnus tumultus DOMINI in eis, ut quisq; manu proximi
sui apprehēsa, cuiusq; manus in manū proximi sui ascendat. Quin & Iuda bellū
geret contra Ierusalem, & congregabuntur opes omnium gentiū circunquaq;,
auri, argenti, tum & uestimentorū plurimum. Et ut hæc plaga, ita erit plaga equo
rum, mulorum, camelorū, asinorum, atq; omnium iumentorū quæ erunt in illo-
rum castris. Porrò quicunq; reliqui fuerint ex omnibus gentibus quæ ueniunt
contra Ierusalē, ascendent annuis uicibus, ut adorent regem DOMINVM exer-
D cituum, & ut diem festum tabernaculorū celebrent. Quod si qui de cognatio
nibus terræ in Ierusalem adoratū regem DOMINVM exercituū non ascēderint,
nulla pluuia super eos ueniet. Quod si familia Aegyptiorū non ascenderit, neq;
uenerit, neq; [pluuia ueniet] super eos, sed plaga qua percutiet DOMINVS gen
tes quæ non ascenderint celebratū diem festum tabernaculorum. Hoc erit [d]pecca
tum Aegyptiorū, & peccatum omnium gentiū, quæ non ascendunt ad celebran
dum diem festum tabernaculorum. In die illo consecrabitur DOMINO quod
est in equorū phaleris, lebetes quoq; erunt in domo DOMINI, sicut pelues corā
altari. Omnis quoq; lebes in Ierusalē atq; Iuda sacer erit DOMINO, uenientq;
omnes qui sacrificant & accipient eos atq; coquent in eis, nec erit illo die [e]Cha-
nanæus ultra in æde DOMINI exercituum.

c Eius, scilicet hominis, qui pugnat contra ecclesiam.

d Peccatū pro pœna peccati ponitur.

e Alij Chananæum interpretantur mercatorem.

Malachias propheta.

CAPVT I.

Vituperat populum corruptißimum, in primis sacerdotes.

Est dialogismos inter deum & Israelitas.

* Si dicat iam Edom: uel secūda persona, Si dicas tu Edom.

A RAVIS quædam & criminatoria oratio uerbi dominici Titulus.
contra Israelitas ministerio Malachiæ. Dilexi uos dicit DO-
MINVS. Et dicitis, Qua in re dilexisti nos? An non Esau fra
ter erat ipsius Iacob, dicit DOMINVS, & tamen Iacob dile-
xi, Esau autē odio habui, & posui montes eius solitudinem,
& hæreditatem eius uelut desertū draconum. *Si dixerit E-
dom, Attenuati sumus, reuertemur ergo, & ædificabimus so
litudines,

Digitized by Google

litudines, DOMINVS exercituum sic dicit, Ipsi quidẽ ædificabunt, ego uero diruam, ut uocẽt eos terminos impietatis, & populũ cui DOMINVS perpetuò succensebitur. Oculi quoq; uestri uidebunt, & uosipsi dicetis, Magnificetur DOMINVS super termino Israelis. Filius honorat patrem, & seruus dominum suum: si ergo ego pater sum, ubi honor est quem mihi impenditis? si uero dominus sum uester, ubi mei timor? dicit DOMINVS exercituum uobis sacerdotibus, qui uile habetis nomen meum. Et dicitis, Qua nam re sordet nobis nomen tuum? Adfertis ad aram meam pollutum panem, & dicitis, Qua nam re polluimus te? quum dicitis, Mensa DOMINI uilis habetur. Quumq; hostiam cæcam sacrificatis, non est [a]malum: & quando adducitis claudum & ægrotum, non est malum. Adduc quæso tale duci tuo, num id probabit? num suscipiet faciem tuam? dicit DOMINVS exercituum. Nunc igitur precamini faciem dei, ut uobis beneficus sit, [b]uestra enim culpa hoc fit, Num faciem uestram suscipiet, dicit DOMINVS exercituum? Ad hæc, quis ex uobis ostia claudat? Num uero in ara mea gratis incenditis? Non est mihi in uobis beneplacitum, dicit DOMINVS exercituum, neq; acceptum habebo munus ciborum de manu uestra. Etenim ab ortu solis ad occasum eius usq; magnum est nomen meum inter gentes, †& in omni loco nomini meo incensum atq; mola pura adfertur, quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit DOMINVS exercituum. At uos prophanastis ipsum, quum dicitis, Mensa DOMINI inquinata est, & prouentus eius, nẽpe cibus eius, uilis. Dixistis autem, En defatigatio, & anheli isto estis, dicit DOMINVS exercituum: infertis quoq; quod raptũ est, quod claudum & infirmũ est, adducitisq; molam, num mihi ea placebit è manu uestra, dicit DOMINVS? Execratus est qui dolo malo agit, qui quum in grege suo masculũ [pecus] habet, uitiatum DOMINO nouet ac mactat, quoniam rex magnus ego sum, dicit DOMINVS exercituum, & nomen meum terribile est in gentibus.

Margin: B; D; [...]l.12.a

a Possunt hæc per interrogationem efferri.

b Hbr. De manibus uestris factũ est hoc.

CAP. II.

Pœnam transgressoribus minatur, & maxime sacerdotibus.

NVnc igitur ad uos mandatũ hoc, ô sacerdotes. Si non †audieritis nec applicueritis cor uestrũ, ut colatis nomen meum, dicit DOMINVS exercituum, mittam in uos execrationẽ maledicamq; benedictionibus uestris, quin maledixi quod cor [uestrum] non applicuistis. En ego increpabo uobis †semen, & spargam stercus in facies uestras, stercus inquam dierum uestrorum solennium, *tolletq; uos ad se, tum scietis quod ad uos mandatũ istud miserim, ut esset fœdus meum cum Leui, dicit DOMINVS exercituum. Fœdus meum fuit cum eo, uitæ scilicet & pacis, dediq; ei eà, timorem ut me metueret, metuq; nominis mei paueret. Lex ueritatis fuit in ore eius, nec fuit deprehensa in labijs eius iniquitas, in pace & rectitudine mecũ ambulauit, multosq; ab iniquitate auertit. Etenim labia sacerdotis custodient scientiam, legemq; ex ore eius requirent, legatus enim est DOMINI exercituum. Vos autem recessistis de uia, & [offendiculo posito] multos in lege impingere fecistis, & corrupistis fœdus Leui, dicit DOMINVS exercituum. Reddam ergo ego & uos contẽptos & abiectos [coram] omni populo, quod uias meas non custoditis, faciesq; in lege recipitis. †An non pater unus omniũ nostrum? an non deus unus nos creauit? cur ergo quisq; cũ fratre suo perfide agit, polluendo fœdus patrum nostrorum? Perfide defecit Iuda, abominandumq; scelus in Israele & in Ierusalem designatum est, quod Iuda prophanauit [a]sanctum DOMINI quod diligit, & filiam alieni dei uxorem duxit. Virum qui huiusmodi rem designat, qui [b]author est, qui obsequitur, & qui adfert molã DOMINO exercituum è tabernaculis Iacob excindi iubet DOMINVS. Deinde & hoc adijcitis, ut lachrymis, fletu & gemitu arã DOMINI oppleãt, ne ultra respiciat ad munus ciba rium, neq; [munus] è manu uestra acceptũ ferat. Dicitis aũt, quam ob rem? Eo quod

Margin: A; B; C; [...]ut. 26.b; [...]eut. 28.b; [...]agnifice [...]dat exe[...]um Leui, [...]ficiumq; [...]cerdotum [...]plicat.; [...]att. 23.c; [...]phes. 4.b

† Alij, ut Hiero. brachium legunt, quod forsan magis quadrat benedictioni quam dedit Moses Leui.

* Tollet, subintelligẽ iniquitas, uel aliquid tale.

a Sanct. i. sanctuarium, uel populum quem dominus sanctum & electum habere uoluit.

b Hb. Excitatorem, & respondentem.

Digitized by Google

DOMINVS testatus inter te & inter uxorem quã in adolescentia tua tibi despon
disti, in quã tu perfide agis, quum ea sit consors tua, & uxor †fœdere tibi iuncta. Amos 3.f
An non & unus hoc [c]fecit in quo excellens fuit spiritus? Quid uero unus ille [fe
D cit?] Quærebat semen dei, uos igitur q̃ chara est uobis anima mea cauete, ne in
uxores quæ uobis in iuuentute uestra desponsæ sunt perfidi sitis. *Qui odio [D]ha
bet, dimittere [potest,] dicit DOMINVS deus Israelis. Num ergo uiolentiam ue
stimento suo teget? dicit DOMINVS exercituum. Cauete ergo q̃ uobis chara
est anima uestra, ne perfidi sitis. †Defatigastis DOMINVM sermonibus ue-
stris. Dicitis autem, Qua nam re defatigauimus? In hoc nempe quũ dicitis, *Qui
cunq; malũ facit, is bonus est in oculis DOMINI, talibusq; delectatur: aut, Vbi
est deus iudicij?

CAP. III.

De aduentu Meßiæ & anteambulonis eius, qui ab hypocritis & pijs expectatur.

A ECce ego †mitto legatum meum, qui cõplanabit uiam ante me, subitoq; ad Matth.11.b
templum sanctum suum ueniet dominus quem uos quæritis, & legatus fœ Marc.1.a
deris quo uos delectamini: ecce uenit, ait DOMINVS exercituum. Quis uero Luc.1.b 7.d
diem aduentus eius sustinuerit? aut quis, quum se conspiciendum præbet, consi- Psal.131.
steret? Est enim ueluti ignis excoquens, & ut Borith [herba] fullonum. Sedebit
itaq; excoquens & repurgans argentum: filios Leui emũdabit, expurgabitq; eos
ut aurum & argẽtum, tum DOMINO adferent sacrificium cibarium in iustitia.
Gratum erit DOMINO sacrificiũ Iuda & Ierusalem ut retro temporibus, & prio
ribus annis. Et appropinquabo uobis ad iudicium, eroq; testis festinus cõtra ma
B leficos, contra adulteros, contra eos qui peierant, & contra eos qui mercenarium
mercede fraudant, per uim & calumniam uiduam & pupillũ opprimunt, & qui
auersantur aduenam, & me non timent, dicit DOMINVS exercituum. Etenim
ego DOMINVS non mutor, & uos filij Iacob *nequaq̃ desistitis. A diebus pa-
trum uestrorum à statutis meis recessistis, nec custodiuistis [ea:] †conuertimini ad Zach.1.a
me, & ego conuertar ad uos, dicit DOMINVS exercituum. Dicitis autem, Qua
nam re conuertemur? Num homo [a]deum [b]adfigit? Vos autem me adfigitis. Et Sacrilegij obiectio.
dicitis, Qua nam re te adfigimus? In decimis & [c]magnificis donis. Execratione
execrati estis uos, q; me [D]uniuersi uos adfigitis. Adducite omnes decimas ad [e]do
C mum ubi reponatur, ut sit quod diuidatur in domo mea, atq; in hoc periculũ de
me sumite, dicit DOMINVS exercituum, si non aperuero uobis fenestras cœli,
& benedictionem omnigenã uobis effundam. Increpabo uobis [f]deuorantem,
ne uastet uobis fructum telluris, neq; sterilem reddat uobis uitem in agro, dicit
DOMINVS exercituũ. Tum felices uos [iudicabunt &] pronunciabunt omnes
gentes, quia terra optata eritis, dicit DOMINVS exercituum. Superant me uer
ba uestra, dicit DOMINVS, Et dicitis, Quid nam contra te sumus loquuti? Dixi Iob 21.b
stis, Frustra seruitur deo, Quæ enim utilitas quod obseruationem eius obserua-
mus, & quod pullati coram DOMINO exercituum incedimus? Nunc igitur
D beatos iudicamus arrogantes [& audaces,] quin & impietatem patrantes ædifi
cantur, & qui deum tentant, seruantur. Tum qui DOMINVM timent quisq; Antithesis
ad proximum suum loquuti sunt, Attendit & audiuit DOMINVS, & scriptus est
cõmẽtarius coram eo, timentibus DOMINVM, & his qui [serio] cogitant de
nomine eius. Hi erunt mihi (dicit DOMINVS exercituum) eo die quo agam,
peculium, ijsq; parcam, ut quispiam filio suo seruienti sibi parcit. Reuertimini
igitur, & considerate [quid intersit] inter iustum & impium: inter eum qui deum
colit, & eum qui eum non colit.

CAP. IIII.

Antithesi quadam ostendit impiorum pœnam & piorum lætitiam ac uoluptatem.

A QVoniam ecce dies uenit, ardens ut clibanus, tum erunt omnes arrogan
tes, & omnis qui impietatem patrat, stipula, inflammabitq; eos dies uen
tura,

[c] Aliqui hanc pericopen interrogatiue pronunciant, ut sint uerba Iudæorum reclamãtium & defendẽtium crimen suũ: q.d. An nõ & Abrahã hoc fecit qui excellenti spiritu præditus fuit: Et deinde deus per prophetã respondeat, Quid ille unus fecit? quærebat semen, &c. Alij enunciatiue legunt.
[D] Subintellige uxorem.
* Iterum obijciunt pro se torquentes legem dei Deute. 24. Sed deus cũ stomacho refellit.
† Aliud crimen obijcit, obtrectationẽ.
* Qui operibus & iudicijs dei obtrectat, irreligiosus est in deum.

* Ir sonds nitt vss syn mit üwerer büberey / ir machẽd kein end daran.
a Al. Iudicem.
b Alij legunt, uim facit, uel confodit. Potest etiam legi, uiolentia rapitis.
c Ebr. Thruma, de quo in Exod. 25.
D Eb Vniuersa gẽs.
e Eb. Ad domũ thesauri.
f Deuorantẽ, subintellige locustam uel bruchũ, uel hostem.

Digitized by Google

terra, dicit DOMINVS exercituum, adeo ut non relinquatur eis neque ra
Luc. 1. g dix, neque ramus. Vobis autem, qui nomen meum timetis, orietur sol iu-
stitiæ, sanans *radijs suis, exibitis & pingues eritis ut uituli saginati. Et
impios cõculcabitis, qui puluis erunt sub plantis pedum uestrorum, eo
Exod. 20. a die quo ego agam, dicit DOMINVS exercituum. Mementote †legis B
Mosis serui mei, quam ei in Horeb ad omnẽ Israelem mandaui, rituum
Matth. 7. b uidelicet & iudiciorum. En ego †mittã uobis Eliam prophetã, priusquã
Marc. 9. c Luc. 1. b dies DOMINI magnus & terribilis ueniat. Is reducet cor patrum in fi-
lios, & cor filiorum in patres suos, ne ueniam, & terrã prorsus [a]excindam.

* Ebr. Alis suis.

a Eb. Percutiam terram Hårem.

Liber Iob.

CAPVT I.

Iob à deo proponitur ut forma perfecta religiosi hominis, ac uere sapiẽtis; qui nec secundis rebus nec aduersis frangitur, ut deserat deum summũ & unicum bonum.

FVIT in regione Vz uir nomine Iob, integer & probus, & religiosus, ac uitans malũ. Eique nati sunt filij septem, & tres filiæ. Possessio autem pecoris ipsius fuit septies mille oues, & ter mille cameli, & iuga boum quingenta, necnon quingentæ asinæ, & permagnum famulitium: ita ut uir ille cunctos orientales antecelleret. [a]Solebant autem ipsius filij apparare conuiuia quisque domi suæ per uices dierum: ac misso nuncio [accersebant] suas tres sorores, ut unà ederent ac biberent. [b]Quumque uices conuiuij exhibendi circulum absoluissent, Iob misso nuncio [accersebat,] & ad rem diuinã præparabat eos, maneque surgens offerebat holocausta totidem, quot ipsi numero erant. Cogitabat enim Iob apud se, fortasse filij mei peccauerunt, [c]& indigna cogitarunt de deo: sicque faciebat Iob omni tempore. *Accidit autem quodam die, ut filij dei uenientes sisterent se DOMINO, inter quos uenit etiam satanas. Dixitque DOMINVS ad satanam, Vnde uenis? Et respondens DOMINO satanas, ait, A peruagando & obambulando in terra. Et dixit DOMINVS ad satanam, [d]Obseruastine cultorem meum Iob, siquidem illi nemo par est in terra, uirum integrũ, & probum, & religiosum, & uitantem malum? Respondẽs aũt satanas DOMINO, inquit, Num Iob gratis ueneratur deum? An non tu sepsisti eum undique, & domũ eius, & omnia quæ habet? [e]Nonne quicquid agit, fortunas? Et possessio eius longe lateque obtinuit regionem? Verum iniecta manu tua, quæcunque habet, affligito: [& male mihi sit] nisi te in faciem tuam [f]uituperauerit. Dixit itaque DOMINVS ad satanã, Ecce permitto [g]arbitratui tuo quæcũque possidet, uerũtamen ipsi manũ tuã haud inijcias. Et egressus est satanas à conspectu DOMINI. Accidit aũt die quodã, ut ipsius filij & filiæ comederent ac biberent uinũ in domo fratris sui primogeniti. Venitque nũcius ad Iob, dicens, Quum boues ararent, & iuxta illos pascerent asinæ, [h]irruentes Sabæi rapuerunt eos, & pueros occiderunt gladio, ego autẽ solus euasi,

A Primis duobus capitibus describitur animus Iob, & fortuna, utique in calamitosissimam sortem ceciderit ex amplissi. cõditione.

a Et ibant filij eius, & faciebãt conuiuiũ domo cuiusque die suo.

b Et factum est, quum circumiuissent dies conuiuij.

B

c Et benedixerunt deum in corde suo. Habet hic berach significationem contrariã benedictioni, ut 4. Reg. 21.

*Prosopopœia, qualis est 3. Regum 22. docetur Iob quidẽ afflictum esse à diabolo cupido perdendi, non tamen sine permissu dei ac nutu, qui optime uult hominibus.

d Posuisti ne cor tuum super seruo meo Iob?

C

e Opus manuum eius benedixisti.

f Et benedicet tibi: per antiphrasim.

g In manu tua.

h In Ebræo initium uersus est.

Digitized by Google

[f] Et dixit. qui tibi nunciarem. Adhuc isto loquente, uenit alius nuncians, [f]Ignis dei cœlo decidit, & comburens oues atq; pueros absumpsit eos: ego autem solus euasi, qui nunciarem tibi. Adhuc isto loquente, uenit alius

[k] Capitibus. dicens, Chaldæi tribus [k]turmis diuisi camelos inuadentes rapuerunt, &

D pueros occiderunt gladio: ego autem solus euasi, qui tibi nunciarem. Adhuc illo loquente, alius uenit nuncians, Tui filij & filiæ comedebãt ac bibebãt uinum in domo fratris sui primogeniti. Et ecce ualidus uentus à regionibus ultra desertũ positis ueniens collisit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit iuuenes, & mortui sunt: solus autẽ ego euasi, qui tibi nunciarem. Surrexit itaq; Iob, & lacerauit suum palliũ,

[l] Vel, adorauit. caputq; totondit, & cadẽs in terram sese [l]incuruauit. †Dixit autem, Nu- Eccls 5.e

dus egressus sum de utero matris meæ, nudus etiam illò reuertar: DOMINVS dederat, & DOMINVS abstulit: Laudetur nomen DOMINI. Iob in hoc toto [negotio] minime peccauit, neq; insulsum aliqd attribuit deo. 1.Tim. 6.b

CAP. II.

A Accidit aũt die quodã, ut uenientes filij dei sisterent se DOMINO: inter quos etiã satanas uenit, ut se DOMINO sisteret. Dixitq; DOMINVS ad satanã, Vnde uenis? Ac respondẽs satanas DOMINO, ait, A peruagando & obambulando in terra. Et dixit DOMINVS satanæ, Obseruastine cultorem meum Iob, siquidẽ illi nõ par est in terra, uirum integrũ, & probum, & religiosum, & uitantem malũ, & qui etiamnũ retinet integritatem suam? Tuq; instigasti me, ut abs re deuorarẽ ipsum.

B Et respondens DOMINO satan, inquit, Cutem [alienã] pro cute [sua,]

[a] Pro anima sua. & omnia quæ habet quisq;, dabit, ut [a]conseruet uitam suam. Verũ iniecta manu tua, ipsummet & carnem eius affligito: [& male sit mihi,] nisi te in faciem tuam uituperauerit. Dixitq; DOMINVS satanæ, Ecce arbitratui tuo permittitur: uerum [ea conditione,] ut uitam eius serues. Et egressus est satanas à conspectu DOMINI, ac percussit Iob [b]ulcere pessimo à planta pedis usq; ad uerticem. Et accepit testam qua sese fricaret, se

C ditq; in puluere. Vxor autẽ illius dixit ei, Adhúcne retines integritatem tuam? [c]Quin supplica deo, ut moriaris. Ad quam ille inquit, Loqueris ut una ex stolidis mulieribus: etiã bonũ accipiebamus à deo, & malum non acciperemus? In hoc toto negotio Iob suis labijs non peccauit. Porrò quum tres amici Iob audiuissent uniuersa mala quæ acciderãt ei, Eliphaz Themanita, Baldad Suhita, & Zophar Naamathita uenerunt

D quisq; à [d]loco suo: conuenerat enim inter eos, ut unà uiserent eum, atq; consolarentur. Ac procul suos oculos tollentes non agnouerunt eum, altaq; uoce plorauerunt, & lacerarũt quisq; palliũ suum, puluerẽ quoq; supra capita sua sparserunt in cœlum. Humi autem adsederũt ei septem dies & septẽ noctes, ut nullus ei uel uerbum loqueretur. Videbãt enim dolorem uehementer auctum esse.

[b] Sehin scabiem fœdissimam significat, qualis est elephãtiasis, & quam Indicam scabiem uocant seu morbum Gallicum.
[c] Hierony. Benedic deo, & morere. Cæterũ benedicere deum, tum laudare, tum precari significat.

[d] Locus pro regione.

CAP. III.

Querimonia, qua Iob deplorat, & exponit amicis tristißimũ rerum suarum statum, & quantos perferat cruciatus. Cuius summa est, optandum sibi, quod editus in terram non esset, aut moriatur citißime. Vnde nascitur occasio disputationis inter Iob & suos amicos super afflictione ipsius.

A Post hæc Iob os suũ aperuit, & [a]conquestus est de suis temporibus. Ierem. 10.d.
Ac respondens Iob, dixit, Pereat dies quo natus sum: & nox qua [nuncius] dixit marem conceptũ esse. Dies ille sit tenebricosus, nec deus eum superne requirat, neq; illũ splendor aliquis illustret. [b]Coinquinẽt eum tenebræ & umbra densissima, nubesq; illũ occupet: perterrefaciant eum

[a] Kilel non tantum execrari, sed etiam uituperare ac dicere mala significat: ut contrà berach tam laudare q̃ imprecari bona significat. Dies autem tempora significat, adeoq; rerum statũ in ipso tempore, sicut Abraham dicitur diem Christi uidisse.
[b] Gaal etiam uendicare significat.

Digitized by Google

enim flagrantissimi ardores dierum [canicularium.] Sit is nox perpetua, & caligo auferat illum: nō addatur diebus anni, neq; ueniat in numerum mensium. B Ecce nox illa [c] solitaria sit, neq; incidat in eam iubilus. [D] Detestentur eam soliti execrari dies, qui excitaturi sunt balenas. Obtenebrescant in eius crepusculo stellæ, ut lucem expectet, neq; ueniat, nec intueatur palpebras auroræ. Quoniam ostia [e] uentris materni non clausit, & non abscondit molestiam ab oculis meis. Quare non moriebar [statim editus] ex utero, & [non] expirabam, ut sum egressus uentrem? Quare me genua exceperunt? [obstetricis] quare ubera, ut sugerem? Nunc enim iacerem, & securus otiarer, ac dormirem. C [f] Sic enim quietus agerem [g] cum regibus, & consultissimis hominibus in terra, qui sibi solitudines excoluerunt ædificijs: [h] necnon cum principibus habentibus aurum, quiq; domos suas argento refersserunt. Aut nullus omnino essem tanquam abortiuus fœtus, qui celatur, & tanquam infantes, qui non aspexerunt lucem. [i] Ibi temerarij & inquieti homines tumultuari desinunt, & ibi quiescūt delassati. Vincti [aliquando] opulenti ac beati sunt, & nemo audit uocem exactoris. Paruus & magnus ibi sunt [k] pares, & seruus [l] manumittitur. Quare [deus] molestijs affecto concedit lucem, & uitam ægris animo? Qui expectant mortem, & nō contingit, & scrutantur eam studiosius quàm thesauros? Qui læti olim & exultantes, nunc gauderent adepti sepulchrum? D Viro cuius [m] uia est occultata, quemq; deus [n] circumsepsit? [o] Quum enim cibum sum capturus, ingemisco, & eiulatus edo lachrymis aquarum ritu manantibus. Equidem summopere expaui quod mihi euenit: & quod exhorrui, accidit mihi. Non felix fui, non securus egi, nō uitam quietam traduxi, [p] & tamen hæc tempestas coorta est.

[c] Id est, careat hominum lætis & iucundis congressibus.
[D] Sit piscatoribus inauspicata & detestabilis dies propter nubilum cœlum & tempestates.
[e] Ventris mei, Hieron. uentris qui portauit me.
[f] Tunc quiesceret mihi. Mors æquat omnes, quantum corporis statum attinet.
[g] In Ebr. initium est uersus.
[h] Aut.
[i] In morte uidelicet uel in sepulchro.
[k] Idem.
[l] Liber à domino suo.
[m] Id est, qui nescit, quo se uertat aut quomodo mitiget acerbitates.
[n] Vt excedere uita non liceat.
[o] Quia ante panem meum gemitus meus ueniet, & stillabunt ceu aquæ, rugitus mei.
[p] Et uenit tumultus.

CAPVT IIII.

Caput disputationis inter Iob & amicos est, an Iob sit afflictus à deo propter impietatem & scelera, an aliam ob causam? Quam controuersiam deus ipse arbiter dirimit cap. 38. &c.

Eliphaz quinq; rationibus ostēdere nititur, Iob esse ob sua peccata omnibus malis istis obrutum. Deinde hortatur, ut resipiscat: nam eam esse unicam uiam remouendi calamitatem diram. Vtrinq; confessum est, deum inflixisse tantam miseriam. Amici autem spectantes insolitam afflictionem, & quædam uerba sinistre intelligentes, ut quod Iob dixit, accidisse quod semper metuerit, censent redarguēdum sceleris, addita parænesi, ut cōuertatur ad deum.

A Eliphaz ergo Themanita excipiens eum, dixit, Num erit tibi molestum, si tentemus uerba tibi facere? Quanquam sermones cohibere quis posset? Ecce plurimos ipse erudiuisti, & confirmasti manus remissas. Labentem erexerunt tui sermones, & genua procumbentia roborauisti. Nunc quum tibi aliquid usuuenit, succumbis: & quum te [nonnihil] attigit, perturbaris. [a] Videlicet ex tuo metu prodijt tua fiducia, tua spes & integritas in uita tua. B † Cogita quæso quis innocentium perierit, aut ubi homines probi extincti sint. Equidem quoties uidi arantes uanitatem, & seminātes molestiam: [uidi etiam] quod idipsum messuerunt. Afflatu enim dei perierunt, & à uento iræ ipsius absumpti sunt. Rugitus leonis, & uox leopardi [cōprimitur,] & leunculorum dentes excerpuntur. C Perit tigris inopia prædæ, catuliq; leænæ dissipantur. * Ad hæc res [b] arcana perlata est ad me, ex qua modicum quiddam percepit auris mea. Inter cogitationes [quæ oriebantur] è uisis nocturnis, quum sopor homines occuparet, ingruit mihi pauor & tremor, ac terrefecit, quantū est ossium meorum. Spiritus nanq; ante me hinc inde commeabat, & [c] pili per totum corpus meum horruerunt. Quumq; consisteret, non agnoscebam eius faciem, [obuersabaturq;] meis oculis imago, & erat silentiū: ac uocem eiusmodi percepi. D Num iustior esset homo quàm deus? num uir esset purior suo

lccupatio didit quis lob præs ara ope- ,uerū ex mulata nctimo a.

i.Pet.2.a

[a] An non timor tuus, fiducia tua, &c. id est, simulasti fidem in deum, & uirtutem coluisti metu calamitatis.
† 1. Quotquot mulctantur malis, ob suam culpam mulctātur.
*2. Oraculo & diuina reuelatione proditum est Eliphazi cogitanti de rebus Iobis, quod ob peccata sit miser, quum & angeli non perstiterint in sua perfectione.
[b] Et ad me uerbum furtiue adferetur.
[c] Horripilabit pilus carnis meæ.

Digitized by Google

conditore? Ecce in suis ministris nō firmū opus retinuit, angelisq; suis indidit uæsaniam. Quanto magis [à perfectione absunt] qui domos luteas incolunt, & quorū fundamentū est è puluere, quosq; [res multæ] cōminuunt, [b] priusquā conficiantur à tineis? Inter mane ac uesperam conteruntur: & qui non [c] resipiscunt, æternum pereunt. An non posteritas illorū interit, & moriuntur destituti sapientia? CAPVT V.

A V †Oca obsecro, num sit, qui tibi respondeat, & ad quemlibet sanctorum respicito. Nempe furor stultum occidit, ac [a] leuem perimit indignatio. Vidi equidem impium radices agentem, & statim male ominatus sum domui eius: fore ut eius liberi longe absint à salute, ac sese perdant in [b] porta, nec sit qui eripiat. Vt eius messem deuoret famelicus, eamq; rapiat è medijs spinis, & sitibundus auide hauriat ipsius opes. * Etenim uanitas non prodijt ex puluere, neq; molestia germinauit è tellure. B †Sed Adæ irrogatum est, ut generaret ad molestiam, & [c] scintillæ in altum euolent. Verū à deo ipso [d] rationes petam, et meam orationem ad deum conferam. Qui edit ingentia opera, eaq; inuestigabilia, & res mirandas illasq; innumeras. Qui dat pluuiam superficiei telluris, & aquas immittit uicis. Vt humiles in alto loco ponat, ac mœsti obtineant arcem salutis. Qui cogitationes callidorum irritas facit, ut nihil [e] solidi efficiant manus eorū. †Qui capit sapientes in ipsorum calliditate, & consilium uersutorum subuertitur. 1. Cor. 3. C Vt interdiu uersentur in tenebris, & in meridie palpent ceu in nocte. Seruat etiā pauperem à gladio & ore illorum, & è manu potentioris. Est tamen afflicto spes reliqua, & iniqui [f] nō habent quod uituperent aut querantur. Ecce beatum hominem, quem arguit deus: neq; tu reijcies castigationem [g] dei optimi maximi. Pariter enim dolores infligit, & obligat uulnera: uerberat idem, eiusq; manus medentur. Sex periculis eripiet te, Iacob. 1. & in septimo non attinget te malū. Tempore famis redimet te à morte, & in bello à gladio. Absconderis à flagro linguæ, neq; timebis quū D inciderit calamitas. Ad calamitatem & famem ridebis, neq; metues animalia terrestria. Nam cum lapidibus ruris erit tibi fœdus, & [h] feræ adigentur, ut seruent pacem erga te. Senties etiam tabernaculū tuum ipsam incolumitatem esse, & recensendo tuum domicilium nō peccabis. Senties & prolem tuā augeri, & posteros tuos ceu gramen terræ. Peruenies [deniq;] [i] sospes adhuc ad sepulchrū, quemadmodū frugum aceruus increscit suo tempore. [k] Atq; hæc fermè sunt, quæ rebus accurate perpensis decreuimus proponere, suntq; certissima: proin uelis ea percepta æquo animo apud teipsum dijudicare. CAPVT VI.

Priusquam Iob refellit se ob scelera & impietatem ita miseris modis affectum, accusat amicos ut ineptos & crudeles & iniquos, quod impietatem ei impingant, ac deum infestum persuadere uelint, quum adhibere consolationem deberent.

A AD quæ respondens Iob, dixit, O si exactissime appenderetur indignatio mea, simulq; [a] mea cōditio in stateram poneretur. Tum enim grauior esset quā arena maris: [b] quocirca pro magnitudine rerū parcè ac moderatè questus sum. Nā dei optimi maximi sagittæ in me sunt, quorū feruor ebibit spiritū meū, et terrores dei acie instructa me inuaserunt. Num rudit onager herba præsente? num bos mugit apposita farragine? Potestne insulsum edi non conditū sale? Num sapit cuiquā B saliua albuminis? Quæ meus animus renuit contingere, ea sunt mihi pro

[b] Comminuent eos ante tineā, id est, priusquam à uermibus absumantur in sepulchro, ut uestis à tinea.
[c] Non ponit, scilicet cor. i. non agnoscit errata & culpam.
†3. Iste & ille, ut quotidiana docent exempla, propter scelus suum intricantur malis.
[a] Hiero. paruulum. Significat autem pethi, leuem qui facile credit, & affectibus cedit.
[b] In portis causæ publicæ & priuatæ iudicabantur.
*4. Originale peccatum est causa communium ærumnarū. Igitur actuale peccatum, peculiarum calamitatum.
†5. Non fert natura dei optimi & sapientissimi, ut quenquam cruciet præter suum meritum. Cui rationi uelut causæ firmamento nituntur amici Iob.
[c] Filij carbonis pro scintillis, quæ fodiendo ligones & bidentes lapidibus excutiunt.
[d] Ad deum requiram, & ad deum ponam eloquium meum.
[e] Thuschia subsistentiam significat, à iesch quod, est, sonat.
[f] Et iniquitas eius clausit os suum.
Concludit, deo impingi nō posse, quod cruciet quenquam præter meritum: & transit ad parænesin, ut se Iob conuertat ad deum: qua ratione sola mederi possit calamitatibus.
[g] Hiero. domini. Schadai significat deum, eo quod omnium rerum bonarum copiam habet.
[h] Et pacificabitur tibi animal agri seu ruris.
[i] Venies in uigore ad sepulchrū, id est, rebus etiamdum integris colligeris ad patres in spe resurrectionis.
[k] Ecce hoc inuestigauimus ipsū sic ipsum: audi istud, & tu scito tibi.
[a] Et esse meum in statera leuabunt simul.
[b] Quocirca uerba mea absorpta sunt.

Iob ad [illegible]

Digitized by Google

pro cibo fœtido. Vtinam eueniat quod peto, ac deus concedat quod spero. Deusq; aliter statuat de me, ut me comminuat, excussaq; manu ue lut neruo findat me. Adhuc enim mihi solatium erit: & si torrefiam ægrotatione, ita ut mihi non [d]parcatur, minime tamen negabo uerba sancti [dei.] Verum quod robur meum est, ut durare possim? & quis finis [expectandus] mihi, si uitam longius producam? Num robur mihi lapideum? Num caro mea chalybea? [e]Quid si ferendo non sum? & facultas subsistendi me destituit? [f]Decebat amicos exhibere beneficentiam misero amico: sed [me ut uos dicitis] religio dei optimi maximi deseruit. Fratres mei fidem fefellerunt ut torrens, utq; uallē transeunt torrentes. Qui turbidi sunt à glacie & niue, quæ [g]in eos resoluitur. Tempore autem quo arescunt, abolentur, & per calores auferuntur è loco suo. [h]Concutiuntur itinera per quæ feruntur: cæterum euanescunt, ac penitus intereunt. Viderunt [eos aliquando] qui proficiscuntur in regionem Thema, & qui Sabæos adeunt spem habent de eis. Pudefiunt autem, quia spem in eis posuerunt: & postquam peruenerunt ad locum istum, erubescunt. [i]Eiusmodi mihi torrentem plane exhibetis, qui conspectis meis ærumnis extimuistis. Dixine, ut mihi conferatis aliquid? et è facultatibus uestris largiamini pro me munera? Vtq; me liberetis ab hoste? & redimatis me ex manu tyrannorum? Docete me, & tacebo: indicate mihi in quo errem. Quàm plana firmaq; sunt, [k]recte pronunciata: uel quid à uobis allatum uim aliquā habet argumēti? [l]Num excogitastis sermones & uerba, idq; inaniter, quibus me desperationis conuincatis? Præterea pupillo imponere studetis, & amico uestro fodi- pis decipulam. Nunc igitur rectius æstimate rem, & meas atq; uestras rationes inspicite, an mentiar. Redite quæso in uiam, et ne sit [in uobis] iniquitas, redite: [m]nam etiamnunc salua est mea iustitia. Non est in lingua mea iniquitas, [n]neq; palatum meum non sentit malos sapores.

C (margin)

D (margin)

[c] Sicut fœtores panis mei.

[d] Non parcet.

[e] Num si non auxilium meum in me?

[f] Liquescenti ab amico suo beneficentia: & timor Schadai, id est dei omnibus affluentis de leret. Inconstantes amicos torrētibus comparat, qui tempore Veris aucti niualibus aquis magno impetu feruntur, in æstate exarescunt. Ad quos mercatores sitibundi accurrentes spe potus, falluntur.

[g] Super eos abscondet se nix.

[h] Concutientur semitæ uiæ ipsorum, ascendent in inane.

[i] Quia nunc fuistis ei, uidebitis contritionem, & timuistis.

[k] Verba rectitudinis: & quid arguet arguendo à uobis?

[l] An ad arguendum sermones cogitabitis & ad uentum, uerba desperantis?

[m] Adhuc mea iustitia in ea. hic in hac afflictione.

[n] An non palatum meum intelliget corruptiones? hoc est, non amisi iudicium sanum.

(left margin:) ...epulsu... is amico... m inten... onem, hoc itur ut sine fectibus dicare ne ...

CAPVT VII.

Similitudine gemina probat non tantum ob peccata immittere deum morbos & alia mala: non offendi etiam, si homo edat uoces doloris testes.

An non militia homini est in terra, & dies eius uelut mercenarij A dies? Vt seruus anhelat ad umbram, utq; mercenarius præstolatur suam [a]mercedem. Ita mihi est iniunctum agere menses inanes, & molestas noctes numerauerunt mihi. Vbi me in lectum collocaui, dico, quando surgam? quumq; mensuram ad uesperum extendi, saturor iactationibus usq; ad crepusculum. Induit caro mea uermes & puluerem glebarum ritu cohærescentem, cutisq; mea rupta est, ac mihi displicet. Dies mei uelocius fugiunt quàm tela, & trama deficiente finiun- B tur. Cogita uitam meam esse uentum, quodq; meus oculus non iterum uidebit prosperitatem. Non aspiciat me oculus cernentium me, sed tui oculi, ut superstes non sim. Quemadmodum nubes deficit ac præterit, sic qui descendit in [b]sepulchrum, non ascendet. Non redibit in domum suam, neq; loci eius [homines] agnoscent eum. Proinde C non cohibebo meum os, quin loquar aliquid in animi mei angustijs, et [c]querulum quiddam loquar in ægritudine mea. Num pelagus sum? num cetus sum, [d]quod mihi obices circūdedisti? Quū apud me dico, lectus meus aliquid solatij adferet, cubile meū mussitanti adimet [aliquid molestiæ.] Sōnijs me terres, & uisionibus exagitas me. *Quapropter anima mea suspendiū eligit, & mortē præ [e]ossibus meis. Recuso equidem D

[a] Opus pro operis præmio.

[b] Inferos.

[c] Mussitem in amaritudine animæ meæ.

[d] Quia pones super me custodiam.

* Non cogitat sibi uim adferre: sed nullum genus mortis recusat, si deus annuat.

[e] Ossa pro uita ponit. Nihil enim aliud reliquum erat in corpore.

Digitized by Google

perpetuò uiuere, tantum finem meum facito, siquidē mei dies sunt ipsa uanitas. Quid est homo, quod eum tractas tam magnifice, & animū adijcis ad eum? Et mane inuisis eum, singulisq; momentis exploras eum? Quandiu non me facies missum? & non concedes respirandi spatium, ut meam saliuam glutiam? Peccaui: quomodo me geram erga te, si hominis facta obseruare uelis? Quare [f] me posuisti obiectum tibi, ut mihimet oneri sim? [g] Quare non tollis meum scelus, & aufers iniquitatē meam? Vbi enim iacuero in puluere, si mane requiras me, non ero superstes.

f ut scilicet feriat iaculis suis ab omni parte.
g Optat corpus peccati solui per mortem.

CAPVT VIII.

Bildad etiam probat Iob punitum ob sua peccata, & quod deus iustus sit, & quod patres ita tradiderint. Deinde hortatur ut resipiscat.

A CVi respondens Bildad Suhita, dixit, Quandiu tandem loqueris talia, & [a] uerba oris tui sonabunt pertinaciam? Num deus peruerteret iudicium? num optimus maximus peruerse ageret contra iustitiam? Quia liberi tui peccauerunt in eum, [b] permisit eis euenire, quod scelus eorum postulabat. Quod si ipse mature ad deum redieris, & supplicaueris optimo maximo.
B Si purus probusq; fueris, [c] tui gratia tum surget, ac prosperitate summa donabit tuum domicilium ob iustitiam. Eritq; prior tua sors modica, & posterior tua sors ualde augescet. Sciscitare quæso ex prisco æuo, teq; compone ad peruestigationem patrum ipsorū. Nos enim nuper nati sumus, & rerum ignari sumus: quum dies nostri sint in terris uelut umbra. An non illi te erudient, ac dicent tibi, & ex corde suo proferent sermones?
C Adolescitne scirpus absq; palude? crescétne carex absq; aquis? Dum adhuc in uirore suo est, nō succidetur, & tamen ante omnia uirentia exarescet. [d] Ita contingit omnibus qui deum obliuiscuntur, & spes hypocritæ intercidit. Cuius fiducia per negligentiam interit, & illud in quo spem collocat, est domus aranei. Qui enim domui eius innitetur, nō consistet: quiq; præhendit eam, non stabit. † [e] Cæterum plantæ in se humorem continentis etiam quum in sole stat, propago tenera prodibit in horto.
D Et [f] in cōgerie lapidum radices ipsius dense implicabuntur, spectabitq; domū lapide structam. [g] Quumq; stirpitus è loco suo eijcietur, ut quis neget se unquam uidisse illam. [h] Gaudebit se ad eum modum tractari, & ex humo alia prouenient. Ecce deus non aspernatur integrū, neq; [rursum] præhensat manum prauorum. Quoad os tuum risu impleat, & labia tua iubilo. Inimici tui pudore afficiantur, tabernaculum uero impiorum non duret.

a Spiritus ualidus uerba oris tui.
b Et dimisit eos in manu sceleris sui.
c Et pacificabit domicilium tuę iustitiæ.
Parabola ostendit prosperitatem Iobis diuturnam non fuisse quia simulatæ sanctitatis fuerit.
d Ita semitæ omnium obliuiscentium dei.
† Alia similitudine plantæ naturali humore præditæ, quæ in asperis locis uiget, solidam ostendit felicitatem esse illorum, qui uerè pij sunt.
e Succulentum siue humectum ante solem.
f Gal, quidam fontem interpretantur.
g Si absorbebit eam (scilicet agricola) & negabit in ea, non uidi te.
h Ecce hoc gaudium uiæ suæ.

CAPVT IX.

Planius edisserit, non periclitari iustitiam & sapientiam dei, etiam quum exercet hominem sanctissimum calamitatibus.

A AD quæ respōdens Iob, dixit, Enimuero noui quod res ita habeat. [a] Quid autem homo iustitia contenderet cum deo? Si enim uelit cum eo litigare, non respondebit ei ad unum ex mille. Est nanq; sapiens corde, & præualidus uiribus: cui autem cecidit feliciter, qui se illi peruicaciter opposuit? Qui transponit montes, neq; præsenserunt illi, quos in ira sua subuertit. Qui commouet è loco suo terram, ut eius columnæ quatiantur. Quò imperante, sol non oritur, [b] & stellas uelut apposito sigillo claudit. Qui solus extendit cœlos, perq; summitates maris incedit. Qui fecit arcturum, cynosuram, & pleiades, & [c] Austri penetralia.
B Qui opera ingentia edit, eaq; inuestigabilia, & res mirandas easq; innumeras. Ecce præteribit me, ut nō uideā: & commeabit ultro

a Et quid iustus erit homo cum deo?
b Et pro stellis signabit.
c Quia stellæ circa polum austrinum non apparent habitantibus in opposito hemisphærio.

Digitized by Google

ultro citróq;, ut non eum intelligam. Ecce si quid raptim auferet, quis illud recuperabit? aut quis dicet ei, Quid agis? Nisi deus reprimat iram suam, [b] ei succumbent conspiratores potentissimi. Quanto magis ego, si cõmutem cum eo uerba, [c] & coner apud eum uti uerbis selectis? Cui minime responsarẽ, etiam si iustus essem, uerum iudici meo supplex forem. Quum inuocaui eum, & respondit mihi, nõ tamen credo, quod auribus uocem meam perceperit. Postquã me subuertit turbine, & absq; re mihi plurima uulnera infixit. Neq; mihi cõcedit, ut respirem, quoniam exatiauit me amarulentia calamitatum. Si uiribus agendum sit, ecce prȩualidus est: si iure agendum, quis mihi [f] patrocinabitur? Si me C pro iusto geram, os meũ damnabit me impietatis: siq; integritatẽ mihi arrogem, opprimet me. Integer sanè sim: attamen animã meam non perspectã habeo, mihiq; displicet uita mea. [g] Vnum illud est, ad quod ostendendum mea omnis tendit oratio, quod deus perpetuò sui similis pariter integrum & impium conficit. † Quod si flagrũ inferendo statim occidit, innocentiũ afflictionem sannis prosequetur? [h] Atqui terræ gubernatio impio permittitur, qui faciem iudicum eius obuelat: si hæc deus non agit, cedo ubi alius sit qui agat. Cæterum dies mei uelocius quàm cursor elapsi sunt, fugieruntq;, ut nihil læti uiderint. [i] Præteruolarũt æquantes celoces celeritate, utq; inuolat aquila in escã. Si quando D apud me dixi, obliuiscar meditationis meæ, & deponã uultus [tristes,] meq; cõtinebo. Timui omnes labores meos sciens, quod me [peccantem] non dimitteres impunitũ. Impius igitur essem? Quorsum istos labores frustra exantlaui? [k] Si enim aquis niualibus me lauero, & puritate manus meas emundauero, Si me foueæ immerseris, mea uestimenta fœdabũt me. Non enim uir est ut ego, cui respondere audeam, utq; simul in ius ambulemus. Non enim esset inter nos arbiter, [l] qui controuersiam nostram dirimeret. Auferat autem uirgam suam à me, neq; terrore suo me exagitet. Tum loquar, neq; uerebor, [m] quod causa mea infirma sit.

CAPVT X.

Diuinam prouidentiam eamq; beneuolam erga se Iob ostendit causam præsentis calamitatis, & non impietatem suam.

Actum est de uita mea, quare dum uiuo, mihi permittam mussitationem, & loquar in ægritudine mea. Dicam deo, ne damnes A me impietatis: doceto me [potius,] de qua re mecum litiges. Conducétne tibi, si opprimas uiolenter, si opus tuarum manuum asperneris, & [a] impiorum consilium illustres? Habésne oculos carneos? inspicisne res humano more? Súntne dies tui, ut dies hominis? num anni tui ut dies uiri? Vt inuestigare uelis meam iniquitatem, & inquirere peccatũ meum. [b] Te aduoco testem, è cuius manu nemo potest eripere, quod B non sim impius. Tuæ manus elaborauerunt me, ac me fecerũt quantus quantus sum: & tamen [c] deuorasti me. Cogita quæso quod me uelut argillam finxeris, meq; redacturus sis in puluerem. An non uelutĩ lac fudisti me, & uelut caseum me coagulasti? Cute & carne uestiuisti me, ossibus etiã & neruis me contexisti. Vita & beneficentia me prosecutus es, tuaq; [b] prouidentia seruauit meum spiritum. Atq; hæc in tuo C corde reposuisti, nec me fallit, [c] quod hæc tuo nutu gerantur. Si quid peccaui, annotauisti mihi, neq; siuisti meam iniquitatem abire impune. Si quid impie gessi, uæ mihi: sin colui iustitiã, non tamen audeo caput attollere, satis ac super contumelijs affectus: quare meam deiectionem

---

[b] Sub eo incurui erunt auxiliatores potentis.

[c] Eligam uerba mea cum eo.

[f] Hiero. nemo audet pro me testimonium dicere. Cæterum origo uerbi significat paciſci & conuenire.

[g] Vnum hoc, ideo dixi integrũ & impium ipsus conficit.

† Amicorum sentẽtiæ opponit rationem à repugnantibus, qua uehementissime urget Iob. Si iustitia dei postulat, ut nullus affligatur ab eo nisi ob scelus: sequitur ut oppressionem innocentium & alia scelera confestim puniat. Atqui potentes & felicissimi sunt in hoc sæculo impij.

[h] Terra data est in manum impij, faciem iudicum eius operiet: si non, ubi quis, ipsus.

[i] Reciprocarunt cum nauibus hostilitatis.

Probat se ob flagitia non punitum, qui flagitiũ sibi nunquam indulserit ob numinis reuerentiam.

[k] Id est, si nemo affligitur nisi ob scelus suum, actum est de sanctis: nam integerrimus homo intricatus miseriæ, statim erit impius.

[l] Ponet manum suam super nos ambos.

[m] Quia non firmus, ego, mecum.

[a] Id est, fauere uidearis impiorum instituto.

[b] Secundũ scire tuum, quia impius non ero.

[c] Metaphoricõs pro malis adobruisti, ut 2. cap.

[b] Visitatio tua.

[c] Quia hoc tecum.

Concludit deum integra sua iusti[t]ia tam pro[b]is quã im[p]robis in[fe]rre mala

Per figurã [p]ræteritio[n]us deum in[n]ocentiæ [s]uæ testem [a]dhibet.

Digitized by Google

f Et reuerteris & mirabiliter ages in me.
g Calamitates suas uocat testes. Nam ab eis amici argumentum acceperūt, quod Iob sit impius.
h Reciprocationes & exercitus mecum.

D respicias. Quæ utinam inualescat, ut me ceu leopardus ueneris, f iterumq; portentosa calamitate conficias me. Producas cōtra me nouos g testes tuos, tuæq; indignationis gladius in me [stringatur,] h & malorum inuicem succedentium agmen inuadat me. Cur autem eduxisti me ex utero? Vtinā expirem, ut me nullus oculus aspiciat. Vtinam, ut aliquādo fui, nullus sim: utinam à uentre ad sepulchrū elatus essem. An non dierum meorum portio modica desinet? Saltem absistat à me, ut paululum respirem. Priusquam in regionē tenebris & densissima umbra obsitam abeo non rediturus. Ad regionem obscuram, qualis est caligo & umbra densissima, quæ nō habet ordines: quumq; illuxit, perinde est, atq; si caligo eam obtineat.

CAPVT XI.

Zophar destitutus rationibus, quibus refellat argumenta Iobis, non respondet ad rem, sed aggreditur solutiones ad personam, ut uocant. Et criminatur Iobem ut loquacem, irrisorem, impatientē, præfidentem, arrogantem, stultum.

a Et si uir labiorum iustus erit?

A CVi respondens Zophar Naamathita, inquit, Non respondendum esset ad multitudinem uerborum? a Aut homo locutuleius causam euicit? Videlicet tibi soli homines tacebunt, ut te sannionem agentem nemo suffundat pudore. Dixisti autē, Disciplina mea syncera est, & ego purus sum tuo iudicio. Sed utinā deus loquatur, & aduersum te aperiat * tua labia. Referatq; tibi arcana sapientiæ: b sunt enim deo iudiciorum duo genera: ad hæc scito, quod deus pœnam iniquitati tuæ debitam distulit. Túne peruestigando inuenires deum? túne inuenires dei optimi maximi perfectionem consummatam? Quæ quum altitudines cœlorū æquet, quid efficies? quum profundior sit inferis, quid intelliges? Cuius quātitas longior est terra, & latitudo eius maior quàm mare. Quis autem remorabitur eum, uariè res uersantem, ut alias recludat, alias in publicam notitiam edat? Quumq; nouerit homines nihili, cernatq; uanitatem, non consideraret? Attamen uir inanis c desipit, homoq; nascitur [ut] pullus onagri. Quod si tuum cor rectè compones, & ad ipsum [deum] manus tuas expandes. Siqua uanitas est in manu tua, procul eam abijcito, & non concedito iniquitati domicilium in tuis tabernaculis. Tunc enim faciem tuam attolles citra uitium, erisq; uallo munitus, nec timebis quenquam. Obliuisceris enim molestiæ, ut non magis recorderis quàm præterlabentis aquæ. d Totumq; tempus uitæ perstabit serenius quàm meridies: aut si obscuritas incidet tibi, rursum clarum mane illucescet. In spem summam adduceris, e & iacebis securus uelut fossa circunducta. Cubabis deniq;, ut nemo exterreat, multiq; tibi supplices erunt. Oculi autem impiorum frustrabuntur, eisq; adimetur effugium, & spes illorum f erit uanissima.

* Sua.
b Quia duplicia subsistentiæ, & scito quia fœneratur tibi deus ab iniquitate tua.
b Duplicia, nempe iudicia occulta & aperta.
c Iillabeb significato leb, id est cordis, affine est, quasi dicas corde capietur.
d Et à meridie surget sæculum: obscurus eris, sicut mane eris. Sunt tamen, qui thaypha interpretantur, splendebis.
e Et fodies, ad fiduciam iacebis.
f Follis animæ. Efflat autem anima euanidum halitum.

B C D Leuit. 26. a

CAPVT XII.

Iob conuitia Zopharis diluit, & pleraq; in amicos retorquet, alia etiam crimina impingens. Agit etiam causam ipsam, magnificè disserens de sapientia, iustitia & potentia dei.

A AD hæc respondens Iob, dixit, Enimuero uos estis hominum uniuersitas, & uobiscum sapientia morietur. Est & mihi cor non minus quàm uobis, a neq; cedo uobis ulla in re. Quis autem non tenet quæ uos iactatis? Ridiculosum amicis: † b uerum ultionem dei poscit, qui & annuit, ridere iustum & integrum. c Lucernam cōtemptam iudicio hominis opulenti, quæ idonea est gressibus dirigendis. Felicia tabernacula prędones habent, & in magna securitate agunt qui res dei intertur

a Non cado ego à uobis: & est quo non, sicut ista?
b Clamat ad deum & respondit ei.
c Lucernam contemptam cogitationibus opulenti, paratam nutantibus pede. Similitudo est quæ unam causam ostendit, ob quam deus affligit integros homines, ut alij discant, si hoc fit in uiridi, quid fiet in arido?

Prou. 14. a Si mali sunt omnes calamitosi, boni erunt felices. Igitur boni erunt grassatores, idololatræ.

Digitized by Google

interturbant, [b] quiq́ deum portant manu sua. Verum interroga quæso pecudes, & unaquæq́ docebit te: & uolucrẽ cœli, qui referet tibi. Vel institue colloquiũ cum terra, & docebit te, pisces etiam maris narrabunt tibi. Quis ignorat hæc omnia, quod manus DOMINI condiderit ista? In cuius manu sita est anima omniũ quæ uita prædita sunt, & spiritus uniuersæ humanæ carnis. An nõ auris probat sermones, & palatũ gustat cibos? Est in senibus sapientia, & lõga ætas affert peritiã. Cum ipso [deo] sapientia est et fortitudo, ei consiliũ est & peritia. Ecce demolietur, quod non ædificabitur: concludet uirũ, et nõ aperietur. Ecce cohibebit aquas, & exarescent: rursumq́ illas demittet, ac terrã euertent. Cum ipso robur est & subsistentia, ei [subest] errãs & decipiens. Qui consiliarios abducit ut prædam, & iudices uertit in amentiam. Qui [e] soluit disciplinam regum, & uinculo constringit lumbos eorum. Sacerdotes ut prædã abducit, & potentes subuertit. [f] Fidis hominibus eripit eloquentiam, & iudicium aufert senibus. Effundit contemptum in principes, & zonam potentiũ laxat. Abstrusa profert in apricũ è tenebris, & densissimã umbrã educit ad lucem. Auget gentes, easq́ perdit: extendit gentes, easq́ compescit. Adimitq́ cor [g] primatibus populi terræ, eosq́ facit errare [h] per solitudinem inuiam. Vt palpent in tenebris, & luce careant, facitq́ errare illos tanquam ebrios.

B C D (margin letters)

Esa 22.f
Apoc.3.

CAPVT XIII.

EN omnia hæc uidit oculus meus, & auris mea audiuit, eaq́ considerauit. [a] Non minorem habeo notitiã quàm uos, nec cedo uobis. Verum ad deũ locutus sum, et cum deo disceptare uolui. Atqui uos estis mendacij concinnatores, & uniuersi uos inepti medici. Vtinam prorsus taceretis, [b] quod sapientiæ uestræ posset attribui. Audite quæso argumentationem meam, & [c] contentionem meam auscultate. An oportet iniquitatem uos loqui ob deum? & eius gratia dolum loqui conuenit? [D] An illi gratificari uultis, & pro ipso litigabitis? An iuuabit, si uos scrutetur? Num illudetis ei, ut illuditur homini? [e] Qui certissime uos arguet, si occulte in gratiam cuiusquam discedetis à recto. An non excellentia ipsius terret uos, et illius formido uos inuadit? [f] Meminisse oportebat uos similes esse cineri, & corpora uestra, corporibus argillaceis. Silete mihi, [g] & ego loquar meo periculo, quicquid tandem sit mihi euenturũ. [h] Cur ferrem carnem meam in meis dentibus, & animam meam ponerem in palma mea? Si me occisurus esset, [i] non expectarem, [k] tantum apud eum disputo de uitæ meæ ratione. Ipse enim & mihi saluti est, quum in eius conspectum nullus hypocrita ueniat. Attente audiatis meum sermonem, et meam expositionem [capite] auribus uestris. [l] Quum enim causam meam informauerim, scio quod absoluar. Quisquis igitur mecum litigaturus est, [id faciat:] quandoquidem iam tacebo, & expirabo. Tantum duo non mecum agas, tuncq́ à facie tua non abscondar. Manum tuam remoue procul à me, & formidine tua non terrefacito me. [m] Et te accusante ego defensoris partes agam: uel ego loquar, & tu mihi respondeto. Quantum mihi est iniquitatum & peccatorum? Scelus meum & peccatum meum indica mihi. Quare abscondis faciem tuam, & me inimicum tuum existimas? An folium impulsum concuties? & stipulam aridam persequeris? [n] Si aduersum me descripsisti offensas, & iniquitates adolescentiæ meæ impingis mihi. [o] Et positis meis pedibus in cippo prohibes, ne quò effugiam, qui radicibus pedum meorum uestigia imprimit. Quum ipse uelut putrida res uetustate

A B C D (margin letters)

[Con]fessit cri[men] arrogan[tia]e, quod ad [d]eum pro[u]ocauit.

[b] Periphrasis idololatræ.

[e] Aperuit, id est, tollit leges, ut seditiones oriantur.

[f] Aufert labium fidelibus, & gustum senum adimit.

[g] Capitibus.

[h] In inani, non uia.

[a] Secundum scire uestrum sciui etiam ego.

[b] Et erit uobis ad sapientiam.

[c] Lites labiorum meorum.

[D] An faciem eius suscipietis.

[e] Arguendo arguet uos, si in occulto faciem suscipietis.

[f] Memoriæ uestræ parabolæ cineris.

[g] Et loquar ego, & transeat super me quid.

[h] Id est, non sum ita crudelis, ut totus perdi uelim.

[i] Quidam legunt, eum.

[k] Tantum uias meas ad faciem eius arguam.

[l] Ecce quæso disposui iudicium, sciui, quod ego iustus ero.

[m] Et uoca, & ego respondebo. Optionem dat deo, ut ipsi uel actoris uel rei partes cõcedat.

[n] Quia scribes

[o] Et pones in cippo pedes meos, & custodies omnes semitas meas, super radicibus pedum meorum sese designabit.

Digitized by Google

p Veterascet. Persona tertia pro prima.
a Mutilus diebus & satur tumultus.

b Et me uenire facies in iudiciũ tecum.

c Pro arbore, synecdochicôs.

d Ab odore aquarũ germinabit, & faciet messem sicut planta. Quidam Kazir interpretantur surculum, qui per insitionem transplantatur.
e Et ubi ipse?
f Recesserunt aquæ à mari, & flumen siccabitur & exarescet. Et uir iacebit, & non surget, donec non cœli, non expergiscẽtur & non excitabuntur è somno suo.
g Vir.

Vltra pœnam mortis omnibus decretam non cruciabis me.

h Inundabis decidua eius pulueris terræ.

i Tantum caro eius super ipso dolebit, & anima eius super ipso mœrebit.

p conficiẽdus sim, & sicut uestis quę comeditur à tinea. CAP. XIIII.

A HOmo natus mulieris, a uiuens breuiori tempore, in omnibus suis diebus affatim habens turbarum. Vt flosculus oritur & succiditur, fugitq́ uelut umbra, neq́ persistit. Aperis etiam oculos tuos super tali, b ut me in ius uoces? Quis proferet purum ex immunda? [massa] Ne unus quidem [proferri poterit.] Si dies eius exactè præfiniti sunt, & numerus mensium ipsius penes te est, eiq́ terminos præfixisti, quos B præterire nõ potest. Absiste ab illo, ut desinat, quum iam grato animo excipiet diem fatalem tanquã mercenarius. c Ligno enim spes reliqua est quod repullulet quum excisum fuerit, teneraq́ propago eius nõ deficiat. Quum radix eius consenuerit in terra, & stirps eius in humo emortuus fuerit. d Attracto humore aqueo iterum germinat, exhibetq́ fructus decerpendos, ut plantæ solent. Et uir languore confectus morietur, & homo expirabit, e ut nusquam superstes sit? f Quum recedentibus aquis Oceani flumina siccabuntur & arescent: homines post obitum non resurgent, quoad cœlum non sit, neq́ expergiscentur & excita-C buntur è somno suo. Vtinam in sepulchro me recondas & occultes, donec remittat ira tua, mihiq́ terminum præscribas, ad quem recorderis mei. Reuiuiscétne g homo, ubi mortuus fuerit? Equidẽ omnibus diebus militiæ meæ præstolabor, donec uicissitudo mea ueniat. Quando uocanti tibi respondebo, tuq́ opus manuũ tuarũ expetes. Nunc enim † gressus meos numeras, [&] non obseruas peccatum meum. Quum [enim] scelus meum consignatũ sit, adsuésne aliquid iniquitati meæ? D Porrò mons cadens marcescit, & saxum de loco suo cedit. Aquæ cauant lapides, h tuq́ summergis alluuionibus tellurem: & spem homini calamitoso adimis. Quin uiribus uteris in eo superando, ut migret mutans faciem suam, & dimittas eum. Ignoretq́, an filij ipsius in ampla fortuna sint, & non curet eos quum angustia premuntur. i Tantum dolebit dum carnem suam gestat, animaq́ ipsius mœrebit dum in ipso agit.

Psal. 90.a

Prou. 5.d

Precatur mortẽ, quæ omnis doloris finem adfert piis.

CAPVT XV.

Eliphaz amarulenta oratione strictim respondet solutionibus Iobis, quibus refellit obiectiones Zopharis. Ipseq; conuiciatur amico, et repetit aliquas rationes, quibus arguit ob scelera puniri. Deniq; minatur periturum esse penitus, quia nolit admonitus resipiscere.

a Etiam dissolues timorem, & prohibebis mussitationem coram deo.
b Eliges.

c Et definet apud te sapientia.

d Præcellẽs à patre tuo diebus.

e An paruum à te consolationes dei, & uerbum occultum tecum?

A AD hæc respnodens Eliphaz Themanita, inquit, Num uir sapiens respondendo proferet uentosam scientiam? & orientalis uentus implebit eius uentrem? Afferetq́ argumenta, quæ non congruũt, & sermones quibus nihil efficit? a Præterea soluis religionem, & preces ad deum prohibes. Nam iniquitas instruit os tuum, & linguam callidorum b usurpare tibi placet. Arguat autem te impietatis os tuum, & nõ ego, tuaq́ labia testimonium reddant aduersus te. Omniúmne hominum tu primus natus es? & formatus es ante colles? Num auscultator fuisti diuinorũ arcanorũ, c & sapientia suos terminos ultra te nõ porrigit? Quid nosti quod nos ignoremus? aut quid intelligis, cuius nos simus imperiti? Est & inter nos canus & senex, d etiam prouectioris ætatis quàm pater tuus. e Num dedignaris consolationes diuinas, & res oc-B culta tibi uidetur? Quantũ seduxit te cor tuum? & quantã elationem animi significant oculi tui? Quia contra deum erigis animum tuum, proferśq́ sermones ex ore tuo. Quid est homo, ut à scelere purus sit, et ut natus mulieris iustus sit? Ecce in sanctis suis [angelis] firmũ opus non produ

Eccl. 18.b

Supra 4.d

Digitized by Google

produxit [deus,] ac ne cœli quidem sunt in eius oculis sine macula. Quanto magis homo abominabilis & inutilis, qui uelut aquas imbibit iniquitatem? Explicabo tibi, modo ausculteś mihi: & quod perspexi, tibi recensebo. Quod sapientes homines retulerunt, [f] & à maioribus suis acceptum bona fide tradiderunt. [g] Quibus solis permissa fuit rerum publicarũ gubernatio, neq; infestauit eos hostis. Impius omni tempore sibi asciscit dolores parturientis fœminæ, & numerus annorum abscondirur tyranno. Voces terrificæ [insonant] auribus eius, & quum pax agitur, ei superuenit uastator. Non credit se iterum exiturum è tenebris, & è specula prospectat gladium. Satagit, ubicunq; panem inueniat: [h] scit [enim] q; suis factis periculosa tempora accersiuerit. Eumq; terrent angustia & circumuallatio, [i] & eum circũstant ut regem confertis globis pręliaturum. Nam aduersus deum intendit manum suam, & uires promittit aduersus optimũ maximum. [k] Qui cum eo concurrens collum inuadet, ac densissimos clypeos conuellet. Nam adeps illius obduxit faciem eius, & [l] obesitatem [m] contraxit circum ilia. Quare habitat in urbibus quæ destruuntur, & domos suas non inhabitat, quæ in congeries lapidum uertendæ sunt. Non ditescet, neq; stabiles erunt illius opes, [n] neq; ad plenum crescet in terra. Nunquam euadet tenebras, [&] flamma teneram eius propaginem arefaciet: abibit autem per indignationem quã ore suo efflat. Vanitate [autem] deceptus non fidet [deo,] [o] quum felicitas eius in contrarium mutatur. Absumetur ante fatale tempus, & ramus eius non florebit. Vt uitis uiolenter abijciet suos botros immaturos, & ut oliua suum florem abijciet. † Nam hypocritæ congregatio erit solitaria, & ignis deuorabit tabernacula muneribus referta. [p] Concipiendo molestiam, & pariendo uanitatem, uenter eius concinnabit dolum.

C [f] Et non negauerunt à patribus suis.
[g] Ipsis solis data est terra, & nõ transiuit alienus in medio eorũ. Id est, qui felicissime rempublicam gesserunt.

[h] Nouit quia paratus est in manu eius dies tenebrarum.
[i] Pręualebit ei ut regi futuro ad pilam.
[k] Curret ad eum in collũ, in densitatem summitatum clypeorum eius.
D [l] Hierony. aruinam.
[m] Fecit. Hiero, dependet.

[n] Et non inclinabit ad terrã absolutio eorum.

[o] Quum uanitas erit permutatio eius.

[p] Id est, facultas non uoluntas peccandi ablata est.

CAP. XVI.

Adhuc sententiam suam adstruit Iob, quod scelerum pœnas non luat. Ceterum iudicio diuino permittit causam suam. Interim carpit amicos, ut ignaros, & alienos ab humanitate.

A AD quæ respondẽs Iob, dixit, Sæpius audiui talia, uniuersi estis consolatores molesti. Quando tandem finis imponetur uentosis uerbis? Aut quid te iuuat, quum [me] uexas? Possem & ego loqui more uestro. [a] O si uos eo loco essetis quo ego sum: [b] uobis enim aptum sermonem accommodarem, & motu capitis testarer dolorem meum ex uestra miseria. Vosq; confirmarem ore meo, & consolatio meorum labiorum dolores minueret. Ego autem si loquar, dolor meus non minuitur: siue omitto [loqui,] & quid decedit mihi? Verum iampridem ærumnis onerauit me [deus:] [c] & sanè cunctas meas facultates stupefecisti. Rugis quoq; arauisti me, ut testimonij uim habeat, [d] & amissa pristina forma, mihi dissimilis sum, ita ut palàm arguat me. Ira sua lacerat, ac hostiliter mecum agit, frendit in me suis dentibus, hostisq; meus oculis suis micat aduersum me. Distendunt contra me os suum, & contumeliose præciduni maxillam meam, & in malis meis uoluptatem suam expleuerunt. Constrictũ me deus iniquo tradidit, & per impios prostrauit me. Beatus fui, sed disiecit me, ac mea ceruice cõprehensa, minutatim confregit me, scopũ deniq; me sibi constituit. Vt me sagittæ illius undiq; feriãt, & renes meos dissecet, ac non parcat, & in terrã effundat fel meum. Ita me uulnerauit, ut continuum uulnus sit, [&] in me fecit impetum sicut gigas. Consui saccũ super cutem meam, & cornu meũ depressi humum.

[a] O si esset anima uestra sub anima mea.
[b] Componam super uos sermones.

B [c] Stupefecisti totum coetum meum.
[d] Et surrexit in me abnegatio mei: in faciem meam respondebit.

C

Digitized by Google

[e] Et super palpebras meas umbra mortis.
[f] Meum sanguinem.
[g] Clamori meo.
[h] Oratores mei amici mei, ad deum stillauit oculus meus.
[i] Et arguet ad uirum cum deo.
[k] Et semitam non reuertar, ibo.

Facies mea intumuit fletu, [e] & palpebras meas obduxit caligo densissima. Quũ tamen nulla uioletia sit in palmis meis, & oratio mea sit munda. O tellus, ne celes [f] mea scelera capitalia, & non sit locus [g] ubi lateant querelæ de me. Nunc etiã ecce testem habeo in cœlo, & consciũ in excelsis. [h] Quũq; amici mei rhetorica oratione contra me agant, manantibus lachrymis dei opẽ imploro. Is [i] enim palàm proferet, si quid peccatũ est à uiro cõtra deũ, & à filio hominis in proximũ suum. Nam anni adnumerati succedũt, [k] ac iter semel peragendũ ingrediar.

CA. XVII.

[a] Spiritus meus destruitur. Hierony. attenuabitur.
[b] Qui ad manum meam figetur.
[c] Iccirco non exaltabit, nempe quod innocentem amicum accusant acriter.
[d] Ad portionem nunciabit amicos, & oculi filiorum eius deficient.
[e] Et timpanum antrorsum ero.
[f] Tenebit.
[g] Et mũdus manibus addet prestantiam.
[h] Possessiones cordis mei.
[i] Ponent.
[k] Pro sepulchro.

Id est, promittitis quae moribundi conditio non capit. Ironia.

IAm quidem ago animã, & dies mei ritu lucernæ deficiunt, meũq; sepulchrum manet. Si non illusores agunt mecum, & in mœrore quo me isti afficiunt, nox transigenda est. Deponito quæso [pignus,] & da fideiussorem in causa, quæ mihi tecum est: & quis erit, [b] qui mecũ sponsionem faciat? Quia exclusisti cor eorum ab intelligentia, [c] iccirco negotium hoc non magnam laudem eis pariet. [d] Qui amicos numerat inter bona sua, eius filij non inuenient quod expectabant. Nam me quidem [deus] posuit exemplũ populis, [e] & celeberrimæ famæ ero in posterum. Cuius oculus præ indignatione caligat, meaq; membra uniuersa umbræ similia sunt. Ob quam rem probi stupebunt, & innocens aduersus hypocritam excitabitur. Iustusq; [f] insistet uiæ suæ, [g] & innocens magis magisq; progredietur. Tantum uos uniuersi domũ redite, & abite quæso: quandoquidem inter uos nullum sapientem reperio. Dies mei præterierunt, & conatus mei intercepti sunt, [h] quæq; animo præsumere possem. Noctem [i] uertent in diem, & lux subsequetur e uestigio tenebras. Si expectarem, [k] infernus [tamen est] domus mea, & in tenebris strauit lectum meum. Foueam appello patrem meum, & uermem matrem & sororem meam. Vbi est igitur, ubinã spes mea? & spem meam quis spectabit? Quæ si mecum in puluerẽ demitteretur, uectes sepulchri subsiderent.

Vbi sit lo... tiæ Iobis.

CAP. XVIII.

Petulantissime irridens Iobem sermones eius eleuat. Ad hæc minatur penitus interiturum, quia nolit resipiscere.

[a] Ipsius.
[b] Super eum.

AD hæc Bildad Suhita respondens, dixit, Quando tandem sermonibus imponetis finẽ? Intelligite, & postea loquamur. Quare similes pecori æstimamur, & uobis obstinati uidemur? Tu qui per furorem discerpis animã [a] tuam, deleretúrne terra propter te, & rupes è loco suo cedet? Certè lux impiorũ extinguitur, neq; splẽdet flamma ignis ipsius. In eius tabernaculo lumen obtenebrescet, ac lucerna illius [b] quæ lucet ei, extinguetur. Gressus uirtutis illius angusti erunt, suumq; consiliũ deijciet eum. Quia missus est suis pedibus in rete, & iuxta implicitã sepem obambulat. Laqueus comprehendet calcaneũ illius, eumq; sitibundus superabit. Eius funis in terra est absconsus, & decipula eius in semita. Vndiq; terrebũt eum pauores, & quocunq; gradietur, cõminuent eum. [c] Famelica erit uirtus eius, [d] & pernicies ei parata est ab utroq; latere. Deuorabit * uectes cutis suæ, deuorabit uectes eius primogenitus mortis. Euellet ipsius tabernaculo id cui potissimũ fidebat, eaq; res adducet eũ ad regem terrorum. Habitabit in tabernaculo eius nulla propinquitate attingẽs eum, & sulphur spargetur in casam eius. Inferne radices illius exarescent, & superne messis eius succidetur. † Memoria eius interibit de terra, neq; famam celebrem habebit in platea. Propellent eum ex luce ad tenebras, & ex orbe illum fugabunt. Non filiũ neq; nepotem habebit in populo suo, non superstitem in suis domicilijs. Stupefient posteri

[c] Id est, non assequetur quod cupit.
[d] Et pernicies parata ad latus eius.
* Vectes pro membris intelligi possunt, ut 41. cap.

Prou. 10.

Digitized by Google

fieri [e]ad fata illius, & [f]priores inuasit horror. Atq; hæc tabernacula duntaxat impij sunt,* & is est locus ignorantis deum. CAP. XIX.

Dehortatur amicos ab insectando innocente se, asseritq; se non calamitosum propter impietatem aut scelera, quippe qui summa capita religionis, peccatorum condonationem per incarnandum filium dei, carnis resurrectionem, & uitam æternam constantissime teneat.

AD hæc respondens Iob, dixit, Quandiu cruciabitis animũ meum, & sermonibus [a]enecatis me? Iam decies contumelias mihi intulistis: an non pudet uos quod prorsum alios mihi uos exhibetis? Etenim si omnino erro, [b]constat mihi ratio quæ in errorẽ abduxit. [c]Quod si omnino magnum quiddam in me oppugnando efficere conamini, & per calamitatem meam uestram intentionem fulcire. Scitote nunc, quod deus [d]me potentia sua premat, quodq; suo instrumento uenatorio circundederit me. Si clamem uim inferri mihi, non respondetur mihi: si uociferer, non retineo ius meum. Semitam [enim] meam sepsit, ut euadere nequeam, & uijs meis offudit tenebras. Detraxit mihi gloriam meam, & coronã mei capitis abstulit. Euulsit me circũquaq; ut peream, abstulitq; spem meam ut [euulsæ] arbori. Exarsit in me ira illius, meq; habet in hostium numero. Simul uenerunt milites eius, & uiam muniuerunt aduersum me, & castra posuerunt circum mea tabernacula. Fratres meos abstraxit à me, quiq; me nouerant, etiam alienos se mihi offerunt. Propinqui mei deseruerunt me, & necessarij mei obliti sunt me. Familiares mei & ancillæ meæ censent me peregrinũ, eisq; uideor externus. Quũ uoco seruum meum, & [e]ore meo peto ab eo aliquod officiũ, non respondet mihi. Halitus meus offendit uxorem meam, [f]filijs etiam uentris mei supplex sum. Etiam homines nequã aspernantur me, [quibus] quum assurgo, iaciunt in me scommata. Omnes [g]amici intimi abominãtur me, & quos dilexi, aduersantur mihi. Cuti & carni meæ adhæret os meum, & euasi dentium meorũ cute comite. Benignius mecum agite, benignius mecum agite uos amici mei, quoniã diuina manus tetigit me. Quare me persequimini ut deus? & carne mea non saturamini? [h]Vtinam scribantur mei sermones, utinam in libro exarentur, stiloq; ferreo incidantur in plumbum aut saxũ, quo perpetuò durent. Noui & ego quod uindex meus uiuit, & nouissimo [tempore] [i]adhibebit suam uim pulueri. Postquam uero circundederint [k]hoc mea cute, spectabo deum è carne mea. Quem ego mihi contemplabor, & oculi mei uidebunt, & non alius: [l]quod unicum meum est desiderium. Nam [olim] dicetis, Cur eum persequebamur, [m]in quo fundamenta negotij [salutis] deprehendebantur? Timete igitur gladium uobis imminentem, [n]quia ira iniquitates, [iniquitas parit] ultionem dei, quoniam intelligetis esse iudicem. CAP. XX.

Sicut Eliphaz & Bildad proximis orationibus, ita & Zophar in Iobem fert sententiam ultimam, quod impietas immerserit eum istis malis: in quibus radicitus pereat, siquidem recusat emendari.

AD hæc respondens Zophar Naamathita, dixit, Igitur cogitationes meæ impellunt me ad respondendum, & propterea in me festinatio existit. [a]Audiã tamen ex te correptionem coniunctã cum mea ignominia: tametsi me conscientia hic consolabitur. Nonne scis illud omnibus sæculis obseruatum, ex quo [deus] imposuit terræ homines? Quod

[e] Super die illius.
[f] Id est, præsentes, qui uiuunt tempore Iobis.
* Id est, talia obueniunt tantum sceleratis.

A

[a] Attenuabitis me totum.

[b] Mecum pernoctabit id quod errare facit me.
[c] Si uere super me magnifice agetis, & arguetis super me probrum meum.
[d] Inique mecum egit.

B

C

[e] Et precabor, uel petam beneficium.
[f] Possunt intelligi nepotes, nam liberi oppressi fuerunt ruina domus. Quidam exponunt libnei propter uel per filios meos: ut sit sensus, Vxorem licet obtester per nostra pignora.
[g] Viri, secreti mei.

D

[h] Quis dabit nunc, & scribentur.
[i] Super puluere stabit.
[k] Dicticos hoc, quod ob deformitatem summam corpus non licet dicere. Et circundederint, id est, pater, filius, spiritus: ut in Genesi, faciamus.
[l] Et consummati sunt renes mei in sinu meo.
[m] Et radix uerbi inuenta est in me.
[n] Quia ira iniquitates, gladiũ.

A

[a] Correptionem contumeliæ meæ audiam: & spiritus de intelligentia mea respondebit mihi.

Digitized by Google

iubilatio impiorum cito finiatur, & lætitia hypocritæ sit temporaria. Si exaltatio ipsius in cœlũ ascẽderit, suumq; caput extulerit usq; ad nubes, Peribit tamen tandem ut ipsius stercus, & qui uiderunt eum, dicent, Vbi
B nam is est? Auolabit ut somniũ, & non reperient eum, & fugabitur ut ui sio nocturna. Oculus qui eum intuitus est, non iterum uidebit, neq; am plius cernent eum [homines] sui loci. Liberi eius [b]placabunt pauperes, & manus illius restituent [c]opes per uim ademptas. [d]Adolescentiæ uitia tenacissime illi inhærent, eumq; comitantur ad [sepulchri] puluerem. Quumq; malũ dulcescat in ore illius, recõdit ipsum sub lingua sua. Eiq; parcit, ut non †demittat, idq; detinet in medio palato suo. Cuius panis in uisceribus ipsius uertitur in bilem aspidis intra illum. Opes deuorat,
C quas remouet deo extrahente illas ex uentre ipsius. [e]Venenũ aspidum sugebit, eumq; occidet lingua uiperæ. [f]Non uidebit riuos fluminũ tor rentium mellis & butyri. Quæ labore acquisiuit, reddet, minimeq; de uorabit, [g]uelut merces permutatorias, nec illis gaudebit. Attriuit enim, & reliquit pauperes: domumq; diripuit, nec ædificauit eam. Nõ sentiet Eccls 5.c in uentre suo q opulentus est, neq; conseruare poterit res optatas. Cibo illius nõ aderit [h]uis nutriendi, quocirca bonum ipsius [i]instabile est. [k]Et si rebus omnibus affatim abundet, angitur tamen, & omnibus partibus
D laboriosi hominis fungitur. Esto autẽ ut impleat uentrem suum, [deus tamen] immittet ei feruorem iræ suæ, & depluet in eum, [&] in cibum illius. Eumq; fugientem arma ferrea excipiet arcus chalybeus. Strinxit gladium, qui corpus transfigat, ac micet per fel adactus, eiq; occursant res terrificæ. Vniuersæ tenebræ repositæ sunt in locis illius abstrusis: quem ignis deuorat non follibus excitãdus, [&] quicquid est residuum in domo ipsius, malo inuoluitur. Cœli produnt illius iniquitatem, terraq; in eum insurgit. [l]Prouentus domus eius, quando iram suam deus promit, migrat ut aquæ effusæ. Hæc impij hominis sors est ex deo, [m]& præmium paratum à deo ipsius blasphemijs. CAP. XXI.

Copiose hic Iob explicat rationem firmißimã, quam præcipue amicorum rationi opponit. Si iustitia dei postulat, ut neminem affligat, nisi aliquo scelere meritus sit, postulat etiam ut nullum sceleratum impune dimittat. Sed multi impij usq; ad ultimum diem felicißime uiuunt in mundo. Quod benignus dominus largitur eis præter ipsorum meritum.

A AD hæc respondẽs Iob, dixit, Attẽtius meos sermones audite, [a]idq; pro consolatione uobis imputabitur. Ferte me, & ego loquar: & postquam loquutus fuero, sannis exagitate. Num colloquium ad hominem institui? [b]Aut quare non affectus animi mei promerem? Aspicite me, & obstupescite, ac manum ori imponite. [c]Nam cogitatione obiens quæ mihi acciderunt, perturbor, & totũ corpus meum horrore concutitur. Quare impij uiuunt? & consenescũt? & pollent opibus? [d]Semen eo- Ierem.12.a rum ipsis spectantibus feliciter eis prouenit, & propagines eorũ ob ocu Abacuc 1.a
B los ipsorum. Domus eorum salua est extra metum, neq; in eos sæuit dei uirga. Taurus eorum init pecus, & non est iners: uacca eorum parit, & non est sterilis. [e]Edunt greges infantiũ, eorumq; liberi saltitant. Ad tim panum & citharam [f]ducunt choros, & læti agunt ad sonum fidiculæ. Omneq; suum æuum transigunt beate, & momento demittũtur ad sepulchrum. Qui quidem deo dicent, Recede à nobis, nec enim cupimus scire tuas uiuendi præceptiones. Quid est optimus maximus, ut Mal 3.a ei seruiamus? aut quid utilitatis capiemus, si ei occurramus supplices?

[b] Hierony. Atterentur egestate.
[c] Virtutem eius redire facient.
[d] Ossa eius plena fuerunt adolescentiæ eius, & cũ eo super puluerem cubabit.
† Demittat, i. deglutiat.
[e] Caput.
[f] In magna rerum copia egebit auarus.
[g] Velut opes suæ permutationis.
[h] Residuum.
[i] Iahil uidetur ex iabal expectauit formatum, quanquam Ebræi pleriq; deducunt ab hol.
[k] Dũ plena est sufficiẽtia ipsius, angustum erit illi, omnis manus laboriosi perueniet ad eum.
[l] Migrabit prouentus domus eius, effusæ, in die iræ eius.
[m] Et hæreditas eloquij eius à deo.
[a] Et erit hoc, uestræ consolationes.
[b] Et si, quare non mutilus erit spiritus meus?
[c] Et si recordatus sum, & turbabor, & præhendet caro mea quassationem.
[d] Semen eorum paratum ante ipsos cum eis, &c. Loquitur de opibus telluris, postea uero de liberis: quanquam Chald. sicut & Hierony. per metaphorã interpretatur.
[e] Mittent ut gregem infantes suos.
[f] Leuant uidelicet pedes, uel uocem.

Quam

Digitized by Google

gQuam certe felicitatē suam non operibus suis adepti sunt: cæterū sententia impiorū longe à me discrepat. [Rursum] quoties impiorū lucerna extinguitur, eisq́ superuenit sua pernicies, [hdomino] distribuente partes in ira sua? Vt sint uelut palea ad uentū, & uelut quisquiliæ quas turbo aufert. Abscondit deus iuirtutem illius filijs suis, [&] rependit ei, ut sentiat. Videntq́ oculi eius detrimentū ipsius, ac bibit aliquantū furoris dei optimi maximi. Quam uero in domo sua uoluptatem relinquit post se? Postremo, dimidiū mensium eius subtrahitur. [Et quū hæc ita habeant,] num est qui deum uelit docere scientiā, qui excelsos iudicat? Alius moritur kintegris uiribus, totus opulentus & felix. Cuius mammæ lacte sunt plenæ, & medulla ossiū ipsius bibitur. Alius moritur in ægritudine animi, lqui nunquā lætus comedit. Pariter autem iaciunt in puluere, ac uermis eos tegit. †Ecce non me latent cogitationes uestræ, & conatus ad me inuadendū. Dicitis enim, Vbi est domus boni & liberalis hominis? & ubi tentoriū tabernaculorū impiorum? *An non percontamini facientes iter, eosq́ ex notis eorū [externis] non æstimatis? Etenim prauis parcitur ad diem perniciei, & ad diem mirarū adducuntur. nQuis autem pronunciare posset ex facie rerū ipsius de uitæ ratione? aut quis rependet ei quæ gessit? Efferetur nimirū ad sepulchrū, & in acerno uigilabit. Vt ei dulces sint cespites torrentis, eumq́ sequentur omnes homines, quemadmodū innumeri præcesserunt. Quomodo igitur me consolamini rebus uanis, & in uestris responsionibus scelus adhibitum est?

g Ecce non in manu ipsorum bonum ipsorum. C

h Funes distribuet in ira sua.

i Pro copia terrum.

k In esse integritatis suæ.

l Et non comedit in bonitate.

D † Occupatio. Si æquali sorte fruuntur boni & mali, non refert quomodo uiuas, nec possunt pij & impij internosci.

* Opponit aliam quæstionem, docens non temere iudicandum de homine ex fortuna, sed altius inspicienda esse omnia, & ex diuinis sententijs decernendum, quis bonus aut malus.

m Abaroth Ebræi plærique intelligunt excandescētiam. Aliqui tamen deducunt ab eber, ut dies ulterior, id est, futurum sæculum intelligatur.

n Quis nunciabit secundum uel super faciem eius uiam eius?

CAP. XXII.

Redit ad genus primæ orationis, ut probare conetur Iob mulctatum malis, ob scelera, subijciens exhortationem ad resipiscentiam. Cæterum altercatione nimia euectus adimit Iobi, quæ prima oratione concesserat numinis aliquem metum, & uitæ sanctimoniam, licet simulatam.

AD hæc respondens Eliphaz Themanita, dixit, Num deo cōmodabit uir fortis? Nam qui sapiunt, sibi cōmodant. Num optimo maximo uoluptati est, si iustus sis? aut lucro est, si uitam integram agas? An ob metū tui arguit te, ac tecum in ius ambulauit? An non potius ob uitiositatem tuam magnā, & infinitas iniquitates tuas? Nam pignus à fratre tuo accepisti abs te, ac nudis detraxisti uestimēta. Non præbuisti poculum aquæ lasso, & famelico negasti panē. aViolentus uir possidet terram, & habens authoritatē, inhabitat eam. Viduas dimisisti uacuas, & lacerti pupillorū attriti sunt. Iccirco laquei circundati sunt tibi, & terror subitus perturbat te. Aut tenebras non uides? & inundationē aquarum, quæ operit te? Nónne deus cœlū altum tenet? spectato enim uerticē stellarum, quā sublimes sunt. Dixisti etiam quid deus sciret? An per caliginem iudicaret? Nubes ei latebræ sunt, ut non uideat, & in sphæra cœlesti uersatur. bAn non obseruasti mundi uiam, quam homines nihili ingressi sunt? Qui ariditate constricti sunt in rugas, quum potuissent diutius persistere, & fundamentum eorum ut flumen diffluxit. Qui dicebāt deo, Facesse à nobis: & quid optimus maximus faceret nobis? Atqui domos eorum bonis referserat: ccæterum ab impiorū consilio longe discrepat mea sententia. Quos inspicientes iusti lætantur, & innocens irridet illos. Quum subsistentia dnostra non sit excisa, reliquias autem istorum ignis absumpserit. Quapropter accōmoda te illi, & pacem cum eo confice, eper quæ felicitas proueniet tibi. Accipe oro legem ab ore illius, & reponito in corde tuo eloquia ipsius. Si te conuerteris ad optimū ma-

A

a Et uiro brachij ei terra, & eleuatus facie sedebit in ea, id est, non animaduertisti in uiolentos raptores. B

b Id est, non obseruasti quid euenerit hominib. prauis, ut quos diluuiū aut flamma cœlestis perdidit? C

c Et consilium impiorum longe abfuit à me.

Psal. 106.

d Hoc est, iustorum, in quorum se numero ponit.

D e In his prouentus tuus bonus.

Digitized by Google

ximum, ædificaberis, [&] procul abiges iniquitatē à tuo tabernaculo. Ponetq; [deus] in puluere [f]munitionē, & torrentes auri Ophirei tanquam saxū. Optimus maximus etiam inuadet hostes tuos, tuq; habebis argentū purgatissimum. Tunc enim in optimo maximo te oblectabis, & palmas tuas leuabis ad deum. Exorabis eum, & audiet te, tuaq; uota exolues. Quamcūq; rem decreueris, rata erit, & in uijs tuis lumen splendebit. †[g]Deprimūtur enim, quos dicebas elatos esse: & summissos deus seruare solet. [h]Liberabit insulam innocētis: liberaberis autem per munditiam manuum tuarum. Prou. 29. d

f Quidam aurum interpretātur, quod plurimum ualet in omnibus rebus.

g Quia humiles fuerunt, & dixisti elatum: & demissum oculis seruabit.

h Id est, seruabit deus probos in medijs fluctibus mundi.

CAP. XXIII.

Repetit argumenta quatuor in superioribus etiam orationibus posita, quibus arguit se non ob scelus aliquod à deo punitum.

A AD hæc respondens Iob, dixit, [a]Etiamnū tristi oratione utor: quanq; mea calamitas superat gemitus meos. Vtinam sciam, & inueniam eum, & ueniam ad soliū eius. Informarem [enim] ante illum causam meam, & os meū argumentis instruerem. Sermones [quoq;] cognoscerem, quibus mihi responderet, ac intelligerē, quid mihi dicat. Num uirtutis magnitudine litigabit mecū? Non, sed ipsus [b]mihi [uires] cōferet. †Ibi cū eo probus disceptabit, ac tandē asserā [animā meā] à iudice meo. Si ad Orientē eam, nusquam ille apparet: aut [c]in Occasum, non animaduerto eum. Dum agit quippiā [d]ad læuam, ego nō specto, & ad partem dextram se abdit, ut nō uideam. Nam uiam [meam] perinde nouit atq; ego: captoq; experimēto de me, ut aurū prodij. Pes meus tenuit gressum illius, [&] uiam illius obseruaui, neq; deflexi. Non remoui etiam præcepta labiorum illius ab instituto meo, [&] eloquia oris eius recondidi. [e]Et quum perpetuò sui similis sit, quis ab eo rationem exiget? quod expetiuit anima illius, fecit. Quumq; perfecerit quod de me decreuerat, fecit, quod aliâs sæpe ab eo factum est. Quamobrē percellebar metu ab eo, præcogitabā [hæc,] & timebam eum. Meumq; cor molliuit deus, & optimus maximus turbauit me. Non enim excisus sum [f]malo improuiso, neq; caligo faciem meam operuit.

a Etiam hodie amara est mussitatio mea: manus mea grauis fuit super gemitum meum.

b Ponet in me.
†Ibi, id est in altera uita.

c Retro.
d Id est, ad plagam australem: ut dextra pro sept. ponitur.

e Et ipse in uno siue eodem, & quis retrahet eum?

f A tenebris.

CAP. XXIIII.

A QVare ab optimo maximo non sunt abscondita tempora? & agnoscentes eum non spectarunt dies eius? Sunt enim qui limites remouent, qui gregem rapiunt & pascunt. Qui asinum pupillorū abigunt, qui loco pignoris accipiūt bouem uiduæ. Qui pauperes pellunt ex uia, ut in latebras abdantur, quotquot in terra humiles sunt. Ecce uelut onagri exeunt in solitudinē ad opus suum peruestigantes prædā: quibus desertū panem profert ad liberos alendos. In agro farraginem suam demetunt, & in uinea [aliena] uindemiant impij. Nudū adigunt, ut pernoctet sine uestimento, & careat indumento per frigus. Vt madeant homines in montibus à nimbo, & saxū amplexentur non habentes suffugium. [b]Rapiunt pupillo, quod post *uastationem relictum fuerat, & cum iniuria humiliū pignus accipiunt. Cogunt etiā nudum incedere sine uestimento, & famelici gestant manipulū. Intra muros eorū exprimunt oleum, quiq; in torcularibus calcant, sitiunt. Clamant homines [c]oppidani, & anima uulneratorū uociferatur: [d]quæ quidem absurda deus hominibus haudquaq; proposuit. Ipsi autē facti sunt rebelles in lucem, neq; uias eius agnoscunt, neq; sedent in ipsius semitis. Prima luce homicida surgit, & occidit humilem atq; pauperē: noctu autē similis erit furi. Oculus etiam mœchi obseruat crepusculum, dicens, Non cernet me oculus, [e]faciemq; palliat. Perfodiunt domos noctu,

a Id est, ita res humanæ iactantur, ut uideatur deus ignorare, neq; iudicium statim profertur in sceleratos.

b Rapient à uastatione pupilli.
*Sunt qui Schad, id est mammam, legant pro schōd, id est uastatione.

c De urbe.
d Et deus non ponet insulsum.

Quæ deus uetat mala, & iubet honesta, homines oderunt, uetitaq; & præcepta [illegible]

e Et latebras faciei ponet.

Digitized by Google

,ctu, quas interdiu sibi notarunt, minimeq; lucem probant. [f]Vniuersis ipsis matutina lux æque inuisa est atq; densissima caligo mortis: si quis enim cognoscat eos, affert terrores densissimę caliginis. Quisq; illorum [g]diffugit per aquas, & portioni eorum maledicitur in terra, neq; deflectunt ad uiam ducentem ad uineas. D Vtq; terra torrida & calor absumunt aquas niuales, ita infernus eos qui peccauerũt. Obliuiscitur eiusmodi hominis ad misericordiã procliuis, estq; dulcis cibus uermiũ, nec ulla memoria ipsius relinquitur, ac uelut arbor iniquitas confringitur. Qui sterilem quæ non pariebat, afflixit, neq; exhilarauit uiduam. Quin & potentes [h]uersat sua potentia, attamen ab illis euectus non fidit suæ uitæ. Si quis etiam ei donet, ut tutus agere possit, ac nitatur illi, oculi eius speculantur uias eius [ad nocendum.] Quumq; breui tempore in fastigio fuerint, nulli erunt, ac redigentur ad paupertatem, utq; [alij] omnes contrahuntur, & ut caput spicarum succiduntur. Quis autem me cõuincet mendacij, quod hæc ita non habeant? & quis [i]sermonẽ meum confutabit?

f Quia pariter mane ipsis umbra mortis: quia cognoscet, terrores umbræ mortis.

g Velox ipse super faciem aquarum: id est, nauigio fugam arripiunt.

h Et trahet, id est, suo arbitratu euehũt aut redigunt in ordinem quoslibet impij.

i Et ponet ad non sermonem meum. Hiero. legit leel pro leal, reddens, ponere ante deum.

CAP. XXV.

Iterum ingerit sæpe iam dicta, deum esse iustum, & nefas, ut homo ante illum sibi uendicet iustitiam.

A AD hæc respondens Bildad Suhita, dixit, Imperiũ & formido est penes illũ, qui pacem conficit in sublimi suo loco. Num eius milites numero cõprehenduntur? Aut cui lux illius non oritur? Et quid iustitiæ sibi arroget homo friuolus deo comparatus? & quid purus esset natus mulieris? Ecce facit ut non existat lux usq; ad lunam, & stellæ non sunt puræ in oculis eius. Quanto minus homo friuolus, qui putredo censeri potest? & filius hominis, qui uermiculus?

CAP. XXVI.

Iob ultima oratione, quæ tripertita esse uidetur, primo docet, apud se esse superuacaneum sermonem de potentia, sapientia, iustitia dei, qui non ignoret: multo autem indignius, quod studeat dei partes ratiunculis cõmentitijs tueri.

A AD hæc respondẽs Iob, dixit, Cui opem fers? num ei qui uires non habet? Quem seruas? an eum qui non habet potens brachiũ? Cui das consilium? eine, qui sapientia caret? [a]Eumq; doces, qui affluit sapientia? Cui nam sermones narras? Aut cuius spiritus egreditur ex te? Res B emortuæ [à deo] formantur sub aquis, & in uicinis locis. Nudus ante illum extat infernus, neq; interitus habet uelamentũ. Qui Aquilonem extendit super inane, & terrã suspendit super nihilũ. Qui cohibet aquas in suis nubibus, neq; nubes rumpitur ab eis. Qui construxit faciem solij, super quod expandit nubem suam. C Terminũ præstituit aquis, dum consummentur lux cum tenebris. Columnæ cœli concutiuntur, & stupescunt ab illius increpatione. Sua potentia [b]scindit mare, & intelligentia sua compescit [eius] ferociam. D Suoq; spiritu adornauit cœlos, [&] manus eius formauit [c]serpentem uectem. Atq; ista duntaxat extrema sunt uiarum eius: & quantulam portionẽ audiuimus de isto negotio? Quis autẽ tonitru potentiæ illius cognosceret?

a Et subsistentia ad multum, docuisti.

b Raga enim Chaldæus interpretatur pro scindere, id est, fluctibus turbare. Aliqui tamen intelligunt, tranquillum reddere.

c Significat stellarum situm, qui draconem figurat concludẽtem ursam maiorem & minorem.

CAP. XXVII.

Secunda parte, hoc est, cap. 27. 28. reddit argumenta quibus probat se non mulctatum malis à deo propter impietatem.

A VLterius quoq; sermonem suum prosequẽs Iob, dixit, [b]Per deum uiuentem, qui me præter meritum afflixit: & per optimum maximum, qui me in tristitiam coniecit. Nunq̃ dum in me halitus erit, & flatus dei in naso meo. Labia mea loquentur iniquitatem, & lingua mea dolum meditabitur. Absit à me, ut uestram sententiam probem donec

a Et addidit Iob.

b Viuit deus, abstulit iudicium meum, & opt. max. amaram fecit animam meam.

Digitized by Google

B expirabo: minime adimã mihi meã integritatem. Sed iustitiã meam reti
nebo, & non deponã eam, [c]neq; committã, ut me unquam culpet cor
meum. Qui mihi aduersatur [hac in causa] impius, & qui se mihi oppo
nit, iniquus habendus est. Quid enim hypocritæ sperandũ est, quum
deus extrahet illius animã, si commoda sua comparet? Num clamorem
eius audiet deus, [b]quũ pericula ei acciduntᷓ Num in optimo maximo
sese oblectabit, omniq; tempore inuocabit deum? Docebo uos [c]per dei
C gratiã, neq; celabo, ut res diuinæ cõparatæ sint. Ecce autem, quum uos
omnes speculationibus [theologicis] operam dederitis, quare tam ua-
nas opiniones habetis? Hæc [inquitis] est pars impij hominis ex deo, et
hæc hæreditas, quam percipiunt tyranni ab optimo maximo. Si nume
rum liberorũ adauxerint, gladio perimentur, & posteri eorũ non satura
buntur pane. Reliqui facti, lue perempti sepelientur, & ipsorum uiduæ
non lugebunt. Si coacerueт [impius] argentũ ut puluerem, & paret ue-
D stem ut argillam. Parabit ille quidem, at iustus induet, ac innocens diui
det argentum. Aedificat domũ suam ut tinea, utq; custos [hortorũ] con
struit tugurium. Diues decumbet, nec [f]honorifice funerabitur: aperiet Psal.48.
oculos, & nemo aderit ei. Ingruent in eum terrores ut aqua, & noctu
furtim auferet illũ tempestas. Auferet eum uentus orientalis, ut abeat, &
de loco deturbabit eum. [g]Inuehetq; illi affatim malorum, quæ magno
studio effugere molitur. Quo sublato [h]plauditur, & homines loci eius
illum exibilant.

CAP. XXVIII.

Sensus est. Omnia in terra & mari penetrat homo, & sua industria eruit: Sapientia uero solius dei gratia & spiritu obtingit.

A HAbet argentũ uenas, & aurum locũ in quo conflant. Ferrũ è pul-
uere tollitur, & lapis ut æs funditur. Tenebris posuit [deus] ter-
minum, & ad omnem perfectionẽ ipse scrutatur lapidem in caligine &
densissima umbra abditũ. [a]Erumpit [alicubi] torrens, qui accolas non
fert: rursum exarescunt torrentes, ut à pede non sentiantur: superant eti
hominis staturam, qui poterant uadari. Est terra in qua panis prouenit,
altius autem eruta ignem exhibet. Est locus, cuius lapides sunt sapphi-
B rus, habetq; auri pulueres. Est semita, quã ignorat uolucris, neq; illã con
spexit oculus milui. Non calcarunt eam [b]feræ, non leopardus ambula
uit per eam. Immittit suam manũ silici, ac montes funditus euertit. Ru-
pibusq; excisis educit riuos, & quicqd pretiosum est, cernit oculus eius.
[c]E guttis flumina colligit, & rem abstrusam profert in lucem. Vnde au
tem sapientia [d]petenda est? aut ubi est locus intelligentiæ? Ignorat ho-
mo pretiũ illius, neq; inuenietur in terra uiuentium. Abyssus enim in-
C quit, In me non est: ac mare dicit, Mecum non est. Non dabitur pro illa, Sap.7.8
quod in thesauris conclusum habetur, neq; argentũ expendetur ut pre-
tium eius. Non illi prçponderabit aurũ Ophireum aut onyx pretiosus,
aut sapphirus. Non pretiũ illius æquabit aurũ aut uitrũ, nec cum ea per
mutatur uas ex auro obrizo. Nulla mentio fiet [e]ramoth & gabis, sapi-
entia quoq; margaritis præpõderat. Non topazius Aethiopiæ pretium
illius æquabit, non aurum purissimũ præponderabit. Vnde igitur ue-
D niet sapientia? aut ubi est locus intelligentiæ? Est quidẽ abstrusa ab ocu
lis omniũ uiuentium, & recondita, ut lateat uolucrem cœli. Perditio &
mors dixerunt, Audiuimus auribus nostris famã eius. Deus uiam eius
monstrat, quippe qui nouit locũ eius. Is enim in partes terræ extremas
prospicit, omniaq; sub cœlo uidet. Vt uento etiam pondus adhibeat, &
aquas

[c] Non exprobrabit cor meum à diebus meis.

[b] Quum ueniet super eum angustia.
[c] In manu dei, id est, deo iuuãte & subministrante facultates.

[f] Et non colligetur.

[g] Et iaciet super eum, & non parcet: de manu eius fugiendo fugiet.
[h] Complodet super eo manus suas, & sibilabit super eo de loco suo.

[a] Erupit torrens de accola: obliuioni traduntur à pede, alij fuerunt ab homine, uadarũ: id est, ubi flumen non fuerat, subito erumpit ac pellit accolas.

[b] Filij ferociæ.

[c] Lachryma.

[d] Inuenietur.

[e] Iudæi putant gemmas esse, quę Hiero. uertit excelsa & eminentia.

Digitized by Google

aquas mensura comprehendat. Præfigendo pluuiæ terminū, & uiam fulguri atq; tonitruis. [f] Tunc uidit, & recensuit eam, parauitq; illam, & peruestigauit eam. Dixit autem homini, Ecce timor dei est sapientia, & uitare malum est intelligentia.

[f] Id est, ab æterno.

CAPVT XXIX.

Tertia pars probat Iob nō afflictū ob scelera, quippe qui fuerit omnis officij obseruantissimus. Simul docet non temere iudicandum de hominum animo ex fortuna, nec fidendum felicitati temporariæ, idq; perspectis rebus Iobis.

VLterius quoq; sermonem suum prosequens Iob, dixit, Vtinam eo loco sint res meæ, quo fuerunt prioribus mensibus, & ijs diebus, quibus me custodiuit deus. Quum eius lucerna in capite meo luceret, ad cuius lumen ibam per tenebras. Qualis fui tēpore [a] hyemis meæ, [b] quum deo esset arcta necessitudo cum meo tabernaculo. Quum adhuc optimus maximus esset mecū, & iuuenes mei circum me. Quando [c] pedes meos butyro abluebam, & saxum apud me fundebat riuos olei. Quando per oppidum ad portam prodibam, & in platea parabam sellam meam. Et me conspicati iuuenes abscondebantur, senesq; assurgentes adstabant. Principes autem à sermone abstinebant, oriq; suo imponebant manū. Procerumq; uox premebatur, & lingua eorum adhærebat palato. Nam auris quæ audiuerat, beatum prædicabat me, & oculus qui uiderat testimonium mihi reddebat. Quia humilem clamantem asserebam, & orphanū cui nemo ferebat opem. [D] Qui paulò minus perierat, laude me prosequebatur, & cor uiduæ commouebam ad iubilum. Induebam iustitiam, & iudicium meum uestiebat me ut pallium & tiaras. Fui [quoq;] oculus cæco, & uice pedū claudo. Pater fui pauperum, & causam forensem, quam ignorabam, indagaui. Et iniqui hominis molares cōtriui, [e] atq; prædam extraxi è rictu ipsius. Cogitabam igitur me in nido meo expiraturum esse, ac more phœnicis multos dies uicturum. Diffusa fuit mea radix ad aquas, & ros in messe mea est moratus. Mea dignitas mihi recens perstitit, & arcus meus in manu mea recepit uires. Me audito expectabāt [homines,] & tacebant ad meum consilium. Postquam dixissem, non iterabat sermonem, & sermo meus in eos stillabat. Meq; uelut pluuiam expectabant, & os aperiebant suum uelut ad pluuiam serotinā. Si quando iocarer apud eos, nō credebant, [f] & in omnibus morigerari mihi studebāt. [g] Accommodaui me illorum moribus cum iudicio, tenuiq; primos accubitus, ac inter eos uersatus sum, ut rex inter militum [custodiam,] & quomodo quispiam mæstos consolaturus.

[a] Id est, iuuentutis.
[b] In arcano dei super meum tabernaculum.
[c] Profectiones.
[D] Benedictio pereuntis super me.
[e] Et è dentibus eius eijciebam prædam.
[f] Et lucem faciei meæ non deijciebant.
[g] Eligebam uiam eorum & sedebam caput, & habitabam sicut rex in milite, quomodo lugentes consolabitur.

CAPVT XXX.

NVnc autem me rident minores me ætate, quorum patres dedignatus fuissem adiungere canibus gregis mei. Quorum robur collatum quid mihi attulisset? quibus uigor omnis fuit perditus. Qui rerum inopia et fame adacti profugerunt in solitudinē ac locū torridum, ac nuper in egestate summa erant. Ac decerpserunt maluam apud arbustum aliquod, eisq; radix iuniperorum panis fuit. Quiq; pulsi fuerunt è medio clamantibus aduersus eos hominibus tanquam aduersus furem. Vt degerent in horridis locis torrentium, & in speluncis terræ ac petrarum. Vt ruderent inter arbusta uelut onagri, seq; contraherent [a] sub uepreto aliquo. Deniq; nihili homunciones & inglorij, qui in terra uiuere non deberēt. Illis nunc carmen sum, & illis [b] fabula sum. Meq; abominantur [omnes,] & longe discedunt à me, neq; sputū continent à me. Nam postquam [deus] emisso neruo me afflixit, [c] effre-

[a] Sub paliuro.
[b] Ad sermonem.
[c] Refrenū à facie mea miserunt.

Digitized by Google

nes in me feruntur. Et adolescentes ad dextrū [latus] insurgūt, meosq́
pedes [d] subuertunt, uiam quoq; in me munierunt, ut incommodent.
Viam quoq; meam corruperūt, ac promouent ad lædendum me, ut eis
adiutore nihil opus sit. [e] Irruunt ut latum flumen ruptis aggeribus, &
C impetu conuoluūt sese. [f] Factoq́ in me impetu terrores animā meam
beneficentiæ studiosam persequuntur ut uentus, meaq́ salus ut nubes
præterijt. Nunc etiā anima mea in me inuertitur, sibiq́ me uendicant
tempora calamitosa. Noctu perforantur ossa mea à me, [g] nec quiescunt
[uermes] digredientes à me. Vestimentū meum ui malorum faciem
suam mutauit, quæ uelut capitium togæ meæ cingunt me. Deduxit
me ad argillæ [uilitatē,] mihiq́ uideor similis pulueri ac cineri. Dum
clamito ad te, non exaudis me, ac perseuerantem minime curas. Mu-
tatus es mihi in crudelem [hostem,] & robore tuæ manus aduersaris
mihi. Extulisti me, ac uento [impositum] uexisti me: sed [rursum] li-
D quefecisti me in mea subsistentia. Scio enim quod mors restituet me,
[h] & domus destinata omnibus uiuentibus. Non sanè inijciet manus
aceruo [defunctorum,] [i] aut clamant aliqui post obitum suum? [Quid
libet mali obtingat] si non defleui [k] calamitosos, & anima mea nō do-
lore commota est ob aliorum paupertatem. Proin expectaui bonum,
& euenit malū: præstolatus sum lucem, & uenit caligo. Intestina mea
efferbuerunt, & non quieuerūt, [l] meq́ apprehenderunt calamitosa tem
pora. Lugubri habitu incessi, ut solem non sentiens, stans etiam in cœ
tu clamitabam [eiulans.] Fuiq́ frater draconum, & socius struthio-
num. Cutis mea in me denigrata est, & ossa mea præ siccitate exarue-
runt. Meaq́ cithara uersa est in luctum, & fidicula mea in uocem plo
rantium.

CAPVT XXXI.

A FOedus pepigi cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine.
Quæ enim pars dei superne erit, & quæ hæreditas optimi maximi è
sublimibus [cœlis?] An non pernicies iniquo [parata est,] & afflictio
patrantibus scelus? An nō ipse uidet meas uias, & omnes gradus meos
adnumerat? [a] Si fraudes cōmisi, & pes meus festinauit ad dolum. Ap-
pendat me in statera iustitiæ, & cognoscat meam integritatem deus. Si
deflexit gressus meus à uia, [b] & cor meum secutum est appetitionem re-
uisæ, & macula palmis meis adhæsit. Ego seminem, & alius comedat,
meiq́ posteri euellantur radicitus. [c] Si concupiscentiæ uxoris alienæ
obnoxium fuit cor meum, & ante ostium sodalis mei sum insidiatus.
B Permolat uxorem meam alius, et subigant eam alij. Hoc enim grande
flagitium est, & iniquitas capitali actione persequēda. Ignis enim est,
qui ad interitum usq; uoraret, ac omnem prouentum meum radicitus
euelleret. [d] Si detrectaui iudicia, quum seruus meus aut ancilla uellent
mecum litigare. Quid enim facerem deo consurgente? [ad iudicium]
& quid ei responderem animaduersuro? An non idem qui condidit
me in uentre, condidit & illū, & formauit eum in uno utero? [e] Si frau
daui genium inopum, & uiduas lactaui uana spe. Et solus edi ci-
bum meum, nec orphanus de illo comedit. Nam à primis annis edu-
cauit me [benignitas] uelut parens, & quamprimum editus sum in lu-
cem, eam mihi uitæ magistram constitui. Si quem ueste carentem pe-
C rire uidi, & deesse indumentum pauperi. Si non gratias egerunt mihi
femora eius, & non uellere agnorum meorum calefactus est, [non re-
cuso quia malum patiar.] [f] Si minitatus sum orphano, quum non
ignorarem

> [d] Miserunt, id est, obiecto offen diculo impellunt in lapsum.
>
> [e] Vt ruptura late ueniente, sub uastitate sese uoluerunt.
>
> [f] Factum est uerti in me: terrores persequetur ut uentus uoluntariam meam, &c.
>
> [g] Et fugientes me non iacebūt. Hieron. qui me comedunt. Ebr. quidam neruos interpretantur.
>
> [h] Periphrasis sepulchri.
>
> [i] Si in obitu suo ipsis clamor.
>
> [k] Durum die.
>
> [l] Anteuerterunt me dies afflictionis meæ.
>
> [a] Si ambulaui cum uanitate.
>
> [b] Et post oculos meos ambulauit cor meum.
>
> [c] Si persuasum fuit super uxore cor meum.
>
> [d] Si respui iudicium serui mei. & ancillæ meæ, in litigādo eos mecum. Omittitur autē pœna, quæ in hac ponitur conditione ut & in alijs nonnullis.
>
> [e] Si prohibui à uoluntate tenues, & oculos uiduæ confeci.
>
> [f] Si agitaui super orphano manum meam.

> Seruos & ancillas iudicaui quippe ab eodē parente cœlesti conditos.

Digitized by Google

ignorarem me ualere plurimum in porta. Excidat armus meus ab humero, et brachiū meum frangatur in [g]ossibus. Mihi enim adfuit metus calamitatis à deo iniiciendæ, quam perferre non possem. Si posui spem in auro, & massæ aureæ dixi meum esse præsidium. Si crescentibus opibus meis, & [h]quum adipiscerer ingentes diuitias, gauisus sum. Si uidēs lucem [solis] splendidam, & lunam [i]claram incedentem. Et occulte cor meum mihi persuasit, [k]ut manus mea ori applicaretur. Nam & ea iniquitas est iudicio capitali digna: deum enim qui supra est, negassem. Si gaudium percepi ex infortunio inimici mei, & exultaui quū ei malum obuenisset. [l]Sed ne hactenus quidem permisi meo palato peccare, ut ei malum imprecaretur. Si non dixerunt familiares mei, [m]Vtinam liceat istius carnibus satiari. Non [enim] hospes pernoctauit foris, & ostia mea peregrinanti aperui. Si occultaui ut Adam scelus meum, ut iniquitatem meam in recessu meo reconderem. Si reformidaui turbam magnam, & contemptus familiarum deterruit me, ut tacerem, [n]& non domo exirem. [o]Vtinam sit mihi auditor, ipse optimus maximus dictet mihi, quod pro mea parte adnotandum sit, aduersarius autem meus librum perscribat. Quem nisi humero meo portauero, & mihi uelut corollas apposuero, [quiduis patiar.] Eū per singulos gradus recitabo, [p]& eum adibo tanquam principem. [q]Si clamat contra me tellus mea, simul lachrymant sulci eius. Si opes illius ediabsq; pecunia, & cultores eius [r]nimijs operis confeci. Proueniat paliurus pro frumento, & lolium pro hordeo. [s]Finita sunt uerba Iob. D

CAPVT XXXII.

Elihu attentus auditor disputationis, uidens infelicem exitum, quod ueritas non fuit ad liquidum explicita, & animi amicorum disiuncti, se interponit æquissimum arbitrum. Et in Iob quidem requirit modestiam, quod maiorem sibi iustitiam arroget ac loquatur confidentius de maiestate diuina. Tres amicos reprehendit quod Iobem damnent impietatis, neq; tamen id probare possint. Quibus erroribus utrinq; depositis conatur eos reducere in gratiam.

CEssauerunt igitur tres isti uiri respondere Iob, quia sibi iustus uidebatur. [a]Iratus est autem Elihu filius Barachel Buzita de familia Ram, [a] ipsi Iob succensens, [b]quòd sibi maiorem iustitiam arrogaret, quàm deus ferre possit. Tribus autem amicis eius succensuit, quod non [c]suppeteret eis rationes idoneæ, et tamen Iob damnauissent impietatis. Nam Elihu expectauit, dum Iob finem loquendi fecisset: eo quod isti ætate illum superabant. Videns autem Elihu tres istos nihil argumentorum habere, succensuit. Et respondens Elihu filius Baracheel Buzita, dixit, *Quum ego ætate minimus sim, uos autem senes, ueritus sum, ac timui apud uos meam sententiam proferre. [D]Cogitaui enim par esse, ut senes loquantur, & grandæui disserant de sapientia. Verum spiritus ipse agit in hominibus, & afflatus optimi maximi docet eos. Et fit, ut magnates non sapiant, nec senes [e]ostendant iudicium. Quamobrem dixi, audito me, & ego etiam prodam quod sentio. Ecce uerba uestra expectaui, & aures præbui, quādiu molitι estis apparatū uestrum & sermones afferre. Dum uobis attendo, ecce nullus uestrū Iobem refellit, neq; respondet ad ipsius uerba. Neq; est ut dicatis, Attigimus sapientiam: [nempe] deus prostrauit ipsum [Iob,] & non homo. [f]Contra me quidem aciem disputationis Iob non direxit, neq; illi respondebo uerbis uestris. Expauerunt, nec respondent amplius, & sermones defecerūt illos [prouocatores.] Et expectaui, donec loqui nō possent: restiterūt. D

[g] A causa.

[h] Et quum excellentem, scilicet diuitiarum uim, inuenit manus mea.

[i] Preciosam.

[k] Et osculata est manus mea os meum.

[l] Et non dedi ad peccandum palatum meum, ad precandum in execratione, animam eius.

[m] Sermo est irascentium hero suo Iobi, quod hospitalitate sua tantum negotij facesseret familiæ.

[n] Non exibo ostium.

[o] Quis mihi dabit auditorē? ecce consignationem meam opt. max. faciet me respondere.

[o] Epilogus est totius disputationis Iobis: absoluendū esse apud æquum iudicem probe cognita causa. Cui tamen adiungit, ut se gesserit cum suis colonis & mercenarijs.

[p] Id est, summittam me illius sententiæ uelut æquissimi principis.

[q] Metonymicōs pro colonis.

[r] Feci cultores uel habētes eam efflare animam.

[s] Vel perfecta sunt uerba Iobis. Clausula est forensis, ut Latini rhetores adhibent, dixi, uel dicta est causa.

A

[a] Incanduit nasus eius.

[b] Propter iustificare ipsum animam suam à deo.

[c] Non inuenerunt responsionē.

B

* Vt ueritati patrocinetur, & minimum offendat animos iam satis irritatos, exordio docet nō contemnendam esse orationem suam, quod causam probe perspexerit, utrique parti faueat, religiosissime pronunciaturus sit, officio adducatur ad dicēdum.

C

[D] Dixi, dies loquantur, & multitudo annorum faciant scire sapientiam.

[e] Hiero. intelligunt.

[f] Et non ordinauit contra me sermones.

Digitized by Google

enim, ut nō amplius respondeant. Quare & ego respondebo pro mea parte, & quod sentio ipse quoq; proferam. Plenus enim sum sermonibus, & spiritus uentris mei angit me. Nam uenter meus rumperetur ut noui utres, quū uino spiraculū nō aperitur. Loquar itaq;, [g] ut animi angustias remoueā, & aperiēs labia mea respondebo. Neq; uero personæ cuiusquam hominis aliquid tribuā, nec [h] honorificis appellationibus cuiquam blandiar. Nam si [h] ad gratiam loqui instituam, nescio an opifex meus cito me sublaturus sit.

g Et spatium amplius erit mihi.

h Cognominabo.

CAPVT XXXIII.

A Qvamobrem audi quæso Iob sermones meos, & omnia uerba mea auscultato. Ecce quæso, aperui os meum, & lingua mea loquetur in palato meo. Verbaq; mea proficiscentur ex corde syncero, & scientiā puram loquentur labia mea. Nam & me dei spiritus cōdidit, & afflatus optimi maximi uitā mihi indidit. Si uales, mihi respondeto, & acie directa mecum congredere, ac fortiter obtine gradum suum. Ecce apud deum tibi [a] æquor, & ego ex luto fictus sum. Ecce metus nullus ex me turbabit te, ac si incumberem in te totus, non grauiter premerem. Dixisti nanq; me audiente, atq; sermonum istorū B uoces percipiente. Purus sum, & sine scelere: irreprehensibilis sum, & uaco iniquitate. Ecce [enim deus] occasionem captatam aduersus me reperit, ac me sibi iudicauit inimicū. Et coniecit pedes meos in cippum custodiens omnia itinera mea. [b] Qua quidē in re non iuste agis, tibiq; planum faciam quod deus longe superat friuolum hominem. Cur litigas cum eo, quem omnium negotiorū suorum reddere rationem non oportet? Etenim semel deus loquetur, & iterū, si [homo] id nō animaduertat. In somnis, in uiso nocturno, quādo sopor homines opprimit, C dum in lecto dormiunt. Tunc aurem hominibus uellit, & disciplinā eorū uelut impresso sigillo cōsignat. Vt homini adimat factū [prauū,] [c] & uiro superbiam detegat. Prohibetq; animā eius à fouea, & uitam eius [D] ne progrediatur sub telorū iactum. Castigabitur etiam [homo] cruciatu super lectum suum, & quantum est ossium illius, uehementi [morbo.] Et uita eius fastidit panem, animaq; eius cibū suauem antea. Vt absumatur caro eius, ne uideatur: & promineant illius ossa, quæ [prius] nō uidebantur. Proximeq; foueam accedit anima eius, & uita eius [e] pollinctores. Quum obtingit ei nuncius orator unus ex mille, ut homini exponat [f] officium suum. [Deus] beneficio eum prosequitur, ac dicit, Redime illum, ne descendat in foueā: inueni expiationem. D Recipitq; caro eius uegetabilem uim etiam maiorem quàm in pueritia habuit, ac redit ad dies adolescentiæ suæ. Deum exorabit, qui bene uolet ei, faciemq; suam ostendet [g] lætam, ac reddet homini suam iustitiam. Vt respiciat in homines, ac dicat, Peccaui, & præuaricatus sum à probitate, [h] nec pœnas condignas dedi. Sed redemit animam meam, ne pergeret ad foueam: & uitam meam, ut lucem aspiciat. Ecce omnia hæc deus agit bis aut ter cum uiro. Vt reuocet animam eius à fouea, utq; illustretur luce uiuifica. Attēdito Iob, audito me: sileto, & ego loquar. Aut si suppetunt sermones, respondeto mihi: loquere, nam cupio, [i] ut te possis defendere. Sin minus, auscultato mihi, [&] sileto, atq; ego te sapientiam docebo.

a Sicut os tuum.

Proponit ex orationibus Iobis, quæ reprehendere instituit.

b Ecce hoc nō iuste egisti: respōdebo tibi, quia multiplicabit deus ab homine.

c Et superbiam à uiro teget.

D A transeundo seu pergendo in telum.

e Memithim, facientes mori, id est, pollinctores & uespillones qui mortuos curant.

f Rectitudinem suam.

g In iubilo.

h Et non æquale mihi.

i Iustificare te.

CAPVT XXXIIII.

A P[a] Luribus autem disserens Elihu, dixit, Audite sapientes uiri meos sermones, & eruditi auscultate mihi. Nam auris sermones explorat, & palatū saporem ciborū dijudicat. [b] Ac cum iudicio agere nobis placeat,

a Et respondit Elihu, & dixit.

b Iudicium eligamus nobis.

Digitized by Google

placeat, & cognoscamus inter nos, quid bonũ sit. Dixit enim Iob, Iustus sum, & deus me [c] tractat indignis modis. [D] Falsus sum expectatione iudicij mei, quum sagitta mihi dolorem inflixerit absq; ullo meo scelere. Quis autem uir est Iobi conferendus, qui bibat irrisionem uelut aquas? [e] Et consors est malorũ quæ facinorosis debentur, ac uersatur in cõditione impiorũ. Dixit enim, Vir non faciet paria, si cum deo cursu cõtendat. Quocirca uiri cordati auscultate mihi: Absit ut in deũ hæreat aliquid impietatis, aut in optimum maximũ aliquid iniquitatis.
B Rependit enim homini quod gesserit, [f] ut illud assequatur ad quod contendit quisq;. Proculdubio autẽ deus nihil temere agit, & optimus maximus nulli facit iniuriam. Quis enim cum illo inuisit terram? & quis condidit totum orbem? [g] Si ei suus animus suggereret reuocare spiritum & flatũ suum. Protinus omnis caro simul expiraret, ac homo conuerteretur in puluerem. Si quid igitur intelligentiæ habes, hoc audi, & ausculta uocem meorũ sermonũ. An qui odit iudicium, [h] chirurgos imitaretur? Illúmne impietatis suggillabis, qui iustus & potens est? Num rex appellandus est [i] apostata? & principes impij? [k] Qui persona principum non mouetur, neq; discrimen ponit inter munificũ & tenuem: uniuersi enim opus sunt manũ ipsius. Repente morientur, & C media nocte uelut torrente auferentur populi, ut intereant, auferentq; [angeli] ualidũ [l] nullo negotio. Oculi enim eius cõiecti sunt ad uias cuiusq;, omnesq; gradus [m] hominis uidet. Nõ sunt tenebræ neq; densissima caligo, ubi abscondi possint flagitiosi. [n] Nec enim deus impingit cuiquam quod nõ fecit, ut cum deo in ius ambulet. Conteritq; potentes infinitos, & eis sufficit alios. Quamobrem ad notitiam proferet opera illorũ, & [diem] uertet in noctem, ut conterantur. Quos in loco celebri collidit, propterea quod impij sunt. Siquidem ab eo defecerunt, & omnes uias eius ignorarũt. [p] Vt extorquerent clamorẽ inopi ad ipsum peruenientẽ, utq; clamorem humiliũ exaudiret. Porrò ipso D tranquillitatẽ constituente, quis turbabit? Et abscondente faciem tam à gente quàm ab homine, quis eum aspiciet? [q] Ne regnet homo hypocrita, [neu] laquei sint quibus populus capiatur. Ad deum enim pertinet dicere, Condonaui noxam, & non uastabo. Si quid reliquũ est quod non perspexi, tu indicato mihi: si quam iniquitatem patraui, non iterabo. [r] An à te ortam disputationem alius absoluet, quia tu reiecisti? Tua enim est optio hic, nõ mea: proin si quid nosti, eloquere. Homines cordati loquantur mihi, & uir sapiens qui mihi auscultauit. Iob [sanè] imperite locutus est, ac uerba sua imprudẽter [effutiuit.] [s] Hæc autem in medium affero, ut res Iobis discutiantur exactissime, quo paratæ sint responsiones contra prauos homines. Non enim defuturus esset, qui scelus peccato cumulans inter nos plauderet, ac uerbis cũ deo litigaret.

CAPVT XXXV.

A PRosequens igitur Elihu sermonem, dixit, [a] An cum iudicio id statuis quod dicis, Iustitiæ meæ apud deum nulla est ratio? Dixisti enim, Quid cõmodabit? quam utilitatem capiam, si non peccem? Ad
B q̃d tibi & tuis amicis tecũ respondebo. Cõtemplare [enim] cœlos, & uide: & aspice æthera, quãto sit altior te. Si pecces, quid ages in illũ? & si augescant scelera tua, quid ei facies? * Si iustus sis, quid dabis illi, aut quid ex manu tua accipiet? [b] Sed uirum tuæ conditionis impietas tua, & filium hominis iustitia tua attingit. [c] Cur igitur clamant multi ob C

Marginal references:
...nt. 10. d
...Par. 19. c
...p. 6. b
...cli 35. b
...om. 2. b
...al. 2. b
...ph. 6. b
...oloss. 3. d
...A. 10. e
...Pet. 3. e

...ihu Iobẽ
...uocat
respon-
...dum.

...ricalosis
...um foret
...ncedere
...od impu
..., quod de
...affligat
...mines cis
...a culpam
...xum.

[c] Abstulit iudicium meum.
[D] Super iudicio meo mẽtiebar, dolorifica sagitta mea sine scelere.
[e] Et proficiscetur ad societatem cum patrantibus uanitatem, & ut eat cum hominibus impietatis.
[f] Et secundum semitam uiri, faciet inuenire eum.
[g] Si ponet ad eum cor suum, spiritum suum & flatum suum ad se colliget.
[h] Obligabit uulnus, id est, ut chirurgus etiam secans & urens sanitati hominis consulit, ita deus affligens.
[i] Beliaal.
[k] Nõ suscipit faciẽ principum.
[l] Absq; manu.
[m] Eius.
[n] Quia non super uirum ponet amplius.
[o] Pro impijs complosit eos in loco uidentium.
[p] Ad facere uenire super eum clamorem tenuis.
[q] A regnando hominem hypocritam, à laqueis populi. Hoc est, deus facit ut iniustus dominatus cesset.
[r] An de te, perficiet eam, repulisti, quia tu eliges & non ego.
[s] Adducam, probetur Iob usq; ad finem propter responsiones in homines uanitatis. Sunt qui abi exponunt, uoluntas mea, id est uolo, ut probetur. Aliqui, pater mi: ut sit sensus, O deus, da, ut probetur Iob.
[a] An hoc cogitauisti ad iudiciũ, dixisti, iustitia mea à deo?
* Rationẽ soluit, deum nõ exercere iudicium exactum in hoc sæculo, quod hominum facta qualiacunq; non attingant eum. Atqui hominum refert, iuste quis, an iniuste uiuat: quod deus non negligit.
[b] Viro sicut tu, impietas tua, & filio hominis, iustitia tua.
[c] A magnitudine siue multitudine oppressionũ clamabunt, uociferabuntur à brachio magnatum.

Digitized by Google

magnitudinem oppressionum? & uociferantur propter uiolentiã magnatũ? †Nempe quia nullus dicit, Vbi est deus qui me condidit? [b]qui noctu dat cantus? nosq; maiori doctrina donauit quàm pecudes terrestres: & sapientiam nobis maiorẽ concessit quàm auibus cœli? [e]Tum clamant, quum improborum hominũ insolentia premuntur, [& deus] D non exaudit. Verum deus uanitatem istam [precum] non audit, nec optimus maximus respicit eam. Etiam si dicas quod eum non uideas, nihilominus est apud eum iudicium, tuumq; fuerit expectare illum. [f]Quia enim iam non animaduertit iratus, *neq; pro enormitate scelerum pœnam irrogauit. Iob erupit in uerba inania, & imperite grauibus sermonibus utitur.

†Obiectionem soluit. Cur igitur tot oppressi à tyrannis queruntur? quia deum non ex animo fideli orant, ut succurrat.
[b] Id est, ut aniculæ cantillent.
[e] Tunc clamabunt, & non exaudiet, à facie insolentiæ malorum.
[f] Et nunc quia non uisitauit ira sua, & non cognouit in excessu ualde. Et Iob uanitate aperuit os suum.
*Hoc est, quia Chaldæi et Sabæi non statim puniti sunt, Iob quiritatur de iudicio dei.

CAPVT XXXVI.

A Rursum quoq; dixit Elihu, Suffer me paulisper, & explicabo tibi, quia plura habeo quæ pro deo dicam. [a]Afferam enim quod cognitum habeo: uerum non pressius agens, & conditori meo iustitiam uendicabo. Nam planè sermones mei carent mendacio, [b]& scientia integra præditus tecũ agit. [c]Ecce deus potens quum uires habeat animo pares, [uniuersitatis gubernationem] non detrectat. Non impio B uitam concedet, & iudicem humiliũ aget. Non retrahit oculos suos à iusto, & solio imponit reges, ut aliqui perpetuò celsitudinem retineant. Quumq; uincti compedibus fuerint, ac irretiti funibus misere uixerint. Refert eis quid facto fuerit opus, & scelera ipsorum, quia superbierunt. Eisq; peruellit aurẽ, ut castigentur, & dicit, ut à uanitate discedãt. Quod si obediuerint, ac [eum] coluerint, [D]exigent dies suos prospere, annosq; suos suauissime. Sin minus obtemperauerint, pergẽt sub telorũ iactũ, & expirabũt propter imprudentiã. Cæterũ hypocritæ falsi cordis iram coaceruabunt, & non clamabũt, cum eos constrinxerit. Quare anima eorũ morietur per iuuenilem stoliditatẽ, & uita eorum cum scortatoribus. Quum affligit humilem sua miseria, uellit ei aurem per afflictio- C nem. [e]Quin etiã si te reuocarit è faucibus periculi, [superest] lata uorago quæ fundamento caret, ut mensa tua referta pinguedine pessum eat. [f]Tuq; impij iudicium expleueris, iudiciũ & ius retinebunt suum uigorem. [g]Quia minime te ira defendet, etiam si complosione manuum fueris minitatus: neq; munerũ multitudo afferet te. Num magni æstimaret [h]amplitudinẽ tuam? Non [i]munitionẽ, nec omnia quæ uires conferũt, [æstimat.] Ne anheles noctu, quum populi sua in sede permanentes incremẽta capiunt. [k]Caue te uertas ad res nihili, quibus coneris te ex miseria extricare. Ecce deus arcem potentiæ tenet: quis legumlator ei conferendus est? Quis cum eo inspexit uiam illius? Et quis dicet, Iniquitatẽ patrasti? Tu memineris, ut opus illius amplifices, D quod homines [l]intuentur. Quod omnes homines spectant, & mortales contemplantur, [quanquã] eminus. Ecce deus modis oĩbus maximus est, ut ignoremus numerũ annorũ eius, & uiã eum peruestigãdi. Nam prohibet guttas aquarũ, [quæ rursum] fundent pluuiam ex uapore suo [coactam.] Vt defluant ab æthere, ac destillent in multos homines. Si quis etiam animaduertat expansiones nubis, [sunt uelut] [m]laquearia tugurij sui. Ecce illi superexpandit lucem suam, & [n]radices maris operit. Illis enim iudicium exercet in populos, ut det cibum copia magna. Nubibus includit exhalationẽ igneam: eiq; præcipit ut tendat contra occurrentem uaporem. Nunciatq; illi socia eius, quod indignetur [uapori] ascendenti.

[a] Afferam scientiã meam, à de longinquo, & opifici meo dabo iustitiam.
[b] Et integer scientijs tecum.
[c] Ecce deus potens non detrectabit, potens uirtute cordis.
[D] Aliqui libri pro iechalu habent iebalu, id est, ueter ascent.
[e] Id est, si resipiscens non perseueret, manet eũ grauior pœna.
[f] Id est, impietatis mensuram impleueris, ut iuste cum impijs damneris.
[g] Quia ira ne forte retrahet te in complosione, & multitudo muneris piacularis non declinabit te.
[h] Munificentiam tuam, id est, deus non respicit, quàm nobili genere, aut qua dignitate sis.
[i] Aliqui aurum interpretantur. Significat autem omne præsidium siue locorum munitorum, siue fraudum & doli, siue auri & argenti.
[k] Custodi te, ne respicias ad uanitatem, quia super hoc elegisti à miseriã.
[l] Hier. de quo cecinerunt.
[m] Theschyoth exaltationes, quidam tonitrua.
[n] Ex mari enim sol attollit exhalationes & uapores unde pluuiæ.

CAPVT XXXVII.

Digitized by Google

AD quam etiam rem cor meum expauescit, ac luxatur è loco suo. A Audite attentius fremitum uocis illius, et sonum qui egreditur ex ipsius ore. Quem dirigit per omnia spatia sub coelo, & lucem eius [a] ad extremas partes terræ. Post illum rugiet tonitru, tonabitq; uoce maiestatis suæ: nec differet [b] alia, postquam audita fuerit uox eius. Tonabit deus uoce sua mirifice, qui res maximas gerit quas ignoramus. Niui enim dicit, Sis in terra: & nimbo, ut fit modica pluuia, & pluuijs suæ potentiæ, ut sint nimbus. [c] Intra domos cogit omnes homines, ut cuncti mortales sciant [d] opus suum. Feraq; subit lustrum suum, & degit in suis B cubilibus. Ex penetralibus [nubis] uenit turbo, & nubium dispersionem sequitur frigus. Flatuq; dei dabit [nubes] glaciem, & latum spatium aquarum pro [e] fundamento. Nubi quoq; negotium rigandi dat, ac dissipat nubem suæ pluuiæ. [f] Atq; ipse uersatur in orbibus tenens gubernacula, ut opera sua perficiant, quæcunq; mandat eis ad orbem ac terram. [g] Siue uni tribui, siue terræ suæ, siue homini alicui beneficium conferat. Hæc Iob auribus accipito, & resiste considerans dei miracula. Sciebásne, quum deus [h] istis leges imponeret, ac proferret lucem suæ nubis? Num intelligis [i] mixturas nubis, & illa miracula perfectissimæ scientiæ? C Vt tuæ uestes caleant, quum terræ quietem ac tranquillitatem inducit à Meridie. An cum ipso extendebas æthera ita solidum, ut uideatur res fusilis? Ostende nobis quid ei dicamus, nos enim sumus imparati ob tenebras [ignorantiæ.] Si [enim] loquar, num ei narrabitur? Quod si quisquam loquatur, est illud tamen imperfectũ. [k] Iam uero quum lucem non uiderunt, hoc est serenitatem in æthere, uentus flans serenabit eum. Venitq; à Septentrione serenitas auro similis: [l] ad D deum reuerendissimum pertinet confessio. Qui quum sit optimus maximus, non inueniemus eum: quumq; sit amplissimus potentia & iudicio, & eximiæ iustitiæ, non respondebit. Quapropter metuunt eum homines, [m] qui minime curat, quid omnes machinentur, qui sibi sapere uidentur.

[a] Alas.

[b] Ipsa, id est, fulmina, pluuias, grandines, & alia, quæ sequuntur tonitrua.

[c] In manu omnis hominis obsignabit. Pluuio enim tempore clauduntur ædes undiq;.

[d] Id est, ut recẽseant, quod in agris habent ne intereat tempestatibus, metuentes.

[e] Vel, solo.

[f] Et ipse gyrationibus uersat se in gubernaculis suis ad opus eorum, omne quod mandat eis super faciem orbis, ad terram.

[g] Si ad tribum, si ad terrã suam, si ad beneficium faciet eum inuenire.

[h] In ponendo deum super ea.

[i] Quidam legunt, miphlese librationes .i. temperaturam ex uarijs coloribus.

[k] Et nunc non uiderunt lucem, serenũ ipsum in æthere, & uentus transiuit.

[l] Super deo reuerendo gloria siue cõfessio. i. ei debetur gloria.

[m] Non uidebit omnes sapientes corde.

CAPVT XXXVIII.

Dominus deus præses disputationum theologicarum tollit tandem controuersiam, sententiam ferens, quæ à sermone Elihu nihil discrepat. Iob enim amicum & cultorem suum eximium pronunciat. Cæterum redarguit eum, quod confidentius locutus sit de sua iustitia, & domini iudicijs. Amicorum opinionẽ damnat, quod Iob sit afflictus ob scelus aliquod. Postremo sacrorum communione reducit eos in concordiam & ueterem amicitiam reparat.

RESpondens autem DOMINVS ipsi Iob ex turbine, dixit, Quis A est ille, qui sermonibus imperitis offundit tenebras consilio [diuino?] Accingere quæso lumbos tuos ut uir fortis, & demonstra mihi quæ te rogabo. Vbi eras, quum terræ fundamenta iacerem? Expone, si quid tenes scientiæ. Quis adhibuit ei mensuras? Si modo nosti. [a] Quis eam ad regulam extruxit? In quo fundamento fixæ sunt bases eius? Aut quis demisit lapidem eius angularem? Quum simul iubilarent stellæ matutinæ, & exultarent omnes filij dei. Et [quis] cohibuit mare ualuis, quum erumperet ut egrederetur ex utero? Quando nubem B ei pro uestimento apposui, & caliginem pro fascia. Protuliq; meum decretum in illud, & obicem atq; ualuas opposui. Ac dixi, Hucusq; peruenies, nec ulterius, [b] & hic depones tuos tumentes fluctus. Tunc statim ut extitisti, maturino tempori dedisti præcepta, & auroræ suum locum assignasti? [c] Vt obtineat extremas partes terræ, & ex ea pellantur impij,

[a] Quis extendit super eam regulã? Super quo demersæ sunt bases eius?

[b] Ponet in tumore fluctus tuos: mutata est persona secunda in tertiam.

[c] Ad tenendum alas terræ, & excutientur, quia scelerum patratores oderunt lucem, & illatebrant se, aut tenebriones isti sumunt personam bonorum uirorum, ut cera omnem figuram sigilli impressi capit. Aliquando deprehensi pœnas dant.

Digitized by Google

Seíq; transforment ut argilla, cui signũ imprimitur, sibiq; [parum] constent ut uestis. Eripitur etiam impijs lux ipsorum, & brachiũ elatum confringitur. Num peruenisti ad guttas maris? & in peruestigationem abyssi penetrasti? Súntne tibi ostensæ portæ mortis? aut num uidisti portas [b] umbræ mortis? Num considerando assecutus es terræ latitudinem? Edissere, si hoc uniuersum nosti. Qua [e] parte [mundi] lux habitat? & ubi est locus tenebrarũ? [f] Vt ea reuoces intra suos terminos, utq;
C noueris uias quæ ducunt ad domum eorum. Habésne cognitum tempus quo nascebaris, & quantus sit numerus dierũ tuorũ? Peruenistíne ad thesauros niuis, aut thesauros grandinis inspexisti? Quæ reseruaui ad tẽpus hostis [persequendi,] ad diem conflictus & belli. [g] Qua parte lux [fulguris] erumpet, quam uentus orientalis in terram dispergit? Quis corriuauit aquæductum inundationi? & [h] quis uiam aperuit fulgetræ, cum qua eduntur tonitrua? Vt pluat in terrã, in qua uir non est & in desertum, in quo nullus homo uersatur. Vt copiose instruat locum uastum & desolatũ, ac prouentũ herbæ producat. Habétne parentem pluuia? Aut quis genuit guttas roris? E cuius uentre egressa est
D glacies? Et quis genuit pruinam cœli? [i] Aquæ in speciem lapidis uertuntur, & superficies abyssi constringitur gelu. Num uinculis colligabis pleiades? aut cohęrentes stellas cynosuræ disiunges? Túne hyades suo tempore produces, & reges arcturum cum suis filijs? Scisne leges cœli? aut dominium eius terræ imponis? Clamabísne ad nubem alta uoce, ita ut aquarum inundatio te operiat? Túne fulgura emittes, ut eant, ac tibi dicant, Ecce adsumus? [k] Quis indidit renibus sapientiam? aut quis indidit cordi intelligentiam? [l] Quis sapientia sua ætheri dictabit quæ faciat? Et lagenas cœli quis [m] sistet? Quum puluerẽ fundunt ad solũ, & glebæ uelut conglutinatæ cohærescunt? An tu leænæ uenaberis prædam, & pastum sufficientem exhibebis catulis leoninis? Quum in cubilibus iacent, atq; insidiantur in lustro. Quis parat suum uenatum coruo, quum eius [n] pulli ad deum clamant, & cibo carentes oberrant? Psal.146.b

b Zalmaueth significat extremas tenebras & densissimas.
e Via.
f Quia capies eum ad terminũ suum.
g Quia uia diuidetur lux.
h Et uiam fulgetræ tonitruum.
i Sicut lapis aquæ sese abscondunt, & facies abyssi à sese capiuntur. Loquitur de glacie.
k Hiero. quis posuit in uisceribus hominis sapientiam? uel quis dedit gallo intelligẽtiam? Voces uariè apud Iudæos etiã intellectas, reddidi ut Chald. interpres.
l Quis recensebit æthera in sapientia?
m Faciet iacere, id est, quis repellit nubes, quum terra satis complutа est?
n Filij eius.

CAPVT XXXIX.

A NOstíne tempus quo pariunt ibices? Obseruastíne fœturã ceruarum? num posses numerare, quãto spatio menses suos impleant? aut nosti tempus quo pariunt? [a] Et incuruatæ hinnulos suos enituntur, ac fœtus suos cum dolore edunt? Hinnuliq; earum pinguescũt, & crescunt à frumento, ut discedãt, nec reuertantur ad eas. Quis liberum dimisit asinum syluestrem? & qui onagri uincula soluit? Cuius domum solitudinem posui, & cubilia eius locum sterilem. Ridetq; turbam oppidanã, nec audit clamores agasonis. Pascua illius sunt, quod
B in montibus conquirit, omnisq; generis uirentes herbas sectatur. Voléne [b] rhinoceros tibi seruire? an morabitur ad præsepe tuum? Alligabísne rhinocerotem loro, ut arando porcas faciat? num te subsequens in profundis sulcis glebas franget? Fidésne illi, quia multum habet roboris? num ei permittes laborem tuum? An credes ei, quod sementem tuum [c] conuehet, ac [fruges] areæ tuæ congregabit? [d] Penna struthiocameli primatum obtinet, si ei conferas alam aut plumã ciconiæ. Quũ in terra deserit oua sua, [e] in puluere calfacere solet. Ac obliuiscitur, quũ
C pes prouoluit, ac fera cõculcat ea. Duriterq; tractat pullos suos, perinde atq; non essent illius: & secura est, perinde quasi labor eius superuacaneus foret. Quoniã deus eripuit ei cogitationem de sapientia, neq; impertitus

a Incuruabuntur, filios suos findent, dolores suos emittent.
b Alij monoceros.
c Redire faciet semen tuum.
d Penna exultantium seu iubilantium afficitur lætitia. Periphrasis est pennæ struthionis, ex qua cristam sibi faciunt homines iubilantes uel læti.
e In arena enim calida fouetur. Vel num tu calefacies seu fouebis incubando?

Digitized by Google

imperitus est ei intelligentiam. [f]Postquã uero adultus alas attollit, ridet equum & illum qui eo uehitur. An tu equo dedisti ut sit generosus & bellator? num collo ipsius hinnitum accõmodabis? Num excitabis eum ut locustam, [g]cuius nares etiam ferociam spirant. Foditq; in ualle, ac gaudet fortitudine, ut obuiam uadat aduersus arma. Deridet [quoq;] timorem, nec pauescit, neq; retrocedit ob gladium. Quumq; pharetra apud eum resonat, & micat hasta, ac gesum. Dumq; fremitus & tumultus oritur, fodit terram, nec credit esse tubæ sonum. Quũ tubæ signa canunt, dicit, Hæha, & eminus bellum, & clamorem ducum, & classicum odoratur. Nunquid per tuam intelligentiã factum est, ut accipiter alas D suas moueat, ac uersus Austrum pennas suas expandat? Nunquid ad tuum imperiũ aquila uolat in altum, & in sublimi loco nidulatur? Habitatq; in petra, [h]& moratur in præruptis saxis & loco inaccesso? Indeq; speculatur, ut cibum nanciscatur, cuius oculi prospiciunt longinquas res. Eiusq; pulli sanguinem lambunt, [i]& ubicunq; sunt cadauera, eum locum frequentat. Respondens etiam DOMINVS ipsi Iob, dixit, [k]Satisne rationum allatum est ab optimo maximo ad te conuincendum? Ad quod respondere illum oportebit, qui cum deo altercari uult. Porrò Iob respondens DOMINO, dixit, Ecce leuior fui, & quid tibi respondeam? Imponam ori meo manum meam. Semel loquutus sum, nec responsabo: aut bis, nec iterum faciam.

CAP. XL.

Respondens autẽ DOMINVS è turbine ipsi Iob, dixit, Accingere A quæso lumbos tuos ut uir fortis, & demonstra mihi quæ te interrogabo. Túne etiam [a]rescindes à me iudicata, meq; temerariũ pronunciabis ut tu sis iustus? Etenim si tibi tam potens est brachium q̃ deo, ede quoq; ritu illius tonitrua. Induito quæso excellentiã & celsitudinẽ, teq; uestito gloria & magnificentia. [b]Effunde iræ tuæ efferuescentiã, ac circumspice omnes superbos, eosq; deprime. Circũspice omnes superbos, & subige illos, & subuerte impios in loco suo. Absconde illos simul in B puluere, & constringe facies eorũ in loco abstruso. [c]Et ego quoq; prædicabo te heroa, qui possis te uiribus tuis defendere. Ecce quæso te, ut elephas quem [d]æque ut te condidi, fœnũ comedat ritu bouis. *Ecce uirtus eius existit in lumbis eius, & robur illius in umbilico uentris sui. Stringit caudã suam ut cedrũ, & nerui testiũ eius perplexi sunt. Ossa eius [referunt] fistulã æris, & solidiora ossa baculũ ferreum. [e]Is prima rerũ origine à deo conditus est, & qui fecit eum, admouet ei gladiũ suũ. Ei enim C montes ferunt pabulũ, & omnes feræ ludunt [f]apud eum. Iacetq; [ferè] sub arbustis, in latibulo arundinũ & paludis. Quem arbusta tegunt umbra sua, eumq; circũdant salices ad torrentẽ stantes. Ecce fluuiũ hauriet, nec præcipitanter aget, sperans etiam Iordanẽ in os eius influxurũ. [g]Et tamen oculorũ læsione capitur, & uincula traijciuntur per eius promuscidem. †Nunquid cœtũ hamo extrahes, & funẽ alte immittes linguæ ipsius? Imponésne uncũ illius naso? & spina perforabis maxillam eius? D An multis precibus eblãdietur ex te beneficiũ? num uerbis demulcebit te? Feriétne tecũ fœdus, ut eum tibi mancipes seruũ perpetuum? Ludésne cum illo tanq̃ cũ auicula? eúmue alligabis puellis tuis? Concident eum socij, & partientur inter mercatores? Implebisne sudes pelle ipsius, aut eius capite fiscellã piscariam? Memineris tibi esse bellum paratũ, si ei manum admoliaris, ut non iterum uelis facere. [h]Spes eum capiendi fallax est: num etiam deijcietur, ut species eius ostentat?

CAP. XLI.

[f] Secundum tempus, in altum attollet.

[g] Decus naris eius terror.

[h] Super dente petræ.

[i] Et in quo, uulnerati, ibi ipsa.

[k] An multum cum opt. max. castigare? arguens deum respondebit illud.

[a] Disperges iudicium meum, & me impium uel temerarium facies.

[b] Disperge transgressiones nasi tui.

[c] Et etiam ego confitebor tibi, quod dextera tua te saluum faciet.

[d] Tecum, uel cum creaui, quum genus hominũ creaui, uel ut homini seruiat.

* Describit elephantem, quem behemoth, id est bruta, uocat, ut Græci frequenter θηρία. Et quidem plurali numero designatur uastitas eius. Sub allegoria uero elephantis potentia satanæ docetur. In utroq; autem dei potentia & reliquæ proprietates eius perspiciuntur.

[e] Ipse principio uiarum dei, faciens eum admouebit gladiũ suum, id est, deus illum domat.

[f] Ibi, id est, non timent.

[g] In oculis eius capiet eum, in uinculis perforabit nasum.

† Beluam marinã siue balenam, quę Ebraice Leuiathan dicitur, describit, in qua dei opificis uirtus eximie perspicitur. Sub cuius inuolucro satanæ copiæ designantur.

[h] Ecce spes eius fallax est, an etiam ad aspectum eius deijcietur.

Digitized by Google

a Et quis ipse, ante me se sistet? A
b Sub omni cœlo mihi ipse.
c Nõ tacebo uectes eius, & uerbum fortitudinum, & gratiã dispositionis eius.
d In duplicitatem freni eius quis ueniet?
e Faciei eius.
f Circuitus uel gyri dentiũ eius terror.
g Superbia, alueorum, clypeorum, clausum, signũ, arctum. Hierony. pro gaaua legit geua corpus, ut etiam Chald. interpres.
h Anima.
i Et ante eum, uel ad faciem eius gaudium afferet formido.
k Decidua, significat carnẽ mollorem, quæ uacillat in cæteris animantibus, & mobilis est.
l Fusum, id est durum, ut æs fusile.
m A fractionibus sese peccare facient.
n Massa, id est profectionis, id est, quæ per corpus adigi facile potest, uel quam gestat iter faciens. Hiero. uocem prætermisit. Iudæi putant genus esse armaturæ.
o Filius arcus.
p Ponet.
q Post se illustrabit semitam, reputabit abyssum ad caniciem, id est, spumam excitat.
r Dominium eius. Ita & Chald. interpres. Hiero. potestas quæ comparetur ei: quidam similitudinem exponunt.
s Heasu scriptũ est, id est, quem fecerunt. Abraham Prezol admonet esse apocopen, pro asui. Abr. Esr. refert, aliquos accipere, quasi scriptum sit heaschu, id est, quẽ fecit eum scilicet deus. Et ita Chald. interpretatur.
t Ipse rex super omnes filios ferociæ.
a Mimesi refert sermonẽ dei Iobem increpantis cap 38.
b Ad auditum siue famam auris audiui te.

c Vel ad me, id est, pro me: quia Iob aliquoties reprehendit, q̃d inepte tueantur partes dei.

d Quia, faciem eius suscipiam, ad non facere uobiscum grande scelus.

e Et dominus suscepit faciem Iob.
f Et addidit dominus omnia quæ Iobi, ad duplum.

A NEmo tam crudelis est, qui eum prouocet: a& quis ante me cum illo congressus est? Quis me anteuertit? & præmiũ dabo, bis'q; mihi omniũ qui sub cœlo sunt præstantissimus habebitur. cNon silentio prætenibo eius membra, & quantũ fortitudine polleat, ac q̃ pulchre instruat copias suas. Quis detracto uestimento eum nudauit? dQuis pertinget inter utranq; maxillam eius, ut frenũ adhibeat? Quis ostia eoris illius aperuit, fquum ipsi ordines dentiũ eius terrorem incutiãt? gSuperbit autem squamis continuis, ut alueorũ fluctus continentes sunt, quibus cor B pus instar clypeorũ defenditur, sunt'q; arctissime conclusæ uelut signo impresso. Altera'q; alteram attingit, ut ne uentus quidem inter eas penetrare possit. Est una alteri cõmissa, & sese mutuum complectuntur, nec se mutuum diuelli sinũt. In sternutationibus eius lumen collucet, eius'q; oculi referunt palpebras auroræ. E cuius ore lampades egrediuntur, & igneæ scintillæ promicant. E naribus eius prodit fumus uelut ab efferuente aheno & olla. Cuius hhalitus carbones ignitos reddit, flamma'q; C egreditur ex ore ipsius. In cuius collo agit robur, i& gaudiũ ei affert si timeatur. kPulpæ carnis eius cohærent, lac in eo solidiores sunt, ut nõ moueantur. Cor eius durum est ut lapis, & durum ut inferioris lapidis molaris fragmen. Quum'q; se cõmouet, fortissimi etiam expauescunt, mac animis consternati, nesciunt quò se uertant. Si quis eum aggrediatur, non resistet gladius, aut hasta npenetrabilis, aut lorica. Ferrũ [enim] æstimat paleas, & chalybem lignũ putridum. Quem non fugabit osagitta, D & lapides funda in eum excussi uertuntur in stipulã. Catapultæ habentur ei pro stipula, ridet'q; gesum frendens. Cui subiecta sunt acuta testarum frusta, & luto insternit rem acutã. Ac profundũ eruit, ut bulliat uelut lebes, ipsum'q; mare pcõmiscet uelut mortarium. qPost se quoq; relinquit uestigiũ, ut quis putet abyssum canicie obductã. Non est in terra rdominiũ cui pareat, sita factus ut neminem metuat. Quicquid est sublime, id respicit, tipse'q; regem agit in feroces uniuersos. CA. XLII.

A RESpondens autem Iob DOMINO, dixit, Scio q; omnia possis, & q; nullus conatus tuus impediatur. aQuis est iste qui occulit consilium imperite? [Nempe ego:] siquidem narraui quæ non intellexi, & negotia miranda quæ superant captũ meum, neq; cognoui. Audi quæso, & ego loquar: te [posthac] interrogabo, ut erudias me. bFamã enim aliquam de te perceperam: nunc autem oculus meus te cõspexit. Quare [factum meum] improbo, & pœnitentia ductus [iaceo] in puluere & B cinere. Factum est autem postquam DOMINVS loquutus est hæc uerba cum Iob, ut DOMINVS dixerit Eliphazi Themanitæ, Excãduit nasus meus in te atq; duos amicos tuos, quia nõ recte loquuti estis capud me, ut seruus meus Iob. Proinde capite nunc uobis iuuencos septem, & arietes septem, & adeuntes seruum meum Iob, holocaustum pro uobis offerte: Iob autem seruus meus pro uobis orabit: dnam ipsius respectu uos non tractabo pro flagitij uestri magnitudine, quia non recte apud C me loquuti estis ut seruus meus Iob. Iuerunt igitur Eliphaz Themanita, & Bildad Suhita, [&] Zophar Naamathita, fecerunt'q; quẽadmodum eis loquutus est DOMINVS, e& DOMINVS gratificatus est ipsi Iob. DOMINVS etiam postliminio restituit Iob, quũ pro amicis suis oraret, fac duplo auxit DOMINVS omnia quæ Iob prius habuerat. Conuenerunt quoq; ad illũ omnes fratres eius, & omnes sorores eius, & omnes qui prius eum nouerant, & conuiuati sunt apud eum domi.

Iere. 50. g

suæ,

Digitized by Google

suæ, eum[que] sedulo consolati sunt de omni malo quod ei dominus intulerat: nec- D
non ei dederũt singuli [g]numum & inaurem auream. Cæterum DOMINVS fortunauit Iob amplius postero tempore q̃ priori, ut haberet quaterdecies mille oues, & sexies mille camelos, & mille iuga boum, & mille asinas. Habuit etiam septem filios, & tres filias. [h]Indidit autem nomen uni Iemima, & alteri nomen Kezia, & nomen tertiæ Keren haphuch. Neq[ue] repertæ sunt in tota regione tam formosæ fœminæ quàm filiæ Iob: quas pater ipsarum hæredes instituit cum fratribus suis. Post hæc autem Iob uixit annos centum quadraginta, & uidit suos liberos, & liberorum suorum liberos per quatuor ætates. Est[que] Iob mortuus senex & [i]prouectæ ætatis.

g Chald. agnam interpretatus est, ut Hierony. ouem.

h Et uocauit nomen unius in dies, & nomen secundæ abrasio, & nomen tertiæ cornu conuersionis. Voluit nimirum Iob istis nominibus consignare memoriam utriusq[ue] fortunę suæ prosperæ & aduersæ.

i Satur diebus.

Liber Laudum siue Hymnorum Dauidis.

HYMNVS I.

Commendatio est lectionis sacrarum scripturarum & diuinæ legis.



BEATVS uir ille qui nec ambulauit in cõsilio impiorum, nec in uia peccatorum stetit, nec in consessu [a]irrisorum sedit.

Iosue 1. Sed in lege DOMINI uoluntas eius, in[que] lege eius meditabitur die ac nocte.

Ierem. 14. b Erit hic ueluti arbor plantata secus riuos aquarum, quæ fructum suum suo reddit tempore, cuius foliũ non defluit, & quodcunq[ue] ediderit, prospere cadet.

Non sic impij, sed tanquam quisquiliæ, quas dispellit uentus.

Idcirco non surgent impij in iudicio, neq[ue] peccatores in cœtu iustorum.

Quoniam [b]nouit DOMINVS uiam iustorum, uia autem impiorum peribit.

a Letz irrisorẽ trãsfero, alij contumacem, ut respondeat Germanicæ uoci lätz uel lätzkopff, quibus nihil placet quàm quod ipsi agunt, & illi omnia aliorum irrident.

b Nouit, id est, adprobat.

HYMNVS II.

Monet cunctos homines ne se opponant regi Christo, uanos enim esse huiusmodi conatus, summoq[ue] cum periculo coniunctos: saluos uero cunctos fore qui se Christo subdant.

Act. 4. c QVare †cum tumultu gentes concurrunt? & populi inane meditantur?

Concursant reges terræ, & principes unà consultant, aduersus DOMINVM, & aduersus Christum eius.

Mimesi quadã illorum uerba exprimit. Rumpamus uincula eorum, & lora eorum à nobis abijciamus.

Qui sedet in cœlis ridet, Dominus subsannat eos.

Tum loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo terrebit eos.

Pater loquitur. Ego uero constitui regem meum super Zion montem meum sanctum.

Introducit filium loquentem. [c]Recensebo decretum, †DOMINVS dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Act. 13. e Heb. 1. b 5. b Postula à me, daboq[ue] gentes, ut sint hæreditas tua, & terminos terræ, ut sint possessio tua.

† Apo. 2. g 19. c Sceptro †ferreo [d]confringes eos, ueluti uasa figulina comminues eos.

Sapite ergo, ô reges, erudimini iudices terræ.

Seruite DOMINO in timore, & exultate cum tremore.

c Alij legunt, narrabo decretũ domini.

d Alij legunt pasces eos.

Digitized by Google

Osculamini filium, ne irascatur, & pereatis à uia: breui exardescet furor eius. Beati omnes qui sperant in eum.

Oda seu carmen Dauidis, quum fugeret metu Absolom filij sui. III. 2. Sam. 15.

Oratio hominis in grauißimo periculo constituti.

QVàm multi sunt, ô DOMINE, hostes mei? quàm multi qui aduersus me insurgunt?

Multi dicunt animæ meæ, Nulla est isti salus in deo. [a]Sæla.

At tu DOMINE clypeus es pro me, gloria mea, quiq; caput meum extollis.

Voce mea ad DOMINVM clamabo, & respõdebit mihi de monte [b]sancto suo. Sæla.

Ego iacui & dormiui, atq; euigilaui, quoniam DOMINVS me suffulcit.

Non metuo à decem millibus populi, qui circunquaq; me obsident.

Exurge DOMINE serua me deus meus, quoniã percussisti omnes hostes meos in maxillam, dentes impiorum contriuisti.

DOMINI est salus, super populum tuum benedictio tua. Sæla.

[a] Sæla ubi ponitur, significat aliqd præcessisse, quod diligẽti meditatione expendi debeat. Ebræi simpliciter pro perpetuo exponunt.
[b] Alij, de monte sanctitatis suæ.

Carmen Dauidis præfecto cantorũ ad instrumenta musica. IIII.

Mixta oratio, orat & implorat. Admonet etiam proceres cum Absolome, ut desistant à persequendo, per apostropham ad eos deflectens.

O Deus [a]iustitia mea, qui me exaudis ad te clamãtem, & in ãngustijs constitutum in latitudinem educis, miserere mei, & exaudi orationem meam.

[b]O uiri [c]quousq; gloriam meam ad ignominiam? [d]diligitis uanitatem, & mendacium quæretis? Sæla.

Et scitote quod DOMINVS selegerit [e]sibi [f]bonum, DOMINVS exaudiet quũ clamauero ad eum.

Contremiscite & ne peccetis, cogitate in corde uestro in cubili uestro, & silete. Sæla. Ephes. 4. d

Sacrificate sacrificia iustitiæ, & sperate in DOMINO.

Multi dicunt, Quis det bona uidere: leua signum super nos, [nempe] lucem uultus tui ô DOMINE.

Dedisti lætitiam in corde meo, à tempore [g]quo frumentum eorum atq; mustum eorum aucta sunt.

In pace simul iacebo & dormiã, quoniam tu DOMINE solus es qui me in tuto collocas.

[a] Alij legunt, deus iustitię meæ: alij, uindex iustitię meæ: nã Elohim iudices significat.
[b] Apostropha ad hostes, reticentiam habet cum indignatione aut commiseratione, conamini deducere, uel aliquid tale intelligitur.
[c] Ebr. Filij uiri.
[d] Quousq; per zeugma repetitur.
[e] Hasid uirũ bonum significat, propẽsum animo benemereri de omnibus etiã hostibus.
[f] De se loquitur in tertia persona.
[g] Tuo dono id habeo ut eorum felicitate gaudeã, non doleam.

Carmen Dauidis [a]lyricum præfecto cantorum. V.

Orat ut in patriam extorris, extinctis hostibus reducatur.

AVscula uerbis meis ô DOMINE, murmur meum intellige.

Attende uocẽ clamoris mei rex meus & deus meus, quoniam ad te orabo.

O DOMINE mane audies uocem meam, mane adcommodabo me tibi, & speculabor.

Quoniam tu non es deus cui placeat [b]impietas, non habitabit tecum malitia.

Non consistent corã oculis tuis insani, tu odisti omnes q operantur iniquitatem.

Perdes eos qui loquũtur mendacium, uirum sanguinarium & fraudulentũ auersatur DOMINVS.

Ego autem fretus multitudine bonitatis tuæ ingrediar domũ tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

DOMINE duc me in iustitia tua propter aduersarios meos, & muni coram me uiam tuam.

Quoniam nihil recti est in ore [c]eius, intimũ eorum corruptiones, guttur eorum sepulchrum apertum, lingua sua blandiuntur. Infra 13. b Rom. 3. b

Perage eos reos, ô deus, cadant à consilijs suis, propter multitudinem scelerũ suorum

[a] Alij dicunt, super exercitibus seu examinibus apum.
[b] Impietas & malitia metonymia pro impijs & malis.
[c] Eius, scilicet hostis: subinde mutat numerum.

Digitized by Google

ruina propelle eos, nam rebelles in te fuerunt.

Et lætentur omnes qui te fidunt, perpetuò uocibus lætis perstrepent, te eos protegente, exultabunt in te qui diligunt nomen tuum.

Quoniam tu benedices iusto ô DOMINE, ueluti lanceam cinget eum bona uoluntas [tua.]

Carmen Dauidis præfecto cantorum ad instrumenta musica in octaua. VI.

Pristinæ ualetudini restitui petit: restitutus gratulatur.

DOmine ne in furore tuo me arguas, neque in æstu tuo me castiges.

Miserere mei DOMINE, quoniam deformatus sum: sana me DOMINE, quoniam contremefacta sunt ossa mea.

Sed & anima mea territa est uehementer, & tu DOMINE [a]quousque?

Redi DOMINE, eripe animam meam, propter bonitatem tuam serua me.

Quoniam non est memoria tui in morte, in sepulchro qui te celebret.

Defatigatus sum in gemitu meo, fluctuare facio tota nocte lectum meum, lachryma mea grabatum meum liquefacio.

[b]Corrosa est facies mea præ indignatione, atque uetusta facta est propter omnes hostes meos.

Discedite à me quotquot operamini iniquitatem, quoniam DOMINVS exaudiuit uocem fletus mei.

Audiuit DOMINVS supplicationem meam, DOMINVS orationem meam suscepit.

Pudefient & consternabuntur ualde cuncti hostes mei, uertentur & subito pudefient.

[a]Arcanum Dauidis, quod cecinit DOMINO de negotijs Kus filij Iemini. VII.

Implorat auxilium diuinum, ut ab iniuria Saulis, quem tecte notat, uindicetur.

DOMINE deus meus in te confisus sum, serua me ab omnibus qui me persequuntur, & eripe me.

Ne corripiat iste tanquam leo animam meam, dilaceret nemine eripiente.

DOMINE deus meus si [b]istuc commisi, si est peruersitas in manibus meis.

Si ei qui mihi pacis fœdere iunctus fuit, malum rependi, imò si [c]destitui infestantem me absque causa.

Persequatur hostis animam meam, & assequatur, & conculcet in terram uitam meam, & deducat gloriam [d]meam in puluerem. Sela.

Exurge DOMINE in furore tuo, exaltare in commotionibus hostium meorum, & excitare ad me iudicio [quod] præcepisti.

Et cœtus populorum te circumstet, huiusque rei gratia in altum reuertere.

DOMINVS iudicet populos, me quoque iudica, ô DOMINE, secundum iustitiam meam, & secundum integritatem meam quæ est in me.

Cesset quæso malitia impiorum, iustumque diriges, †explorator cordium & renum ô deus iuste.

Clypeus meus in deo est, seruatore eorum qui candido sunt pectore.

Deus iudex iustus est, & deus commouetur indignatione per singulos dies.

Si non [e]conuersus fuerit, [sed] expolierit gladium suum, arcum suum tetenderit, & instruxerit eum.

Et parauerit sibi [f]iacula letifera, sagittas suas ardentes fabricatus fuerit.

En parturiet uanitatem, nam concepit molestiam, & pariet mendacium.

Foueam excidit & effodit eam, & incidit in foueam quam fecit.

[g]Aerumna quam mihi intendit, recidet in caput eius, & [h]uiolentia, qua me opprimere uoluit, in uerticem ipsius recumbet.

Celebrabo DOMINVM secundum iustitiam eius, & canam nomini DOMINI altissimi.

Left margin notes:
...postro... ta ad hostes.
...att. 7. d ... 5. d ...ac. 13. f ...ecabasis.
...xere potentiam ul...ione.
...Par. 28. b ...ere. 11. d ...17. b. 20. c
Isa. 59. a Iob 15. d 20. c

Right margin notes:
[a] Plena affectus reticentia, quousque sines me cum tam difficili & sæuo morbo conflictari?
[c] Alij, caligauit oculus.
[b] Sigaion alij ignorantiam, alij arcanum reddunt.
[b] Per reticentiam intelligit id quod Saul suspicabatur, uel quod ei adulatores de Dauide suggerebant, quod scilicet ambiret regnum, aut capiti eius insidiaretur.
[c] Alij, nudaui: uel, si non liberaui, eripui.
[d] Gloriam in puluerem deducere aut collocare, est nomen apud posteros obscurare, & ingloriam facere.
[e] Si non fuerit conuersus Saul à prauitate sua, sed sic perget ut cœpit.
[e] Comminatur pœnam impœnitenti, interim describit ingenium & mores hostis.
[f] Vasa mortis.
[g] Hb. Labor eius.
[h] Hb. Violentia eius.

Digitized by Google

Carmen Dauidis de torcularibus præfecto cantorum. VIII.

Hymnus quo summa cum admiratione inæstimabilem sempiternamq; uirtutem & sapientiam dei beneficentiamq; & liberalitatem in humanum genus celebrat.

DOMINE dominus noster, q̃ magnificum est nomen tuum in uniuersa terra: ut des laudem tuam supra cœlos.

Ex ore infantium & lactentium fundasti robur propter inimicos tuos, ut retũdas hostem, & sese uindicantem. Matt. 21.b

Equidem suspiciam cœlos tuos, opus digitorum tuorum, lunam & stellas, quas tu præparasti.

Ecquid est homo mortalis, ut memoriam eius habeas: & filius hominis, ut [a]eum inuisas?

Paululum siquidem est quo deo [b]inferiorem illum fecisti, tanta eum gloria & decore cinxisti. Hebr. 2.a

Dominum eum operum, quæ manus tuæ [parauerunt,] cõstituisti, cuncta †eius pedibus subdidisti. 1. Cor. 15.d

Greges & armenta uniuersa, etiam iumenta campestria.

Volucres quæ in aëre, & pisces qui in mari [uersantur,] & quidquid per maris itinera transit.

DOMINE dominus noster, q̃ magnificũ est nomen tuum in uniuersa terra.

[a] Alij legunt, ut rationem eius habeas.
[b] Alij legũt, Minuisti eum paulò ab angelis.

Carmen Dauidis ad erudiendum [a]puellarum chorum præfecto cantorum. IX.

Gratiarumactio pro insigni quapiam uictoria præcipuiq; hostis.

CElebrabo DOMINVM in toto corde meo, omnia admiranda [opera] tua narrabo. Epinícion carmen triumphale. 2. Sam. 5.d

Lætabor & exultabo in te, canam nomini tuo, ô supreme.

Dum aguntur hostes mei retrorsum, impingent, & à facie tua peribunt.

Quoniam tu iudicium meum & [b]litem meam iudicasti, sedisti pro tribunali [c]iudex iuste.

Increpuisti gentes, perdidisti impiũ, nomen eorum aboleuisti in [d]sempiternum.

Vastitates, ô hostis, in [e]uniuersum finem habent: urbes excidisti, perijt memoria eorum cum ipsis.

At DOMINVS perpetuò [f]regnat, parauit tribunal suum ad iudicium.

Et is iudicabit orbem in iustitia, & populis ex æquitate ius dicet.

Asylum erit DOMINVS oppresso, asylum inquam temporibus adflictis.

Te nitentur qui nouerunt nomen tuum, non enim deseris, ô DOMINE, eos qui te studiose quærunt.

Canite DOMINO qui habitat in Zion, annunciate in populis consilia eius.

Quoniam requirens sanguines memor eorum erit, neq; obliuiscitur clamoris adflictorum.

Miserere mei DOMINE, respice adflictionẽ meam, [quam] ab ijs qui me odio habent [persero,] attolle me de portis mortis.

Vt narrem omnes laudes tuas in portis filiæ Zion, exultabo in salute tua.

Defixæ sunt gentes in fouea quam pararũt, reti quod absconderunt, irretitus est pes eorum.

Notus factus est DOMINVS [g]iudicium faciens, in opere manuum suarum irretitus est impius, [h]Higaion. Sæla.

Relabentur impij ad inferos, omnes gentes quæ obliuiscuntur dei.

Neq; enim perpetuò obliuioni dabitur inops, [i]neq; uana semper erit [k]expectatio adflictorum.

Exurge DOMINE, ne præualeat mortalis, iudicentur gentes in conspectu tuo.

[a] Alij Almuth pro consonantia exponunt. Sic psalm. 46. & 1. Par. 15. al alamuth.
[b] Ebr. Fecisti iudicium.
[c] Vel, iudex iustitiæ.
[d] Ebr. Sæculum & usq;.
[e] Videtur Dauid insultare hosti uicto, qui sibi omnia uastare & excindere in animo proposuerat. Sarcasmos est, Tam abest ut tibi pro uoto succedat, ut potius hostium memoria abolita sit cum ipsis.
[f] Ebr. Sedet.
[g] Vel, notum est dominum fecisse iudicium.
[h] Higaion, meditatio intenta est: q. d. res proculdubio digna quæ imo animo reponatur.
[i] Lo per zeugma repetitur.
[k] Eb. Expectatio adflictorum nõ peribit in sæculum.

Digitized by Google

[f]Præfice illis magistrũ, ô DOMINE, discãt gentes se mortales esse. Sæla.

[f] Alij legũt, iacute illis metum.

HYMNVS X. *iuxta Ebræorum supputationem, Latinis cohæret cum superiori.*

Adsumit in se personam oppreßi, eius iniuriam & miseriam miseratur & queritur, auxilium iudicis implorans.

Anthropopathia. Exprimuntur interim impiorũ ingenium & effimi cogitatus. Ingeniũ impiorum graphice depingit.

CVr tam procul absistis ô DOMINE? cur abscondis [te] tempore [a]quo adfligimur?

In insolentia impij ardet adflictus, comprehendantur in sceleratis consilijs quæ cogitant.

Quoniam laudat impium pro desiderio animi sui, auarum beatum dicit, blasphemat DOMINVM.

Impius in altitudine nasi sui nil [b]pensi habet, in omnibus sceleratis cogitationibus suis non est deus.

Instituta eius [c]cruciatum adferunt, idq; omni tempore: alte sublata sunt è conspectu eius iudicia tua, in omnes aduersarios suos [d]efflat.

Dicet corde suo, Non nutabo, per sæcula ero absq; incommodo.

Os eius piurio, dolis & [e]usura scatet, sub lingua eius adflictio & uanitas.

Sedet in [f]atrijs insidians, clàm trucidat innocentem, oculi eius ad inopum turbam intenti sunt.

Insidiatur in occulto quemadmodũ leo in lustro, insidias struit, ut corripiat adflictũ, adflictũ inquam corripiat, dum in rete suũ pertraxerit.

Conteritur, opprimitur, ac cadit uiribus eius miserorum turba.

Dixit corde suo, Deus oblitus est, auertit faciem suam ne unquã uideat.

Exurge ô DOMINE deus, attolle manũ tuã, adflictorũ ne obliuiscaris.

Cur enim impius blasphemaret deum, diceretq; in corde suo, [te] non [g]requisiturum?

At uidisti, etenim tu adflictionẽ & indignationẽ intueris, ut des [h]manibus tuis, tibi miserorũ turba se cõmittit, qui pupillo soles esse adiutor.

Contere brachiũ impij, malũq; cũ impietate eius inquires, nec inuenies.

Dominus rex in sempiternum & ultra, gentes de terra eius interierunt.

Vota pauperum audiuisti DOMINE, tu diriges cor eorum, auris tua illos attendet.

Vt uindices pupillum & attritum, ne [i]ultra mortalis [prognatus] è terra grassetur.

[a] Ebr. Ad tẽpora in afflictione. Psalmus hic obscuritatem magnã habet propter trũcatas sententias, & uarias eclipses, deinde uarie tractatus ab interpretibus, quorum sententias omnes adferre longũ fuerit, quisq; per se legat qui uolet & possit, qui minus, habet simplicem sensum (ut puto) qui à scopo non longe aberrat. Potuissem certe Latinius omnia & elegantius reddere, sed uolui uerba scripturæ ponere.

[b] Eb. Non requirit.

[c] Alij, prosperantur.

[d] Quasi minis & flatu prostraturus.

[e] Alij thoch technis reddũt aut dolis.

[f] Alij cortes intelligunt aut uillas.

[g] Eb. Non requires.

[h] Hoc est, satis uirium tibi est ut rependas: uel, tu uis ut committatur iniuria manibus tuis.

[i] Vel, ne formidet ultra adflictus in terra.

Dauidis [carmen] præfecto cantorum. XI.

Expostulat cum ijs qui eum negato latitandi loco, ex omni ditione Israelis depellebant: simul prædicat, cum suam in deum fidutiam, tum dei in bonos & malos iudicium.

Vera fides nunquã nõ [illegible]tatur, nunquã tamen uincitur. 1.Sam.22. & deinceps.

IN DOMINO speraui, quomodo dicitis animæ meæ, Deuola è monte uestro [ceu] uolucris?

Nam ecce impij tetenderunt arcum, aptarunt sagittas suas ad neruum, ut integros corde in caligine iaculentur.

Quoniam retia fracta sunt, iustus [a]quid fecit?

[a] Potest etiam legi, iusto quid fecit?

DOMINVS in sacrosancta regia sua, DOMINI soliũ in cœlis est, oculi eius inspiciunt, palpebræ eius filios hominum explorant.

DOMINVS probat iustum, impium autem & uiolentiæ amantẽ odit animus eius.

Pluet super impios laqueos, ignem & sulphur, uentum tempestuosum ardentem, hæc sors calicis illorum.

Quoniam iustus DOMINVS iustitias diligit, rectũ uultu suo intuetur.

Digitized by Google

Carmen Dauidis præfecto cantorum ad octauam. XII.

Queritur concidisse ubiq; iustitiã & fidem, uersutos & fraudulẽtos assentatores omnia occupare: orat ut dominus misertus adflictorum, quos illi diuexant, opem iuxta uerbum suum quod fallere non potest, ferat, suosq; à perditorum colluuie seruet.

Serua DOMINE, quoniam deest beneficus, ueraces ac fideles inter [a]mortales desierunt.

Vana loquuntur quisq; cum proximo suo, labio blando, at corde [b]duplici ac diuerso loquuntur.

Excindet DOMINVS omnia labia falso blandiloqua, linguam grandiloquam.

Qui dicunt, Linguis nostris perrumpemus, labia nostra nobiscũ sunt, quis Dominus noster? Mimesis.

Propter uastitatem adflictorum, propter gemitum inopum nunc exurgam dicet DOMINVS, salutiq; restituam, & respirare [c]eum faciam.

Eloquia DOMINI eloquia munda, [ut] argẽtum excoctum in catino terreo, septies depuratum. Synceritas uerbi diuini.

Tu DOMINE [d]serua illos, custodi hũc à generatiõe ista in sempiternũ.

Circunquaq; enim oberrant impij, quum euehũtur qui inter homines [e]perditissimi sunt.

a Eb. A filijs hominum.
b Ebr. Corde & corde loquuntur.
c Ebr. in tertia persona, respirare eum faciet.
d Alij legunt, Serua sermones tuos.
e Antonomasia utuntur Ebræi frequẽtius, sordes uel uilitates, pro hominibus sordidis: res ꝓ persona.

Præfecto cantorum carmen Dauidis. XIII.

Quousq; obliuisceris mei ô DOMINE? num perpetuò? quousq; faciem tuam à me abscondis?

Quousq; uolutabo consilia in animo meo? laborem quotidie in corde meo? quousq; superior me erit hostis meus?

Respice, responde mihi DOMINE deus meus, illumina oculos meos, ne in morte obdormiam.

Ne dicat hostis meus, Præualui ei: ne gestiãt q̃ me infestant, si nutauero.

At ego tua bonitate nitor, [hinc] exultat cor meum tua salute: cantabo DOMINO, quoniam rependit mihi.

Dauidis præfecto cantorum. XIIII.

Querela Dauidis, omnia esse corruptißima, simulq; natura impiorum exprimitur, & unde sit impietas.

Dixit [a]stolidus in corde suo, Non est deus: corrupta & abominãda studia sectantur, nemo est qui quod bonum sit faciat. Infra 53.

DOMINVS è cœlis super filios hominum prospexit, ut uideret ũnum sit qui aut saperet, aut studiosus dei esset. Rom. 3. b

Sed cuncti defecerãt, omnes pariter corrupti erant, nullus erat qui quod bonum est faceret, ne unus quidem.

An non cognouerunt? omnes facinorosi deuorant populum meum ac si panem uorarent, DOMINVM non inuocant.

Illic pauore consternabuntur, nam deus est in natione iustorum.

Consilium adflicti pudefacitis, q̃ DOMINVS est spes eius.

O [b]utinam è Zion salus [contingat] Israeli, ut DOMINVS reducat captiuitatem populi sui, ut lætetur Iacob, gaudeatq; Israel.

a Nabal stolidus homo mentis deprauatæ & corruptæ.
b Eb. Quis det.

Carmen Dauidis. XV.

Quibus oporteat esse moribus præditos ueros cœlorum ciues, & ecclesiæ dei municipes.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? quis in monte [a]tuo sancto requiescet? Interrogatio.

a Vel, in monte sanctitatis tuæ, aut sanctuarij tui.

Qui

Digitized by Google

Subiectio. Qui ambulat integer, & quod iustum est operatur, quiꝗ in corde suo ueritatem loquitur.

Nō obtrectat lingua sua, nec malefacit proximo suo, nec sustinet probro indigne affici uicinum suum.

Contemptus est in oculis eius reprobus, eos autem qui DOMINVM timent, honorat, quodꝗ iurauerit, etiamsi id damnosum sibi fuerit, non mutat.

Pecuniam suam nō exponit ad fœnus, munus aduersus innocentem nullum accipit: qui his rebus studuerit, is in æternum nunquam nutabit.

Insigne aureolum Dauidis. XVI.

Cōmemoratio summi illius boni, et felicitatis quam homo habere potest in hac terra.

SErua me deus, quoniam in te speraui.

Dixisti [ô anima mea] DOMINO, Dominus meus es tu, bonum [a] meum, nihil ad te.

Sanctis qui in terra sunt, & præclaris, ijs toto animo delector.

Multiplicent sanè idola sua, cupide sectentur alienum, ego tamen non libabo libamina eorum de sanguine, neꝗ assumam nomina eorum in labia mea.

DOMINVS est portio partis meæ, & calicis mei, tu sortem meam sustines.

Funiculi ceciderūt mihi in amœnis [locis,] quin insignis mihi hæreditas obuenit.

Laudabo DOMINVM qui mihi consuluit, sed & renes mei me noctu erudiunt.

Act.2.d Propono mihi DOMINVM perpetuò, à dextris enim mihi est, ne nutem.

Propterea gaudebit cor meum, & exultabit lingua mea, quin & caro mea in tuto quiescet.

Act.2.e 13.e Neꝗ enim deseres animam meam apud sepulchrum, neꝗ permittes ut beneficus tuus uideat foueam.

Ostendes mihi semitam uitæ, sacietas gaudiorum in conspectu tuo, iucunditates in dextera tua perpetuò.

[a] Alij sic, bonū meū, nihil præter te, ut anima dicat, Tu es dominus meus & bonum meum, & præter te nihil bonū est.

Precatio Dauidis. XVII.

Vehemens & ardens precatio, ut eripiatur à persequutoribus suis. A

Propositio. AVdi DOMINE iustitiā, attende clamorem meum, ausculta precationi meæ de labijs minime dolosis [prodeunti.]

Prodeat à conspectu tuo iudicium meum, oculi tui quæ recta sunt expendant.

Narratio. Explorasti cor meum, inuisisti nocte, excoxisti me, nihil deprehendes, cogitationes meæ os meum non sunt [a] transgressæ.

Ego in humanis negotijs propter uerbum labiorum tuorum caui semitas grassatoris. B

Firma gressus meos in orbitis tuis, ne pedes mei nutent.

Ego te inuoco, nam soles mihi annuere ô deus, præbe aurem tuam mihi, exaudi sermonem meum.

Insigniter ostende mihi bonitatē tuam, tu qui seruas dextera tua, sperantes [in te] ab ijs qui insurgunt. C

Custodi me ut oculi pupillam, sub umbra alarum tuarum me absconde.

Ab impijs qui me deuastare solent, [ab] hostibus meis qui animam meam circumuallant.

[b] Pinguedine sua concluserunt, ore suo fastosa loquuntur.

Modo itinera nostra obsident, oculos suos intendunt, ut [c] tendant in terra.

Vt leo est [d] qui prædæ inhiat, & sicut leunculus qui in lustro latitat.

Surge DOMINE, anteuerte [e] illum, deijce illum, libera animā meam ab impio, qui gladius tuus [est.] D

A [f] mortalibus istis, qui manus tua [sunt] ô DOMINE, à mortalibus huic sæculo addictis, qui partem suam in hac uita expetunt, & de tuo penu imples uen-

[a] Hoc est, cogitationes non dissident à uerbis.

[b] Diuitijs suis mihi omnia itinera obstruunt & concludunt.

[c] Casses scilicet & retia quibus me capiant: uel, intentos habēt oculos si quādo labar in terra.

[d] Est, scilicet hostis meus, uel quisꝗ illorum.

[e] Illū, scilicet hostem impium.

[f] Libera me, repetēdum per zeugma.

Digitized by Google

trem eorum, ut satis habeant filij eorum, sitq; quod nepotibus suis relinquant.

§ Alij legũt, quũ eui gilauerit similitudo tua, id est, homo ad similitudinem tuam conditus.

At ego in iustitia contẽplabor faciem tuã, satiabor § quũ euigilauero specie tua.

[Carmen] præfecto cantorũ, serui DOMINI Dauidis, q loquutus est DOMINO uerba carminis huius, eo die quo liberauit eũ DOMINVS de manu cunctorũ inimicorũ eius, & de manu Saulis. Et dixit. XVIII. 2 Sam. 22

Insigne epinicion est, quo celebrat uictorias, & gratum sese exhibet, ostendit quantis pij sæpe periculis immergantur, quomodo liberentur, quid agant, quomodo grati sint.

A EX intimis uisceribus diligam te ô DOMINE robur meum.
DOMINVS petra mea, propugnaculũ meum, & ereptor meus, deus meus, rupes mea, illo nitar, clypeus meus, & cornu salutis meæ, arx mea. Heb. 2.e
DOMINVM laude dignum inuocabo, & ab inimicis meis seruabor.

a Potest etiã legi, dolores mortis.

Circundederant me funes a mortis, & torrentes quidam hominum perditorum terruerant me.
Circuncinxerant me funes inferorum, laquei mortis anteuerterant me.
Dum itaq; angebar inuocabam DOMINVM, & ad deum meum clamabam, & exaudiuit de templo suo uocem meam, ut primum clamor meus ad aures eius peruenit.
Commouebatur ac contremiscebat terra, fundamenta montium concutiebantur & conquassabantur, quoniam ipse irascebatur. Hypotyposis iræ dei.
Ascendebat fumus è naribus ipsius, & uorans ignis ex ore eius, ita ut de eo carbones incenderentur.
Flectebat cœlos atq; descendebat, sub pedibus eius caligo.
Vehebatur super Cherub ac uolabat, latus super alas uenti.
B Circunquaq; iuxta se tenebras posuerat latibulo suo instar tabernaculorũ, aquas atratas, densissimas nubes.
De fulgore qui corã eo erat, nubes eius pertransierũt, grando & carbones igniti.
Tonabat è cœlis DOMINVS, & altissimus edebat uocem suam, grandinem atq; carbones ignitos.
Sagittas eiaculabatur, disijciebatq; eos, fulgura multa quibus consternatos eos reddidit.
Tum apparebant profundissima aquarum receptacula, retegebantur orbis fundamenta ab increpatione tua DOMINE, à respiratione flatus nasi tui. Heterosis personæ.
E sublimi demissa manu arripiebat me, atq; ex aquis uehementibus extrahebat.
Eripiebat me ab hostibus potentibus, de osoribus meis qui me superiores erant.
Qui me tempore calamitatis meæ præuerterant, at DOMINVS fuit mihi fulcrũ.
Educebat me in locum spatiosum, eripiebat me, fauebat enim mihi.
Rependebat mihi DOMINVS iuxta iustitiam meam, & iuxta puritatem manuum mearum mihi retribuebat.
Obseruaueram enim uias DOMINI, neq; impie à deo meo defeceram.
Coram me enim cuncta eius instituta [teneo,] & mores eius à me non abijcio.
C Integre & candide uersor coram illo, & seruo me ne quid praui designem.
Rependit itaq; mihi DOMINVS iuxta iustitiã meam, iuxta puritatem manuum mearum coram oculis eius.
Qui bonitati studet, ei benigne facies, & erga uirum simpliciter integrum, integrum te exhibes.
Cum candido candide agis: cũ eo uero qui prauus & incuruus incedit, tu quoq; peruerse incedis.
Etenim populum adflictum tu seruas, & oculos sublimes deprimis.
Quoniam tu illuminas lucernam meam, DOMINVS deus meus tenebras meas illustrat.

Quoniam

Digitized by Google

Quoniam in [b]te militares cuneos perrumpo, & in deo meo murum transilio.
Via dei integra est, eloquium DOMINI repurgatum scutum est omnium in se sperantium.
Quis enim deus præter DOMINVM? aut quis est petra præter deum nostrum?
Deus est qui me instruit heroica uirtute, & uiam meam expeditam facit.
Pedes meos pares facit [pedibus] ceruarum, & in editis meis me collocat.
Reg.22.c Instruit manus meas ad pugnam, dat'que ut arcum chalybeum brachiis meis confringam.
Tu protendis mihi clypeum salutis tuæ, dextera tua suffulcit me, & ex mansuetudine tua augustum me reddis.
Dilatas passum meum subtus me, ne uertebræ meæ uacillent. D
Persequebar inimicos meos, & assequebar eos, nec reuertebar donec eos internecioni darem.
Concido eos quo minus surgere possint, cadant'que subtus pedes meos.
Instruis me ad bellum uirtute heroica, prosternis sub me quotquot contra me insurgunt.
Efficis ut terga uertant mihi hostes mei, & ut perdam osores meos.
Clamabant, nec erat seruator: ad DOMINVM, nec respondit eis.
Contundo eos ut puluerem ante uentum, ut lutum platearum eos comminuo.
Tu eripis me de contentionibus populi, & constituis me caput gentium, populus quem non noui seruit mihi.
Mox ut auribus percipiebant, obsequuntur mihi, filij exteri mendaciter se mihi [subijciebant.]
Alienigenæ marcessebant, pauebant'que in penetralibus suis.
Viuat DOMINVS, & laudandus sit qui est petra mea, altus uehatur deus salutis meæ.
Deus est [c]qui donat ut ulciscar me, & subijcit mihi populos.
Qui educit me ex hostibus meis, tu [ô DOMINE] in sublime ducis me ab his qui contra me insurgũt, ab eo uiro qui mihi uim & iniuriã intentat eripis me.
Reg.22.d Hanc ob causam celebrabo te in gentibus ô DOMINE, & nomini tuo canam.
[Ro]m.15.b Propter magnitudinem salutis qua regem tuum [ditas,] et beneficijs prosequeris Christum tuum Dauidem, & semen eius in perpetuum.

Carmen Dauidis præfecto cantorum. XIX.

Encomium est diuini uerbi, in quo uim & energiam uerbi dei explicat: stultitia illorum proditur qui oppugnant aut contemnunt uerbum dei, felicitas illorum quos deus suo uerbo dignatur, ostenditur.

COeli enarrant gloriam dei, & extensio opus manuum eius annunciat.
Dies diei [[a]succedens] eloquitur sermonem, & nox nocti indicat scientiã.
Non est [illis] sermo, non uerba, neque auditur uox eorum.
[Ro]m.10.d In omnem [tamen] terram exiuit regula eorum, & in fines orbis uerba eorum.
.24.g Soli posuit tentoriũ in eis, & is uelut sponsus ex umbraculo suo [†]prodit, lætus uelut heros [quispiam] ad decurrendam uiam.
*Ab extremo cœlorum egressus eius, recursus eius usque ad extrema eorum, nec est qui se ab æstu illius abscondat.
Lex DOMINI integra est, conuertens animam: testimoniũ DOMINI [b]uerũ, imperitis sapientiam suppeditans.
Decreta DOMINI recta sunt, cor exhilarantia, præceptum DOMINI repurgatum, illuminans oculos.
Timor DOMINI mũdus perstans ꝑpetuò, iudicia DOMINI uera simul'que iusta.
Magis expetibilia quàm sit aurum uel præstantissimum atque plurimũ, & dulciora

b Alij sic, in te expeditus miles curro.

c Deus qui dat mihi uindictas.

a Succedẽs apposui, ne quis diẽ diei narrare putet, sed nobis. Hoc est, singuli dies nobis loquuntur potentiã dei, posterior dies semper auget scientiam.
a Quũ quotidie nouus oriatur dies, quotidie noua loquitur.
* Præstantissima est mundi machina, & suo quodã modo cœleste opificiũ sapientiam ac omnipotentiã dei eloquitur, at uerbum dei hæc omnia exuperat, ut nihil sint si ad illud cõparentur.
b Potest etiã dici, fidũ, constãs, firmum.

...mina & ...ratio... ...s uerbi di...ni.

Caelestibus creaturis propheta idonea attribuit nullis rationibus [illegible] [illegible] [illegible] diuinitatis [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] debeat. Ubi commemorauit ad ordinata [illegible] [illegible] dei [illegible], deinde ad verbi [illegible] descendit: significans illud esse universalem [illegible]. Hunc vero peculiarem filiorum dei scholam.

Digitized by Google

melle & fauo stillantibus.

Etiam seruus tuus perspicue illis admonetur, in illorum obseruantia multa merces est.

Errores quis animaduertat? ab occultis meis repurga me. Precatio cum correctione.

Quin & flagitia auerte à seruo tuo, ne dominentur mihi: tum integer ero, & innocens à quouis grandiori scelere.

Sint uerba oris mei, et meditatio cordis mei grata in cõspectu tuo, ô DOMINE, petra mea & uindex meus.

Carmen Dauidis præfecto cantorum. XX.

Precatio est, qua populus salutem regi Dauidi ad bellum difficile & anceps proficiscenti, orauit, & gratulatio simul de salute & uictoria sibi diuinitus donata.

EXaudiat te DOMINVS quum in angustia fueris, in tuto collocet te nomen dei Iacob. 2. Sam. 10.

E sanctuario suo auxilium tibi ferat, atq; è Zion te suffulciat.

Memor sit omnium munerum tuorum, & holocaustum tuum [a] pingue æstimet. Sæla.

Det tibi iuxta cor tuum, & omne consilium tuum perficiat.

Ouabimus in salute tua, & in nomine dei nostri signa triumphantes erigemus, perficiet enim DOMINVS omnes petitiones tuas.

[b] Nunc agnosco quod DOMINVS unctum suum seruarit, quodq; exaudierit eum de cœlis ex sanctuario suo, uirtute saluifica dexteræ suæ.

Hi in [c] curribus, illi in equis [fidant,] nos tamen nominis DOMINI dei nostri mentionem faciemus.

Illi succubuerunt & corruerunt, nos autem perstitimus & corroborati sumus.

DOMINVS [d] seruabit regem: quo die inuocauerimus, nos exaudiet.

[a] Alij legunt, in cinerem uertat: alij, perliciet. Quæ pinguia erant, grata fuerunt.

[b] Sic dicet quisq; è populo.

[c] Concessio seu permissio est. Sperent illi in creaturas, nos duntaxat dei nomen inuocabimus.

[d] Alij in secũda persona legunt, Tu domine salua.

Carmen Dauidis præfecto cantorum. XXI.

Epinicion est, quo de uictoria & reliquis dei beneficijs, quibus Dauid insigniter cumulatus fuerat, populus gratulari solebat. Deumq;, cuius beneuolentiæ omnia ferebat accepta, collaudabat.

DOMINE in uirtute tua lætabitur rex, & in salutari tuo q̃ impendio gestiet?

Desiderium cordis sui dedisti ei, & quæ precatus est labijs suis, non negasti. Sæla.

Benedictionibus optimis præuenisti eum, imposuisti capiti eius coronam auream.

Vitam petijt abs te, & dedisti illi, longitudinem dierum in sæculum & ultra. 2. Sam. 7.

Magna est gloria eius propter [a] salutem quam ei contulisti, honorem & splendorem posuisti super eum.

Quoniam posuisti eum, ut omni genere bonorum [b] perpetuò adfluat, exhilarasti eum gaudio, uultu tuo.

Nam rex fidit DOMINO, & in bonitate altissimi non nutabit.

Offendit [c] manus tua omnes hostes tuos, dextera tua offendit omnes qui te odio habuerunt.

Velut accensam fornacem reddidisti eos in [d] tempore iræ tuæ, DOMINVS in ira sua deuorauit eos, & ignis consumpsit eos.

Fructum eorum è terra perdidisti, & [e] semen eorum de filijs hominum.

Quoniam moliti sunt aduersus te malum, cogitarunt scelus quod perficere non poterant.

Posuisti enim illos [f] humerum, & neruo tuo in faciem eorum collimasti.

Euehere DOMINE uirtute tua, canemus & celebrabimus potentiam tuam.

Præfecto cantorum carmen Dauidis de ceruia matutina. XXII.

[a] Hbr. In salute tua.

[b] Hb. Posuisti eum benedictiones perpetuo.

[c] Videtur apostropha esse ad regẽ, uel ad deũ qui hæc per Dauidem fecit.

[d] Hb. In tempore uultus tui.

[e] Sic eos delesti, ut posteri nõ supersint.

[f] Humerus pro aggere: alij legũt, posuisti eos partem, uel seorsim.

Dauid

Digitized by Google

David Christi se typum aperte admodum hoc psalmo exhibet. Primum ergo summam eius deiectionem, inde exaltationem, regniq; eius, & ad orbis terminos propagationem, & ad finem usq; seculi deductionem, adumbratam in se canit.

Matt.27.e DEus meus, deus meus, cur deseruisti me? ut [a] longe [abes] à salute mea, à uerbis rugitus mei?

Deus meus inuoco per diem, & non respõdes: per noctem, nec est silentiũ mihi.

Et tu sanctus sessor [b] laudum Israelis.

In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos.

Ad te clamarunt, & liberati sunt: te fidebant, neq; pudefacti sunt.

Ego aũt uermis sum, & non uir, opprobriũ hominum, & contemptus à populo.

Matt.27.d Luc.23.c Quicũq; me aspiciunt subsannãt me, distendũt labia, mouent caput. [Dicentes,]

Retulit [omnia] ad DOMINUM, eripiat eum, liberet eum, quoniã deamat eum.

At tu is es qui me ex utero extraxisti, [c] in te fisus sum pendens adhuc ab uberibus matris meæ.

In te [d] coniectus sum à partu, ab utero matris meæ deus [e] meus es tu.

Ne subducas te longius à me, quoniam adflictio adest, nec est qui adiuuet.

Tauri multi circundederunt me, prævalidi ex Basan undiq; cinxerunt me.

Aperuerunt contra me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.

Effusus sum uelut aqua, dissociantur omnia ossa mea, factumq; est cor meum sicut cera, liquefactum intra uiscera mea.

Exaruit ut testa uirtus mea, lingua mea adhæresc it faucibus meis, & in puluerem [f] mortis redegisti me.

Matt.27.d Ioh.19.d Nam circundederunt me canes, coetus malorũ † cinxit me, ceu leo [g] manus meas & pedes meos.

Numerarem omnia ossa mea, hi uero cum uoluptate intuentur & aspiciunt.

Partiti sunt sibi uestimenta mea, & de ueste mea sortiti sunt.

Sed tu ô DOMINE, ne sis procul: ô uirtus mea, ut me adiuues propera.

Eripe à gladio animam meam, de [h] manu canis unicam meam.

Heb.2.c Serua me ab ore leonis, & à cornibus unicornium [i] eripe me.

Narrabo nomen tuum fratribus meis, in media congregatione laudabo te.

Qui timetis DOMINUM, laudate eum: omne semen Iacob celebrate eum, metuite eum omne semen Israelis.

Quia non despexit nec auersatus est adflictionem pauperis, neq; auertit ab eo faciem suam, sed quum clamaret ad eum, audiuit.

De te est laus mea in concione magna, uota mea corã timẽtibus ipsum persoluã.

Comedent humiles & satiabuntur, laudabunt DOMINUM qui quærunt eum, uiuet cor uestrum in sæculum.

Memores erunt, & conuertentur ad DOMINUM omnes fines terræ, prosternẽt se ante faciem tuam omnes familiæ gentium.

Quia DOMINI est regnum, & ipse gentibus dominatur.

Comedent & adorabunt omnes pingues terræ, coram eo genua flectent omnes qui in puluerem descendunt, quia animam suam non in uita seruauit.

Posteritas seruiet ei, accensebitur domino ad [k] nationem.

Venient & annunciabunt populo nascituro, iustitiam eius quam præstitit.

Carmen Dauidis. XXIII.

Commemoratio grata fauoris & beneficiorum dei, sub allegoria pastorali.

DOMINUS pastor meus est, non egebo.

In pascuis herbidis accubare me facit, & ad aquas tranquillas me minat.

Animam meam reuocat, ducit me in orbitis iustitiæ propter nomen suum.

Etiam si eundum mihi sit per uallem umbræ mortalis, nihil mali timebo, nam tu

[a] Vel, uerba rugitus mei longe à salute mea.

[b] Vel, tu sanctus es habitãs inter laudes Israelis.

[c] Ebr. Tu fecisti me sperare.

[d] Expositi tius ueluti tibi fui.

[e] El fortis deus es tu.

[f] Proxime ad mortem adegisti me.

[g] Cinxerũt, uel mos morderũt, intelliges alij legunt, foderunt manus meas & pedes meos, quorum exemplaria karu habuerunt.

[h] Hoc est, à uiolentia, rabie.

[i] Alij legunt, respondes mihi, id est, fer opem, affere.

[k] Alij legunt, in perpetuum.

Left margin (partly cut off): ...ocatio ...ntiæ. ...tatio ...onæ. ...positio. ...opes i... ...plani... & per ...tes ex... ...nit ...40. ...em 31. ...zech. 34. ...n.10.a ...et.2.

Digitized by Google

mecum es, uirga tua & pedum tuum ipsa me consolantur.
Instrues coram me mensam, è regione hostium meorum, ungento caput meum delibutum reddes, & calix meus erit exuberans.
Sed & bonitas & benignitas [tua] prosequetur me cunctis diebus uitæ meæ, & habitabo in domo DOMINI longissimis diebus.

Carmen Dauidis. XXIIII.

Quũ admonitus esset Dauid, templũ extruẽdum in monte Moria, incõparabilem dei erga Israelitas bonitatem canit, inter quos sedem sibi peculiarem delegerat, quum omnis terra eius esset. Ostendit præterea quibus uere in loco sancto dei locus pateat.

DOMINI est † terra, & quidquid ea [a] continet: orbis et qui eum inhabitant. 1.Cor.10.b Psal.49.b
Ipse enim super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam.
Quis conscendet montem DOMINI? aut quis in loco sanctuarij eius consistet? Interrogatio.
Qui innocentes [habet] manus, & cor repurgatum, qui animum suum ad uanitatem [b] non extulit, in(que) fraudem non iurat. Responsio per subiectionem.
Is accipiet benedictionem à DOMINO, & iustitiam à deo seruatore suo.
Hæc natio est eorũ qui eum inquirũt, Iacob sunt qui quærunt faciẽ tuam. Sæla.
Tollite ô portæ capita uestra, attollimini fores sempiternæ, & ingredietur rex ille gloriosus. Apostropha ad diuum mutata persona.
Quis est ille rex, ille gloriosus? DOMINVS fortis & heros, DOMINVS uirtute bellica insignis.
Tollite ô portæ capita uestra, attollimini fores sempiternæ, & ingredietur rex ille gloriosus.
Quis est ille rex, ille gloriosus? DOMINVS exercituum, is rex est ille gloriosus. Sæla.

a Ebr. Et plenitudo eius.
b Qui uanis rebus non inhiauit, aut intentus fuit.

Dauidis. XXV.

Orat dominum ut peccatis se liberet, uias suas doceat, hostiumq(ue) furori eripiat, quod bonitatis suæ proprium sit: orat etiam pro populo dei.

A א AD te ô DOMINE animum meum attollo. Videtur compositus in contra... ne Absolo... mis uel Se... ba.
ב Deus meus in te spero, ne pudefiam, ne lætentur de me inimici mei.
ג Quin & non pudefient quicunq(ue) te expectant: pudefient autem hi qui præuaricantur abs te.
ד Vias tuas notas mihi fac ô DOMINE, & asuefacito me semitis tuis.
ה Duc me in ueritate tua, & adsuefac me, quoniam tu deus seruator meus es, te expecto tota die.
ו Memor sis miserationum tuarum ô DOMINE, & bonitatis tuæ, quoniam à sæculo sunt.
B ח Peccatorum adolescentiæ meæ ac scelerum meorũ ne sis memor, memor autem mei sis iuxta benignitatẽ tuam, propter bonitatẽ tuam ô DOMINE.
ט Bonus & rectus est DOMINVS, propterea docebit peccatores in uia.
י Diriget mansuetos in iudico, & adsuefaciet mansuetos uiæ suæ.
כ Cunctæ uiæ DOMINI benignitas sunt & ueritas, ijs qui fœdus & testimonia eius obseruant.
C ל Propter nomẽ tuũ ô DOMINE, propitius sis iniquitati meæ, multa enim est.
מ [a] Quicunq(ue) timet DOMINVM, hunc [b] diriget in uia quam eliget.
נ Anima eius in bonis morabitur, & semen eius hæreditario possidebit terrã.
ס Secretum DOMINI timentibus ipsum, & fœdus suum illis notum faciet.
ע Oculi mei perpetuò ad DOMINVM, ille enim explicat è reti pedes meos.
פ Respice in me, & miserere mei, nam unicus & adflictus sum.
צ Angustiæ cordis mei latissimæ factæ sunt, ex angustijs meis educito me.
D ק Aspice adflictionem & molestiam meam, & aufer omnia peccata mea.

a Legũt alij interrogatiue, Quis est uir ille qui metuit dominum?
b Alij, docet.

Considera

ר Considera hostes meos, nam multi sunt, & uiolento odio oderunt me.
ש Custodi animam meam & libera me, ne pudefiam, quandoquidem spem in te colloco.
ת Integritas & æquitas custodiant me, quia te expecto.
פ Redime ô deus Israelem ex omnibus adflictionibus suis.

Dauidis. XXVI.

Precatio est coram tribunali dei, ut se uindicet ab hostibus.

I[a]Vdica me DOMINE, quoniam innocenter ambulaui, & DOMINO confisus non nutabo.
Explora me DOMINE & tenta me, excoque renes meos & cor meum.
Nam bonitas tua mihi ob oculos est, & ambulo in ueritate tua.
Non [b]sedeo cum hominibus uanis, & ad [c]fucatos non ingredior.
Cœtum malorum odi, & *cum impijs non sedebo.
Lauabo in innocentia manus meas, & circundabo altare tuum Domine.
Vt edam uocem laudis, & enarrem omnia mirabilia tua.
DOMINE dilexi habitationem domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ.
Ne colligas cum peccatoribus animam meam, & uitam meã cum sanguinarijs.
In quorum manibus scelus præmeditatum est, & dextera eorum plena est corruptorio munere.
At ego innocenter ambulo, redime me, & beneficus mihi esto.
Pes meus in recto constat, in cœtibus laudabo DOMINVM.

[a] Alij legunt, uindica.

[b] Hoc est, nullam familiaritatem aut societatem cum illis habeo.

[c] Ebr. Ad absconditos, hoc est, qui sciũt simulare & dissimulare omnia.

* Jch wil weder gon/nach stõ/ nach sitzen by denen bösen.

Dauidis. XXVII.

Idem cum superiori, orat ut ab hostibus liberet, & eũ in uia sua dirigat.

DOMINVS lux mea & salus mea, à quo nam timerem? DOMINVS robur uitæ meæ, à quo expauescerem? A
Dum aciem instruunt aduersum me mali, ut deuorent carnem meam hostes mei atque inimici mei, ipsi impegerunt & corruerunt.
Si obsideant me castra, non timebit cor meum, si ingruerit aduersum me prælium, hac re nitar. B
Vnum quiddam postulaui à DOMINO, idque requiram, ut habitem in æde DOMINI cunctis diebus uitæ meæ, ut uideam amœnitatem DOMINI, & [a]lustrem templum eius.
Quoniam abscondet me in tabernaculo suo, in die aduersitatis, occulet me in abdito tentorij sui, in rupem extollet me.
Et nunc extollet caput [b]meum super hostes meos qui circum me sunt, & sacrificabo in tentorio eius sacrificia cum iubilo, canam & hymnum dicam DOMINO. C
Audi ô DOMINE uocem meam qua te inuoco, beneficus esto mihi, & exaudi me.
Tibi dixit cor meum, O uultus mei, quærite [DOMINVM,] faciem tuam DOMINE placare conabor.
Ne abscondas faciem tuam à me, neque auerseris in ira seruum tuũ, tu es auxilium meum, ne derelinquas me, neque deseras me deus seruator meus.
Nam ubi pater meus & mater mea destituunt me, DOMINVS colligit me. D
Doce me DOMINE uiam tuam, & ducito me in semita recta, propter eos qui mihi insidiantur.
Ne permittas me libidini eorum qui mihi infesti sunt, constiterunt enim contra me testes mendaces, & qui efflat iniuriam.
Si non credidissem me uisurum cum uoluptate bonum DOMINI in [c]terra uiuentium.

[a] Seu, ut mane inuisam templum eius.

[b] Extollere caput, est superiorem reddere, & pristini dignitati restituere.

[c] Supple defecissem, quia aposiopesis est.

Digitized by Google

Expecta DOMINVM, forte fit & roboretur cor tuum, & expecta DOMINVM.

Dauidis. XXVIII.

Orat opem diuinam, exauditus gratias agit, orat pro populo.

AD te DOMINE ô petra mea clamo, ne [a]obsurdescas, ne si forte obmutescas similis reddar his qui in foueam descendunt.

Exaudi uocem deprecationum mearum dum clamo ad te, dum attollo manus meas ad adytum sanctuarij tui.

Ne me reputes [b] inter impios, & inter eos qui patrant iniquitatem, qui cum proximis suis pacifice quidē loquuntur, sed malum [meditantur] cordibus suis.

Da illis iuxta opus suum, & secundum malitiam studiorum suorum, secundum opus manuum eorum redde illis, redde illis talionem dignam illis.

Quoniam non aduerterunt animum operationibus DOMINI, neq; ad facturam manuum eius, diruet eos, & non extruet eos.

Laudandus DOMINVS, quoniam exaudiuit deprecationem meam.

DOMINVS robur meum & clypeus meus, in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, hinc gestit cor meum, & cantico meo eum celebro.

DOMINVS robur est [c] illorum, & robur salutarium uncti sui ipse est.

Serua populum tuum, & benedic hæreditati tuæ: pasce eos, & euehe illos in sempiternum.

a Eb. A me additur, quem pleonasmum uitaui.

b Ebr. Ne trahas me cum impijs.

c Illorum scilicet qui Dauidi hærebant, et ijs etiam præcipua pars uictoriarū fuit quæ Dauid rex habuit.

Carmen Dauidis. XXIX.

Hortatur omnes homines ad laudem dei, deinde celebrat magnificentiam dei.

TRibuite DOMINO qui [a] uirtute præstatis, tribuite DOMINO gloriam & robur.

Tribuite nomini [b] DOMINI gloriam, adorate DOMINVM in decore sancto.

Vox DOMINI sup aquis, deus gloriosus tonat, DOMINVS sup aquas multas.

[c] Vox DOMINI in uirtute, uox DOMINI in magnificentia.

Vox DOMINI confringit cedros, confringit inquā DOMINVS cedros Libani.

Et subsilire facit eas sicut uitulum, Libanum & Sirion sicut filium unicornium.

Vox DOMINI dissectas [d] flammas ignis eiaculatur.

Vox DOMINI [e] parturire facit desertū, parturire facit DOMINVS desertū Cades.

Vox DOMINI parturire facit ceruas, renudat syluas, at in templo eius cuncti gloriam dicunt.

DOMINVS sedet in diluuio, sedetq; DOMINVS rex in æternum.

DOMINVS dat fortitudinem populo suo, DOMINVS populum suum bonitate & [f] pace prosequitur.

a Ebr. Filij deorum seu fortium. Alij legunt, filij arietum.

b Ebr. Date domino gloriā nomini eius.

c Per uocem dei, potentiam & operationem dei in supercœlestibus, in elemētis intelligit.

d Eb. Excindit flammas ignis.

e Parturire facit, hoc est, ut dolorem parturientis præ se ferant, lugeant, significat magnam sterilitatem.

f Ebr. Dominus benedicit populo suo in pace.

Cātatus exodio, quum an... portaban... de domo... Obed ed... Abinadab... 2. Sam. 6.

Carmen dedicationis ædis, oda Dauidis. XXX.

Gratias agit domino, qui ex casibus difficillimis eum duxerat ad statum feliciorem.

EXaltabo te ô DOMINE quod me attriuisti, at nō passus es, ut de me hostes mei gauderent.

DOMINE deus meus clamaui ad te, & sanasti me.

O DOMINE reuocasti [a] ab inferis animam meam, [b] restituisti me quo minus in foueam descenderem.

Canite DOMINO hymnum, qui experti estis [c] bonitatem eius, celebrem reddite memoriam sanctitatis eius.

Nam [d] momentanea est ira eius, uita uero in beneplacito eius, ad uesperam diuertat fletus, [licet] sub auroram tamen [redit] lætitia.

Equidem ego dicebam quum essem in felicitate mea, in sempiternum nunquam nutabo.

(Tu enim DOMINE collocaueras robur monti meo) protinus ut abscondisti faciem tuam conturbabar.

a Ebr. Ascendere fecisti.

b Ebr. Viuificasti me à descēdentibus in lacum.

c Ebr Boni eius.

d Ebr. Quoniam momentum in ira eius.

Quidam... telligun... de morb... graui re... turam g... tias egi...

Digitized by Google

[Hic] ad te DOMINVM clamabam, & ad dominum deprecabar.
Quis usus est sanguinis mei si in foueam descenderim? num celebrabit te, aut ueritatem tuam annunciabit puluis?
Exaudi me DOMINE, & beneficus esto mihi, ô DOMINE sis mihi auxilio.
Conuertisti mihi planctum meum in chorum, soluisti mihi [e] saccum, & amiciuisti me gaudio.
Propterea [f] canet tibi [quisque] gloriam, & non silebit, DOMINE deus meus in æternum celebrabo te.

Præfecto cantorum carmen Dauidis. XXXI.

Primo refert in quantis periculis fuerit, quid cogitarit, quid orarit, quidque fecerit Dauid quum in deserto Maon à Saule cingeretur. Secundo quomodo liberatus. Tertio hortatur omnes fideles ad studium dei qui à se pendentes non deserere potest.

IN te ô DOMINE spero, ne unquã sinas me †pudefieri, eripe me in tua iustitia. A
Inclina ad me aurem tuam, ilico libera me, sis mihi rupes firma, domus munita, ut me serues.
Nam petra mea & arx mea tu es, ideo propter nomen tuũ ducito & minato me.
Educ me è reti quod absconderunt mihi, quoniam tu es robur meum.
In manũ tuam cõmitto spiritum meum, redemisti me ô DOMINE deus uerax.
Odio habui obseruantes funes [a] uanitatis, ego autem in DOMINO speraui.
Exultabo & gaudebo de bonitate tua, qui respexisti afflictionẽ meam, & in angustijs animam meam agnouisti.
Nec in manu hostis me inclusisti, sed statuisti pedem meum in loco spatioso. B
Beneficus esto mihi DOMINE, nam angustia mihi est, [b] corrosus est præ indignatione oculus meus, anima mea atque uenter meus.
Detrita est enim præ dolore uita mea, & anni mei præ gemitibus: corruit prę iniquitate robur meum, omnia ossa mea contabuerunt.
A cunctis hostibus meis probrum factus sum, maxime autem uicinis meis, familiaribus meis fui horrori, & qui me uiderunt foras, à me fugerunt.
Obliuioni datus sum ex corde sicut mortuus, factus sum ueluti uas quod perit.
Audiui enim crimina mihi à multis [intendi,] formido undique me [circumstetit,] dum illi unà contra me consultarent, & ut caperent animam meam callide cogitarent. C
Ego uero in te speraui ô DOMINE, dixi deus meus es tu.
In manu tua sunt tempora mea, libera me de manu inimicorũ meorum, & à persecutoribus meis.
Illumina uultum tuum super seruum tuum, saluum me fac per bonitatem tuam.
DOMINE ne patiaris me [c] pudefieri, quoniã te inuoco: pudefiant impij, & compescantur apud inferos.
Obmutescant labia mendacia, quæ loquuntur ueteratorie, superbe & contemptim aduersus iustum.
Quàm ampla sunt quæ metuentibus te bona reposuisti, & quæ iam effecisti [d] coram filijs hominum qui in te sperant.
Abscondes illos in latibulo faciei tuæ à conspirationibus cuiuscunque, abscondes eos in tabernaculo à contentione linguarum. D
Laudandus DOMINVS, nam insigniter bonitatem suam mihi in urbe munita ostendit.
Ego cum præceps fugerem cogitabam, proiectus sum abs te, at tu exaudisti uocem deprecationis meæ, quum ad te clamarem.
Diligite DOMINVM omnes boni eius, fideles tuetur DOMINVS, & rependit cumulate superbe agenti.

[e] Saccum. i. omnem materiam lugendi.
[f] Alij legunt, canet tibi gloria mea, hoc est, lingua, q̃d præcipuum hominis bonum & decus sit facultas loquendi.
† Pudefit, cui non contingit quod petit, qui repulsam patitur, qui frustratus abit.
[a] Hoc est, qui rebus friuolis, aut malis artibus intenti sunt, ut magicis & superstitiosis.
[b] Alij legunt, caligauit: alij, contabuit.
[c] Pudefieri, est spe sua frustrari.
[d] Vel, qui te fidunt coram filijs hominum.

...quid ty... ...s est Chri... ...: cõpetit ...o Chri... ...ut capte... ...dende o... ...ubus mẽ ...s eius ...s sunt in ...iculis. ...c. 23. f

Digitized by Google

Estote fortes, roborabit ille cor uestrum, quicunque speratis in DOMINO.

Erudiens [carmen] Dauidis. XXXII.

Docet quanta sit istius hominis felicitas, qui assequutus sit per fidem ueniam peccatorum suorum.

A BEatus is est qui exoneratus est transgressione, & cuius peccatum tectum est. Rom. 4.
Beatus homo cui DOMINVS iniquitatem non imputat, nec est in spiritu eius [a]dolus.

[a] Vel, fucus.

Dum quotidie nunc tacitus mecum cogito, nunc uoce infremo, contabuerũt ossa mea.

B Nam dies noctesque ingrauescebat super me manus tua, uersus est succus meus in siccitates æstiuas. Sæla.

[At postquam] peccatum meum tibi notum feci, & iniquitatem meam non celaui, [posteaquam] cogitarem, fatebor contra me transgressionem meam DOMINO, tu [protinus] remisisti iniquitatem peccati mei. Sæla. Isa. 65.

C Idcirco orabit ad te qsquis est bonus, in tempore [b]dum inuenire [licet,] equidem inundatio aquarum immanium ad eum non pertinget.

[b] Dum inuenire licet gratiam, seu peccatum in se. Ebr. In tẽpore inueniẽdi: alij sic legunt, in tẽpore inueniendi rak. i. uanitatem, &c. Vt sit punctus post rak: deinde, ad diluuium aquarum multarum, &c.

Tu latibulum es mihi, ab afflictione custodies me: iubilis, [c]quibus ouare solent elapsi, circuncinges me. Sæla.

[c] Ebr. Iubilis euadendi.

D Erudiam te, & docebo te uiam qua gradiaris, oculo meo tibi consulam. Apostropha ad unumquemlibet.

Ne sitis uelut equus & mulus, quibus non est intellectus, quorum maxillas lupato ac freno nisi constringas, tibi non appropinquant.

Multi dolores impium, nitentem autem DOMINO beneficentia circundabit.

Gaudete in DOMINO, & exultate iusti, iubilate quotquot estis recto corde.

XXXIII.

Ad celebrandum deum inuitat, omnia eius bonitate plena esse prædicat, idcirco ei hærendum & fidendum.

A OVate iusti in DOMINO, laus decet rectos.
Celebrate DOMINVM cithara, nablo, [a]decachordo psallite ei.

[a] Alij separant decachordum à nablo.

Canite ei carmen nouum, suauiter ludite instrumentis musicis, cum clangore tubæ. Alacritas requiritur in ministerio dei.

Quoniam rectum est [b]uerbum DOMINI, & omne opus eius firmum.

[b] Quicquid agit & loquitur dominus, rectum est: dabar enim nõ uerbum tantum, sed et rem significat.

Amat iustitiam & iudicium, terra bonitate eius repleta est.

B Verbo DOMINI cœli facti sunt, & spiritu oris eius omnis exercitus eorum.

Congregat aquas maris ut cumulum, reponit in penetralia abyssos. Exod. 15.

Timeat DOMINVM omnis terra, metuant ab eo uniuersi qui habitant orbem.

Quia [quum] ipse dicit, fit: & quum præcipit, extat. Iudith 16.

DOMINVS irritum facit consilium gentium, & cogitationes populorum differt.

C Consilium autem DOMINI in sempiternum perstat, cogitata cordis eius per omnia sæcula.

Felix ea gens quæ DOMINVM pro deo habet, & populus quem ille sibi loco possessionis hæreditariæ elegerit.

E cœlis despicit DOMINVS, intuetur omnes filios hominis.

De firmo domicilio habitationis suæ cunctos habitatores terræ speculatur.

D Ipse omnium corda pariter finxit, intelligit omnia opera eorum.

Haud seruatur rex, eo quod multum habuerit exercitum, heros nequaquam per multam uirtutem suam pericula euadit.

Rex [c]fallax est equus ad præstandam salutem, quamlibet multo præditus robore, neutiquam eripiet.

[c] Ebr. Mendacium equus ad saluandũ.

Ecce oculus DOMINI [intendit] in eos qui se reuerentur, & ad eos qui bonitatem eius expectant.

Vt

Digitized by Google

Vt liberet à morte animas eorum, & alat eos in fame.
Animæ [igitur] nostræ expectent DOMINVM, ipse enim est auxiliũ nostrum & clypeus noster.
Nam in ipso gaudebit cor nostrum, eo ꝙ sancto ipsius nomine nitimur.
Sit bonitas tua ô DOMINE super nos, quemadmodum abs te pendemus.

1.Reg.21. Dauidis, quum mutaret habitum suum ante Abimelech, quumq́ eum expelleret, atq; is abiret. XXXIIII.

Dauid ereptus per dei bonitatem è periculo mortis, gratias agit. Hortatur omnes homines ut talem deum obseruent, eiq́; spiritu seruiant.

א LAudabo DOMINVM omni tempore, laus eius in ore meo. A
ב In DOMINO gloriabitur anima mea, audient adflicti & lætabuntur.
ג Magnificate DOMINVM mecum, extollamus unà nomen eius.
ד Anxie quærebã DOMINVM, & exaudiuit me, ex omnibus pauoribus meis eripuit me.
הו Respicient ad illum, & [a]confluent, nec suffundentur pudore facies eorum.
ז Adflictus iste inuocauit, & DOMINVS exaudiuit eum, & ex omnibus angustijs eius seruauit eum. B
ח Castra figit angelus DOMINI circum eos qui ipsum timent, & eripit eos.
ט Gustate & uidete ꝙ bonus sit DOMINVS, felix ille uir qui sperat in eum.
י Reueremini DOMINVM sancti eius, quoniam nihil deest his qui eum timent.
כ [b]Leunculi penuria & fame laborant, qui autem DOMINVM inquirunt, nullo bono destituuntur.
ל Adeste filij, me audite, timorem DOMINI docebo uos. C
1.Pet.3.b מ Quicunq; uitæ cupidus es, & uidere dies bonos optas.
נ Obserua linguam tuam à malo, & labia tua ne dolum loquantur.
ס Recede à malo, & fac bonum: inquire pacem, & eam consectare.
Eccli 15.d ע Oculi DOMINI [intenti sunt] ad iustos, & aures eius ad eorum preces.
Iob.4.c פ Vultus DOMINI contra eos qui malum faciunt, ut de terra memoriã eorum excindat.
צ [c]Clamant, & DOMINVS exaudit, & ex omnibus angustijs eorum liberat eos. D
ק Prope adest DOMINVS his qui sunt confracto corde, & seruat spiritu contritos.
ר Multa mala [accidunt] iusto, ex omnibus tamen liberat illum DOMINVS.
ש Custodit omnia ossa eius, ut ne unum ex eis confringatur.
ת At impium perdet malum, & qui iustos odio habent, deuastabuntur.
פ Redimet DOMINVS animam seruorum suorum, nec deuastabitur omnes qui in eum sperant.

Quandoquidẽ deus audijt me & liberauit, fit ut & alij ad eum respiciant, nec frustrãtur preces eorum. Quidã (ad eũ) ad Dauidẽ referunt, ut aspecto & considerato Dauide dicant, Is adflictus inuocauit deum, & liberatus est: nos quoq; clamabimus, & exaudiet nos.

[a] Alij legunt, & illuminantur.

[b] Per leunculos uiolentos & tyrannos intelligit, audaces, iniustos.

[c] Scilicet iusti.

Dauidis. XXXV.

Implorat opem dei ut iudicis, qui causam suam agat, & eum liberet.

SVscipe DOMINE litem meam, oppugna [a]oppugnantes me.
Arripe scutum & lanceam, & consurge ad auxilium meum.
Expedi hastam, & prodi [b]obuiam persecutoribus meis, dic animę meæ, Salus tua ego sum. A
Pudore afficiantur & ignominia qui quærũt animam meam, agantur retrorsum & pudefiant qui mihi malum cogitant.
Fiant sicut puluis ante uentum, & angelus DOMINI impellat [eos.]
Sit uia illorum tenebris & lubricitate [obsita,] & angelus DOMINI persequatur eos.

[a] Alij legunt, deuorantes me.

[b] Ebr. Conclude, stell dich jnen in wdg, urge ex aduerso, ut uiam eis intercludas.

Digitized by Google

c Scilicet foueã: alij legunt, probro nota sunt animam meam.

B Nam immerito mihi absconderunt foueam retis sui, præter causam c foderũt ani mæ meæ. Numerus mutat.

Eueniat ei calamitas quam nõ præuidit, & rete eius quod abscondit, capiat eum, cadat in calamitatem.

Anima autem mea exultabit in DOMINO, in salute eius lætabitur.

Omnia ossa mea dicent, DOMINE, quis est similis tibi? qui eripis adflictum ab eo qui prævalet ei, adflictum & inopem ab eo qui eum diripit.

Surgebant testes uiolenti, quæ nunquam cogitaram rogabant me.

Malum pro bono mihi rependebant, orbitatem animæ meæ.

At ego, quũ ipsi ægrotarent, sacco ueftiebar, ieiunioq; adfligebã animam meam, & oratio mea in sinum meum d uertebatur.

d Alij legunt, & oratio in sinum meum uertetur. Hoc sensu, Si quæ mala illis imprecor, in me recidant.

Perinde ac si amicus atq; frater meus [fuisset] sic incessi, uti qui luget matrem pullatus incuruabar.

At in claudicatione mea gaudebant & congregabãtur, congregabantur contra me claudi, quod minime putaram, proscindebant [me,] nec silebant.

C Cum hypocritis illusionum placentæ, qui frendebant contra me, dentibus suis.

DOMINE quousq; aspicies, reduc animã meam à calamitatibus eorum, à leunculis unicam meam.

Celebrabo te in cœtu magno, in populo ualido laudabo te.

e Ebr. In mendacio.

Ne gaudeant de me, qui e immerito mihi hostes sunt, ne annuant oculis qui me absq; †causa odiunt. Iohan. 15.

Nam nihil pacificum loquuntur, quin contra eos qui quieti sunt in terra, uerbã dolosa excogitant.

Distendunt contra me os suum, dicunt, Hæhæ, hæhæ, uidit oculus noster. Metastasis in uerbo ui dendi

Vidisti & tu DOMINE, ne dissimules, ne uelis abesse procul.

D Exurge, euigila, ut ius mihi dicas, deus meus & DOMINVS meus, ut causam meam adseras.

Ius mihi redde pro tua iustitia ô DOMINE deus meus, & ne [patiaris] ut de me gaudeant.

Ne dicant in corde suo, Hæhæ, pro animi nostri sententia nobis successit: ne dicant, Vorauimus eum.

Erubescant & simul probro afficiãtur, qui de malo meo gaudẽt: pudore & ignominia amiciantur, qui magnifica contra me iactitant.

Ouent & gaudeant qui uolunt iustitiam meam, & dicant, Semper magnificetur DOMINVS, qui uult pacem serui sui.

Et lingua mea sedulo resonabit iustitiam tuam, quotidie laudem tuam.

Præfecto cantorum, Dauidis serui dei [carmen.] XXXVI.

Ostendit originem sanctæ & impuræ uitæ, utriusq; exitum: addit preces, ut semper hæreat in parte sanctorum.

a Ad uerbum, Dixit scelus, impij in medio cordis mei, non timor dei corã oculis eius. Nam blanditur sibi in oculis suis ad inueniẽdum iniquitatem eius ad odium.

b Aut montes fortitudinis, id est fortissimi montes, aut maximi.

c Ebr. Et filij hominis in umbra uelut alis tuis sperant.

TEstatur a in corde meo scelus impij, nullum esse illi timorem dei.

Nam sibiipsi blanditur, donec summo odio digna iniquitas eius euadat.

Verba oris sui iniqua sunt & dolosa, doceri renuit, ut bene agat.

In lecto suo prauitatem excogitat, statuit inde se in uiam non bonam, malũ non auersatur.

DOMINE in cœlis bonitas tua, & ueritas tua ad æthera usq;.

Iustitia tua sicut b montes dei, iudicia tua abyssus magna, hominem & iumẽtum seruabis DOMINE.

Quàm præclara est ô deus bonitas tua, & c filij hominum qui tuæ se fidei, uelut umbræ alarum, committunt.

Inebria

Digitized by Google

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & de torrente deliciarum tuarum potum dabis eis.

Penes te enim [b]uitæ uena est, in luce tua uidebimus lucem.

Obtende bonitatem tuam his qui te cognoscunt, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde.

Ne ueniat mihi pes superbiæ, & manus impiorum non commoueat me.

Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, impulsi sunt, nec potuerunt stare.

Dauidis. XXXVII.

Ne urat bonos malorum prosperitas, canit timentibus deum & ex iustitia uiuentibus omnia optime cessura, eosq; uere felices futuros: impios autem, utcunq; ad tempus florere uideantur, tandem excindendos.

א NE succenseas ob malos, neq; urat te æmulatio ob facientes iniquitatem. A
Nam ueluti fœnũ subito deciduntur, ac ueluti uirens herba marcescent.

ב Tu spera in DOMINVM, & quod bonum est facito: inhabita terram, & pasce fidem.
Et oblectaberis te in DOMINO, is dabit tibi petitiones cordis tui.

ג Deuolue super DOMINVM [a]uiam tuam, & eo nitere, *ut ipse faciat.
Et iustitiã tuam ceu lumen in apertũ producet, & [b]iudicia tua ceu meridiem.

ד [c]Sile DOMINO, & præstolare eum, ne succenseas ei uiro, cui institutũ suum feliciter succedit dum scelus designat.

ה Remitte iram, missum fac furorem, ne succenseas ut malefacias.
Quoniam malefacientes excindentur, qui uero DOMINVM præstolati fuerint, illi terram hæreditario possidebunt.

ו Paululũ adhuc, & nusquam erit impius: quumq; aduerteris locum eius, nullus supererit.
Matth.5.a [d]Mansueti [interim] hæreditario terram possidebunt, & [e]oblectabuntur plurimo rerum successu. B

ז Molitur impius contra iustum, frendet contra eum dentibus suis.
At DOMINVS ridet illum, quoniam prospicit aduenire diem eius.

ח Gladium stringunt impij, intendũt arcum suum, ut adflictum & inopem deijciant, ut recte gradientes iugulent.
At gladius eorum cor ipsorũ transuerberabit, & arcus eorum confringentur.

ט Præstat pauxillum quod iustus habet, opibus multis impiorum insignium.
Nam brachia impiorum confringentur, iustos autem fulcit DOMINVS.

י Nouit DOMINVS innocentium quoq; tempus, & hæreditas eorum perpetua erit.
In aduerso tempore haudquaq̃ pudefient, & fame inualescente satiabuntur.
Quoniam impij peribunt, & hostes DOMINI ut pretiosi agni absumentur, in fumo absumentur. C

ל Impius æs alienum conflat, nec dissoluit, iustus uero beneficus est & dat.
Nam benedicti ipsius hæreditario possidebunt terram, & execrati eius excindentur.

מ A DOMINO diriguntur gressus uiri, & uia eius grata est [ei.]
Cum ruit, non corruit, DOMINVS enim [f]suffulcit manum eius.

Eccli 2.e נ Iuuenis fui, & nunc senui, nec uidi iustum desertum, aut posteros eius mendicantes panem.
Quotidie beneficus est & mutuum dat, & posteri eius [g]optime habent.

ס Recede à malo, & facito quod bonum est, & habita perpetuò.
Quia DOMINVS amat iudicium, nec deseret beneficos suos, in sempiternum custodiuntur, posteri autem impiorum excindentur.

b Vel, fons uitalis ac perennis.

* lass in machen.

a Via Ebraico schemate pro uita uel instituto uitę. Hoc est, committe ei institutum uitæ tuæ cũ certa fiducia in eum, & ipse omnia cõficiet, ad optatũ finem omnia perducet, successum dabit, &c.

b Iudicium, recta uitæ ratio.

c Silere est quietum esse, tranquillũ, obedientem, non rebellare, non reluctari, non responsare domino.

d Alij legunt, adflicti uel humiles, modesti.

e Eb. Et oblectabũt se multitudine pacis.

f Alij, dominus eum manu sua suffulcit.

g Eb. Et semen eius ad benedictionem.

Digitized by Google

ע Iusti hæreditario possidebunt terram, & habitabunt super eam in sæculum.
D Os iusti de sapientia disserit, & lingua eius iudicium loquitur. Isa.51.c
Lex dei eius in corde ipsius, non nutabunt gressus eius.
צ Impius iustum obseruat, & quærit ut eum occidat.
[At] DOMINVS non permittet eum manui illius, nec permittet eum impie tatis conuinci, quum iudicabitur.
ק Expecta DOMINVM, & uiā eius obserua, & exaltabit te, ut hæreditario terram possideas: quum impij excindentur, tu uidebis [cum gaudio.]
ר Vidi impium uiolentum & sese diffundentem instar lauri frondosæ.
Et transiuit, & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus.
ש Obserua integritatem, & specta id quod rectum est, nam ei uiro tandem pax [erit.]
Scelerati autem pariter uastabuntur, & impij tandem [b]excindentur.
ת Salus iustorum à DOMINO, qui & fortitudo eorum est in tempore afflictionis.
Adiuuabit illos DOMINVS, & liberabit eos ab impijs, & seruabit eos, nam sperauerunt in eum.

[b] Vel, postremū impij est exterminium.

Carmen Dauidis ad commemorandum. XXXVIII.

Orat ut remittatur peccatum ob quod morbo correptus erat: deinde ut à morbo liberetur.

A DOMINE ne in ira tua me arguas, neue castiges me in feruore tuo. Formula pœnitentiæ ueræ.
Quoniā sagittæ tuæ in me defixæ sunt, & depressa est super me manus tua.
Nihil integrum est in carne mea propter indignationem tuam, non est pax ossibus meis propter peccatum meum.
Nam iniquitates meæ transcendunt caput meum, ceu graue onus grauiora sunt quàm [a]sim ferendo.
Computruerunt & sanie diffluunt ulcera mea, propter stultitiam meam.
Incuruus incedo & depressus admodum, quotidie atratus obambulo.
B Quoniam coxendicem meum [b]penitus occupauit fœdum [ulcus,] nec integri quidquam in carne mea.
[c]Iactatus sum, & nimium attritus, præ fremitu cordis mei rugio.
Domine coram te est omne desiderium meum, & suspiria mea te minime latent.
Cor meum palpitat, destituit me robur meum, & ipsum oculorum meorum lumen non est mecum.
Amici mei & sodales mei stant è regione plagæ meæ, & propinqui mei procul consistunt.
C Laqueos [interim] tendunt qui quærunt animam meam, & qui malum mihi inquirunt, loquuntur prauitates, & assidue dolos [d]meditantur.
At ego uelut surdus nihil audio, ac ceu mutus qui os suum non aperit.
Similis sum uiro nihil audienti, & non habenti in ore suo quod [e]pro se respondeat.
Te enim expecto DOMINE, tu respondebis DOMINE deus meus.
Nam cogitabam, ne de [f]me lætentur, qui simul atque nutat pes meus, [g]magnifica iactitant contra me.
Quia iam ita cōparatus sum ut claudus uitam, & dolor meus à [h]me nunquam recedat.
D Quia iniquitatem meam fateor, & ob peccatum meum solicitor.
At [interim] hostes mei uiuunt & robusti sunt, & crescunt qui me iniuria odio habent.

[a] Ebr. Grauiora sunt à me.
[b] Alij, Quoniam impleti sunt lumbi mei contemptibili: alij ita legunt.
[c] Eb. Factus sum uacillare.
[d] Alij legūt, immurmurant.
[e] Alij, qui non habet redargutiones seu confutationes.
[f] Scilicet hostes mei.
[g] Alij, insultarent: uel, cristas erigunt.
[h] Ebr. Dolor meus perpetuò coram me est.

Et qui

Digitized by Google

Et qui maleficiū rependunt pro beneficio, aduersantur mihi, propterea ꝙ bonum sector.
Ne deseras me DOMINE, deus meus ne procul à me absistas,
Propera ut me adiuues, ô domine salus mea.

Iedithun ex principibus cantorum fuisse legitur 1. Par. 16. & 25.

Præfecto cantorū Ieduthun carmen Dauidis. XXXIX.

Argumentum idem est cum superiori.

DIcebam, Obseruabo uias meas ne peccem lingua mea, cohibebo os meum capistro dum coram fuerit impius.
Factus [diutino] silentio mutus, ut ne de bonis quidem rebus loquerer, at interim dolor meus incrudescebat.
Incalescebat cor meum intra me, ignis quidam dum mecum immurmuro, exardescebat, [tandem] lingua mea loquutus sum.
Indica mihi DOMINE finem meum, & [a]quis nam sit modus dierum meorum, ut sciam quanto tempore mihi in miserijs uiuendum sit.
Ecce tu constituisti dies meos palmi [b]minoris longitudine, quin æuum meum sic est quasi non sit, præsertim tibi collatum: reuera prorsus nihili est [c]homo quiuis, quamlibet firmus consistere uideatur. Sæla.

Imaginaria est uita hominis.

Quin in imagine uadit homo, temere tumultuatur, congerit, & nescit cui ea congreget.
Et nunc quid expecto DOMINE? in te certe spes mea recumbit.
Ab omnibus sceleribus meis libera me, ne exponas me ludibrio stolidis hominibus.
Obmutui, nec aperui os meum, tu enim isthuc fecisti.
Aufer ergo à me [D]flagellum tuum, ab exagitatione manus tuæ ego exanimatus sum.
Etenim dum tu hominem ob iniquitatem obiurgans castigas, ilico tabescere facis, uelut tinea, quidquid est in eo desiderabile, quin [e]uanitas est omnis homo. Sæla.
Audi precationē meam ô DOMINE, auribus accipe clamorē meum, ad lachrymam meam ne obsurdescas, peregrinus enim sum apud te, inquilinus quales fuerunt omnes progenitores mei.
Deflecte à me, ut me recipiam, priusquam abeam & nusquam sim.

[a] Ebr. Quanti æui ego, ut sit me tathesis.

[b] Ebr. Palmares dedisti dies meos.

[c] Ebr. Vtiꝗ tota uanitas omnis homo stans.

[D] Vel, plagam tuam.

[e] Vel, adeo friuola res est homo.

Præfecto cantorum carmen Dauidis. XL.

Ferè idem cum superioribus. Gratulatur se liberatum à tanto morbo, precans ut à reliquis quoq; liberetur periculis, & à peccatorum mole.

Typus Christi in sua passione & resurrectione.

QVum diu solicite expectassem DOMINVM, [tandem] attendit me, exaudiuitꝙ clamorem meum. A
Subduxit me è puteo illo calamitoso, & dēso luto, in petra erectum me in pedes meos collocauit, gressus meos corroborauit.
Et inseruit ori meo carmen nouum, laudem deo nostro.
Videbunt [id] multi, & timebunt, atꝙ sperabunt in DOMINVM.
Felix ille uir, qui DOMINVM tutelā suam posuerit, nec respexerit ad fastosos, & ad eos qui ad mendacium deflectunt.
Plurima patrasti tu DOMINE deus meus, admirandorum facinorum & consiliorum tuorum erga nos non potest iniri ratio: quæ si enarrare & eloqui coner, plura sunt ꝗ numerari queant. B
Victimam & sacrificium cibarium non amas, aures autem [a]perfodisti mihi, holocaustum & hostiam pro peccato non postulasti.
Tum dixi, En ipse adsum, in pagina libri scriptum est de me.

[a] Aures perfodere, symbolica oratione est in seruitutem mancipare.

Digitized by Google

b Vel, lex tua in intimis ac penetralibus meis, scilicet scripta est.

Vt faciam quæ tu probas ô deus meus, collibuit, & lex tua [b] in medio uiscerum meorum. Heb.10.a

Deprædicaui iustitiam tuam in cœtu magno, en labia mea haudquaquam cohibui, nosti tuipse ô DOMINE.

c Emuna. C Iustitiam tuam non occului in medio cordis mei, [c] constantiam tuam in promissis & salutem tuam annũciaui, bonitatem tuam & ueritatem tuam ebuccinare concioni frequenti minime cessaui.

Neque tu ô DOMINE cõtinuisti à me miserationes tuas, benignitas tua & ueritas tua perpetuò me custodiunt.

Quoniam adobruerant me tot mala, ut ea nequirent numerari: occupauerant me iniquitates meæ, ut non potuerim ea uidere: plura fuerũt quàm pili capitis mei, inde destituit me cor meum.

Libeat tibi ô DOMINE, ut liberes me: ô DOMINE propera, ut me adiuues.

D Pudefiant & afficiantur opprobrio pariter qui quærunt animã meam, ut extinguant eam: retro agantur & pateant ignominiæ, quicunque malo meo delectantur.

d Alij legunt, uastentur finaliter.

Vastentur [d] pro eo quod me pudefacere conabantur, qui dicunt mihi, Hæhæ, hæhæ.

Lætentur & gaudeant in te quicunque te quærunt, & dicant perpetuò, (Magnificetur DOMINVS) qui amant salutem tuam.

Ego autem adflictus sum & inops, DOMINVS cogitat pro me, auxilium meum & liberator meus tu es, deus meus ne moram feceris.

Præfecto cantorum oda Dauidis. XLI.

Idem cum superioribus, orat ut peccatum auferat & morbum, miscetur interim quid cogitarit in morbo.

De se loquitur ægroto Dauid, in genere tamen pronũciat eum felicem, qui ægrotis diligenter inseruierit, qui intelligit de ægro, hoc est, qui recte de eo iudicat. Qui enim benignum dei consilium de illis agnouerit, is compatietur eis, humaniter se illis adiunget, & quibus poterit iuuare, studebit. Et is intelligit quod deus aduerso tempore ægrum liberabit, curam illius aget, ualetudinem restituet: talia optabit, precabitur, promittet, & his uerbis eum consolabitur.

a Pronunciat promissiones, sed sub forma precandi. Nec enim permittes. Hic per apostrophã deum alloquitur, sic sequẽti uersu, Tu cõmutabis, uel uersabis, lectum.

b Ebr. Verbum Balijaal, hoc est scelus aliquod grande, seu ultio grandis cuiuspiam sceleris penitus occupauit eum, ut eum hoc morbo necesse sit cõfici: alij intelligunt de grauissimo morbo qui eum occuparit.

c Ebr. Homo pacis meæ.

d Vel, in innocẽtia mea, hoc est, quia innocens sum & integer, suffulcies me.

e Fiat & fiat, firmumque sit.

BEatus est, qui prudenter agit cum ægro: dum tempus fuerit aduersum, eripiat eum DOMINVS. David Christi typus.

DOMINVS custodiat eum, ualetudinem restituat ei, ut secundis adhuc rebus fruatur in terra, [a] nec enim permittes eum libidini inimicorum eius.

DOMINVS fulciat eum in lecto ægritudinis [decumbentem,] totum stratum eius commutabis in infirmitate eius.

Hinc ego quoque dico, Beneficus esto mihi ô DOMINE, sana animam meam, nam aduersum te peccaui.

Inimici mei male precabantur mihi, dicentes, Quando tandem morietur? & interibit nomen eius?

Cumque quispiam ex [eis] ueniret me inuisurus, uanũm loquebatur, corde sibi praua colligebat, egressus foras ea eloquebatur.

Inter se osores mei contra me pariter mussabant, aduersum me malum cogitabant, [Nempe,]

Perfudit istum [b] graue aliquod scelus, & iste decumbẽs haudquaquam posthac surget.

†Quin & is quo cum mihi arctissima fuit [c] familiaritas, cui fidebã, quique cibo meo uictitabat, sublato pede, uelut calce, me petebat. Matt.26.b Luc.22.b Ioan.13.c Act.1.c

Tu ergo DOMINE beneficus sis mihi, & erige me, ut illis rependam.

In hoc cognoui fauere te mihi, quod hostis meus de me non iubilat.

Quodque sum [d] incolumis, suffulcies porrò me, atque statues corã te in sempiternum.

Collaudatus sit DOMINVS deus Israelis, à sæculo usque in sæculum. [e] Amen & amen.

Digitized by Google

Præfecto cantorum, erudiens [carmen] filiorum Korah. XLII.

David regno pulsus à filio, dolet se abstentum à sacro cœtu, petitq; in integrum restitui à deo.

Filij Korah qui potuerunt perspicere animū eius, carmē hoc composuerunt.

VT ceruā mugit ad torrentes aquarum, sic anima mea [a] mugit ad te ô deus.

Sitit anima mea deum, [b] deum uiuum, quando demum ueniam, ut appaream in conspectu dei.

Fuit mihi lachryma mea pro cibo dies noctesq;, dum mihi dicerent quotidie, Vbinam est deus tuus?

Animam [c] meam effundo, simul atq; recordor qualiter in summa illos ouantes & collaudantes, festiuantem scilicet ac celebrem cœtum, ad domum dei deducebam.

Quid deiecta es ô [b] anima mea, et intra me tumultuaris? spera in deum, quia adhuc pro salute reddita coram conspectu eius gratias agam.

Deus meus deijcit se anima mea intra me, propterea quod tui recordor in terra trans Iordanem, atq; ab Hermonim [c] monte pusillo.

Abyssus abyssum aduocat, ad uocem cataractarum tuarum, cuncti fluctus tui & procellæ tuæ super me transierunt.

Interdiu præcepit DOMINVS benignitati suæ, & nocte canticum eius mecum oratio ad deum uiuum.

Dicam deo petræ meæ, Quare obliuisceris mei? cur hoste opprimente atratus ingredior?

Perinde est ac si adigerent gladium in ossa mea dum hostes mei contumelijs me afficiunt, dicuntq; ad me quotidie, Vbi est deus tuus?

Quid deiecta es ô anima mea, & cur sic intra me tumultuaris? spera in deum, quia adhuc celebrabo eum pro salute ante cōspectum meum reddita, & quod deum meum [se esse ostendit.]

[a] Arag uox proprie ceruis tribuitur, quū anhelantes & inhiātes à uenatoribus agitantur, & aquam quærunt. Quidā glocitare uocant.
[b] Alij legunt, ad fortem uiuum.
[c] Effundere animam, est laxatis dolori habenis, omnes semel affectus, omnem animi æstum, & quasi ipsum cor effundere.
[b] Apostropha ad animam suam.
[c] Alij legunt, à Mizear.

Verba Ebræa hic aliter habent, sed sensus est integer.

XLIII.

Argumentum idem est cum superiori, sine titulo.

In persecutione Saulis aut Absolomis cōpositus.

IVdica me deus, & suscipe causam meam à [a] gente parum pia, à uiro doloso & prauo eripe me.

Nam tu deus meus es robur meū, quare depulisti me? quare pullatus ingredior, inimico obterente?

Mitte lucem tuam & ueritatem tuam, hæc deducant me, ad montem sanctū tuum me introducant, atq; ad habitacula tua.

Vt ingrediar ad aram dei, ad deum qui est [b] gaudium & exultatio mea, & celebrem te cithara deus deus meus.

Quid deiecta es ô anima mea, & cur tumultuaris intra me? spera in deum, quoniam adhuc celebrabo eum, de salute qua faciem meam exhilarabit, deumq; se meum declarabit.

a Liptote, seu non bona, id est, inhumana, sæua, bonitatis experta.

[b] Vel, ad deum, gaudium exultationis meæ.

Carmen erudiens filiorum Korah præfecto cantorum. XLIIII.

Queritur dira nunc pati Israelem propter nomen dei ueramq; religionem, nec tamen deum, ut olim, illis adesse suis miraculis, & precatur ut uirtutem suam tandem exerat, suosq; ab iniurijs impiorum adserat.

Numerus mutatus.

DEus auribus nostris audiuimus, patres nostri commemorauerunt nobis, A opera illa quæ temporibus illorum operatus es, retroq; temporibus.

Tu manu tua gentes [a] expulisti, & [b] eos plantasti, adflixisti populos, hos autem germinare fecisti.

Nec enim gladio suo terram occuparunt, nec ipsorum brachio salus eorum parta est, sed dextera tua, & brachio tuo, & [c] luce uultus tui, quia illos amabas.

Tu ipse rex meus es ô deus, tu dispone salutes ipsi Iaacob.

[a] Alij legūt horascha, fecisti ut hæreditario possiderēt gentium terram patres nostri.
[b] Bos, scilicet patres nostros.
[c] Lux uultus tui, id est, fauor tuus.

Digitized by Google

Quidam hæc omnia legunt in præterito imperfecto: alij in futuro: q.d. Si tu nos ut olim fauore prosequereris, facile possemus hostes pellere. Sed tu iam repulisti nos, &c.

Per te infestos nobis excutiemus, per nomen tuum cõculcabimus eos qui in nos insurgunt.

B Non enim sperabo in arcu meo, & gladius meus minime me seruabit.
Sed tu seruas nos ab aduersarijs nostris, & pudefacis eos qui nos odio prosequuntur.
In deo gloriamur quotidie, & nomen tuum in sempiternum celebramus. Sæla.
At tu depulisti nos & ignominia affecisti, nec inter copias nostras unà egrederis.
Vertis nos in fugam [b] coram hoste, & qui odio nos prosequuntur auferunt sibi [prædam.]

[b] Ebr. Facis nos redire retrorsum ab hoste.

C Posuisti nos uelut oues cibo [selectos,] & inter gentes nos dispersisti.
Vendidisti populum tuum nullis opibus, nec auxisti pretia eorum in licitando.
Exponis nos probro uicinis nostris, illusioni & ludibrio hís qui circum nos habitant.
Facis ut fabula simus gentibus, & sanna populis.
Quotidie ignominia mea coram me est, & pudor obtegit faciem meam.
Propter uocem exprobrantis & conuitiantis, & propter inimicum & ulciscendi auidum.

D Hæc omnia eueniunt nobis, attamen nequaquam tui obliuiscimur, nec perfidi sumus in fœdere tuo.
Non deflectit retro cor nostrum, nec declinant à semitis tuis gressus nostri.
Quum attereres nos in loco draconum, atq; umbra mortali nos obtegeres.
Si obliuisceremur nominis dei nostri, et expanderemus animas nostras ad deum alienum.
An non deus hoc inquireret? ipse enim nouit abdita cordis.
Sed propter te occidimur quotidie, æstimamur ceu grex mactationi destinatus. Rom. 8
Euigila, quare obdormis DOMINE? euigila, ne depellas perpetuò.
Quare abscõdis faciem tuam, cur adflictionis nostræ & oppressionis nostræ obliuisceris?
Quoniam deiecta est ad puluerem anima nostra, terræ adhæret uenter noster.
Consurge, adiuua nos, & redime nos propter bonitatem tuam.

Carmen amatorium erudiens, filiorum Korah, præfecto cantorum, de lilijs. XLV.

Laudant filij Korah regem Solomonem à dignitate formæ, & gratia eloquentiæ, fortitudine, potentia, splendore & magnificentia, cum in se, tum in coniuge, item à felicitate liberorum. In his autem ut in typo Christum sponsum ecclesiæ, & regni eius cum potentiam tum felicitatem adumbrant.

Præfatiuncula. Forma. Gratia. Fortitudo. Decus. Magnificentia. Felicitas. Successus. Variæ uirtutes. Apostropha ad deum, nã per anagogen ad Christũ deflectit.

A ERuctat cor meum boni quidpiam, dedico ego opera mea regi: lingua mea ceu stilus est scribæ expediti.
Perelegans es præ cunctis mortalibus, effusa est gratia in labia tua, eo quod deus te [a] sempiternis ornauit beneficijs.
Cinge ô heros gladio tuo femur tuum, decore tuo & magnificentia tua.
Et in magnificentia tua prospere inequita, super uerbum [b] ueritatis, mansuetudinis & iustitiæ, docebitq; te dextera tua admiranda.

[a] Ebr. Benedixit te.
[b] Potest etiam legi, cum ueritate.

B Sagittæ tuæ præacutæ cor hostium regis [penetrabunt,] populi sub te cadent.
Solium tuum in sempiternum [stabit] ô deus, sceptrum regni tui est sceptrum æquitatis.
Amas iustitiam, impietatem odis, propterea quod te deus, deus tuus unxit oleo lætitiæ

Digitized by Google

lætitiæ præ consortibus tuis.
Mirrham, aloën & [c]cassiam [redolent] omnia uestimenta tua, è palatijs eburneis [deprompta,] ut [b]te exhilarent.
Filiæ regum inter nobiles tuas, astat coniunx ad dexteram tuam [ornata] auro ex Ophir optimo. C

[c] Quidam keziloth pro plicis et lacinijs uestium legunt, Iudæi gingiber.
[b] Mini quidam proprium loci faciunt, unde ebur affertur.

[Allo]quitur [...]m reginã.

Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam, obliuiscere populi tui, & domus patris tui.
Et concupiscit rex formam tuam, quia ipse est dominus tuus, ipsum adorabis.
Filia quoque Tyri cum munere, & quique opulentiores populi faciem tuam precabuntur.
Omnis gloria filiæ regis intus est, indumentum eius ex auro intexto. D
In uestibus acupictis adducetur regi, uirgines pedissequæ eius, sodales eius unà tibi adducentur.
Adducentur cum gaudio & lætitia, & uenient in palatium regis.
In locum patrum tuorum succedent tibi filij, quos principes in omni terra constitues.
Memorabo nomen tuum per omnia sæcula, propterea celebrabunt te populi in sempiternum.

Præfecto cantorum, carmen filiorum Korah ad [a]Almoth. XLVI.

Gratulatio est pro insigni aliquo auxilio lato urbi sanctæ Ierusalem. Conuenit ecclesiæ quæ deo præside secura est in quibusuis periculis.

[a] Vel, ad puellarum chorum: uel almoth consonantia est quædam. Vide Psal. 9. Quidam instrumentum musicum dicit.

DEus nobis suffugium & robur est, premente aduersitate auxilium præsentissimum.
Propterea nihil timebimus etiam si loco moueatur terra, & nutent [b]montes siti in medio mari.
Infremant & limum egerant undæ eius, contremiscant montes in eleuatione eius. Sæla.
Riui tamen fluminis exhilarabunt ciuitatem dei, sacrarium tabernaculorum altissimi.
Deus est in medio eius, ideo minime nutabit, opem illi feret ante [c]auroram.
Tumultuentur gentes, motus concitent regna, & tellus, dato fragore, defluat.
DOMINUS tamen exercituum à nobis stat, arx sublimis est nobis deus Iacob. Sæla.
Huc agite, & contemplamini opera DOMINI, quas nam [d]solitudines fecerit in terra.
Facit cessare bella ad fines usque terræ, confringit arcus, detruncat hastas, igni currus exurit.
Remittite, & agnoscite quod ego sum deus, excelsus in gentibus, excelsus in terra.
DOMINUS exercituum nobiscum, arx sublimis nobis deus Iacob. Sæla.

[b] Vel, deuoluantur montes in medium maris.
[c] Hoc est, mature satis.
[d] Sunt qui legunt, quæ stupenda in terra designat: & uidetur magis quadrare.

Carmen filiorum Korah præfecto cantorum. XLVII.

Canunt hoc psalmo filij Korah, de diuinæ gloriæ per uniuersum orbem illustratione, conuersioneque ad deum regum ac populorum, quæ facta est exaltato Christo, sed his deliniatis ac deumbratis in amplißima dei & populi Israelitici gloria, quæ refulsit quum arca fœderis, extructo per Solomonem templo splẽdidißima pompa ferebatur, plurimique reges & populi deum Israelis agnoscerent & uenerarentur.

[...]tione [...]imulant [po]pulũ ad [ca]dẽ dei.

OMnes populi plaudite manibus, iubilate deo uoce ouante.
Excelsus enim est DOMINUS, tremẽdus, rex magnus super omnẽ terrã.
Subijcit populos nobis, & nationes sub pedes nostros.
Selegit nobis hæreditatem nostram, præstantiam Iacob quem diligit. Sæla.

Digitized by Google

Ascendit deus cum iubilo, DOMINVS sonitu buccinarum. 2.Reg.

Psallite deo, psallite: psallite regi nostro, psallite.

Quoniam rex uniuersæ terræ deus, psallite, erudite.

Regnat deus super gentes, deus sedet in solio suo sancto.

[a] Munifici populorum adiunguntur populo dei Abrahæ, quoniam dijs [b] protectoribus terræ longe superior est.

a Alij legunt, ut appositio, Munifici populorũ collecti sunt, uidelicet populus dei Abrahæ.
b Principes dicuntur clypei populi, quia eorum est tueri, & noxia auertere.

Canticum, psalmus filiorum Korah. XLVIII.

Gratiarum actio est pro beneficijs dei, qui liberat ecclesiam ab hostibus, tranquillam, pacificam & splendidam reddens.

MAgnus DOMINVS & laudatus plurimũ, in ciuitate dei nostri, in monte sancto [a] eius.

a Vel, in monte sanctuarij eius.

Typus est Ierusalem ecclesiæ.

Mons Zion, in cuius aquilonari latere urbs magi regis est, elegans est regio, & gaudium uniuersæ terræ.

Deus in palatijs eius agnitus est, [quod sit suis] arx sublimis.

Nam ecce reges conuenerant, transierant unà.

Quum uidissent, sic obstupuerunt, perterriti sunt, & in præceps acti sunt.

Sic corripit eos isthic trepidatio & dolor, ut parturientem.

Quomodo uentus orientalis confringere solet marinas naues.

Quemadmodum audiuimus, ita uidimus, in ciuitate DOMINI exercituum, in ciuitate dei nostri, deus illam firmauit in sæculum. Sæla.

Animo concipiebamus ô deus bonitatem tuam in medio templi tui.

Vti nomen tuum ô deus, ita & laus tua pertingit usq; ad fines terræ, iustitia dextera tua abundat.

Gaudet mons Zion, & exultant filiæ Iuda propter iudicia tua.

Circuite Zion, cingite eam, numerate turres eius.

Adhibete animum ad propugnaculum eius, uidete ut sint celsa palatia eius, ut enarretis generationi posteræ.

Nam hic est deus, deus noster est in sempiternũ, ipse diriget nos ad [b] mortẽ usq;.

b Alij dicunt, in sempiternum.

Carmen filiorum Korah præfecto cantorum. XLIX.

Cõtemnendas esse diuitias, quibus stulta & insana hominũ opinio plurimum tribuit, hic psalmus docet.

A AVdite hoc omnes populi, auscultate his omnes qui orbem inhabitatis.

Tam plebei, [a] quàm dignitate aliqua pollentes, unà diues cum paupere.

Os meum [b] sapientiam loquetur, & meditatio cordis mei prudentiam.

Adcommodabo ad parabolam aurem meam, exponam [c] adhibita cithara ænigma meum.

Cur timeam in [d] aduerso tempore? iniquitas calcaneorũ meorũ circundaret me.

B Ex illis qui nituntur opulentia sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Nemo fratrem suum ulla ratione redimere potest, neq; deo pretium redemptionis eius persoluere.

[e] Nimij siquidem pretij est redimi à morte animas illorum, ut æuo uiuerent perpetuo.

Et uitam in sempiternum proferrent, sepulchrum nunquam uisuri.

Equidem uidere est, ut sapientes æque moriantur ac stulti, & stupidi intereant, & opes suas alijs relinquant.

C Sepulchrum eorum [f] domus eorum in perpetuum, & habitacula eorum per sæcula, nomina sua [g] uocarunt in terris.

At homo in pretio non diu permanet, similis erit pecudibus quæ prorsus intereunt.

a Ebr. Etiam filij hominis, etiã filij uiri.
b Maxima pars sapientiæ est, diuitiarũ contemptus.
c Ebr. Aperiam in citharæ ænigma meũ.
d Ebr. In diebus mali. Propositio sub interrogatione proponitur, Non est timendum temporarium malum.
e Alij lo repetentes per zeugma, sic legunt, Neq; deus magni æstimat redemptionem animæ illorum, ut iekar uerbũ sit.
f Alij legunt, Intra se cogitãt quod domus eorum sint sempiternæ, et habitacula eorum perpetua, extulerunt nomina sua in terris.
g Hoc est, celebria fecerunt, studuerunt gloriæ dum hic uiuerent.

Doctrina est. Exordium copiosum est, & m... fice in... ctum. Psal.7... Matt.

Hoc

Hoc illorum [b] institutum, planè stultitia illorũ est, & tamen posteri eorum quod illi dictant, approbant. Sæla.

[b] Ebr Hæc uia illorum stultitia illorũ, & posteri eorũ iuxta os illorum approbant.

Vicissitudo ... Vt greges apud inferos collocantur, mors pascet eos, [i] mane [exorta luce] recti in eos dominabuntur, forma eorum inueterascet, fouea est eorum domicilium.

[i] Mane, dies iudicij, serenum illud quum lux oritur iustis.

At deus animam meam de potestate inferorum liberabit, nam suscepit me. Sæla. D

Nihil metuas quum ditatus fuerit quispiam, aut quum gloriam domus suæ auxerit.

Haud enim sumet omnia secum quum moritur, neq; gloria eius eum comitabitur.

...tes sibi ...ndiu... ...,ut est ...c.12. Quoniam animam suam in uita sua beatam dicet: quum benefecerit * ei, celebrabunt te.

* Vel, tibi.

Concedent isti ad nationem patrum suorum, & nunquam luce fruentur.

At homo quum sit pretiosus & nobilis, non expendit: similis ergo erit iumentis quæ prorsus intereunt.

...ph a... ...s ex cele... ...rrimis ...toribus. Carmen Asaph. L.

Quæ sit uera pietas, quibusq; rationibus poßimus habere propitium deum, sed res per actionem forensem tractatur. Agitur contra hypocritas qui cultum dei in externis ponunt sine fide cordis.

Deus [a] iudicum DOMINVS loquutus est, & conuocauit [b] terram, ab ortu solis usq; ad occasum eius. A

De [c] Zion consummatæ pulchritudinis, deus illustris emicabit.

Veniet deus noster, neq; dissimulabit, ignis uorax ante ipsum [præcedet,] circa eum undiq; turbo uehemens.

Aduocabit cœlum desuper & terram, ut iudicio contendat cum populo suo.

Congregate mihi [d] bonos meos, & qui mecum inierunt fœdus de [e] sacrificandi ratione.

Et annunciabunt cœli iustitiam eius, nam deus ipse iudex erit. Sæla. B

Audi [f] popule mi, nam loquar, ô Israel, nam te contestabor, ego sum deus, deus tuus.

Non reprehendam te sacrificiorum causa, holocausta enim tua iugiter sunt coram me.

[g] Non est ut accipiam de domo tua iuuencum, nec de caulis tuis hircos.

Meæ siquidem sunt omnes feræ syluarum, pecudes in mille [h] montibus.

Noui cunctas in montibus uolucres, penes me sunt animantes agrestes.

Si esuriero, non est ut tibi indicem, quum meus sit orbis, [i] & quidquid ille continet. C

Num comesturus sum carnem taurorum? & sanguinem hircorum bibiturus?

...trisicia ...e grata ...i domi... Sacrifica deo laudem, & persolue altissimo uota tua.

Premente aduersitate, inuoca me: & quum te eripio, gloriam meam celebra.

Impio autem dicit deus, Quid tibi uis quod commemoras ceremonias meas? cur ore tuo fœdus meum iactas?

Quum odio habeas disciplinam, & uerba mea post te abijcias?

Si furem usquam uideris, eo [r] oblectaris, & cum adulteris est pars tua.

Os tuum addixisti malo, & lingua tua dolum concinnat. D

Sedes, & contra fratrem tuum loqueris, filium matris tuæ probro afficis.

Hæc fecisti, quumq; ego dissimulo, fingis me plane tui similem esse: disceptabo itaq; tecum, & ordine proponam ante oculos tuos.

Istuc quæso intelligite, qui obliti estis dei: ne quum rapiam, non sit qui eripiat.

[a] Iudices dicuntur dij.
[b] Terra. i. habitatores terræ.
[c] Vel, De Zion consummationem pulchritudinis resplendere faciet.
[d] Qui, scilicet uolunt uideri quod me colant, aut qui deberent pij esse erga me.
[e] Ebr. Super sacrificijs.
[f] Qui uis esse populus meus.
[g] Non indigeo sacrificijs.
[h] Alij legunt, in montibus & boues.
[i] Ebr. Et omnis plenitudo eius. Non defectior, ergo non peto.
[r] Alij legunt, curris cum eo.

Digitized by Google

Qui laudem sacrificat, is me glorificat: & hæc est uia per quam ostendam ei salutem dei.

Carmen Dauidis præfecto cantorũ, quum ad eum uenisset Nathan propheta, postea quam ingressus fuerat ad Bathsabam. LI.

Precatio est pro peccatorum remißione, & pro spiritu dei qui cor renouat, & prauas cupiditates refrenat.

A M[a]Iserere mei deus pro bonitate tua, pro ingenti misericordia tua dele scelera mea.
Laua me plurimum ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.
Nam transgressiones meas agnosco, & peccatum meum assidue mihi obuersatur.
In te, in solum te peccaui, & malum hoc in oculis tuis admisi, propterea uere iustus agnosceris in uerbis tuis, & purus quum [b] iudicaueris.
En ego in iniquitate formatus sum, & in peccato [c] concepit me mater mea.
B Ecce ueritatem diligis in intimis, & in abstruso sapientiã mihi manifestam facis.
Expia me hyssopo, & mundus ero: laua me, & niue ero candidior.
Fac ut audiam lætitiam & gaudium, exultent ossa quæ tu contriuisti.
Absconde faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea mihi deus, & spiritum firmum intra me innoua.
Ne abijcias me à facie tua, nec spiritum tuum sanctum à me auferas.
C Restitue mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali fulci me.
Docebo transgressores uias tuas, & peccatores ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ, lingua mea resonabit cũ ouatione iustitiam tuam.
D Aperi domine labia mea, ut os meum laudem tuam prædicet.
Nam hostijs non delectaris, alioqui eas obtulissem: holocaustum non uis. Supra Psal. 50.
Sacrificia deo spiritus confractus, cor confractum & contritum deus non despicies.
Benigne fac ex beneuolentia tua Zioni, ædifica muros Ierusalem.
Tunc delectaberis hostijs sacrificio & holocausto iustitiæ, tunc aræ tuæ uitulos imponent.

Præfecto cantorũ erudiens [carmen] Dauidis, quum uenisset Doëg Idumæus ad Saulem, eiq; nunciasset atq; dixisset, Venit Dauid ad domum Ahimelech. LII.

Memorat peruersum animum & studium Doeg, *tum exterminium illius, & iustorũ inde gaudium prædicit, suamq; qui deo semper nixus fuerit gratulationem promittit.*

Q Vid [a] gloriaris, in malitia potens, bonitas dei [extat] quotidie. 1.Reg.
Corruptelas cogitat lingua tua, perinde ut nouacula [b] exacuata aberrãs.
[c] Amas nocere potius quàm benefacere, mentiri potius quàm quod iustum est loqui. Sæla.
Amas loqui [d] quæcunq; perniciem adferunt, lingua dolosa.
Etiam te deus dissipabit in æternum, tollet te & abradet te de tabernaculo, ac radicem tuam è terra uiuentium. Sæla.
Quod quum uidebunt iusti, timebunt, deq; illo ridebunt.
En [dicent] uirum qui non posuit deum robur suum, sed in multitudine diuitiarum suarum spem posuit, & roborauit se prauitatibus.
At ego similis oleæ frondosæ in domo dei, spem posui in bonitate dei in perpetuum.
Celebrabo te in sæculum, quoniam fecisti: & præstolabor nomen tuum, quoniam

[a] Vel, beneficus esto mihi.
[b] Ebr. In iudicando te: quod quidam passiue exponunt.
[c] Non ignoro quid Hieron. hic dicat de hom, sed uolui simpliciter reddere, nã sensus est, peccatum sibi esse cõgenitum, & naturam esse corruptam à conceptione.

[a] Alij legunt, Quid gloriaris in malitia, õ potens.
[b] Vt nouacula adhibita barbæ, aberrat, & iugulum petit.
[c] Ebr. Amasti malũ pro bono.
[d] Amas cuncta uerba perditionis.

niam ante bonos tuos bonum est.

Præfecto cantorum carmen erudiens Dauidis de [a]miseria. LIII.

Idem est cum argumento Psal. 14. paucis uerbis immutatis.

[a] Alij Mahala instrumentum uolunt musicum esse.

DIxit stolidus in corde suo, Non est deus, consceleratum & abominandam designarunt iniquitatem: non est, qui, quod bonum est, faciat.

Deus è cœlo prospexit super filios hominum, ut uideret num esset prudens aliquis, & qui deum quæreret.

Cuncti pariter deflexerunt, corrupti sunt, nemo est, qui, quod bonum est, faciat, ne unus quidem.

An non cognouerunt, ô operarij iniquitatis, qui populum meum uorant ut qui panem deuorant, deum non inuocant?

Illic pauore consternantur, ubi pauor non est, quia deus dissipat ossa obsidētis te, pudefecisti, quoniam deus auersatus est illos.

O utinam è Zione salus Israeli [contingat,] ut deus captiuitatem populi sui finiat, ut lætetur Iacob, gaudeat Israel.

Erudiens carmen Dauidis præfecto cantorum ad instrumenta musica. Quum uenirent Ziphæi & dicerent Sauli, An non Dauid apud nos latitat? LIIII.

Quum in periculum maximum proditione Ziphitarum adductus esset Dauid, opem domini implorat, exorat, & pro ea gratias agit.

1. Reg. 23. d a

DEus per nomen tuum saluum me fac, & uirtute tua uindica me.

Deus audi precem meam, sermoni oris mei ausculta.

Nam alieni contra me insurrexerunt, & tyranni quærunt animam meam, nō habentes ob oculos deum. Sæla.

En deus adiuuat me, dominus cum his adest qui me suffulciunt.

Rependet malum aduersarijs meis, in ueritate tua extermina eos.

Volūtarium sacrificium faciam tibi, & celebrabo nomen tuum DOMINE, quoniam [a]bonum est.

[a] Vel, quia bonus es.

Nam ex omni adflictione eripuit me, & in hostibus meis optata uidebit oculus meus.

Erudiens carmen Dauidis præfecto cantorū ad instrumēta musica. LV.

A perditißimis & fallacißimis hominibus, quos inter primos amicos habuerat, se in summam angustiam adductum queritur, improbitatem eorum & dolos memorat, & ultionem ipsis imprecatur. 2. Reg. 15.

AVscultа deus, precationi meæ, à deprecatione mea ne te subducas. A

Attende & responde mihi, querulor in prece mea & infremo.

Propter uociferationem hostium, propter dinexationem impiorum, qui mihi iniquitatem obtrudunt, & in ira mihi aduersantur.

Cor meum intra me adflictatur, & terrores mortis irruerunt in me.

Timor & tremor inciderunt in me, & horror me adobruit.

Et dixi, Vtinam essent mihi alæ ut columbæ, auolarem enim, & quiescerem.

En longe profugerem, commorarer in deserto. Sæla.

Properarem ut à uento turbinoso & tempestate euaderem.

Degluti [eos] ô domine, & finde linguas eorum, quoniam uidi uiolentiam & lites in ciuitate. B

[Hæc] illam dies noctesq; in muris eius circumeunt, intra eam iniquitas & molestia

Corruptelæ intra eam, à plateis eius impostura & [a]dolus nunquam declinant.

[a] Alij fœnus legūt.

Neq; enim hostis erat, qui me probro afficiebat, alioqui tulissem: neq; extulit se cōtra me, qui præ se ferebat odium mei, abscondissem enim me ab illo.

Digitized by Google

b Alij legunt, iuxta æstimationem meã, dux meus, hoc est, quantum ego iudicare potui. Vel, quẽ rebus meis præfeci. Singularẽ quendam in urbe Keila alloquitur.
c Hbr, Decipiat illos mors.
Quidam in futuro omnia legunt.
d Vt Helisæus dicebat, Plures sunt nobiscum quàm cum illis.
e Alij legunt, perpetuò.
Redit sermone ad insignem illũ hostem fictum amicum, de quo supra, & suos complices: loquitur autem in tertia persona.
Iam seipsum alloquitur, & iustũ quenq.
f Alij legunt, nõ permittet ut unquam nutet iustus.
Alij, de columba muta longe auolante.

C Sed tu homo [b] æqualis mihi, dux meus, & notus meus.
Mutuo enim & suauiter secreta communicabamus, in domum dei in coetu unà ibamus.
De repente [c] mors super illos irruat, descendant uiui ad inferos, nam mala sunt in habitaculis eorum, in intimis eorum.
Ego ad deum clamabo, & DOMINVS seruabit me.
Vespere & mane & meridie precor, & importunus sum, et ipse uocem meam exaudiuit.
Redemit animam meam à prælio quod mihi [intentatur,] pacemq donauit, nam [d] plurimi fuerunt mecum.
Audiet deus, & adfliget eos, qui sedet ab [e] initio. Sæla.
D Nam non est [spes] quod illi mutentur, nec deum timeant.
Iniecit ille manum in eos, quibus cum pacem [simulauerat,] & prophanauit foedus suum:
Os habet butyro mollius, sed corde bellum [gerit,] uerba eius oleo magis lenia, quum sint stricti gladij.
Reijce in DOMINVM sarcinam tuam, & ipse te suffulciet, non permittet ut [f] iustus perpetuò labascat. Matth. 6. d Luc. 12. c 1. Pet. 5. b
Tu interim, ô deus, detrudes sanguinarios istos & fraudulentos in puteum interitus, non perducent ad dimidium dies suos, ego autem spem meam in te collocabo.

Præfecto cantorũ de uexatione manipuli alienigenarum. Insigne aureolum Dauidis, quum eum Philistini comprehendissent in Gath. LVI.

Orat ut è periculo præsentißimo liberetur, Saulis & assentatorum eius dolos ac uim apud deum adcusat, &c. Psalmus 34. gratiarum actio, hic uero oratio. 1. Reg. 21. d

Miserere mei deus, nam me homo ferè absorpsit, quotidie oppugnãs me obtriuit.
Absorbent me hostes mei omni tempore, multi nanq pugnant contra me ô excelse.
Quocunq tempore timor me inuadit, ego spem meam in te colloco.
In deo laudabo uerbum eius, in deum speraui, nihil metuo quid mihi caro faciat.
Perpetuò uerba mea calumniabantur, omnes cogitationes eorum in hoc erant, ut malum mihi pararent.
Concurrunt, speculantur ipsi, & uestigia mea obseruant, quandoquidem animæ meæ inhiant.
Vanitate sperant sese euasuros, at deus est qui in ira [a] populos deijcit.
Fugas meas tu numeratas habes, lachrymas meas repone in [b] lagunculã tuam, an non in [c] rationario tuo?
Quoties [te] inuoco, hostes mei retrocedunt, in hoc certus fio quòd tu es deus meus.
In deo laudabo [d] uerbum, in DOMINO laudabo sermonem.
In deum spero, non metuam quid faciat mihi homo.
Vota nuncupabo tibi ô deus, reddam laudes tibi.
Quoniam eripuisti animam meam à morte, an nõ & pedes meos à lapsu? ut incedam in conspectu dei in luce [e] uiuentium.

a Alij legũt in secunda persona. Tu ô deus deijcis eos.
b Paranomasia ludit in Nod.
c Suple, scriptæ aut annotatæ sunt?
d Alij sic, Boni consulam quidquid deus immiserit mihi.
e In luce uitali.

Præfecto cantorum, ne perdas. Insigne aureolum Dauidis, quum à Saule fugisset in specum. LVII.

Canit, ut desidens in specu cum suis, domino se committens, omne periculum euaserit, & quanto studio ob id domino gratias egerit, cum descriptione malitiæ & odij in se hostium suorum.

Miserere

Digitized by Google

Reg.22. 24. MIserere mei deus, miserere mei, quoniā in te cōfisa est anima mea, & in umbra alarum tuarum spero donec [a]transeat corruptela.
Inuocabo deum excelsum, ad deum qui me perficit.
Is cœlo mittet & liberabit me opprobrio me absorbente perpetuò, mittet deus suam bonitatem & fidem suam.
Anima mea est in medio leonū, iaceo inter homines qui flammis exurunt, quorū dentes lanceæ & sagittæ sunt, & lingua gladius acutus.
Extollet te deus super cœlos, super omnem terram gloriam tuam.
Rete pararunt gressibus meis, [b]incuruata est anima mea, foderunt ante me foueam, & inciderunt in eam. Sæla.
Paratum est cor meum ô deus, paratū est cor meum, cantabo & psallam.
a.2.d Expergiscere ô [c]gloria mea, expgiscere nablū & cithara, mature surgā.
Celebrabo te in populis ô domine, canam te in nationibus.
Quoniam bonitas tua ingens est, ad cœlos usq; [pertingit,] & fides tua ad æthera usq;.
Extolle te deus super cœlos, & super omnem terram gloria tua.

Præfecto cantorū, Ne perdas. Insigne aureolū Dauidis. LVIII.

Partim criminatio est Saulis & aulicorū eius qui non seruabant iustitiam: & simul imprecatio, ut deus eos perdat, qui toti in hoc erant ut pij opprimerentur, quorum ultione prædicit iustos mire exhilarandos.

Reg.26. interro onē ur- fortius. rectio. NVm uere, ô [a]manipule, quod iustum est pronunciatis, recte iudicatis mortalibus?
Quin potius iniquitates in corde concinnatis in terra, uiolentiam manus uestræ appendunt.
Abalienati sunt impij isti ab eo quod uuluam egressi sunt, errant iam inde quod è uentre prodierunt, loquentes mendacium.
Virus est illis ut uirus serpentis, ut [b]aspidis surdę, aureq; suā obturantis.
Ne cogatur audire uocem incantantium, incantatoris inquam artibus magicis præstantis.
[c]Contere ô deus, dentes oris istorum, maxillares dentes iuuenum istorum leonum contunde ô DOMINE.
Liqueant ceu aquæ quæ dilabunt, ut cui tenso arcu sagittæ diffringunt.
Instar limacis colliquescētis diffluant, uelut abortiuum mulieris, quod solem nunquam aspexit.
stro- ad im- s, sed r mutat ionam. Priusquam spinæ uestræ in [d]rhamnum adolescant, repente uiuos sicut acerrimo furore tollat eos turbo.
Lætabitur iustus quum uiderit ultionem, pedes suos in sanguine impij lauabit.
Et dicet homo, Certe iustum manet suus fructus, certe est deus iudicans in terra.

Reg.19. Præfecto cantorū, Ne perdas. Insigne aureolum Dauidis, quū misisset Saul ad obseruandū domū eius, ut eum occideret. LIX.

Opem contra hostes implorat, suam iactat innocentiam, mores illorum describit, & ultionem prædicit.

ERipe me ab inimicis meis deus meus, ab ijs qui cōtra me insurgūt protege me. A
Eripe me ab his qui scelerate agunt, & à uiris sanguinarijs serua me.
Nam ecce animæ meæ insidiantur, conspirant aduersum me feroces: non ob iniquitatem meam, nec ob peccatum meum, ô DOMINE.
Nulla [a]iniquitate mea [adducti] adcurrunt, instruxerunt sese, exurge

[a] In plurali dicit Ebræus, donec pertranseant corruptelæ, uel negotium prauitatum.

[b] Vel, depressit quisq; animam meam.

[c] Gloria quidam pro lingua exponūt, q; sermone præcipua hominis dignitas constet.

Competit hæc inuectiua in iudices malos, rabulas forēses, principes malos, adulatores aulicos. Consolatur oppressos, ut sciant se uindicē habituros deū.
[a] Per manipulum consessum iudicum intelligit, sed malorū, furum & nebulonum, quales erāt Saul & sui.
[b] Quidam regulum legunt.

[c] Modum precandi habent hęc, sed magis sunt prædictiones aut uaticinia pœnarum, quæ impijs certo euenient.

[d] Obscurus est hic uersus, ideo uarie interpretatus: alij legunt Siroth pro ollis, sic, Antequam ollæ uestræ à subiectis spinis calorem sentiunt, ut crudum, sic æstuāti indignatione subito corripiat eos. Quocunq; uero modo legas, prædicit impios celerrime perdendos esse antequam eorum peruersitas adolescat & consummatur.

[a] Eb. In non iniquitate currunt.

Digitized by Google

ergo ut mihi succurras, & respice.
Et tu ô DOMINE deus exercituum, deus Israelis, euigila, ut uisites omnes gentes, neq; misericordẽ te exhibeas omnibus scelerate præuaricantibus. Sæla.
Reuertuntur ad uesperam, fremunt ut canes, & urbem circuncursant.
Ecce loquuntur ore suo, & gladij sunt in labijs eorum, nam quis audit?
At tu ô DOMINE ridebis eos, cum sanna cunctas gentes excipies.
Robur illius ad te obseruabo, nam deus uice arcis sublimis est mihi.
C Bonitas tua ô deus meus anteuertat me, fac deus [optata] in hostibus meis uideam.
Ne [subito] interimas illos, ne forte obliuiscatur populus meus, redde eos uagos in populo tuo, & deijce eos, protector noster DOMINE.
Propter peccatũ oris eorum, & ob sermonem labiorũ ipsorum, in superbia sua capiantur, ob periurium & mendacium quod loquuntur.
Consume in furore, consume ut non sint, ut sciant q; deus in Iacob, & usq; ad fines terræ dominetur. Sæla.
D Ad uesperam reuertuntur, fremunt ut canes, & urbem circuncursant.
Hi ipsi pro cibo uagabuntur, nec satiati cubabunt.
Ego autem cantabo fortitudinem tuam, mane ouabo de bonitate tua, q; arx sublimis mihi fueris: & dum premeret aduersitas, perfugium.
O robur meum tibi canam, quoniã deus arx sublimis mihi est, & deus bonitatis meæ.

Præfecto cantorum super rosa [a]testimonij, insigne aureum Dauidis ad docendum. Dum bellum gereret contra eam partem Syriæ, quæ Mesopotamia uocatur: & contra Syriæ partẽ, quæ uocata est Zoba. Quum Ioab reuersus *percussisset Edomitarum in ualle salis duodecim millia. LX.

2. Reg. 8. & 10. 1. Par. 18.

[a] Alij pro testimonio legũt mouilis, decoris pulchritudinis.

* Alij, quum incenderet.

Gratiarum actio est pro uictoria quam contulit ei dominus contra fortissimos hostes Syros.

Deus repuleras nos, disieceras nos, iratus eras, at redhibebas rursus te nobis placatum.
Concusseras terrã, & diruperas eam, cura fracturas eius, uacillat enim.
[b]Dura fecisti experiri populũ tuum, potum dedisti nobis uinum letale.
At sustulisti rursus timentibus te signum ut [c]triumpharent, idq; propter ueritatem. Sæla.
Vt eripiantur dilecti tui, serua dextera tua & exaudi me.
Deus loquutus est in sanctuario suo, lætabor, diuidiam Sichem, & uallem Succoth dimetiar.
Meus est Galaad, & meus est Manasses: Ephraim [d]robur capitis mei, Iuda legislator meus.
Moab lebes ablutionis meę. Super Edom proijciã calceamentũ meum, ambi [e]ô Palestina amicitiam meam.
Quis ducet me in ciuitatem munitam? quis me usq; in Edom deducet?
An non tu ô deus qui nos repuleras, & tu deus qui non egrediebaris cũ exercitibus nostris?
Fer nobis auxilium in angustia, nam hominum auxilium inane est.
In deo fortiter faciemus, & ipse conculcabit hostes nostros.

Punit deus aliquando populũ suum ob peccata, at cõuertit rursus, si sis uicibus liberat.

Apostropha ad Palestinã, quæ iam deuicta erat.

[b] Hebr. Fecisti uidere populum dura.
[c] Hebr. Vt sese rursus erigerent.
[d] Id est, firmamentum regni.
[e] Alij legunt, iubilatnel, cũ plausu ueni ad me.

Præfecto cantorum ad instrumenta musica [carmen] Dauidis. LXI.

Oratio est qua petit liberari à grauibus periculis, & se gratũ fore pollicetur.

Audi

Digitized by Google

AVdi deus clamorem meum, orationi meæ ausculta.
Ab extremo terræ ad te clamabo, dum cor meum ferè exanimatum est, in rupem altiorem, q̃ in eam possim conscendere, subduc me.
Tu enim es asylum meum, turris prævalida, qua ab hoste [seruor.]
Habitem in tentorio tuo perpetuò, tutus agam in latibulo alarum tuarum. Sæla.
Tu enim deus exaudisti uota mea, dedisti hæreditatem timẽtibus nomen tuum.
Dies diebus regis adijcies, annos eius in multa sæcula produces.
Sedebit coram deo in sæculũ, bonitatem & ueritatem para quæ eum custodiant.
Sic psallam nomini tuo in perpetuum, ut persoluam uota mea per singulos dies.

Præfecto cantorum pro Ieduthun, oda Dauidis. LXII.

Docet sui exemplo uni deo, nullis mortalibus uel mortalium uiribus uel copijs fidere, studiorum humanorum peruersitatem & inanitatem, cum ultione quæ illam manet diuinitus, exponit.

VTiq; ad deum silens respicit anima mea, ab ipso salus mea.
Vtiq; ipse est petra mea & salus mea, ipse arx sublimis mea, ideo non labascam admodum grauiter.
Quousq; insidias struitis quibusuis? uos omnes interficiemini, perinde ut paries inclinatus, & maceria impulsa.
Vtiq; ne ipse exaltetur consultant ut impellatur, diligunt mendacium, ore suo bene precantur, corde deuouent. Sæla.
Veruntamen respice ad deũ silens, ô anima mea, nam ab ipso [pendet] spes mea.
Vtiq; ipse est petra mea, & salus mea, arx mea, non nutabo.
A deo [pendet] salus mea & gloria mea, petra fortitudinis meæ, refugiũ meum in deo est.
Collocate spem in eum omni tempore ô populi, effundite ante conspectum eius cor uestrum, deus refugium nobis. Sæla.
Veruntamen filij [a]hominum uani sunt, mendaces filij uiri, si simul ponantur in bilance, ipsa uanitate leuiores erunt.
Ne collocetis spem in iniuria [b]& rapina, nolite uos dedere uanitati: opes si affluunt, ne cor apponatis.
[c]Semel atq; iterum loquutus est deus, id q; audiui deo esse robur.
Quod & tibi domine bonitas adest, q̃ q; tu rependis cuiq; iuxta opus suum.

[a] Filij hominum, plebei funt, infimæ fortis. Filij uiri, principes, optimates, præstantes.
[b] Hoc est, opibus, rapina & ui partis.
[c] Aug. semel, exponit pro firmiter, inconcusse: licet, inquit, pro uno uerbo etiã intelligi possit.

...tt. 16.d
...n.2.b
...or.3.b
...16.b
...detur de
...ento
...phi intels
...

Psalmus Dauidis quum esset in deserto Iuda. LXIII.

Ferè idem cum argumento 42. psalmi. Exul Dauid magnum habet desiderium ad sacrum cœtum, quo æstuans petit restitui à deo, 2. Reg. 23. 26. Vel 2. Reg. 17.

DEus [a]deus meus tu, summo diluculo te quæro: te sitit anima mea, te concupiscit caro mea, in hac terra torrida & siticulosa, cui desunt aquæ.
Sic ut te contempler in sanctuario tuo, ut uideam uirtutem tuam & gloriã tuam.
Nam bonitas tua ipsa uita optabilior est, labijs meis te laudabo.
Sic benedicam te in uita mea, in nomine tuo attollo manus meas.
Tanquam adipe & pinguedine satiabitur anima mea, unde ouabunt labia mea, laudabit os meum.
Simul atq; tui memor fuero in lecto meo, de te meditatus fuero in uigilijs nocturnis.
Tu etenim es qui mihi fers auxilium, & in umbra alarum tuarum ouabo.
Tibi adhæsit anima mea, dextera tua me suffulcit.
Isti qui animam meam deuastare quærunt, subibunt infima terræ.
Adigent eos in [b]aciem gladij, sors uulpibus erunt.
Rex autem in deo lætabitur, gloriabitur quisquis per ipsum iurauerit, nam os illorum, qui mendacium loquuntur, obstruetur.

[a] Deus fortis meus.
[b] Ebr. In manus gladij.

Digitized by Google

Præfecto cantorum oda Dauidis. LXIIII.

1 *Precatio est contra delatores & sycophantas, quorum ingenium describit, & ultionem prædicit.*

AVdi deus uocem meam in querimonia mea, serua uitam meam ab hostis formidine.

Absconde me à consilio malorum, & à tumultu operantium iniquitatem.

Qui linguam suam instar gladij exacuunt, & ceu tenso arcu amara uerba pro sagittis eiaculantur.

Vt in absconditis innocentem feriant, subito feriant eum, nec quicquam [a] metuant.

Corroborant se in re mala, commentantur inter se de abscondendis laqueis, dicunt enim, Quis uidebit eos?

Vestigant malitias, peruestigatā uestigationem abscondunt quisque in intimo, corde que profundo.

Deus sagitta illos subito feriet, qua plagis adficientur.

Prosternent que super se linguā suam, quicunque aspexerint eos, stupefacti facessent.

Videbunt [id] cuncti mortales, & narrabunt opus dei, & opera eius prudenter expendent.

Lætabitur iustus in DOMINO, & se fidei illius committet, & omnes recti corde gloriabuntur.

[a] Quia non est apud ipsos religio. Timor enim dei religio est.

Præfecto cantorum psalmus Dauidis & canticum. LXV.

Gratiarumactio est, continet laudes diuinas ob præstita beneficia populo, quum antea fuerat penuria rerum ob peccata. 2. Sam. 21.

TIbi ô [a] deus silentium laus in Zion, tibi persoluetur uotum.

Tu exaudis precem, [hinc] omnis caro ad te uenit.

Ratio iniquitatum superarat *nos, tu uero transgressiones nostras expiasti.

Beatus quem tu elegeris, quem tibi adhibueris, habitabit ille in atrijs tuis, satiabitur bonis domus tuæ, & [b] sacris templi tui.

Terribilia in iustitia respondebas nobis, ô deus salus nostra, ô asylum omnium finium terræ, qui que remoti in mari degunt.

Qui montes uirtute sua firmat, accinctus potentia.

Qui compescit strepitum marium, strepitum undarum eorum, & fremitum populorum.

Et timebunt à signis tuis, quicunque extremos fines inhabitant: facis ouare exitus matutini & uespertini [temporis.]

[c] Visitasti terram, & irrigasti eam, ditasti eam ampliter, riuus dei aquis exuberat: tu paras [d] eis frumentum, quandoquidem sic illam instruis.

Irrigas liras [e] eius, & quiescere facis sulcos eius: facis eam guttis colliquescere, & germen eius feliciter prouenire facis.

Coronas annum tuis [f] bonis, & [g] uehicula tua stillant pinguedinem.

Stillant [pinguedine] speciosa pascua deserti, colles que [h] exultatione accingūtur.

Vestient campi gregibus, & ualles amicientur frumento, iubilabunt atque canent.

[a] Alij legunt, expectatio: uel, te manet laus, tibi competit laus.
* Ebr. Me.
[b] Vel, in sanctuario templi tui.

Laudat deum, & uirtutes eius prædicat.

[c] Alij legunt, Tu fecisti eā crepare: alij, fecisti eam desiderare.
[d] Eis, scilicet hominibus.
[e] Alij, compluе: alij, frange: alij, demitte.
[f] Vel, bonitate tua.
[g] Alij nubes legūt, alij semitas. Sed nubes dicuntur uehicula dei, quòd ijs nobis deus ubertatem inferat, & quasi plaustris aduehat.
[h] Hoc est, gaudent undique fructuum copia.

Præfecto cantorum canticum psalmi. LXVI.

Gratiarumactio est, qua cōmemorat beneficia dei, qui ex maximis periculis grauißimorum hostium in statum tranquilliorem & feliciorem reduxerit.

A IVbilate deo [a] omnis terra. Canite gloriam nomini eius, reddite gloriam laudi eius.

Dicite deo, Quàm suspiciēdus es in operibus tuis, ob amplitudinem uirtutis tuæ supplices [b] tibi erunt (licet falsò) hostes tui.

Te adorabunt omnes [habitatores] terræ, & psallēt tibi, psallēt nomini tuo. Sela.

[a] Synthesis cum synecdocha
[b] Mendaciter & fucate se subijcient tibi, potentia tua coacti, ut faciunt hypocritæ.

Exordium cum propositione.

Digitized by Google

Huc agite, contemplamini opera dei, quàm [c]stupẽda sint eius consilia super filios hominum.

Mutat mare in aridam, facit ut pedibus flumen transeant, ibi in eo lætabamur. B

Virtute sua [d]ab æterno imperat, oculi eius gentes contemplantur, defectores haudquaq̃ sese exaltabunt. Sæla.

Prædicate ô populi deũ nostrũ, & efficite ut audiat uox laudis eius.

Hic est qui animam nostram seruauit in uita, nec permisit uacillare pedes nostros.

Etiã si explores nos ô deus, & excoquas nos ut argentũ excoquit.

Inducas [e]nos in laqueum, catenam ponas in lumbis nostris. C

Pateris ut homines super capita nostra inequitẽt, ueniamus in ignẽ & aquam, educis tamen nos in refrigerium.

Ingrediar ergo domũ tuam cũ holocaustis, uota mea tibi persoluã.

Quæ effecerunt ut aperirem [f]labia mea, & ut loqueretur os meum quum essem in angustijs.

Holocausta [g]pinguia offeram tibi, cum incenso arietum, [h]faciã bobus & hircis. Sæla.

Venite, audite q̃tq̃t deũ timetis, narrabo quæ nã animæ meę fecerit. D

Ad ipsum ore meo clamaui, & sub lingua mea [i]exaltatus est.

Si iniquitatẽ respexissem in corde meo, non exaudijsset dominus.

Iam autem exaudiuit deus, & uocem precationis meæ attendit.

Laudandus deus, qui nec precem meam repulit, nec bonitatẽ suam à me [k]subduxit.

c Alij, quàm tremendum facinus.

d Alij, sæculo imperat uel orbi, mundo.

e Alij arce angusta exponunt.

f Nuncupando scilicet uota.

g Medullatorum.

h Facio pro sacrificio. Quum faciam uitula pro frugibus.

i Exaltatur deus, quum ipsum inuocamus in necessitate, & ad ipsum solum accurrimus ut opem ferat. Hæc gloria dei est.

k Repetitur hæsir per zeugma.

Præfecto cantorum psalmus & carmen ad instrumenta musica. LXVII.

Orat totius populi nomine, ut regnum dei quàm latißime inter ipsos propagetur, imo per uniuersum mundum.

DEus misereatur nostri, benedicat nobis, atq; illustret inter nos lumen uultus sui. Sæla.

Vt cognoscatur in terra [a]uia tua, in omnibus gentibus salus tua.

Celebrent te populi ô deus, celebrent te populi uniuersi.

Gaudeant nationes & ouent, quod ius [b]reddas ex æquitate populis, & nationes in terra deducas. Sæla.

Celebrent te ô deus populi, celebrent te populi uniuersi.

Terra uero reddat prouentum suum, & benedicat nobis deus, deus inquam noster.

Benedicat nobis deus, & metuant eũ quicũq; ad fines orbis usq; habitant.

a Via, institutum, ratio uiuendi, disciplina, religio.

b Alij, iudices.

Præfecto cantorũ psalmus & canticũ Dauidis. LXVIII.

Gratiarum actio pro uictorijs quas contulit Dauidi contra hostes potentißimos & ferocißimos.

SImul atq; exurrexerit deus, inimici eius disperguntur, & fugiũt à conspectu eius qui ipsum odio habent.

Quemadmodum dispellitur fumus, tu dispelles [eos:] & sicut cera colliquescit ab igne, sic dispereunt impij à conspectu dei.

Iusti autem coram deo gaudent & lætantur, & præ gaudio gestiũt.

Cantate deo, psallite nomini eius: munite uiam ei qui supremo cœlo inequitat, in [a]Ia nomine eius, exultate coram illo.

Pater est pupillorum, & causam agit uiduarum, deus in habitaculo sanctitatis suæ.

a Alij legunt, in Ia nomen eius, hoc est, nomen eius est Ia, id est, existens uel dominus, ut alij uolunt.

Digitized by Google

b Ebr. Qui facit habitare unicos in domo.

c Alij legunt, à deo illo Sinai, & intelligitur uerbum aliquod, cõtremuit, uel tale aliquod.
d Ebr. Pluuiam munificentiarũ eleuabas.
e In ea, scilicet terra promissa, uel in Ierusalem, uel in hæreditate, id est in populo tuo: sed melius in terra.
f Alij, armẽtum tuum, fera tua: cœtus alij, aut congregatio.
g Pauperi uel misero, scilicet populo.
h Ebr. Reges exercituum.
i Alij, inter ripas uel limites.
k Versus hic obscurus est, coactus ergo sum addere quædam uerba, ut sensum aliquem redderem, & similitudinis uim exprimerem, ex summa miseria in summam felicitatem uenientis.
l Alij Ba exponunt propter eam, in ea scilicet terra.
m Mons Zalmon dicitur hybernis niuibus semper albere.
n Mons Zion est mons dei, qui est ut mons Basan, pinguis scilicet & fertilissimus. Vel, mõs Basan est mons dei, mons in iuga assurgens, mons Basan: uel mons gibbosus. Augustinus legit mons incaseatus, Hieronymus coagulatus. Pro Basan proprie alij legunt pinguis.
* Apostropha est ad montes, id est reges hostes. Legunt quidam, Cur saltatis montes? monti huic caseis abundanti?
o Alij currus legũt: ostendit unde fuerit uictoria.
p Vel, in sacrario.
q Captiuitas sunt homines captiui.
r Vel, deus seruator noster, aut salus nostra: uel, deus salutariũ, ut quidam uolunt: uel salutum, si ita liceat, à quo nihil nisi salutem percipimus.
s Videtur similitudo esse, restituam ut olim Nume. 21. & Exod. 14. Alij legunt, auertam ex Basan hostes Syros cum alijs.
t Ab ipso, scilicet deo trucidatur, uel ab hostibus & ipso duce effuxo, effuso.
u Viderunt potest etiam legi impersonaliter, Do fach man.
x Scharim alij pro principibus exponunt, sed est iamin.
† Hoc est, qui emanauistis ut è fonte ex Iacob, periphrasis est Iudæorum.
y Lapis pro robore: uel collectio cœtus, fuerunt tribus istæ effusæ ut lapides.
* Apostropha est ad populum, docẽs unde sit uirtus tanta, & mox iterũ uertit sermonem ad deum, rogans, ut hoc beneficium constãs sit & perpetuum.
z Vel, sic, Plus quàm in templo offerant reges tibi munera, quod sub Christo factum.
† Vel, qui auide currunt.

Deus qui orbis [b]restituit familiam, educit qui uincti tenentur catenis, desertores autem terram torridam inhabitabunt.
Deus quum tu ante populum tuum progredereris, quum incederes per desertum. Sæla. Exod. 14.
Terra mouebat, & cœli destillabant corã deo, [c]iste Sinai, à deo, deo inquam Israelis. Exod. 19.
B Ex munificentia ô deus, [d]pluuiam destillabas hæreditati tuæ, & laborantem confirmabas.
Vt in [e]ea habitaret [f]grex tuus, præparasti pro bonitate tua [g]pauperi ô deus.
Dominus dabat uerbum annunciatricibus magni exercitus.
Reges [h]ingentibus copijs instructi, fugerunt, fugerũt inquam, qui domi desidebant diuident spolia.
Etiamsi [hactenus] habitastis inter [i]ollas, [eritis posthac ut] pennæ columbæ [k]argento obductæ: cuius alæ fuluę sunt auro purissimo.
Quum dissiparet omnipotens [l]in ea reges, candescebat ueluti nix in [m]Zalmon.
Mons dei [est] mons [n]Basan, mons q caseis [abũdat,] mons Basan.
*Quare inuidetis uos montes (quantumuis cliuosi) monti huic, quum deo uolupe sit habitare in eo? Quin [hunc] perpetuò inhabitabit DOMINVS.
[o]Equitatus dei [habet] bis dena millia, multa millia [angelorũ:] dominus inter eos [sicut] in Sinai, in [p]sanctuario. 2. Reg. 6.
C Ascendisti in altum, cepisti [q]captiuitatem, accepisti dona in hominibus, etiam, defectores, ut habitet dominus deus. Ephes. 4.
Laudandus DOMINVS, qui nos quotidie cumulat [beneficijs,] deus [r]salutis nostræ. Sæla.
Deus noster, deus ad [r]salutes, & DOMINO deo exitus mortis.
Veruntamen uulnerat deus caput hostium suorum, uerticem capillatum eorum qui in delictis ambulant.
Dixerat dominus, [s]Restituã [meos, uelut olim] ex Basan, restituam [ut olim] ex profundis maris.
Propterea pes tuus, & lingua canum tuorũ sanguine rubet ab inimicis, ab [t]ipso.
[u]Viderũt incessus tuos ô deus, incessus dei mei regis q mei, qui est in sanctuario.
[x]Præcedunt cantores, post [hos] ludentes musicis instrumentis, in medio puellæ tympana [pulsantes.]
Vos qui estis de †uena Israelis, in cœtibus laudate dominũ deum.
D Ibi Beniamin paruulus, qui potestate inter eos fungitur: principes Iuda [y]lapis illorum, principes Sebulon, principes Naphtali.
*Mandauit deus tuus robur tuũ, robora ô deus quod fecisti nobis.
A templo [z]tuo Hierosolymis, tibi offerant reges munera.
Increpa cœtum hastatorum, cœtum ualidorum, cum uitulis populorum qui sese †contumaces præbent, ut cum fragmentis argenti [ueniant,] dissipa gentes, quibus bella cordi sunt.
Veniẽt optimates ex Aegypto, Aethiopia celeriter manus suas deo protendet.
Regna terræ cantate deo, psallite domino. Sæla.

Sub persona canentiũ mulierũ celebrat uictoriam, fugã hostium, & uirtutẽ dei.

Vt deus est beneficus in suos, ita potẽs in hostes.

Hactenus consiliũ domini, iam describit pompam triumphalem. Celebrat tuor tribus quarũ uirtus maxime conspicua fuit in illo prælio.

Orat ut exteri reges et populi, hactenus à religione Iudaica alieni, iam adferant munera. Respicit ad regnum Christi.

Equitanti

Digitized by Google

Equitanti super cœlos cœlorum ab initio, en edit uocem suam, uocem prævalidam.
Tribuite deo fortitudinem, cuius magnificẽtia est super Israelem, cuius fortitudo est in æthere.
Tremendus es ô deus de *sanctuarijs tuis, deus Israelis ipse dat robur populo, laudandus deus.

* Vel, de sanctuario tuo, plurale pro singulari.

Præfecto cantorũ super lilijs [carmen] Dauidis. LXIX.

Ferijs forsan uernalibus cantatus. Dauid typus Christi.

Argumentum idem est cum argumento 35. psalmi.

A Seruato me deus, quoniam penetrarunt [a] aquæ ad animam usq;.
[b] Demersus sum in [c] limum profundissimũ, in quo non est fundum: decidi in profundissimas aquas, & undæ obruunt me.
[d] Delassatus sum uociferando, aridum factum est guttur meum: defecerunt oculi mei, [e] suspiciendo ad deum meum.
Qui me immerito odio prosequuntur, plures sunt q̃ capilli capitis mei: præualuerunt qui absq; causa me obterunt, inimici mei, ut quæ non rapui, rependere cogar.
Tu nosti ô deus quæ per ignorãtiam admisi, & delicta mea te haudquaquam latent.
Ne [f] pudefiant in me ô DOMINE deus exercituũ qui te expectant, ne ignominia afficiantur in me ô Deus Israelis q te studiose quærunt.
Nam tui causa hoc opprobriũ fero, faciem meam ignominia obtexit.
B Alienus factus sum fratribus meis, extraneus filijs matris meæ.
Ioan.2.d [g] Aemulatio enim pro domo tua exedit me, & [h] probra eorũ qui te probro afficiunt, in me reciderunt.
Roma.15.a [Si quando] fletu & ieiunio adfligebam [i] me, idipsum quoq; probro mihi uertebatur.
Sacco me pro ueste inuoluebam, sic quoq; fabula illis fiebam.
De me fabulantur qui desident in porta, & carmina [canunt] qui siceram bibunt.
*At ego precem [k] meam ad te ô DOMINE, si quãdo tempus sit ô deus, quo ob multam bonitatem tuam propitium te exhibeas, annue mihi pro fide tua qua opem ferre soles.
Eripe me è luto ne demergar, [fac] eripiar ab his q me odio prosequuntur, & ab aquis profundis.
Ne me adobruant undæ aquarum, néue deglutiat uorago, neq; super me os suum puteus claudat.
C Annue mihi ô DOMINE, quandoquidem benigna est bonitas tua: respice ad me iuxta multitudinem miserationum tuarum.
Et ne faciem tuam à seruo tuo abscondas, nam adfligor, propera, annue mihi.
Accedito propius ad animam meam ut eam adseras, libera me propter inimicos meos.
Tu nosti quid feram opprobrij, quid pudoris, quid ignominiæ, coram te sunt omnes qui me infestant.
Opprobrium frangit cor meum, adflictor, & expecto si quis mei causa circumcursitet, sed nemo erat: consolatores, nec inueni.
Matt.27.f Et dederunt in cibo meo †fel: & quum sitirem, potarunt me aceto.
Sit illis [l] mensa sua laqueus: & ubi [m] pacem sperant, illic impingant.
Obtenebrentur [n] oculi eorum ne uideant, & lumbos eorum fac semper labascere.

[a] Hoc est, eò ueni, ut de uita pericliter.
[b] Hæreo, nam neutrum est Hebræis, sed hæreo non satis exprimit uim Ebraicæ uocis.
[c] Vel, alueum.
[d] Vel, laboraui.
[e] Qui expectant auxilium, suspiciunt sæpe ad eum in quem sperant, aut quem expectant.
[f] Causam suam communem facit cum omnibus pijs. Si me qui à te pendeo non exaudis, cæteri quoq; omnes in te sperãtes pudefient. Pudefit, qui repulsam patitur dum rogat.
[g] Aemulatio, zelus, ingens studiũ, quod gero pro gloria tua.
[h] Hoc est, probra quæ impij in te eiaculantur, me urunt probra quibus te afficiunt, me tam male habent, ac si in me iacta fuissent.
[i] Ebr. Animam meam, hoc est, meipsum, uel corpus meũ. Nam anima Ebræis sæpe pro corpore ponitur.
[k] Supple effundo.
* Ebraica uerba aliter habent, sed sensus est integer.
[l] Mensa pro omnigena uoluptate, unde uoluptatem sperant, in eo capiantur.
[m] Schelomim uarie interpretantur.
[n] Adimatur eis omne iudicium rationis, & agendi uires.

Digitized by Google

Effunde super eos furorem tuum, & æstus iræ tuæ apprehendat illos.

Palatium eorum desolatum reddatur, nec sit qui tabernacula eorum in habitet. Act. 1.

Nam eum quem tu percussisti, persequuntur, & ad dolorem uulnerato rum tuorum [o]admetiuntur.

o Alij legunt, glorientur.

D Fac ut illis iniquitas iniquitati accumuletur, nec unquam ueniant in iu stitiam tuam.

Deleantur de libro uiuentium, & inter iustos non scribantur.

Me uero, quandoquidē afflictus sum et dolēs, salus tua protegat ô deus.

Laudabo nomen dei cum cantico, & extollam illud celebri laude.

Gratius id erit DOMINO, q̃ si bouem [offeram] aut uitulum, cornua producentem & ungulas.

Videbunt [hæc] [p]mansueti, & gaudebunt: [q]qui sedulo quæritis deum, & uiuet cor uestrum.

p Vel, adflicti.
q Videbitis, ad posterius membrum repetendum est, nam crebræ sunt mutationes personarum.

Nam audit inopes DOMINVS, & uinctos suos minime spernit.

Laudent eum cœli & terra, maria, & quidquid reptat in illis.

Nam seruabit deus Zionem, & urbes Iuda instaurabit: ibi habitabunt, [terramq́;] istam hæreditario possidebunt.

Posteri seruorum eius in hæreditatem illam accipient: quicunq; diligūt nomen eius, in illa habebunt sedem suam.

Præfecto cantorum Dauidis ad commemorandum. LXX.

Celerem opem sibi orat, ultionem hostibus, gaudium ex sua salute sanctis, gratumq́; se fore pollicetur. Argumento cohærere uidetur cum sequenti.

DEus ut me liberes, Domine ut me adiuues propera.

Pudore & probro afficiantur, qui uitæ meæ insidiantur: agantur retro, & ignominiæ pateant, qui malis meis delectantur. Eadē habetur psal. 35 & 40. 2. Reg. 15.

Repellantur eo q̃ me pudefacere conantur, qui dicunt, Hæhæ, hæhæ.

Exultent & lætentur in te quicunq; te sedulo quærunt: & qui amant sa lutem tuam, dicant iugiter, Magnificetur deus.

Ego ô deus adflictus sum & inops, propera ad me, adiutor & ereptor meus tu es, DOMINE ne moreris. LXXI.

Argumenti communis est hic psalmus, opem contra hostes orat à domino.

A IN te DOMINE speraui, ne finas ut unquam [a]pudefiam.

a Hoc est, ne finas ut frustrer spe mea.

Pro tua iustitia erue me, & libera me: inclina ad me aurem tuā, & me seruato.

Sis mihi uice robustissimæ rupis, ad quam iugiter confugiam, constitui sti ut me seruares, nam petra mea & arx mea tu es.

Eripe me ô deus meus de manu impij, de uola peruersi & uiolenti.

Quoniam tu es à quo pendeo, DOMINE deus tu is es q̃ à puero nitor.

Te nitor ab utero, ex uisceribus matris meæ tu es extractor meus, de te laus mea iugiter.

B Factus sum ceu portentum multis, at tu asylum meum es præualidum.

Replebitur os meum laude tua, quotidie magnificentia tua.

Ne abijcias me tempore senectutis, quum defecerit robur meum, ne me deseras.

Quoniā hostes mei de me loquuti sunt, quiq; obseruant animā meam, unà consultarunt.

Dicunt, Deus deseruit eum, persequimini, apprehēdetis eum, nec enim erit qui eripiat.

Deus ne sis procul à me: deus mi ut me adiuues propera.

Afficiantur

Digitized by Google

Afficiantur pudore, pereant qui uitæ meæ aduersantur: obtegantur probro & C
ignominia, quotquot student me malo afficere.
At ego iugiter expectabo, & omnibus laudibus tuis adijciam.
Os meum enumerabit iustitiam tuam, quotidie salutem tuam, neque enim [b] numerum noui.
Veniam in fortitudinibus DOMINE deus, memor ero iustitiæ tuæ solius.
Deus tu docuisti me à puero, & usque in præsens, admiranda facinora tua deprædicabo.
Quin & in senectā usque & canos haudquaquam deseres me, ô deus, donec prædicem brachium tuum præsenti, fortitudinem tuam omni posteritati.
Et iustitiam tuam ô deus in altum efferam, qui tam ingentia patrasti: quis tibi ô D
deus conferendus?
Qui fecisti [c] experiri me adflictiones multas & malas, rursum conuersus uitæ me restitues, & ex abyssis terræ rursum subduces me.
Augebis dignitatem meam, & rursum me consolaberis.
Et ego quoque celebrabo te instrumento meo, nablo uidelicet, fidem tuam deus meus, psallam tibi cithara, ô sancte Israelis.
Ouabunt labia mea quum canam tibi, & anima mea quam redemisti.
Quin & lingua mea quotidie de tua iustitia loquetur, quum pudore & probro affecti fuerint quicunque malo me afficere student.

[b] Ebr. numeros.

[c] Ebr. Qui fecisti me uidere, uel ostēdisti.

Solomoni uel Solomonis. LXXII.

Orat aduenire regnum dei per Christum, et uaticinatur de regni huius amplitudine, æquitate, felicitate, & diuturnitate: omnia autem sub typo regni Solomonici.

DA deus regi [a] iudicia tua, & iustitiam tuam filio regis. A
Vt ius dicat populo tuo ex iustitia, & adflictis tuis in iudicio.
Ferant montes pacem populo, & colles iustitiam.
Vindicabit adflictos in populo, seruabit pauperes, & uiolentum calumniatorem contundet.
[b] Timebunt te dum sol & luna lucebunt, in omne æuum.
Descendat ceu pluuia super desectum [pratum,] ut guttæ imbris sensim irrigantis terram. B
Floreant ipso [c] regnante iusti, [d] multaque pax sit, donec luna defierit.
Imperitet à mari ad mare usque, & à flumine usque ad terminos terræ.
Coram illo procumbant [e] accolæ deserti, & inimici eius puluerem lingant.
Reges [f] mediterranei maris & insularum munera adferant, reges Scheba [g] & Seba honoraria adducant.
Et adorent eum omnes reges, omnes gentes seruiant ei. C
Nam liberabit pauperem clamantem, & adflictum cui deest adiutor.
Beneficus erit in attritos & inopes, & animas pauperum seruabit.
Redimet animas eorum à [h] fœnore & uiolentia, & pretiosus erit sanguis eorum in oculis suis.
Viuet, & dabitur ei de auro Scheba, orabunt pro eo iugiter, & quotidie eum laudabunt.
Et erit pugillus frumenti in terram in uerticibus montiū proiectus, ut fructus ex eo prognatus agitetur ut Libanus, progerminabuntque è ciuitate instar herbæ terræ. D
Nomen eius perpetuò celebre erit, dum sol luxerit propagabitur nomen eius, beatosque se censebunt in eo cunctæ gentes, & beatum eum prædicabunt.
Laudandus DOMINVS deus, deus Israelis, qui solus mira edit facinora.

Author incertus est, uidetur autem Dauidis esse futuris negotijs prospici ēda. Cōpositū carmē in persona populi fidelis, qui faustissima quæque regi suo Solomoni imprecatur. Per tropologiā ad respub. & bonum magistratum adcōmodari potest: præscribitur enim forma pijs principibus.

[a] Alij legunt, tua gubernacula: uel, iudicia, id est iudicandi formulas.

[b] Ebr. Timebunt te cum sole & corā luna in generationem generationum.

[c] Ebr. In diebus eius iustus.

[d] Alij legunt hæc omnia in futuro, ut sit prædictio aut prophetia.

[e] Zijm Troglodite uidentur.

[f] Alij Tharsis legūt.

[g] Duplex Sabea.

[h] Alij legūt, à fraude.

...x legiti... ...a admini... ...atione in ...tiæ fru... ...is uberri progernant. ...nc numi... ...religio reueren... propaga... ...li rege... ...nante, iu... ...a flore... ...

...agnā co... ...am frugū campis, ...hominū, ...urbibus ...re signifi... ...at.

Digitized by Google

Nomen gloriæ eius perpetuò laudetur, & impleatur gloria eius uniuersa terra. Amen & amen.

*Finem habent precationes Dauidis filij Isai.

*Vel, perficiuntur.

LIBER TERTIVS.

Oda Asaph. LXXIII.

Canit in consolationem sanctorum, qui felicitate impiorum uruntur & offenduntur, quàm infelicem ea exitum habeat: & rursus quàm felicem illorũ, qui hic uidentur exerceri, infelicitas.

A Ttamen bonus est deus Israeli, his nempe qui mundo sunt corde.

Parum abfuit quin nutassent pedes mei, ferè effusi fuissent gressus mei.

Nam urebat me æmulatio propter stultos, quum prosperitatẽ impiorũ uiderem.

Neq; enim sunt eis nexus ad mortem, quin pingues [a] sunt & præualidi.

Nulla eos, ut [b] reliquos mortales, premit molestia: malorum quibus alij homines afficiuntur immunes sunt.

Hinc fit ut superbia eos totos possideat, & ceu ueste inuoluantur uiolentia.

Præ pinguedine oculi eorum exeunt, [c] in imaginationibus cordis pergunt.

Contabuerunt, loquuntur uiolentiam & iniuriam è [d] sublimi loquuntur.

Protendunt os suum in cœlum, & lingua eorum orbem peruagatur.

Propterea reuertitur [e] populus eius huc, & aquæ fœcũdi [calicis] exprimũtur eis.

Quin & dicere audent, Quomodo hæc cognosceret deus? est ne cognitio apud altissimum?

En isti impij sunt, & tamen felices sunt in hoc sæculo, adsequuti diuitias.

Profectò frustra purum seruaui cor meum, & [frustra] manus meas innocentia abluo.

Plagasq; quotidie pertuli, singulisq; diebus mane reprehensus.

Quum ad hunc inquam modũ mecum reputarem, parum abfuit quin à natione filiorum tuorum defecissem.

Instituebam cogitationẽ, si possem hæc cognoscere, sed idipsum molesta res erat in oculis meis,

Donec in sacratiora dei adyta penetrarem, & intelligerem, ut postremo essent quiq; habituri.

Certe uelut in lubrico cõstituisti eos, deijcies illos præcipites, ut [f] plane uastentur.

Quàm subita calamitate oppressi sunt? perierũt, & terroribus consumpti sunt?

Non aliter quàm somnium, posteaquam quis euigilauerit, domine [g] despicatas reddes in ciuitate [h] imagines illorum.

Quum efferuesceret fermenti instar cor meum, & renes mei acuebantur.

Bardus eram, nec qui [c]quam intelligebam, & eram apud te ueluti pecus.

Semper tamen tecum eram, manum dexteram meam tu apprehenderas.

Consilio tuo me deducebas, & postea in gloriam me recipies.

Quis mihi in cœlis? & in [i] terra tecum nullo oblector.

Consumitur [k] caro mea & cor meum, deus autem petra est cordis mei, & portio mea in æternum.

Nam ecce [l] qui à te procul recedunt, peribunt, perdes omnem illũ qui à te deficit.

Ego itaq; bonum mihi duxi deo me adiungere, posui DOMINVM deum asylum meum, ut enarrem omnia opera eius.

Erudiens [carmen] Asaphi. LXXIIII.

Querela est populi fidelis apud deum de contumelia nominis diuini: precatur ut asserat suam gloriam, excindat hostes.

E Cquare deus perpetuò nos repellis? cur fumat nasus tuus in gregem pascuæ tuæ?

Memor

[a] Alij, pingue est uestibulum eorum.
[b] Ebr. Ad uerbum, In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur.
[c] Alij Maskioth reticulũ super cor intelligũt. Significat eos & oculos & cor amisisse, interim tamẽ habitum pinguium graphice describit, Gfeißte sticht jnen die ougen vß.
[d] Alij, contra excelsum loquuntur: uel, de excelso loquuntur, ut nec deus tutus sit ab eis.
[e] Habent suas affectas, qui utilitatẽ ab eis sperant, sed simul cum eis plectuntur.
[f] Ebr. Ad uastationes: aliqui legunt, ad seductiones.
[g] Alij legunt, abolebis.
[h] Ebr. Imaginem est singulare, dixi Imagines propter Latinitatem.
[i] Hoc est, præter te, neminem, neq; in coelo neq; in terra colo.
[k] Alij sic, Languet tui desiderio caro mea & cor meũ ô robur.
[l] Ebr. Qui à te scortantur, hoc est, te deserto, alium deum sibi præferunt.

Ad imitationem Psalmi 37. compositus est.

Quotidie noua malis piis oboriri uidentur.

Epilogus est affectus.

Digitized by Google

Memor sis cœtus tui, quem iam pridem comparauisti: sortis hæreditariæ, quam uindicasti: montis Zionis, in quo habitare es solitus

Leua gressus tuos, ut funditus uastes omnes hostes qui malum inferunt sanctuario tuo.

Rugierunt aduersarij tui in medio [a] synagogarum tuarum, signa sua posuerunt [b] pro signis.

*Vt olim eorum qui securibus cædebāt densa arborum ad structuram templi, insigne & nobile opus erat. B

Ita habetur modo si quis sculpturas eius pariter bipenni & malleis comminuit.

Reg. 25. c Sanctuaria tua [b] igni incenderunt, ad terram adfligentes tabernaculum nominis tui profanarunt.

Dixerunt in cordibus suis, Sæuiemus in eos pariter, exusserunt cunctas [c] synagogas dei in terra.

Signa nostra non uidemus, nullus superest propheta, nemo'q; nobiscum qui sciat quousq; tandem?

Quàm diu ô deus probra in nos iaciet hostis? blasphemabit hostis nomen tuum perpetuò?

Quare manum tuam & dexteram tuam retraxisti? è sinu plene profer eam.

Equidem deus rex meus ab initio, qui salutes in medio terræ operatur. C

Tu uirtute tua mare dissipas, capita [d] draconum in aquis confringis.

Tu confringis capita ceti grandis, & in cibum tribuis eum populo desertum incolenti.

Tu excindis fontem & fluuium, tu fluuios [e] præualidos exiccas.

Tuus est dies, tua etiam nox, tu lucem & solem præparasti.

Tu cunctos fines orbis constituisti, æstatem & hyemem tu finxisti.

Sis memor huius, quod hostis probris & contumelia afficit DOMINVM, & populus stolidus nomen tuum execratur. D

Ne obijcias animam turturis tuæ cœtui [hostium,] cœtus adflictorum tuorū ne perpetuò obliuiscaris.

Respice fœdus, quoniam tenebricosæ [f] habitationes terræ uiolentia & iniuria repletæ sunt.

Ne pateant ignominiæ qui [g] cōtriti sunt repulsam à te passi, adflicti et inopes [potius] laudent nomen tuum.

Exurge deus, defende causam tuam, memor sis opprobrij tui, quo te quotidie stolidi homines adficiunt.

Ne obliuioni tradas uocem infestorum tuorum, tumultus eorum qui contra te insurgunt iugiter crescit.

Præfecto cantorum oda carminis Asaphi, Ne perdas. LXXV.

Consolatur populum dei adflictum & oppressum, ut certam spem concipiant deum adfore: admonet interim hostes ne nimium suis uiribus fidant.

CElebrabimus te deus, celebrabimus: etenim prope est nomen tuum illis qui miranda facinora tua enumerant.

Quum statutum tempus [a] nactus fuero, ego quod æquum & rectū est iudicabo.

Diffluxerat terra, & quicunq; eam inhabitabant, ego columnas eius suffulsi. Sæla.

Dixi stolidis, Nolite insanire: & impijs, Nolite attollere cornu.

Nolite in sublime attollere cornu uestrum, nolite collo præfracto loqui.

Nam nec ab Oriente, nec ab Occidente, neq; à Meridie [b] exaltatio contingit.

Deus siquidem iudex est, is hunc deijcit, illum extollit.

Nam calix in manu DOMINI est uino [c] meraco plene adornatus, è quo fundet,

---

Left margin: e. 1. g / ...atata per / ...a allo- / ...tur deū. / ...se acta / ...enset, ut / ...plificent / ...tentiam / ...; ...ilogus.; ...sponde... / ...minus se / ...nuocan... / ...as.

[a] Alij legunt, In statis ferijs tuis.
[b] Pro signis bonitatis diuinæ: uel, pro trophæis.
*Versus isti sunt obscuri, ideo doctissimi uiri paraphrasin posui. Si uerba requiris, sic habēt, Cognitus erat ut inferens ad erigendum in densa arbore securim, et nunc sculpturas eius pariter in bipenni et malleis confringunt.
[b] Eb. Miserunt in igne uel ignem sanctuaria, uel immiserunt.
[c] Alij legunt, statas ferias.
[d] Alij legunt, tynnorum.
[e] Alij ethan propriū faciunt.
[f] Hoc est, carceres.
[g] Ebr. Non reuertatur contritus confusus.

Asaphi ad imitationem Dauidis composuit. Introducit Dauidem cum populo precantem. Chorus igitur fidelis sic incipit.
[a] Alij legunt, accipiam cœtum.
[b] Ebr. exaltare.
[c] Alij legunt, uino rubeo mixtus.

Digitized by Google

attamen feces eius exugent ac epotabunt omnes impij in terra.
Ego autem in perpetuum adnunciabo, psallam'que deo Iaacob.
Confringam quoque omne cornu impiorum, cornua uero iustorum erigentur.

LXXVI.

Oda carminis Asaphi ad instrumenta musica præfecto cantorum.
Obtenta uictoria epinicion canit, celebratque deum uictoriæ authorem.

NOtus in Iuda deus, præclarum nomen eius in Israele.
In Salem est tabernaculum eius, & mansio eius in Zione.
Illic confregit ignita iacula arcus, clypeum, gladium & bellum. Sæla.
Illustrior es & magnificentior quàm montes in quibus laceratur.
Prædæ se exposuerunt magnanimi, consopiti sunt somno suo, nihil [uirium] inuenientes in manibus suis omnes uiri fortes.
Ab increpatione tua deus Iacob consopitus est currus & equus.
Tu terribilis es, tu inquam, & quis consisteret coram facie tua, simul atque ira tua [exarserit?]
E cœlo fecisti audire iudicium, terra timuit, & siluit.
Quum exurgeret ad iudicandum deus, ad seruandum omnes adflictos terræ. Sæla.
Etenim furor hominis [cedit] in laudem tuam, quodque reliquũ est irarum, [a] constringes.
Nuncupate uota, & persoluite ea DOMINO deo uestro, quotquot estis in circuitu eius, offerte [b] munera terribili.
Qui [c] intercipit spiritum principum, & est terribilis regibus terræ.

[a] Alij legunt, accinges.
[b] Alij legunt, propter terrorem: alij, Ierusalem.
[c] Hb. Qui uindemiat.

Psalmus Asaph pro Ieduthun præfecto cantorum. LXXVII.

Conqueritur de maxima & grauißima adflictione, simul tamen diuina bonitate & misericordia dei fretus, se consolatur.

A VOce mea quum clamarem ad deum, ad deum quum [clamarem] uoce mea, aurem præbuit mihi.
Quo tempore angustũ mihi erat, dominũ quærebam, [a] manus mea noctu sparsa erat, sine cessatione, renuebat consolari anima mea.
Dei memoriam quum repeterem, infremebam, querulabar, & deficiebat spiritus meus. Sæla.
Tu tenebas uigilias oculorum meorum, attonitus eram, ut loqui non possem.
Tunc repetebam retro tempora, & annos [priorum] sæculorum.
B In memoriam reuocabam carmina mea noctu, cum corde meo colloquebar, spiritus meus rimatus est.
Num perpetuò repudiabit dominus? num unquam placidus fiet ultra?
Periitne in perpetuum bonitas eius? finémne habet in omnes ætates oraculum?
Oblitus est ne misereri deus? continebitne in ira misericordias suas? Sæla.
[Tandem] cogitabam, Hæc mea est [b] infirmitas, dextera excelsi uices mutat.
C Recordabor operum DOMINI, memoria repetam mirabilia facinora tua quæ olim edidisti.
Meditabor quoque in omnibus operibus tuis, & de consilijs tuis loquar.
O deus [c] uiæ tuæ sunt in sanctitate, quis deus magnus ut deus?
Tu deus es qui admiranda facis, claram reddidisti in populis uirtutem tuam.
Vindicasti in brachio populum tuum, filios scilicet Iacob & Ioseph. Sæla.
Viderunt te aquæ ô deus, uiderunt te aquæ, & uiribus [d] destitutæ sunt, conterritæ etiam sunt abyssi.
D Densæ nubes nimbos depluerunt, nubes ediderunt tonitru, quin & sagittæ tuæ discurrerunt.

[a] Alij legunt, uirtus mea uacillabat: alij, plaga mea defluebat.
[b] Alij legunt, hæc est expectatio mea: alij, hoc est supplicare meum.
[c] Viæ pro institutis & consilijs dei, quæ sanctimoniæ plena sunt, nihil enim agit sine sancto consilio & iusto iudicio.
[d] Alij legunt, parturierunt.

Vox

Digitized by Google

Vox tonitrus tui in rota, fulgura in orbem emicant, tremit ac mouet tellus.
In mari uiæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis prævalidis, & uestigia tua non deprehenduntur.
Exod.14.c Ducebas uelut gregem populum tuum, per manum Mosis & Aharonis.

Erudiens [carmen] Asaphi. LXXVIII.

Carmen est historicum, commemorans opera dei, informans & docens omnes posteros quid facto sit opus.

Procemio dociles & attentos reddit. Ausculta popule mi institutionem meam, inclinate aures uestras ad sermones oris mei. A
Math.13.e Aperiam ad insignia quædam facta os meum, eloquar abstrusa quædam [temporis] prisci.
Quæ audiuimus, quæque cognouimus, & [quæ] patres nostri narrauerunt nobis.
Neque nos ergo celabimus [ea] filios eorum, ætatibus posteris narrabimus laudes DOMINI, robur eius, stupendaque opera eius quæ gessit.
Deut.4.6 Constituit enim contestatione [quadam] in Iacob, & legem tulit in Israele, qua præcepit patribus nostris, ut ea nota facerent filiis suis.
Vt cognoscat ætas postera, filii scilicet qui nati sunt, quum adoleuerint, narrent eadem filiis suis.
Indeque in deo fiduciam suam ponant, nec obliuiscantur operum dei, mandataque eius obseruent.
Nec euadant similes patribus suis, nationi deficienti & rebelli, nationi quæ recte cor suum haudquaquam instituit, & cuius spiritus nunquam uere deo credidit.
Incipit commemorare quædam opera dei ab exitu Aegypti usque ad tempora Dauidica. Ordo naturalis non seruatur. Filii Ephraim armati, iaculantes arcu, uerterunt [terga] in die belli. B
Non obseruarunt fœdus dei, & in lege eius noluerunt ambulare.
Sed obliti sunt factorum eius, & admirandorum facinorum eius quæ illis ostenderat.
Coram patribus eorum stupenda opera fecit in terra Aegypti in campo [a] Zoan.
Secuit mare, & traduxit illos, consistere iussit aquas uelut aceruum.
*Et deduxit eos interdiu nube, & singulis noctibus per lumen ignis.
Secuit rupes in deserto, & potum [eis] dedit ut ex magna abysso.
Exo.14.c Et eduxit riuos è petra, & fecit decurrere tanquam flumina aquas.
Exod.13.e.f Adhuc tamen peccarunt ei, & exasperarunt excelsum in solitudine.
Exod.17.b Et tentauerunt deum in corde suo, quum poscerent cibum animabus [b] suis.
Psal.104.d Num.11.a Et contra deum loquuti sunt, dicentes, Num potest deus mensam instruere in deserto?
Num.20.b En petram percussit, & effluxerunt aquæ, & fluuii inundarunt, num & panem dare poterit? num parare carnes poterit populo suo? C
Num.11.a Idcirco DOMINVS [hæc] audiuit, & exarsit, & succensus est ignis contra Iacob, & ira contra Israelem ascendit.
Quod non credidissent deo, & in salutem eius non sperauissent.
Et mandauit nubibus superne, & ostia cœli aperuit.
Exod.16.c Et depluit illis Man ut ederent, & frumentum cœleste dedit eis.
Num.11.b Ioan.6.d Panem [c] fortium edit homo, demisit illis commeatum ad saturitatem usque.
Num.11.g Cœlo mouebat Eurum, & uirtute sua Africum adduxit.
1.Cor.10.a Et depluit super eos carnem tanquam puluerem, & alatas uolucres, uelut arenam maris.
Quas deiecit in medium castrorum illorum, & circum tabernacula eorum.
Et ederunt, saturatique sunt abunde, & [d] satisfecit gulæ eorum.
Non sunt fraudati desiderio suo, eratque adhuc cibus eorum in ore ipsorum.

[a] Id est, in agro Tanitico. Zoan enim putant, quam Latini Tanim uocant, metropolim Aegypti.

[b] Vel, pro sua libidine.

[c] Alii legunt panem dubium: alii angelorum.

[d] Ebr. Adduxit illis desiderium eorum.

Digitized by Google

[e] Hoc est, præstantiores inter eos pinguiculos, Die feißten kapunen oder kärly. [f] Vel, in istis omnibus, inter hæc omnia.

D Quum ira dei desæuire in eos inciperet, occideretq; [e] pingues eorum, atq; selectiores in Israele deijceret. Num.11.

Super [f] hæc omnia iterum contra eum peccabāt, nec stupendis eius factis fidem habuerunt.

Temere ergo finiebat dies eorum, & annos eorum celeriter.

Quum trucidaret eos, quærebant ipsum, ac mature ad deum [supplicando] reuertebantur.

Tum recordabantur deum esse ipsorum petram, & deum excelsum esse eorum redemptorem.

Ore suo blanditi sunt ei, lingua autem sua ei mentiebantur.

Cor eorum non erat rectum erga illum, nec fidi fuerunt in fœdere eius.

Ipse tamen, ad misericordiam propensus, propitius fuit iniquitati [eorum,] nec disperdidit, & sæpenumero reuocauit iram suam, nec omnem suam excandescentiam excitauit.

[g] Alij legunt, spiritus.

Memor quod caro essent ipsi, & [g] uentus qui abit, nec redit.

E Quoties exasperarunt eum in deserto, & molesti ei fuerunt in solitudine?

[h] Vel, limitem deo præscriberent.

Vt auersi tentarent deum, sanctumq; Israelis [h] circunscriberent?

Non fuerunt memores manus eius, nec temporis illius quo eos ex angustijs redemit.

[i] Intellige, non fuerunt memores.

[i] Signorum quoq; eius quæ fecit in Aegypto, & portentorum [quæ edidit] in territorio Zoan.

Quum lacus eorum uerteret in sanguinem, & riuos eorum, ne biberent. Exod.7.

Immisit in eos turbam insectorum, quæ uorarunt illos, & ranas quæ eos perdiderunt. Exod.8.

Et dedit brucho prouentum eorum, & laborem eorum locustis. Exod.10.

[k] Alij legunt, sycaminos.

Perdidit uineas eorū grandine, & [k] sycomoros eorū concretis ex nube lapidibus. Exo.9.

Tradidit quoq; grandini iumenta eorum, & pecora eorum ignitis iaculis.

Immisit in eos æstum nasi sui, impetum, indignationem & angustiam, cacodæmonum incursiones.

Librauit semitam iræ suæ, animæ illorum à morte non pepercit, sed uitam eorū pesti deuouit.

[l] Primitiæ dolorum primogenita sunt: alij legunt, primitias fortitudinum.

F Percussitq; omne primogenitum in Aegypto, [l] primitias dolorum, in tentorijs Cham.

Et traduxit populum suum tanq̃ gregem, minauit eos ut gregem per desertum. Exod.14.

Deduxit eos tuto, ut non expauescerent, hostes uero eorum mare obtexit.

Et introduxit eos ad terminum sanctuarij sui, ad montem istum, quem uendicauit dextera eius.

[m] Hb. Et fecit eis in fune hæreditatem.

Expulit ante eos gentes, [m] admensus est eis hæreditatem fune, & fecit habitare in tentorijs illorum tribus Israel. Ios.13.b

Attamen tentarunt & exasperarunt deum excelsum, & testimonia eius non seruarunt.

Deflexerunt & perfide egerunt quemadmodum patres eorum, retroacti, ut arcus qui fallit.

[n] Arcā uocat robur suum aut uirtutē & magnificentiā suam, quia symbolum fuit potentiæ & bonitatis ac præsentiæ diuinæ.

[o] Eius, scilicet populi Israelitici.

[p] Epithalamijs scilicet nuptialibus.

Prouocauerunt eum ad iram excelsis suis, & sculptilibus suis eum ad æmulationem accenderunt.

Audiuit deus, & commotus est, & admodum auersatus est Israelem.

Vt desereret tabernaculum Silo, tentorium quo inter homines habitabat. 1.Reg.4.

G Permisit capi uirtutem [n] suam, & tradidit magnificentiam suam in manū hostis.

Tradidit populum suum in gladium, & contra hæreditatē suam indignatus est.

Iuuenes [o] eius uorauit ignis, & uirgines eius non sunt [p] laudatæ.

Sacerdotes

Digitized by Google

Sacerdotes eius gladio ceciderunt, & uiduæ eius non fleuerunt.
Et euigilauit ac si dormisset dominus, tanquam heros aliquis fortis præ uino iubilans.
Et percussit hostes suos in podicem, sempiterno opprobrio eos affecit.
Attamen repudiauit tentorium Ioseph, & tribum Ephraim non elegit.
Sed tribum Iuda elegit, montem Zion, quem dilexit.
Et extruxit sanctuarium suum tanquam excelsa [palatia,] ueluti terrã quam fundauit, ut perpetuò subsistat.
Et elegit Dauidem seruum suum, à caulis ouium tulit eum.
Post fœtas [euntem] abduxit eum, ut pasceret Iacob populum suum, & Israelem hæreditatem suam.
Pauit igitur eos ꝑ integritate cordis sui, & minauit eos manibus suis in prudẽtia.

Psalmus Asaphi. LXXIX.

Conqueruntur de tyrannide & iniurijs Israeli illatis, meritos peccatis se fatentur, ueniam petunt, & ut finem habeat persequutio. Gratos se fore promittunt.

VEnerunt deus gentes in hæreditatem tuam, polluerunt regiam sanctuarij tui, redegerunt Ierusalem in aceruos. A
Dederunt cadauera seruorum tuorum, cibum uolucribus cœlorum, & carnẽ beneficorum tuorum bestijs terræ.
Effuderunt sanguinem eorum circa Ierusalem uelut aquam, nec est qui sepeliat.
Probro fuimus uicinis nostris, irrisioni & ludibrio his qui circum nos habitant. B
Quousq; tandẽ ô DOMINE? succensebis ne perpetuò? ardebit ne ceu ignis æmulatio tua?
Effunde iram tuam in gentes, quæ te non agnoscunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuocant.
Nam uorarunt Iacob, & [a] habitacula eius uastarunt.
Ne sis nobis memor iniquitatũ priorum, subito anteuertat nos misericordia tua, C nam uehementer attenuati sumus.
Auxiliare nobis ô deus salutis nostrę, propter gloriam nominis tui, & libera nos, & propitius sis peccatis nostris propter nomen tuum.
Cur dicerent gẽtes, Vbi est deus eorum? nobilis euadat inter gentes, nobis uidentibus, ultio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est.
Penetret in conspectum tuum gemitus uinctorum, pro magnitudine brachij tui D fac superstites eos qui morti iam addicti sunt.
Repende uicinis nostris septuplum in sinum eorum, opprobrium eorum quo te ô DOMINE affecerunt.
Et nos populus tuus, & grex pascuorũ tuorum te celebremus in sæculum, & per omne æuum prædicabimus laudes tuas.

[Left margin: ...ldeam ad ...pora Antiochi, quis ...m ad tempora Nabuchodonoso... referũt.]
[Left margin: ...ie.10.d] [Left margin: ...64.d]
[Right margin: a Vel, amœna loca eius.]

Testimoniũ & psalmus Asaphi præfecto cantoru super lilijs. LXXX.

Argumenti eiusdem est cuius præcedens. Populus dei impijs permissus, orat se uindicari, & priora dei beneficia, sub uineæ allegoria præsenti calamitati collata, ad erigendam spem memorat.

O Pastor Israelis ausculta, qui minas uelut gregem Ioseph, qui sedes Cherubim, affulge. A
Ante Ephraim, Beniamin, & Manasse potentiam tuam excita, & ueni ad seruandum nos.
Deus restitue nos, & fac illucescere faciem tuam, & salui erimus.
DOMINE deus exercituũ, quousq; tandem excandesces in [a] oratione populi tui?
Lachrymis uelut [b] pane cibasti eos, & pro potu propinasti eis lachrymas maxima B mensura.

[Left margin: ...ldit ad ...ra & ...ectio ...liorũ ...i, nam ...t ac am ...melle ...im, ...nasses Beniamin, Nã 2. ...a.]
[Right margin: a Ebr. Fumabis uel fumasti, hoc est, Cur in ira auersaris orationem nostram? b Ebr. Pane lachrymæ; hoc est, lachrymoso, flebili. Alij paruam mensuram intelligũt, ut quæ tribus digitis aut uola capi possit.]

Posuisti nos, ut materia simus uicinis nostris [c] iurgandi, ut hostes nostri nobis illudant.
O deus exercituum restitue nos, fac illucescere faciem tuam, & salui erimus.
Vitem ex Aegypto traduxisti, quam eiectis gentibus plantasti.
Repurgasti diligenter superficiẽ eius, & quũ radices suas egisset, terrã occupauit.
C Vmbra eius montes obtexit, rami eius [D] cedros dei.
Extendebat ad mare palmites suos, & usq; ad fluuium pampinos suos.
Quare rupisti sepem eius, ut ex ea decerpant quicunq; illac transeunt?
Aper è saltu eã uastat, & omnis generis feræ quæ in agris degunt, eã depascuntur.
Deus exercituum redi obsecro, intuere è cœlis, aspice & inuise uineam istam.
Vitiariũ quod plantauit dextera tua, & propaginem ipsam quam tibi roborasti.
D Exusta est igni, amputataq;, ab [e] increpatione uultus tui peribunt.
Sit manus tua cum uiro dexteræ tuæ, cum filio hominis quem tibi corroborasti.
Et nõ retroflectemus à te, [dum] uitam nobis restituis, in noĩe tuo inuocabimus.
O DOMINE deus exercituum, restitue nos, fac illucescere faciem tuam, & salui erimus.

Asaphi præfecto cantorum super [a] torcularibus. LXXXI.

Exhortatio est ad gratitudinem pro anni prouentu, simulq; beneficiorum dei quæ Israeli contulit, commemoratio.

A IVbilate deo robori nostro, classicum canite deo Iacob.
Sumite psalmum, date tympanum, citharam suauem cum nablo.
Clangite cornu noua luna, stato die sacrificij nostri.
Hic enim ritus est Israeli, ius deo Iaacob.
B Testimonium hoc posuit [b] in Ioseph, quum exiret de terra Aegypti, * Labium quod non cognoram, audiebam. Gen.41.f.
Subduxi oneri humerum eius, manus eius ab [c] ollis [conficiendis] transibant.
In angustijs inuocabas me, & eripiebam te: clam per tonitru respondebam tibi, periculum tui faciebam ad aquas iurgij. Sæla. Exod.17.b
Audi popule meus, contestabor enim te, ô Israel, si me audieris. Exod.20.a
C Non erit in te deus [D] alienus, neq; adorabis deum peregrinum.
Ego sum DOMINVS deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, † dilata os tuum, & implebo illud.
At populus meus uocem meam non audiuit, Israel noluit me.
Permisi igitur eos libidini cordis ipsorum, ut irent iuxta consilia sua. Act.14.c
O si populus meus me audisset, si Israel in uijs meis ambulasset. Baruc.3
D * Quàm breui inimicos eorum deiecissem, & cõtra infestantes eos uertissem manum meam.
Qui odio habent DOMINVM, [e] essent illis seruiliter supplices, ipsorum autem æuum perpetuum esset.
Et cibaret eum medulla tritici, & melle de petra te satiassem.

Oda Asaphi. LXXXII.

Obiurgatio prauorum iudicum, quos deterret ab iniustitia, minitando pœnam: interim officium eorum describens.

DEus constitit in cœtu dei, in medio [a] deorum iudicem agit.
Quousq; tandem [inquiens] iudicabitis inique, & facies [b] impiorum suscipietis? Sæla.
Vindicate pauperem & pupillum, afflictum & miserum absoluite.
Eripite tenuem, & inopem de manu impiorum liberate.
Nihil norunt nec intelligunt, in tenebris ambulant, nutarunt cuncta fundamenta terræ.

Equidem

[c] Vel, litigandi.
[D] Ebræi quicquid magnũ est & excellens, dei uocant: ut, Hortus dei, hoc est, pulcherrimus. Potest etiã legi, cedros fortes: subintelligitur obtexit, quod per zeugma repetitur.
[e] Ista omnia contigerunt Israelitis, quod peccatis suis te ad irã concitarunt, quã nisi remittas, funditus peribunt.
[a] Alij githit instrumentum musicum uolunt esse.
Asaph Dauidem imitatus octauo psalmo carmẽ componit, ut populum ad lætam gratitudinem pertrahat, ferijs uindemialibus cantatum fuit.
[b] In Ioseph, id est populo Israelitico, & testimonium pro monumento.
* Videtur referendũ esse ad ipsũ Asaph: q.d. Videor ô Israelitæ, mihi audire labium quoddam minime contemnendũ, attendite ergo: & facit deum loquẽtem, ex cuius ore pronunciat.
[c] Alij legunt, à furno.
[D] Alij legunt, Si non fuerint tibi dij alieni, &c. Posset & sic legi, Audi popule meus, te cõtestabar, si me audisses, non fuisset tibi deus alienus, &c.
† Dilatare os, est ampliter & large petere.
* Frequẽtes sunt heteroses personarum & numerorum apud Ebræos, quæ obscuritatem, ni obseruentur, pariunt.
[e] Ebr. Mentiti essent ei, hoc est, supplices fuissent, sed fucato corde.
[a] Alij legũt, in cœtu potentũ uel fortiũ.
[b] Personam uel faciem impiorum suscipere, est eis deferre, & in gratiam eorum peruertere iudiciũ.

Digitized by Google

[Equidem] dixeram, Vos dii estis, & uos omnes filij excelsi.
Attamen sicut homines moriemini, & sicut unus [c]ex principibus cadetis.
Surge deus iudica terram, nam tibi uniuersæ gentes hæreditario iure debentur.

[c] Alij legũt, sicut alii quis tyrannorũ uel uiolentorum.

Carmen psalmi Asaphi. LXXXIII.

Precatio est, ut dominus succurrat populo contra tot grauißimos & potentißimos hostes. Imitatur psalmum 20.

NE te in silentio contineas ô deus: ne dissimules, néue cesses, ô deus. A
Ecce enim hostes tui tumultuantur: & qui te odio habent, extollũt caput.
Aduersus populum tuum uafre consultarunt, contra absconditos tuos inierunt consilium.
Dixerunt, Agite, deleamus eos, ne sint amplius gens, ut ne mentio quidem sit ultra nominis Israelitici.
Quoniam unà ex corde conspirarunt, fœdus aduersus te icerunt. B
Tentoria Edom & Ismaelitarum, Moabitarum & Hagarenorum.
Gebalitæ, Ammonitæ & Amalekitæ, Palestini cum Tyrijs.
Assyrij quoque illis iuncti sunt, brachium fuerunt filijs Lot. Sæla.
4.5. Fac illis ut Madianitis, ut Siseræ, ut Iabin ad torrentem Kishon.
Qui fracti sunt in Endor, facti sterquilinium terræ. C
7.8 Fac ut ipsi principesque eorũ habeant sicut Oreb, & sicut Seeb: sicut Sebah & Zalmuna cuncti illorum duces.
Qui dixerunt, Vendicemus nobis habitacula dei.
Deus meus, redige huc illos ut sint ceu rota, & ut stipula coram uento.
Vt ignis incendens syluam, & ut flamma montes comburens. D
Sic persequitor eos procellis tuis, & turbine tuo consterna illos.
Perfunde facies eorum ignominia, ut requirant nomen tuum DOMINE.
Pudefiant & consternantur in omne æuum, pudore afficiantur & pereant.
Vt cognoscant quod tu, cuius nomen DOMINVS, solus es excelsus super omnem terram.

Psalmus filiorum Korah, præfecto cantorum ad torcularia. LXXXIIII.

Continet commẽdationem ædis dominicæ, quàm tutum sit degere in tabernaculis domini, & hoc mire quadrat festis tabernaculorum.

itio ec- ; sub in cro al- tæ.

QVàm sunt amabilia, ô DOMINE exercituum, tabernacula tua. A
Ardet, & etiam deperit anima mea ad atria DOMINI, cor meum & caro mea ad deum uiuum clamarunt.
Etiam *passer inuenit sibi domicilium, & hirundo nidum ubi reponat pullos suos, altaria tua ô DOMINE uirtutum, rex meus & deus meus.
Beati qui in domo tua habitant, perpetuò te laudabunt. Sæla. B
Felices illi homines, quorum robur in te situm est, in quorum cordibus [a]semitæ sunt..
Transeuntes uallem fletus, fontibus [abundantem] reddent, etiam piscinas replebit pluuia.
Ibunt de [b]uirtute in uirtutem, comparebit [quisque eorum] apud deum in Zion. C
DOMINE deus exercituum exaudi orationem meam, ausculta deus Iacob. Sæla.
Clypeus noster aspice deus, & intuere faciem uncti tui.
Quia potior est dies in atrijs tuis, quàm [aliàs] mille: malo ad limen desidere domus dei, quàm habitare in tentorijs impiorum. D
Nam sol & clypeus est DOMINVS deus, dabit DOMINVS gratiam & gloriam, nullo bono destituit eos qui in integritate ambulant.
O DOMINE exercituum, felix homo qui in te confidit.

Volunt quidã hunc psalmũ compositum à Korah, quũ ob intestina bella Dauid cogebatur abesse à domo domini, incensus desiderio ueniendi in cœtũ sacrum.
* Alij legũt, turtur.
[a] Semitæ, scilicet tuæ.
[b] Quidam legũt, de aceruo in aceruum: alij, de opulentia in opulentiam.

Digitized by Google

Psalmus filiorum Korah præfecto cantorum. LXXXV.

Vaticinium est de restitutione Israelis, adeoq; de regno Christi, & pro aduentu eius precatio, cum descriptione felicitatis, qua omnia plena sunt, ubi illud obtinuerit.

A PRopitius eris ô DOMINE terræ tuæ, captiuitatem Iacob auertes.
Auferes iniquitatem populi tui, obteges cuncta ipsorum peccata. Sæla.
Tolles omnem æstum tuum, feruorem iræ tuæ sedabis.
Restitue nos deus salutis nostræ, solue tuam erga nos indignationem.

De fut... loquit... per ue... prætert... id[q] ob... titudini... diuinæ pr... missioni...

B Num continenter succensebis nobis? extrahes furorem tuum in omne æuum?
An non tu is es, qui conuersus uitæ nos restitues? & populus tuus in te lætabitur.
Ostende nobis ô DOMINE bonitatem tuam, & salutem tuam da nobis.

C Audiam quid DOMINVS deus loquatur, quoniam loquetur pacem ad populum suum, & ad beneficos suos, ne recidant ad stultitiam.
Profecto salus eius prope adest ijs qui ipsum timent, ut inhabitet gloria in terra nostra.

D Bonitas & ueritas sibi inuicem occurrent, iustitia & pax se mutuo osculabuntur.
Fides è terra progerminabit, & iustitia è cœlis prospiciet.
Etiam DOMINVS dabit bonitatem, & terra nostra reddet prouentum suum.
Iustitia ante ambulabit coram eo, & ponet in uia gressus suos.

Precatio Dauidis. LXXXVI.

Precatio est, qua orat primũ, ut innocenter, inde ab hostibus tutus uiuat, simulq; potentiam dei & bonitatem amplißime, cum sibi tum alijs exhibitam, exhibendamq; memorat. Typus Christi.

A PRæbe mihi DOMINE aurem tuam, & annue mihi, nam adflictus sum & miser.
Custodi uitam meam, quoniã beneficus sum: serua tu deus meus seruum tuum, qui in te confidit.
Beneficus esto mihi ô DOMINE, quoniam te quotidie inuoco.
Exhilara animum serui tui, nam ad te ô domine animum meum attollo.
Etenim tu domine bonus es & propitius, ampla bonitate in omnes qui te inuocant. Ioel.2.a

B Ausculta DOMINE precationi meæ, & attende uocem deprecationis meæ.
Quo die in angustijs sum, te inuoco, nam soles mihi annuere.
Non est tibi ô domine inter deos quisquam conferendus, nec est qui faciat opera qualia tu facis.
Cunctæ gentes quas fecisti uenient, & adorabunt coram facie tua ô domine, & nomen tuum cum gloria prædicabunt. Occult... uocatio... gentium... ticinatu...

C Quandoquidem magnus tu, quiq; stupenda edis facinora, tu solus es deus.
[a]Dirige me DOMINE in uijs tuis, ambulo in ueritate tua, coge pectus meum, ut timeat nomen tuum.

[a] Alij legunt, Doce me.

Celebrabo te domine deus meus ex toto corde meo, & nomen tuum perpetuò cum gloria celebrabo.
Magna siquidem est in me bonitas tua, & liberasti animam meam ex inferno inferiori.

D Deus superbi insurrexerunt aduersus me, & cœtus uiolentorũ quærunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo.
At tu domine deus pronus es ad misericordiam, propensus ad beneficentiam, tardus ad iram, multæ bonitatis & fidei.
Respice ad me, & beneficus esto mihi: da robur tuum seruo tuo, & serua filium ancillæ tuæ.
Ede signũ aliquod bonitatis erga me tuæ, ut qui me odio habent, pudore suffundantur,

Digitized by Google

dantur, quum uident q' tu ô DOMINE me iuueris, & consolatus sis me.

Psalmus & canticum filiorum Korah. LXXXVII.

Encomium ecclesiæ sub allegoria temporalis Ierusalem.

FVndamenta eius in montibus sanctis.

Diligit DOMINVS [a]portas Zionis, præ omnibus tabernaculis Iacob.

Præclara [b]in te dicuntur, ô ciuitas dei. Sæla.

Faciam meminisse [c]Rahab & Babylonis, hos qui me nouerunt, en Palestina & Zor cum Aethiopibus, ille natus est in ea.

At de Zione dicetur, Vir & uir natus est in ea, & ipse excelsus confirmabit eam, DOMINVS conscribendo numerabit populos, insignis ille natus est in ea. Sæla.

Cantores simul cum ducentibus chorum, omnes [b]scaturigines meæ in te.

[a] Portæ pro urbibus per synecdocham.
[b] Alij legunt, de te, scilicet q' sis ciuitas dei.
[c] Rahab alij pro Aegypto exponunt. Secutus sum Rabinos Ebræorū, ut sit comparatio. In cæteris urbibus quātumuis celebribus unus aut alter natus est q celebretur: in Zione uir & uir, hoc est, multi celebres, quoniam & ille insignis Messias in ea natus est. Alij aliter.
[b] Alij, modulatiões.

Carmen psalmi filiorum Korah, præfecto cantorum de miseria ad affligendum. Erudiens [carmen] ipsius Heman Esraitæ. LXXXVIII.

[margin: ...authore ...man filio ...abol ui- 1.Re. 4. ...ignis sa- ...ntiæ uir ...poribus ...lomonis ...ebris.]

Querimonia multo uehementißima, qua extremis malis, & ut uidetur, tam difficilis morbi alicuius, quàm persequutionis ab inimicis, adobrutum, ac tantum non extinctum queritur.

DOMINE deus salus mea, die ac nocte clamo coram te. A

Veniat precatio mea in conspectum tuum, inclina aurem tuam clamori meo.

[margin: Cogitationes Dauidis quas in morbo aut persequutione grauissima conceperat, exprimit hic Heman. Typus est Christi.]

Nam anima mea satiata est malis, & uita mea usq; ad sepulchrum pertigit.

Quin iam reputor inter eos qui in foueam subeunt, sum ut uir cui nihil est uirtutis.

Vt liber [à rebus huius uitæ adnumeratus sum] mortuis, uelut interempti q dormiunt in sepulchro, quorum nulla amplius superest memoria, quiq; à manu tua abscisi sunt.

Collocasti me in foueam inferiorem, in loca tenebrosa atq; profunda. B

Incubuit in me feruens indignatio tua, omnibus fluctibus tuis deiecisti me. Sæla.

Effecisti ut noti mei procul à me discederent, reddidisti me illis abominandum, conclusus sum, ut egredi non possim.

Dolet oculus meus præ adflictione, inuoco te ô DOMINE tota die, ad te expando manus meas.

Edisne admiranda facinora mortuis? num mortui resurgent & celebrabunt te? Sæla. C

Num annunciabitur in sepulchro bonitas tua? aut fides tua in interitu?

Num cognoscentur mirabilia tua in tenebris? aut iustitia tua in terra, ubi [omnium rerum] est obliuio?

At ego ad te ô DOMINE clamaui, & oratio mea mane te præueniet.

Cur repulis animam meam o DOMINE? abscondis à me faciem tuam? D

Adflictus ego sum, & tantum non animam ago ab adolescentia, & animi dubius terrores tuos fero.

Super me transierunt furores tui, & terrores tui me confecerunt.

Circundederunt me uelut aquæ quotidie, cinxerunt me pariter.

Effecisti ut procul à me sint amici & proximi, ut noti mei sint in tenebris.

Erudiens Ethan Esraitæ. LXXXIX.

[margin: Ethan frater fuit Heman.]

Docet omnium sæculorum homines, ne in adflictionibus deficiant, sed certa fide fœderi inter deum & homines icto, tanquam sacræ anchoræ hæreant. Comprehendit promißionem Dauidi factam 2 Reg. 7. *Typus Christi.*

Propositio. BOnitates DOMINI perpetuò canam, fidem tuam ore meo notam faciam in omne æuum. A

Digitized by Google

Sic enim [apud me] statui, Bonitas tua perpetuò ædificabitur, in ipsis cœlis fidem tuam confirmasti.
Pepigi fœdus cum electo meo, †iuraui Dauidi seruo meo.
Semen tuum in æternum confirmabo, & stabiliam solium tuum ad omnem posteritatem. Sæla.
Cœli admirãda facinora tua celebrant ô DOMINE, quin & fidem tuam in [a]cœtu sanctorum.
B Quis enim in æthere æquabitur DOMINO? aut quis inter filios fortium DOMINO assimiletur?
Deus uehementer formidandus in concilio sanctorum, & tremendus super omnes qui circa ipsum sunt.
DOMINE deus exercituum quis ut tu, præstans uirtute ô existẽs, omnia circum te, fides sunt.
Tu potestatem exerces in fastum maris, quum attollit fluctus suos, tu compescis eos.
Tu contudisti tanquam cadauer [b]superbum, brachio roboris tui dispersisti inimicos tuos.
Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem, & [c]quidquid in eo est, tu fundasti.
Aquilonem & *Meridiem tu condidisti, Thabor & Hermon in nomine tuo ouabunt.
C Tu brachium habes omnipotentia præditum, roboras manũ tuam, attollis dexteram tuam.
Iustitia & æquitate stabilitum est regale solium tuum, bonitas & fides antecedũt faciem tuam.
O felicem populum qui agnoscit [d]clangorem, ô DOMINE [tales] in lumine uultus tui incedent.
In nomine tuo quotidie exultabunt, & in iustitia tua sese attollent.
Tu enim decus es fortitudinis eorum, & pro beneuolentia tua extolles cornu nostrum.
Quoniam [e]DOMINI est clypeus noster, & Sancti Israelis rex noster.
Tum loquutus es per uisum bonis tuis, & dixisti, Auxilium suppeditabo [f]heroi, extuli electum è populo.
D Inueni Dauidem seruum meum, oleo meo sancto unxi eum.
Vt manus mea firma esset cum eo, quin & brachium meum roboraret eum.
Hostis non imponet ei, [g]prauus non adfliget eum.
Conteram ante faciem eius hostes eius, & odientes illum conficiam.
Fides mea & bonitas mea cum ipso erunt, & in nomine meo altum erit cornu eius.
[h]Ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.
Ipse inuocabit me, [dicens,] Pater meus es tu, deus meus, & petra salutis meæ.
Etiam ego primogenitum constituam illum, celsiorem regibus terræ.
In sempiternum custodiam illi bonitatem meam, & fœdus meum firmum ei permanebit.
Efficiam ut perpetuum sit semen eius, & solium eius sicut dies cœli.
E Si filij eius legem meam deseruerint, & in [i]iudicijs meis non ambulauerint.
Si statuta mea prophanarint, & præcepta mea non custodierint.
Præuaricationes eorum uirga uisitabo, & iniquitates eorum flagellis.
At bonitatem meam non auferam ab eo, nec fallam illi fidem meam.
Non prophanabo fœdus meum, quodq; egressum est de labijs meis, nunquam mutabo.

Semel

[a] Celebrant repetendum: alij legunt, & sancti in concione fidem tuam.
[b] Per superbum Aegyptiũ regem intelligunt.
[c] Eb. Orbem & plenitudinem eius.
* Ebr. dexteram.
[d] Clangor aut iubilus signum est præsentiæ diuinæ.
[e] Quod protegimur, quod regimur, domino debemus.
[f] Dauidi scilicet.
[g] Ebr. Filius iniquitatis.
[h] Hoc est, Subijciam potentiæ eius mare, & flumina imperio eius: uel, Protẽdam potestatem eius ad mare.
[i] Iudicia sunt pronunciata diuina.

Crebra personarũ mutatio nemini impediat. Introducit deum loquentem. 2. Reg. 7.
Gen. 1.
1. Reg. 16. Act. 13.

Digitized by Google

2.Reg.7.d Ioan.12.e Semel per sanctitatem meam [k]iuraui, haudquaquam Dauidem fefellero.
Semen eius in æternum erit, solium eius coram me ut sol perstabit. F
Firmum ut luna manebit, quæ est certus in æthere testis. Sæla.
At tu repulisti, auersatus es, succensusq; ira contra [l]Christum tuum.
Dissoluisti fœdus quod cum seruis tuis pepigisti, humi contaminasti diadema [m]eius.
Dirupisti omnes sepes eius, munitiones [n]eius contriuisti.
Diripiunt eum quicunq; transeunt uiam, opprobrio factus est uicinis suis.
Extulisti dexteram eorum qui ei infesti sunt, cunctos hostes eius exhilarasti.
Etiam retudisti aciem gladij eius, nec superiorem fecisti eum in prælio. G
Effecisti ut cessarit dignitas eius, & solium eius in terram collisisti.
Præcidisti dies iuuentutis eius, obtexisti eum ignominia. Sæla.
Quousq; absconderis ô DOMINE? anne in perpetuum? ardebitne ut ignis feruens indignatio tua?
[o]Memor sis quantuli æui ego sim, num frustra condideris uniuersos homines?
Quis enim uir est, qui uiuat & non moriatur? qui eripiat uitam suam à uiolentia sepulchri? Sæla.
Vbi sunt ô domine bonitates tuæ pristinæ, quas Dauidi ex fide tua iurasti?
2.Reg.7.c Memor sis ô domine, opprobrij quod ferunt serui tui, tuli in sinum meum cũcta [opprobria] multorum populorum.
Quibus nos affecerũt inimici tui ô DOMINE, quibus affecerunt [p]uestigia Christi tui.
Laudandus DOMINVS in æternum. Amen & amen.

[k] Iurare dei, promittere est.

Hactenus fœderis admonuit & promissionum. Iam tempus ostẽdit turbulentissimũ, ubi omnia cum promissionibus diuinis ex diametro pugnant, simulq; tentationem & agitationem piæ mentis aperit.

[l] Christus est unctus, intelligit regẽ, sed reliqui uocẽ propter mysterium.

[m] Eius, scilicet regis, aut Christi, aut regni totius.

[n] Alij legunt, posuisti ut sint formidini.

[o] Alij legunt, Memor sis mihi quantulum est æuum.

[p] Eb. Calcibus, hoc est, dilationi, moræ.

LIBER QVARTVS.

Oratio Mosis uiri dei. XC.

Argumentum in titulo comprehenditur.

DOmine tu habitaculum nobis fuisti per omnia sæcula. A
Priusquam montes nascerentur, & terra formaretur ac orbis, à sæculis usq; ad sæcula tu es deus.
Tu reducis hominem donec conteratur, ac tum dicis, Reuertimini ô mortales.
Nam mille anni coram te sunt ut dies hesternus qui præterijt, imò ut noctis uigilia.
Ceu nimbum dilabi illos impetu quodam facis, sunt uelut somnium, mane uelut herba immutantur. B
Quæ mane floret ac uires accipit, uesperi arefacta resecatur.
Etenim ira tua deficimus, & feruente indignatione tua terremur.
Iniquitates nostras in cõspectum tuum collocasti, occulta nostra in lumen faciei tuæ.
Cuncti dies nostri te irascente dilabuntur, annos nostros finimus dicto citius.
Eccli 18.a Dies annorum nostrorum quibus [uiuimus] anni sunt septuaginta, aut ad summum octoginta: iam præstantissimum horum labor est & molestia, uelociter transit, nosq; auolamus. C
Quis uim iræ tuæ nouit? ut te quiq; timent, ita in eos indignatio tua [sæuit.]
Vt ergo dierum nostrorum numerum sciamus, tu nobis planè indica, ut sapientiæ animum intendamus.
Redi ô DOMINE, quousq;? placare seruis tuis.
Satia nos mane bonitate tua, ouabimus & lætabimur cunctis diebus nostris. D
Exhilara nos pro diebus quibus nos adflixisti, pro annis quibus mala sumus experti.
Effulgeat in seruis tuis opus tuum, gloriaq; tua in filijs eorum.

Digitized by Google

Decor domini dei nostri adsit nobis, & opus manuum nostrarum in nobis confirma, opus inquam manuum nostrarum confirma.

XCI.

Canit quàm tutus agat, liberq; à malis uniuersis, qui deo sese solida fide commiserit. Sine titulo.

A SEdens in abdito excelsi, sub umbra omnipotentis commoratur.
Dicam DOMINO, Asylum meum & arx mea, deo meo nitar.
Nam is à laqueo uenatoris, atq; peste exitiali te liberabit.
Alis suis te obteget, sub pennis eius tutus eris, tectus fide eius tanquam lancea & parma.
B Vt neq; nocte metuendum sit tibi à terroribus, neq; interdiu à sagitta uolante.
Non à peste quæ in obscuro grassatur, non ab exterminio uastante meridie.
Cadant licet à latere tuo mille, & à dextris tuis decem millia, ad te tamen nō pertinget.
Duntaxat talionem impijs reddi uidebis, & inspicies tuis ipsius oculis.
C Quoniam tu ô DOMINE asylum mihi es quo nitor, in edito collocasti habitationem tuam.
Non accidet tibi malum, neq; plaga tabernaculo tuo appropinquabit. Matth. 4.a Luc. 4.b
Nam angelis suis tua causa præcipiet, ut in omnibus uijs tuis te custodiant.
Manibus te gestabunt, ne ad lapidem pes tuus impingat.
D Pardum calcabis & aspidem, conculcabis leunculum atq; draconem.
Quandoquidem me amplexus est, eruam eum, superiorem eum faciam, agnouit enim nomen meum. Dominus loquutus.
Me inuocabit, ideo eum exaudiā, adero ei in afflictione, eripiam eum & gloriosum eum reddam.
Vita longæua satiabo eum, & exhibebo ei salutem meam.

Pius sese consolatur protectione dei, qui deus domicilium in edito posuit, extra omnem telorum iactum, in qua habitatione pius commoratur.

Oda carminis ad diem sabbati.

XCII.

Sabbato esse peculiarem laudandi deum opportunitatem, cuius amplissimam materiam suppeditant considerata probe opera domini, quibus suos mirifice adeo fouet euehitq;, abijcit autem & perdit impios.

A COmmodum nunc est celebrare DOMINVM, & psallere nomini tuo ô altissime.
Prædicare mane bonitatem tuam, & fidem tuam in noctibus.
Ad decachordum, ad nablum, ad Higaion, cum cithara.
Tu enim ô DOMINE operibus tuis me exhilaras, in factis manuū tuarū ouabo.
B Quàm magna sunt facta tua ô DOMINE, uehementer profunda consilia tua.
Vir stupidus istuc non cognoscit, neq; stultus intelligit.
Quod quum impij sicut herba germinant, in hoc floreant cuncti facinorosi, ut in perpetuum excindantur.
Tu autem excelsus es in sempiternum ô DOMINE.
C Nam ecce inimici tui ô DOMINE, nam ecce inimici tui pereunt, disperduntur quicunq; dediti sunt iniquitati.
Meum uero [a]cornu extolletur ut monocerotis, delibutus ero oleo uirenti.
Videbit [optata] oculus meus in insidiantibus mihi, audiet de his qui in me insurgunt [grata] auris mea.
D Iustus ut palma florebit, & sicut cedrus in Libano in altum succrescet.
[b]Plantati in domo DOMINI, in atrijs dei nostri florebunt.
Adhuc in senecta germinabunt, succulenti & uirentes.
Ad prædicandum q; æquus sit DOMINVS, petra mea, neq; ulla sit in eo prauitas.

[a] Alij legunt, Tu attolles cornu meum.

[b] Iusti scilicet.

XCIII.

Celebrat deum à potentia, maiestate, sapientia & uirtute.

DOMINVS

DOMINVS rex est, induit celsitudinem, induit inquam DOMINVS robur seq; accinxit: quin & orbis sic firmatus est, ut non nutet.

Iam inde ab exordio constitutum est solium tuum, tuq; ab æterno es.

Sustulerunt flumina ô DOMINE, sustulerunt inquam flumina strepitum suum, sustulerunt flumina fluctus suos.

At plus q̃ strepitus aquarum immanium, procellarumq; maris admirabiliũ, potens est DOMINVS qui in excelso [præsidet.]

Quæ [a]enim tu testatus es super domo tua pulchra & sancta, uera & firma permanebunt ô DOMINE in longissima tempora. XCIIII.

[a] Vel lege sic, Testimonia tua ualde firma sunt, domũ tuam decet sanctitas ô domine in lõgos dies.

Iudicium dei & auxilium implorat contra improbos innocentum & adflictorum oppressores: in primis contra prauos iudices, ad consolationem & cõfirmationem eorum qui uim patiuntur.

In Deuteronomio cap. 32. sibi istũ titulũ refert deus, hortatur et pnt se talem declarare.

DOMINE deus [scelerum] ultor, deus ultor, conspicuus appare. A

Attolle te ô iudex terræ, redde talionem superbis.

Quousq; impij DOMINE? quousq; impij petulanter exultabunt?

Effutient, loquentur grandia, iactabunt sese omnes flagitiosi?

Populũ tuum DOMINE atterunt, quos tibi hæreditario iure uindicasti adfligũt.

Viduas & aduenas occidunt, & pupillos interimunt.

Interim dicunt, [a]Dominus non uidet, neq; deus Iacob intelligit. B

[a] Alij legunt, existens.

Intelligite stupidi in populo, & stulti quando demum sapietis?

Is qui aurem cõdidit, quomodo non audiret? qui oculum finxit, quo pacto non uideret?

Qui [totas] gentes corripit, quiq; homines scientiam docet, [uos] non argueret?

Nouit DOMINVS cogitationes hominum uanas esse.

Hæc pertinent ad cõsolationẽ.

Felix uir quem tu ô domine castigaueris, & quem in lege tua [b]instituteris.

[b] Vel, erudieris.

Vt tranquillitatem illi pares à tempore aduerso, dum interim impio fodiatur fouea. C

Non enim abijciet DOMINVS populum suum: & quos sibi in hæreditatem adsumpsit, non deseret.

Donec ad iustitiæ normam restituat iudicium, hanc sectabũtur omnes qui recto sunt corde.

Quis consurgat pro me contra impios? aut quis consistat mecũ contra sceleratos?

Nisi DOMINVS auxilio mihi fuisset, breui apud inferos habitasset anima mea.

Quum dicerem, Nunc lapsus est pes meus, bonitas tua ô DOMINE me sustentabat. D

Pro æstu multarum cogitationum intra me recrearunt animam meam consolationes tuæ.

Num tibi quidquam commune est cum solio [c]tyrãnico, quod adflictionem fingit prætextu legis?

[c] Eb. Solio corruptionum prauitatũ.

Concursant aduersus animam iusti, sanguinem innoxium impietatis damnãt.

At DOMINVS pro arce est mihi, & deus meus petra in qua fido.

Et rependet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum perdet ipsos, DOMINVS inquam deus noster eos perdet. XCV.

Exhortatur ad laudes diuinas, sed adiuncta obedientia dei, quæ si desit, uana esse omnia externa.

ADeste ouemus DOMINO, petræ salutis nostræ iubilemus.

Laude faciem eius anteuertamus, odis ei iubilemus.

Nam DOMINVS deus magnus est, & rex magnus præ omnibus dijs.

In cuius manu sunt abstrusissima terræ, eius sunt montium cacumina.

Cuius est mare, nam fecit illud, & continentem manus eius finxerunt.

Digitized by Google

Agite ergo prosternamur, incurui procumbamus, genua submittamus ante conspectum DOMINI factoris nostri.
Nam ipse est deus noster, nos uero populus pascuorum eius, & grex manus eius.
Meriba contentio, Masa tentatio, Exodi 17. Si hodie uoci eius auscultaueritis, ne induretis cor uestrum, ut in Meriba, ut in die Masa in deserto. Heb.3.b
Quum patres uestri me tentarunt, explorarunt me, ac etiam uiderunt opera mea.
Annos quadraginta cum tædio pertuli gentē illam, ita ut dicerem, Populus iste corde errat, ipsiq; uias meas ignorant. Heb.4.a
Quibus iuraui iratus, Nunquam ingredientur in requiem meam.

XCVI.

Inuitat ad laudē dei cunctas creaturas, propterea quod ipse iam, utiq; per Christum suum, regnet, unde non homines modo, sed uniuersæ creaturæ restituuntur. Vaticinium est de regno Christi.

A CAnite DOMINO canticum nouum, canite DOMINO quicunq; habitatis terram.
Cantate DOMINO, laudate nomen eius, euangelizate singulis diebus salutem eius.
Gloriam eius inter gentes narrate, stupenda eius facta in omnibus populis.
B Nam magnus est DOMINVS, & plurima laude dignus, tremendus ipse præ omnibus dijs.
Siquidem cuncti dij populorum nihili sunt, at DOMINVS cœlos condidit. Eccli 43.
Coram ipso decus est & honor, potentia & magnificentia in sanctuario suo.
C Tribuite DOMINO familiæ populorum, tribuite DOMINO gloriam ac potentiam.
Tribuite DOMINO gloriam nomini eius dignam, ferte munus, & uenite in atria eius.
Prosternite uos DOMINO in magnifico & splendido sacrario, metuite ab ipso quotquot in terra habitatis.
D Dicite in gentibus, DOMINVS regnat, & orbis firmabitur ne nutet, ius dicet populis cum æquitate.
Lætentur cœli, exultet terra, reboet mare, & quidquid est in eo.
Exultet ager & quidquid in eo continetur, tum quoque cunctæ arbores saltus ouent.
[a] Alij legunt, regat orbem. Coram DOMINO quoniam uenit, nam uenit ut terram iudicet,[a] iudicet orbem in iustitia, & populos ex fide.

XCVII.

Et hic de regno Christi uaticinium canit, quo deus potentiā suam mirifice in salutem suorum, & deiectionem hostium, atq; uanarum superstitionum exeruit, ad cuius agnitionem simul hortatur.

A DOMINVS regnat, exultet terra, & insularum multitudo lætetur.
Nubes & caligo circum eum sunt, iustitia & æquitas sunt firmamentum throni ipsius.
Ignis ante eum præcedet, ut circunquaq; hostes eius inflammet.
B Fulgura eius orbem illustrarunt, uidit, & dolore consternata est terra.
[a] A facie, id est à præsentia. Montes à conspectu DOMINI tanquam cera colliquescebant,[a] à facie inquam dominatoris uniuersæ terræ.
Annunciarunt cœli iustitiam eius, & cuncti populi gloriam eius uiderunt.
C Pudefiant quotquot idola colunt, inq; dijs nihili gloriātur, procumbite *coram eo dij uniuersi. Exod.20.a Leuit.26.a Deut 5.a * Hebr.1.c
Audiuit & gauisa est Zion, exultaueruntq; filiæ Iudæ propter iudicia tua ô DOMINE.

Nam

Nam tu DOMINE excelsior es omnibus quæ in terra sunt, plurimũ super omnes deos exaltatus.

Amos 5. d Rom.12.b † Qui amatis DOMINVM, odio habete malitiam, ille animas suorum qui bonitati student, custodit, et ꝗ manu impiorum eos eripit. D

Lux sata est iustis, & iis qui integro sunt corde lætitia.

Lętamini iusti in DOMINO, et gratulamini in cõmemoratione sanctitatis eius.

Canticum. XCVIII.

Idem argumentum cum duobus superioribus.

CAnite DOMINO canticum nouum, nam admiranda facinora patrauit, salutem sibi parauit sola dextera sua, & brachio suo sancto.

I. 52. e 3. b Notam fecit DOMINVS salutem suam, in gentiũ oculis iustitiã suam reuelauit.

Memor fuit bonitatis suæ & fidei erga domum Israelis, uiderũt omnes fines terræ salutem dei nostri.

Iubilate DOMINO omnis terra, erumpite in uocem, ouate & psallite.

Psallite DOMINO cithara, citharæ uocem psalmi iungite.

Tubis & sonitu buccinæ iubilate coram rege DOMINO.

Reboet mare & quidquid in eo continetur, orbis & qui eum inhabitant.

Flumina manu plaudant, simulꝗ montes ouent.

Coram DOMINO, quia uenit ad iudicandum terram, iudicabit orbem ex iustitia, & populos ex æquitate. XCIX.

Ferè idem cum superioribus, canit potentiam & bonitatem dei per arcam fœderis olim repræsentatam, plenius autem per Christum, hinc ad colendum eum & prædicandum inuitat.

DOMINO regnante, cum tumultu populi concurrunt: insidet Cherubim, terra mouet.

DOMINVS in Zion magnus est, & super omnes populos sublimis.

Celebrent nomen tuum, magnum enim & tremendum & sacrosanctum est.

Robur regis æquitatem diligit, tu æquitates pręparasti, tu quod iustũ & æquum est facis in Iacob.

Exaltate DOMINVM deum nostrum, & prosternite uos ad scabellum pedum ipsius, sanctus enim est.

Moses & Aharon inter sacerdotes eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius, clamabant ad DOMINVM, & exaudiebat eos.

E columna nubis alloquebatur eos, contestationem & ceremonias quas dederat eis, obseruarunt.

DOMINE deus noster tu exaudiebas eos, tu eras eis deus indulgẽs, studia quoꝗ eorum uindicans.

Exaltate DOMINVM deum nostrum, & prosternite uos ad montem sanctitatis eius, est enim sacrosanctus DOMINVS deus noster.

Psalmus ad laudem. C

Inuitat homines, ut magno studio deum laudent, conueniantꝗ; in cœtum sacrum, idꝗ; præcipue diebus festis.

IVbilate DOMINO omnis terra.

Colite DOMINVM in lætitia, uenite in conspectum eius ouantes.

Agnoscite quod DOMINVS est deus, ipse nos fecit, & non ipsi nos: sumus populus eius, & grex pascuorum eius.

Ingredimini portas eius gratias acturi: & atria eius, cantaturi laudes: celebrate illum, & nomen eius laudate.

Quoniam bonus est DOMINVS, bonitasꝗ eius infinita est, fidesꝗ eius in omnes ætates.

Digitized by Google

Psalmus Dauidis. CI.

Officio pij sanctiq; principis functurum se pollicetur, nempe se uicturum innocenter, & malos oppressurum, & bonos euecturum.

BOnitatem & iudicium canam, tibi DOMINE psallam.
Prudenter me geram in uia integra donec ad me uenias, domi meæ in cordis integritate uersabor.
Scelus nepharium ante oculos meos quod designem, non proponam, defectores odio prosequar, nec unquam mihi adhærescent.
Cor peruersum facessat à me, malitiosum non agnoscam.
Qui clam obtrectat proximo suo, eum funditus perdam: qui [a] elatis est supercilijs, animoq; arroganti, hunc non feram.
Oculi mei [intenti erunt] ad eos qui in terra ueritati studēt, ut mecum uersentur: qui in uia innocentiæ ambulat, mihi ministrabit.
Non habitabit domi meæ qui dolum facit: qui mendacia loquitur, nihil firmi apud me habebit.
Mature perdam omnes impios terræ, ut è ciuitate omnes facinorosi excindantur.

[a] Ebr. Altis oculis & lato corde non possum.

Precatio humili [congruens,] quum anxius est, ac suam querimoniam effundit coram DOMINO. CII.

Querimonia est populi dei ad extremū adflicti, siue per Babylonios, siue per Antiochum, siue per alium hostem, precantis simul, ut deus opem ferat. Altiori autem sensu accommodatur Christo & ecclesiæ.

A DOMINE exaudi precationem meam, & clamor meus ad te perueniat.
Ne mihi abscondas faciem tuam, [sed] præbeas aurem tuam, [a] quum angustia me premit, [&] cito mihi annue quum te inuoco.
Dies enim mei absumpti sunt ut fumus, & ossa mea ut [b] focus exusta sunt.
Effectum est, ut cor meum percussum exarescat sicut fœnum, [c] usq; adeo ut sim oblitus cibum capere.
Ossa [etiam] mea & caro mea cohærescunt [d] præ gemitibus meis.
B Similisq; factus sum onocrotalo [gaudente] solitudine, ac buboni [agenti] in locis desertis.
Vigilo [equidem,] & similis sum passeri seorsim agenti in tecto.
Quotidie [nanq;] inimici mei probris me incessunt, [&] gloriantes de me, per me iurant.
Nam cinerem ut panem comedi, & potum meum fletu miscui.
Ob indignationem tuam & iracundiam tuam, [d] quia me alte sublatū affixisti.
Mei dies inclinauerunt tanquam umbra, & ego ut fœnum exarui.
Tu autem DOMINE in æternum [e] permanes, & memoria [f] tua sempiternis temporibus.
C Tu exurgens miserearis ipsius Zion, quia tempus illi benefaciendi, quia præfinitum tempus aduenit.
Nam serui tui afficiuntur fauore in lapides eius, et puluerē eius euehere cupiunt.
Timeantq; gentes nomen DOMINI, & omnes reges terræ maiestatem tuam.
Quia DOMINVS ædificauit Zion, [&] uisus est in sua maiestate.
[g] Ac rationem habuit precationis humilium, neq; precationem eorum spreuit.
[h] Quod quidem literarum monimentis transmittetur ad posteros, & populus qui creabitur, laudabit deum.
Siquidem prospicit è sublimi sanctuario suo, [&] terram intuetur DOMINVS è cœlo.
Vt audiat gemitum uincti, [&] [i] uinculis eripiat morti addictos.
Vt celebrent [homines] nomē DOMINI in Zion, & laudem eius in Ierusalem.

[a] In die.
[b] Etiā Chald. interpretatur uoce, quæ significat locum in quo ignis ardet, Hiero. cremium.
[c] Quia oblitus sum à comedēdo panem meum.
[d] A uoce gemitus mei.
[d] Quia eleuasti me & proiecisti me.
[e] Sedebis.
[f] Vel, tui, id est, quæ de te habetur, &c.
[g] Respexit ad precationem myricæ. i. humiliū ut myrica est. Iere 17. ea uoce utitur.
[h] Scribetur hoc ætati uel sæculo postero. Vaticinatur de uocatione gentium.
[i] Ad aperiendum filios mortificationis.

Quando

Quando simul congregabuntur populi & regna, ut colant DOMINVM. D
Afflixit [autem] in uia meas uires, [atque] praescidit dies meos.
Dicam [ergo,] Mi deus, *ne tollas me in media aetate mea, nam tui quidem anni sempiternis temporibus [existunt.]
Heb.1.c.d Nam [f] primum terrae fundamenta iecisti, & coeli sunt opus manuum tuarum.
Quae interibunt, tu autem perstas, & uniuersa ut uestis ueterascunt, teque immutante illa immutantur.
Verum tu [i]idem es perpetuò, & anni tui non finiuntur.
Permaneant & filij seruorum tuorum, eorumque semen ante te firmetur.

*Id est, Non differas istam salutē. Tu enim eternus es, nos friuoli & tēporarij.
[f] Lephanim, hic particula connectendi uidetur.
[i] ipsus.

Dauidis. CIII.

Grata & amplißima commemoratione praedicat David *beneficia domini tum in omnes homines, tum in se peculiariter collata.*

PRaedica DOMINVM anima mea, & omnia uiscera mea [a]nomen eius sanctissimum. A
Praedica DOMINVM anima mea, & non obliuiscere omnia quae in te contulit.
Qui condonat omnes iniquitas tuas, qui sanat omnes morbos tuos.
Qui uindicat ab interitu uitam tuam, & [b]undique te cumulat benignitate & misericordia.
[c] Et os tuum suauitate implet, ut recuperes iuuentam tuam sicut aquila.
DOMINVS iudicium & iustitiam reddit omnibus oppressis.
Et monstrauit Mosi uias suas, suaque studia filijs Israel. B
m.14.c Misericors est & beneficus DOMINVS, patiens etiam, & magnae benignitatis.
[d] Qui non perpetuò solet litigare, neque aeternū retinet memoriā acceptae iniuriae.
Non tractat nos pro peccatis nostris, neque rependit nobis quod iniquitates nostrae merentur.
Nam quanto interuallo coelum altius est terra, tantum praeualet benignitas eius erga timentes ipsum.
Et quàm longe distat ortus solis ab Occasu, tam lōge remouit à nobis scelera nostra.
Vtque pater miseretur liberorum, ita DOMINVS miseretur timentium eum. C
Ipse enim nouit [e]conditionem nostram, recordans quod simus puluis.
Hominis aetas foeno similis est, floretque ut flos in agro.
Qui nullus erit, quū eū uentus peruaserit, neque [homines] loci eius agnoscēt eū.
DOMINI autem benignitas erga timentes eum [durat] ab aeterno in sempiternum tempus, & eius iustitia usque ad filios filiorum.
Qui seruant foedus eius, & memores sunt constitutionum illius, ut eas perficiāt. D
DOMINVS in coelo parauit solium suū, eiusque regnū dominatur in omnibus.
Praedicate DOMINVM angeli eius, qui pollentes uirtute [f]exequimini eius negotia [g]obediendo uoci uerborum eius.
Praedicate DOMINVM omnes illius exercitus, qui quū administri eius sitis perficitis ipsius uoluntatem.
Praedicate DOMINVM omnia ipsius opera in omnibus locis sui dominij: anima mea praedica DOMINVM.

[a] Nomen sanctitatis eius.
[b] Coronat te.
[c] Satiat in bono maxillam tuam Ediech David Kimhi os interpretatur, sicut & Abr. Esr. Hieron. ornamentum.
[d] Non ad finem litigabis.
[e] Iezer propriè significat opus figlinum.
[f] Facientes uerbum eius.
[g] Ad audiendum in uocem uerbi eius. Potest etiam sensus esse, ut obediant, scilicet homines.

CIIII.

Encomium dei sumptum ex libris Mosis de rerum origine, ut sapientia & potentia, & bonitate summa mundi opificium fabrefecerit in usus hominum.

ANima mea praedica DOMINVM, DOMINE deus meus [rebus gestis] [a]maximus es, [&] gloriam atque decus induisti. A
Luce [nanque] amictus est tanquam uestimento, & coelos ut cortinam extendit.
Qui coenacula sua contignauit in aquis, posuitque nubes suum uehiculum, [b]& uolat pennis uenti.

[a] Magnus fuisti ualde.
[b] Ambulat super pēnis spiritus.

Digitized by Google

c Vel, angelos.

* Possunt etiam hi duo uersus de montibus intelligi, quod surgãt, et ualles subsidant, &c. ut Hiero. & Græci intellexerunt. Chald. tamen etiam de aquis interpretatur.

d In torrentes inter montes ibunt.

e Omne animal agrorum.

f Hieronym. nemorum. Chald. et Rabi Salo. ramos interpretantur.

g Ad seruitium uel culturã hominis. Potest intelligi per culturam hominis.

h Ad faciendum nitere faciem ab oleo.

i Satura erunt ligna.

k Hiero. uarie interpretatur, in annotatiunculis tamen psalterij Græci uidetur murem alpinum designare.

l Thirmosch sese mouere ut reptilia & pisces.

l Magnum & latum manibus.

Qui c legatos suos effecit spiritus, & ministros suos ignem flammantem. Heb. 1. c

Terramq́ fundauit suis basibus, ut sempiternis temporibus non moueatur.

Abyssum [quoque] occultauit quasi uestimento, ut supra montes stent aquæ.

* Quæ fugiunt ab increpatione tua, & à sono tonitrui tui præcipites feruntur.

Ascenduntq́ montes, & in ualles descendunt ad eum locum, quem eis fundasti.

B Terminumq́ præstituisti, quem transgredi nequeunt, ne iterum terram operiant.

Et emittis fontes, d qui fiunt torrentes, ut inter montes decurrant.

Vt potent e feras omnes, [&] onagri leuent sitim suam.

Et iuxta eos degant aues cœli, quæ inter f ramos [arborum] uocem edunt.

Qui rigat montes è suis cœnaculis, & de fructu eius operum satura fit terra.

[Et] producit fœnum pecori, & herbam g ad usum hominis, ut proferat panem de terra.

Et uinum quod exhilarat cor hominis, h & oleum quod nitidam reddat faciem, & panem qui cordi uires sumministret.

Arboresq́ DOMINI i succo abundant, [uelut] Cedri in Libano quas plantauit.

C Vbi aues nidificant, & ciconiæ domus est in abietibus.

Celsos montes ibicibus, & petras [dedit] confugium k alpinis muribus.

Lunam fecit, ut tempora distinguat, & sol nouit suum occasum.

Quum tenebras inducis, fit nox, in qua omnes feræ syluestres k prodeunt.

[Quemadmodum] leonis catuli rugientes ad prædam, & ut quærant cibũ suum à deo [sibi paratum.]

Vbi sol ortus est, sese recipiunt, & in cubilia sua cubitum eunt.

Homo autem aggreditur opus suum, & negotio suo [instat] usq́ ad uesperam.

Quanta sunt opera tua DOMINE, quæ uniuersa fecisti per sapientiam? Estq́ terra plena tuis possessionibus.

Ipsum mare l uastum & latissimum est, ubi reptilia innumera sunt animalia tum parua tum magna.

D Illàc eunt naues, & ista balena, quam formasti ut in eo ludat.

Vniuersa autem ex te pendent, ut eis cibum des suo tempore.

Teq́ dante colligunt, & te manum aperiente, satiantur bonis.

Si autem abscondas faciem tuam, turbantur: sicq́ spiritum eis eripias, expirant & reuertuntur in suum puluerem.

[Rursum animalia] creantur, si tuum spiritum mittas, & renoues terræ faciem.

Sit DOMINI maiestas æterna, & gaudeat DOMINVS operibus suis.

Quo prospiciente in terram, illa tremit: quo tangente montes, illi fumant.

Canam [igitur] DOMINO quoad uiuam, [&] psallam deo meo quandiu superstes ero.

m Plærique intelligunt, Gratus siue dulcis erit ei, quasi scriptum sit lo ei, pro alaiu, super eo.

Eritq́ sermo meus m de illo dulcis, & ego in DOMINO gaudebo.

Conficientur autem peccatores de terra, neq́ amplius impij supererunt: prædica DOMINVM anima mea: haleluia.

CV.

Hymnus est continens dei laudes & gratiarumactionem pro beneficijs quæ contulit in Israelitas ab eo tempore quo Abrahamum delegit amicum, usq́ ad tempus illud quo terram promissam tradidit poßidendam.

A CONfitemini DOMINO, inuocate nomen eius, & studia illius edocete inter populos. 1. Par. 1. 6 Isa. 12.

Ipsum canite, [&] ipsi psallite, deq́ illius miraculis sermones habete.

Gloriamini in eius sanctissimo nomine, sitq́ lætũ cor quærentiũ DOMINVM.

Inquirite DOMINVM & eius potentiam, semperq́ faciem eius quærite.

Cogitate res mirandas quas gessit, & illius portenta, & iudicia oris eius.

O semen Abrahami cultoris ipsius, ô filij Iacobi [homines] ipsius electissimi.

Ipse

Digitized by Google

Ipse est DOMINVS deus noster, cuius iudicia [extant] in tota terra.
Perpetuò [enim] meminit sui fœderis, & uerbi quod mandauit in mille ætates [obseruandum.]
Gen.22.c.d Quod [sanxit] fœdere icto cum Abrahamo, & iuramēto quo se Isaac obstrinxit.
[a] Eamq; rem confirmauit, ut esset Iacobo decretum, & Israeli fœdus sempiternū. A
Dicens, Tibi tradam Chananæorum terram, [b] ut sit tibi hæreditaria sors. B
[Itaq;] quum essent numero pauci, [c] & exigua familia, & peregrini ea in terra.
Et migrarent de una gente ad aliam gentem, [&] de regno [quopiam] ad alium populum.
Non permisit homini cuiquam ut eos opprimeret, ac propter eos reges coarguit.
1Pa.16.c.d 1.Reg.1.c [Dixit autem,] Ne attingatis [d] homines mihi consecratos, & nihil mali prophetis meis inferatis.
[e] Et euocauit famen, ut ea laboraret terra, [&] omnem annonam compressit.
Eisq; præmisit uirum, [&] Ioseph uenditus est in seruitutem.
Gen.37.f 39.d [f] Cuius pedes constrinxerunt compede, [&] in ferro periclitata est anima eius.
Gen.41.b Donec uenit uerbum eius, [&] eloquium DOMINI cōflando explorauit eum.
[Tunc enim] nuncio misso rex eripuit eum, & dominator populorū soluit eum.
Gen.41.a Eumq; dominum constituit domus suæ, & qui dominaretur in uniuersa ipsius possessione.
Vt [g] uinciret principes eius pro suo arbitratu, & seniores ipsius sapientiā doceret.
Gen.46.a Itaq; Israel ingressus est Aegyptum, & Iacob peregrinus egit in terra Cham.
Et ualde quidē [deus] auxit populū suum, & potentiorē fecit eum suis hostibus. C
Vertitq; cor eorum in odium sui populi, ut dolum commolirentur in seruos ipsius.
Exod.1.b Misit [autem] Mosen seruum suum, [&] Aharonem quem elegerat.
Ex.3.c.4.d.e [h] Qui prodigiosa ipsius negotia gesserunt inter eos, & portenta in terra Cham.
Exod.7.a Exod.10.f Et immisit tenebras, quibus [omnia] obscurauit, [i] neq; reluctati sunt uerbo eius.
Exod.7.d Aquas eorum uertit in sanguinem, & occidit pisces eorum.
Exod.8.b Edidit [quoq;] terra eorum ranas, in regum arcanissima loca penetrantes.
Exo.8.et 9 [k] Eius etiam iussu uenerunt omnis generis insecta & [l] pediculi per omnes fines eorum.
Et pro pluuijs eorum dedit grandinem, & ignem flammantem in ipsorum terra.
Percussitq; uites eorum & ficus eorum, & confregit arbores per ipsorum fines.
Exo.10.c.d Eius quoq; iussu uenerunt locustæ & innumeri bruchi.
Qui depasti sunt omnes herbas in ipsorum regione, depasti etiam sunt fructus telluris ipsorum. D
Exod.12.d Occidit deniq; omnia primogenita in regione ipsorū, primitias [uidelicet] uniuersæ uirtutis eorum.
Exod.13.d Et eduxit eos onustos argento & auro, nec quisquam fuit infirmus in tribubus eius [Israelis.]
Estq; Aegyptus lætata quum exirent, [m] quia formido eorum inuaserat eos.
Exod.13.d Psal.77.b Expandit [quoq;] nubem pro uelo, & ignem qui noctu luceret.
Exod.16.c [Populo] petente adduxit coturnices, & pane cœlesti saturauit eos.
Num.20.c Postremo aquæ profluxerunt aperto saxo, [n] quæ decurrerunt per loca arentia ut flumen.
Gen.22.c.d Memor enim fuit sui uerbi sanctissimi ad Abrahamum cultorem suum.
Iosue.3.d Et eduxit populum suum cum lætitia, & delectos suos homines cum iubilo.
Ac tradidit eis regiones gentium, ut possiderent labore populorum conquisita.
Nimirum ut seruent decreta eius, & leges ipsius teneant: haleluia.

Haleluia. CVI.

[a] Et stare fecit eam Iacobo ad decretū.
[b] Funem hæreditatis tuæ.
[c] Quasi modicum.
[d] Bemeschiai, in Messias uel Christos, aut unctos meos.
[e] Et uocauit famem super terram, omnē baculū panis fregit.
[f] Humiliauerunt cōpede pedes eius: in ferrum uenit anima eius. Pro compede, ut Hiero. uertit Chald. cathenam dicit, fortè catasta redius.
[g] Ad uinciendū principes eius in anima sua. Alij legentes lesaser pro leesor interpretantur, Vt erudiret principes eius.
[h] Posuerunt in eis uerba signorū eius.
[i] Amarum fecerunt. scilicet Moses et Aharon.
[k] Dixit.
[l] Chald. interpres eandem uocē hic reponit, quam Onkelus Exodi 8.
[m] Quia formido eorū cecidit super eos.
[n] Iuerunt in aridis sicut torridis, flumen. Quidam intelligunt per siccum fundum iuisse fluminis, scilicet Iordanis. Chaldæus etiam refert ad aquas petræ.

Digitized by Google

Hymnus, ut apparet, scriptus in captiuitate Babylonica, dei laudes cōplectitur, præsertim à iustitia sanctißima petitas: addita precatiuncula, ut dignetur Israelem reducere in patriam.

A CONfitemini DOMINO, quoniam bonus est, quoniā sempiterna est ipsius benignitas.
Quis enunciaret fortia facta DOMINI? aut quis promeret uniuersam laudem ipsius? Iudith 13.e Eccli 43.d
O beatos qui seruant iudicium, & faciunt semper quod iustum est.
Memento mei, DOMINE per fauorem erga tuum populum, [a] meiq; rationem habeto per tuam salutem.
Vt uideam bonum electis tuis hominibus [paratum,] & gaudeam gaudiū gentium tuarum, & glorier cum hæreditario tuo [populo.]
Peccauimus [b] æque ut patres nostri, egimus inique, impia gessimus. Iudith.7.d
[Nam] patres nostri non prudenter perpenderūt miracula tua in Aegypto, neq; memores fuerunt maximorum beneficiorum tuorum, & immorigeri fuerunt ad mare, ad mare [inquam] [c] rubrum.
B Seruauit tamen eos propter nomen suum, ut notiorem faceret fortitudinē suam.
Increpuitq; mare rubrū, ut exaresceret, ac traduxit eos per abyssum tanquam per desertum. Exod. 14.d
Et seruauit eos eripiens manui hostili, ac uindicauit eos à manu inimici.
Aquæ autem operuerūt hostes eorū, ut ne unus quidem superstes relinqueretur. Exod.14.f
[D] Tuncq; fidem adhibuerunt uerbis eius, ut decantarent laudem ipsius.
[e] Verum confestim obliti sunt opera eius, neq; morati sunt consilium eius.
C Et concupiscentia exarserunt in deserto, ac tentauerunt deum in solitudine.
Ac dedit quod poposcerunt, sed [simul] [f] immisit macilentiam ipsorum animæ. Exod.17.a Num.11.g
Inuiderunt etiam Mosi in castris, & Aharoni sacrosancto DOMINI.
[Quamobrem] terra se aperiens absorpsit Dathan, & operuit congregationem Abiramicam. Num. 16.g
Ignis etiam exarsit in cœtu istorum, [&] flamma quæ impios corripuit.
Fecerunt & uitulum apud [montem] Horeb, & fusile simulachrum adorauerūt. Exod.32.a
Et permutauerunt maiestatem [dei] sui effigie bouis comedentis herbam.
Suntq; obliti deum, qui eos seruauerat, quiq; res magnas gesserat in Aegypto,
D Et miracula in terra Cham, resq; terrificas ad mare rubrum. Exod. 32.c
[g] Decreuerat autem delere illos, nisi Moses uir ipsius electus [h] intercessisset ei, sedans iram ipsius, ne perderet.
Respuerunt etiam terram exoptatam, non fidem tribuentes uerbo ipsius.
Et obmurmurarunt in suis tentorijs, neq; obediuerunt uoci diuinæ.
[i] Quare iurauit eis se prostraturum esse ipsos in deserto.
Prostraturum etiam [k] sobolem eorū inter gentes, & euentilaturū eos in regiones. Num.14.f
[l] Initiati sunt etiam uelut sub iugum ipsius Baal Peor missi, & comederunt immolata mortuis [dijs.]
E Suisq; studijs iram conflarunt, ut grassaretur per eos cædes.
[m] Quando Phinehas stetit, ac uindicandum iudicauit, & cædes prohibita est. Num.25.b
Quod ei est imputatum pro iustitia sempiternis temporibus.
Lacessiuerunt etiam apud [n] Meme riba, & Mosen [deus] affecit malo propter ipsos. Num.20.a
Ita enim diuexarunt animum eius, ut perperam aliquid loqueretur suis labijs.
[Præterea] non deleuerunt populos, quos DOMINVS iusserat eos [delere.] Contra legem.
Et commercium habuerunt cum gentibus, ac didicerunt facta ipsorum. Deut.7.
Vt colerent simulachra eorum, quæ fuerunt eis laqueus.

[a] Visita me in salute tua.
[b] Cum patribus.
[c] Pro suph reddidi rubrum cum Hieronymo: alij autem algam uel caricem exponunt.
[D] Et.
[e] Festinarunt, obliti sunt.
[f] Id est, luem, quæ partem populi absumens rariorē fecit.
[g] Et dixit.
[h] Stetit in ruptura ad faciem eius.
[i] Leuauit eis manum suam.
[k] Semen eorum.
[l] Coniugati sunt, nō pe ut par iumentorū ad iugum alligatur. Sicut Apostolus utitur tropo, Nolite iugum trahere cum impijs.
[m] Et stetit.
[n] Id est, aquas litigij.

Nam

Digitized by Google

[o] Nam filios suos & filias suas mactauerunt uictimas dæmonibus. — o &

Et fuderunt sanguinem innoxium, sanguinem filiorum suorũ & filiarũ suarum, quos mactauerunt uictimas simulachris Chananæorum: terraq́ polluta [p] capitalibus sceleribus. F — p Sanguinibus.

Ac fuerunt immundi factis suis, & scortati sunt studijs suis.

Et excanduit ira DOMINVS in populum suum, abhorruitq́ à sua hæreditate.

Vt traderet eos gentibus in manus, & inimici eorum dominarentur eis.

Quos afflixerunt hostes ipsorum, & [q] subegerunt eos suæ potestati. — q Incuruarunt eos sub manum suam.

Aliquoties liberauit eos, uerum ipsi lacessiuerunt suo consilio, & in paupertatem deuenerunt per suam iniquitatem.

Tamen quum cerneret eos in angustijs, & audiret clamorem ipsorum. G

Deut. 30. a — Memor fuit sui fœderis icti cũ eis, et pœnituit eũ, [r] ut maxima est eius benignitas. — r Secundum magnitudinem beneficiorum suorum.

[s] Et fecit eos gratiosos apud uictores suos uniuersos. — s Et dedit eos ad misericordiã ad faciem omnium qui captiuos eos habuerunt.

Serua nos DOMINE deus noster, & congrega nos ex gentibus, ut confiteamur nomini tuo sanctissimo, & celebremus te laudibus tuis.

Prædicandus est DOMINVS deus Israelis ab æterno in æternum tempus: & uniuersus populus dicat, Amen, haleluia.

CVII.

LIBER QVINTVS.

Hymnus dei præconium continet, cuius prouidentia & consilio cuncta geruntur, ut nihil sit fortuitum, quiq́ præsentem opem fert hominibus eum uocantibus, quocunq́ in discrimine uersentur.

Iudith. 13. c — CONfitemini DOMINO, quoniam bonus est, quoniam æterna est eius benignitas. A

In libertatem uindicati à DOMINO dicant, q eos uindicauerit à manu hostili.

Restituit captiuos. — Quodq́ congregauerit eos ex regionibus ab Oriente, & Occidente, Aquilone, & à mari.

Errantes reducit in uiam. — Qui errabant in deserto, in solitudine per [a] itinera, quibus oppidum habitatum non inueniebant. — a Via oppidũ sedis.

Famelici etiam & sitibundi, qui deficiebant animo.

Clamauerunt DOMINVM in periculis suis, et eripuit eos ex angustijs ipsorum.

Eosq́ deduxit in uiam rectam, qua peruenirent ad oppidum habitatum.

Confiteantur tribuentes DOMINO suam benignitatem & miracula sua [b] inter homines. — b Ad filios Adæ, uel hominis.

Fame laborantibus succurrit. — Quia saturat animam auidam, & animam famelicam explet rebus bonis.

Vinctos liberat. — Sedentes in tenebris & densissima caligine cõstricti miseria & ferreo [cõpede.]

Quia sermonibus diuinis reluctati sunt, et floccipenderunt consiliũ summi [dei.]

[c] Vnde molestias imposuit, ut desponderent animum, & impingerent nemine ferente opem. — c Fecit incuruare cor suum.

Hi clamauerũt DOMINVM in suis periculis, q seruauit eos ex angustijs eripiẽs. B

Eosq́ eduxit ex tenebris & densissima caligine, ac perrupit eorum uincula.

Confiteantur tribuentes DOMINO suam benignitatem & miracula sua inter homines.

Quia effregit ualuas æreas, & refellit obices ferreos.

Stulti [d] qui scelerato uitæ instituto & iniquitatibus suis morbos sibi accersiuerũt. — d A uia sceleris suæ sese afflixerunt.

Vt anima ipsorum fastidiat omnem cibum, & pertigerint ad portas mortis.

Clamauerunt etiam DOMINVM in suis periculis, qui seruauit eos eripiens è suis angustijs.

Pellit morbos. — Missoq́ uerbo suo sanauit eos, & asseruit ab ægrotationibus ipsorum.

Confiteantur DOMINO tribuentes benignitatem suam, & miracula sua inter homines.

Digitized by Google

Et immolent uictimas confessionis, ac narrent facta eius cum iubilo.

e Descendentes.

Qui mare nauibus [e] ingrediuntur, quiq; negotium suum peragunt in uastissimis aquis.

C Illi uiderunt opera DOMINI, & ipsius miracula in profundo [mari.]

f Et dixit, & fecit stare uentũ turbinis.

[f] Qui suo imperio ciet uentum procellosum, qui alte fluctus ipsius attollit.

Vt modo in cœlum ascendant, modo in abyssum descendant, animaq; ipsorum [g] malis pressa colliquescat.

g In malo.

Et eant in orbem, ac oberrent ut ebrij, omnisq; sapientia illis eripiatur.

Hi etiã clamauerũt DOMINVM in suis periculis, qui educit eos è suis angustijs.

h Faciet surgere turbinem ad silentium, & silebunt fluctus eorum.

[h] Et sedata tempestate reddit mare tranquillum, ut desinant fluctus quibus iactabantur.

Et lætantur quod quieuerint, ac [deus] in portum optatum eos deduxerit.

Confiteantur DOMINO tribuentes suam benignitatem, & miracula sua inter homines.

Facit loca fœcunda, et inducit sterilitatem.

Eumq; extollant in cœtu populi, & laudent eum in consessu seniorum.

i Ponet. [i] Exitus.

Qui flumina [i] uertit in desertum, & [i] uenas aquarum in loca siticulosa.

Et terram frugiferam in sterile solum propter incolarum uitiositatem.

D Qui uertit desertum in stagnum aquarum, & torridam terram in uenas aquarũ.

k Et parauerunt urbem siue oppidum sedis .i. habitatum.

Ibiq; collocat famelicos, [k] ut urbem celebrem extruant.

Ac sementem faciant in aruis, & colant uineas, [l] quæ copiosum fructũ proferant.

l Et fecerunt fructũ prouentus.

Eosq; fortunat, ut ualde crescant, nec pecus eorum minuit.

Diuitias uel paupertatem confert deus.

Minuuntur etiam, & decidunt per angustiam, & malum, & laborem.

[Nam deus] effundit contemptum in principes, & errare facit eos per uastitatem inuiam.

m Ponit.

In arce autem collocat pauperem extra miseriam, et familias [m] tractat uelut oues.

n Et omnis iniquitas contraxit os suum, ut Iob 5.

Quæ quum uident probi, gaudent, [n] nec habent ulli iniqui quod uituperent aut querantur. Iob. 22. c

Quisquis [igitur] sapit, custodiet hæc, & beneficia DOMINI considerabit.

Carmen, Hymnus Dauidis. CVIII.

Gratiarum actio pro liberatione à furore Saulis in spelunca Odollam. Verba pleraq; sunt in Psal. 57. & 60. Ominatur interim se regem fore, ut dominus pollicitus est.

PAratum est cor meum ô deus, ut canam, & psallam etiam ô gloria mea.

Expergiscere nablum & cithara, euigilabo equidem in aurora.

Tibiq; confitebor inter populos, & te psallam inter nationes.

a Quia magna est de super cœlos, &c.

Tua enim benignitas [a] usq; adeo magna est, ut cœlos superet, tuaq; ueritas usq; ad æthera [pertingit.]

Sublimior cœlo sis ô deus, & maiestas tua [sublimior sit] terra.

b Aliqui codices habent, nobis.

[Et] ut liberentur tui dilecti, seruato per dexteram tuam, & annue [b] mihi.

Deus loquutus est in sanctuario suo, [Quare] exultabo, & partiar Sichem, ac metiar uallem Sucoth.

Meus est Gilead, meus est Manasses, Ephraim autem robur capitis mei, & Iuda meus legumlator.

c Super Edom proijciam calceamentum meum. Significat autem sui iuris & possessionis facere.

Moab [uero] lebes ablutionis meæ, [c] Idumæam pedibus meis emetiar, [d] & super Palestina iubilabo.

d Ita Chald. uertit, quasi scriptum sit aria pro ethroa, ut Psal. 65. ijthrou pro iariu, &c.

Quis ducet me ad urbes munitas? Quis ducet me in Idumæam?

An non tu deus, qui nos repuleras, neq; profectus fueras cum nostro exercitu?

Fer nobis opem, [qua defendamur] ab hoste: siquidem uana est salus hominis.

e In deo faciemus facultatem.

[e] Cæterũ deo iuuante res præclaras geremus, & ipse conculcabit hostes nostros.

Præfecto cantorum, Dauidis hymnus. CIX.

Precatio

Digitized by Google

Precatio Dauidis est, ut deus oppresso grege Saulino, nempe Doeg, & alijs improbis, eum periculis undiq; prementibus eripiat.

O [a]Deus, qui laudaris à me, ne taceas. A

[a] Deus laudis meæ.

Nam os impij, & os dolosum patent contra me, & mecum loquuntur falsa lingua.

Et uerba ex odio profecta me circumuenerunt, meq; oppugnant abs re.

Pro amore autem meo aduersantur mihi, ego tamen [intentus sum] precationi.

Ac [b]reddunt mihi malum pro bono, [&] odium pro dilectione mea.

[b] Et posuerūt super me.

Constitue contra eum impium, & aduersarius stet ad dexteram eius.

Quum adductus fuerit in iudicium, [c]pronuncietur impius, & deprecando peccatum admittat.

[c] Exibit, & precatio eius erit ad peccatum.

Sint dies [uitæ] ipsius pauci, & ipsius functionem alius accipiat.

Sint ipsius liberi orphani, & uxor eius uidua.

Oberrent liberi eius & mendicent, ac [uictum] quærant è ruinosis suis ædificijs [prodeuntes.] B

...ire qbus ...nouentur ...imici Da...idis, & o...mium pio...um, & pre...ipue serua...oris nostri ...hristi. ...oan. 17. c ...ct. 1.

Fœnerator nexu obliget omnia quæ habet: necnon hostes diripiant, quod labore ipsius partum est.

Non obtingat ei qui benignitatem proroget, nec sit qui benefaciat orphanis quos reliquit.

Posteritas eius excidio sit obnoxia, & in altero [d]sæculo deleatur nomen [e]ipsius.

[d] Vel, generatione aut ætate.
[e] Eorum. Numerus mutatur.

Reuocetur in memoriã apud DOMINVM iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non aboleatur [obliuione.]

Ac semper obuersentur [oculis] DOMINI, qui deleat eorum memoriã è terra.

Siquidem nõ cogitauit benignitatem exhibere, & persecutus est uirum humilem & pauperem, & dolentem animo, ut interficeret. C

Ac amauit maledictionem, quæ obuenit ei: & noluit benedictionem, quæ longe recessit ab eo.

Induitq; maledictionem ut uestimentum, & ingressa est in partes ipsius interiores ut aqua, & in ossa eius ut oleum.

Sit ei pro ueste, quam induat: & pro cingulo, quo semper cingatur.

[f]Atq; hæc parata sunt à DOMINO meis aduersarijs, & eis qui loquũtur malum aduersus animam meam.

[f] Hæc operatio aduersariorũ meorum, &c. Vel, hæc merces est: sicut & psal. 1. opus pro mercede.

Tu autem DOMINE deus [g]meus præsto mihi adsis propter nomen tuum, & libera me, siquidem benignitas tua optima est.

[g] Fac mecum.

Ego enim humilis & pauper sum, & cor meum intra me saucium est.

[Et] abeo ut umbra quum declinat, ac uelut locusta excutior.

Genuaq; mea nutant præ [h]inedia, [i]& detracta pinguedine alius iam habitus est corporis mei. D

[h] A ieiunio siue abstinentia. Loquitur hic de inopia rerum non religiosa abstinentia.
[i] Et caro mea mentita est à pinguedine. Sic enim Chaldæus etiam interpretatur uocem schemen.

Equidem illis sum probrosus, qui me conspicati iactant caput suum.

Opem fer DOMINE deus meus, [&] seruato me pro tua benignitate.

Et intelligant hanc tuam esse [k]potentiam, quodq; tu DOMINVS hæc facias.

[k] Manum.

Ipsi quidem maledicant, tu autem benedicas: ipsi insurgant, & pudefiant, seruus autem tuus lætetur.

Induant aduersarij mei ignominiam, & amiciant se pudore tanquam pallio.

Ego autem ualde confitebor DOMINO ore meo, & in magno cœtu laudabo eum.

Quoniam à dextra stetit pauperis, [l]ut seruaret animam eius ab ijs qui uitæ ac necis arbitrium in eum sibi arrogabant.

[l] Ad seruandũ à iudicantibus animam eius.

Dauidis hymnus. CX.

Canit de utraq; natura, diuina & humana Christi, & de sacerdotio atq; regno ipsius.

Digitized by Google

DIxit DOMINVS domino meo, Sede mihi ad dexteram, donec inimicos tuos subdam scabellum tuis pedibus. Matt. 22.d Act. 2.f 1. Cor. 15.d
DOMINVS emittet uirgam tuæ potentiæ è Zion, dominare [ergo] inter inimicos tuos. Hebr. 1.d 10.c
[a]Habes promptissimum populũ, quum educes tuas copias: * tibi [etiam] est ros generationis tuæ in summo decore & sanctitate ex utero auroræ.
Iurauit DOMINVS, nec pœnitet eum, ut tu sis sacerdos æternus ritu Mechizedek. Heb. 5.b 7.c Ioan. 12.e
Dominus [stat] à dextra tua, qui contudit reges, quo die iratus fuit.
Iudicabit [Messias] in gentibus, & omnia plena cadaueribus erunt, [b]quãdo contundet capita in multis regionibus.
De torrente in uia bibet, ac propterea caput attollet.

a Populus tuus liberalitatum in die copiarum tuarũ: in decoribus sanctitatis ex utero sine locis auroræ.
* Partus etiã naturę humanæ est puriss. sanctissimus, magnificus, diuinus. Vt enim cœlesti ui uapor elicitur è terra, qui circa auroram dẽsatur in rorem: ita supercœlesti uirtute corpus uere humanũ filius dei adsumpsit de purissima uirgine, ut in mundum prodiret sol iustitiæ.
b Contudit caput super terram multam.

Haleluia, CXI.

Laudat deum sapientia, bonitate, potentia & operibus quæ Israelitis fecit.

Ad tantam gloriã peruenit per maximos labores, adeoq; per mortem ipsam, Phil. 2.

א COnfitebor DOMINO ex toto corde ב in concilio & cœtu proborum.
ג Magna sunt DOMINI facta, ד quæ inquiruntur ab omnibus qui delectantur ipsis.
ה Opus ipsius est gloria & decus, ו & iustitia eius æternum perstat.
ז [a]Memoriæ cõsecrauit sua miracula ח beneficus & misericors DOMINVS.
ט [b]Escam dedit ipsum timentibus, י [&] æternum memor est sui fœderis.
כ Potẽtiam operum suorum [c]declarauit suo populo, ל dando eis hæreditatem gentium.
מ Suntq; opera manuum eius ueritas & iudicium, [&] נ omnes constitutiones ipsius firmæ sunt.
ס Suntq; stabilitæ, ut durent sempiternis temporibus, ע quippe per ueritatem & rectitudinem factæ.
פ Misit [etiam] ad populum suum צ [d]per quos redimeret, ac præcepit fœdus suum perpetuò [seruandum,] ק cuius nomen sanctissimum & terrificum est.
ר Principium sapientiæ est timor DOMINI, ש [e]& salutaris prudentia cõtingit omnibus qui uersantur in his rebus: ת quorum laus æternum perstat.

a Memoriam facit.
b Prędam significat, adeoq; cibum prædando paratum: quod Aegyptiorũ spolijs in Iudęos translatis accommodari potest.
c Annunciauit.
d Redemptionem.
e Intellectus bonus omnibus facitibus ea, laus eius, &c.

Optimũ est rite uersari in dei rebus cognoscendis. Prou. 1.a & 9.c Eccli. 1.b

Haleluia. CXII.

In genere didactico explicat ueram beatitudinem hominis, & conditiones boni uiri: Quod copiosius tractat psal 37.

A א BEatus uir est qui timet DOMINVM, ב & ualde præceptis eius delectat.
ג [Nam] potens erit in terra semen eius, [&] ד proborum natio fortunabitur.
ה Copia rer. & diuitiæ erunt in domo eius, ו & iustitia ipsius æternũ perstabit.
ז Oritur in tenebris lux probis, [homini] ח benefico, & misericordi, & iusto.
B ט Vir bonus confert beneficia, & dat mutuo, י [a]suasq; res obit exactissimo iudicio.
כ Quia non mouebitur in æternum, ל [b]& memoria iusti usq; durabit.
מ [c]Ad famam tristem non expauescet, נ quia cor eius firmum est [ac] fretum DOMINO.
ס Cor ipsius stabilitum est, ut non expauescat, ע donec spectet in hostibus suis quod cupierat.
פ Spargit [ac] dat pauperibus, צ cuius iustitia æternum perstabit, ק cornuq; eius altum erit cum gloria.
ר Vt impius cernens indignetur, ש suisq; dentibus frendeat & contabescat, ת [e]minimeq; impij assequentur quod desiderant.

Haleluia.

a Conficiet uerba sua in iudicio.
b Ad memoriam seculi erit iustus.
c A fama mala non timebit.
e Desiderium impiorum peribit.

Digitized by Google

Haleluia. CXIII.

Laudat deum, qui cuncta suo numine gubernat, ac nullo negotio maximam uicißitudinem introducit.

LAudate cultores DOMINI, laudate nomen DOMINI.
Prędicandũ est [enim] nomen DOMINI ab hoc tempore usq; in æternum.
Ab ortu solis usq; ad occasum eius laudibus uehendum est nomen DOMINI.
DOMINVS [enim] sublimior est omnibus gentibus, & maiestas ipsius cœlo [sublimior est.]
Quis similis est DOMINO deo nostro, qui in alto [rebus] præsidet?
Seq; demittit, ut inspiciat quæcunq; sunt in cœlo & in terra.
Qui erigit tenuem ex puluere, & pauperem è stercore euehit.
Vt collocet [eum] cum principibus, cum principibus sui populi.
[a] Qui sterilem matremfamiliâs efficit matrem gaudentem liberis: haleluia.

[a] Facit sedere sterilem domus, matrem liberis lætã siue gaudentem.

CXIIII.

Deum celebrat, qui populum Israel adsciscens opera portentosa edidit in mari rubro, Iordane, monte Sinai.

QVum egrederetur Israel ex Aegypto, [&] domus Iacobi à populo diuersæ linguæ. A
Iuda factus est eius sanctuarium, [&] Israel ipsius imperium.
Quod quum mare uidisset, refugit, [&] Iordanis retrorsum repulsus est.
Montes [autem] subsilierunt ut arietes, [&] colles ut [a] agni ouium.
Quid accidit tibi ô mare, q; refugisti? [quid tibi] ô Iordanis, quod repulsus es retrorsum?
[Quid uobis] ô montes q; exilijstis ut arietes, & colles ut agni ouium?
[b] Tuq; terra expauescito metu domini, metu dei Iacob.
Qui uertit saxum in stagnũ aquosum, [&] silicem in fontem abundantẽ aquis. B

[a] Filij.

[b] A facie domini dole ut parientes, &c. Verbum huit etiam Chald. & Rabi Abraham imperatiuũ iudicarunt, ut Micheæ 4.

CXV.

Interpretes Græci non inepte iunxerunt superiori psalmo. Quia laudes dei accommodantur ad eruditionem, ut homines tali ac tanto domino fidant, contemptis fictitijs deis, eumq; precationibus & gratiarumactionibus ueneretur.

NOn nostram DOMINE, non nostram, sed tui nominis gloriam [a] amplifices propter tuam benignitatem, & propter ueritatem tuam.
Cur [enim] dicant gentes, Vbi quæso est deus ipsorum?
Atqui deus noster in cœlo est, qui perficit quicquid uoluerit.
[Cæterum] simulachra ipsorum sunt argentea & aurea, opus quod manibus hominis producitur.
Sap. 15. a Habent [enim] os, & non loquuntur: habent oculos, & non uident.
Habent aures, nec audiunt: habent nasum, nec odorantur.
Manus habent, nec palpant: pedes habent, nec ambulant, neq; sonum edunt suo gutture. C
Quibus similes euadant qui ea faciunt, [&] quicunq; fidit eis.
O Israel fide DOMINO, quia [b] uestrum auxilium, & uestrum scutum est.
Domus Aharonis fidite DOMINO, quia uestrum auxiliũ, & uestrum scutũ est.
Timentes DOMINVM fidite DOMINO, quia uestrum auxiliũ, & scutum uestrum est.
DOMINVS memor est nostri, qui felicem [c] reddet, felicem reddet domum Israelis, felicem reddet domum Aharonis.
Felices reddet timentes DOMINVM pariter paruos & magnos.
[d] Cumulabit etiam DOMINVS uobis beneficia beneficijs: nec solum uobis, uerum & liberis uestris.

[a] Non nobis da gloriam, siue honorem habeas.

[b] In Ebr. mutata persona est in tertiam. i. eorum.

[c] Benedicet.

[d] Addet dominus super uos, &c.

Digitized by Google

Vos quidem felices redditi estis à DOMINO, qui condidit cœlum & terram.
[Et] cœlum, cœlum [inquam] DOMINO [seruatum est,] terram autem dedit hominibus.
Cæterum mortui non laudant deum, nec omnes quotquot in [e]sepulchrum descendunt. Baruch 2.

[e] Ad silentium. Appellat & Latini poetæ silentes mortuos, et regna silentũ. &c.

Nos autem prædicemus deum ab hoc tempore usq; in æternum: haleluia. Dan. 2.

CXVI.

Vt psal. 31. precatio est Dauidis, ut seruetur in deserto Maon Saule instante: ita hic hymnus est gratiarumactio pro salute concessa.

DIligo DOMINVM, quandoquidem exaudiuit supplicem meam uocem.
Quia præbuit mihi aurem suam, quem [a]toto uitæ meæ tempore uocabo.
Cinxerant me funes mortis, & angustiæ inferni me [b]comprehenderant, ac [c]incideram in periculum & difficultatem.
Vocaui autem nomen DOMINI [dicẽs,] Obsecro DOMINE, eripito animam meam.
Beneficus DOMINVS, & iustus, & deus noster misericors.
DOMINVS defendens simplices, quum [d]attritus essem, me seruauit.
Reuertere anima mea ad locum tuum quietum, quia DOMINVS in te beneficium contulit. Iubet animã suam bene sperare, ut psal. 42.
Quia tu eripuisti animam meam morti, oculos meos lachrymis, [&] pedes meos lapsui. Psal. 56. hi duo uersus iunguntur.
[Quare] sancte [e]uitam degam coram DOMINO in regionibus uiuentium.
[f]Fidem in deum retinui, etiam quum ipse cogerer dicere, me uehementer deiectum esse. 2. Cor. 4.
Quum dicerem in præcipiti mea fuga, omnes homines mendaces esse.
Quam gratiam referam DOMINO pro illis omnibus quæ in me contulit beneficijs? Gratiã sese polliceetur, alludit ad ritũ epuli eucharistici.
[g]Sumpto calyce quo gratiæ aguntur pro accepta salute, nomẽ DOMINI uocabo.
Meaq; uota exoluam DOMINO nunc coram uniuerso populo ipsius.
[h]Nam apud DOMINVM mors benignorum ipsius hominum maximi est momenti.
Ah DOMINE equidem seruus tuus sum, ego seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ, qui uincula mea [i]soluisti.
Tibi [ergo] mactabo uictimam confessionis, & nomen DOMINI uocabo.
Meaq; uota exoluam nunc coram uniuerso populo ipsius.
In atrijs domus DOMINICæ, intra te ô Ierusalem: haleluia.

[a] In diebus meis.
[b] Inuenerunt me.
[c] Inueniam.
[d] Dallothi, tenuis fui, id est, uiribus destitutus succubui.
[e] Obambulabo.
[f] Credidi, quia dicam. Latini & Græci psalm. 115. hic notant.
[g] Calycem salutum tollam.
[h] Pretiosa in oculis domini mors ad benignos eius, id est, nõ sinit occũbere, nisi magnũ adsit operæpretium, & occisores eorum punit seuerius.
[i] Aperuisti.

CXVII.

Laus dei à bonitate, iustitia, ueritate. Ad quam excitantur omnes gentes, ut quæ in ecclesiam dei accessuræ sint.

LAudate DOMINVM omnes gentes, prædicate ipsum omnes populi. Rom. 15.
Nam benignitas eius erga nos præpollet, ac ueritas DOMINI æternũ [permanet:] haleluia. Ioan. 12.

CXVIII.

Gratiarumactio à Dauide prodito quum ab omni Israele rex salutatus arcam transtulit ex domo Obed Edom. Cui pompæ psal 47. etiam accommodatus est.

A CONfitemini DOMINO, quoniam bonus est, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Israel nunc dicat, q; sempiterna sit ipsius benignitas.
Dicat nunc domus Aharonis, q; sempiterna sit ipsius benignitas.
Dicant nunc timentes DOMINVM, q; sempiterna sit ipsius benignitas.
Quum in angustijs essem, uocaui deum, & deus annuit mihi in latitudine.
[Proin] DOMINO à me stante, non timebo [a]quid mihi homo inferre conetur.

[a] Faciet mihi.

DOMINO

Digitized by Google

ab.14.a DOMINO [enim] existente inter meos auxiliares, spectabo in meis inimicis, quod desidero.

[Etenim] spem habere in DOMINO, melius est q̃ fidere homini. B

Spem habere in DOMINO, melius est q̃ fidere principibus.

[b]Si me omnes gentes circundederint, [spero] quod per nomen DOMINI excisurus sim eas.

Si me circundederint, [c]& sanè me circundederint, [spero] q per nomen DOMINI sim eas excisurus.

Si me circundederint ut [examen] apum, deficient ut ignis spinas [corripiens:] & spero q eas per nomen DOMINI excisurus sim.

Prorsus me impuleras ut caderem, sed tamen DOMINVS opem mihi tulit.

[Nam] robur meum & carmen meum, & salus mea deus est.

Vox iubili & salutis [partæ auditur] in tabernaculis iustorum, [postquam] dextera DOMINI res præclaras egit. C

Dextera DOMINI superior fuit, dextera DOMINI res præclaras egit.

Non moriar, sed uiuam, & recensebo facta dei.

Me nanque [D]probe castigauit deus, attamen non permisit ut morerer.

Aperite mihi portas iustitiæ [gratia transeundas,] per quas ingressus deo confitebor.

Hæc porta DOMINI est, per quam iusti ingredientur.

Tibi [enim] confitebor, q me exaudiueris, & mihi saluti fueris.

[Nam] lapis quem reiecerũt ædificantes, factus est caput anguli.

Quod quidem à DOMINO factum est, [e]& nobis miraculum uidetur.

Illa est dies quam fecit DOMINVS, in qua exultemus & lætemur. D

Ah DOMINE serua quæso, ah DOMINE da quæso felicem successum.

[f]Optima quæque illi precamur, qui uenit in nomine DOMINI.

Nosque fausta imprecamur uobis è domo DOMINI.

Deus DOMINVS est, qui lucem nobis [prosperitatis] intulit: itaque [g]uictimam alligate funibus ad cornua altaris.

Tu es deus meus, tibique confitebor, teque extollam mi deus.

Confitemini DOMINO, quoniam bonus est, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.

CXIX.

Encomium est amplißimum legis & uerbi diuini. Cuius uis salutifera explicatur, & quibus hominibus diuina illa & summa sapientia conferatur: quantoque studio persequi conueniat. Videtur autem David psalmum hunc composuisse, quum in seditione Absolomica perdidicisset, quanti retulerit omnem uitam ex diuino præscripto traducere.

Aleph א

O Beatos qui [uitæ] [a]integrum iter tenent, incedentes ad præscriptum legis DOMINI.

O beatos qui conseruant obtestationes ipsius, eumque ex toto corde quærunt.

[b]Nam qui per tuas uias incedunt, non patrant iniquitatem.

Tu [nanque] mandasti constitutiones tuas, quas [homines] summopere custodiant.

Vtinam sic uiæ meæ parentur, ut custodiam decreta tua.

Tunc [enim] minime pudefiam, quum inspexero omnia præcepta tua.

Tibique confitebor [c]ex animo syncero, ubi didicero iudicia tuæ iustitiæ.

[D]Summoque studio decreta tua seruabo, si me non deseras.

Beth ב

Quo pacto adolescẽs [a]uitam inculpatam aget? nempe si eam custodiat, ut dictat uerbum tuum.

Left margin notes: postrema ad Saul l Doeg, l aliũ a- trimã sibi cum. | [E]xod. 15.a | 18.d | Matt. 21.d | [Lu]c. 20.c | [Act.] 4.b | ...m. 9.g | ...tt. 1.b | ...x popu- ... clamã- ... regi. | ...x sacer- ... ẽ uicis- ... bona im ... cantium ... ulo.

Right margin notes:

[b] Omnes gentes circundederunt, in nomine domini q̃a excindam eas.

[c] Etiam.

[D] Castigãdo castigauit me deus, & ad mortem non dedit me.

[e] Ipsa, miracula in oculis nostris.

[f] Benedictus.

[g] Hag, quod ferias significat, pro uictima quæ festo die cæditur, ut Chald. etiã paraphrasis exprimit.

[a] Integros uia siue itinere.

[b] Aph plærunque significat etiã. Hic autem causam reddit, Chald. quoque ita interpretante.

[c] In rectitudine siue probitate cordis.

[D] Decreta tua seruabo uel custodiam, ne deseras me, usque ualde.

[a] Purgabit semitam suam.

Digitized by Google

Quum autem te quærã ex toto corde meo, ne finas me aberrare à mãdatis tuis.
Qui reposui eloquium tuum in corde meo, ne peccem in te.
Tu DOMINE prædicandus es, doce me decreta tua.
[Nam] labijs meis recensere solitus sum omnia iudicia oris tui.
[b Et] incedere per uiam obtestationum tuarum magis iuuat, q̃ omnium rerũ copia propemodum.

b In uia obtestationum tuarũ gauisus sum, secũdum super omnem copiam.

Ac de tuis constitutionibus differo, & intueor semitas tuas.
Meq́; oblecto in tuis decretis, nunquam commissurus, ut obliuiscar uerbi tui.

Gimel ג

Hoc beneficium seruo tuo confer, ut uiuam, & custodiam uerbum tuum.
Et uelamen detrahe oculis meis, a ut inspiciam admirabilem sapientiam quæ recondita est in lege tua.

a Et inspiciam miracula de lege tua.

Quumq́; peregrinus sim in terra, ne me celes tua mandata.
[Nam] anima mea omni tempore desiderio iudiciorum tuorum atteritur.
Increpas [autem] superbos, ut execrabiles sint, aberrantes à præceptis tuis,
Remoue à me probrum & contemptum, q; obtestationes tuas conseruo.
Nam & principes consident ac obtrectant mihi, quod seruus tuus differit de tuis decretis.
b Quodq́; obtestationes tuæ sunt meæ deliciæ, & consiliarij mei.

b Etiam.

Daleth ד

a Quum humi iaceat anima mea, recrea me secundum uerbum tuum.
b Negotia mea tibi exposui, tuq́; exaudiuisti me, [quare] doceto me decreta tua.

a Adhæsit pulueri.
b Vias meas.

Concede mihi ut norim uiam constitutionũ tuarum, & differã de tuis miraculis.
Diffluxit anima mea præ solicitudine, refice me [ergo] secundũ uerbum tuum.
Auerte iter mendax à me, & legem tuam benigne mihi proponito.
Nam uiam c certam elegi, & iudicia tua ob oculos habeo.

c Fidei.

Quumq́; obtestationibus tuis adhæream, DOMINE haudquaquam me pudefacias.
Viam præceptorum tuorum curram, postq̃ in latitudinem eduxisti cor meum.

He ה

Deduc me DOMINE in uiam tuorum decretorum, ut eam retineam a usq; in finem.

a Calcaneum.

Doceto me ut retineam legem tuam, & toto corde illam custodiam.
Deduc me in semitam præceptorum tuorum, nam ea mihi placet.
Inclina cor meum ad obtestationes tuas, & non ad auaritiam.
Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem, & uiuifica me in uia tua.
b Præsta seruo tuo quod eloquium tuum pollicetur habentibus timorem tui.

b Fac surgere seruo tuo eloquium tuum, quod ad timorem tuum.

[Et] prohibe à me probrum quod formido, nam iudicia tua bona sunt.
Ecce desidero tuas constitutiones, uiuifica [igitur] me per tuam iustitiam.

Vau ו

Et obueniãt mihi DOMINE tua beneficia, & salus tua secundũ eloquiũ tuum.
Vt habeam uerba quibus respondeam exprobranti mihi, q; fidam uerbo tuo.
Et ne omnino eripias ab ore meo uerbũ ueritatis, siquidem tua iudicia expecto.
Et semper temporibusq́; sempiternis custodiam legem tuam.
Equidem spatiabor in latitudine, quia constitutiones tuas quæsiui.
Ac loquar de tuis obtestationibus coram regibus, neq; me pudebit [earum.]
Meq́; oblecto in tuis mandatis, quæ amo.
Et a admouebo manus meas præceptis tuis, quę amo: deq; decretis tuis differam.

a Tollam siue leuabo.

Zain ז

Memor sis uerbi ad seruum tuum [prolati] quo me in spem adduxisti.

Hoc

Digitized by Google

Hoc [enim] meum solatium est in meis miserijs, quia eloquiũ tuum recreat me.
Quumq; me superbi irrident supra modum, non tamen deflecto à lege tua.
Ac recolens iudicia tua à condito mundo DOMINE, ex ijs magnum solatium accipio.
[a]Horror inuadit me cogitantem de impijs, qui legem tuam deserunt.
Mihi uero decreta tua sunt carmina in domo quam incolo.
Et noctu DOMINE recordor tui nominis, tuamq; legem custodio.
Quæ quidem mea est, quandoquidem conseruo tuas constitutiones.

Heth ח

Dixi DOMINE meam sortem esse, ut custodiam uerba tua.
[a]Suspicio faciem tuam supplex toto meo corde, proin beneficum te mihi exhibeas secundum uerbum tuum.
Cogitatione obiui meas uias, & reduxi pedes meos ad obtestationes tuas.
Festinaui, & nullam moram feci, ut custodirem præcepta tua.
Funes impiorum [b]conati sunt me abstrahere, cæterũ legis tuæ non sum oblitus.
Media nocte surgo ad confitendum tibi propter iudicia tuæ iustitiæ.
Sumq; omnibus socius qui te reuerentur, & custodiunt constitutiones tuas.
Benignitate tua DOMINE plena est terra, [quare] doceto me decreta tua.

Teth ט

Benigne cum seruo tuo egisti DOMINE secundum uerbum tuum.
[a]Bene iudicandi facultatem & scientiam doce me, qui præceptis tuis fidem adhibeo.
Antequam in ærumnas incidissem, errabam, nunc autem eloquium tuum custodio.
Tu bonus es, & bene facis, doce [igitur] me decreta tua.
Superbi consuerũt aduersum me mendacia, ego [autem] toto corde retineo constitutiones tuas.
Quorum cor crassescit ut adeps, ego autem ex lege tua uoluptatem capio.
Vtilissimũ quoq; mihi fuit ꝙ in miseriam deiectus sum, ut discerem decreta tua.
Tuiq; oris lex melior mihi est q̃ auri & argenti millenarij.

Iod י

Manus tuæ fecerunt me, & adornauerunt me: erudias me [ergo,] ut discam præcepta tua.
Vt cernentes me qui te reuerentur, gaudeant, quia in uerbo tuo spem habeo.
Scio DOMINE ꝙ iudicia tua sint iustitia & fides, quũ me detrusisti in miseriam.
Verum obtingat quæso mihi tua benignitas, quæ me consoletur secundum eloquium tuum, [quod spem aperuit] seruo tuo.
Obueniat mihi tua misericordia, ut uiuam, siquidem lex tua meæ deliciæ sunt.
Pudefiant [autem] superbi, qui mendacio me opprimere quærunt, quum ego de constitutionibus tuis disseram.
Redeant ad me qui te timent, quiq; norunt obtestationes tuas.
Sitq; cor meum integrum in tuis decretis, propterea non pudefiam.

Caph כ

Defecit anima mea [desiderans anxie] salutem tuam, [quia] in uerbo tuo spem habeo.
Defecerunt oculi mei [spectando] quando ueniat, quod pollicetur eloquium tuum, ut dicam, Quando me consolaberis?
Similis enim euasi utri in [a]fumo pendenti, attamen decreta tua nõ sum oblitus.
[b]Quandiu seruus tuus expectabit? quando exiges pœnas à persequentibus me?
Superbi foderunt mihi foueas, quod non fit secundum legem tuam.

[a] Horror siue tremor cepit me de impijs.

[a] Deprecatus sum, Hierony.

[b] Hierony. Circumplexi sunt. Implicauerunt me.

[a] Bonum gustũ. Hierony. bonum sermonem.

[a] Kittor ꝓprie suffitum significat, hic autem fumũ, in quo corium suspẽsum calore contrahitur.
[b] Quot dies serui tui, quãdo facies in persequentes me iudicium?

Digitized by Google

Omnia tua præcepta sunt fides, quum [igitur] inique me persequantur, fer mihi opem.
Parum abfuit, quin me confecissent in terra, ego tamen non deserui tuas constitutiones.
Viuifica me pro tua benignitate, & custodiam obtestationem oris tui.

Lamed ל

Verbum tuum DOMINE perstat æternum in cœlo.
Tuaq; fides [a] per uniuersa sæcula, qui parasti terram, ut consistat.
Eaq; persistunt usq; in hodiernum diem [b] tuis iudicijs, omnia enim tibi seruiunt.
Nisi lex tua meæ deliciæ essent, perijssem in miseria mea.
Neq; obliuiscar æternum constitutiones tuas, quoniam illis recreasti me.
Quum uero tuus sim, serua me, quia constitutiones tuas inquisiui.
Me [c] obseruant impij, ut me perdant, quum obtestationes tuas perpendo.
[d] Video finem habere omnia etiam perfectissima, tuum autem præceptum latissime patet.

[a] Ad generationem & generationem.
[b] Ad tua iudicia. i. tuo uerbo & imperio.
[c] Expectarunt.
[d] Ad omne consummatum uidi fine, latum præceptũ tuum nimis.

Mem מ

Quantum ego tuam legem amo? de qua meus sermo est quotidie..
Tu me sapientiorem reddidisti meis inimicis per tuum præceptum, nam id perpetuò meum est.
Plus [etiam] sapio quàm ij qui me docent, quia de obtestationibus tuis mihi sermo est.
Et rectius perpendo omnia q̃ senes, quia conseruo tuas constitutiones.
Pedes meos prohibeo [a] ab omni uia ducenti ad uitia, propterea quod uerbum tuum custodio.
Neq; à iudicijs tuis decedo, quia tu [b] uiuendi normam præscripsisti mihi.
Quàm dulce est palato meo eloquium tuum? certe ori meo dulcius melle est.
Ex tuis constitutionibus recte res perpendo, & propterea odi omnem semitam fallacem.

[a] Ab omni semita mala.
[b] Legem siue regulam.

Nun נ

Verbum tuum lucerna est pedibus meis, & lux ad iter meum.
Iuraui, idq; constanter præstabo, ut custodiam iudicia tuæ iustitiæ.
Supra modum deiectus sum, quamobrem recrea me DOMINE secundum uerbum tuum.
Gratæ igitur sint tibi DOMINE oblationes, quas sponte nũcupauit os meum, & iudicia tua doce me.
[a] In discrimine uitæ semper uersor, non tamen obliuiscor legis tuæ.
Impij [b] tetenderunt mihi laqueum, non tamen à constitutionibus tuis aberro.
Aeterna hæreditate mihi uenerunt obtestationes tuæ, sunt enim gaudium cordis mei.
[c] Adieci animũ meum decretis tuis, ut exequar illa in finẽ usq;, & adeo æternum.

[a] Anima mea in manu mea semper.
[b] Dederunt.
[c] Inclinaui cor meũ ad faciendum decreta tua in æternũ, calcaneum.

Samech ס

Odi [a] cogitationes quibus distrahitur animus, amo autem legem tuam.
Tu meum [b] confugium & scutum meum es, & in uerbo tuo spem collocaui.
Recedite à me praui homines, ego enim conseruabo mandata dei mei.
Suffulcias me eloquio tuo, & uiuam, & ne me pudefacias frustratum expectatione mea.
Stabilito me, & seruabor, ac semper ex contemplatione decretorum tuorum uoluptatem capiam.
Conculcabis omnes quicunq; aberrant à decretis tuis, nam fallacia est ipsorum uafricies.

[a] Ramos. Hierony. tumultuosos.
[b] Latibulum uel receptus.

Tollis

Digitized by Google

Tollis ut scoriam omnes impios in terra, quamobrem amo tuas obtestationes.
[c] Perhorrescit corpus meum præ timore tui, & iudicia tua reuereor.

Ain ע

Feci iudicium & iustitiam, ne [igitur] me tradas oppressoribus meis.
Oblecta seruum tuum rebus bonis, & ne finas ut me opprimant superbi.
Oculi mei defecerũt [anxie spectando] ad salutẽ tuam, & eloquium tuæ iustitiæ.
Age cum seruo tuo pro tua benignitate, & decreta tua doce me.
Seruus tuus sum, erudi [ergo] me, ut intelligam tuas obtestationes.
Est autem DOMINO tempus [idoneum] ut agat, siquidẽ ruperũt legem tuam.
Quamobrem præcepta tua amaui magis quàm aurum & obrizum.
Eamq; ob rem omnes constitutiones uniuersas [a] defendo ut rectissimas, omnem autem semitam fallacem odio prosequor.

Pe פ

Quia mirificæ sunt obtestationes tuæ, iccirco anima mea conseruauit eas.
[a] Ingressus uerborum tuorum lucem offert, & erudit simplices.
Eoq; aperio meum os, & traho anhelitum, quia præcepta tua desidero.
Respice ad me, & benigne mecũ agito, [b] ut assoles facere erga nois tui amatores.
[c] Formato gressus meos eloquio tuo, & ne dominetur mihi ulla uanitas.
Redimito me ab oppressione humana, ut custodiam tuas constitutiones.
[d] Et serenum uultum ostende seruo tuo, ac doce me tua decreta.
Riui aquarum descendunt ab oculis meis propter illos qui non custodiunt legem tuam.

Zade צ

Iustus es DOMINE, & rectum iudicium tuum.
Omnino autem præcepisti iustitiam obtestationum tuarum.
Conficit me indignatio mea, quod hostes mei obliti sunt uerborum tuorum.
Est eloquium tuum purgatissimum, idq; seruus tuus amat.
Paruus quidẽ & contemptus sum, non tamen obliuiscor constitutionũ tuarum.
Iustitia tua sempiterna est iustitia, & lex tua ueritas.
Periculũ & angustia deprehenderũt me, [tamen] præcepta tua meæ deliciæ sunt.
Iustitia obtestationum tuarum æterna sunt, erudi [ergo] me, ut uiuam.

Kuph ק

[Quia] clamo toto corde, annue mihi DOMINE, ut conseruem decreta tua.
[Quia] te clamo, serua me, ut custodiam obtestationes tuas.
In crepusculo anteuertens clamo, & habeo spem in uerbo tuo.
Oculi mei anteuertunt uigilias, ut disseram aliquid de tuo eloquio.
Vocem meam exaudi DOMINE pro tua benignitate, & recrea me secundũ iudicium tuum.
Propius [me] accesserunt sectantes scelus, qui longe discesserunt à lege tua.
Tu [quoq;] præsto ades DOMINE, & omnia præcepta tua ueritas.
Quod iampridem noui ex obtestationibus tuis, quoniam æternum eas fundasti.

Res ר

Respice miseriam meam, & eripe me, quoniam tuæ legis non sum oblitus.
Age causam meam, & me uindica, & recrea me [a] oblato eloquio tuo.
Longe abs sistit ab impijs salus, quia decreta tua non inquirunt.
Plurima est misericordia tua DOMINE, [quocirca] recrea me secundum iudicium tuum.
[b] Multos quidem habeo persecutores & hostes, non tamen deflexi à tuis obtestationibus.
Videns præuaricatores [c] meipsum excrucio, eo quod eloquiũ tuũ non custodiũt.

[c] Horripilauit à formidine tua caro mea.
[a] Rectificaui.
[a] Apertio.
[b] Secundum iudicium ad amantes nomen tuum.
[c] Para.
[d] Faciem tuam illustra in seruum tuum.
[a] Ad eloquium tuũ.
[b] Multi persecutores mei, &c.
[c] Chald. & Dauid exponunt, litigo.

Digitized by Google

Respice quod constitutiones tuas amem, ô DOMINE recrea nos pro tua benignitate.

[b] Caput uerbi tui.

[b] A primo tempore [quo in hominum notitiam uenit,] uerbum tuum ueritas est, & omne iudicium tuæ ueritatis æternum est.

Schin ש

Principes me persecuti sunt abs te, cor autem meum reueretur uerbum tuum.
Lætor equidem in eloquio tuo tanquam is qui opima spolia reperit.
Mendacium odi, & abominor, tuam autem legem amo.
Septies in die laudo te propter iudicia tuæ iustitiæ.

[a] Pax multa amantibus legem tuam, & non eis offendiculũ.

[a] Magna felicitas parata est amantibus legem tuam, quiq; non impingunt in aliquod offendiculum.
Expectaui tuam salutem DOMINE, tuaq; præcepta executus sum.
[Et] anima mea custodiuit tuas obtestationes, quas ego ualde amo.

[b] Ante te.

[Et] custodio tuas constitutiones tuasq; obtestationes, nam omnes uiæ meæ [b] tibi expositæ sunt.

Thau ת

[a] Veniet iubilus meus ad faciem tuam.

[a] Perueniat meus clamor ad te DOMINE, [&] erudi me secundum uerbũ tuum.
Perueniat ad te precatio mea, [&] eripe me secundum eloquium tuum.
Promant labia mea laudem, quum docueris me decreta tua.

[b] Respondebit.

[b] Reddat lingua mea eloquium tuum, nam omnia tua præcepta sunt ueritas.
Adsit tua manus, quæ mihi opem ferat, quia elegi tuas constitutiones.
Desidero tuam salutem DOMINE, tuaq; lex deliciæ meæ sunt.
Viuat anima mea, & te laudet, tuumq; iudicium ferat mihi opem.
Erraui ut ouis quæ it perditum, [uerum] require seruum tuum, quoniam præcepta tua non sum oblitus.

Canticum graduum. CXX.

Congruit argumento psalmi 12. qui precationem Dauidis continet in persecutione Saulina contra uenenatæ linguæ fascinum.

DOMINVM in magno meo periculo clamaui, qui annuit mihi.
Libera DOMINE animam meam à labio mendaci, & à lingua dolosa.

[a] Quid dabit tibi, & quid addet tibi? Potest sensus etiã esse, Cui te comparem?

[a] Quid inferat tibi [deus,] aut quam rem adhibeat tibi ô lingua dolosa?
Pariter sagittis acutis, quas uir fortis intorquet, & carbõibus iuniperorũ similis est.
Hei mihi, qui peregrinor inter Mesech, & ago in tentorijs Cedar.

Inter barbaros mihi agere uideor, non inter Israelitas fideles.

Diu anima mea degit cum odientibus pacem.
[Nam studeo] paci, sed quum loquor, ipsi ad bellum [parati sunt.]

Canticum graduum. CXXI.

Precatio est Dauidis aut alius uersantis in magno periculo, ut deus eripiat.

LEuo meos oculos ad montes, unde nam ueniat auxilium meum.
Auxilium meum [uenit] à DOMINO conditore cœli & terræ.
Non finet pedem tuum uacillare, neq; dormiscet custos tuus.
Ecce non dormiscet, neq; dormiet, qui custodit Israelem.
DOMINVS custodit te, DOMINVS est umbra tua, [adstans] tibi ad dextram.
[Ideo] sol interdiu non te percutiet [radijs,] neq; luna noctu.
DOMINVS custodiet te, ne accidat ullum malum, [&] custodiet animam tuam.

[a] Exire tuum & ingredi tuum.

DOMINVS custodiet te [a] quæcunq; agentem ab hoc tempore in æternum.

Canticum graduum Dauidis. CXXII.

Satis liquet compositum psalmum hunc collocata iam arca in Zion, quo Dauid hortatur Israelitas, ut religioni dicatum locum rite frequentent.

LÆtor quum mihi dicunt, Eamus ad domum DOMINI.
Steterunt pedes nostri ô Ierusalem in portis tuis.

Ierusalem

Digitized by Google

Ierusalem ædificata est, ut sit ciuitas [a]in qua simul consociantur homines.
Ad quam ascendunt tribus, [nempe] tribus dei, [b]ex obtestatione qua Israelitæ obstricti sunt, ut confiteantur nomini DOMINI.
Illic enim [c]constitutæ sunt sedes ad iudicium, nempe sedes domus Dauidicæ.
Precamini [d]felicitatem ipsi Ierusalem, ac bene sit ijs qui diligunt eam.
Sit pax intra tua propugnacula, & prosperitas in palatijs tuis.
Propter fratres meos & amicos meos [e]loquar, quod tuam felicitatem concernat.
Propter domum DOMINI dei nostri quæram quod prosit tibi.

[a] Quæ consociata est sibi pariter.
[b] Obtestatione ad Israelem. i. ex præcepto dei. Exod. 23. &c.
[c] Sederunt.
[d] Pacem.
[e] Loquar quæso pacem in te.

Canticum graduum. CXXIII.

Precatio fidelis populi, quam Dauid composuisse uidetur instante bello Ammonitarum & Syrorum, ut dominus opem ferat contra hostes.

AD te leuo meos oculos qui habitas in cœlis.
Ecce quemadmodum oculi seruorum [intenti sunt] ad manum dominorum suorum, [&] quemadmodum oculi ancillæ ad manum suæ dominæ, sic nostri oculi [conuersi sunt] ad DOMINVM deum nostrum, donec nobis benefaciat.
Benigne agas nobiscum DOMINE, benigne agas nobiscum, quia ualde saturati sumus contemptu.
Multo iam [tempore] anima nostra satiata est irrisione opulentorum, [&] contemptu superborum.

Canticum graduum Dauidis. CXXIIII.

Gratiarumactio pro salute quam deus contulit Israelitis in maximo discrimine, nimirum bello Ammonitico.

NIsi DOMINVS [a]qui præsto nobis est, [iuuisset,] dicat nunc Israel.
Nisi DOMINVS qui præsto nobis est, [iuuisset,] insurgentibus in nos hominibus.
Viuos [b]iam nos deglutiuissent, quum ira in nos æstuarunt.
Iam [ut] aquæ nos inundassent, & torrens caput nostrum superasset.
Iam aquæ tumidæ superassent animam nostram.
Prædicādus est [nobis] DOMINVS, qui non tradidit nos prædā eorū dentibus.
Anima [enim] nostra sicut passer erepta est laqueo aucupū, & laqueo perrupto nos erepti sumus.
Est [ergo] nostrum auxilium in nomine DOMINI conditoris cœli & terræ.

[a] Qui fuit in nobis.
[b] Tunc.

Canticum graduum CXXV.

Pronunciat impios non habere cum pijs sortem in regno dei.

QVi fidunt DOMINO, ut mons Zion non mouebuntur, [sed] permanebunt æternum.
Quemadmodum circum Ierusalem sunt montes, ita DOMINVS circum suum populum ab hoc tempore in æternum.
Non enim permanebit impietatis pertica in sorte iustorum, ne iusti [a]manus suas admoliantur iniquitati.
Benefac DOMINE bonis, & [b]eis qui sunt proba mente.
Quicq; deflectunt ad suas prauitates, eos ducat DOMINVS [damnatos] cum facinorosis, ut [c]incolumitas sit Israeli.

[a] Non mittent iusti in iniquitatem manus suas. i. non perpetuò tenebunt possessionē in ecclesia, ne probi ab eis inficiantur.
[b] Rectis in cordibus suis.
[c] Pax.

Canticum graduum. CXXVI.

Consolatio est, fore ut populus dei malis iam urgentibus defunctus, summa lætitia & felicitate perfundatur.

Q[a]Vum DOMINVS restituet postliminio ipsam Zion, uidebimur nobis per somnium mala pertulisse.
Tūc os nostrū risu implebitur, & lingua nostra iubilo: tunc dicēt inter

[a] In reducendo dominum captiuitatem Zion, fuimus quasi somniantes.

Digitized by Google

gentes; DOMINVS res maximas cum istis egit.
DOMINVS res maximas nobiscum egit, nosq́ læti facti sumus.
Reduc DOMINE nostram captiuitatem, ut torrentes Austro [siccas.]
Qui seminant cum lachrymis, cum iubilo metent.
Qui portat uas seminarium, perget flendo: sed portans manipulos suos subinde redibit cum iubilo.

Canticum graduum Solomonis. CXXVII.

Docet totam facultatem ex deo esse, ut recte uiuamus, & bona adipiscamur, & mala declinemus.

NIsi DOMINVS ædificet domum, frustra molestias perferunt qui eam ædificant: nisi DOMINVS custodiat ciuitatem, frustra uigilat custos.
[a] Frustra est quod mane surgitis, & sero quietem capitis, edentes cibum dolori bus partum, quum [deus] interim charis hominibus somnum concedat.

[a] Frustra uobis mane surgentes, et differentes sedere, comedentes panem dolorum: sic dabit dilecto suo somnum.

Ecce liberi sunt hæreditas DOMINI, & fructus uentris est præmium.
Liberi in iuuentute obtingentes similes sunt sagittis manu ualidi uiri missis.
Et beatus est qui pharetram suam illis impleuit, [quia] non pudefient, quum disceptabunt cum suis æmulis in porta.

Canticum graduum. CXXVIII.

Docet amplissima præmia parata esse uiuentibus ad præscriptum diuini uerbi.

BEatus est qui timet DOMINVM incedens per uias ipsius.
Nam labore manuum tuarum [parta] edes, beatus eris, & optime habebis.
Vxor tua erit similis uiti fructiferæ in lateribus domus tuæ, filijq́ tui similes plantulis oliuarum circum mensam tuam.
Ecce enim sic felix reddetur uir qui timet DOMINVM.
Felicem te reddet DOMINVS è Zion, [a] ut spectes sospitatem Ierusalem omnibus diebus uitæ tuæ.
Et uideas filios filiorum, [b] & saluum statum Israelis.

[a] Et uide in bonum Ierusalem.

[b] Pacem super Israelem.

Canticum graduum. CXXIX.

Videtur in graui persecutione Israelitarum compositus psalmus, docens forti animo perferendum, quicquid dominus imposuerit.

SAepius oppugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel.
Sæpius [quidem] oppugnauerunt me à iuuentute mea, [a] cæterum non præualuerunt mihi.

[a] Etiam.

Arauerunt in dorso meo aratores, & longos duxerunt sulcos.
DOMINVS [autem] iustus dissecuit funes impiorum.
Pudefiant & repellantur retrorsum quotquot odio prosequuntur ipsam Zion.
Et similes euadant fœno quod in tectis [nascitur,] quod arescit antequam [quisquam] euellat.
Vt metens nõ impleat manum suam, neq́ sinum suum qui manipulos colligit.
Neq́ prætereuntes dicunt, Benedictio DOMINI uobis [obtingat,] bene precamur uobis in nomine DOMINI.

Canticum graduum. CXXX.

Et hic psalmus uidetur compositus in graui persecutione, docens spe bona concepta, orandum ut dominus liberet à tyrannide.

EX profundo [malorum] te uoco DOMINE.
DOMINE audi uocem meam, tuæq́ aures sint intentæ ad uocem meæ precationis.
Si [enim] iniquitates obseruare uelis ô deus, domine quis subsistet?
Verum apud te clementia est, [&] propterea timeris.
Expectaui DOMINE, expectauit [&] anima, & in uerbo tuo spem habeo.

Anima

Digitized by Google

Anima mea [expectat] dominum ab agentibus uigilias matutinas usq; ad agentes uigilias matutinas.
Israel præstoletur DOMINVM, quia benignitas est [a] apud DOMINVM, & copiosa redemptio apud eum est.

a Cum.

Qui redimet Israelem ab omnibus suis iniquitatibus.

Canticum graduum Dauidis. CXXXI.

Docet suo exemplo Dauid modestiam & humiliter de se sentire.

DOMINE cor meum non [a] superbiuit, neq; oculi mei elati fuerunt, [b] neq; ostentaui res magnas, nec quæ non concessæ fuerant, arrogaui mihi.

a Altum fuit.
b Neq; ambulaui in magnis & separatis à me.

[Male sit mihi] si non comparaui, & similem iudicaui animam meam puero ablactato apud matrem suam: estq; anima mea in me similis puero ablactato.
Israel præstolare DOMINVM ab hoc tempore in æternum.

Canticum graduum. CXXXII.

Canit oraculo Dauidi indicatum Zion sedem fore domus domini & regni æterni. Quæ sensu spirituali competunt ecclesiæ Christi, cuius regnum & sacerdotium ostenditur feliciß.

Reg.7. M[a]Emento DOMINE omnium quibus afflictus fuit Dauid, ut ei bono sit.
Qui iurauit DOMINO, & uouit potenti [deo] Iacobi.

a Memento Domine ipsi Dauid omnium affligi eum.

[Male sit mihi] si tabernaculũ domus meæ subiero, si cõscēdero spondā lecti mei.
Si concessero meis oculis somnum, & palpebris meis dormitionem.
Donec inueniam locum DOMINO, & habitacula potenti [deo] Iacobi.
Quem audiuimus in Ephratha, & inuenimus eum in agris syluestribus.
Adeamus habitacula eius, [&] adoremus scabellum pedum eius.
†Surge DOMINE [peruenturus] ad requiem tuam, tu & arca tuæ fortitudinis.
Sacerdotes tui iustitiam induant, & homines tui benigni iubilent.
[b] Non repulsam à te accipiat unctus tuus propter Dauidem seruum tuum.

b Ne abire facias faciem uncti siue Meschiæ tui.

*Iurauit DOMINVS Dauidi ueritatē, neq; discedet ab ea: de fructu uentris tui [aliquem] solio tuo imponam.
Si custodierint filij tui fœdus meum, & obtestationes illas quas docebo eos, etiā ipsorum filij sedebunt tibi in solio in æternum tempus.
Nam DOMINVS elegit Zion, [&] expetiuit eam sibi sedem.
[Inquiēs,] Hæc mea est requies sempiterna, hic [c] habitabo, quoniā expetiui eam.

c Sedebo.

Annonam eius [D] magna felicitate cumulabo, & pauperes eius pane saturabo.

D Benedicendo benedicam.

Ac sacerdotes eius induam salute, eiusq; benigni homines impense iubilabunt.
*Ibi cornu Dauidi germinare efficiam, [&] lucernam paraui [e] uncto meo.
Cuius * inimicos induam pudore, super ipsum autem efflorebit diadema ipsius.

e Meschiæ siue Christo meo.

meli o- sum est repudia , cuius r Elka uit B- athens, Reg.1.3. nde lo- templi ndi uoō us in a Ornan, Reg.24. Pa.6.g Reg.7. Par.17 1.e 2.c Isa.3.a 1.b c.1.b

Canticum graduum Dauidis. CXXXIII.

Commendatio est concordiæ & fraternæ charitatis.

ECce quàm bonum & quàm iucundum est, si fratres etiam cohabitent.
Perinde est, ac si unguentum bonum capiti [infusum] descendat in barbam, in barbam [inquam] Aharonis, quod descēdat in capitium uestimentorũ eius.
Sicut ros [montis] Hermon, qui descendit in montes Zion: quia DOMINVS mandauit ibi esse benedictionem, & uitam sempiternam.

Canticum graduum. CXXXIIII.

Exhortaciuncula est, ut cœtus sacer prædicet Dominum.

ECce prędicate DOMINVM omnes serui DOMINI, qui statis in domo DOMINI [etiam] noctu.
Tollite manus uestras [a] cum sanctitate, & prædicate DOMINVM.

a Vel, ad sanctuariũ.

Donet te felicitate DOMINVS è Zion, qui condidit cœlum & terram.

Haleluia. CXXXV.

Digitized by Google

Sequentes hymni formulæ sunt prædicandi Dominum. Et hic quidem comprehendit opera dei, è quibus elucet ipsius bonitas, sapientia, potentia, tum in opificio mundi, tum in ijs quæ in Israelem contulit.

A Laudate nomen DOMINI, uos serui DOMINI laudate.
Qui statis in domo DOMINI, in atrijs domus dei nostri.
Laudate deum, quia bonus est DOMINVS, [&] psallite nomini eius, quia iucundum est.
Deus enim elegit sibi Iacobum, & Israelem in suum peculium.
Scio enim quod magnus sit DOMINVS, et dominus noster antecellat omnes deos.
Qui fecit quæcunque uoluit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.
Qui eleuat nubes ab extremitate terræ, & fulgura [a] cõuertit in pluuiam, educitque uentum è suis thesauris. Iere.10.c
[a] Facit ad pluuiam.
B Qui percussit primogenita Aegypti pariter in genere hominum, & in pecore. Exod.12.
[Et] immisit signa & portenta Aegypto mediæ, ipsique Pharaoni & omnibus seruis eius.
Qui percussit gentes plurimas, & occidit potentissimos reges. Nũ.21.
Ipsum Sihon regem Amorrhæorum, & Og regem Basanitidis, & omnia regna Chananæorum.
C Deditque terram ipsorum hæreditariam, hæreditariam suo populo Israel. Iosue 12.
O DOMINE tuũ nomen æternũ est, ô DOMINE tua memoria sempiterna est.
DOMINVS enim iudicabit suum populum, & de seruis suis solatiũ reportabit.
Simulachra gentiũ sunt argentea & aurea, opus quod manibus hominis producitur. Vt Psa.
Habent [enim] os, & non loquuntur: habent oculos, & non uident. Sap.15.
D Habent aures, & nõ audiunt: nasum habẽt, nullus tamen flatus est in ore ipsorũ.
Quibus similes euadant qui ea faciunt, [&] quicunque fidit eis.
O domus Israel prædicate DOMINVM, domus Aharonis prædicate DOMINVM.
Domus Leui prædicate DOMINVM, ô timentes DOMINVM, prędicate DOMINVM.
Prædicandus est DOMINVS è Zion, qui Ierusalem inhabitat: haleluia.

CXXXVI.

Hic quoque domini uirtutes in operibus ipsius conspicuos celebrat.

Confitemini DOMINO, quoniam bonus est, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Confitemini deo deorum, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Confitemini domino dominorum, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Qui solus edit ingentia miracula, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Qui cœlum condidit sua intelligentia, quoniã benignitas ipsius sempiterna est. Gen.1.
Qui extendit terram super aquas, quoniam benignitas ipsius sempiterna est. Gen.1.
Qui fecit luminaria magna, quoniam benigitas ipsius sempiterna est. Gene.1.
Solem qui dominium teneat diei, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
[Et] lunam atque stellas, quæ dominium teneãt noctis, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Qui percussit Aegypti prĩmogenita, quoniam benignitas ipsius sempiterna est. Exod.12.
Et Israelem eduxit è medio ipsorum, quoniam benignitas ipsius sempiterna est. Exod.
Manu ualida, & brachio extento, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
[Et] fidit mare rubrum sectionibus, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Ac traduxit per illud Israelem, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Subuertit autem Pharaonem & eius exercitum in mari rubro, quoniam benignitas ipsius sempiterna est. Exod.14.

Qui

Digitized by Google

Qui deduxit populū suum per desertū, quoniā benignitas ipsius sempiterna est.
Qui percussit reges magnos, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Num. 21. a Et occidit reges potentissimos, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Ipsum Sichon regem Amorrhæorum, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Num. 21. g Et Og regem Basaniti dis, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Iosu 12. c Deditq; terram ipsorum hæreditariam, quoniā benignitas ipsius sempiterna est.
Hæreditariam Israeli seruo suo, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Qui memor fuit nostri [a] quum essemus oppressi, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
Nosq; asseruit ab hostibus nostris, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.
psal. [b] Qui cibum dat omnibus animātibus, quoniā benignitas ipsius sempiterna est.
4. 145. Confitemini deo cœli, quoniam benignitas ipsius sempiterna est.

a In humilitate nostra.
b Qui panem dat omni carni.

CXXXVII.

Docet captiuos in Babylone, ut exilij sui rationem subducere debeant.

AD flumina Babylonis sedemus, & lachrymamur, quum ipsius Zion memoria subit.
Nostrasq; citharas suspendimus in salices quæ sunt in ea.
Ibi enim petierunt à nobis [a] carmina, & qui uelut in aceruos nos redegerunt, lætitiam [petierunt, dicentes] Canite nobis carmen aliquod de Zion.
Quomodo autem caneremus carmen DOMINI in terra aliena?
Si tui obliuiscar ô Ierusalem, obliuiscatur dextera mea [artis musicæ.]
Et hæreat lingua mea palato meo, si non tui meminero, [[b] &] si non meæ lætitiæ memoriam ipsius Ierusalem infero.
[c] Memento DOMINE, ut se gesserint filij Edom quum Ierusalem uastaretur, dicentes, Euacuate, euacuate usq; ad ipsius fundamentum.
O filia Babylonis, quæ uastaris, beatus est, qui reddet tibi ea quæ nobis intulisti.
13. 6 Beatus qui apprehendet allidetq; tuos infantes ad petram.

a Verba cantici.
b Si non faciam ascēdere Ierusalem super caput lætitiæ meæ.
c Memento domine filijs Edom, diei Ierusalem, dicentibus, &c.

Dauidis. CXXXVIII.

Multum conuenit cum Psal. 118. Estq; gratiarum actio pro liberatione & euectione in regnum sublato Saule.

COnfitebor tibi toto corde meo, & coram [a] iudicibus psallam tibi.
Adorabo in templo tuo sancto, & confitebor nomen tuū propter benignitatem tuam, & propter ueritatem tuā, [b] quia eloquiū tuum excellentius fecisti omnibus quæ prædicantur de te.
Quo die te uocaui, annuisti mihi, [&] [c] animo meo robur amplius indidisti.
[Quare] confitebuntur tibi DOMINE omnes reges terræ, quia sermones oris tui audiuerunt.
Et cantabunt uias DOMINI, quia magna est DOMINI maiestas.
Nam DOMINVS sublimis existit, & quod humile est, intuetur: & quod altum est, [d] eminus cognoscit.
Quum uersabor in medio periculo, recreabis me, [&] manum naso meorum inimicorum impinges, meq; seruabit dextera tua.
Dominus perficiet [e] quod in me inchoauit, DOMINE tua benignitas sempiterna est, nec opera manuum tuarum omittes.

a Elohim aliquando deum, aliquando angelos, aliquando iudices significat. Sæpius autem Dauid dicit se coram regibus & principibus dei res agere.
b Magnū fecisti super omne nomen tuum eloquium tuum.
c Roborabis me in anima mea robore.
d A longe uel procul: id est, ipse non affixus loco, sed omnia superans.
e Pro me.

Præfecto cantorum, Dauidis hymnus. CXXXIX.

Coram deo iudice negat se regnum Saulis affectare, & odium in Doeg & alios adulatores confitetur, sed iustum propter impietatem ipsorum, magnifice interim disserit de prouidentia dei circa singulos homines.

DOMINE tu me scrutatus es, & pernouisti.
Tu nosti, siue sedeam, siue surgam, [&] procul intelligis cogitationē meā.

Digitized by Google

a Semitam.
b Hierony. præuidisti, intellexisti.

[a]Incessum meum & accubitum meum euentilasti, & omnes uias meas [b] exploratas habes.
Quia non est uerbum in lingua mea, quod non uniuersum noueris DOMINE.
A tergo & à fronte me finxisti, & mihi admolitus es manum tuam.

c Mirabilis scientia à me. Vel sensus est, Excellit meũ captũ.

[c] Admirabilem in me formando scientiam exhibuisti, & sublimiorem quàm ut eam possim attingere.
B Quò discedam à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?
Si [enim] ascendero in cœlum, tu ibi es: & si sternam lectum meum in inferno, tu ades. Amos.9
Si sumam pennas auroræ, & habitem in extrema parte maris.
Etiam ibi manus tua reget me, & dextera tua præhendet me.
Et si dicam, Verum tenebræ me contegent, etiam nox ipsa lux est circa me.

d Sicut tenebræ sicut lux.
e Significat ut secundis fuerit inuolutus.

Ac ne tenebræ quidem aliquid tibi occultant, & nox ut dies lucet, [d] tenebræq; & lux tibi iuxta habentur.
C Tu enim possides renes meos, & me [e] contexisti in uentre matris meæ.
Tibi confiteor, quod miris & stupendis modis formatus sim, quodq; eximia sint opera tua quæ optime nouit anima mea.

f Sine os.

[f] Robur meum nõ tibi occultatum est, quum in abstruso formarer, & uelut opere Phrygio effingerer in nouissimis terræ partibus.

g Et super librum tuum uniuersa scribentur, diebus formabantur, & non unus in eis.
h Quàm pretiosæ fuerunt tuæ cogitationes.
i Euigilaui, et adhuc ego tecum.
k Et uiri sanguinum discedite à me.

Oculi tui me uiderunt quum essem fœtus informis, [g] & in libro tuo uniuersa [membra] descripta fuerunt, quæ [deinceps multis] diebus formarentur, quibus ne unus quidem dies apud te conficitur.
Cæterum ô deus, [h]quàm paucas tuas cogitationes assequor? & grandes summæ excrescunt?
D Quas si numerare uelim, plures sunt quàm arena, [i]& experrectus adhuc de te cogito.
Siquidem occidis impium ô deus, [k]discedant à me sanguinarij.
Qui hostes tui loquuntur audacissime, & usurpant [nomen tuum] temere.
An non DOMINE odissem inimicos tuos, & meipsum excruciarem, quum tibi resistunt?
Imò consummato odio illos persequor, mihiq; erunt hostes [perpetuò.]
Scrutare me deus, & cognoscito cor meum: proba me, & cognoscito cogitationes meas.

Confite... odiũ in impios, & quod ni... rei habe... uelit cũ quos d... ipse pe...

l Si uia molestiæ in me.
m In uiam sæculi, id est mortem, quæ Iosue 23. & 3. Re. 2. uia uniuersæ terræ dicitur.

Et uideto [l] num machiner aliquid praui, ac deduc me in [m] uiã uniuersis in mundo calcandam.

Præfecto cantorum hymnus Dauidis. CXL.

Precatio Dauidis in persecutione Saulina, ut non dolis Doeg & delationibus aliorũ opprimatur, sed potius æmuli occidant, siquidem incurabiles sint.

a Cogitant.
b Vel, sub labijs.

A ERipe me DOMINE à prauo homine, [&] à uiolento uiro me conserua.
Qui [a] machinantur in corde mala, [&] quotidie concurrunt ad bella.
Suamq; linguam acuerunt ut serpens, [&] uenenum aspidis est in [b] labijs eorum. Sæla. Supra... Rom.3
Custodi me DOMINE à manibus impij, [&] conserua me à uiolento uiro, qui
B cogitant impellere gressus meos.

c Ad manum tramitis uel semitæ.

Superbi [enim] absconderunt mihi laqueum & funes, rete quoq; [c] propter tramitem extenderunt, [&] laqueos mihi posuerunt. Sæla.
Dixi DOMINO, Tu es deus meus, DOMINE percipito auribus uocem meorum precum.

d Meæ salutis.

C DOMINE domine fortitudo [d] ad me seruandum, tu protegis caput meum, quo die arma capienda sunt.

Ne facias

Digitized by Google

Ne facias DOMINE impium desideriorum suorum compotem, neue conatus eius prouehas, ut superior sit. Sela.

[f]Tum caput [hostium] undiq; me prementium, tum alios operiat malum quod labijs suis struxerunt.

Carbones in eos prouoluantur, [& deus] igne illos prosternat sceleriter, ne resurgant.

Vir linguax non sit stabilis in terra, & uiolentum uirum malum uenetur, ut præceps impellatur. D

Scio q; DOMINUS faciet iudicium [in causa] humilis, & iudicium [in causa] pauperum.

Profecto iusti confitebuntur nomini tuo, [&] [h]probi permanebunt in conspectu tuo.

[e] Ne des domine desideria impij, [q̃d] conatus est: ne facias prodire, sublimes erunt.

[f] Caput circundantium me, labor labij sui operiet eos.

[g] Bemaharoth, cum festinationibus. Quidam loca profunda interpretantur.

[h] Sedebunt probi cū facie tua.

Hymnus Dauidis. CXLI.

Hoc etiam carmine Dauid orat, ne Saulinis persecutionibus ita frangatur, ut loquatur, aut tentet aliquid turpe: deinde ut discrimina tollantur oppreßis impijs persecutoribus.

DOMINE te uoco, [quare] ad me festina, meamq; uocem auribus percipe quum ad te clamo.

[a] Valeat precatio mea pro incenso ante te, [ac] leuatio manuum mearum pro uespertino sacrificio.

Appone DOMINE custodiā ori meo, & quod conseruet ostium labiorū meorū.

Ne flectas cor meum ad rem [quancunq;] prauam, [b]ne quid moliar cum impietate coniunctum utens opera facinorosorum hominum, neq; fruar delicijs ipsorum.

Percutiat me iustus benignitate, & arguat me: neq; unguentum [c]optimum offendet meum caput: [d]nam ita perstabo, & precatione utar, quum isti mihi mala struunt.

Demittentur iudices eorū [e]per loca saxosa, & audient meos sermones, siquidem iucundi erunt.

Ossa nostra [f]morti proxima dispersa sunt, perinde ac si quis [ligna] findat, aut terram proscindat.

Ad te enim DOMINE domine oculi mei [coniecti sunt,] & in te spem habeo: ne [igitur] profundas meam animam.

Custodi me, [g]ne incidam in laqueum quem mihi tetenderunt, neq; in tendiculas facinorosorum.

Impijq; simul incidant in casses suos, ego autem usq; progrediar.

[a] Paretur precatio mea incensum ante te, &c.

[b] Ad moliendā studia in impietate.

[c] Capitis.

[d] Nam adhuc ego, & precatio mea in malis eorum.

[e] In manibus petræ.

[f] Ad os sepulchri seu inferni.

[g] A manibus laquei.

Eruditiuum carmen Dauidis, precatio [uidelicet] quum esset in spelunca. CXLII.

Precatur eripi è capitis discrimine, simul docens quid agendū sit pijs in periculo.

Reg. 24. VOce mea ad DOMINUM clamabo, meaq; uoce ad DOMINUM precabor.

Effundam ante illum eloquium meum, eiq; exponam meum periculum.

Quum deficit in me spiritus meus, tu nouisti semitam meam, & q; laqueum mihi absconderunt in uia per quam ambulo.

Dum respecto ad dextram & uideo, non est index mihi, & [a]effugium mihi præclusum est, nec quisquam rationem habet animæ meæ.

Proinde DOMINE te clamo, [ac] dico, Tu es meum confugium, [&] sors mea in terra uiuentium.

Ausculta meum clamorem, quia ualde [b]inops sum, meq; à persecutoribus meis eripito, quia præualuerunt mihi.

[a] Perijt fuga à me, non requirens animæ meæ.

[b] Tenuis fui.

Cc

Digitized by Google

[Et] educ animam meam è carcere, ut confitear nomen tuum, [ac] iusti coronas imponant sibi propter me, quia in me beneficia contulisti.

Carmen Dauidis. CXLIII.

Siue in persecutione Saulina, siue potius in seditione Absolomica psalmus compositus est, primum orat ut nihil delinquat, deinde ut seruetur, postremo ut hostes pœnas iustas luant.

AVdi DOMINE supplicationē meam, [&] percipe meas preces, & per tuam fidem atq; iustitiam tuam exaudi me.

Neq; ambules in ius cum seruo tuo, nullus enim uiuens coram te iustus est.

Inimicus enim persequitur animam meam, & uitam meam humū afflixit, meq; [a] detrusit in loca tenebricosa uelut iam olim mortuos.

Meusq; spiritus in me deficit, & cor meum intra me stupuit.

Recolo [tamen] [b] tempora superiora, & de omnibus factis tuis commentor, ac dissero de opere manuum tuarum.

Expando manus meas ad te, [&] anima mea te [optat] ut terra siticulosa. Sela.

Cito exaudi me DOMINE, [quia] spiritus meus defecit, neq; mihi occultes faciem tuam, [c] quia similis factus sum descendentibus in foueam.

Fac ut mane audiam benignitatem tuam, quoniam tibi fido, [&] monstra mihi uiam quam ingrediar, siquidem [d] te affecto.

Eripe me inimicis meis DOMINE, [nam] apud te [me] abscondi.

Doce me ut perficiam uoluntatem tuam, quia tu es deus meus: tuusq; spiritus bonus deducat me per terram planam.

Recrea me DOMINE propter nomen tuum, & animam meam periculo eripe per tuam iustitiam.

Et excinde inimicos meos per tuam benignitatem, ac perde uniuersos hostes animæ meæ, siquidem seruus tuus sum.

[a] Fecit me sedere.
[b] Dies antiquos.
[c] &.
[d] Ad te leuaui animam meam.

Dauidis. CXLIIII.

Gratiarum actio pro felicissimo statu regni Israelitici, sublato Saule, & domitis Palestinis.

A PRædicandus est DOMINVS rupes mea, qui asuefacit manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Benignitas mea, & munitio mea, arx mea, & liberator meus, ac meus clypeus, in quo spem habeo, qui mihi subdit populum meum.

DOMINE quid est homo, [a] q; rationem illius habeas: [&] filius hominis, q; co-
B gites de eo?

Homo uanitati similis est, & dies eius umbræ prætereunti.

Inclina DOMINE cœlum tuum, & descende, tange montes ut fument.

Iaculare fulmen, & dissipa eos, [&] mitte sagittas tuas, ac turba eos.

Missis manibus tuis de excelso erue me, [ac] eripe aquis multis, [&] manu alienigenarum.

C Quorum os loquitur uanitatem, & dextra eorum [b] patrat iniquitatem.

O deus, canam tibi nouum carmen, [&] psallam tibi nablo decachordo.

Qui cōfert salutem regibus, [&] [c] subtraxit Dauidem seruū suum gladio noxio.

Erue me, & eripe me manui alienigenarum, quorum os loquitur uanitatem, & dextra eorum patrat iniquitatem.

D Vt filij nostri adolescant in iuuentute sua uelut plantæ, [&] filiæ nostræ similes sint [d] anconibus, & ornatæ ad formam palatij.

Sintq; cellæ nostræ plenæ [e] exhibentes annonam perpetuam, ouesq; nostræ pariant mille & decies mille in uicis nostris.

Boues nostri sub onere exerceantur, non sit ruptura [murorum,] non quisquam

abiens

[a] Et cognoscas eū.
[b] Dextra mendacij.
[c] Eruit.
[d] Vel, angulis aut frontispicijs.
[e] Proferentes de annona ad annonam.

Potius paratis tibus.

Digitized by Google

abiens in exilium, non etiam clamor in plateis nostris.
Beatū populū, [f]cui contigit ita uiuere: beatū populū, cuius deus est DOMINVS.

f Cui sic est.

Laus Dauidis. CXLV.

Laus dei est à uirtutibus & operibus ipsius: quibus ut omnia sunt condita, ita conseruantur & gubernantur.

א EXtollam te, ô mi deus rex, & prędicabo nomen tuum sempiternis temporibus. A
ב Quotidie te prædicabo, & nomen tuum laudabo sempiternis temporibus.
ג Magnus est DOMINVS, & impense laudandus, cuius magnitudo imperuestigabilis est.
ד Omnia sæcula laudibus ferunt opera tua, & fortia facta tua referunt.
ה De maiestatis gloriæ tuæ decore, & rebus tuis admirandis disseram. B
ו Prædicabunt [homines] robur admirandorum operum tuorum, & ego narrabo magnitudinem tuam.
ז Tuæq; bonitatis ingentis memoriam [homines] proment, & iustitiam tuam [a]læti celebrabunt.

a Iubilabunt.

ח DOMINVS [eñ] beneficus est & misericors, patiẽs & magnæ benignitatis.
ט Bonus est DOMINVS in omnes, & misericordia eius superat omnia opera ipsius.
י Tibi DOMINE confitentᷣ oĩa opa tua, & benigni tui homines te prędicãt. C
כ Maiestatem regni tui narrant [homines,] & de tua fortitudine loquuntur.
ל Vt fortia tua facinora, & maiestatem decoris regni tui exponãt [b]hominibus.
מ Regnum tuum regnum est sempiternũ, & dominium tuum [c]per sæcula uniuersa durat.
ס DOMINVS fulcit omnes corruentes, & erigit omnes inclinatos.
ע Omnium oculi te morantur, tuq; illis cibum suum præbes tempestiue.
פ Tu aperis manum tuam, & saturas desiderium omnium animantium. D
צ Iustus est DOMINVS in omnibus uijs suis, & benignus in omnibus opibus (suis.
ק Præsto adest DOMINVS omnibus uocantibus eum, omnibus eum uocantibus cum ueritate.
ר Facit [autem] quicquid uolent timentes eum, & clamorem eorum exaudit, ac seruat eos.
ש DOMINVS custodit omnes diligentes ipsum, perdit autem omnes impios.
ת DOMINI laudes [d]proferet os meum, omnisq; caro prędicabit nomen ipsius sanctum temporibus sempiternis.

b Vt scire faciant filios Adam, &c.
c In omni generatione & generatione.
c Versus 14. qui à litera nun incipit, deest in Ebraica & Chaldaica scriptura. Græci autem interpretes in suo codice habuerunt נאמן .i. *fidelis* dominus.

d Loquetur.

Haleluia. CXLVI.

Conuenit cum psal. 118. & 144. ut sit gratiarumactio, Saulis sublata tyrannide ac Palestinorum. Docet interim in solo deo spem salutis figere.

ANima mea lauda DOMINVM.
Equidem DOMINVM laudabo dum uiuam; & psallã deo meo dum superstes ero.
Nolite fidere principibus, [aut] homini, qui seruandi facultatem non habet.
[a]Cuius corpus redibit in terram suam ubi animam efflauerit, tuncq; occidunt omnes ipsius cogitationes.
Beatus est [b]qui deũ Iacobi habet in suis auxilijs, & spem in DOMINO deo suo.
Act. 14. c Apoc. 14. b Qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, quiq; custodit æternum ueritatem.
[c]Qui uindicat oppressos, [&] panẽ prębet famelicis, DOMINVS soluit uinctos.
DOMINVS aperit oculos cæcorũ, DOMINVS erigit inclinatos, DOMINVS amat iustos.

a Exibit spiritus eius, redibit ad terram uel humũ suam, in die isto peribunt.
b Cuius deus Iacobi in auxilio eius.
c Iudicium facit oppressis.

Digitized by Google

DOMINVS custodit peregrinos, euehitq; orphanum & uiduam, deprauat autem uiam impiorum.
Aeternum regnabit DOMINVS, & per omnia saecula deus tuus ô Zion: haleluia. CXLVII.

Laus dei accommodata spei fulciendae, quod è Babylonia redituri sint Israelitae in patriam.

LAudate deum, quia deo nostro psallere bonum, & iucundũ est, & decet laudes impendere.
DOMINVS [enim] aedificat Ierusalem, & congregabit profugos Israelitas.
Qui sanat fractos corde, & medetur ipsorum doloribus.
[a] Qui numerat numerum stellarum. — [a] Qui stellas in numerato habet, ac uniuersas uocat nominibus.
Magnus est dominus noster, & ingentis potentiae, cuius intelligentia innumerabilis est.
DOMINVS [enim] euehit mansuetos, [&] deprimit impios usq; ad terram.
[b] In confessione. — Alternis canite DOMINO [b] cum gratiarumactione, [&] psallite deo nostro cum cithara.
Qui operit coelum nubibus, [&] parat pluuiam terrae, & producit foenum in montibus.
[c] Panem. — Qui dat pecori suum [c] pastum, [&] pullis coruorum qui [eum] uocant.
[d] Vel, fauet. — Non probat fortitudinem equi, neq; [d] delectatur tibijs uiri.
Delectatur autem DOMINVS timentibus ipsum, quiq; praestolantur ipsius benignitatem.
Laudibus DOMINVM prosequere Ierusalem, tuq; Zion lauda deum tuum.
Quia roborat uectes portarum tuarum, & filijs tuis qui sunt intra te felicitatem donat.
Qui pacem constituit intra fines tuos, & te saturat adipe frumenti.
Qui mittit eloquium suum terrae, ut uerbum eius celeriter currat.
Qui dat niuem tanquam lanam, & pruinam spargit ut cinerem.
[Et] proijcit glaciem suam ut laminas: quis frigus ipsius sustinebit?
Missoq; uerbo suo liquefacit ea, & uento suo afflat ut aquae fluant.
Nunciat autem uerbum suum Iacobo, & decreta sua & iudicia sua Israeli.
Non egit ad hunc modum cum omnibus gentibus, neq; manifestauit eis iudicia: haleluia.

Haleluia. CXLVIII.

Is etiam psalmus uidetur accõmodatus restitutioni è Babylone, siue ante captiuitatẽ, siue in captiuitate compositus sit. Sed & uerae liberationi per Christum competit.

[a] E coelo. — LAudate DOMINVM [a] coelites, laudate eum in excelsis locis.
Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes exercitus eius.
[b] Lucis. — Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellae [b] clarae.
[c] Coeli coelorum. — Laudate eum coeli [c] supremi, & aquae quae supra coelos sunt. Dan.3.c
[Haec inquam] laudent nomen DOMINI, ipso enim iubente creata sunt.
[d] Decretũ dedit, & non praeteribit. — Eaq; stabiliuit, ut aeternum perstent, ac [d] legem praescripsit, quam transgredi nequeunt.
Laudate DOMINVM terrestres, dracones, & omnes abyssi.
Ignis & grando, nix & exhalatio, uentus procellosus, qui uerbum eius prosequitur.
Montes & omnes colles, arbor fructifera & omnes cedri.
Bestia & omne pecus, reptile & auis pennata.
Reges terrae & omnes populi, principes & omnes iudices terrae.
Iuuenes & uirgines, senes pariter & adolescentes.

Digitized by Google

[Hi] laudent nomen DOMINI, quia nomen ipsius solum sublime est, cuius gloria superat terram & cœlum.

Et erexit cornu suo populo, [&] laudem omnibus suis benignis hominibus, filijs Israel, populo ipsi coniuncto: haleluia.

Haleluia. CXLIX.

Deum prædicat ob liberationem Israelis, uerum ut psalmus conueniat uictoriæ Christi de uniuerso mūdo: præsertim quando superatis uniuersis hostibus in fine mundi, solida pax dabitur populo sanctorum.

CAnite DOMINO carmen nouum, [&] laudē eius in cœtu benignorum.
Lætetur Israel in conditore suo, filijq; Zion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius cum tibia, tympano, & cithara psallant ei.
DOMINVS enim fauet suo populo, [&] ornat mansuetos salute.
Gestiant benigni cum honore, [&] iubilent in suis lectis.
Voces deum extollentes sint in gutture ipsorū, & gladius anceps in manu eorū.
[a]Vt in gentes ulciscantur, [&] corripiant populos.
Vt uinciant reges illorum manicis, & magnates eorum [b]compedibus ferreis.
Vt [[c]deus] ulciscatur in eos, quemadmodum scriptum est, q; decori erit omnibus ipsius benignis hominibus: haleluia.

a Ad faciendā uindictam.
b Vel, catastis.
c Ad faciendū in eos iudicium scriptum.

Haleluia. CL.

Epinicion æternum supremæ uictoriæ.

LAudate deum in sanctuario ipsius, laudate eum in firmamento suæ potētię.
Laudate eum ob fortitudinem ipsius, laudate eum pro eius eximia magnitudine.
Laudate eum clangore tubæ, laudate eum nablo & cithara.
Laudate eum tympano & tibia, laudate eum organis & fidicula.
Laudate eum cymbalis sonoris, laudate eum cymbalis resonantibus.
Omnis spiritus laudet deum: haleluia.

Liber Prouerbiorū, quem Hebræi Misle appellant.

CAPVT I.



Titulus iūdus est propositioni.

A ENTENTIAE Solomonis filij Dauidis regis Israelis, unde disci potest sapientia & castigatio, ad intelligendū uerba prudentia, & percipi eruditio prudenter agendi, iustitia deniq;, iudicium & [a]æquitates, quæ tradunt simplicibus solertiam, & imperitis scientiam & prospicientiā. Quas quum audit sapiēs, cognitione promouebit: & qui iudicio pollet, industria [b]consilia cōsequetur. Vt [c]intelligat similitudinem & eloquentiam, uerba sapientum, & acutas eorum sententias.

a Vel, directiones.
b Ebr. ligationes.
c Vel sic, Vt intelligat sententias & interpretationem.

Primū præceptum. Timor DOMINI scientiæ initium est, sapientiam & disciplinam stulti contemnunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, & directionem matris tuæ ne repellas. Ea enim gratiam addent capiti tuo, & uice torquis erunt collo tuo. Fili mi, si

II. Eccli 1.b Psal. 110.d

B te lactauerint peccatores, ne consentias. Si dixerint, I nobiscum, insidias struemus sanguini, abscondit latitabimus contra insontem absq; causa. Deuorabimus eos uiuos instar inferorū, & integros, ut qui descendunt in foueam. Omnis

III.

generis pretiosas opes reperiemus, & implebimus præda domos nostras.[D] Sorti-
re tu nobiscū, unum erit omnibus nobis marsupiū. [Tu autem] fili mi, ne abeas
cum eis in uiā, [quin potius] arceto pedem tuum ab illorū semita. †Pedes enim Isa.59.b
ipsorum ad malum currunt, ac festinant ut effundant sanguinem. Quoniā [e] fru-
stra expansum est rete ante alatam auem. [f] Et hi sanguini eorum insidiātur, & ab
scondunt animabus eorum. Tales sunt semitæ uniuscuiusq;, qui auide lucro in-
hiat, ut [g] tollat uitam ab ijs qui eam habent.

C Sapientia foris uoce perstrepit, in plateis edit uocem suam. In [h] præcipuis co- Parænetica suasoria, ne contemnatur uerbū dei.
mitijs clamitat, pro ostijs portarū, perq; urbem uerba sua [intonat,] & dicit, Quo
usq; stolidi stoliditatē diligitis, & illusores sibi illusione placēt, & stulti scientiam
odio habent? Resipiscite ad increpationē meam, en efflo uobis spiritū meum, &
manifesto uobis uerba mea. †Quandoquidē uocaui, & renuistis: manū meam ex Isa.65.b Iere.7.c
tendi, & nemo adtēdit. Omne consiliū meum negligitis, & increpationē meam
non uultis. Ego quoq; ad perniciem uestram ridebo, & subsannabo quum eue-
nerit uobis id quod formidatis. Quum uenerit uelut calamitas id quod horretis,
& pernicies uestra instar procellæ irruet, quum uenerit super uos afflictio & an-
D gustia. Tunc inuocabitis me, & non exaudiam: maturabunt ad me, sed non inue
nient. Eo quod odio habuerunt scientiam, & timorem DOMINI non elegerunt.
Non adquieuerunt consilio meo, omnem increpationē meam execrati sunt. Co Quàm utilis sapientia.
medent ergo de fructu uiæ suæ, & consilijs suis saturabūtur. Occidit enim rerum
expertes defectio, & stultos perdit prosperitas. Qui autem mihi obtemperat, tu-
tus habitabit, & securus erit à malorum metu.

CAP. II.

A Fili mi, si acceperis uerba mea, & præcepta mea penes te reposueris, ut sapientiæ De possibilitate & facilitate consequendi sapientiam.
aures tuas adcōmodes, & cor tuum inclines institutioni. Nam si aduocaueris
intelligentiā, uocemq; tua institutionē accersiueris. Si uelut argentū eam quæsieris,
& inuestigaris eam ut thesauros, tūc intelliges timorem DOMINI, & scientiam
dei inuenies. DOMINUS enim largitur sapientiā, ex illius ore scientia & institu-
B tio [a] intelligentiæ. Is reponit iustis essentiā, protegit innocenter ambulantes. Vt
cōseruet semitas iudicij, & iter beneficiorū suorum custodiat, Tunc intelliges iu- Fructus sapientiæ
stitiam & iudiciū, æquitates, & omnem orbitā bonam. Si sapientia cor tuum in-
uaserit, & scientia animū tuum delectauerit, prospicientia custodiet te, & intelli-
gentiæ institutio te seruabit. [b] Eripiet te à uia mala, & ab homine peruersa loquen
C te. [Ab his] qui relicto itinere recto, eunt per uias tenebricosas. Qui gaudēt ma-
lefacere, in malitijs autem & peruersitatibus exultant. Qui uias suas deprauant,
& propudiosi sunt in orbitis suis. Liberabit te à fœmina peregrina, & ab extera
quæ uerbis suis blanditur. Quæ fœderis dei oblita, deserit maritū, cui in iuuentu
D te sua desponsa est. [c] Nam mortē minatur domus eius, & ad [D] damnatos [ducūt]
orbitæ eius. Quotquot ad eam ingrediūtur, non redeunt, nec uias uitæ apprehen
dunt. Idcirco bonorū itinere incedito, & iustorū semitam obserua. Recti enim in-
habitabunt terrā, & integri superstites in ea erunt. Impij uero è terra excindētur, Iob 18.d
& præuaricatores ex ea funditus euellentur.

CAP. III.

A Noli obliuisci legis meæ fili mi, & præcepta mea custodiat cor tuū. Dies enī Deut.8.a
& annos uitæ tibi [prorogabūt,] pacem quoq; ac felicitatē addent. Benefi
centia & fides ne te destituant, [a] liga eas ad collū tuum, & tabulis cordis tui inscri
bito. Nanciscerisq; gratiā & bonū intellectū in oculis dei & hominū. Fide DO
MINO in toto corde tuo, & prudentiæ tuæ ne innitaris. In omnibus uijs tuis a-
gnoscito eum, ipse enim semitas tuas diriget. †Ne sis sapiens in oculis tuis, DO- Rom.12.b
MINUM time, & à malo recede. Sanitas [hinc] erit umbilico tuo, & irrigatio
B ossibus tuis. †Glorifica DOMINUM de opibus tuis, & de primitijs oīs prouē Tob.4.b
tus tui. Sic enī implebunt horrea tua satietate, & torcularia tua musto [b] exūdabūt. Luc.14.c

Castiga-

[D] Ebr. Iace sortem tuā in medio nostri. Latini dicūt, ducere sortē. Dixi ergo, Sortire, hoc est, consors noster sis, partiarius.

[e] Quidam hinnā exponūt, absq; causa, immerito.

[f] Alij legūt, Suo sanguini insidiātur, hoc est, inter se mutuo, ut alter alterius uitę inhiet.

[g] Vel, tollit uitam eius qui lucrum habet.

[h] Ebr. In capite turbarum. i. in apertionibus portarum.

[a] Exit, proficiscitur, subintellige.

[b] Eb. Vt eripiat, ut liberet.

[c] Eb. Nam inclinat ad mortem domus eius.

[D] Sæpe est in prophetis, ut Rephaim pro impijs & damnatis hominibus ponitur, qui iam apud inferos sunt: sic & giborim pro ualidis corpore hominibus, qui dum uiuerēt, oppresserunt tyrānide pauperes, ut Ezechiel: 32.

[a] Hoc est, sint tibi familiarissima.

[b] Ebr. erumpent.

Digitized by Google

Castigationem DOMINI caue auerseris fili mi, neq; fastidias ad increpationem eius. †Quem enim amat DOMINVS, obiurgat, & tanquã pater in filio delectatur. O felicem hominem qui inuenit sapientiã, [c]& qui eruit prudentiam. Quia potior est merx illius merci argenti, & prouentus eius auro puro puto. Gemmis hæc est pretiosior, & omnia quæ expetere potes, æquiparari ei non possunt. Ad dexteram eius uitæ est [b]diuturnitas, ad sinistrã uero eius opes & gloria. Viæ eius sunt uiæ amœnæ, & omnes semitæ eius pacatæ. Hæc lignũ est uitæ his qui eam apprehenderint, & beatus est quisquis eam nactus fuerit. Sapientia fundauit DOMINVS terrã, cœlos autẽ intelligentia condidit. Scientia illius dehiscũt abyssi, & æthera rorem destillant. Hæc fili mi nunq̃ ab oculis tuis recedant, obserua essentiã & prospicientiã. Erunt uita animæ tuæ, & gratia gutturi tuo. Tum secure ibis iter tuum, & pes tuus nõ impinget. Quũ quiescis, non pauebis: quum recumbis, iucundus erit somnus tuus. Non formidabis repentinos pauores, impiorũ, quandocunq; ueneril, tumultũ. Dominus enim aderit lateri tuo, & pedem tuum custodiet, quo minus capiaris. Ne [e]prohibeas bonum ei qui potis est, dum facultas tibi suppetit ad faciendum. Ne dicas proximo tuo, Abi & redi, cras dabo, quum [f]modo habeas. Ne machinare proximo tuo malũ, quum ille securus tecum habitat. Ne temere litem cum quoquam suscipias, si tibi nihil [g]mali fecit. †Ne æmuleris uirum uiolentũ, nullam uiarum eius eligas. Nam DOMINVS abominatur desertorem, cum rectis autem est consilium eius. Execratio DOMINI est in domo impij, habitaculis autem iustorum benedicit. Illusoribus illudit ipse, mãsuetis autem dat gratiam. Sapientes gloriam, stulti autem ignominiam, dum euehuntur, hæreditate adquirunt.

Heb. 12. b Apoc. 3. d

Encomiũ sapientiæ. De præstantia sapientiæ.

Sequuntur præcepta de charitate.

Psal. 36.

[c] In Ebr. repetitur homo.

[b] Ebr. longitudo.

[e] Obscurus est hic uersiculus, & uarie interpretatus. Alij legũt, Ne subtrahas bonũ ab his qui eo opus habent: alij aliter.

[f] Ebr. & est tecum, uel tibi.

[g] Vel, ne tibi malum rependat.

CAP. IIII.

Adhortatio ut mature sapientiæ studeant.

AVdite filij paternam castigationem, & adijcite animum ad cognoscendam intelligentiam, doctrinam enim bonam propono uobis, legem meam ne relinquite. Nam & ego filius patris mei quum essem, [a]coram matre quoq; mea tenerrimus & unicus. Ille docebat me, inquiẽs, Apprehẽdat uerba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & uiues. Compara sapientiam, compara intelligentiam, ne obliuiscaris, neq; declinaueris à uerbis oris mei. Seruabit te, si non deserueris eam: custodiet te, si eam dilexeris. [b]Ante omnem cognitionem compara sapientiam, & præ uniuersis quæ possides compara intelligentiam. Euehito ipsam, & euehet te: glorificabit quoq; te, si eam amplexus fueris. Dabit capiti tuo additamentum gratiæ, & muniet te magnifica corona.

Audi fili mi, & accipe sermonem meum, & prorogabuntur tibi anni uitæ tuæ. In uia sapientiæ dirigam te, ducam te in orbitis rectis. Ne tibi iter facienti angustiæ gressum impediant, aut currens impingas. Teneto disciplinam, ne remittas, obserua eam, quoniam ipsa est uita tua. In semitam impiorum ne ingrediaris, & in uia malorum ne te beatum existimes. Desere eam, quo minus hac transeas: deflecte ab ea, & præteri. Nec enim somnum capiunt nisi malum perpetrarint, & fugit ab eis somnus, ni ruinã aliquam dederint. [c]Victitãt enim cibo impie quæsito, & bibunt uinum ui extortum.

Via autem iustorum sicut lux inclarescit, quæ subinde fit illustrior [d]usq; ad perfectum diem. Via impiorum ceu caligo est, nesciunt ad quod impingãt. Fili mi, ausculta uerbis meis, & sermonibus meis aurem præbe. Caue excidant ab oculis tuis, asserua eos in medio cordis tui. Vitam enim adferunt ijs qui eam inuenerint, & est medicina uniuersæ carni suæ. Omni cura muni pectus tuum, inde enim uita egreditur. Aufer à te prauitatem oris, & labiorum peruersitatem longe à te relegato. Oculi tui ad ea sint intenti quæ coram te sunt, & palpebræ tuæ rectà inspiciant in ea quæ ante te sunt. Librato orbitam pedum tuorum, & omnes uiæ

[a] Alij Libne legunt inter filios, non Lipne.

[b] Ebr. Principio sapientiæ compara sapientiam.

[c] Ebr. Panem impietatis comederũt, & uinũ iniquitatis bibunt.

[d] Eb. It. & lucet usq; ad paratum diem.

Digitized by Google

tuæ recte dirigantur. Ne declines ad dexteram aut sinistram, sed remoue pedem tuum à malo.

CAP. V.

Parænetica est, cauendam scortationem, & rite colendum matrimonium: partim ad iustitiam, partim ad temperantiam pertinet.

A Filii mi, animum aduerte sapientiæ meæ, & prudentiæ meæ aurem tuam adcommoda. Vt custodias consilia, & scientiam labia tua custodiant. Quoniam fauum stillant labia [a]alienæ, & guttur eius blandius est quàm oleum. Postrema uero eius amara sunt uelut absinthium, & acuta ceu gladius [b]biceps. Pedes eius ad mortem descendunt, & incessus eius ad inferos trahit. Semitam uitæ B fortassis [c]expendis, uacillant gressus eius ut non cognoscas. Nunc igitur filij audite me, & nolite recedere ab eloquijs oris mei. Iter tuum q̃ longissime ab illa prohibe, nec appropinques foribus domus eius. Ne fortè des alijs decus [d]tuum, & annos tuos crudeli. Ne fortè [e]satietur alieni ijs quæ tuis uiribus [parauisti,] & labores tui [sint] in domo aliena. Et tu tandem, quum caro tua & uiscera tua con C sumpta sunt, gemens dicas, Cur castigationem odio sum prosequutus, & increpationem cum execratione abiecit cor meum? Cur non audiui uocem eorũ qui dirigebant me? cur docentibus me non adcommodaui aurem meam? Parum abfuit, quin lapsus essem in medium contubernium & cœtum omnis mali. Exordium.

Aquam è puteis tuis bibe, & fluenta ex fontibus tuis. Deriuentur fontes tui foras, & riuuli aquarum in plateas [promanent.] [f]Sint tibi soli, & alienis non te D cum. Sit uena tua benedicta, & gaudium quod de uxore [capis] quæ tibi in iuuentute desponsa est. Sit hæc uelut amata cerua, & caprea gratiosa, [g]amores eius omni tempore te reficiant, in dilectione eius perpetuò sis implicitus. Cur enim mi fili alienæ esses [h]implicitus? Cur in [i]gremio alienæ adhæresceres? †Quando uiæ hominis oculis DOMINI sunt expositæ, & omnium itinera æqua lance expendat. †Impium sua ipsius iniquitates capiunt, & funibus peccatorum suorum irretitur. Ipse morietur absq; [k]disciplina, & in multitudine stultitiæ suæ implicabitur. Iob 34. c Prou. 18.

[b] Alienam, meretricem intelligunt.
[c] Hb. gladius oriũ.
[c] Hoc est, Si fortè uelles apud eam expendere uitæ uiam.
[d] Alij, robur tuum: alij, facultates.
[e] Hbr. Robur tuum & labores tui capiuntur pro ijs quæ laboribus nostris paramus.
[f] Quidã hic nouam sententiam incipiũt, & refertur ad sequẽtia, ad uxorem scilicet, sic, Est quiddam quo solus frui debes, uidelicet gaudium, &c.
[g] Alij legũt, ubera.
[h] Posset etiam legi, Cur enim sic ineptires aut errares?
[i] Vel, sinu.
[k] Hoc est, Quia non uoluit castigationẽ & disciplinam recipere.

CAP. VI.

A fideiubendo pro alijs deterret, hortatur ignauos ad laborem, monet à fraudulentis, & ab adulterio deterret, quandoquidem peius sit furto.

A Filii mi, si pro [a]proximo tuo spoponderis, manuq; tua stipulaueris pro alieno, irretitus es uerbis oris tui, captus sermone oris tui. Fac igitur hoc fili mi ut libereris, uenisti enim in manum proximi tui, abi ergo, propera, & [b]euehe proximum tuum. Ne concedas somnum oculis tuis, neq; dormitationem palpebris tuis. Elabere uelut caprea è manu, & ut auicula è manu aucupis. I ad formicam, ô piger, inspice uias eius, ut sapiens fias. Ea enim quum neq; principem, neq; exactorem aut ducem habeat, tamen æstate cibum suum parat, & messe alimentum suum comportat. †Quandiu piger dormies? Ecquãdo à somno tuo surges? Prou. 24. a Mimesis ignauorũ.
B Paululum dormiendum, paululum dormitandum, paululum complicandæ manus ad dormiendum. At interim ceu uiator ueniet egestas tua, & inopia tua ceu uir scuto munitus.

Homo [c]Belial est uir uanus, ore peruerso incedens. Annuit oculis suis, indecore pedes suos succutit, significat digitis suis. Peruersitates habet in corde suo, concinnat malum omni tempore, immittit occasiones contentionum. Proinde subito ueniet interitus eius, subitoq; sic conteretur, ut mederi nemo queat.

Hæc sex odit DOMINVS, septimũ autem ex animo detestatur. †Elatos ocu- Psal. 17.
C los, *Mendacem linguam, Manus quæ sanguinem innoxium fundunt, Cor ini- Prou. 12.
qua consilia machinans, †Pedes ad malum currendi festinos, Testem falsum qui Prou. 1.
spirat mendacia, & eum qui serit inter fratres dissidium.

Custodi fili mi præcepta patris tui, & ne reijcias directionem matris tuæ. Alliga

[a] Alij legũt, alieno.
[b] Alij, prosterne te: alij, excita, uel insta.
[c] Belial est homo q̃ omni ratione, humanitate, religiõe, pietate & omni probitate destitutus est.

Digitized by Google

liga ea cordi tuo, idq; iugiter, & adnecte ea gutturi tuo. Vt te proficiscentem deducant, ut super dormientem excubent: cumq; euigiles, tecum disserat. † (Praeceptũ enim lucerna est, & lex lumen: uitae uero uia, correptio & castigatio.) † Vt caueas à muliere mala, & à blanda lingua scorti. Quo minus speciẽ eius in corde tuo concupiscas, neq; te nutibus suis capiat. Nam propter scortum [adigitur] quispiam ad libum panis, mulier autem uiro iũcta uenatur pretiosam animam. Num quispiam ignem in sinu suo fouet, ut uestimenta sua non adurantur? Aut incedet quis super prunas, ut pedes eius non adurantur? Sic qui ingreditur ad coniugem proximi sui, [b] culpa non uacabit, quisquis eam tetigerit. Non reputant probro furi, si esuriens furetur ut [c] uitam sustentet. † Sed deprehensus aut septuplum rependit, aut uniuersam rem familiarem dat. Qui autem adulteriũ committit cum muliere, excors est: & qui hoc facit, animam suam perdit. Verbera insuper & ignominiam inuenit, cuius opprobriũ nunquam poterit deleri. Maritus enim zelotypiae impatientia [accensus] cum ei uindicandi occasio offertur, non parcit. Neq; ullius intercessoris faciem recipit, nec munera, quantumuis magna, admittit.

Mal.1.8. Prou.5.6 7.a Matth.5.c D

xod.22.a implificat adulte- j crimen r compa- tionem. dulteriũ auius fur quod ex cessitate

[b] Non impune abibit, non euadet sine labe aut damno.
[c] Ebr. ut impleat animam suam.

CAPVT VII.

Deterret ab adulterio: cõmendat uerbũ dei, quo aduersus hanc tentationẽ munimur.

Fili mi custodi uerba mea, & praecepta mea tecum reconde. Serua praecepta mea, & uiues, & legem meam ceu oculorum tuorum pupillam. Alligato ea digitis tuis, & tabulis cordis tui inscribito. Dic sapientiae, Soror mea tu es, & prudentiam uocato cognatam. † Vt custodiant te à muliere extranea, & à peregrina, quae uerbis suis blanda est. A

Equidem quum de fenestra aedium mearum per cancellos prospicerem, sub uespertinũ diei crepusculũ, in ipsa obscuritate atq; caligine noctis, uidi, animaduertiq; inter stupidos filios adulescentẽ quendam uecordem transeuntẽ per [a] plateam, ad angiportũ uersus domum scorti incedentem. Et ecce occurrebat ei mulier meretricio habitu, cauta corde. Haec strepera erat & [b] inconstans, cuius pedes domi consistere nesciunt. Nunc foris erat, nunc in plateis, ad omnem angulum insidias struens. Haec amplexa iuuenem deosculabatur eũ, [c] impudentiq; uultu dicebat ei, Sacrificia fuerunt mihi pacificorum, hodie reddidi uota mea. [d] Proinde egressa sum tibi obuiam, ut mature uultui tuo [apparerem,] & inueni te. Lectum meũ stragulis instruxi, tapetibus ac fascijs Aegyptiacis. Cubile meũ odoratum reddidi myrrha, aloë & cinnamomo. Ades, [e] amori indulgebimus in crastinum usq;, amore nos exhilarabimus. Neq; enim uir [f] domi est, sed procul peregre profectus. Sacculum pecuniae accepit in manum suam, certo die [g] domum rediturus. † Hac uerborũ copia flexit illum, ac labiorũ suorum suauitate perpulit eum, ut protinus eam sequeretur, nõ secus quàm bos qui ad lanienam uadit, & ceu dum compes stulto ad castigationem [adhibetur.] Donec sagitta transuerberaret iecur eius, ceu dum auis ad laqueum properat, ignorans quod uitae eius paratus sit. Nunc ergo filij audite me, & animum aduertite uerbis oris mei. Ne pronum sit cor tuum ad uias eius, neq; oberres in semitis eius. Ipsa enim multos uulnerauit ac strauit, & fortissimũ quenq; trucidauit. Domus eius methodus est ad inferos, eorũ qui descendunt ad penetralia mortis. B C D

eut.22.c m.15.d

ou.2.b

templum um pro e: sic e- n sit, ut : factum isse se

otatio tricis.

is 7.d

[a] Baschuk potest etiam interpretari, in concupiscentia.
[b] Alij perfida.
[c] Ebr. Forti facie.
[d] Alij legunt, Supra haec.
[e] Alij Inebriabimur uberibus: uel, fruamur amoribus.
[f] Ebr. Vir non est in domo sua.
[g] Eb. domum suam.

CAPVT VIII.

Encomium sapientiae, quae omnibus est obuia.

An non sapientia clamat? & prudentia edit uocem suam? E summis uerticibus ad uiam inter semitas se constituens. Ad portas, ad ingressum ciuitatis, ubi introitur per fores, ibi intonat. Ad uos ô uiri clamo, & uox mea est ad filios hominũ. Intelligite ô uos incauti solertiam, & insipientes corde intelligite. Audite, loquar enim praecipua quaedam, & apertio labiorum meorum [a] recta. Veritatem enim meditatur faux mea, & impietas abominanda est labijs meis. A

[a] Suple eloquetur uel proferet.

Digitized by Google

In iustitia sunt omnes sermones oris mei, nec est in eis peruersum quid aut prauum. Vniuersi expositi sunt intelligentibus, & recti his qui inueniunt scientiã. Accipite ergo disciplinam meam, & non argentum, & scientiam præ auro puto B puro electo. Præstat enim sapientia margaritis, & quidquid expetibile est, non potest illi æquiparari.

Ego sapientia cohabito solertiæ, & scientiam consiliorum assequor. Timor DOMINI odium mali est, fastum & arrogantiam, uiam malam, & os peruersum ego odi. Apud me est consilium & [b] essentia, apud me est intelligentia & fortitudo. Per me regnant reges, & principes decernunt iustitiam. Per me domini dominantur, & omnes iudices terræ munifici sunt & liberales. Ego diligentes me diligo: & qui me mane quærunt, inuenient me. Mecum sunt diuitiæ & glo C ria, opes duraturæ, & iustitia. Fructus meus melior est auro puto puro, & auro obrizo, & prouentus meus argento electo. [c] Per iter iustitiæ incedo, atq; adeo in medijs semitis iudicij. Vt possessionem substantiæ parem diligentibus me, thesaurosq; eorum cumulem. DOMINVS possedit me initio uiæ suæ, ante [d] opera eius tum [eram.] Ab [e] æterno ordinata sum, & ab initio ante terram. Nondum erant abyssi quum ego essem formata, nondũ fontes [f] aquis redundabant. Priusquã montes [g] mergerentur, ante colles formata sum. Adhuc nõ fecerat terram, & quæ [h] extra sunt, & caput puluerum orbis. †Quum præpararet ipse cæ- Sap. 9. b D los, illic ego eram, quum ipse constitueret globum super faciem abyssi. Quum æthera superne figeret, fontesq; abyssi firmaret. Quũ poneret mari legem suam, & aquis ne transgrederentur littus suum, quum constitueret fundamenta terræ. [i] Fida illi aderam quotidie delicijs [fruens,] ludens coram illo omni tempore. Ludo præterea in orbe terræ eius, & deliciæ meæ cum filijs hominũ. Nunc igitur filij audite me, Beati qui uias meas obseruant. Audite disciplinam, & sapientes este, neque sitis ignaui. Beatus homo qui me audit, & qui excubat ad fores meas quotidie, & stationem obseruat ad postes ostiorum meorum. Quoniam qui me inuenerit, uitam inuenit, & proliciet fauorem DOMINI. Qui uero in me peccauerit, iniurius est animæ suæ: & quicunq; me odio habent, mortem amant.

[b] Thuscia, quod conseruat rem in essentia, alij, successus.

[c] Alij legunt, Per iter iustitiæ ducã te.

[d] Eb. ante opera eius extunc.

[e] Alij legunt, Ab olim, uel à sæculo cõstituta sum, ab initio ante primordia terræ.

[f] Eb. graues, uel grauati aquis.

[g] Aquis scilicet.

[h] Alij legunt, & fines aut extremitas eius.

[i] Pro fida alij legũt, nutritius uel educata.

CAPVT IX.

Formam & modum doctrinæ comprehendit sequentibus gnomis, & qui discipuli.

A SApientia ædificauit domum suam, excidit columnas eius, nempe septem. Mactauit uictimã suam, miscuit uinũ suum, quin & mensam suam instruxit. Misit puellas suas inuitatum ad summam urbis arcem. [His uerbis,] Quicunq; imperitus est, huc diuertat. Et uecordi quoque dixit, Venite, comedite panem meum, & bibite uinum quod miscui. Derelinquite [a] imperitiam, & uiuite, & B [b] incedite in uia intelligentiæ. Qui erudit illusorem, aufert sibi ignominiam: & qui impium corripit, [c] maculam suam. Noli ergo irrisorem corripere, ne te oderit: redargue sapientem, & amabit te. Da sapienti, & sapientior erit: doce iustum, & eruditionem augebit.

† [d] Principium sapientiæ est, timor DOMINI, & scientia [e] sanctorũ intelligen C tia. *Per me enim multiplicabũtur dies tui, & adijcientur anni uitæ tuæ. Si sapueris, tibi sapueris: si uero irrisor fueris, tu solus feres. Mulier stulta, clamosa, persuasiones habet, sed nihil nouit. Sedet ad ostiũ domus suæ in solio in editis locis urbis, ut uocet illos qui illac prætereũt, & qui recta uias suas incedũt. [Sic enim D clamat,] Qui imperitus est, huc diuertat. Ad uecordem autẽ dixit, Aquæ furtiuæ dulces sunt, & panis clãdestinus iucundus. Et non nouit quod mortui illic sunt, & in profundis inferorum inuitati illius.

Persona[…] ctio. Quãta d[…] ritate, quamq[…] beraliter […] uocet no[…] deus.

[a] potest etiã pethaim Vocatiui esse casus. O uos imperiti, deserite, scilicet imperitiam.

[b] Aliqui legunt, & beati eritis.

[c] Suple recipit uel aufert: loquea enim reperi debet per zeugma, quod Ebræis frequẽter omittitur.

[d] Posset etiã reperi, Principium scientię est sanctorum intelligentia: quare alius traduxit, Summum in prudentia est, nosse diuina.

[e] Posset etiam legi, sanctarum scilicet rerum.

Psal. 110. […] Eccli 1. b *Prou. 4. Finis & u[…]sus uere sa[…]pientiæ. Per antithesim ponit quid fa[…]ciat falsa sa[…]pientia.

CAPVT X.

Sententiæ Solomonis.

Hinc ferè ad finem usq; miscellaneæ quædam sententiæ sunt.

Sapiens

SApiens filius exhilarat patrem, at stultus filius mœror est matri suæ. A
Non proderunt thesauri impie quæsiti, iustitia autẽ liberat à morte.
Non patietur DOMINVS [a]ut anima iusti fame laboret, [b]astutiam uero impiorum propellet.
Qui operatur fraudulẽta [c]manu, egenus est, manus uero sedulorũ ditat.
Qui [d]congregat in æstate, prudens est: qui uero in messe stertit, pudori se obijcit.
Benedictiones sunt super caput iusti, [e]os autẽ impiorũ [f]operiet uiolẽtia. B
Memoria iusti [g]laudem habet, impiorum uero nomen sordet.
Qui sapiẽs est corde, pręcepta recipit: stultus aũt labijs in [h]uaria incurrit.
Qui integre ambulat, ambulat tuto: qui uero uias suas deprauat, deprehendetur.
igis uulo †Qui annuit oculis, negotiũ facesset: stultus aũt labijs in uaria incurrit.
i hypo- Vena uitæ est os iusti, os autem [i]impiorum tegit uiolentiam.
ci 27.e Odium excitat occasiones contentionum, *sed dilectio omnes præuaricationes obtegit.
.Co.13 b
et.4.b In labijs prudentis inuenitur sapientia, sed in tergo stulti uirga.
Sapientes scientiam dissimulant, os uero stulti terrorem accersit.
x.18. †Opibus uelut urbe [k]fortissima [fidit] locuples, pauperes uero suaipsorum pauperies timidos reddit. C
d.1. †Opus iusti adfert uitam, prouentus autem impij cedunt ad peccatum.
x.12. Semita quæ ad uitam ducit obseruat [l]disciplinam: qui autem correptionem deserit, seducit [sese.]
Qui cælat odium labijs mendacibus, & qui infamiam prodit, [æque] stultus est.
In multitudine uerborum non aberit transgressio, qui uero labijs suis parcit, prudenter agit.
Lingua iusti electum est argentum, quod [m]cor impiorum paruipendit.
Labia iusti [n]multos pascunt, stulti autem in [o]uecordia morientur.
Benedictio DOMINI ipsa locupletat, nec quidq̃ molestiæ secũ adfert.
Iocus est stulto scelus [p]designasse, id uero si q̃s animaduertit sapiẽtia est.
Impijs accidunt quæ metuunt, iustis uero [q]dat quod cupiunt. D
Vbi tempestas præterit, impius nusquam est: at iusti fundamentum perpetuum est.
Quod acetũ est dentibus, & fumus oculis, id piger est his qui se miserũt.
Timor DOMINI adijcit dies, anni autem impiorum succiduntur.
Expectatio iustorum gaudium est, spes autem impiorum perit.
Via DOMINI integro robur est, facinorosis autem pauor.
Iustus perpetuò non mouetur loco, impij aũt in terra non habitabunt.
Os iusti propagabit sapientiam, at lingua peruersa excindetur.
Labia iusti cognoscunt grata, os uero impiorũ peruersa. CA. XI.

BIlancem dolosam abominatur DOMINVS, at integrum pondus placet illi. A
Vbi [a] fastus, illic & ignominia: sed apud modestos est sapientia.
Integritas [b]rectorum deducit eos, peruersitas præuaricatorũ uastat eos.
Non proderunt diuitiæ in die iræ, at iustitia liberat à morte.
Iustitia integri dirigit uiam eius, at in impietate sua cadet impius.
Iustitia rectorum liberabit eos, præuaricatores in [c]prauitate capientur.
†In morte hominis impij perit spes, & expectatio uiolentorum interit.
Iustus ex aduersitate eripitur, sed impius succedit illi.

[a] Seu, Non patietur esurire uel fame laborare.
[b] Hauath, calamitas seu oppressio: sed actiue, qua impij pauperes opprimunt.
[c] Alij legunt, manu remissa.
[d] Vel, Qui prudens est, colligit æstate.
[e] Os forte pro facie ponitur, quam multa mala operient.
[f] Operire pro opprimere, quia malum consilium consultori pessimum.
[g] Ebr. ad benedictionem.
[h] Alij, uapulabit, seu uaria inculcat.
[i] Vel, operiet uiolẽtia, ut supra.
[k] Ebr. Diuitiæ diuitis urbs fortitudinis eius, formido pauperibus inopia eorum.
[l] Vel, Obseruantia disciplinæ est semita salutis.
[m] Vel, cor impiorum nihili est.
[n] Alij sic, Labia iusti totam multitudinem regunt, quam stulti sua uecordia perdunt: sed uidetur dicere de doctrina ueritatis, quæ est pastus animæ.
[o] Alij legunt, inopia cordis.
[p] Alij sic legunt, Vt leue est stulto scelus designare, sic sapienti uiro prudẽtia: scilicet, leuis aũt facilis est, propter assuetudinẽ.
[q] Dominus scilicet dat.

[a] Eb. Venit fastus, & uenit ignominia, hoc est, superbiæ comes est ignominia.
[b] Vel, ad requiem eos ducit.
[c] Seu, in oppressione, qua alios oppressit.

Digitized by Google

B Hypocrita ore euertit proximum suum, Iusti [d] autem per scientiam liberabuntur.
Quum bene est iustis, exultat ciuitas: & quum pereunt impij, [e] ouat.
Benedictione rectorũ [f] exaltatur ciuitas, [g] ore autem impiorũ euertitur.
Vecors contemnit [h] proximum suum, uir prudens autem dissimulat.
Qui arcanum reuelat, obambulat ut mercator, qui autem fideli est animo, rem tegit.
Vbi non sunt [i] consilia, cadit populus: ubi autem satis consiliariorũ est, conseruatur.
Male adfligitur qui spõdet pro alio: qui uitat stipulationes, securus est.
Mulier quæ gratia prædita est, [k] tuetur gloriam, robusti autem retinent diuitias
C [l] Beneficus suumipsius ingenium fraudat, crudelis uero proximũ suum turbat.
Impius facit opus fallax, qui uero serit iustitiã, solidam mercedẽ recipiet.
Firmum quiddam est iustitia ad uitam, qui autem malitiã sectatur, mortem sibi [accersit.]
Abominatur DOMINVS prauos corde, integris uero cõuersatione delectatur.
[m] Manus manui iuncta non exsors erit mali, semen aũt iustorũ euadet.
Quod monile aureum est in rictu porci, id est mulier formosa insulsa.
Iusti duntaxat bonum desiderant, expectatio iustorum excandescentia.
Est qui [n] liberaliter profundit, sed nihilominus augescunt res eius: est æquo sordidior, qui semper eget.
D Qui [o] munificus est, auctior reddetur: qui irrigat, hic & docet.
Qui annonã abstrudit, execratur à populo: [p] qui uero distrahit, laudat.
Qui mature consectatur bonũ, inuenit [q] quæ desiderat: qui autem malum quærit, usuueniet ei.
Qui opibus suis fidit, is corruet: iusti autem ceu folium florebunt.
Qui perturbat domum suam, uentũ hæreditate accipiet: & seruus stulti ad sapientem corde [transit.]
Fructus iusti est lignum uitæ, & [r] sapiens animas capit.
Ecce iusto in terra rependitur, quãto magis impio & peccatori? 2.Pet.4.

XII.

A QVi diligit castigationem, diligit scientiam: qui uero correptionem odit, obbrutescit.
Bonus prolicies fauorem à DOMINO, sed uir scelestus [a] impietatis condemnabitur.
Nemo cum impietate firmus erit, radix autem iustorũ non mouebitur.
Mulier uirtutibus [b] prædita, corona est mariti sui: mulier uero [c] pudefaciens, est ceu tabo in ossibus eius.
Cogitationes iustorũ iudicia sunt, impiorum aũt consilia fraudulenta.
Verba impiorum insidiantur sanguini, os autem iustorum liberat eos.
[d] Euertentur impij ut nusquam sint, domus autem iustorum perdurat.
B Quisq; iuxta prudentiam suam laudari debet, qui autem corde diuaricat, pudefiet.
† [e] Obscurus homo qui sibi laborat, præstat glorioso qui pane indiget. Eccli 10.
Agnoscit [f] iustus animã iumenti sui, impiorũ aũt [g] uiscera crudelia sunt.
† Qui agrum suum colit, satur erit panum: qui autem perditos sectatur, excors est. Eccli 20.
Qui impietatem desiderat, [h] malum uenatur: at iustorũ [i] radix ferax est.

[d] Vel, scientia iustorum liberabit eum.
[e] Seu, iubilus oritur.
[f] Exaltatur seu euehitur, floret.
[g] Ore, hoc est, consilijs & sermonibus.
[h] Vel, qui cõtemnit proximum suum, uecors est.
[i] Thahbuloth, Consilia comparantur rudentibus seu gubernatoribus nauium.
[k] Alij sic, Mulier quæ tuetur gloriam, gratiosa est.
[l] Alij sic, Qui educat animam suam beneficus est: & qui turbat carnem suam, crudelis.
[m] Manus instrumentum auxilij est: impij sibi mutuo manũ præbent, hoc est auxilia iungunt, sed frustra, non euadent malum.
[n] Ebr. Est qui spargit, & additur ultra: & uitans à recto, duntaxat ad defectum.
[o] Ebr. Anima benedictionis impinguabitur, & inebrians ipse irrigabitur. Nota est significatio benedictionis apud Ebræ.
[p] Ebr. Benedictio super caput distrahentis.
[q] Vel, inueniet beneplacitum: suple dei.
[r] Alij legunt, & sapiens animas instituit.
[a] Vel, in impietate sua perget. Est autem (ut id semel dicam, quod in hoc libro frequenter occurrit) Raschá is affectus mentis, quum homo persequitur id quod semel iuxta affectum carnis placet, nec potest ulla sana ratione nec dei lege ab instituto reuocari, quo minus pertinaciter & præfracte pergat, uulgo impietas dicitur.
[b] Alij sedula.
[c] Vel, dedecorosa.
[d] Ebr. Vertere impios.
[e] Vel, Homo humilis qui facit suum officium.
[f] Hoc est, Nouit quomodo utendum iumentis: aut, iumentorum suorum rationem habet.
[g] Vel, affectus impiorum sæui.
[h] Alij, data opera impius malũ uenatur.
[i] Ebr. radix iustorum dabit.

Trans

Digitized by Google

Transgressione labiorum irretitur malus, iustus aũt ex angustijs euadit.
Quisq; & pro oris fructu bonis fruetur, & ꝑ operis sui ratione donabit. C
Via stulti recta est in oculis suis, at sapiens consilium audit.
Stultus eo die quo [f] irritatur, cognoscetur: at cautus iniuriã dissimulat.
Qui bona fide loquitur, iustitiam indicat: mendax uero testis, fallit.
Temere effutire, perinde est atq; gladio perfodere, at sapientum lingua salubris est.
Verax labium [l] firmum est semper, mendax uero lingua in momento [uariat.]
Dolus est in corde eorum qui machinantur malum, & gaudium comitatur eos qui pacata consulunt. D
Iusto nulla impendet iniquitas, at impij malis obruentur.
Labia mendacia abominatur DOMINVS, qui autem ueritati studet, fauorem habet [m] eius.
Vir cautus dissimulat scientiam, at cor stultorum deprædicat stultitiam.
Sedulorum manus primas obtinet, sed fraudulenta sub tributo erit.
Solicitudo quæ est in corde uiri, deijcit eum, at uerbum bonum exhilarat ipsum.
[n] Præstantior erit iustus proximo suo, uia autem impiorum seducit eos.
Non aduret fraudulentus [o] uenationem suam, substantia autem hominis seduli pretiosa est.
In semita iustitiæ uita est, & hæc ipsa ad mortem nequaquam ducet.

[f] Stultus statim prodit irã suam data occasione.

[l] Qui uera loquitur, semper sui similis est.

[m] Eius, scilicet DOMINI.

[n] Alij legunt, Superstes erit iustus.

[o] Non diu aut feliciter fruetur partis.

CAPVT XIII.

Sapiens [a] filius est disciplina patris, irrisor non audit increpationem. A
De fructu oris sui quisq; bonum comedet, anima autem præuaricatorum uiolentiam.
Qui os suum custodit, custodit uitam suam: qui autem labia sua laxat, terrebitur.
Animus [b] ignauorum auet, & nihil [habet,] anima uero sedulorũ impinguabitur.
Verbum [c] mendax odit iustus, at impius probro afficit & pudefacit.
Iustitia obseruat uiam integrã, [d] impietas autem deflectit ad peccandũ.
Est [e] qui sese diuitẽ simulat, quum tamen omnino nihil habeat: est rursus qui fingit se pauperem, quum opibus abundet.
Diuitiæ redimunt [f] uiro uitam suam, at pauper increpationẽ non audit. B
Lux iustorum gaudium [adfert,] lucerna autem impiorũ extinguetur.
Arrogans temeritas nihil q̃ rixas excitat, at cum consultis est sapientia.
Opes cum [g] uanitate imminuuntur, quod uero congregat quis [h] manu, augescit.
Expectatio dilata cruciat cor, quum uero id uenit quod desideratur, ceu lignum uitæ est.
Qui rem [i] contemnit, damnum capiet: qui autem præceptum timet, huic rependetur. C
Lex [k] sapientis est fons uitæ, ut recedatur à laqueis mortis.
Bonus intellectus gratiam conciliat, at uia præuaricatorum dura est.
Cautus omnia scite facit, stultus autem stultitiam prodit.
Legatus infidus corruet in malum, fidus autem legatus salutaris est.
Egestas & ignominia eum [comitatur] qui se disciplinæ subtrahit: & qui audit, obseruat increpationem, honore adficietur.
Quum id adest quod desideratur, animum oblectat: stulti autem auer- D

[a] Sic exposui ad uerbum, ostenditur effectus paternæ disciplinæ, ut sit metonymia, Ex disciplina patris euadit filius sapiens. Alij (audit) subintelligunt in priori parte.
[a] Si quis sapiens est, intelligitur eum fuisse in disciplina patris.
[b] Alij legũt, Anima ignauorum auet & non auet.
[c] Aut, Iustus odit res peruersas.
[d] Vel, peccatum subuertit impietatem, id est impios. Metonymia.
[e] Alij sic, Sunt qui in penuria rerum omnium diuites esse sciant, sunt qui cum immensis opibus egeant.
[f] Nullum bonum temporarium, quod non malum suum adiunctum habeat: rursus, nullũ temporarium malum, quod non habeat suam dulcedinem.
[g] Partæ scilicet, aut mendacijs.
[h] Manu, id est labore.

[i] Posset etiam legi, Qui uerbum dei, scilicet contemnit.
[k] Alij legunt, Lex sapienti est fons: alij, Lex sapiens, sed intelligitur lex dei: omnis enim sapientia à deo est.

Digitized by Google

santur eum qui à scelere recedit.
Qui cum sapientibus uersatur, sapiens redditur: [l] qui cum stultis amicitiam iungit, malo adficietur.
Malum insectatur peccatores, iustis autem bonum [m] rependet.
Bonum [scilicet] quod ad nepotes suos transmittent, & opes peccatoris iusto reponuntur.
Plurimum cibi est in nouali pauperum, ubi uero non agitur cum iudicio, inopia est.
Qui abstinet uirgam suam, odit filium suum: qui uero eum amat, mature disciplinam adhibet.
Iustus comedit, & satur fit anima eius: uenter autem impiorum eget.

[l] Alij, qui pascit stultos, aut qui eisdem pascuis cum illis utitur.
[m] Suple Dominus.

CAPVT XIIII.

A SApiēs [a] mulier ędificat domū suā, stulta uero manibus suis euertit eā. Iob 12.a
Qui timet DOMINVM, recte ambulat: qui [b] contemnit eum, à uia eius discedit.
In ore stulti baculus superbiæ, labia autem sapientum seruant eos.
Vbi non sunt boues, præsepe * mundum est: sed uber prouentus, ubi armenti uis est. Vbi res abest, causam efficientem abesse oportet.
Testis uerax non mentietur, falsus testis euomit mendacia.
Illusor quærit sapientiam, sed non [inuenit:] qui autem iudicio pollet, huic obuia est scientia.
Vade à facie hominis stulti, in quo non animaduertis labia scientiæ.
Sapientia [c] cauti est intelligere uiam suam, stultitia autē stultorū dolus.
B Stulti excusant delictum, sed inter rectos est [d] beneplacitum.
Cor nouit amaritudinem animæ suæ, & in gaudio eius nihil alienum se immiscet.
Domus impiorum delebitur, tentoriū autem rectorum florere * faciet.
Est quæ recta homini uia, cuius tamen postremum iter est ad mortem.
Etiam in risu dolet cor, & finis gaudij est tristitia.
De uijs [e] suis satiabitur cor peruersum, & de ijs quoq; uir bonus.
Simplex omni sermoni credit, at cautus prudēter disponit gressus suos.
Sapiens timet, & recedit à malo: at [f] stultus quum est transgressus, confidens est.
C [g] Iracundus designat stultitiā, qui autem circumspectus est, [h] aliter agit.
Imperiti hæreditario possident stultitiam, solertes uero coronat scientia.
Incuruantur mali coram bonis, & impij ante portas iusti.
Etiam socio suo odio est pauper, diuitum amici multi sunt.
Qui proximum suum contemnit, peccat: qui autem adflictis benigne facit, beatus est.
An non errant qui malum machinantur? at benigne & fideliter agetur cum his qui bonum moliuntur. Interrogatione affirmat.
In omni labore abundantia est, at uerba labiorum duntaxat ad egestatem [faciunt.]
Diuitiæ ornamēto sunt sapientibus, stultitia autem stultorū stultitia est.
Verax testis liberat animas, at testis dolosus efflat mendacia.
In timore DOMINI forte est asylum, & filij quoq; eius erit perfugium.
D Timor DOMINI uena est uitæ, ad uitandos laqueos mortis.
In multitudine populi magnficentia regis est, ubi uero nullus est populus, formidat princeps.
Longanimis multæ est intelligentiæ, iracundus autē excitat stultitiam.

[a] Ebr. Sapientiæ mulierum.
[b] Vel, Ambulans in rectitudine sua, timet dominum: qui abstrahitur à uia eius, despicit eum. Vel, negligit eum qui à uijs eius discedit.
* Mundum pro uacuum.
[c] Arum frequenter hoc in libro pro cauto & solerti accipitur, aliàs in malam partem pro callido ac astuto.
[d] Beneplacitū scilicet domini: alij aliter legunt, stulti rident delictum: uel, delictum facit stultos oratores.
* Dominus scilicet.
[e] Quisq; & malus & bonus uijs suis satiabitur: uel, bonus à uijs mali recedit.
[f] Alij, Stultus pergit confidenter: uel, stultus præceps est & incautus, stultus ira fremens securus est.
[g] Ebr. breuis naribus.
[h] Vel, uir consultus odit scilicet stultitiam: uel, uir prospiciens odio habetur.

Vita

Digitized by Google

Vita carnis, est cor sanans: zelus autem, ossium tabo est.

Prou. 17. c †Vim faciens tenui, probro afficit factorem eius: qui autem pauperi benefacit, honore eum afficit.

Impius in malitia sua propelletur, iustus autem in morte sua sperat.

In animo intelligẽtis residet sapientia, & in medio [i]stultorꝝ sese prodit.

Iustitia exaltat gentem, [f]beneficentia autem est populis [f]expiatorium sacrificium.

Placet regi seruus prudens, at ignominiosus iram eius accendit.

CAPVT XV.

Mitis responsio auertit iram, sermo autem asper [a]bilem mouet. A

Lingua sapientum apte & commode utitur scientia, os uero stultorum ebullit stultitiam.

In omni loco oculi DOMINI contemplantur malos & bonos.

Sanans lingua lignum est uitæ, at ea in qua peruersitas est, [b]corruptum animum [arguit.]

Stulti sunt qui corripi nolunt. Stultus respuit castigationem patris sui, qui uero correptionem obseruat, prudens euadit.

Iob. 4. †In domo iusti thesauri multi sunt, at in prouentibus impij [c]pturbatio.

Labia sapiẽtum [d]serunt scientiam, cor autem stultorum non est solidũ.

Eccli 34. c †Sacrificium impiorum abominatur DOMINVS, oratio autem rectorum gratissima est ei.

Abhorret deus impiorũ sacrificia. Psal. 50. Impij uiam abominatur DOMINVS, at sectantem iustitiam diligit. B

Desertorem [e]semitæ castigatio grauis [manet,] & qui correptionem odit, morietur.

Inferi & perditio coram DOMINO [sunt,] quanto magis pectora filiorum hominum?

Cap. 2. †Illusor non amat corripientem se, nec [f]uersatur cum sapientibus.

Non ferunt contumaces castigationem. *Lætum cor exhilarat uultum, at in mœrore cordis languescit spiritus.

Cor intelligentis quærit scientiam, os autem stultorũ pascitur stultitia.

Omnes dies adflicti [hominis] mali sunt, cor aũt lætũ iuge conuiuiũ est.

Pro. 17. d Prou. 16. Psal. 36. 1. Tim. 6. †Melior est tenuitas cum timore DOMINI, quàm thesaurus ingens in quo est tumultus.

Præstat cœnula ex olusculo cum amicitia, boui saginato cum odio.

Prou. 15. †Vir iracundus excitat contentionem, at [g]longanimis sedat litem. C

Via pigri uelut sentibus obsita squalet, uia aũt rectorũ complanata est.

Prou. 10. †Filius sapiens exhilarat patrẽ, homo aũt stultus pudefacit matrẽ suam.

Vecors stultitia gaudet, uir autem qui recte institutus est, recte incedit.

[h]Frustrantur cogitationes in quibus non est consilium, at in multitudine consiliariorum [i]firma stat.

Gaudet quisq; in responsione oris sui, at sermo suo prolatus tempore quantum bonum?

Via uitæ sursum ducit prudẽtẽ, ut deflectat ab inferis qui deorsum sunt.

Domum superborũ demolitur DOMINVS, sed uiduæ terminũ firmat.

Abominatur DOMINVS consilia praua, mũdorum autem sermones iucundi sunt.

Perturbat domum suam qui auaritiæ inhiat: qui uero dona odit, uiuet. D

Cor iusti meditatur quod respondeat, os uero impiorum effutit mala.

Procul abest DOMINVS ab impijs, at iustorum preces exaudit.

Lux oculorum exhilarat cor, at fama bona saginat ossa.

Auris quæ increpationi uiuificæ obtemperat, inter sapientes uersabitur.

---

i Eb. cognoscetur uel innotescet.
f Alij, hesed pro scelere exponunt, scelus autem euertit, &c. Ignominia quæ populo usuuenit, ex peccato est.
f Vel, sacrificium pro peccato.
a Eb. Nasum facit ascẽdere, metaphorica loquutione ad iram concitare, bilem in nasum concire, ut Plautus inquit, Nasum exasperat, Das würmle in die nasen bringen.
b Vel, est contritio spiritus, uel corruptio in spiritu. Alij intelligunt, quod peruersa lingua animum quoq; inficiat ac corrumpat, ut Paulus ait, Corrumpunt bonos mores colloquia praua.
c Perturbatio est domus, hoc est perditio.
d Alij legunt, spargũt scientiã, cor autem stultorum nõ itidem.
e Vel sic, Disciplina est homini grauis & ingrata est, qui uiam rectam deserit.
f Vel, ad sapientes non accedit.
g Ebr. longis naribus.
h Aut. Frustra sunt consilia, si non clam seruantur.
i Res scilicet, uel negotium aliquod.

Digitized by Google

Qui negligit disciplinam, aspernatur animam suam: qui uero obiurgationi obtemperat, cor comparabit.

CAPVT XVI.

A Timor DOMINI est disciplina sapiẽtiæ, & ante gloriã est deiectio.
Hominis est disponere cor, à DOMINO aũt est responsio linguæ.
Homini omnes uiæ suæ mundæ uidentur in oculis suis, DOMINVS autem disponit spiritus.
Deuolue ad DOMINVM opera tua, & consilia tua firmabuntur.
Omnia operatur DOMINVS propter se, impiũ quoq; ad diem malũ.
Abominatur DOMINVS quotquot superbi sunt corde, etiam manus manui iuncta, non erit exsors mali.
Beneficentia & fide expiatur iniquitas, & in timore DOMINI receditur à malo.
Dum hominis uiæ gratæ sunt DOMINO, hostes quoq; eius cõciliat ei.
B † Pusillum quod cum iustitia [possides] præstat immensis prouentibus inique partis. Prou. 15.
Cor hoĩs deliberat de uia sua, DOMINVS autem dirigit gressum eius.
[a] Oracula sunt quæ de labijs regis procedunt dum pronunciat, ne ergo præuaricetur os eius.
Statera, bilanx, iudiciũ DOMINI sunt, [b] omnia pondera opus eius sunt.
Impietatem designare abominandum esse debet regibus, iustitia enim solium fultum esse oportet.
Placent regibus labia iusta, & recta loquentem amant.
Ira regis mortis est nuncius, sapiens autem placare illam poterit.
Serenus uultus regis uita est, & gratia illius uelut nubes imbris serotini.
Possidere sapientiã multo præstantius est auro puto puro, & intelligentiam possidere, præstantius argento electo.
C Semitæ rectorum, est discedere à malo: & qui custodit uiam suam, custodit animam suam.
Præit comminutionem fastus, & anteit ruinam superbia [c] animi.
Melius est deijci animo cum humilibus, q̃ prædam partiri cum elatis.
Prudẽter tractãs rem, reperiet bona: qui aũt DOMINO fidit, beatus est.
Qui sapiens habet cor, uocatur prudens: suauitas autem labiorũ [b] commendatiorem reddit doctrinam.
Intellectus uena est uitæ ei qui habet, stultorum disciplina stultitia est.
Sapientis pectus os illius prudenter moderatur, & labijs eius addit doctrinam.
Fauus mellis est amœnus sermo, animi dulcor, & ossium medela.
D † Est uia quæ homini recta uidetur, cuius finis uia est ad mortem. Prou. 14
Homo laborans laborat sibi, [e] quoniam cogit eum os suum.
Vir Belial effodit malum, & labia eius uelut ignis accensus.
Vir peruersus occasiones contentionis inijcit, & delator sæpe inter magnates dissidia [f] concitat.
Homo uiolentus decipit proximum suum, ducitq; eum per uiam haud bonam.
Qui oculos suos obfirmat, aliquid peruersum statuit: qui uero labra cõtrahit, malum perfecit.
Senectus, si eam in uia iustitiæ reperias, corona ornatissima est.
Lõganimis forti prçstat, & q animo suo imperat, ei qui expugnat urbes.
In sinũ deijciuntur sortes, at omne iudiciũ earum pendet à DOMINO.

CAPVT XVII.

a Diuinat rex labijs suis, hoc est, diuina quædã loqui debet.
b Ebr. Lapides sacculi, nã olim lapides pondera erant, qui reponebantur in sacculos.

c Vel, spiritus elatus,

b Eb. addet doctrinam.

Eloque[...] iuncta s[...] tiæ gra[...] est & u[...] or.

e Nãphesch pro homine exposui. Alij sic legũt, Inquietus animus molestiam sibi, uel proprio ore conciliat, ut det pœnas stultitiæ os futile.
f Vel, duces disiungit, dissipat.

Fortior e[...] qui se, q[...] qui fort[...] ma castra[...] uincit.

Digitized by Google

ccli 10.d MElius est siccum frustum cum tranquillitate, q̃ domus plena ma- A
ctatis [pecoribus] cum contentione.
Seruus cordatus imperabit filiofamiliâs dedecoroso, & inter fratres hæ
reditatem diuidet.
Vt excoctor argẽtum, & fornax aurũ, ita explorat corda DOMINVS.
Malus auscultat labio iniquo, mendax obsequitur perniciosæ linguæ.
Qui pauperi illudit, probro afficit factorem eius: & qui gaudet de per-
nicie [[a]alterius,] non feret impune.
Corona senum filij filiorũ sunt, & decus liberorũ sunt patres ipsorum.
Non decet stultum magnificus [b]sermo, multo minus principem sermo
mendax.
Grata gemma est munus in oculis eorum qui ipsum possidẽt, ad quem B
cunq; uerterit, [c]prudentem efficiet.
Qui quærit amicitiam, dissimulat præuaricationẽ: qui uariat uerba, ma
gnates dissociat.
Cordatum plus terret obiurgatio, q̃ centum plagæ stultum.
Rebellis [d]dũtaxat malũ quærit, hinc crudelis nũcius mittet contra eum.
Satius est uirum occurrere ursæ orbæ, q̃ stulto in stultitia sua.
Rom. 12.d †Qui malum pro bono reddit, de illius domo nunq̃ recedet malum.
Pet. 3.b
Thes. 5.d Vt qui [e]aquis aperit, sic qui primum occasionem litigandi dat, anteq̃ lis C
commisceatur, abijcienda est.
15.e †Ex æquo abominatur DOMINVS tam eum qui scelestũ absoluit, q̃
qui insontem damnat.
Quorsum stulto pretium in manu, qui ne pectus quidem habet, nec sa-
pientiam ad adquirendum?
Omni tempore diligit amicus, & frater in aduersitate tandem nascitur.
Qui stipulata manu pro proximo fideiussor spondet, imprudens est.
Qui diligit præuaricationem, diligit rixam: & qui ostium suum exaltat,
quærit contritionem.
Qui peruersus est corde, non inueniet bonum: peruersus autem lingua D
sua cadet in malum.
Qui generat stultum, sibi mœrorem [accersit,] nec gaudebit pater stulti.
Prou. 15.b †Cor lætũ bonam facit ualetudinem, mens autẽ tristis exhaurit ossa.
Eccli 30. Munus è sinu impius accipit, ut deprauet semitas iudicij.
Eccls 2.c Ipse uultus [f]prudentis [præ se fert] sapientiam, oculi autem stultorum
.a fines terræ [peruagantur.]
Filius stultus patri suo dolorem, & matri suę mœrorem [adfert.]
Adfligere iustũ, non bonum est: nec percutere principes ob æquitatem.
Iacob. 1.c †Qui uerbis [g]parcit, gnarus ac peritus est, & [h]nobili spiritu est uir intel
ligens.
Stultus quoq; si fileat, sapiens reputatur, & prudens si labijs imperet.

CAP. XVIII.

AD [a]desiderium quæret separatus, in omni essentia immiscet se. A
Stultus non delectatur intelligentia, sed in his duntaxat quæ cor-
de suo [b]uolutat.
Quũ uenit impietas, uenit & contẽptus, & cum ignominia probrum.
Verba oris [c]uiri uelut [d]profundæ aquæ sunt, & fons sapientiæ uelut
uberrimum flumen.
[e]Suspicere personam impij, non est bonũ, ut iustum in iudicio deijcias.
Labia stulti ueniunt in litem, & os eius ad pugnas prouocat.

...tum cuiq;
...ulchrum.

a Vel, pauperis.
b Labiũ utrobiq; pro sermone.
c Alij legunt, infatuabit: alij, feliciter rem geret.
d Alij uerso ordine legunt, Malus duntaxat rebellionem quærit.
e Ebr. Aperiens aquas initium contentionis. Ex paruis initijs sæpe magna mala oriuntur, ut si quis aggere perrupto, aquis trãsitum aperit.
f Vel, Corã prudente est sapientia. Hoc est, qui discere uult, semper habet q̃d discat: stulti trans mare currunt, nec inueniũt præceptorem qui placeat. Alia sententia dicit relucere sapientiam in uultu sapientis.
g Vel, Qui peritus est, moderatur sermonem.
h Alij legunt, frigidus spiritu longanimo.
a Versus primus ualde obscurus est propter breuitatẽ, ideoq; uarie expositus. Qui propensus est ad serenda dissidia, is in quauis re inuenit quod calumnietur. Vel, Cui uoluptas est dissensionem cõcitare, is captat ubiq; rixandi occasionem. Sensus esse uidetur, Qui se animo ab alijs separat, in omnibus affectũ suum secutus, is cunctis rebus uel solidissimis se immiscet, captans occasionem ab alijs dissentiendi.
b Vel sic, nisi & hæc reuelet quæ corde suo habet.
c Viri, subintellige prudẽtis aut sapientis, non cuiusq;.
d Vel, quæ in ualle defluunt.
e Ebr. Accipere personã impij, non est bonum, ad declinandum iustum in iudicio.

Digitized by Google

f Aut eius qui sese occulit. Obscuritatem parit uerbum halam uel laham.

g Ebr. Exaltatur, uel defensus est.

h Mens uirilis, Ebr. spiritus uiri.

i Varie exponunt hunc uersum, uidetur tamen dicere, iustum sese primũ accusare, tum operam dare ut alij emendentur.

B Os stulti sibi terrori est, & labia eius laqueus animæ eius.
Verba susurronis sunt ac [f] eius qui se percussum simulat, sed intima uentris penetrant.
Qui friget in opere suo, frater eius est qui dissipat.
Turris fortissima est nomen DOMINI, quo cum currit iustus, [g] extra telorum iactum est.
At diues fingit sibi opes suas urbis fortissimę, ac muri altissimi loco esse.
Ante cõminutionem eleuatur cor hominis, & anteit gloriam deiectio.
†Qui respõdet priusq̃ audierit, stultitiæ hoc sibi & ignominiæ [datur.] Eccl 11.
C [h] Mens uiro [digna] ualetudinem eius leuat, mentem autem adfectam passionibus quis leuabit?
Cor prudens scientiam parat, & auris sapientum studet cognitioni.
Donum hominis dilatat ei, & requiem parat ei coram magnatibus.
Iustus primus est in [i] lite sua, quum uenit proximus eius, scrutatur eum.
Sors sedat contentiones, & præduros componit.
Frater si perfide deseritur [ira fit uehemẽtior] q̃ ciuitas fortissima, & contentio ut repagulum arcis.
De fructu oris quisq; uentrem suũ satiabit, satiabitur quoq; de prouentu labiorum suorum.
D Mors & uita in linguæ potestate sunt: & qui diligunt eam, fructu eius fruentur.
Qui inuenit uxorẽ, rem bonã inuenit, fauorẽ à DOMINO impetrauit.
Supplex orat pauper, diues autem dure respondet.
Vir aptus amicitiæ, & cui cordi est amicitiã colere, plus amat & firmius hæret q̃ frater.

CAP. XIX.

A MElior est pauper qui ambulat in integritate sua, q̃ qui praua labia habet, & stultus est.
Neq; bene habet animus imperitus, ut qui festinat & pedibus offendit.
Stultitia uiã hominis deprauat, ut contra DOMINVM irascat cor eius.
Opes multos parant amicos, pauper uero etiam ab amicis deseritur.
Testis mendax non impune feret, & qui euomit mendacia, nõ euadet.
Ante faciem munifici multi rogant, & nemo non se sociat largitori munerum.
B Omnes fratres pauperis eum odiunt, quanto magis sodales eius longe ab eo discedunt? [a] uerba persequens quæ non sunt.
Qui [b] cordatus est, diligit animam suam: qui prudentiam obseruat, inueniet bonum.
Mendax testis non impune feret, & qui euomit mendacia, peribit.
Voluptas stultũ non decet, quanto minus seruũ imperitare principibus?
Prudẽs homo differt irã suã, [c] & delicta dissimulãdo maior ac maior fit.
Ceu fremitus leonis est ira regis, gratia aũt illius tanquam ros in herba.
Calamitas patris est filius stultus, uxor autem rixosa ceu tectum iugiter perstillans.
Domus ac res paterna hæreditate [obueniunt,] à DOMINO autẽ prudens uxor. Diss...
C Pigritia soporem parit, & animus dolis [asuetus] fame laborabit.
Qui præceptum seruat, seruat animam suam: & qui uias suas despicit, morietur.
DOMINO fœnerat quisquis benefacit pauperi, secundũ beneficiũ eius rependetur ei.

a Admodum obscurus est finis huius uersus. Quidã legunt, Rogant amici, sed non audiũt: quidam, credẽs uerbis fallitur. Sed uidetur is persequi multa uerba; qui fratrem pauperem deserit, ut sese excuset, & nihil det. Vel, Amicus desertus multis utitur uerbis, quibus tamen nihil efficit aut impetrat.
b Ebr. Qui cor possidet.
c Ea delicta scilicet, seu transgressiones quæ contra ipsum fiunt.

Castiga

Modus seruādus in castigatione liberorū; q̄d fieri semel nō poterit, paulatim fiat. Castiga filiū tuum dum [b]spes superest: at [c]ut eum occidas, animū tuum ne inducito.
Si nimium seuerus fueris, damnum accipies: si liberas, rursum adde.
Audi consilium, & castigationem amplectere, tandemq; sapies.
Multæ cogitationes sunt in corde hominis, at consilium DOMINI [f]firmum est.
Volupe sit [g]homini benefacere, melior est uir pauper homine negante. D
Timor DOMINI [adfert] uitam, exaturat, & sic commorari facit, ut malum [h]nullum ingruat.
[i]Piger manum suam in patinam inserit, nec eam ad os suum retrahit.
Prou. 21. b †Illusorem si percutias, imperitus cautior euadet: prudētem si corripias, intelliget scientiam.
Qui patri damnū dat, & matrem expellit, dedecorosus est filius & ignominiosus.
Desine fili mi audire [k]disciplinam à uerbis scientiæ seducentem.
Testis Beliaal [l]interpretabit iudiciū, & os impiorū deuorat iniquitatem.
[m]Illusoribus parata sunt iudicia, & uibices tergo stultorū. CA. XX.

LVdicra res est [a]uinum, tumultuosa ebrietas: quicunq; in hoc errat, nunquam sapiet. A
Terror regis est perinde ut rugitus leonis: qui [b]illum prouocat ad iram, peccat contra animam suam.
Gloria homini est, desistere à lite: quisquis sese [illis] miscet, stultus est.
Præ frigore non arat piger, sed mendicans in messe, nihil [auferet.]
Velut aqua profunda est consilium in corde uiri, at uir intelligens eliciet illud.
[c]Plærunq; homines deprædicāt eum qui eis benefacit, at uirum fidum quis inueniet?
Iustus ambulat in sua integritate, liberi eius post ipsum beati.
Rex sedens in solio iudicij, dissipat omne malum [d]intuendo. B
1. Ioan. 1. a Interrogatione uehementer negat. Quis dicet, Mundum est cor meum? purus sum à peccato meo?
†Diuerso [e]pondere uti, aut diuersa mensura, ambo hæc detestatur DOMINVS.
Eccls 7. c Puer etiam ex studijs suis [f]deprehenditur, an purum & rectum futurum sit opus eius.
Auris auditum & oculi uisum, ambo hæc fecit DOMINVS.
Ne diligas somnum, ne ad egestatem adigaris: aperi oculos tuos, ut saturis pane.
Malum est, malum est ait qui emit: quum [g]uero abit sibi tum laudat.
Os [h]scitum, auro, gemmis ac pretiosis uasis pretiosius est. C
Si alienus [i]spoponderit, eripe uestē eius, ut pro extraneo sit pignus eius.
Dulcis est homini panis fraude partus, at tandem os eius scrupulis implebitur.
Cogitationes consilio disponuntur, consilijs gere bellum.
Ne ineas amicitiam cum eo qui secretum reuelat, aut qui [ut] [k]mercator circuit, & blandiloquus est.
Exod. 21. Leuit. 20. b Matth. 15. a †Qui maledicit patri suo aut matri suæ, huius lucerna extinguet in medijs tenebris.
Hæreditas præpropera principio, tandem non benedicetur.
Rom. 12. d 1. Pet. 3. b 1. Thess. 5. d †Ne dicas, Rependā malum, sed expecta DOMINVM, is te saluabit. D
DOMINVS auersat diuersum pondus, & bilanx dolosa nō est bona.

[b] Dum spes est, scilicet fore ut corrigatur.
[c] Alij legunt, ad clamorem eius ne mouearis animo.
[f] Ebr. surgit.
[g] Huc spectet desiderium hominis ut benefaciat: & melius est pauperem esse quàm negare.
[h] Ebr. pernoctat, nec uisitabitur in malo.
[i] Alij, Piger abscondit manum in sinum.
[k] Musar abusiue pro falsa doctrina.
[l] Malitiose aut pro suo arbitrio interpretabitur leges. Alij legunt, ridet iudicium.
[m] Alij leʒ & letʒim, pro contumacibus exponunt, šdgšköpff.
[a] Vinum ludicrū dicitur ab effectu, ebrij enim multa risu digna committunt.
[b] Seu, qui transgreditur.
[c] Vel, Plærīq; homines deprædicant, quisq; eum qui ei benefacit, at fidum quis inueniet? hoc est, gratum & qui repēdat. Vel sic, Multi uolunt dici benefici, sed fide non præstant quod dicuntur, parū suo nomini respondentes.
[d] Ebr. oculis suis, hoc est, cura, inspectione.
[e] Ebr. ad uerbum, Lapis & lapis, epha & epha, abominatio sunt ista ambo coram domino.
[f] Alij legunt, simulat se alienū.
[g] Alij legunt, quū amiserit, tum laudat.
[h] Labia scientiæ.
[i] Alij sic legunt, Eripe uestem ei qui pro altero spondet, quod se pro alieno pignore obstrinxit.
[k] Rachil propriè mercatorem significat, sed pro susurrone aut delatore hic capitur.

Digitized by Google

[l] Supple pendent, uel diriguntur.

Gressus uiri fortis à [l] DOMINO, & mortalis quomodo intelligeret uiã suam?
Laqueus est homini sanctum deuorare, & postea ad uota conuerti.
Dissipat impios rex sapiens, & rotam uertit super eos.
Lucerna DOMINI spiraculum hominis, penetrans omnia penetralia uentris.
Beneficentia & fides seruant regem, beneficentia suffulcitur soliũ eius.
Decus iuuenum est robur eorum, & honor senum canicies.
Liuores uulneris absiersio sunt in aspero, & plagæ interiorum uentris.

CAPVT XXI.

A Cor regis est in manu DOMINI uelut riuus aquarum, quocunq; uolet, inclinat illud.
Sua cuiq; uia recta uidetur, DOMINVS autem corda dirigit.
Iustitiam facere & iudicium, gratius est DOMINO q̃ uictima.
Altitudo oculorum, & dilatatio cordis, [a] nouale impiorum peccatum.
Cogitationes strenui duntaxat ad [b] abundantiam, omnis autem præceps nihil q̃ egestatem [assequitur.]
Qui thesauros colligit linguę fraudulentia, uanus est & inconstãs, mortem'q; sibi accersit.
Damnũ quod dant impij ad ipsos [c] redibit, quia noluerunt facere quod æquum & iustum est.
B Peruersi uiri uia aliena est, mundi autem opus rectum.
†Præstat habitare in pinna tecti, q̃ cum muliere rixosa quæ partem ædium habet. Prou.25.d
Animus impij cupidus est mali, nec inuenit proximus eius misericordiam coram oculis eius.
†Dum multatur irrisor, imperitus cautior fit: & quũ prudenter agis cum sapiente, eruditionem accipit. Prou.19.d
Erudiat licet iustus impiam domum, impij tamen ad scelus deflectunt.
Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit & is, & non exaudietur.
Munus clandestinum restinguit iram, & munus in sinum [receptũ] furorem [d] uehementem.
C Gaudet iustus facere quod æquum & iustum est, id quod horror est facinorosis.
Homo qui errat à uia prudentiæ, in cœtu mortuorum [e] requiescet.
Vir tenuis qui lætitiæ, uino & ungentis indulget, nunquam ditescet.
†Impius expiat pro iusto, & præuaricator pro rectis. Prou.11. Punit aliquando deus impios, ut iustis parcat. Isa.43.
*Satius est in terra deserta uersari, q̃ cum muliere rixosa & iracunda. *Eccli 25.e
Thesaurus expetibilis & oleum in habitaculo sapientis, stultus autem deuorat illum.
Qui iustitiã & beneficentiã sectatur, inueniet uitam, iustitiã & gloriam.
Fortium urbem [f] expugnat sapiens, & robur quo fidunt deijcit.
D Qui custodit os suũ & linguã suam, custodit animã suam ab angustijs.
Petulans superbus, cuius nomen illusor, per irã audax facinus designat.
Desiderium pigri interficit eum, manus enim eius renuunt laborare.
Tota die flagrat cupiditate, iustus autem largitur, nec parcit.
Immolatio impiorũ abominãda est, quãto magis si in scelere affert eam?
Testis mendax peribit, & uir [g] auscultans perpetuò loquetur.
Obfirmat uir impius uultum suum, at rectus uias suas dirigit.

[a] Nouale impiorum progerminat peccatum, nempe fastum & cupiditatem insatiabilem.
[b] Supple tendunt.
[c] Alij legunt, terrebit eos. Gar.
[d] Restinguit repetendum per zeugma.
[e] Hoc est, cessabit.
[f] Ebr. Ascendit.
[g] Vel, uir qui audit, constanter loquetur.

Digitized by Google

Esa.8.46. †Non est sapientia, non prudentia, neq; consiliũ contra DOMINVM.
Equus instruitur ad diem belli, à DOMINO aũt [datur] salus. XXII.

Eccle 7.a F [a]Ama †præferenda est magnis opibus, & gratia auro atq; argento melior est. A

Diues & pauper inter se [b]conueniũt, cunctorũ factor DOMINVS est.

Cautus uidet [c]malum, & sese abscondit: simplices autem perrumpũt & damnum accipiunt.

[d]Præmium humilitatis est timor DOMINI, diuitiæ, gloria & uita.

Sudes & laquei sunt in uia praui, qui animam suam seruare uelit, procul fugiat ab eis.

[e]Initia puerum iuxta biuiũ uiæ suæ, à qua non recedet, etiam dum consenuerit.

Diues egenis imperat, & seruit obæratus fœneratori.

Qui [f]seminat iniquitatẽ, calamitatẽ metet, & [g]uirga iræ eius pdet eum.

Eccli 31.c †[h]Benignus oculus benedictionem [nanciscetur,] tribuit enim de pane suo pauperi. B

Eijce [i]derisorem, & simul exibit contentio, cessabitq; lis & conuitium.

Rex amicus eius est, qui munditiam cordis diligit, & labiorũ gratiam.

Oculi DOMINI obseruãt sciẽtiã, q & prçuaricatoris uerba subuertit.

Piger dicit, Leo [stat] foris, in medijs plateis interficiar.

Os [k]scorti profundus est hiatus, in quẽ cadet cui DOMINVS irascitur.

Stultitia colligata est in corde pueri, sed ferula castigatrix longe propellet eam ab illo.

Qui per iniuriam & uiolentiam opprimit pauperem, ut ditescat ipse, is dabit diuiti, & egebit. C

Adcommoda aurem tuam, & audi uerba sapientũ, & appone cor tuum ad scientiam meam.

Iucunda enim est, si eam in [l]uentrem tuum recondideris, aptabuntur simul in labijs tuis.

Vt sit in DOMINO fiducia tua, ostendi tibi hodie.

An non præscripsi tibi [m]triarios, decretã consiliorum & scientiæ?

Vt ostenderem tibi rectitudinem uerborum ueritatis, quo respondere posses uerba ueritatis his qui ad te mittunt.

Ne diripias pauperem ꝙ pauper sit, nec opprimas adflictum in [n]porta.

DOMINVS enim illorum causam defendendam suscipiet, & uim illis faciet, qui animo illorum uim intulerunt. D

Ne contrahas amicitiam cum homine iracundo, & cum homine furioso ne uerseris.

Quo minus ad [o]mores illius asuescas, capiasq; offendiculũ animç tuæ.

Ne sis inter eos qui stipulata manu fidẽ iubẽt, & pro debito obstringũt.

Cur enim committeres, ut si soluẽdo non esses, lectus tuus subtus te auferretur?

Ne moueas loco perennes terminos quos maiores tui constituerunt.

Vides ut prompti ad gerendũ negotia in aulis regũ [p]ministrant, & non apud priuatos aut obscuros. CAP. XXIII.

Ne cibi uoluptate capiamur. Q Vum accumbis ut cum principe comedas, aduerte prudenter quæ ante te posita sunt. A

Si tu [a]gulæ tuæ indulgere uoles, gutturi tuo *cultrũ intẽtabis.

Noli desiderio cibi eius capi, nam cibus fallax est.

Ne allabores ut ditescas, cessa ab hac prudentia tua.

[a] Ebr. Nomen pro existimatione & fama. Quidã Tob bonum & ad nomen, & ad gratiam referunt.
[b] Vel, sibi mutuo occurrunt.
[c] Quidam de malo pœnæ exponunt.
[d] Alij legunt, finis, alij propter: nam ekeb hæc omnia significat. Quidam legunt, Finis humilitatis & timoris domini sunt diuitiæ, gloria & uita.
[e] Imbue, institue.
[f] Vel, Qui seminat iniquitatem, iniquitatem metet uel inanitatem.
[g] Alij legunt, baculus transgressionis eius.
[h] Bonus oculus est liberalis, benignus, cãdidus: malus oculus, inuidus, infidus.
[i] Alij legunt, contumacem:
[k] Eb. Os alienarũ: ponit autem alienam pro scorto, uel alienigenarum.
[l] Per uentrem interiora aut penetralia mentis intellige allegoricos.
[m] Schalischim uiri heroes sunt, prçstantissimi robore corporis, animi fortitudine, & peritia militari. Hic metaphorice pro præcipuis dogmatibus capi puto, ut supra in 8. cap. dicit, loquar negidim insignia & præcipua quædã. Et Oseæ 8. cap. Ribim præcipua quædam, magnifica, augusta, axiomata, authoritate plena, &c.
[n] In porta, id est in iudicio: hoc est, nec ui opprimas, nec iuris specie.
[o] Ebr. ad uias eius.
[p] In conspectu regum stare, est ipsis ministrare.
[a] Hoc est, tibi nocebis. Alij sic, Gulæ tuæ modũ pone: & si uis compos tui permanere, ne concupiscas cibos eius.
* Vel, spinam.

Digitized by Google

Num intenderes oculos tuos in id quod [mox] non est? sumūt enim sibi alas [diuitiæ,] & uelut aquila in aërem auolant.

[b] Ebr. Malus oculo.

Ne edas cibum [b] inuidi, neq; desideres edulia eius.
Nam intus in animo suo metitur, idq; faciens dicit tibi, Ede & bibe, cor autem eius non est tecum.
Buccellam tuam quam edisti, euomes, & iucunda perdes uerba.
B Ante aures stulti ne loquaris, contemnit enim prudentiam sermonum tuorum.
Ne loco moueas terminos perennes, & in agrū pupillorum ne introeas.
Nam uindex eorum fortis est, is causam eorum defendendam suscipiet aduersus te.

[c] Ebr. Introducito.

[c] Adcommoda cor tuum disciplinæ, & aures tuas uerbis scientiæ.
†Ne prohibeas à puero disciplinā, si ferula pcusseris eum, nō morietur. Prou. 13.d Eccli 30.a
Verbera ergo eum ferula, animamq; eius ab inferis eripies.
Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum, gaudebit quoq; cor meum.
Exultabunt deniq; renes mei, quum labia tua recta loquentur.

[d] Hoc est, Ne tibi doleat, ne te cruciet, si uideris peccatores prospere habere.

†Ne æmuletur [d] cor tuum peccatores, sed in timore DOMINI [persta] omni tempore. Prou. 24.a
Quoniam ecce est tibi posteritas, & expectatio tua non excindetur.

[e] Alij, & dirige.

Tu ergo ausculta fili mi & sape, ut [e] beatum sit in uia cor tuum.
C Ne sis inter uini potatores & comessatores carnis.
Nam potatores uini & comessatores ad inopiam redigentur, & dormitatio laceris uestibus induet.
Audi patrem tuū qui te genuit, & ne contemnas matrem tuam cum consenuerit.
Veritatē, sapientiam, disciplinam & prudentiā compara, & ne uendas.
Supra modū exultabit pater iusti, & qui genuit sapientē, lętabitur in eo.
Lætetur ergo pater tuus, exultet & mater tua quæ te peperit.
Mihi ergo fili mi da cor tuum, & placeant oculis tuis uiæ meæ.

[f] Ebr. Aliena.

[f] Scortum enim est profunda fouea, & puteus angustus meretrix.
Hæc etiam, perinde ut prædones solent, insidias struit, adiungitq; [sibi] homines præuaricatores.

[g] Alij legunt, Vbi est uæ?

D Apud [g] quem est uæ? apud quem est dolor? apud quem contentiones? apud quem nugæ? apud quem uulnera sine causa? apud quem rubedo oculorum? Quid non ebrietas designat?
Apud eos nimirum, qui uinum sectantur, apud eos qui ueniunt scrutatum ubi misceatur. Subiectio.

[h] Ebr. Ibi in planitie ingredientem. Der glatt yn hin gaht.

Noli contemplari uinum quum rubet, & quum phiala colorem suum reddit, recta [h] procedentem.
Postremum enim eius uelut serpens mordet, & uelut aspis punget.

[i] Alij legunt, Si spectas aliena, nam ebrios uisus fallit.
[k] Ebr loquetur.
[l] Hibel summa pars mali, ubi funes colligantur.

Si oculi tui spectabūt [i] meretrices, iam pectus quoq; tuum peruersa [k] cogitabit. Videbis & aliter q̄ iubeat.
Erisq; p inde ac si dormias in medio mari, aut iacēs in summitate [l] mali.
[Tum dices,] Percusserūt me, & non dolui: uerberarunt me, sed nō sensi. Quando expergiscar, rursus inquiram illud. Mimesis ebriorum.
Ne æmuleris uiros malos, neq; cupias cum eis uersari.
Nam corerorum perniciem meditatur, & calamitatem loquuntur labia eorum.

CAP. XXIIII.

A Sapientia ædificatur domus, & intelligentia absoluitur.
Scientia implentur penetralia, omnigenis opibus, raris & amœnis.

Vir

Digitized by Google

Vir sapiens & prudens uiribus pollente præstat.
Consilijs [a]enim bella gerũtur, & uictoria multitudine consiliariorum [paratur.] — [a] Ebr. Consilijs bella geres, & salus in multitudine.
Sapientia ardua res stulto, in porta non audet aperire os suum.
Qui nihil aliud cogitat q̃ malum perpetrare, uocabitur sceleratus uir.
Rom.14. †Facinus [hominis] stulti peccatũ est, & irrisorẽ abominãtur homines.
Si remiseris in ipso necessitatis articulo, angusta est fortitudo tua.
Psal.81.a †Libera eos qui ad mortem rapiuntur, & qui ad cædem ducuntur, neq; cesses.
Nam si dixeris, Ecce ignorauimus illud. An non cordium artifex ipse intelligit? & [b]obseruator animæ tuæ ipse nouit? reddetq; homini iuxta opus suum? B — [b] Vel, fictor animæ tuæ.
Mel comedis fili mi, quoniam bonum est, & fauum dulce palato tuo.
Sic erit cognitio sapientiæ animæ tuæ, quam si inueneris, erit tibi posteritas, & expectatio tua non excindetur.
Ne insidieris impie habitaculo iusti, & ne uastes cubile eius.
Psal.33.36. †Iustus enim & si septies cadat, resurgit tamen, impij autem in malum corruunt.
Prou.17. †Cum lapsus fuerit inimicus tuus, ne læteris: quumq; impingit, ne exultet cor tuum.
Ne DOMINVS uideat, & displiceat in oculis suis, auertatq; [c]irã suam ab ipso. — [c] Ne malũ hostis in te recidat, ita disponente domino.
Ne succenseas propter malos, neq; æmuleris propter impios. C
Lucerna felicitas & prosperitas. Nam malo [d]tandem nihil superit, †lucerna impiorum extinguetur. — [d] Vel, malus non habebit posteritatem.
Hob 21. Time DOMINVM fili mi, & regem: cum his [e]qui rerum nouarum studiosi sunt, ne commisceare. — [e] Eb. cum alterantibus, hoc est, qui deficientes à domino & rege rebelles & seditiosi sunt.
Subito enim consurget exitiũ eorum, & ruinam amborum quis nouit?

*Hæc quoq; sapientum sunt. — * Vel, Etiam hæc sapientes præcipiũt: uel, Etiam ista ad sapientes pertinent.

Quidam putant hic nonas aliorũ gnomas incipere. †Nosse personas in iudicio, non est [f]bonum. — [f] Potest esse liptote, id est, est pessimum.
Deut.1.c Qui dicit impio, Iustus es, huic maledicunt populi, hunc nationes detestabuntur.
Leuit.19.d Eccli 42.a Qui autem arguunt, grati sunt, uenietq; super eos [g]bona imprecatio. — [g] Vel, benedictio boni.
Si quis apte respondet, perinde est ac si [h]labijs oscularetur. — [h] Ebr. Labia osculabitur, qui facit redire uerba plana. Amabilem se reddit, qui plane respondet.
Para foris opus tuum, & exerce agrũ tuum, & postea ædifica domum tuam?
Prou.19. †Ne testeris temere contra proximũ tuum, num labijs tuis persuadebis? D
Non labijs persuadendum, sed ueritate. *Ne dicas, Faciam illi quemadmodum fecit mihi, rependam cuiq; iuxta opus suum.
Agrum hominis pigri præterij, & uineam hominis stulti.
Pro.10.b Et ecce totum obruerant urticæ, & faciem eius dumi tegebant, maceria cum lapidibus diruta erat.
Id ego uidens alta mente reposui: uidi inquam, & eruditionem accepi.
Supra 6.b Mimesis ignauorũ. Paululum dormiendum, paululum dormitandum, paululum complicandæ manus ad dormiendum: at interim ceu uiator ueniet egestas tua, & inopia tua ceu uir scuto munitus.

CAP. XXV.

Et hæ parabolæ sunt Solomonis, quas [huc] retulerunt uiri Ezechiæ regis Iuda.

Digitized by Google

A Gloria dei est [a]cælare uerbũ, at gloria regum est, scrutari uerbum.
Cœlum in [b]sublimi est, terra in profundo, cor autem regis imperuestigabile.
[c]Auferatur scoria ab argento, iam exibit excoctori uas.
Auferat̃ [d]impius à cõspectu regis, iam thronus eius iustitia firmus erit.
Noli te ostentare coram rege, & in loco magnatum ne steteris.
Præstat enim ut tibi dicatur, Ascende huc, q̃ te loco deijci coram principe, quem aspexerant oculi tui.
Ne [e]exeas ut cito litem instituas, ne tandẽ quid designes, [f]quo te ignominiosum reddat proximus tuus.
B [g]Causam tuã age in lite cũ proximo tuo, & [h]arcanũ alterius ne reueles.
Ne fortè audiens, à te subtrahat [i]beneficentiam, teq; infamet, quod amoliri non possis.
Mala aurea in cælatis uasis argenteis, est uerbũ [k]tempestiue prolatum.
Torques aureus, & monile aureum est, increpatio sapientis auri obtemperanti.
Sicut [l]frigus niuis in tempore messis, sic fidus legatus ei qui se misit, & reficit animum heri sui.
Nubes & uẽtus absq; imbre est, qui [m]magnifice pollicetur, sed præstando fallit.
†Longanimitate persuadetur princeps, & lingua mollis frangit [n]ossa. Prou.15.a
C Mel ubi repereris, comede quantũ satis est: ne eo satiatus, euomas illud.
Reuoca pedem à domo proximi tui, ne fortè tui satur, odiat te.
Mallens, gladius ac sagitta acuta est uir qui falsum dicit testimoniũ aduersus proximum suum.
Dens fractus, & pes luxatus, præuaricatoris spes sunt dum aduersitas ingruit.
Mœsto cordi carmen canere, perinde est atq; detrahere uestes tempore frigoris, aut nitrum aceto [perfundere.] Musica in luctu intempestiua.
†Si esuriat qui te odit, ciba illum pane: si sitierit, pota eum aqua. Roma.12.d
Sic enim prunã incendes super caput eius, & DOMINVS reddet tibi.
D Vẽtus aquilonaris pellit pluuias, at uultus seuerus [o]linguã delatricem.
†Satius est in pinna tecti habitare, q̃ cum muliere contentiosa, quæ partem in domo habet. Prou.21.b
Quod aqua frigida est lasso animo, id est nunciũ bonũ è terra lõginqua.
Fons conturbatus, & corrupta uena, est iustus lapsus coram impio.
†Quemadmodũ multum mellis edere non est bonum, sic qui gloriam eorum nimium scrutatur. Eccli 3.c
Vrbs mœnibus nudata, est uir qui non cohibet [p]spiritum suum.

CAPVT XXVI.

A Vt in æstate nix imberq; in [a]messe, sic nec stultum decet gloria.
Quemadmodum auis aufugit, & prætenuolat hirũdo, sic friuola execratio non euenit.
Flagellum equo, frenum asino, uirga tergo [b]stultorum.
Ne respondeas stulto secundũ illius stultitiã, ne & tu quoq; par ei fias.
Responde stulto secundum stultitiam eius, ne sapere sibi uideatur.
Truncat pedes, bibitq; uiolentiam, qui per [c]stultum aliquid demandat.
B Vt exarueriit crura claudo, sic prudens & picturatus sermo in ore stulti.
Qui stultũ honore adficit, perinde facit [d]ac qui lapidem in funda ligat.
Vt spina crescens in manu ebrij, sic parabola in ore stultorum.

Egregius

[a] Potest esse dissimile, ut decet deum abscõdere uerbũ uel rem, ita decet reges scrutari. Multa enim nos in diuinis rebus latẽt, idq; ad gloriam dei facit.
[b] Alij legunt, ut sit similitudo.
[c] Eb. remouere.
[d] Impius uel impietas.
[e] Quidam sic legunt, Ne tu tandem facias quid, quo tu afficias ignominia proximum tuum.
[f] Vel, quum te.
[g] Alij legunt, Alius tuam litem dirimat antequam adeas iudicem.
[h] Vel, alteri ne reueles secretũ.
[i] Alij legunt, contumelijs te afficiat, uel adimet tibi probitatẽ.
[k] Ebr. uerbum in rotis suis dictum.
[l] Ebr. Cuspis niuis, Ein yßzapfen.
[m] Ebr. uir qui gloriatur in munere mendaci.
[n] Ossa, id est duros.
[o] Ebr linguã absconsionis, hoc est, quæ clàm defert.
[p] Spiritũ, hoc est iram et impetũ, qui animo suo non imperat.

[a] Intempestiua scilicet sunt.
[b] Supple debetur, uel destinata sunt.
[c] Eb. mittens uerba per manum stulti
[d] [illegible] non hæret in funda, [illegible]culatur, sic nec honor [illegible]

Egregius aliquis ac [e] magnus uir conficit [per se] omnia, stultus autem mercede conducit [f] transgressores.

2.Pet.2.d † Vt canis ad uomitum suum redit, sic stultus iterat stultitiam suam.

Si uideas hominem qui sibi sapere uidetur, de stulto melius sperabis quàm de ipso.

Dicit piger, Pardus est in uia, leo inter plateas.

Sicut fores uoluuntur in cardine suo, sic uolutatur piger in lecto suo.

Prou.19.d †Abscõdit piger manũ suam in [g] patinã, pigetq́; eã reducere ad os suum. C

Piger uidetur sibi sapientior, quàm septem qui sententias respondent.

Canem auribus tenet, qui transiens liti se ingerit, quæ sua nihil refert.

Vt qui sese fatigat iaculando flammas, tela letalia: sic est uir dolosus erga proximum suum: deinde dicit, An non ioco feci?

Eccli 28.b † Vbi desunt ligna, extinguitur ignis: ubi deest susurro, cessant occasiones contentionum.

Carbo prunam, & ligna ignem, contentiosus rixas incendit.

Verba susurronis [h] blanditijs sunt similia, sed in intima uiscera penetrãt. D

Vt uas testaceũ argenti scoria obductũ, ita labia ardentia, & cor malum.

Labijs [i] suis cognoscetur osor, intra se dolum recondit.

Quum uoce sua [l] benignus est, ne credas ei, septem enim abominanda sunt in corde eius.

Odium si tegitur in uastatione, retegetur malitia eius in cœtu.

Eccles 10.b Eccli 27.d † Fodiens foueam in eam ruet: & qui saxũ prouoluit, in ipsum recidet.

Lingua mendax odit qui [k] ipsam reprimit, & os blandum facit [l] impulsionem.

CAPVT XXVII.

Matth.6. Iacob.4. NE glorieris de die crastino, nescis enim quid ferat dies. A

Laudet te alienum, non tuum os: extraneus, & non labia tua.

Eccli 22.b † Onerosus est lapis, grauis arena, utroq; grauior est ira stulti.

Sæua res est æstus, & [a] furor inundatio, coram æmulatione autem quis consisteret?

Melior est manifesta correptio, quàm occulta dilectio.

Fidelia sunt uulnera inflicta à diligente, [b] coacta autem oscula odientis.

Iob.6.b † Anima satura fastidit fauum, esurienti animæ etiam amarum dulce est.

Homo qui de loco suo migrat, similis est passerculo nidũ suum linquẽti. B

Vnguentum & suffitus cor exhilarant, habere amicum ex [c] animo consulentem, res dulcissima est.

Amicum tuum, & amicum patris tui ne deseras, & domũ fratris tui tempore calamitatis tuæ ne ingrediaris.

Melior est uicinus propinquus, quàm frater procul absens.

Sapiens esto fili mi, & gaudebit cor meum, ut respondere queam ei qui mihi exprobrat.

Cautus uidens periculum absconditur, simplices pertumpunt, & damnum accipiunt.

Prou.20.c † Si alienus spopõderit, eripe uestẽ eius, ut pro extraneo sit pignus eius. C

[D] Laudanti proximum suum magna uoce mane consurgenti, reputabitur ac si execratus eum fuisset.

Tectum perstillans tempore pluuio, & rixosa mulier paria sunt: qui cohibet eam, uentos cohibet, & dextera sua oleo occurrit.

Vt ferrum ferro [e] committitur, sic homo homini consociatur.

Qui ficum colit, uescitur fructu eius: sic qui dominum suum obseruat, honorabitur.

[e] Alius sic legit, Qui stultos ac prætereuntes mercede conducit, similis est magistro qui omnia contaminat.
[f] Transgressores, id est nebulones, negligentes, ignauos.

[g] Alij legunt, in sinum: alij, in ollam.

[h] Alij sic, Verba delatoris perinde sunt ac uerbera, penetrãtq; penetralia uentris.
[i] Alij legunt, Labijs dissimulat, & quum appropinquat, struit dolum.
[l] Vel sic, Quum precatur uoce sua.

[k] Vel, attenuatos ipsius.
[l] Hoc est, operatur ruinam.

[a] Alij legunt, & furor inundãs, uel erumpens.

[b] Alij legunt, nociua, contumeliosa, sed uidetur precibus extorta.

[c] Ebr. dulcedo proximo suo de consilio animæ.

[D] Varie exponitur hic uersus. Quidam sic, Qui nimis accurate & magnifice laudat aliquem, uidebitur execrare. Alij sic, Laudare aliquem nimis mane, hoc est, antequam tibi perspectus sit, uitio uertitur, &c. nimis præpropere.
[e] Alij legunt, ut ferrum acuitur.

Digitized by Google

Vt aquarum facies [f] ad facies, sic cor hominis ad homines.

D †Vt inferi & perditio nunquam satiantur, sic oculi hominis nunquam satiantur. Eccli 14.

Vt argentũ in catino, & aurum [g] in fornace [exploratur,] sic homo ore laudantis eum.

†Stultum si contuderis pistillo in mortario inter ptisanam, non recedet ab eo stultitia eius. Iere. 13.

Faciem pecoris tui accurate cognosces, & adponito cor tuũ ad greges.

(Neq; enim perpetuus erit thesaurus, neq; corona ad perpetuam posteritatem.)

Vt fœnum prodeat, herba appareat, gramminaq; montium colligãtur.

†Oues pro uestitu tuo, & hircos pro pretio agri.

Num sat lactis caprarum pro cibo tuo, & cibo domus tuæ, & pro uictu ancillarum tuarum.

Hæc ad œconomiam pertinent. Præsentibus utẽdũ. Hæc omnia prudens & diligens paterfamilias norit.

[f] Variant sensu. Quidam sic intelligunt, Vt facies in aqua resplendens fallit, ita inter se corda hominũ. Alius sic, Vt eadem aqua diuersas reddit facies, sic alia aliorum hominum sunt corda.

[g] Vel, iuxta permixtionem: uel, uir quum coram laudatur.

CAPVT XXVIII.

A FVgiunt nemine persequente impij, iusti ut leones confidunt. 1. Tim. 6. b

[a] Propter præuaricationẽ eorum qui in terra habitant, fit ut alij subinde imperent: quum uero homines prudentes sunt & cordati, firmum est, [b] & prorogatur.

Vir pauper qui pauperes uiolẽtia opprimit, perinde est ac imber putrefaciens segetem, ut nihil proueniat.

Qui legem deserunt, impiũ laudant: qui autem legem custodiunt, prouocantur contra eos. Efferi sunt pij aduersus impios.

Mali homines non intelligunt iudicium, qui autẽ DOMINVM quærunt, omnia intelligunt.

†Melior est pauper qui ambulat in integritate sua, quàm diues qui prauus in uijs suis incedit. Prou. 19. a

B Qui [b] legem seruat, intelligentia præditus est: qui uero helluonum socius est, ignominia afficit patrem suum.

Qui opes suas fœnore & usuris auget, congerit eas homini qui pauperibus benefaciat.

Qui aurem suam auocat, quo minus legem audiat, eius precatio quoq; abominanda est.

Qui seducit rectos in uiam malam, in foueam suam ipse corruet, integri uero hæreditate consequentur bona.

Diues sapere sibi uidetur, at pauper prudens explorat eum.

Vbi iusti exultant, multa est magnificentia: quum uero impij surgunt, [e] exploratur homo.

Qui transgressiones cælat, huic non prospere cadet: qui uero confitetur & deserit, is misericordiam consequetur.

Beatus est homo qui iugiter pauet: qui autẽ cor suum obdurat, corruet in malum. Præconiũ timoris domini.

Ceu leo rugiens, & ursus cum [f] fremitu discurrens, est princeps impius pauperculæ plebi. Tyrannis.

C Sub stulto principe [g] crebræ sunt uiolentiæ: qui autem auaritiam odit, diu imperabit.

Qui per uiolentiam [h] sanguinem fuderit, ad foueam usq; profugus erit, ut nemo sustentet eum.

Qui integre ambulat, saluabitur: qui uero per uias prauas incedit, in una aliqua corruet.

†Qui colit humum suam, satiabitur pane: qui uero uanos sectabitur, satiabitur Prou. 12. b Eccli 20.

[a] Ebr. In præuaricatione terræ multi principes eius, & in homine intelligente & experto firmum producetur.

[b] Prorogatur, scilicet imperiũ.

[b] Lex fortè pro modo ponitur.

[e] Alij legunt, commutantur hominum res: sed uidetur dicere, Sub impijs principibus nihil tutum est pijs, omnia explorant, omnia rimantur.

[f] Vel, esuriens, famelicus.

[g] Ebr. Princeps destitutus intelligentia & multæ uiolentiæ, odiens auaritiam, prolongabit dies.

[h] Alij legunt damnatus propter sanguinem.

Digitized by Google

tiabitur egestate.
Vir fidelis amplas habet benedictiones, qui uero festinat ditescere, non feret impune.
Agnoscere [i]personas, non [k]est bonum: propter frustum panis præuaricatur uir [huiusmodi.]
Qui properat ut ditescat, [k]inuidus est, nec animaduertit egestatem sibi imminere. D
Qui [l]corripit hominem post me, nanciscetur gratiam plus quã qui lingua adulatur.
Qui patrem suũ & matrem suam deprædatur, dicitq́ id non esse transgressionem, socius est hominis grassatoris.
Latus anima excitat contentionem, at qui DOMINO fidit, pinguescit.
Qui cordi suo confidit, desipit: at qui sapienter ambulat, liberabitur.
Qui largitur pauperi, non egebit: qui autem auertit oculos suos, multam [habebit] egestatem.
Quum euehuntur impij, delitescunt homines: quum uero pereunt impij, augescunt iusti.

CAP. XXIX.

Qui aduersus [a]increpationes dura ceruice est, subito conteretur, nec mederi quisquam poterit. A
Quum iusti regnãt, gaudet populus: quum imperitat impius, ingemiscit populus.
...ac.25.c Qui sapientiæ amans est, exhilarat patrem suum: qui autem cum scortis amicitiam iungit, opes dilapidat.
Iudicio rex [b]ditionẽ firmã facit, at [c]qui tributa [extorquet,] euertit eam.
idem. Qui adsentatur proximo suo, expandit rete [d]gressibus eius.
Ipsi [e]malo transgressio sua laqueus est, iustus autem ouat & gaudet.
Cognoscit iustus miserorum causas, impius uero nihil prudẽtiæ aut cognitionis habet. B
Illusores [f]illaqueant urbem, at sapientes auertunt iram.
...perito ...mines ni ...iniusti- Vir sapiens si cum stulto disceptationem sucipiat, siue [g]tumultuetur, siue rideat, nulla quies.
Viri sanguinarij oderunt integrum, rectis autem uita eius curæ est.
Totum spiritũ suum effundit stultus, at sapiẽs [h]retrorsum cohibet eum.
...cli 20. ...gis ad ...mplum ...us com... ...nitur or... ...h Princeps qui [i]animum aduertit ad res uanas ac mendaces, huius ministri omnes impij sunt.
Pauper & fœnerator inter sese conueniunt, utriusq́ autem oculos DOMINVS illustrat.
Rex qui iudicat in ueritate pauperes, huius soliũ in ꝑpetuũ firmũ manet. C
Virga & obiurgatio dat sapientiam, puer uero [sibi] relictus, pudefacit matrem suam.
Quũ præsunt impij, crescit trãsgressio, at iusti casum eorum intuebũtur.
Castiga filium tuum, hoc quietem tibi adferet, deliciasq́ animo tuo.
Quũ deest [k]prophetia, [l]dissipatur populus: & q̃ legẽ obseruat, beatus est.
Seruus non emendatur uerbis, & quũ intelligat, non tamen respondet.
Si uideas hominem sermone suo præcipitem, iã de stulto melius quàm de illo speres.
Qui seruum suum à pueritia delicate educat, postremo ius filiorum occupare molietur. D
Iracundus excitat occasionem contentionum, & [m]furibundus multas transgressiones.

[i] Ebr. uultus.
[k] Alij legunt hæsed pro ignominia & probro. Est qui ita legat, Auarus & inuidus, non agnoscunt sibi omnia euenire beneficentia dei. Ego legi hæser.
[k] Ebr. malo oculo est uir.
[l] Sic Solomõ loquitur, Qui post me increpat & arguit, hoc est, iuxta leges meas. Alij legunt, Tandem gratior erit adulatore.
[a] Vir contumax ad increpationes.
[b] Ebr. terram. Iudicium pro iure & æquo.
[c] Ebr. uir oblationum uel munerum, hoc est, qui nouis subinde uectigalibus populũ expilat ac deglubit.
[d] Alij legũt, gressibus suis, ut se se capiat adulator: alij, tu adsentator sit insidiator.
[e] Irretitur malus peccato suo.
[f] Alij legunt, inflant.
[g] Alij ad stultum referũt, quod is tumultuetur & rideat.
[h] Alij legunt, tandem: alij sensim, nach und nach.
[i] Animum aduertere, est delectari aliqua re.
[k] Ebr. uisio.
[l] Vel, abstrahitur.
[m] Ebr. uir nasi, uel uir furoris.

Digitized by Google

† Fastus deijcit hominem, at spiritu humilem tenet gloria. Iob 22.d

Odit animam suam quisquis furis socius est: audit execrationem, & nõ indicat.

Qui metuit [n] homines, corruet: qui autem in DOMINO cõfidit, is extra telorum iactum est.

n Ebr. Pauor hominis ponet laqueum.

Plerique ambiũt principis faciẽ, à DOMINO aũt [pendet] cuiusque iudiciũ.

Abominantur iusti uirum iniquum, impius autem abominatur qui recte incedunt.

CAPVT XXX.

Sermones Agur filij Iake, prophetia [a] grauis.

a Vel, difficilis sententia, prægnans, excellens.

b Alij legunt, sanctorum scientiã noui. Quasi diceret, Expers sum humanarum artium, at diuinarum gnarus sum.

A Dixit uir ad Ithielem, ad Ithielem inquã, & Vchal, Stupidior quidẽ sum ego quàm quisquam alius, & humana prudentia destitutus. Sapientiam nunquam didici, [b] neque sanctorum scientiam noui. Quis ascendit ad cœlos? aut descẽdit? Quis collegit uentos intra manus suas? Quis constrinxit aquas ueste? Quis constituit omnes terminos terræ? Quod est illi nomen? Quod nomen filio eius? si modo scis. † Omnis sermo dei purgatus est, scutum his qui eo nituntur. * Ne addas sermonibus eius, ne te redarguat, & mendax inueniaris. Duo sunt quæ abs te

Psal. 18.c Deut. 4.a 12.d

B postulaui, ea ne neges mihi antequam moriar. Procul à me amoue uanitatem & mendax uerbum. Inopiam & diuitias ne dederis mihi, sed fac ut decerpam panem demensi mei, ne aut te negem, & dicam, Quis est deus? aut per inopiam furer, & abiurem nomen dei mei.

Ne deferas seruum apud herum suum, ne te execretur, néue te culpæ obnoxium reddas.

Est genus quoddam [hominum,] quod maledicit patri suo, & matrem suam non laudat. Est rursus genus quoddã, quod sibi mundũ uidetur, quũ tamen à sordibus suis nõ sit lotũ. Est denique gens quæ oculos suos attollit, & palpebras suas eleuat. Est postremo gens, cuius dentes gladij, & cuius molares cultri sunt, ut deuorent pauperes è terra, & inopes ex hominibus. Sanguisugæ duæ filiæ sunt, [nempe] [c] adfer, aduehe. Tria

C hæc non satiantur, & [d] quatuor nunquam dicunt, Satis est opum. [e] Sepulchrũ, uulua constricta, terra nõ satiata aquis, & ignis non dicit, Satis.

c Traghär, Bringhär. Adferre, Adueha, nomina ficta ex uerbis
d Alij legunt, & quartum inexplebile est.
e Pro sepulchro alij legunt inferi.
f Vel, quatuor.

Eius oculum qui patrẽ subsannat, & matris doctrinam spernit, corui torrentis eruant, ac aquilæ pulli deuorent. Tria hæc excellentia sunt, ac supra captum meum, & [f] quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in aẽre, uiam serpẽtis supra petram, iter nauis in pelago, & uiam uiri cum adolescentula. Talis est & adulteræ uia, quæ ubi comederit, extergit os suũ, & dicit, Nihil mali feci. Sub tribus contremiscit terra, & sub quarto nequit consistere. Sub seruo qui imperat, sub stulto quum satur est panibus, sub odiosa si marito nupserit, & sub ancilla quæ hæres facta est dominæ suæ.

D Quatuor ista minima sunt inter terrestria, sed sapientià superant uel prudentissimos, † Formicæ, populus imbecillis, quæ tamen in messe cibum suum parant: [g] cuniculi, gens minime potẽs, attamen in petra domicilium suum collocant: locustæ, quæ & si regem nõ habeant, turmatim tamen proficiscuntur uniuersæ: [h] araneus utrunque [i] latus apprehendit, & est in palatijs regum. Hæc tria bene incedunt, imò quatuor belle incedunt. Leo qui heros est inter beluas, nec à cuiusquam conspectu fugit: canis [k] uenaticus, aries, & [l] rex alkum. Prou. 6.

Si stulte egisti efferendo te, aut si quid scelerati apud te cogitasti, [pone] [m] manum super os.

g Quidam murem mõntanũ esse putant, & uidetur hic quadrare.
h Pro araneo alij legunt stellionem aut lacertam, non inepte.
i Vel, manibus suis.
k Eb. Astrictus lũbis. Ein wind Alij legunt, firmis lumbis, uel ilijs.
l Alij, rex cui resisti non potest.
m Saltem os compescito, ne erumpat scelus.

Digitized by Google

Lac si premas, butyrũ exit: qui nares emungit, sanguinem elicit: sic qui iras incitat, litem producit.

CAPVT XXXI.

Verba Lamuelis regis [a] disciplina grauis, in qua erudiuit eum mater eius.

[a] Ebr. onus.

Argumentũ, ut à turpi amore abstineat, sed ducat honestam: caueat ebrietatem, seruet iudicium et iustitiam: deinde encomium mulieris honestæ addit.

QVid fili mi? quid fili uteri mei? [b] quid fili uotorum meorũ? Ne des mulieribus [c] robur tuum, & uias tuas ad delendũ reges. Ne [des] regibus ô Lamuel, regibus inquam uinũ bibere, aut principibus siceram, ne poti obliuiscantur legis constitutæ, aut peruertãt causas omnium afflictorum. Damnatis date siceram, & uinum his qui amaro sunt animo. Vt poti obliuiscantur inopiæ suæ, & calamitatis suæ non ultra recordentur. A

[b] Hoc est, exoptatissime, pro quo omnia mea uota emitto.
[c] Alij legunt, opes, sed hail significat quod præstantissimum est in homine, ingeniũ, robur, opes.

Aperi os tuum [d] muto, in iudicio omniũ eorum qui prouocant. Aperi os tuum, iudica iuste causam pauperis & egeni.

[d] Hoc est, aduoca & patrocinare.

א [e] Fœminam uirtute præditam quisquis nactus fuerit, mercem habet gemmis procul petitis pretiosiorem. B

[e] Alij legunt per interrogationem, Quis inueniet?

ב Ei tuto credit cor mariti eius, res quoq; [f] non decrescunt.

[f] Ebr. spolium non deest.

ג Rependet ei bonum, & non malum, cunctis diebus uitæ suæ.

ד Quærit lanam & linum, & operatur cum uoluptate manibus suis.

ה Perinde est atq; nauis mercatoris, ex lõginquo aduehẽs uictũ suum.

ו Dum adhuc nox est surgit, & dat familiæ suæ [g] cibum, ac demensum puellis suis.

[g] Vel, pensum.

ז Consultat de agro, & emit eum, de fructu manuum suarum plantat uineam.

ח Fortiter lumbos suos accingit, & corroborat brachia sua.

ט Sentit quàm bona sit negotiatio sua, nec noctu extinguitur lucerna eius. C

י Manum suam colo admouet, & uolæ eius torquent fusum.

כ Manum suam extendit pauperi, & egeno præbet illam.

ל Non metuit familiæ suæ à bruma, uniuersa enim uestita est [h] duplicibus.

[h] Alij legunt, coccino.

מ Tapetia facit sibi, ex bysso ac purpura indumentum.

נ Nobilis est in porta maritus eius, dum sedet inter senatores regionis.

ס Sindonem facit ac uendit, cingula quoq; quæ dat mercatori.

ע Fortitudo & decus uestimentum eius, & gaudebit in posterum. D

פ Os suum sapienter aperit, & lex beneficentiæ in lingua eius.

צ Speculatur statum domus suæ, & cibum suum non edit otiosa.

ק Surgent eius liberi, & prædicabunt eam felicem, maritus quoq; eius eam laudat.

ר Multæ filiæ pararunt opes, at tu uniuersas excellis.

ש Fallax gratia, uana uenustas, fœmina dei timens, [i] ea laudabitur.

[i] Vel, hæc glorietur.

ת Huic date de fructu manuum suarum, hanc prædicent in porta opera illius.

Digitized by Google

Sermones cōcionantis filij Dauidis regis in Ierusalem.

CAPVT I.

In hoc compendio disputationum Solomonis de rerum natura, uelut in concione uniuersorum hominum de uita instituenda consultantium sapientia & uox diuina reprobat omnes opiniones falsas et perniciosas de summo bono, siue beatitudine hominis, ad quam totius uitæ ratio conferenda est. Docet autẽ uere beatos, qui deo coniunguntur & uniuntur per religionem. Simulq́; usum legitimum rerum aliarum docet.



A 1 EXTREMA inanitas, dixit concionãs, extrema
2 inanitas, & omnia quidẽ sunt inanitas. 1. Quan-
tum [enim] homini reliquũ est post omnem suum
3 laborẽ, quem perfert sub sole? Aetas [nanq;] præ-
terit, & ætas [alia] succedit: terraq́; æternum per-
4 stat. 2. Oriturq́; sol, & occidit sol, & anhelus ten
B dit ad locum suum ubi oritur. Discedit [uero] ad
Austrũ, & redit ad Aquilonem. A [a] diuersis quo-
5 que mundi plagis uenti surgentes meant, & in suos circulos uenti reuer
6 tuntur. Omnes [etiam] [b] torrentes mare ingrediuntur, nec tamen mare
impletur. Nam torrentes redeunt ad locũ per quem ferebantur. Qui-
7 bus explicandis [c] uerba idonea desunt, nec quisquam edisserere posset.
8 3. Non oculus saturatur spectãdo, neq; auris audiẽdo expletur. Quod
9 [enim] fuit, ipsum etiam erit: & quod factum est, ipsum fiet etiam: nec
C 10 quicquã noui existit sub sole. Est ne res, de qua possit quis dicere, Vide
illud nouum est? & iam aliquot retro sæculis præterierunt, quæ fuerunt
11 ante nos. 4. Non [durat etiam] memoria rerum priorum, neq; apud
posteros memoria rerũ quæ posthac erunt, durabit. Ego concionans
12 fui rex Israelis in Ierusalem. Et [d] induxi in meum animum quærere &
13 inuestigare sapienter per omnia quæ sub cœlo sunt facta. 5. [e] Quam
occupationem laboriosam deus hominibus iniunxit, ut ea humiles red
14 deret. Perspexi [enim] omnia opera quæ sub cœlo sunt facta, & ecce o-
D mnia sunt inanitas & [f] animi molestia. [Etenim] quod deprauatũ est,
15 non poterit quicquam reconcinnare: & quod deest, non poterit nume-
16 rari. 6 [g] Subduxi autem rationem eiusmodi apud animũ meum, Ecce
ego res magnas perfeci, & auxi sapientiam præ omnibus qui ante me
fuerunt in Ierusalem, ac meum cor uidit plurimam sapientiam & scien-
17 tiam. Et adieci animum meum ad cognitionem sapientiæ & cogni-
tionem uæsaniæ atq; stultitiæ: [ac planè] intellexi, quod illud etiam sit
18 animi molestia. Nam cum plurima sapientia coniuncta est plurima in-
dignatio: & qui auget scientiam, simul auget quod eum cruciet.

CAPVT II.

1 A PORrò apud meipsum ita cogitaui, Age quæso, lætus poculis indul
gebo, & experiar quantũ in eo bonum sit: ecce aũt, etiã hæc inani-
2 tas est. 2. [Nam] [b] ridere statuo esse hominis uæsani, & lætitiã nescio
3 qd parere. 3. Indagaui ergo corde meo, [c] corpus meũ diuina uoluptate
uini

Vna sententia damnat omnes omnium opiniones ut uaniss. qui felicitatẽ alibi q̃ in deo ponunt, aut rationibus alijs attingere moliuntur q̃ per religionẽ Christi. Beatitudinẽ hominis nõ esse in multiplici scientia sex rationibus demonstrat.

1. Scientiæ cum labore perpetuò coniunctæ sunt.

2. Imperfectæ sunt etiã physicæ & astronomia, quæ certiss. uidẽtur, & modis omnibus præstantissimæ.

a Circuit, circuit, it uentus, & secundum circuitus suos redit uentus.

b Hierony. flumina.

c Omnia uerba laborant, siue lassantur.

3. Scientia non explet desiderium hominis, qui semper aliquid noui requirit.

4. Obliuione aboletur scientia.

d Et dedi cor meũ ad quærẽdũ.

5. Necessitas & studium discendi est peccati pœna propter philautiam & curiositatem primorum parentum irrogata.

e Istam occupationẽ malã dedit deus filijs Adæ.

f Hier. animi afflictio: quidã, pastio uenti. i. uaniss. studium.

6. Scientia non tam res bonas q̃ malas complectitur. Itaq; potest æque miserum ac beatũ facere.

g Loquutus sum ego cũ corde meo dicendo.

a Dixi ego in corde meo, [quæso, pocula miscebo in lætitia, & uide in bonum.

*Felicitatem hominis non contineri uoluptatib. mũdi, quinq; rationibus demonstrat.

1. Lætitiæ & uoluptatis mater est stultitia.

2. Voluptatis comes dolor.

3. In rebus quæ uoluptatẽ afferunt, parãdis, plus est dispẽdij, quã in fruendo cõpendij. Et illę quidẽ multũ nitendo non omnibus obtingunt: & si obtingunt, friuolæ & momentaneæ sunt. Quod Solomon ostendit suo exemplo.

b Ad ridere dixi, uæsanũ, & lætitiæ, quid hoc facit?

c Ad trahẽdũ in uino carnẽ meã.

Exponit occasion[em] & studiu[m] cognosce[n]di, & qu[...] tam noci[...] consecu[tus] sit, præ[...] rans ad [...] quentia [ar]gumenta[...] Vsus scie[n]tiarum, h[u]miles & [sub]missos fa[ce]re homin[es], dum opi[fi]cem suum & seipsos agnoscan[t].

uini oblectare, & cor meũ asuefacere sapientiæ, hactenusq; retinere
stultitiam, dum cernere possem ubi nam positũ sit bonum homini-
bus, quod sub cœlo [b]persequantur quanto tẽpore uiuunt. Perfeci 4
[enim] magna opera, ædificaui mihi domos, [&] plantaui mihi
uineas. Conseui mihi etiam hortos & paradisos, ac in eis plantaui 5
omnis generis arbores fructiferas. Feci [etiam] mihi piscinas a- B 6
bundantes aqua, ut irrigarẽ ex eis nemus producẽs arbores. [c] Emi 7
[quoq;] seruos & ancillas, & habui uernas: peculium etiam habui
armentorum & gregum maius quàm ullus eorum qui ante me
fuerunt in Ierusalem. Congessi etiam mihi argentum et aurum, et 8
[f]mundũ pretiosum regum & prouinciarum, mihiq; [g]acciui canto
res et psaltrias, necnon [h]mulierem & mulieres, hominum delicias.
Et magnus euasi, & cumulaui [res suaues] præ omnibus qui ante 9
me fuerunt in Ierusalem, [i]simulq; sapientia mihi permansit. Quic- 10
quid etiam expetiuerunt oculi mei, non negaui eis, neq; prohibui
cor meum ab ulla lætitia, nam cor meum lætatum est in omni labo
re meo: atq; hæc fuit sors mea ex omni meo labore. Et conuersus C
sum ad omnia opera mea quæ peregerunt meæ manus, & ad labo 11
rem quem pertuli: & ecce omnia inanitas & animi molestia, nec
Ira 8.a quicquam sub sole fit reliquum. 4. Porrò [illuc] me uerti, ut †per- 12
ou.17.d spicerem sapientiam, & uæsaniam, atq; stultitiam: [k]quid est enim,
si homo sequatur ipsum regem, quod olim fecerũt? Et perspexi qui 13
dem [l]potiorem conditionem propositam esse sapientiæ quàm stul
titiæ, quemadmodum præstantior est lux quàm tenebræ. Sapientis 14
enim oculi sunt in capite ipsius, stultus autem uersatur in tenebris:
[m]quanquam ego etiam noui quod eadem fortuna uniuersis obtin
gat. [n]Et cogitaui apud meipsum, eadẽ fortuna mihi obueniet quæ 15
& stulto: & quorsum maiorem operam darem sapientiæ? Statui D
autem apud me, quod etiam ista sit inanitas. Non enim perpetuò 16
erit eadem memoria sapientis et stulti, [o] & eius quod nunc extat,
tẽporibus futuris omnino obliuiscentur [homines:] & quomodo
moreretur sapiens sicut stultus? Quapropter odi uitam, quoniã la- 17
boriosum est mihi opus quod sub sole fit: omnia enim sunt inani-
tas & animi molestia. †Odi etiam omnem laborẽ meum, quẽ perfe 18
ro sub sole, quẽ relicturus sum homini qui post me erit. Quis enim 19
scit, utrũ sapiens an stultus futurus sit, q dominiũ habiturus est in o-
mnem laborem meum quem pertuli, & quem sapienter obiui sub
sole? Etiã illa est inanitas. Quare me [p]reuocaui, ut ex animo eijce- 20
rem cogitationem omnis laboris quem ferrem, & sapienter obi-
rem sub sole. Est nanq; homo, qui laborem suum in sapientia, & 21
scientia, & iustitia [excolenda insumptum] tradat homini, qui ni-
hil in ea re elaborauit, [q]ut eo fruatur: quod etiam inanitas est, et ma
gna molestia. Quid enim [utilitatis] homini existit [r]ex omni labo 22
re suo, & animi molestia quam perfert sub sole? [s]Nam omne tem- 23
pus ipsius [plenum est] rebus quæ cruciant, & indignatione suæ
occupationis, ut ne noctu quidem cor eius quiescat: quæ etiam ina
nitas est. [t]Non [enim aliud] homini bonum obuenit ex labore 24
suo, quàm quod edit ac bibit, animæq; suæ bonum, quo fruatur, ex
hibet: quod etiam uideo manu dei [exhiberi.] †Quis enim come- 25
dit, [u]& [ad laborẽ] quis promptior fuit quã ego? Nã [deus] dat ho- 26

[b] Faciant numero dierum uitæ suæ.

[c] Hier. possedi.

[f] Segyloth significat κειμήλια quæ uulgo dicuntur clinodia. Hier. ut Græci, substantias.

[g] Hiero. Feci mihi cantores & cantatrices,

[h] Hiero. scyphos & urceolos. Græci quoq; & Chald. uasa putant. Kimhi musica instrumẽta. Abr. mulieres à rapiẽdo dictas. Potius à mamma, ut Iud. 5. rahem ab utero appellantur.

[i] Etiam sapientia mea stetit mihi.

4 Deus & natura instituerunt, [ut homo pareat menti & sanæ rationi tanquã regi suo, & non concupiscentia carnis trahatur.

[k] Quia quid homo, q ueniet post regẽ?

[l] Reliquũ sapientiæ à stultia, sicut reliquum lucis à tenebris.

Obiectio. Atqui uidemus sapienter secundum naturam uiuentes ijsdem in fortunijs inuolui, quibus & stulti ex carnis præscripto uiuentes. Soluitur, quod diuersissimus sit exitus sapientis & stulti.

[m] Et sciam etiam ego, quod euentus unus eueniet uniuersis.

[n] Et dixi ego in corde meo, Secundũ euẽtum stulti etiam ego eueniet mihi.

[o] In quo iam diebus uenientibus omne obliuioni datur.

†Obiectio alia, Si felicitas nõ est summum bonum hominis, rectissimũ erit spretis uoluptatibus omnibus posteritati consulere. Soluitur, quod deo non placeat inanis et superuacua cura posteritatis, sed moderata ꝓspiciẽtia.

[p] Et redij ad excutiendum cogitationem siue coram è corde super omni labore, &c.

[q] Sortem ipsius.

[r] Vel, in labore.

[s] Quia omnes dies eius dolores sunt res dolorificæ.

[t] Non bonum in homine, quod edet et bibet, & ostendet animæ suæ bonum in labore suo.

† Salomon dicit sesẽ deo concessis bonis frui, & in laboribus honestis & utilibus impigrum esse, docens exemplo quid facere conueniat.

[u] Et quis festinabit extra à me?

Digitized by Google

f Bonus ante ipsum.
g Et peccanti.

mini qui f ei probatur, sapientiam, & scientiam, & lætitiam: g aberranti autem à recto itinere dat negotium colligendi & congregandi, ut tradat ei qui deo probatur: quæ etiam inanitas est, & animi molestia.

CAPVT III.

Obiectio tertia, Quid si propter deum & uitam æternam, propter ipsum honestum refugiam omnes uoluptates, et persequar dura & aspera? Ad hoc respondet, optimum esse ut tempus obseruetur, & modus teneatur, sine quo nihil recte fit.
a Ad omnem uoluntatem.
b Vel, sanandi, ut Hierony.
c Longe abesse amplexantem.

A 1 Omnibus [etenim] tempus præfinitū est, estq́ue tempus, a quid
2 uelis aut nolis sub sole. [Est] tempus nascendi, & tempus
moriendi: tempus plantandi, & tempus euellēdi, quod plantatum
3 existit. Tempus occidendi, & tempus b medendi: tempus demoliendi, & tempus ædificandi. Tempus lachrymandi, & tempus ri-
4 dendi: tempus lugendi, & tempus saltandi. Tempus proijciendi
5 lapides, & tempus colligendi lapides: tempus amplexandi, & tem-
6 pus c abstinendi ab amplexibus. Tempus quærendi, & tēpus per-
7 dendi: tempus custodiendi, & tempus proijciendi. Tempus scin-
8 dendi, & tempus consuendi: tempus tacendi, & tempus loquendi.

Per subiectionem quærit ac respondet quid recte fiat in istis actionibus contrarijs. Iubet autem spectare opificiū mundi & naturam ipsam: quæ docent temperantiā auream optime omnibus actionibus moderari pro loco, tempore, personis, rebus.
d Quid reliquum siue excellens agentis, in quo ipse laborat? Hoc est, quem fructum capit ex tam diuersa functione? Vel potius, quid officij superest quod obseruet?
e Et etiam omnis homo quod edet & bibet, & uidebit bonum, &c.
f Super eo non addendum, &c.
5. Perfecta beatitudo & æterna in futuro sæculo manet hominem. Non igitur summum bonum est uoluptas temporaria in terris, quæ immersos sibi perdit.
g Dixi ego in corde meo.
h Quia tempus ad omnem uolūtatem & super omni opere illic, id est in futuro seculo, ut Iob 23.
i Dixi ego in corde meo super uerbo filiorum Adæ, ad separandum eos deus, & uidendū q̄d ipsi pecus ipsi sibi.
*Impijssimam opinionem in qua Epicurei fuerunt, cum suis friuolis ratiunculis reddit, hominem totum morte interire ut cæteras animantes. Ideo summam beatitudinem hominis, uoluptatibus sese ingurgitare.
k Quia euentus filiorum Adæ, & euētus bruti, & euentus unus ipsis.
l Pro anima. m Et uidi.
n Pro beatitudine & optima conditione, ut Dan 12. & in Psal.
In primatu & excellentia nō positam esse felicitatem hominis, demonstrat septem rationibus.
1. Ex æmulatione ac studio excellentiæ fit, ut plurimi opprimantur, oppressi deserantur, hominesq́ue impatientes sint.
a Et de manu opprimentium ipsos uirtus, & non eis consolator. Chald. & Abraham, & Latinus interpres repetunt aduerbium negandi.
b Et bonus ab ipsis duobus.

9 Tempus diligendi, & tempus odiendi: tempus belli, & tempus pa-
cis. d Quid [igitur] agenti superest obseruandum in eo quod la-
10 borat? Vidi [equidem] occupationem quam deus iniunxit homi-
11 nibus, ut ea redderet humiles. Omnia [enim] condidit, ut unum-
quodq́ue pulchrū sit suo tēpore: deus quoq́ue mundū ipsum indidit
12 eorū cordi, ne non inueniret homo opus, quod deus condidit à ca-
C pite usq́ue ad finem. Et scio quod in illis rebus bonum non sit, nisi
ut [homo] lætus sit, & quod bonū est, agat per uitam suam. e Ete-
13 nim quantum omnes homines edunt & bibunt, & bono fruuntur
ex omni labore suo, istuc ipsum est munus dei. Noui [etiam] quod
14 æternum permanebit, quicquid deus condidit: f cui nec addi quicquam, nec detrahi potest: cōdidit autem deus ut ipsum [homines]
reuereantur. Quod [olim] fuit, iam extat: & quod futurum est,
15 olim fuit, & deus requirit quod ab insequenti propellitur. Porrò
16 spectaui sub sole iudicij locum, ibiq́ue impietas [regnabat:] & iusti-
17 tiæ locum, ibiq́ue impietas. g Et cogitaui apud meipsum, quod deus
iustum & impium iudicabit: h illic enim tempus est, quo uoluntati
omni, & oībus factis [præmium condignū rependetur.] *i Aesti-
18 maui autem in animo meo conditionem hominum, ut deus excel-
lentissimos creauerit, simul cernens quomodo ipsi sese in pecudum
D conditionem abijciunt. k Eadem enim solent hominibus & bru-
19 tis animantibus euenire: & qualis est mors unius, talis est mors al-
terius, & l spiritus idem omnibus [inest:] nec habet homo quic-
quam præstantius pecore: siquidem omnia sunt inanitas. Omnia
20 tendunt ad locum unum, omnia existunt è puluere, omniaq́ue reuer
21 tuntur in puluerem. Quis autem scit an spiritus hominū sursum
ascendat, & spiritus pecoris deorsum in terram descendat. m Cen-
22 seo igitur nihil esse melius, quàm ut homo lætetur in suis factis: ea
enim est n sors ipsius: quis enim adducet eum, ut spectet quid post
ipsum futurum sit?

CAPVT IIII.

A 1 Porrò me [ad alia] conuertens uidi oppressiones omnes quæ
fiunt sub sole, & ecce [manante] lachryma eorum qui oppri-
muntur, nemo est qui consoletur: a & quia deest facultas se uindi-
candi è manu opprimentium ipsos, nō habent qui [efficaciter] con
2 soletur. Vt equidem laudem mortuos qui iam sunt mortui, præ
3 uiuis qui adhuc uiuunt. b Vtrisq́ue autem beatiorem dico, qui non-
dum

Si anim non est mortal non re git ... & uita ... na manen homines Viuite conex medo ... tres.

Digitized by Google

dum fuit, [c]qui nondū expertus est molesta negotia quæ fiunt
sub sole. Ac uidi omnem laborem, & omnem industriā agen- 4
di mutuam esse æmulationem: quód quidem etiam inanitas
est, & animi molestia. 2. Stultus cōplicat manus suas, editq; 5 B
carnem suam. [b]Quanto potior est manus plena cum quiete, 6
quàm utraq; uola plena cū labore & animi molestia? 3. [c]Rur 7
sum contemplatus sum inanitatem sub cœlo. Est [enim] unus 8
quispiam & non secūdus, qui neq; filium neq; fratrem habet,
neq; finem [propositum] omni labori suo: cuius oculus non
satiatur diuitijs, [ut dicat,] Cui laboro, [f]& meum defraudo ge
nium? Quæ quidem etiam inanitas est, & negotium permole
stum. 4. [g]Melius est duos coniunctos uiuere, q̄ unū solum, C 9
quibus merces optima est [proposita] in labore suo. Si enim
ceciderint, alter socium suum eriget: uæ autem uni si ceciderit, 10
nec [adest] alter qui eum erigat. Præterea si duo [simul] cubēt, 11
[plus] eis caloris erit: unus enim quomodo calesceret? [h]Et si 12
unus quempiam inuaserit, duo resistent ei: funiculus etiam tri
plicatus non cito rumpetur. 5. Puer egenus & sapiens præ- 13
stat regi seni & stulto, [i]qui admonitionem non admittit am-
plius. 6. [k]Est enim qui ad regnū gerendum prodit è carcere, 14
nam etiam in regno suo natus est pauper. Vidi [etiam] omnes D
uiuentes sub sole [l]sequentes puerum secundū, qui loco ipsius 15
[patris] regnum teneret. [Præterea] infinitus est populus o- 16
mnium illorum qui ante istos [uixerunt:] *posteri quoq; non
lætabuntur in eo: nam & hæc inanitas est, & animi molestia.
7. Custodi [m]pedem tuum [n]ceu aditurus domum dei, accede- 17
re nanq; audiendi gratia præstantius est, quàm quod stulti ui
ctimam offerunt, quia ignorant se male agere.

CAP. V.

N[a]E quid præcipitanter loquaris, neq; festinet cor tuum A
1 proferre uerbum coram deo: deus enim in cœlo est, &
tu in terra; quocirca pauca sint uerba tua. Nam in multa occu
patione [b]occurrit somniū, & in multis uerbis stulti uox [erum
pit.] Quum uoueris deo uotum, ne differas soluere, non enim
[deus] stultis delectatur: [proin] quod uoueris, exolue. Me-
lior [nanq;] est qui non uouet, eo qui uouet, nec soluit. [c]Ne
committas ut os tuum præbeat carni tuæ occasionem peccan-
di, neq; dicas coram angelo, per imprudentiam [peccatū esse:]
quare enim deus irascatur propter uocem tuam, ac destruat o-
pus manuum tuarum? Etenim in multis somnijs, & uanitati- B
bus, & negotijs multis [enitendum est maximopere,] ut deum
timeas. †Si quando uideris in regione oppressionem paupe
ris, & [D]uiolentam præuaricationem iudicij & iustitiæ, ne mi-
reris [diuinam] uoluntatem: est enim custos altior etiam alto,
& ipsis [mortalibus] aliqui altiores sunt. [e]Et post omnia ter
ræ deus semper sui similis expectandus est, ut rex agri qui co-
litur. *1. Qui amat argētum, non saturabitur argento: 2. &
qui amat diuitias, nullum fructum [percipit:] quæ quidem
etiā inanitas est. 3. Dum augescunt [f]opes, augentur [etiam]
qui eas comedāt: & quæ [g]utilitas peruenit ad possessores ipsa- C
rum, quàm ut oculis suis spectent? 4. Dulcis est somnus ope

[c] Qui non uidit opus malum.
2. Cupiditas sese amplificandi & excellendi, mater est inuidiæ excarnificantis homines.
[D] Per interrogationem reddidi, ut euidentior sit exclamatio.
[e] Et reuersus sum ego, & uidi.
3. Contentio superandi uelut di uitijs conijcit hominem in magnos cruciatus, dum alij cedere non uult, nec aliud bonum uel sibi uel hominibus charis obuenturum cernit.
4. Immoderata cupiditas præcellendi obstat amicitiæ & societati, iucundissimę atq; utilissimæ rei in uita mortalium.
[f] Et egere facio animam meam à bono.
[g] Boni duo ab uno.
[h] Et si quispiam præualuerit contra unum.
5. Primatus inflat per arrogantiam homines, ut impediantur à profectu in sapientia & probitate.
6. Imperium res externa est, nec animum nec corpus attingēs, & fortunæ insultibus obnoxia.
[i] Qui non sciuit admoneri amplius.
[k] Quia è domo uinctorum exiuit ad regendum.
[l] Euntes cum puero secundo, q stabit pro ipso. Perstringit seditionē, qua deserto Dauide optimo principe, populus Absalonem secutus est.
7. Ordinationi diuinæ maxime repugnat libido imperitandi. Omnes enim serui sunt summi & unici domini, ad cuius nutū solicite componantur affectus, sermo, actiones: quo iubente seruiendū est cuiq; homini: & contrà non cedendū ulli homini aut ulli rei deo iubente.
[m] Pedes. i. affectus religiose cōponendi ad imperium dei.
[n] Quemadmodū ibis ad domū dei, & accedere ad audiendum à dando stultos uictimam, &c.
† Occupatio. Si quando scelus non statim punitur, nō putes impune abire. Deus enim omnia obseruat, & in fine zizania quæ proueniunt in agro mundi, comburet, frumentum autem colliget in horrea, Matth. 13.
[a] Ne tumultueris super ore tuo.
[b] Venit. Similitudo. Vt somniū reddit actiones in quibus uersatur homo, ita in multo sermone uox stulti refertur.
[c] Ne des os tuum facere peccare carnem tuam.
[D] Rapinam. [e] Et reliquū terrę in omnibus ipsus, rex agri qui colitur. [f] Bonum.
[g] Rectitudo. Hier. Quid pdest.

...liquæ rationes pote
...si et imperio in alios
...sunt accommodatę.

...tis si placeas omni
...i præsentibus, quid si
...leant mortui? aut nū
...steri probabunt facta
...is

...rmoni prudenter mo
...randum.

...ta dirigēda sunt uo
...ate & præcepto dei,
...ut ne per gulā in ui
...quis prolabatur.

...n diuitijs non posita
... beatitudo, ut auari
...inantur. Quod 7. ra
...ibus probatur.
Diuitiæ non explent
...siderium, sed irritant
...
Nullum fructum affe
...t auaro diuitiæ.
Quo maiores diuitię,
... plures qui inhient,
...rapiant.
Diuitiæ eripiunt aua
... somnū rem dulcissi
...am.

Digitized by Google

ranti, siue parum siue multum comederit: diuiti autem satietas
non cōcedit dormire. 5. Est †morbus malus quem uidi sub
sole, [nempe] diuitias seruatas à suis possessoribus in ipsorum
exitium. Quodq; perierunt istæ diuitiæ per malum ali-
quod negotium, ut [diues] generaret filium [b]qui prorsus ni-
hil haberet. Quemadmodū [homo] egreditur ex †uentre ma-
tris suæ, ita nudus reuertitur, quum abit, nec quicquam de suo
labore aufert, quod sua manu secū ducat. Estq; malus iste mor-
bus, [i]nam planissime ut quisq; [in mundum] uenit, ita egre-
dietur: [f]& quod operæpretium contingit ei qui uanos labores
impendit? 6. Præterea toto suo tempore [diues auarus] cō
medit in tenebris, & cū multa indignatione, & morbo, & ira.
D 7. [l]Quamobrem ut ego iudico, bonum erit, quod & decorum
est, ut quis edat ac bibat, & fruatur bono in omni suo labore,
quem sub sole perfert toto uitæ suæ tempore quod ei deus con
cedit: nam ea est portio ipsius. Hoc etiā muneris diuini est, q
homini cuius dat deus diuitias & opes, eumq; dominum præ
ficit, ut comedat ex eo, & auferat portionem suam, & lætetur
in labore suo. Nam [talis homo] nō ualde recolet tempora ui
tæ suæ, quia deus lætitia cordis ipsius [m]remunerat eum.

5. Diuitiæ conijciunt pericula & calamitates.
Iob 20.c
Iob 1.d
1.Tim.6.b
6. Diuitiæ adeo nō beatitudinem terminant, ut etiā miseris modis torqueant auaros possessores.
7. Verum usum diuitiarum ostēdit, contentum sorte sua uiuere, ac moderate uti facultatibus à deo concessis, quo antithesis etiam rem illustras.

[b] Et non in manu eius quicquam.
[i] Omni respectu, siue oppositione, qua uenit.
[f] Et quid reliquum ei qui laborabit ad uentum?
[l] Ecce quod uidi ego bonum, quod pulchrum comedere.
m Respondet in lætitia cordis sui uel ipsius.

CAPVT VI.

Explicat miserias auari diuitis.

A EST malum quod uidi sub sole, idq; principatum inter ho-
mines obtinuit. Est uir cui deus diuitias dedit, & opes, &
honorem, [a]ut nulla re careat, qua animus eius delectetur ex o-
mnibus quæ posset expetere, nec tamen deus instituit eum do-
minum ut comedat ex illis, sed exterus quispiā ea deuorabit:
quæ inanitas est, & malus morbus. Si quis generet centum [li
B beros,] multisq; annis uiuat, & plurimi dies uitæ ipsius exi-
stant, animus autem eius non saturetur [b]bonis rebus, sepul-
chrum deniq; non habeat, [c]pronuncio potiori conditione esse
quàm ille sit, fœtum abortiuum. Is enim [D]ut res inanis prodit,
ac in tenebras abit, tenebræq; nomen ipsius occultant. Non
etiam solem aspexit, nec quicquā nouit: cui amplior est quies
quàm isti. Si enim bis mille annos uiuat, neq; bono fruatur,
C an non omnia tendunt unū in locum? [e]Quum labor omnis
impendatur ab homine propter *os eius, animæ autem desi-
derium nunquam leuetur. Quid excellentius habet sapiens
quàm stultus? [f]aut quid præstantius habet humili, qui scit ui-
tam agere inter uiuentes? †[g]Melior est prouidentia, quàm ut
quis desiderium sequatur, quæ etiam est inanitas, & animi mo
lestia. Qui [enim] existit, iam uocatum est [h]nomen ipsius, &
D cognitum est q homo sit, nec poterit iure contendere cum po-
tentiore se. Multæ enim sunt res quæ inanitatem augent, &
quod inde operæpretium homini? Quis enim scit [i]quid pro-
sit homini in uita toto curriculo dierum suæ friuolæ uitæ, qs
transigit tanquam umbram? Quis enim homini referet quid
post ipsum futurum sit sub sole?

Hic Latini codices caput 7. notant.

[a] Et non ipse caret ad animam suam de omnibus, quæ expetet, & nō dominari faciet eum, &c. id est seruus est pecuniarum.
b Bono.
[c] Dixi bonus ab eo fœtus abortiuus.
D In uanitate uenit.
[e] Omnis labor hominis ad os eius, & etiam anima non implebitur.
* Os pro uictu. In sudore uultus tui comedes panem, Gen. 3.
f Quid ad humilem scientem ambulare coram uiuentibus?
g Bonus prospectus oculorum ab ambulare, animam.
† Soluit rationibus ualidissimis obiectionem prudentiæ carnis, quæ solicitudini ex diffidentia in deum prætexit titulum prouidentiæ. Num securi uiuemus in diem? nihil reponetur in seniū, & ad usus alios? ut Matth. 7. Luc. 12. quid edemus, &c.
h Pro essentia & conditione, ut Esa. Noui te ex nomine.
[i] Bonum homini in uita, numero dierum uitæ uanitatis suæ.

CAP. VII.

Iam formulis circiter 40. propositis docet rerum in animo & corpore, & extra hominem positarum discrimen & gradus, ut sint bonæ, meliores, optimæ, itemq; malæ, peiores, pessimæ. Itaq; opus

esse

esse delectu, quo actiones omnes ratione atq; consilio regantur.

Melior est bona [a]fama q̃ unguentũ preciosum: & dies mortis [melior est] die natali. Melius est adire domũ luctuosam q̃ domum cõuiuij, in quo [cernitur] finis omnium hominum, & uiuens [homo] id [b]reponit in corde suo. Melior est indignatio risu, [c]quia tristis uultus pariet lætum cor. Sapientium cor [uersatur] in domo luctus, & cor stultorũ in domo lætitię. Melius est audire increpationẽ sapientis, q̃ ut quis audiat carmen stultorũ. Qualis etenim est sonus spinarum sub olla, talis est risus stulti: quæ etiam inanitas est. Etenim oppressio ad insaniam adigit sapientẽ, [d]& frangit cor dotibus pręclaris ornatum. Potior est extrema negotij pars principio: [e]lentus [homo] præstantior est q̃ elatus animo. Ne sis præcipiti animo ad succensendum, quia indignatio permanet in sinu stultorũ. Ne dicas, Quid causæ est q̃ tempora priora meliora fuerunt istis [præsentibus?] non enim à sapientia [incitatus] hoc percontaris. Sapientia cum [f]opibus hæreditarijs bona est, & plus commodat solẽ aspiciẽtibus. [g]Nam pariter quis sub umbra sapientiæ, & sub umbra pecuniarum cubabit: primatũ tamen habet scientia, eo q̃ sapientia uitam confert suis possessoribus. Inspice opus dei: quis enim reconcinnare poterit quod ipse deprauauit? [h]Tempore felici sis lætus, & tempore aspero circumspice: nam hæc cum illis deus temperat, nihil [certi] homo [i]post ipsum [deũ] inueniat. Omnia ista uidi per dies [uitæ] meæ inanis, q̃ iustus in iustitia sua [k]occumberet, & impius diutius [uitam] prorogaret in sua prauitate. Ne sis nimiũ iustus, neq; maiorem sapientiam tibi arroges, qua teipsum stupidũ facias. Ne sis impius immodice, neq; sis stultus, [l]ne moriaris ante fatale tempus. Bonum est ut hoc teneas ita, ne manum tuam ab isto retrahas: nam timens deum [m]expediet se ex uniuersis. Sapientia plus uirium sapienti suppeditat, quàm decem [n]potentes qui in urbe agunt. Non est enim homo iustus in terra qui bonum faciat, & non peccet. Non animaduertas omnia uerba quæ loquuntur [homines,] ut non audias etiam seruum tuum imprecantem tibi mala. Nouit enim cor tuum, q̃ & tu sæpenumero alijs mala sis imprecatus. *Omne hoc tentaui per sapientiam [cognoscere,] [o]& proposui sapientia uti, quoniam ea res à mea notitia remota fuit. Remotum quiddam est & profundissimũ, & quotusquisq; illud reperiet? [p]Obiui equidem [eam speculationẽ] corde meo, ut scirem, & indagarem, & perquirerem sapientiam atq; rationem, & scirem quidem [q]proteruiam stultitiæ, & stultitiam uæsaniæ [affinem.] [r]Deprehendi autem fœminam ipsa morte amariorem esse, cuius cor est uenatorium instrumentum & casses, manus autem eius uincula: [s]à qua demum asseritur qui deo charus est, peccator autem capietur per eam. Inspice illud quod deprehendi, ait [t]concionans, una re cum altera [comparatą,] ut rationem deprehenderem. Quum & [u]aliud perquisiuerit anima mea, quod non deprehendi: [x]inter mille unum reperi, qui numeris uiri boni absolutus sit: inter istos autem omnes fœminam non

Left margin: ...ma. / Prouerb. 22. a / ...ors. / ...ugentibus conuersa... / ...i. / Indignatio, Lætitia, / Prudentia, Oscitan... / ...ia. / Correptio. / ...aus. / Lætitia stultorum. / Iniuria, & præsertim in ... / ...titudo. / ...nis negotij. / ...entudo. / Iracundia. / Querela de suo sæculo. / ...itiæ, sapientia di... / ...satrice adiuncta. / Tempori seruire. / Contingũt iustis aduer... / ... & malis prospera. / Sapientiæ uis magna. / Humana iustitia. / Non omnes iniurias & contumelias rigide per... / ...qui.

Right margin notes:
A [a] Nomen.
[b] Dabit ad cor suum.
[c] Quia in malitia faciei bonum siue lætum erit cor.
[d] Et perdet cor muneris siue charismatis.
B [e] Longus spiritu ab alto spiritu.
[f] Hæreditate.
[g] Quia in umbra sapiẽtię, in umbra argenti, & residuum scientiæ, sapientia uiuificabit, &c.
[h] In die bono sis in bono, & in die malo uide: etiam hoc è regione illius fecit deus.
[i] Post ipsum deum .i. secundum uel extra deum. Omnia enim humana friuola & incerta sunt.
C [k] Periens.
Modum tenere, ac Viam regiam ingredi, rectissimum est in omnibus: nec ita fugienda est impietas, ut in superstitionẽ deflectatur, nec stultitia, ut perueniatur in curiositatem.
[l] Quare morieris in non tempore tuo?
[m] Exibit.
[n] Schalit & principem & armatum significat.
*Origo prauæ indolis in homine, & quousq; progrediatur ingenij humani temeritas secuta affectus: ut iam pauci sint boni uiri, & pauciores bonæ fœminæ.
[o] Dixi, sapiam, & ipsa longinqua à me.
D [p] Circuiui ego & cor meum.
[q] Hier. impietatem stulti & errorem imprudentium.
[r] Inuenio ego.
[s] Bonus ante deum liberabitur ab ea, &c.
[t] Iungitur cum uerbo fœminini generis.
[u] Adhuc uel insuper.
[x] Adam siue uirum unum ex mille inueni, &c.
Mille quidẽ uxores habuit Solomon, inter quas fortasse nullã ipse quoq; reperit, quæ bonæ & perfectæ fœminæ titulo responderet.

Digitized by Google

y Siue, hominem rectum fecit.
z Et ipsi perquisiuerunt cogitationes, multi.
Accepta uxore Adam ab ea sollicitatus cœpit cogitare ex æquo cum deo sapere, &c.

reperi. Tantum hoc inspice quod deprehendi, quod deus [y] Adamum probum condiderit, [z] ipsi autem plures iam facti cogitationes [uanas] persecuti sunt.

CAP. VIII.

Sapientia habitum hominis format.

A QVis similis est sapienti? & quis [ita] nouit explicationem negotiorum? Sapientia hominis [a] serenum reddit uultum eius, & uultum impudentem remouet. Equidem [moneo,] ut os regis obserues, præsertim propter iuramentum dei. Ne festines abire ex illius cõspectu, neque [b] perseueres in re mala: quicquid enim libuerit ei, efficiet. [c] Et quancunque rem præcipit rex, in ea etiam potestatẽ exercet: & quis dicet ei, Quid agis? [Præterea] qui custodit præceptũ, non [d] experietur aliquid mali: & cor sapientis intelligit tempus & iudiciũ. Ad omnem enim uoluntatem [exequendã] est tempus & iudicium, & malum hominis præpollet ei. Nescit enim quid ei sit euenturum: quis enim referet ei quando euenturũ sit?
B Non est etiã homo præditus potestate in [e] spiritũ, ut contineat spiritũ: neque potestatem [habet] in diem mortis, neque [telorum] emissionem in bello, neque proteruia eripiet suos consortes. Hoc uniuersum uidi, [f] & animaduerti omnia opera quæ sub sole fiunt: est tempus quo dominatur homo homini in ipsius perniciem. Simul aũt uidi impios sepultos, & quod [†] abierunt, & recesserunt è loco sancto, suntque obliuioni traditi in ea urbe, [g] in qua quicquid egissent, ratũ rectumque erat: quæ quidem etiam inanitas est. [h] Quia non
C statim negotiũ patrantis scelus cõficitur, quorundã hominum cor [audacia] plenũ est, ut patrẽt scelus. Quia peccator malum patrat centies, [i] eique [deus] pœnam differt, ego etiã scio quod bonũ obueniet timentibus deum, qui eum reuerentur. Impio aũt bonũ minime obueniet, neque dies suos prorogabit sicut umbra, qui deum non reueretur. [*] Est inanitas, quæ usuuenit in terra, [t] ut sint iusti, quibus obtingit quod impij merentur: & [rursum] impij sunt, quibus obtingit quod iusti merentur: [quare] dixi,
D hanc etiã esse inanitatem. Et laudo sanè lætitiã, quod nil sit homini melius sub sole, quam edere & bibere, & gaudere: id quod adipiscitur ex labore suo tẽpore uitæ suæ, quã deus illi concedit sub sole. Vt [l] appuli animũ meum ad notitiã sapientiæ, & inspectionem negotiorũ quæ in terra fiunt, [m] quod nonnulli etiã neque interdiu, neque noctu somnũ capiũt. Animaduerti omnia opera dei, quod homo non possit deprehendere opus quod fit sub sole, [n] ut minime id assequatur, in quo elaborat homo ut peruestiget: & si quis etiam sapientium dicat se scire, non tamen inuenire poterit.

a Illustrat faciẽ siue uultũ eius, & robur faciei eius mutabitur. Robustus autẽ facie dicitur impudens, procax, trux, minax, &c.
b Stabis in uerbo malo.
c In quo uerbũ regis, potestas.
d Sciet uerbum malum.
e Pro animo seu anima.
f Et dare cor meum ad omne opus, &c.
† Quidam pro abierunt, intelligunt, uenerunt alij, uidelicet successores.
g Qua firmum fecerunt.
h Quod non fit negotium facientis malum cito, iccirco plenum est cor filiorum Adam in eis ad faciendum malum.
i Et longum facit ei.
* Quod aliquoties bona contingunt prauis hominibus, & mala probis, causa est, ut aliqui cũ Epicuro summã beatitudinẽ ponant in uoluptatibus carnis.
t Sunt iusti quos attingit secundum opus impiorum, &c.
l Quod dedi cor meum ad sciendum.
m Quia etiam in die & in nocte somnum in oculis suis nõ ipsum uidens.
n In eo quod laborabit homo ad peruestigandum, & non inueniet, &c.

Officia magistratus & subditorum, & conditio. Prou. 17.
Magistratus.
Opera & iudicia dei quibus fit, ut aliqui contenant impios felices imitãdos, pios miseros & deo inuisos.
Refutat impiam opinionem istã, simul monens ne quis scrupulosè inquirat arcana dei.

CAP. IX.

Duæ rationes animum fulciunt in hac contemplatione. Prior est, quod omnes sunt in manu. i. cura & gubernatione dei omnipotẽtis & beneuolentissimi. Posterior, quod deus scit quid prosit uel obsit, quibus indigeamus: nos autem ignoramus quid bonum aut malum, utile aut noxium, amandum aut auersandum, persequendum aut fugiendum sit, ut nostrum iudicium subijciamus diuinæ sapientiæ.

a Quia omne hoc dedi ad cor meum, & ad [illegible]andum, &c.

A H[a] Aec enim omnia reuocaui ad animi mei iudiciũ, & ut hæc omnia clare discernerẽ, quod iusti & sapiẽtes, & eorum serui sunt in manu dei, quodque pariter amorem & odiũ ignorae

Digitized by Google

rat homo: [b]ipsi autem [deo] sunt omnia proposita. Omnibus
eadem prorsus usu ueniūt iusto & impio, bono puroq́; & im-
puro, sacrificanti & non sacrificanti, bono pariter & peccatori,
iuranti iuxta ac abhorrenti à iuramēto. Atq; hoc pessimum est
in omnibus quæ sub sole fiunt, dum eadem omnibus usuue-
niunt, ꝙ pectus hominū impletur uitiositate, & uæsania [per- B
durat] in corde ipsorū per uitam illorū, ut postea [descendant]
ad mortuos. [c]Qui enim sociatur quomodocunq; uiuentibus,
ei spes est reliqua: & canis uiuens præstat leoni mortuo. [d]Vere
qui uiuunt sciūt se morituros esse: [e]at mortui prorsus nihil no
uerunt, nec habent præmiū aliquod reliquum, quia memoria
ipsorū [f]deleta est. Tum amor ipsorū, tum odiū ipsorū, tum inui
dia ipsorū iam [g]abolita est, nec amplius habent sortē in mundo
ex omni eo q̄d fit sub sole. *I [ergo,] & lætus ede panē tuum,
& læto corde bibe uinum tuum: [h]iam enim propitius deus lar
gitur tibi frui operibus tuis. Nullo non tempore candidæ sint
tuæ uestes, neq; desit unguentū capiti tuo. [Et] circumspice ui C
tam [quam transigas] cum muliere amata omni tempore fri-
uolæ tuæ uitæ, quam [deus] tibi concedit sub sole [i]per omne
tempus tuum inane: hæc enim est sors tua in uiuis, & ex labo-
re tuo quem perfers sub sole. [k]Quātumcunq; potes, agito pro
uirili tua portione, quia nec opus, nec cogitatio, nec scientia,
nec sapientia est in inferno ad quem tendis. [l]Rursum scruta-
tus ea quæ subsunt soli, animaduerti cursum non esse uelociū,
neq; bellum fortiū, non etiam panem [suppetere] sapientibus,
neq; prudentibus diuitias, neq; gratiā peritis [captatoribus fa
uoris,] nam tempus & fortuna uniuersis usuuenit. Etenim ho
mo etiam ignorat [m]suam futurā sortem: utq; pisces capiuntur
hamo noxio, & ut aues capiūtur laqueo, ita homines illaque-
antur periculoso tempore, quum eos improuisus casus obruit.
Hoc etiam uidi sub sole, [nempe] sapientiā, [n]quę maximi pen
ditur apud me. Oppidū fuit paruum, & in eo pauci homines: D
ad quod accessit rex [o]potentissimus, & cinxit illud obsidione,
& contra illud extruxit turres maximas. Repertus est autem
in eo uir pauper & sapiens, qui per sapientiam suam eripuit il
lud oppidum, nec quisquam hominū recordatus est istius uiri
pauperis. [p]Vnde iudico quidem sapientiā esse potiorem forti-
tudine, & pauperis sapientiā contemptam, neq; audiri [q]sermo
nes ipsius. Sermones enim sapientiū [r]in quiete magis audiun
tur, q̄ clamor dominantis inter stultos. †Sapientia præpollet
instrumētis bellicis, [s]& unus homo perditus ingens bonum
corrumpit. Vt [t]enim muscæ mortuæ fœtere atq; fracescere fa-
ciunt unguentum pharmacopolæ, ita modica stultitia [perdit]
quod pretiosum est ex sapientia & honore. CAP. X.

Sapientiæ effectus est, ut homo in meliorem partem uergat: contrà stultitiæ in peiorem.

COr sapientis est ad dextrā ipsius, & cor stulti ad sinistram A
ipsius. Etiam quū stultus per uiam ingreditur, cor ipsius
indigum omnibus [a]dicit ꝙ stultus sit. [b]Quoties affectus do-
minatoris in te ortus fuerit, non desere stationem tuam: nam

[b] Omnia ad faciem ipsorum. i. elohim deorum, siue dei. Ita & Chald.

Etiam uilissimus & miserrimus hominum uiuentiū est in meliori statu, quàm præstantissimus qui mortuus est, iuxta opinionē Epicuraicam.

[c] Quia qui sociabitur ad omnem uitā siue uiuos. Et iebahyr pro iehybar per metathesim ponitur, ut Chald. & quidam codices Ebr.

[d] Quia.

[e] &. Posui coniunctiones, quæ obiectioni tacitæ magis hic quadrare uidentur.

[f] Obliuioni tradita est.

[g] Periit.

* Quia nihil distat sors piorum & impiorum, sancte & prophane uiuentiū, ede, bibe, lude, quia post mortem nulla uoluptas, ut sentit Sardanapalicus grex.

[h] Quia iam uult deus opera tua.

[i] Omnibus diebus uanitatis tuæ.

[k] Quod inueniet manus tua ad agendum, in uirtute tua age.

[l] Reuersus sum, & uidere sub sole, quia non, &c.

[m] Tempus suum.

[n] Et magna ipsa ad me.

[o] Magnus, & circūdedit illud, & ædificauit contra illud munitiones.

[p] Et dicam ego.

[q] Vel uerba.

[r] Id est, si animo sedato perpendantur: uel, sermones eius placidè prolati.

[s] Et peccator unus perdet.

[t] Muscæ mortis faciet fœtere, exhalare faciet unguentū pharmacopolæ, & pretiosum è sapientia & ex honore stultitia modica.

[a] Et dicet. i. declarat, & prodit.

[b] Si spiritus dominatoris ascendet super te, &c.

...men dei cuncta gu-...nantis, & uires hominis.

...rouidētia hominis ad declinandum mala, & comparanda bona.

...antū sapientes contemni, & quid præmij ...hominibus plærunq; ...portent.

...raui homines quātum ...uli conferant, etiā pul...herrimos effectus sapi...ntiæ impedientes, ...ap. 6. a.

Stultitia deformat habitum hominis totum.

Affectus malos reprimere.

Digitized by Google

qui [affectus] sedat, reprimit grandia peccata. Est malũ quod
sub sole uidi, ᶜ ꝙ proficisci uidetur ex imprudentia tenentis pri
matum. ᴰStultitia [enim] collocatur in summo fastigio, & di
B uites in humili gradu sedent. Vidi seruos equis [uehi,] & prin
cipes in terra incedere tanquam seruos. Qui fodit fossam, inci
det in eam: & qui demolitur maceriam, eum serpẽs mordebit.
Quicq; transfert lapides, dolore ab eis afficietur: & qui findit li
gna, in eis periclitabitur. Quum ferrũ hebes fuerit, nec facies
ei polita, [exercitiũ postulat:] exercitus [etiam requirunt ali
quem] qui reddat fortiores, sed maiori studio aptare cõueniet
sapientiã. Si serpens mordeat absq; sibilo, nihilo magis incom
C modat q̃ ᵉmaledicus. Sermones ex ore sapientis [prodeuntes]
ᶠgratiam [conferunt,] quam labia stulti uelut absorbendo au
ferunt. Principium sermonũ oris eius [stulti] est stultitia, & po
strema pars ᵍorationis eius uæsania perniciosa. Stultus multis
uerbis utitur, & ignorat homo iste ʰquorsum eat: quis autẽ ei
indicaret quid ⁱsecuturũ sit? Labor stulti qui ignorat uiam du
centem ad oppidũ, affert ei molestiam. Væ tibi ô terra, quum
rex tuus ᵏpuer est, & principes tui mane comessantur. O te bea
tam regionẽ, quũ rex tuus ˡgenerosus est, & tui principes suo
D tempore comedunt ᵐob uires reficiendas, & non ut certẽt po
culis. Per ⁿduplicem pigritiã deterior reddetur cõtignatio, &
per remissionẽ manuum perstillabit domus. ᵒApparant conui
uia cibis magnifice propter uoluptatẽ, & uinum adhibent ut
uitam exhilaret: pecuniæ autẽ subigunt omnia. Ne in cogita
tione quidem tua ᵖuituperaueris regem: nec uituperes in pene
tralibus lecti tui diuitem, uolucris enim cœli efferet uocem, &
alata [auis] renunciabit sermonem.

CAP. XI.

A Mittito panem tuum in superficiem aquarũ, quia post lon
gum tempus eum reperies. Da septem [hominibus in
digentibus] suam portionẽ cuiq; da etiam octo: nescis enim
quid mali terræ impendeat. Quũ nubes impletæ fuerint, plu
uiam effundent in terrã: & quũ arbor ceciderit uel ad Austrum
uel ad Aquilonẽ, in quencunq; locũ ceciderit arbor, in eo per
manebit. Qui obseruat uentũ, non seminabit: & qui spectat
B nubes, non metet. Quemadmodũ ignoras quæ uia sit ᵃspiri
tus, aut qualia ossa in ᵇutero grauidę: ita ignoras opus dei quo
perficiet omnia. [Proinde] mane semen tuum semina, & ue
speri non abstineas manũ tuam, nescis enim utrum cõmodius
futurũ sit an hoc an illud, ᶜaut utrunq; iuxta felix faustumq; fu
turum sit. ᴰPorrò gratissima res est lumen, & iucũdum oculis
C aspicere solem. Verum si homo annos multos uixerit, & per
eos uniuersos lętus egerit, recordatus autem fuerit dierũ [quos
aget] in tenebris, quoniã plurimi erunt: [ilico] inanitas [uide
tur] quicquid præterijt. [I nunc] iuuenis, & lætare in adole
scentia tua, & lætũ sit cor tuum per tempus iuuentutis tuæ, ᵉ&
persequere quod dictat cor tuum, quodq; appetibile uidetur
D oculis tuis: & scito ꝙ ob hæc omnia te deus in iudicium addu
cet. ᶠQuin remoue perturbationes ab animo tuo, & tolle ui
tiositatem à carne tua, quoniam pariter adolescentia & iuuen
tus

ᶜ Quasi imprudentia quæ egreditur à facie dominantis.
ᴰ Pro stultis stultitia: diuites ꝑ magna sapientia & uirtute præditis.
ᵉ Vir linguæ. i. abutens lingua, ut conuitiator, delator, detractor, loquax, &c.
ᶠ Pro utilitate, ut Ephes. 4.
ᵍ Oris eius.
ʰ Quid erit.
ⁱ Post ipsum erit.
ᵏ Vel, adolescens. i. affectibus iuuenilibus obnoxius.
ˡ Filius candidorum.
ᵐ In robore siue fortitudine, & non in potatione.
ⁿ Corporis & animæ, uel in præsentibus & futuris.
ᵒ Ad ridere faciunt panem, & uinum exhilarabit uitam.
ᵖ Vel, execratus fueris.

Similitudines duæ, quarũ prior à pluuijs docet quomodo largiendum: altera ab arboribus, non procrastinandum. Nam in morte uel ad dextram uel ad sinistram homo constituitur sublata omni facultate bene operãdi.
ᵃ Vel uenti, uel potius animæ fœtui concepto infundendæ.
ᵇ In uentre pleno.
ᶜ Et si duo ista sicut unum bona.
ᴰ Et dulce lumen.
Vita optima in terris, quæ composita est ad præscripta mentis diuinæ, & habet meditationem perpetuam mortis temporariæ & æternæ uitæ, quam aget homo in cœlis cum domino. Contrariam rationem habet uita mala. Quanquam aliter uulgo iudicatur.
ᵉ Et ambula in uijs cordis tui, & in aspectu oculorũ tuorum.
ᶠ Et remoue indignationem à corde tuo.

Ordinatio reip. prępostera, præsertim q̃d ad ministros supremi magistratus attinet. Eccli 27. d
Nullum negotium sine periculo & labore.
Vsus & exercitatio ualet ubiq;, præsertim in sapientia.
Abusus linguæ & sermonis.
Sana oratio sapientis, noxia stulti.
Tota oratio stulti & improbi mala est.
Sermo stulti profusus, & non in certũ scopum tendens.
Labor nõ destinatus ad utilitati dei seu ecclesię, inutilis est.
Magistratus boni & mali quid reip. conferant.
Desidia & negligentia.
Luxus præsertim procerum, ex quo tot technæ pecunias corradendi.
Mala in magistratus dicere periculosum.
Beneficentia præsertim in pauperes, siue eleemosyna.
Mature & gnauiter expendenda sunt bona opera, reiectis formidinibus stultæ sapientiæ.
Ironica concessio.

Digitized by Google

tus sunt inanitas. CAP. XII.

Vno uerbo totam pie beneq; uiuendi doctrinam comprehendit. Cogita deum mature, priusquam ingruant pericula, uel senium, uel deniq; ipsa mors.

ET memento conditoris tui tempore iuuentutis A
tuæ, antequam accedant [a]tempora periculosa, &
anni aduenant, ut dicas, [b]Non delector illis. Anteq̃
obtenebrescat sol & lumen, & luna, & stellæ, & redeant nubes post pluuiam. Quando [c]custodes domus
trement, [d]& uiri ualidi uacillabunt, [e]& desinunt
molentes, ut parum molant, [f]& obscurum uisum habent speculantes in fenestris. Et clauduntur [g]fores in B
platea cum [h]exili uoce molētis, & surgit [homo] ad
uocem auis, [i]& supprimuntur omnes filiæ cantici.
Altum quoq; locum timēt [senes] & humilia in uia,
& [k]floret amygdalus, & [l]seipsam gestat cicada, & appetitus respuit [res oblatas:] homo enim uadit ad domum suam [m]perpetuam, & circumeunt in platea lugentes. Antequam [n]funis argenteus subtrahatur, &
[o]diffluat collectio aurei liquoris, & frangatur [p]cadus ad fontē, & rota puteo imposita currat. Redeatq; C
puluis in terrā qualis fuit, & spiritus redeat ad deum
qui dedit illum. Inanitas extrema inquit concionās,
& omnia quidem sunt inanitas. *Præterea quū esset
concionans sapiens, assidue docuit populum scientiam, [q]& commouit studium doctrinæ, & inuestigauit, ac multas parabolas cōposuit. Perquisiuit etiam
concionans, ut inueniret [r]rationes expetibilium rerum, & [s]præcepta officiorum sermones uerissimos.
Sapientum [enim] sermones sunt uelut stimuli, & ue D
lut claui plantati [t]inter folia collectitia, [quæ] tradita
sunt ab uno pastore. Postremo fili mi [u]caue admonitus, [nam] libros multos facere infiniti esset operis,
& iugis lectio molestus labor carnis. [Etenim] finis
uniuersi negotij auditus est, Deum timeto, & præcepta illius seruato, nam [x]in hoc consistit omnium hominum perfectio. Deus enim in iudicium adducet
omne opus, cum omni occulta re, siue quid bonum,
siue malum fuerit.

[Marginal notes, left:]

...otatio difficilis & asperi temporis, ut calamitas calamitate cumuletur. Graphica & splēdida periphrasis senij per notationes.

Mortis periphrasis.

...a beatitudo hominis, ut coniungatur et uniatur deo summo & uni bono: quod assequi datū est per religionem Christianam.

[Marginal notes, right:]

[a] Dies mali.
[b] Non mihi in eis uoluntas.
[c] Id est, manus tremulæ.
[d] Id est, pedes & crura uacillāt.
[e] Id est, dentes non cibū molunt bene.
[f] Oculi obscuri.
[g] Id est, nares & os.
[h] Quia edentuli non frangūt nuces, nec crepitū edūt dentibus
[i] Quia senes nec canunt, nec audiendo sonos delectantur.
[k] Canicies in capite.
[l] Incuruum & querulum silicernium.
[m] Sæculi sui. i. ad sepulchrum.
[n] Spiritus uitalis elongatur siue liberabitur in morte. Quidā legunt ieratheck rumpatur.
[o] Et curret collectio [aquarū] auri. i. pallor diffunditur per totum corpus.
[p] Fons & puteus cor, rota cerebrū, cadus ratio uel intellectus discurrens.
* Commendatio sapientiæ Solomonicæ, & diuinæ à deo scripturæ, præparans ad percipiendam sententiā de fine bonorum, cui hæc tota disputatio destinata est.
[q] Aures aptauit. Hiero. enarrauit.
[r] Verba uolūtatis i. notitias ueras de expetēdis & auersandis, adeoq; de summo bono & malo.
[s] Scriptū recti siue iuris.
[t] In folijs collectionū. Nam baalei, præpositione b, & plurali ab aleh constat. Quanquam Hier. & Iudæi magistros intelligunt.
[u] Admonere.
[x] Quia hoc omnis, uel totus & perfectus homo.

Digitized by Google

Canticum

Excellẽtissimum carmen Solomonis.

CAPVT I.

Vniuersa mysteria Christi & ecclesiæ hoc carmine diuinissimo continentur. Nam schemate amatorij carminis, ut Psal. 44. quo dotes Solomonis & filiæ Pharaonis celebrantur, eorumq; mutuus amor, & legitima coniunctiõ: Euangelium lætissimum canitur, quale quantumq; bonum possideant, qui deo sunt coniuncti & uniti, & quàm magna, quàm certa spes, quàm facilis ratio id assequẽdi proposita sit omnibus qui cupiunt ex animo.

A  SCVLETVR me osculis oris sui, amores enim tui uinũ bonitate superant.

Verbis sponsæ exprimitur summ[...] desiderium electorum, certo scire[...] quod habeant deum opt. max. [...] propitium atq; beneuolum. Reue[...]tur autem gratia dei uerbo euang[e]lij & sacramentis.

Ob odorem unguentorum tuorum optimorũ, est autem nomen tuum unguentum effusum, iccirco te puellæ amant.

Trahito me ut curriculo te insequamur: introduxit me [quidem] rex ipse in sua penetralia: [quamob rem] exultabimus & lætabimur in te, & prædicabimus amores tuos uino præstantiores, [a] quia familiarissime tibi æquitas adiuncta est.

a Aequitates siue rectitudines amauerunt te.

B *Fusca quidem sum, cæterum [b] amabilis ô fœminæ Hierosolymitanæ, sicut tentoria Cedręorum, sicut Solomonis cortinæ.

b Vel, uenusta et gratiosa. Nam iua significat appetere.

* Per occupationem sponsa colorem suum excusans ostendit coniunctionem dei & hominũ non esse æstimandam ex specie externa ceremoniarum, illuuie peccatorum, cruce & infirmitatibus, sed ex habitu interioris hominis, ubi fides, charitas, spes, gaudium.

Tentoria foris atra, int[erius] co[n]dunt aurum, gemmas, cibos, ga[u]dia. &c.

Ne me spectetis, quia fusca sum, eo quod sol me [radijs feriendo] intuitus est: filij [nanq;] matris meæ in me excandescentes posuerunt me custodem uinearum, ego autem uineam meam non custodiui.

Indica mihi tu, quem diligit anima mea, quomodo pascas, & quomodo cubare facias [pecus] in meridie, [c] ne oberrans per greges consortiũ tuorum uidear palliolata [meretricula.]

Quomodo resistendũ sit tentati[oni]bus ostenditur figura pastorali[s con]sortij.

c Quod quare ero sicut amicta super uel circum greges consortium tuorũ? Scorta uelabantur antiquitus, ut patet in Thamar, Gen. 38.

C Si ignoras tibi ô pulcherrima fœmina, exito à te, [insequẽs] uestigia gregis, & pascito hœdos tuos circum mapalia pastorum.

Sermo sponsi.

Similem te iudico [d] amica mea equitatui meo inter currus Pharaonis.

d Consors uel socia dici posset.

Libertas filiorum dei.

Mutuis laudibus sponsi et sponsæ, ut fit in amatorio colloquio, qu[æ] deus largiatur, et quid uicissim p[ro]bet in hominibus, & requirat, oste[n]ditur.

Venustæ sunt maxillæ tuæ conueniẽtibus ornamentis, & collum tuum torquibus.

Ornamenta [enim] conuenientia ex auro faciemus tibi cum [e] notis argenteis.

Modestia siue temperantia: [...] autem dispositiones sonat.

e Vel punctis. Hier. uermiculatas.

Dum rex [f] mihi accumbit, nardus mea reddit odorem suum.

f In accubitu uel assessu suo.

Sponsa confitetur se uim mirifica[m] sentire, dum assidet ei sponsus. In[di]catur autem ueram pœnitentiã [...]ri ex afflatu cœlesti.

Estq;

Digitized by Google

Estq; mihi dilectus meus myrrhæ fasciculus, [qui] D
morabitur inter ubera mea.

Dilectus meus est mihi botrus caphurę in uineis En
gedi.

Sponsus laudat in sponsa fidem cõiugij.

Ecce tu amica mea formosa es, ecce tu formosa es, & oculi tibi sunt columbarum.

Sponsa prædicat deũ omnibus bonis refertum, perfundẽtem uoluptate, qui conseruat incorruptum hominem, foecundumq; facit spiritu obumbrante.

Ecce tu dilecte mi formosus es, & iucundus, & g lectus noster h umbrosus est.

g Vel, sponda.
h Hierony. floridus.

Suntq; nostræ ædes cedrinę, & canales nostri cupressini.

CAPVT II.

Sponsus testatur deum esse thesaurum totius boni, & quod sit facile assequi eum.

Ego sum rosa a Saron, & liliũ [gaudens] uallibus. A
Estq; amica mea inter foeminas, ut lilium inter spinas.

a Id est, saturitatis, quemadmodum deus dicitur Sadai, copia omnium bonorum.

Sponsa deum longe præfert omnibus, quibus opinio & nomen diuinitatis aut summi boni tribuitur.

Qualis est malus inter syluestres [& steriles] arbores, talis est dilectus meus inter iuuenes. Cuius umbram experiui, et [sub ea] sedebo, estq; fructus eius palato meo dulcissimus.

Sponsa patefactis arcanis diuinæ scientiæ inspiciens dei beneficia, & suam infirmitatem, poscit consolationem coelestem.

Introduxit me [sponsus] in cellam uinariam, cuius uexillum erga me est dilectio.

Deambulatione amatoria, dũ sponsa inuitata expatiatur uerno tempore ad rupem quandã, ubi uacẽt amoribus: remissionem peccatorum, iustitiam, & uitam æternã donari credentibus per incarnati filij dei passionem & meritum, ostenditur.

Fulcite me uinaceis, & substernite mihi mala, quia b infirma sum dilectione.

b Hier. amore langueo. Dicit autem se infirmam dilectione, ut infirmus in fide dicitur. Præcipue cupit ab ipso sponso erigi.

Sinistra ipsius [supponat] meo capiti, & dextra ipsius [sponsi] me amplexetur.

† Sponsus obtestatur eiũbes pseudodoctores per suam potentiam in coelo & in terra, ne rebus inanibus conscientijs mederi conẽtur, ut sunt omnia humana commenta.

†Obtestor uos ô foeminæ Hierosolymitanæ per c capreas & per ceruas in agris agentes, ne excitetis, B
neue d extinguatis amorem, donec ipsa uelit.

c Venatorium est iuramentum. Cæterum illis uocibus significantur etiã exercitus coelestes, & uirtutes aliæ.
d Theoreru destruere significat. Hier. euigilare faciatis. Et amorem ꝑ amica ipsa quidã capiũt.

* Sponsa refert se inuitari deambulatum.

*Vox dilecti mei [auditur:] ecce ipse uenit saliẽs per montes, [&] raptim accurrens per colles.

Estq; dilectus meus similis capreæ, aut hinnulo ceruorum: ecce ipse stat post nostrũ parietem, & prospicit per fenestras, e seq; conspiciendũ exhibet per cancellos.

e Hiero. prospiciens. Proprie prorumpere significat, ut flos solet.

Respõdens autem meus dilectus mihi dixit, Surgito C
tibi amica mea, formosa, & ito tibi.

Chronographia uerni temporis demonstratur dies Christi, quẽ uidentes patres omnes gauisi sunt.

Quoniã ecce hyems præterijt, [&] imber se recipiens abijt sibi.

[Ac] flores apparuerunt in terra, appetiuitq; tempus [idoneum] cantui, ac uox turturis auditur in terra nostra.

Ficus protrusit grossos suos, & uineæ florentes odorem reddunt: [quamobrẽ] surgito tibi amica mea, formosa mea, & ito tibi.

Sponsus ostendit sibi gratissimã forte spõsam in petra Christo, qui perforatus est in cruce, Zach. 3. &c. Cuius mysterium etiam repræsentatum scalæ Iacobo uisæ, Gen. 28.

O mea columba in cauernis istius petræ, in recessu scalarum ostende mihi formam tuam, & mihi ede uocem tuam: uox enim tua [ita erit] mihi suauis, & forma tua uenusta.

Sponsa implorat opem sponsi contra hæreticos & tyrannos, qui dissidium inter ipsos uolunt.

f Capite nobis uulpes, uulpes [inquam] paruas, quæ D
uastant uineas, quum nostræ uineæ floreant.

f Vel, prehendite, aut tenete.

Dilectus meus mihi [proprius erit,] & ego illius, qui pascit inter lilia.

Digitized by Google

[g] Dum spirabit dies.
[h] Aut, ut supra per capreas aut ceruas, &c.
[i] Id est, diuisionis.

Dum [g] est flagrantissimus æstus diei, & umbræ fugiunt, reuertere dilecte mi, fisq́ similis capreæ [h] & hinnulo ceruorũ in mõtibus [i] Bather.

CAP. III.

A IN lectulo meo in noctibus perquisiui [eum] quem diligit anima mea, perquisiui [quidem,] sed non inueni.

Surgam nunc, & circumibo in ciuitate, in uicis, & in plateis, [&] perquiram [eum] quem diligit anima mea: perquisiui [autem] eum & non inueni eum.

Offenderunt [autem] me custodes circumeuntes in ciuitate, [quos percontata sum,] Num uidistis eum quem diligit anima mea?

Sponsa exponit quantis laboribus & inquietudine quæsiuerit spõsum antequã esset indicatum ei, ut in petra conueniret illum, & quo studio repertum retinere uelit. Vbi ostenditur effectus religionis Christianæ, bona opera, cautiss. sui custodia à peccando &c.
Custodes sunt omnes magistri synagogę, ut philosophi, theologastri.

[a] Secundum parum, quod transiui ab eis, donec quod inueni.

B [a] Statim uero ut eos præterij, inueni eum quem diligit anima mea: pręhendi eum, nec dimittam eum, donec introducam eum in domum matris meæ, & in conclaue genitricis meæ.

Obtestor uos ô fœminæ Hierosolymitanæ, p capreas & ceruas in agro agentes, ne excitetis, néue extinguatis amorem, donec ipsa uelit.

Iterum obtestatione grauissima deterret uanos doctores, ne conentur stulte bona opera docere sine fide & charitate.

[b] Vt palmæ fumi.

C Quid est hoc q ascendit à deserto [b] ceu fumus altissimus & palmarũ instar, qui generatur suffitu myrrhæ & thuris, & omniũ puluerũ pharmacopolæ?

Opera bona efficit religio Christi, ut uidentes homines admirentur, et glorificent patrem in cœlis.

Ecce circum lectum ipsius quem habet Solomon, sexaginta heroes sunt ex heroibus Israelis.

Qui uniuersi [c] capti sunt gladio, & bello assuefacti, quisq́ habens ad femur suum gladium ob metum qui in noctibus oritur.

Exactissima custodia pectoris, & perpetua lucta spiritus contra carnem & satanam, effectus est religionis. Nimirum figura orationis sumpta est à consuetudine aulæ Solom.

[c] Non est in Ebr. ochazei. i. tenentes, ut Hier. uertit, sed achyzei. i. obtenti.

D [d] Vmbraculũ sibi fecit rex Solomon ex lignis Libani.

Cuius columnas fecit ex argento, & pauimentũ eius ex auro, eiusq́ [e] operimentũ ex purpura: cuius media pars [f] strata fuit amore fœminarum Ierusalem.

Exite fœminæ [urbis] Zion, & spectate Solomonem gestantem coronã, qua coronauit eum mater eius die sponsaliorum eius, & die lætitiæ cordis eius.

[d] Hiero secutus Græcos reddit ferculum, intelligens nimirum lecticam. Significat umbraculũ, sub quo coniuges futuri despõsabãtur, Psal. 18. hyppa dicitur.
[e] Curtus siue uehiculum: significat cœlum seu tectũ umbraculi.
[f] Significat etiam ignitum.

Totũ habitum exterioris hominis religio torquet ad formam piæ mentis, ut ubiq́ perspiciatur inhabitantis spiritus diuini operatio.

Corona numerus est & ordo electorum ex gratia dei ante sæcula, quibus glorificatur deus in cœlo & in terra. Mater dei est ipsa diuinitas.

CAPVT IIII.

A ECce tu formosa es amica mea, ecce tu formosa es: [a] oculi tibi colũbini sunt extra [b] comã tuã promicantes: [b] pilus tuus est quasi grex caprarũ, quæ glabrum [depascendo] reddiderũt montẽ Gilead.

[c] Dentes tui sunt sicut grex [ouium] concinne tonsarum quæ ascenderũt à lauacro, quæ uniuersæ gemellos pariunt, nec ulla est inter eas effœta.

[d] Labia tua similia sunt filo coccineo, & eloquium tuum gratiosum: [e] tempora tua similia sunt fragmini mali punici ex coma tua [prominentia.]

B [f] Collum tuum simile est turri Dauidis ædificatæ [g] ad usum dirigẽdi homines, ex qua pendent mille clypei, [&] omnia scuta heroum.

[h] Geminæ tuæ mammæ similes sunt hinnulis gemellis capreæ pascentis inter lilia.

Sponsus personam sponsæ depingens, contemplãdam eam exhibet. Qua prosopographia uirtutes indicantur, quibus ornatos esse conuenit beatitudinis candidatos, & unitos deo per Christianã religionem

[a] Fidei simplicitas notatur.
[b] Cogitationes compositæ.
[c] Aestimatio & iudicium exactum de rebus omnibus.
[d] Sermo integer charitate dei & proximi gubernatus.
[e] Obseruatio uerecũda.
[f] Perseuerantia diuinis promissionibus fulta.
[g] Hiero. propugnaculis. Sunt autem uarię opiniones de uoce thalpioth. Videtur ab aleph i. docendo, facta.
[h] Beneficentia & opera misericordiæ

[i] Dum

Digitized by Google

[i] Dum est flagrantissimus æstus, & fugiunt umbræ, ibo mihi ad montem myrrha [consitum] & ad collem thuriferum.

Tota tu formosa es amica mea, & nullũ est in te uitiũ.

Mecum à Libano sponsa, mecum à Libano uenias, [&] spectes è uertice Amana, è uertice Senir et Hermon, è lustris leonum, è montibus pardorum. C

[f] Vendicasti tibi cor meum soror mea sponsa, uendicasti tibi cor meum altero tuorum oculorũ, alteroq; torque colli tui.

Quã pulchri sunt amores tui soror mea sponsa, quantum præstant uino amores tui? & [l] odor uestimentorum tuorum excellit omnibus aromatibus.

[m] Fauum stillant labia tua ô sponsa, [&] mel & lac inest linguæ tuæ, ac odor uestimentorum tuorum est, qualis fragrantia Libani.

[n] Hortus cõclusus [est] soror mea sponsa, hortus conclusus, [&] fons obsignatus.

Emissiones tuæ [sunt] paradisus malorũ punicorum cum fructu pomorum, [&] [o] cypiri cum nardis. D

Nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum omnibus arboribus thuriferis, myrrha & aloë cum omnibus præstantissimis aromatibus.

Fons hortorum, puteus uiuæ aquæ, quę profluit è Libano.

Surge Aquilo, & Auster ueni, [ac] perfla hortũ meũ, ut fluant aromata: ueniat dilectus meus ad hortũ suum, & comedat fructum pomorum suorum.

CAPVT V.

Veni equidẽ ad hortum meũ ô soror mea sponsa, [&] distrinxi myrrham meam cum aromate, [ac] comedi fauum meum cum melle meo, [&] bibi uinum meum cum lacte meo: edite sodales, bibite, & inebriamini ô [a] dilecti. A

Ego dormio, & cor meum uigilat: uox dilecti mei [auditur] pulsantis, Aperi mihi soror mea, amica mea, colũba mea, perfecta mea: siquidẽ caput meũ, repletũ est rore, & cincinni mei guttis nocturnis.

Exui meã tunicã, & quomodo [rursum] induã illã? Laui pedes meos, & quomodo coinquinabo eos?

* [Cæterũ] dilectus meus immisit manũ suam per foramen, & uiscera mea commota sunt in me. B

Surrexi [ergo] ut aperirem dilecto meo, & manus meæ stillauerunt myrrham, ac digiti mei [b] myrrhã probam quæ pessulum madefecit.

Quũq; dilecto meo aperuissem [ostiũ,] dilectus meus subduxit se [&] abijt: quo loquẽte [c] animus meus permotus est: [quapropter] perquisiui eum, & nõ inueni eum: uocaui eum & non respondit mihi.

Offendẽres [aũt] me custodes circũeuntes in ciuitate,

Sermo interponitur personæ descriptioni, significãs profusissimũ amorem sponsi in sponsam.

Prior pars uersus uel sponso uel sponsæ aptari potest, significans uti [...] pijs, ut exerceantur tam aduersis [...] prosperis. Optat deinde sponsa [...]ari occasionem agendi, quæ grata [s]int deo.

Sponsus promptissimum se testatur [u]t accipiat quæ offert sponsa. Quo significatur deum bonis operibus [f]idelium summopere delectari.

[...]nuitat sanctos, ut congratulentur.

[...]ponsæ oratio explicans suos somnos, è quibus expergefacit spõsus. Vbi ostenditur imbutos religione non semper edere opera fidei et charitatis etiamdum est facultas, satiatos uidelicet mole ueteris hominis: utiq; peccent, sed non ad mortẽ, [u]t opus sit perpetua extimulatione [a]d uirtutes. &c.

[...] eterno pressa excludit pulsantem [s]ponsum.

[...] Diuini spiritus uirtute cor moue[tur] [...]e sit demum efficax ministeriũ externum incitans ad opera pietatis, [e]t sequitur uera pœnitentia, & feruidũ studium resarciendi, quod omissum est per socordiam.

[C]ustodes sunt doctores praui, non [a] deo missi, ut urgeant uerã pietatẽ: [in] quibus pessimè tractantur incidẽ[te]s in eos.

[i] Ingruente persecutione, consideranda peccata, & orandũ; & perseuerãtes in uera fide, ac emẽdatis uitijs redeuntes ad innocentiam, ab omnibus hostibus seruabuntur.

[f] Hier. Vulnerasti cor meũ. Oculus dexter, qui solum deũ intuetur, & torques spes in unicum dominum placet.

[l] Bona fama.

[m] Facundia mellea & lactea in precibus & doctrina sacra.

[n] Animus pius, qui Esa. 51. hortus dicitur, reddit uoluptates et alias utilitates, munitus cœlesti custodia. In quo perẽnis fõs gratiæ & plantæ uirtutum omnigenarum.

[o] Cepharim, nõ uidetur plur. à copher. i. caphura.

[a] Vel, amoribus.

Dominus excitat, subinde nouam gratiam afferens.

[b] Myrrhã transeuntẽ super manus pessuli. Dicitur autẽ myrrha proba transiens, ut argentũ siue pecunia transiens, Gen. 23.

[c] Exiuit anima mea. Hiero. liquefacta est.

Digitized by Google

percuſſerũt me, [ac] uulnera inflixerũt mihi, [nec non] cuſtodes murorũ [b]ſtolã meã abſtulerũt à me.

C Obteſtor uos ô fœminæ Hieroſolymitanæ, ut ſi offendatis meũ dilectum, referatis ei quod infirma ſim dilectione.

[e]Quid inſigne habet tuus dilectus prę alijs dilectis ô formoſiſſima fœmina? [e] qd habet inſigne dilectus tuus p̃ alijs dilectis, ꝙ tãta grauitate nos obteſtaris?

†Dilectus meus [f] candidus eſt, & [g] ruber, [h]ſub ſignis habens exercitum decem millium.

[i]Cuius caput [redimitũ eſt] auro obrizo, [k]eiuſq́ cincinni [ut] tiliæ, nigri ut coruus.

[l]Oculi eius ſunt quales columbarũ ſuper alueis aquarum quę ſe abluũt lacte, [&] ſedẽt ad plenitudinẽ.

[m] Eius malæ ſimiles ſunt areolis aromatum, [&] turribus ſeplaſiariæ officinæ: [n] labia eius [ut] lilia,

D [nec non] ſtillantia myrrham probam.

[o] Manus eius [ut] orbes aurei habẽtes incluſum hyacinthum: [p] uiſcera eius [ut] alabaſtrũ eburneum ſapphiris contectum.

[q]Crura eius [ut] columnæ marmoreæ ſuffultæ baſibus ex obrizo auro: [r] aſpectus eius quaſi Libanus, [s] & ſtatura eminet ut cedri.

[t]Palatum eius dulcedines ſunt, [u]& quantus quantus eſt, res ſunt expetibiles: atq́ [x] is eſt meus dilectus ô fœminæ Hieroſolymitanæ, & [x] is eſt meus cõſors.

Quò abijt [autem] ô formoſiſſima fœmina dilectus tuus? quò ſe uertit dilectus tuus, ut tecum perquiramus eum?

CAPVT VI.

A Dilectus meus deſcendit ad hortũ ſuum ad areolas aromatum, ad paſcendum in hortis, & legendum lilia.

Ego dilecti mei ſum, & dilectus meus mihi [proprius] eſt paſcens inter lilia.

Formoſa es amica mea ut [a] Thirza, [&] amabilis ut Ieruſalem, [b] formidabilis ut acies inſtructæ.

[c]Deflecte oculos tuos ne directe me cõtueantur, qui

B me ſuperbiorem faciunt: capillus tuus ſimilis eſt gregi caprarũ, quæ glabrauerũt depaſcẽdo Gilead.

Dentes tui ſimiles ſunt gregi ouium quæ aſcenderũt à lauacro, quæ uniuerſæ gemellos pariunt, nec eſt inter eas effœta.

[d] Tẽpora tua ſimilia ſunt fragmini mali punici promicantia ex coma tua.

[e] Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & innumeræ puellæ.

C Vna illa eſt colũba mea, perfecta mea: unica illa eſt [f] matri ſuæ, [&] electa genitrici ſuæ: quam conſpicatæ fœminæ beatam prędicauerunt, & reginæ atq́ concubinæ laudauerunt eam.

Quæ

---

[b] Hier. pallium.

[e] Quid dilectus tuus à dilecto, quod ſic obteſtata es ſiue adiuraſti nos?

[f] Eſſentia dei origo omnis claritatis, puritatis, uitæ, ſol habens in ſeſe uibratum, lucem, calorem, p. ſi. ſp.

[g] Seuerus ultor ſcelerum.

[h] Omnipotens dominus exercituũ. [i] Diues dominus, et largitor munificus omniũ bonorũ.

[k] Conſilia & iudicia dei denſiſſima, quæ tamẽ grãta ſunt pijs.

[l] Curat res hominũ æquiſſime, & conniuet ad ſcelera uſq́ ad tempus ſuum.

[m] Diſcretio æquiſſ. ut cuiq́ rependatur pro ſuis factis. Turres ꝑ quibus Hiero. conſitæ, pyxides et loculi poſſunt intelligi, quales in officinis & tabernis unguentarijs, uel ubi creſcunt ſpecies aromaticæ. [n] Eloquio domini tũ gratia tũ ira dei reuelatur. [o] Opera domini perfectiſſ. per ſapientiã, ut patet in ſphæris. [p] Vel, inteſtina.

[p] Quæ deus in cœlo præparauit diligẽtibus eũ, captus humanus non percipit, 1. Cor. 2.

[q] Potentiæ ſuæ uerbo ſuſtentat omnia, quocunq́ te uerteris.

[r] Contẽplatione dei mentes bonæ ſummopere delectantur.

[ſ] Electus. ut Hiero.

[s] Lõge ſuperat etiã illa quæ homines optima iudicant.

[t] Infinita dei bonitas & philanthropia.

[u] Totus deus expetibilis eſt, et quicquid bonũ, utile, expetendum, id in ſolo deo exiſtit.

[x] Vel talis, ut Hier.

[a] A fauore nomen factũ. Et Ieruſalem ſonat, uidebunt pacem.

[b] Potentia ſpiritus contra mundum & ſatanam.

[c] Sponſus monet, captũ mortalẽ nõ aſſequi diuinã maieſtatẽ reuelata facie, ſed per ſpeculũ, etc. Itaq́ religioſe amplexandũ q̃d oraculũ reuelauit diuinum: reliquũ ſtudium ponendum in nobiſipſis formandis ad uoluntatẽ dei.

[d] Hiero. Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſq́ occultis. Paulò aliter tamen 4. cap. ſicut fragmen, &c.

[e] Perfectiſſimi, mediocres, infimi. Item ſynagoga Iſraelitica, eccleſia gentilium, & innumeri, qui latitant fideles ſub antichriſtianis tyrannis, &c.

[f] Mater uel gratia dei, uel genus rationis conſors, ut 1. cap. &c.

Sponſa requirit anxie rationes placandi deũ apud eos qui ſpeciẽ ſanctimoniæ, pietatis & ſapientiæ habent.

Fatentur ſe nõ habere dei ueram notitiam, & petunt ſibi notas oſtẽdi quibus ſummũ bonũ & unicum diſcernatur ab alijs, quibus ſtulti homines impendũt ſummum amorem uelut pecunijs, honoribus, diuitijs, &c.

†Sponſa deſcribit iuuenẽ omnibus egregijs dotibus ornatiſſ. Quia imagine deus repræſentatur opt. max. Et quomodo adipiſci eum, ac retinere poſſint homines, mirifice proponitur.

Edocti ſermone ſponſę qualis quantusq́ ſit deus, cupiunt indicari ſibi rationẽ aſſequendi eum, & fruendi.

Sponſa refricata notitia dei intelligit non foris quærendum, qui uidebatur ſe iratus ſubduxiſſe, ſed intra pectus fidele agere, & plene redintegratum eſſe amorem.

Teſtificatur ſponſus ipſe quod omne uelit ſponſæ, & quid placeat: hoc tamen uniuerſum ex gratia cœleſti donatum.

Commode apponitur indicatio eccleſiæ ſanctæ catholicæ, quæ tribus ordinibus diſtinguitur, ex quibus una conficitur ſanctorum communio capiti Chriſto adiuncta, &c.

Digitized by Google

specta̅tes formam sponsæ progre dientis admirantur: ubi ecclesiæ in terra militantis conditio indicatur, quæ infestatur à carne, mundo, sata na, ut bona secundum deum, in ani mo, corpore, & externa, uicissitudi ni obnoxia sint: quæ tamen à deo temperantur, ut increme̅tis quibus dam fideles ad perfectione̅ solidam commendant.

†Sponsa.i ecclesia militans, co̅fite ur se hortum nucum, quæ arbor in terris multis obnoxia est, &c.

ⁱReuocatur à sponso et spectatori bus, ut proptus æstimari possit forma eius.

Quæ est illa quæ prospectat sicut aurora, formosa ut luna, electa ut sol, formidabilis ut acies instructæ?

†Ad hortum nucum descendi, ut spectarem uirentes plantas ad torrentem, ut uiderem, num germinet D uitis, [&] num floreant mali punicæ.

Nescio [quid rei sit,] anima mea posuit me currus ᵍAmi Nadib.

*Reuertere, reuertere ô ʰ Schulamith, reuertere, reuer tere, ut te spectemus: quid spectaretis ipsam Schu lamith, quę similis est ⁱ chorec castroru̅? CAP. VII.

Q ᵃ Vàm pulchri sunt gressus tui in calceamen A tis ô filia principis? ᵇ conceptus feminis tui similes sunt monilibus ᶜ fabrefactis ab artifice.

ᵈ Vmbilicus tuus est crater rotundus nunquam fœ cunditate indigens: ᵉ uenter tuus aceruus fru menti circumseptus lilijs.

ᶠ Geminæ tuæ mammæ similes sunt hinnulis gemel B lis capreæ.

ᵍ Collum tuum simile turri eburneæ, ʰ oculi tui [ut] piscinæ in Hesbon apud portam Bath Rabim: ⁱ fa cies tua similis est turri Libani, quæ uersus Dama sek spectat.

ᵏ Caput tuum super te simile est Carmelo, & subtilis euaporatio tui capitis regiæ purpuræ similis est, quæ in canalibus [infectorum] ligata est.

Quàm formosa es? & quàm iucu̅da es ô amor in de C licijs [primatum obtines?]

[Cæteru̅] ˡ hęc statura tua palmæ similis est, & mam mæ tuæ botris.

ᵐ Dixi, Conscendam in palmam, [&] prehendam eius palmites, & sint quæso mammæ tuæ ut botri uitis, & odor nasi tui qualis est ⁿ malorum.

ᵒ Sitq; palatum tuum uelut [madens] † uino præstan tissimo, quod meis amoribus reddat idoneum, ad ea quæ rectissima sunt, quodq; [disertum faciens] labia dormientium uituperat.

*Egò dilecti mei sum, & ad me erit illius conuersio. D

† Age dilecte mi, prodeamus in rus, [&] pernocte mus in ᵖ uillis.

Mane au̅t adeuntes uineta uidebimus, num germinet uitis, ac florem ᵠ protrudat, [&] num floreant mali punicæ: ʳ ubi meu̅ amore̅ totum erga te profunda̅.

Mandragoræ ˢ fragra̅t, & pro foribus nostris omnia poma sunt: tam noua [enim] quàm uetera tibi re posui. CAPVT VIII.

V ᵃ* Tinam quasi frater mihi sis, sugens mammas A matris meæ ᵃ neq; foris offendam, [&] ᵇ osculer te, ᶜ neq; uero te despicient.

ᵈ Deducam te, [&] introducam te in domum matris

Vinum gustum præbens cœlestis ... mitatis, reddit caloribus sanctis oneum, ut non desinat homo præ care opera domini. E stq; præpa... tio ad deambulationem, ut 2. ca. Sponsa uelut ebriosa proclamat totá sponsi esse. Vt autem Gen. 3. endo sententiam in peccatores di ... ur fœminæ, Et ad ipsum erit con ... sio tua i. ad Adam, ita in promul ... ida gratia co̅uertitur, ut sponsus ... us totus se uertat ad homines.

Sponsa inuitat sponsum ad deam ... lationē, & secretum colloquiū, ... o exhibitura sit fructus postula... ... Vbi mysterium incarnationis ... dei pertractatur.

... licissimu̅ tempus Christi & rene ... i euangelij, quod lippitudinem ... unicam sustulit, purgauit, fœcun ... s bonis operibus reddidit, ut ho ... confiteatur uitia hoīs ueteris, ... mbulet in nouitate uitæ, &c.

... udaim i. mandragoræ. Colludit ... ci dodim.i.amoribus, ut hold et ... der Germ. Credidis etiam ueteu ... philtris aptam herbam.

... flagra̅tissimu̅ desideriu̅ patrum, ... Messias promissus carne̅ indutus ... negotium perficiat. Quo na ... angeli pastoribus nunciant ma... ... gaudium.

ᵍ Sonat populus meus libera lis. Currus mutuum auxilium, ut al ter alterius onus portet.

ʰ Pacificam, perfectam, integra̅, beatam sonat: quod nomen eti am in terra solis eis congruit, qui deo inhærent & uniti sunt per uerbu̅ in spiritu sancto: quæ est noua creatura in Christo ser uatore.

ⁱ Gaudium habet ecclesia in me dijs periculis & conflictibus.

ᵃ Motus spirituales ad bonum prompti. ᵇ Conceptus men tis è uerbo dei thesaurus diuinę sapientiæ & uirtutum, &c.

ᵇ Hier. iunctura: significat aute̅ hamulum surrepta, ut quæ ma trix concepit.

ᶜ Opus manuum artificis.

ᵈ Desideriu̅ cœlestiu̅, diuinoru̅, æternoru̅ bonorum non inane.

ᵉ Alimentu̅ cœleste suppetit co piosum. ᶠ Beneficentia pro pussima. ᵍ Spes certa, & perseuerantia in bono.

ʰ Intellectus tenet benedictio nes in semine promisso, quæ in cœlis æternu̅ possidentur. Nam piscina sonat etiam benedictio nes, Hesbon cogitationes, Ba thrabim filiam multorum.

ⁱ Fortitudo & audacia sancta concurrendi contra satana̅, & pugnandi aduersus carnem & sanguinem. Libanus candorem sonat, Damasek sanguine̅ sacci.

ᵏ Mens referta est omnib. frugi bus bonis in domino: cuius co gitatio̅es refert diuinitus indi ... ta̅ charitate̅, quę mu̅du̅ superat.

ˡ Qui perseuerauerit in finem, saluus erit.

ᵐ Sponsus ait se cupidum fru ctuum istius horti Ostenditur autem dei esse perficere, qui de dit uelle & incipere.

ⁿ Ex arbore uitæ deo decerpto rum, 2. cap. ᵒ Et palatu̅ tu um sicut uinum bonum uadens ad amorem meum ad æquitates, uituperans labia dormientium.

ᵖ Sonat etiam expiationes. In gratia enim dei ipso coopera̅te fit bonu̅ opus. ᵠ Aperuit.

ʳ Ibi dabo amorem meum tibi.

ˢ Dederunt odorem.

ᵃ Exiens à patre uerbum, habi tauit in nobis, &c. Ioan. 1.

ᵇ Quod honoris & reuerentiæ est, ut Psal. 2.

ᶜ Vnica generis humani gloria tio, quod in una persona Chri sti deus & homo uniti sunt.

ᵈ Precibus pijs, ut Esa. 64.

Digitized by Google

meæ, [e] tuq; docebis me, [f] & te potabo uino aromatite, [&] succo mali punici.

[h] Sinistra eius supponatur capiti meo, & dextra eius me amplexetur.

B Obtestor uos ô fœminæ Hierosolymitanæ, [i] ne excitetis, néue extinguatis amorem, donec ipsa uelit.

† Quę est illa quę ascēdit à deserto innixa dilecto suo? [k] Sub malo [arbore] te destruxi.

* Ibi [l] te parturiuit mater tua, ibi te parturiuit genitrix tua.

Ponito me in corde tuo uelut sigillum, & in brachio tuo uelut sigillū: † amor enim ualidus est ut mors, & zelotypia dura ut sepulchrum, cuius carbones [sunt] carbones igniti à flamma dei.

* Non aquæ plurimæ poterunt amorem extinguere, C neque flumina inundabunt eum: si quis uero det omnes opes domus suæ pro amore, omnes eum maxime contemnent.

† Est nobis soror parua, quæ nondū habet mammas: quid faciemus nostræ sorori, quādo ei [l] colloquendum erit?

* Si murus est, ædificabimus aduersus eam propugnaculum argenteum: sin fuerit ianua, concludemus eam tabulis cedrinis.

† Ego murus sum, & meæ mammæ similes turribus: [m] qua quidem sponsione uisa sum ei satisfacere.

D * Vineam habuit Solomon in [n] Baal hamon, quam uineā tradidit custodibus, ut quisq; impēdat mille [nummos] argenteos pro fructu eius.

[o] Vinea mea quæ me attinet, mihi curæ erit: tibiq; ô Solomon [numerabo] mille, & ducentos custodientibus fructum eius.

† Tu sedens in hortis ede mihi uocem tuam, consortibus auscultantibus.

* Fugito dilecte mi, & similis sis tibi capreæ, hinnuloq; ceruorum in montibus aromatum.

* Sponsa canit sibi optabile ac bonum, ut Christus peracto salutis negotio relinquens mundum, ascendat cœlum in gloriam patris omnipotentis, suóq; numine conseruet atq; gubernet ecclesiam suam. Quæ beatitudinis æternæ est arrha in mentibus fidelium sese attollentibus extra mūdum in cœlos: mēbra quoq; Christi omnia recipienda in diuinę felicitatis consortium, quam caput Christus obtinet sedens ad dextrā dei patris, inde uenturus iudex uiuorum & mortuorum. Amen.

[e] Filius in sinu patris existens deū enarrauit. [f] Fructus spiritu sancto conditi exhibentur, et passionū Christi fiūt cōsortes pij, ut etiā gloriæ sint cōsortes.

[h] Petit erudiri à uerbo incarnato, & fulciri.

[i] Rursum uetat, ne quis conetur humanis cōmentis conciliare deum & homines. In Ebræo pro ma. i. quid, ponitur in superiorib. im. i. si: est tamen eadem sententia.

[k] Sponsa per sequēs orationem, confitetur se in causa, ut filius dei incarnatus excinderetur. i. moreretur, ut Dan. 9. quod aliter peccatum gustati uetiti pomi non potuit deleri.

[l] Mater uel genus humanū, uel uirgo Maria statim edita promissione seminis parturiuit. Sicut & agnus occiditur ab origine mundi, Apoc. 13.

[l] Id est, appellanda erit de cōnubio. Eb. in die quo loquetur in ea.

[m] Tunc fui in oculis eius quasi proferens pacem.

[n] Id est, Est habens multitudinem, nempe mundus.

[o] Vinea mea, quæ mihi ante me.

[o] Quisq; pro sua uirili portione adniti debet, ut professioni Christianæ uita respondeat. Tum ut gratus sit deo, & bonis præsidibus.

† Sermone admirantis hominis introducitur Christus in mundū, qui ecclesia copulata et agglutinata immittitur, ut sint duo in carne una, &c.

* Precatio piorum communis ex fiducia incarnati filij dei, ut penitus me recipiantur in curam & protectionem dei.

† Amor dei perspicitur in morte filij unigeniti propter homines seruandos, & diffunditur per corda fidelium, ut nihil possis à deo separare, Roma. 8.

* Nulla calamitas dirimet charitatem dei & piorum hominum, quos spiritus sancti uinculū copulauit. Amor pecunijs nō emitur. Stultissimi sunt igitur tyranni, qui conantur pios à deo ad sua pertrahere studia & religiones peruersas.

† Sponsa deliberat cum sponso de militantis ecclesiæ administratione, utq; in ouile Christi adduci debeant, qui per charitatē fidē operātē non declarant.

* Sponsus ostēdit optimā rationē. Pertinaciores adhibita ueritatis & ce & charismatibus ingenij cōmode adducendi sunt. Leuiores autem qui uentis doctrinæ & affectuū facile cedūt, & modo in ecclesia, modo extra uidentur, sanctis legibus & disciplina continendi sunt.

† Sponsa discedens tota in sententia sponsi, pollicetur ad eam rem omnem operam.

* De magistratu politico & ministerio ecclesiastico, quibus commisit deus populum suum, suum regnum in mundo, cui omne studium & labores impendant, ut afferat fructū pietatis.

† Sponsus petit ut sponsa canat, qd æmulis doleat, qui gloriæ Christi, & saluti ecclesiæ infensi sunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

ECCLESIASTICI LIBRI.

Qui ſemper pro ſacris libris ab Eccleſia habiti ſunt, & digni uiſi qui legantur à pijs: non tamen parem cum Canonicis ſcripturis authoritatem obtinuerunt, utpote quos maiores noſtri in eccleſijs legi uoluerũt, non tamen proferri ad authoritatẽ ex his fidei confirmandam. Sunt qui appellarunt Apocryphos, uocabulo rei fortè non per omnia idoneo congruóue. Certè apud Hebræos non habentur, apud Græcos reperiuntur: ex quorum editione ſumma fide & religione in Latinam iam recens uerſi ſunt à D. Petro Cholino Tugino.



EXCUDEBAT CHRISTOPH. FROSCHOVERVS
Tiguri. Anno M. D. XLIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Petrus Cholinus Lectori

S. D.



VIX quicquam est æque obnoxium calumnijs multorum, quàm sacrorum librorum interpretatio: nec aliud interpretatu difficilius aut laboriosius, propter summã concisæ orationis breuitatem, & crebros Hebraismos ab omnium aliarum linguarum loquendi formulis & tropis remotissimos, multorumq; dictorum multiplicem sensum & obscuritatem. Nam Græci interpretes etiã Hebraismos passim reliquere, & propter æquiuoca linguæ Hebraicæ plurima, pleraq; admodum improprie sunt interpretati, crebroq; dissentiunt codices, quos conciliare, & conciliatorum sensum inuestigare difficile est, nec facilius sensum suis reddere uocabulis linguæ Latinæ, à cuius stilo Hebraica remotissima est. Itaq; fit ut dum, sicut oportet, circa interpretationem uerseris religiosius, nec addere audeas quæ orationi diminuta sunt, nimiasq; alijs linguis afferunt salebras, nec facile quicquã in aliam loquendi formulam demutare, ne quid plus minúsue dicas quàm author uoluerit, solicitus, interimq; obserues, ut nihil ponas à munditie linguæ, in quam interpretaris absonum, (cum paucæ sint loquendi formulæ aut dictiones in diuersis linguis, ita sibi mutuo respondentes ex omni parte, ut earum significatio nec latius pateat, nec angustius in una quàm in altera) fit inquam, ut in conquirendis q̃ maxime proprijs & propinquis, maximis laboribus pessimã apud multos gratiam ineas. Neq; enim hac religione & cura quis reddere omnia exacte, quæ in ui cuiusq; dictionis sunt, potest, nec ubiq; linguæ in quam interpretatur seruare gratiam: & cum diuersissima sint, sæpeq; contraria hominum ingenia iudiciaq;, interpres in maxima uenit calumniarum discrimina. Alij enim uellent omnia ad uerbum reddita tam superstitiose, ut uix transpositionem eorum iuxta linguæ alterius consuetudinem satis æquo ferant animo: alij idem hoc, sed minus superstitiose: alij requirunt sensum potius, q̃ uerba singula reddita: alij in his quoq; munditiem, & nonnihil elegantiæ, ne tædiũ afferat oratio. Hæc omnia cum eadem opera fieri non possint, dum obsequeris his, offendis illos. Huic superstitiosus eris, illi obscurus: huic barbarus, illi temerarius: rursum alij affectator, alij negligens, si non reddidisti quod ipsi uidetur. Breuiter diuersis diuersus fueris, ut interim taceam de illis qui putant ne fas esse nouã moliri interpretationem. Tam diuersis itaq; hominũ iudicijs, ijsq; maxima ex parte improbis, negotijq; difficultate & immensis laboribus, quos nemo facile in ea re esse nisi expertus credat, territus, nunquã ne ad eorũ quidem, in quibus leuius periculum est, sacrorũ librorum, quos alij Ecclesiasticos, alij minus apto titulo Apocryphos uocant, interpretationẽ quæ typis excusa ueniret in manus hominũ, adiecissem animum: & rem aggressus iam facto periculo difficultatis, multiplicisq; corruptionis codicũ, multo minus in labore molestissimo perdurassem, nisi nuper cum maximo piorum dolore defunctus M. Leo urbis Tigurinæ ecclesiastes fidelissimus, qui Bibliorũ quod extat Hebraicũ interpretatus est Latine, multis rationibus me perpulisset, ut negotiũ susciperem, typographoq; pollicerer operam, quam postea cum me eius sæpe pœnituerit, honeste recusare non potui. Elaboraui itaq; postquã semel me promissis obstrinxi, ut quoad fieri posset satisfacerẽ omnibus, aut certe q̃ plurimis, id est, ut ita Græcũ exemplar (cum nihil illorũ extet Hebraice,) ad uerbum sequerer, ut, sicut opinor, tamen linguæ Latinæ munditiem seruarẽ, & fugerem obscuritatem: ut quandoquidẽ sicut Erasmus Roterod. nouo, ita M. Leo iam ueteri testamẽto munditiem linguæ conciliauit: ita ut iam, (quod semper optaui,) non utiliter modo, sed etiam iucunde, & minori negotio, ingeniorumq; diuexatione, sineq; detrimẽto & offensa linguæ politioris in ludis literarijs à pueris, & extra eos à doctis sine tædio barbariei, quæ multos ne legerent deterrebat, & ab indoctioribus citra obscuritatẽ, & frequentius, & à pluribus sacra, quod in primis operæpretium est, legi liceat, ego quoq;, quando ita sors tulit, reliquo librorũ sacrorum quasi appendici barbarie & obscuritate ueteris interpretis uerbis nimium anxie hærentis áspero aliquam darem munditiem & lucem. Nolui ergo nimiũ esse astrictus Hebraismis multis, (qui in alienam linguam translati, nihil aliud quàm obscuritatem pariunt,) quo minus eos liberius quidem, quod ad dictionem attinet, sed quod

ad sensum authoris pertinet, ut puto, rectius, uerôque propius, & exactius planiusque uerterem. Tales autem Hebraismi sunt in uocabulis per se, usus ferè unius coniunctionis copulatiuæ, sæpéque inepte uersæ ab interpretibus, pro quauis coniunctione, & Ambulare pro uiuere uitámue degere: Anima pro uita, Benedicere pro laudes agere, salutare, commendare, prædicare, secundare, fortunare, beare, fausta precari, bene ominari, fauere, &c. & Benedictio pro felicitate, felici fato, salutatione, beneficio, &c. Beneplacitum pro fauore, beneuolentia, obsequio: Bonum pro pulchro: Caro pro corpore, mortalitate, homine, animante: Cognoscere pro concumbere: Confiteri pro celebrare, gratulari: Corpus pro mancipio: Dirigere pro dextere agere: Excessus pro miraculo aut stupore: Exeuntes ad bellum, pro belli potentibus: Facies pro tractu, ora, solo, &c. Filij pro hominibus, genere, natione, prognatis: Filiæ pro oppidulis aut uicis: Fœdus interdũ pro præscripto: Gladius pro bello aut cæde: Hæreditas pro possessione uel obuentione: & Hæreditare pro possidere, aut occupare: Implere pro initiare aut consecrare: In pro cum, per: Iniquitas pro quouis crimine: Interrogare pro declarare per metalepsim. Quo Hebraismo etiam usus est Petrus 1. Pet. 3. Inuocatũ pro celebrato: Ira pro noxa, uindicta, offensa: Iudicare pro regere, punire: Iudiciũ pro fato, sententia, casu, ratione, iure: Malum pro deformi: Manus pro opera, iussu, nutu, interprete, & pro cuiuscunque rei instrumento: Meminisse pro obseruare: Misericordia pro benignitate & beneficentia: Nomen pro numine aliquoties: Non pro nemine, nullo, nihilo: Noscere pro fauere: Nunciare pro declarare, narrare: Pacificum pro placido, felici, saluo: Panis pro cibo aut uictu: Parabola pro dicto recondito, allegoria, prouerbio, exemplo, pronunciato: Pax pro prosperitate, tranquillitate, incolumitate, quiete, salute: Pes pro statu, uel gradu per metalepsim: Pluere pro effundere: Portio pro fructu, obuentione, præmio: Præcipere de domo, pro testamentum condere: Principiũ pro capite & summa rei: Proximus pro obuio aut altero: Quærere pro studere, eniti, elaborare, appetere, sectari: Qui cũ aliquo, pro factione, socijs, partibus, comitibus: Redargutio pro causæ dictione, defensione, confutatione, increpatione, obiurgatione: Respondere pro ordiri: Retributio pro uice, præmio: Sacrificare pro mactare simpliciter, ut Eccli 34. Salsugo pro siccitate: Sanctificatio pro religione, uel templo: Sanctificare pro indicere, instituere: Testamentum pro more: Thesauri, pro cellis, claustris, penetralibus: Timor pro religione & reuerentia: Tradere pro supplicio dedere: Vas pro instrumento, machina, apparatu: Verbum pro re, negotio: Via pro instituto uel more: Vir pro quouis, certis, singulis, quibusdam: Virtutes pro effectibus: Visitare pro inquirere, uindicare, pœnas sumere, cognoscere causam, inspicere, rationem habere. Et talia multa, quorum præcipua huc annotanda putaui: ne, quia passim occurrunt, annotationibus margines impedirem alijs rebus assignandis conspergendas, & admonenda, ne quis cur mutata essent miraretur, Hebraismos esse ignorans. Talia sunt etiam, quod ad constructiones attinet, Hebræis peculiaria alia, quæ demutauimus causa claritatis, ut quod casus inter posteriora sæpe pro relatiuis positi sunt Hebraico more, prioribus absolute positis, cũ quibus alijs in linguis exprimẽdi sunt, ut Eccli 38. [illegible] ἐν ἀφροσύνῃ οὐ μὴ παράβῃ, ἀλλ' ἐν ἔξει τῷ κυρίῳ, &c. Et cap. 39. ἡ εὐλογία ὡς ποταμὸς ἐπεκάλυψε, καὶ ὡς κατακλυσμὸς ξηρὰν ἐμέθυσε. Talia sunt itẽ creberrima anacolutha, & Nominatiui absoluti pro ablatiuis absolute positis, & alioqui ad sequentia pertinentes: quale est alicubi, Deus, in cœlo sedes eius, & 2. Mach. 1. καὶ τὸ περιλειπόμενον ὕδωρ ὁ Νεεμίας ἐκέλευσε λίθους μείζονας καταχεῖν. Item genitiui nominum crebri pro adiectiuis, & absoluta uerba pro resoluendis in duo, ut Liberat pro liberator est. Et Eccli 50. φροντίζων pro solicite cauere. Item unũ uerbum ad duo relatũ, quorum utrunque suum desideraret, quæ syllepseos species Latinis est rarior. Absoluta tam singularia quàm pluralia sine nominatiuis pro impersonalibus crebriora quàm Latinis, quale est currunt pro curritur. Polysyntheta crebriora quàm Latinos deceat, & coniunctiones sæpe otiosæ. Frequens & redundans repetitio siue inculcatio pronominum. Frequentes hypallage, ut fructus multitudinis, pro copia fructus, uel fructu multo, & Laudate canticũ, pro canite laudem, Eccli 39. Numeri pro numeris in collectiuis, & relatiuis eorũ. Nomina & uerba pro gerundi[illegible] pro aduerbijs. Nomina sæpe repetita pro relatiuis. Præpositiones pro uerbis, ut Eccli 47. Οὕτως Δαβὶδ ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ. ἀπὸ, id est excelluit. Futura pro præteritis imperfectis, pro imperatiuis, pro potentialibus, pro ijs quæ quouis tempore fieri solent, quæ Latini magis per præsentia, quædam etiam per infinitiuum & uerbum soleo efferunt. Sic præterita pro ijs quæ

quouis

quouis tempore fieri solent. Imperatiui pro coniunctiuis cum si, & quod nonnunquam fefellit interpretes, eadem uox imperatiui & infinitiui. Crebro omissa aduerbia similitudinis. Participia praesentis temporis pro uerbis eiusdem temporis. Relatiua ipse & is, pro aliquo & quouis sine antecedente. Relatiua pro nominibus certis, & rursum nomina pro relatiuis. Metalepses, ut à statione defatigari, pro defessum recedere. Negatio quoq; aliquando praeponitur, quae ad aliquot sequentia intelligitur repetenda. Praeterea & & ?? saepe omisi, praesertim in Sapientia, & 2. ac 3. Machabaeorum, propterea quod inepte uideantur posita & otiose à Graecis pro quauis coniunctione, ut qui uix utantur alia, & has usq; ad taedium inculcent. Haec ita ut opinamur bona fide uertendo omnia, ne nimia obscuritate obessent, aut asperitate sua linguae Latinae proprietatem corrumperent, paululum demutauimus, omnibus quidem laborantes ut utantur, sed iudicium de his, recte ne sensum an perperam assecuti simus, trium tantum linguarum Hebraicae, Graecae Latinaeq; peritis permittentes. Nam ij demum recte de his iudicare poterunt.

Quod si cui uidetur uetus potius interpres retinẽdus & sequendus, eo quod ex Hebraico fonte suam interpretationem transtulisse fortassis cuipiam uideri possit, cum nos ex Graecis nostra uerterimus, qui ante nos errasse, & ab Hebraicis declinasse potuerint, nosq; post eos, ut fit, adhuc longius aberrare, nos certis argumentis collegimus ueterem quoq; interpretem non ex Hebraicis, sed ex iisdem quibus nos Graecis suam interpretationem transtulisse. Nam praepositiones Graecas saepe reliquit sequentibus dictionibus haerentes, quasi una esset dictio: ut pro eo quod est 3. Esd. cap. 5. ἐκ ἀναθὼθ ipse mendose legit, & uertit Hecanathus. Sic pro ἐκ μυρὼθ uertit Emerus. Et postea ubi Graece legitur υἱοὶ ἀπιφὰ, υἱοὶ παίδων σαλωμὼν, id est, filij seruorum Solomonis, uetus interpres Paedon reliquit pro proprio, quod, & superiora non potuit ita legisse in Hebraico. Deinde multis in locis ubi ex uicinitate Graecorũ uocabulorum scribarum uitio orta est diuersa lectio, interpres uetus Latinus saepe absurdiorem potius secutus est quàm ueriorem, quam in Hebraico fuisse sensus ostendit, quod non factum fuisset, si uertisset ex Hebraico: ut Eccli in fine τύρβη pro τρύφη, & συμβολὴ pro συμβουλὴ, & cap. 37. ἐκ ἔσι pro οἰκέτῃ. 46. ἄρνος, quod alibi est ἀνδρὸς. 49. & 50. νάον, quod alibi λαόν. & Sap. 14. quod uertit, Non enim iurantium est uirtus, sed peccantium poena perambulat semper iniustorũ praeuaricationem. Graecũ ad uerbũ sequutus est, à sentẽtia tamen longissime aberrauit, quod factum non esset si uertisset ex Hebraico, praeterquàm quod imperitior etiã linguae Graecae interpres fuisse uidetur, qui Eccli ult. ἰκτέαν uerterit quasi οἰκτέαν, & talia multa. Sed eius rei uel prologus in Ecclesiasticum uersus testimonio fuerit. Postremo constructiones Graecas aliquoties secutus est quàm proxime, quae non cadunt in Hebraismum, & Latinis rarae sunt: & ad uerbum expressit quasdam dictiones Graecas infeliciter, quales non sunt apud Hebraeos, ut ἀβοήθητος, inauxiliatus: & παῖδες pueri, pro seruis, quos Hebraei non uocant pueros, sed Graeci tantum. Simili amphibologia Graeca (quae in Hebraismũ non cadit,) deceptus Sap. cap. 18. κόσμον orbem terrarum transtulit, cum ornatum quoq; significet, ut eo loco: qualis aequiuocatio Latinis in mundo est. Eccli 27. cum emendatiora exemplaria habeant, quod sensus omnino postulat, καὶ ὁ ἰδὼν αὐτὸν, &c. uetus interpres id quod mendosum est in Graecis interpretando sequutus est, nempe καὶ ἰδὼν αὐτὸν δεσίον ἀπ' αὐτοῦ, & cap. 30. quod mendose legitur περὶ ψυχῶν ὑμῶν transtulit, cum uera lectio sit περιψύχων ὑμῶν: in quo errare nõ potuisset, si transtulisset ex Hebraico. Ibidem pro ἐκκεχυμένα mendosum uertit ἐγκεκρυμμένα: & cap. 43. καὶ ἐφύτευσεν αὐτὸν Ἰησοῦς interpretatus est, Et plãtauit illum dominus Iesus: cum palàm mendum sit ex uicinitate Graecae dictionis ortum, pro quo emendate legitur in alijs codicibus, καὶ ἐφύτευσεν ἐν αὐτῇ νήσους. Quod ergo licuit illi ex Graecis Latina facere, nobis quoq; idem conantibus non denegari debere puto, nec improbari magis quod ex eodẽ quo ille hausit fonte proferimus. Quod autem interpretatio illius saepe quàm longissime à nostra abest, in causa est maxima Graecorũ exemplariorum diuersitas, & corruptio tanta, ut non minima pars nostri laboris in collatione exemplariorum, & mendorũ emendatione uersata sit. Sicubi ergo ille mendo seductus fuit, aut aliam quàm nos lectionem secutus, aut alioqui uariam inuenimus lectionem, nos eam diuersitatem in margine annotauimus, ne quis aut illum confinxisse aliquid de suo, aut nos suspicaretur. Quanquam mihi quidem uidetur in multis ampla licentia praeter omnem codicum fidem uel addendo causa interpretandi obscura, uel demutando usus: aut oportet superesse adhuc

alias codicum diuersitates, quas mihi uidere nondum contigit. Sicubi integri uersus reperti sunt in uno exemplari qui defuerunt in alio (ut sæpe inuentum est,) quia illos propter angustiam spatij non licuit in marginem adscribere, nos illos asteriscis prænotauimus: qui sicubi occurrent, nullum alium asteriscum in margine sibi respondentem habentes, admonebunt eum uersum non in omnibus legi Græcis codicibus, sed tamen in aliquibus. Quæ autem in nullo Græco exemplari inuenta sunt, sed in Latino tantum lecta, ea quoq; prætermittere noluimus, (quia alio fortassis locupletiore exemplari usus fuit uetus interpres,) sed tamen huiusmodi signis & hamis [ ] interclusa ab alijs distinximus. Sequutus sum maxime exemplar Toletanum quoddam, quod perquàm antiquum est, & mihi uisum emendatissimum, quali uetus quoq; interpres maxima ex parte usus esse mihi uisus est, sed ut iam dixi licentius, idq; in Ecclesiastico maxime. Nos secundum quod nobis uisum est emendatissimum omnia summa, ut opinamur, fide reddidimus, neq; addendo quicquam data opera, neq; demendo quod plus minúsue quàm Græcus uoluerit dictum sit, nisi quo modo supra diximus: quibus & hoc addimus, Nos ita mansisse quàm proxime Græca uertendo, ut tamen integra seruaretur lingua Latina. Quod sicubi non ausi sumus euagari libere, quod obscuri relictum est marginali interpretatione illustrasse. In coniunctionibus multum permisimus nobis iuxta cuiusq; loci sensum, quod sciamus Hebræis unam coniunctionem aut paucas ut ו & כי multarum uice fungi. Deinde cum lingua Hebraica abundet dictionibus æquiuocis, apparet eam linguam callenti Græcos quoq; interpretes, qui pleraq; ad uerbum ex Hebraico uerterunt, ideóq; omnem linguæ Græcæ gratiã amisere, sæpe ex significationibus æquiuoci ineptiorẽ potius esse interpretatos quàm aptiorẽ, quibusdam in locis tam manifeste, ut mireris negligentiam. Itaq; sicubi aliquid manifeste exigente sensu propter æquiuocationem Hebraicæ dictionis (quam facile est ex interpretatione ad uerbum diuinare,) à Græco declinauimus, id quoq; in margine est annotatum, aliquoties Hebraica dictione quam diuinauimus adscripta. In 3. Esdræ, ubi recensentur genealogiæ, miram inuenimus corruptionem, & nisi Hebraica ex 1. & 2. Esdræ cum Græcis conferenti inemendabilem, quam nos hac laboriose facta collatione penè restituimus. Primum enim qui ex Hebraico Græce sunt interpretati, multa ex proprijs nominibus corruperunt, quædam data opera, quædam necessario. Data opera, dum barbare desinentia nomina conati sunt ad suæ linguæ molliores terminationes declinare: necessario, cum coacti sunt literas quibus ipsi carent omittere, ut ו consonantem, & omnem aspirationem in mediũ aut finem dictionis incurrentem (quas multas habent Hebræi, cum Græci nullas præterquam in ρ habeant) ut ה & ח: aut certe alijs literis permutauere, ut pro ח θ, & pro ש sæpe λ. Nam pro finali ח quamuis literam prout cõmodum uisum est scribere sibi permisere. Adde quod puncta, quæ tum non subscripta erant, in proprijs alij aliter legerũt: & passim quia ueteres β ea ferè specie qua μ scripsere sic μ. has literas sæpe inter se cõmutatas inuenias. Accessit his incõmodis scribarum incuria, qui corrupta magis etiã corrupere, articulos sæpe quasi partem proprij nominis iungendo, & syllabas ab initio sequentis dictionis auulsas adijciendo priori, aut à fini ablatas, sequenti addendo. In hæc tam corrupta postquam Latinus interpres incidit, si nihil corrupit magis etiam, certe corrupte transtulit è Græcis: remq; indies deteriorẽ reddidere librarij ignari hoc ne an illo modo rectius legerentur barbara propriaq; uocabula. Interim Græci quoq; codices librariorum culpa ulterius corrupti sunt ab eo quod uetus interpres transtulit. Itaq; cũ genealogias illas quæ sunt in Esdræ 3. conferrem cum ijs quæ sunt in Esdræ 1. & 2. nominibus Hebraicis, deprehendi ferè in singulis origines unde deducta, & causas quare corrupta sint, quarum causarũ quædam in ipsis Hebraicis sunt literis, quæ Græce exprimi nõ potuerunt, uel aliæ pro alijs similibus lectæ sunt, quædã in Græcis, quædam in Latinis, quarũ præcipuas supra memorauimus, alias suis locis assignauimus in margine, ut cuiuis cõferenti exemplaria, statim liqueat rem ita se habere, & à nobis recte, nec sine iustis rationibus esse pleraq; nomina non mutata, sed restituta & emendata. Sanè, ut apparet, totus tertius liber Esdræ uersus est à Septuaginta, aut quocunq; tandẽ authore, ex Hebraicis parum discrepantibus ab ijs quæ sunt in primo Esdræ: quanquã interpres Græcus sæpe male reddidit sensum ex Hebraico, & Hebraice scienti apparet facile quæ fuerit erroris causa. Vbi illud manifestum, ausus sum aliquantulum à Græco, quod alioqui mendis scatet, discedere. Et per totam interpretationem nunquam ferè sine causa à ueteri interprete discessimus: sed siquid aliter sumus interpretati, fecimus id

uel

uel quia uicinior Græcis noſtra uiſa eſt, aut propter Hebraiſmum, aut propter barbariem, aut quia cõmodiorem aliam conſtructionem iudicauimus, aut quia ſignificantius aliquid, aut quia aptiorem rei dictionem, aut aliquid huiuſmodi aliud.

Porrò libros quos ſumus interpretati, in ordinem qui nobis uiſus eſt optimus, redegimus, nempe ut præpoſitis, qui ex omnibus lectu digniſsimi ſunt, ſolũ duobus moralibus Sapientia & Eccleſiaſti co, reliquos qui ſunt hiſtorici ferè iuxta ordinem hiſtoriarum & temporũ quoad fieri potuit, collocaremus. De his ut noſtrum quoq; quod collegimus interpretando ponamus iudiciũ, liber Sapientiæ, quamuis ueram cõtineat ſapientiam Salomone ſapientiſsimo dignam, ut quæ religionem unius dei in primis aſſerat, & cõfutet falſam: mihi tamen ipſo ſtylo & conſtructione, tum adiectiuorũ, epithetorum ac cõpoſitorum abundantia ueriſimile fit, nunquã ſcriptum fuiſſe Hebraice ab authore, ſed ab Hebræo aliquo rarius Hebraizante quàm factũ eſt in cæteris, Græce ſcriptum eſſe. Nam apud Hebræos nec talis cõſtructio eſt ſermonis, nec talia cõpoſita quibus ludit author, nec ita ſolent epithetis, præſertim otioſis, redundare. Idem de Iudith parte aliqua, de hiſtoria Suſannæ, & Heſther, (quæ leguntur inter Apocrypha duntaxat.) iiſdem ductus rationibus iudico. Nam de 2. Machabæorum id etiam ipſius authoris in prologo teſtimonio, & ex elegantia ſtyli certum eſt. Tertius autem Machabæorũ nõ ſolum ſtyli, ſed etiam ipſius narrationis redundantia, faſtu, omniq; Græca uanitate adeò mihi diſplicuit, ut nec qui uel inter profanas hiſtorias fidẽ per omnia mereatur, nedum qui inter Eccleſiaſticos annumeretur dignũ iudicẽ, nec in quo quis uel uertendo uel legendo ponat operam. Certe nihil unquã uerti magis inuitus, & additus in numerũ Eccleſiaſticorũ librorum magis mihi fidem aliorũ eleuare uidetur, quàm eam, aut pietatem, quicquã adiuuare, præterquã quod mendax ſtatim à limine titulus eſt libri, qui ne uerbum quidem ad Machabæos pertinens cõtineat. Itaq; nõ uertiſſem eum, niſi in Græcis exemplaribus adiunctum primo & ſecundo Machabæorum reperiſſem, & ego omnia uoluiſſem bona fide interpretari, iudiciũq; alijs relinquere. Cæteri libri, maximeq; Eccleſiaſticus priuato nomine dictus, ſeu Sapientia Ieſu filij Sirach, ut prologus teſtatur, et ſtylus ſcatens Hebraiſmis, ſiue locutiones, ſiue conſtructionem, ſiue alios idiotiſmos cõſideres, Hebraice mihi ſcripti fuiſſe uidentur à ſuis authoribus, & in Græc translati, quæ ſola nobis relicta ſunt, nõ extantibus Hebraicis ac ne à ueteri quidẽ interprete uiſis, ut ſupra dixi. Tobias cocisa oratione ſuſpicionem mouet in Græcis exemplaribus intercidiſſe aliqua, quæ in Latinis habeantur, quorũ tamen quędã aniliora uidentur, quàm ut credã ab authore Hebraico, aut ab interprete Græco tradita. Sanè apparet aliquos magna eſſe uſos in libris his licentia. Extat hodie typis excuſum Hebraicum Tobiæ exemplar, quod tamen multum à Græco, & multo magis à uetere Latino diſcrepat. Quare cum cætera è Græcis tranſtulerim, nolui in hoc uno tantopere diſsidente à Græco, diuerſum facere. Librum Eſdræ quartũ, & precationẽ Manaſsis nec Græce nec Hebraice uidere mihi cõtigit, tamen ne illa quoq; manerent incultiora, nõnihil ad noſtrũ ſtylum attemperata noſtræ uerſioni inſeruimus, eam ſcilicet habitura fidem & authoritatẽ, quam ea quæ ex Latino in Germanicam, Gallicam, aut aliam quamuis linguã uerſa ſunt. Præter hæc ſi quid monendũ erat aliud, paſsim in marginibus aſperſum inuenies, quibus præfixæ literæ & ſigna indicant, quo ſingula referenda ſint. Sed de aliquibus ſignorũ ſupra quoq; aliquid monuimus. Nunc hos labores noſtros tibi offerimus candide Lector, ut iudices, utaris, fruaris, & ſcias nos præſtitiſſe quod potuimus: & ſicubi minus aſſecuti ſumus uel ſenſum, uel quam uelles elegantiam ſtyli, cõdones, memor nõ omnes, præſertim in ſacris literis, poſſe omnia, diuerſis autem ingenijs eadem opera ſatisfacere neminem omnibus. Vale, Tiguri Anno M. D. X L I I. Tertio Calend. Nouemb.

Aſteriſci, quibus nullus alius reſpondet in margine, ſignificant uerſum eum uſq; ad finem, in aliquibus, ſed non in omnibus lectum eſſe Græcis codicibus.

Talia ſigna ſeu hami [ ] monent ea quæ illis incluſa ſunt, in nullo prorſus à nobis inuenta eſſe Græco exemplari, ſed in ueteri tantum interprete lecta, paululumq; ad noſtrũ ſtylum, ne deformis eſſet diſsimilitudo, attemperata. Cætera clara ſunt.

Digitized by Google

Sapientia Solomonis.

CAPVT I.

[a]Vel, fidem eius non deserentibus.

[b]Scilicet recedit cum, &c. uel atq; iniustitia superueniente arguitur, scilicet quod fictũ est: uel, iniustitia exoriente se profert, scilicet spiritus: nempe resistendo.

A 
†ILIGITE sapientiã rectores terræ, *bene sentite de Do- †3.Reg.3.a
mino, & ipsum syncero corde quærite: † quoniã ab ijs qui *Esa.56.a
non tentant eum, inuenitur, & [a]ijs qui non diffidunt ipsi, se †2.Pa.15.a
exhibet. Nempe prauæ cogitationes alienationẽ à Deo fa-
ciunt, potentia uero dum tentatur, arguit insipientes. Nã
in malitiosam animã sapientia non introibit, nec habita-
B bit in corpore peccatis obnoxio. † Spiritus enim disciplinæ Ierem.4.
sanctus quod fictum est fugit, & recedit ab insipientibus cogitationibus, [b]cumq;
iniustitia superueniẽte uituperatur. †Nam cum benignus sit spiritus sapientiæ, Gal.5.c.
labijs suis impie loquentẽ culpa non absoluerit: ut cuius renũ testis sit Deus, cor-
disq; uerus inspector, ac auditor linguæ. †Etenim spiritus Dñi replet orbem, & Esa.6.a.
cõtinens uniuersa, notitiã uocis habet. Quapropter iniusta loquẽs, nequaquam Ierem.23.d
C latuerit, †nec præterierit eum castigans iudicium. Nam in consilia impij inquire- Act.7.e
tur, †famaq; sermonũ ipsius ad Dominum perueniet, ad nefaria facinora eius co- 3.Reg.2.g
arguenda. Quoniam auris acris & indignabunda audit omnia, & rumor fremi- Matth.6.a
tuũ minime clàm fuerit. Quapropter inutili fremitu abstinete, et obloqui lingua Heb.4.b
parcite. †Quoniã sermo clandestinus non abibit impune, atq; os mentiens ani- Luc.12.a
mam interimit. Ne affectetis mortẽ errore uitæ uestræ, †nec operibus manuum Deut.4.c
D uestrarũ accersatis perniciem. †Neq; enim Deus creauit mortem, nec interitu ui- Ezech.18
uorum delectatur. Creauit eñ ut essent omnia, & initia mundi salutifera sunt: 33.c
nec inest in eis medicamentum perniciosum, nec orci regnum in terra: quippe iu-
stitia immortalis est. Impij uero manibus ac uerbis accersiuerunt illam, & conta-
buerunt amicam arbitrati, cumq; ea fœdus inierunt, † quoniam digni sunt qui Infra15.a
sint partium illius.

CAP. II.

[a] כי
[b]Vel, subito.
[c]Vel, dum cor nostrum mouetur.

[D]ἀέρος, al. tẽporis.

[e]ἡμῶν, al. ὑμῶν, uestrum.

A DIcunt eñ apud se non recte deputantes, †Breuis est & tristis uita nostra, nec Iob.7.
est remedium contra obitum hominis, nec cognitus quisquam qui ab orco Matt.22.b
fit reuersus, [a]sed[b]temere nati sumus, posthac futuri quasi qui nunquã fuerimus. 1.Cor.15.d
Quoniam fumus est spiritus in naribus nostris, & sermo ut scintilla [c] è corde no-
stro excitata: quo extincto, corpus nostrum redigetur in cinerem, spiritus ut laxus
aër diffundetur, nomen nostrum lapsu tẽporis ueniet in obliuionẽ, nec quisquam
factorum nostrorum memoriam usurpabit: sed ut uestigium nubis elabetur uita
B nostra, & sicut nebula radijs solis fugata, eiusdemq; calore fatigata dissoluetur.
†Nam umbræ similis est ætatis nostræ cursus, nec datur reuocare pedem ab interi- 1.Par.29.d
tu, quoniã consignatus est, nec inde quisquã reuertitur. † Adeste ergo, & bonis Esa.22.b
fruamur præsentibus, rebusq; creatis simul ac iuuentute gnauiter utamur. Vino 56.c.
pretioso & unguentis repleamus nos, nec florem [D]auræ prætereamus. Rosarum Sap.5.b
calyculis coronemur antequam marcescant, [nullum pratum luxuria nostra non
peruadat.] Nemo [e]nostrũ nostræ sit exors petulantiæ, ubiq; signa lætitię relinqua-
mus, quoniam hic est fructus, hęc sors nostra. Pauperẽ iustum opprimamus, nõ
parcamus uiduæ, nec longæuos senis canos reuereamur. Vis nostra lex esto iusti-
C tiæ: quod eñ infirmum est, inutile deprehenditur. Circũueniamus ergo iustum,
quoniã inutilis est nobis, factisq; nostris aduersatur. Peccata in legem nobis ex-
probrat, & nos ob neglectum disciplinæ nostrum diffamat. Notionem dei præ-
dicat habere se, adeoq; filium Dei se nominat. † Hic cogitationum nostrarum Ioan.7.a

index

Digitized by Google

Esa.53.c index extitit, †& aspectui quoq; nostro grauis est. Quoniam dissimilis aliorũ est
uita ipsius, suisq; differt institutis. Pro adulterinis habemur ab illo, & itineribus
nostris tanquam spurcitijs abstinet. Extrema iustorum prædicat beata, patremq;
Deum iactitat. Videamus an ueri sint sermones eius, & euentuũ eius faciamus
Psal.21.a periculum, [extremaq; cognoscamus.] †Nam si filius Dei iustus est, opem ei feret, D
Matt.27.e *Iere.11.d ipsumq; è manu aduersariorũ eripiet. *Cõtumelia cruciatuq; eum exerceamus,
ut cognoscamus mansuetudinẽ eius, probemusq; patientiam. Infami morte con
demnemus eum, *ratio eñ eius iuxta sermones ipsius habebitur. Hæc illi cogi- *Id est tractabitur secundũ dicta sua: uel, ironice. Deus respiciet, illũ scilicet, ut prædicabat.
Rom.1.c tant, & errãt, nam malitia sua excæcati sunt, †ut nec mysteria Dei norint, nec mer-
cedem sperẽt sanctimoniæ, nec rationem præmij inculpatarum animarum habe
Gen.1.2. ant. †Nam Deus creauit hominem immortalitati, & eum ad imaginem sui [f]pro
Gen.3.a Eccli.17.a priam fabricauit. †Inuidia uero cacodæmonis mors introiuit in mundum, &
qui sunt partium illius, experiuntur eam. CAP. III.

†Deu.33.a *Sap.5.a Heb.11.f I†Vstorum autem animæ in manu Dei sunt, nec attinget illos cruciatus. *Insipi A [f] ἰδιότητος, al. legit ἀϊδιότητος.
entium iudicio mori uidentur, calamitosus existimatur exitus eorum, & disces-
sus à nobis exitialis, cum illi fruantur felicitate. Etenim dum cruciantur in cõspe
†1.Pet.1.c ctu hominum, †spem alunt plenã immortalitatis, & leuiter [a]uexati ampla benefi [a] Vel, castigati.
Rom.8.c 2.Cor.5.a *Exo.16.a cia cõsequentur: *Quoniã Deus tentauit eos, & se dignos comperit. Tanquam B
aurũ in fornace probauit illos, & ut solidum sacrificium excepit. †Itaq; tẽpore
Deut.8.a uisitationis suæ effulgebunt, & ut in stipulis scintillæ discurrẽt. *Iudicabunt gen
†Matt.13.f 1.Cor.15.e tes, dominabunturq; populis, & regnabit in eis Dominus in perpetuum. Qui fi
*Mat.19.c dunt ipso, ueritatem intelligent, & fideles in charitate apud eum permanebunt.
1.Cor.6.a Quoniam gratia atq; misericordia continget sanctis eius, & ratio electorum eius
Matt.25.d habebitur. †Impij uero multabuntur pro cogitationibus suis, ut qui neglexerint
iustum, & à Domino defecerint. Nam qui sapientiam & disciplinam nihili pen C
dit, infelix est, & una spes est talium, [b]infructuosi quoq; labores, & opera eorum [b] ἀνόνητοι.
Esa.54.a Luc.23.d Gal.4.d inutilia. Vxores eorum stultæ, †maliq; liberi: progenies deniq; eorum est execra
Esa.56.b bilis. Sanè beata est sterilis incontaminata, quæ concubitum flagitio non nouit:
fructum in *cognoscenda animarum causa capiet: †spado item, qui nefas manu *Vel, in animarũ remuneratione.
non fecerit, nec male contra Dominum cogitarit, nam ei eximia fidei gratia confe D
retur, & sors in templo Domini iucũdissima. Bonorum enim laborum glorio- †Vel, orbus liberis.
sus est fructus, nec radix sapientiæ deperit. Liberi uero adulterorum [c]à sacris ar-
cebuntur, & ex illegitimo concubitu semen abolebitur. Quod etiamsi multum [c] Vel, maturitatẽ non assequentur.
ætate processerint, in nullo erunt pretio, & ingloriam demum agent senectutem.
Sin moriantur celerius, spem nullam habent, nec die [D]inquisitionis solatiũ. Nam [D] Vel, cognoscendæ causæ: aut, animaduersionis.
iniustæ progeniei diri sunt exitus. CAP. IIII.

POtior est sterilitas cõiuncta cum uirtute, ut cuius immortalis sit memoria, quo A
niam tã deo quàm hominibus nota est. Hanc imitãtur præsentẽ, absentis au
tem desiderio tenentur. Hæc coronata triumphat in perpetuum, incontaminata
præmia certamine uictrix assecuta. Sobolescens uero impiorum copia non per-
ueniet ad frugẽ, nec adulterinæ propagines radices altas agent, nec locabunt fun-
Ierem.17.b damentum stabile. †Nam etiamsi in ramos ad tẽpus egerminauerint, leuiter ta-
Mal.1.a Matth.7.c men [a]firmatæ commouebuntur uento, & procellosa ui eradicabuntur. Imperfe B [a] βεβηκότα.
cti circum rami defringẽtur, fructusq; eorum inutilis, & esui immaturus nullum
præstabit commodum. Nam ex illegitimo concubitu nati liberi nequitiæ testes
sunt aduersus parẽtes, cum in eos inquiritur. Iustus autem quamuis præmatura
morte obierit, quiete tamen fruetur. Neq; enim honorifica senectus est ea, quæ
longo tempore constat, aut quam annorum numero metiaris: sed canos homini
Heb.11.a bus sapientia cõciliat, & ætas senectutis sine labe uita est. †Quia deo placuit ille,
charus est habitus: & cum inter peccatores uiueret, de medio sublatus. Abreptus

est, ne malitia immutaretur sensus eius, neue anima eius fraude circumueniretur.
C Fascinū enī uanitatis quæ honesta sunt, obscurat: & concupiscentia uaga synceram
mentē peruertit. Defunctus paucis longa impleuit tēpora, nam anima eius[b] deo
placebat: quapropter è medio malitiæ propere sublatus est. Vulgus aūt uidens
hoc, non intelligit, nec animaduertit hoc ipsum beneficium ac misericordiā in san
ctos eius esse, electorumq; ipsius, habitam rationē. Cæterum iustus mortuus ui
uos condemnabit impios, [c]iuuentusq; celerius exacta longæuā iniusti senectutē.
D Sapientis enī exitum uidebunt quidem, sed quomodo sit illi consultum, aut quor
sum eum Dominus tuto conseruarit non intelligent: uidebunt inquā, eumq; con
temnent. Dominus autem irridebit illos, deinde turpiter corruent, & ignominia
inter mortuos perpetua laborabunt. Quoniam cōquassabit illos [d]interclusa uo
ce præcipitatos, funditusq; commouebit. Desolabuntur extreme, doloreq; uexa
buntur, & memoria eorum interibit. Prodibunt pauidi peccatorum suorum re
putatione, suisq; sceleribus corām conuincentur.

CAP. V.

A †TVm iustus corā oppressoribus suis, laborumq; ipsius uituperatoribus mul — Matt. 19. d
ta cum audacia stabit: quo illi uiso, graui pauore percellētur, & præ inopina
ta salute stupescent. Pœnitentia tacti, & præ angustia spiritus gementes, sic apud
se dicent, Hic est ille quem risui quondam habuimus, prouerbioq; contumelioso.
†Stulti uitam eius existimabamus insaniam, & exitum eiusdem ignominiosum. — Sap. 3. a
Itáne unà cum filijs Dei annumeratus est, & suam inter sanctos sortem adeptus?
Aberrauimus utiq; à uia ueritatis, lumen iustitiæ non fulsit nobis, nec intelligētiæ
sol est exortus. Itineribus iniustitię, & interitus affatim usi sumus: peruasimus in-
B uia deserta, uiam uero Domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia? diui
tiæ fastosæ quid nobis contulerunt? †Tanquam umbra, nunciusq; transcurrens — 1. Par. 30. c, Sap. 2. b
illa præterierūt omnia, & in modum nauis fluctuosas aquas permeantis, *cuius — *Pro. 30. b
[a]elapsæ uestigiū non inuenias, nec inter fluctus iter meatus illius: aut ut auis aëra
peruolans, cuius limitem nulla cōiectura deprehendas, utpote cum uerbere [b]pen
narum flagellatus leuis aër, et stridente ui sulcatus, alarumq; motu traiectus est, ut
nullum in eo postea meatus indicium animaduertas: aut ut cōiecto ad scopum te
lo, sectus aër protinus in seipsum denuo coit, ut qua trāsierit, illud non appareat.
C Ita & nos postquam nati sumus, defecimus: nullumq; uirtutis documētum dare
ualuimus, sed in nostra malitia consumpti sumus. [Atq; talia peccatores apud in
feros dixerint.] †Quoniam spes impij qualis à uento sublata lanugo est, & iacta — Iob. 8. a
tæ à procella tenui spumæ similis: ut fumus uento diffusus, & tanquam hospitis — Psal. 1. b, Pro. 10. d
unius diei memoria præterit. *Iusti autem uiuent in perpetuum, præmiū eorum — 11. a
apud Dominum repositū est, & cura eorundem penes altissimum. Ideo regnum — Iac. 1. b
præclarum adipiscentur, & de manu Domini diadema pulcherrimum, quoniam — *Psal. 30. a, 124.
dextera sua proteget eos, brachioq; [sancto suo] defendet. †Pro omni armatura — †Psal. 17.
D proferet indignationem suam, & res creatas ad ultionem hostium armabit. †Pro — Ephes. 6. b
thorace iustitiam induet, & galeam sibi iudicium syncerū imponet. Assumet scu
tum inexpugnabile sanctimoniam, iram autem pro lancea diram exacuet: ipseq;
adeo mundus eum ad debellandos insanos adiuuabit. Probe collimata ferētur
fulminum iacula, & ad scopum tanquam ab intentissimo nubium arcu desilient,
grandinesq; confertim è furore lapidante uibrabuntur. Vndæ maris excandescēt
in illos, & flumina prærupta concurrent. Ventus uehemens resistet illis, moreq;
turbinis iactabit eos. Iniquitas terram omnem desolabit, sedesq; potentum euer
tet malitia.

CAP. VI.

A P[Otior est sapientia quàm uires, & uir prudens q̄ robustus.] Quapropter au — Eccls. 9. d, Pro. 16. d
dite reges, & attendite, discite rectores finiū terræ. Aures præbete uulgi mo
deratores, & qui nationum multitudine gloriamini. †Quoniam potestas uobis — Rom. 13. a
à Domino

Marginal Greek notes: [b] θεῷ. — [c] νέοτης. — [d] ἀφώνους, al. ἀφρόνας — [a] διαβάσης. — [b] ταρσῶν.

à Domino data est, & potentatus ab altissimo. Is inquiret in actiones uestras, consiliaque perscrutabitur. Quia cũ essetis regni ipsius administri, nec iudicastis recte, nec seruastis legem, nec consilium Dei secuti estis. Horribiliter superueniet uobis, & repente, quoniam iudicium in proceres rigidissimum exercebitur. †Nam plebeius homo uenia dignus fit, in potentes autem inquiretur acriter. *Neque em̃ personam reformidabit Dominus omnium, nec amplitudinem uerebitur. Quoniam tam humilem ipse fecit quàm eminentẽ, & omnium æque curam agit, cæterum potentes uehemens manet inquisitio. Ad uos igitur spectant sermones mei ô tyranni, ut discatis sapientiam, nec offensetis. Nam qui sanctitates sancte coluerint, ij sancti censebuntur, & his instituti habebunt excusationẽ. Facite igitur cupiatis sermones meos, & expetatis, & eruditionem cõsequemini. Præclara est, nec unquam marcescit sapientia, ab amatoribus suis facile cernitur, & à quærentibus eam inuenitur. Vltro se cupidis offert cognoscendam, & qui mane petierit eam, non laborabit, foribus enim suis assidentem illam inueniet. Nempe de illa cogitasse, ad perfectionem sapientiæ pertinet: & qui uigilauerit propter eam, cito securus fuerit. Quia se dignos ipsa quærit circũeundo, benigne se per uias ostendit illis, studioque summo occurrit. Initiũ em̃ ipsius est uerissima eruditionis cupiditas: cura uero eruditionis amor, amor aũt obseruatio legũ ipsius: rursum obseruatio legũ, [a]immortalitatis cõstitutio est, [b]immortalitas demũ Deo propinquũ facit, cupiditas itaque sapiẽtiæ ad regnũ perducit. †Si ergo solijs & regnis ô reges populorum delectamini, sapientiã in pretio habete: ut in perpetuũ regnetis. Quid aũt sit sapiẽtia, & q̃modo sit orta referã, nec celabo uos mysteria, sed à prima origine cognitionẽ eius inuestigabo, palamque faciã, nec prætcribo ueritatẽ, [c]neque uero cũ tabido inuidia iter habuero, quoniam talis nequaquam fuerit sapientię particeps. Cæterum multitudo sapientũ salus mundi est, & rex sapiens populi stabilimen. Quapropter uerbis meis erudimini, & adiumentum sentietis.

Eccli. 10. *Deu. 10. d 2. Par. 19. c Iob. 34. b Eccli. 35. b Rom. 2. b Gal. 2. b Ephe. 6. b Col. 5. d Act. 10. c Num. 27. c 2. Reg. 14. c 3. Reg. 3. a

[a] Vel, integritatis. [b] Vel, integritas. [c] Vel, neque uero tabido inuidia concessero: qui nõ potest sanum habere de sapientia iudicium.

CA. VII.

SVm equidem & ego mortalis homo similis omnibus, primumque creato terrigena prognatus. †In utero matris caro decem mensium tempore *formatus sum, in sanguine coagulatus, è semine uiri uoluptateque [a]somni comitante. Quinetiam natus cõmunem hausi aërem, & in eiusdem ingenij terrã excidi. Primam uocem æque atque omnes flebilem edidi, in fascijs & curis sum educatus. Nullus em̃ rex aliud nascẽdi habuit initium: †sed introitus in uitam unus est omnium, & idem exitus. Quapropter optaui, & data est mihi intelligẽtia: precatus sum, & obuenit mihi spiritus sapientiæ. Sceptris & solijs anteposui illam, diuitiasque præ illa nihilipendi, †nec gemmam *pretium ei comparaui. Quoniam respectu eius aurum omne arena pauca est, & ad rationem ipsius argentum pro luto reputandum. Hanc dilexi supra sanitatem & formam, usumque eius luci præoptaui, ut cuius splendor supprimi non possit. †Accesserunt aũt mihi bona simul omnia cum illa, innumeręque sunt in manibus eius diuitię. Lætitiã percepi ex omĩbus, ut quorum caput sit sapientia, ipsam autem horum esse matrem ignorabam. Hanc citra [b]frustrationẽ didici, minimeque maligne cõmunico, nec celo diuitias ipsius. Nam thesaurus hominibus inexhaustus est, quo qui fuerint usi, amicitiã cum Deo iunxerint, propter dona disciplinæ cõmendati. Deus mihi dedit [c]sententiose loqui, digneque datis cogitare: ut qui sapientiæ dux sit ipse, & sapientum conformator. †Nam in manu eius sumus tam nos q̃ [d]sermones nostri, sapientia simul omĩs, & [e]operum sciẽtia. Etenim ueram rerum cognitionem ipse mihi dedit, qua mundi constitutionem, & uim elementorum, initium, finem & medium temporum, [f]solstitiorumque uicissitudines, tum permutationes tempestiuitatum, atque annorum circulos, & stellarum dispositiones, ac naturas animalium, bestiarum [g]affectus, uentorum impetus, ratiocinationes hominum, plantarum differẽtias, radicum uirtutes.

Iob. 10. a Iob. 1. c 1. Tim. 6. Iob. 28. c 3. Reg. 3. b Matth. 6. d Sap. 3. a

*ἐγλύφην, habent correctiores codices, al. ἐπάγην. [a] Vel, concubitus. καὶ ἡδονῆς ὕπνῳ συνελθούσης. *τιμιότητα [b] Vel, fraudem. [c] Vel, ex sententia. [d] Vel, ratio nostra [e] Vel, artes. [f] τροπῶν, al. τρόπων. [g] Vel, iras.

intelligerē, omniaq́ adeo tā occulta cognoscere q̃ manifesta, nam artifex omnium sapientia me docuit. Siquidē spiritus inest ei sagax, sanctus, unigenus, multiplex, subtilis, uegetus, illustris, incōtaminatus, euidens, innocuus, boni studiosus, acutus, prohiberi nescius, beneficus, benignus, stabilis, certus, securus, omnipotens,
D perspiciens omnia, omnesq́ spiritus rationales & mundos etiam subtilissimos penetrans. Nam omni motu mobilior est sapientia, cūctaq́ præ puritate sua penetrat & peruadit. Siquidem à diuina uirtute efflatur, & syncere promanat à maiestate omnipotentis, quapropter nihil in eam cadit polluti. †Etenim æternæ lucis splendor est, limpidissimum diuinæ uirtutis speculum, & imago bonitatis eius. Heb.1.a
Præterea cum unica sit, omnia potest: eadem permanens renouat omnia: & uicissitudinibus ætatum in sanctas animas se transferens, amicos Dei constituit, & prophetas: neminem enim Deus præter sapientiæ studiosum diligit. Nam hæc sole speciosior est, & omnem astrorum seriem superat, luciq́ comparata potior deprehenditur. Siquidem nox pellit hanc, sapientiā autem malitia non uincit: sed pertingit ab extremo ad extremū usq́ penitus, & utiliter om̄ia dispōnit. CA. VIII.

A HAnc ego dilexi, & à iuuētute mea quæsiui: hāc studui sponsam adiūgere mihi, & pulchritudinis eius amore captus sum. Nobilitatē generis eius hoc illustrat, q̀ conuictu Dei utitur, quodq́ Dn̄s omnium eam diligit. Nam scientiæ Dei sacerdos est, & operum eius antistes. Quod si diuitiarum est in uita possessio desiderabilis, quid operante omnia sapientia locupletius? & si opifex omnium est
B sapientia, quid illa in rerum natura est artificiosius? Rursum si iustitiam quis diligit, labores huius, uirtutes sunt. Temperātiam enim docet & prudentiam, tum iustitiam ac fortitudinē, quibus nihil est hominibus in uita utilius. Si quis item multarum rerum peritiam desiderat: hæc antiqua nouit, & futura coniectat: hæc sermonum strophas callet, & ænigmatum explicationes. Signa & prodigia præsagit, euentusq́ tempestiuitatum & temporum. Hanc ergo decreui mihi uitæ sociam adiungere, ut quam mihi bona daturam consilia, & curarum tristitiæq́ lenimento fore cognoscerem. Gloriam in uulgus per hanc[a] adipiscor, & honorem
[a]ἕξω.
C apud seniores iuuenis. Acutus comperior in iudicio, & in conspectu potentum sum admirabilis, [stupentq́ me principum facies.] Tacentem me sustinere solēt, & loquentem [b]attendere, pluribusq́ differente me manum ori admouere. Per
[b]προσέξουσι.
hanc consequar immortalitatē, & relinquam æternam posteris meis memoriam: regimen populorum administrabo, gentesq́ mihi parebunt: tū famam meam reges horrēdi metuent, uulgo bonus apparebo, belloq́ fortis: in hac deniq́ domum ingressus acquiescam. Nihil enim amaritudinis habet eius cōmercium, nec quic
D quam doloris conuictus eius, sed lætitiam, & gaudiū. Hæc apud me reputans, & animo mecum studiose perpēdens, esse scilicet in cognatione sapientiæ immortalitatem, & iucundam in amicitia eius delectationē, tum perennes in laboribus manuum ipsius diuitias, atq́ prudentiam in usu colloquij eius, & in cōmunicatione sermonum eiusdem famæ claritatē, ut eam mihi coniungerem quærens circumibam. Eram aūt puer ingenio dextro præditus, bonamq́ sortitus indolem: imò bonus ipse cum essem, corpus incōtaminatum adeptus sum. Intelligens aūt me compotem illius non aliter fore quàm dono Dei (quod quidem ipsum erat prudentiæ, scire quis author huius foret beneficij,) Dominum adij, eumq́ precatus sum, & sic ex animo toto loquutus. CAPVT IX.

A DEus patrū, †misericordiæq́ Domine, *qui uerbo tuo cuncta creauisti, & hominē tua fabricauisti sapiētia, ut creatis abs te opificijs dominaretur, & mundum cum sanctimonia, iustitiaq́ administrans animo recto iudiciū exerceret, assidentem solio tuo mihi tribue sapiētiam tuam, nec me numero seruorum tuorum summoueas. †Ego em̄ seruus tuus sum, ancilla tua natus, infirmus homo, bre- †3.Re.3.b *Gene.1. Psal.115.b

uisq́

uiq; tempore duraturus, adeoq; iunior q̃ ut iustitiam legesq; possim intelligere.
Nam etiamsi quis fuerit ex hominũ progenie cõsummatus, sapientia tamen tua B
.Par.29.b si careat is, nihili fuerit æstimãdus. †Tu me populo tuo regem elegisti, & filijs fi
.Par.1.a liabusq; tuis iudicem. Templum in sancto monte tuo iussisti, me ędificare, & in
urbe habitationis tuæ aram instar sancti tabernaculi, quod iam inde ab initio pa
ro.8.c rasti, & una tecum artifex operum tuorũ sapientia: †quæ tibi mundum creanti præ
an.1.a sto fuit, & quid oculis tuis adlubescat, quidq; ex præceptis tuis rectum sit, perno-
uit. Hãc è sanctis cœlis tuis, & à solio maiestatis tuæ demitte, ut præsens labores C
meos adiuuet, & quid acceptum apud te sit cognoscam. Hæc enĩ nouit & intel-
ligit omnia, hęc me prudenter deducit in actionibus meis: hæc eadem me maiesta
te sua custodit, ut operibus meis gratiosus sim, & populum tuum iuste gubernem,
sa.40.b solioq; patris mei dignus existam. †Quis enĩ homo consilium Dei cognoscat?
om.11.d aut quis uoluntatẽ eius animo peruestiget? Nam cogitationes mortalium igna
Cor.2.b uæ sunt, & opiniones nostræ fallaces. Quandoquidem fragile corpus grauat D
animã, & terrenum domicilium plenam curarum mentem deprimit, ut conjectu
ra uix assequamur quæ in terra sunt, & quæ inter manus uersantur laboriose de-
prehendamus. Ergo quis peruestiget cœlestia? aut quis consilia tua pernoscat,
nisi cui tu dederis sapientiam, & è sublimi spiritum sanctum tuum demiseris?
Nam sic demum uiæ incolarum orbis dirigantur, & quæ tibi grata sunt homines
didicerint, tuaq; seruati fuerint sapientia.

CAPVT. X.

e.1.d.2.b HAec primum in mundo formatum patrem, solumq; creatum conseruauit, & A
ene.4.b *uindicauit à lapsu suo, eiq; potestatẽ dedit in omnia dominandi. †Hac rur *ἐξείλετο.
e.6.7.8. sum per iram suã deserta, iniustus fraterni paricidij furijs interijt: †propter quem
demersam diluuio terram denuo seruauit sapiẽtia, dum exiguo ligno iusti curam
ene.11.d habuit.† Hæc iustum inter gẽtes malitiosa conspiratione confusas [a]nouit, incul B
patum eum deo custodiuit, & ut erga filium animata conseruauit constantem.
ene.19.c †Hæc pereuntibus impijs ex incẽdio quinq; ciuitatibus ingruente fuga iustũ eri-
puit: quarum etiamnum malitiæ testimonio fumosum restat solum, & plantæ fru
ctum intempestiuum ferentes, statuaq; salis monumẽto diffidentis animæ consti
tuta. Nam contemptores sapientiæ non solum eo læduntur, q; quæ bona sunt,
ignorant, sed etiam in uita relinquunt monumentum insipientiæ, ut cum delictis
suis latere nullo modo queant, cultores autem suos ipsa sapiẽtia ærumnis liberat.
ene.28.b † Hæc profugum ab ira fratris iustum in uias rectas deduxit, ipsiq; regnum Dei
monstrauit, & efficit ut sanctorum caperet cognitionem. Per ærumnas locuple C
tauit ipsum, & labores eius compensauit ubertate. Cum per auaritiam opprime
retur, præsto fuit, ditauit illum, ex hostibus seruauit, protexit ab insidiatoribus, &
obeundum ei certamen arduum constituit: ut cognosceret omni re pietatem esse
ne.37.f potentiorem. †Hæc uenditum non dereliquit iustum, sed eum à peccato con-
t.7.b seruauit: in foueam unà cum eo descendit, *nec in uinculis deseruit eum, donec
Gen.41.f attulit ei sceptrum regium, & in oppressores eius potestatem, accusatores etiam
eius coarguit mendacij, & gloriam ei conciliauit æternam. Hæc populum san- D
Exo.1.b ctum, & inculpatum semen ab †affligente ipsum gente liberauit, intrauit in ani-
Exo.3.b mam *serui Dei, & regibus horrendis per miracula signaq; restitit. Sanctis mer
.e cedem laborum suorum reddidit, deduxit eos per uiam mirabilem, & interdiu te-
al.77.b gumento fuit ipsis, sidereiq; splendoris uicem noctu suppleuit. Dedit eis transi-
tum per mare rubrum, et per aquas plurimas traduxit eos, undis autem obruit ho
od.12.e stes ipsorum, & imas profundi scatebras in eos emisit. †Ideo iusti spolia tulerũt
.a ab impijs, nomen sanctum tuum decantauerunt ô Domine, & uictricem ma-
num tuam uno ore laudauerunt. Quoniam os mutorum aperuit sapientia, &
disertas infantium linguas reddidit.

CAPVT XI.

[a] ἔγνω, al. ἧρε.

Digitized by Google

[a] Vel opera בידי

A S†Ancti prophetæ [a] ministerio facta cōformauit illorum, qui per inhabitabile desertum iter fecerūt, & in locis inuijs posuerunt tentoria, restiterūt hostibus, & se de inimicis uindicauerunt. †Te cū sitirent inuocauere, & aqua è summa rupe data est illis, sitisq; remedium è duro lapide. Nam per quæ pœnas luerunt inimici ipsorum, [cum potus eis deesset, per ea Israelitæ abundantes recreati sunt:] per eadem & inopia laborantes hi acceperunt beneficiū. †Etenim pro fonte perenni fluminis sanioso sanguine, ad exprobrandum illis de occidendis infantibus edictum, conturbati, aquam uberrimam præter spem his exhibuisti, simulq; *per sitim illius temporis ostendisti, quantopere [tuos extolleres, &] †hostes ipsorum

Exod. 17. c | Num. 20 | Exod. 7. d

* διὰ τοῦ τότε, &c.

B excruciauisses. †Cum enim tentati sunt, per castigationem, quamuis clementem illam quidem, cognouerunt, quomodo cum iracunde punirentur, †impij fuerint cruciati. Siquidem hos tanquam pater admonens probauisti, in illos autem inquirens, ut durus rex animaduertisti. Enimuero absentes & præsentes eodē modo uexabantur. Duplex eñ mœror ceperat illos, & gemitus cum memoria præteritorum. Nam cum audirent, dum ipsi cruciabantur, bene cum his agi, Dominum senserunt: & quem olim expositum, abiectumq; pro deplorato per ridiculum habuerant, eū in extremo rerum euentu mirati sunt: †cum siti longe alia quàm

Exod. 7. d | Deut. 8. a | Exod. 7. d | Exod. 7. d

C iusti laborarent. Porrò pro insulsis iniustitiæ ipsorum cogitationibus, †quibus seducti serpentes irrationabiles, uilesq; bestias coluerunt, tu irrationabilium animalium uim causa ultionis in eos immisisti, ut discerēt per quę quis peccasset, per eadem esse puniendum. Nam alioqui †omnipotēti manui tuæ, quæ mundū ex informi materia cōdidit, facultas non deerat, qua turbam ursorum, & leones animosos, aut recenti furore plenas ac ignotas feras, quæ uel in modum ignis urentē efflarent spiritum, uel sonantem fumum [b] torquerent, uel [c] micarēt horrendis oculorum scintillis, in eos immitteres: quæ non solum noxa perimere eos, sed etiam terribilis aspectus disperdere potuisset. Quid? q; etiam sine his urgente pœna, &

Sap. 12. c | Leui. 26. | Sap. 16. a | Iere. 8. c

[b] Vel, lamberent.
[c] Vel, fulgurarent.

D afflatu potentiæ tuæ quassante, uno spiritu quiuissent deijci. Verum omnia mensura, numero, pondereq; temperauisti. Etenim ampla penes te potestas semper est, & quis robori brachij tui resistat? Quoniam instar momenti stateræ totus coram te mundus est, & ueluti gutta matutini roris humi delapsa. †Omnium aūt misereris, ut qui possis omnia, & peccata hominū, ut resipiscant, dissimulas. Quicquid enim rerum est diligis, & nihil abs te creatorum odisti: neq; enim inuisum tibi quicquam produxisses. Aut quonam quid modo permansisset, quod tu noluisses? aut quod non iussisses, esset conseruatum? Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, amator animarum Domine.

Rom. 2. a

CAP. XII.

A N Am omnibus incorruptus tuus inest spiritus, [a] per quem lapsos paulatim cōarguis, & in peccatorum memoriā reducendo admones, ut relicta malitia, in te domine collocent fiduciam. †Etenim cum priscos illos sanctę terræ tuæ habitatores odisses, utpote odiosissima ueneficiorū facinora patrantes, & impijs sacrificijs deditos, tum liberorum inclementes paricidas, & humanorum uiscerum, carniūq; uoratores: [b] cumq; dapes cruetas ex scelere, sacerdotesq; phanaticos cum cædis miserarum animarum authoribus, per manus maiorum nostrorum delere decreuisses, ut pretiosissima iudicio tuo terra dignam seruorum Dei coloniam acciperet, tamen his quoq; ut hominibus pepercisti, & tanquā emissarios [c] exercitui tuo præmisisti uespas, quæ paulatim illos profligarent. Non q; non posses dimi

Deute. 9. | 12. d. 18.

B catione prælij in potestatem iustorum redigere impios, aut sæuis bestijs, durōue uerbo ad unum eos delere: †sed q; paulatim puniēdo locum eis dares emendandi se, non ignorans ab origine sua malos esse, ingenitaq; laborare prauitate, nec cogitationes ipsorum mutari unquam posse: cum ab initio semē eorum execratione denotum esset. Attamen neminē metuens, ueniam peccatorum eis impertiebaris.

Exod. 23. | Deut. 7. d

[a] διό, uel, διὰ quapropter.
[b] Pro eo quod scriptum inueni, καὶ θοίναν αἵματος ἐκ μύσου μύστας θείας σου, καὶ αὐθέντας γονεῖς, &c. & alibi: Καὶ θοίναν αἵματος ἐκ μύσου etc Ego sic lego, Καὶ θοίναν αἵματος ἐκ μύσους, μύστας τε θιασωμένους καὶ αὐθέντας γονεῖς ψυχῶν ἀβοηθήτων, &c.
[c] τοῦ στρατοπέδου σου σφῆκας.

Quis

om.9.d Quis enĩ tibi dicat, Quid egisti? aut quis se iudicio tuo opponat? †Quis item de perditis gentibus abs te creatis te uocet in crimen? aut quis nã contra te uindex in-
.Pet.5.a iustorum hominum intercedat? Neq; enim præter te deus est alius, †qui curam agat omnium (quo te demonstras non iniuste iudicare,) neq; rex aut tyrannus ul lus pro ijs quos tu punieris oculos cõtra te attollere audeat. Veruntamen iustus C
cum sis, iuste gubernas omnia, & eum qui nullam pœnam commeritus sit conde mnasse, à tua potentia iudicas alienũ. Nam potentia tua iustitiæ principium est, & tuus in omnia dominatus facit ut parcas omnibus. Cum enĩ minus crederis absoluta pollere potentia, quantum ualeas declaras, & cõtumacia præditos redar guis. Cæterum potentiæ dominus exerces æquum iudicium, & nos cum multa moderatione gubernas. Nempe tibi, cum uis, potentia præsto est: uerum talibus factis populum tuum doces, iustum humanũ esse oportere, et bona spe filios tuos imbuis, qui locum concedas pœnitentiæ peccatorũ. Cum enim inimicos seruo-rum tuorum mortem commeritos cum tanta moderatione atq; attentione punie ris, tempus & locum indulgens, quo malitiam deponerent: quanta solicitudine re xisti filios tuos, quorũ patribus bonas promissiones iureiurando pactionibusq; firmasti? Cum igitur castigas nos, infinito grauius inimicos nostros flagellas: ut D
bonitatem tuam perpendamus solicite, & ea perpensa misericordiam tuam expe ctemus. Quocirca & iniustos in stolida uita uersatos homines per suas ipsorum
ap.11.c impuritates excruciauisti. † Etenim per incerta uiarum longius aberrauerunt, ut
om.1.c qui stolidorum infantium more decepti, quasdam animantes, etiam apud hostes infames, Deos existimarint: quamobrem illis ut pueris ratione carentibus pœ-nam ludibrio irrogasti. At illi probrosis ludificationibus nihil emendati, pœnas meritas diuinitus experientur. Nam ijs ipsis rebus, quas passi sunt indignabun di, cum propter eos quos deos existimabant, punirentur, quem olim se nosse ne-gabant, sentientes uerum esse Deum perceperunt. Quapropter in extremam in-ciderunt damnationem.

CAPUT. XIII.

om.1.b Etenim [a]natura uani sunt omnes homines ignorantia dei præditi, †qui ex eui dentibus bonis eum qui est, non ualuerunt intelligere, nec ex operibus consi A
tute.4.c.b deratis opificem cognouerũt: †sed aut ignem, aut uentum, aut citatum aërem, aut astrorum orbem, aut uim aquarum, aut lumina cœli rectores mundi deos esse pu-tauere. Atqui si horum pulchritudine delectati, deos existimauerunt ipsa, quan-to præstet horum Dominus cognoscere utiq; debuerant, (quandoquidem sum-mus pulchritudinis generator ea cõdidit,) sin potentiam eorum & efficaciam ad-mirati, quanto esset horum opifex potentior, ex ijsdem intelligere. Siquidem ex B
pulchritudinis rerumq; creatarum excellentia, collatus ijs creator earum spectari po test. Attamen hi paruam reprehensionẽ merentur. Nam quærendi deum, & inuestigandi studio fortassis errant. Etenim in operibus ipsius indagãter obuer-santur, eamq; uisu induunt persuasionẽ, eo φ præclara sint quæ cadunt sub aspe-ctum. Omnino tamen ne hi quidem uenia digni fuerint. Si enĩ eo potuerunt penetrare cognitionis, ut mundum coniectura caperent, quomodo non hũ do-minum potius inuenerunt? Infelices sunt autem, & mortua spes est illorum, qui manuum humanarum opera, aurum & argentũ arte fabrefactum, animaliumq;
a.44.b simulachra, aut lapidem inutilem opus antiquæ manus, Deos appellauere. †Aut C
rem.10.a cum quis faber materiarius [b]eximiæ [c]arboris succisæ omnem circa corticẽ scite de-strinxit, & inde uas usui uitæ profuturum artificiose, pulchreq; fabricauit, opificij uero recisamentis apparando cibo consumptis satiatus, resectũ inde nullius usus ineptum sumpsit truncum, ramisq; nodosum per otium sculpsit diligenter, & ua-cans perite formauit, adeoq; hominis figurauit effigie, aut animalis cuiuspiam ui-lis simulachrum effinxit. Deinde minium & fucum illinendo cõciliauit ei rubo-

[a] Id est, re ipsa, seu reuera, uel indole uani.

[b] εὐκινήτου.

[c] Vel, plantæ.

rem, et omnē in eo maculam obduxit: tum in extructo ad id domicilio digno col
D locauit ad parietem, ferroq; firmauit. Atq; ita quidem ille, ne cadat, huic prospe
xerit, ut qui sciat illud adiuuare seipsum nō posse, cum simulachrū sit, & opis in-
digum. Tandem pro possessionibus, pro nuptijs suis, & pro liberis illi uota
nuncupans inanimo uerba facere non erubescit: †& nunc pro ualetudine inuo- Psal. 115.a
cat infirmum, nunc pro uita mortuum orat, pro ope extreme inopi, proq; itine- Baru. 6.a
re faciundo, ne gradum quidem facere ualenti supplicat: ad quæstum denicq;, ad
opus faciundum, manusq; opificium & successum ab ignauissimo manibus rogat
nauitatem.

CAPVT XIIII.

A Rvrsum alius adornans nauigationem, & per feros fluctus iter instituens, ue
hente se ligno putrius lignum implorat. Illud eñ auiditas [a]quæstus exco-
gitauit, artifex autē fabricauit sapientia, tuaq; pater prouidentia gubernat. †Quo Exod. 14.f
niam per mare quoq; uiam, tutumq; per fluctus iter aperuisti, ostēdens, quamuis
possis incolumē omni modo præstare, etiam si quis arte carens conscenderit, non
tamen uelle te opera sapientiæ tuæ esse otiosa. Quapropter homines perq̄ exi-
guo ligno uitam cōmittentes, transmisso naui procelloso mari seruantur. †Ete- Gene. 6.d 7.b
nim tum primum cum superbi gigantes perirent, ad nauim spes mundi cōfugit,
tuaq; manu regente genitale semen æuo reliquit. Felix eñ lignum est, per quod
iustitia exercetur: †manufactū autem infelix est tam ipsum quàm eiusdem fabri- Psal. 115.
cator. Hic, ut operis author: illud, ut nomen Dei, cum corruptioni obnoxium sit, Baru. 6.
B adeptum. †Nam æque inuisi Deo sunt & impius, & eiusdem impietas. Etenim Psal. 7.a
opus cum opifice pœnam subibit, quapropter & in simulachra gentium inquire
tur. Quoniam in opificio Dei ad nefas deformata sunt, ad offensionē animis ho
minum, & ad pedes insipientiū illaqueandos. Initium enim scortandi excogita
tio simulachrorum est, & eorundem inuentio uitæ corruptela. Neq; enim erant
ab initio, neq; in æternum manebunt. Quippe hominum ambitione in mūdum
introducta sunt, & ideo celer interitus est ipsis destinatus. Nā acerbo luctu præ
mature abrepti filij dolēs pater imagine facta, iam antea mortuum hominē, nunc
ut Deum cœpit colere, & sibi mancipatis sacra ceremoniasq; tradidit. Deinde la
C psu temporis inualescens impia consuetudo, pro lege seruata est. Quinetiam ob
tyrannorū mandata effigies religiose cultæ sunt, & quos pręsentes honorare non
poterant homines, (utpote procul habitātes) eorum è longinquo petitam ad ima
ginem honorandi regis euidenter expressam figuram repræsentauerūt, ut absen-
tem studiose tanquam præsentem [b]colerent. Porrò ad intendendum cultum im
peritiores prouexit etiam affectata artificis diligentia. Nam ille fortassis potenti
placere cupiens elaborauit arte q̄ pulcherrime similitudinem, uulgus autem opifi
cij uenustate illectum, quem nuper ut hominem honorarat, mox numē existima-
uit. Præterea hoc quoq; uitæ fuit insidiosum, q; homines infortunio aut [c]tyranni
de in seruitutem redacti, nomen cum nulla re cōmunicandum lapidibus & lignis
imposuere. Iam uero non satis est circa cognitionē dei erratum esse, sed etiam in
D magno ignorātiæ bello uiuentes, tanta mala pacē appellant. †Nam aut sacrifi- Deut. 18.b Ierem. 7.d 19.a
cia per paricidia liberorū, aut clandestina mysteria, insanásue alijs ritibus baccha-
tiones agitando, neq; uitā iam, neq; cōnubia tuentur munda, sed alius alium aut
interficit per insidias, aut adulterando contristat: omnia demū occupat sine discri-
mine sanguis & cędes, furtū et dolus, corruptela, infidelitas, tumultus, periurium,
perturbatio bonorum, beneficiorum obliuio, animarum contaminatio, alienatio
progeniei, cōnubiorum confusio, adulterium & lasciuia. Infandorum eñ simu
lachrorum cultus omnis mali origo, causa & finis est. Aut enim illi cum lætan-
tur, insaniunt, aut falsa uaticinantur, aut uiuunt iniuste, aut [d]temere peierāt. Nam
inanimatis confisi simulachris malum accepturos se, cū peierarint, non expectāt.

Cæterum

[a] Vel, queritandi uictus cupido.

[b] Vel, adularētur, κολακεύωσι.

[c] Vel, oppreßione.

[d] Vel, cito.

Digitized by Google

Cæterum utraque de causa iustam pœnam subibunt: & quod simulachris dediti, male de Deo senserunt, & quod sanctitate spreta, iniuste per dolum iurauere. Non enim eorum per quos iuratum est potentia, sed ultrix peccatorum iustitia praue factorum pœnas ab iniustis semper expetit.

CAP. XV.

TV uero deus noster benignus es, & uerus, & [a]longa patientia, misericordiaque gubernas omnia. Etenim si peccauerimus in te, potentiam tuam nouimus: [b]non peccabimus aūt, ut qui nos [c]tibi curæ esse sciamus. Nam nosse te, consummata iustitia est: & tuam intellexisse potentiam, radix est immortalitatis. Neque enim in errorem nos induxit insidiosum hominum inuentum, neque labor [d]pictorum infructuosus, figuræ scilicet uarijs coloribus maculatæ, quarum aspectus insipientibus in [e]amorem exit, & speciem imaginis mortuæ spiritu uacuam concupiscit. Malorum amatores sunt, [f]talesque spes habere digni talium opifices, [g]amatores & cultores. †Nam ubi figulus [h]mollem terrā laboriose pressans, usui nostro quiduis effinxerit, atque etiam ex eadem argilla apta mundis operibus uasa, simul & his contraria quæuis formarit, (quorum in utroque genere quis usus sit singulorum, arbiter ipse est figulus) idem ille pessime locans operam deum uanum figurat ex eadem argilla, cum ipse non pridem è terra natus sit, in eandem de qua sumptus est, cum animæ debitū ab eo exigetur, breui rediturus. At ille non quod labores se maneant, curat, aut quàm sibi breuis supersit uita, sed certat cum aurificibus, argentariosque fabros & ærarios imitando gloriæ sibi ducit, quod fingat imposturas. Puluis est cor illius, spes item terra uilior, & abiectior argilla uita ipsius. Quoniam eum qui finxit ipsum, qui uegetam ei inspirauit animam, qui spiritū uitalem inflauit, ignorat. Verum isti ludicrā uitam nostram existimant, & cursum ætatis lucrosam nundinationem: ut qui dicant, undecunque, atque etiam ex malo rem esse faciendam. Alioqui enim nouit ille se peccatis omnes superare, dum fragilia uasa simul & effigies ex terrena materia fabricat. Longe autem insipientissimi, & [i]stultorum animis miseriores sunt omnes populi tui inimici, qui eum potentia premunt, eo quod omnia simulachra gentium pro dijs habeant, †cum ijs neque usus oculorum quibus uideant, neque nares quibus hauriant aërem, neque aures quibus audiant, neque manuum digiti sint quibus palpent, neque pedes ad gressum habiles. Quandoquidem homo fabricauit eos, & qui mutuatus est spiritum, eosdem finxit. Enimuero nemo hominum similem sibi deum formare potest, sed mortalis manibus nefarijs effingit mortuū. Cultis enim à se rebus præstantior est, ut qui ipse uitam adeptus sit, illa nunquam. Quid? quod animalia quoque coluntur odiosissima, ut quæ alijs comparata, deteriora sint, propter hanc dementiam, quæque ne animalibus quidem tam uideantur pulchra, ut desiderio eorum tangātur, quæ Deo denique probatore careant, & fautore.

A — a Vel, lenitate. b Vel, sin minus, in numero tuorum nos esse scimus. c Vel, tuos cēseri. d σκιογράφων, al. σκιαγραφῶν, id est, adumbratio picturarum. e ὄρεξιν, al. ὄνειδος, id est, probrum. f Al. morte digni. g ἐπιθυμηταί, al. ποιοῦντες.

B — Rom. 9. d

C — h Vel, argillam.

i ψυχὴς νηπίου. — Psal. 114. 4. d

D

CAP. XVI.

P[a]Ropterea *per similia merito [b]puniti sunt, & per multitudinē bestiarum cruciati, cuius cruciatus loco beneficium populo tuo præstitisti, cum auidæ ipsius appetentiæ cibum noui saporis parauisti † [c]coturnicem: ut illi appetentia cibi laborantes, indicatum eum qui immissus erat, etiam inurgente fame abominarentur: hi uero penuriam paulisper experti nouo sapore impertirētur. Oportebat enim illis tyrannide usis ineuitabilem penuriam accidere: his aūt ostendi tantum, quem cruciatum hostes ipsorum pertulissent. †Etenim *cum eos ira sæua bestiarum inuasisset, cumque noxiorum serpentium interimerentur ictibus, ira tua non durauit usque ad internecionem: sed per admonitionē paulisper fuerūt perturbati, signum salutis habentes, quod memores mandati legis tuæ redderet. Neque enim qui respexerat, propter rem uisam, sed propter te seruatorem omnium seruabatur. Itaque hoc ipso hostes nostros docuisti, te eum esse qui salutem præstes ex omni malo, quod illos †locustarum & muscarū *ictus interemerunt, nec remedium [d]uitæ eorum ex

A — a Redit eo unde initio ca 13. digressus est. * δι' ὁμοίων. b Scilicet, Aegyptij, utpote per ranas. c Vel, ortygometram. — Num. 11. g Psal. 78. — Num. 21. b

B — * ὅτι αὐτοῖς δεινὸς, &c. * δήγματα. d Vel, animæ. — Exo d. 10. d, 8. f; Apoc. 9

tiū, q̃ digni essent tali supplicio: filios autem tuos ne uenenatorum quidem draconum ictus uicerunt. Etenim intercessit misericordia tua, eosq; seruauit, ut qui ictibus ad memoriam oraculorum tuorum reuocarentur. Celeriter autem seruabantur, ne in altam obliuionē prolapsi, beneficio tuo retrahi non possent. Neq; enim herba aut malagma medicinam eis attulit, sed sermo tuus, ô Domine, sanās omnia. Quippe tu uitæ necisq; potestatem habes, †ad portas inferorum deducis & reducis. Homo quidem malitia sua mortem intulerit cuipiam, qua elapsus spiritus non reuertatur, sed animam [e]assumptam nequaquam dissoluerit: tuam uero C manum effugisse, est impossibile. Nam impij te nosse negātes, ui brachij tui flagellati, †insuetis pluuijs, grādinibus, imbribusq; ineuitabilibus diuexati fuerunt, & igne cōsumpti. Quod enim maxime mirum est, in aquam etiam natam extinguere omnia uim summam ignis habebat: nam ipse quoq; mūdus iustorum uindex est. Interim enim mitescebat flamma, ne immissa in impios animalia combureret, sed ipsi se iudicio Dei exagitari palàm uiderent: interim autem etiam inter aquas supra uim ignis exardescebat, ut progeniē sceleratæ terræ disperderet. †Pro quibus rebus cibo angelorū populum tuum refecisti, & panem citra laborem paratum, omni uoluptate pollentem, omniq; accōmodatum gustui de cœlo ipsis demisisti. [f]Substantia enim illa tua tuam erga liberos ostendebat suauitatem, & appetitui assumentis cuiusq; subseruiens ad illius qualemcunq; uoluntatē se temperabat. D Præterea nix & glacies uim ignis sustinuerūt, nec liquefacta sunt: ut cognoscerent, qui ignis ardens per grandines & pluuias coruscando fructus inimicorū absumpsisset, eundem rursum alendorum iustorum causa uirium suarum esse oblitum. Nam res creata tibi creatori subseruiens, in pœnas iniustorum exardescit: rursumq; mitescit ad præstandum fidentibus te beneficiū. Propterea tum quoq; in quiduis transfigurata, almæ benignitati tuæ pro [g]indigentiū uoto subseruiebat, ut filij tui tibi chari Domine discerent, †hominem nequaquam prouentu fructuum ali, sed uerbo tuo eos qui te fidunt, conseruari. Quod enim igne non absumebatur omninō, exiguo solis radio calefactum liquescebat: quo notum esset, solem gratijs tibi agendis præueniendum esse, & te sub lucis ortum salutandum. Nam spes ingrati in modum hyemalis glaciei euanescet, & more inutilis aquæ diffluet.

Dent.32.f 1.Reg.2.b Tob.13.a Exod.9.e Exod.16.a Ioan.6.d Num.11.b Psal.77.c Deut.8.a Matth.4.a

[e] Id est, sublimem abeuntem.
[f] Scilicet, Man.
[g] Vel, orantium.

CAPVT XVII.

A NEmpe magna iudicia tua sunt [ô Dñe,] & explicatu difficilia [uerba tua,] quapropter animæ imperitæ errauerunt. †Iniusti enim gētem sanctam oppressuros se rati, uinculis tenebrarum, longæq; noctis cōpedibus *constricti, atq; inclusi tectis ab æterna prouidentia profugi iacuerunt, occultisq; peccatis obscuro obliuionis uelamento latere se posse arbitrati, attoniti, grauiter, uisisq; perturbati sunt & dissipati. Neq; enim latebra qua continebantur, securos reddebat ipsos, sed sonitus pauore percellens eos circumstrepebat, laruæq; *tristi aspectu truces B offerebantur. Atq; ignis quidem nulla uis lucem præbere poterat, nec fulgentes radij syderum illustrare noctem illam horrēdam ualebant: sed ignes tantum quidam terribiles ultro micabant ipsis. Attoniti uero quæ cernebantur illa non apparente facie peiora iudicabant. †Interim ludibria artis magicæ iacebāt unà cum calumnia per iactantiā sapientiæ contumeliosā. Nam qui se promittebant timores & perturbationes animo ægroto depulsuros, ijdem ridicula formidine laborabant. Quod etiamsi nullum eos monstrum territasset, bestiarum tamen transitu, serpentiumq; sibilis exagitati perijssent tremebundi, ineuitabilem etiam aërem C intueri se negantes. [Frequenter enim pessima occupant, conscientia redarguente.] Etenim formidolosa res est malitia, [a]proprio teste conuicta, & in conscientia [b]delitescens, mala semper [c]præsagit. Nihil enim est metus, nisi [temeritatis adiumentum, &] auxiliorū à ratione proficiscentium defectio, cum intus residens exigua

Rom.11.d Exod.10 Exod.7.b 8.b

* πεδήται.
* ἀμαθήτοις κατηφεῖ, &c.
[a] ἰδίῳ μάρτυρι, al. ἰδίως & μαρτυρεῖ.
[b] Vel, et cōscientiæ coniuncta. συνεχομένη, al. συνεχομένη, conscientiæ comes.
[c] Vel, anticipat, προείληφεν, al. προσείληφε, sibi repræsentat.

Digitized by Google

gua spes [b]magis reputat causæ cruciatum mouentis implacabilitatem. Ergo illi per impotentem uere noctem ab impotentis orci recessu profectã, eodem somno sopiti, partim monstrosis exagitabãtur uisis, partim animę defectione exoluebantur. Repentinus enim illis & inopinatus pauor ingruerat: & hoc deinde modo, quicunq; tandem fuisset illic collapsus, in [e]angustias citra ferrum conclusus custodiebatur. Nam siue quis agricola siue pastor erat, siue quis laboriosus [f]in deserto operarius, ineuitabilem quisq; necessitatem sustinebat. Siquidem omnes una tenebrarum catena constricti erant, siue flatus sibilans, siue densos inter ramos canora uox auium, siue sonitus aquarum impetu currentium, siue immanis ruentium saxorum fragor, siue uisum effugiens saltantium animalium cursus, siue rugientium sæuissimarum ferarum fremitus, siue echo montium cauernis repercussa territando illos percellebant. Totus enim mundus clara luce resplendebat, & expeditis [g]frequens erat operibus: solis illis grauis nox incũbebat, imago tenebrarum, quæ ipsos in posterum excepturæ erant. Ipsi deniq; sibi tenebris erant grauiores.

CAP. XVIII.

Exod.10.f — SAnctis autem tuis lux amplissima suppetebat, quorũ uocem audientes [a]illi, faciem autem & habitum non uidentes, q; quidẽ non eadem & ipsi paterentur, beatos prædicabant: q; autem iniuria lacessiti non læderent, *gratias agebãt
Exod 13.a Psal.78.b 105.d — ipsis, & [b]inimicitiarũ ueniam rogabant. †[c]Quippe tu columnam igneam itineris ignoti ducem, & ad magnificã peregrinationẽ solem innocuum his exhibuisti. Nam [d]illi meriti fuerãt, qui luce priuati, custodijs tenebrarũ tenerentur, cum filios tuos, per quos integerrimum legis lumen orbi prodendum erat, conclusos
Exod.1.c .b — asseruarent. †Cæterũ cum infantes sanctorum tuorum interimendi consiliũ cœpissent, unusq; expositus puer, ad castigandos illos esset seruatus: tu frequentia li
Exod.14. — berorum orbasti ipsos, †aquarumq; ui simul omnes perdidisti. Præsignificata maioribus nostris fuit nox illa, ut quibus crediderant iuramentis cõfisi securo bonoq; forent animo, populusq; tuus & iustorum salutem uidit, & hostium interitum. Cum enim inimicos nostros ultus es, tum nos cõuocatos gloria illustrasti. Clàm enim sacrificabant sancti bonorũ filij, & diuinã legem concorditer sanciebant, sanctos eorundem bonorum & periculorũ ex æquo consortes fore. Et patribus iam hymnos præcinentibus, inimicorum contrà clamor inconditus clarescebat, comploratioq; puerorũ miserabilis exoriebatur. Eadẽ uero pœna cum domino seruus affectus, & plebeius paria cum rege passus, unoq; adeo nomine
Exod. 12.c — mortis, innumerabiles unà cuncti defunctos habebãt. †Neq; enim sepeliẽdo uiui sufficiebant, quoniam uno momento præstantissima quæq; proles ipsorũ interierat. Nam cum propter præstigias omnia credere recusarent, post cladẽ primogenitorũ populum [e]Dei filium esse confessi sunt. Etenim cum quietum silentium teneret omnia, nocte iam cursus sui media, omnipotẽs sermo tuus bellator durus acutum gladiũ minime fictum mandatum tuum gerens, in mediũ exitialis terræ [f]solio regali de cœlo desilijt, & stans omnia morte, cœlũ partim attingẽs, partim solo [g]insistens, compleuit. Tum illos subito dira uisa somniorum perturbauerũt, obtulerũtq; se metus inopinati: & alius alibi iacens semiuiuus ob quam moreretur causam indicabat. Hoc enim somnia illa turbulẽta præsignificarant eis: ne, quam ob causam mala paterentur inscij, perirent. Cæterũ iustos quoq; morte contigit periclitari, & multitudo in deserto cladem accepit, sed illa nõ diu dura
Num. 16.g — uit offensio. †Nam [h]propere uir integerrimus armis ministerij sui, deprecatione, piaculariq; suffimento prolatis, propugnatorem se præstitit, indignationi intercessit, & seruum se tuum probans finem imposuit calamitati. Attamen [i]interemptorem non robore corporis, nec armorũ ui deuicit: sed iuramenta, pactaq; cum maioribus allegans, plectentem sermone superauit. Nam aceruatim iam alijs su

[b] *Vel, potentiorem imaginatur implacabilitatem. Nam ἀγνοίαν lego, nisi malis ἄγνοιαν, ignorantiam causæ, id est, incertã causam, uel scelus causæ, id est, scelus quod causa est. Nam ἄγνοιαν, פשע uertunt septuaginta, ut Psal. 24. Cæterũ ἀγνείαν lego, ab ἁγνός, quod significat donis incorruptum, qui à iusto dimoueri nulla ratiõe potest, adeoq; implacabilem.*
[e] *Vel, carcerem.*
[f] *Vel, per inopiam.*
[g] *Vel, cõtinebatur.*
[a] *Scilicet Aegyptij.*
* εὐχαρίστουν.
[b] *Id est, quod se inimice erga ipsos gessissent.*
[c] *Vel, propterea quod. Rationẽ reddit cur lux ampla suppeteret sanctis.*
[d] *Scilicet Aegyptij.*
[e] *Id est, Deo charissimum.*
[f] *Vel, sedibus regalibus.*
[g] *Vel, ingrediens.*
[h] ἀμέμπτως, al. ἄμεμπτος.
[i] ὀλοθρεύοντα, al. ὄχλον.

Digitized by Google

per alios collapsis mortuis, hic medius *obsistens iram præcidit, & ad uiuos interclusit aditum. †Siquidem omnigenus ornatus [f]tunicæ, qua induebatur, inerat, & patrum decora quadruplici lapidum ordini insculpta, maiestas'q; tua in diademate capitis ipsius. His interemptor ille cessit, hæc [l]extimuit, q; sola indignationis experientia sufficeret. Exod.28.

CAP. XIX.

A IMpios autem indignatio sæua usq; ad extremum persecuta est, ut quorũ etiam futura facinora præuideret, q; eosdem quos *liberassent ad abeundũ, [a]festinanter'q; dimisissent, pœnitentiã ducti rursum essent persecuturi. †Cum enim recenti adhuc luctu ad sepulchra mortuorum lamentarentur, consilium insanũ aliud ceperunt, ut quos extruserant supplicando, eos ut fugitiuos persequerentur. Etenim merita [b]necessitas ad hunc finẽ trahebat eos, & priorũ casuum obliuionem eis inijciebat: ut reliquas cruciatuum pœnas persoluerẽt, & populo tuo inopinatam profectionem tentante, in nouum genus interitus inciderent. Siquidem res Exod.14.

B omnes creatæ commissæ sibi curæ subseruiẽtes in suo genere, aliam deintegro figurã, ut illæsi filij tui conseruarẽtur, induere: utpote nubes illa quæ castra obũbrabat, & quæ aquis prius occupata terra emergens sicca apparuit, iter itẽ expeditũ è mari rubro, & herbosus è fluctu uiolẽto cãpus: per quẽ uniuersa gens manu tua protecta, stupenda'q; miracula tua intuita transijt. Nam equorũ in modum [c]pasti fuerunt, more'q; agnorum exultauere, te liberatorem suum, ô Domine, decantantes. Meminerant enim adhuc rerum actarũ in peregrinitate sua: quo modo pro

C sobole animalium terra protulisset [D]pediculos, & pro piscibus multitudinem ranarum fluuius euomuisset. †Tandem uero nouã auium progeniem uiderunt, cum delicatos cibos concupiscentia ducti postulauissent: *nam ad placãdos eos sublimis à mari [e]coturnix aduenit. Porrò [f]sceleratis pœnæ, nõ sine prægressis fulminum ui portentis irrogatæ fuerunt. Iuste enim pro nequitia sua cruciabantur, qui grauiorem inhospitalitatem exercuissent. Nam alij [g]eos qui errabant apud se, non recipiebant: alij seruitute premebant hospites bene meritos: nec solũ hos, [h]sed etiam siqua esset ipsorum uisitatio, quoniã alienigenas inimice accipiebant. Exod.16. Num.11. *Sup.16.

D Alij item quos gaudiorum celebritate recepissent, iam in consortium eiusdem iuris admissos iniquis laboribus affictabant. Ergo [i]caligine mulctati fuerunt, †ut quondã ad iusti fores illi, [k]qui uastis tenebris septi suarum quisq; forium quærebant exitum. Etenim elementa apte transponũtur inter se, quemadmodum in psalterio soni nomen concentus permutantes, sonum tamen semper aliquem obtinent: quod licet ex inspectione rerum actarũ exacte conijcere. Aquaticis enim mutabantur terrestria, [l]& natatui nata in terram transibant. Ignis in aquã [m]præter uim suam ualebat, & aqua naturæ extinctricis obliuiscebatur. Flãmæ rursum animalium, quæ corruptioni obnoxia sunt, intercedentium corpora nulla tabe affecerunt, nec liquari natum glaciale ambrosij cibi genus [n]liquefecere. Per omnia enim amplificasti populum tuum Domine, & cohonestasti: nec ei ullo tempore aut loco præsens adesse dedignatus es. Gen.19.

Prologus

---

* ἐκόψε.
[f] κατὰ ποδήρους. Ita Exo.28. interpretatũ est חמעיל quãuis hic Ephod innuere uideatur.
[l] ἐφοβήθη, al. ἐφοβήθησαν.
* ἐκπέμψαντες τὰ ἀπιέναι.
[a] Vel, studiose deduxissent.
[b] Vel, fatũ uel calamitas.
[c] ἐνεμήθησαν. Videnum legẽdum sit ἐχρεμέτισαν, id est, hinnierunt, scilicet præ lætitia.
[D] כנים
[e] Vel, ortygometra.
[f] Id est, Aegyptijs.
[g] Vel, ignotos.
[h] Id est, sed etiam qui eos inuiserẽt: uel, sed etiam qui curam eorum suscepissent.
[i] Vel, uisus errore.
[k] ὅτι.
[l] χερσαῖα μετέβαινεν, &c.
[m] τῆς ἰδίας δυνάμεως, ubi alibi additur ἐπιλανθανομένου, modi, suarũ uirium immemor.
[n] ὑετικὸν γένος, lego ἔτηκον.

Prologus in Ecclesiasticũ

priuato nomine dictum librum, qui inscribitur, Sapientia Iesu filij Sirach.

CVM multa magnaq; nobis per legem & prophetas, eosq; sequutos alios tradita sint, ob quæ merito laudes Israelitas nomine eruditionis atq; sapientiæ, & unde non solũ ipsos Lectores euadere doctos oportet, sed horum studiosi etiam exteris tam dicendo q̃ scribendo utiles esse possunt: auus quoq; meus cum q̃ plurimo tempore in lectionẽ legis & prophetarum, aliorumq; à patribus conscriptorũ librorum incubuisset, inq; his exercitatione satis profecisset, adductus est & ipse, ut aliquid ad eruditionem & sapientiã pertinens conscriberet, unde studiosi, & qui se his dedidissent, multo maiorem ad legitime uiuendum profectum facerẽt. Hortatos itaq; uos uelim, ut hæc beneuole & attente legatis, atq; ignoscatis nobis, sicubi uideamur, dum in interpretatione elaborauimus, quarundam dictionum uim non esse assecuti. Non enim eandem uim obtinent eadem, quæ suo modo Hebraice dicuntur, cum in alienam linguam translata fuerint. Neq; uero solum hæc, sed alia quoq;, utpote lex ipsa & prophetæ, cæteriq; libri non parum interest an sua lingua recitentur. Ergo anno regni Ptolemæi Euergetæ tricesimooctauo, cum in Aegyptum peruenissem, ibiq; diu moratus, non paruæ eruditionis reperissem exemplar, faciendum maxime duxi, ut ipse studiũ aliquod & industriam ad interpretãdum hunc librum adhiberem. Etenim multis uigilijs studioq; contendi eo temporis interuallo, ut ad finem perductum librum ederem, utq; studio se dedere uolentes exules moribus prius instituti secundum legem uiuerent.

QVAE SEQVVNTVR, IN ALIO EXEMPLARI Græco reperta sic transtuli.

IEsus hic Sirach quidẽ fuit filius, sed cognominis sibi Iesu nepos. Vixit autem temporibus citerioribus, captiuitatem & restitutionem secutis, adeoq; post omnes ferè prophetas. Porrò auus eius Iesus, ut & ipse testatur, industrius uir fuit inter Hebræos, & prudẽtissimus: qui non solum aliorum ante se prudentium uirorum sapienter dicta collegit, sed etiam ipse quædam priuatim multa scientia sapientiaq; plena pronunciauit. Postquam igitur hoc libro ferè collectitio relicto, primus ille Iesus de uita decessit: Sirach hic post eum rursus acceptum eundem filio suo Iesu reliquit. Is tandem hunc nactus concinne totum coegit in unũ †uolumen, & Sapientiam cum suo & paterno, adeoq; aui nomine inscripsit: nempe ut ipso sapientiæ nomine auditorem ad ipsum librum maiori desiderio meditationeq; pertractandũ alliceret. Ergo dicta sapientia & ænigmata similitudinesq; continet, & peculiares quasdam antiquas ac diuinas de uiris deo probatis historias, tum orationes & hymnos eiusdem, atq; insuper quibus beneficijs Deus populum suum sit dignatus, quibusq; malis inimicos eiusdem cumularit. Sanè hic Iesus Salomonis sectator fuit, nihil minus illo sapientiæ & eruditionis nomine probatus, ut qui multiscius uerè fuerit, & sit appellatus.

† Vel, ordinem.

Digitized by Google

Ecclesiasticus, siue Sapientia Iesu filij Sirach.

CAPVT I.



A DEO manat omnis †sapientia, [apud eum semper fuit,] & eidem perpetuò coniuncta est. Arenā maris, guttásue pluuiæ, aut dies æui quis enumeret? Sublimitatē cœli terræq; latitudinē, aut profundum [quis emetiatur?] similiterq; sapientiam [dei, rerum omniū primam] quis peruestiget? †Rerum omniū prima est sapientia creata, & prudēs intelligentia iam inde ab æuo. *Fons sapiētiæ sermo dei celsissimus est, & aditus, sempiterna eiusdem præcepta. Cui nam est detecta radix sapiētiæ? aut quis calliditatem eius pernouit? [Quisnam aperte palamq; disciplinā sapientiæ edoctus est? aut quis multiplices uias eius intellexit?] Vnus est sapiēs, [creator omniū celsissimus, omnipotens,] & perq̄ terribilis, sedens in solio suo Dominus. Is eam creauit, uidit, ad numerū recensuit, [& emensus est.] Hanc super omnia opera sua, superq; animantia cuncta effudit pro sua munificētia, & eam exhibuit sui studiosis. Religio Domini ipsa gloria est, & magnificētia, & lætitia, & corona exultationis. Religio Domini cor delectat, & lætitiæ ac gaudij, longæq; uitæ cōciliatrix est. Religionē Domini colēti bene erit ad extremū, & idem die obitus sui [a]beabitur. [Amor Dei præclara est sapiētia, cuius qui uiderint speciem, eandem perspectā, & ex miraculis ipsius agnitā diligunt.] †[b]Initiū sapientiæ est religio Domini, & unà cū fidelibus creatur [c]in utero, [[d]electas comitatur fœminas, & apud iustos ac fideles uisitur. Religio Domini sanctitas est sciētiæ, sanctitas aūt cor incolume, iustumq; reddet, & eidem iucunditatē afferet atq; gaudium.] *Nidū fundauit æternum inter homines, eorumq; progeniei se concredit. Reuereri deum uberrima sapientia est, quę homines fructibus suis exaturat. Omnem domū [e]ipsorum delicijs suis implet, & suis item cellas prouentibus: *utræq; uero res dona dei sunt, quæ faciunt ad prosperitatem. Religio Domini corona est sapientiæ, tranquillitatē pariens, & salutarem incolumitatē: *cuius amatores gloria effusè exhilarat. [f]Scientiā & intelligendi [g]artem effundit [h]sapiētia, & amplectentes se gloria extollit. Reuereri Dominū radix est sapientiæ, & rami eiusdem longæuæ ætates. [Thesauris sapientiæ inest intelligentia, scientiæq; sanctitas: sed scelerosis execrationi est sapiētia.] *Religio Domini peccata depellit: & quandiu præsens est, iram arcet. [i]Vir iracūdus non poterit censeri iustus, nam ruinam ei creat ipsius ad iram procliuitas. Qui patiens est, usq; [k]ad tempestiuitatē præstabit tolerantiā, & postea exorietur ei lætitia. Idem uerba sua tempestiue supprimet, & labia [l]multorū consilium eius prædicabunt. In thesauris sapientiæ [m]latet scientia, scelerosо uero pietas est execrabilis. Sapientiā si cupis, fac serues præcepta eius, & Dominus eam tibi præbebit; [implebitq; thesauros illius.] Nam ipsa sapientia & eruditio religio Domini est, & grata sunt ei fides ac mansuetudo. Religioni Domini parere ne recuses [n]inops, nec ad eam animo ficto accesseris. [o]Ne te cōformes ad sermones hominū, [p]nec labijs tuis cōfidas. [q]Ne extollas teipsum, ut ne cadas, animæúe tuæ dedecus cōtrahas, quamobrem Dominus palàm proferat secreta tua, & te in [r]in medio cœtu prosternat, eo q̄ ad religionē eius non accesseris [s]syncere, sed animū dolosum attuleris. CA. II.

Margin letters: A (beside "A DEO manat"), B (beside "nus. Is eam creauit"), C (beside "dium.] *Nidū"), D (beside "stiuitatē præstabit").

Right margin: 3.Reg.3.b 4.c; Iob 28.b; Iac.1.a; Commēdatio sapientiæ.; Rom.11.d; Summā sapientiā esse religionem domini.; Prou.9.b; Psal.110.b; Exhortatio ad patientiam in studio religionis.; In quo consistat studiū sapientiæ.; Quomodo adeunda sit pietas.

Notes (left margin):

[a] ἐυλογηθήσεται, al. χάριν ἐυρήσει.
[b] Vel, caput. Heb. ראשית
[c] ἐν μήτρᾳ, al. ἐν μήτρᾳ.
[d] Vel, eximias.
[e] αὐτῶν. al. αὐτῆς.
[f] Quod hic additur, καὶ εἶδε καὶ ἐξηρίθμησεν αὐτήν, nō est in emendatioribus Græcis & antiquioribus.
[g] Vel, peritiam.
[h] ἡ σοφία.
[i] θυμώδης ἀνὴρ, al. θυμὸς ἄδικος.
[k] Vel, ad tempus.
[l] πολλῶν, al. πιστῶν.
[m] Vel, scitæ allegoriæ sunt, παραβολαί.
[n] πένης ὤν.
[o] q.d. Sed ad dei sapientiam. al. ne simulatorem agas in conspectu hominū.
[p] χείλεσί σου μὴ πρόσεχε, al. χείλεσί σου πρόσεχε.
[q] μὴ, al. καί.
[r] Vel, media concione.
[s] ἐν ἀληθείᾳ.

Filij

latt.4.a .Tim.3.b .Pet.4.b Patientia opus esse studioso sapientiæ. Filii, cultum Dei aggressurus, [fac in iustitia solicite persistas, &] animũ tuum A
pares aduersus tentationem. Recte institue cor tuum, & age fortiter: [admo
ue aurem tuam, uerbaq; consulta percipe;] ne quid [a]impetus tempore [b]trepides, [a] Vel, incursionis.
[sed Deum sustineas patienter.] Fac adhæreas deo, nec desciscas, ut extremo tem [b] Vel, præcipites.
pore tuo locupleteris. Quicquid inuaserit te, [c]libẽs excipe: [in dolore patientẽ,] [c] ἀσμένως.
& in qua deprimeris uicissitudine fortem te præbeas. Quoniã ut aurũ igni pro
1p.3.a Prou.17.a batur, ita homines cõmendabiles in fornace afflictionis. Confide deo, ut opem
tibi ferat: rectus insiste uijs, & illo nitere: [tuere religionẽ eius, & in ea cõsenesce.] B
Qui Dominũ reueremini, sperate benignitatem eius: nec deflectatis ab eo, ut ne
concidatis. Qui Dominũ reueremini, eodem confidite: nec præmium uestrum
intercidet. Bona sperate quibus Dominus religioni est, lætitiã quoq; sempiternã
& benignitatem. [Religiosi erga Dominũ, eundem diligite: & animis illustrabi
Psal.30.a Isa.26. mini.] In prisca retro respicite sæcula, & hæc considerate. †Quis Domino con-
fisus est, & ignominiã retulit? aut quis in religione eius perstitit, & fuit desertus?
aut quis inuocauit eum quem despexerit? Nam misericors & clemens est Domi C
nus, peccata remittit, & tempore afflictionis salutẽ affert, [omniumq; adeo eum
syncere implorantiũ defensor est.] Væ cordibus ignauis, [ac labijs scelestis,] re
Reg.18. missisq; manibus, & sceleroso †duabus uijs ingredienti. Væ cordi collapso, nam
cum nullam habeat fiduciã, defensore quoq; carebit. Væ uobis qui amisistis pa
tientiã, [desertisq; rectis itineribus, ad praua diuertistis.] Quid enim facietis, cum
Dominus in uos inquiret? Qui Dominũ reuerentur, parere uerbis eius non re- D
b14.b cusabunt: †& qui diligunt eum, uias eiusdẽ obseruabunt. Qui reuerentur Do-
minum, sequentur quæ grata sunt illi: & qui diligũt eum, plenam legi ipsius na-
uabunt operam. Quibus Dominus religioni est, ij corda sua excolẽt, & animos
suos corã illo summittent. [Religiosi in Dominũ, seruabunt mandata eius, & do
Re.24.c nec respiciat ipsos, patienter perdurabunt, dictitãtes: si minus resipuerimus,] †in
manus Domini [D]incidamus, potius q̃ in manus hominum. Quanta enim maie [D] Vel, incidemus.
stas est ipsius, tanta est & eiusdem misericordia.

CAP. III.

Obediẽdũ esse parenti bus. Filij sapientiæ cœtus iustorũ sunt, & [a]fœtus illorum obedientia & charitas.] A [a] Vel, soboles aut proles.
[b]Sententiã patris audite filij, & exequimini eam, ut seruemini. †Dominus e- [b] κρίμα τῦ πατρὸς, al. ἐμῦ τῦ πατρὸς. Me patrem audite.
Exod.20. Deut.5.b Ephe.6.a nim patrem liberis honorabilem reddidit, & sententiæ matris attribuit authorita
tem in filios. Qui reueretur patrẽ, peccata expiabit: [abstinebit ab illis, uotorũq;
quotidianorũ compos erit:] & recondit sibi quasi thesaurum, qui matrem hono
rat. Qui patrem reueretur, iucunditatẽ ex liberis capiet, temporeq; precationis
suæ exaudietur. Qui reueretur patrẽ, longæua uita fruetur: & qui Dominũ au-
dit, matri suæ acquiescet. *Qui Dominũ reueretur, patrem honorabit: & paren
tibus suis tanquam dominis seruiet. Tam factis q̃ dictis patrem atq; matrem
Gene.27.d Deut.33.a honora [per summã patientiam,] †[c]ut bene precetur tibi, [bonaq; illius precatio [c] ἵνα ἐπέλθῃ σοι εὐλογία παρ᾽ αὐτῦ, al. παρ᾽ αὐτῶν.
nouissimo tempore maneat.] Nam bona precatio patris domos liberorũ stabi-
lit, dira uero matris imprecatio eruit fundamenta. Ignominia patris tui ne glorie B
ris, neq; enim decori tibi fuerit [D]eius ignominia. Paternus enim honor gloriã ho [D] πατρὸς ἀτιμία, al. πρὸς ἀτιμίαν.
mini conciliat, & opprobrio liberis est mater ignominiosa. Fili, senectutẽ patris
subleua, nec eum in uita sua cõtristes. Quod si sensibus fuerit alienatus, boni con
sule, & illũ aspernari summo caue studio. Neq; enim præstita patri [e]benignitas [e] חסד
dabitur obliuioni, sed aduersus peccatũ extruetur tibi propugnaculo. Recorda
bitur tui tempore calamitatis tuæ, & ut per serenitatem glacies, ita peccata tua re-
soluetur. Quàm infamis est desertor patris, & execratus Domino, qui matri suæ
Mansuetudo. Phil.2.a mouet indignationem. Fili, res tuas cum mansuetudine perage, & homini pro
bato charus eris. †Quanto maior es, eo te geras summissius, ut gratiã initurus C [f] Vel, animo summissis.
apud Dominũ. *Multi quidem eximij sunt & insignes, sed mysteria [f]mitibus

Digitized by Google

aperiuntur. Quoniã potentia Domini magna est, & gloriam ab humilibus consequitur. †Difficiliora q̃ quibus par sis ne quæras, & ne scruteris [g]stulte quæ uires tuas superant. *Quæ tibi mandata sunt [à Deo,] [h]sancte meditare, [nec plurium operum eius esto curiosus:] non enim opus est, ut [i]oculis tuis arcana peruideas. Plura [k]negotijs tuis ne cura, [nec superuacua scruteris multifariam:] nam plura q̃ pro humano captu tibi sunt patefacta. Multos em̃ decepit [l]uana sua opinio, & cõiectura sensus sui praua labefactauit. *Pupillis orbus lumine carebis, cognitionẽ itaq; cuius expers es, ne profitearis. Cor pertinax malũ tandem accipiet: & qui periculũ amat, in illo [m]peribit. [Cor duabus uijs ingrediens nõ impetrabit successum, & cor prauũ offensabit in eis.] Cor pertinax grauabitur laboribus, & scelerosus peccata peccatis accumulabit. In suasione arrogãtis nihil est sani, *& [n]gressus eius conuellẽtur, quia radices egit in eo planta malitiæ, [nec ullius pretij censebitur.] Cor hominis cordati meditatur *sermones reconditos, & sapiens aurem attentã expetit. [Cor sapiens & intelligẽs abstinebit à peccatis, & in operibus iustis successu potietur.] †Vt aqua ignem ardentẽ extinguit, ita peccatũ expiat [o]misericors benignitas, cuius [p]Dominus gratiam redditurus memor erit in posterũ, ut [author] tẽpore casus [q]sui adminiculũ inueniat. IIII.

Fili, †ne defraudes uictu pauperẽ, nec oculos egenos spe diu produxeris. Ne contristes animũ esurientis, nec in inopia sua [a]suspensum quenquã teneas. Cor exacerbatũ ne perturbes magis, nec differas quod erogaturus sis in egenum. Supplicem afflictũ ne reijcias, nec faciem tuam auertas à paupere. Oculum [per iram] ne deijcias ab egeno, nec locum male tibi precandi cuiquã des: nam animi præ acerbitate male tibi precantis orationẽ creator eius exaudiet. Exhibe te cœtui [pauperũ] amabilẽ, [animumq; tuum seniori,] & optimati caput tuum summitte. Præbe aurem tuam pauperi [b]citra molestiam, [fungere officio tuo,] & responde eidem amice cum mansuetudine. †Iniuriã patientem eripe è manu iniuriam inferentis, nec demittas animũ [c]in iudicando. Instar patris esto pupillis, & loco uiri matri illorũ, eris'q; uice filij altissimo, qui te, [d]q̃ mater tua, chariorem habiturus est. Sapiẽtia filios suos extollit, & sectatores suos amplectitur, [eisdẽq; præit uia iustitiæ.] Qui diligit eam, uitam diligit: & qui [e]eam mane adeunt, replebuntur lætitia. Quia ea fuerit potitus, gloriam consequetur: & quocunq; introierit, accedet fauor Domini. Qui colunt hanc, obsequiũ Sancto præstant, & Dominus amatores eius diligit. Qui paret ei, iudex erit gentiũ: & [f]qui accesserit ad eam, secure habitabit. [g]Si se præstiterit ei fidũ, hæres eius erit, & possessionem retinebit [h]eiusdem progenies. Nam peruerse primum cum tali conflictari solet, & eum iniecto territare metu, suaq; disciplina excruciare, donec fides animi eius constiterit, & eum per iura sua reddiderit probatum: tum demum se rursum conuertit ad eum recto itinere, & exhilarato arcana sua detegit, [deinde locupletat eum scientia & cognitione iustitiæ.] Quod si ille defecerit, deserit eundẽ & permittit eum potestati ruinę ipsius. †Occasionẽ obserua, cauetoq; malũ, [i]nec te animæ tuæ pudeat. Est enim pudor peccatum trahens secum, est item pudor gloriæ gratiæq; conciliator. [k]Ne cedas ulli faciei, quod animæ tuæ damno fiat: nec in tuam perniciem erubescas, [neue proximũ tuũ in casu suo reformides.] †Salutiferam occasionẽ nactus, ne comprimas sermonem: *nec sapientiã tuam celes, quo minus reddas illustrẽ. Nam ex sermone sapiẽtia cognoscitur, & è uerbis linguæ eruditio: [consiliũ item, sapientia & doctrina ex oratione cordati, & è iustis operibus fundamentũ.] Caue contradicas ueritati *ullo modo, quamobrem te [l]fallacis imperitię tuæ pudeat. Ne erubescas fateri peccata tua, nec aduersus cursum fluminis contendas. Ne te submittas stulto homini, nec uultui potentis [m]cedas. Ad mortem usq; decerta pro ueritate, [animęq; tuæ causa cõtende pro iustitia,] ut domino

Marginal letters: D (at "cipiet"), A (at "Fili"), B (at "riam inferentis"), C (at "& eum iniecto"), D (at "minus reddas").

Left marginal notes:
[g] ἀφρόνως.
[h] ὁσίως.
[i] βλέπειν ὀφθαλμοῖς.
[k] τῶν ἔργων, al. τῶν λόγων.
[l] ἡ ματαία.
[m] ἀπολεῖται, al. ἐμπεσεῖται.
[n] Vel, uestigijs suis euertetur, id est, institutis suis falletur.
* Vel, res arcanas.
[o] חסד
[p] καὶ ὁ κύριος.
[q] αὐτοῦ.
[a] παρελκύσῃς, al. παροργίζῃς.
[b] ἀλύπως.
[c] Vel, in uindicãdo.
[d] ἢ μήτηρ.
[e] πρὸς αὐτὴν, al. πρὸς σοφίαν.
[f] ὁ προσέχων, al. ὁ προσάγων.
[g] ἐὰν ἐμπιστεύσῃ, &c.
[h] αὐτῆς, al. αὐτῶν.
[i] Id est, ne quid cõmittas cur te animæ tuæ pudere possit: uel, ne te pudeat animæ cauere: uel, ea uti fortiter.
[k] אל תשא פניך id est, ne cuius trucudentiæ cedas aut blanditijs, quo minus quæ iusta sũt facias. Vel,
[l] περὶ ψεύσματος.
[m] μὴ λάβῃς, id est, ne cuius uultum ita admittas, ut ei cedas.

Right marginal notes:
In curiosos, arrogantes.
Prou. 25. d
Roma. 12 a
*Deut. 4. a
Psal 40. a
Dan. 4. d
Matth. 5. a
Benignitas.
Deut. 15. a
Matt. 25. c
Tob. 4. b
Gene. 14. c
Exod. 2. b
Redit ad cõmendationẽ sapientiæ.
Tẽtatio sequitur studiosos sapientiæ.
Rom. 12. b
Pudor improbãdus.
Prou. 24. b

Digitized by Google

domino Deo [aduersus inimicos tuos] pro te depugnaturo. Ne lingua tua [n] confidens sis, nec rursum in operibus tuis segnis aut remissus. Ne te domi tuæ geras in modum leonis, nec in domesticos tuos insane sæuias, [aut opprimas tibi subiectos.] † Ne manum habeas porrectam ad accipiendum, ad reddendũ autem contractam.

CAP. V.

NE confidas tuis diuitijs, nec dicas, † [a] Ad uitã meã abunde sum instructus, [(nihil enim hæ uindictæ & [b] aggressionis tempore proderunt,)] neq; ideo animo tuo, aut potentiæ, [c] cupiditates cordis tui sequendo indulgeas. Ne dicas item, [Quàm potens sum?] Quis me [d] propter facinora mea perdomabit? Dominus enim uindex * iniuriã abs te illatã ulciscetur. Ne dicas, Postquã peccaui, quid mihi [e] triste accidit? Dominus enim patiens quidẽ est, * sed impune te non dimittet. Super data uenia ne sis securus, ut peccata peccatis amplius accumules: nec dicas, † Misericordia Dei plurima est, copiæ peccatorũ meorũ ignoscet. * Tam enim ira quàm misericordia [f] festinat ab eo: & in scelerosos furor eius incumbet. Ne differas conuerti ad Dominũ, nec diem ex die ducas. Nam ira Domini repente erumpet, * rerumq; securus profligaberis, & tempore ultionis peribis. † Ne confidas iniustis diuitijs, nihil enim aggressionis [& uindicationis] tempore proderũt. Ne te cuiuis uento iactandũ permittas, nec omnẽ uiam ingrediaris, ut scelerosus bilinguis. In sensu tuo [g] certo, [uiaq; Domini & sciẽtia] constans esto, & unus idẽq; sit sermo tuus, [uerbaq; pacifica ac iusta sint tibi familiaria.] † [h] Ad auscultandũ bona promptus esto, * fac [i] integra sit uita tua, & cum animi lenitate responsum redde. Si quid sapis, responde [k] proximo: sin minus, manũ ori tuo impone: [ne uerbo inepto incurras in reprehensionẽ, & uitupereris.] Oratio tam gloriæ capax est q̃ ignominiæ: nec raro lingua præcipitat hominem. Caue adipiscaris nomen obtrectatoris [in uita tua,] nec lingua tua struxeris insidias. Insidiatorem enim [l] grauis sequitur ignominia, [pœnitentiaq;,] & pessima uituperatio bilinguem. [Obtrectatorem autem manet odium, inimicitiæ, atq; opprobrium.] Siue magnum, siue paruum, ne quid imperite cõmittas.

VI.

NE inimicus euadas ex amico, nomen enim malũ nanciscetur talis, & ignominiam & opprobriũ, perinde ut scelerosus bilinguis * laborabit infamia. † Ne efferaris animi tui consilio, * ne [a] quasi taurus anima tua discerpat te, [b] depascatq; folia tua, deinde fructus tuos disperdat, & uelut arborem destituat aridã [in deserto.] Anima enim improba disperdet possidentem se, & gaudium hostibus eum efficiet, [atq; in sortem deducet impiorum.] † Guttur suaue amicos sibi multos conciliat, linguaq; diserta plurimas salutationes cõsequitur. Fac beneuolos habeas multos, at unũ de mille consiliarium. † Amicum paraturus, experimento probatum para: nec [c] te cõcredas ei temere. Sunt enim amici quandiu sibi opportunũ est, qui tibi desint tempore tuæ calamitatis. Sunt item amici, qui in inimicos conuersi, opprobrium tuum per rixam proferant. † Est amicus quispiã, ut mensæ sit particeps, qui tempore calamitatis tuæ te deserat. Rebus secũdis tuis [d] accõmodabit se tibi, & inter domesticos tuos libere uersabitur: quod si fueris afflictus, resistet tibi, aut è conspectu tuo abscondet se. Inimicos tuos deuita, & ab amicis tuis caue tibi. Amicus fidus præsidium ualidũ est: qui talem nactus est, thesarum inuenit. Amico fido nullum par est pretium, nec ulla re digne decus [fidei] eius rependitur. Amicus fidus medicina uitæ est, [& immortalitatis:] talẽ autem nanciscentur qui reuerẽtur Dominum. Qui Dominum reueretur, amicitiam suam constituit, quoniã tanquã alter idem erit [e] amicus eius. Fili, à iuuentute tua adscisce disciplinã, & sapientiam [f] tandẽ canescens inuenies. Quasi qui ares & seras, accede ad eã, & bonos ab ea fructus expecta. † Nam in opere eius non multum elaboraueris, quin de prouentibus eius mox comedas. Quàm aspe

Left margin notes: ...uitia fugienda. / ...ct. 20. e / Auaritia. / Luc. 12. b / Confidentia opum. / Eccli 21. a / * / Eccli 16. b / Pro. 10. a / ...a / Ezech. 7. d / Inconstantia. / Iac. 1. b / Sermonis moderatio. / Rom. 12. c / Phil. 2. a / Eccli. 20. b / Quales asciscas amicos. / Deut 13. b / ...3. b / Mich. 7. a / Matt. 10. c / † Eccli 37 / Exhortatio ad disciplinam. / Eccli 51. d

Right margin notes: [n] θρασεῖα, al. τραχεῖα. / [a] εἰς ζωήν. / [b] ἐπαγωγῆς. / [c] ἐν ἐπιθυμίαις, al. ἐν ὁδοῖς. / [d] διὰ τὰ ἔργα μου. / [e] λυπηρόν. / [f] ταχυνεῖ. / [g] ἀσφαλεῖ. / [h] ἐν ἀκροάσει ἀγαθῆ. / [i] Vel, syncera, uel uerax. / [k] Vel, amico, uel alteri. / [l] μεμφθεῖσα. / [a] Id est, ut taurus solet plãtam discerpere, ita tuũ te perdat consilium. / [b] lego, καταφάγῃ μου, & ἀπολέσει, & ἀφήσει. / [c] σπεύσῃς. / [d] Vel, tuo more se geret, & in domesticos tuos potestatem usurpabit. / רֵעֶה proximus uel amicus. / [f] Vel, ad canos usq; duraturã: uel per metalepsim, ad canitiem usq; sectetis. ἕως πολιᾶς.

Section letters in margin: A, B, C, D (chap. V); A, B, C (chap. VI).

ualde est imperitis, nullus enim excors perdurat apud eam. Tanquã lapis pro
bator grauis incumbit illi, nec moram interponit, quin eam [g] excutiat. Nam sa-
pientia talibus de nomine tantũ [h] suo, neq; adeo multis nota est. Audi fili, & sen
tentiam meam [i] amplectere, nec meũ renue consiliũ. Pedes tuos in compedes
eius insere, † & in * neruũ eius ceruicẽ tuam. [k] Humero tuo subiecto sustine eam, Matth.11.d
nec indigne feras ipsius uincula. Animo toto aspires ad illã, & pro uirili parte
serues eiusdẽ uestigia. Fac illam inuestiges, & inquiras, nam tibi cognoscenda
dabitur: cæterũ assecutus eam ne deseras. Ad extremum enim requiem eius in-
D uenies, & conuertet se tibi in lætitiam. Tum cõpedes eius erunt tibi præsidio ua
lidissimo, [solidoq; firmamento,] & eiusdẽ [l] nerui honorifico amictui. Ornatus
enim ipsi est aureus, & hyacinthino [m] textu uincula. Vt amictum honorificũ in-
dues eam, festiuamq; [n] tibi coronam impones. Si uolueris ô fili, erudieris, & si
aduerteris animũ tuum, euades callidus. Si audieris libenter, [o] scientiã percipies:
& si aurẽ tuam admoueris, adipisceris sapientiã. In cœtu senũ consiste, & adiun-
ge te cuiuis sapienti. † Narrationẽ diuinam omnẽ libenter audias, nec te recon- Eccli 8.a
dita prudentiaq; dicta fugiant. Vbi cordatũ quempiam uideris, mane ad eum
propera: & pes tuus limina [p] forium eiusdem atterat. [q] Exacte perpende † præ- Psal 1.a
cepta Domini, eiusdemq; mandata meditare assidue. Ipse cor tuum confirmabit,
& quam desideras sapientia tibi dabitur.

CAP. VII.

A NE quid mali facias, ne tibi malum accidat: recede ab iniusto, ut [a] peccatum Peccata di
abs te declinet. Fili, ne cõmittas semen sulcis iniustitiæ, ne septies tanto am ligenter esse
pliorem inde messem facias. Principatum à Domino ne petas, nec à rege sedem fugienda.
magnificam. † Ne te coram Domino pro iusto uendites, [quoniam ipse perno- Psal.142.
uit cor uniuscuiusq;,] nec [b] apud regem ostentes sapientiã. Iudex euadere ne con Eccl.7.c
tendas, ne [c] inique factis par esse nõ possis, néue forte faciem potẽtis reformides, Iob.9 a.c
& integritati tuæ ponas offendiculum. Ne quid pecces in multitudinem ciuita Luc.18.b
tis, nec te abiecte uulgo permittas. † Caue peccatũ congemines, cum ne unum Eccli 11.d
quidem impune laturus sis. Ne dicas, Deus summus respiciet copiam munerũ
meorũ, & ea à me offerente accipiet. [d] Ne sis remisso ad precationes faciendas Varia præ-
B animo, nec [e] miserando benignum præbere te negligas. Hominẽ acerbitate ani- cepta.
mi sui laborantem ne derideas: † est enim qui deprimat, & idem euehat [Deus ani 1.Reg.2.b
maduersor.] Ne machineris aduersus fratrem tuum mendaciũ, nec idem struas
in amicum. Ne uelis uti ullo mẽdacio, nunquã enim prodest frequentatio eius.
In cœtu senum ne sis uerbosus, nec in precatione tua dictũ iteres. Laboriosum
opus ne prosequaris odio, nec agriculturã ab altissimo institutam. Ne te [f] adiun-
gas multitudini scelerosorum, sed uindictam moram non esse facturã memine-
ris. Animum tuum summitte admodum, quoniã ignis & uermis supplicia sunt Ista hoc or
[carnis] impij. Ne permutes [g] unquã amicum [h] re uulgari, nec fratrem syncerũ dine in emẽ
auro [i] Ophirio. Vxore sapiente bonaq; caue ne excidas, [si quam secundum re- datioribus
C ligionẽ Domini nactus es:] nam uenustas eius præstantior auro est. † Ne male leguntur co
tractes famulum operantem fideliter, nec mercenariũ se tibi totum impendẽtem. dicibus.
Famulum [k] cordatũ charum habeas animo, nec defraudes eum libertate. † Pecu- De fami-
des si tibi fuerint, fac cures eas: & si tibi sunt utiles, apud te permaneant. Si liberi lia & re do
tibi fuerint, erudias eos, & ceruicem eorum domes à iuuentute. Si filiæ tibi sint, mestica.
asserues corpus earum, nec uultum tuum ostendas ipsis hilarem. Eloca filiam, & † Leui.19.c
magnum opus peregeris: cæterũ fac eam uiro cordato colloces. Vxorem ex sen- † Deu.25.a
tentia nactus ne repudies, † * nec te permittas odiosæ. Patrem tuum animo to- † Eccli 3.a
to magnifices, nec dolorum matris obliuiscaris. Memento te natum esse per eos, Tob 4.a
D & quid rependas eis pro eo quod de te sunt meriti? Animo toto reuerere Do- Patres co
minum, & sacerdotes eius suspice. Creatorem tuum omni ui dilige, † nec sacros lendi.
eius De cultu dei. Deut.12.e

[g] ἀποῤῥίψαι.
[h] αὐτῆς
[i] δέξαι, al. ἐκδέξαι.
* Vel, in numellã.
[k] τὸν ὦμον.
[l] Vel, trũci, κλοιοὶ al. κλάδοι.
[m] κλῶσμα.
[n] σεαυτῷ.
[o] σύνεσιν.
[p] θυρῶν, al. τρίβον, callem itinerum.
[q] τελείως.
[a] ἁμαρτία.
[b] παρὰ βασιλεῖ.
[c] Scilicet uel in alijs puniendis, uel in te admissis sustinendis.
[d] Vel, animũ in precibus tuis ne despõdeas: uel, quo minus preceris ne desponde as animum.
[e] Vel, in pauperes erogare.
[f] πλεονάσῃς.
[g] ἕνεκεν μηδενός.
[h] ἀδιαφόρου, fortassis legẽdũ, διαφόρου, id est, re eximia.
[i] σουφείρ. Ita solẽt Septuaginta uertere אופיר 3.Re.16. 2.Par.4. quod Hebræis est octauum.
[k] συνετόν, al. ἀγαθόν.

Digitized by Google

eius ministros deseras. Fac metuas Dominum, & sacerdotem magnificas: †nec non portionem suam, ut mandatum habes, tribuas eisdem, primitias [& lustrationes,] piacularia'que munera, tum praebendos [l]armos, ac lustralia sacrificia, primitiasque [m]sacrorum: deinde manum tuam porrige pauperi, ut plena sit tua munificentia [expiatioque.] Gratiosa est apud uiuos omnes munificentia, † ac ne à mortuo quidem prohibenda. * Ne desis lamentantibus [cōsolando,] & cum lugentibus lugeas. †Ne dubites inuisere aegrotū, nam gratiam ex eo colliges. [n] In omnibus factis tuis memento extremorum, & in aeternum non peccabis. CAP. VIII.

NE concertes cum homine potente, ut ne in manus eius incidas. †Cum homine opulento ne contendas, *ut ne se ex aduerso librans pondus tuū eleuet. † Aurū enim perdidit multos, cordaque regum peruertit. Ne rixeris cum homine linguaci, nec in ignem eius ligna conferciás. Ne collude cum imperito, ne maiores tui notentur ignominia. † Homini à peccato recedenti probrum ne obijcias, sed memento nos omnes esse in crimine. * Ne spernas hominem in sua senectute, etenim è nobis sunt qui consenescunt. Ne gaudeas super [a]morte inimici tui, sed memento nos omnes esse morituros. † Ne contemnas sermonem [senum] sapientum, sed uerseris in *pronunciatis eorum. Ab ipsis enim disces eruditionem [doctumque iudicium,] & [b] dextere proceribus ministrare. Disputationes senum ne negligas, ipsi enim à patribus suis nacti sunt eruditionē. Quapropter sapere disces ab eis, & opportuno tempore respondere. Ne inflammes carbones scelerosi [reprehendendo,] ut ne conflagres flammis ignis [peccatorum] eius. [c] Ne inueharis in contumeliosum, ut ne quasi subsessor ori tuo insidietur. †Ne quid mutuo dederis homini potentiori: quod si dederis, pro amisso habeas. Supra uires tuas ne quid spondeas: quod si spoponderis, ut qui praestaturus sis illud, esto solicitus. Ne litiges cum iudice, nam sententia [D] secundum ipsum pronunciabitur. †Ne facias iter cum temerario, ne ingrauescat aduersum te. Nam ipse aget quod sibi libuerit, & per stultitiam eius peribis. † Ne cōmittas pugnam cum iracundo, neue desertum cum eo perambules. Quoniam homicidium pro nihilo ducit, & ubi nihil est opis, prosternet te. † Ne ineas consilium cum stulto, neque enim dicta [e] continere poterit. Nihil agas secreti cum alieno, nescis enim quid pariat. Ne aperias consilium tuum cuiuis homini, ne tibi referat [f] falsam gratiam, [faciatque conuitium.] CAP. IX.

V *Xorem quam cōplecteris, ne prosequaris zelotypia, nec eam malam in te artem doceas. Ne permittas animum tuum mulieri adeo ut pessundet potestatem tuam, [tuque dedecus incurras.] Mulieri meretrici ne te des obuiam, ne forte in laqueos eius incidas. Cantatricē mulierem ne frequentes, [nec audias,] ne fortè [a] conatibus eius capiaris. † Ne contempleris uirginem, ut ne noxā ex pretioso ipsius cultu contrahas. † Ne appellas animum tuum ad meretrices, ne perdas [te simul &] tuam possessionem. In uicis urbis ne circumspectes, nec in secretis eius locis oberres. †A muliere formosa auertas oculos, nec contempleris pulchritudinem alienam. †Nam multi forma mulierum seducti sunt, & amor ex ea in modum ignis exardescit. Apud mulierē maritatam ne sedeas omnino, *nec inter ulnas eius recumbas, neue committas cum ea cōpotandi gratia symbolum, ut ne forte ad eam inclinet animus tuus, & affectu tuo prolabaris in perniciem. Ne deseras amicum ueterē, par enim illi nouus non erit. Amicus nouus ut uinum nouum est, quod inueteratū demū bibes cum uoluptate. †Ne affectes gloriam [aut opes] scelerosi, nescis enim quis sit futurus ipsius exitus. Quod placet impijs, tu ne probes, sed memēto illos ad inferos usque [b]nihil esse acturos quod iustum sit. Procul absiste ab homine potestatē necis habente, nec timore mortis eris anxius: quod si accesseris, ne quid delinquas, ut ne tibi uitā [c] protinus adimat.

Margin (left): Nu.18.b.c · Beneficentia. · Tob.1.d · Rō.12.b · Mat.25.c · Varia praecepta. · Math.5. · Eccli 31.a · Gal.6.a · Cor.2.b · Leuit.19. · Eccli 6. · Eccl 29.a · Gen.4.b · Pro.22.d · Esa.3.a · Eccli 9.c · 7.a.b · Quomodo geras erga uxorē. · Meretricem esse fugiendam. · Gen.6.a · Pro.5.a · Matth.5.c · Gen.34.c · Reg.11.a · Iudith.10. · 1.12 · Adulterii. · Amicitia · Eccl 9 a · Reg.15.a · Reg.a

Margin (right): A · B · C · D · A · B · C

[l] שׁוֹק Βραχίονα solet interpretari Septuaginta, ut Leuit.8.
[m] ἁγίων, uel sacras primitias.
[n] בכל דבריך
*Vel, ne tibi praepōderet: uel, tibi pondus opponat.
[a] παρὰ τῷ ἐχθρῷ πτώματι.
*Vel, sententijs, aut scite dictis.
[b] ὑπουργῆσαι.
[c] Vel, ne commouearis à contumelioso, מפני
[D] Id est, secundum eius sententiā & uoluntatē, uel gloriā.
[e] στέξαι.
[f] [illegible]
*Vel, erga uxorem quam complecteris, ne afficiaris uehementius.
[a] Vel, artibus.
[b] Vel, nil esse iuste acturos.
[c] παραχρῆμα.

Digitized by Google

Per medios laqueos scito transire te, & per urbium pinnas ingredi. Quàm po-
D tes sedulo explores [D] amicos,† & cum sapientibus consilia conferas. Colloquia
tua cum cordatis habeas, & de lege altissimi sit omnis tua disputatio. Viri iusti
conuiuæ tui sint, & in religione Domini tua gloriatio. Opus de manu artificũ
laudem inueniet,†at de sermone suo dux populi sapiens,[ipse uero sermo à seni-
li prudentia.] Formidandus est in ciuitate sua uir linguax, & sermone suo teme
rarius meretur odium.

CAP. X.

A R Ector sapiens erudit populum suum, & principatus cordati est cōpositus.
† Qualis rector ciuitatis est,tales & ministri eius: qualis itē princeps urbis,
tales & omnes eius incolæ. * Rex imperitus perdet populum suum,at pruden-
tia procerum urbs incolis frequentabitur. Potestas terræ est in manu Domini,
qui opportune suscitabit in ea hominem utilem. Successus hominis est in ma-
nu Domini,idemq; personæ scribæ gloriam suam attribuit. Ne succenseas pro-
ximo ob quamuis iniuriam, † nec quicquā per iniuriam egeris. Inuisa Deo si-
mul & hominibus est superbia, & utriq; [a] facinus iniustũ auersantur. * Propter
B iniurias enim & contumelias, [b]fraudeq; partas opes regna ad alias atq; alias gen
tes transferuntur: *[c]nam auaro nihil est iniquius, ut qui [D] animā quoq; cuiusuis
exigat. Nam [e] pro uita ipsius [f]eruere uiscera sua quisq; cogitur. [Omnis tyran-
nis breuem uitam sortitur, quia morbus pertinax medico grauis est.] Tenacem
morbum præcidit medicus,ita [g] rex hodie uiuus,cras moritur. Quid tandem su
perbit terra & puluis? nam mortuum hominem serpentes, uermes & bestiæ exci-
pient. [h]Initium superbiæ est defectio hominis à Domino, & à creatore suo ab-
ductus animus. Porrò superbia origo peccati est, & qui præditus est ea, [i]profun
det execrabilia, *donec tandē subuertatur. Propterea Dominus agmina [malo-
C rum] afficit ignominia, & tales ad extremũ subuertit. †Dominus principes de-
trahit de sedibus, eorũq; loco mansuetos constituit. * Radices superbarũ gentiũ
[k] euellit Dominus, & loco earũ [l] gloriose plantat humiles. Dominus euertit lo-
ca gentiũ, easq; de terra funditus abolet. [m] Arefactas aufert & disperdit eas, & de
terra delet earum memoriam. [Deus memoriam superborum obliterat, & relin
quit monimenta submissorũ animo.] Superbia nō est creata hominibus, nec ira
furiosa progeniei mulierum. * Est semen honorificum, semen scilicet hominis:
semen honorificum, qui Dominũ reuerentur. * Est semen infame, semen scilicet
hominis: semen infame, qui præcepta uiolant. *Semen [n]stabile sunt qui reueren
tur Dominũ, & honesta planta qui eundem diligunt. * Semen infame sunt, quī
legē negligunt: & semen [o] fallax, qui præcepta uiolant. Inter fratres qui præest
ipsis, honore excellit: at [p]præ ipso, qui reuerentur Dominũ. [q] *Ne deficiat [r]impe
rium, obstat religio Domini: duritia uero & superbia imperiũ amittitur. Tam di-
uitis & honorati, q̄ pauperis decus est religio Domini. Vt pauperem cordatum
non est æquum ignominia affici, ita uirum [diuitē] scelerosum honorari non con
uenit. Proceres, rectores & potentes floreant honoribus, attamen nemo eorum
D reuerente Dominum maior est. †Liberi ministrabunt seruo cordato,*& uir pru
dens [s] cum eruditur, non fremet, [neq; enim honoribus afficietur imperitus.]
[t] Ne causas nectas, quo minus agas opus tuum, nec te per superbiam pudeat ip-
sius tempore difficili. † Pluris enim est [u]qui operatur, & abundat copijs, q̄ qui su
perbe se gerit, & laborat [x]panis penuria. Fili, per mansuetudinem gloriā animæ
tuæ concilia, & eam honore quem meretur affice. Quis iustum dicat eum qui pec
cat in animā suam? aut quis uitā suam infamantē honoret? Pauper propter scien
tiam suā [& religionē] gloriā adipiscitur, & diues ob diuitias suas in honore est:
qui uero pauper honoratus est, quanto diues esset idem honoratior? & qui infa-
mis est in diuitijs, quanto foret in paupertate magis?

CAP. XI.

Sapientia

Right margin notes: Eccli 9.c / 37.a.b — Sermo. — 3.Reg.5. — De rectoribus. — †Pro.29.b — *3.Re.12.a — Contra iniuriam & superbiam. — Leuit.19.c — Hierē.27.a — Dan.4.c — Sap.6.b — Luc.1.d — 14.b.18.b — *Gen.19.c — Commendatio religionis & animi. — Pro 17.a — *2.Re. — Commendatio laboris. — †Pro.12.b — Animæ & uitæ curam habendam esse.

Left margin notes:
[D] רעים uel, soda les.
[a] πλημμέλεια ἀδικίας.
[b] δόλια.
[c] τί ὑπερηφανεύεται, &c. inter posteriora lego.
[D] נפשו
[e] בחייו uel, in uita sua, id est, uiui. An sic. Hic enim etiā animā suam uenalē habet, quia in uita sua uiscera quoq; sua eijcere paratus est, scilicet lucri causa.
[f] ἔῤῥιψαν.
[g] Vel, tyrannus.
[h] ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανία.
[i] ἐξομβρήσει, al. ἐξυβρίσει.
[k] ὑπερηφάνων ἐξέτιλεν, al. ἐξῆλεν.
[l] ἐν δόξῃ
[m] ἐξήρανεν, al. ἐξῆρεν.
[n] Vel, fidum. uel tutum.
[o] Vel, uanum.
[p] Vel, in conspectu eius.
[q] πρὸ λήψεως ἀρχῆς.
[r] Vel, principatus.
[s] παιδευόμενος.
[t] Vel, Ne uafre aut fraudulenter opus tuū agas, nec tēpore difficili affectes gloriam.
[u] ἐργαζόμενος καὶ περισσεύων ἐν πᾶσι, al. ἐργαζόμενος ἐν πᾶσιν, ἢ περιπατῶν.
[x] ἄρτου.

Gen.41.f Dan.6.a Forma. SApientia exaltat caput humilis, & eum inter proceres collocat. Ne laudes A
uirum de sua pulchritudine, nec quenquam ob formā suam uituperes. Par-
†Act.12.d ua quidem inter uolucres apis est, sed fructus eius est origo dulcium. † Ne glo-
Superbia. rieris amictu uestium, nec honorifico die efferaris, quoniā mirabilia sunt [& glo
1.Reg.15.f riosa] opera Domini, & occultæ [ac latentes] actiones eius inter homines. † Mul
Hest.6.7 ti tyranni humi resederunt, & fuit qui diadema gestauit inexpectatus. Multi po
tentes magnam subierūt infamiam, & in manus aliorum traditi sunt magnifici.
Prudentia. † Ne quid reprehendas priusquam exploraris: fac cognoscas prius, & tum [iure]
Deut.13.b 7.b uituperes. * Antequam audieris, ne quid respondeas, [a] nec uerbo dicentem in-
Iosue 7.c terpelles. Ne contendas de eo quod tua nihil interest, nec te iudicem adiungas
2.c Pro.18.b consessui scelerosorum. † Fili, ne labores multa congerere, [b] si enim abundaris, B
Auaritia. non eris innocens: aut si quid persecutus fueris, non assequeris, nec tamen impu-
Matt.19.c ne abieris. * Est qui laboret, moliatur & satagat, qui tamen egeat multo magis.
1.Tim.6.b Prou.10.c † Est rursum qui tardus, & opis indigus, [c] uiribusq; destitutus sit, & [D] abunde pau
Iob.42.c per, quem Dominus oculo fauente respiciat, & eum attollat ab humili sorte sua,
caputq; ipsius [e] conquassatum erigat, ut multis miraculo sit [f] spectantibus [qui
Iob.1.c Ezec.28.a deum prædicent.] † Bona & mala, uita & mors, paupertas & opes à Domino
A deo esse bona & mala. proficiscuntur: * à Domino manat item sapientia, ac scientia, legisq; peritia: tum
charitas & instituta bonorum operum ab eodem oriuntur. * Scelerosis cognata
sunt error & tenebræ, & qui sibi placent in uitijs, in malitia consenescunt. Do-
num Domini apud pios permanet, & fauor ipsius procedet perpetuis successi-
bus. Est qui ditescat attentione sua, tenacitateq;, & hunc solum consequatur fru
Luc.12.b ctum pro præmio. Cum ait, † Nactus sum requiem, bonisq; meis nunc fruar C
Matt.10.c [g] assidue: quod tempus eum maneat inscius moritur alijs ea relicturus. † Fac ma
Laborare hominis est, successus dei. neas in pacto tuo, inq; eo sis assiduus, ac in officio tuo consenescas. Ne mireris
facta scelerosorum, sed confide Domino, & in labore tuo perseuera. Facile est
enim [h] consilio Domini breui subitoq; ditare pauperem. Dominus feliciter aspi
Rebus aduersis non respondendū animō, nec nimium fidendū secundis. rat præmio piorum, breuiq; tempore fecerit, ut efflorescat eorum prosperitas. Ne
dicas, Quis mei [i] iucūdus usus est? aut [k] quæ nam mihi bona posthac obuenient?
Nec rursum dicas, Sat opum habeo, * & quæ possideo multa sunt: quid igitur [l] in
uita mali posthac accipiam? † ne tempore felici nulla sit malorum memoria, neue
infelici tempore [m] obliuiscaris meliorum, quoniam Domino facile est, homini
Eccli 18.c tempore obitus secundum [n] instituta ipsius referre gratiam. Difficultas tempo-
ris affert obliuionem deliciarum, & acta hominis declarat ipsius [o] exitus. Ante D
obitum beatum ne quenquam dixeris, quippe uir è liberis demum pernoscitur.
Non temere fidendū omnibus. Ne quemuis hominem introducas in ædes tuas, quoniam insidiæ dolosorū mul
tæ sunt, [præcordijs fœtida ructantibus similes.] Vt perdix in caueam agitur, [aut
caprea implicatur laqueo,] ita cor hominis superbi tanquam speculator [p] obser-
uat quo deijciaris. Nam bona male peruertendo insidiatur, & uitio dat laudabi-
lia. A scintilla [q] parua exardescit focus, ita scelerosus homo insidiatur usq; ad
sanguinem. Ab homine [r] malefico, ut moliente mala caue: ne tibi notam inu-
rat perpetuam. Alienum in domum tuam recipe, & cum perturbatione subuer-
tet te, exuetq; tuis possessionibus.

CAP. XII.

Cui benefacias, cui non. CVm bene facis, obserua cui facias, ut beneficia tua mereantur gratiam [plu A
rimam.] Homini pio benefacias, ut reportes [ingens] pretium, si minus ab
ipso, certe ab altissimo. Assiduum in uitijs nil boni manet, nec item eum qui nihil
erogat [a] in pauperem. [Altissimus odit scelerosos, at resipiscentium miseretur.
Gal.6.b † Erga pium liberalis esto, sceleroso uero opem abnega: afflicto benefacias, sed ni-
1.Tim.5.a hil eroges in impium. Fac eum cibis prohibeas, nec suppedites ei quibus te pos
sit opprimere, alioqui mala duplicia [b] recipies pro beneficijs omnibus quibus

[a] μὴ παρέμβαλλε ῥῆμα.
[b] ἐὰν γὰρ.
[c] ἰσχύϊ.
[D] πτωχεύων, al. περισσεύων, qui tamen in paupertate abundet.
[e] ἀπὸ συντριβῆς.
[f] πολλοὶ θαυμάσαντες.
[g] ἀδιαλείπτως.
[h] Vel, in oculis.
[i] ἀρεσκείας.
[k] τίνα, & ἔσται μοι, al. τίνι, et ἔσται μοι, ut sit, Quisnam iam hinc à me beneficia accipiet?
[l] ἐν ζωῇ.
[m] οὐ μνησθήσεται.
[n] τὰς ὁδὰς, al. τὰ ἔργα.
[o] ἐν συντελείᾳ, al. συντελεῖ, q.d. & hominem consummat ipsius exitus.
[p] ἐπιβλέπει, al. ἐμβάς.
[q] μικρᾶς, al. πυρός.
[r] Vel, uafro.
[a] χαριζομένῳ, al. χαριζομένου.
[b] εὑρήσεις, al. εὑρήσεσοι.

ipsum affeceris. Nam & altissimus odit scelerosos, pœnasq; meritas repetit ab
B impijs, *aut eos in diem acerrimæ uindictæ reseruat. Erga bonos sis beneficus,
neges autem opem sceleroso. Amicus rebus secundis [c] iudicari non potest, nec Amici & inimici.
rebus aduersis latebit inimicus. Rebus hominis secundis dolent inimici eius, &
rebus eiusdem aduersis abscedit etiam amicus. Ne unquam fidas inimico tuo,
nam [d] similis æri ærugine obsito est eius malitia. Quod etiamsi humilis ac de-
missus incesserit, aduerte tamen animum tuum, & caue ab eo, quasiq; qui specu-
C lum exterseris, cognosces [e] æruginem in ipso non persedisse penitus. Ne tibi
adsciscas [f] talem propius, ut ne te subuerso in locum tuum ipse subeat. Talem
ad dexteram tuam ne colloces, ut ne quærat [g] occupare sedem tuam, tandemq; di
cta mea sentias, & de uerbis meis discrucieris. [h] Quis incantatoris à serpente icti
misereatur, aut ullius qui ad bestias accesserit? quis item eius qui se adiunxerit ui-
ro sceleroso, seq; peccatis ipsius admiscuerit? Horæ spatio [i] iusta in statione perma
D nebit apud te: nec, si inclinent res tuæ, perdurabit. † Labijs suauiloquentibus Ierem. 41.b
utetur inimicus, & assentabitur multa, bonisq; uerbis cōpellabit te, oculis quoq;
suis illachrymans, animo suo deliberat te præcipitare in foueam: neq; adeo na-
ctus occasionem sanguine satiabitur. Si tibi mala acciderint, reperies eum ibi
priorem te, & [k] per speciem hominis opitulaturi calcem tuum [l] inhibebit. Mo-
tabit caput suum, plauderq; manibus, & sparget rumores multos, uultūq; suum
immutabit.

CAP. XIII.

A Qui contrectat picem, cōtaminatur [a] ea: † & qui habet cum superbo com Deut. 7.a
mercium, euadet eius similis. Ne suscipias onus [b] supra uires tuas, nec Impar commercium.
teipsum adiungas potentiori te, aut ditiori. Quid ollæ poterit esse rei
cum lebete, ad quem si offenderit illa, confringitur? *Si diues iniuriam intulit,
insuper minabitur etiam: si pauper passus est iniuriam, oportet esse supplicē. *Si
diues fecit iniuriam, [c] illi supplicandum est insuper: sicui uero pauper obtulit in-
iuriam, minas protinus audiet. Si quis usus tui sit, erūt [d] qui colant te: sin egeas, Vulgus fortunã sequitur.
erit qui te [e] deserat. Si quid habeas, reperies conuictorem, qui exinaniat te, nec ip
se laboret. Si eguerit tui, seducet te, arridebitq; tibi, & spem dabit, bona dicet: &
qua tibi re opus est, inquiet? Parasitando adiget te ad ignominiam, donec te ina-
B niat iterum atq; tertio, & ad extremum etiam irrideat. Postea conspicatus te de-
seret, & caput suum motabit aduersum te. [Coram Deo summittas te, & manus
eius expectes.] Caue ne seducaris [f] animo, ut ne per [g] stultitiam tuam deijcia-
ris, [neq; demittas te cum tua sapientia.] Si te potens [h] aduocet, fac refugites, tan- Commercium cum potent.
toq; ille te uocabit magis, ac sæpius. Ne ingeras te, ut ne [i] temere reijciaris: nec
rursum abscedas procul, ne tradaris obliuioni. Ne dubites cum eo colloqui, nec
fidas dictis eius plurimis. Multis enim sermonibus pertentabit te, & quasi per
risum [k] arcana tua rimabitur. Immisericors est, dicta non seruaturus: nec affli-
gere te, uincireq; parsurus. Fac tibi caueas, & auscultes perquam [l] attente, quoniā
C cum ruina tua ambulas. *Hæc audiens per somnum tuum uigila, per omnem
uitam tuam ama Dominum, & eum in salutem tuam inuoca. Omne animal di
ligit sibi simile, & omnis homo propinquū suum. Omne animal generatim con
gregatur, & quisq; adiūgit se sui simili. † Quale est lupo cum agno cōmercium, 2. Cor. 6.c
talis est ad pium scelerosi ratio. Qui consensus est inter hyænam & canē; is est
inter diuitem & pauperē. Præda leonum onagri sunt in deserto, itidemq; pascua
diuitū pauperes. Humilitas superbo est execrabilis, & item pauper abominatus
diuiti. Diues quassatus confirmatur ab amicis, at labefactatus humilis, ab ami-
D cis etiā propellitur. Diuiti lapso multi sunt adiutores, & qui nefanda quoq; lo-
quentē iustum prædicent. Humilē lapsum insuper etiā increpant: nec locus da
tur ei,

[c] ἐκδικηθήσεται, al. ἐκβληθήσεται, non moleste se ingerit, nec sese iactat: uel, non aberit.
[d] Id est, Eius malitia simulatione tecta latet.
[e] Id est, Non usquequaq; talē esse, qualē se simulauit.
[f] αὐτὸν.
[g] λαβεῖν.
[h] Qui hic uersus in quibusdā Græcis inseritur hoc sensu, Peccatū ne cōduplices, ut ne super uno quidem insons iudicandus. Is nō est in emendatioribus Græcis.
[i] ἐν στάσει δικαίᾳ.
[k] ὡς ἄνθρωπος.
[l] Vel, eneruabit.
[a] ἐν αὐτῇ.
[b] ὑπὲρ σε, al. ἐν ζωῇ σου.
[c] καὶ σοῦ προσδεηθήσονται.
[d] עוברים cultores & operarij.
[e] καταλείψει, al. καταθλίψει.
[f] τῇ διανοίᾳ.
[g] ἀφροσύνῃ, al. ταπεινοφροσύνῃ καρδίας σου.
[h] προσκαλεσαμένου.
[i] ἀκρίτως.
[k] τὰ κρύπτα σου, al. σε.
[l] πρόσεχε σφόδρα τῇ ἀκοῇ.

Digitized by Google

tur ei, si cordate loquutus fuerit. Diuite loquente silent omnes, & ad nubes usque sermones eius euehunt. Paupere loquente, Quis est iste, inquiunt? quod si quid offenderit, euertunt eum insuper. Bonæ sunt, quibus nullũ inest peccatũ, diuitiæ: & mala paupertas in ore [m] impij. Cor hominis immutat uultũ ipsius, siue ad bona, siue ad mala. Vestigiũ cordis rebus secundis est uultus [n] hilaris, alioqui recondita deprehendere laboriosæ cogitationis est.

[m] Ego malim legere, in ore pij ἀσεβοῦς. q.d. paupertas obstat quo minus audiantur pia cõsilia.
[n] ἱλαρόν, al. θάλλον.

CAP. XIIII.

Eccli 19.c 15.b Iac.3.a Hier. 17.b Auaritia, et sordes.

A Beatus uir qui lapsus ore suo non est, nec [a] mœrore peccati cruciatus. Beatus qui non despondet animum, & spe sua [b] in Dominum sita non excidit. *Viro sordido non sunt ornamento diuitiæ, & quorsum pecuniæ homini inuido? Qui defraudando genio suo comparcit, cõparcit alijs, & in bonis ipsius alij luxuriabuntur. Qui sibi malignus est, cui benignus sit, cũ nihil iucundi de bonis suis percipiat? Inuidẽte sibi ipsi nihil peius est, hocque adeo ipsum est malignitatis eius præmiũ. Quod si bene quid facit, [c] imprudens id & inuitus facit, & ad extremũ suam prodit malitiam. Improbus [d] aspectu est oculus inuidi, auertit faciẽ, & contemnit homines. Oculus auari nulla portione satiatur, & iniustitia mali exhau-

[a] λύπῃ, al. λύπη.
[b] τῆς ἐπὶ κύριον.
[c] ἐν λήθῃ, al. ἐν λύπῃ, al. οὐκ ἑκών.
[d] ἰδεῖν ὀφθαλμῷ.

Prou. 27. c Eccls 1.a

B rit uitam [e] eius. † Oculus malignus panẽ inuidet, & ad mensam suam [f] laborat inopia. Pro eo quod habes, fili, bene de te merere, dignaque defer Domino donaria. Memento mortẽ moram non facere, nec tibi statũ fati tempus esse declaratũ.

[e] αὐτῇ.
[f] ἐκλείπει, al. ἐλλιπής.

Eccli 4 a Tob. 4. b Luc. 16. b

†Priusquã moriaris, in amicum esto beneficus, & pro eo quod potes manum illi dando porrige. Ne te defraudes iucundo die, nec te fructus bonæ cupiditatis prætereat. Nónne labores tuos relinques alij? & quæ opera tua comparasti, di- C uidenda hæredibus? Da, & accipe, dum sanctam conserues animam tuam, [& ante obitũ tuum exerceas iustitiam,] quoniã non est quod quæras apud manes [g] cibaria. † Omne animans in modũ uestimenti ueterascet, hoc enim est ab æuo condito fatum, Morte morieris. Vt foliorũ in arbore condensa uirentiũ alia decidunt alijs nascentibus: ita quod carne sanguineque procreatur, aliud obit, aliud gignitur. Omne opus marcori obnoxiũ deficit, & opifex eius æque atque ipsum interit. [Omne opus egregium iustũ censebitur, & author ipsius laudem ex eo consequetur.]

Esai 40.a 1.Pet.1.d Iac.1.b

[g] τροφήν, al. τρυφήν.

Psal.1.a Exhortatio ad sapientiam.

D †Beatus uir qui [h] meditatur præclara per sapientiã, [qui de iustitia cõmentatur,] qui per prudentiam suam [i] sancta loquitur, qui instituta [k] sua perpendit animo, & arcana [l] illius cognoscit. Tanquã indagator prosequere eam, & uias eius inside. Qui per fenestras ipsius inspexerit, aut auscultarit ad fores ipsius, qui iuxta domum ipsius diuersatur, * qui in parietibus ipsius paxillũ fixerit, qui [m] ad latus ipsius collocarit tabernaculum, is aget in hospitio bonorum, & in tutelam tradet ipsi liberos suos, tum sub ramis ipsius morabitur, & ab æstu protegetur per eam, atque in gloria ipsius habitabit.

[h] μελετήσει καλά, al. τελευτήσει.
[i] ἅγια.
[k] αὐτῆς, al. αὐτῆς.
[l] αὐτῆς, al. αὐτῇ.
[m] בקירה

CAP. XV.

Commentatio sapientiæ. Matt. 4. a Ioan. 4. b

A Qui Dominũ reuerertur, faciet [a] hæc: & [b] cognitionẽ legis adeptus hanc apprehendet. Hæc illi occurret quasi mater, & eum tanquã uxor uirgo ducta excipiet. †Hæc eum cibabit pane [uitæ &] intelligentiæ, *eique aquã [salutaris] sapientiæ dabit potui. Firmatus hac, statu moueri nõ poterit: qui fuerit innixus huic, non afficietur ignominia. Hæc supra socios suos extollet illũ, & in media cõcione os eius aperiet. [Hæc eum replebit spiritu sapiẽtiæ & intelligentiæ, stolaque gloriæ uestiet.]

[a] αὐτά, al. ἀγαθά.
[b] ἐγκρατὴς νόμου.

B Hæc illi iucunditatẽ & coronam exultantiæ [c] cõparabit, & [d] cõpotem nominis æterni faciet. Homines insipientes non apprehenderint eam, nec uiderint eam uiri scelerosi. A superbia [doloque] procul abest, nec uiri mendaces [e] mentionẽ illius facient. [Viri ueraces frequentabunt hanc, & usque ad inspectionẽ Dei proficiẽt.] Laus ex ore scelerosi minime speciosa est, neque enim à Domino proficiscitur. Si laus à sapientia pronuncietur, [& abundet in ore fi-

[c] εὑρήσει.
[d] κατακληρονομήσει αὐτόν.
[e] Vel, illius meminerint.

Deus non est author peccati.

C deli,] tum Dominus illi aspirauerit. Ne dicas, Defeci impulsu Domini, nõ enim debes quæ odit facere. Ne dicas, Ipse me in errorem impulit: non enim ei uiro

Digitized by Google

peccante opus est. Omne nefas odit Dominus, nec probatur eiusdem cultoribus.
†Ipse hominem creauit ab initio, & permisit eum arbitrio consilij sui, [mandatis Gen.1.d
& præceptis suis adiectis.] Si uolueris, mandata seruabis, [ipsaq; te uicissim con
D seruabunt,] & fidem præstabis obsequiosam. †Ignem & aquam tibi proposuit, Ierem.21.
ad utrumuis manum tuam exporrige. Vita simul & mors, [bonum & malum,]
homini sunt proposita: utruncunq; placuerit ei, cõsequetur. Quoniam multa est
sapientia Domini, potẽtiaq; ualet, & [assidue] uidet omnia. †Oculis suis reue- Psal.33.b
rentes ipsum aspicit, & omne opus hominis cognoscit. Impie agere nemini præ Heb.4.c
cepit, nec peccandi cuiquam dedit licentiam: [neq; enim copiam filiorum infide
lium & inutilium expedit.]

CAP. XVI.

A NE optes copiam inutilium liberorum, nec læteris de filijs impijs. Ne dele- Impiorum
cteris abundantia eorum, si eis religio dei nulla est. Ne fidas uitæ eorum, copia.
nec eorum magnifacias [a] multitudinem. Pluris enim est [b] iustus unus, quàm mil
le tales: & præstat mori prole carentem, quàm liberos habere impios. Per unum
cordatum frequens considebit ciuitas, [c] impiorum uero natio breui desolabitur. Eccli 11.
Multa talia uidit oculus meus, aurisq; mea his audiuit uehementiora. †Per cœ- Peccata
tum scelerosorum ignis succenditur, & ira exardescit in gentem contumacem. esse contem
†Implacabilis Deus priscis fuit gigantibus, qui ob [D] potentiam suam stultam ab nenda.
eo defecerant. * Ne hospitio quidem Loti pepercit, aut ijs quos propter ipsorum Gen.6.a
superbiam abominatus est. Non est misertus gentis perditæ, utpote peccatis suis *Gen.19
[e] quæ committebat, elatæ: † sicq; adeo [f] sexcenta millia peditum, eos qui per con- Nũ.11.14.&
tumaciã animi sui congregati fuerant, * flagellando, miserando, cædendo, sanan 26.f
B doq;, Dominus misericordia castigationeq; conseruauit. Quare si cõtumax unus
in populo fuerit, mirum est si impune abeat. †Nam cum misericordia simul & Eccli 1.4
ira [g] impigre proficiscantur ab eo, ueniamq; dare potens sit, & iram effundere,
prout multa est misericordia eius, ita multa quoq; ipsius castigatio. Secundũ ope
ra sua quenq; iudicat. Non effugiet cum rapina scelerosus, nec [h] spes pium fru
strabitur. Omni beneficentia locum [i] para, nam fructum pro ratione operum
suorum, [suæq; peregrinitatis intelligentia] quisq; consecuturus est. *Dominus
Pharaonem indurauit, ne ipsum nosceret, utq; potentia facta ipsius subiectæ cœ
lo terræ innotescerent. * Omni rerum naturæ [k] misericordia ipsius nota est: ada
mante discreuit lucem suam & tenebras. Ne dicas, Latebo Dominum, [l] ecquis
C ab alto curabit me? Præ copia populi nulla erit mentio mei, nã quantula sit mea
in tam immensa natura rerum anima? † Ecce cœlum, cœliq; cœlorum Dei, pro- 2 Pet.3.a
fundum mare simul & terra, *quæq; his comprehenduntur omnia, cum inquirit
in ea, commouentur: *totus mundus creatus, & qui creatur pro uoluntate ipsius,
montesq; simul ac fundamenta terræ, cum Dominus in ea despicit, tremore con-
cutiuntur: nec tamen hæc cor ullum [m] satis intelligit, [cum ab ipso corda intelli-
gantur omnia.] Nam institutum ipsius atq; non uisam homini [n] uim quis animo
comprehendat? nam maxima pars operum ipsius occulta est. Quis enarret exem
pla iustitiæ ipsius, aut sustineat? [o] Longum enim fatum est, *& omnium inquisi-
tio deficit. Qui animo submisso præditus est, perpendit hæc: uir autem insipiens
D & delirans stulta cogitat. Audi me fili, & scientiam amplectere, adq; mea dicta
aduerte animum. Explicabo perpensam eruditionem, exactamq; scientiam edis- Prædicat
seram. Cum iudicio operatus est Dominus ab initio, & à prima [p] rerum creatio- opera do
ne partes earum disposuit. Opera sua excoluit perpetuò, [q] & initia eorum per sua mini.
sæcula generatq;. *Non esurierunt, nec defessa sunt in suis operibus, nec ab offi-
cijs suis cessarunt. [r] Aliud alij non fuit molestum, nec unquã repugnabunt im-
perio ipsius. Posteaquam despexit in terram Dominus, bonis suis impleuit eam.
Vita animantium omnis generis operuit superficiem eius, & in eandem unum-
quodq;

[a] τὸ πλῆθος, al. τέκνον, al. κόκκον.
[b] δίκαιος.
[c] ἀσεβῶν, al. ἀνόμων ἐν τάχει, &c.
[D] τῇ ἰσχύι τῆς ἀφροσύνης αὐτῶν.
[e] ὡς ἐποίουν ἐξηρμένους, al. ἐξερχομένους.
[f] Sexcẽta millia cõseruauit, liberos scilicet sexcentorũ millium quæ interemit. Num.1. & Nũ.26. Dominus ergo in cõseruandis suis partim ira, partim misericordia usus est.
[g] διατάχους.
[h] ὑπομονή.
[i] ποίησον, al. ποιήσει.
[k] Vel, beneficentia חסד
[l] καὶ τίς.
[m] ἀξίως.
[n] Vel, turbinem.
[o] Id est, lõga fatorũ series, quæ priusquã explorata sit, desinit omnium inquisitio.
[p] αὐτῶν.
[q] Al. καὶ ἐν χειρὶ αὐτοῦ αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν εἰς γενεὰς γενεῶν.
[r] איש quisq;, uel quidq;.

Digitized by Google

quodq; reuertitur.

CAPVT XVII.

a.2.d DOminus è terra creauit hominem, rursumq; redegit ipsum in eandẽ. At- A
tribuit dies numeratos, statumq; tempus hominibus, *& dedit eis in terre-
stria potestatem. Induit ipsos uirtute sua, & ad imaginẽ sui creauit eos. Omni
animãti terrorẽ imposuit hominis, ut [a]bestijs dominaretur ac uolucribus: [& for
mauit ex eo adiutricem ipsi similem.] Iudiciũ, linguam, oculos, aures, & cor de-
dit eis ad cogitandũ, *sexto loco mentem quoq; donauit impertiens, & septimo
sermonẽ operibus suis explicandis. Repleuit ipsos ingeniosa scientia, & eis bo
na simul & mala indicauit. Adiecit ad corda eorũ oculum suum, ut edoceret eos
operum suorũ magnificentiam. *Dedit his gloriari miraculis suis perpetuò, ut
prudenter enarrent opera ipsius, & electi nomen sanctũ eius collaudent. Scientiã
addidit ipsis, legemq; uitæ tradidit hæreditariam, *ut se mortales esse cognosce-
ex.4.5.9 rent. †Pactum cum ipsis inijt æternũ, & eos iura sua edocuit. Gloriosam ma- B
gnificentiam uiderunt oculi ipsorũ, & maiestatem uocis ipsius auris eorum audi
xo.20.21 uit. Ab omni iniusto, inquit, abstinete: †& de proximo mandata dedit singulis.
k.23. Semper illi patẽt instituta hominũ, nec oculos ipsius latuerint. *Omnis autem
homo à iuuentute malis intentus est, nec potuit cor eorũ è lapideo fieri carneum.
Rom.13.a *[b]Nam in distribuendis totius terræ gentibus, †ducem cuiq; genti cõstituit, *[c]&
Deut.4.c Israelem sibi delegit peculiariter: *quem ut primogenitũ disciplina educat, & lu-
b.c men charitatis impertiens non deserit. [D]Quapropter omnia [e]illarũ facta tanq̃
sol palàm eo sunt, & instituta earũ intuetur oculis assidue. Iniuste facta illarum
non latent ipsum, sed omnia peccata ipsarũ ei perspecta sunt. *Ipse aũt cum beni
gnus sit, & opificiũ suum habeat cognitum, neq; ablegat homines, neq; deserit, C
ccli 29.b ut qui parcat ipsis. †[f]Benignitas hominis instar sigilli corã ipso est, & [g]beneficiũ
cuiusq; conseruat tanquam pupillam: *filijs eius & filiabus locũ concedens pœ
lat.25.c nitentiæ. †Tandẽ uero exurgit, & suum singulis dat pretium, suamq; cuiq; ui-
Act.3.c cem in caput suum regerit. †Attamen regressum concedit resipiscentibus, *& la
Iere.3.c bascentes hortatur ad patientiã, [q; destinarit illis sortem ueritatis.] Conuertere
xhortatio [h]ad Dominum, & peccata desere: fac supplices ei, & offensam minuas. [i]Conten
d resipiscẽ de ad altissimum, *(is enim te è tenebris ad lucem deducet incolumitatis,) & rece
am. de ab iniustitia, atq; quod abominandum est, odio summo prosequere. [Fac co
gnoscas iustitiam & iura dei, in sorte præscripta & imploratione altissimi persi-
Gal.6.a stas, atq; concedas in partes sancti sæculi.] †Quis apud manes laudabit altissi- D
fa.38.d mum, perinde atq; uiui gratulationi dediti? [Ne hæreas in errore impiorum, fac
dominum ante mortem prædices.] Mortuum non secus ac si esse desierit, lauda
tio deficit, uiuus autem & [k]corde sanus laudabit Dominum, [& de misericordia
ipsius gloriabitur.] Quàm ingens est misericordia domini Dei nostri, quamq;
obuia sanctè cõuersis ad eum, ipsius placabilitas. Non enim in hominibus esse
possunt omnia, nec homine natus quisquam immortalis est, [& uitiorum uani-
tate delectamur.] Quid luce solis splendidius? atqui hæc quoq; deficit, [l]non mo
do caro sanguisq; male cogitans [in crimen incurret.] Ille molem celsi cœli per
lustrat, omnes autem homines terra puluisq; sunt.

CAP. XVIII.

Gen.1.a QVi degit æuum cuncta creauit simul, Dominus qui solus est iustus, *nec A
Laus dei. præter eum est alius, [& manet inuictus rex in æternũ.] *Ipse mundum
disponit spithama manus suæ, cunctaq; parent uoluntati ipsius. *Nam
ipse potẽtia sua regit omnia, quæ in eis sancta sunt disiungẽs à prophanis. [a]Cui
nam explicandi facta sua facultatem dedit? aut quis egregia ipsius facinora inue
stiget? Quis uim magnificẽtiæ ipsius percenseat? aut quis conetur miserationes
eius enarrare? Nihil est q̃d demas aut addas, nec quod peruestiges miracula Do-
mini. Cum absoluerit homo, tum demũ incipit: & cum conquieuerit, tum uero

[a] Quidam codices hic habẽt additum ἐν ὁμοιώματι.

[b] Probatio quod norit deus omnia facta hominum, quia gubernat omnia.

[c] καὶ προσελάβετο τὸν Ἰσραὴλ αὐτοῦ μερίδα, al. aliter.

[D] Διὸ πάντα, &c.

[e] Scilicet gentium.

[f] Vel, miseratio חסד

[g] Vel, amorẽ חן

[h] ἦν, habent quidã codices. i. igitur.

[i] ἱκέτευε, al. ἐπανάγαγε γε.

[k] τῇ καρδίᾳ.

[l] καὶ πονηρὸν ἐνθυμήσεται σὰρξ καὶ αἷμα: al. καὶ ἀνὴρ ὃς ἐνθυμήσεται σάρκα καὶ αἷμα.

[a] τίς, al. οὐδεὶς.

Digitized by Google

incertus est. Quid est homo, aut quis usus ipsius? quid in eo boni est, quidue mali? Numerus dierum hominis centum anni cum plurimũ, *nec cuiusquam ex omnibus stata est obitus sui ratio. Quãtula est aquæ gutta è mari sumpta, & ex arena calculus: †tantillum sunt anni [b]mille præ tempore æternitatis. Propterea Deus patiẽtia utitur in homines, & effundit in eos misericordiam suam. Vidit, & cognouit malam esse eorum [arrogantiam animi, &] euersionem, propterea placabilitatem suam ampliauit, [& ostendit ipsis uiam æquitatis.] Miseratio hominis tendit in proximum ipsius, at misericordia Domini mortales omnes castigat, erudit, docet, & reducit ut pastor gregem suum. Disciplinam admittentium miseretur, itemq; iura sua studiose consectantium. In rebus bonis, fili, ne adhibeas reprehensionẽ, nec ullo in dono [c]uerbi mali molestiam. Nónne ros æstum mitigat? simili ratione sermo dono potior est. †Nónne ecce munere præstantior est oratio? cæterum in homine [d]gratioso usus utriusq; est. †Stultus odiose exprobrat, inuidiq; donũ tabefacit oculos. Anteq̃ loquaris disce, & ante ægritudinem admitte curationem. †Ante iudicium [e]explora teipsum, ut tempore inquisitionis consequaris ueniam. Ante infirmitatem [f]temperantia teipsum [g]macera, & tempore peccatorum ostende emendationem. Ne dubites reddere uotũ in tempore, nec iustum probare te ad mortem usq; differas, [quoniã merces dei manet in æternum.] Priusquam uota facias, para teipsum, ne similis sis homini tentãti Dominum. Memento iræ extremo die futuræ, & ultionis, quo tempore auertetur facies. †Perpende tempus famis tempore saturitatis, & inopiã ac penuriam die diuitiarum. Tempus [h]à mane immutatur usq; ad uesperam, & coram Domino subita sunt omnia. Homo sapiens semper metuet, & diebus peccato dicatis cauebit à delicto: *insipiens autem non explorat tempora. Omnis cordatus agnoscit sapientiam [i]& eruditionẽ, & adepto eam laudem tribuit. Cordati ipsi quoq; dictis proferunt sapientiam, [ueritatem intelligunt & iustitiam,] & moderatione animi selecta [k]in uitam responsa irrigant. *Optima loquendi authoritas solius est Domini, siquidem [l]mortali cor inhæret mortuum. †Ne sequaris cupiditates tuas, & appetitus tuos inhibe. Quod si animo tuo indulgeas quãlibet concupiscentiã, efficiet quod [m]inuidentes tibi inimici tui de te gaudeant. Ne delecteris multis [n]delicijs, nec earum [o]consortio deuinciaris. Caue pauper euadas cõcinnandis de mutuo conuiuijs, donec tibi nil sit in sacculo, *alioquin insidiator uitæ tuæ famosus eris.

CAP. XIX.

Operarius ebriosus non ditescet, & paulatim sublabetur qui spernit exigua. †Vinũ & *mulieres etiã cordatos auferunt, [sugillantq; sapientes,] & qui consuescit meretricibus, euadet confidentior. Caries & uermes occupabũt eum, & anima confidens auferetur, *grauiq; supplicio contabescet. †Qui facile credit, leuis est animo, & peccando delinquit in animã suam. [a]Qui gaudet mala habitudine, meretur reprehensionẽ: *qui uero uoluptatibus resistit, coronat uitã suam. *Qui linguæ temperat, etiam [b]difficili conuixerit: & qui loquacitatẽ odit, minus habet malitiæ. †Ne quid tibi dictũ effutias alteri, ut ne quid detrimenti capias. Nec apud amicũ, nec apud inimicum [c]uitas alienas enũcies: [d]& si non redundat in te peccatũ, ne detegas. Audierit enim ille, & [e]auersabitur te, perq; occasionem suum in te odiũ ostendet. †Sermonem [aduersus alterum] audisti, fac tecum cõmoriatur, & securus esto, ut qui non dirumpat te. Præ sermone parturiet stultus, ut præ fœtu grauida. Quod telũ agit defixum in femore corporis, hoc sermo in stulti pectore. †Obiurga amicũ, si quid forte minus faciat: sin fecerit, ne porrò pergat facere. Increpa amicũ, an quid forte minus dicat: quod si dixerit, ne porrò rursum dicat. Increpa inquam amicum, etenim existit sæpe calumnia, quare ne cuiuis sermoni [f]fidẽ adhibeas. Est qui labatur [g]uerbo, sed non

ex

Marginal notes (left): [b] χιλία, al. ὀλίγα. — [c] λόγου πονηροῦ. — [d] ἐυχαριτωμένῳ, al. ἐυχαριτωμένα, gratiam conciliant. — [e] ἐξέταζε σεαυτόν, al. ἐπίμαζε σεαυτὸν καὶ λυπῶν. — [f] ἐγκρατεία. — [g] התענה — [h] Id est, inter mane & uesperã accidit tẽporis mutatio, q. d. Quotidie expectã sortis tuæ & uitæ cõmutationem. — [i] καὶ παιδείαν. — [k] εἰς ζωήν. — [l] Vel, mortuo. — [m] οἱ βασκαίνοντές σε. — [n] τρυφῇ, al. τύρβῃ. — [o] συμβολῇ, al. συμβολαῖς. — [a] Id est, qui corpus supra modum macerat, καρδίᾳ al. καρδία. — [b] ἀμάχῳ, id est, cum homine quãuis moroso, & importuno ac peruicaci conuiuere poterit: uel si legas ἀμάχως, citra rixã & pugnas, i. pacifice cuiuis conuixerit. — [c] βίους ἀλλοτρίους. — [d] Vel, & si id potes absq; peccato facere. — [e] Vel, obseruabit te. — [f] πίστιν, al. πιστεύσῃς ἐν καρδία σου. — [g] λόγῳ.

Marginal notes (right): Psal. 89. — 2. Pet. 3. — Sermonis moderatio. — Prou. 15. a; 25. c — †Eccli 41. — 1. Cor. 11. — Maturandũ esse resipiscentiam. — Eccli 11. — Rom. 6. b; 13. b — Temperantia. — Gen. 19. — *3. Re. 11. — Iosu. 22. c — Varia præcepta. — Eccli 42. — Eccli 22. 27. c. d — Leuit. 19. — Matt. 18. b

Digitized by Google

ex animo: †& quis lingua sua nõ peccauit? [b]Amicũ tuum redargue, priusquam mineris, [i]iraq; posita da locum legi altissimi. *Religio Domini primus, quo ad eum recipiare, gradus est, amorẽ uero eius demeretur sapientia. *Cognitio praeceptorum Domini eruditio uitae est, & qui morem gerunt ipsi, fructũ carpent immortalitatis. Religio Domini summa est sapientia, & in omni sapiẽtia praestatio legis, *summaeq; eius potentiae cognitio. *Si seruus dicat domino, Quod tibi ui detur non faciam: si idem postea faciat, offendit altorem suum. Scientia malitiae non est sapientia, nec consilium scelerosorũ cum prudentia coniunctum est, sed malitia est, atq; adeo ipsa execratio, stultitiaq; uacua sapientiae. Potior est religiosus [k]cui deficit sapientia, q̃ abundans prudentia uiolator legis *altissimi. Est astutia exacta, & eadẽ iniusta: & est qui gratiam iuris pronunciandi peruertat: *rursumq; alius qui iuste iudicet, sapiens. †Est qui praua moliatur demissus [l]moestitia, cuius interiora dolo tota [m]ardeant. Vultum contrahens, [n]surdumq; se simulans, ubi non suspiceris occupabit te *laedere. Quod si defectu uiriũ peccare prohibeatur, malũ dabit tibi nactus occasionem. Vt ab aspectu quisq; cognoscitur, ita ex uultus obiectu cordatus intelligitur. Suus cuiusq; habitus, †ac [o]rictũ diducens risio, incessusq; hominis, quomodo sit animatus arguunt.

CA. XX.

Est cũ minime sit speciosa reprehensio, & est cum quis sapienter taceat. Quanto honestius est reprehendere q̃ [a]alere indignationẽ: nam qui fatetur quid, protegetur à detrimento. †Qualis est spadonis puellam uitiandi libido, talis est qui per uim exercet iudicia. *Est qui tacendo se probet sapientem, & est qui crebra loquacitate sit odiosus. Alius tacet, non habens quod respondeat: alius silet, tempori seruiens. †Homo sapiens tacebit donec opportunũ fuerit: nugator autem & insipiens praeteribit opportunitatem. Qui uerbis multis utitur, execrationi erit obnoxius: & qui potestatẽ sibi sumit, in odiũ ueniet. *Quàm pulchrum est reprehensum agere poenitentiã: sic enim uoluntariũ peccatum effugias. Est cum [b]quis scelerosus in malis rebus [c]successum cõsequitur, & est cum res inuenta detrimentũ afferat. Est munus q̃d tibi non prosit: & munus, cuius dupla sit compẽsatio. Est qui se summittat causa gloriae, rursumq; qui ab humilitate caput erigat. Est qui multa paruo emat, cui septies tanto amplius sit rependendũ. †Sapiens seipsum dictis reddit amabilem, at lepores stultorum fluxi sunt. Munus insipientis tibi non proderit *acceptũ, nec item inuidi, [d]propter ipsius importunitatem: nam oculi eius [e]ad accipiendũ pro uno multi sunt. †Pauca dabit, & exprobrabit multa, atq; os suum more praeconis aperiet. Mutuum dabit hodie, q̃d cras repetat. Inuisus *Deo simul & hominibus talis est. Stultus merito dicat, Amicus mihi nullus est, nec gratiã è bonis meis colligo: qui uescuntur pane meo, lingua falsa sunt. Quot irridebũt hunc, & quoties? *neq; enim quod habet, opinione recta cõplectitur, & perinde refert, ac si nihil habeat. Casus de lacunari [f]dicto citior est, ita malorũ ruina repentina aderit. Homo illepidus quasi importuna fabula est cum ore imperito frequẽtatur. Pronunciatũ ex ore stulti gratiam amittit, quia non profertur in tempore. Est qui peccare impediatur prae inopia, qui seorsum apud se [g]discrucietur. Est qui animam suam perdat prae pudore, & eam [h]personae seruiendo interimat. Est qui causa pudoris promittat amico, & eum ultro sibi inimicum suscipiat. †Per q̃ malo crimini est homini mendacium, at id in ore imperito frequens est. Tolerabilior est fur, q̃ qui frequentat mendacium, caeterum perniciem uterq; contrahet. Familiaris homini mendaci est ignominia, suumq; dedecus comitatur eum assidue. Sapiens seipsum dictis suis prouehet, †& uir prudens placebit proceribus. *Vt qui terram colit, aceruum suum reddet cumulatiorem: ita qui placet magistratibus, [i]piabit suam iniustitiam. †Xenia muneraq; occaecant oculos sapientum, & tanquam oris obstructio reprehen

Left margin: 14.a b ...3.a; emmenda religiodomini.; n esse sa ntiã que ta reli...; 6.b; 21.c; iloquen ubi nõ.; 30.c; 3.a; 32.a; ria.; 6.; 18.c c; natrum.; ria.; 25.a mdaciũ.; Gen. 41.f; m.2.g; Pro.12.b; rruptela nerum.; od. 23.a; ...e.17.a

Right margin: D; A; B; C; D

[b] רֵעֲךָ uel, proximum tuum.
[i] γενόμενος ἀπειλῶν.
[k] ἐλαττούμενος, al. ἡττώμενος.
[l] קדר nigrũ esse, contristari.
[m] πλήρης δόλου.
[n] ἐθελοκωφῶν.
[o] Vel, dentium per risum nudatio.
[a] θυμοῦσθαι (?).
[b] ἀνδρὶ ἐν κακοῖς.
[c] εὐοδία, al. εὐοδίαν.
[d] δι' ἀνάγκην.
[e] ἀντὶ τοῦ λαβεῖν.
[f] מִלָּשׁוֹן prae lingua seu sermone.
[g] Lego, αὐτὸ κατανύγήσεται.
[h] ἀπὸ λήψεως προσώπου, al. ἀπὸ ἄφρονος.
[i] ἀδικίαν αὐτοῦ: uel, qui studet placere magistratibus, scilicet sapientia sua, is piabit iniustitiam suam.

Digitized by Google

siones inhibent. *Cum sapiẽtia occulitur, aut thesaurus abditur, quid est in utro- *Eccli 4[...] Occulta sapientia.
uis utilitatis? Potior est homo cælans stultitiam suam, q̃ qui sapientiã suam sup-
primit. *Pluris est [f]ineuitabilis sequenti Dominum patientia, q̃ uitæ propriæ gu
bernator absq; Domino.

CAPVT XXI.

A SI peccasti fili, ne pergas peccare, *sed anteacta depreceris. Tanq̃ à conspe- Exitus p[eccati].
ctu serpẽtis fuge peccatũ, nam si accesseris, [a]mordebit te. Dentes leonini sunt †Eccli 5. 7.b.12.c
dentes ipsius, animis hominũ exitiales. Instar ancipitis gladij nefas omne est: in *Psal.40.
plaga illius nulla est [b]sanitas. Concertationes & iniuriæ opes dissipant, simili Luc.15.c
terq; domus superbi desolabitur. †Ab ore [c]pauperis exaudietur precatio, iudi- Varia.
ciumq; illius festinato ueniet. Qui odit castigationem, in uestigio scelerosi con- †Exod.3.[...] 22.c
stitit: at qui reueretur Dominũ, resipiscet ex animo. Potẽs procul ex sermone no
tus est: at qui sapit, caducũ esse meminit. Qui ære alieno domũ suam ædificat,
B congerenti lapides in tumulũ [d]sepulturæ suæ similis est. †Stuppa collecta cœ- Eccli 16.2
tus est nefariorũ, flammaq; ignis [e]exitialis eorum exitus. Via scelerosorũ lapidi-
bus est complanata, at in exitu eius orci fouea, [tenebræ simul & pœnę.] Qui ser
uat legẽ Domini, [f]cogitationibus suis imperat, & finis religionis Domini est *ac
cessio sapientiæ. Qui non est callidus, non patietur erudiri se: est aũt cum & calli
ditas amaritudinem multiplicat. Scientia sapientis exuberabit tanquam inun- Laus sapientiæ.
datio, ac ueluti fons uitæ [g]purus eiusdẽ consiliũ. †Viscera stulti instar uasis con- Eccli 33.a
fracti sunt, ut qui nullam [h]in uita sua scientiam cõtineat, Si peritus audierit di-
C ctum sapiẽtis, laudabit illud, reddetq; auctius: quod si audierit [i]imperitus, impro
babit idem, & post tergũ suũ abijciet. Sermo fatui tanq̃ sarcina est in itinere, at in
labijs cordati lepor deprehẽditur. Os sapientis in cœtu cõsulitur, & quisq; dicta
ipsius perpẽdit animo. Instar domus euersæ est stulto sapientia, & scientia impe
riti sermones inconsulti sunt. Disciplina cõpedes in pedibus stultorũ, & instar
manicarũ in manu dextera. †Stultus per risum sustollit cachinnũ, at uir sapiens Eccli 19.[...]
subridet tacite. Velut ornamentũ aureum est eruditio sapienti, & instar [k]armillæ
brachio dextero. Pes stulti in domũ [alterius] procliuis est, at peritus homo refor
D midat uel [l]inspectionem. Insipiens ab ianua domum introspicit, at uir eruditus
foris consistit. Ad ostium auscultare quenquã, inscitia est: qui sapit, hoc dedecus
grauatim suscipiet. [m]Labia loquacium narrant absurda, sapientes autem quę di
cunt, statera ponderant. Ab ore stultorũ pendet cor eorum, [n]at in corde sapien-
tum os eorum est situm. †Cum [o]satanam execratur impius, ipse suam execratur Iude 1.c
animã. †Obtrectator polluit animã suam, & [p]quocunq; cõmearit, odiosus erit: Leuit.1[...]
[homo uero tacitus & cordatus honorem consequetur.] Eccli 2[...]

CAP. XXII.

A LApidi conspurcato cõparandus est piger, *quem ignominiæ causa omnes Ignauia
irrideant. *Piger conferendus est stercori sterquilinij, quod quicunq; conti
gerit, manus suas excutiat. Ignominia patris filius ignauus est, filiaq; minoris
uenit æstimanda. Filia prudens [a]uiro est uice hæreditatis, at uiuens turpiter mœ Varia.
stitiam affert genitori. Impudens patrem & maritũ afficit ignominia, [& impijs
nihilo est inferior,] quare ab utroq; uituperabitur. Intempestiua narratio uelut
in luctu musica est, flagella [b]uero & castigatio semper opportuna sunt sapiẽtiæ.
*Liberi si cum proba uita alimenta habeant, ignobilitatem parentũ suorũ oblite
rabunt. *Liberi si cũ contumacia imperitiaq; fastosi fuerint, fœdant nobilitatem
suæ cognationis. Testam conglutinat, qui stultũ docet, & è profundo somno In stultos
dormientẽ laborat excitare. Dormientem alloquitur, qui stulto loquitur: qui fi
B nito sermone demum, Quid est? inquiat. †Mortuum lamenteris, q sit luce pri- Eccli 3[...]
uatus: nec minus deplores stultum, q sensum amiserit. Mortuum tamen leuius
defleas, utpote quiescentẽ; uita uero stulti morte peior est. †Defunctus septenis Gen.[...]
diebus est lamentabilis, stultus aũt & impius diebus uitæ suæ omnibus. Ne uer
ba

---

[f] Vel, necessaria.
[a] δάξεταί σε, al. δήξεταί.
[b] Vel, contra plagam illius nullũ est remedium.
[c] Vel, afflicti.
[d] σωρεύων εἰς χῶμα ταφῆς αὐτοῦ, al. εἰς χειμῶνα.
[e] εἰς ἀπώλειαν.
[f] Vel, seruat uoluntatẽ eius: si domini κυρίου, κρατεῖ, al. κατακρατεῖ.
[g] ἀγνή.
[h] ἐν ζωῇ αὐτοῦ.
[i] ἀσυνετος, al. σπαταλῶν.
[k] χλιδών, al. χλιδών.
[l] ἀπὸ προσώπου, al. ἀπ' αὐτοῦ.
[m] χείλη πολυλάλων τὰ ἐν αὐτοῖς διηγήσονται, al. χείλη ἀλλοτρίων ἐν τούτοις βαρυνθήσονται.
[n] ἐν δὲ καρδίᾳ.
[o] Vel, maledicum.
[p] οὗ ἐὰν παροικήσῃ.
[a] ἀνδρὶ ... αὐτῆς, al. ἄνδρα.
[b] δέ.

Digitized by Google

ba multa facias cum insipiente, nec ad excordem accesseris. Caue ab illo, ne habeas molestiã: nec labem ex [c]conquassatione ipsius contrahas. Declina ab eo, ut consequaris requiem, nec ex amentia eius mœrorem accipias. Quid nomines aliud quod grauius sit plumbo q̃ stultum? †Arenã & salem, ferreamq́ massam ferre [d]facilius est, q̃ hominem excordem. Vt [e]cõpages & iugamenta lignea ædificio indita concussu non dissoluuntur: sic animus firmatus perpenso cõsilio, [f]nullo tempore pertimescet. Animus sentẽtia cordata nixus, est uelut in polito pariete arenatũ tectorium. Vt positi in excelso ualli uentũ non sustinent, sic animus meticulosus in consultatione stulti nullum metum substiterit. Qui pungit oculum, elicit lachrymam: †qui cor stimulat, affectus proritat. Qui uolucres lapide petierit, abiget eas: qui probrum obijcit amico, dirimit amicitiam. Si gladiũ strinxeris in amicum, spem ne abijcias, est enim in gratiã reditio. Si uerbis inuectus fueris in amicũ, ne metuas, locus enim reconciliationi superest, dummodo conuitiũ, aut superbia, aut †arcani patefactio, aut ictus insidiosus abfuerit, his enim amicus omnis fugabitur. Probe te fidũ [g]amico pauperi, ut [h]unà læteris rebus eius felicibus. Fidem ei serues tempore calamitatis, ut unà cum eo uenias in possessionem ipsius. *Non enĩ spernẽda semper angusta res est, nec diues mentis inops admirandus. Vapor camini fumusq́ præcedit ignem, ita conuitia, [contumeliæ atq́ minæ] præcurrũt effusionem sanguinis. Amicũ tueri non uerebor, nec me subducam à cõspectu eius: quod si malum accepero per illum, quicunq́ factum audierit, cauebit ab ipso.

CAP. XXIII.

Quis apponat ori meo custodiam, labijsue meis sigillũ sapientiæ: quo fretus non corruã [a]subito, nec lingua mea perdat me. Domine pater, [b]totiusq́ uitæ meæ dominator, ne me permittas cõsilio illorũ, nec sinas me per ea corruere. Quis menti meæ flagella adhibeat, & cordi meo sapientem institutionẽ: ut ne parcant inscitiæ meæ, nec [c]illorũ peccata prætereant: ne inquã, inscitia mea multiplicetur, neue peccata mea [d]perniciosam accessionẽ faciant, & corruam corã aduersarijs meis, gaudeatq́ de me inimici mei, *quorũ spes procul abest abs tua misericordia. Domine pater, deusq́ uitæ meæ, ne mihi tribuas oculos elatos, *sed gigãteum animũ à seruis tuis semper prohibeas, auertas à me spes uanas & concupiscẽtias, *tibiq́ seruire cõtinuo cupientẽ retineas in officio. Ne me cõprehendat appetentia uentris & concubitus, nec me [e]seruum tuum permittas animæ impudenti. Institutionẽ [f]oris audite liberi, quã qui seruat, labijs suis non capiatur, [nec ex male factis suscipiat offensionem.] Scelerosus [g]labijs suis capietur, & maledictus ac superbus offendet in illis. †Ne asuefacias os tuũ iuramento, [quia multi sunt lapsus in illo,] nec nominãdi Sancti consuetudinẽ capias, [quoniam id impune non feres.] Sicut enim seruus crebro uapulans non leuatur uibicibus: ita q deierat, & nomen dei assidue usurpat, culpa nõ uacabit. Vir crebro iurans, replebitur scelere, nec flagellũ abscedet à domo ipsius. Cum commiserit peccatum, ipse culpam suam sustinebit: quam si non agnoscat, eandem conduplicauerit. Ac ne temere quidẽ usus iuramẽto, insons iudicabitur, nam domus eius crebris appetitur [h]insultibus. †Est sermo morte obuolutus: absit ut in possessione Iacob inueniatur. Sanè à [i]pijs aberunt hæc omnia, [k]neq; enim peccatis inuoluentur. †Os tuum [l]imperitæ temeritati ne asuefacias, nam inde [m]res existunt flagitiosæ. Memẽto patris & matris tuæ [n]cũ resides inter proceres, ne tu q̃q́ ab ipsis tradaris obliuioni, asuetudineq́ tua stultitiam contrahas, quamobrẽ te uelis non esse natum, & natalẽ tuum diem execreris. †Homo uerbis probrosis assuetus, disciplinam per omnem uitam suam non admittet. Duo genera peccatis abundant, & tertium meretur supplicium. Animus scilicet æstuans tanquam ardens ignis, qui non extinguitur, donec absumatur. Deinde scortator homo, qui cor

Margin (left): Prou.27.a; 1.Cor.14.c; Heb.4.c; De amicis 2.; Eccli 19.b; 27.c.d; Psal.140.a De loquacitate & lingua mala.; Exo.20.b; Eccli 27.d; Matt.5.d; Matt.24.c; Eph.5.a; 1.Reg.16.b De scortatiõis & adulterij foeditas.

Margin (right): C; D; A; B; C

Notes: [c] Id est, interitu: uel, dum quid eiaculatur. [d] ψυχρότερον. [e] Vel, subscudes. [f] ἐν παντὶ καιρῷ φόβῳ, &c. [g] רעה [h] εὐφρανθῇς, al. ὁμοῦ πλησθῇς. [a] ἄφνω. [b] ἀπάσης, al. μου. [c] Scilicet linguæ et labiorum: al. τὰς ἁμαρτίας ... ὕβρεις τῶν ἐν ἐπαγγελίᾳ ἁμαρτωλῶν μὴ παρῇς. [d] εἰς συντριβὴν. [e] τὸν οἰκέτην σου. [f] Al. στόματος ἀκούσατε. [g] ἐν χείλεσιν, al. ἐν τῇ ἀφροσύνῃ. [h] ἐπαγωγῶν. [i] ἐυσεβῶν. [k] ἐν ἁμαρτίαις οὐκ. [l] ἀπαιδευσίαν ἀσυρῆ, al. ἀκολασίαν δὲ καὶ. [m] דבר, λόγος, al. λογισμός. [n] בין

pore carnis suæ non conquiescit, donec ignem succẽderit. Quibus cibus suauis est homini scortatori: non cessabit, donec intereat. Homo deniq; tori sui temerator, sic animo secum cogitans, †Quis me uidet? Tenebris circũseptus sum, & parietes mihi præbent latebram, nec quisquã uidet me. Quidnam metuam? peccata mea non curat altissimus. Sanè huic hominũ tantum oculi timori sunt, nec intelligit oculos domini sole infinitis partibus perspicaciores, uias hominũ omnes [ac profundũ penitus] inspicere, atq; abstrusissima quæq; perlustrare. Antequã crearentur, pernouit omnia: atq; item postquã perfecta sunt, *omnia perspicit. Esa.29.c

D

†Quamobrẽ ille in plateis urbis [o]condemnabitur, fugabitur ut pullus equinus, & ubi non suspicatur, cõprehendetur, [eritq; omnibus dedecori, eo q; animo religionem Domini non coluerit.] Idem accidet mulieri uirũ [p]suum deserẽti, & hæredem paranti ex alieno. †Primũ enim legi Dei non obtemperauit, deinde peccauit in uirum suum, tertio aũt adulterio constuprata est, & liberos ex alieno uiro peperit. Ipsa producetur in concionẽ, & in liberos eius inquiretur. Liberi eius non agent radices, nec rami eius fructũ [q]afferent. Memoriã sui relinquet in execratione, nec probrũ eius abolebitur, ut superstites cognoscant, nihil esse religione Domini potius, nec quicq; suauius q̃ mandatis ipsius [r]attendere. *Deũ sequi ingens est gloria, & ab eodẽ recipi uitæ longinquitas. Leuit.20.b Deut.22.c Exod.20.c

o Vel, pœnas dabit ἐν διαϰαδίζυσι.
p αὐτῆς.
q οἴσουσι, al. δώσουσι.
r τὸ προσέχειν. al. τὸ προσέχοντος.

CAP. XXIIII.

A

SApientia cõmendat seipsam, & in medio populo suo gloriatur. Os suum aperit in concilio altissimi, & corã potentia eius se prædicat. [In medio populi sui se gerit magnifice, & in sancta multitudine miraculo est. In cœtu electorũ laudem habet, & se beatã inter beatos prædicat, & ait,] Ego prodiui ex ore altissimi, [ante omnẽ rerum naturã primogenita: ego lumen in cœlis indefessum produxi,] & in modũ nebulæ terrã omnem obtexi. Ego in sublimi sedem cœpi, & solium meum super columnam nubis collocaui. Orbem cœli circuiui sola, uadaq; profundi perambulaui. Omnes fluctus maris, & terram omnem, necnon cũctos populos gentesq; possedi, [& tam excellentiũ q̃ humilium corda calcaui omniũ.] Post hæc omnia quæsiui quietem, & in alicuius possessione domiciliũ. Tum conditor uniuersi mandata mihi dedit, & creator meus fixit tabernaculum Laus sapientiæ.

B

meum, & ait, In Iacob habita, & inter Israelitas accipe possessionẽ. †Ante æuum conditũ ab initio condidit me, & in æternũ non deficiã. †In tabernaculo sancto ministeriũ obiui coram eo, & ita in Sion confirmata sum. †Tum etiam in chara [a]ciuitate quietem mihi dedit, & Hierosolymis sum adepta potestatem. In illustri populo sum radicata, & in ea, quæ Domino cesserat, possessione. Instar Cedri in Libano excreui, & sicut in monte Hermon cupressus. Quasi †palma [b]circum littora uerticem extuli, & ueluti plantæ rosarũ in Iericho. Vt elegans oliua in [c]amœno cãpo, & ut platanus [d]ab aquis excellui. In modũ cinamomi & [e]aspalathi odorem spiraui aromaticũ, & ut præstantissima myrrha suauiter redolui, ut galbanus, ut [f]onyx, ut stacte thurisq; nidor in tabernaculo. Ego ut terebinthus expãdi ramos meos, rami uero mei rami gloriæ sunt & gratiæ. Ego quasi †uitis [g]odorã emisi gratiam, & flores mei fructus gloriæ sunt, & diuitiarũ. *Ego pulchræ charitatis, ego religionis, & cognitionis, speiq; sanctæ mater sum: * do autẽ Prou.8.c Exod.31.a Psal.131.b Deut.34 Ioan.15.a

C

[h]æterna liberis meis, quibus Deus iussit, simul omnibus. [In me est omnis gratia uitæ ueritatisq;, in me omnis spes uitæ & [i]præsidij.] Accedite ad me omnes cupidi mei, & facite ut fructibus meis impleamini. Nã memoria mei melle dulcior est, possessioq; mea fauo mellito iucũdior. †Qui me comederint, esurient amplius: & qui me biberint, adhuc sitient. Qui me audit, in nullã [k]prorsus ignominiam incidet: & qui mihi nauant operã, non peccabunt, [interpretesq; mei uitam æternam consequẽtur.] Hæc omnia ipse liber [uitæ &] pacti dei celsissimi sunt, [ueritatis scientia,] & lex quã Moses [præceptis iustissimis] tulit †populis Iacob hæreditariam, Ioan.6.d Exod.20.24.

a ἐν πόλει.
b ἐν αἰγιαλοῖς, al. ἐν γαδδί.
c ὀραίῳ.
d ἀφ' ὕδατος.
e ἀσπάλαθος, al. ὡς παλάθη.
f Id est, uas ex onyche unguentarium.
g ἀπέλασεν εὐωδίαν, al. χάριν.
h Vel, æternos fructus.
i חיל
k διαπαντός.

Digitized by Google

ditaris, [una cum promissionibus ad Israelitas pertinentibus.] *Ne elassescatis cum Domino fortiter agere, ut ipse uicissim cōfirmet uos. *Ipsi adhæreatis, quia dominus omnipotens Deus unus est, nec præter eum seruator alius. [Dauidi cōstituit se regē potentissimū creatum ex eo, qui in solio maiestatis sedeat in æternū.] A

†Quasi Phison [l]omnia replet sua sapientia, & ut Tigris nouarū frugum temporibus. In modū Euphratis fœcundat ingenium, & quasi tempore messis Iordanis. †[m]Disciplinā profert ut lucem, inundat sicut Geon tempore uindemiæ. Primus eam non pernouit exacte, nec item peruestigauit ultimus. Nam abundantior mari est intellectus eius, & consilium eius profundo immēsius. Ego [n]sapientia [tota effundo flumina, &] quasi fossa è flumine ducta, atq; ut aquæductus [o]in paradisum pertineo. Cū dixi, Horto meo [p]eximio potū dabo, [q]iustamq; meam areolam irrigabo, aquæductus ecce meus euasit flumen, & flumen meū in mare excreuit. [r]Quoniam disciplinā illumino ut diluculum, & in multum tempus illustro [s]eam. [Imas omnes terræ partes penetro, dormientes uideo quoscunq;, & spem in Domino ponentes omnes illumino.] [t]Etiamnum effundo doctrinā ut oraculum, perq; sæculorum ætates emitto eam [quærentibus.] †Videtis non soli mihi laborasse me, sed omnibus sapientiā quærentibus. D

CAP. XXV.

TRia me exhilarāt, & corā Domino simul & hominibus condecorāt. Nempe †concordia fratrū, *amicitia propinquorū, & †uir ac uxor inter se bene consentientes. Tria uero genera odit animus meus, eorumq; uitam perq̄ indigne fero, Pauperem scilicet superbū, mendacemq; diuitem, & senem adulterum, utpote mentis impotem. Si nihil in iuuentute cōgessisti, quomodo rem facias in senectute? Quanto est ornamento canitiei iurisdictio, & cognitio cōsilij senibus. *Quàm decora senibus est sapientia, & intelligentia cōsiliumq; honoratis. Multiplex peritia corona senum est, & gloriatio eorundem religio Domini. Nouem coniecturas animo meo beatas iudico, linguaq; mea pronunciabo decimā. Beatus homo cui uiuo liberi iucunditatem afferunt, & qui uidit casum inimicorum suorum. Beatus qui uxorem habet cordatam, †quiq; lingua sua lapsus non est, & qui indigno se non seruiuit. Beatus qui prudentiam assecutus est, & qui iustitiam auribus auscultantiū edisserit. Quàm magnus est qui sapientiā est adeptus: sed reuerente Dominū nemo maior est. [a]Religio Domini [b]claritate superat omnia, [beatus homo cui contigit religio Domini,] qui præditus est illa, cuinā comparari poterit? *Religio Domini amoris ipsius est initiū, fides autem origo coniunctionis cum ipso. [Summa plaga est mœror animi, summaq; malitia, malitia muliebris.] Cedo quamuis plagā, modo ne plagā animi: & quamuis malitiam, modo ne malitiā mulieris. Cedo quemuis impetū, modo ne impetū odio flagrantiū: & ultionē undecunq;, modo ne ab inimicis. Vt nullū caput est, capite serpentis nocentius: ita non est ira, ira [c]inimici pestilentior. *Apud leonē & draconem cōmorari præoptarim, potius q̄ habitare cum improba muliere. Mulieris malitia deformat [d]uultū ipsius, & [e]tanquā ursi faciem eius infuscat. Sedens inter uicinos suos uir eius, [f]propter ipsam inuitus etiā ingemiscit grauiter. Parua est omnis malitia præ malitia mulieris: *sors scelerosorum eam opprimat. Quod ascensus [g]arenosus pedibus senis est, hoc est mulier linguax uiro [h]sedato. †Ne offendas in pulchritudinē mulieris, nec mulierem [i]libidinose concupiscas. Iracunda, impudens, & perq̄ probrosa est mulier, [k]quę uiro suo sumptum suppeditat. Cor afflictū, & uultū tetricū, crucemq; animi creat mulier improba, tum manus omissas & resoluta genua: †nec uirum suum [l]beabit. Peccatū duxit initiū à muliere, & per eandem omnes morimur. Caue aquam [uel minimum] [m]finas erumpere, id est, improbæ mulieri ne patefacias uiam licentiæ. Si ductum manus tuæ non sequitur, [in conspectu inimicorum confundet te:] fac eam abscindas à

Left margin: Deut.4.a; 9.b; ...3.d; Eccli 33.b; ...en.13.b; Rom.12.a; Gene.2.d; Eccli 40.d; Cor.6.c; ...aria.; Eccli 14.a; 9.c; ...c.3.a; Religionis commēdatio.; Mulier ma...; Prou.21.c; Eccli 42.b; Reg.12.a; 3.a; Gen.3.a

Right margin notes: [l] πάντα τῇ σοφίᾳ αὐτ. [m] παιδείαν γνώσεως. [n] ἡ σοφία. [o] Vel, in pomariū. [p] ἄριστον. [q] δικαίαν. [r] ὅτι, al. ἔτι. [s] αὐτήν. [t] ἔτι, al. ὅτι. A. [a] φόβος, al. ἀγάπησις. B [b] εἰς φωτισμόν. [c] Al. mulieris. [d] τὸ πρόσωπον, al. τὴν ὅρασιν. [e] ὡς ἄρκτος, al. ὡς σάκκον. [f] καὶ ἀκούσιος ἀνεστέναξε δι' αὐτήν, al. C καὶ ἀκούσας ἀνεστέναξε πικρά. * Vel, sors scelerosorū in eam cadat, id est, scelerosi sortiantur eam. [g] Vel, scrupulosus. [h] Vel, quieto. D [i] εἰς τρυφήν, uel delitiarum causa. [k] Vel, quæ uiro suo præit: uel, sibi uendicat imperium. [l] μακαριεῖ, al. οὐ μακαριοῖ. [m] παρρησίαν ἐξόδου, al. ἐξουσίαν.

n Scilicet libellum repudij.
a ζωῆς: uel, annos uitæ ipsius replet tranquillitate.
b Al. πρὸς κύριον, ἐν παντὶ καιρῷ πρόσωπον ἔχοντες ἱλαρὸν γαυριάσουσι.
c καὶ ῥέμβας.
d ἀδιατρέπτου.
e εὑρὼν πηγὴν.
f νοῦν.
g καὶ πιστὴ.
h αὐτῆς.
i Vel, opes. חיל
k Vel, sputo.
l Qua figura Germanice dicimus, tū fel vff der hell zeiagen.
m ὁμοιότροπος, malim tamen legere, ὁμότροφος, id est, cōuiuens illi, siue con uictu eius utens.
n Vel, uir fortis.
a ἐν ὀφθαλμῷ αὐτοῦ, id est, iudicium, uel cogitationem.
b σκύβαλα: uel, quid in homine reijciendum sit: uel, spurcitia inhæret cogitationi hominis, al. σκῦλα.
c Vel, cogitatio.
d Vel, cogitatio.
e λογισμός, al. λόγος: uel cogitatio.
f Vel, perpēsam cogitationem.
g Σαυτὸ.

corpore tuo: * nda, & eam repudia.

CAP. XXVI.

A BEatus est uir probæ mulieris, nam numerus dierum ipsius conduplicabitur. Mulier strenua uirū suū exhilarat, facitq; ut annos a uitæ suæ exigat per tranquillitatem. Vxor bona, bona est obuentio, pro præmio obtinget Dominum reuerentibus. Tam diuitis cor b erga Dominum q̄ pauperis lætificat, ut omni tempore uultu sint hilari. Tria expauescit cor meum, quartumq; facies mea exhorrescit, Proditionem scilicet ciuitatis, populiq; seditionē, & calumniam, quæ morte grauiora sunt omnia: at dolor animi, luctusq; mulier est æmulans mulierem, & flagellū linguæ cum quibusuis communicans. Similis iugo boum laxitate inquieto est mala mulier: qui eam sibi adiungit, †perinde facit ac qui apprehendit B scorpionē. Noxa magna est mulier ebria c & indomita, ut quæ non celet suā turpitudinē. Impudicitia mulieris elucet in elatis ipsius oculis, & e palpebris suis cognoscitur. †Filiæ d inuerecūdæ custodiā adhibe, ne nacta licentiam, se permittat suæ libidini. Oculū impudentē asserua, aut ne mireris, si in te deliquerit. Tanquā uiator sitiens e reperto fonte os aperiet, & bibet de proxima quauis aqua: ad omnem palum desidebit, & obuiam cuiuis telo pharetrā, [donec deficiat,] aperiet. Comitas uxoris delectat uirū suum, & ossa ipsius pinguefacit eiusdem peritia. Vxor taciturna & f cordata donū Dei est, nec est quo pretio permutes erudìtam animam. Gratia alia super aliam est uxor pudēs g & fidelis, nec tanti pon C dus est ullum, ut eo rependas animi h ipsius modestiā. Quod est in supremis Domini sol oriens, hoc in ornatu domus suæ pulchritudo bonæ mulieris. Lucerna splendens in sancto candelabro, uenustas faciei in ætate constāti est. †Instar columnarum aurearū super basi argentea sunt crura formosa cum pectore stabili. *Fili, uirgorē ætatis tuæ cōserues incolumē, nec i robur tuum impertiaris alienis. *Vbi per omnes campos fœcundam possessionem quæsieris, fac generositate tua fretus propria semina iacias. *Sic demum soboles tua superstes libera ingenuitatis professione confisa adolescet. *Mulierem meretricem k porcæ cōparaueris, nuptas autem maritis propugnaculum contra mortem æstimes. *Mulier impia D præmium dabitur iniusto, pia uero continget reuerenti Dominum. *Inhonesta mulier contemnit ignominiā, honesta uero filia uirum reuerebitur. *Mulier impudens cani conferenda est, nam quæ pudore prædita est, reueretur Dominum. *Mulier uirū suum honorans, sapiens ab omnibus iudicabitur: spernens autem eum impia, nobilitabit superbia. *Clamosa mulier & linguax l ad hostes fugandos exquiratur: omnis uero hominis animus m his moribus similis uersabit inter tumultus bellicos. [Vt æternū est super firmam petram fundamentum, ita mandata Dei in animo sanctæ mulieris.] Duo cor meum contristant, & tertium mihi mouet indignationem. n Vir bellicosus laborans egestate, uiri cordati indigna patientes, & qui se à iustitia transfert ad peccatum. Dominus eum cædi destinabit.

Vxor bona.
Iud.16.
Eccli 42.b Asseruādas esse filias.
Vxor.
Cant.5.c
A eris uitæ peratio scortanonis cū laude fidelis cōiugij.

CAP. XXVII.

A DVo genera difficilia mihi uidentur & periculosa.] Mercator uix euitabit delictum, & caupo culpa nō uacauerit. Multi peccauerūt †propter inopiā, & qui quærit abundare, a oculū suum peruertit. Vt fixus inter compages lapidum paxillus, peccatū inter uenditionem urgetur & emptionē, [delictumq; cum delinquente consumetur.] Nisi quis religionē Domini studiose tenuerit, breui euertetur domus eius. Vt sordes in excusso cribro remanent, ita b spurcitias hominis discernit c ratio. †Fornax exercet uasa figuli, sed hominē probat d ratio hominis. *Vt cultum arboris fructus eius indicat, ita corda hominū meditata e ratio. Ne laudes quenquam ante f rationem initam, hæc enim hominū probatio est. †Si secteris iustitiam, assequeris g eam, & tanquam togam honorificam in-B dues. [Cum hac habitabis, quæ te protegat in æternū, ut tempore inquisitionis inuenias:

Auaritia.
1.Tim 6.b
Prou.23.a
Homines ratione probādos esse.
Prou.17.c
1.Pet.2.b
*Matt.7.b
Studium iustitiæ.

Digitized by Google

inuenias firmamentū.] Volucres adiungunt se sibi similibus, itemq́ ueritas accedit ad eos qui ipsi dant operam. Vt leo feræ insidiatur, ita [b] peccatum iniusta patrantibus. Narratio pij [ut sol] perpetua est sapientia, stultus autem more lunæ uariat. Insipientibus interuenturus † [i] obserues opportunitatem: at cœtū cordatorum frequens adeas. Narratio stultorum offensionē habet, & risus eorum scelerosam uoluptatem. † Sermo crebro iurantis horrorē incutit, & aures obtundit contentio taliū. Concertatio superborū sanguinis effusio est, & conuitia eorū auditu grauia. † Enunciator arcanorum fidem perdit, nec amicū pro animi uoto inueniet. Fac ames amicū, & te fidū ei præbeas: quod si arcana eius effutias, non assequaris eum postea. Vt enim quispiam inimicum suum interemerit, ita beneuolentiam perdideris amici: & quasi qui auem manu emiseris, ita amiseris amicū, quem nullo uenatu recuperes. Ne secteris eum, quoniam procul abscessit, & quasi caprea effugit laqueum. Nam uulnus quidem alligari potest, & à conuitijs locus est reconciliationi, sed arcani proditor [infelicis animæ] † [k] spē amisit. Mala molitur nictans oculo, qui nouerit eum, missum faciet. In conspectu tuo loquetur suauia, dictaq́ tua mirabitur: postea uero peruertet os suum, dictaq́ tua uocabit in inuidiā. Odio permulta prosequor, sed nihil æque atq́ talem: oditq́ adeo eum etiam Dominus. Qui lapidem in altum mittit, in caput suum miserit, & ictus clandestinus [l] uulnus infligit. † Qui foueā effodit, in eandem incidet: & qui ponit laqueum, eodem capietur. Qui molitur mala, malis [m] inuoluetur, nec sciet unde sibi ingruant. Illusio probrūq́ comitatur superbos, & ultio [n] eis more leonis insidiabitur. Qui lætantur casu [o] piorū, capientur laqueo, & ante mortē dolore conficientur. Et furor & ira sunt execrabilia, & uir scelerosus his est obnoxius.

CAP. XXVIII.

C † Vpidum ultionis ultio manet à Domino, qui peccata eius [a] sedulo conseruabit. * Remitte iniuriam proximo tuo, & tum tibi quoq́ oranti peccata condonabuntur. An ne homo iram alat aduersus hominē, & à Domino salutē postulet? aut hominis sibi similis misereri neget, & peccata sua deprecetur? Quod si mortalis ipse fouet iram, [& ueniā petit à Deo,] quis peccata eius expiet? Memento extremorum, & depone inimicitias: [b] exitium aut mortem alteri ne molire per irā; sed persiste in mandatis. Perpende mandata, nec irascaris alteri: perpende pactum altissimi, & parce inscitiæ. † Abstine rixis, peccataq́ minues, nam iracundus homo pugnam accendet. Vir scelerosus cōmittit amicos, paceq́ habentibus calumniam inijcit. † Pro portione syluæ inflammatur ignis, id est pro uiribus hominis inualescit furor eius, proq́ diuitijs eius ira intumescit, & [c] ardor augescit pro rixæ uehementia. Rixa concitata ignē accendit, acrisq́ pugna effundit sanguinē. Scintilla, si afflaueris, exardescet: sin expueris in eam, extinguetur: attamen utrūq́ ex ore tuo proficiscitur. † Delatorē execreris, & bilinguē: multos enim pacē habentes perdiderunt. Lingua [b] duplex exagitauit multos, & eos ex alia in aliam gentē transtulit, urbes diruit ualidas, potentūq́ domos euertit; [confecit uires populorū, gentesq́ potentes dissipauit.] Lingua [e] duplex profligauit strenuas mulieres, suisq́ defraudauit [f] laboribus. Qui deditus est illi, non consequetur tranquillitatē, nec habitabit quietus. Ictus flagelli uibices excitat, ictus uero linguæ ossa cōminuit. Acie gladij multi occubuere, non tamen præut qui per linguā interierunt. Beatus qui tutus fuit [g] ab ea, nec in furorē eius incurrit: qui iugū ipsius non subijt, nec uinculis eius fuit constrictus. Iugum enim ipsius iugū est ferreū: & uincula eius, ærea uincula. Mors dira mors eius est, & orcus q̄ illa cōducibilior. [Nulla diuturnitate perdurabit, sed tenebit uias iniustorū.] Pios nequaquam occupauerit, nec flamma ipsius conflagrabunt. Qui deserunt Dominū, incident in illam: exardebit in eos, nec extingui poterit. In hos quasi

Marginal notes (left): Sermo. Rom. 12. b Col. 4. a — Eccli 23. b — Eccli 19. b 22. d — Amicitia. — Prou. 10. b — 1. Hest. 7. b Psal. 7. b Prou. 26. c Eccls 10. a — Deute. 32. c Rom. 12. c * Matt. 5. b 6. b 18. b Vlcisci se non est hominis. — Eccli 8. a In perturbatores concordiæ. — Prou. 26. e — Eccli 21. d — Lingua.

Marginal notes (right): b ἁμαρτία τοῖς ἐργαζομένοις ἄδικα, al. κακίαν. — i Vel, tēpori seruias: uel, inter insipientes tēpus obserua: at inter cordatos crebro loquere. — k ἀπήλπισεν, al. ἀπήλπισε, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτὸν, al. καὶ ἰδὼν αὐτόν. — l τραῦμα. — m ἐμπεσεῖται, al. συμπλακήσεται. — n αὐτούς. — o ἐν πτώσει εὐσεβῶν. — a διατηρῶν διατηρήσει. — b καὶ μὴ μηνίσῃς τῷ πλησίον καταφθορᾶς, &c. — c ἐκκαυθήσεται, al. ὁ θυμὸς αὐξηθήσεται. — b Διαὴ, al. τρισσὴ, triplex. — e Διαὴ, al. τρισσὴ. — f Id est, rebus labore suo partis. — g ἀπ' αὐτῆς, al. ἀπὸ προσώπου αὐτῆς.

Margin letters: C, D, A, B, C, D

Digitized by Google

leo immittetur, & uelut pardus calamitatem eis afferet. [h]Spinis circumsepias possessionem tuam, *id est, ori tuo ualuas opponas & obices. Obliga argentum & aurum tuum, hoc est, sermonibus tuis [i]superliminare, limenq; adhibe, [& frenos rectos ori tuo.] Attende ne quid titubes [k]illis, ut ne coram insidiatore corruas, [casuq; tuo mortem oppetas irremediabilem.]

CAP. XXIX.

A QVi studet benignitati, *mutuum [a]det alteri: & [b]cui multum in manu est, mandata exequatur. Proximo tempore necessitatis suæ dato mutuũ, rursumq; suo tempore proximo restitue. Fac [c]dicta tua firmes, fidumq; te præstes ipsi, ut omni tempore necessaria tibi reperias. Multi quod mutuo acceperant, pro reperto habuerunt, molestiasq; exhibuerunt suis adiutoribus. Sunt qui dum accipiant, manum cuiuspiam exosculentur, & propter pecunias alterius utantur uoce supplici, qui rursum tempore restitutionis rem extrahant, contemptimq; uerba dent, & tempus causentur. Quod [d]etiamsi soluendo fuerint, [[e]tergiuersantur sedulo,] dimidium uix afferunt, debitumq; pro repertitio ducunt: [f]sin quem minus sua defraudent pecunia, inimicitias tamen suscipiunt cum [g]immerito, execrationes ei rependunt conuitiaq;, & pro honore [beneficioq;] reddunt B contumeliam. Multi [h]non per malitiam se [i]auertunt ab homine, sed immerito defraudari metuunt. Veruntamen erga supplicẽ clementia utitor, nec eum expectatione benignitatis [k]extrahas. Propter præceptum subuenias pauperi, nec qua inops est, remittas abs te uacuum. Propter fratrem & amicum amittas pecuniam, [l]nec sub lapidem recondas ad perniciem. † Thesaurum tuum secundum mandatum altissimi colloca: etenim utilior auro tibi fuerit. *In cellas tuas concIude benignitatem, nam ea te ex omni afflictione liberabit. [Beneficentia cuiusq; quasi sacculo reposita apud ipsum, gratiam eius cõseruabit uelut pupillam, & tandem emicans præmium in suum caput cuiq; regeret.] Magis q̃ scutum ualidum, robustaq; lancea aduersus hostem pro te decertabit. Vir bonus fideiubebit C pro amico, at qui pudorem amisit, amicũ deseret. Ne obliuiscaris gratiæ [m]fideiussoris, nam animam suam pro te deposuit. [n]Beneficium fideiussoris praue compensat scelerosus, *scelerosus fideiubere nolet, & ingratus animo liberatorẽ suum deserit. Fideiussio multos perdidit feliciter agentes, & eos in modum marini fluctus exagitauit. Viros potentes [uersans] domo pepulit, & uagos effecit inter gentes peregrinas. Scelerosus [o]præceptorum Domini uiolator [p]recidet ad fideiussiones: & qui præstanda consectatur aliena negotia, litibus implicabitur. Succurre proximo pro uirili parte tua, ueruntamen caue tibi, ne qua irretiaris. D † Summa uitæ [q]humanæ est aqua, [r]cibus & uestitus, atq; domus uelamento turpitudinis. Victus pauperis sub tecto laquearium præstat, q̃ apparatus ciborum in alienis. † Paruis æque atq; magnis contentus sis, *ut ne tibi domiciliũ exprobrari audias. Vita misera est ex alia in aliam domũ migratio, nam [s]ubi eris inquilinus, non audebis hiscere. Hospitio, [cibo,] atq; potu excipies ingratos, & insuper acerba audies. Vade inquiline, mensam extrue: & si quid ad manum est cibi, mihi præbeas. Cede præsenti magnificentiæ, inquiline: [t]opus est domo, excipiendus hospitio mihi frater est. Grauia sunt hæc homini mentẽ habenti, obiectatio domus, ac creditoris solicitatio.

CAP. XXX.

A QVi filium suum amat, crebris flagellis eum appetit, ut ad extremum sibi sit lætitiæ. Qui filium suum castigat, [a]fruetur filio, & inter nobiles eo gloriabitur. † Qui docet filium suum, quod inimicũ urat, facit: & lætus eo fuerit coram amicis. Si obierit pater eius, perinde est quasi non obierit, ut qui similem sui reliquerit superstitem. Viuus eum uidit, [b]eoq; lætatus est, & in morte sua non contristatus, [nec affectus pudore coram inimicis.] Aduersus inimicos reliquit uindicem, & redditurum gratiam amicis. [c]Qui mansuefacit filium, uulnera

---

Marginal notes (left):

[h] καὶ περίφραξον, al. ἴδε περίφραξον.
[i] ζυγὸν καὶ σταθμόν, al. ζυγόσταθμον: uel, iugum & stateram, id est, modum.
[k] ἐν αὐτοῖς, al. ἐν αὐτῷ.
[a] Vel, dat.
[b] Vel, qui manui suæ imperat, mandata exequitur.
[c] λόγον σου.
[d] ἐὰν ἰσχύσῃ δ' οὐ.
[e] Vel, perdifficiles se exhibent.
[f] Vel, sin minus: quẽ sua defraudarunt pecunia, cũ eo inimicitias ultro suscipiunt, &c.
[g] δωρεάν, al. οὐ δωρεάν.
[h] οὐ, al. οὖν.
[i] Vel, hominem repellunt ἀποστρέψαι ἄνθρωπον.
[k] μὴ παρελκύσῃς.
[l] καὶ μὴ κατάκρυβε, al. μὴ ἰωθήτω.
[m] ἐγγυητοῦ.
[n] ἀγαθὰν ἐγγύην, al. ἀγαθὰ ἐγγυητοῦ.
[o] παραβαίνων ἐντολὰς κυρίου ἐμπεσεῖται.
[p] Id est, eò deueniet, ut sit ipsi opus fideiussore.
[q] ἀνθρώπου.
[r] לֶחֶם
[s] οὐ παροικήσεις.
[t] Alibi præponitur, alibi postponitur.
[a] ὀνήσεται, al. εὐφρανθήσεται.
[b] ἐπ' αὐτῷ.
[c] περιψύχων υἱόν, al. περὶ ψυχῶν υἱῶν.

Marginal references (right):

Leuit. 6. d
*Deu. 15. a
Beneficentia.
Matth. 6. c
Luc. 12. d
1. Tim. 6. d
*Dan. 4. d
Luc. 11. d
Act. 10. a
Fideiussio.
Eccli 39.
Laus frugalitatis.
Psal. 36. b
1. Tim. 6. b
Hebr. 13. a
Prou. 13. c
23. b
Castigatio liberorum.
Deut. 6. a

nera ipsius alligat, & facit ut ad uocem omnem expauescat medullitus. Equus B
indomitus euadet intractabilis, & filius dissolutus peruicaciam induet. Lactes
filium, terrítabit te: ludas cum eo, te contristabit. [b]Ne arrideas illi, ut ne doleas
Eccli 7.c cum eo, tandemq; dentibus tuis infrendeas. †Ne indulgeas ei iuueni licentiam,
*nec ad imperite facta eius conniueas. *Inflecte ceruicẽ adhuc iuueni, & dum
puer est, tunde latera ipsius, ne fortè obdurescens nolit parère tibi, *animoq; tuo
dolorem afferat. Erudi filium tuum, & elabora in hoc, ut ne ignominia eius ti-
Laus sanitatis. bi fit offensioni. Potior est pauper sanus, & bene ualens, q̃ diues affecto corpo-
re. Sanitas & incolumitas præstant omni auro, & ualens corpus immensis opi C
bus. Nullæ diuitiæ meliores sunt sanitate corporis, nec ulla uoluptas maior læ-
titia animi. Melior est mors q̃ amara uita: & [diuturna requies,] q̃ morbus lon-
In auaros. ginquus. [e]Bona ori clauso [f] offusa, perinde sunt ac missus ciborum sepulchris
†Bel.2. appositi. Quorsum simulachro libamenta? †neq; enim edet inde, nec odorẽ per-
cipiet: ita se habet qui profligatus est à Domino, [& mercedẽ perfert iniquitatis.]
Eccli.20.a Oculis uidet, & ingemiscit, †ut spado uirginem complectitur, & suspirat. †[g]Ne D
†Pro.12.d
15.b.17.d demergas animum tuum in mœstitiam, nec affligas teipsum tuis consilijs. *Læ-
*Pro.14.d titia animi demum homini uita est, [thesaurusq; sanctitatis inexhaustus,] & gau
dium cuiusq; ætatis longinquitas. Dilige animam tuam [dum deo placeas, san
ctimoniaq; eius] præbe cordi tuo solatium, & longam abs te mœstitiam aspelle.
2.Cor.7.b †Multos enim mœror interemit, nec ullus in eo fructus est. Inuidia & iracundia
dies minuunt, solicitudoq; præmaturam inducit senectutem. [h]Cor splendidum
& benignum cibos sibi procurabit [i] ad edendum. CAP. XXXI.

1.Tim.6.b Auaritia. STudium diuitiarum corpus tabe conficit, & somnũ abigit solicitudo earũ. A
Solicitudo uigil [a] prohibet soporem, & grauis ægritudo somnũ adimit. [b]La
borat diues in congestis opibus, & in quiete occupatur suis diuitijs. Laborat pau
per in uita tenui, & fit egenus in quiete. Amator auri nõ habebitur pro insonte,
Eccli 8.a & qui consectatur exitium, eodem satiabitur. †Multi propter aurũ ad casum dati
sunt, & paratum habuerunt ante oculos suos exitium. Lignũ offendiculi est ei
sacrificantibus, [uæ consectantibus illud,] omnis insipiens eo capietur. Beatus di
ues repertus sine crimine, qui aurũ sequutus non est, [nec spem in pecunia thesau
risq; posuit.] Quis est ille? nam beatũ prædicabimus, q; in populo suo mira præ-
stiterit. Quis eo probatus est, & cõpertus integer? is esto specimen gloriæ. Quis
potuit peccare, qui nõ peccarit? quis male agere, qui male nõ egerit? Huius enim
Temperantia. uirtutes constabilientur, & cœtus [sanctorũ] prædicabunt *benefacta eius. Si B
accubuisti mẽsæ magnificæ, ne faucibus tuis inhies in illã, q; [c] dicas multa esse ap
posita, sed quantũ malum sit oculus nequã memineris. Nam quid nequius ocu
lo creatum est, quippe qui [d] quacunq; de causa lachrymetur? Ne extendas manũ
Matth.7.a quocunq; respexerit, nec eam una cum ipso in catinũ inferas. †Affectũ alterius
è tuo iudica, & rem omnem perpende. [e]Apposita tibi ut homo comedas, nec in-
gurgites, ut ne uenias in odium. Modestiæ causa desiste primus, nec te præbeas
insatiabilem: ut nequid offendas. Quod si discubueris inter multos, ne extendas
Eccli 37.d manũ primus, [potiúmue primus petas,] †modicũ enim homini temperanti suffi
cit, quo fit ut non anhelet in cubili suo, [nec dolorẽ sentiat.] Somno salubri fruun C
tur uiscera temperantis, mane surgit idem, & cõpos est animi: labor autem uigil,
& cholera, torsionesq; exercent hominem insatiabilem. Quod si te cibi angant,
exurge, obambula, [f]uome, ut conquiescas, [nec morbum corpori tuo cõtrahas.]
Rom.12.b Audi me fili, nec spernas me: etenim quæ dico tandẽ experieris. †Præbe te prom
ptum in omni negotio, nec ullus morbus inuadet te. †Panes erogantem labia
Prou.22.a Liberalitas prædicabunt, testificatioq; decoris eius certa est. Super maligno pane fremet ciui
Eccl.5.b tas, [g]quod certum est malignitatis eius testimonium. †Ne probes te uirum in

[d] μὴ.
[e] In eos qui non utuntur bonis, quæ habent.
[f] ἐκκεχυμένα, al. ἐγκεχυμμένα.
[g] Quod hic additur in quibusdam, ὅτιπερ ὁ ποιῶν ἐν βίᾳ κρίματα, non legitur in emẽdatioribus, egoq; puto ab aliquo inepte huc translatum ex capite 20. A, ubi similia leguntur.
[h] Quæ hic leguntur in quibusdam Græcis, Ὡς καταμάθετε ... ἕρ, &c. ad 33. cap. pertinent. Quæ autẽ huc pertinent, in fine 36. cap. reperies, λαμπρὰ καρδία, &c.
[i] Q. d. Non amẽ ut multa auare congerat, quibus frui non audeat.
[a] Vel, remuit.
[b] Id est, nimia solicitudine tã diues quã pauper miser est. Hic enim tempore quietis & somni de sua pauperie cogitãdo, pauperior fit animo: ille cura partorum discruciatur.
[c] Vel, nec dicas, Multa sunt apposita, q. d. ideo me multis ingurgitabo.
[d] Vel, super quauis oblata.
[e] Vel, proposita.
[f] ἐμέσον.
[g] Vel, & certũ erit, &c.

D uino, * uinum enim multos perdidit. Vt fornax probat duritiã mucronis dum mergitur, ita uinum corda superborum [b] ebrietate. † Vinũ humanæ uitæ [i] accommodatũ est, cum temperate bibitur. Quænam uita est eius, qui uino uictus est? Vinum exhilarandis hominibus creatũ est, [non inebriandis.] * Lætitiam animi parit, & hilaritatẽ, uini potus iustus & opportunus, [animi simul & corporis sanitatem potus sobrius.] Vinum copiose potum creat acerbitatem animi, cum rixis & contumacia. Ebrietas exauget animũ insipientis, donec offendat, uires eneruat, & parit uulnera. † Ne reprehendas alterum in uinolenta cõpotatione, nec quenquã in lætitia sua uituperes. Dicto probroso ne petas illum, nec premas [f] obuium.

*Iudit. 13.a Temperantia. Psal. 103.b Prou. 31.a 1. Tim. 5.c Eccli 20.a

h ἐν μέθῃ, al. ἐν μέθῃ. i ἰλαρόν. f ἐν ἀπαντήσει, al. ἐν ἀπαιτήσει.

CAP. XXXII.

A SI † * rector constitutus es, ne efferaris, sed cæteris te præbeas æquabilem. † Habe curam eorum, & sic demum reside: fac omni tuo [a] fungaris officio, & quiesce cum laude, ut læteris nomine eorum, decorisq; gratia coronam accipias. Loquere [b] senex, quia decet [c] te, cum docto duntaxat studio: nec musica prohibe. [D] Vbi locus est auscultandi, ne uerba fundites: † nec sapientem agas intempestiue. Quasi insigne carbunculi in aureo ornatu est concentus musicorũ ad uinum in conuiuio, & modulatio cantorum in iucunda compotatione, est sigillum smaragdi in apparatu aureo. B Loquere adolescens, si ueniat usus tui, uix tamen etiã bis inuitatus. Summatim uerbis paucis multa cõplectere: fac intelligas, interimq; taceas. † Ne te adæques proceribus inter quos fueris, & [e] ubi senes adsunt, ne multa garrias. Vt fulgur præcedit tonitru, ita pudentem gratia prægreditur, [ut pro reuerentia consequaris beneuolentiam.] Mature surgas, [f] non inter ultimos: recipe te domũ, nec desideas. Ibi lude, tuoq; indulge arbitrio: [g] dum C ne pecces, aut superbe agas. Ad hæc creatorẽ tuum celebres, qui te bonis suis ditat effusissime. Qui reueretur Dominum, [h] amplectetur disciplinam eius, & mane petentes eum, reddent sibi beneuolũ. Qui sectatur legem, locupletabitur ea: simulator autem offensionem ex ea suscipiet. Qui Dominum reuerentur, deprehendent quid iustum sit, & tanquã lucem accendent iustitiam. Homo scelerosus declinat castigationem, & pro uoluntate sua prætextum [i] cõminiscitur. Vir D consultus non spernit deliberationem, at ineptus & superbus metu non afficitur, etiamsi quid egerit [k] impræmeditatus. Ne quid [l] inconsulte facias, ut ne te facti pœniteat. Ne ingrediaris uiam impeditam, ut ne offendas in petricosis. Rursum autem planæ uiæ ne fidas, atq; etiam à liberis tuis tibi caueas, [& ne tibi noceant domestici prouide.] In omni opere [m] bono animum fidelem [n] præsta: hoc enim mandata seruare est. Qui [o] Domino fidus est, præcepta seruat: & qui nititur [p] eo, non accipiet detrimentum.

†Deu 17.d †Rõ. 12.b Mansuetudo. Varia præcepta. †Eccli 3.a Eccli 20.a Iob. 32.a

a ποίησον, καὶ ὕστερον ἀνάπεσον. b πρεσβύτερε, al. πρεσβύτερος. c ἐν ἀκριβείᾳ ἐπιστήμης, καὶ μὴ ἐμποδίσῃς μουσικά, al. καὶ ἐμποδίσεις. d ὅπου ἀκρόαμα, al. ὅπου ἐκ ἀκρόαμα, legerunt. e ὅπου γέροντες, al. ἐτέρου λέγοντος. f καὶ μὴ οὐραγεῖ. g καὶ μὴ ἐν ἁμαρτίαις καὶ λόγῳ, al. καὶ μὴ ἁμάρτῃ λόγῳ, &c. בדבר h αὐτῷ ἐκδοχήν, al. ἐκλέξεται. i ἐξευρήσει, al. εὑρήσει. k ἄνευ βουλῆς. l ἄνευ βουλῆς. m ἀγαθῷ. n האמן o κυρίῳ, al. νόμῳ. p ἐπ' αὐτῷ, al. κυρίῳ.

CAP. XXXIII.

A REuerenti Dominum nihil accidet mali, sed Deus [a] eum è tentatione rursum eripiet. Non odit legem uir sapiens, qui autem ficte uersatur in ea, uelut nauis in procella est. Homo cordatus fideliter uersabitur in lege, & lex ei uicissim erit fidelis. Qualia [b] iusti quærant, talia para dicere, eoq; pacto auditores inueneris: amplectere eruditionẽ, & ita demũ responde. † Similia rotæ currus intima stulti sunt, & uelut axis uersatilis eiusdẽ cogitatio. Equus admissarius hinniens sub quouis equite, amico cauillatori cõparandus est. Quare dies diẽ [c] præcellit, cum omnis lux dierum anni à sole proficiscatur? Iudicio Domini distin- B cti sunt, qui uices temporũ festorũq; dierum disposuit, [& sua diuisit sapientia.] Is alios dies extulit, & consecrauit, alios in ordinẽ dierum coẽgit. † Et omnes homines è terra sunt orti, & Adam è terra creatus est. Sed Dominus multiplici scientia distinxit eos, & instituta eorũ uariauit. Alios beauit & euexit, consecrauit, dicauitq; sibi alios. Alios execratus est & depressit, & euertit eos suis sedibus. † In modũ luti quod manu tenet figulus, ad nutũ suum omnia instituta sua dirigit.

Religio dei Eccli 21.b Varia esse dona dei. Gen. 1.d Rom. 9.c

a ἐξελεῖται αὐτόν. b δίκαιον, al. δῆλον. c ἐνιαυτοῦ, al. ἐορτῆς.

Similiter

Digitized by Google

Similiter homines sunt in manu dei creatoris sui, qui eos pro iudicio suo afficit
1.Cor.6.c præmijs. †Contrarium malo bonum, cõtrariaq; morti uita est. *Sic oppositus
sceleroso est pius, & aduersus pium scelerosus. Ita in omnibus operibus altissimi
bina quæq; uideas, quorum alterum repugnat alteri. Nouissimus autẽ ego eui- C
gilaui, [b]ut tanquam [c]racemator properarem post uindemiatores, bene fortunan-
Eccli 24.d te Domino, & quasi uindemia torcular implerem. † Considerate non soli mihi
laborasse me, sed omnibus eruditionem quærentibus. Audite me proceres po-
Non perdẽdam esse libertatem. puli, & principes cœtuum aurem aduertite. Nec filio, nec uxori, nec fratri, nec
amico permittas in te potestatem in uita tua: nec bona tua tradas alij, ut ne pœni-
tentia ductus supplex eadem repetas. Dum uiues, & spiritus ullus tibi supererit,
ne te cuiquam mortalium emancipes: præstat enim tui liberos egere tuos, quàm
te in manus filiorum tuorum respicere. In omnibus negotijs tuis teneas princi
patum, ut ne famæ tuæ maculam imprimas. Tempore dierum uitæ tuæ finien
Serui quomodo tractandi sint. dorum, cum tibi moriendum erit, hæreditatẽ distribue. Vt pabula, uirga & one- D
ra asino conueniunt: ita cibaria & castigatio atq; opus seruo. Opus [f]seruo faci-
endum imposueris, adipisceris quietem: manus laxaueris eidem, quæret liberta-
tem. Iugum & lorum ceruicem subigunt, neruus & tormenta seruum malitio-
sum. Mitte illum in opus, ne otietur: otiũ enim uitia multa docuit. Adige eum
ad opus quod officium eius postulat, & immorigerum suis grauat compedibus.
Caueto tamen nimius esse in ullum corpus, nec quicquam egeris citra iudicium.
Eccli 7.c †Si tibi seruus est, [g]ut animam propriam foueas eum, quoniã eum sanguine com
parasti. Si tibi seruus est, ut [h]fratrem tracta, quoniam eius ut animæ propriæ in-
diges. Quod si eum læseris [i]iniuria, illeq; profectus aufugerit, qua nam uia re-
quiras ipsum?

CAP. XXXIIII.

Esaia, &c. SPes uiri stulti uanæ falsæq; sunt, & somnia sublimes ferunt insipientes. Ca- A
ptanti umbras, uentumq; persequenti similis est, qui fidem habet somnijs.
Aliquid [a]ad imaginem alterius spectrum somniorũ est, & uelut aduersum faciei,
faciei simulachrũ. Quidnam mundetur ab immundo? & à falso quid ueri ma-
nauerit? Diuinationes, auguria, somniaq; uana sunt, & quasi cũ desipit animus
parturientis. Nisi ab altissimo [b]uisitandi tui causa missa fuerint, animum [c]ad il-
la ne adijcias. Multos enim seduxerunt insomnia, & spe in illis posita excidere.
Lex etiã sine mendacio consummata fuerit, oreq; ueraci perfecta sapientia. Vir B
[d]eruditus multa nouit, rerumq; multarum peritus sapienter disseret. Qui non
est tentatus, pauca nouit: qui uero deceptus fuit, accessionem fecerit calliditatis.
Multa uidi per errores meos, [e]pluraq; quàm dicam intelligo. In periculum mor
Religio domini. tis sæpe ueni, rursumq; per hæc euasi. Spiritus reuerentium Dominũ uiuet, spes
enim ipsorum sita est in seruatore suo. Qui Dominum reueretur, nil formidabit
aut metuet, quia spes eius ipse est. Reuerentis Dominum beata est anima: quem
enim spectat, aut quo nititur? Amatores suos respicit Dominus, potens præsidiũ, C
firmamentumq; ualidum, tegumentum ab æstu, umbraculũ à meridie, ab offen-
sione tutio, & à casu auxilium: animam euehit, oculos illuminat, medicinam &
Prou.21.d Sacrificia impiorũ, & peccatio. uitam affert, ac prosperitatem. †Sacrificium ex iniuste parto est irrisio sacrifican-
tis, nec gratiam merentur [f]donaria iniustorum, [sed solis uiam integritatis iusti-
tiæq; tenentibus adest Dominus.] † Munera impiorum non probat altissimus,
Prou.15.a [nec iniquorum donaria respicit,] nec copia sacrificiorum litatur ei pro peccatis.
Filium coram patre mactanti similis est qui è bonis pauperum sacrificat. Panis D
tenuis est uita pauperum: qui defraudat eam, est uir sanguinarius. Quem quis
Deut.24.c Eccli 7.c uictu priuat, eum interficit: †& qui mercedem subtrahit mercenario, effundit san
guinem. Cum quod extruit unus, alter destruit, quid præter laborem redit ad
utrunq;? [g]Cum quod precatur alius, alius deprecatur, utrius uocem exaudiet

[b] Quod hic sequitur in quibusdam Græcis, κἀγὼ ἐσχατος ἠγρύπνησα, &c. ad caput 36. pertinet, & quæ hic sequi debent, sini c.30. annexa mendose in quibusdam reperies.
[c] καλαμώμενος, qui spicas legit, hic abusiue ponitur.
[f] ἐν παιδί, al. ἐν παιδεία.
[g] ὡς ἡ ψυχή σου, al. ὡς σύ.
[h] ἀδελφόν, al. σεαυτόν.
[i] ἀδίκως.
[a] κατὰ τόδε, secundũ aliud.
[b] ἐν ἐπισκοπῇ σου.
[c] εἰς αὐτά.
[d] πεπλανημένος, al. πεπαιδευμένος, deceptus.
[e] πλείονα, al. πλάσματα, sermonumq; meorum technis sapientia mea constitit.
[f] δωρήματα, al. μωκήματα.
[g] Vel, cũ quod alius optat, execratur alius.

Dominus? †Si quis ablutus à cadauere, rursus idem contigerit: quid ei prodest ablutio? †Similiterq; cum quis se propter peccata sua macerat, abitq; rursum, & patrat eadem: quis preces eius exaudiet? aut quid sibi afflictione sua profuit?

Num. 19.b — 2.Pet.2.d

CAP. XXXV.

A Qui seruat legem, abunde [a] sacrificat: †qui studet præceptis, litat salutariter. Qui rependit gratiam, similagine supplicat: †& qui [b] beneficentiã exercet, sacrificiũ facit gratulationis. Recedere à malitia, Deum placare est: & iniustitiam reliquisse, piaculare sacrificium. †Ne uenias in conspectum Domini uacuus, hæc enim omnia [c] præcepti causa instituta sunt. Aram pinguefacit immolatio iusti, & odor eius Deo suauis est. †Sacrificiũ uiri iusti est com-
B mendabile, memoriaq; eius nulla obliuione abolebitur. Honora Dominũ oculo benigno ac munifico, nec primitias [d] manuum tuarum minue. †Quicquid donaturus est, uultũ induas hilarem: & decimas cum lætitia consecres. †Munera des altissimo pro munificentia ipsius, & oculo benigno, [e] quod ad manũ est. Nam Dominus repensator est, qui reddet tibi septies tanto amplius. Ne offeras parta sordibus munera, non enim ea recipiet: nec iniquum instituas sacrificium,
C quia Dominus iudex est, †[f] nec ualet apud eum personæ magnificentia. Nullã habet personæ rationẽ [g] aduersus inopem, †sed iniuriam passi precationem exaudiet. Supplicationẽ pupilli minime negliget, nec preces fundentẽ uiduã. Nónne cum lachrymæ uiduæ ad maxillam eius defluunt, aduersus cientem eas opem inuocat? [Sanè à maxilla ad cœlũ usq; redundant, & Dominus libenter exaudit eas.] Religiosus suscipietur cum beneuolentia, & ad nubes pertinget eiusdẽ precatio. †Oratio afflicti nubes penetrat, non conquiescit, nec desistit, donec per-
D uenerit ad altissimũ, qui agat curam eius, iuste iudicet, iudiciumq; exerceat. Cæterum Dominus non [h] permanebit in mora, nec patientiã super eis præstabit [i] omnipotens, donec lumbos immitiũ conquassarit, gentesq; multarit supplicio, donec sustulerit turbam iniuriosorũ, & iniustorum sceptra confregerit, donec cuiq; rependerit digna factis eius, & operibus hominũ qualia merentur cogitationes eorum, donec absoluerit uidictam populi sui, eumq; sua miseratione lætum reddiderit. Præclara est calamitoso tempore misericordia, ac ueluti nubes pluuiæ tempore siccitatis.

Hier.7.c — Vera sacrificia. — Phil.4.c — Exod.34.c — Gen.4.a — 2.Cor.9.b — Tob.4. — Dominus osor est omnis iniustitiæ. — Deut.10. — †Exo.3.b — Iudith.4.b — Thren.3.d — Act.10.a

CAP. XXXVI.

A Miserere nostri Domine Deus omnium, & respice nos, metũq; tui gentibus, *quæ te non colunt, omnibus inijce, [ut cognoscant nullũ præter te deum esse, magnificaq; facta tua prædicent.] Intenta manum tuam †gentibus alienis, ut potentiam tuam perspiciant. Vt inspectantibus illis, numen tuum in nobis declarauisti: ita coram nobis maiestatem tuam ostendas in illis, ut cognoscant te, quemadmodũ & nos nullum præter te Deum esse Domine cognouimus. Renoues exempla, miraculaq; cõmutes, ostenta manum, brachiumq; dexterum, *ut miranda facta tua prædicent. Extolle indignationem, & iram effunde: aduersa-
B rium aufer, & profliga inimicũ. Vrge tempus, & memento [a] iuramenti, ut [b] magnifica facta tua celebrentur. Qui euaserit, ira ardenti absorbeatur: & oppressores populi tui consequantur perniciem. Contere capita principum [c] inimicorũ, qui præter se neminem esse dictitant. Congrega tribus Iacob omnes, [ut cognoscant nullum præter te Deum esse, miraculaq; tua prædicent,] *[d] & eas ut ab initio posside. Miserere Domine populi tui nomine tuo celebrati, & gentis Israeliticæ, quam †primogenito [e] comparauisti. Vrbem sanctitatis tuæ miserare, [f] urbem tuæ quietis. Sionem extollendis oraculis tuis impleas, tuaq; populũ tuum
C gloria. [g] Possessionibus tuis primis tribuas testimoniũ, & quæ [h] prophetæ noĩe tuo præcinuerunt moueas. Da præmiũ nitentibus expectatione tui, & fac fides prophetarum tuorum cõpareat. Preces [i] seruorum tuorum exaudi Domine, secundum

In impios. — Ierem.10.d — Oratio pro pijs. — Exod.4.f

a προσφορὰς.
b חסד
c Id est, causa seruãdæ legis solidæ, uel, Huius enim omnia præcepti causa instituta sunt.
d Id est, labore tuo partorum, uel, quas manu tua das.
e Scilicet des quod ad manum est: uel, pro dãdi facultate.
f καὶ οὐκ ἔστι παρ᾽ αὐτῷ.
g ἐπὶ πτωχοῦ, al. πλωχοῦ.
h יאריך
i ὁ κραταιός.
a ὁρκισμοῦ, al. ὀργῆς, al. ὁρισμοῦ.
b τὰ μεγαλεῖα, al. θαυμάσια.
c ἐχθρῶν, al. ἐθνῶν.
d καὶ κατακληρονόμησας ונחלת pro imperatiuo.
* Quæ hic in quibusdam Græcis sequuntur, a πυρρὰ καρδία &c. ad cap. 30. pertinent, & quæ hic sequi debent καὶ κατακληρονόμησας, etc. in fine cap. 33. leguntur.
e ὡμοίωσας, al. ὠνόμασας.
f πόλιν, al. τόπον.
g κτίσμασι, al. κτίσμασι.
h προφήτας, al. προφητείας.
i οἰκετῶν, al. ἱκετῶν.

Digitized by Google

Num.6.d cundum †bonam pro populo tuo precationem Aaronis, [& deduc nos in uiam
iustitiæ,] ut omnes qui terram habitant, agnoscant te Dominũ Deum esse sem-
Vxoris bonæ commẽdatio. piternum. Venter quemuis cibũ capit, est tamen cibus cibo melior. Vt fauces
ferinam gustu deprehendunt, †ita sagax animus uerba [k] mendacia. Prauus ani-
Allegoria, de uxore [illegible] mus mœrorem creat, at uir peritus [l] tranquillitati suæ consulet. Cuiusuis maris D
capax est mulier, est [m] autem filia filia præstantior. Pulchritudo mulieris uultum
exhilarat, omnemq; humanam iucunditatem excellit. Si linguæ eius inest co-
1 Cor.2.b mitas, lenitas & [n] salubritas, maritus eius non est filijs hominũ cõparandus. Qui
nactus est uxorem[bonam,]rem facere parat, adiutricem habet consortem & [o] ba
sim quietis. Vbi nulla sepes est, possessio diripitur: & cui non est uxor, ingemi-
scet uagabundus. Quis enim fidat expedito latroni ex alia in aliam ciuitatem
oberranti? quis item homini non habenti nidum, & moranti ubicunq; aduespe-
rauerit?

CAP. XXXVII.

Inimicitia. Quiuis amicus, huic & ego sum amicus, inquiet: sed sunt amici solo no- A
minetenus amici. Nonne mœrorẽ affert ad mortẽ usq; manentem so
cius aut amicus conuersus in inimicũ? O scelerata cogitatio, unde nam
Eccli.6.b prorepsisti, ut dolo terrã operires? †Amicus rebus lætis [a] familiariter utitur ami-
co, qui tempore calamitatis fit aduersarius. Est cum causa uentris amicus adiu-
uat amicũ, & aduersus hostem scutum arripit. Ne capiat animum tuum obliuio
[illegible] amici, nec rebus secundis tuis [b] sis ipsius immemor. *Ne consultes cum eo cui
suspectus es, nec inuidentibus tibi consilium aperias. †Omnis consiliarius ex-
Eccli 8.c tollit consilium suum; sed sunt qui suam in rem consulant. Caue tibi ipsi à [c] con- B
filiario, & cuius indigeat ipse rei prius cogita, (nam ipse sibi consulet) [d] ne quam
obuentionem ominetur tibi, rectũq; dicat esse tuum institutũ, atq; interim ex ad-
uerso spectatorẽ euentus tui se constituat. Ne consultes cũ eo cui suspectus sis,
nec consiliũ cum inuidentibus tibi cõmunices. [De religione cum irreligioso,
de iustitia cum iniusto.] Cum muliere de pellice ipsius, de bello cum meticulo-
so, de permutatione cum mercatore, de uenditione cum emptore, de gratulatione
cum inuido, de humanitate cum immani, cum pigro, de quouis opere, cum [e] an-
nuo mercenario de consummatione, cum [f] seruo ignauo de opere multo: cũ his
Prou.18. inquã, ne qua consilia consocies, †sed frequentes uirũ pium, quẽ noris obseruan-
tem præceptorũ [g] Domini, cuius ad ingeniũ tuum accedat animus, & quem, si la-
psus fueris, tui cõmiserescat. Institue consiliũ in animo, nihil enim est illo tibi fi C
delius. Solet enim interdum plura monere suus cuiusq; animus, q̃ septem in cel
de con[illegible] sa specula sedentes excubitores. Cæterũ super his omnibus inuoca altissimũ, ut
instituta tua dirigat fideliter. [h] Initium omnis operis sit ratio, & consiliũ præce-
dat omne negotiũ. Indiciũ [i] mutationis cordis est uultus, & quatuor existunt ge
nera, bonum & malum, uita & mors, [k] quorũ lingua assidua gubernatrix est. Est
qui prudens multos erudiat, qui idẽ animæ suæ sit inutilis. Est qui uerbis agens
sapientẽ sit odiosus, qui idem omni [l] sapientia careat. Non enim data est illi gra
tia à Domino, cum inops sit omnis sapientiæ. Est qui animæ suæ sapiat, cuius D
in ore [m] laudabiles sint fructus prudentiæ. Vir sapiens erudit populũ suum, &
fructus intelligẽtiæ eius stabiles sunt. Vir sapiens felicitate cumulabitur, & bea-
tum prædicabunt omnes qui eum uiderint. Vita cuiusq; constat numero dierũ,
Intemperan[illegible] sed Israelitarum dies sunt innumeri. Sapiens in populo suo consequetur [n] glo-
riam, & nomen eius uiuet in perpetuum. Fili, proba animam tuam in uita
1 Cor.6.c tua, explora quid noxium ei sit, neque id ei indulgeas. †Non enim quæuis
Eccli 31. quibusuis conferunt, nec quiuis animus quacunq; re felix est. †Ne te quibus-
uis ingurgites delicijs, nec in cibos effundas. Nam ingluuiem ciborum [o] mor
bus comitabitur, & in bilem abibit insatiabilis edacitas. Multi per intemperan

[k] Vel, ficta.
[l] ישלים לו, quod fortassis ἀντικαθεῖ uerterunt, quasi ישלם esset: uel, ἀντικαθεῖ legas, resistet ei, scilicet mœrori.
[m] Al. γὰρ.
[n] ἴασις.
[o] Vel, stabilimen, עמוד columna, uel, basis.
[a] συνήδεται, al. ἥδεται.
[b] ἀμνημονήσῃς.
[c] συμβούλου, al. συμβουλίου.
[d] Vel, ne sortitò cõmittat & alea: uel, ne sortem super te iaciat.
[e] ἐτησίου, al. ἀργοῦ.
[f] οἰκέτῃ ἀργῷ.
[g] κυρίου.
[h] Vel, summa omnis operis sermo est.
[i] ἀλλοιώσεως χρῆσις πρόσωπον, al. καρδία.
[k] αὐτῶν, al. αὐτῷ.
[l] σοφίας, al. τροφῆς.
[m] αὐτοῦ, al. πιστοί.
[n] δόξαν, al. πίστιν.
[o] νόσος, al. πόνος.

Digitized by Google

tiam interierunt, at qui temperans est, uitam prorogat. XXXVIII.

A Affice medicum honoribus suis propter necessitatem, Dominus enim eius author est. Nam medicina manat ab altissimo, & à rege [a] munus accipiet. Scientia medici extollit caput eius, & mouet admirationem proceribus. Altissimus medicamenta de terra procreauit, nec abhorrebit illa uir sapiens. † Nónne aqua à ligno accepit dulcedinem, ut potentia eius [b] homini innotesceret? Ipse scientia donauit homines, ut consequatur gloriam ex miraculis suis. Ipse sanat per hæc, tollitq́ dolorem hominis. Pharmacopola misturas suas his temperat, cuius tamen non [c] sunt exacta opera, sed à Domino dimanat in terram late iacentem prosperitas. †In morbo tuo, fili, ne prætereas, quin Domino supplices, etenim ipse sanabit te. Missum fac delictum, [d] manusq́ rectas exhibe, atq; omni peccato cor tuum emunda, tum suffimentum adole, [e] commendatitiamq́ similaginem, & munus opimum consecra, (ut [f] qui non feras priores,) deinde locũ des B medico, ut cuius Dominus author sit, nec discedat abs te, quia ipsius indiges. Est cum medicorũ quoq; manus [g] successum consequantur, nam & ipsi Dominum orant, ut lenimentũ secundet sibi, uitæq́ causa curationẽ. Qui in creatorẽ suum peccauerit, in manus medici solet incidere. † Fili, effunde lachrymas super mortuo, luctũq́ ut acerba passus exordire: cæterum corpus eius contege iuxta ritũ funereum, nec sepulturã neglige. Acerbam cie lamentationẽ, & [ne male audias] planctũ accende, luctuq́ quo dignus est, eũ prosequere: idq́ die uno aut altero, ut euites calumniã: deinde admitte consolationẽ, quo mœrorẽ minuas. † Nam mœstitia in mortem exit, animiq́ tristitia uires infringit. [h] Amoliendo mœstitia præterit, & [i] afflicti uita constat animo. Ne dedas animũ tuum tristitiæ, sed eam abige memor extremorũ. Ne obliuiscaris eorũ: neq; enim inde reditio est, præ- C terquã quod non iuueris illum, & teipsum excruciaris. Memento sortẽ [k] meam perinde esse, ut tua futura sit: heri mihi, tibi hodie. †Cum quiescẽte defuncto depone memoriã eius, & in excessu spiritus eius admitte super eo consolationẽ. Literata sapientia per opportunitatẽ otij quæritur, & qui negotij sui minus habet, [l] sapientiã parare poterit. Quomodo euadat sapiens qui tenet aratrũ, qui insignis hastili stimuli boues agit, [m] qui uersatur in operibus eorũ, & qui taurorũ progeniem assidue prædicat? Nam is ducendis sulcis intendit animũ, & in pabulis uaccarum conficiendis euigilat. Idem mos est omnis fabri & artificis, qui simili studio traducit noctẽ ac diem. Qui sigillorũ in modũ scalpunt cælaturas, & qui uariandis [n] immorantur emblematis, in imitatione picturæ animũ quisq; occupant, & operi perficiundo inuigilant. Faber item ferrarius sedens ad incudem, [o] operi ferri intentus, uapore ignis corpus eius [p] exiccante, æstu fornacis conflictatur, & crebro feriente aures eius mallei sonitu, oculos suos ad conformandũ instrumentum defigens, animũ ad opus absoluendũ applicat, & ad idem excubat exacte po- D liendum. Similiter sedens ad opus suũ figulus, rotamq́ suam pedibus uersans, ad opus suum totus incumbit solicite, & opificiũ omne suum habens in numerato, nunc lutũ conformat brachio suo, nunc pedibus uim eiusdẽ prosubigit, nunc curã impendit operi [q] perliniendo, & ad excolendum caminũ aduigilat. Horum omniũ quisq; fretus suis manibus, opere suo consumit quod habet sapientiæ. Sine his quidẽ nec coletur urbs ulla, nec inhabitabitur, nec perambulabitur: attamen * nec sententiã rogabuntur in consultatione populi, nec in concione eminebunt * nec sedebunt pro tribunalibus, nec ritum iudiciorũ intelligent. Neq; uero de [r] iure pronunciarint aut æquo: nec arcana dictorũ eruerint, sed [s] opificia mundi [t] firmant, & pro exercitio artis uota faciunt. CAP XXXIX.

A Solus qui ad legẽ altissimi adiunxit animũ, & in meditatione eius uersatur, qui explorabit sapientiã omnis antiquitatis, & prophetarũ oraculis uacabit, is con-

Left margin notes:

[a] δόμα, al. δόξαν.
[b] ἀπὸ ἀνθρώπων.
[c] συντελεσθῇ, al. συντελέσῃ.
[d] Id est, opera tua & actiones.
[e] Vel, cõmẽdatricẽ, uel gratã זכרון quæ sacrificantem deo commendat.
[f] Id est, qui non prior ponas beneficiũ, sed accepti gratiam testeris.
[g] εὐοδία, al. εὐωδία.
[h] ἐν ἀπαγωγῇ παραβαίνει, & mox, κατὰ καρδίας, al. ἐν ἐπαγωγῇ πραμένει, & mox, κατάρα καρδίας.
[i] עני afflictus, inops.
[k] μου, al. αὐτοῦ.
[l] σοφισθήσεται, al. οὐ σοφισθήσεται. Qui negotijs suis opprimitur, non parabit sapientiam.
[m] ἀναστρεφόμενος, al. ἀνατρεφόμενος.
[n] ἐπιμονῇ, al. ὑπομονῇ.
[o] ἐν ἔργῳ σιδήρου.
[p] τήξει, al. πήξει.
[q] χρίσμα, al. χάρισμα.
[r] δικαιοσύνην, al. παιδείαν.
[s] κτίσμα, al. κτῆμα.
[t] στηρίξει, al. τηρήσουσι.

Right margin notes:

Medicus commẽdatio.
Exod.15.
4.Reg.4
Esa.38.
2.Par.6.
Eccli 22.
1.Thess.4
De luctu.
Prou.12.
17 d
Eccli 30.
2.Reg.12
Otio ad pictiam [...] randam [...] pus esse.
Quis [...] sapientiæ capax.

is conseruabit disputationes uirorum celebriũ, & penetrabit in dictorum recon-
ditorum inuolucra: arcana prouerbiorum deprehẽdet, & in ænigmaticis allego
rijs uersabitur. Inter proceres obibit munia, & principibus apparebit. Peragrat
terras gentium alienigenarum, etenim bona simul & mala experitur inter homi
nes. Instituit animum mane ad dominum creatorem suum salutandum, & pre-
catur ad altissimũ. Os suum aperit ad orandum, peccatáq; sua deprecatur. Si do
minus ille magnus uoluerit, replebitur spiritu sapientiæ, uerbáq; sapientiæ effun
det, & Dominũ oratione sua celebrabit. Ipse consilium eius & scientiam insti-
tuet, ut de arcanis ipsius meditetur. Ipse palàm faciet disciplinã doctrinæ suæ, ut
lege pacti Domini glorietur. Multi perpetuò laudabunt huius intelligentiam, B
nec memoria eius deficiet aut abolebit, sed nomen eius uigebit per sempiternas
di 44.b sæculorũ ætates. †[a]Gentes prædicabũt huius sapientiã, & quiuis cœtus laudem
eius euulgabit. Si manserit nomen, plusq̃ mille reliquerit: sin exoleuerit, [b]penes
seipsum redegerit. Plura commentatus edisseram, quoniam instar [c]plenæ lunæ
hortatio laudem refertus sum. Audite me filij sancti, & quasi rosa iuxta flumen [d]aquosum nascẽs
pullulate. *Odore in modũ [e]thuris fragrate, & florem ut lilium mittite. Spirate
odorem, & cantate laudem, Dominumq; propter omnia opera [f]sua celebrate.
*Tribuite nomini eius magnificentiam, suisq; laudibus prædicate eum, tam can
sr.1.d ticis oris q̃ citharis. Porrò ita laudatione uestra dicetis, †Omnia opera Domini
præclara sunt, omneq; imperiũ eius suam habet opportunitatẽ. Nil est cur dicas, C
Quid hoc [g]est? aut quorsum hoc? nam hæc omnia suo tempore [h]declarabuntur.
a.7.d †Iussu eius unda [i]existit instar acerui, & aquæ ad uerbũ oris eius se recipiũt. Om-
nis fauor constat imperio eius, nec est qui salutẽ ipsius minuat. Ei patent opera
uniuersæ mortalitatis, nec datur oculos ipsius fallere. Ab æuo in æuũ prospicit,
nec quicquã cõspectui eius mirũ est. Nil est cur quis dicat, Quid hoc est? aut quò
nam hoc? omnia enim in usus suos creata sunt. *Aspiratio eius terrã quasi flu-
uius operit, eamq; fœcundat uelut inundatio. Ita [quæ non coluerunt eum] gen
tes iram eius percipient, ut aquas conuertit in [f]siccitatẽ. Vt uiæ eius planæ sunt
m.8.d sanctis, ita iniustis salebrosæ. †Bona ab initio creata sunt bonis, atq; itidẽ mala
cli 29.c scelerosis. *Summa omniũ ad uitam hominis necessariorum constat aqua, igni, fer
im. 4.a ro, sale, simila [l]frumenti, melle, lacte, *sanguine uuarũ, oleo, uestituq;: †quæ om- D
nia ut bono sunt pijs, ita scelerosis conuertũtur in mala. Sunt spiritus ad uindi-
ctam creati, qui [m]furiose uibrant flagella sua. Hi tempore [n]perimendi uim effun
dunt, & consummãt iram creatoris sui. Ignis, [o]grando, fames, & mors, simul o-
mnia hæc supplicij causa creata sunt: dentes ferarũ, & scorpiones, ac gladius exi-
tialem pœnã irrogans impijs, gaudent [p]imperio eius, & accingũt se in terra ubi
[q]opus est, nec iussa temporibus suis prætereũt. Quapropter cõfirmatus iam inde
1.1.d ab initio meditatus sum hæc, scriptisq; mandaui. †Opera Domini bona sunt o-
mnia, ipseq; suo tempore subministrat quæcunq; postulat necessitas. Non est di
cere, Hoc illo peius est, nam omnia suo tempore laudẽ inuenient. Nunc igitur
animo toto & ore laudes canite, nomenq; Domini celebrate. CAP. XL.

la homi n. MOlestia magna cuiq; homini destinata est, & graue iugũ posteris Adami, A
iam inde à die quo utero matris emerserunt, usq; ad eum quo cõmuni om
nium matri [a]conduntur, cogitationes eorũ dico, metumq; animi, tum rerũ expe
ctandarum imaginationes, & diem obitus. Ab eo qui in solio sedet cum maie-
state, usq; ad eum qui humi recũbit & in puluere, ab eo qui gestat hyacinthina &
coronam, usq; ad eum qui [b]lino crudo uestitur, furor, æmulatio, perturbatio, com
motio, formido mortis, [c]iracũdia, inimicitiæ, & tempore quietis nocturnus in cu
bili somnus, ingenium cuiusq; uarie afficiũt. Parum ac penè nihil datur quieti,
deinde in somnis, animi, quasi quo tempore quis in [d]speculis excubat, perturban

[a] ἄνω.
[b] Id est, ad se receperit sibi profuturum.
[c] διχομηνία, luna quæ iam dimidium mensem exegit, id est, plena.
[d] ὑγροῦ, al. ἀγροῦ.
[e] Vel, ut Libanus.
[f] αὐτοῦ.
[g] ἐστι, al. ἐς.
[h] Quærentur pro declarabuntur. Metalepsis Hebraica: ut 1.Pet.3. interrogatio pro declaratione.
[i] ἔστη, al. ἔστι.
* Vel, fauor: uel, benedictio.
[f] מלחה salsugo uel siccitas, ut Ierem.17.
[l] πυροῦ.
* Id est, uino.
[m] Vel, furore suo flagella sua roborant: uel, animo suo supplicia instituunt.
[n] בלרון
[o] χάλαζα, al. θάλασσα.
[p] ἐντολῇ, al. ἀνατολῇ.
[q] εἰς χρείας, al. εἰς χεῖρας.
[a] ἐπιταφῆς, al. ἐπιστροφῆς.
[b] ὠμόλινον.
[c] μήνιμα.
[d] σκοπιαῖς.

Digitized by Google

B tur imaginatione, & uelut qui è conspectu prælij aufugerit, excitatur tempore salutis suæ, uanumq; terrorē admirantur. [c]Hoc omni coniunctū est animanti, tam homini q̃ pecudi: at scelerosis septies tanto amplius. Mors, cædes, dissidia, gladius, oppugnationes, fames, clades, supplicia, †simul omnia hæc in iniustos creata sunt, †& propter ipsos adeo diluuiū extitit. *Quæcunq; è terra constant, in terram redeunt, & è mari orta in mare remeant. Omnis largitio & iniustitia abolebitur, at [f]integritas manet perpetuò. Facultates iniustorū in modum fluminis exarescent, & [g]detonabūt ut ingens tonitru cum pluuia. Cum quis manus aperuerit, gaudebunt [dilabi:] sic praue agentes prorsus deficient. †Non multiplicabit ramos soboles impiorū, nec impuræ radices in rupe excelsa. [h]Pullus eorum super quamuis aquā aut oram fluuij, ante omnē herbam elidetur. Benignitas instar horti fortunati est, & beneficentia permanet in perpetuum. Vita sorte sua contenti, †operaq; sua uiuentis habet suauitatē, sed utraq; maiorem [i]qui thesaurū adeptus est: liberi & extructa ciuitas nomen stabile reddūt: †*sed potior utrisq; cēsenda uxor inculpata est. Vinū & musica cor exhilarant, sed utroq; magis studium sapientiæ. Fistula & psalteriū suauem edunt cantum, at lingua suauis utrunq; superat. Oculus tuus desideret uenustatem & pulchritudinem, sed uirens seges est D utroq; gratior. Vt amicus cōmode congruat cum amico, uir tamen & uxor concordes utriq; præferēdi sunt. Fratres & auxilia profuerint tempore calamitatis, sed misericordia præstantior utrisq; liberatrix est. Aurum quidem & argentum statum cuiuspiam constabilierint, sed [k]prudentia est utroq; commēdabilior. Erigunt quidem animū opes & potentia, sed utraq; præstat religio Domini. Religioni Domini nihil deest, nec opem in ea desideres. Religio Domini instar horti fortunati est, in quo contegēdo omnis est [l]superata magnificētia. Fili, caue ne uiuas mendicato: mortuum esse præstat q̃ mendicare. Viri mensam alienam spectantis [m]uita non est pro uita deputanda: nam animū suum [n]contristat cibis alienis, quod cauebit uir prudens & eruditus. Ori impudētis suauis est mendicitas, ignis ardet in uentre eius.

Ecclí 39.c
Gen. 7 d
*Gene. 3
Ecclí 41.b
Varia.
Ecclí 41.
1. Tim. 6.b
Phil. 4.b
†Ecclí 25.a

CAPVT XLI.

A QVàm amara est, ô mors, tui memoria homini quieto in bonis suis, uiro uacuo negotijs, feliciq; per omnia, & cibū adhuc sumere ualēti. Quàm iucundū est, ô mors, fatū tuum homini egenti, defectoq; uiribus, [a]decrepito, undiq; districto, desperabūdo, patientiaq; destituto. Fatū mortis ne metuas, sed superiorū memineris & [b]posteriorū, †hoc utiq; fatum à Domino iniunctum esse omni mortalitati. Quomodo autem recuses quod placuit altissimo: siue decem habeas, siue centū annos, siue mille, uita nullam habet aduersus orcum excusationem. Liberi execrabiles euadunt liberi scelerosorū, & qui uersantur in im- B piorum uicinia. †Hæreditas liberorum scelerosorum interibit, & opprobrium posteritatem eorū assidue comitabitur. Liberi accusent patrem impiū, quoniam propter ipsum ueniūt in uituperationem. Væ uobis uiri impij, legis summi dei desertores: *nam etiamsi feceritis accessionem, interibitis. Si [c]uixeritis, eritis execrabiles: sin obieritis, itidem detestabiles. †Quæcunq; è terra constant, in terram abibunt: itemq; impij ab execratione ad interitum. Vt corpora suorū luctu prosequantur homines, nomen tamen [d]scelerosorum malum interibit. †Habe curam nominis, hoc enim tibi manebit potius q̃ thesauri mille auri. Dies bonæ uitæ pauci sunt, nomen autem bonum manet in perpetuum. Filij, conseruate C disciplinam rebus prosperis. Cum sapientia [e]latet, & thesaurus est abditus, quid est in utrouis utilitatis? †Homo cælans stultitiā suam, præstat homini sapientiam suam occultanti, quapropter dicta mea [f]reueremini. Neq; enim quauis uerecundia teneri pulchrum est, nec omnia [g]solide probanda sunt in omnibus. Pudeat uos scortationis coram patre aut matre, mendacij coram principe & potestatē gerente,

Mors.
Gene. 3.
Impiorū posteritas.
Ecclí 40.
Ecclí 40.
Prou. 22.a
Fama.
Inutilitas occultæ sapientiæ.
Ecclí 20.
Pudor ab probādus.

[e] μετὰ πάσης σαρκός.
[f] πίστις אמונה
[g] Tonare desinent, & fastū deponent: uel, per tumultum dissipabuntur, & quasi impetu profundentur.
[h] Hic alij ἔτι legerunt, & construxerunt cum priori periodo: alij ἔτι: alij ἄχι habent in principio huius periodi. Ego ἄχυ lego, pro tenuissimo illo cauliculo, qui primum è radice plantarū pullulat, & Latinis pullus dicitur.
[i] Id est, cui res est relicta, non labore parta.
[k] βουλή.
[l] ὑπεράνω, al. ὑπὲρ πᾶσαν δόξαν.
[m] οὐκ ἔστιν αὐτοῦ ὁ βίος &c. al. οὐκ ἔστιν βίος.
[n] Al, inquinat.
[a] ἐσχατογήρῳ.
[b] אחרונות
[c] γεννηθῆτε, al. γεννηθῆτε.
[d] ἁμαρτωλῶν, al. ἀσεβῶν.
[e] & non legitur in correctioribus Græcis.
[f] Scilicet, ne sapientiam, si quam habetis, cæletis præ pudore.
[g] באמונה cum fide uel firmitate .i. solide.

Digitized by Google

rente, delicti corã iudice magistratuq́, criminis coram cœtu & populo, iniustitiæ
a.1.b coram socio atq; amico, & furti, in loco quem incolis, †itemq́ corã ueritate [b]Dei D
& pacto: & ne reponatis cubitũ [i]in uictu parando, ne uel dando uel accipiendo
subeatis uituperationem. Deinde pudeat te coram salutantibus silentij, tum me
retricem aspicere mulierẽ, faciem auertere à [f]cognato, parte sua, aut dono defrau
tth.5.6 dare quenquã, & concumbere †cum muliere uiro iuncta, ad hæc ancillæ cuius-
cli 18.c piam attentare pudicitiã, & ad lectum eius accedere, †appetere contumelijs ami-
.b cos, aut quod donaris exprobrare, †[l]quod auditione acceptum fuerit, enunciare
cli 19.b alteri, & res secretas effutire. Ita demum [m]uerecundus uere fueris, & gratiã inie-
ris apud omnes homines.

CAP. XLII.

dot tibi proban- l. IN his autem ne des locũ pudori, nec personæ cedas, ut delinquas: in lege & pa A
cto altissimi, in iudicio, quo secundũ impium iudices: [a]in salutãdis socijs & uia
toribus, in hæreditate consortiũ partienda, in adæquanda libra aut ponderibus,
in possidendis siue multis siue paucis, in [b]æquabili uenditione merciũ, in crebra
liberorũ castigatione, in latere mali serui cruentando uerberibus, in nota mulie-
ri malæ utiliter apponẽda, & [c]claudendo ubi manus multæ sunt, in eo quod cui
piam traditurus es, ad numerũ pondusq́ tribuendo, omniaq́ dãdo uel accipien
do syngraphis testata: præterea insipientibus & stultis [d]erudiendis, & cum decre B
pitus ius cum iuuenibus experitur. Ita demũ eruditus uere fueris, omniq́ uiuo
mma cu [e]commendatus. Filia patri occultam affert uigiliam, & somnũ abigit solicitu-
asseruan- s esse filii do eius, ne maturitas ætatis eius exolescat, neue odiũ nupta mereatur: ne stupro
polluatur in sua uirginitate, neue in domo paterna fiat grauida: ne quando uiro
cli 26.b iuncta faciat flagitiũ, aut ne in matrimoniũ data [f]sterilescat. †Filiæ inuerecũdæ
custodiam adhibe, ne [g]te ridiculum faciat inimicis, ciuitatiq́ fabulã, ne famosum
cli 25.d emã per in populo, neue in uulgus reddat ignominiosum. †[h]Ne contempleris quenq̃ C
iõ esse cu itam. hominẽ gratia pulchritudinis, nec inter mulieres desideas: nam ut tinea nascitur
a.3.b è uestimentis, †ita à muliere nequitia [i]muliebris. [f]Melior est nequitia uiri, q̃ mu
lier benignam se præstans, mulier quæ eadem author est probrosæ turpitudinis.
us dei. [f]Equidem commemorabo facta Domini, & quæ uidi edisseram, uerbis diui-
nis opera illius. Sol lucidus collustrat omnia, & magnificentia [m]Domini plenũ
est opus ipsius. Nonne Dominus sanctis prædicãda cõstituit omnia miracula
sua, quæ fundauit Dominus idem omnipotens, gloriaq́ sua cuncta cõstabiliuit?
Profundũ & corda peruestigauit, & pernouit technas eorum. Tenet enim Do D
minus omnem scientiã, & [n]consignationem æui perspicit. Præterita declarat si-
.41.a 29.c mul & futura, arcanorumq́ detegit uestigia. †Non præterit eum ulla cogitatio,
nec ullus sermo clàm ipso est. [o]Miracula sapientiæ suæ exornauit, & cum subsi
stat ex ante æuum in æuum perpetuum, neq; auctus est, neq; diminutus, neq; ul-
lius indiguit consiliarij. Quàm [p]iucunda sunt opera ipsius, & ad scintillam usq;
spectabilia. Vigent hæc omnia, & durant per æuum, adq́ omnes usus cuncta
cclii 33. obediunt. †Gemina sunt omnia, quorum alterum contrarium est alteri, *nec fa
Deu 32.a ctum mancum quicquam est. Alterum [q]commendat bona alterius: & quis spe-
ctando gloriam [r]Dei satietur?

CAP. XLIII.

us dei operi- is. ORnamentũ altitudinis, puritatisq́ firmamentũ, ac spectaculum cœli uisu A
magnificum est sol lucem annũcians [a]cum emergit, machina admiranda,
opus altissimi. Cum is meridianus torret regiones, quis æstum ipsius sustineat?
Ter tãto magis sol montes excalfacit, q̃ qui fornacem [b]sufflat urendis operibus,
& uaporem igneum [c]exhalãs fulgore radiorum præstringit oculos. Magnus est
n.1.b Dominus creator illius, cuius iussu profectionẽ [d]accelerat. † Lunam idem fecit,
xod.12.a ut suo tempore existat, indicium temporũ, & signum æui. †Luna dies festus desi
gnat, luce decrescẽte donec deficiat. [f]Mensis nomen ipsius accipit, & crescit mu

[b] κυ. [i] ἐν ἄρτοις, al. ἐν ἄρτοι.
[f] συγγενῆ, al. ἀνδρός συγγενῆ.
[l] Alij hoc loco capi ta inepte diuulserũt.
[m] καὶ ἔσῃ αἰσχυντηρός.
[a] Vel, in cõpellãdis socijs et hospitibus, אֲרָחִים scilicet ne pudori locũ des, ut pecces.
[b] ἀδιαφόρου, al. διαφόρου et πράσεως ἐμπόρων. [c] Hebræis eadẽ est uox infinitiui et imperatiui.
[d] Vel, castigandis.
[e] Vel, probatus.
[f] στερωθῇ. θηλείας.
[h] Id est, ne quem ex forma iudices.
[i] γυναικός.
[f] Id est, minus mala q. d. Ad turpes amores plus est periculi, à benignitate etiã et comitate mulierũ, quã ab aperta uirorũ nequitia. Quid sit melior est deformitas uiri, quã pulchra mulier, &c. propter æquiuocationem uocum Hebraicarum, רַע quæ malũ & deformem, & טוֹב quæ bonum & pulchrũ significat. Alioqui parũ pia est prioris interpretis sententia. [l] Ἀδὰ al. Ἀ.
[m] κυρίου, al. αὐτοῦ.
[n] Vel, signa mundi.
[o] μεγαλεῖα σοφίας, al. διὰ σοφίας.
[p] Vel, desiderabilia.
[q] Vel, firmat.
[r] θεοῦ, al. αὐτοῦ.
[a] ἐν ἐξόδῳ בְּמוֹצָא al. ἐν ὁδῷ. [b] φυσῶν, al. φυλάσσων.
[c] ἐκφυσῶν. [d] κατέπαυσεν. al. κατήπευσε. [e] καὶ σελήνην ἐποίησεν &c. al. καὶ σελήνη ἐν πᾶσιν, &c. [f] יָרֵחַ luna, & mensis.

Digitized by Google

tationibus est mirabilis. Apparatus [g]castrensis in altitudine in solo cœlesti reful
gens est decus cœli, gloria astrorũ, ornatusq́ illustris in regione celsa [h]Domini.
B Ad imperiũ [i]Sancti suo consistunt ordine, nec stationes suas [k]defessa deserunt.
†Contemplare arcũ splendore suo perq̃ elegantẽ, & authori eius gratulare. Glo- Gen.9.b
riosa curuatura sua cœlũ succingit circulo, †manibus altissimi eum extẽdentibus. Esa.40.c
Idem imperio suo niuem [l]urget, & fulgetra pro iudicio suo cõcitat. Propter hoc
penetralia recluduntur, & nubes uolucrũ more prouolant. Nubes exauget ma-
gna potentia sua, ut elidat lapides grandinis. Montes ipso despiciente cõmouen
tur, & Auster flabit cum ipse uult. Sonitus tonitrui eius terrã [m]dolore commo-
uet, & aquilonaris procella, turboq́ uenti more uolucrũ deuolantium niuem in
modum sidentium locustarũ descendentem spargit, ut albentis pulchritudinem
C miretur oculus, & imbrem animus stupeat. Idem pruinam salis in modũ humi
fundit, quæ cõgelida palis imponat apicem. Tum frigidus spirando uentus Bo
reas, glacie ex aqua coëunte, omnem aquarũ collectionem obducit quasi thora-
cem eis induens, montesq́ depascitur, [n]deserta perurit, & herbã uelut ignis peri-
mit: quorum omniũ præsens remedium est nubes, & ros ab uredine succurrens
eadem [o]exhilarat. Profundũ consilio suo tranquillat, [p]& in eo fundat insulas.
Qui nauigant mare, narrant pericula eius, quæ nos miramur audita nostris auri
bus. Incredibilia sunt ibi miracula, omnigena uarietas animantium, & [q]natura
D cetorum. [r]Omnia per eundẽ consequuntur felicem finẽ suum, & constant ipsius
imperio. Dixerimus multa, nec tamen satisfecerimus: cæterũ summa dictorum
est, Ipsum esse omnia. [s]Quantũ ualebimus laudando? ipse enim maior est omni
bus suis opificijs. †Terribilis est Dominus, & perq̃ magnus, potentiaq́ sua mi- Psal.95.a
rabilis. †Quantũ potestis extollite Dominum laudando, siquidem semper laude Psal.105.a
maior est. Ergo extollendo eo uires exercete, nec lassescatis: neq́ enim poteritis
satisfacere. †Quis eum uidit, ut possit enarrare? quis eum extollit pro dignitate? Deut.5.c Ioan.1.b
Multa occulta sunt his maiora, nam operũ eius pauca uidimus. Dominus enim
creauit omnia, pijsq́ sapientiam tradidit.

CAP. XLIIII.

Maiorum laudes.

A PORrò laudemus uiros præclaros, & q̃bus prognati sumus maiores nostros.
Dominus [a]per hos multã gloriam sibi peperit, idq́ sua ab æuo cõdito [b]ma
gnificentia. Qui regnis suis dominati sunt uiri potentia celebres, qui consilio in
genij sui ualuerunt, qui prodiderunt oracula fatorũ, †qui populo præfuerunt con Exod.18.c
silio atq́ cognitione literaturæ scribarũ populi, quorum dictis sapientibus con-
stitit eruditio, qui concentus musicos inuestigauerunt, qui carmina scriptis prodi
ta explicauere, uiri diuites qui excelluerũt potentia, qui [c]domi suæ prospere uixe
runt, omnes hi gloriã sunt adepti suis ætatibus, suisq́ temporibus laudi fuerunt.
B Sunt ex his qui nomen reliquerunt ad laudum enarrationem, sunt rursum quo-
rum nulla est memoria: †sed quasi qui nunq̃ fuerint, interierunt, & nunquã natis Gen.7.d
euaserunt cõparabiles, itidemq́ post eos liberi eorum. Hi autem sunt uiri [d]mi-
sericordia freti, quorũ facta non sunt obliuioni tradita, quorum progeniei bona
manet possessio, quorumq́ semen fœdere comprehensum est. [e]Fœdere compre
C hensa est progenies eorum, eidemq́ [f]succedẽs posteritas. Posteritas eorum ma
nebit in perpetuum, nec gloria eorundẽ abolebitur. In re placida sepulta sunt
eorum corpora, nomenq́ uiuit per [g]omnes ætates sæculorum. †Populi prædicãt Eccli 39.b
sapientiam eorum, cœtusq́ laudes celebrant. †Hanoch [h]Deo placuit, & sublatus Gen.5.c
est, exemplũ emendandæ uitæ nationibus. *Noë perfectè iustus est inuentus, Eccli 49.c
cui tempore supplicij præmium obtigit: ideoq́ reliquus terræ factus est, [i]cum ex *Gen.6.7.8.
titit diluuium. †Cum eo pactum [k]initum est sempiternũ, nunquam mortales †Gen.9.b
omnes abolendos esse diluuio. †Magnus erat Abrahã pater multarũ gentium, †Gen 12.a 15.a.17.a
nec

[g] παρεμβολῶν.
[h] ὑψηλοῖς.
[i] ἁγίου, al. ἁγίοις.
[k] ἐκλυθῶσι. al, ἐκκαυθῶσι, ardẽdo consumuntur, uel deflagrant.
[l] κατέσπευσεν, al. κατέπαυσεν.
[m] ὠδίνησεν γῆν, al. ὠνείδισεν increpat.
[n] Vel, agros.
[o] ἱλαρώσει.
[p] καὶ ἐφύτευσεν ἐν αὐτῇ νήσους. ita correctiora habẽt exẽplaria al. καὶ ἐφύτευσεν αὐτὴν Ἰησοῦς. Sed is sensus est alienus ab huius loci pposito.
[q] κτίσεις, al. κήτεσι.
[r] Δι' αὐτὸν εὐοδία τέλος αὐτοῦ, al. εὐοδοῖ ὁ ἄγγελος αὐτοῦ. Suspicio est, in Ebræo fuisse מלאכת i. opus eius, scilicet feliciter succedit: quod non procul abest à מלאכו quod angelum eius significat.
[s] Q.d. Minime poterimus merita eius assequi: uel, laudes agamus q̃ possumus maximas.
[a] ἐν αὐτοῖς.
[b] τῇ μεγαλοσύνῃ.
[c] ἐν κατοικίαις, al. παροικίαις.
[d] ἐλέους. חסד uiri benemeriti.
[e] ἐν διαθήκαις ἔστη. Ita repetitũ in correctioribus legitur.
[f] μετ' αὐτούς, al. δι' αὐτούς.
[g] εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, al. εἰς γενεάς.
[h] θεῷ.
[i] בדי
[k] ἐτέθησαν, al. ἐστάθησαν.

nec extitit ei gloria similis. [l]Is seruauit legē altissimi, & in pacto cum eo perman D [l] ὅς, al. ὡς.
Gen.22.a sit. Ratum effecit in corpore suo pactum, †& in tentatione fidelis inuentus est.
Quapropter confirmatū est ei iureiurando, gentes per semen eius beandas esse,
ipsumq́ instar terreni pulueris multiplicandū, tum extollendos ad astra posteros [m] κληρονομίαν, al. ἐν
eius, atq́ à mari usq́ ad mare sedes habituros, & à flumine usq́ ad terminū terræ. κληρονομίᾳ.
Gen.26.a †Cum Isaac similiter constitutū est, propter Abraham patrem eius omnes homi- [a] Vel, fausti ominis.
Gen.28. Gē.28.c nes felicitate donādos esse, †pactumq́ ad caput Iacob sancitū in quiete. *Eidem [b] Vel, gloria san-
29.30. Hos.12. aspiratione sua [Deus] affuit, tradiditq́ [m]possessionē. Distribuit partes eiusdem, ctis.
9. †& diuisit in tribus duodecim. CAPVT XLV. [c] חבריח q.d. demi-

EX hoc uirum procreauit adeptum misericordiā, omnium mortalium oculis A sit, uel depegit: nisi
Exod.11.a Act.7.c gratiosum, Deoq́ simul charū & hominibus, *Moysen, cuius [a]beata est me- malis, soluit præsti-
moria. Hunc [b]gloriæ sanctorū æquiparauit, effecitq́ magnum terrendis hosti- gias.
bus. Per huius diuina iussa [c]designauit miracula, reddiditq́ eum in cōspectu re- [d] ἁγίασεν αὐτόν.
gum gloriosum. Mādata dedit huic ad populū suum, partemq́ gloriæ suæ osten- [e] διδάξαι, al. ἐδίδαξεν.
Num.12.a dit. †[d]Sanctū reddidit hunc fide & placabilitate, & ex omnibus elegit mortali-
Exod.19.10. bus. Vocem suam huic edidit audiendā, induxitq́ eum in nebulam. †Huic præ [f] חבריך uel, autho
cepta coram tradidit, legem uitæ [e]scientiæq́, ut pactū edoceret Iacob, & ius suum ritatē ei cōciliauit.
Exod.4. Israelem. †Euexit Aaronem sanctū ipsi similem, & fratrem eiusdem è tribu Leui- [g] הדיל uel, eximio.
Exod.28.a tica. †Pactum æternum sanxit cum eo, commisitq́ ei sacerdotium populi. Ele [h] ἐν ναῷ.
ganti cultu beatum reddidit, & amiciuit habitu glorioso. Perfecta magnificētia [i] לבני
uestiuit eum, & [f]instruxit apparatu [g]opulento, periscelide, toga tunicaq́. Globu B [k] Vel, rituali qua eo
lis aureis succinxit eum, crebrisq́ circūcirca tintinabulis, quæ sonos ederent ince ritu deum consulere
dente ipso, & [h]in fano tinnitum redderēt, ad [i]filiorū populi sui cōmendationem: iubebantur.
auro item coloreq́ hyacinthino, & purpura augusto habitu uarij operis & artifi [l] δήλοις ἀληθείας. Ita
cij, pectorali uidelicet [k]iudicij cum [l]Doctrina & Veritate, opere [m]coccinis filis ar interpretatū uide-
tificioso, simul & pretiosis lapidibus sigillorū modo scalptis, opereq́ scalptoris il tur Vrim & Thum
ligatis in auro, cum scriptura monumenti causa incisa secundū numerū [n]tribuum mim, ut 2. Esd. 5.
Israel. Deinde aurea supra mitrā corona in modum sigilli sancte scalpturata, or [m] κεκλωσμένῳ κόκκῳ.
namēto honorifico, & eximio opere, oculorūq́ decoro ac spectabili oblectamen [n] φυλῶν, al. ἡμῶν.
to. Ante eum talia facta [o]non sunt ullo sæculo, nec indutus est ijs alienigena: sed [o] οὐ γέγονεν.
filij eius soli nepotesq́ ipsius assidue. Solide consumi solita sunt [p]horū sacrificia, C [p] θυσίαι αὐτῶν. Ita
Leuit.8.a bina uidelicet quotidiana assiduitate. †Manus huius [q]consecrauit Moyses, & habent correctiores
eum sacro inūxit oleo. Pacto sempiterno concessum est huic, & eiusdē progeniei, codices.
uoluēdis cœlo diebus ministrare Deo, simul & sacrificare, [r]eiusq́ nomine fausta [q] ימלא
precari populo ipsius. Hunc ex uiuis omnibus ad libanda sibi munera, populūq́ [r] ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.
suffimentis, & ad commendationē gratis nidoribus expiandū elegit Dominus. [s] ἔδωκεν αὐτὸν ἐν ἐντο
Deut.17.c 21.a Eidem mandata sua [s]tradidit, † & secundū præscripta iura potestatem, ut quæ te λαῖς αὐτοῦ.
Mal.2.a statuta essent, edoceret Iacob, & Israeli legem suam [t]illustraret. *Aduersus eum co [t] φωτίσαι, al. φωτῆ-
*Nū.16.a orti sunt alieni, & per inuidiam in deserto consurrexerūt in eum uiri Dathan & σαι.
Abiron secuti, factioq́ Core sæua ac furiosa: quos Dominus uidit, nec laudauit, D [u] αὐτὸν, al. αὐτοῖς.
Num.17.b ideoq́ ira sæua consumpti sunt. Edidit in eos miracula, cum eos igni flāmante [x] ἐν πρώτοις.
suo confecit. †Aaronem uero auxit gloria, & fructū ei constituit hæreditariū. At- [y] λαοῦ οὐ.
Exod.25.f Leuit.24.b tribuit [u]ei primitias primorū fructuum, †& [x]in primis panem parauit ad satieta- [z] μερὶς αὐτοῦ κληρονο
tem. Nam sacrificijs Domini uescuntur posteri eius, quibus ea cū ipso concessit. μίας.
Deut.12.b 18.a †Cæterū in terra [y]populi nullā habet possessionem, nec in gente sua portionem [a] Vel, animose se
*Nū.25.c adeptus est: nam ipse [Dominus] [z]hæreditaria eius obuentio est. *Porrò gloria gesserit pro religio-
tertius ab his est Phinees Eleazaro natus, eo q̄ [a]flagrarit studio religionis Domi ne, &c.
ni, populoq́ desciscēti obstiterit optima animi sui alacritate, & Israelem expiarit. [b] ἔστησεν, al. ἔστη αὐτῷ
Quapropter [Dominus] pactū [b]firmauit ei prosperitatis, antistitē fore sacrorum διαθήκην.
populiq́ sui, & [c]ipsum posteritatemq́ eius perpetua sacerdotij magnificētia poti [c] ἵνα ᾖ αὐτῷ, &c.

Digitized by Google

turos. Porrò quod [b]Dauidi Isai filio de tribu Iuda pactũ est, fructus hæreditarius Votũ est autoris obiter insertũ, quo petit ut deus quæ pactus sit patribus in se et suis temporis posteris confirmet.
regis, [c]filij è filio unici, fructus item hæreditarius Aaroni, eiusdéq; progeniei pa-
ctus, [f]corda nostra sapientia imbuat, qua iuste regatur populus ipsius: ne bona
ipsius aboleantur, aut sæculis eorum [g]gloria eius.

CAP. XLVI.

A FOrtis bello Iesus Naue filius *Mosi successit in munus propheticũ. Hic ele- †Iof.12.c
ctis dei seruandis magnũ sibi nomen peperit, dum consurgentes hostes ulci *Nũ.27.d
scitur, & Israelitas inducit in possessionẽ. †Quantã est adeptus gloriam, quoties Deut.34.b.
manus suas extulit, & gladiũ suum [a]uibrauit in ciuitates? Quis ante eum talis ex Iof.1.a
titit, [b]quippe qui gesserit bella Domini? *Nónne sol restitit [c]huius opera, & dies †Iof.8.
unus excreuit [d]ad duos? Cum hostes eum undiq; premerent, inuocauit domina *Iof.10.c
torem altissimũ, & magnus Dominus exaudiuit eum, uehemẽti uiolentáq; gran
dine lapidando. [e]Prælio in gentes irruit, & obsistentes interemit in [f]descensu, ut
B gentes cognoscerent arma eius, & bellũ ab eo geri [g]fauente Domino. Nam ipse
potentẽ sequutus est, †temporibúsq; Mosis amicũ ei se præstitit, cum ipse cũ Cha- Num.14.a
leb Iephonne nato se [h]hosti opponeret, ac prohiberet peccare populũ, fremitũq;
malitiosum pacaret. †Hi duo seruati fuerunt è sexcentis peditũ millibus, utpo- Num.26.g
te inducendi in possessionẽ, in terram manantem lacte & melle. †Chaleb insu Deut.1.e
per dedit Dominus fortitudinẽ, quæ ad senectutẽ usq; mansit ei, donec conscen- †Iof.14.c
dit terram excelsam, & progenies eius obtinuit possessionẽ, ut scirent omnes po-
C steri Israelis, q̃ Dominum sequi bonum sit. Porrò iudicũ quoq; nominatim o-
mnium quoruncunq; non scortatus est animus, & quicunq; à Domino non de-
fecerũt, fausta felixq; fuerit memoria. †Ossa eorũ locis suis reuirescant, nomenq; Eccli 49.c
eorum per successiones ad celeberrimos quosq; posterorum traditum. Charus
Domino suo, cuius erat propheta, [i]Samuel †[k]reges constituit, populóq; ipsius un 1.Reg.10.a
xit principes. Lege Domini gubernauit multitudinẽ: cum Dominus idem Iacob 16.c
respiceret. Hic fide sua propheta probatus est, [l]uerbísq; suis esse fide [m]uaticina cõ
pertus. †Dominũ potentem inuocauit, cum premẽtibus [n]eum undiq; hostibus 1.Reg.7.b
D ipsius, [o]agnũ lactentẽ immolaret. Tum Dominus de cœlo tonuit, sonitúq; ma-
gno [p]tonitrui uocem suam edidit audiendam. Ita concidit duces Tyriorum,
omnésq; Palestinorũ principes. †Ante tempus uitæ finiendæ corã Deo, & [q]Vn 1.Reg.12.a
cto ipsius testatus est se nec pecunias ab ullo mortalium, nec ad calceamenta usq;
quicquam accepisse: neq; uero quisquã est eum criminatus. †Etiã post obitum 1.Reg.28.c
suum uaticinatus est, & [r]regi interitũ ipsius indicauit. Vocem suam è terra sustu
lit, scelera populi delenda uaticinans.

CAP. XLVII.

A POst hunc exortus est †Nathan, qui temporibus Dauidis functus est munere 2.Reg.12.a
[a]prophetico. Porrò sicut adeps ab [b]hostia felici selectus fuit Dauid è poste-
ris Israel. Cum leonibus quasi cũ hœdis [c]lusit, & cum ursis perinde ac cũ agnis
ouium. †Nónne in iuuentute sua interemit gigantem, & opprobriũ sustulit è 1.Reg.17.f
populo, quando manũ cum lapide fundæ leuauit, & deiecit superbiam Goliath?
Nam inuocabat Dominũ altissimum, qui roborauit dexteram ipsius, ut tolleret
hominem bello potentem, [d]cornúq; populi sui erigeret. †[e]Is ei gloriam tribuit 1.Reg.18.b
decem [f]millium, & cõmendationibus [g]suis reddidit laudabilem, & ei diadema
gloriæ detulit. †Nam hostes profligauit circũcirca, & Palestinos inimicos rede- 2.Reg.5.a
git ad nihilũ, adeo ut [h]cornu eorũ etiam hodie sit fractum. In omni opere suo lau
B dem summo numini honorifica oratione tribuit, totóq; corde decantauit creato
rem suum, & amauit. †Cantores constituit ante arã, qui suaues sono suo cantus 1.Par.16.a
ederent, *carminibúsq; suis laudes agerẽt quotidie. Festis diebus decus addidit,
& ad summũ exornauit tempora: quibus celebrarent nomen [i]sanctũ dei, & à ma
tutino tempore decantarent [k]eiusdẽ sanctitatem. †[l]Dominus peccata eius abole 2.Reg.12.c
uit, & cornu eius erexit ad tempus perpetuũ. Fœdere pactus est ei [m]regnũ, & so-
lium

[b] τῷ Δαβὶδ υἱῷ, &c.
[c] Id est, nepotis unici, scilicet Christi.
[f] al. δῴη ὑμῖν, εἰς καρδίαν ὑμῶν.
[g] δόξαν αὐτ.
[a] ἐκτεῖναι, al. ἐκκλῖναι.
[b] τοὺς γὰρ πολέμους κυρίου αὐτὸς ἐπήγαγεν. בגזג
[c] Vel, propter huc.
[d] πρὸς δύο, al. εἰς δύο.
[e] ἐπ' ἔθνη πόλεμον, al. ἐπ' ἔθνος πολέμου.
[f] Scilicet, Bethoron, Ios.10.
[g] Vel, inspiciẽte, uel ante oculos לפני
[h] ἐχθροῦ, al. ἐκκλησίας.
[i] Σαμουήλ.
[k] βασιλείας, al. βασιλέας.
[l] ἐν ῥήματι, al. ἐν πίστει.
[m] חזון uisionis seu prophetiæ.
[n] αὐτόν.
[o] ἀρνός.
[p] βροντῆς.
[q] Id est, rege.
[r] βασιλεῖ.
[a] τοῦ προφητεύειν, al. ὁ προφήτης.
[b] שלמים, σωτηρίου uertunt LXX. ut Leuit. 3. uel, ab hostia gratulatoria, uel placida.
[c] ἔπαιξεν, al. ἐνέπαιξεν.
[d] Id est, opes & uires.
[e] ὅντος lego, al. οὕτως, Is scilicet populus, uel deus.
[f] Scilicet cæsorum.
[g] Domini.
[h] Id est, opes eorũ.
[i] ἅγιον.
[k] αὐτ.
[l] Vetus interpretatio habet, Christus.
[m] βασιλείας, al. βασιλειῶν.

Digitized by Google

3.Reg.3.e lium maiestatis in Israel. †Huic successit filius sapiens, qui per eum in [n]amplam uenit possessionē. Salomon regnauit tempore pacifico, [o]& gloriā adeptus est, postq̄ Deus circumiecta loca pacata reddidit, ut nomine ipsius statueret ædem, & sacrarium perpetuum pararet. Quàm sapiens in iuuentute [p]tua factus es, q̄ flu C minis instar repletus fueris intelligentia. Animus tuus terrā [q]omnem operuit, & allegorijs ænigmaticis [r]impleuit. Nomen tuū procul permanauit in insulas, paceq́ tua [s]fuisti gratiosus. Te miratæ sunt regiones, propter carmina, & prouer bia simul & allegorias, interpretationesq́, ac nomen domini Dei, qui Deus Israe 3.Reg.10.e lis est cognominatus. †Aurum congessisti ut stannū, & argentum instar plum 3.Reg.11.a bi multiplicasti. †[t]Lumbos tuos applicuisti mulieribus, & uinci te corpore tuo passus es. Inussisti gloriæ tuæ maculā, semenq́ tuum profanasti, offensam [u]con traxisti liberis tuis, & ex stultitia tua [x]cepisti dolorē: unde bipertito diuisum est im 3.Re.12.c 2.Re.7.c perium, regnumq́ rebellionis ortum †ex Ephraim. *Non tamen omisit mise D ricordiā suam Dominus, nec eam ex operibus suis disperdidit. Nepotes [y]electi sui haudquaq̄ aboleuit, nec progeniem amatoris sui sustulit, sed dedit Iacob reli quias, & Dauidi radicem ex ipso. Cæterum Salomon conquieuit cum patribus, & post se reliquit stultitiam [z]publicā de semine suo, inopemq́ mentis Roboam, †3 Re.12.b †qui consilio suo populū [a]alienauit, & Ieroboam Nabatis filiū, *qui in errorem †3 Re.12.d induxit Israelitas, peccandiq́ uiam Ephraim tradidit. Ergo multiplicata sunt pec cata eorū, adeo ut eos pellerent terra sua, omneq́ scelus expetierunt, donec [b]indi gnatio inuasit eos & ultio, [per quā omnia peccata luerēt.] CA. XLVIII.

3.Reg.17.a PORrò †Elias propheta uelut ignis est exortus, et sermo eius instar facis flagra A uit. Is famem [a]grauem immisit in eos, uehementiaq́ sua redegit ad paucos, 3.Reg.18.c 4.Reg.1.c [q̄ nō possent ferre iussa Domini.] Imperio Domini cœlū inhibuit, †ignem [b]de cœlo ter deduxit. Quantā gloriam miraculis tuis adeptus es Elia? aut quis pa 3.Reg.17.c ria tecum glorietur? †qui defunctū excitaris à morte, & [c]animam ab orco uerbis altissimi, qui deduxeris reges ad interitū, & [d]de sede sua gloriosos, [eorumq́ po 3.Reg.19.c tentiam infregeris,] †qui audieris in Sina increpationē [e]Domini, & in Horeb ul 3.Reg.19.c trices sententias: †qui reges ad uicem rependendā, & prophetas tibi successuros †4 Re.2.c * Mal.ult. unxeris: †qui procella ignita sublatus sis in curru equorū ardentium, *qui ad re B prehēsiones certis temporibus designatus sis ad pacandā iram [f]iudicij diuini an te furorem, ad [g]cor patris reconciliandum filio, & ad tribus Iacob cōstituendas. Beati qui te uiderint, beneuolētiaq́ fuerint [h]cōdecorati, [i]quia nos uita uiuemus. 4.Reg.2.c †Hic est Elias, qui procella tectus est, [k]cuiusq́ spiritu repletus est Elisæus. Is tem 3.4. poribus suis nihil est permotus [l]ob principes, nec imperium cuiusquam pertulit. †4 Re.13.e *4 Re.5.6 7.13. Nulla res superauit eum, †corpusq́ eius prophe[...] egit etiam post obitum. *Mi racula designauit in uita sua, defunctiq́ facta miranda sunt. Non tamen ob hæc †4.Re.18.b omnia resipuit populus, nec à peccatis destitit, †donec è terra sua captiuus est ab C ductus, & dispersus per totū orbem, adeo ut populus paucissimus cū principe re linqueretur in domo Dauidica. Pars quidem eorū [m]quod rectum erat egit, sed 2.Re.32.a pars peccata multiplicauit. Vrbem suam muniuit †Ezechias, & [n]aquā in me 4.Re.18.c dium eius induxit. Effodit ferro rupem, & cōstruxit fontes causa aquarū. †Hu ius temporibus ascendit Sennacherib, q̄ præmisso Rabsace contra Siona [o]manū suam extulit, & superbia sua gloriatus est. Tum perculsa sunt corda, manusq́ po puli: qui cum indoluisset in modū parturiētium, et dominū misericordem mani bus ad eum extentis inuocauisset, Sanctus ille de cœlo protinus exaudiuit illos, D [non retinuit in memoria peccata ipsorū, nec tradidit eos hostibus suis,] etenim 4.Re.19.g eos interprete Esaia [propheta sancto] liberauit. †Castra Assyriorū cæcidit, & angelus ipsius deleuit eos. Nam Ezechias quod Domino gratū erat fecit, & for titer se gessit in itineribus patris sui Dauidis, de quibus præcepta dederat prophe

[n] Vel, quietami.
[o] καὶ ἐδοξάσθη.
[p] σε, al. αὐτῶ, et reliqua in tertia psona.
[q] κάλυψε. [r] ἀνέπλησας, al. ἀνέπλησεν.
[s] ἠγαπήθης al. ἠγάπησαν. [t] παρέκλινας, al. σπλάγχνα.
[u] ἐπήγαγες.
[x] κατανυγῆναι ἐπὶ τῇ ἀφροσύνῃ σε.
[y] ἐκλεκτῶ αὐτῶ.
[z] Vel, populi.
[a] ἀπέστησε.
[b] ὀργὴ, καὶ ἐκδίκησις.
[a] ἰσχυρόν. [b] ἐξ οὐρανῶ.
[c] ψυχήν. [d] Vel, de lecto suo. [e] κυρίε.
[f] κρίσεως κυρίε πρὸ θυμῶ, al. πρὸς θυμόν.
[g] Hoc indicat eū lo qui de uaticinio Malach. ult. de Elia.
[h] κεκοσμημένοι, al. κεκοιμημένοι, ut for tassis sensus autho ris fuerit, Beati sūt, q̄ te uiderūt, et obie runt in gratia con stituti, magis quàm nos qui uiuimus. Ve tus interpres Lati nus (siue ita legit, si ue q̄a mutilus sensus uidebatur, de suo ad didit) præterea ha bet, Post mortem au tem non erit tale no men nostrum.
[i] Mutata persona in telligit per commu nicationem eos, qui uiderint Eliam do mini præcursorem.
[k] πνεύματος, al. σώματος, et αὐτῶ, al. ἁγίε.
[l] ὑπὸ ἀρχόντων, al. ἄρχοντος. [m] הַיָּשָׁר εὐθὲς. [o] χεῖρα αὐτῶ.

Digitized by Google

ta magnus, & [p]uaticinatione sua [q]fidus Esaias. †Temporibus illius retro cessit 4.Re.20.b
sol, uitamq; regis ampliauit. Ingenti spiritu præuidit [r]nouissima, & lugentes in Esa.38.b
Sion consolatus est. In æuum usq; futura prænũciauit, arcanaq; fata priusquam
euenirent.

CAP. XLIX.

A INstar misturæ odoramenti artificio unguentarij concinnatæ est †Iosiæ memoria, 4.Re.22.a 23. 2.Par.34.a omni ori mellis in modũ dulcis, & ut in fœcũdo uini conuiuio musica. Hic in populo reformando dexteritate usus est, & abominandas impietates sustulit. Animũ suum direxit ad Dominũ, pietatemq; temporibus impiorũ constabiliuit. Præter Dauidẽ, Ezechiam, & Iosiam [a]perfidiose defecerunt omnes, nam deseruerunt legem altissimi, regesq; Iudaici desciuere. B Alijs itaq; [b]traditũ est cornu eorũ, & gloria genti alienæ, †quę eximiã sanctitatis urbem incendit, uicosq; eius desolauit 4.Re.25.b [c]iuxta uaticiniũ Ieremiæ. Hunc enim male [d]tractauerũt, *cum ab utero propheta consecratus esset ad eruendũ, affligendum ac perdendũ, rursumq; ad ædificandum & plantandum. *Iere.1.a Porrò autem est Ezechiel, †qui intuitus est uisum gloriæ, quod ei in curru Cherubim ostensum est. Ezech.1.a C Hic [e]sub imbre meminit inimicorum, rectaq; uia incedentes [f]erexit. Duodecim quoq; prophetarũ †ossa de locis suis reuirescant, *memoriaq; eorũ fausta sit & beata. Eccli 46.c *Enimuero quisq; consolatus est Iacob, & spe fida seruauit eum. Quantopere †Zorobabelẽ extollemus? Agg.2.d 1 Esd.3.a nam is uelut insigne est in manu dextera [Israelis,] atq; itẽ *Iesus filius Iosedec, 3.Esd.5.a qui temporibus [g]suis cõdidere templũ, & [h]ædem sacrã ad gloriam sempiternam *Agg.1.c 2.a D Domino paratã extruxerũt. [i]Inter selectos insuper est diuturnæ memoriæ †Neemias, †2.Esd.1.a *qui nobis excitauit muros collapsos, portasq; constituit cũ obicibus, & domuum nostrarũ fundamenta denuo substruxit. *2.Esd.7 Nemo uero in orbe similis †Enoch extitit, †Gene.5.c Eccli 44.b Heb.11.a ut qui de terra sublimis sit assumptus, *[k]neq; Iosepho par uir quisquam ortus est, fratrũ dux, populiq; firmamentum, cuius ossa [l]conseruata sunt, *Gen.41.f 42.a.45.c [& post obitũ uaticinata.] †Sem & Seth gloria excelluerunt inter homines, & [m]in creatione rerum, Adam inter cuncta animantia. †Gen.4.a 5.d

CAP. L.

A ADde & †Simonẽ Onia natũ pontificem maximũ, qui sacram ædem instaurauit †2. Mac.3. 4. in uita sua, [a]templũq; ætate sua firmauit. Ab hoc [b]duplex altitudo fundata est, celsum munimen illud templum ambiens. Huius temporibus [c]receptacula aquarũ afficata sunt, [d]æneaq; fuit pars maris ferè tertia. Hic populo suo sedulo cauit à ruina, & elaborauit in urbe [e]includenda munitionibus. Quàm se gerebat honorifice, cũ uersabatur in populo: cumq; è domicilio uelo prætento procedebat, quasi stella matutina inter nebulas, & perinde ac luna plena diebus [f]suis, ueluti sol irradians templũ altissimi, & ut arquus in splendidis refulgens nubibus, ut flos rosarũ tempore uerno, & quasi ad aquas profluentes lilia, ut thurifer B surculus tempore æstatis, & ut ignis ac thus [g]in foco, ut uas auro solidũ omnigena gemma decoratũ, ut oliua [h]elegans & fructifera, quasiq; cupressus ad nubes usq; procera, cum sumebat gloriosum habitũ, cumq; omni magnificentia induebatur, atq; in ascensu sacri altaris [i]amictũ sanctitatis decorabat. Cum item [k]membra è manibus sacerdotũ accipiens stabat ad focũ aræ [l]cingente eum corona fratrum, Cedro in Libano natæ similis erat, illis perinde ut stirpes palmarũ, & omnibus prognatis Aarone cum sua magnificẽtia circũstantibus, sacrificiaq; Domini manu tenentibus corã uniuerso cœtu Israelitarũ. Ita ille sacrum ministerium super aram summi atq; omnipotentis Dei sacrificiũ condecorando exequebatur. Manum suam protẽdebat ad libamina, [m]libabatq; liquorem uuæ sanguineum, & [n]super solum aræ summo rerum rectori fragrans odoramentum effundebat. C Tum Aarone prognati exclamare, tubisq; ductilibus clangere, & corã altissimo uocem ingentẽ edere causa [o]cõmendationis. Tum quoq; populus omnis unà satagere, & humi procidere pronus in faciem, ad dominũ suum Deum omnipotentem

---

[p] בחזונו
[q] πιστός: uel certus.
[r] Vel, posteriora אחרונים

[a] פשע פשעו
[b] ἔδωκαν γὰρ, al. ἔδωκε τὸ κέρας .i. robur.
[c] ביד id est, p manum. Ita sæpe uocãt operam prophetæ.
[d] ἐκάκωσαν, al. ἐκάκωσε.
[e] Id est, sub allegoria imbris mala eis prædixit. Eze.13.c.38.g
[f] κατευθῦναι, animauit, al. ἀγαθῶσαι.
[g] αὐτῶν. [h] ναὸν.
[i] καὶ ἐν ἐκλεκτοῖς ὡς μνημόσυνον, ὅς ἐστι, &c.
[k] οὐδὲ ὡς Ἰωσὴφ, &c.
[l] Quædam exemplaria habẽt ὑπὸ κυρίου, à domino conseruata sunt.
[m] Vel, in natura rerum.

[a] ναὸν, al. λαόν.
[b] διπλῆ.
[c] δοχεῖα.
[d] Id est, aridissima, ut Deut. 28. cœlũ æneũ dicitur. Est aũt uel hyperbole de summa siccitate, uel allegoria de calamitosis tẽporibus, quibus tñ Simon bene præfuerit. Porrò περίμετρον habẽt emẽdatiores codices, alij περίμετρον. Vetus interpres sententiã habet contrariam.
[e] ἐμπολιορκῆσαι, al. καὶ ἐμπολιορκήσεις.
[f] αὐτῆς.
[g] ἐπὶ πυρείου.
[h] ἀναθάλλουσα.
[i] Vel, insignis erat amictu sanctitatis.
[k] μέλη, al. μέρη.
[l] κυκλόθεν αὐτοῦ.
[m] ἐσπεισε.
[n] Vel, ad basim aræ.
[o] Vel, memoriæ, uel, celebrationis.

rentem ac summũ adorandum: cantores autẽ uocibus suis laudes agere, ut suaui plurimo [p] sono carmen ederetur. Interim populus summo Domino supplicare, precesq; fundere coram misericordi, donec absolueretur cultus ipsius, sacraq; ministeria peragerentur. Deinde cum descendisset ille manus suas ad omnẽ cœtum Israelitarum, laudes Domino labijs suis agendo, eiusdẽq; nomine gloriando extendere. Inde rursum preces [q] iterari ad [r] benignitatem altissimi percipiendam. Nunc quoq; deo [s] rerum omnium laudes agite, Deo per omnia magnifico, qui nobis ab utero indies augescere dedit, & nobiscum egit pro sua misericordia. Is nos perfundat iucunditate animi, nostrisq; temporibus pacẽ concedat, ut priscis sæculis in Israel: ut misericordiam suam in nobis ratam faciat, nosq; temporibus [t] nostris liberet. Duabus gentibus infensus est animus meus, atq; tertiæ, quæ minime gens est: ijs uidelicet qui tenent montem [u] Samariæ, [x] & incolis Palestinæ, stultoq; populo Sichimis habitanti. Doctrinam prudentiæ scientiæq; [y] conscripsit in hoc libro Iesus filius Sirach Eleazaro nati Hierosolymitanus, in quo effudit animi sui sapientiam. Beatus est qui uersatus fuerit in his, & qui ea mente sua recondiderit, euadet sapiens. Nam qui hæc egerit, ualebit ad omnia, quia uestigiũ ponit in luce Domini, *qui sapientia pios imbuit. *Deus prædicetur in perpetuum. Fiat. Maxime.

CAP. LI.

Precatio Iesu filij Sirach.

TE Domine rex celebro, tibi laudes [a] ago Deo seruatori meo, nominiq; tuo gratulor, q; mihi defensor fueris & adiutor, q; seruaris corpus meũ ab interitu, & à labijs linguæ calumniatricis: q; aduersus labia mendacio dedita, contraq; [a] aduersarios mihi tuleris auxiliũ: q; me pro abundanti tua misericordia liberaris à fremitibus eorum, [b] qui parati erant ad me deuorandũ, atq; etiam è manu uitam meam insectantiũ, è plurimis, quas perpessus sum, afflictionibus, ex [c] igne suffocationem undiq; minanti, ex igne quẽ non accenderã, ex imo orci uentre, ab impura lingua, à falsa apud regẽ criminatione, & ab iniustæ linguæ calumnia. Ad mortem usq; [d] propinquarat anima mea, [e] uitaq; deorsum q̃ proxime orcũ accesserat. Comprehensum me tenebant undiq;, nec cõparebat adiutor: ad humanum auxilium [f] respectabam, nec ullum erat. Tum misericordiæ tuæ Domine recordatus sum, & eorum quæ ab æuo condito gessisses: te eorũ qui te fidant liberatorem esse, & è manibus [g] hostium uindicem. Ergo [h] è terra sustuli precationem, & ut à morte liberarer oraui. Dominũ inuocaui Domini mei patrem, ne me diebus calamitosis desereret, opem negantibus [i] superbis. Laudabam nomen tuum assidue, ac decantabam cum gratulatione, & precatio mea exaudita est. Nam seruasti [k] me ab interitu, & ex improbo tempore eripuisti. Propterea gratulor tibi, & laudes ago [l] Domine, nomenq; tuum celebro. Iuuenis adhuc antequam [m] seducerer, precatione mea palàm quæsiui sapientiam. Hanc petebam [n] ante templum, & sectabor eam usq; ad extremum in modum uuæ maturescentis [o] efflorescentem. Cor meum in ea lætatum est, & pes meus recta ingressus. Inuestigaui hanc à iuuentute mea, aurem meam admoui modice, ac [p] didici, multamq; mihi cõparaui eruditionem. Cum itaq; profectum in ea fim assecutus, fatebor gloriã illius qui mihi contulit sapientiam. Equidem decreui præstare illam, ut qui [q] studio boni tenear, nec eritur erubescã. Animus meus cum illa conflictatus est, factaq; mea perpendi, extendi manus meas in altum, & agnoui errores [r] ipsius. Direxi animũ meum ad illã, *& inueni eam in purificatione. Coniunctũ cũ [s] illa cor adeptus sum ab initio, quapropter minime deserar. [t] Viscera mea cõmota sunt ad quærendam illam, propterea bonam possessionẽ nactus sum. Dominus mihi præmio dedit linguam, qua & laudabo ipsum. Accedite ad me, ô imperiti, inq; domo disciplinæ uersamini. [u] Quidnã cunctamini [x] aut quid dicitis super his, cũ animæ uestræ ue-

[p] ἤχῳ, al. οἴκῳ.
[q] ἀλλήλους al. ...
[r] Vel, gratiam impetrandã ...
[s] πάντων, al. πάντες.
[t] ἡμῶν, al. αὐτῶν.
[u] Vetus interpres habet Seir.
[x] καὶ ἄνθρες οἱ κατοικοῦντες ...
[y] ...

[a] ...
[b] ...
[c] ...
[d] ἤγγισεν, al. ...
[e] καὶ ἡ ζωὴ
[f] ...
[g] ...
[h] ...
[i] ...
[k] ...
[l] τὸ ὄνομα σου κύριε, al. τῷ ὀνόματι κυρίου.
[m] Vel, peregrinarer.
[n] Orabant enim in atrio ante partẽ templi quæ חֵיבָל dicitur.
[o] ...
[p] לֶקַח
[q] ...
[r] αὐτῆς ... id est, eius scilicet animi.
[s] αὐτῆς.
[t] מֵעַי quod κοιλίαν uertũt, ut Thre. 1. al. καρδία.
[u] διότι, al. καὶ ὅτι.
[x] καὶ τί λέγετε.

hementer sitiant? Apeno ore meo dictito, †Sine argento comparate ᵛ uobis, cer- Esa.55.a
uicem uestram iugo subijcite, & anima uestra suscipiat disciplinam: in promptu
enim est eam inuenire. †Videte oculis uestris parum laborasse me, multamq́ mi- Eccli 6.c
hi requiem esse cõsecutum. ʒParticipes estote disciplinæ unà cum magno argenti
numero, & cum ea multũ auri acquirite. Anima uestra lætetur benignitate eius,
nec uos laudum eius puduerit. Ante amissam occasionem fungimini officio ue-
stro, suoq́ tempore præmio uos afficiet.

ᵛ ἑαυτοῖς.

ʒ μετάσχετε. Imperatiui sunt pro futuris indicatiui more Hebraico.

Liber Tobiæ.

CAPVT I.



A LIBER historiarũ Tobiæ, filij Tobielis, nati Hananiele, filio * Adue
lis, qui Gabaele ortus est è semine Asaelis, è tribu Nephthalim, qui
temporibus † ᵃ Salmanasaris regis Assyriorũ captiuus fuit abductus 4.Reg.17.a
è ᵇ Thisbe, quæ est à dextera ᶜ Cades Nephthalim in Galilæa supra
ᴰ Aser sita. Ego Tobias omni tempore uitæ meæ itineribus integritatis incedebã
& iustitiæ, multaq́ benigne in fratres gentis meæ, qui mecum Niniuen, quæ est
in Assyria regione, deuenerant, erogabam. Nam cum essem in patria mea, in ter-
ra Israelitica iuuenis adhuc, & paterna mea tribus Nephthalim uniuersa defecis-
set à templo Hierosolymæ illius, quæ ex omnibus Israeliticis tribubus ad sacrifi-
cia omnium selecta fuit, ubi templum illud domicilium altissimi consecratum
erat, & ad omnes ætates æui ædificatum: cumq́ tribus omnes sociæ defectionis
ᵉ Baali illi † iuuencæ, [quam Ieroboam rex Israel statuerat,] sacrificarent, atq́ 3.Reg.12.f
etiam patria domus Nephthalim, ego solus Hierosolymam, ut præcepto sempi-
terno præscriptum est omni populo Israelitico, frequenter commeabam, † primi- Exod.23.d 23.c
tias gerens & decimas fructuum, unà cum ijs quæ primum detonsa fuerant, & ea Deut.12.a
B sacerdotibus posteris Aaronis ad aram offerebam. Primas omnium ᶠ fructuum 18.a.26.a
decimas tradebam sacerdotibus prognatis Aarone ministrantibus Hierosolymæ:
alteras decimas uendebam, & profectus quæ inde confecissem Hierosolymis
erogabam annis singulis: & tertias dabam ijs quibus par erat, prout à Debbora
ᵍ matre patris mei præceptum habebam, utpote pupillus à patre meo relictus.
Cum autem euasissem uir, Anna uxore † de stirpe generis mei ducta, Tobiam ex Num.36.c
ea progenui, [eumq́ ab infantia docui reuereri Deum, & ab omni peccato absti
nere.] Cumq́ captiuus Niniuen [cũ uxore, & filio, omniq́ tribu mea] essem abdu
ctus, omnibus generis mei fratribus † de cibis gentium esitantibus, ego tamen ne Gen.43.f
miscerer illis genio meo temperaui: quod * religionem Dei animo meo toto co- Iudith.12.a
lerem. Gratiosum ergo me reddidit altissimus, & speciosum coram ʰ Salmanasa- *Iez.40.a
re, adeo ut me ⁱ obsonatore uteretur, [daretq́ mihi potestatẽ eundi quocunq́ uel-
lem, & quicquid libuisset faciendi libertatẽ. Quapropter commeabam ad quos-
C uis captiuitatis socios, & eos monitis salutaribus instituebã.] In Mediam autem
profectus Gabaeli Gabriæ fratri, [quem inter multos de genere meo tribulem
meum egere uidebam,] decem argenti talenta, [quæ ex honorario munere regis
habebam, accepto chirographo] concredidi. Porrò cum ᵏ Salmanasar obijsset, suc
cessit ei in regnum filius Sennacherib: cuius cum turbulentæ res essent, non pote
ram in Mediam porrò iam commeare. Cæterũ & Salmanasaris temporibus plu-
rima utebar in fratres meos benignitate, panes meos erogabam in esurientes, &
uestes

* In Tobia qui hodie Hebraice circũfertur est אריאל

ᵃ ἐνεμεσσάρου.

ᵇ Vetus interpres p hac Sephet memorat, Hebræis מותשבי.

ᶜ De qua Ios.20. al. κυδίως τῆς νεφθαλίμ: correctiores κυρίως, ut sit: à dextera proprie dictæ urbis Nephthalim.

ᴰ Vetus interpres, Naason.

ᵉ τῷ βαὰλ τῇ δαμάλει. al. τῷ βαὰλ τῇ δυνάμει.

ᶠ Vel, fœtuum.

ᵍ Id est, auia mea.

ʰ ἐνεμεσσάρου.

ⁱ Vel, emptore, aut potius dispẽsatore.

ᵏ ἐνεμέσσαρος.

Digitized by Google

uestes in nudos, atq; si quem generis mei conspicatus eram defunctum, circumq;
muros proiectum in urbe Niniue, sepeliebam illum: & si quos Sennacherib occi
derat, cum [accepta clade, qua Deus eum propter numinis obtrectationem ipsius
4.Re.19.g affecerat,] † fugiens è Iudæa rediisset, furtim † sepulchro mandabam eos, (multos
Esa.37.g enim furor illius perdidit,) ut cum conquirerentur à rege cadauera, non compare
†4 Esd.2.c rent. Cum uero Niniuitarum quidam profectus indicium regi fecisset me illos
sepelire, latitaui, & cum ad necem requiri me cognouissem, metu perculsus cessi. D
Direptæ fuerunt itaq; omnes facultates meæ, nec quicquam mihi reliqui factum
est, præter Annam uxorem meam, & filium Tobiam. Cæterum nondum erant
elapsi quinquagintaquinq; dies, cum illum duo ipsius filii interfecerunt. Cum
ergo in montes Ararath aufugissem, qui illi in regnū successerat [l] Sarchedonus
eiusdem filius, [m] Achiacharum [n] Anaelis fratris mei filium præfecit omnibus pa-
tris sui rationibus, totiq; dispensationi: cumq; Achiacharus mea causa postulauis-
set, Niniuen remeaui. Nam Achiacharus à poculis erat, & ab annulo signatorio,
tum à rationibus, ac dispensator, uicariumq; sibi Sarchedonus eum adsciuerat,
nempe è fratre meo natum.

[l] *Al. Archirdonus, Esa. 37. Esarhadō dicitur, ut et in Tobia qui hodie extat Hebraice.*
[m] *Hebr.* אחיקר
[n] חננאל

CAP. II.

Porrò cum rediissem domū meam, & Anna uxor mea, simul et filius Tobias A
mihi restitutus esset, solenni Pentecostes, quod est septem hebdomadarum sa-
crum, cum lautum mihi foret conuiuium, cibo sumendo decubui. Ibi cum opso-
niorum copiam uiderem, filio meo, Abi dico, accerse quemuis egenū è fratribus
nostris inuentū, cui cordi sit Dominus, interim ego te ecce expectauero. Cumq;
abiisset, reuersus, Quidam, inquit, ô pater, è gente nostra præfocatus iacet in pla-
tea. Tum ego, priusquam cibum gustassem, exilii, & sublatum [a] domum abdidi,
donec sol occidisset: deinde reuersus laui, cibumq; meum sumpsi cum mœrore, re
Amos 8.b cordatus uaticinii † Amos, ut dixisset, Solennia uestra conuertentur in luctum, & B
1.Mac.1.d omnes lætitiæ uestræ in lamentationes. Lugens itaq; postquam sol occidit, abii, il
lumq; effosso sepulchro mandaui. Tum uicini per ridiculū, Non metuit, aiebant,
Tob.1.d iste iam interfici propter hoc facinus: qui tametsi † fugam ceperat, mortuos tamen
ecce rursum sepelit. [Ego tamen Deum magis q̄ regem timens, corpora surripie-
bam occisorum, eaq; domi meæ occultata, mediis noctibus sepeliebam.] Eadem
uero nocte cum reuersus à sepultura, pollutus ad parietem atrii me quieti tradidis
sem, nec uelassem faciem, *passeres, quos in pariete latere nesciebam, stercus cali-
dum in apertos oculos meos demiserunt: unde natis in oculis meis albuginibus,
cum medicos adiissem, nihil me iuuarunt. [Cæterum hac tentatione periclitari C
Tobiam Dominus ideo permisit, ut posteris exemplū patientiæ, quale sancti Iob
est, proderet. Nam cum ab infantia sua Deum semper esset reueritus, eiusq; man-
data seruasset, nihil ei succensuit, quod clade cæcitatis esset affectus, sed cōstans in
religione ipsius, agendis eidem gratiis per omne uitæ suæ tempus perstitit. Nam
sicut beato Iob reges insultabant, ita uitam huius affines eius & cognati habebāt
ludibrio, dictitantes, Vbi est spes tua, qua * exercebas beneficentiā, & sepeliebas?
Tobias uero reprehendebat eos, dicens, Ne talia loquamini, quoniam filii sumus
sanctorum, & uitam expectamus illam, quam Deus iis qui fidem cum eo nun-
quam mutarint, daturus est.] Porrò Achiacharus alebat me, donec in Elymaida D
profectus sum. Anna uero uxor mea opera muliebria facienda cōduxerat, [unde
uictum parabat qua poterat industria:] cumq; dominis ea misisset, persoluto illi
pretio, hœdum insuper addidere: qui postquā peruenit ad me, cœpitq; balare, Vn
[illegible].22.a de nam est hic hœdus? inquio, † Ecquis furtiuus est? restitue illum dominis, neq;
enim furtiuum licet edere. At illa, Dono mihi super mercedē additus est, inquit.
Ego uero non credens illi, iubebam eum reddi dominis, atq; eius causa erubesce-
[illegible].2.b bā. Tum illa mihi respōdens, † Vbi sunt, inquit, benignæ erogationes illæ, iustitiæ

[a] εἰς οἴκημα, al. εἰς τὸ οἴκημα.

* *Heb.* צפרים *aues.*

* *Vel, erogabas in pauperes.*

Digitized by Google

b Vel, en cōparēt in te omnia. Ironice.

facta tua? [b] en ut in te comparent omnia. [His atq; alijs huiuscemodi uerbis illa me incessere.]

CAP. III.

**Vel, benignitas.*

חסד

A TVm cōtristatus ego, plorans ac dolens his uerbis precatus sum, Iustus es Domine, & omnia facta tua, instituta q; omnia *misericordia sunt, & integritas: iudiciumq; integrum & iustum exerces in perpetuum. Memento mei, & me respice: ne expetas à me pœnas peccatorum, aut etiam erratorū meorum, patrūmue meorū qui coram te peccauimus. Nam præceptis tuis aures occlusimus, †quam- Deut.28.c obrem ad prædam & captiuitatem, ad necem & fabulam, & ad opprobrium nos omnibus, inter quos disiecti sumus, exposuisti. Iam uero iustæ tibi causæ sunt, & idoneæ multæ, cur mecum agas secūdum peccata mea, parentumq; meorū, quia non seruauimus præcepta tua, neq; nos erga te syncere gessimus. Ergo nunc age pro uoluntate tua mecū, & iube spiritum meum eximi, ut decedam, atq; resoluar

B in terram. Præstat enim esse mortuo mihi q̃ uiuere: quandoquidē audiui exprobrationes immeritas, & multo sum in mœrore. Præcipe iam nunc me his angustijs excedere in locum æternum, nec auertas à me faciem tuam. Eadem illa die

a Al. Ragis.

contigit, ut filia Raguelis Sara [a] Ecbatanis, quæ sunt in Media, contumeliā & ipsa ab ancillis patris sui pateretur, q; septē uiris fuisset cōiuncta, & cacodæmon Asmodæus eos, priusquam uxorio more congressi fuissent cum illa, interfecisset. [Ergo cum quam puellā pro culpa ipsius increparet,] An nescis, aiebāt, te uiros tuos præfocauisse? Septem iam habuisti uiros, nec uel unius fuisti cognominata. Quid nos propter eos uerberas? Si mortui sunt, ad illos facesse hinc, ut nec filiū uideamus ex te nec filiam in æternū: [aut num occidere nos uis, ut iam septē uiros occidisti?] His auditis uehementer contristata, adeo ut præfocare se cogitaret, dicebat

C tamen, Equidem patri meo sum unica, & hoc si perpetrarem, probrosum ei foret, ac senectutem eius ad inferos cum mœrore deducerem. Porrò autem [cum in cœnaculū domus suæ ascendisset, tribus diebus, ac noctibus totidem nec edit nec bibit, sed in oratione persistens, deum precabatur cū lachrymis, ut ipsam ab hoc opprobrio uindicaret. Die uero tertio consummans precationem, Deoq; laudes agens, ac] orans iuxta fenestram, Celebrandus es Domine mi Deus, inquit, & numen gloriosum tuum, sanctum & augustū illud in æuum prædicandum est, [qui quamuis iratus fueris, clementē tamen te præstare soleas, & tempore afflictionis inuocantibus te peccata remittere.] Te celebrent omnia opera tua in perpetuum. Ecce nunc, ô Domine, defixi oculos meos ac uultū in te, aufer obsecro me de terra, ut ne sim posthac in exprobratione. Tu scis Domine integrā esse me ab omni flagitio uirili, [animūq; meum mundū ab omni cōcupiscentia,] & me nec meum

D nomen nec paternum in terra captiuitatis meæ fœdauisse. [Nunquā ludentibus miscui me, neq; me sociam leuitati deditis adiunxi. Viro autem religione tui, non per libidinē consensi nubere, & aut ego fui indigna illis, aut illi fortassis me non digni, quia me forsitan alij uiro destinasti, neq; enim est humani captus cōsilium tuum. Verum hoc certum habet omnis cultor tui, uitam suam, si probata fuerit, esse coronandam, & liberandam in afflictione: quod si correctionem mediteur, ueniam abs te posse consequi. Non enim delectaris interitu nostro, sed tranquillitatem præstas post tempestatem, atq; effusam à lachrymis fletuq; lætitiam. Nomen tuum, ô Deus Israel, in æuum celebretur.] Vnigenita patri meo sum, nec est ei puellus, qui hæreditatem ipsius adeat, adeoq; ne frater quidē propinquus, aut ē tali natus filius, cui me conseruem uxorem. Iam mihi septem interierūt, quid est cur ego uiuam? Quod si tibi minus uideor occidenda, fac habeatur ratio mei, nec audiam contumeliam amplius. His amborum precibus à maiestate magni dei exauditis, Raphael ad medendum utriq; missus est: ad Tobiam, ut abstergeret albugines: ad Saram uero filiam Raguelis, ut Tobia nato Tobiæ traderet uxorem,

uinciretq;

Digitized by Google

uinciretq́ cacodæmonem Asmodæum, quod Tobiā habere eam oporteret. Eodem illo tempore reuersus Tobias domum suam ingressus est, & Sara filia Raguelis è cœnaculo suo descendit.

CAP. IIII.

A ILla die Tobiæ uenit in mentem argenti, quod Ragis in Media Gabaeli crediderat, & secum, Cum ego mortem petierim, inquit, quin filiū meum Tobiam uoco priusquam moriar commonendum? Cumq́ uocasset eum, dixit, [Audi mi fili quæ dicam uerba, eaq́ corde tuo repone quasi fundamentum.] Defunctum me, fili, sepelias, deinde matrem tuam ne despicias, † sed honorem ei præstes per omne tempus uitæ, faciasq́ quod gratum ei sit, nec contristes ipsam. Memento, fili, quàm multa pericula te gestans in utero subierit, cumq́ obierit, ipsam iuxta me eodem sepulchro sepelias. Fili, obserua dominum Deum nostrum omni tempore, †nec peccare inducas animum, aut præcepta ipsius negligere, sed per omnē uitam tuam cole iustitiam, nec itineribus iniustitiæ incesseris. Nam dum integritati studueris, successus tibi per omnia instituta tua dabitur, adeoq́ omnibus iustitiæ studiosis. †De facultatibus tuis [a] exerce beneficentiam, nec maligne se gerat oculus tuus in præstanda benignitate. Ne auertas faciem tuam ab ullo paupere, ut Deo nec à te auersuro faciem. †Prout fueris ad copiam instructus, benignitatem exerceas: [si multum tibi fuerit, large tribuas:]parum si tibi fuerit, ne uerearis è pauco præstare benignitatem: †thesaurum enim boni recondes tibi in diem necessitatis. * [b] Beneficentia enim uindicat à morte, nec patitur te immergi tenebris. Donum enim eximium est [c] beneficentia corā altissimo omnibus eam exercentibus. Caue tibi, fili, †ab omni scortatione, [nec præter uxorem tuam cum ulla consuescas flagitiose,] sed uxorem ante omnia ducito de stirpe maiorum tuorum, nec tibi coniungas alienigenam è tribu paterna tua non ortam: siquidem C prophetis prognati sumus, & Noe, atq́ Abraham, tum Isaac & Iacob nostri sunt prisci maiores. Hos omnes, ô fili, memento duxisse uxores è cognatis suis, & in liberis suis fata felicia consecutos, semenq́ ipsorum terrā possessurum. Nunc itaq́, fili, fratres tuos ama, nec ipsos filios filiásue tuæ nationis asperneris per superbiā, quo minus uxorem tibi desumas ex illis. [Superbiam nunquā patiaris in animo aut sermone tuo dominari.] † Nā superbiæ cōiunctus est interitus, multaq́ perturbatio, & ferocitati offensio, atq́ ingens egestas: siquidem mater famis est ferocitas. †Ne moretur apud te merces ullius hominis, cuius opera usus fueris, sed eam protinus illi depende: etenim tibi quoq́ deum colenti gratia referetur. In omnibus factis tuis circumspectus esto, fili, atq́ in omni actione uitæ tuæ consultus, †& quod oderis ipse, necui feceris. Vinum ne bibas ad ebrietatem, nec illa tibi comes sit itineris. * Esurienti impertire panem tuum, & nudis uestium tuarum aliquid. D Quicquid redundarit, eroga in pauperes: nec cruciet oculos tuos benigna erogatio. Effunde panes tuos super sepulchrum iustorum, nec illum sceleratis impertias. Consilium semper petas à sapiente, nec ullum asperneris utile consilium. Saluta Dominum deum tuum omni tempore, & ab eo pete ut uias tuas & uestigia conformet, fortunetq́ consilia. Neq́ enim consilio pollet ulla gens, sed ipse Dominus omnium bonorum author est, & quem uult quo uult modo deprimit. Ergo nunc, ô fili, memineris præceptorum meorum, nec ex animo tuo deleantur. †Hoc insuper, ô fili, nunc putaui tibi significandum, me decem argenti talenta Gabaeli fratri Gabriæ Ragis, quæ sunt in Media, [te puero] concredidisse, [atq́ ipsius apud me habeo chirographum. Ideo rationem inito, quo modo peruenias ad illum, & recepto ab eo supradicto argenti pondere, chirographum ei suum restituas.] Ne tibi metum afferat, ô fili, quod pauperem uitam egerimus: †sunt tibi bona multa, si deum reueritus fueris, & quod gratum ei sit, studueris facere.

CAP. V.

Marginal references: Exod. 10.b; Eccli 7.c; Rom. 6.b; Luc. 14.c; Pro 3.b; Eccli 4.a; 4.b; Eccli 35.; Eccli 24.c; Eccli 19.; Thes. 4.a; Gen. 3.; Leuit. 19.; Deut. 24.c; Leuit. 29.b; Matth 7.a; Luc. 14.b; Tob. 1.c; Rom. 8.d

[a] Vel, eroga in pauperes. Hebraicus codex qui nuper in lucem prodijt, habet צדקה, iustitiam pro eo quod Græcus passim habet ἐλεημοσύνην.

[b] Vel, Erogatio enim in pauperes.

[c] Vel, erogatio in pauperes.

Digitized by Google

A TVm respondēs Tobias, ait, Quæcunq; præcepisti mihi faciam pater: sed quo modo hoc argentū adipisci potero, cum ille mihi sit ignotus? [aut quod nā ei signum dabo? Cui pater, Equidem apud me habeo chirographū illius, quod ubi primum illi ostenderis, argentū restituet.] Ergo tradidit illi chirographum, &, Quære tibi hominem, inquit, qui tecū unà proficiscatur, dum uiuam, (nā ego dabo mercedem illi,) & profectus argentum repete. Cum igitur ad quærendum hominem abijsset, Raphaëlem inuenit [stantem, iuuenē elegantem atq; accinctū, & tanquam paratum proficisci,] quem angelum esse ignorans [salutatum] interrogauit, [Vnde nobis aduenis bone iuuenis? Cui ille, E filijs Israel, respondit.

B Rursum interrogauit eum Tobias,] Num potero te comitem habere usq; Raga, quæ sunt in Media? aut num locorum illorum es peritus? Et angelus, Comitem me habebis, inquit: [ego uiam noui, illac'q; frequēter commeaui,] ut qui apud Gabaëlem fratrem nostrū habitauerim, [qui moratur Ragis, quæ est urbs Medorum in monte Ecbatanis sita.] Tum Tobias, Mane me, inquit, dum patri renunciem. Et ille, Abi, inquit, & ne cuncteris. Ingressus itaq; [rem omnem patri nuncians,] En pater, ait, inueni qui mecum proficiscatur: Tum ille [miratus,] Voca eum, inquit, ad me, ut cognoscā de qua tribu sit, et an fidum sis habiturus comitem. Cum ergo uocatus ingressus esset ille, & inter se consalutassent, [dixit iuuenis, Precor tibi gaudium perpetuum. Cui Tobias, Quale gaudiū mihi sit, inquit, cum sedeam in tenebris, nec lumen cœli uideam? Cui iuuenis, Fac sis forti animo, nam prope

C adest cum à deo curaberis. Porrò interrogauit eū Tobias, Nū poteris filiū meum ad Gabaëlem usq; Raga urbem Mediæ perducere? cæterū ubi redieris, mercedem tuam tibi numerabo. Respondit illi angelus, Equidem ducam eum, & ad te reducam. Rursum] Tobias interrogauit, Ex qua tribu, aut ex qua familia ortus es frater? explana mihi. At ille, Tribúmne & familiam, inquit, quæris, an mercenarium qui filio tuo comes sit itineris? Cui Tobias, Velim, inquit, frater genus tuū & nomen cognoscere. Tum ille, [Ne te solicitum habeam,] ego genus ab Azariá duco, & magno Anania, fratribus tuis. Ibi Tobias, Saluus sis, ait, áduentus tuus frater, nec mihi succenseas q; sim genus tuum & familiā sciscitatus: Sanè quidem frater meus es ex honesta bona'q; progenie. Ananiam enim et Ionathan magni

D illius Samaiæ filios ego noui, iam tum cum Hierosolymam unà adorandi, et primogenia decimas'q; fructuum consecrādi causa proficisceremur, non enim in errorem cognatorum nostrorum abducti fuerūt. E stirpe magna natus es, ò frater. Sed dic quam tibi dem mercedem, an drachmam in dies singulos cū necessarijs, ut & filio meo? cæterum si redieritis incolumes, hanc mercedē tibi amplificabo.

E [Rursum dixit illi angelus, Ego saluum tibi deducam filium, atq; reducam.] Ita cū conuenisset, Tobiç dixit, Para te itineri, et felix sit uestra profectio. Parauit itaq; filius in uiam necessaria, [& patri simul & matri ualedixit.] Cui pater, Cū isthoc homine proficiscere, inquit: cæterū habitator cœli Deus felix reddat iter uestrum, & angelus eius adiungat se uobis comitē. Cum ergo egressi ambo proficiscerentur, unà'q; cū illis canis adolescentis, Anna mater eius plorans cū Tobia expostulauit, Quare filium nostrū dimisisti? †Nónne scipio manus erat nostræ, qui nos Tob.10.a
*ultro citro'q; duceret? Argentū nō accessisset argento, uerū pro filio nostro fuisset reiectaneum. Quantum enim à Domino uictui datū est nobis, id nobis sufficit, [& aspectū filij diuitias nostras esse deputassemus.] At Tobias, Nihil solicita sis mea soror, inquit, redibit incolumis, oculi'q; tui uidebunt illū. Angelus enim bonus illi comes est, & usus itinere prospero saluus reuertet. Tū [ad hanc orationē mater adolescentis] finem fecit plorandi, [& tacuit.]

*ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι, καὶ ἐκπορεύεσθαι.

CAP. VI.

A AT illi itinere faciundo ad Tigrim fluuium peruenere uesperi, & ibi morati sunt. Cum'q; adolescens abluendi se causa descēdisset, piscis [immanis] è flu

Digitized by Google

nio prosilijt, absorbere eum conatus: [quem expauescens Tobias uoce magna cla
mauit, dicens, Inuadit me Domine.] Cui angelus, Piscē, inquit, apprehende [bran
chijs, & ad te extrahe.] Apprehensum ergo piscem adolescens, in terram extraxit
[ante pedes ipsius palpitantem.] Cui rursum angelus, Exentera piscem, ait, & as-
sumptum cor & hepar unà cum felle tuto sepone: [nam usum præstant utilis me-
dicamenti.] Et fecit adolescens ut ab angelo iussus erat, piscem autem assatū ede-
runt, [indeq; tulerunt in uiam secum, saleq; consperserunt quantū ipsis sufficeret,
donec Raga Medorum urbem peruenirent.] Cum autem itinere progressi pro-
pinquassent Ecbatanis, rogauit adolescēs angelum, Quid sibi uult, Azaria frater,
cor istuc & hepar, atq; fel piscis? [aut quo remedio pollent quæ seruari iussisti?]
Cui dixit, Corde & hepate, sicui molestus sit cacodæmon, aut malus genius, corā B
uiro fœminàue suffitum fecisse cōuenit, (neq; enim molestus postea fuerit,) fel au
tem oculis hominis albugines habentis illiniuisse: etenim remedium sentiet. Vbi
uero Ragis propinquauerunt, [cum Tobias interrogasset, Quò nam uis ut diuer
Num. 27.a 36.a tamur?] dixit angelus adolescenti, Hodie, frater, Raguelis utemur hospitio. †Is co
gnatus est tuus, & filiam habet unicam nomine Saram, de qua uerba faciam, ut ti
bi committat uxorem. [Pete ergo eam à patre ipsius, [a] ut det tibi eam in matrimo
nium.] Nam tibi debentur omnes facultates eius, ut qui solus supersis ex genere
ipsius: & puella pulchra est, & cordata. Quapropter ausculta nunc mihi, & ego
cum patre ipsius agam, ut Ragis reuersuri nuptias celebremus. Nam Raguelem
ego noui, ut qui iuxta legem Mosaicā minime sit eam collocaturus alij, aut certe
sibi contracturus perniciem, quoniam hæreditatē tibi cedere conuenit, potius q̄
ulli alij. Tunc respondit adolescens angelo, Equidem audiui frater Azaria, puel- C
lam in matrimonium fuisse datam septē uiris, qui omnes in thalamo nuptiali pe
rierint. Iam uero ego patri meo sum unicus, & metuo ne ingressus interea, quem
admodum illi priores: q; dæmon amet eam, qui neminē lędit, præter eos qui cum
illa concubuerint. Quamobrem nunc uereor ut moriar, & uitam parentum meo
rum cum dolore de me deducam ad sepulchrū, nec filius qui sepeliat ipsos sit eis
alius. Cui rursum angelus, Audi me, & declarabo tibi in quos potestatē habeat
cacodæmon. Sanè qui in matrimonium ita conueniunt, ut Deo à se menteq; sua
Gal. 31.b excluso, †equi muliq; brutorum animaliū more uacent libidini, ij sunt in cacodæ
monis potestate.] An non meministi præceptorum quæ pater tibi dedit, de uxo-
re ex genere tuo ducenda? Quare nunc audi me frater, [(nam uxor tua futura est,) D
nec de dæmone sis anxius, siquidem hac nocte in matrimoniū tibi collocabitur.
Sed ingressurus thalamū, [per tres dies abstinebis ab ea, & nihil aliud q̄ precibus
cum ea uacabis: ipsa autem nocte] prunam sumes suffimento, & imposita de cor
de ac hepate piscis parte suffitū facies, quo olfacto dæmon ille aufugiet sempiter-
nis sæculorū ætatibus non reuersurus. [Secunda uero nocte admitteris in socie-
tatem sanctorum patriarcharum, tertiaq; felicitatē eam consequeris, ut incolumes
è uobis liberi procreentur.] Cæterum [transacta nocte tertia] conuenturi surgite
ambo, & misericordem Deum inuocate, qui misertus uestri seruabit uos. [Tum
adiunges tibi uirginem cum timore Domini, liberorum amore magis q̄ libidine
ductus, ut felicitatem in liberis per semen Abrahæ consequaris.] Ne metuas, quo
niam ea tibi fuit ab æuo condito destinata, quare conseruabis eam, tecumq; profi
ciscetur, existimoq; adeo te liberos ex ea suscepturum. His auditis Tobias, amore
illius captus est, & animum ad eam uehementer applicuit.

CAP. VII.

Cum autē peruenissent Ecbatana, & ad ædes Raguelis accessissent, Sara ob- A
uiam eis egressa, facta utrinq; inter se salutatione, introduxit eos in ædes, et
Raguel [excepit eos cum gaudio, intuitusq; Tobiā,] [a] Ednæ uxori suæ, Quàm si
milis est, inquit, hic iuuenis Tobiæ consobrino meo: simulq; rogauit eos, Vnde

[a] Vel, etenim dabit.

[a] Al. Anna. Hebr. ערנה

nam adestis fratres? At illi, A prognatis Nephthalim, inquiunt, captiuis in Niniue. Rursum ille, Nostisne, inquit, Tobiam fratrem nostrũ? Nouimus, inquiunt. Et ille, Valétne, ait? Et uiuit, & ualet, inquiunt. Porrò autem [cum ille multa de ipso bona prædicaret,] Tobias, Pater meus est, inquit. Tum exiliens Raguel osculatus est eum cũ lachrymis, & [collo eius hærens,] bene precatus est illi, Eia tu [macte felicitate,] ait, hominis prędari boniq; fili. Cum autẽ audisset oculorũ usum

B

amisisse Tobiam, cõtristatus unà cum [b] Edna uxore sua, Saraq; filia collachrymauit. Cæterum propenso animo tractarunt illos, & mactato de grege ariete, opsonia large apposuerunt. Tum Tobias Raphaëli, Inijce mentionem, inquit, Azaria frater, eorum de quibus egisti in itinere, ut res conficiatur. Ita ille Rragueli rem aperit: [qua intellecta Raguel expauit, sciẽs quid septẽ uiris illis ingressis ad eam accidisset, & ne fortè idem usuueniret huic pertimescebat. Dubitante ergo illo, nec ullum petenti responsum dante, angelus, Ne metuas, inquit, eam isti desponsdere, quoniam ei, utpote religioso cultori Dei, cõiunx filia tua debetur, ideoq; ne

[b] *Al. Anna.*

C

mo alius ea frui potuit. Tũ Raguel, Non dubito, ait, quin Deus preces & lachrymas meas respexerit, credoq; adeo ipsum huc adduxisse uos, ut hæc secundum legem Moysi uiro cognationis suæ iungeretur. Itaq; ne dubites iam, quin eam sim illi desponsurus.] Hortatus est ergo Raguel Tobiã, ut ederet & biberet, ac se præberet hilarem. Nam te, inquit, par est filiam meam uxorem ducere. Attamen quod uerum est tibi declarabo. Ego filiam meam septem uiris collocaui, qui sub eam noctem qua erant cum illa concubituri, interierũt, tu tamen [c] fac animo præsenti sis & læto. Tum Tobias, Equidem hic, ait, haud quicquam gustauero, donec [petitione mea confirmata] huc statueritis eã, mihiq; collocaueritis. Cui Raguel, Dehinc iam, ut par est, uxorem eam habeas, siquidem inter uos intercedit co

[c] *τὸν νῦν ἔχων, al. τὸ νῦν ἔχον, id est, in præsentia.*

D

gnatio: porrò misericors ille deus det uobis successus prosperrimos. Vocauit ergo Saram filiam suam: quam ut ad se uenit apprehẽsam manu, uxorem Tobię dicauit dicens, Hanc ecce secundum †legem Mosis habeas, & ad patrẽ tuum abducas: simul illis bene precatus est, [ac dixit, Deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob adsit uobis, ipse coniungat uos, & beneficiũ suum in uobis impleat.] Deinde uocata [b] Edna uxore sua, sumptoq; libello syngrapham conscripsit: qua consignata, [Deum celebrantes] epulari cœperũt. Rursum Raguel uocata [e] Edna uxore sua, Para soror, inquit, alterum cubiculum, & hanc introducas. Quæ cum fecisset ut ille iusserat, & introduxisset eam illuc lachrymantem, lachrymas filiæ solata est, ac dixit, Bono animo esto filia. Dominus cœli et terræ hanc tuã tristitiã in gaudium conuerterit, quamobrem secura sis ô filia.

Num. 36.

[b] *Al. Anna.*

[e] *Al. Anna.*

CAP. VIII.

A

PEracta deinde cœna, Tobiam ad eam introduxerũt, qui abiens sermonũ Raphaelis recordatus, cum prunã ad suffimentũ sumpsisset, [prolato è pera sua, &] superposito corde piscis ac hepate, suffitum fecit, cuius odore percepto, cacodæmon aufugit in [a] ultimam Aegyptum, ubi angelus eũ constrinxit uinculis. Postquam autẽ ambo conclusi fuerunt, surrexit è cubili Tobias, simul &, †Exurge soror, inquit, & Dominũ ut nostri misereatur, precemur [tam hodie, q̃ cras & perendie, quia tribus his noctibus Deo conciliandi sumus: exacta uero nocte tertia, nostro fruemur coniugio: Liberi quippe sanctorum sumus, nec fas est ita coniungi nos, ut gentes quæ deum nesciunt. Cum ergo surrexissent unà, instanter orabãt

[a] *Vel, supremam.*

1. Cor. 7.

B

ambo ut incolumitatem consequerentur,] Ipseq; exorsus, Celebrãdus es, inquit, ô Deus patrum nostrorum, nomenq; tuum sanctum ac gloriosum in æuum prędicandũ est. Te cœli [& terræ, atq; in his fontes ac flumina,] opificiaq; tua uniuersa celebrent. †Tu creauisti Adam, & ei adiutricem Euam uxorem iunxisti pro adminiculo, è quibus hominum genus prognatum est. Tuum est dictum, Non expedit homini uiuere solitario, condamus ei adiumentum ipsi simile. Nunc ergo

Gen. 2. b

Domine,

Digitized by Google

Domine,non cauſa libidinis hanc mihi adiũgo ſororem meam, ſed ſyncero aĩ
mo,[ſoloq; deſiderio poſteritatis, in qua nomen tuum per omnes ſæculorũ æta-
tes celebretur.] Te itaq; mihi clementem exhibe,ut [b] cum hac conſeneſcã. Tum [b] συγκαταγηράσαι με.
illa cum eo ſubiecit,Amen. Porrò cum illa nocte ambo cõcubuiſſent,Raguel ex C
urrexit, [& circa galli cantũ accerſitis ſeruis ſuis,] egreſſus ſepulchrum effodit,ꝙ
diceret, Fortaſſis & hic mortẽ oppetierit [ut & cæteri ſeptem illi qui ad ipſam in-
greſſi ſunt.] Cumq; domũ ſuam reuerſus eſſet, [c] Ednæ uxori ſuæ, Mitte quam- [c] Al. Annæ.
piam,inquit,ancillarum exploratum,ſi uiuat ille: ſi minus, ut eum [antequã dies
illuceſcat,] ſine teſte ſepeliam. Ancilla ergo,[quam illa miſerat,]recluſo oſtio in-
greſſa,dormientes ambo deprehendit [ſaluos & incolumes,] regreſſaq; nũciauit
illis hominẽ uiuere. Tum Raguel [cum uxore ſua] Deo gratulans, ait, Omni
laude pura ſanctaq; celebrãdus es ô Deus,teq; adeo ſancti tui celebrẽt, opificiaq;
tua uniuerſa: te omnes angeli & electi tui per omnia ſæcula prædicent. Equidem
tibi gratulor, ꝙ exhilararis me, nec acciderit mihi quod uerebar, ſed ꝙ nobiſcum
clementer egeris, duos unigenitos miſeratus, [aſpulerisq; à nobis hoſtẽ, qui nos
perſequebatur.] Porrò aũt Domine,exhibe te benignũ his,ut uitam ſuam exigãt D
cum ſanitate & lætitia,tuaq; miſericordia, [ut ipſi te celebrẽt plenius, & ſacrificio
laudis afficiant: unde omnibus gentibus appareat, te ſolũ eſſe deum per omnem
terram.] Iuſſit ergo ſeruos ſuos ſepulchrum obruere [priuſquã luceſceret, uxori
autem præcepit ut conuiuiũ inſtrueret, utq; uiaticum omne & cibos ad iter agen
dum neceſſarios appararet. Duas quoq; uaccas pingues, & quatuor arietes ma-
ctandos curauit,epulaſq; omnibus uicinis ſuis atq; amicis apparandas,] & nu-
ptias illis quatuordecim diebus celebrauit. Nam Raguel ante exactos nuptiarũ
dies illos [D] iureiurando Tobiam adegerat,non diſceſſurum,donec ijdem illi qua [D] Vel, iureiurando affirmarat, nõ paſſurũ diſcedere Tobiam, &c.
tuordecim nuptiales dies fuiſſent elapſi: tum demum accepto bonorum ſuorum
dimidio,ad patrem remearet incolumis, reliquis poſt obitum ipſius & uxoris po
titurus, [cuius rei & ſyngrapham fecerat.]

CAP. IX.

VOcauit ergo Raphaëlem, [quem hominẽ putabat,] Tobias,ac dixit, [Au- A
ſculta quæſo uerbis meis,Si ego tibi famuler,non ſim dignus tua [a] pruden [a] Q. d. Tantũ abeſt ut æquum ſit te mihi præſtare obſequiũ, aut famulari.
tia: attamen hoc te rogo,] Adiunge tibi ſeruũ,frater Azaria,& duos camelos,atq;
ad Gabaelum Raga, quæ ſunt in Media, profectus argentum ab eo [reddito ipſi
chirographo ſuo] recipe,ipſumq; adducito ad nuptias. Nam deierauit Raguel
me non diſceſſurum: [nec poſſum iuramentũ eius ſpernere.] Pater aũt meus, [ut B
ſcis,] dies numerat: & ſi morã [uel unius diei] interpoſuero, dolorem ſanẽ ꝙ̃ ma
gnum capiet. Raphael itaq; [aſſumptis quatuor è ſeruis Raguelis, & duobus ca
melis, Raga quæ eſt urbs in Media,] profectus eſt, & ad Gabaelũ diuertit: cumq;
chirographũ ei exhibuiſſet,loculos ille protulit obſignatos,atq; ipſi tradidit. De-
inde [cum Raphael eum de rebus Tobiæ certiorem feciſſet,] manè unà profecti C
uenerunt ad nuptias, [& domum Raguelis ingreſſi, Tobiam inuenerũt diſcum-
bentem: cumq; exiliiſſet,atq; inter ſe cõſalutaſſent oſculo, lachrymæ Gabaelo ob
ortæ ſunt,Deoq; gratulabundus,Felicem te reddat Deus Iſraelis, inquit, quia fi-
lius es optimi uiri, iuſti, religioſi, & in egenos benefici. Felix dicatur uxor tua,pa
rentesq; ueſtri,ut filios è uobis & filios filiorum ueſtrorum uideatis in tertiã uſq; D
& quartam ætatem. Felicitatem conſequatur ſemen ueſtrũ à Deo Iſraelis per om
nes ſæculorũ ætates regnante. Cumq; ſubieciſſent omnes Amen, ad conuiuium
nuptiale cum timore Domini celebrandũ acceſſerunt,] & Tobias uxorem ſuam
fecit grauidam.

CAP. X.

POrrò Tobias pater dies computabat ſingulos,cumq; præſcripti peregrina- A
tioni dies eſſent exacti, nec illi redirẽt, [Tobia moram cauſa nuptiarũ facien
te,ſolicitus ait, Cur nam moratur filius meus? aut quid ipſum illic detinet?]Num

Digitized by Google

forte frustra sunt, inquit? aut mortuus est Gabael, & argentum illi nemo reddit?
Contristatus est ergo uehementer [unà cum uxore, & flere cœperunt ambo, quod fi
lius ipsorum die constituto non rediisset,] dixitque ei uxor, Actū est de filio, quan
doquidem morā fecit, eumque lamentari cœpit [lachrymis irremediabilibus,] si
mul ac, Nihil iam mihi studio est, inquit, mi fili, quandoquidem amisi te lumen
oculorū meorum, [scipionē senectutis nostræ, uitæque solatiū, & spem nostræ po
steritatis. Heu me, heu mi fili, quare te peregre misimus? omnia nobis erant in te
B sita, te à nobis dimittere non debebamus.] At Tobias, Desine, inquit, ne sis soli
cita, est enim incolumis, [satis fidus est uir ille, quem unà cum eo misimus.] Cui
illa, Tace, inquit, ne me ludifices, filius meus interiit: [nec admittebat ullā conso
lationē.] Egrediebatur aūt quotidie foras in uiam qua discesserant, [& quacunque
remeandi spes dabatur, circūspiciebat, an procul uidere posset uenientem:] cibum
non sumebat interdiu, noctesque totas filiū suum Tobiam deflebat indesinenter,
donec quatuordecim dies illi nuptiarū, quos eum illic acturum esse Raguel iura
rat, elapsi sunt. Ibi tum Tobias Rague li, Dimitte me, ait, quoniam parentes mei
C iam desperant se me uisuros. Verum socer hortabatur eum, Mane apud me, &
ego ad patrem tuum mittā, qui faciant eum de rebus tuis certiorem. Rursum To
bias, Nequaquam, inquit, sed ad patrem me dimitte. [Nam scio parentes meos com
putare dies, & animo ualde cruciari. Ita quāuis Raguel multis uerbis oraret To
biā, nulla tamen ratione persuadere illi potuit.] Exurrexit ergo Raguel, & cum
ei Saram uxorem ipsius cum dimidio facultatum tam mancipiorū & iumento
rum, quam argenti tradidisset, bene ominando dimisit eos, dicens, Deus cœlestis ded
cat uos feliciter, [& uideant oculi mei liberos uestros,] priusquam ego moriar.
[Angelus Domini sanctus adsit uobis comes itineris, & deducat uos incolumes,
D ut res parentū uestrorum omnes integro statu reperiatis.] Filiæ aūt suæ hæc di
xit, Honora soceros tuos, qui nunc parētes tui sunt, & fac nunciū de te bonū acci
piam. [Maritū tuum ames, cures familiam, & domū excolas, teque ipsam exhibeas
a *Al. Anna.* inculpatā:] simul eos osculatus est. Insuper aūt [a]Edna sic est Tobiā allocuta, Re
ducē te faciat, chare frater, Dominus ille cœlestis, & det mihi uidere liberos tuos
è Sara filia mea, ut corā ipso gaudeam. Ecce cōcredo tibi filiam meam tanquam
depositum, ut ne tractes eam molestius. Post hæc profectus est Tobias Deo gra
b *Al. Annæ.* tulans, quod iter prosperum sibi concessisset. Cumque ualedixisset Rague li & [b]Ednę
uxori eius perrexit, donec [itinere faciundo undecimo die Charan, quę est in me
dio itinere uersus] Niniuen propinquarent.

CAPVT XI.

A TVm Raphael dixit Tobiæ, Scis frater ut patrem tuum reliqueris. [Si itaque ti
bi uidetur,] pręcurramus uxorem tuam, & domū præparemus, [familia ue
ro cum coniuge tua & iumētis nostra uestigia lento gradu sequatur.] Cæterum
ut fel piscis ad manū habeas, [utpote usui nobis futurum.] Itaque prægressi sunt,
& canis eos ponè secutus. Anna uero sedebat [secundū uiam quotidie in super
cilio montis, unde procul poterat intueri,] filiū suum prospectu in uiam petens,
& uenientem eum conspicata, [ut agnouit primū,] patri eius renunciauit, Ecce
filius tuus aduenit unà cum homine qui comes ei profectus est. Porro Raphael,
B Equidem scio, inquit, patrem tuum uisum esse recuperaturū. Itaque tu [domum
tuam primum ingressus, ubi dominū Deum tuum salutaris, actisque ei gratiis ad
patrē accesseris, osculatus eum, quod habes apud te] fel, hoc oculis eius illine, &
compunctus ille detritu abolebit albugines, [protinusque illustratis oculis suis pa
ter tuus lumen cœli] & te uidebit. Accurrens autem Anna se in collū filii sui con
iecit, dicens, Postquā te uidi fili, dehinc iam mori contenta sum: & ambo complo
rauerunt. [Canis uero qui uiam unà cum illis confecerat, pręcurrit, & quasi nun
cio ueniēs blandimēto caudæ gratulabatur.] Et Tobias [manu puero permissa,
obuiam

Digitized by Google

obuiã filio] progrediebatur ad fores offensans, filiusq; accurrens eum apprehendit, [quem ille cõplexus, itidem ut uxor, osculatus est lachrymis præ gaudio obortis: cumq; Deum adorassent, gratijs actis consederunt.] Tum felle in oculos C patris asperso, [a] iussit eũ bono esse animo, [circiter semihorã expectans.] Cumq; oculi compungi sibi cœpissent, confricuit eos, donec ab hirquis albugines instar squamarum [& membranarum oui] recesserunt: [quas cum Tobias comprehensas ab oculis eius auulsisset, uisum ille recepit.] Ibi tum filium suum conspicatus, collũ eius amplexu petijt, simul ac, [Deum unà cum uxore, præsentibusq; omnibus collaudans,] Celebrandus es, ô Deus, inquit, nomenq; tuũ in æuum prædicandum est: & beati sancti angeli tui uniuersi, quoniã me flagellasti, & idem miseratus es, quòd ecce filiũ meum Tobiam aspicio. Lætus itaq; ingressus filius ipsius D patri narrauit [omnia beneficia Dei per hominẽ illum itineris sui ducem sibi præstita, &] quæ in Media magnifica contigissent. Tobias ergo [post septem dies, cum Sara & omnis familia cũ saluis pecoribus ac camelis, & cũ multa pecunia, etiam illa à Gabaelo recepta adueniret,] obuiam nurui suæ Deo gratulãs ad portam Niniues egressus est, mirantibus qui uidebant ipsum euntem, quòd uisum recepisset. Ipse uero palàm testabatur omnibus Deum sui misertũ esse: cumq; nurui suæ propinquasset, salutauit eam his uerbis, Saluus sit aduentus tuus ô filia. Deo primum gratulor, qui te perduxit ad nos, tum etiam [b] tuis parentibus. Attulit autem gaudiũ hæc res fratribus, qui Niniue erant omnibus, & aduenerũt [c] Achiacharus & Nasbas filius fratris ipsius [gratulatum de omnibus beneficijs quæ Deus in ipsum contulisset,] nuptiæq; Tobiæ cum lætitia septem diebus celebratæ sunt.

[a] λέγων.

[b] ὁ πατήρ σου, καὶ ἡ μήτηρ σου.

[c] *Al. Achior & Nabath.*

CAP. XII.

A Porrò Tobias uocato filio suo Tobia, Dispice, inquit, fili mercedem homini qui te comitatus est, atq; etiam opus auctario fuerit. At ille, Nihil grauor, inquit, pater ei dare eorum quæ attuli dimidium. [Nam quod præmiũ demus ei? aut quid beneficijs ipsius dignum possimus ei rependere?] quandoquidẽ me tibi reduxit incolumẽ, & uxoris meæ curam habuit, [fecitq; me ipsius compotem, deinde abacto dæmone, gaudiũ attulit parẽtibus eius, & me è faucibus piscis eripuit,] atq; attulit argentum meum [à Gabaelo,] tibiq; sanitatẽ restituit, [& effecit ut lumen cœli uideres, sumusq; adeo per eum bonis omnibus locupletati. Quid poterimus illi referre dignum his? Peto ergo abs te mi pater, ut roges eum an forte dignetur dimidiũ eorum quæ allata sunt accipere.] Tum senex, Iure debetur ei, inquit: atq; angelo accersito, Accipito dimidium, ait, omnium quæ attulistis, & saluus ito. Et ille seuocatis seorsum ambobus, Deum celebrate, inquit, ipsiq; gra B tulamini: magnifice prædicate eum, & coram uiuis omnibus quæ uobis præstiterit fatemini. Præclara res est prædicare Deum, & nomen ipsius extollere. Quam obrem facta dei honorificis celebrate sermonibus, nec dubitetis ei laudes agere. Arcana regis cælasse pulchrum est: contrà uero opera Dei palàm proferre honorificum. Si quod bonum est exercueritis, malũ uobis non accidet. Bonæ sunt preces quæ cum ieiunio, benignitate & iustitia coniunctæ sunt. Parum cum iustitia satius est, quàm multum cum iniustitia. [a] Beneficentiam exercere præstat, quàm aurum thesauro recondere. [b] Beneficentia uindicat à morte, omneq; peccatum expiat, [atq; impetrata uenia perducit ad uitam æternã.] Qui [c] exercent beneficentiam, & iustitiam, uitam plenè consecuturi sunt: scelerosi uero suæ ipsorum uitæ sunt inimici. Haud ego uos quicquã cælauero, [sed dicam quod uerũ est.] Dixi au- C tem, arcana regis cælasse pulchrũ esse: contrà uero opera Dei palàm protulisse ho-
Tob.2.a norificũm. Ego cum tu [lachrymans,] nurusq; tua Sara †oraretis, memoriã precum uestrarum coram illo Sancto retuli: cumq; defunctos sepelires, ego tibi similiter aderam: cum item exurgere te non piguit, desertoq; prandio tuo ad [abscon

[a] *Vel, erogare in pauperes. Hebraicus codex habet* צדקה *ut & in sequenti uersu.*

[b] *Iustitia enim uindicat à morte, &c.*

[c] *Vel, Qui erogãt in pauperes, &c.*

Digitized by Google

dendum interdiu noctuq;] contumulandũ defunctum abire, beneficium tuum me nequaquã latuit, sed apud te præsens aderam. [Sed quia Deo gratus eras, necesse fuit ut tentatione probareris.] Itaq; me nunc Deus ad medendum tibi, simul & ad Saram nurũ tuam [cacodæmone liberandam] demisit. Ego sum Raphael, unus è septem sanctis angelis, qui preces sanctorũ referunt, & illius sanctæ maiestatis sunt emissarij. Tum illi perturbati sunt ambo, proniq; prociderunt metu

D consternati. At ille, Ne metuatis, inquit, quoniam res uestra tranquilla erit, sed Deo gratulamini, quia non ueni mea gratia, sed eiusdem dei uestri uolũtate, quapropter ipsum celebrate in omne æuum. Omnibus diebus spectrũ uobis exhibui, neq; enim edebã aut bibebam, †sed uobis ita uisum est: [nã ego cibo potuq; sub aspectũ cadẽtibus non utor.] Nunc ergo agite Deo gratias, (nam ego ascendo ad eum qui misit me,) & scriptis quæ gesta sunt mandate omnia. Porrò cum surrexissent, nec usquã iam ille cõpareret, [in faciem prostrati per tres horas deum laudauere: cumq; exurrexissent,] opera Dei magna & admiranda celebrauerũt, simul & quo pacto uisus esset ipsis angelus Domini. Gen.18.a 19.a Iud.13.d

CAPVT XIII.

A Scripsit autem Tobias [senior pronunciatã ore suo] [a]meditationem gratulatoriam his uerbis, Celebrãdus est Deus ille uiuus in æternũ, simul & regnum ipsius [omnibus sæculis.] †Quoniam ipse flagellat & miseratur: deducit ad inferos, & reducit, nec est qui manum eius effugiat. Huic laudes agite nos posteri Israelis coram gentibus, quoniã ipse nos dispersit in eas. [b]Ibi enarrate magnificentiam ipsius, & eum apud omnes uiuos extollite, [ac docete nullũ esse aliũ Deum omnipotentem q̃ ipsum.] Nam ipse dominus & Deus noster est, ipse pater noster per omnia sæcula. Propter nostrã iniustitiam flagellabit nos, rursumq; miserabitur, & nos ex omnibus gentibus, inter quas dispersi sumus, congregabit. Si Deut 32.f 1.Reg.2.b Sap.16.c

B toto corde, totoq; animo ad eum cõuersi fueritis, ut integritati corã eo detis operam, ipse quoq; se conuertet ad uos, nec faciem suam à nobis auertet, sed quę nobiscũ agat, uidebitis. Gratulamini ipsi pleno ore uestro, dominum iustitiæ celebrate [cum timore ac tremore, operibusq; uestris] extollite regẽ æternitatis. Ego certe in terra captiuitatis meæ laudes agam ipsi, gentiq; peccatis deditæ potẽtiam eius & magnificentiã edisseram. In uiam redite scelerosi, & exercete coram ipso iustitiam. Quis scit an uoluntatem adijciat ad nos, tribuatq; uobis ueniam? Ego extollam Deum meum, & animus meus regi cœli gratulabitur. Omnes magnificentiã ipsius prædicent, [dies lætos celebrent,] & laudes agant ei nomine iusti-

C tiæ. Te Hierosolyma sacrosancta ciuitas propter facta [c]filiorũ tuorũ flagellabit, iustorumq; filios denuo miserabitur. Cõmemora bonitatẽ Domini, regemq; sæculorum celebra, ut rursum extruatur in te tabernaculum eius cum lætitia, & captiuos tuos exhilaret in te, atq; calamitosos in gratiã recipiat in om̃es sæculorum ætates. [Luce splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabũt te.] Ad nomen Domini Dei plurimæ †gentes è longinquo aduenient, adferẽtes donaria manibus, donaria regi cœlesti. Nationes crebræ laudabunt te, tibiq; gratulabuntur. [Adorabunt in te Dominũ, terramq; tuam habebunt consecratam, nomen enim magnum in te inuocabunt.] Omnes osores tui merebuntur execrationẽ, [& da- Esa 60.a Mat.8.a Act.2.a

D mnationem omnes impie cõtumeliosi in te,] omnes autẽ amantes te felicitatem sempiternam. Lætare & exulta super filijs iustorum, quoniã [fortunati] dominum iustorũ celebraturi conuenient. O beatos diligentes te, ut qui uoluptatem tranquillitatis tuæ percepturi sint. Beati qui super flagris, quæ passa es, indoluerunt, quoniã tua causa gaudebunt cum uiderint omnem gloriã tuam, & in æternum lætabuntur. Anima mea Deum regem illum magnũ prædicet, [quoniam Hierosolymã ciuitatem suam liberauit cunctis afflictionibus ipsius, dominus ille Deus noster. Beatus fuero, si reliquiæ seminis mei superauerint, quæ uideant claritatem

[a] תפלה, precationem significat, et omnem de rebus diuinis consultationẽ, meditationẽ, ac disputationẽ, à פלל indicauit.

[b] Al. ut ibi enarretis.

[c] Al. manuum tuarum.

Apoc.21.e claritatē Hierosolymæ,] †quoniā Ierusalem sapphiro & smaragdo lapidibusq; pretiosis ædificabitur. Auro puro construentur muri tui cum arcibus & propugnaculis, & plateæ Hierosolymæ beryllo, carbunculo, lapide [b]Ophirio. Omnes uici eius Halleluia concinent, & laudes agentes, Celebrãdus Deus, inquient, qui eam per omnia sæcula sublimem cōstituit, [ut regno potiatur per omnia sæcula. Amen.] Atq; hic finem fecit Tobias gratulandi.

[b] Alicubi, σουφείρ uertunt Septuaginta, quod Heb. est Ophir.

CAP. XIIII.

CAeterū annos natus erat quinquagintaocto cum amisit uisum, & eundem post exactos annos [a]octo recepit, [uixitq; postquā cæcitate liberatus est, annos quadragintaduos: & completis annis centū duobus, Niniue honorifice sepultus est.] Porrò subleuabat inopes, & pergebat dominū Deum religiose colere atq; celebrare. Cum autem ad summā senectutem peruenisset, [sub horam mortis] uocato filio suo, & [b]sex ex eo nepotibus, Assume filios tuos, inquit, ô fili, (nam ecce consenui, & iam excessui uitæ uicinus sum,) & cōmigra in Mediam, mi fili. [Prope iam adest cum interibit Niniue, neq; enim uerbum Domini interciderit.] Nam [c]psuasa habeo quæ Ionas propheta de Niniue uaticinatus est, ut euertenda sit: in Media uero res fore ad tempus pacatiores. Quinetiā fratres nostros in orbem ex opima terra esse disijciendos, desolādamq; Hierosolymam, & 1.Esd.3.c. in ea †concrematū ædem Dei, ad tempus deserendam. Rursum autem Deum miseratum illos reductur ū in patriam, ubi templum extruant, priori tamen dissimile, cum impletū fuerit tempus æui illius, quo exacto passim redeant è captiuitate, qui magnifice Hierosolymam ædificēt: cum ædes illa Dei præclara ad omnes ætates sæculorum structura condetur in ea, quemadmodū de ipsa uaticinati sunt prophetæ, cum omnes gentes se conuertent ad dominū Deum syncera religione colendum, simulachraq; sua defodient, [ac Hierosolymam uenient habitatum:] cum Dominū celebrabunt omnes nationes, Deoq; populus ipsius gratulabitur: cum Dominus populū suum euehet, & omes domino Deo integritate iustitiaq; gratificantes, benignitatemq; præstantes fratribus suis lætabūtur. Quamobrem nunc, ô fili, excedas Niniue, nam euenient omnino quæ prædixit Ionas propheta, [& uideo fore ut interitū afferat ipsi sua iniquitas.] †Tu uero legē præceptaq; serues, & misericordem te præbeas & iustū, ut bene tecum agatur. [Deum in memoria habeas, & eum omni tempore summoq; studio celebres.] Me autē honeste sepelias, & matrem tuam mecū, nec Niniue diutius moremini. Cogita fili, quomodo nutritium suum Achiacharum tractarit Aman, quomodo eum ex luce deduxerit in tenebras, & quam ei gratiam retulerit: cæterum Achiacharū esse seruatū, uicem uero relatam illi, ut in tenebras ipse descenderet. Manasses exercuit misericordiā, & euasit è laqueo mortifero, quē ipsi defixerant, Aman autem incidit in laqueum, ac perijt. Quare nunc uide fili, quid faciat misericordia, & qualem se liberatricē iustitia præbeat. Hæc cum dixisset, animā expirauit in lecto, ætate annorū centum quinquagintaocto: & ille honorifice sepeliuit ipsum, atq; item Annā cum mortem obijsset, sepulchro patris mandauit: ipse autem unà cum uxore liberisq; suis ad Raguelem socerū suum migrauit Ecbatana. Cumq; honorifice consenuisset, soceris suis, [quos admodū senes inuenerat, officijsq; fuerat prosecutus,] mortuis, gloriosèq; sepultis, facultatū ipsorum simul & paternarum relictus hæres, annos [b]centū uigintiseptem habens Ecbatanis, quæ est urbs Mediæ, defunctus est, [postq̄ uidit nepotes suos in quintam usq; ætatem.] Audiuit autem priusquā moreretur interitum Niniues, quæ à Nabuchodonozore & Assuero capta est, & ante obitum suum super ea gauisus est. [Omnis autem cognatio & progenies ipsius in probitate uitæ, sanctisq; studijs perstitit, adeo ut tam apud deum q̄ apud homines, omnesq; incolas terræ essent gratiosi.]

Margin: A; B; C; D. Deut.6.c; 1.Reg 7.a; Luc.24.c

[a] Al. sex.

[b] Al. septem.

[c] Vel, intellexi.

[b] Al. nonagintanouem.

Digitized by Google

Oratio Manassis regis Iudæ, captiui in Babylone, quæ neq; Hebraice habetur, neq; Græce.

DOMINE deus omnipotens patrum nostrorum Abrahã, Isaac & Iacob, iustiq; seminis eorũ: qui creasti cœlum & terrã cum omni ornatu suo, qui mare uerbo pręcepti tui determinasti, qui circunclusisti profundum, & nomini tuo terribili ac laudabili ea dedisti signa, ut omnes intuentes potentiã tuam expaueant & exhorrescãt: intolerabilis quidem est ira tua, qua minaris peccantibus, sed rursum immẽsa & inperuestigabilis promissionis tuæ misericordia. Quoniã tu dominus Deus es longe super terram omnem altissimus, patiens & perq̃ misericors, superq; malitiam hominũ placabilis. Iam uero Domine, pro tua bonitate ueniam promisisti peccatorũ resipiscentibus, non utiq; ad resipiscendũ uocans, (quamuis Deus iustorũ sis) Abraham, Isaac & Iacob, qui in te non peccauerunt. Quoniã autem ego peccaui, & scelera mea numerũ arenæ maris excesserunt, multo uinculorũ ferro prægrauatus sum, nec datur mihi respiratio. Prouocaui enim iram tuam, & scelus cõmisi in te, qui res abominãdas instituerim, & multiplicarim offensiones. Nunc uero flecto genua cordis mei, bonitatem tuam implorans Domine. Peccaui Domine, peccaui, agnoscoq; scelus meum. Te supplex imploro Domine, ignosce mihi, ignosce mihi, ne me perdas unà cum sceleribus meis, nec malorũ æternam mihi cõserues memoriam. Nam indignũ me pro tua magna seruaris misericordia, & per omne uitæ meæ tempus laudabo te, quoniam te laudat omnis uirtus cœlorũ, gloriaq; polles sempiternis sæculorum ætatibus, Amen.

Baruch.

CAPVT I.

A 
ISVNT sermones libri, quem Baruch natus Neria filio
ᵃ Al. Sedei. Maasiæ, filij Sedechiæ nati ᵃAsadia Helciæ filio, conscripsit
Babyloni anno quinto, septima die mensis eius, quo tempore
re †Chaldæi expugnauerunt Hierosolymã, igniq; succenderunt. 4.Re.25.
runt. Cuius libri sermones legit idem Baruch audiente Iechonia
chonia rege Iudæ Ioachimi filio, omniq; populo qui ad audiendum
diendum librũ conuenerat: audientibus item proceribus, regumq;
gumq; filijs, & senioribus audiẽtibus, omni deniq; populo audiente ad fluuium
ᵇ Al. Sodi. ᵇSud, & ab infimo ad summum omnibus incolis Babylonis, qui plorabant, ieiunij
niq; uota faciebãt Domino. Conferebant aũt prout cuiq; facultas ad manũ erat,
argentũ, quod miserunt Hierosolymã ad Ioachim natũ Helcia filio Salomi sacer-
ᶜ ἱερ τῶ ναβῦν αὐτόν, scilicet ναόν: uel, βαρυ. B. dotem, & ad sacerdotes, omnemq; populũ cum illo cõmorantem Hierosolymis:
ᶜcum uasa ædis Domini, quæ templo exportata fuerant, uasa argentea, (quæ fa-
cienda curarat Iosiæ filius rex Iudææ Zedechias,) in terram Iudæam restituenda
ᵈ Al. Siban. recepissent, tertia di. mẽsis ᵈSiuar, postq̃ Nabuchodonozor rex Babylonis Iechoniam,

niam, & principes ac potentes uinctos, simul & populum terrę deduxit Hierosolymis, & eos Babylonem transportauit: miserunt, inquam, cum mandatis, †Ecce misimus ad uos argentū, unde ematis holocausta peccatis expiandis, & thus, unde [c]mãna faciatis, & offeratis ad arã domini Dei nostri, †atq; pro uita Nabuchodonozoris regis Babylonici, filijq; eius Balthazaris precemini, quo ætas eorum æuo cœli respondeat in terris, nobisq; conferat Dominus facultatem illustrando oculos nostros, ut sub umbra Nabuchodonozoris regis Babylonici, filijq; eius Balthazaris uiuere possimus, illisq; seruire multo tempore, & consequamur eorum beneuolentiam. Deinde pro nobis etiam dominū Deum nostrum oretis, quoniam peccauimus in ipsum, necdū ad hunc usq; diem auersa est à nobis indignatio eius & iracundia. Legetis insuper librum hunc quem misimus ad uos diebus festis ac solennibus recitandū in æde Domini, ac dicetis, †Domino deo nostro iustitia debetur, nobis autem confusio uultus, qualis est hodie in homine Iudæo, in incolis Hierosolymæ, in regibus nostris, in principibus, in sacerdotibus, in prophetis & patribus nostris: propterea q peccauimus in Dominū, morem nõ gessimus ei, dictis domini Dei nostri nõ auscultauimus, ut præceptis eius quę palàm nobis tradidit, pareremus. Ex eo tempore quo Dominus maiores nostros eduxit è terra Aegyptiaca, ad hunc usq; diem eidem domino Deo nostro repugnauimus, & quo minus ei dicto essemus audientes sumus obluctati. †Quamobrem impacta sunt nobis mala & execrationes, quæ Dominus per Mosen seruū suum destinauit, quo tempore maiores nostros eduxit è terra Aegyptiaca, ut nobis terram daret fluentem lacte & melle, ut liquido constat hodie. Neq; enim dictis domini Dei nostri acquieuimus, quicquid dicerent prophetæ quos misit ad nos: sed sui quisq; cordis praui commenta, dijs alienis operando, malisq; ante oculos domini Dei nostri perpetrandis sequuti sumus.

Deut. 14. c; Ierem. 29. c; 1. Tim. 2. a; Baruc. 2. b; Dan. 9. a; Leuit. 26.; Dan. 28. b

C [c] מנחה, thuris manam: uel, munus

D

CAPVT II.

QVapropter re cõprobauit Dominus sermonem suum, quem aduersum nos, iudicesq; nostros, qui iurisdictionē exercuerūt inter Israelitas, tum aduersum reges & principes nostros, singulosq; Israelitas & Iudęos pronunciauit, eo q mala magna immisit nobis, (qualia nunq̃ patrata sunt sub toto cœlo Hierosolymæ designatis similia) secundū scripta †legis Mosaicæ, adeo ut corpora filiorũ suorum, & carnes filiarū suarum quidam è nobis ederēt. Praeterea reddidit eos obnoxios regnis quę circūiecta sunt nobis omnibus, & opprobrio, errationiq; inter omnes populos qui nos circūcolunt, ad quos eos disiecit idem Dominus: [a]depressiq; sunt, nedū euecti, quia in dominū Deum nostrum peccauimus, qui ipsi dicto non fuerimus audientes. †Domino Deo nostro iustitia debetur, nobis autē & maioribus nostris confusio uultus, qualis apparet hodie. Quæ prędixit nobis Dominus mala, nobis euenerūt omnia, nec tamen precibus [b]iram eius placauimus, ita ut à prauis cordis sui cogitationibus quisq; conuerteretur: & cum euigilaret Dominus in malis illis, de quibus ad nos mãdata dedit, (quia factis suis omnibus iustus est,) dictis tamen eius non auscultauimus, ut iremus itineribus præceptorū eius, quæ nobis ante oculos proposuit. †Nunc tamen domine Deus Israelitice, q manu ualida, brachioq; sublimi cū signis & miraculis, magnaq; potentia populū tuum eduxisti è terra Aegyptiaca, nomenq; tibi, quale apparet hodie, peperisti: peccauimus quidē, & impie iniusteq; uersati sumus in iustis cõstitutionibus tuis omnibus, domine Deus noster: sed auertatur à nobis ira tua, quia [c]reliqui sumus pauci inter gētes, ad quas nos dispersisti. †Exaudi preces nostras Domine, & supplicationes, tuaq; causa nos assere: redde nos gratiosos apud eos qui nos abduxere, ut totus orbis cognoscat te dominū esse Deum nostrū, siquidem nomine tuo cēsetur Israel cū sua progenie. †Respice nos ex æde sancta tua, & attēde: aurem tuam acclina Domine, & audi: aperi oculos tuos, & uide: *neq;

Dan. 9. b; Deut. 28. e; 4. Reg. 6. f; Baruch 1. d; Dan. 9. d; 1. Par. 6. e; Deut 26. c; Esa 63. c; *Psal. 113. c

A; B [a] Vel, subiecti, aut deiecti. [b] פני faciem significat & iram.

C [c] Vel, derelicti.

D

Digitized by Google

enim mortui apud inferos, quorum uisceribus ademptus est spiritus, gloriam aut iustitiam tibi tribuerint, sed super [b]magnitudine, quæ declinans & labascens abit, mœstus animus, oculiq́ deficientes, & esuriens anima gloriā tuam Domine prædicarint & iustitiam. Neq́ enim iuste factis patrū aut regum nostrorū freti preces nostras corā te domine Deus noster effundimus, sed quia indignationem & iram tuam immisisti nobis, quemadmodū per seruos tuos prophetas denuncia-
B sti, cum diceres, Hæc ait Dominus, † Humerū uestrum [& ceruicem] summittite ad seruiendum regi Babylonico, & sedes terræ quam maioribus uestris tradidi, retinebitis: sin est ut dicto mihi non sitis audientes [c]ad seruiendū regi Babylonico, abolebo uocem lætam & iucundā, uocem sponsi sponsæq́ ex urbibus Iudaicis, ac Hierosolymis, terraq́ tota deserta erit habitatoribus. Sed nos dictis tuis non auscultauimus, ut seruiremus regi Babylonico. Re itaq́ cōprobasti sermones tuos, quos per seruos tuos prophetas loquutus es, adeo ut ossa regū & maiorum nostrorū locis suis sint eruta. Nam ecce æstui diurno, pruinæq́ nocturnæ ia
F cent exposita, & illi per labores diros, per famē, per gladiū, perq́ exilium mortui sunt: templū autem de nomine tuo dictum, redegisti quo res declarat hodie, propter domus Israeliticæ Iudaicæq́ malitiam. Sane tu domine Deus noster, secundum omnem benignitatem & misericordiā tuam magnam egisti nobiscū, quemadmodum per †Mosen seruum tuum testatus es, cum eum legem tuam omnibus Israele prognatis iussisti præscribere uerbis his, †Si dicto mihi nō fueritis audientes, sane magnū hoc examen & frequens ad paucos redigetur inter gentes, quo illos dispersurus sum, eo ꝗ sciam non audituros me esse istos, ꝗ sint duræ ceruicis
G populus: ut resipiscant uel in terra peregrinitatis suæ, & me dominū Deum suum agnoscant. Tum cor dabo eis [ut intelligant:] & aures attentas, ut me prædicent in terra exilij sui, ut celebrent nomen meum, utq́ dorsum illud cōtumax suum deponant, unà cum prauis facinoribus. Recordabūtur enim quò euaserint patres eorum, qui peccauerunt in Dominū, & reducam eos in terram quam iureiurando pactus sum maioribus eorum, Abraham, Isaac & Iacob, ut ea potiantur: tum etiam multiplicabo eos, ut ne diminuantur, fœdusq́ perpetuum inibo cum ipsis, ut ego Deus sim ipsorum, & ipsi mihi populus, nec postea pellam populū Israeliticum è terra quam ei tradidero.

CAP. III.

A TE omnipotens domine Deus Israelitice contractus animus, te anxia mens inuocat, audi Domine, & patere te miseratione cōmoueri: cumq́ deus sis misericors, exerce misericordiā, quandoquidē in te peccauimus. Tu enim degis æuum, nos uero uitam amittimus. Omnipotens domine Deus Israelitice, exaudi quæso preces mortuorū Israelitarum, & filiorum qui peccauerunt in te, monitisq́ domini Dei sui non paruerunt, quamobrem malis sumus implicati. Ne memineris iniustitiæ patrum nostrorū, sed hoc tempore recordare [a]manus nominisq́ tui, quia tu dominus Deus noster es, & te Domine prædicabimus. Nā ideo terrore tuo corda nostra perculisti, ut nomen tuū inuocaremus, & te laudaremus in exilio nostro, ut qui omnem iniustitiā patrum nostrorum qui in te peccauerūt,
B animo recoluerimus. [b]Ecce nos in exilio nostro sumus hodie, quò nos dispersisti opprobrio, maledictis, & debitis obnoxios, iuxta omnem iniustitiā patrum nostrorum, qui à domino Deo suo defecerunt. Audi ô Israelita, præcepta uitalia, auresq́ præbe percipiendæ sapientiæ. Vnde est Israelita, ꝗ in hostili terra degis, ꝗ in peregrina regione consenuisti, ꝗ mortuorū commercio pollutus es, ꝗ inferos petentibus es adnumeratus? Fontem sapientiæ deseruisti: si uiam Dei tenuisses, utiq́ in sempiterna deguisses trāquillitate. Disce ubi sit sapientia, ubi robur, ubi intelligentia, ut scias simul in quo sit diuturnitas ætatis, in quo uita, in quo lumen oculorū, & tranquillitas. Quis inuestigauit sedē eius? aut quis in thesauros

[b] Id est, magnificētia & decore Israelitico quod perit.

[c] לַעֲבוֹד

Iere. 29. b

Leuit. 26. b

Deut. 4. d 28. d

[a] Id est, potentiæ uel uirtutis.

[b] ul.

Digitized by Google

sauros ipsius penetrauit? Vbi sunt principes gentium, & qui bestijs in terra dominantur? qui aues cœli ludos faciunt, qui recondunt thesauros argenti & auri,
quo fidunt homines, nec acquirendi finẽ faciũt? Nã argenti fabricatores illi studiosissimi, nondum confectis operibus suis, extincti sunt, et inferos petierũt, exortis in locum eorum iunioribus alijs, qui lucem quidem aspexerunt, & terrã incoluerunt, sed ignorauerunt uiam scientiæ, non obseruarũt semitas ipsius, nec eam exceperunt, filijq́; ipsorum procul abfuerunt ab itinere eius. Nec in Chanaan est audita, nec in Theman uisa est, neq; posteri Agar studiosi intelligentiæ in terra, mercatores Meran & Theman, neq; fabularum interpretes, prudẽtiæ licet exploratores, unquam cognouerũt uiam sapientiæ, aut calliũ eius meminerunt. Quàm ingens est domus Dei, ô Israel, q̃ longe patet locus possessionis eius, q̃ amplus est & infinitus, altus & immensus. Ibi extiterũt gigantes illi iam inde ab initio nobiles, ingẽtes, artisq́; bellicæ periti. Non tamen hos elegit Deus, nec ipsis rationem scientiæ tradidit, sed perierunt inopia sapientiæ, perq́; insipientiam suam interierunt. Quis ascendit in cœlũ, & cõprehendit illã, aut deduxit eam è nubibus? quis traiecit mare, qui inuenerit eam, auróue puro compararit? Non est qui uiam eius nouerit, aut qui callem eius perpensum habeat. Cui nota sunt omnia, is & hanc habet cognitam, eamq́; sua adinuenit prudentia. †Qui stabiliuit terrã in tempus sempiternum, qui eã pecudibus impleuit quadrupedibus, †quo emittẽte lumen progreditur, & tremebundũ obsequitur reuocanti. Stellas uero relucentes in stationibus suis hilares si uocet, Adsumus, aiunt, suoq́; creatori fulgent cum lætitia. Is est Deus noster, cui non est comparandus alius: qui adinuenit omnẽ rationem scientiæ, eamq́; seruo suo Iacob, et Israeli sibi perscharo tradidit, quæ †deinde com paruit in terra, & egit inter homines.

C [Greek marginal note: μεριμνῶντες, καὶ οὐκ ἔστιν ἐξεύρεσις τῶν ἔργων αὐτῶν.]

D מבין

[Marginal references: Gene. 1. / Iob 10. c / Isa. 38. b / Eccli 46. a / Ioan. 1. b]

CAP. IIII.

HAec liber est præceptorum Dei, hæc lex in æternum duratura. Quicunq; apprehẽderint hanc, uitam ingressi sunt: qui uero deserũt eam, morituri sunt. Reuertere Iacob, & eam apprehẽde: perge obuiam lumini eius ad claritatẽ. Gloriam tuam ne cesseris alij, nec commoda tua genti alienæ. Beati sumus Israelitæ, quoniã placita Dei nobis significata sunt. Bono este animo populares mei, monimentum Israelis. †Non estis mancipati gentibus ad interitum: sed quia Deum reddidistis uobis iratum, peruenistis in hostium potestatem. Exacerbastis enim creatorem uestrũ, eo q; dæmonijs, falsisq́; dijs sacrificaueritis, Deum uero uestrum æternũ qui nos creauit, tradideritis obliuioni, altricemq́; uestram Hierosolymam contristaritis. Vidit enim quæ uos inuaserit ira diuina, ac dixit, Audite confines Sion, quanto me luctu Deus affecerit. Nam filiorum filiarumq́; mearum uidi captiuitatem, quam Deus æternus illis attulit. Quos enim educaui cum lætitia, eosdem cum fletu luctuq́; amisi. Nec quis gaudia celebret uiduæ mihi, et desertæ, quæ propter peccata liberorũ meorum multis orbata sum, propterea q; à lege Dei declinauerunt, et non agnouerũt iura ipsius, itineribus mandatorũ eius non ierunt, nec calles disciplinæ coniunctæ cum iustitia ipsius institerunt. Adeste confines Sion, ut captiuitatis filiorum filiarumq́; mearum, qua eos affecit æternus ille, memineritis. †Induxit enim in eos gentem à longinquo, gentem improbã et barbaram, quæ neq; senem reuerita est, nec miserta puerorum, abduxit charos uiduæ, et filiabus orbauit desolatam. Ego uero quidnam potero uos adiuuare? Qui enim mala uobis intulit, idem uos è manu inimicorũ uestrorum eripuerit. Ite liberi, ite ego quippe orba relicta sum, habituq́; prosperitatis exuto, ciliciũ supplex indui æternum illum, quoad uiuam, inuocatura. Bono animo estote liberi, †& clamores ad Deum tollite, qui uos à potẽtia, manuq́; hostium liberaturus est. Nam ego iam ab æterno illo sperare cœpi salutem uestram, & à sancto lætitia mihi obiecta est, fore ut breui obtingat uobis ab æterno seruatore nostro uenia: siquidem cum

A / B / C

[Marginal references: 3 Re. 17. d / Deut. 28. e / Iere. 5. c / Deut. 4. e / Psal. 129. a]

Digitized by Google

fletu luctuq; amisi uos, ut Deus eosdē mihi cum gaudio sempiternaq; lætitia restituat. Vt enim modo uicinæ Sion captiuitatem uestram uiderunt, ita breui profectam à Deo uestro salutē aspicient, quæ uobis cum ingenti gloria & splendore
B æterni illius obueniet. †Ferte patienter, ô liberi, immissam à Deo uobis [a] acerbitatem. Hostis quidem tuus persecutus est te, sed breui uidebis eiusdem interitum, calcabisq; ceruicem eius. Delicati mei uias confecerunt asperas, & tanquam grex præda partus abacti sunt. Bono animo estote liberi, & Deum inuocate: nam in expeditionem egressus memor erit uestri. Vt enim ad declinandum à Deo intentum uestrum habuistis animum, †ita conuersi decies tanto magis ipsum quærite.
F Nam qui mala uobis immisit, idē uos cum salute uestra perfundet iucūditate perpetua. Fac adsis animo Hierosolyma, qui te optauit nominatim, is consolatur te. †Miseros qui te afflixerunt, & è ruina tua perceperunt gaudium. Miseras ciuitates, quibus liberi tui seruierūt, miseram quæ tuos accepit filios. Vt enim ruina tua gauisa est, casuq; tuo lætata, ita mœrebit sua solitudine. Exultantem frequentiam
G eius auferam, & in luctum conuertam gloriationem. Per longos enim dies ignis ab æterno illo immittetur in ipsam, plurimoq; tempore coletur à dæmonibus. †Respice ad Orientem Hierosolyma, & intuere lætitiā à Deo tuo tibi uenientē. Ecce filij tui quos amiseras adueniunt, adueniūt ab Oriente & ab Occidente usq; uerbo sancti Dei congregati, & ipsius lætabundi gloria.

[a] Vel, iram.

2. Reg. 16

Esa. 57.b

Ier. 50.a.b.c

Infra. 5.b

CAP. V.

A EXue habitum lugentis & afflictæ Ierusalem, & datæ à Deo gloriæ sempiternæ decus indue, uesti te diploide diuinæ iustitiæ, capitiq; tuo mitram gloriæ æterni illius impone, quia Deus splendorē tuum toti subiectæ cœlo terræ [a] ostensurus est.
B †Imponetur enim à Deo tibi nomen sempiternū, Pax iustitiæ, gloriaq; pietatis. Exurge Hierosolyma, & in edito consiste loco, unde respicias ad Orientem, unde liberos tuos cernas congregatos ab Occasu & Oriente usq; uerbo sancti illius, memoriaq; Dei lætabundos.
C †Nam qui ex te pedestres, cum ab hostibus abducerentur, egressi sunt, eos Deus [b] sublimes gloriose reducit ad te ut filios regios. Cōstituit enim Deus ut deprimatur omnis mons excelsus, scopuliq; perennes, & ualles expletæ solo adæquentur, qua Israelitæ protecti gloria Dei commeent,
D arbustis etiam, omnibusq; [c] arboribus odoriferis [d] umbram Israelitis iussu Dei præbentibus. Præibit enim Deus Israeliticus cum lætitia, & luce gloriæ suæ, cum misericordia & iustitia, cuius ipse author est.

[a] Addit.

[b] αἰρομένους, al. ἀρρομένους.

[c] ξύλῳ

[d] ἐσκίασαν, al. ἐσκίασαν.

Supra 4

Supra 4.

EXEMPLVM Epistolæ quam Ieremias misit ad captiuos Babylonem à rege Babylonico abducendos, ut ipsis exponeret quæ à Deo mandata habuit.

A PRopter peccata uestra in Deum cōmissa captiui à Nabuchodonozore rege Babylonico abducemini Babylonem. Ingressi itaq; Babylonē, per multos annos longumq; tempus ibi eritis, ad septimam usq; progeniem: post quod tempus educā uos inde pacifice. †Interim Babyloni deos argēteos, aureos & ligneos gestari humeris metum gentibus intentantes uidebitis. Ergo religiose cauete, ne & uos alienigenarum exemplū imitemini, aut metus illorū incesserit uos à fronte & à tergo turbam adorantium talia uidentes, sed animo dicite, †Tibi Domine debetur adoratio. Angelus enim meus præsens uobis animarum uestrarum uindex est. Nam lingua istorum ab artifice polita est, ipsaq; auro argentoq; inducta sunt: uana uero sunt, & loquendi facultate uacua. Tanq̄ uirgini cupidæ ornamentorum aurum sumunt, & coronas concinnāt deorum suorum capitibus. Est autem & cum sacerdotes aurum & argentū à dijs suis ablatū impendāt in usum suum, [a] indeq; tecto latēibus impertiāt meretricibus, rursumq; deos illos aureos, argenteos

Sap. 13.14
Ier. 25.a.b
Esa. 44.b
Psal. 115
Sap. 13.14
Deut. 6.6

[a] Vel seipsos.

Digitized by Google

Ierem.10.a argenteos & ligneos uestimentis ornent ut homines. †Non tamen illi uindican B
tur ab [b] ærugine aut carie, quamuis purpureo sint amicti uestiméto, facies'q; eorũ
extergantur à puluere qui excitatur è domo, & plurimus ipsis insidet. Hic sceptrũ
tenet ut rector quispiam regionis, qui tamen peccantẽ in se non interficit: ille pu-
gionẽ dextera gerit aut securim, qui seipsum tamen à bello & latronibus non eri-
piat. Vnde liquet illos non esse deos. Ergo ne metuatis ipsos. Nam quale uas ho
minis est, quod contritum redditur inutile: tales sunt & istorum dij, quorũ [c] in ædi
bus positorum oculi puluere pedibus ingredientiũ excitato sunt obsiti. Et ut cui
piam qui regem offenderit atria circuncludi solent, tanquã ad supplicium abdu-
cendo: ita sacerdotes ædes eorum muniunt ostijs, claustris & uectibus, ne à [D] latro
nibus cõpilentur. Lucernas his accendunt, etiam plures q̃ sibijpsis, cum nullam
earum uidere queant, sed instar trabis cuiuspiam sint in domo. Corda eorũ aiunt
elingi à natis terra serpentibus, à quibus ipsi eroduntur cum uestimentis suis, nec
sentiunt. Præ fumo in ædibus orto nigrescunt facies eorum: noctuæ, hirundines
& uolucres inuolitant corporibus & capitibus eorum, atq; item & feles. Vnde co
gnoscetis non esse deos, quamobrem ne metuatis ipsos. Nam auro quo sunt or- C
natus causa uestiti, nisi quis situm absterserit, nequaquam fulserint: neq; enim sen
Esa.46.b su afficiebantur, etiam cũ cõflarentur: †summo'q; empti pretio, spiritu tamen sunt
uacui. Inopia pedum gestantur humeris, suam ipsorũ ignominiam significan-
tes hominibus. Erubescere etiam oportet cultores talium, cum nunquam si ceci-
derint, per se queant resurgere, neq; si quis erexerit illa, moueri per se, neq; inclina
ta se unquam erigere, sed donaria tanquam mortuis apponantur. Sacrificijs uero
eorum uenditis abutuntur sacerdotes, similiter'q; & mulieres penũ curantes inde,
nihil inopi aut infirmo impertiũt: sacrificia deniq; eorum contingũt menstrualis
mulier & [e] puerpera. Hinc igitur intelligentes non esse deos, ne metuatis ipsos.
Nam unde uocentur dij? An quia mulieres ad deos aureos, argenteos & ligneos
ponunt donaria? sacerdotes autem in templis eorum scissis tunicis, & barba capi
te'q; raso & aperto sedent, coram'q; dijs suis tanquã in ferali cœna uociferando ru
giunt? Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & uxores suas inde, liberos'q; ue-
stiunt. Neq; si malum acceperint à quopiam aut beneficium, illi possunt repen- D
dere, neq; dare regnũ cuiquam aut abrogare queunt: neq; item diuitias aut æs un
Eccle 5.a quam ualent tribuere. †Quod si quis uotũ nuncuparit ipsis, nec reddiderit, haud
quaquam id expoposcerint. Hominem à morte nõ uindicarint, nec infirmiorem
liberarint à potentiore. Non restituerint homini cæco uisum, in necessitate consti
tutum nequaquam eripuerint, non miserti fuerint uiduæ, pupillo beneficiũ non
dederint. Lapidibus è monte petitis similia sunt ista lignea, aurata & argentata:
qui uero colunt ea, dedecus concipient. Quomodo igitur deos esse illos censen-
dum est aut dicendum, cum ipsi quoq; Chaldæi prodant horum ignominiã? qui [f]
ubi mutum uiderint sermonis usu carentem, admoto Belo, ut loquatur postulãt:
quasi ille sensu sit prædirus. Non tamen possunt re perpensa missa facere talia, ut
quæ sensu careant. Quid, quod mulieres funiculis accinctæ uias insident, [g] surfu-
res adolentes: cum'q; quæpiam ipsarum ab aliquo prætereuntium attracta, com-
pressa'q; fuerit, alteri exprobrat, q; non eam quam ipsa dignationem consequuta
sit, nec funiculus eius fuerit diruptus. Omnia quæ fiunt in illis, falsa sunt, quomo E
do igitur sentiendum est, aut dicendum illos esse deos? A fabris & aurificibus con
fecta sunt talia, nec alia q̃ artifices illa esse uolũt, euaserint, ipsi'q; adeo fabricatores
eorum haudquaquam sunt longæui. Quomodo igitur opera ab ipsis fabricata
dij sint? Etenim uanitatem & opprobriũ posteris reliquerunt. Nam ubi bellum
ipsis mala'q; ingruerint, cõsultant apud se sacerdotes, quò nam se abdãt cum illis.
Quid igitur uetat, q; dij non sint intelligere, cũ seipsos nec à bellis nec à malis uin.

[b] ἰοῦ.

[c] καθιδρυμένων, ἐν τοῖς οἴκοις, al. καθιδρύμενοι: ἐν τοῖς ὄρε νοις.

[D] Aut potius, furib. quos & ipsos à latẽdo λησὰς uoces.

[e] λεχώ.

[f] ἐὰν δυνατὸν ᾖ αὐτὸν αἰσθάνεσθαι, al. ἐννοῆσαι.

[g] πίτυρα, al. ossa oliuarum.

dicent? Nā lignea cum ſint auro argentoq́ inducta, falſa eſſe poſthac palàm erit, liquidoq́ conſtabit gentibus omnibus ac regibus non eſſe Deos, † ſed opera ma nuum humanarum, quibus nihil inſit diuini. [h]Quis neſciat non eſſe deos illos? Neq; enim crearint regioni regem, nec pluuiā hominibus unquam dederint. Iu- Psal. 115. Sap. 13. b

[h] τίνι ἐγνωσίον.

F dicium inter eos non exercuerint, nec iniuriam propulſarint imbelles. Cornicibus enim inter cœlum & terrā [i] pendentibus ſunt ſimiles. Etenim ſi ædem deorum ligneorum, auratorum, aut argentatorū inuaſerit ignis, ſacerdotes quidem eorum fugerint, & euaſerint, ipſi uero trabium inſtar conflagrant in medio, neq; regi adeo nec hoſtibus reſtiterint. Quomodo igitur cenſendi uocandiue dij ſunt? Nec fures nec latrones effugerint unquam dij lignei, aurati & argentati, cum potentiores ipſis aurum, argentum, & ueſtitum quo ſunt amicti, ablatum gerentes, abeant, nec illi opem ſibi ferant. Potior itaq; rex eſt probans ſuam potentiā, aut in domo uas utile quod domino ſit uſui, quàm dij falſi: potior ianua domus, quę in ea ſunt cuſtodiens, quàm dij falſi: potiores & columnæ ligneæ regiarū, quàm dij falſi. Nam ſol quidem & luna, aſtraq́ ſplendētia cum emittuntur ad uſus neceſſarios, facile parent: ſimiliter & fulgur cum emicat, conſpicuum eſt: eodem modo, & uentus regionem omnem perflat, & nubes à Deo totum orbem permeare iuſſæ mandatum exequuntur, ignis quoq; ad montes arbuſtaq́ conſumenda de-

[i] Vel, uolantibus.

G ſuper demiſſus iuſſa perficit: iſta uero nec formis nec uiribus ſuis ſunt his ſimilia. Vnde nec ſentiendum eſt nec dicendum illos eſſe deos, qui nec iudiciū exercere, nec beneficium dare queunt hominibus. Cognitū igitur habentes non eſſe deos, ne metuatis ipſos. Siquidem reges nec felices reddiderint nec infelices, ſigna gentibus in cœlo non ediderint, non fulſerint inſtar ſolis, nec ut luna luxerint. Beſtiæ præſtantiores ſunt illis, quæ ſub tectū fugiendo ſibi prodeſſe poſſunt. Nullo itaq; modo deos eſſe liquet nobis, quapropter ne metuatis illos. Nam quod eſt in cucumerario terriculum nil defendens, hoc dij ſunt iſtorum lignei, aurati & argentati, inſtar ſpinæ hortenſis, cui quæuis inſidit auicula, cadaueriq́ adeo in tenebris proiecto ſimiles ſunt iſtorum dij lignei, aurati & argentati. A purpura deniq; & [k]ſplendore marceſcente in ipſis, deos non eſſe cognoſcatis. Nam ipſi quoq; tandē conſumentur, & dedecus afferent regioni. Præſtat igitur homo integer, qui caret ſimulachris, nam ab ignominia procul aberit.

[k] τῆς μαρμάρου.

Canticū trium ſanctorum

puerorum, quod ſequitur in tertio capite Danielis poſt hæc uerba, Et incedebant in medio flammæ laudantes Deum, & Dominum prædicantes. Non extat autem Hebraice, ab eo loco qui incipit, Stans autem, &c. uſq; ad, Nabuchodonozor autem, &c.



TANS autem Azarias, ſic orauit, & in medio ignis ore aperto, Prædicandus es, inquit, domine Deus patrum noſtrorum, celebrandum nomen tuum, & perpetuò glorioſum. Quia iuſtum te præbes omnibus in rebus quibus nos afficis: integra ſunt omnia opera tua, & inſtituta tua recta, ſynceraq́ omnia iudicia. Integra enim iudicia exercuiſti, et quæcūq; intuliſti nobis, ſanctæq́ ciuitati patrū noſtrorū Hieroſolymæ, utiq; legitime iuſteq́ ea omnia propter peccata noſtra intuliſti. Nam peccauimus, & inique egimus, qui

Digitized by Google

qui defecerimus à te, deliquimus per omnia, præceptaq; tua nec audiuimus, nec seruauimus, nec quo modo nobis ea præceperas, ut bene esset nobis, præstitimus. Quæcunq; ergo intulisti nobis & fecisti, legitimo fecisti iudicio, & in manus iniquorum hostium, inimicissimorumq; proditorum, tum regi iniusto, & in tota terra pessimo nos tradidisti. Iam itaq; nō licet nobis hiscere: dedecori & opprobrio seruis tuis, cultoribusq; tuis facti sumus. Propter nomē tuū ne planè prodas nos,
1.22.c 2.28.c ne rescindas pactū tuum, neue misericordiā tuam à nobis auoces, propter †Abraham tibi charum, propter Isaac seruum tuum, & propter sanctum tuum Israelem, quibus cum locutus es, pollicens te semen eorum instar stellarum cœli, & ut arenam quæ est in ora maris multiplicaturum. Nam infra gentes omnes diminuti sumus Domine, & hodie in omni terra humiliter agimus propter peccata nostra. Non est nobis princeps hoc tempore, non propheta, non dux, nō holocaustum, non sacrificium, non munus, non suffimentum, non locus sacrificandi coram te, ut ueniam impetremus: attamen cum animo fracto, deiectisq; admittamur spiritibus. Instar holocaustorum arietum & taurorum, denorumq; millium opimorum agnorum sit coram te sacrificium nostrum hodie, [a] ut ad finē usq; sequamur te, quia ijs qui te fidunt non est erubescendum. Sanè nunc [b] te corde toto sequimur, te reueremur; & aspectum tuum quærimus. Ne afficias nos pudore, sed pro benignitate tua, ubertateq; misericordiæ tuæ agas nobiscum, secundum miracula tua serues nos, gloriamq; nomini tuo Domine concilies. Erubescant omnes qui male tractauerunt seruos tuos, uim omnem & potentiam amittant turpiter, & robur eorum infringatur, ut cognoscant te dominum deum esse solum, & per totum orbem gloriosum. Interim non cessabant qui iniecerant eos ministri regij fornacem naphta, pice, stuppa, sarmentoq; succendere, adeo ut flamma fornacem ad quadragintanouem cubitos exuperaret, cum erupit, & quos circa fornacem offendit Chaldæos concremauit. Angelus autem Domini, qui unà cum Azariæ socijs in fornacem descenderat, discussa è fornace ignea flamma susurrantē, quasi roscidum flatum in medio eius excitauit, ut ignis prorsus relinqueret intactos & illæsos, nec ulla eos molestia afficeret. Tum tres illi uelut uno ore in fornace decantare deum, celebrare, & his uerbis prædicare,

[a] למלאחריך
[b] eti.

Prædicandus es domine Deus patrum nostrorū, celebrandus & laudandus in perpetuum: prædicandum item nomen tuū gloriosum illud & sanctum, perquàm laudabile, & in æuum supra modum extollendum.

In templo sanctæ maiestatis tuæ prædicandus es, sempiternis sæculis percelebrandus, & perquàm gloriosus.

Prædicandus es, ut qui profunda intuearis, & Cherubim insideas: sempiternis sæculis percelebrandus, & extollendus.

Prædicandus es in solio regni tui glorioso, sempiternis sæculis percelebrandus, & perquàm gloriosus.

Prædicādus es in solo cœlesti, sempiternis sæculis percelebrādus, & gloriosus.

Omnia opera Domini prædicate Dominū, ipsum sempiternis sæculis decantate, & extollite.

Cœli prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

1.148.a †Angeli prædicate Dominum, Dominum sempiternis sæculis decantate, & extollite.

Omnes aquæ quæ supra cœlos sunt prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Omnes facultates Domini prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Sol & luna prædicate Dominū, sempiternis sæculis decantate eū, & extollite.

Digitized by Google

Stellæ cœli prædicate Dominũ, sempiternis sæculis decãtate eum, & extollite.

Omnis imber & ros prædicate Dominũ, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Omnes spiritus prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Ignis & æstus prædicate Dñm, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

*Prædicate Dominum frigus & ardor, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

*νιφετοί, al. pruinæ.

Prædicate Dominum rores, & * pluuiæ niuales, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dñm noctes & dies, sempiternis sæculis decãtate eum, & extollite.

Lux & tenebræ prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Gelu frigusq́ prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominum pruinæ & niues, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Fulgura nubesq́ prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Terra prædicet Dominum, sempiternis sæculis decantet eum, & extollat.

Montes & colles prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Cuncta terræ germina prædicate Dominũ, sempiternis sęculis decantate eum, & extollite.

Fontes prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Maria fluminaq́ prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Ceti & aquatilia cuncta prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Omnes uolucres cœli prædicate Dominũ, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominum bestiæ, cunctæq́ pecudes, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dñm filij hominũ, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Israelitæ prædicent Dominum, sempiternis sęculis decãtent eum, & extollant.

Prædicate Dominum sacerdotes Domini, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Pręd icate Dominum serui Dñi, sempiternis sæculis decãtate eum, & extollite.

Spiritus & animæ bonorum prædicate Dominum, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominum sancti, & humiles animo, sempiternis sæculis decantate eum, & extollite.

Prædicate Dominum Anania, Azaria & Misaël, sempiternis sęculis decantate eum, & extollite. Quoniã eripuit nos ab inferis, à manu mortis uindicauit nos, liberauitq́ è media fornace flammis ardente, ex igne, inquã, medio liberauit nos.

Confitemini de Domino quod bonus sit, & quod eiusdem sempiterna sit misericordia.

Deum deorum prædicate cuncti cultores Domini, ipsum decantate, & omnibus sæculis misericordiam eiusdem fatemini.

Histo-

Digitized by Google

Historia Susannæ, ab initio libri Danielis separata, quod non extet in libris Hebræorum, ut neq; de dracone Beli narratio. Hanc tamen historiam plæriq; pro 13. cap. Danielis collocant.



VIR quidam habitabat Babyloni, nomine Ioachim, qui uxorem duxerat nomine Susannā filiam Helciæ perquàm formosam, Deumq; religiose colentem, quod boni parentes eius ipsam iuxta legem Mosaicam instituissent. Erat autem Ioachim prędiues, & uicinum domui suæ habebat pomarium, ad eumq; itabant Iudæi, quod omnium esset honoratissimus. Porrò iudices cōstituti [a] illo anno duo senes è populo, (de quibus loquutus est Dominus, exortam esse iniustitiam è Babylone à senibus, qui populū regere uiderentur, iudicibus,) frequentabant & ipsi domum Ioachim, ubi omnes litem habentes adibant eos. De more autem populo meridie digresso, Susanna ingressa in uiri sui pomario deambulabat. Hanc duo senes illi ingredientem quotidie, & inambulantem conspicati, cum in eam libidinose exarsissent, euerterunt mentem suam, & oculos suos à conspectu cœli, iusteq; iudicandi memoria declinauerunt. B Cumq; essent amore eius ambo uulnerati, neuter tamen alteri dolorem suum enunciabat. Erubescebant enim declarare libidinē suam, quod concubitum eius appeterent. Cæterum cum studiose darent operam quotidie ut uiderent eam, alter tandem alteri, Abeamus age domum, inquiunt, quia prandij tempus est. Cumq; egressi à se inuicem discessissent, reuersi in unum eundem locum inciderunt, causamq; inuicem sciscitati, concupiscentiam suam fassi sunt. Tum tempus unà constituerunt, quo possent ipsam solam deprehendere. Accidit autem ut, dum opportunū diem obseruarent, illa pro quotidiano more cum [Iud.2.a] duabus tantum puellis pomarium ingrederetur † lauandi cupida: æstus quippe [Reg.11.a] erat, nec ibi quisquam præter duos senes latentes, & eam obseruantes. Ibi puellis imperauit, Afferte iam mihi oleū & smegma, ostiaq; pomarij claudite, ut lauem. Quæ fecerunt ut iussæ fuerant, [b] ianuisq; pomarij occlusis, ipsæ foribus obliquis C egressæ sunt, allaturæ quæ iussæ fuerant, nec senes uiderunt, eo quod laterent. Egressis uero puellis, consurrexere senes illi: cumq; accurrissent ad eam, dixerunt, Ecce ostia pomarij clausa sunt, nec quisquam uidet nos, amore uero tui tenemur, quamobrem acquiesce nobis, copiamq; tui facias. Si minus, testimonium contra te dicemus, quod iuuenis fuerit apud te, eaq; de causa puellas abs te amiseris. [Reg.24.] Tum ingemuit Susanna, ac dixit, † Angustiæ me premunt undiq;. Si enim fecero hoc, mors mihi præsto est: sin minus, manus uestras non effugero. Sed optabilius est mihi expertem facti in manus incidisse uestras, quàm peccasse in conspectu Domini: simulq; uoce magna exclamauit, contraq; duo senes & ipsi uociferati sunt, & cucurrit alter eorum ad fores pomarij, & aperuit. Cum ergo clamorem è pomario domestici audiuissent, [c] per obliquam ianuam irruerūt, uisuri quidnam illi accidisset: postquā uero senes exposuerunt rationes suas, erubuerunt serui uehementer, quia nunquā huiusmodi fama de Susanna prodita fuerat. D Porrò cum postridie populus ad uirum illius Ioachim conuenisset, accesserunt duo senes pleni iniqua in Susannam cogitatione, ut eam morti addicerent, & coram populo, Accersite, inquiunt, Susannam Helciæ filiam, uxorē Ioachim. Tum accersita est, & uenit illa cum parentibus & liberis, omnibusq; cognatis suis: cumq; perquam delicata esset & formosa, retegi eam iusserunt iniusti illi, (nam uelata erat,)

[a] *Scilicet, quo duxerat uxorē Ioachim.*

[b] *Vel, per posticum.*

[c] *Vel, per posticum.*

b οἱ παρ' αὐτῆς, al. οἱ παρ' αὐτῶν.
c ἐλθόντες, al. ἰδόντες.

ut pulchritudine eius satiarentur. Deinde cũ b propinqui eius flerent, cũ iis c qui uo
uerant eam omnibus, exurrexerũt in medio populi duo senes, †capitiq́ eius ma- Leuit.
nus imposuerunt, ipsa uero flens in cœlum suspiciebat, quod Domino fretum ha
beret animum. Tum senes ita locuti sunt, Deambulantibus nobis in pomario so
lis, hæc cum duabus puellis ingressa est: cumq́ foribus pomarij clausis puellas à
se dimisisset, uenit ad eam iuuenis qui latuerat, & cum ea concubuit. Porrò nos
cum essemus in angulo pomarij, conspicati scelus hoc, accurrimus ad eos: cumq́
E uidissemus eos concubuisse, illum quidem tenere nequiuimus, quod uiribus nos
uinceret. Itaq; apertis foribus exilijt: hanc uero comprehensam, quisnam esset ille
iuuenis interrogabamus: sed id nobis indicare noluit. Huius rei testes sumus. His
cum cœtus ille credidisset ut senibus & iudicibus populi, iiq́ capite damnassent
eam, exclamans uoce magna Susanna, Deus, inquit, æterne, cui secreta patent, qui
priusquam fiant nouisti omnia, tu hos falsum testimonium cõtra me dixisse scis,
& ecce morior, cum nihil commiserim eorum quæ isti mihi malitiose imputarũt.
Et exaudiuit Deus uocem ipsius: cumq́ duceretur ad supplicium, excitauit spiri-
tum sanctum pueri iunioris, cui nomen erat Danieli: qui cum magna uoce excla
masset, †Equidẽ insons sum sanguinis huius, omnis populus conuersus ad eum, 2.Reg.
Quid sibi uult, inquit, iste sermo quem tu locutus es? Tum ille stans in medio eo-
rum, Adeóne, inquit, stulti estis Israelitæ, ut citra disquisitionem, re nondum liqui
F do constante, filiam Israeliticam condemnetis? Redite in iudicium, quia isti fal-
sum in hanc testimonium dixerunt. Cum itaq; populus uniuersus propere re-
uersus esset, dixerunt ei senes, Huc ades, asside inter nos, & rem nobis expone,
quandoquidem Deus tibi senile munus commisit. Et Daniel, Separate, inquit,
eos procul inter se, ut eos perconter: utq́ alter ab altero segregatus est, uocato eo-
rum altero, Inueteratæ longo tempore malitiæ senex, inquit, nunc produnt se pec
cata tua, quæ antehac exercendis iniustis commisisti iudicijs, cum insontes con-
demnares, sontes autem absolueres, cum Dominus interdixerit, † Insontem & iu Exod.
stum ne interficias. Nunc ergo si quidem hanc uidisti, dic sub quanam arbore ui-
disti congressos illos? At ille, Sub lentisco, inquit. Cui Daniel, Recte, in tuum

f φάσιν.

ipsius caput mentitus es: ecce enim angelus Dei accepta ab eo f sententia, mediũ
te dissecabit. Tum eo semoto, iussit adduci alterũ, cui dixit, Progenies Chanaan,
haudquaquam Iudæ, forma decepit te, & libido animum tuum peruertit. Ita age-
batis cum filiabus Israeliticis, & illæ metuentes uobiscum consuescebant: sed non
G item filia Iudæ uestram iniustitiam passa est. Nunc ergo dic mihi, Sub qua nam

πρῖνος, arbor ilici similis.

arbore deprehendisti illos unà rem habentes? At ille, Sub g prino, inquit. Cui
Daniel, Recte, In tuum ipsius caput tu quoq; mentitus es. Manet enim te ange-
lus Dei gladium gerens, quo te dissecet medium, & disperdat ambos. Tum ma-
gna uoce exclamauit uniuersa concio, & deum omnes prædicabant, ut eorũ qui
sperent in ipsum seruatorem: simul in duos senes, quod ex ore suo falsi testimonij
conuicti essent à Daniele, consurrexerunt, & eos eodem supplicio, quod in con-
generem malitiose intenderant, iuxta † legem Mosaicam affectos interemerunt, Deut.
innoxiusq́ sanguis illo die uindicatus est. Helcias autẽ & uxor eius Deum lau-
dare super filia sua Susanna, unà cum Ioachim marito eius, cognatisq́ omnibus,
quod probrosum facinus non esset inuentum in ea: & Daniel iam inde ex eo die
magnam apud populum adeptus est authoritatem.

De draconis

Digitized by Google

De draconis Beli interemptione, à fine libri Danielis auulsum fragmentum, quod plerique pro 14.cap.Danielis collocant.

CVM rex Astyages cōcessisset ad maiores suos, Cyrus Persa regnum A
eius excepit. Erat autem regi familiaris Daniel, & omniū amicorum
eius honoratissimus. Porrò simulachrū erat Babylonijs nomine Bel,
in quod diebus singulis duodenas [a]artabas similæ, ouesq; quadrage
nas, & senas uini metretas impendebāt: rexq; colebat illud, et ad adorandū ipsum
quotidie se conferebat. Cum uero Daniel adoraret Deum suum, interrogauit
ipsum rex, Quare Belū non adoras? Cui respondit ille, Quia simulachra nō co-
it.6.c it.4.a lo manufacta, †sed deum uiuū creatorem cœli & terræ, qui habet potestatē omniū
animantiū. Rursum rex, An non, inquit, Bel tibi uidetur uiuus esse deus? Nonne
uides q̄ multa comedat & bibat quotidie? Tum Daniel ridens, Ne erres rex, in- B
li 30.c quit, hic lutū est intus, & foris æreus, †neq; unquā comedit. Iratus ergo rex sacer
dotibus suis accersitis, ait, Nisi mihi dixeritis quis comedat impensas has, morie-
it.24.c mini: q; si planū feceritis Belū ista comedere, †Daniel interibit, q; numen Beli ob-
trectauerit. Et Daniel regi, Fiat ut iubes, inquit. Erant aūt sacerdotes Beli septua
ginta, exceptis uxoribus & liberis. Cumq; rex cū Daniele in ædē Beli uenisset,
ijdem sacerdotes Beli dixerunt, Ecce nos foras egredimur, tu uero rex appone ci-
bos, uinumq; infusum statue, & clausam cōsigna annulo tuo ianuam, nisiq; ma
ne reuersus comesa à Belo omnia inueneris, moriamur nos, aut aduersum nos
mentitus Daniel. Porrò illi securi erant, quia clandestinū sub mensa pararant in C
troitū, per quem ingredi solebant, & illa consumere. Egressis igitur illis rex Belo
cibos apposuit, attuleruntq; serui Danielis, ut iussi fuerant ab eo, cineres, totumq;
templum coram rege consperserunt, & egressi clausa ianua, annuloq; regis cōsi-
gnata discessere: sacerdotes autem de more suo ingressi noctu, unà cum uxoribus
& liberis suis, comederūt omnia, ac ebiberunt. Cum uero rex unà cum Daniele
primo diluculo surrexisset, Salua sunt, ô Daniel, sigilla, inquit. At ille, Sanè salua
sunt ô rex. Vbi uero primū ianuam rex aperuit, mensam intuitus, magna uoce,
Magnus es, ô Bel, exclamat, nec ullus apud te dolus est. At Daniel ridens, regem D
ne introiret, retinuit, & ait, Intuere pauimentū, & cuius uestigia sint hæc, conside
ra: uestigia uirorum uideo, mulierum & puerorum. Tum rex iratus, sacerdotes
comprehendit cum uxoribus suis & liberis: cumq; ei clādestinas ianuas, quibus
ingressi, quæ in mensa posita fuerant consumebant, ostēdissent, interficiendos cu
rauit eos, & Belū tradidit in potestatē Danielis, qui eum cum templo ipsius sub-
uertit. Erat autem eodem in loco ingens draco, quem colebant Babylonij. Et
interrogauit rex Danielem, Num & hunc dices esse æreum? Viuit ecce, edit & bi
bit. Negare non potes quin uiuus sit iste deus, hunc igitur adora. At Daniel, Do E
minū deum meum, inquit, adorabo, quoniam is deus uiuus est. Tu uero rex da
mihi potestatē, & draconem hunc absq; gladio aut fuste interficiam. Do tibi, rex
ei respondit. Daniel ergo sumptam picem, [b]seuum & pilos unà coxit: cumq; in
massas cōfecisset, ori draconis iniecit, qui inde diruptus est. Tum ait, En religio
nes uestras. Hoc cū audissent Babylonij, indignari uehementer, & in regem con
citati fremere, Iudæus euasit rex, Belū aboleuit, draconē interemit, & occidit sacer
dotes, & ad regem congregati dicere, Dede nobis Danielem, alioqui te cum do-
mo tua interficiemus. Videns itaq; rex uehementer urgeri se, cōpulsus necessi- F

a Artaba mensura est sextarios 72. continens.

b Vel, adipem.

Digitized by Google

tate Danielem eis dedidit. †Illi uero coniecerunt eum in foueam leonum, ubi sex dies egit. Erant autẽ in fouea septem leones, quibus bina corpora, ouesq́ bin{æ} cibo dabantur quotidie: tum uero data non sunt, ut deuorarent Danielẽ. Porrò erat in Iudæa Habacuc propheta, qui pultem coxerat, & panẽ intriuerat in alueolum, rusq́ ibat deferens eam messoribus. Huic dixit angelus Domini, Prandium quod habes defer Danieli Babylonẽ in foueam leonum. Cui respondit Habacuc, Babylonem nunquã uidi Domine, & foueam ubi sit ignoro. †Tum angelus apprehendit uerticem eius, comaq́ capitis asportatũ impetu spiritus sui, Babyloni super foueam cõstituit. Ibi cum Habacuc clamore uocasset, Daniel, Daniel, accipe prandium quod Deus tibi misit. Daniel, Etiam meministi mei Deus, inquit, nec eos qui obseruant & amant te, deseruisti: simul surrexit & comedit. Angelus autem Domini Habacuc cõfestim in locum suum restituit. Rex uero die septimo uenit ad lugendum Danielem: cumq́ accessisset ad foueam, & introspexisset, ecce Daniel sedebat [inter leones.] Tum exclamans uoce magna rex, Magnus es domine Deus Danielis, inquit, nec est præter te alius: †extrahẽdumq́ curauit illum, †& eos qui periculum crearant ipsi in foueam conijciendos, qui protinus coram eo deuorati sunt.

Dan.6. Ezech. G Ierem. 1.Hest.7 Dan.6.

Liber Iudith.

CAPVT I.

A VM Arphaxad [perdomitis multis gentibus,] regnũ Medorum teneret Ecbatanis, & lapidibus ternos cubitos latis, longisq́ senos cubitos, cæsimq́ deformatis, murũ altitudine cubitorũ septuaginta, [a]quinquaginta uero cubitorũ latitudine Ecbatanis circũdedisset, turres itẽ in portis ipsius centenorum cubitorum ad [b]sexagenos cubitos latitudinis fundatas extruxisset singulas, cũq́ portas ipsius latitudine quadragenos cubitos, ad facilem exitum potentissimis copijs suis, ordinibusq́ peditum præbendum, patentes extulisset ad septuagenorum cubitorum altitudinem, [iamq́ quasi confirmatus exercitus sui potentia, magnificentiaq́ quadrigarum suarũ gloriaretur,] Nabuchodonozor rex anno regni sui duodecimo, quo in urbe amplissima Niniue dominabatur, bello regem eundẽ Arphaxad adortus est in campo illo spatioso, qui est in finibus Ragau. Consociarũt autem ei se omnes incolæ montanæ regionis, & qui accolebant Euphratem, Tibrim, Hydaspen, & campũ Arioch regis Elymeorũ, multæq́ gentes nationis Gelod iunxere copias. Nabuchodonozor uero rex Assyriorũ [auctus imperio, & animo elatus,] accersiuit omnes incolas Persidis, tractumq́ occidentalẽ tenentes omnes, habitatores Ciliciæ, Damasci, Libani & Antilibani, tum omnes agẽtes in ora maritima, gentesq́ colentes Carmelũ, [& Cedar,] & Galaad, & superiorem Galilæã, & latum agrũ Esdrelom, & item omnes in Samaria, eiusq́ urbibus, transq́ Iordanẽ, Hierosolymã usq́ & Bethauen, & Chellus, & Cades, & fluuium Aegypti, & Taphnes, & Ramesse, & usq́ ad omnem terrã Gesem sedes habentes, ultra Tanim usq́ Memphimq́, omnesq́ adeo incolas Aegypti usq́ ad fines Aethiopiæ pertinẽtes. Omnes tamen illi terrarũ istarum habitatores mandatum Nabuchodonozoris regis Assyriorũ frustrati sunt, nec arma cum eo consociarunt, q̃ non metuerent ipsum,

B C

[a] *Al. triginta.*

[b] *Al. uicenos pedes.*

Digitized by Google

ipſum, ſed ut uirum unicum deſpicerent, quapropter legatos eius infecta re igno
miniose à conſpectu ſuo remiſere. Tunc Nabuchodonozor irā uehementi ad-
uerſus omnes terras illas commotus, per ſoliū regni ſui iurauit, certo ſe ulturum
omnes fines Ciliciæ, Damaſci, Syriæq;, ferroq; ſuo perempturū omnes incolas ter
ræ Moabiticæ, nationes Ammon, Iudæos omnes & Aegyptios, donec ad termi-
nos duorum mariū penetrauiſſet. Suis itaq; copijs decertauit aduerſus Arphaxad D
regem anno decimoſeptimo: cumq; extitiſſet prælio ſuperior, omni exercitu Ar-
phaxad, equitatuq; eius ac curribus omnibus in fugam uerſis, expugnatisq; ur-
bibus eius Ecbatana uſq; peruaſit: tum captis ui turribus urbis, plateisq; peruaſta
tis, decus eius commutauit ignominia: cumq; ipſum Arphaxad in montibus Ra
gau aſſecutus iaculis ſuis confixiſſet, poſtq̃ eum illo die toto perſecutus profliga
uit, Niniuen ipſe cum omni turba ſuorum, frequentiſſimaq; uirorum bellicoſo-
rum multitudine reuerſus, otia ibi conuiuiaq; cum exercitu ſuo per dies centum
uiginti agitauit.

CAP. II.

PORRÒ anno [a] octauodecimo die primi menſis uiceſimaſecūda, in domo Na A
buchodonozoris regis Aſſyriorū, habitus eſt ſermo de ſupplicio ab omni ter
ra, ut locutus ille fuerat, expetendo. Cumq; conuocaſſet omnes obnoxios ſibi,
proceresq; ſuos omnes, arcanaq; conſilij ſui contuliſſet cum ipſis, atq; omnē terræ
malitiā ore ſuo repetitā expoſuiſſet, illi cenſuerunt omnes homines imperio oris
ipſius non obſecutos, eſſe perimendos. Euenit igitur ut finita conſultatione ſua
Nabuchodonozor rex Aſſyricus accerſito Holopherni magiſtro copiarum ſua-
rum à ſe poteſtate ſecūdo hæc ediceret, Hæc imperat rex ille magnus dominus to
tius terræ. Ecce tu à cōſpectu meo profectus, adiunges tibi è uiris robore pollen-
tibus peditum ad centū uiginti millia, equorumq; cum equitibus millia duode-
cim, & expeditione inuades omnes terras occidentales, q̃ imperio meo nō parue
rint. Illis denunciabis, ut terras & aquas parent mihi, qui furore meo ſim eos in- B
uaſurus, omneq; ſolū terræ operturus pedibus copiarū mearum, quibus ipſos da
turus ſim diripiendos, ita ut ſaucij ualles & torrentes impleant, effuſaq; exundēt
præ cadaueribus ipſorū flumina: tum etiam me captiuorum gregem ex ipſis in
ultimas quaſq; terras abacturū. Tu uero mihi prægreſſus præoccupabis omnes
fines eorum, & dedētes ſe tibi in diem diſceptationis cum ipſis mihi cōſeruabis:
[ch.9.b] Rebelles autem oculo tam ignoſcēti non reſpicies, quo minus eos in omni terra
tua cædi permittas ac direptioni. [Non parces ulli regno, ſed omnem urbem mu
nitam ditioni meæ ſubiges.] Quoniā per uitam meam, regniq; mei potentiam
quæ loquutus ſum, mea manu perſequar omnia. Tu uero caue uel unum man-
datorum domini tui prætereas, ſed ea quemadmodum præcepi tibi, ſumma cura
confice, nec morā quo minus exequaris ea, interpone. Tum Holophernes à con C
ſpectu domini ſui egreſſus, conuocatis omnibus poteſtatibus, ducibus & copia-
rum Aſſyricarum præfectis, delectū uirorum, ut à domino ſuo mandatum acce-
perat, in expeditionem habuit, ad centū uiginti millia, equitumq; ſagittariorum
ad millia duodecim: quibus quomodo militares copiæ digeri ſolēt, inſtructis, &
magna ui camelorū, aſinorumq; geſtandis ſarcinis, inq; expeditionem ouibus,
bobus ac capris innumerabilibus, tum commeatu pro uniuerſa multitudine mi
litum comparatis, [præter frumentū quod ex omni Syria in tranſitu cogere conſti
tuerat,] ſimul & auro & argēto de domo regia q̃plurimo, ipſe cum omnibus co
pijs ſuis ſe commiſit itineri, ut regem Nabuchodonozorem prægreſſus omne ſo
lum occidentalium terrarū curribus & equitibus, delectisq; peditibus ſuis operi-
ret. Profectum eſt autem unà promiſcuum uulgus frequentiſſimum inſtar locu- D
ſtarum, & arenæ terreſtris: neq; enim erat multitudo ipſius numerabilis. Cum er-
go trium à Niniue dierum profectione in ſolū campeſtre Bectileth peruentum

[a] Al. tertiodecimo Nabuchodonozoris regis.

Digitized by Google

esset, à Bectileth ad montem [Ange,] à sinistra Ciliciæ superioris situ, castris pro-
moris, indeq; asportatis omnibus copijs suis pedestribus & equestribus cum cur-
ribus perrexit in montanã regionem, [cuius omnia castella inuasit, munitioni-
busq; expugnatis in urbem celeberrimã Melothum irrupit.] Phud & Lud ex-
cidit, omnesq; populos [b]Rases & Ismaël uersus desertũ ad austrinum Chellæo-
rum latus habitantes peruastauit. Deinde Euphrate traiecto, transijt per Mesopo
tamiam, & omnes urbes excelsas ad torrentem [c]Arbonai sitas euertendo ad ma-
re usq; penetrauit, subegitq; fines Ciliciæ, & omnes sibi resistentes concidit. Por-
rò autem peruasit ad fines Iapheth, obiectos Austro Arabiæq;, omnesq; populos
Madian obeundo tabernacula ipsorum incendit omnia, casasq; peruastauit: tum
descendit †in cãpos Damasci tempore messis triticeæ, igniq; omnibus agris eius Deut.20.c.
illato, [succisisq; uineis & arboribus,] greges & armẽta absumpsit, & urbes eius Iudic.15.b.
deprædatus, ac populatus agros, iuuenes eius omnes cõcidit acie gladij. III.

b Al. Tharsis.
c Al. Mambre.

A INgruit ergo metus & terror ipsius incolentes oram maritimã Sidonios ac Ty
rios, atq; item in omnes incolas Sur, Ocina, & Iemnaan, ciuesq; Azoti & Asca
lonis illum uehementer expauescebãt. Miserunt itaq; [reges omnium urbium
ac prouinciarũ, & principes Syriæ, Mesopotamię, Syriæ Sobal, Lyciæ, Ciliciæq;]
legatos ad ipsum, qui pacem in hæc uerba peterẽt, Ecce nos serui Nabuchodono
zoris magni regis tibi ante oculos corãm sumus propositi, ut nobiscũ agas prout
B tibi uisum fuerit. Ecce domicilia nostra [cũ montibus & collibus,] totusq; ager
noster, & campus frumentarius, tum greges [tam ouium q̃ caprarum,] & armen
ta [boum, equorum ac camelorum,] omniaq; septa stabulorum nostrorum, [o-
mnes facultates & familię nostræ] in potestate tua sunt: quod tibi libuerit, facias.
Ecce etiam urbes nostræ & ciues earum serui tui sunt. Veniens ita te geras erga il
los, ut tibi uisum fuerit commodum. [Desine nobis indignari. Præstat enim nos
C seruire magno regi Nabuchodonozori, tibiq; parere uiuos, q̃ moriẽtes unà cum
seruitutis interitu perniciem incurrere.] Cum uero hi uiri peruenissent ad Holo-
phernem, & hæc ei mandata exposuissent, ille cum copijs suis descendit ad oram
maritimã, & urbes excelsas illas muniuit præsidijs, atq; ex omnibus delectũ egit
uirorum auxiliariũ. Tum illi [uniuersi ciues urbium illarum, principes ac proce
res unà cum populis perculsi metu,] totaq; circumiacens regio cum coronamen
tis & choreis, tympanisq; eum excipere [obuiã egressi cum lãpadibus & tibijs:]
D ipse uero deuastare omnes fines eorũ, lucosq; succidere, [adeo animi ferocitatem
eius, quamuis hæc faceret, mitigare non potuerunt.] Erat enim decretum ei [ex
mãdato regis Nabuchodonozoris,] disperdere omnes deos terræ, ut omnes gen
tes colerent ipsum solũ & Nabuchodonozorem, linguæq; simul & nationes o-
mnes deum ipsum salutarent. Porrò autem [cum Syriam Sobal transijsset, & o-
mnem Apameam, Mesopotamiamq;, ad Idumæam] uenit in conspectũ Esdrae-
lon [a]prope Dotaim, quæ est ex aduersum [b]aditui magno Iudææ, & inter Gæba
& Scythõpolin castrametatus, totũ mensem ibi [captis urbibus illis,] moratus est,
dum uasa copiarum suarum omnia colligeret. CAP. IIII.

a Al. πλησίον τῆς ἰουδαίας.
b τοῦ πρίονος uidetur significare quod est חריץ Ebræis, qđ alibi serrã interpretãtur, ut Esa.28.g. & potest significare aditũ inter montes angustum: q.d. rupturam.

A TVm incolentes Iudæam Israelitæ, postquã audierũt quæ omnia Holopher
nes magister copiarum Nabuchodonozoris regis Assyriorũ designauisset
in gentes, utq; omnia illarũ templa deprædatus deleuisset, timuerunt ab eo uehe
menter, & propter Ierusalẽ templumq; domini Dei sui perturbati sunt, [ne in hęc
admitteret, qualia in alias urbes templaq; earũ exempla ediderat,] quoniam re-
centes redierant è captiuitate, & nuper uniuersus populus conuentũ è Iudæa ce-
lebrauerat, uasaq; simul & altare cum templo fuerant à profanatione expiata. Er
go in omnes fines ac uicos Samariæ, & Bethoron, & Belmen, & Iericho, & Cho
ba, & Esora, atq; in uallẽ Salem dimiserunt, qui præoccupatis montiũ excelso-

Digitized by Google

rum iugis omnibus, uicos ibi muris includerent, & annonam in apparatum bel li reconderent, nam messis recens facta erat in agris ipsorũ. Scripsitq; [a]Ioachim pontifex, qui tum temporis Hierosolymis erat, ad incolas Bethuliæ & Bethome stam, quæ ex aduersum Esdraelon sita est in prospectu campi uicini Dothain, iu bens ut insiderent ascensus montiũ, quibus in Iudæã pateret introitus, & subeun tes illos prohibere facile esset, binorũ ad summũ uirorum capaci transitus angu stia. Fecerunt igitur Israelitæ ut cõstituerat ipsis sacerdos Ioachim, senatus autem uniuersi populi Israelitici, qui consederat Hierosolymis, omnesq; uiri Israelitici Deũ magna contentione inuocare, uitam suam perq̃ rigide affictãdo [ieiunijs & precationibus,] unaq; cũ uxoribus, liberis, iumentis, inquilinis omnibus, mer cenarijs, mãcipijsq; suis lumbos suos cilicijs accingere: uiriq; ac mulieres omnes, unã cum liberis, ciuesq; Hierosolymitani ante [b]templũ prostrati, conspersis pul uere capitibus, in conspectu Domini cilicia protendere: tum etiã ipsum altare cin gere cilicio, & implorare Deum contẽtione unanimi, ne direptioni liberos suos aut uxores prædæ, aut excidio urbes suas hæreditarias, sacráue profanationi ludi brioq;, quod oblectationi foret gentibus, uellet exposita. [Ipse quoq; summus Domini pontifex Ioachim Israelitas omnes obambulando uerbis animabat, di ctitans, Scitote Dominũ preces uestras exauditurũ, si constanter in ieiunijs & pre cationibus corã ipso perstiteritis. Mementote serui Domini Moysis, qui Amalec confisum robore, potentia, exercitu, clypeis, curribus, equitibusq; suis, non ferro pugnãdo, sed sanctis precibus instãdo debellauit. Idem accidet omnibus hosti bus Israelitarũ, si in instituto perseueraueritis. Hac exhortatione cõfirmati in pre cibus ad Dominum erant assidui.] Exaudiuit itaq; Deus preces eorum, & respe xit afflictionẽ, populo ante sanctuaria omnipotentis Domini dies complures agente ieiunijs per totam Iudæam & Hierosolymã, Ioachim autem summo pon tifice, & qui astabant coram Domino sacerdotibus omnibus, ijsq; qui ministerio dominico fungebantur, accinctis circa lumbos suos cilicijs, holocaustumq; illud perenne sacrificantibus, unaq; cum uotiuis [c]uolũtarijsq; populi donarijs, ac con spersis puluere mitris suis, Dominum summopere implorantibus, ut omnem do mum Israeliticam benigne respiceret.

B: [a] Al. Eliachim.
C: [b] Partẽ templi quæ היכל dicitur.
D
[c] Vel, gratuitis.

CAPVT V.

A
CVm autem Holopherni copiarum Assyricarum magistro nunciatum esset, bellum apparare Israelitas, transitibusq; montiũ interclusis, ac iugis eorum munitis omnibus, obstacula campis opposuisse, exarsit furore uehementi, omni busq; principibus Moab, & ducibus Ammon, atq; omnibus præfectis oræ mari timæ conuocatis, Exponite mihi tandem, inquit, uos Chananęi, quis sit populus iste montanã regionem insidens, quas, [quales & quantas] urbes habitet, quan to polleat copiarũ numero, in qua re consistat robur ipsius & potentia, quis nam rex eius, aut militiæ dux sit constitutus, aut quo motus consilio mihi non ante o mnes Occidentaliũ terrarum incolas processerit obuiam, [pacificeq; nos excepe rit?] †Tum Achior dux omnis nominis Ammonitici respondit illi, Rem quæso ex ore serui sui dominus meus accipiat, etenim uera tibi narrabo de populo hoc montanã istam regionem tibi uicinã incolente, nec proferetur ore serui tui men daciũ. †Populus hic à Chaldæis est oriundus, & primũ usus hospitio Mesopota miæ, q deos paternos suos, qui in terra Chaldęorum colebantur, sequi recusaret. Cũ ergo declinasset de uia parentum suorũ, [quæ in multitudine deorũ sita erat,] & deum cœli, deum sibi notũ adoraret, à conspectu deorum illorum eiectus pro fugit in Mesopotamiã, cuius hospitio longo tempore usus est, donec iussit eum Deus ipsius demigrare peregrinitate sua, & proficisci in terram Chanaan. Ibi ha bitauit, & magnis tam auri quàm argenti iumẽtorumq; locupletatus accessioni bus descendit in Aegyptũ, † q fames occupasset totam terram Chanaan, *& con

Iudith 11.b
Gen. 11.d 12.a. 46.a
B
Gen. 41.g *Ge. 46.a Exod. 1.a

Digitized by Google

* ἐπιτεχνῶν. sedit ibi [per quadringentos annos,] donec cœpit *diuexari. Nam cum ibi uehemẽter aucti essent, & iam numerũ genus ipsorum excederet, †cõmotus aduersus eos rex Aegypti, dolo circumuentos labore & opere lateritio [urbibus ædificandis] afflictauit, sibiq́ seruos adsciuit. Cum ergo Deum suum implorauissent, & is totam terram Aegyptiacã cladibus affecisset insanabilibus, †Aegyptij eos à conspectu suo eiecerunt, [cladibusq́ liberati rursum persecuti sunt eosdem, ut eos retraherent in seruitutem.] Tum Deus ille mare rubrũ desiccauit coram eis, [& aquas instar muri statuit utrinq́, ut hi pede sicco permearẽt uada maris, eodemq́ in loco innumerabilis persequentium Aegyptiorũ exercitus aquis obrueretur, ita ut ne unus quidẽ euaderet, qui rem narraret posteris:] atq́ ita eos †ad montem Sina Cadesq́ Barne traduxit, [per loca homini inhabitabilia, ubi fontes amari ad potũ edulcati fuerunt, perq́ annos quadraginta exhibita de cœlo cibaria.] Hi eiectis omnibus incolis deserti, subsedere in terra Amorrhæorũ. Cumq́ omnes incolas Esebon profligassent, transgressi Iordanẽ, montanam regionem omnem possedere. [Quacunq́ ingrediebãtur, idq́ sine arcu, sagitta, scuto, gladio, Deus ipsorũ pugnabat pro ipsis, ac uincebant.] Iidem †Chananæo, & Pherezæo, & Iebusæo, & Sichem, omnibusq́ Gergesæis [ac potentibus Hesebon] præ se exactis terrã illam longo tempore tenuerunt. Et quandiu quidem in Deum suum non peccabãt, agere feliciter (q́ Deus ille odio prosequens iniustitiã, faueret eis:) †ubi aũt à uia quam præscripserat eis deflexere, [præterq́ eum Deũ coluere aliũ,] multis bellis supra modũ attriti sunt, [atq́ expositi prædæ, cædi, ludibrio,] & captiui in terram alienã abducti, tum templum Dei ipsorum solo æquatum est, urbesq́ eorum ab hostibus occupatæ. †Nunc autẽ ad Deum suum conuersi à dispersione qua disiecti fuerant, se recepere: & Hierosolyma sede religionis suæ recuperata, in montana regione, quæ deserta fuerat, denuo consedere. *Nam quotiescunq́ ipsos desertæ religionis Dei sui pœnituit, confirmauit eos idem Deus ille cœli ad subsistendũ. Nũc ergo dominator domine, an quis in hoc populo sit error quo peccet in Deum suum, exploremus. Nam is erit ei offensioni, & ascendemus, eumq́ debellabimus. [Omnino enim deus illorũ in manus tuas tradet eos, & iugo potentiæ tuæ subijcientur.] Sed si nulla est in hac gente iniustitia, prætereat dominus meus, †ne fortè domino & deo ipsius decertãte pro ea, nos totius orbis uituperationem subeamus.

Margin: Exod. 1.b; C; Exod. 12. 14.c; Exod. 15.d 16.g; Iosu. 12.c; D; Iudic. 1.3.4. 4. Reg. 25.a; 1. Esd. 1.a; Iudith 6.c

CAP. VI.

A His habitis sermonibus, cũ conticuisset Achior, uniuersus qui tabernaculum circumstabat populus fremere, & proceres Holophernis, omnesq́ orã maritimam & Moab incolentes concidendũ esse ipsum clamitare, [ac dicere, Quis est iste qui homines inermes Israelitas & imbelles, artisq́ militaris expertes, affirmet regi Nabuchodonozori & copijs eius posse resistere?] Non enim conspectũ Israelitarũ expauescemus, cũ ecce populus sit imbellis, nulloq́ aduersus ualidam aciem robore. Quapropter ascendamus, [ut sciat Achior se falsa ferre nobis, & expugnatis potentibus illorũ, cum ijsdem transuerberetur gladio, ut sciant omnes gentes deum terræ esse Nabuchodonozorem, nec præter eum alium,] siquidẽ illos exercitus tuus omnis, ô domine Holophernes, absorpserit. Postquã ergo fremitus uirorum consessum illum circumstantiũ sedatus est, Holophernes copiarum Assyricarũ magister, coram omni alienigenarũ populo, Moabitis & stipendia merentibus Ephraim, Achiorem sic est allocutus, Quis tandem es tu Achior, qui prophetã egeris inter nos hodie, & genus Hierosolymitanũ bello inuictum esse dixeris, †q́ deus ipsius defendat illud? aut quis deus est præter Nabuchodo- Iudith 5.f
B nozorem? Hic missa potentia sua, de solo terræ delebit illos, nec tuebitur eos deus ipsorum: †sed nos serui eius perinde ac uirum unũ eos delebimus, nec illi uim equorum nostrorũ subsistere poterunt. His enim eos proculcabimus, & montes eorum Iudith 15.a

rum sanguine ipsorum inundabuntur, campiq; implebũtur cadaueribus, nec ue
stigio pedum suorũ substiterint conspectum nostrum, ut quibus clade pereun-
dum esse dixerit rex ille Nabuchodonozor dominus totius terræ. Nequid, in-
quit, dictorum meorũ cadat ad irritum. Tu uero Achior, qui stipendia meres
Ammonitis, quandoquidẽ sermones hos die iniustitiæ tuæ protulisti, ex hoc iam
inde die in conspectũ meum non uenies, donec profectorum ex Aegypto genus
istorum ultus fuero. Tum ferrũ exercitus mei, populusq; mihi seruiens perfo-
diet latera tua, & cades inter cæsos illos, cum eos in fugã conuertero, Serui enim
mei te in montanã regionem abductum collocabũt in aliqua urbium, quæ sunt
in ascensu, nec interibis prius q̃ unà cum illis extinguaris. Quod si spem alis ani C
mo, non fore ut expugnentur illi, non est cur uultu sis adeo consternato, [pallo-
rem qui faciem tuam obtinet, excute, si hæc mea uerba non putas effectũ conse-
cutura.] Dixi, nec quicquam dictorum meorũ intercidet. Imperauit ergo Holo-
phernes *seruis suis tabernaculo suo astantibus, ut cõprehensum Achior abduce
rent ad Bethuliã, & eum traderẽt in manus Israelitarũ. Tum serui eius arreptum
Achiorem, & in mediũ campũ extra castra eductũ, in montanam inde regionem
asportauerunt. Cumq; peruenissent ad fontes Bethuliæ subiectos, conspicati eos
in uertice montis oppidani, acceptis armis suis & funditoribus omnibus, in fasti
giũ montis ex oppido contendere, ascensuq; occupato lapidibus illos protelare.
Subierunt itaq; montem hi, & cum Achiorem uinculis [manibus ac pedibus in-
iectis ad arborem] constrinxissent, sub radice montis deseruerunt iacentẽ, & ad
dominũ suum reuersi sunt. Israelitæ autẽ cum ex oppido suo descendissent, cir-
cumstantes soluerunt eum, abductumq; Bethuliam, statuerũt principibus oppi-
di, qui tum temporis erant, Ozias Michma, natus è tribu Simeon, & Chabris Go
thonielis, Charmisq; Melchielis filius. Hi cum conuocassent omnes seniores op
pidanos, iuuenesq; omnes ipsorũ, simul & mulieres concurrissent in concionem, D
Ozias Achiorem in medio totius populi constitutũ, super eo quod acciderat in-
terrogauit. Tum respondens Achior res actas in consessu corã Holopherne, &
sermones à se inter principes Assyriæ habitos, & quæcunq; contra templũ Hiero
solymitanũ superbe gloriatus esset Holophernes, ipsis exposuit. [Se penè pro-
pter sermones suos à populo Holophernis interfectum, atq; ab irato Holopher-
ne Israelitis tradi iussum, ut uictis ipsis, se quoq; uarijs curaret excruciandũ sup-
plicijs, q; dixisset, Deus cœlestis defensor est ipsorũ.] Procidit itaq; populus uni-
uersus, & Deum adoratũ implorauit [cum lamentis & fletu] dicens, Intuere do-
mine Deus cœlestis arrogantiã istorum, generisq; nostri supplicis miserere, & re
spice hodie faciem eorũ qui tibi consecrati sunt, [tum declara te nunquam desere
re eos qui spem in te collocarint, sua uero uirtute gloriãtes, & seipsis fretos depri-
mere.] Achiorem autẽ consolati sunt, & collaudauerunt uehementer, [ac dixerũt,
Deus patrum nostrorũ, cuius tu prædicasti uirtutem, hanc tibi uicem rependet, ut
illorum tu potius interitum uideas. Cum uero dominus Deus noster donarit
hac libertate seruos suos, adsit tibi deus idem inter nos, ut pro uoto tuo nobiscum
cum tuis omnibus conuerseris.] Deinde cum Ozias eum ex concione domum
suam deduxisset, *conuiuioq; excepisset cum senioribus, auxilium Dei Israelitici
per totam illam noctem implorauerunt.

*משתה, poculis siue conuiuio.

CAP. VII.

POstridie uero Holophernes omni exercitui suo, populoq;, qui arma cũ eo so A
cia iunxerat, edixit ut castra moueret Bethuliã, ascensusq; montiũ præoccu-
paret, & bellũ inferret Israelitis. Profectusq; est illo die robustissimus quisq; ipso
Iudith 2.b rum, & uirorum bellicosorũ copiæ, †peditum centum [a] septuaginta millia, equi-
tumq; millia [b] duodecim, præter impedimẽta, uirosq; pedibus sequentes perq̃ fre
quenti multitudine, [captiuos è prouincijs & urbibus. Hi omnes ad pugnã pa-

a Al. uiginti.
b Al. uigintiduo.

Digitized by Google

rati per crepidinem montis ad apicem usq; supra Dothaim euasere,] & castra lo-
[c] ἐπὶ, al. supra. cauerunt ad fontē in ualle uicina Bethuliæ, & [c]in Dothaim usq; Belmaim lon-
ge lateq; à Bethulia usq; Cyamonem Esdraeloni obiectā castra posuerunt. Israe
litæ uero ubi horū uidere multitudinē, perturbari uehementer, [humiq; prostrati
puluere capita sua conspergere, implorantes deum Israeliticū unanimes, ut in po
[d] ἐκλείσουσι, al. ἐκλείξουσι. pulo suo misericordiā suam declararet,] & alius alij dicere, Hi nunc [d]occupabūt
solum totius terrę, adeo ut nec montes excelsi, nec colles, nec ualles moli sustinen
dæ sufficiant. Armis itaq; belli quisq; sumptis [loca, quibus iter angustissimo tra-
mite montes interiacebat, insidentes,] & accensis ignibus excubantes per totam
noctem illam turribus se continuere. Postridie uero Holophernes educto omni
equitatu suo in conspectū Israelitarum Bethuliæ commorantiū, explorauit ascen
sus ad urbem ipsorum, aquæductus [qui uersus austrinum latus ex urbe porrige
bantur,] obiuit & præoccupauit, ijsq; [interscindi iussis] imposito uirorum belli
cosorū præsidio, ipse castra populi sui repetiuit. [Non procul tamen à muris fon
tes erant, è quibus furtim aquas haurire uidebantur, quibus se refocillarēt potius
q̄ sitim extinguerent.] Tum adierunt Holophernem omnes principes postero-
rum Esau, simul & populi Moabitici proceres omnes cum ducibus oram mariti
B mam colentibus, ac dixerunt, Audiat sermonē dominus noster, nequid exercitus
tuus detrimenti capiat. Nam fiducia populi istius Israelitici non cōsistit in hastis,
sed in iugis montiū quos habitat: neq; enim ad uertices montium [quos munie-
runt] subire facile est. Iam igitur ut nullus uir cadat de populo tuo, ne adoriaris
eos prælio quod quidem instructa committatur acie: sed te castris tuis contine, ut
[e] τὰς πηγάς. conserues omnes uiros copiarū tuarum. Serui uero tui [e]fontanas aquas è radice
montis promanantes asseruēt custodijs, (aquas enim inde petunt omnes incolæ
Bethuliæ,) ita sitis enecabit eos, aut adiget ad deditionē urbis, [quā nunc putant
in montibus sitam esse inexpugnabilē.] Nos autem cum populo nostro in uici-
nos montium uertices ascendemus, ibiq; uallum iaciemus præsidio futurum, ne
quis urbe egrediatur, ut cum uxoribus & liberis suis contabescant fame, & anteq̄
gladius in eos sæuiat, intereant in plateis domesticis, uicemq; perniciosam repen
das ipsis, eo q̄ seditionē moliti sint, nec nutui tuo placide obsecuti. Horum ora-
tio grata fuit Holopherni, seruisq; ipsius omnibus, adeoq; secundū ipsorum di-
cta res decreuit instituendas, [& centeni undiq; ad singulos fontes dimissi sunt.]
C Profecti sunt ergo Ammonitæ cum quinq; millibus Assyriorū, & castris in ual-
le positis aquas Israelitarum, & aquæductus præoccupauerunt. Genus aūt Esau
& Ammonitæ ascenderunt in regionem montanā, castraq; locauerunt è regione
Dothaim, parte suorū missa ad Austrum & subsolanum aduersus Ecrebel, iuxta
Chusi, quæ super torrentem Mochmur sita est. Reliquus Assyriorū exercitus ca-
stra in campo habuit, totumq; terræ solum operuit, ut cuius latissime paterēt mul
titudine sua tentoria & impedimenta. Israelitæ autem inuocabant dominum
Deum suum collapsi animis, q̄ ab hostibus undiq; conclusi essent, nec haberent è
[f] Al. uiginti dies. medio ipsorū effugium. Iamq; [f]trigintaquatuor dies omnis multitudo Assyrio
tam peditum q̄ equitum cum curribus suis eos undiq; obsederat, cum aquæ defe
cerūt omnes incolas Bethuliæ, uasaq; ipsorū omnia, ut omnibus cisternis exhau-
stis, ne in unam quidē diem aquam haberent bibendam ad satietatem, sed men-
sura potū acciperent. Quamobrem cum infantes eorū linquerentur animo, mu-
lieres & iuuenes præ siti deficerent, atq; conciderēt in plateis urbis portarūq; tran
situ, nec superesset in ipsis ullū robur, populus uniuersus, & iuuenes, & unà cum
liberis mulieres ad Oziam & principes ciuitatis conuenerūt, magnaq; uoce cla-
mitātes corā senioribus omnibus, dixerūt, †Disceptet Deus inter nos & uos, quo- Exod. 17.a
niam nos magna affecistis iniuria, qui non egeritis amice cum Assyrijs. Nunc e-
am

nim non est qui nobis opem ferat, sed deus nos illis mancipauit, ut corã ipsis siti
& cladẽ maxima occumbamus. Vel nunc igitur accersite illos, & urbẽ totam po- D
pulo Holophernis & copijs eius omnibus deprædandam dedite. Præstat enim
nos cedere direptioni illorum, q̃ perire siti. Serui enim erimus illorum, uitaq́ nostra conseruabitur, nec [cum dedecore apud omnes homines] mortem infantium
nostrorum ante oculos, aut uxores liberosq́ nostros animam exhalantes intuebimur. Obtestamur autem nobis cœlum & terram, simul ac deum patrum nostrorum peccata tam nostra q̃ patrum nostrorum in nos uindicantem, ne hæc in nos
omnia conuertat hodie. [Vrbem dedatis in potestatem exercitus Holophernis, ut
acie gladij cito cadamus potius, q̃ siti longa torridi.] Simul autem comploratio
magna & concors per totum cœtum orta est dominũ deum magna uoce implorantium, [ac dicentium, Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, admisimus iniquitatem. Tu qui clemens es miserere nostri, aut iniustitiam nostram tuo
flagello uindica, nec uelis eos qui te prædicant, populo qui te ignorat, traditos, ut
ne dicatur inter gentes, Vbi est Deus eorum? Talibus clamoribus fletibusq́ tandem fatigati cõticuere.] Tum Ozias [cum exurrexisset, obortis lachrymis] sic eos
affatus est, Præsenti aĩo estote fratres, & dies adhuc ᵃ quinq́ duremus, intra quos ᵃ ziuin.
Dominus suam in nos cõuertet misericordiam. [Forsitan enim iram suam remittet, & gloriã nominis sui curabit,] neq́ enim nos omnino deseret. Sin elapsi fuerint illi dies, nec auxiliũ nobis feratur, postulata uestra curabo. Ita dimisso ad uallum suũ populo, in muros & turres urbis abiere singuli, uxoribusq́ & liberis domos suas remissis, seipsos in urbe uehementer afflictauerunt. CAP. VIII.

Haec audiuit tẽporibus illis Iudith filia Merari, filij ᵃ Ox, filij Ioseph, filij ᵇ Oziel, filij Helciæ, filij Ananiæ, filij Gedeon, filij Raphain, filij ᶜ Acitho, filij Eliæ, filij Eliab, filij Nathanael, filij Samaliel, filij Salasadai, filij Israelis. Huius uir fuit Manasses eiusdẽ cum ea tribus & familiæ, qui tẽpore messis hordeaceæ mortem obierat. Cum enim instaret in agro manipulos legẽtibus, ingruens in caput eius æstus in lectum cõiecit eum, & in urbe Bethulia mortuus est, interq́ maiores suos sepultus in agro qui interiacet Dothaim & Balamo. Egerat ergo Iudith domi suæ uidua tres annos & ᵈ quatuor mẽses, & tabernaculo in cœnaculo domus suæ sibi cõstructo, [in quo cum puellis suis clausa morabatur,] accincta circa lumbos suos cilicio, uestesq́ uiduitatis suæ gerens, dies omnes, quibus fuerat uidua, ieiunijs transegerat, exceptis sabbathis, & diebus sabbatha nouasq́ lunas proxime præcedentibus, tum domus Israeliticæ solennibus, ac hilaribus. Erat autẽ eleganti forma, eximiaq́ spectanda pulchritudine. Præterea reliquerat ei maritus ipsius Manasses aurum & argentum, seruos & ancillas, iumenta & agros, quæ possidebat: [eratq́ probatæ per omnia famę,] nec erat qui in ea quicquam daret crimini, q́ Deum religiose coleret. Hæc ergo cum † sermones populi ad principem habitos audisset, q́ esset fracto præ inopia aquarum animo, cum, inquam, intellexisset Iudith omnem orationẽ quam habuisset Ozias ad populũ, qua iurasset ei se post exactos quinq́ dies urbem deditur ũ Assyrijs, missa ancilla sua, quæ omnibus facultatibus ipsius præerat, accersiuit Oziam, Chabrim, & Charmim senatores ciuitatis: cumq́ uenissent, sic eos allocuta est, Audite principes populi Bethuliam incolentis, Minime recta est oratio uestra quã habuistis hodie coram populo, interpositoq́ inter Deum & uos iureiurando cõstituistis, ac dixistis, urbẽ uos hostibus nostris esse dedituros, ni intra dies hosce Dominus se ad ferendã nobis opẽ conuerterit. At qui tandem estis uos, qui Deum hodierno die tentandum putaueritis, Deiq́ partes inter genus humanum præoccupandas? [Non est iste sermo qui misericordiã impetret, sed iram excitabit potius, & accendet indignationem. Vos ne Domino tempus præscribere miserationis? uos pro arbitrio uestro diẽ ei con-

A — ᵃ Al. Idox. ᵇ Al. Oziæ, filij Elai, filij Iannor. ᶜ Al. Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben. ᵈ Al. sex.

Iudith 7. — B

ftituere?] Quod si nunc in disquisitionem uocetis omnipotentem Dominum, nihil pernoscetis in æternum. Cum profunda cordis humani peruestigare, & rationes mentis eius cōprehendere non possitis, quomodo penetretis in notitiam dei creatoris horum, perdiscatis mentem eius, aut rationes deprehendatis? Nullo modo fratres, itaq; dominum Deum nostrum ne prouocetis ad iram. Nam si minus uoluerit intra quinq; dies hosce nobis opitulari, potestatē habet ipse quibus uult, omnibusq; adeo diebus protegendi nos, aut etiam ante oculos hostiū nostrorum disperdendi. Vos autem ne obstringatis consilia domini Dei nostri, quoniā non est ut homo deus, qui minis moueatur, nec ut homine natus, qui subeat iudiciū.

C Quin potius [quandoquidem patiens est Dominus, ob hoc ipsum agamus pœnitentiam,] ab ipso salutem expectantes opem eius imploremus, ut si uisum ipsi fuerit, uocem nostram exaudiat. [Ideo summittamus illi animos nostros, & demissis spiritibus ad seruiendū ei prompti supplicemus cum lachrymis, ut pro sua uoluntate nobis impertiatur misericordiam suam: ut sicut animus noster superbia illorum consternatus est, ita rursum ex afflictione nostra consequamur gloriā.] Quoniam nō extitit ætate nostra, nec extat hodie tribus aut familia, aut populus, aut ciuitas è nobis, quæ adoret deos manu factos, ut cōtigit temporibus superioribus, †propter quæ patres nostri, [qui deo suo relicto, deos alienos adorauerāt,] ad cædem & prædam fuerūt expositi, cladeq; magna coram hostibus nostris occubuerunt. Iudic.2.b 4.a.6.a Nos uero deum aliū non agnouimus, ut sperare debeamus ipsum nos non esse neglecturum, nec quenquam è nostro genere, [sed sanguinē nostrum uindicaturum ab oppressione hostium nostrorum, ac domiturum omnes gentes quæ in nos consurrexerint, Dominumq; deum nostrum effecturum eas inglorias.] Neq; uero nomen suum, ubi capti fuerimus, manebit Iudææ, sed sacra nostra diripientur, & Deus profanationem suam ab ore nostro uindicabit, tum metum fratrum nostrorum, simul & emancipationem terræ, possessionisq; nostræ desertionem nobis rependet in caput nostrū inter gentes, quo seruitum ierimus, & offensionem ac dedecus apud omnes dominos nostros subibimus. Neq; enim ad gratiam euaserit seruitus nostra, sed dominus ille Deus noster infamem eam reddiderit. Quamobrem nunc fratres, [qui populi Dei senatores estis,] exemplum præferamus fratribus nostris, quoniam à nobis pendet illorum animus, sacraq; simul & templum, altareq; nobis nititur: [quapropter animos illorum nostro alloquio erigamus.] Ante autem hæc omnia gratias agamus domino Deo nostro, qui tentat nos, †quemadmodum & maiores nostros, [an uere deum suum colerent.] Mementote quæ cum * Abrahā egerit, [qui per multas afflictiones probatus amicus eius factus est:] quibus modis probarit Isaac, & quot casus † Iacob pascentis oues Laban auunculi sui in Mesopotamia Syriaca: [quot item Mosis, & omnium qui deo placuerunt, perq; multas ærumnas fideles penetrauerint. Deut.8.a 2.Par.32.f *Gen.17.a 22.a †Gē.28.b Nam qui tentationes non susceperunt cum religione Domini, sed prodiderūt impatientiam suam, & indignum contra Dominum fremitum, ij à peremptore deleti sunt, & à serpentibus disperditi. Et nos ergo ne ulciscamur nosipsos pro ijs quæ patimur, sed reputantes hæc ipsa supplicia esse flagella Domini peccatis nostris minora, quibus quasi serui castigamur, credamus ad emendationem illa, & nō ad disperditionem

†in lx, lego. D nostri pertinere. *Etenim sicut illos experiundi cordis ipsorum gratia, ita probat nos, & non ulciscitur, †sed commonitionis causa Dominus plectit aspirantes ad ipsum. Rom.8.d Respondit illi Ozias, Quæcunq; dixisti ex animo bono profecta sunt omnia, nec est qui se tuis opponat sermonibus. Quoniam non hodie primum se prodit tua sapientia, sed omnis populus tuam intelligentiā à primis temporibus habet cognitam, q, bona sit animi tui commentatio. Sed populus magna siti cruciatus secundū ea quæ diximus, nos secum coēgit agere, ut nos obstringeremus

iureiurando,

Digitized by Google

iureiurando, quod minime uiolabimus. Quare tu nunc, cum mulier pia sis, pro nobis supplica, ut Dominus pluuiã demittat implendis lacunis nostris, ne siti deficiamus. Rursum Iudith, Audite me, inquit, & facinus edã, quod ad posteros generis nostri continuis ætatibus perueniat. [Sicut autem quod loqui mihi datum est, esse diuinum agnouistis: ita quod agere constitui à Deo ne proficiscatur, perpendite, & orate eum, ut consilium meum ratum faciat.]

Iudith 10.b †Vos ad portam hac nocte stabitis, egoq; cum ancilla mea egrediar [uobis orantibus,] ut intra dies post quos dixistis uos urbẽ hostibus nostris esse dedituros, Dominus Israelitis per manum meam subueniat. Vos autem quid ego sim actura ne sciscitemini: neq; enim uobis, priusquam confectũ fuerit, quid decreuerim agere declarauero. [Interim nil aliud instituatur, præterq̃ pro me ad dominũ Deum nostrum precatio.] Cui Ozias, simul & proceres responderunt, Abi feliciter, & dominus Deus præeat tibi ad ultionem hostium nostrorũ: simul conuersi è tabernaculo, ad stationes suas discesserunt.

CAP. IX.

A Tum Iudith [illis abscedentibus, dicatã precibus ædiculã suam ingressa,] in faciem procubuit: cumq; caput suũ cõspersisset puluere, nudato quo induta erat cilicio, cũ iam odores illius uesperæ adolerentur in æde Domini Hierosolymis, magna uoce exclamãs, dixit,

Gen.24.b Gen.34.d †Domine Deus patris mei Simeonis, *cui tradidisti gladium ad ulciscendum alienigenas, qui uirginis utero ad fœditatem recluso, & ad turpitudinem nudato femore, locos probro profanarant, (tu enim interdixisti ne id fieret,) & ea patrarant, ob quę ad cædem exposuisti principes eorum, ut decepti stratum suum [a]rigarent sanguine, tum seruis super principes, principibusq; in sedibus suis trucidatis, uxores eorum in prædam, inq; captiuitatẽ filias, & omnia spolia tradidisti diuidẽda charis tibi filijs, ijs qui indignatione tua accensi oblatũ sanguini suo uitiũ abominati sunt, & opem tuam implorauerunt: tu Deus ille mi Deus me etiam exaudi uiduam. Tu enim et ea quæ priora sunt illis, & illa, & quę secuta sunt designasti: tu præsentia quoq; & futura pręmeditatus es. Tibi astant quorum iniũsti consilium, & ecce præsto sumus, inquiunt. In expedito enim sunt instituta tua, & prouisa iudicia. [Intuere nunc castra Assyriorum, sicut olim Aegyptiorum castra intueri dignatus es, quando seruos tuos armati persequebantur, freti quadrigis & equitatu suo, militumq; multitudine. Vbi uero super castra eorũ despexisti, tenebræ fatigarunt illos, pes eorum hæsit in profundo, & aquis obruti sunt. Hoc idem his quoq; contingat Domine.] Ecce Assyrij sua potentia multi sunt, equoq; simul elati & equite, tum lacertis peditum insolescentes, scuto, gæso, arcu, fundaq; fidunt, nec agnoscunt te Dominũ bellorum esse dissipatorem, nomine tuo Dominum. Tu robore tuo infringe uires eorum, [exere ut olim, brachium tuum,] iraq; tua cõquassa potentiam. Nam decreuerunt profanare sacra tua, & tabernaculum sedem nominis tui gloriosi polluere, cornuq; altaris tui ferro deturbare. Superbiam ipsorũ intuens demitte iram tuam in capita ipsorum, insertoq; uiduę manui meæ robore, quod animo cõcepi, per labia [b]falsa mea

Iudic.4.d seruum super principem, superq; principem seruum trucidando, †manu fœminæ frange ipsorum ferociam. [Iugula superbũ illum gladio suo, & fac ut per me capiatur laqueo oculorum suorum. Cõfirma animum meum, ut contemnã illum, & qua perdam illum uirtute me corrobora. Pertinebit enim hoc ad memoriã nominis tui, si eum fœminea manus prostrauerit.]

Iudic.7.a †Non enim in multitudine situ est robur tuum, [c]neq; potentia tua in robustis: [equorum uires nõ expetis, nec unquam superbi tibi placuerunt,] sed humilium es dominus, inferiorũ adiutor, præsidium infirmorum, deploratorum defensor, ac seruator desperatorum. Eia age D mi paterne deus, deus possessionis Israeliticæ, domine cœlorum & terræ, creator aquarum, rex rerum abs te creatarum omnium, tu exaudi preces meas, [quas mise-

[a] [Greek marginal note, illegible]
[b] [Greek marginal note, illegible]
[c] [Greek marginal note, illegible]

Digitized by Google

ricordia tua freta sum, et fœderis tui Domine memento,] cõuerte sermonẽ meum in fraudem, & uulnus, ac flagellum eorum, qui contra testamentũ tuum, contraq; ædem sacram tuam, contra uerticẽ Sion, contra domũ possessam à filijs tuis dira ceperunt consilia. [Confirma consiliũ in animo meo, ut ædes tua religionẽ tuam tueatur.] Prode exemplũ in omni gente, tribuq; tua, quo palàm fiat, te omnis uirtutis & potentiæ deum esse, nec aliũ præter te defensorẽ gentis Israeliticæ.

X.

A CVm aũt Deum Israeliticũ inuocandi finem fecisset, & hæc uerba peregisset omnia, surrexit procubitu: & ancilla sua uocata, cum in domiciliũ, ubi sabbatus & diebus festis suis uersabatur, descendisset, detracto quo fuerat induta cilicio, uestibusq; uiduitatis suæ depositis, corpus aqua prius ablutũ, unguento pingui perunxit, tum capillis capitis sui digestis mitra superimposita, uestes festiuas suas, quibus ornari uiuo Manasse uiro suo solebat, induit: cumq; sandalia sumpsisset pedibus, atq; armillas, brachialia, annulos, inaures, mundumq; suum omnem asciuisset, uultum ad capiendos intuentiũ eam uirorũ oculos perq̃ uenuste composuit. [Contulerat autem ipsi Dominus quoq; splendorem, ꝙ omnis ornatus iste nõ ex lasciuia, sed ex uirtute proficisceretur.] Postremo cum uinariũ utrem uino, & lagenam oleo plenam ancillæ suæ tradidisset, pera farina, massa caricarũ, [caseo,] purisq; panibus impleta, & omnibus uasis suis cõuolutis, eidemq; impositis, egressæ ad portam Bethuliæ urbis, † Oziã & senatores ciuitatis Chabrim & Iudith 8.
B Charmim stantes ibi repererunt: qui ut uiderunt eam, & uultum eius alium, habitumq; immutatũ, pulchritudinem eius admirati uehemẽter, sic eam allocuti sunt, Deus, deus ille patrum nostrorũ reddat te gratiosam, & instituta tua perducat ad gloriam Israelitarum, & excellentiam Hierosolymæ, [ut nomẽ tuum in numero sanctorum & iustorum celebretur. Et qui tum aderant omnes una uoce subiecerunt, Esto, fiat,] simulq; Deum adorauerunt. At illa, Portam urbis, inquit, iubete aperiri mihi, ut egrediar, & sermones quos mecũ habuistis, re comprobem. Tum illi iuuenibus imperarunt ut aperirent, quemadmodũ illa postularat. Quod cum fecissent illi, Iudith unà cum ancilla sua egressa est, oculis prosequentibus eam oppidanis, cum de monte [circa lucis ortum] descẽderet, donec uallem peruadentem eam è cõspectu amitterent. Ita profectæ sunt illæ recta per uallem, donec in Assyrios, qui in statione pro castris erant, inciderent: qui * cõprehensam interrogauerunt eam, Cuias es? & unde uenis, aut quò tendis? Et illa, † Hebræis orta sum, & transfugi ab ipsis, quoniam uobis tradentur diripiendi, [propterea ꝙ contemptis
C uobis ultro se dedere, ut ueniam à uobis impetrarent, noluerunt.] In conspectum autem Holophernis magistri copiarum uestrarum uenio, ut ei uera dicta referã, uiamq; cõmonstrem ante oculos, per quam ingressus tota montana regione potiatur, nec ullius corporis militũ suorum, aut animalis spiritus patiatur incõmodum. His uerbis eius auditis, uiri illi contemplati uultũ ipsius, admirationeq; uehementi pulchritudinis eius capti, dixerunt illi, Conseruasti uitam tuam, quæ [tali usa consilio,] in conspectum domini nostri properaris descendere. Quapropter nunc perge ad tabernaculum eius, deducent enim te aliquot è nobis, donec te in manus eius tradiderint. Verum ubi coram eo cõstiteris, ne cõsterneris animo, sed secundũ hæc dicta tua perage narrationẽ, & bene tractabit te, [erisq; animo ipsius gratissima.] Selegerunt ergo ex se uiros centũ, qui iuncto ipsi simul & ancillæ curru, ad tentorium Holophernis eam asportauerunt. Tum cõcursu totis castris facto, ꝙ fama aduentus ipsius permanauisset in tabernacula, turba uenientiũ
D circunfundere se illi, extra tabernaculũ Holophernis expectanti, dum illi de ipsa afferretur nuncius, & mirari pulchritudinẽ ipsius, adeoq; propter ipsam stupere Israelitas, & alius alij dicere, Quis autem contemnat populũ istum, qui tales alit apud se mulieres? [pro quibus nõ immerito cum illis depugnemus.] Sanè nõ est

* συλλαβόντες.

Iudith 3.

utile

mille uel unum relinqui uirum ex illis, qui dimissi facile queant totum orbem in fraudem pellicere. Porrò progressi excubitores Holophernis et omnes serui eius, introduxerunt illam in tabernaculum. Fortè tum Holophernes quiescebat super lecto suo in conopœo intertexto purpura, auro, smaragdo, lapidibusq; pretiosis: cumq; accepisset de illa nuncium, prodiit in uestibulum tabernaculi, præcedentibus eum lampadibus argenteis. Vt cum Iudith in conspectum eius, & ministrorum ipsius uenisset, omnes uenustatem uultus eius mirati sunt, [& aspectu primo captus Holophernes.] Illa uero procubuit in faciem, & eum adorauit. CA. XI.

CVmq; serui Holophernis releuauissent eam, ipse sic est eam allocutus, Bene spera mulier, nec expauescas animo, neq; enim ego quenquã afflixi, qui regi totius terræ Nabuchodonozori seruire uoluit. Quod nisi me cõtempsisset populus iste tuus montanam regionem insidens, non utiq; erexissem hastã meam aduersus eum: ipse autem horum sibi causa est. Iam uero dic tu mihi qua de causa transfugeris ab illis, & huc adueneris, uenis enim salutariter. Bono animo esto, utpote uictura hac nocte, atq; deinceps. Neq; enim est qui tibi faciat iniuriã, sed bene tractaberis, quemadmodũ tractari solent serui domini mei regis Nabuchodonozoris. Cui respondit Iudith, Accipe dicta ancillæ tuæ, ut famula tua coram te uerba faciat: nec mendacium hac nocte domino meo enũciauero. Quod si ancillæ tuæ monita secutus fueris per omnia, Deus rem tecũ conficiet, nec dominus meus excidet institutis suis. Testor enim uitam regis totius terræ Nabuchodonozoris, & potentiam eius qui te misit ad restitutionem uiuorum omniũ, non solum fore ut homines illi *per te seruiant, sed feræ quoq; agrestes, & pecudes, uolucresq; cœli per potentiã tuam sub Nabuchodonozoris totiusq; domus ipsius uiuant imperio Nam sapientiam tuam, & calliditatẽ animi tui nos audiuimus, totaq; terra diuulgatũ est, te solum esse eximium in omni regno, scientiaq; præstantem, & disciplina militari admirandum. Iam uero sermonem quoq;, quem in consessu tuorum †Achior habuit, & quæ uerba fecerit intelleximus, [tum etiã quibus eum modis tractandũ curaris.] Adepti sunt enim eum incolæ Bethuliæ, quibus omnia quæ apud te locutus esset, retulit. Quapropter monita eius domine dominator, ne fueris aspernatus, sed corde tuo recondas ea, quoniam uera sunt. Non enim obnoxium est supplicio genus nostrum, nec ualet aduersus ipsum gladius, nisi peccatis Deum suum offenderit. [Constat autem eum iam peccatis nostris sic esse offensum, ut per prophetas suos mandata dederit ad populum, se propter peccata pœnis eum esse dediturum. Et quoniam Israelitæ sciunt se deum suum infensum sibi reddidisse, timore tui correpti sunt.] Iam uero ne dominus meus spe decidat, neue discedat infecta re, sed mors faciem illorum impetat, tale peccatũ inuasit eos, quo irritabunt Deum suum, si nefas admiserint. Quoniam enim defecerunt eos alimenta, & laborant inopia aquarũ, iumenta sua decreuerũt inuadere, [& bibere sanguinem illorum,] & quorũcunq; cibo Deus legibus suis interdixit illis, ea consumere statuerunt: primitiasq; adeo frugum, & decimas uini atq; olei, quas consecratas reseruarant sacerdotibus Hierosolymis in conspectu Dei nostri ministrantibus, eas conficere constitutum habent: cum eas ne manibus quidẽ fas sit quenquam è populo contingere. Miserunt autem Hierosolymam, (nam & ipsius incolæ patrauere talia) qui sibi licentiam referant à senatu. Accidet igitur ut, cum hoc accepto responso fecerint, illa die tibi tradantur ad interitum. Quapropter ego ancilla tua cognitis his omnibus, trãsfugi ab ipsis, & misit me Deus [iratus illis] ad conficiendam tecum rem, quæ terras omnes, ad quas ea fama permanarit, stupore afficiat. Religiosa enim est ancilla tua, Deumq; colit noctes & dies. Quare nunc apud te morabor domine, & egredietur ancilla tua in uallem noctu, deoq; supplicabo, ut mihi renunciet, quando peccata sua commiserint: tum

Margin: A (at "Bene"); * διὰ σοῦ. (at "per te"); B; † Iudith 5.a (at "Achior"); C; D.

accedam, & rem ad te referam, & erumpes cum omnibus copijs tuis, nec erit quisquam illorum qui tibi resistat, egoq́ te ducam per mediam Iudæam, donec peruenias in conspectum Hierosolymæ, sedemq́ tuam in medio illius collocem. Ita illas ut oues pastore destitutas ages, ac ne canis quidē lingua sua tibi obganniet. Hæc enim mihi per prænotionem dicta sunt & enunciata, tibiq́ renunciatum ea missa sum. Hi sermones eius placuerunt Holopherni, & ministris ipsius omnibus, & sapientiam eius mirati sunt, dicentes, Non est mulier [a] ab extremo ad extremum terræ uenustate uultus & peritia dicēdi similis: simul Holophernes eam sic est allocutus, [b] Bene fecit Deus ille, qui te præmisit isti populo, ut afferres robur manibus nostris, contemptoribusq́ domini mei perniciem. Sanè quidem tu uenusta es aspectu, & ad dicendum bene comparata: quod si perfeceris quæ pollicita es, deus erit mihi deus ille tuus: tu uero sedebis in domo regis Nabuchodonozoris, & per totam terram celebraberis.

a ἀπ' ἄκρου ἕως ἄκρου τῆς γῆς.
b Εὖ ἐποίησεν.

CAP. XII.

A Tum iussit eam introduci in cellā argenteæ suæ supellectilis, deq́ cibarijs suis mensam ei consternendā, & potum de uino suo præbendū constituit. At Iudith, †De his non edam, inquit, ne qua contrahatur offensio, sed de eis quæ mecum delata sunt, mihi ministrabitur. Cui Holophernes, Si uero defecerint hæc quæ penes te sunt, unde petemus quæ tibi demus his similia? Nihil enim nobis è genere tuo suppetit. Respondit illi Iudith, Vt animā tuam mi domine uiuere uerum est, ita non consumet ancilla tua quæ mihi sunt, priusquā Dominus per manum meam consilium suum fuerit executus. Introduxerunt igitur eam serui Holophernis in tabernaculum: ubi cum in mediam usq́ noctē dormiuisset, sub matutinam uigiliam exurrexit, & misit ad Holophernem, qui diceret, Iubeat iam dominus meus ancillam suam emitti ad precationem. Cumq́ edixisset Holophernes stipatoribus corporis sui, ne prohiberēt ipsam, mansit in castris tribus diebus, noctu in uallem Bethuliæ egrediens, & aqua se abluens in fonte qui erat in castris: cumq́ ascenderet, orabat dominum Deum Israeliticum, ut institutum suum ad leuandū genus populi sui feliciter proueheret, & regressa in tabernaculo munda permanebat, donec cibum suum caperet sub uesperam. Euenit autē die quarto, ut celebraret Holophernes * conuiuium cum seruis suis solis, nec ad concœnationem quenquam inuitasset eorum qui præerant negotijs. Tum Holophernes Bagoæ eunucho præfecto facultatibus suis omnibus, I, ait, persuade isti mulieri Hebrææ quæ penes te est, ut ueniat ad nos, & nobiscum edat ac bibat. Nam ecce personæ nostræ fuerit ignominiosum, si talem mulierem sine habita cum ea consuetudine prætermiserimus: & si minus eam attraxerimus, nos irridebit etiam. Egressus ergo à conspectu Holophernis Bagoas, & ad illā ingressus, Ne pigeat, inquit, ancillam formosam hanc adire dominū meum, coramq́ eo decorari gloria, tum uinum nobiscum bibere ad hilaritatem, & hac die more filiarum Assyricarum, quæ in domo Nabuchodonozoris assistunt, se gerere. Cui Iudith, Quænam ego sum, ut quid domino meo denegem? quin quicquid ei placuerit, gratumq́ fuerit, propere faciam, quod mihi usq́ ad diem obitus mei sit gloriationi: simul exurgens se uestitu, & omni mundo muliebri exornauit: accessitq́ ancilla eius, & ex aduerso Holopherni strauit ei pelles humi, quas à Bagoa in usum quotidianum suum acceperat, ut super ijs recumbens cibum caperet. Cumq́ accessisset Iudith, ac discubuisset, exarsit cor Holophernis in eam, animusq́ cōmotus est, ut congressum ipsius uehementer appeteret. Iam enim ex quo primū die conspicatus eam fuerat, obseruabat occasionē, qua ea abuteretur. Hortabatur igitur eam Holophernes, Bibe iam, & præbe te nobiscum hilarem, [quoniam nacta es apud me gratiam.] Et Iudith, Sanè bibam, inquit, domine, quoniam magnificentiam adepta est in me hodie uita mea maiorem, quàm ullo ex quo nata sum tempore: simul

Gen.43.f Dan.1.b Tob.1.b

B, C, D [section letters in margin]

משתה*

ἀπατῆσαι.

simul edere coram eo bibereque cœpit, quæ sibi ab ancilla sua parata fuerant. Læta tus est itaque propter eam Holophernes, & uini quàm plurimum bibit, quantum nunquam aliâs biberat uno die ex quo natus fuerat.

CAP. XIII.

CVm autem iam serum esset, festinarunt serui eius se recipere, & Bagoas foris occlusit tabernaculum, præsentesque omnes à conspectu domini sui dimissi, sua quisque cubilia petiere, †quod omnes defessi essent longa compotatione. Relicta est itaque Iudith in tabernaculo sola, & Holophernes proiectus in lecto suo, quod perfusus esset ebrietate. Iusserat autem Iudith ancillam suam astare extra cubiculum, & se pro quotidiano more obseruare exeuntem. Dixerat enim se exituram ad precationem suam, & in eandem sententiam cum Bagoa loquuta fuerat. Cum ergo omnes è conspectu ipsius discessissent, nec quisquam relictus esset in cubiculo paruus aut magnus, Iudith apud lectũ illius stans in animo secum, Domine deus omnis uirtutis, inquit, respice hac hora ad opera manuũ [a] mearum, ut extollatur Hierosolyma [sicut promisisti.] Quoniam nunc tempus est adiuuandi possessionem tuam, & [orta ex fiducia in te] instituta [b] mea perficiendi, ad conquassationẽ hostium, qui in nos coorti sunt: simul accessit ad columellam lecti quæ erat [c] ad caput Holophernis, & acinacem illius inde desumpsit. Cumque lecto se applicuisset, coma capitis eius apprehensa, Corrobora me hodie Domine deus Israelis, inquiens, inflixit duos ictus in ceruicem eius quantum poterat, †& caput amputauit: tum deinde corpore eius de strato deuoluto, ablatoque de columnis conopœo, paulo post egressa caput Holophernis ancillæ suæ tradidit: quod cum illa in peram cibariam suam immisisset, egressæ sunt ambæ simul, quò ad precationem more solebant. Ita è castris euadentes uallẽ illam ambierũt, montemque Bethuliæ cõscenderunt. Cumque ad portas eius peruenissent, Iudith procul clamauit portarũ uigilibus, Aperite agite portam, aperite: adest nobis Deus, deus ille noster, robur adhuc exercens Hierosolymis, & contra hostes potentiã, quemadmodum fecit & hodie. Hac uoce ipsius exaudita oppidani ad portam urbis suę propere descenderunt: cumque senatores ciuitatis conuocassent, concursu unà omnium à minimo usque ad maximum facto, (quoniã insperatus erat ipsius reditus,) igneque causa lucis accenso, aperta porta receptas illas circumsteterunt. Ipsa uero [cum in editum locum ascendisset, silentio facto] magna uoce, Laudate Deum, inquit, & prædicate eum, quoniam misericordiam suam Israeliticæ domui non substraxit, [nec deseruit sperantes in se,] sed hostes nostros hac nocte mea manu conquassauit: simul caput è pera prolatum illis ostentabat, dicens, Ecce caput Holophernis magistri copiarum Assyricarum, ecce & conopœum in quo recubabat ebrius, cum eum Dominus manu fœminea cæderet. Viuum illum Dominũ, qui me per uiam qua sum ingressa conseruauit, testor illum mea facie deceptũ in perniciem suam, nullum in me fœdum aut turpe patrauisse flagitium. [Dominus me uobis lætam, uictricem & incolumem liberatis uobis restituit. Ipsum prædicate omnes, quia benignus est, & misericordia eius sempiterna.] Tum populus uehementer obstupuit: cumque Deum inclinatus adorasset, simul omnis, Celebrandus es Deus noster, inquit, qui hostes populi tui hodierno die ad nihilum redegeris. Illi uero dixit Ozias, Beneficio Dei altissimi felix es, ô filia, supra omnes mulieres terræ, & celebrandus est Dominus deus ille cœli terræque conditor, qui te direxit ad caput ducis hostium nostrorum conquassandum. Quoniam non abscedet unquam [b] spes tua ab animo hominum potentiam Dei commemorantium. Hoc ergo tibi conferat Deus ad sempiternam excellentiam, ut [c] te bonis locupletet, eo quod uitæ tuæ non pepercisti, cum affligeretur genus nostrum, sed rectam coram Deo nostro uiam ingressa ruinæ nostræ subuenisti. Et subiecit uniuersus populus, Esto, fiat.

CAP. XIIII.

Margin notes: A; Eccli 31.; B; C; D; a μυ.; b μυ, al. Gr.; c πρὸς κεφαλῆς.; 1. Reg. 17.; 2. Mach. 7.; b Id est, memoria spei tuæ.; c Vel, adsit tibi beneuolus.

A Porro autem allocuta est eos Iudith, Audite me fratres, †& acceptū caput hoc 2 Mac. 14
in pinna murorum nostrorū suspendite: cumq; diluxerit dies, ac sol super terram emerserit, arma belli uestra quisq; capietis, & ex urbe uiri ualētes omnes cum duce uobis dato erumpetis, ut in campum descensuri ad primam stationem Assyriorū, nec tamen descendentes. Tum illi sumptis uniuersis armis suis, contendent in castra sua, duces copiarum Assyricarum excitaturi, & ad tabernaculum Holophernis cursum dirigent, quo nō inuento [nisi trunco in sanguine uolutato,] terror ingruet in illos, & à conspectu uestro diffugient. Tum uos insequentes unà cum omnibus qui fines Israeliticos incolunt, per uias suas illos prosternite. [Dominus enim pedibus uestris conculcandos eos subijciet.] Verū anteq̃ hæc fiant, accersite mihi Achiorem Ammonitam illum missum ad nos tanquā ad interitum
B ut conspectum agnoscat domus Israeliticæ contemptorem. Vocatus est ergo Achior ex domo Oziæ, qui ut uenit, & caput Holophernis in manu uiri cuiusdam in cōcione populi uidit, in faciem prolapsus est, & defectus animo: releuatusq; accidit ad pedes Iudith, & cum faciē eius adorasset, dixit, Celebranda es per omnia Iudæ tabernacula, & apud omnes gētes, quæ fama nominis tui cōmotæ fuerint. Sed recense mihi nunc quæ per hos dies gesseris. Et recitauit ei Iudith in media concione quæcunq; gessisset, ex qua primū die fuerat egressa, usq; ad tempus quo loquebatur apud illos. [Deus Israeliticus, inquit, quem tu testatus es se uindicaturum de inimicis suis, is hac nocte caput omnium impiorum amputauit mea manu, quod ita esse probat caput hoc Holophernis, qui superbo contemptu uituperauit deum Israeliticū, & interitū tibi minatus est cum diceret, Expugnato populo
C Israelitico, præcipiam latera tua gladio transuerberari.] Postquam autem dicendi finem fecit, populus magna uoce iubilans, lætos per urbem suā clamores iactauit: Achior uero quæ Deus Israeliticus fecisset uidens omnia, Deo magnopere fisus est, carneq; præputij sui circuncisa, cōiunctus domui Israeliticæ [cum omni generis sui posteritate] usq; in præsentem diem. Cum autem dies illuxisset, capite Holophernis de muris suspenso, omnes uiri sumptis armis in spiram circumeuntes ad descensum montis egressi sunt: quos conspicati Assyrij, nuncios ad centuriones suos dimittere, illiq; porrò contendere ad duces & tribunos, omnesq; principes suos: qui cum ad tabernaculum Holophernis peruenissent, curatori omnis supellectilis eius dicere, †Excita uero dominum nostrū, quoniā serui isti ad nos 1. Reg. 14
in pugnam descendere ausi sunt, ut deleantur funditus. [Porrò ante uestibulū cubiculi tumultuantes causa illius excitandi strepitum edebant de industria, ut non excitantium, sed perstrepentiū opera potius excitaretur. Nemo enim cubiculum
D Assyricæ maiestatis pulsare audebat, aut ut introiret aperire.] Tum ingressus Bagoas pulsauit atrium tabernaculi, q; eum cum Iudith dormire suspicaretur. Cum autem eum nemo exaudiret, dimotis foribus in cubiculū ingressus, ut inuenit illum proiectum in lecto, & adempto capite mortuū, exclamans uoce magna cum fletu, gemitu, uociferationeq; ualida uestimenta sua dilacerat, atq; in tabernaculū etiam, ubi Iudith solebat recumbere, ingressus, ubi nec eam inuenit, ad populum prosilit uociferans, Nefas admisere serui, una mulier Hebræa ignominiam in domum regis Nabuchodonozoris intulit. Nam ecce humi prostratus Holophernes, truncusq; capite. Hæc uerba cum audissent principes exercitus Assyrici, dilacerauerunt tunicas suas, & animo uehementer consternati sunt, clamorq; & uociferatio magna in medijs castris exorta est.

CAP. XV.

A Tum etiā qui in tabernaculis erāt, hoc audito facinore, [animo cōsilioq; destituti,] obstupescere, ingruente in eos metu & terrore, nec iam esse quisquā qui in cōspectu alterius persisteret, sed simul omnes perculsi, per omnes uias tam campestris q̃ montanæ regionis diffugere, [deiecto capite, relictisq; rebus omnibus,

Digitized by Google

bus, Hebræos, quos instare armatos acceperãt, effugere festinantes:] atque ij quoque
qui circa Bethuliã in montoso loco se uallo munierant, in fugam conuersi sunt.
Tunc ergo bellicosissimi quique Israelitarũ se in eos effuderunt, [cum clangore tu-
barum & clamore: & quoniã Assyrij palantes in fugam ruebant præcipites, Israe
litæ autem eos agmine iuncto persequebantur: conficiebant quoscunque possent
apprehendere.] Et misit Ozias Bethomastam, Bebai, Chobai, Cholam, & in o-
mnes fines Israeliticos, qui perferrent gestæ rei nuncium, ut ad cædem hostiũ cun
cti prorumperent. Quo accepto nuncio Israelitæ, simul omnes irruerunt in illos, B
& cædendo usque Choba persecuti sunt. Aduenerũt item & Hierosolymitani, &
ex tota montana regione, (nam ad eos quoque nuncius rerũ in castris hostium ge
starum peruenerat,) atque etiam Galaaditæ & Galilæi, qui eos magna clade ultra
Damascũ usque & fines ipsius exterminarunt. Reliqui uero incolæ Bethuliæ ca
stra Assyriorũ inuaserunt, & ex præda illorũ magnas adepti sunt diuitias. Reli-
quijs potiti sunt Israelitæ à cæde reuersi, uicique ac ciuitates tam montanæ quàm campe
stres magnam uim obtinuerunt spoliorũ, quorum ingens erat copia. Venerunt C
autem Ioachim pontifex maximus, & senatus Israelitarum Hierosolymis cõmo
rantium, [a]confirmaturi beneficia quibus Deus Israelitas affecerat: tum etiã uisuri
Iudith, benigneque salutaturi: qui ad ipsam ingressi uno ore gratulati sunt ei, ac di
xerunt, Tu excellentia Hierosolymæ, tu ingens Israelitarũ lætitia, tu præclara ge-
neris nostri gloriatio, tu hæc omnia confecisti manu tua, hisque Israelitas affecisti
beneficijs, & Deus ea fauore suo prosequutus est. [Confirmatũ est cor tuum, eo
quod castitatẽ amaueris, nec post uirũ tuum admiseris alium, ideo manus Domini te
confirmauit.] Beata sis apud Deum omnipotentẽ in æuum sempiternũ. Et sub
iecit uniuersus populus, Esto. Cæterum populus castra diebus triginta depræ D
datus, tabernaculũ Holophernis & omne argentũ, lectos, pelues, omnemque sup-
pellectilem eius dicauit Iudith: quæ accepta illa mulę suæ, iunctisque plaustris con
gesta imposuit. Tum concurrere uisendæ eius causa mulieres omnes Israe-
liticæ, & prædicare illam, unaque chorum illi statuere, ipsaque thyrsos manibus ac-
ceptos mulieribus, quæ unà secũ aderant, distribuit, & imposita sibi [b]socijsque suæ
corona oleagina, choream corã uniuerso populo ducens præibat mulieribus o-
mnibus, subsequentibus armatis omnibus uiris Israeliticis cũ coronis, [organis,
citharis] & hymnis, quos ore decantabant.

[a] Id est, testata red
dituri.

[b] τῇ μετ' αὐτῆς.

CAP. XVI.

PRæiuit autem Iudith hoc carmen gratulatoriũ inter omnes Israelitas, & uni A
uersus populus hanc laudem clara uoce decantauit, cœpitque Iudith,
Ordimini Deo meo tympanis, Dominoque meo cymbalis incinite: modulami
ni carmen ei, extollite laudem, & nomen eius inuocate.
Quoniam profligator bellorũ est Dominus, qui [a]posuit in medio populi ca-
stra sua, & me uindicauit de manu persequentium.
Venit Assyrius è montibus ab Aquilone, uenit cum copiarũ suarum myriadi
ch 7.c bus, †quarum multitudo torrentes interclusit, uallesque equitatus operuit.
Aiebat se fines meos igni uastaturũ, iuuenibusque meis gladio peremptis, alli-
sisque solo lactentibus, prædæ daturũ infantes meos, abacturumque uirgines. Do-
minus omnipotens manu fœminæ frustratus est eos.
Neque enim iuuenum opera robustus occubuit, nec ceciderunt eum nati Tita B
ch 10.d nibus, nec excelsi gigãtes aggressi sunt, †sed Iudith Merari filia pulchritudine fa
ciei suæ dissipauit ipsos.
ch 10.d †Cum enim exuisset uestitũ uiduitatis suæ, [uestesque festiuas induisset,] ut [b]la
borantes Israelitas eueheret, facie sua unguento peruncta, & redimitis mitra ca-
pillis suis, stolaque quam sumpsit lineam, decepit illum.
Sandalium eius oculum hominis rapuit, & pulchritudine huius captus est il-

[a] ἐθέτ.

[b] πονούντων.

lius animus, ceruicem ipsius penetrauit acinacis.
Persæ exhorruerunt audaciam eius, stupueruntq; Medi fidutiam.
Tum iubilauerunt humiles mei, & infirmi exclamauerunt [siti torridi,] territiq; sunt illi, & sublato clamore in fugam conuersi.
Filij puellarum confoderunt illos, & ut seruos fugitiuos uulnerauerunt prælio domini Dei mei disperditos.
C Carmen & laudem cantabo Domino. Magnus es Domine & gloriosus, admirandus uiribus, & inuictus.
Tibi seruiat uniuersum opificiũ tuum, †quoniam iussisti, & extitit: misisti spiritum tuum, & prodijt, nec est quod uoci tuæ resistat. Gen.1. Psal.32.& 148. Psal.103.
Montes enim à fundamentis emouebuntur cum aquis, petræq; in modum ceræ liquescent à conspectu tuo, cum sis ijs qui te metuunt propitius.
Quoniam paruum est omne quamuis gratũ odore sacrificium, omnisq; holocausto crematus adeps minimus, præ eo qui reueretur Dominum, & per omnia magnus est.
Væ gentibus in genus meum consurgentibus. Dominus omnipotens uindicabit eas die iudicij, cum immittet corporibus eorum ignem & uermes, quorum perpetuo sensu lugeant.
Vt autem uenerunt Hierosolymã, adorauerunt Dominum, & lustrato populo holocausta sua, gratuitaq; donaria, ac munera obtulerunt. Et dedicauit Iudith omnem suppellectilem Holophernis à populo sibi traditam, & conópœũ quod
D ipsa cubiculo eius abstulerat, †donariũ Domino consecrauit. Cumq; populus celebrando lætitiam, Hierosolymis in conspectu sacrorũ tres menses peregisset, Iudith ibidẽ permansit. Exactis autem diebus illis ad suam quisq; possessionem reuectus est, remeauitq; Iudith Bethuliam, & in bonis suis habitauit. Fuit autem ætate sua per totã terram inclyta, procosq; multos habuit: nullus tamen uir ea potitus est omni tempore uitæ eius, postquã Manasses maritus eius morte obita sepulturæ gentis suæ mandatus fuerat. Processit inquam ad claritatem eximiam, donec in domo uiri sui ad centesimũquintum annum ætatis peruenit, & manumissa ancilla sua, obijt Bethuliæ, & sepulchro uiri sui Manassis mandata est, †luxitq; eam domus Israelitica septem diebus. Cæterum antequam moreretur, bona sua Manassi uiro suo, sibiq; genere proximis distribuit. Non extitit autem in uita Iudith qui perterreret Israelitas, nec post obitum eius multis temporibus. [Porrò dies huius uictoriæ solennis in numerũ sacrorum dierum adscriptus ab Hebræis ex eo tempore ad præsentem usq; diem cultus est ab ijsdem.] 2.Reg.8.b Gene.50.b

Liber Esdræ tertius.

CAPVT I.



A CVM Iosias agitaret [a]pascha Domino Hierosolymis, constitutisq; & iuxta quotidianas functionũ uices adornatis in templo Domini sacerdotibus, [b]pascha quartadecima luna mensis primi immolaret, iussit Leuitas sacrorũ Israeliticorũ ministros cõsecrare se Domino, ad sacrã eius arcam in templo, quod Dauidis filius rex Salomon ædificarat, collocandam. Non erit, ait, cur eam uestris gestetis humeris, sed iam 2.Par.35. 4.Reg.23.

[a] Id est, diem festũ paschatis.
[b] Id est, agnum paschalem.

inde

Digitized by Google

inde dominum Deum noſtrum colite, populoq́ eius Iſraelitico date operã. Com parate autem uos ſecundum familias & tribus ueſtras, iuxta præſcriptũ Dauidis regis Iſraelitici, & magnificã deſcriptionẽ filij eius Salomonis, inq́ templo pro- ut quæq́ familiarũ ueſtrarum Leuiticarũ primatum ſortita eſt, in conſpectu fra- trum ueſtrorum Iſraelitarum ſtantes ordine [c]paſcha immolate, uictimasq́ parate ipſis, & [d]paſcha iuxta præceptum Domini Moſi datum obite. Donauit autem Io ſias populo, q̃ frequens aderat, agnorum & hœdorum triginta millia, triaq́ mil lia uitulorum, quæ de [e]pecuarijs regijs ex pollicito data fuerunt populo, ſacerdo tibus & Leuitis. Largiti ſunt item Helcias, Zacharias, & [f]Iehiel ædiles templi, ad obeundum paſcha, ſacerdotibus ouiũ duo millia ſexingentas cum uitulis tre- cẽtis. Iechonias inſuper, Schamaias & Nathanael frater, & [g]Haſchabias, & Ieiel, & Iozabad tribuni largiti ſunt ad celebrandũ paſcha Leuitis, ouium quinq́ mil- lia, & uitulos *quingentos. Dum hæc gerebantur eleganter, ſtabant ſacerdotes & Leuitæ ſecundũ tribus, & eum quem quiſq́ ſortitus erat à patribus primatum, tenentes in conſpectu populi panes azymos, quos Domino ſecundũ præſcriptũ libri Moſaici conſecrarant. [h]Et hæc ita matutino tempore. Torrebant autẽ igni paſcha, ut par erat, uictimas uero lixabant in ahenis & [i]lebetibus odore gratiſſi- mo, totiq́ cœtui deferebãt. Poſt hæc item ſibi, & prognatis Aarone ſacerdotibus fratribus ſuis dapem apparabant. Sacerdotes enim adolebant adipes, donec tem pus opportunũ exijſſet, Leuitæq́ ſibi, ſacerdotibusq́ prognatis Aarone fratribus ſuis dapem parabant. Et ſacri cantores poſteri Aſaph ſuum munus obibant or dine, prout erat ipſis à Dauide conſtitutũ, nempe Aſaph, [k]Zacharias, & [l]Iedutuun à rege deſignatus. Oſtiariorũ autem pro ſingulis portis excubantium non lice- bat ulli uicem ſuam deſerere, fratres enim illorũ Leuitæ dapem ipſis apparabant. Quæ igitur pertinebant ad ſacrificium Domini, paſchate agitãdo, uictimisq́ ad aram Dei immolãdis die illo conſummata ſunt ſecundũ mandatum regis Ioſiæ. Et egerunt Iſraelitæ, q̃ frequentes aderant, paſcha, diemq́ feſtum azymorum per ſeptem dies: nec tale paſcha celebratũ eſt in Iſrael iam inde à temporibus Samue- lis prophetæ. Neq́ uero tale paſcha celebrauerũt ulli reges Iſraelitici, quale Ioſias egit, & ſacerdotes ac Leuitæ, Iudæi & Iſraelitæ omnes, q̃ tum numeroſi Hieroſo lymis commorabantur. Octauodecimo anno regni Ioſiæ celebratum eſt hoc paſcha, recteq́ conformata fuerunt inſtituta Ioſiæ in cõſpectu Domini ſui, quip pe ex animo pleno pietatis. Cæterũ hiſtoria rerum ipſi coniunctarum eſt in pri ſcorum ſæculorũ annalibus conſcripta de ijs qui peccauerunt, & impietate in Do minum ſuperarunt omnes gentes & regna, [m]eaq́ quibus offenderunt ipſum ſtu dia, adeo ut oracula Dei inualeſcerent aduerſus Iſraelem. †Et poſt omnem hunc actum Ioſiæ accidit ut rex Aegypti Pharao profectus bellum moueret aduerſus Carchamym, quæ eſt ad Euphratem: cumq́ obuiã illi proceſſiſſet Ioſias, miſit ad eum rex Aegypti qui dicerent, Quid tibi rei mecũ eſt rex Iudææ? Nequaq̃ aduer- ſus te à domino Deo miſſus ſum, ſed bellum ad Euphratem eſt mihi, iamq́ adeo mecum facit Dominus, idemq́ citabũdus mecũ properat: à me tibi tempera, neq́ obſiſtas illi. Non tamen auertit ſe Ioſias ad currũ ſuum, ſed parabat prælio decer nere, non acquieſcens reſponſis ex oraculo Domini Ieremiæ prophetæ, & pu- gnam cum eo cõmiſit in campo Megeddo: cumq́ [n]deſcẽdiſſent ad regem Ioſiam principes, ſeruis ſuis, †Auferte me, clamat, è prælio, nam grauiter ſauciatus ſum. Protinusq́ eum ex acie ſerui eius ſuſtulerunt, & cum aſcendiſſet currum ſuum ſe cundarium, reuectus Hieroſolymam, uitam cum morte commutauit, & ſepultus eſt in paterno ſepulchro. Per totam itaq́ Iudæam luctus ſecutus eſt Ioſiam, & de fleuit eum Ieremias etiã propheta, proceresq́ unà cum uxoribus lamentati ſunt eum ad hunc uſq́ diem, traditusq́ adeo mos eſt hoc faciendi perpetuus in omne

Margin (left): 4.Reg.23.f / 2.Par.35.d — 4.Reg.22.f

Margin (right): B — C — D

[c] Id eſt, agnum pa- ſchalem.
[d] Id eſt, Solẽne pa- ſchatis.
[e] Vel, fiſco regio.
[f] ὁ Ἰῆλος.
[g] ὁ Σαβίας, καὶ ὁ Χιῆλος καὶ Ἰωραμ, al. Chora ba.
* Al. ſeptingẽtos.
[h] ובן לבקר item uitulos ſcilicet offerentes, alij lege runt לבקר
[i] בצלחות id eſt, in cacabis. Septua- ginta à צלח id eſt, gratioſus fuit.
[k] ὁ Ζαχαρίας.
[l] Al. Ἐδδινοῦς.
[m] Vel, eaq́ quibus offenderũt eum per cultum rerum ſenſi bilium.
[n] וירדו uidẽtur le giſſe Septuaginta pro ויורו id eſt, ia- culati ſunt.

genus Israeliticum. Verum hæc annalibus regum Iudaicorum perscripta sunt,
quid rerum singillatim patratũ sit ab Iosia, quę fuerit eius gloria, quanta demum
ad legem Domini dexteritas ingenij. Ipsius autem antefacta, & quæ nunc cõme
morauimus, prodita sunt annalibus regum Israeliticorum & Iudaicorum.
E †Porrò populares assumptum Ioachaz Iosiæ filium, regem loco patris sui de- 4.Reg.23
clarauerũt, uigintitres annos habentem. Is tribus mensibus regnauit in Iudæa 2.Par.36.
& Hierosolymis, usq; dum ei regnum Hierosolymitanũ abrogauit rex Aegypti,
populoq; talentis argenti centũ, unoq; auri mulctato, regem Iudææ & Hierosoly
mæ †constituit Ioachim fratrẽ ipsius, qui in uincula coniecit magistratus, ipse ue 2.Par.36.
ro Zaracen fratrem eius cõprehensum °abduxit in Aegyptũ. Cæterũ annos ui- 4.Reg.23.
gintiquinq; natus erat Ioachim cum regnũ Iudaicum & Hierosolymitanũ ade-
ptus est, & impie se gessit erga Dominũ, †adortusq; est eum bello Nabuchodo- 4.Reg.24
nozor rex Babylonis, & catenis constrictũ Babylonem abduxit, sacrorumq; ua-
sorum Domini ablatã partem in templo suo Babyloni collocauit. †Verum hu 4.Re.24
ius historia, impuritas, & ignominia regũ annalibus perscripta est. Successit au 2.Par.36.
tem in regnũ ei Ioachim filius. Etenim octodecim iam annos habebat, cum rex
F constitueretur. Regnauit autẽ menses tres & decem dies Hierosolymis, & im-
pie se gessit erga Dominũ, exactoq; anno missis copijs transtulit eum Nabucho
donozor Babylonẽ unà cum sacris uasis Domini, †& constituit Zedechiam re- 4.Re.24.
gem Iudææ & Hierosolymæ uigintiunũ annos natum, qui regnauit annis un- 2.Par.36.
decim, & grauiter offendit Dominũ, nec ueritus est sermones †ab Ieremia pro- Ierem. 37.
pheta ex oraculo Domini pronunciatos, sed iureiurando adactus in uerba regis 38.
Nabuchodonozoris defecit perfide, & obdurata ceruice, obfirmatoq; animo suo
leges domini Dei Israelitici uiolauit. Ad hæc principes populi sacerdotumq; ini
que multa perpetrauerunt, excesseruntq; genus omne impuritatis omniũ gentiũ,
templumq; Domini sacrosanctũ Hierosolymis prophanauerunt. Et misit Deus
maiorũ ipsorum legatum suum per quem reuocaret eos, propterea q; parceret il-
G lis, atq; tabernaculo suo. At illi ridere legatos eius, & quoties loqueretur Domi-
nus, prophetis eius illudere, donec ira cõmotus in populum suum propter impia
facta, mandaret consurgere in eum reges Chaldæorũ, qui iuuenes eorum per lo
ca templo suo sacrosancto circumiecta gladio trucidauerunt. Non pepercere iu
ueni, non uirgini, non seni, non adolescenti, sed uniuersi traditi sunt in manus il
lorum. Omnia uero sacra uasa Domini magna simul & parua, instrumentaq; ar
cæ Dei, ac sublatos thesauros regios Babylonẽ asportauere, templũ Domini suc
cenderunt, muros Hierosolymæ demoliti sunt, ignem intulerunt turribus eorũ,
omnibusq; ornamentis urbis conficiendo pessundatis, superstites gladio Baby-
lonem abduxerunt, ubi regi seruierunt, & filijs ipsius, usq; dum regnum occupa
rent Persæ, ut impleretur quod Dominus per os †Ieremiæ prædixerat, usq; dum Ierem. 25.
terra suauiter acquieuisset in sabbatis suis, egissetq; sabbatũ omni tempore uastita 29.b
tis suæ, usq; ad exactos annos septuaginta.

CAP. II.

A ANno primo Cyri Persarum regis præstaturus quod prædixerat per os Iere 2.Par.36
miæ Dominus excitauit animũ eiusdem regis Persarũ Cyri, ut edictum in 1.Esd.1.a
toto regno suo publicaret, scriptis simul etiam in hæc uerba diplomatibus. Hæc
edicit Persarũ rex Cyrus, Regem me constituit orbi Dominus Israeliticus, domi
nus celsissimus, mandauitq; mihi templũ sibi Hierosolymę, quæ est in Iudæa, ædi
ficandum. Si quis est itaq; uestrũ de gente ipsius, adsit illi Dominus ille, domi-
nus ipsius, & Hierosolymã, quę est in Iudæa, profectus, templum Domino Israe
litico ædificet. Hic est ille Dominus, qui tabernaculum habuit Hierosolymis.
Quotquot igitur hinc inde habitant, adiuuent eos incolæ cuiusq; loci tam auro
& argento, q̃ donarijs, equis, iumẽtis, simul & alijs rebus in tẽplo Domini Hiero-
solymi-

° *Septuaginta tamen habent ἀνήγαγεν ἐξ αἰγύπτου. Sed haud dubie mendose.*

Digitized by Google

solymitano ex uoto dedicandis. Tum principes tribuum & familiarū Beniamin
cum sacerdotibus & Leuitis, omnesq; adeo quorū excitauit Dominus animum
coorti sunt in profectionem, ad ædificandū templum Domini Hierosolymita-
num: & uicini circū populi ferebant opem omni ratione, argento, auro, equis, iu
mentis, & uotiuis donarijs compluribus multorum, quibus ea mens iniecta fue B
rat. Rex quoq; Cyrus protulit sacra uasa Domini, quæ Nabuchodonozor tran-
stulerat Hierosolymis, & in delubro suo collocarat: ea inquā, prolata Cyrus rex
Persarū Mithridati tribuno ærarij sui tradidit, ab eoq; rursum [a]Sassabassaro præsi
di Iudææ cōmendata fuerunt, quorū hic erat numerus. Crateres argentei libami
Esd.1.triginta. nibus dicati, †mille, & item mille aurei: pelues sacrificæ argenteæ uigintinouem:
phialę aureæ triginta, argentearū uero [b]duo millia quadringentæ & decē, aliaq;
uasa mille. In uniuersum autem uasorū tam aureorum q̄ argenteorū quinq; mil
lia, quadringenta sexagintanouem perlata fuerunt, & à Sassabassaro unà cum ijs
Esd.4.a qui Babylone Hierosolymā redierunt è captiuitate, reportata. †Porrò Artaxer-
xi, quibus Persarum rex erat temporibus, Bischlemus, Mithridates, Tabel, Rahu-
mus, Beelteemus, & scriba [c]Semellius, eorumq; collegæ cæteri tam Samariæ q̄ a-
liorum locorum incolæ subiectam hanc scripserunt epistolā. Regi Artaxerxi do C
mino serui tui, Rahumus à cōmentarijs, & scriba Semellius, tum reliqui eiusdem
curiæ collegæ ipsorū, ac iudices in Cœlesyria Phœniciaq;. Iam nūc dominus rex
certum habeto Iudæos istinc ad nos profectos, ubi uenerunt Hierosolymā in ci-
uitatem illam perfidā & malitiosam, & ædificare fora, & muros instaurare, tem-
plumq; restituere. Quod si hæc urbs ædificata fuerit, muriq; consummati, nequa
quam sustinebunt tributū pendere, sed regibus resistent etiam. Et quia feruet opus
circa templum, rectè factum arbitramur, rem talem non neglexisse, sed domino
nostro regi declarasse, ut si uideatur tibi, quæratur in maiorū tuorum annalibus.
Etenim inuenies in monumentis de his scripta quædam, & cognosces rebellatri
cem fuisse ciuitatē illam, grauem regibus ac ciuitatibus: ipsos quoq; Iudæos per-
fidos bellis conflandis in ea deditos iam inde ab æuo: quam ob causam & urbs
illa deuastata est. Nunc ergo significamus tibi domine rex, si urbs hæc restituta
fuerit, muriq; eius instaurati, non datum iri tibi posthac in Cœlesyriam ac Phœni
ciam reditionem. Tunc rescripsit rex Rahumo à commentarijs, & Beelteemo, D
tum scribæ Semellio, cæterisq; collegis eiusdem ordinis, & incolis Samariæ, Sy-
riæ Phœniciçq; quę subsequuntur, Epistolam quā mihi misistis legi, cumq; decre
uissem ut res inquireretur, inuentū est ciuitatem illam iam inde ab æuo aduersari
regibus, & populum eius rebellionū ac bellorum esse studiosum, regesq; poten-
tes ac prægraues fuisse Hierosolymis in Cœlesyriā & Phœniciā tributis exigen-
dis dominatos. Nunc ergo pręcipiendū putaui, ut urbis ædificatione prohibea-
tur ille populus, & prouideatur ut ne q̄d fiat his amplius, neq; procedat ulterius
ad obturbandū regibus malitia. Tunc recitatis ijs quæ à rege Artaxerxe scripta
fuerant, Rahumus & scriba Semellius, hisq; cooptati collegæ cū conscendissent,
Hierosolymam festinarunt cum equitatu & agmine frequenti, ædificiumq; cœ-
perunt prohibere: inhibitaq; est ædificatio tēpli Hierosolymitani usq; ad annum
secundum regni Darij regis Persarum.

CAPVT III.

REgnum autē adeptus Darius, celebrauit conuiuiū magnum popularibus A
suis omnibus, & uernaculis, ac magistratibus Mediæ & Persidis, præfectis
imperatoribus, & inferioribus à se præsidibus omnibus, ab India usq; ad Aethio
piam, per centum uigintiseptem prouincias. Hi cum cibo potuq; satiati reuerte-
rentur, rex quoq; Darius se recepit in suum cubiculum, & dormiuit donec exper
gisceretur. Tum tres iuuenes satellites custodes regij corporis dixerunt alius alij,
Proponamus quisq; nostrum dictū aliquod eximium, ut cuiusnā uisa fuerit ora B

[a] ששבצר 1. Esdræ 1.

[b] משנים 1. Esdræ 1.

[c] 1. Esd. 1 שמשי Vnde Græce Semesius, & corruptius Semellius.

tio cæteris sapientior, donet eum rex Darius muneribus ac prǽmijs amplissimis,
ut induatur purpura, bibat ex auro, in auro dormiat, infrenatis auro bigis uehatur, & cum cidari byssina, colloq́ torquatus, secundus à Dario propter sapiētiam suam sedeat, cognatusq́ Darij uocetur. Tum scriptum singuli dictum suum cum consignassent, ceruicali Darij regis supposuere. Etenim dicebant, Cum experrectus fuerit rex, hæc ei schedula dabitur: & quem quidē iudicarit rex, & tres principes Persidis de dicto suo sapientissimum, ei præmium palmæ dabitur, quo scri-
C ptum est modo. Scripsit autem unus, Potentissima res est uinum. Alter scripsit, Rex est res potentissima. Tertius scripsit, Res potentissima sunt mulieres, ante omnia uero uincit ueritas. Cumq́ surrexisset rex, sumptosq́ codicillos ei exhibuissent, legit eos, misitq́ conuocatū omnes Persidis & Mediæ proceres, præfectos, imperatores, præsides, consules. Cumq́ pro concilio sedisset, lecta corā illis schedula, Vocate, inquit, iuuenes ipsos, ut sua dicta ipsi nobis edisserant. Vt ergo uocati introierūt, dixit illis, Disserite nobis de scriptis his. Tum cœpit primus qui
D de potentia uini dixerat, & ita locutus est, †Quantopere præualet, ô uiri, uinum omnibus qui bibūt illud, hominibus? Errorē enim offundit menti, regisq́ & pupilli, serui & liberi, pauperis atq́ diuitis uniusmodi reddit animū, omniūq́ adeo uoluntatem conuertit in oblectamenta conuiualia, & hilaritatem, ut nemo meminerit ullius molestiæ, aut æris alieni. Siquidem diuitijs implet animos omniū, ut nemo rationē habeat aut regis aut prǽfecti: & facit, *ut talentis enunciemus omnia. Præterea non meminere, qui adbiberunt, amicos amicis & fratribus præstare se, sed non multo post distringunt gladios: cæterū uino liberati non recordantur quæ gesserint. An non igitur, ô uiri, prǽcellit uirtute uinū, quod uim affert talia perpetrandi? Ita locutus conticuit. Prou. 20. a.

*Id est, ut omnia uocemus ad talentorum summam, & mera crepemus talenta, quasi ditissimi, quales nobis uidemur per ebrietatem. al. facit ut quis æquo pōdere loquatur omnia, id est citra discrimen, & pari pondere. al. cum pondere, id est grandiloqua, & quasi ταλαντιαῖα. al. omnia cum pondere & molimine propter linguæ grauitatē. Sed primus sensus optime uidetur quadrare.

CAP. IIII.

A ET orsus est loqui secundus, cuius erat dictū de regia potentia, Nōnne, ô uiri, eximia potētia est hominum, cum terram mareq́ teneant, cunctaq́ his comprehensa? Atqui rex longe est potentior, ut qui dominetur illis & imperet omnibus, & quæcunq́ præceperit eis, exequuntur. Si quibus edixerit ut bellum inferant alij alijs, faciunt: si miserit eos in hostes, eunt, demoliūtur montes, muros & turres, trucidant, & trucidantur, nec regis excedunt imperium. Quod si uicerint, omnia regi tam quæ prǽda parta sunt, q̄ alia quæuis deferunt. Et si qui non militant, neq́ belligerant, sed exercent agriculturā, hi rursum, cum quod seminarant messuerint, regi ferunt: & alij compellentes alios, uectigal pendūt eidem, quamuis ipse sit unicus. Si iussit occidere, occidunt: si dimittere, dimittunt: iussit ferire, feriūt: iussit deuastare, deuastant: iussit ædificare, ædificant: iussit excindere, excindunt: iussit plantare, plantant: omnisq́ populus, & potestates eius, unū audiunt.
B Ad hæc autem ipse recūbit, edit, bibit, & dormit: illi uero circa eum agunt undiq́ custodiā, nec potestatem habet discedendi quisquam, resq́ suas agendi, quo minus dicto sit audiens. Quid est, ô uiri, cur non sit rex potentissimus, cui tanta præstatur obediētia? Cumq́ tacuisset hic, tertius inde qui de mulieribus & ueritate proposuerat, (is autem erat Zorobabel,) loqui cœpit. O uiri, nequaq̄ magni regis, aut multorū hominum, uiniue suprema est potentia. Quid igitur superius est, aut dominatur illis? nōnne mulieres? Mulieres regem ipsum, omnemq́ populum qui terra mariq́ dominatur, genuerunt. Ex his nati sunt, & ab ipsis educati ijdem illi plantatores uinearū, è quibus uinū gignitur. Hæ uestes hominū conficiunt, hæ decus hominibus conciliāt, nec possunt homines carere mulieribus. Quod si qui congesserint aurum aut argentū, aut quicquid est rerum conspicuarum, nōnne mulieris unius pulchritudine formaq́ præstantis amore capti, relictis his omnibus, ora conuertūt in eam, & hiantes respiciunt? omnesq́ eam exoptant magis q̄ uel aurum, uel argentū, aut quicquam rerū elegantiū? †Relinquit Gen. 2. d Matt. 19. a 1. Cor. 6. d
homo

homo patrem suum qui nutriuit ipsum, & [a]propriũ solum, & ad uxorem suam adhærescit. Cum uxore uitam ponit, & nec patris, nec matris, neq; patriæ desiderio tangitur. Vel hinc cognoscatis dominari uobis mulieres. Nonne laboratis & molimini, omniaq; datis & defertis mulieribus? Quid? q; homo in uiam accepto gladio suo, ad latrocinia furtaq; perpetrãda, aut ad mare fluminaq; nauiganda progreditur, aut in conspectum leonis it, aut per tenebras ambulat? deinde furando, rapiendo, compilandoq; parta asportat ad amicam, adeoq; uxorem suam magis q̃ patrem aut matrem homo diligit. Iamq; ex aspectu mulierũ dementes facti sunt multi, aut propter easdem in seruitutem redacti sunt: perierunt item, lapsi sunt, & peccauerunt mulierum causa plurimi. Quapropter nũc mihi credite. Nonne rex potestate sua magnus est? nonne omnes terræ reformidãt eum tangere? Atqui spectabã hunc ipsum, & Apamẽ [b]Bartaci illius admirandi filiam pellicem regiam, sedentem ad dexteram eius, & auferentem diadema de capite regio, D sibiq; imponentẽ, atq; etiam feriebat regem sinistra: ille uero super his contemplabatur eam ore hianti. Si arriserit ei, ridet: sin indignata fuerit, blanditur eidem, ut sibi reconcilietur. Quid est, ô uiri, cur mulieres non sint præpotentes, cum designent talia? Tum rex & proceres alius alium intuebantur. Porrò autẽ aggressus est de ueritate dicere, Nonne, ô uiri, præpotentes sunt mulieres, ingens autem terra, cœlũ excelsum, & sol cursu rapidus? nam in orbe cœli uertitur, rursumq; recurrit uno die in locum pristinũ, nonne qui facit hæc magnus est? Atqui maior est ueritas, & ante omnia potentissima. Veritatem [c]prædicat uniuersus orbis, cœlum etiã ipsam celebrat, omnisq; rerum natura exhorrescit eam, & tremiscit: nec [d]uitiosi quicquam illi coniunctum est. *Vitiosum est uinũ, uitiosus rex, uitiosæ mulieres, uitiosa omnis hominum progenies, uitiosaq; opera ipsorũ omnia, nec est in eis [e]integritas, uitioq; adeo suo peribunt: ueritas autem manet & uiget in æternũ, uiuit, & in omne sæculum exuperat, neq; est apud ipsam respectus personarũ aut discrimen, sed quæ iusta sunt peragit, ab omni iniustitia & improbitate E sibi temperans. Facta eius nemo non approbat, neq; est ulla in iudicio eius iniquitas. Ipsa deniq; & uirtus est, & regnũ, & potestas, & maiestas omniũ sæculorum. Perbeatus est Deus ueritatis. His dictis cum conticuisset, conclamauit uniuersus populus, & pronunciauit, Ingens est ueritas, & potentissima. Tum rex dixit illi, Pete siquid uis amplius etiã, q̃ quæ scripta sunt, & tibi dabimus, propterea q; repertus es cæteris sapientior, & sedebis mihi proximus, cognatusq; meus uocaberis. Tum ille regi, Memento, inquit, uoti illius, quod eodẽ, quo regnum adeptus es, die nuncupasti pro ædificandis Hierosolymis, proq; uasis quæ indidem ablata fuerant, remittendis, quæ Cyrus excepit (cum de excindẽda Babylone uota fecisset,) & illuc se remissurum nuncupauit. Vouisti enim ædificaturum te templum illud quod incenderunt Idumæi, cũ Iudæa à Chaldæis deuastata est. Nunc igitur hoc est quod abs te postulo domine rex, & contendo: hæc est illa quam abs te peto magnificentia: oro, inquam, ut uotũ soluas, quod te regi cœli redditurum
Esd. 1. b ore tuo uouisti. †Ibi tum exurrexit Darius rex, & osculatus est illum, scripsitq; in F
Esd. 6. b gratiã eius ad omnes dispensatores, præsides, imperatores & præfectos epistolas, ut & eum & omnes ad ædificandam Hierosolymã cum eo proficiscentes deducerent. Epistolas item omnibus præsidibus in Cœlesyria, in Phœnicia, & in Libano scripsit, ut curarent ligna cedrina transportanda à Libano Hierosolymã, & eum ad ædificandã urbem adiuuarent. Præterea libellum dedit immunitatis ergô Iudæis omnibus è regno in Iudæam proficiscentibus, ne quisquã potestatem gerẽs, præses, præfectus, aut dispensator ad fores eorũ [f]accederet, sed tota quã possiderent regio immunis ipsis esset, utq; Idumæi castellis Iudæorũ quæ insidebãt, decederent. In structuram quoq; templi ut tribuerentur uicena in singulos annos

[a] Vel, patriã suam.
[b] Al. Bezacin.
[c] Vel, inuocat.
[d] Vel, iniqui.
* חבל, habet Iosephus Hebr. i. Vanum.
[e] Vel, ueritas.
[f] Scilicet, exigendi uectigalis causa.

Digitized by Google

talenta, usq; dum perędificaretur, & ad sacrificanda super aram holocausta singulis diebus (quibus immolandi septenadena pręceptum habebant,) alia in singulos annos dena talenta. Ad hæc ut omnes ad urbem condendã è Babylonia proficiscentes libertatem haberent tam ipsi q̃ ipsorum progenies, & item sacerdotes
G omnes qui proficiscerentur. Perscripsit autem & sumptũ, sacrumq; sacris obeundis uestitum Leuitis, donec templum absolueretur, & Hierosolyma extrueretur, suppeditandum. Custodiam insuper urbis agentibus pensiones & stipendia constituit, & omnia uasa quę Cyrus Babylone extulerat, missa fecit: atq; adeo quæcunq; Cyrus edixerat, ipse quoq; pręstanda mandauit, & Hierosolymã amittenda. Egressus ergo iuuenis, sublata in cœlũ facie, Hierosolymã uersus regem cœli salutauit his uerbis, Abs te uictoria, abs te sapientia, & abs te gloria proficiscitur, ego uero seruus tuus sum. Tu pręd icandus es, qui sapientiã mihi contulisti: Itaq; tibi gratias ago domine Deus patrũ nostrorum. Cumq; sumptis epistolis profectus uenisset Babylonem, & nuncium fratribus suis attulisset omnibus, laudauerunt illi Deum maiorum suorum, quod dedisset ipsis missionem & laxamentum ad proficiscendum, & Hierosolymam ac templum de nomine ipsius percelebratum ædificandum: atq; exultabundi cantibus & lætitia dies septẽ consumpserunt.

CAP. V.

A His rebus actis, delecti fuerunt in profectionem principes familiarum paternarum, iuxta tribus suas cum uxoribus, filijs & filiabus, seruis & ancillis, ac iumentis suis: misitq; unà cum eis Darius mille equites, quibus commendauit deducendos illos, donec eos tuto restituissent Hierosolymam cum cantibus, tympanis & tibijs: omnes enim fratres ipsorum ludebant. 1.Esd.2.

Sacerdotes prognati Phinees filio Aaronis.

Iesus filius Iosedec Saraia prognati.

Et Ioachim filius Zorobabelis †Salathiele nati, de genere Dauidico, ex progenie Phares, tribulis autem Iudæ: †qui sub Dario rege Persarum sermones sapientes habuit, anno regni eius secundo, mense primo Nisan. Matt.1.b 3.Esd.4.b

Hi sunt autem Iudæi reduces ab exilio captiuitatis, quos Babylonem deduxerat Nabuchodonozor rex Babylonis, unde reuersi sunt Hierosolymam & in reliquam Iudæam, in suam quisq; ciuitatem profecti cum Zorobabele & Iesu, cum Neemia & [a]Zacharia, Reesaia, Enenio, Mardochæo, Belsano, Mispharaso, Reelia, Rehumo, & Baana ducibus suis.

Numerus gentilium, & duces eorum.

†Prognatorum Phareos, duo millia centum septuagintaduo. 1.Esd.2.
Prognati Schaphatia [b]trecenti septuagintaduo.
Prognati Areh, septingenti quinquaginta [c]septem.
B Prognatorum Phahathmoab, [cum prognatis Ieschuaioab,] duo millia octingenti duodecim.
Prognati Eilam, mille ducenti quinquagintaquatuor.
Prognati Zathui, noningenti quadragintaquinq;.
Prognati Corbe, septingentiquinq;.
Prognati Bani, sexingenti quadraginta †octo.
Prognati Bibai, sexingenti uigintitres.
Prognatorum [D]Azgad, †tria millia ducenti uigintiduo.
Prognati Adonicam, sexingenti sexaginta *septem.
Prognatorum [e]Bagoi, duo millia sexagintasex.
Prognati [f]Adin, quadringenti quinquagintaquatuor.
Prognati Ater ihezecia, nonaginta [g]octo.
Prognati Ceilan, & Azeta, sexagintaseptem.

[a] 1. Esd. 2. Saraia Reelaia.
[b] Al. τετρακόσιοι.
[c] Al. iʒ.
† Neem. 7. octo.
2. Esd. 2. duo.
[D] Quod Latina uetera mendose habẽt Archad, Græc. σάδαν.
† 2. Esd. 2. 1222.
Neem. 7. 2322.
* Neem. 7. septem.
2. Esd. 2. sex.
[e] Græci legerunt בצרי pro בגרי
[f] a. Genitiui est terminatio in Græco.
[g] Ita rectius Latina, q̃ δύο.

Prognati

Prognati [b] Azuran, quadringenti triginta duo.
Prognati Anania, centum.
Vnus prognatorum Arom.
Prognati Bazai, trecenti uiginti † tres.
Prognati Arsiphurith, centum & duo.
Prognatorum Meterus, tria millia quinque.
Oriundi ex Bethlehem, centum uigintitres.
Oriundi ex Netophah, quinquaginta † quinque.
Oriundi ex Anathoth, [i] centum uigintiocto.
Oriundi ex Bethschamos, quadragintaduo.
Oriundi ex Cariathiarim, uigintiquinque.
Oriundi ex Caphirah & Beroth, septingenti quadragintatres.
Oriundi ex Pirah, septingenti.
[k] Oriundi ex Chadias, & Ammidioi, quadringenti uigintiduo.
Oriundi ex Haramah, & Gabaa, sexingenti uigintiunus.
Oriundi ex † Macamos, centum uigintiduo.
Oriundi ex [l] Bethel, quinquagintaduo.
Oriundi ex [m] Nebo, centum quinquagintasex.
Oriundi † Calamolao, & Ono, septingenti uigintiquinque.
Oriundi Ierecho, trecenti quadragintaquinque.
Oriundorum [n] Sanaah, tria millia trecenti triginta.

Sacerdotes.

Ab Iedaia Iesu prognato in filios [o] Sanasib propagati noningenti septuaginta † duo.
Prognati [p] Emer, mille quinquagintaduo.
Prognati [q] Phaschhur, † mille quadragintaseptem.
Prognati [r] Charim, mille septendecim.

Leuitæ.

Prognati Ieschue, & Cadmiel, & Banna, & [s] Suia, septuagintaquatuor filij.

Cantores sacri.

Prognati Asaph, † centum quadragintaocto.

Ostiarij.

Prognati Schalum. Prognati [s] Ater. Prognati Talmon. Prognati [t] Acub. Prognati Hateta. Prognati [u] Schobi. Vniuersi centũ triginta nouem.

[r] Sacrorum ministri.

Prognati Zeha, prognati Haschupha, prognati Tabaoth, prognati Ceros, prognati [y] Suia, prognati [z] Phaleu, prognati Labana, prognati Hagaba, prognati [a] Acub, prognati Vta, prognati Cetab, prognati Hagab, prognati [b] Sibai, prognati Hanan, prognati [c] Cathua, prognati [d] Geddur, prognati [e] Raia, prognati [f] Daisan, prognati [g] Necoda, prognati Chaseba, prognati [h] Gazema, prognati [i] Azia, prognati [r] Phinees, prognati [l] Asara, prognati [m] Bastai, prognati Asanah, prognati Meunim, prognati Naphisim, prognati [n] Bacubuc, prognati Hacupha, prognati Harhur, prognati [o] Pharacim, prognati Bazaloth, prognati Mehida, prognati [p] Cutha, prognati Charescha, prognati [q] Barcus, prognati [r] Aserar, prognati Thomoh, prognati [s] Nazih, prognati Hatipha.

Prognati [t] seruis Salomonis.

Prognati [u] Hazophoreth, prognati Pharuda, prognati [r] Ieelah, prognati [y] Lozon, prognati [z] Giddael, prognati Schaphetia, prognati Agia, prognati Phacareth, prognati [a] Zabim, prognati [b] Sarothie, prognati [c] Ma-

† 1. Esd. 2. tres.
† 1. Esd. 2. 1247.
† Ita Neem. 7. Sed 1. Esd. 2. 128.

[b] Interpres uetus Azoroc. 439 filij Iedarbone, 232.
† Sic 1. Esd. 2. Sed Neẽ. cap. 7. quatuor. † 1. Esd. 2. sex.
[i] Mendosum est ρrn, pro ρxr.
[k] Lat. uet. Qui Enocadies & Modic.
† 1. Esd. 1. מכמס Græcus mendose habet μαχμαλων.
[l] LXX. ad Græcã terminationem detorsere.
[m] Quod alij mẽdose Ecnobes.
† 1. Esd. 2. aliter, et hinc in Latinis ueteribus ponuntur quæ desunt in Græcis.
[n] Al. ἀνάας. [o] Al. Eliasib.
[p] Sic rectius uetus interpres.
[q] Sic correctius uetus interp.
[r] χαρημ lego, חרם. [s] Ita rectius, ut uetus interp. al. Ιαrάn.
[t] Ita correctius uetus interp.
[u] Propior ita recto uetus interpres. [r] נתנים
[y] סיעא [z] Al. Hellu.
[a] Ita rectius uetus interpres.
[b] Vetus interpres Obai.
[c] Vetus interpres Canna.
[d] Heb. גדל [e] ראיה Mẽdose est transpositũ, δίρα.
[f] Vetus interp. Desana.
[g] Ita emendatius secundũ Latinum uestigium.
[h] גזם [i] עזא
[r] Vetus interpres Sinonc.
[l] Al. Attre. [m] Al. Hastem.
[n] Pro quo corrupte uetus interpres Accusu. [o] Vetus interpres Fauõ. [p] Al. Phusa.
[q] Ita emendatius Latina uetera. [r] סיסרא
[s] נציח [t] παίδων.
[u] Cui propior uetus interp. & quod in Græco.
[r] יעלה
[y] דרקון unde Latina & Græca corrupta uidentur.
[z] Vnde corruptum quod est in Latino. [a] צבים
[b] Latin. Charemeth.
[c] Al. Masith.

Digitized by Google

ſias,prognati [d] Gar,prognati Addus,prognati Subah,prognati [e] Apher-
ra,prognati [f] Barodis,prognati [g] Sabat,prognati [h] Allom. Vniuerſi ue-
ro miniſtri ſacrorum, prognatiq́ ſeruis Salomonis, trecenti ſeptuagin-
taduo. Hi ſunt qui aſcenderunt à [i] Thelmelah, & Thelharſcha, quorũ
dux erat [k] Charaathalar, & Aalar: nec poterant familiã aut genus ſuum
quod ab Iſraele ducerent, edere. Prognati [l] Dalaia Tubia nato: prognati
Necoda, ſexingenti quinquagintaduo.
Et è ſacerdotibus, qui ſacerdotio fungebantur, [m] nec authorẽ habue-
runt, prognati [n] Hobia, prognati Hacoz, prognati [o] Addus, †qui duxit 1.Eſd.2.e
Augiam uxorem è filiabus Barzillai, & ipſius nomine uocatus eſt. Hi
quæſita generis ſui aſſignatione in catalogo, nec inuenta, ſacrificando
ſummoti ſunt, & interdixit illis Nehemias & [p] Hatharias, ne ſacris par-
ticiparent, donec exiſteret pontifex inſtructus [q] doctrina & ueritate. Cæ
terum uniuerſi oriundi ab Iſrael, à duodecim annos natis & ephebis,
conſtituebant quadraginta millia, præter ſeruos & ancillas: duo millia
trecenti ſexaginta ſerui iſtorum, & ancillarũ ſeptem millia trecentæ qua
draginta ſeptẽ: cantores & pſaltriæ, ducenti quadragintaquinq;: & equi
ſeptingẽti triginta ſex. Muli, ducẽti quadragintaquinq;: aſinorũ † quinq; †1. Eſd. 2.f. 6720.
B millia quingenti uigintiquinq;. Porrò è proceribus familiarum fuerunt
qui cum ueniſſent ad templum Dei Hieroſolymitanũ, uouerent ſe tem-
plum illud ſuo loco extructuros pro ſuis quiſq; uiribus, & in ſanctũ the
ſaurum operis erogaturos mille minas auri, & argenti minarũ quinq;
millia, centumq́ ueſtes ſacerdotales. Deinde ſacerdotes & Leuitæ ac po
pulares tam Hieroſolymis, q̃ in reliqua regione, atq; etiã ſacri cantores,
& oſtiarij, omnesq́ Iſraelitæ ſedes in oppidis ſuis accepere. †Inſtante ue 1.Eſd.3.a
ro menſe ſeptimo, cum iam Iſraelitæ ſua ſinguli poſſiderent, conueniſ-
ſentq́ unanimes in atrium, quod erat [r] ante portam orientalẽ, coorti Ie-
ſus filius Iozadec, & fratres eius ſacerdotes, unàq́ Zorobabel filius Sala
thielis, & fratres eius, altare Dei Iſraelitici holocauſtis ſuper eo immolan
dis parauerũt, ſecundũ ea quæ in libro Moſis uiri illius diuini ſunt impe
rata. Et quamuis conueniretur aduerſum eos ex alijs gentibus terræ, quod
inimicitias haberent cum eis, omnesq́ gentes terræ uim in eos facerent:
aram tamen loco ſuo erigebant, & immolabãt hoſtias ſuo tempore, ho-
locauſtaq́ Domino tam matutina q̃ ueſpertina: †etiã agitabant ſcenope Leuit. 23
gia ſolenne, ut lege præceptum eſt, ſacrificiaq́ quotidie, ut conueniebat,
atq; inſuper ſacrificia perennia, immolationesq́ ſabbathis, calẽdis & ſo
F lennibus omnibus ſacratis. †Porrò quicunq; uouerant Deo uotum, à 1.Eſd.3.b
calendis ſeptimi mẽſis cœperũt ei ſacrificia facere, quamuis templũ eius
[s] nondũ eſſet extructum: pecuniã autem lapicidis & fabris [t] attribuerũt,
tum cibaria et potionẽ, carraq́ Sidonijs & Tyrijs, ut è Libano materiam
credrinam ratibus in portum Ioppes transportatã aduehérent, ſecundũ
edictum ipſis à Cyro Perſarum rege perſcriptũ. Secundo demum anno,
[u] poſtquam uenit ad templũ Dei Hieroſolymitanum † menſe ſecundo, Eccli 49.b c
Zorobabel filius Salathielis, & Ieſus filius Iozedec cum fratribus ſuis, ſa
cerdotesq́ & Leuitæ, omnesq́ adeo Hieroſolymã è captiuitate reuerſi
cœperunt fundamenta ædis Dei iacere, calendis ſecundi menſis anni ſe
cundi, quam in Iudæam & Hieroſolymã peruenerant: & Leuitas ab an
no ætatis uiceſimo operi Domini præfecerũt. Inſtabant ergo Ieſus cũ fi-
lijs & fratribus, & Cadmiel [F] frater, filijq́ Madiabun, & Iodæ illius He-
liadune nati cum filijs & fratribus, uno animo Leuitæ omnes [9] cientes
opus

[d] *Al. Ame, Saſus.*
[e] *Al. Eura.* [f] *Al. Rahotis.*
[g] *Al. Phaſphat.*
[h] *Al. Malmon.*
[i] *Ita emẽdatius, quã ut Græca.*
[k] *Al. Carmellam, & Careth.*
[l] *Ita emẽdatius iuxta ueteris interpretationis ueſtigium.*
[m] *Nec inuenti ſunt.*
[n] חביה
[o] *Al. Addin.*
[p] התרשתא
[q] *.i. q doctrina & ueritate genus eorũ edoceret* עד עמד כהן לאורים ולתמים *Ita 1. Eſd. 2. uel, pontifex Vrim & Thummim gerens, quod uidetur fuiſſe inſigne quoddam in pectorali hoc titulo, qui ſacerdotes admoneret officij ſui quorum in primis eſt doctrinam & ueritatem dei edocere. Et quia hoc quod erat in ſacerdote præcipuum indicabat, ideo per ſynecdochen aliquando ponitur pro ipſo pontifice habitu pontificali inſtructo, ut 1. Reg. 28. aliquando pro toto habitu pontificali in quo conſulere dominum iuſſi ſunt, ut Num. 27. Deut. 33. Cui etiam ſanctimoniam tribuebant, quod deus eo habitu conſultus potiſſimum reſponderet, propter inſtitutum ſuum. Quare .1. Reg. 30. David Ephod requirit.*
[r] κατὰ
[s] ἔτι.
[t] ὤνιαν.
[u] לבואם אל בית
[F] 1. Eſd. 3. ובניו
[9] *Vel, opifices urgentes, quod 1. Eſdræ 3.* על עשה המלאכה

Digitized by Google

opus, & ad ædis Dei fabricationẽ incumbẽtes. Cumq́ iam extruerent ædem Domini opifices, sacerdotes stolati stabãt cum instrumentis musicis & tubis: & item Leuitæ oriundi ab Asaph tenentes cymbala, & decantantes Dominũ, † deq́ more Dauidis regis Israelitici prædicantes. Siquidem uoces iactabant cum carminibus ei gratulantes, Quippe bonitas eius & gloria per omnem Israelem perpetua. Omnis autem populus tubis canebat, & clamitabat magna uoce decantando laudes Domini propter extructionem ædis ipsius. Et ueniebant è sacerdotibus & Leuitis, ac proceribus familiarum ipsorum, qui pristinum templum uiderant ætate prouectiores ad ædificationem huius, cum fletu magnaq́ lamentatione, multiq́ cum tibijs ac ingenti clamore lætabundi, adeo ut populus præ lamentis illis tubas exaudire non posset, alioqui turba erat ingens tuba canentium, quæ procul audiretur. †Quare cum sonitum accepissent hostes tribuum Iuda & Beniamin, uenissentq́ exploratum, quidnam sibi uox ea tubarum uellet, ubi compererunt manumissos è captiuitate ædem ædificare domino deo Israelitico, aditis Zorobabele, Iesu, & familiarum proceribus, Vna uobiscum, inquiunt, ædificabimus. Similiter enim atq́ uos auscultamus Domino [з] uestro, & ipsi sacrificamus iam inde à temporibus [a] Ascazareth regis Assyriorum, qui nos huc deduxit. Quibus respondit Zorobabel, Iesus, & proceres familiarum Israeliticarum. Non conuenit nobis uobiscum ad ædem Domino deo nostro ædificandam. Nos enim ædificabimus soli Domino Israelitico, † prout Cyrus Persarum rex nobis imperauit. At incolæ terræ languidos reddebant Iudæos, & oppugnantes eos arcebant ædificando, tum insidias, factiones atq́ coitiones moliendo, quo minus ædificium absolueretur obstabant per omne tempus uitæ Cyri regis. Itaq́ per bienniũ prohibiti sunt ædificatione, usq́ ad regnum Darij.

1.Par.17.b · 1.Esd.4.a · з ὑμῶν. · a 1.Esd.4 אסר חדן · 1.Esd.1.a

CAP. VI.

1.Esd.5.a · Hel.cap.5.

ANno uero secũdo regni Darij, Aggæo & Zacharia, qui filius erat Addo, prophetis [a] fata sua Iudæis & incolis Iudææ ac Hierosolymæ, nomine Domini dei Israelitici uaticinantibus, eo, inquam, tempore Zorobabel Salathiele natus, & Iesus filius Iosedec extruere cœperunt ædem Domini Hierosolymitanam, adiungentibus se prophetis Domini, & eos adiuuantibus. Eodem tempore præsto fuerunt eis Sisennes præfectus Syriæ Phœniciæq́, & Sathrabuzanes cum collegis suis, & eos interrogauerunt, Cuius nam decreto freti templum hoc ædificatis? & structuram hanc reliquaq́ omnia molimini? aut qui sunt opifices ista perpetrantes? Gratiam tamen seniores Iudæorum consecuti sunt à Domino, (qui reduces è captiuitate respiciebat,) ut non prohiberentur ædificatione, donec ad Darium de ipsis relatum fuisset, & renunciatum.

a Super eos.

Exemplum epistolæ ad Darium scriptæ, & missæ.

Sisennes pręfectus Syriæ & Phœniciæ, & Sathrabuzanes, ac collegæ in Syria Phœniciaq́ pręsides, regi Dario salutem. Omnino notum esto domino nostro regi, nos Iudææ fines ingressos, ubi Hierosolymam urbem peruenimus, deprehendisse obnoxios captiuitati seniores Iudæorum in eadem urbe Hierosolyma condentes ædem Domino magnam & nouã politis lapidibus pretiosis, tignaq́ iam iniuncta parietibus, atq́ opera ipsa maturari instanter, & negotiũ recte succedere sub manus ipsis summa cum magnificentia diligentiaq́ perficiendũ. Cumq́ interrogassemus seniores his uerbis, Cuiúsnam iussu ædificatis ędem hanc, aut hæc opera statuitis? Cum inquam, sciscitati essemus uiros his rebus authores tibi significandi, scribendiq́ causa, & nomina ducum ab ipsis describenda poposcissemus, illi nobis in hæc uerba responderũt, Nos creatoris cœli terræq́ Dñi serui sumus.
3.Reg.6.a †Cũ autẽ conditũ fuisset templũ multis antehac annis à rege Israelitico magno et præpotente, & esset consummatũ, cœlestis Dominus Israelis patres nostros, quia
4.Reg.24.v. peccatis exacerbarunt ipsum, †tradidit in manus Nabuchodonozoris regis Baby-

lonię Chaldæorum, qui templum hoc demoliti concremauerunt, & populū captiuum abduxerunt Babylonem. †Cyrus autem rex anno primo quàm regnum obtinuit in Babylonia regione, diplomata dedit ut templum hoc ædificaretur, sacraq; uasa tam aurea q̃ argentea, quæ de templo Hierosolymitano Nabuchodonozor abstulerat, & collocarat in delubro suo, ea rursus inde rex idē Cyrus extulit è delubro illo Babylonico. Fuerunt autē attributa Zorobabeli & [b] Sanabassaro præfecto, cum mandatis ut eadem asportata uasa in templo Hierosolymitano reponeret, in templo inquam Domini suo loco restituendo. Tum Sanabassarus ille cū huc aduenisset, fundamenta iecit ædis Domini Hierosolymitanæ, quę cum ex illo ædificetur usq; adhuc, nondum est consummationem consecuta. Nunc ergo si regi uidetur, inquiratur in regijs Cyri bibliothecis, & si inueniatur decreto Cyri regis cœptā esse structurā ædis Domini Hierosolymitanæ, regiq; domino nostro uideatur, de his nobis renunciet. †Tum rex Darius præcepit ut inquireretur in regijs bibliothecis quæ sunt in Babylonia, & inuentum est in [c] Ecbatanis urbe, quæ est in regione Media, uolumen unum, in quo hæc erant memoriæ prodita, Cyrus rex anno regni sui primo mandauit ædē Domini Hierosolymis, ubi igni perenni sacrificetur, ædificandam, cuius altitudo sit cubitorū sexaginta, totidemq; cubitorū latitudo, cum domicilijs è lapide polito tribus, & uno ex indigena nouoq; ligno domicilio. Vtq; de domo Cyri regis tribuantur impendia, & sacra ædis Domini uasa, tam aurea q̃ argentea, quæ in tēplo Hierosolymitano Nabuchodonozor extulit, & asportauit Babylonem, ut restituta in idem templum Hierosolymitanum, quo collocata fuerunt loco reponantur. Iniunxit autem curam agendā Sisennæ præfecto Syriæ & Phœniciæ, ac Sathrabuzanæ, collegisq; & delegatis per Syriam Phœniciāq; præsidibus, ut loco abstineant: sinant autem Zorobabelem seruum Domini & præfectū Iudææ, senatumq; Iudæorum ædem illam Domini eo in loco extruere. Porrò autem ego præcipiendū putaui, ut perficiatur ædificium, & auxiliū accuretur ferendū reducibus à captiuitate Iudæis, donec ædes Domini fuerit absoluta. Præterea ex tributo Cœlesyriæ & Phœniciæ stipendium diligenter præbendū ijsdem hominibus & præfecto Zorobabeli, in sacra facienda Domino, in tauros, in arietes, in agnos: itemq; frumenti, salis, uini et olei annua cōtinua, prout sacerdotes Hierosolymitani renunciarint insumi quotidie citra controuersiam, ut deo summo pro rege & liberis eius ferātur libamina, & pro uita eorum supplicetur. Ad hæc sancitum est, ut quicunq; transgressi fuerint aliquid supra dictorum aut scriptorum, aut etiam minuerint, ut lignū tollatur è possessionibus eorum, in quo suspendantur, bonaq; ipsorum regi addicantur. Proindeq; adeo Dominus ille, cuius est illic nomen percelebratum, aboleat omnem regem aut populum, qui manum suam ad prohibendum aut affligendū ædem illam Domini Hierosolymitanam protenderit. Hæc ego rex Darius decreui, ut secundum ea exactè procuretur.

1.Esd.5.a
C
1.Esd.6.a
3.Esd.4.c
D

[b] 1. Esd. 5. est Schaschbazar.

[c] באחמתא 1. Esdr. 6.

CAP. VII.

A Tum Sisennes præfectus Cœlesyriæ Phœniciæq;, & Sathrabuzanes ac collegæ mandata regis Darij persequētes sacris instabant operibus, senioribus sacerdotū ædilibusq; templi ferētes auxiliū. Et succedebāt opera sacra prophetico munere fungentibus Aggæo & Zacharia uatibus, & ad finē perducta sunt iuxta
B mandatum Domini Dei Israelitici, & decretum Cyri, Darij & Artaxerxis regum Persicorum, usq; ad sextum annum regis Darij, quo templum illud sacrosanctū consummatum est, tertia & uicesima die mensis Adar, anno sexto Darij regis. Fecerunt autem posteri Israelis tam sacerdotes ac Leuitæ, quàm reliqui reduces è captiuitate socij secundum præcepta libri Mosaici, & consecrarunt in dedicationem
C templi Dominici tauros centū, ducentos arietes, agnos quadringētos, & pro peccatis totius populi Israelitici hœdos duodecim, pro numero duodecim tribuum Israeli-

1.Esd.6.

Israeliticarũ, sacerdotibus & Leuitis adornatis iuxta tribus, stantibus in opere Domini dei Israelitici secundum præscriptũ libri Mosaici, itemq; pro singulis portis ostiarijs. Et egerunt Israelitæ reduces à captiuitate [a]pascha die mensis primi quartadecima, quando lustrati sunt sacerdotes & Leuitæ unà cum omnibus ab exilio reducibus. Nam, lustrabantur, & immolabant [b]pascha omnibus reuersis è captiuitate, unàq; cum omnibus lustrabantur, & mactabant pascha omnibus tam stantibus suis sacerdotibus, q̃ sibimetipsis. Epulati sunt itaq; Israelitæ ab exilio reduces omnes abalienati à piaculis gentium terræ, Dominiq; sectatores, & celebrauerunt diem festum azymorum septem diebus lætabundi in conspectu Domini, q; consiliũ regis Assyrici erga eos inclinasset, ut eis ad manus operibus domini Dei Israelitici admouendas author esset.

[a] Id est, solẽne paschatis.

D [b] Id est, hostiam paschatis.

CAP. VIII.

1.Esd.7.a POst hæc peracta regnante Artaxerxe rege Persarũ, aduenit Esdras natus Saraia filio Azariæ, filij Helciæ, filij Schalum, filij Zadoc, filij Achitob, filij Amariæ, filij [a] Azariæ, filij Merioth, filij Zachariæ, filij *Sauia, filij Bocci, filij Abischua, filij Phinehes, filij Eleazar, filij Aharonis primi sacerdotis. Hic Esdras ascendit è Babylone, scriba ingeniosus in lege Moysis, quæ data est à Deo Israelitico: et ornauit eum rex honoribus, ut qui gratia apud ipsum in omnibus postulatis suis ualuisset. Ascenderunt autem unà cum eo è posteris Israelis tam sacerdotes & Leuitæ, quàm ostiarij & ministri sacrorum Hierosolymam, anno septimo regni Artaxerxis, [[b]perueneruntq; Hierosolymam] mense quinto, eodem anno septimo regni. Nam profecti Babylone noua luna primi mensis, [noua luna quinti] Hierosolymam pro dato sibi à Domino successu itineris peruenere. [c]Etenim Esdras hic magna pollebat scientia, ut nihil prætermitteret eorum quæ essent instituenda ex lege præceptisq; Domini, utq; omnem Israelem ritus omnes & iura edoceret. Huic Esdræ sacerdoti, ac professori legis dominicæ scriptum diploma Artaxerxis regis oblatum est, cuius subiectum est exemplum.

A

[a] Ijs mendose, pro Ussis.

* [Hebrew]

[b] Corruptũ ita Græcum contextum restituimus ex Hebræo 1.Esd.7.

[c] Ratio cur unà cũ eo ascenderint sacerdotes, &c.

Rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, legisq; dominicæ professori salutem.

Ego adductus officijs humanitatis, statuendum putaui, ut quiuis ex gente Iudæorum sacerdotes & Leuitæ, qui essent in regno nostro, quibusq; ita gratum foret, unà tecum proficiscerentur in terram Israeliticam. Si quibus igitur est animus, ut mihi & septem amicis meis cõsiliarijs placuit, unà consurgant in profectionẽ: ut secundũ ea quæ lex Domini continet, procurent res Iudaicas & Hierosolymitanas. Ferant autem Hierosolymã Domino Israelitico munera, quæ ego & amici uoto nuncupauimus, & aurum atq; argentũ omne quod in terra Babylonica comparari potuerit, Domino ferant Hierosolymã, & quod donarijs populi collatum fuerit, in templum Domini dei sui Hierosolymitanũ: ut tam aurum quàm argentũ cogatur in tauros, in arietes, in agnos, & his similia, ad hostias Domino Hierosolymis ad aram eiusdem Domini dei eorum immolãdas. Ad hæc omnia quæcunq; tu cum fratribus tuis tam auro quàm argento effecta uolueris, pro uoluntate Dei tui perficito, sacraq; uasa Domini in usum tẽpli Dei tui quod est Hierosolymis, tibi data ibidem coram deo tuo collocato. Itemq; reliqua, quæcunq; tibi uenerint in mentem, ad templum Dei tui necessaria de regali thesauro suppeditabis. Etenim ego rex Artaxerxes quæstoribus Syriæ Phœniciæq; præcepi, ut quæcunq; petitũ miserit Esdras sacerdos, legisq; summi Dei professor, ea diligenter ipsi usq; ad talenta argenti centum tribuant, similiter autẽ & usq; ad frumenti coros centum, uiniq; metretas totidem. Et aliã uero large omnia secundũ legem diuinam summo Deo peragantur, ut ne contrahatur offensio regno regis & filiorum eius. Porro autem uobis denunciatum esto, ut ne ullis sacerdotibus, Leuitis, sacris cantoribus, ostiarijs, sacrorũ ministris, aut huic templo nauantibus operam B

nullis ullum tributum aut uectigalis genus aliud irrogetur, neq; potestatem quis-
C quam habeat his quicquam imponendi. Tu uero Esdra pro diuina sapientia, iu-
dices designa & arbitros, qui ius dicant in tota Syria Phoeniciaq;, legis Dei tui pe
ritos omnes, imperitiores autem doceto, ut quicunq; legem diuinã aut regiã uio-
larint, sedulo plectantur siue morte, siue cruciatu, siue multa pecuniaria, siue [b] ab-
ductione. Tum Esdras scriba, Gratulor, inquit, soli Domino deo patrũ meorum,
qui hanc iniecit regi mentem, ut gloria ornaret ædem ipsius Hierosolymitanam,
& honorem mihi apud regem consiliariosq;, amicos omnes & proceres eius tri-
buit, unde ope Domini dei mei fretus audacior euaderem: tum autem qui con-
gregauit uiros ex gente Israelitica, qui [e] mecum proficiscerentur.

†Hi sunt autem proceres familiarum iuxta suum quisq; primatum,
qui mecum Babylone profecti sunt, tempore
regni regis Artaxerxis.

E prognatis Phinehes, Gersom: è prognatis Ithamar, † Gamael: è prognatis
Dauid [f] Hettus, filius Secheniah: è prognatis [g] Phoros, Zacharias, & cum eo de-
scripti uiri centum quinquaginta: è prognatis [h] Pahath Moab Elihoenai filius Za
rachiæ, & cum eo uiri ducenti: è prognatis Zathoë, Secheniah filius Iehziel, & cũ
eo uiri trecenti: è prognatis Adin, Obed filius Ionathan, & cum eo uiri ducenti
quinquaginta: è prognatis Elam, Iesaias filius [i] Gotholiæ, & cum eo uiri septua-
ginta: è prognatis Saphatiah, † Zaraiah filius Michael, & cũ eo uiri [k] octoginta: è
prognatis Ioab, Obadiah filius [l] Iehihiel, & cum eo uiri ducenti duodecim: è pro-
gnatis [m] Banidah, Salomith filius Iosaphiæ, & cum eo uiri centum sexaginta: è
prognatis [n] Babi, Zacharias filius Bebai, & cum eo uiri uigintiocto: è prognatis
Azgad, Iohanan filius [o] Haccatan, & cum eo uiri centum & decem: è prognatis
Adonicam, postremi, quorũ hæc sunt nomina, Eliphalat, Ieiel, [p] Semaias, & cum
ipsis uiri septuaginta: è prognatis [q] Bagoi, Vthi filius [r] Istacuri, & cum eo uiri se-
ptuaginta. Hos congregaui ad fluuiũ [s] Theran dictum, ubi positis tentorijs tri-
D duum morati sumus, dum eos recognoscebam. † Cum autẽ è progenie sacerdotũ
ac Leuitarum nullos illic inuenissem, misi accersitum: qui ecce & uenerunt, Elea-
zarum, Maasmã, Alnathan, Samaian, Ioribum, Nathan, Elnathan, Zachariam, &
[t] Mosollam, proceres & rerũ peritos. Hos ego iussi conferre se ad [u] Addæum prin
cipem in loco [x] Gazophylacij, cum mandatis quæ referrent ad Addæum & fra-
tres eius, & eos qui essent in loco illo Gazophylacij, ut mitterẽt ad nos, qui in æde
Domini nostri fungerentur sacerdotio. Adduxerũt itaq; nobis, * quæ est manus
Domini nostri potentia, uiros peritos, è prognatis Mohli filio Leui filij Israelis
Serebiam cum filijs suis & fratribus numero decẽ & octo: & Hasebiã atq; [y] An-
non cum Iesaia fratre è filijs Chananæi, quorũ filij uiri uiginti: è sacrorum autem
ministris, quos Dauid constituerat, qui præibant ad opus Leuiticum, sacrorũ, in-
quam, ministros ducentos & uiginti, descriptione nominatim omniũ celebrata.
†Ibi tum ieiuniũ corã Domino deo nostro ex uoto indixi iuuenibus, ut iter inof-
fensum ab eo nobis comitantibúsq; nos liberis nostris & iumentis peterent. Ve-
rebar enim petere à rege pedites, aut equites, aut comitatũ, quo ab infestantibus
nos tuti essemus. Dixeramus enim regi uirtutẽ Domini nostri adfore sectatori-
bus ipsius ad omnia recte constituenda. Rursum itaq; super his Domino suppli-
cauimus, & nacti sumus propitium. Cumq; selegissem è tribunis & sacerdotibus
uiros duodecim, nempe Serebiam & Hasabiã, & cum eis uiros è fratribus ipsorũ
decem: appendi illis argentum & aurũ, sacraq; uasa ædis Domini nostri, tum do-
naria regis ac consiliariorum eius, & procerum, populiq; Israelitici uniuersi. His,
inquam, appensa talenta argẽti sexingenta quinquaginta attribui, & uasa argen
tea centum talentorũ, auriq; centum talenta cum uiginti uasis aureis: tum ex ære
præstanti

Marginal notes:

[b] Scilicet in neruũ.

[e] Vel, mecum ascen derent.

† 1. Esd. 8. a

† 1. Esd. 8. Daniel.

[f] Græce ..., mendose ... pro ....

[g] פרעש

[h] Ita rectius iuxta ueterẽ interpret. Pahath, id est dux.

[i] עתליה

† 1. Esd. 8. זבדיה

[k] [l] Vt uetus interpres rectius.

[m] Vetus interp. ex filijs Baniæ.

[n] בבי, quod al. Bebai, al. Bibai, al. Babi.

[o] הקטן

[p] Vt rectius uetus interpr.

[q] בגוי

[r] וזבוד uidentur legisse וזכור

[s] Vetus interpres Thia.

[t] משלם

[u] אדו

[x] כספיא

* Vel, pro potentia manus Domini nostri.

[y] Vetus interpres Amin.

† 1. Esd. 8. b

† 1. Esd. 8. c

Digitized by Google

præstanti instar auri splendentia duodecim: & uerbis insuper adieci, Vos consecrati estis Domino, & item uasa sacrosancta, aurumq; hoc & argentum Domino patrum nostrorum uoto dicatum est. Ergo uigilate, & custodiam agite donec ea B tribunis sacerdotum & Leuitarum, familiarumq; Israeliticarũ proceribus Hierosolymis ad exhedras ædis Dei nostri restitueritis: & sacerdotes ac Leuitæ receptũ idem argentum & aurum, atq; uasa Hierosolymis in templũ Domini intulerint.

1.Esd.8.d †Cum uero à fluuio Thera mouissemus die mensis primi duodecima, Hierosolymam peruenimus, potente manu Domini nos protegente. Nam ab ingressu itineris Dominus nos cõseruauit ab omni hoste, & uenimus Hierosolymã. Cumq; tertium ibi consumpsissemus diem, quarto iam die argentũ & aurum appensum in æde Domini nostri [a] Marimoth filio Vriæ sacerdoti attributũ est, simul & Eleazaro filio Phinehes, ac collegis Iozabad filio Iesu, & Noediæ Bannui filio [a] Leuitis: ad numerũ, inquã, & pondus uniuersa, eodéq; tempore pondus eorũ omne descriptum est. Porrò reduces à captiuitate uictimas obtulere Domino deo Israelitico, pro uniuerso Israele tauros duodecim, arietes nonagintasex, agnos septuagintaduos, hircosq; piaculares duodecim, omnia Domino sacrificanda. Cumq; mandata regia regijs dispensatoribus & præfectis Cœlesyriæ Phœniciæq; obtulissent, factum est ut illi honorem populo temploq; Dei exhiberent.

1.Esd.9.a †His peractis adierunt me proceres his uerbis, Nec principes gentis Israeliticæ, nec sacerdotes, nec Leuitæ ab alienigenis terræ populis, aut ab impuritatibus gentiũ Chananæorum, Hettæorum, Pherezæorum, Iebusæorum, Moabitarum, Aegyptiorum, Idumæorumq; abstinuere. Cum filiabus enim istorum iunxere cõnubia tam ipsi quàm eorundem filij, & semen sanctum alienigenis terræ populis permixtũ est, culpæq; huius participes facti sunt ipsi principes & proceres iam inde ab huiusce rei primordio. Hæc simulac intellexi, cum uestimentis sacraq; tunica cõscissa, crines capitis barbæq; uellicans sederem cogitabundus ac mœrens, conuenerũt ad F me super hoc piaculo lugentem quicunq; uerbo Domini dei Israelitici permouebantur. Cum uero mœstus usq; ad sacrificium uespertinum sedissem, [b] à ieiunio

1.Esd.9.b consurrexi, scissaq; gerens uestimenta, sacramq; tunicam, summissis genibus, manus ad Dominum tendens, †Vereor, inquam, & erubesco conspectum tuum Domine, quia peccata nostra exuperauerunt capita nostra, & inscitia nostrorum iam inde à temporibus maiorum nostrorum ad cœlum usq; pertigit, grauiq; adeo in

Deut.28. culpa sumus etiam hodie. †Etenim ob peccata tam nostra quàm patrum nostrorum, ad cædem, captiuitatem, & prædam unà cum fratribus, cum regibus, & cum sacerdotibus nostris, regibus terræ ignominiosè usq; ad hodiernum diem sumus expositi. Nunc tamen ueniam aliquatenus abs te Domine consecuti sumus, ut superesset nobis radix & nomen in sacrosancto loco tuo, utq; denuo nobis effulgeret lux in æde Domini dei nostri, & alimenta nobis præberentur tempore seruitutis nostræ. Nam seruientes abs te Deo nostro non fuimus deserti, sed reddidisti nos apud reges Persarum gratiosos, ut nobis alimenta tribuerent, temploq; Domini nostri decernerent honorem, tum ut instauraretur deserta Zion, sedesq; stabilis in Iudæa & Hierosolymis nobis concederetur. Iam uero cum hæc nobis obtigerint, quid dicemus? Nam uiolauimus præcepta tua, quæ nobis per interpretes

Deut.7.a.b.4 seruos tuos prophetas tradidisti, dicens, † Terra in quam possidendam proficiscimini, terra est contaminata impuritate gentium terræ alienigenarũ, quæ eam sua fœditate repleuerunt. Quapropter filias eorum ne iungatis matrimonio filijs ue- G stris, nec filias uestras filijs ipsorum nuptui collocetis: adeoq; ne pacẽ quidem habere cum ipsis curetis ullo tempore, ut confirmati opima terra fruamini, eamq; filijs uestris hæreditate perpetua tradatis. Ergo omnes hi casus propter improba facinora, grauiaq; peccata nostra nobis euenerunt. Tu enim Domine alleuasti

[a] Ita rectius iuxta ueterem interpr.
[a] L X X. male diuulserunt hanc dictionem à priori cõmate, ut apparet 1. Esd. 8.

[b] במענית à ieiunio, uel potius ab afflictione.

Digitized by Google

peccata nostra, & talem nobis dedisti propaginem: nos autem rursum ad uiolan-
dam legem tuam iter reflexímus admiscendo nos impuritati gentiũ terræ. Nón-
ne potuisses irasci nobis ut perderes nos adeo ut neq; radix, neq; semen, neq; no-
men nobis superstes esset? Verax es, ô Domine Israelitice, nam reliqua radix est
etiam hodie. Ecce nunc in cõspectu tuo sumus cum sceleribus nostris, neq; enim
possumus substare iam coram te cum hac causa. † Hæc cum Esdras precabun- 1. Esd. 10.
dus & flens atq; prostratus humi ante templum testaretur, congregata est ad eum
Hierosolymitana turba perq; frequens uirorum, fœminarum & puerorum, in-
gens enim erat ploratus multitudinis. Tum proclamans Sechonias Iehiele na-
tus Israelita, Nos, inquit, Esdra in Dominum deum peccauimus, & uxores alieni
genas è gentibus terræ domum duximus, & nunc [c] suspensus est omnis populus
Israeliticus. Domino igitur nos hoc obstringamus iureiurãdo, repudiaturos nos
omnes, quas ex alienigenis duximus, uxores nostras, unà cum liberis earum, si ti
bi uideatur, & omnibus legi Dei obtemperantibus. Exurge & rem perage. Nam
tuum hoc munus est, & nos tibi aderimus: tu te fortem præbeto. Exurrexit ergo
Esdras, & iureiurando adegit principes sacerdotum ac Leuitarum, totiusq; Israe-
lis, secundum hæc esse facturos, & iusiurandũ dederunt.

CAP. IX.

A P†Orrò Esdras postquam ab atrio templi exurrexit, contulit se in exhedrã Io- 1. Esd. 10.
hanan filij Eliasib, ibiq; moratus est, nec [a] panem gustans, nec aquã bibens,
q; super grauibus populi criminibus lugeret. Cumq; indictus esset publice in to
ta Iudæa & Hierosolymis omnibus à captiuitate reducibus conuentus Hieroso-
lymam, & quicunq; intra biduum aut triduum præsto non essent, iuxta primorũ
senum sanctionem, illorum iumenta consecrarentur, ipsiq; segregarentur à com
mercio reducum à captiuitate, congregati sunt Hierosolymã omnes tribules Iu-
dæ & Beniamin intra triduum die uicesima noni mensis, & uniuersa multitudo
consedit in area templi tremens propter urgentem hyemem. Ibi cum exurrexisset
Esdras, allocutus est eos, Cum uos nefas admiseritis, eo q; uxores duxeritis alieni
genas, Israelem peccatis reddentes auctiorem, iam nunc confessione tribuite glo-
riam Domino deo patrum nostrorum, & uoluntati eius obtemperantes uosipsos
B à gentibus terræ, uxoribusq; alienigenis segregate. Tum exclamauit uniuersa
multitudo, & magna uoce, Sic, inquit, ut monuisti, faciemus. Sed cum multitudo
frequens sit, & tempestas hyemalis, nec sub dio stare ualeamus, præsertim cum
non sit hoc nobis unius aut duorum dierum opus, (nam late patet nostrum hac
in re peccatum,) constituantur qui præsint multitudini, & quicunq; è nostris con
tubernijs uxores habent alienigenas, capto tempore præsto sint unà cum loci cu-
iusq; senioribus & iudicibus, donec placetur nobis ira Domini super hoc præce-
pto. Susceperũt itaq; munus hoc Ionathan Asahelis filius, & [b] Iahzias filius The-
cuæ, administros se præbentibus Mosolla, Leui, & Sabbathai, reducesq; adeo à ca-
ptiuitate se gesserunt secundum hæc omnia. Esdras uero sacerdos uiros sibi coo-
ptauit primarios è patribus ipsorũ nominatim omnes, qui cùm noua luna men-
C sis decimi inquisitioni huius negotij consedissent, causæ uirorum uxores alieni-
genas habentium noua luna primi mensis ad exitum perductæ sunt.

Inuenti sunt autem è sacerdotibus qui sibi alienigenas
uxores adiunxerant.

†E prognatis Iesu filio Iozedec, & fratribus, [c] Maseias, Eliazer, Iotib, & Ioadaius. 1. Esd. 10.
Hi uxores suas repudiare, [d] erroremq; suum arietibus expiare aggressi sunt.
E prognatis Emmer, Hanani, Zabdiah, [e] Eanes, Sameias, [f] Iereel, Azarias.
E prognatis Phęshur, Elionai, Maasias, Iesmael, Nathanael, †Ocidelus, et Alasah. †1. Esd. 10.
E Leuitis autẽ, Iozabad, Semei, Colias, is est Calitas, Patheias, Iohudas, & [g] Ionas. Iozadab.
E sacris cantoribus, [h] Eliasib, & Bacchurus.

[c] ἱκάνω ἐστι, quod primo Esdræ nono
יש מקוה לישראל id est, expectatiõe suspẽsus est quid fiat, & quomodo peccatũ hoc corrigatur.

[a] Vel cibum, iuxta Heb. לחם

[b] Ita rectius iuxta ueterem interpr.

[c] Ita rectius uetus interpres.

[d] ἀγνοίας lego.

[e] Vetus interp. Esses.

[f] & Ieelech.

[g] Vetus interp. Elionas, & 1. Esd. ult. אליעזר

[h] Ita rectius uetus interpres.

Digitized by Google

Ex ostiarijs, Sallum, & Tolbanes.

Ex Israelitis.

.Esd.ult. E prognatis Phoros, †Remias, Eddias, Melchias, [i]Maelus, Eleazar, [k]Asibias, Banaias.

E prognatis Elam, Mathanias, Zacharias, Iehiel, Ieremoth, & [l]Helias.

At è prognatis [m]Zathoe, Eliadas, [n]Elisib, Mothonias, Iarimoth, Zabad, & [o]Sardaius.

E prognatis Bebai, Iohanan, & Hananias, & [p]Iosabadus, & Ematheis. D

E prognatis Bani, [q]Olamus, Maluch, Iedaias, Iasub, [r]Iasael, & Ieremoth.

Et è prognatis Addin, Naathus, & Moosias, [s]Laccunus, & Banaias, & Mathanias, & Bezelel, & Bannui, & Manasses.

E prognatis [t]Annas, Elionas, Aseas, Melchias, Sammaias, Simon, Chosameos.

Et è prognatis Hasam, Mathanias, Mathathias, [u]Bannaias, Eliphalath, Manasses, Semei.

E prognatis [x]Banni, Ieremias, [y]Moadi, [z]Amrā, Iuel, Banaias, Bedias, [a]Ionias, Marimoth, Eliasib, Mathnias, Mathanai, Eliasis, Bannui, Elialei, Samei, Selemias, Nathanias.

Et è prognatis Ozora, Sesi, Ezrel, Azael, Samaros, Zambis, Ioseph.

Et è prognatis [b]Nobe, Mathithias, Zabad, Idei, Iuel, Banaias.

Omnes isti adiūxere sibi uxores alienigenas, & easdem unà cum liberis repudiauere. Iam autē sacerdotes & Leuitæ, & Israelitæ Hierosolymis, & in ea regio- E
1.Esd.8.a ne habitabant noua luna mensis septimi, domiciliaq; sua incolebant, †cum unanimis conuenit omnis multitudo in aream ad portam templi, quæ est obuersa Orienti, & Esdram sacerdotem & recitatorem ad legem Moysis à domino Deo Israelitico traditam proferendā inuitauit. Protulit igitur Esdras pontifex legem noua luna septimi mensis, ut legem audiret uniuersus cœtus tam uirorū q̄ fœminarum, & omnes sacerdotes, & recitauit eam in prima ad sacrā portam area, à prima luce usq; ad meridiē corā uiris & mulieribus, uniuersa multitudine animum ad legem attendente. Stabat autē Esdras sacerdos & recitator legis in præparato suggestu ligneo, & astabant ei Mathathias, [c]Sanus, Ananias, Azarias, Vrias, F
Ezechias, & [d]Balasamus à dextera: à sinistra uero Phadaias, [e]Misael, Malachias, [f]Aotasuphos, Nabarias: & Esdras assumpto libro legis coram multitudine, (primus enim sedebat honorifice in conspectu omnium, omnibus rectis inter explicandam legem stātibus,) Esdras, inquā, gratulabatur domino Deo summo, deo exercituum omnipotēti, uniuersa multitudine Amen acclamante. Et sublatis in cœlū manibus, procūbentes humi Dominum adorabant Iesus, [g]Bani, Sarebias, Iaminus, Acub, Sabathai, Hudaias, Maasaias, Calita, Azarias, Iozabad, Hanan & [h]Philaias Leuitæ, & edisserebant legem Domini, quæ recitata fuerāt interim illustrantes. Porrò Hatharsates Esdrā pontificem ac recitatorem, omnesq; Leuitas G
populum docentes sic est allocutus, Cum hic dies Domino cōsecratus sit, omnes
2.Esd.8.c autem dum legem audierunt, lachrymis se dediderint, †digressi cibos lautiores sumite, & potui dulciori indulgentes fercula non habentibus missitate. Nam Domino sacer est hic dies, ut ne mœsti sitis, Dominus enim illustrabit uos. Eadem hæc omnia Leuitæ quoq; populū hortabantur dictitantes, Dies hic sacer est Domino, ne mœreatis. Itaq; discesserunt omnes ut cibum & potum sumerent, & gaudia celebrarent fercula non habentibus per summā lætitiam missitantes. Adhuc enim erant imbuti sermonibus, quibus instituti fuerant, & in cœtu detenti.

hh

[i] *Vetus interpr. Amelus.* [k] *& Iammebias.*
[l] *Ita rectius uetus interpr.*
[m] *Ita rectius uetus interpr.*
[n] אלישיב
[o] *Vetus interp. Tebedias.* [p] *& mox, Zabdias & Emens.*
[q] משלם
[r] ישאל
[s] *Vetus interp. Caleus* כלל
[t] *Ita rectius iuxta ueterem interp.*
[u] *Vetus interpr. Nuae.* 1.*Esd.*10. חרם
[x y z a] *Hic multa rectius iuxta ueterem interpr. quāuis corruptā & illam.*
[b] *Græce mendosum est* ἰόμα. *Rectius uetus interpr.*
[c] שמע
[d] מעשית
[e] *Ita rectius iuxta ueterem interp.*
[f] *Vetus interp. Abuschas, Sabus, Nabadias, & Zacharias.*
[g] *Vetus interp. Banaeus.*
[h] *Ita rectius uetus interp.*

Digitized by Google

Liber Esdræ quartus.

CAPVT I.

A LIBER secundus Esdræ prophetæ, filij Saraia, filij Azariæ, fi 1.Esd.7.a
lij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Zadoc, filij Ahhitob, filij Achiæ, fi
lij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Asiei, filij [a] Marimoth,
filij Arna, filij Oziæ, filij [b] Borith, filij Abisei, filij Phinees, filij
Eleazar, filij Aaron, ex tribu Leui, qui fuit captiuus in Media
regione, in regno Artaxerxis regis Persarũ. Editum est mi-
hi oraculũ Domini his uerbis, †Abi, & declara populo meo Esa.58.a
facinora sua, & filijs eius scelera quæ in me commiserunt, ut narrent ea nepoti-
bus, quia peccata parentum ipsorum in ipsis adaucta sunt. Obliti enim mei sacri
ficauerunt dijs alienis. Nónne ego eduxi eos è terra Aegypti, è domicilio seruitu
tis? Ipsi autem irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt. Tu igitur excute co-
mam capitis tui, & omne genus malorum super illos projce, quoniam legi meę
non paruerunt, sed populus sunt contumax. Quandiu feram eos, quibus tanta
B contuli beneficia? Reges multos subuerti propter eos, cecidi †Pharaonẽ cum ser Exod.14.f
uis suis, & omnem eiusdem exercitum: †omnes gentes è conspectu eorum profli Num.21.d
gaui, & [c] in Oriente duarum prouinciarum populos Tyri & Sidonis dissipaui, Ios.8.10.11
omnesq́ hostes eorũ interfeci. Tu ergo alloquere eos, dicens, Hæc ait Dominus,
†Nempe ego uos traduxi per mare, & [d] uiam uobis initio tutã exhibui: ducẽ uo- Exod.14.f
bis dedi †Mosen, & Aaron sacerdotem: *lucem uobis præstiti per columnam Exod.3.b
igneam, & magna inter uos edidi miracula, uos autem mei obliti estis, ait Domi *Exo.13.d
nus. Hæc dicit Dominus omnipotens, †Coturnix uobis signo fuit, castra uobis Exod.16.d
dedi præsidio: ibi uero fremuistis, nec meo nomine triumphastis de interitu ini- Psal.105.
micorum uestrorũ, sed adhuc usq́ fremuistis. Vbi sunt beneficia quæ præstiti uo-
bis? Nónne in deserto cum esurientes ad me uociferati essetis dictitantes, †Cur Num.14.a
nos in desertum hoc induxisti perimendos? præstiterat nobis seruijsse Aegyptijs,
quàm in hoc deserto mortem oppetere: ego dolui gemitus uestros, & manna de
C di uobis esui, †panemq́ angelorum esitauistis? *Nónne cum sitiretis, excidi pe Sap.16.e
tram, & profluxerunt aquæ ad satietatem? Ab æstu folijs arborum protexi uos, *Nũ.20.b
terrasq́ uobis opimas distribui, Chananæos, Pherezæos & Philistæos è conspe
ctu uestro profligaui: †quid faciã uobis amplius? ait Dominus. Hæc dicit Domi Esa.5.b
nus omnipotens, †In deserto cum essetis ad flumen, [e] Amorrhęũ sitientes, & obtre Exod.15.c
ctantes numen meum, non rependi uobis ignẽ pro obtrectationibus, sed merso
in aquã ligno dulce flumen effeci. Quid tibi faciam Iacob? Obedire noluisti Iu-
da. †Transferã me ad gentes alias, quibus committam nomen meum, ut seruent Exod.32.b
leges meas. Quoniam me dereliquistis, ego quoq́ derelinquam uos. Petentibus
à me ueniam uobis, non dabo: †cum inuocabitis me, ego uos non exaudiã. Fœ- Esa.1.d
dastis enim sanguine manus uestras, & impigri sunt pedes uestri ad homicidia
cõmittenda. Tametsi non deseruistis me, sed uosipsos, ait Dominus. Hæc dicit
Dominus omnipotens, Nónne ego uos rogaui ut pater filios, ut mater filias, &
ut nutrix puerulos suos, ut essetis mihi populus, sicut ego uobis Deus? & uos mi
hi loco filior., sicut ego uobis loco patris? †Ita uos collegi, ut gallina pullos suos Matt.23.d
D sub alas. Porrò autẽ quid faciam uobis? Projciã uos à conspectu meo. †Cum mi Esa.1.a
hi munera attuleritis, auertã faciem meam à uobis. Dies enim festos uestros, neo 66.a
menias, & circũcisiones repudiaui. Ego misi seruos meos prophetas ad uos, q̃s Osee.2.b
abreptos

[a] Al. Marioth.
[b] Al. Bocci, filij Abischua.
[c] Quid si, in orientem?
[d] Plateam.
[e] A מרה corruptũ uidetur. Significat autem Marah Exod. 15. locũ ubi Israelitæ præ amaritudine aquarũ sitim passi sunt.

Digitized by Google

abreptos interfecistis, & laniastis corpora eorum. Horum sanguinem ego uindicabo, ait Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus uestra deserta est. Projiciã uos, sicut uentus stipulam, nec filij sobolem propagabunt, quoniam neglexerunt mandatum meum, & quod inuisum est mihi perpetrauerunt. Tradam domos uestras populo uenturo, et qui cum me non audiãt, credant: cum eis miracula nõ ediderim, exequantur quæ præcepi: cum prophetas nõ uiderint, scelera sua detestentur. Testatam uolo populi uenturi gratiam, cuius pueruli exultant lætabundi, qui me corporeis oculis non uident, sed animo credũt quæ locutus sum. Nunc ergo frater aspice quanta gloria, & contẽplare populũ ab Oriente uenientem, cui dabo ductores Abraham, Isaac, Iacob, Osee, Amos, Micheam, Ioel, Abdiam, Ionam, Naum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, Zachariã, & Malachiam, †qui & angelus Domini uocatus est. Mal.3.a

CAP. II.

HAec dicit Dominus, Ego eduxi populũ istum è seruitute, & ad eum mandata dedi seruis meis prophetis quos audire noluerunt, & consilia mea sunt aspernati. Mater quę generauit eos, dicit illis, Ite filij, quia ego uidua sum & derelicta. Educaui uos cum lætitia, & cum luctu tristitiaq; amisi uos, quoniam peccastis in Dominũ deum uestrum, & quod displicet ipsi perpetrauistis. Nunc igitur quid faciã uobis? Ego uidua sum & derelicta, ite filij, & ueniã à Domino petite. Ego uero te pater testor de matre filiorũ, qui testamentum meum seruare noluerunt, ut exponas eos ad ignominiã, & matrem eorum ad direptionem, ne genus eorum propagetur. Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur de terra, quoniam sacramentum meum spreuerunt. Væ tibi Assyria, quoniam penes te latebrã præbes iniustis. Memoria repete gens improba, †quomodo animaduerterim in Sodomam & Gomorrã, quarum terra iacet in gleboso bitumine, aggeribusq; cinerũ. Ita multabo eos qui me non audierunt, ait Dominus omnipotens. Hæc dicit Dominus Esdræ, Nuncia populo meo, me daturum eis regnum Hierosolymæ, quod daturus eram Israeli, mihiq; gloriã ex ipsis comparaturum, æternaq; daturum eis tabernacula quæ illis præparaueram. Lignum uitale redolens unguentum, præsto erit his: non laborabunt, nec fatigabuntur. Ite, & accipietis. Rogate uobis ad paucos redigi dies qui in mora sunt, iam paratum est uobis regnum, uigilate. Contestare cœlum & terram, nam aboleui malum, & creaui bonũ, quia uiuo ego, ait Dominus. Amplectere filios tuos mater, educa illos cum lætitia, instar columnæ confirma pedes eorũ, quoniam te elegi, dicit Dominus. Et resuscitabo defunctos de locis suis, & de monumentis educam illos, quoniam agnoui nomen meum in Israel. Nequid timeas mater filiorũ, quoniam te elegi, dicit Dominus. Mittam tibi auxilio seruos meos Esaiam & Ieremiã, ex quorum consilio consecraui, & paraui tibi arbores duodecim uarijs grauatas fructibus, totidemq; fontes fluentes †lacte & melle, & montes immensos septẽ ferentes rosas & lilia, quibus filios tuos exhilarabo. Ius dicito uiduæ, causam pupilli iudicato, eroga in egenũ, orbum tuere, uesti nudũ, cura confractũ & infirmũ, claudum ne irriseris, mancũ tutare, & admitte cæcum in conspectum meæ claritatis. Serua iuuenem & senem intra muros tuos, †defunctos inuentos consigna sepulchro, & dabo tibi primã in resuscitatione mea sessionem. Manedum, & interquiesce mi populus, quia ueniet requies tua. Nutri filios tuos bona nutrix, confirma pedes eorum. Seruorũ quos tibi dedi, nemo interibit, nam ego eos de numero tuorum requirã. Ne fatigeris, cum enim uenerit dies difficultatis & angustiarum, alij plorabunt, & mœrebunt, tu autem hilarefces, & copijs afflues. Inuidebunt gentes, nec quicquã ualebunt aduersus te, ait Dominus. Manus meæ te protegent, ne filij tui gehennã uideant. Lætare mater cum filijs tuis, quia ego ero liberator tuus, ait Dominus. Memento filiorũ tuorum dormientium, quoniam

Margin: A (at "HAec dicit"), Gen.19.c (at "latebrã"), B (at "pietis"), Exod.15. (at "bus, totidemq;"), Tob.10.d (at "Serua iuuenem"), C (at "mero tuorum").

Digitized by Google

ego eos educam è lateribus terræ, & clemẽter agam cum illis, quoniã misericors
sum, dicit Dominus omnipotens. Amplectere natos tuos usq; dum ueniam, &
præstem illis misericordiam, quoniã fontes mei exuberant, & gratia mea non de
ficiet. Ego Esdras mandatum accepi à Domino in monte Oreb, ut irem ad Israe
litas, qui me, cum uenissem, reiecerunt, mandatumq; Domini respuerũt. Itaq; uo
bis dico gentes quę auditis & intelligitis. Expectate pastorem uestrum, qui dabit
uobis æternam requiem; quoniã in propinquo est ille uenturus finiente sæculo.
Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit uobis, per æuum sempi
ternum. Vmbram huius mundi fugite, percipite gloriæ uestræ iucunditatem.
Ego seruatorem meum palàm testor. Commendatũ donum accipite, & læta-
D mini, gratias agentes ei qui uos ad regna cœlestia uocauit. Surgite, state, & uide-
te numerum signatorum in conuiuio Domini, qui se auerterũt ab umbra mun-
di, & splendidas à Domino tunicas acceperunt. Recipe Sion numerũ tuum, &
circunclude candidatos tuos, qui legem Domini compleuerũt. Plenus filiorum
tuorum, quos exoptabas, est numerus. Roga numen Domini, ut consecretur po
pulus tuus, qui uocatus est ab initio. †Ego Esdras uidi in monte Sion turbã ma Apoc.7.c
gnam & innumerabilẽ, quæ omnis decantabat Dominum. In medio autẽ eius
erat iuuenis proceritate staturæ supereminens omnes alios, qui coronas impone
bat capitibus singulorum, ipse cæteris excelsior, ego autem tenebar admiratio-
ne. Tum interrogaui angelum, & dixi, Qui sunt hi domine? Qui respondens mi-
hi, Hi sunt, inquit, qui deposita mortali tunica, immortalem assumpserunt, no-
menq; Dei professi sunt. Ii nunc coronantur, & palmas accipiunt. Rursum ro-
gaui angelum, Quis est ille iuuenis qui coronas imponit eis, & palmas tradit in
manus? Et respondẽs mihi, Is est, inquit, filius Dei, quem in mũdo professi sunt:
ego autem cœpi eos magni facere, qui fortiter stetissent pro nomine Domini.
Tum mihi angelus, Vade, ait, annuncia populo meo, qualia & quanta domini
Dei miracula uideris.

CAP. III.

A ANno ab excidio urbis tricesimo, cum essem Babyloni conturbatus recũbe-
bam super cubili meo, & cogitationes subibant animũ meum, quòd uiderem
uastationem Zion, & abundantiã incolarum Babylonis, & ualde agitabar ani-
mo. Tum religiosis uerbis affari cœpi altissimum, O rex dominator, inquam,
Domine, tu præcepisti ab initio cum fundasses terram, atq; adeo solus, & impera-
sti populo, cum dedisses Adamo corpus inanimũ, ipsum quoq; manuum tuarum
opificiũ: †cumq; spiritũ ei uitalem inflauisses, & coram te uitam adeptum in para Gene.2.b
disum dextera tua antequam terra prodiret, consitum induxisses: huic, inquam,
ut uiam tuam obseruaret mandauisti. Verũ cum eam præterijsset, mortem proti
nus irrogasti illi, simul & eiusdem progeniei. Inde natæ sunt gentes, nationes,
populi, & innumeræ cognationes. †Cum autẽ unaquæq; gens suam sequeretur Gen.6.b
libidinem, committerentq; mira coram te, præceptaq; tua spernerent, †superindu Gene.7.b
B cto rursum suo tempore diluuio, habitatores orbis deleuisti: & accidit quod mor
talitate Adamo, hoc singulis istorũ diluuio. Vnũ tamen reliquum fecisti †Noe 1.Pet.3.d
cum domo sua, unde nati sunt omnes iusti. Accidit autem cum multiplicari cœ-
pissent incolæ orbis, cresceretq; numerus liberorum, populorum, & multarũ gen-
tium, ut prior illorum impietas, posteriore horũ repetita superaretur. Euenit igi-
tur, cum iniuste agerent corã te, †ut seligeres tibi uirũ ex illis, cui nomen erat A- Gen.12.15.
braham. Eum dilexisti, tuamq; uoluntatẽ indicauisti soli: constituisti cum eo pa-
ctum æternum, pollicitus ei te semen eius nunquam derelicturũ. Cumq; dedis- Gen.21.a
ses ei †Isaac, rursumq; Isaac dedisses Iacob & Esau: delegisti tibi *Iacob, & Esau Rom.9.b
C reiecisti: & excreuit Iacob in numerũ ingentẽ. Porrò postq̃ eductũ ex Aegypto *Gen 25.6
semen eius, †in montẽ Sina perduxisti, ibi summisisti cœlos, defixisti terram, or- †Exod.19. Deut.4.b
bem

Digitized by Google

bem cõmouisti, cõcussisti profunda, mundũ cõturbasti, & trãsijt maiestas tua per quatuor portas igneas cum terræmotu, uento & rigore, ut dares legem semini Iacob, & progeniei Israelis quod diligẽter curaret. Non tamen exemisti eis animũ
Gen.3.a malitiosum, ut lex tua fructũ ab eis impetraret. †Nam animo malitioso præditus Adã superatus est & uictus, & omnes ex eo prognati: & persedit infirmitas coniuncta legi ad cor populi cum malitia radicis, defecitq; quod bonũ est, & relictũ est malũ. Interim lapsa sunt tempora, cesseruntq; anni, donec excitasti tibi seruum
1.Reg.16.c nomine †Dauid, cui mandauisti urbẽ nomini tuo ædificandã, in qua tibi thure
2.Reg.5.a muneribusq; supplicaretur. Quod ubi factũ est annis multis, incolæ urbis studiũ Adam & omnis nationis ipsius imitati defecerunt, ut qui animo præditi forent D & ipsi malitioso, quamobrem ciuitatem tuam in manus inimicorũ tuorum tradidisti. Sed nunquid meliora sequuntur incolæ Babylonis, ut ideo Sioni dominentur? Equidem postq̃ ueni huc, & impia facta uidi innumera, (nam delinquentes multos animaduerti hunc iam annũ tricesimum,) despondi animũ, quoniam uidi quomodo toleres eos peccantes, & parcas impie agentibus, cum populum tuum perdideris conseruatis inimicis tuis, nec significaris. Equidẽ non inuenio quomodo possit hæc expediri ratio. Nunquid meliora sunt facta Babylonis q̃
Iere.10.d Sionis? †anne alia gens agnouit te præter Israeliticã? aut quæ nationes fidem habuerunt testificationibus tuis, sicut Iacob? Non cõparuit merces harum, nec labor fructum adeptus est. Permeaui enim gentes, & peragraui, uidiq; florere eas, nec mandatorũ tuorum meminisse. Nunc ergo statera ponderato scelera nostra, & incolarũ mundi, nec inuenietur mentio tui, nisi inter Israelitas. Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo qui terrã habitant? aut quæ gens adeo mãdata tua seruauit? Hos quidem mãdata tua seruasse nominatim comperies, gentes autem non item.

CAPVT IIII.

TVm respondit angelus ad me missus, cui nomen erat Vriel, & dixit, Supra A modũ effusæ sunt uires animi tui in hoc mundo, dum rationes altissimi cogitas cõprehendere. Verũ, inquam, mi domine. Et respondens mihi, Tres, inquit, uias missus sum ut ostendã tibi, et ut tibi proponã tres similitudines, è quibus si unam mihi expedieris, ego quoq; tibi cõmonstrabo uiam quam cupis exploratam, & docebo te unde nam sit animus malitiosus. Et ego, Loquere, inquã, mi domine. Tum ille, Vade, inquit, examina mihi pondus ignis, aut flatũ uenti metire mihi, aut reuoca mihi diem elapsam. Et respondens ego, Quis, inquã, mortalium præstare possit quod à me requiris super his? Rursus ille, Si te, inquit, interrogarem dicens, *Quanta domicilia sint in meditullio maris, aut quantæ in *Vel, Quot, &c. principio profundi scaturigines, aut quantæ uenæ super cœleste solũ, aut qui sint termini paradisi, diceres mihi fortassis, In profundũ non descendi, nec ad inferos adhuc, nec in cœlũ ascendi unquam. Nunc autẽ non interrogaui te, nisi de igne, & uento, dieq; quem transmisisti, à quibus abesse non potes, nec tamen illa mihi expediuisti. Præterea dixit mihi, Tu quæ tua sunt, quæ tecũ adolescunt, cognoscere non potes, quomodo ergo possit uas tuum capere rationes altissimi, aut corrupto iam extrinsecus mundo intelligere patentẽ conspectui meo corruptionem? Cui ego, Præstiterat nobis nõ esse, q̃ in impietate uiuere superstites, & affligi, nec
Iudic.9.a quamobrẽ intelligere. Respondit ille mihi, ac dixit, †Iter faciens perueni ad syl- B
2.Par.25.c uam campestrẽ, cuius arbores inibant consilium, & aiebant, Venite, profectæ inferamus bellum mari, ut cedat nobis, & alias nobis syluas constituamus. Similiter autem fluctus maris consiliũ ceperunt, ac dixerunt, Adeste, ascendamus, & debellemus syluas campi, ut & ibi uastatam nobismetipsis aliam regionẽ occupemus. Porrò cecidit ad irritum consilium syluæ, exortus est enim ignis, & consumpsit eam. Similiter & consilium fluctuum maris, obstitit enim arena, & inhibuit

eos. Quod si fores iudex horum, secundũ utrum iudicares, aut utrum condemnares? Tum respondens ego, Vtrique uanũ, inquam, consilium inierunt. Terra enim syluæ deputata est, & mari locus quo fluctus suos sustineat. Respondens ille mihi, Bene, inquit, iudicasti: sed cur non ita iudiciũ facis de temetipso? Quemadmodum enim terra syluæ assignata est, & mare fluctibus suis, †ita qui terrã habitant, quæ terrena sunt intelligere tantũ possunt, & cœlites quæ super altitudinem cœlorũ. Et respondi, ac dixi, Precor abs te domine mihi dari iudicium intelligens. Non enim illa tua superiora putaui sciscitanda, sed ea quæ geruntur apud nos quotidie: quapropter Israelitæ expositi sint ad opprobriũ gentibus, cur dilectus tibi populus obiectus sit impijs nationibus, cur lex maiorum nostrorũ adducta sit in abolitionẽ, & præscripti ritus interciderint, cur iactemur in orbe more locustarũ in uita nostra pauidi & meticulosi, nec digni iudicemur qui consequamur misericordiã. Sed quid faciet nomini suo, quo nos censemur? Hæc ego sciscitatus sum. Respondens ille mihi, Quo plura scrutatus fueris, inquit, eo crebrior te capiet admiratio, quoniã festinato properat effugere mundus, nec capere sustinet quæ in futurũ tempus promissa sunt iustis, quoniam plenus est iniustitia mundus hic, & infirmitate. Cæterũ ut exponam ea quæ sciscitaris, Seminatũ quidem est malum, sed nondum uenit eius interitus. Nisi ergo euersum fuerit quod seminatũ est, & abolitus sit locus ubi satum est malum, non succedet quod bono consitum est. Nam granum mali seminis iactum est in corde Adam ab initio, & quantũ impietatis generauit usque adhuc, & usque dum accesserit messis, generabit? Aestima autẽ apud te granum mali seminis, quàm multũ impietatis fructum attulerit: cumque resecandi culmi fuerint innumeri, quàm sit ampla messis apparanda. Tum respondens ego, dixi, Quomodo, aut quando nam hæc? Cur pauci sunt, & infelices anni nostri? Et respondit ille mihi, ac dixit, Ne contendas supra altissimũ, nam frustra conaris superare ipsum, quamuis sit uehemens tua contentio. Nonne hæc eadẽ sciscitati sunt animi iustorũ in penetralibus suis, cum dicerent, Quousque tandẽ spe tali ducor, aut quando obueniet nobis fructus metendæ mercedis nostræ? Et respõdit ad ea Ieremiel archangelus his uerbis, Cum completus fuerit numerus seminũ in uobis. Quoniam statera ponderatum est æuum, mensura temporũ inita est, numero determinata sunt sæcula, nec cõmouebuntur, aut percellentur usque dum impleatur supradicta mensura. Et respondens ego, O dominator, inquã, Domine, atqui nos omnes pleni sumus impietate, ut fortè propter nos non impleatur messis iustorũ, propter peccata terram habitantium. Rursum respondit ille mihi, ac dixit, Vade & interroga prægnantem, an impletis nouem mensibus suis, adhuc possit matrix eius retinere partũ in semetipsa. Et ego, Non potest, inquã, Domine. At ille, Apud inferos, inquit, animarum promptuaria sunt matrici similia. Quemadmodũ enim festinat parturiens pariendi necessitatẽ euadere, sic & illa properant reddere quæ sibi cõmendata sunt. Ab initio tibi demonstrabuntur quæ cupis cognoscere. Cui respondi & dixi, Si hac apud te gratia ualeo, & si fieri potest, aut ego sum idoneus, indica mihi, utrũ plus quàm præterierit futuri maneat, aut plura præterierint quàm sint futura. Quid præterierit, scio: quid autem futurũ sit, ignoro. Tum ille, Consiste, inquit, ad dexterã, & ᵃsimulachrũ interpres tibi commonstrabo. Cumque constitissem, spectaui: & ecce fornax ardens transijt corã me: porrò autem cum esset præterlapsa flamma, spectabã, & ecce fumus superabat. Postea præterijt coram me nubes imbre grauida, quæ demisit pluuiã impetu multam: cum autẽ procella pluuiæ transijsset, subsecutæ sunt eam guttæ. Tum ille, Ratiocinare tecũ, inquit, sicut effusior est pluuia quàm guttæ, & ignis quàm fumus: ita exuperare præterlapsam portionem. Superabant aũt guttæ & fumus, cũ rogaui ac dixi, Censen me uitam usque

Esa. 55. e
Ioan. 3. e
2. Cor. 2.

C

D

ᵃ Vel, interpretatio nem typicã, id est, typicam interrogatæ rei declaratio nem.

usque ad illa tempora producturũ, aut quid futurũ est illis temporibus? Respondens ille mihi, dixit, [b]Præsagitiones eorũ de quibus me interrogas ex parte possum tibi dicere, de uita uero tua non sum missus ut dicam tibi, nec habeo cognitam.

[b] מופתים, indicia, uaticinia seu prædictiones.

CAP. V.

A DE præsagitionibus autẽ, ecce tempora uenient, quibus qui terrã incolunt [a]magnis copijs circũuenientur, & occultabitur uia ueritatis, orbis laborabit sterilitate fidei, † & multiplicabitur iniustitia supra q̃ nunc uides, aut olim audiuisti: eritq́ue cum imposito uestigio quã nunc uides regnũ obtinere regionem uidere liceat desertã. Quod si tibi uiuere dederit altissimus, uidebis ut post tertiam tubã lumen recipiat subito sol noctu, & luna ter interdiu. Sanguis stillabit de ligno, & lapis mittet uocẽ suam, populiq́ue cõmouebuntur. Regnabit quem non sperant incolæ terræ, uolucres loca cõmutabunt, mare Sodomiticum pisces eijciet, & sonitũ edet noctu multis incognitũ: sonitum autẽ eius omnes audient. Dehiscent multa loca, & ignis frequenter emicabit, feræ locũ mutabũt, & mulieres menstruales monstra parient. In dulcibus aquis inuenientur salsæ, & omnes amici inter se pugnabunt. Tunc abscondet se sensus, & intellectus recedet in penetrale suum: quæretur à multis, nec inuenietur: & multiplicabitur iniustitia & incontinentia super terrã. Interrogabit regio proximã sibi, & dicet, Num per te transijt iustifica iustitia? Illa uero negabit. Et accidet illo tempore ut sperent homines, nec impetrent: laborent, nec instituta ipsorũ succedant. Has ego qui tibi prædictiones permissum est mihi: quod si oraueris denuo & ploraueris ut modo, septemq́ue dies ieiunio transegeris, rursum his audies maiora. Tum expergefactus sum, & corpus meũ ualde inhorruit, labascebatq́ue animus meus, ac deficiebat: sustentabat autẽ me cum accessisset angelus qui mecũ loquebatur: is confirmauit me, & erexit in pedes. Porrò nocte insecuta uenit ad me Salathiel dux populi, & interrogauit me, Vbi fuisti? aut cur es uultu tristi? An nescis cõmissos esse tibi in regione peregrinitatis suæ Israelitas? Exurge ergo, & sume cibũ, nec derelinquas nos ut pastor gregem suũ [b]inter manus luporũ truculentorum. Cui ego, Recede à me, nec accesseris ad me cominus. Hoc ubi dictũ audiuit, recessit à me: ego uero dies septẽ transegi ieiunio lamentans & plorans, sicut mihi mandarat Vriel angelus. Accidit autẽ ut exactis septem diebus, perq̃ molestæ denuo essent animo meo cogitationes. Tum deintegro incessit mentẽ meam cupido ratiocinandi, iterumq́ue cœpi uerba facere corã altissimo, & dicere, Dominator domine ex omni sylua terræ, & omnibus eius arboribus unã tibi uineam elegisti: ex omni terra orbis optasti tibi foueam unã, & ex omnibus floribus eius unũ tibi liliũ desumpsisti, ex omni profundo maris replesti tibi riuũ unum, & ex omnibus ædificatis urbibus Sion tibimetipsi consecrasti: unã tibi nominasti columbam ex omnibus creatis uolucribus, & ex omnibus formatis pecoribus ouem unã tibi designasti: unũ tibi populũ comparasti ex omni populorũ multitudine, & probatã omnibus legem huic præoptatæ genti dedisti. At nunc Domine cur unũ pluribus tradidisti? constituisti super unã radicem alias, & disperdidisti unicum tuum in multos. Conculcauerunt eum qui contradicunt pollicitationibus tuis, & qui testificationibus tuis non credunt. Quod si adeo prosequebaris odio populũ tuum, tuis debebat manibus castigari. Hæc cum sermonibus agitauissem, missus ad me angelus, qui ante mihi præsto fuerat nocte præterita. Audi me, inquit, ut instruã te, & attende ut te doceam pluribus. Tum ego, Loquere, inquam, mi domine. Et ille, Supra modũ animo commoueris, inquit, propter Israelem, num charior est tibi q̃ creatori suo? Cui respondi, Non domine, sed præ dolore locutus sum. Discruciantur enim uiscera mea continuo, dum contendo comprehendere consiliũ altissimi, & partem iudicij eius inuestigare. Tum ille,

[a] Id est, magno numero, uel magnis diuitijs.

Matt. 24. a

B

[b] Id est, inter manus eorum qui truculentia lupi sunt.

C

Non poteris, inquit. Cui ego, Cur inquam, domine? Quorsum natus sum? aut cur non fuit mihi uterus matris meę sepulchrum, ne uiderem laborem Iacob, aut languorem generis Israelitici? Rursum ille, Numera, inquit, mihi quæ nondum euenerunt, aut dispersas guttas mihi collige, aut fac aridi flores mihi reuirescant: aperi mihi clausa penetralia, & produc inclusos in eis uentos: cõmonstra mihi uocis imaginẽ, & edisseram tibi quod rogas, & laboras cognoscere. Cui ego, Quis enim potest hæc scire dominator, ô Domine, nisi qui cũ hominibus non habitet? Ego uero cum sim insipiẽs, quomodo nam potero dicere de his, quæ à me petiuisti? Respondit ille mihi, Sicut non potes præstare unũ eorum quæ dicta sunt, ita non poteris iudicium meum, aut ultimam quam populo promisi benignitatem inuestigare. Rursum ego, Tibi uero ecce Domine, inquam, præsto sunt ultima:

D quid tandem fiet ijs qui antecesserunt me, aut nobis, aut posteris nostris? Et dixit ille mihi, Circulo iudicium meum libet assimilare. Vt nulla est ᶜposteriorum tarditas, ita nulla priorũ uelocitas. Tum respondi ego, ac dixi, An non poteras eos qui fuerunt, qui sunt, & qui futuri sunt unà producere, ut celerius iudicium tuum ostenderes? Et respondens mihi, Non potest, inquit, q̃d creatur præcurrere creatori, nec mundus uniuersos in eo creandos capere. Et dixi, Quo modo docuisti seruum tuum te uegetatorem in uitam produxisse simul creatum abs te opificium, ipsumq́ sustinuisse: ita posset & nunc præsentes uniuersos capere. Et ille, Interroga, inquit, uterũ mulieris his uerbis, Cur uteris tractu temporis ad pariendũ? aut roga eundem, ut edat denos uno partu. Respondi, Non utiq; poterit, sed temporis interuallis. Tum dixit mihi, Ego quoq; diuisi temporibus uterum terræ seminibus superiniectis. Vt enim infans non parit ea quæ senũ sunt, ita ego creatum à me tempus disposui. Rursum interrogaui, & dixi, Cum iam indicaris mihi uiam, pergam loqui corã te, num mater nostra quã dixisti mihi adhuc esse iuuenem, propinquat senectuti? Respondens ille mihi, Interroga, inquit, parientem, ut dicat tibi. Rogabis autem eam, Quare quos peperisti nuper, non sunt natis ante te similes, sed statura humiliores? & dicet illa tibi, Alij in uigente iuuentute nati sunt, alij sub tempus senectutis utero deficiente procreati. Ergo considera tu quoq; humiliori esse statura uos ijs qui uos antecesserunt, & rursum posteros uestros q̃ uos breuiori, utpote senescentibus rebus creatis, uigoremq́ iuuentutis prætereuntibus. Et dixi, Rogo domine, si hanc in conspectu tuo nanciscor gratiam, declara seruo tuo, per quem opificium tuum ᴰuisites.

ᶜ אחרונים

ᴰ *Vel, administres: uel, cui opificij tui committas inspectionem.*

CAP. VI.

A ET dixit ille mihi, Ab origine orbis terrarum, & antequã termini mundi constituerentur, antequã flarent concursus uentorum, antequam reboarent sonitus tonitruum, antequam corusca micarent fulgura, antequam fundamenta paradisi confirmarentur, antequã decori flores apparerent, antequam mobiles uirtutes stabilirentur, antequã innumerabilia colligerentur agmina angelorum, antequam extolleretur sublimitas aëris, antequã mensuræ cœlorũ nominarentur, antequã æstuarent camini in Sion, antequam præsentes anni inuestigarentur, antequam eorũ qui nunc peccant abalienarentur studia, consignarenturq́ qui thesaurum fidei cõparauerunt, tum hæc cogitaui, & facta sunt per me solũ, nec per aliũ, eadem per me, nec per aliũ absoluenda. Cui respondens ego, Quę, inquam, erit separatio temporũ? aut quando prioris finis, aut consequentis initiũ? Et ille, Ab Abraham, inquit, usq; ad Isaac: cum ex eo nati essent Iacob & Esau, †manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau. Finis enim huius æui Esau, & initiũ sequentis Iacob. Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud ne scisciteris Esdra. Rursum ego, O dominator, inquam, domine, siqua sum tecũ in gratia, absoluas obsecro seruo tuo declarare prædictiones tuas quarũ partem mihi significasti nocte superiori. Tum respondens ille mihi, Surge, inquit, in pedes tuos, & audi

Gen. 25. c

Digitized by Google

audi uocem sonitus plenissimam. Præbebitur autem species terræmotus, nec tamen commouebitur locus in quo constiteris. Ideo dum loquitur, ne expaueas. quoniam de fine sermo, & de fundamēto terræ intelligitur, ideoq; inter sermonē de ipsis contremiscit & commouetur, scit enim se tandem esse cōmutandum. His B auditis cū exurrexissem in pedes meos, auscultaui, & ecce uox loquebatur cuius sonus erat similis sonitui aquarum multarū, & dicebat, Ecce tempora ueniunt, & erit cum aduentabo ad inquirendū in habitatores terræ. Cum autē incipiam in eos, qui iniusti sua iniustitia pernitiosi fuerunt, quærere, & cum afflictio Sion fuerit impleta, sæculumq; designabitur quod uergat ad interitum, hæc signa edam. Libri aperientur in cōspectu cœli uniuersis inspectātibus, infantes anniculi suis loquentur uocibus, prægnantes abortiuos parient fœtus trimestres aut quadrimestres, & uiuent suscitati. Tum loca seminibus consita subito apparebunt destituta, plenaq; promptuaria repente uacua deprehendentur, & tuba clangore canet: qua audita, mox omnes expauescant. Accidet autem illo tempore, ut belligerent amici cum amicis ut inimicis, & expauescat terra cum ipsis: scaturigines fontium subsistent, & tribus horis nō manabūt. Porrò quicūq; superfuerit ex omnibus istis quæ prædixi tibi, is seruabitur, & uidebit [a] salutē meam, & finem sæculi uestri. Videbunt, inquā, qui recepti sunt homines, qui ex quo nati sunt, mortem non gustauerunt. Tum mutabitur animus inhabitantium, & ad aliam sententiam conuertetur. Delebitur enim malum, & dolus extinguetur: florebit autem fides, corruptela succumbet, & emerget ueritas quæ tanto tempore fructu caruit. Cum autē hæc mihi dicerentur, ecce paulatim respectabam ad ipsum coram quo constiterā, qui dixit mihi, Veni ut tibi tempus futuræ noctis significarem. Si ergo precatus denuo fueris, & iterum ieiuhio transegeris septem dies, alia tibi renūciabo his maiora [b] per diem quam audiui. Exaudita est enim uox tua ab altissimo, nam uidit il- C le potens recta facta tua, & pudicitiā quam à iuuentute cōseruasti, perspexit: propterea misit me ut hæc omnia tibi declararem & eloquerer. Fac præsenti sis animo, nec quicquam timeas, neq; te præcipites in uanam priorum sæculorum reputationem, ut ne magis q̄ [c] posteriora tempora festines. Post hæc fleui denuo, & ieiunio similiter septem dies peregi, ut tres hebdomadas mihi præscriptas complerem. Accidit autē octaua nocte, ut animus meus rursum perturbaretur, & sermonem instituerem coram altissimo. Inflammabar enim studio magno, & anxius erā animo: itaq; dixi, In prima creatione disertis uerbis locutus es, ô Domine, primo die, cum præciperes, †Fiat cœlum & terra: & opus consecutum est imperium tuum. Erat autem tunc spiritus, circunfusæq; tenebræ, ac silentium, necdum uocis humanæ sonus erat abs te creatus. Tunc iussisti de cellis tuis prodire lumen prælucidum quod opus tuum illustraret. Die secundo spiritum cœli creasti, & imperasti ut intercedens aquas intercluderet: ut parte sursum abeunte, pars infra subsideret. Tertia uero die aquas in septimam terræ partem confluere iussisti: sex uero partes cum siccasses, reseruasti, ut ex eis essent quæ tibi ministrarēt consitæ diuinitus & cultæ. Nam simul ac uerbum tuum prolatum fuerat, protinus opus ipsum agebatur. Siquidē exorta est subito copia immensa fructuum, & oblectamēta palati multiformia, tum flores colore perenni, & odoramēta miris modis fragrātia. Et hæc quidem die tertia facta sunt. Porrò die quarta illustre lumen solis & lunę, D stellarumq; seriem imperio tuo creauisti, simulac pręcepisti eis, †ut opificio tuo futuro homini deseruirent. †Quinto deinde die iussisti partem septimam in quam aqua confluxerat, animalia uolucres scilicet et pisces procreare: quod ita factū est. Siquidem aqua muta et inanima nutu diuino iussa gignebat animantia, ut populi inde miracula tua haberent prædicanda. Tum quoq; animātia duo parasti, quorum uni nomen imposuisti Enoch, alterum uocasti Leuiathan, & alterum ab alte

Gen. 1. a

Deut. 4. c

Gene. 1. c

[a] *Vel, opus salutare.*

[b] *Vel, quæ per diē audiuero.*

[c] אחריהם *uel, ut ne festinādo à posterioribus temporibus recedas. i. à consideratiōe eorū: uel, festines. i. anxius sis.*

ro separauisti: non enim poterat pars septima quo aqua se collegerat, ea capere.
Vnam partem assignasti Enoch, quæ tertio die siccata est, ut habitet in ea: milleq; montes eam intercurrunt. Leuiathan autem tribuisti septimā partem humidam, quam belluam parasti, ut esset quæ deuoraret quos uelles, & quando uelles. Sexto demum die imperasti terræ, ut iumenta coram te, bestias & serpentes procrearet: atq; insuper Adam, quem constituisti dominū omnibus operibus abs te creatis. Ab eo ducimus omnes originem, atq; adeo populus quem elegisti. Hæc omnia commemoraui coram te Domine, quia propter nos creauisti mundum: reliquas autem gentes prognatas ab Adam declarauisti abs te nihilipendi, atq; adeo saliuæ cōparari. Quippe stillæ de uase fluxæ opes earum putauisti conferendas. Nunc tamen, ecce domine, gentes istæ pro nihilo putatæ cœperunt dominio grauare nos & deuorare: nos autem populus tuus, quem primogenitum, & unigenitum tui studiosum uocasti, traditi sumus in manus eorum. Atqui si propter nos creatus est mundus, cur non habemus in eo possessionem, aut quandiu talia feremus?

CAP. VII.

A His cum ego dictis finē imposuissem, euenit ut angelus, qui prioribus ad me noctibus demissus fuerat, ad me mitteretur, qui me sic est allocutus. Surge Esdra, & ausculta sermones quos ueni tibi relaturus. Tum ego, Loquere, inquā, mi Deus. Et ille, Mare, inquit, positum est in spatioso loco, ut altum esset & immensum: constituatur autem eius in angusto loco introitus, qui fluminibus sit similis, quis quæso in mare collustrandi illius, aut in potestatē suam redigendi causa affectans iter, nisi transierit angustias, in apertū æquor inuehi poterit? Atq; iterum, Vrbs est ædificata, & sita in loco campestri, eademq; omni bonorum copia instructa: introitus eius angustus, inq; præcipiti positus, arctante eū igni à dextera, aquarūq; altitudine à sinistra, & unica inter ea semite intercedente, nempe inter ignem & aquam, spatio tantū uestigij unius hominis capace. Hæc urbs si cui obtingat hæreditate, si ille nunquam obiectum penetrauerit periculū, quomodo hæreditatem suam adipiscetur? Tum ego, Ita est, inquam, domine. At ille mihi, Sic se habet, inquit, & sors Israelitarum. Propter eos enim creaui mundum: cum autem Adam præscripta mea transgressus est, tum accidit factum huiusmodi, & adducti sunt introitus huius mundi in angustū, ut essent pleni doloris et laboris, pauciq; ac deterrimi, tum periculosi, & uehementer ærumnosi. Nam spatiosi & tuti erant æui superioris introitus, fœcūdiq; fructu immortalitatis. Nisi ergo qui uiuunt per angusta hæc & caduca contenderint ingredi, nō poterūt adipisci quę sunt recondita. Quæso igitur quare teipsum crucias, cū sis caducus: aut quid commoueris cum sis mortalis? Quare non pertractas animo tuo quæ futura sunt, potius q̃ præsentia? Respondi, & dixi, Dominator Domine, † cum lege tua constitueris ut iusti possiderent hæc, impij uero perirent: iusti ne angusta perferent ampla sperantes? Etenim & qui se gesserunt impie, angusta perpessi sunt, ampla tamen illa non uidebūt. Et dixit mihi, Nullus est iudex Deo iustior, nec quisquam sapientior altissimo. Pereunt enim in præsenti uita multi, propter neglectū præscriptæ legis diuinæ. Nam etiam atq; etiam præmonuit Deus uenientes, quoties uenerunt, quibus factis uitam adipiscerentur, & quid obseruando suppliciū euitarent. At illi non acquieuerunt, sed contradixerunt ei, confinxerunt sibi cōmenta uanissima, & institutis flagitiosis seipsos circumuenerunt. Negarūt numen altissimi, nec uias eius animaduerterunt, spreuerunt legem eius, & recusarunt testificationes, iura eius uiolarūt perfide, nec opera eius executi sunt. Quapropter Esdra inania inanibus, & plena plenis. Ecce tempus ueniet, & erit cū edentur signa quæ tibi prædixi, & apparebit sponsa, emergensq; existet quæ nunc sepulta latet sub terra: & quisquis è prædictis malis euaserit, ipse miracula mea uidebit. Apparebit

Deut. 8.a

B

Digitized by Google

rebit enim filius meus Iesus cum comitibus suis, & gaudia celebrabũt qui reliqui fuerint, intra annos quadringentos. Porrò post annos hos morietur filius meus Christus, & omnes spiritum trahentes homines: & mundus conuertetur in antiquum silentium diebus septem, sicut & [a] iudicijs prioribus, donec nemo superfit. Eueniet autem post dies septem, ut excitetur adhuc sopitum sæculũ, & corruptum intereat. Tum terra reddet quæ in ea dormiunt, & puluis quæ latent in eo silentia, & promptuaria depositas apud se animas restituent. Apparebit pro tribunali sedens altissimus, miseriæ præteribunt, & [b] finis imponetur patiẽtiæ: iustitia uero sola remanebit, ueritas stabit, fides confirmabitur, opus subsequetur, merces cõparebit, recte facta uigebunt, scelera[que] dominari desinent. Tum dixi, Primus † Abraham orauit pro Sodomitis, deinde † Moyses pro patribus qui peccauerunt in deserto, & posteri eius pro Israelitis, temporibus Achaz & Samuelis, † Dauid pro clade, † Salomon pro ijs qui uenirent in sacrũ, *Elias pro ijs qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo ut reuiuisceret: & † Ezechias pro populo temporibus Sennacherib, atq[ue] adeo multi pro multis: quod si qui nunc postquam inualuerunt uitia, & iniustitia abundat, iusti orauerint pro impijs, cur nõ idem effectus nunc quoq[ue] consequatur? At ille mihi respondẽs, Præsens, inquit, uita non est extremum: honor in ea frequenter retinetur, propterea pro infirmis est precatio. [c] Sed dies iudicij finis erit huius æui, & initiũ futuræ immortalitatis, quo tempore iam cessarit omnis corruptela, intemperantia exoleuerit, diffidentia fuerit amputata, adoleuerit autem iustitia, & ueritas exorta fuerit. Tunc enim nemo poterit seruare perditum, nec uictorem opprimere. Respondi ac dixi, Hoc est sermonis mei initiũ & finis, præstare non datam esse terram Adamo, aut cum data esset, eum coercuisse, ne peccaret. Quorsum enim attinet homines præsentem uitam agere in tristitia, & mortuos supplicium metuere? Ah tu quid egisti Adam? † Quod enim tu peccasti, non in tuum unius casum redundauit, sed in nostrum quoq[ue], qui ex te orti sumus. Quid enim prodest nobis promissam esse uitam immortalem, si nos facinora mortifera patrauimus? Quid propositam nobis esse spem perennitatis, si nos perniciosa uanitate sumus obligati? Quid designatas esse nobis incolumes & tutas habitationes, si nos flagitiose uiximus? Quid repositam esse gloriam altissimi ad conseruandũ eos qui [d] cum patientia uitam egerunt, si nos pessimis itineribus incessimus? Quid patefaciendum esse perennem incorrupto fructu paradisum, in quo est incolumitas et salubritas, si nos nõ ingrediemur? In ingratis enim locis uersati sumus. Quid stellis splendidiores futuras esse facies eorũ qui usi sunt abstinentia, si nostri uultus erunt tenebris atriores? Non enim cogitauimus in uita, dum iniuste agebamus, post mortem subeundas esse pœnas. Respondit ille, & dixit, Hæc est ratio certaminis, quo decertabit homo natus in terra, ut si uictus fuerit, patiatur quod dixisti: sin uicerit, quod dico recipiat, quoniã hæc est uita de qua Moyses, cum uiueret, locutus est apud populũ, dicens, † Elige tibi uitam, ut uiuas. At illi non crediderunt ei, ac ne secutis quidẽ eum prophetis: adeoq[ue] nec mihi qui testatus sum eis, non tam in perniciem ipsorum spectare tristem casum, [quam] manere læta eos, quibus persuasa salus est. Respondi, & dixi, Scio Domine, misericordem esse uocatum altissimum ex ea re, [quod] misereatur eorum qui sæculum illud nondũ attigerunt, [quod]q[ue] ijs qui uersantur in lege ipsius tribuat misericordiã. † Lenis quoq[ue] est, quoniam lenitate utitur erga eos qui peccauerunt, ut erga opificia sua: munificus est, quoniam erogare cupit quantũ opus est: clementia multus, quoniam multiplici clementia superat tam eos qui nunc sunt [quam] qui fuerũt, aut sunt futuri. Nisi enim clementia sua largus esset, non uiuisceret mundus cum ijs qui cõsequuntur in eo possessionem. [e] Ignoscens est, nam nisi bonitate sua tribueret unde leuamentum scelerum præstaretur ijs qui inique egerunt, non posset decies millesima pars

Margin notes (left): Gen. 9. d; Exod. 32. c; 1. Reg. 24.; 1. Par. 6. c; *3. Re. 17.; 1.; ac. 5. d; †4. Re. 18. 19.; Roma. 5. b; Deut. 30. d; Roma. 2. a

Margin notes (right): [a] Vel, fatis, ut scilicet siluit antequam conderetur, uel temporibus Noe. [b] ראסח; C; [c] ביר; [d] ...; D; [e] ...

hominũ uitam retinere: & iudex ipse nisi uerbo suo curatis ignosceret, & copiam aboleret criminum, fortassis ex innumerabili multitudine uix perpauci seruarentur.

CAP. VIII.

A Tum respondens ille mihi, Hoc æuũ, inquit, propter multos condidit altissimus, futurũ autem propter paucos. Edisseram autem tibi similitudinem Esdra. Enimuero sicut sciscitanti terra dicat tibi, se gignere per q̃ copiosam quidem humum fingendis fictilibus, paucũ autem puluerẽ unde fiat aurum: ita se habet præsentis æui negotiũ, †ut cum multi creati sint, pauci tamen seruentur. Respondens ego, Ergo anime, inquam, hauri cognitionẽ, & uora sapientiã, pactus enim es obedire, & uis agere prophetam. Neq; enim tibi datum est amplius q̃ uitæ tantum spatium. Ah Domine, nisi concedas seruo tuo, ut exoremus te, ut præstes semen cordi nostro, sensuiq; cultum, unde fructus oriatur, quo uiuat omnis corruptus: quis se opponat pro homine? Solus enim es, & unum opificium manuum tuarum nos sumus sicut ipse locutus es. Etenim cum iam in utero formatum est corpus, eiq; membra præstitisti, opificiũ tuum igni & aqua conseruatur, & opus formatum abs te nouem mensibus patitur tuum in se creatũ opificium: ipsum autem quod continet & quod continetur, utraq; seruari solent, seruatusq; tandem uterus iterum reddit quæ in ipso adoleuerunt. Constituisti enim ex ipsis membris, nempe mammillis lac fœtui mammillis destinato præbendũ, ut nutriatur id quod creatũ est aliquandiu, donec eum tuæ benignitati destines: enutris eum iustitia tua, lege tua erudis, iudicioq; tuo corripis. Interimis eum, ut rem abs te creatam: & uitam das eidem, ut opificio tuo. Si ergo perdis eum qui tantis conformatus est laboribus: tuo iussu constitui facile est, ut & id quod factum est seruetur. Matt. 20. 22. b

B Nunc itaq; loquar Domine, De uniuersitate hominũ tu potius uideris, de populo uero tuo, ob quem doleo: de possessione tua, ob quã lugeo: de Israele, propter quem contristor: de Iacob, propter quẽ mœreo: de eis preces coram te instituam, tam pro me quàm pro ipsis, quoniã uideo lapsus nostros, qui terrã inhabitamus. Sed celeritatem audiui futuri iudicis. Ideo uocem meam ausculta, & sermonem meum accipe, quem loquar coram te.

Initium dictorum Esdræ antequam assumeretur.

†Qui degis æuum, inquã, Domine, qui sublimis supera intueris, & aëria, cuius inæstimabile solium, & maiestas est incomprehensibilis, cui tremebundum astat agmen angelorum, quorum in uento & igni uersatur custodia: cuius uerbum uerum, & dicta sunt constantia: cuius imperium uehemens, & terribilis administratio: cuius aspectus exiccat profunda, montesq; labefactat indignatio, ut res ipsa testificatur: exaudi orationem serui tui, opificijq; tui precationem auribus accipe. Dum enim uiuo, loquar: [a]uócemq; mittã, dum sentio. Ne spectes delicta populi tui, potius quàm tibi fideliter seruientes: nec attendas impia hominũ studia, potius quàm eos qui testificationes tuas per ærumnas seruauerunt. Ne complectaris cogitatione eos qui in conspectu tuo mala fide uersati sunt, potius q̃ memineris eorum qui uoluntatem tuam sunt reueriti: nec uelis perditos eos qui se gesserunt more pecudum, potius q̃ respicias eos qui legẽ tuam præclare docuerunt. Ne indigneris eis qui bestijs peiores uisi sunt, potius q̃ diligas eos qui semper freti sunt tua iustitia maiestateq;. Rom. 12. a

[a] אעַנֶה

C Quoniã nos cũ patribus nostris talibus morbis laboramus: tu autẽ propter nos scelerosos soles uocari misericors. Si enim affi ciaris ut nobis præstes misericordiam, ita demũ misericors diceris, nobis utiq; iusta facta non habentibus. Iusti enim quibus sunt opera copiose parta, propriorũ operũ mercedẽ recipiant. Quid tandẽ est homo, quod ei succenses? aut genus mortale, quod te tam amarũ reddit? †Reuera enim nemo natus est, qui non impie se gesserit: nec te [b] professus, qui nil deliquerit. Enimuero hoc ipso prædicabitur iustitia, 3. Reg. 8 2. Par. 6.

[b] Vel, laudes aut gratias agens.

Digitized by Google

iustitia, bonitasque tua Domine, cum ignoueris eis qui recte factorum carent substantia. Et respondens ille mihi, Sunt, inquit, quæ recte locutus es, & secundũ sermones tuos res habebit: quoniamquidem non animaduertam in facta scelerosorum ante mortem, ante iudicium, ante interitum, †sed studijs iustorum oblectabo me, & memor ero peregrinationis quoque, conseruationis, & perfruendæ mercedis. Quo ergo modo locutus sum, ita se res habet. Sicut enim agricola multa semina terræ mandat, plantasque disponit copiose, nec tamen ad tempus suum euadunt omnia quæ seminata sunt, neque adeo quæ plantata sunt solent omnia radices agere: †ita etiam non omnes in mundum editi seruabũtur. Tum respondens ego, Si gratum est, inquam, tibi loquar. Quandoquidẽ sementis agricolæ nisi suc creuerit, aut pluuiam tuam acceperit in tempore, aut si imbrium copia corruptum fuerit, itidem perit ut homo quoque qui manibus tuis formatus est, cuius tu dictus es archetypus, quod ad imaginem tui sit creatus, propter quem creasti omnia, & sementi agricolæ comparasti: ne irascaris nobis, sed parce populo tuo, possessionisque tuæ miserere: tu enim is es qui opificij tui miserearis. Et respondit ille mihi, D ac dixit, Quæ sunt præsentia præsentibus, & quæ futura futuris. Multũ enim abes, ut me amore erga opificium meum superes: cæterum ad te frequenter & ipsum propius accesserim, ad iniustos autem nunquam. Enimuero eo mirabilis es altissimo, quoniam ut te decet summisisti te: nec eum te iudicasti, qui inter iustos magnopere gloriareris. Etenim miseriæ multæ calamitatesque manent eos qui uitam incoluerint temporibus [c] posterioribus, quod se perquàm superbe gesserint. Tu autem disce pro te, tuique similium gloriam sciscitare. Vobis enim patet paradisus, uitalis arbor est plantata, præparatum est futurum æuum, præparata abundantia, ædificata urbs, requies explorata, perfecta bonitas, & absoluta sapientia. Radix mali *resignata recessit à uobis, à uobis infirmitas & tinea disperijt, corruptio proripuit se ad inferos in obliuionem, dolores abierunt, tandemque comparuit thesaurus immortalitatis. Ne pergas igitur sciscitari de multitudine pereuntium. Nam ipsi quoque libertatem adepti spreuerunt altissimum, contempserunt legem eius, & uias eius dereliquerunt. Præterea autẽ iustis eius proculcatis, †corde suo Deum esse negarunt, & quidem scientes se morituros. Vt enim uos excipient quæ prædicta sunt, sic eos sitis & cruciatus quæ sunt præparata. Non enim uoluit Deus perire hominem, sed ipsi postquam creati sunt, profanarunt nomen creatoris sui, & in eum qui uitam ipsis parauerat, ingrati fuerunt. Quapropter iudicata mea iam propinquant, quæ non quibusuis exposui, sed tibi, paucisque tui similibus. Tum respondens ego, Ecce nunc, inquam, Domine, multa declarasti mihi [D] miracula, quæ pares designare sæculis [e] posterioribus: quo uero sæculo, mihi non exposuisti.

[c] אחרונים nouissimis, uel posterioribus.

* Quasi notatione perempta.

[D] Vel, prædictiões.

[e] אחרונים

CAP. IX.

At ille mihi respondens, ait, Dimetiendo confer tempus cum semetipso: & A porrò cum uideris aliquam prædictorum [a] signorum præterijsse partem, intelliges ipsum esse tempus, quo parat altissimus in mundum à se cõditum inquirere. †Cum igitur percipietur in orbe terræmotus, & tumultuatio populorũ, tunc intelliges de his pronunciasse altissimum, iam inde à temporibus quæ ante te fuerunt ab initio. Sicut enim quicquid creatum est in mundo, habet initium pariter & consummationem, & consummatio manifesta est: sic & tempora altissimi exordia habent euidentia prodigijs & efficacia, & desinunt cum effectibus & miraculis. Porrò quicunque euaserit saluus, & per opera sua †fidemque qua credidistis, poterit effugere, is prædicta pericula superabit, & salutẽ meam uidebit in terra mea, finibusque meis, quoniam me sanctum à mundo recepi. Tum miserabũtur se, qui nunc uijs meis abusi sunt: & in tormentis agent, qui eas contemptim repudiarũt. Qui enim uiui beneficia consecuti non agnouerunt me, quique legem meam fasti-

[a] Vel, miraculorum uel prædictionum.

dierunt, cum adhuc præsenti libertate fruerentur, & qui patentem etiamdum sibi
pœnitentiæ locum noluerunt intelligere, sed spreuerunt: eos oportet post obitum
in cruciatu erudiri. Tu uero ne sciscitaris curiose quomodo cruciandi sint impij,
sed quomodo iusti seruandi sint inquire, & quorum sit mũdus, aut propter quos 4. Esd. 8
B mundus, & quando. Et respondi, ac dixi, †Dudum locutus sum quod & nunc di Matt. 20
co, & porrò dicturus sum, plures esse qui pereant, quàm qui seruandi sint, quan-
to maior est fluctus quàm gutta. Tum respondens ille mihi, Qualis ager est, in-
quit, talia fuerunt & semina: quales flores, tales & colores: qualis opifex, tale &
opificium: & qualis agricola, talis fuit & cultura, quoniam mundi tempus erat.
Sanè cum ijs qui nunc uiuunt nondum creatum mundum quem incolerent, pa-
rarem: nemo mihi contradicebat, (tunc enim quisq; [parebat,]) at nũc creatorum
in hoc condito mundo mores semente perpetua, & lege inexplicabili corrupti
sunt. Exploraui autem mundum, & ecce periculosus erat, propter studia quæ in
eo exorta sunt: quod cum uidissem, peperci ei sedulo, acinumq; de botro seruaui
mihi, plantãq; de gente numerosa. Pereat ergo frustra nata multitudo, seruetúrq;
acinus & planta mea, quam multo labore excolui. Tu autem si porrò intermise-
ris septem dies alios, (non tamen agitabis ieiunium, uerum in floridum campũ,
ubi nulla domus ædificata sit, profectus, de floribus campi tantum comedes: non
gustabis carnem, nec bibes uinum, sed flores tantum, & precaberis altissimũ sine
C intermissione,) tum ueniam, & loquar tecum. Ergo profectus sum, ut me iusse-
rat, in campum nomine Ardath, & in floribus ibi sedens herbas agri esitaui, & at-
tulit mihi cibus earum saturitatem. Exactis autem diebus septẽ, cum recumbenti
in herba mihi cœpisset animus ut antea perturbari, os meum adaperui, cœpiq; lo
qui coram altissimo, & dicere, †Ostẽsurus te nobis, ô Domine, maioribus nostris Exod. 19.
ex Aegypto migrãtibus oblatus es in deserto inuio ac infructuoso: & etiam atq; 24 a Deut. 4 b
etiã præcepisti ipsis, dicẽs, Tu Israel audi me, semenq; Iacob attende sermonibus
meis. Ecce enim legẽ meam semino in uobis, ut fructum in uobis afferat, & glo-
riam sempiternam ex eo consequamini. Nam patres uestri legem quam accepe-
rant, non seruauerunt, nec custodierunt iura mea, nec fructus legis cõparuit, nec
potuit, quoniam tuus erat. †Nam qui acceperunt, non custodito semine quod si- Exod. 32
bi mandatum erat, perierunt. Verum ecce fieri solet, ut cum acceperit terra semen,
uel mare nauem, uel uas aliquod cibum aut potum: eo in quo seminatum est, aut
cui quid immissum est, pereunte, simul id quod seminatũ est aut immissum, siue
D quæ suscepta sunt, intereant, nec iam comprehensa penes nos permaneant. Sed
in nobis hoc non accidit. Siquidẽ nos qui legem accepimus, peccando perijmus Esa. 48.
simul & cor nostrum quod eam acceperat: † uerum lex ipsa non interijt, sed reti- 2. Tim. 2
nuit uim suam. Hæc cum in corde meo disputans oculos meos cõuertissem, †mu 4 Esd. 10
lierem in dextera parte conspicatus sum, quæ ecce lugebat, magnaq; uoce lamen
tabunda conscissis uestimentis suis, capiteq; puluere consperso, animo supra mo-
dum angebatur. Tum dimissis quibus intentus eram cogitationibus, conuersus
ad eam, Quid fles, inquã, aut quid animo cruciaris? At illa mihi respondens, Sine
me, inquit, mi Domine, deflere meipsam, dolorīq; indulgere, quoniam perquàm
amaro sum animo, & supra modum afflicto. Rursum ego, Quid, inquam, acci-
dit tibi? dic mihi. Respondit illa mihi, Sterilis ego fui ancilla tua, nec peperi, usa
marito annis triginta. Cumq; per singulas horas & dies singulos annis illis tri-
ginta noctes & dies precatus essem altissimum, euenit exactis annis triginta, ut
exaudiret me Deus ancillam tuam, & afflictionem meam respiceret, & attenderet
ærumnam, ac daret mihi filium. Tum gaudium super eo magnum celebraui
unà cum uiro meo, ciuibusq; meis omnibus, & honorem magnum tribuimus
omnipotenti. Enutriui autem eum multo cum labore; & cum adultus uxorem
ducendi

Digitized by Google

ducendi tempus attigisset, diem epularem celebraui. CAP. X.

A Ccidit autem ut cum filius meus introijsset in thalamũ, prolapsus moreretur: cũq; omnes ciues mei euersis lucernis surrexissent ad consolandũ me, acquieui usq; ad noctem diei consequentis: & postquam omnes, cõsolandi me finem fecerũt, quieti me tradidi. Noctu uero surrexi, & aufugi, & in hunc campũ, ut uides, perueni: adeoq; cogito iam non reuerti in ciuitatẽ, sed hic permanere, & nec edens nec bibens lugere sine intermissione, ieiunio me macerando usq; dum moriar. Tum missos feci sermones quos instituerant, & respondens ei iracunde, Omnium, inquam, mulierum stultissima, an nõ uides luctum nostrum, aut quæ nos patiamur? Nam Sion mater nostra summa tristitia conficitur, & afflictione deiecta luget acerbissime. Ergo ne nũc cum lugeamus omnes, mœstiq; simus, ut qui experiamur tristia, tu etiam super uno filio mœreas? Nam interroga terram, & dicet tibi, se esse illam quæ debeat lugere casum tam multorũ in ipsa nascentiũ. Etenim ab initio omnes ex ipsa nati sunt, nascenturq; alij: & ecce penè omnes in perditionem abeunt, & profligatissima est multitudo eorum. Vtram igitur par est lugere magis, hanccine quæ tantã amisit multitudinem, an te uicem unius dolentem? Quod si mihi dicis, Atqui non est planctus terræ meo similis, quoniam ego amisi fœtum uteri mei, quem peperi cum ærumnis, & cum doloribus genui: terra autẽ pro more terræ, abijtq; in ea multitudo præsens, ut assolet: uicissim ego tibi dico, Sicut tu cum labore peperisti, ita terram ferre fructum homini, qui eam

Gen.11.f 12.a iam inde ab initio [a] exercuit. †Nunc ergo comprime apud temetipsam dolorem tuum, & qui tibi casus obuenere fortiter perferas. Si enim iustum iudicaris propositum Dei, cõsiliumq; ipsius suo tempore admiseris, laudem ex ea re inuenias, quapropter in urbem ad uirum tuum ingredere. At illa, Non faciã, inquit, neq; ingrediar urbem, sed hic moriar. Tum sermonem rursum institui cum ea, & dixi, Ne prosequaris dictum hoc, sed acquiesce suadenti. Quot enim sunt casus Sion? uel præ mœrore Hierosolymæ te consolare. Nam, ut uides, [b] sanctitas nostra ad solitudinem est redacta, altare nostrum euersum est, & templum nostrum destructum: psalterium nostrum elanguit, & hymnus conticuit: iacet exultatio nostra, & lumen lucernæ nostræ extinctum est: arca fœderis nostri direpta est, sacraq; nostra contaminata: penè profanatum est numen in nos inuocari solitum, & liberi nostri contumeliam passi sunt: cremati sunt sacerdotes nostri, Leuitæq; nostri abducti in captiuitatem: uirgines nostræ contaminatæ sunt, & uim passæ mulieres nostræ. Abrepti sunt iusti nostri, & paruuli nostri disperditi: iuuenes nostri seruiunt, & fracti sunt fortes nostri: & quod omnium est maximum, insigne decus Sion resignatam suam amisit gloriam, nam peruenit in manus eorum qui nos oderunt. Tu ergo excute multam tuam tristitiam, & depone copiam dolorum, ut tibi reconcilietur qui potens est, & requiem tibi præbeat altissimus, laborumq; laxamentum. Hæc me cum ea loquente, accidit ut subito refulgeret facies eius & figura, aspectusq; coruscaret adeo, ut uehemẽter eam expauescerem. Dumq; quidnam id esset cogitarem, ecce repente uocem emisit perq̃ sonoram & terribilem, adeo ut terra concuteretur præ sonitu mulieris: & spectante me, ecce iam ultra mulier non comparebat, sed urbs ædificabatur, lateq; locus patescebat fundamentis. Extimui, & magna uoce clamans, Vbi est Vriel, inquam, angelus, qui præsto

Esd.4.a mihi fuit † à principio? quoniam ipse me adduxit in summam hanc mentis extremitatem, peruenitq; finis meus ad corruptionem, & oratio mea ad opprobrium. Hæc adhuc loquente me, ecce uenit ad me ille: cumq; uidisset me coram iacentem ut mortuum, & alienatum animo, apprehensa dextera mea, confirmatũ me in pedes statuit, & sic est allocutus, Quid tibi est? aut quare mens tua, animiue tui sensus perturbatus est? aut quamobrem commoueris? At ego, Quoniam, inquam, me-

Margin notes: A; B; C.

[a] ἐργάζεσθαι, facere & colere, ut & עבד

[b] Vel, sanctuarium.

Digitized by Google

dereliquisti, † postquam ego sanè iussa tua executus sum, & exiui in campum, ubi uidi ecce, & uideo quod non possum enarrare. Tum ille, Cōsiste uiriliter, inquit, & te commonebo. Loquere tu mecum, inquam, mi Domine, neq; me deseras, ut ne temere moriar, quoniam uidi quæ nesciebam, & ignota audio. Aut num sensus meus fallitur, sublimisue meus errat animus? Nunc ergo oro te, ut seruo tuo declares hoc miraculum. Respondens ille mihi, Ausculta me, inquit, ut doceam te, & disseram tibi de ijs quæ metuis, quoniam altissimus tibi reuelanda putauit multa mysteria. Vidit rectum institutum tuum, qui pro populo tuo mœreas sine intermissione, & propter Sion uehemēter lugeas. Hęc igitur est interpretatio uisi, quod tibi dudum oblatum est. Quam uidisti lugentem cōsolari instituisti: at nunc iam speciem mulieris non uides, uerum urbs ædificari tibi uisa est: & quoniā narrabat tibi de casu filij sui, hæc est explicatio. Hæc mulier quam uidisti, Sion est: &
D quod dixit tibi ea quam & nunc cernas ut urbem ædificatam, quod inquam dixit tibi, se annos triginta fuisse sterilem, eo pertinet, quod utiq; fuerint anni triginta, quibus non fuit adhuc factitatum in ea sacrificium. Porrò exactis annis triginta cum Salomon ædificasset urbem, sacrificiaq; faceret, tum fuit tempus quo peperit sterilis filium. Quod autem tibi dixit, se illum educasse cum labore, habitatio fuit Hierosolymis. Rursumq; quod tibi retulit filium suum ingressum thalamū suum fortuito casu concidisse mortuum, ea est quæ contigit ruina Hierosolymæ. En tibi quod uidisti simulachrum eius, quam quia filium lugebat, consolari instituisti, & ea quæ contigerunt, quæ tibi fuerunt aperienda. Iam uero uidens altissimus te contristatū esse ex animo, totoq; corde dolere uicem eius, ostēdit tibi splendorem gloriæ eius, decorisq; pulchritudinem: propterea enim iussi te manere in campo ubi domus non esset ædificata. Sciebam enim quod altissimus hæc tibi pararet ostendere, propterea iussi te uenire in agrum fundamento ædificij uacuum. Neq; enim poterat opus humanę structuræ sustineri loco, ubi foret urbs altissimi demonstranda. Tu ergò ne sis timidus, neq; animo tuo expauescas, sed ingressus contemplare splendorem, amplitudinemq; ædificij, quantum potes oculorū tuorum obtutu perlustrare, & postea audies quantum uales aurium tuarum auditu percipere. Tu enim beatus es præ multis, & inter paucos nominatus apud altissimum. Cæterum nocte crastina manebis hic, & repræsentabit tibi altissimus uisa sublimia rerum earum, quas idem editurus est in habitatores terræ temporibus [c] posterioribus.

[c] אחרונים uel, nouissimis.

CAP. XI.

A Vmq; somno me tradidissem nocte illa, & crastina, ut me iusserat, uidi somnium, & ecce ascendebat aquila de mari, cui duodecim erant alæ pennatæ, & tria capita. Et spectante me, ecce expandebat alas suas in omnem terram omnibus uentis cœli flantibus in eam, & collectis. Et uidi de pennis eius nascētes alias in contrarium pennas, quæ euadebant in pinnulas minutas & exiguas. Cæterū capita eius quiescebant, & medium inter ea caput maius erat alijs capitibus, & ipsum tamen cum illis quietem capiens. Porrò inspiciente me, ecce aquila subuolauit pennis suis, & regnauit in terra & in eius habitatoribus: uidiq; subiecta ei quæ sub cœlo sunt omnia, nec quenquam illi contradicere, ne unum quidem eorum qui in terra procreati sunt. Deinde intuente me, ecce cum aquila [a] constitisset in ungues suos, uocē misit pennis suis, dicens, Ne simul omnes uigiletis, sed suo quæq; loco dormiatis, et uigiletis per successiones: capita uero reseruentur ad extremum. Cum autem contemplarer, ecce uox non edebatur è capitibus eius, sed de medio corporis. Tum numeraui pennas eius aduersas, cumq; animaduertissem eas esse octo, spectante me, ecce à dextera parte surrexit una penna, & regnū occupauit per omnem terram. Porrò cum regnaret, aduenit finis eius, ac ne locus quidem eius comparuit. Tum altera exurrexit, & regnauit, longoq; tempore rerū potita

[a] יקם

Digitized by Google

posita est. Accidit aūt ut dum regnaret, ueniret finis eius, & euanesceret ut prior. B
Et ecce uox ad illā missa est, dicens, Audi tu quæ terrā tanto tempore tenuisti. Hæc annuncio tibi antequā pares è medio facessere. Nemo post te tempus tuum obtinebit, ac ne dimidiū quidem eius. Et exorta est tertia, quæ principatū obtinuit sicut & priores, & ipsa quoq; euanuit. Idem contigit & omnibus alijs singulatim, ut principatum gererent, rursumq; interirent. Deinde spectante me, ecce per interualla temporis sequentes pennæ surrigebantur à dextera parte, ut occuparēt & ipsæ principatū: uerum ex eis quædā obtinebant, statim tamen euanescentes, quædā autem ex eis erigebantur quidem, sed imperio non potiebantur. Post hęc cum contēplarer, ecce non comparebant duodecim pennæ, nec duæ pinnulæ: nec quicquā superérat in corpore aquilæ, præter duo capita quiescentia, & sex pinnulas. Et intuente me, ecce de sex pinnulis duę recesserunt, & se collocauerunt sub capite quod erat ad partem dexterā, nam quatuor manserūt in loco suo.
Porrò inspiciente me, ecce pennæ subalares cogitabāt erigere se, & occupare principatum: atq; adeo uidi protinus erectā unam, sed statim desijt apparere. Quæ autem subsecutæ sunt, citius quàm priores extare desierunt. Spectabā autem, & ecce duæ quæ supererant, apud semetipsas cogitabant & ipsę regnare: & quum in ea cogitatione essent, ecce unum quiescentiū capitum quod erat mediū, expergefactum est. Id enim erat maius duobus capitibus. Et uidi coniuncta esse cum illo duo capita, & ecce conuersum est caput illud cum ijs quę cum eo coniuncta erant, & comedit duas subalares regnare cogitantes. Hoc etiā caput perterruit omnem terrā, & in ea dominabatur habitatoribus eius cum multa uexatione, & imperiū tenebat orbis terrarum amplius, quàm omnes alę quæ antecesserant.
Post hæc dum intuebar, ecce mediū caput interijt subito & ipsum sicut alæ. Supererant autem duo capita, quę & ipsa similiter imperio terrā & incolas eius tenuerunt. Deinde contēplante me, ecce caput dexterū deuorauit alterū quod erat ad læuam. Tum audiui uocem mihi dicentē, Prospice in aduersum, & quod uides considera. Itaq; prospexi, & ecce imago leonis è sylua concitati rugiebat: hunc uidi mittentē uocem humanā ad aquilam, & loquentē his uerbis, Audi tu, D
nam tecū loquar uerbis altissimi. Nónne tu es illud reliquū de quatuor animalibus (quæ designaui ad regnandū in orbe meo, ut suaipsorū tempora exigerent,) quod quarto loco exortū deuicit omnia animalia quæ transierunt, & imperio perquàm horrendo mundum tenuit, omnemq; orbē cum uexatione grauissima, quodq; tanto tempore orbem terrarū fraudulenter inhabitauit? Nam iudicem te præbuisti terrę nequaquā integrum. Vexauisti enim mites, quietos male tractauisti, dilexisti mendaces, habitationes frugi hominū deuastasti, & deiecisti muros eorū qui tibi non nocuerunt. Contumelia tua ascendit usq; ad altissimū, & superbia tua ad potentē. Despexit altissimus in tempora superba, & ecce finita sunt, & scelera eorū consummata. Propterea euanescas tu aquila unà cum alis tuis horribilibus, cum pennis deterrimis, cum capitibus malitiosis, cum unguibus sceleratissimis, adeoq; cum totius corporis tui uanitate, ut refocilletur omnis terra, & à tua uiolentia liberata se recipiat, ac in iustitia clementiaq; conditoris sui spem collocet.

CAP. XII.

A Ccidit autē leone his uerbis cum aquila loquente, cum ego contemplarer, A
ut repēte caput quod superauerat, euanesceret unà cū quatuor alis illis quæ transierant ad ipsum, & ad regnandū exurrexerant, quarum regnum erat exile ac tumultuosum. Cum, inquā, spectarem, ecce abibant è conspectu, omneq; corpus aquilæ conflagrabat, terra uehementer expauescente. Tum ego à perturbatione, & mente attonita, magnoq; timore expergefactus animū meum incusabam. Ecce tu mihi huius rei author es, eo q; scrutaris uias altissimi. Ecce lasso fum

Digitized by Google

etiamdum animo, & spiritu uehementer imbecilli, ut ne paululū quidem in me
supersit uirtutis præ magno terrore, quo hac nocte perculsus sum. Nunc ergo
orabo altissimū, ut me ad finem usq; reddat confirmatū. Ergo dixi, Si quam in
conspectu tuo gratiā nactus sum dominator Domine, si me apud te iustiorē mul
tis iudicas, aut si certè sub aspectū tuum preces meæ ualent ascendere, fac me cor
robores, mihiq; seruo tuo uisum hoc horrendū distincta interpretatione decla-
[a] אחרונים uel, nouissima. res, ut plenissime consoleris animū meum: quandoquidē dignum me, cui [a] poste
riora tempora repræsentares, censuisti. Tum ille, Hæc est, inquit, huius uisi inter
pretatio, Aquila quā de mari uidisti ascendentē, regnum est illud quod †Danieli Dan.7.
fratri tuo per uisum repræsentatū est, sed non interpretatum, ideo ego tibi nunc
id interpretor. Veniunt ecce tempora, quibus existet regnū in terra, cuius terror
B erit acrior omnibus regnis quæ ipsum antecesserint. Regnabunt autem in eo
reges duodecim, alius post alium, quorū secundus regnum adeptus diutius tene
bit quàm quisquā è duodecim. Hæc est interpretatio duodecim alarū quas ui-
disti. Porrò uocis quam audisti loquentem, non è capitibus eius, sed de medio
corporis editæ, hæc est significatio, q; exacto tempore regni illius exorientur con
tentiones nequaquā exiguæ, & ipsum ruina periclitabitur, necdū tamen cadet,
sed in integrū iterum restituetur. Subalarium autem octo pennarū, quas uidisti
alis eius adhærentes, hæc est interpretatio, Existent in illo reges octo, quorum
erunt tempora breuia, & anni citati. Et duo quidē ex ipsis peribunt, appropin-
quante uero tēpore medio, quatuor seruabuntur ad tempus, donec accesserit tem
[b] S. temporis: uel, donec accesserit tēpus cuiusq;, ut, &c. pus [b] eius, ut finiatur, ad extremū uero duo reseruabuntur. Deinde triū capitum
quiescentiū quæ uidisti, hæc est coniectatio, Temporibus eius nouissimis tria re-
gna suscitabit altissimus, & reuocabit in ea multa, & dominabuntur terræ & eius
habitatoribus cū uexatione graui super omnia quæ ipsa antecesserint, propterea
ipsa uocata sunt aquilæ capita. Nam impias fraudes eius ista consummabūt, &
extremū imponent ei fastigiū. Quod autē caput maius euanuisse uidisti, hoc in-
C nuit, uni ex eis in lecto suo esse moriendū, & tamen cum tormentis. Nam duos
qui superfuerint gladius hauriet. Vnius enim gladius hauriet alterū, qui ta-
men & ipse tandem occūbat gladio. Præterea duarū pennarum subalarium quas
ad caput in dextera parte sitū transijsse uidisti, hæc est significatio, Hi sunt quos
in finem suum conseruauit altissimus, quorū est regnum exile turbarumq; ple-
num, ut uidisti. Leo deniq; quē uidisti de sylua excitatū, rugientem, & alloquen
tem aquilam, deq; iniuste factis ipsius arguentē per omnes sermones quos audi-
uisti: is est uentus quem reseruauit altissimus ad extremū in illos, & impias frau-
des eorū, & redarguet eos, & regeret in eos direptiones eorundē. Sistet enim
eos iudicio uiuos, & in conuictos animaduertet. Nam per ærumnas eripiet resi
duos populi mei qui in fines meos euaserint, & oblectabit eos quoad ultima iu-
dicij dies adueniat, de qua tibi ab initio locutus sum. Hoc est somniū quo usus es,
& hæ eius interpretationes. Enimuero solus dignus es habitus qui hæc secreta al
tissimi cognosceres. Hæc ergo quæ uidisti libro perscribe omnia, & reconde in
locū secretū, doceasq; ea sapientes populi tui, quorū animos scis hæc arcana ca-
pere posse, & conseruare. Mane autē hic alios adhuc septem dies, ut ostendatur
D tibi quicquid altissimo uisum fuerit tibi significare. Tum ille à me discessit. Por
rò cum audisset uniuersus populus elapsos esse septē dies, quibus non essem re-
uersus in ciuitatē, congregatus à minimo ad maximum usq; uniuersus uenit ad
me, & me his uerbis cōpellauit. Quid in te peccauimus, aut qua te læsimus in-
iuria, q; derelictis nobis in hoc loco consedisti? Nam tu solus reliquus es nobis
ex omni populo, ut botrus è uinea, ut lucerna in obscuro loco, & ut portus ac na
uis seruata à tempestate. An non sufficiunt nobis præsentes malorū casus? Quod

si tu

si tu nos dereliqueris, quanto præstiterat nobis unà cum incẽdio Sion conflagrauisse? Neq; enim [c]feliciores sumus ijs qui ibi sunt mortui, & magna uoce cõplorauerunt. Tum ego respondi illis, ac dixi, Bene speretis Israelitæ, neq; tristeris tu domus Iacob. Est enim memoria uestri apud altissimũ, & qui potens est non est oblitus uestri in tentatione. Neq; uero ego uos deserui, aut auerti me à uobis, sed concessi in hunc locũ, ut precarer pro desolata Sion, & ueniã peterem afflictioni uestræ [b]sanctitatis. Ergo nunc domũ suam redite quisq; uestrũ, & ego post hosce dies aliquot ad uos reuertar. Tum populo ut iusserã, in urbem reuerso, ego resedi in campo septẽ diebus, sicut mandatũ habebam, floribus tantum uescens syluestribus, & herbis pro cibo utens diebus illis. CAP. XIII.

[c] Vel, meliores.

[b] Vel, religiõis, uel sacrarij, uel sacrosancti loci.

A Ccidit autem post dies septẽ ut uterer somnio noctu, & ecce exurgebat de mari uentus, qui cieret omnes fluctus eius. Cumq; spectarẽ, ecce euadebat ille in hominẽ cum millibus cœli: cumq; uultum suum ad contemplandũ conuerteret, tremebant quæ sub eo cernebantur omnia: & quoties uox ex ore eius ederetur, incendebantur omnes qui audissent sonos eius, sicut terra [a]deuastatur, cum corripitur incendio. Deinde cum contemplarer, ecce congregabatur multitudo hominũ innumerabilis à quatuor uentis cœli, ad oppugnandũ hominẽ qui de mari ascenderat. Is autẽ inspiciente me, ecce sibimetipsi montẽ ingentem exciderat, super quem auolauit. Ego uero cupiebam uidere regionem & locũ unde mons excisus esset, nec potui. Porrò autẽ intuebar, & ecce qui uenerant oppugnatũ eum, omnes metuebant uehementer, & tamen audebant impugnare. At ille ubi uidit impetũ uenientis multitudinis, manum quidem suam non leuauit, ut qui nec gladiũ teneret, nec ullum instrumentum bellicum, sed quantũ uidi solum emisit ex ore suo speciem flatus igniti, & è labijs suis spiritum flammantem, lingua sua uibrans scintillas & tempestates. Hæc simul cõmista omnia, nempe flatus ignitus, spiritus flãmans, & uis tempestatis ingruerunt impetu super paratam pugnare multitudinẽ, & concremauerunt uniuersos, adeo ut repente ex innumerabili multitudine nihil pręterq̃ puluis tantũ & fumus olidus cõpareret. Hæc uidens extimui. Postea uero hominẽ illum uidi de monte descendentem, & multitudinem aliam ad se uocantem pacificã, & accedebant ad eum homines multi uultu alij hilari, alij uero tristi, & alij uincti, alij quosdã oblatos adducentes: & præ ui pauoris ægrotare cœpi, & expergefactus sum, ac dixi, Tu ab initio hæc miracula seruo tuo declarauisti, & dignũ me iudicasti cuius precationẽ admitteres, itaq; nunc etiã explica mihi somniũ hoc interpretatione. Quantũ enim animo meo conijcio, uæ [b]relictis illo tempore, sed multo magis uæ non [c]relictis. Qui enim non sunt relicti tristes erant. Intelligo nunc quæ sint reposita in tempora [D]posteriora, & quæ euentura sint illis, simul & relictis, propterea q; in magna pericula, calamitatesq; multas deuenerunt, sicut hæc somnia repræsentant. Attamen tolerabilius est periclitantẽ in hęc incidere, & pręuidere nunc quæ futura sunt in posterũ, q̃ transire sicut nubẽ è mundo. Tum respondens ille mihi, Et uisum, inquit, interpretabor tibi, & ea de q̃bus locutus es explicabo apertius. Quandoquidẽ mentionem fecisti relictorũ, res sic est accipienda. Qui pertulerit periculũ illo tempore, is se seruauerit: qui in periculũ inciderunt, ij sunt qui præstant opera & fidem altissimo. Scito ergo beatiores esse relictos q̃ mortuos. Hæ sunt interpretationes uisi. Quod uidisti uirũ ascendere è medio maris, is est quem multis temporibus conseruat altissimus, qui per semetipsum liberabit opificium suum, & ipse curã capesset relictorũ. Quod autem ex ore eius uidisti prodeuntem speciem flatus cum igne & tempestate: q; item nec gladiũ tenebat, nec telum aliud bellicũ, sed impetu suo disperdidit multitudinem, quæ oppugnatũ ipsum uenerat, sic est interpretandũ, Ecce tempora ueniunt, quibus ad incolas terræ li- C

[a] חשבת quiescit uel, disperit.

[b] Id est, superstitibus.

[c] Id est, mortuis.

[D] אחרונים

Digitized by Google

berandos accedet altissimus, & mentes habitatorũ orbis pauore aduentus sui stu
pefaciet. †Alij in alios bella molientur, ciuitas in ciuitatẽ, locus in locũ, gens ad Matt. 24
uersus gentẽ, & regnum aduersus regnum. Cum autẽ hæc gerentur, designa-
buntur ea quæ antea tibi declaraui miracula: & tunc ostẽdetur filius meus, quem
ut uirũ ascendentem uidisti, cuius cum gentes omnes uocẽ audierint, eueniet ut
in sua quæq; regione bellũ, quod inter se gerunt, omittant: & colligetur in unum
multitudo innumerabilis, animo parata ire ad oppugnandũ eum stantem super
cacumen montis Sion. Sion autẽ existet, & parata ædificataq; monstrabitur o-
mnibus, sicut uidisti montẽ excisum sine manibus. Ipse autẽ filius meus arguet
impia cõmenta gentium earum, quæ propter mala studia sua deuenerunt in tem
pestatem, & cruciatus flãmæ similes, quibus cruciandi destinabuntur, nulloq; ne
gotio perdet eas per legẽ igni assimilatã. Cæterũ q uidisti colligere eum ad se
multitudinẽ aliam pacificam, hæ sunt decem tribus quæ captiuæ abductæ sunt
è terra sua temporibus Oseæ regis, quem captiuum abduxit rex Assyriorũ †Sal- 4. Reg. 17
manasar, qui transtulit illas ultra fluuiũ, & deduxit in terram alienam. Illæ cum
communi consilio decreuissent se à uulgo gentiũ subducere, & proficisci in ulte
riorem regionẽ humano generi nunquam habitatã, & uel ibi seruare iura sua,
quæ neglexissent in patria: per angustos introitus fluminis Euphratis ingressæ
D sunt. Nam edidit eis tum miracula altissimus, & scaturigines fluminis †inhibuit Exod. 14. Iosu. 3. d
donec transi͂jssent. Longo enim per eam regionẽ itinere proficiscendũ erat an-
no uno & dimidio: nam [e]Arsareth illa regio uocatur. Tum ibi sedẽ acceperunt
usq; ad tempus nouissimũ: unde cum iam redire parabunt, altissimus scaturigi-
nes fluminis denuo sistet, ut pateat ipsis transitus: hinc est q multitudinẽ pacifi-
cam uidisti. At uero qui de populo tuo relicti sunt, ij sunt qui intra terminũ meũ
inueniuntur. Fiet igitur ut cum aggrediatur multitudinẽ collectarum gentium
perdere, protegat eum qui superauit populũ, cui tum miracula quamplurima o-
stensurus est. Tum ego, Dominator, inquã, Domine, declara mihi hoc, quam-
obrem mihi uisus sit uir è medio mari ascendere. Respondit ille mihi, Vt quæ
sunt in profundo maris inuestigare non potes aut cognoscere: ita non poterit
quisquã in terra uidere filiũ meum aut comites eius, nisi tempore [f]diei illius. Hæc
est interpretatio somnij quod uidisti, & de quo solus hic perspicue doctus es.
Omissa enim lege tua, meæ uacauisti ac studuisti. †Vitam enim tuam instituisti 3. Reg. 3.
sapienter, & intelligentiã tibi matrem nũcupauisti, quapropter ostendi tibi [g]præ
mia apud altissimũ. Cæterũ exactis tribus diebus alijs, alia tibi differam, & gra
uia tibi explicabo ac mirabilia. Tum profectus recepi me in campũ, magnope
re celebrans & laudans altissimũ super rebus mirabilibus, quas peracturus esset
per tempus, quod ipse dispensat simul & ea quæ incurrunt in tempora: & tribus
diebus ibi resedi.

CAP. XIIII.

A Porro tertio die cũ sederẽ sub quercu, ecce perlata est ad me uox è rubo, quæ
uocabat Esdra, Esdra. Et ego, Ecce me, inquã Domine: simul & in pedes
meos exurrexi. Tum ille sic ait, Ego manifestissime uidendũ me exhibui †super Exod. 3. 2
rubũ, & locutus sum Moysi, cum populus meus seruiret in Aegypto: misiq; eum
& ex eadẽ Aegypto eduxi populum meum. In Sina montẽ perduxi eum, mul-
tisq; diebus apud me detinui. Multa narraui ei mirabilia, secretaq; temporũ &
finem significaui, ac præcepi ei, dicẽs, Hæc uerba palàm facies, hæc autẽ cælabis.
Item nunc tibi dico, [a]signa quæ tibi monstraui, & somnia quibus usus es, inter-
pretationesq; quas audiuisti, ut reponas animo tuo: tu enim [b]eximeris ex omni-
bus, & in reliquũ cum consilio meo, tuiq; similibus [c]conuersaberis, donec tempo
ra finiantur. Quoniã æuum iuuentutẽ suam amisit, & tempora declinant ad se-
nectutẽ. Duodecim enim partibus diuisum est æuum, elapsæq; sunt decẽ, partis q;
decimæ

[e] Fortassis Ararath legendum .i. Armenia.

[f] חיום

[g] Vel, opes.

[a] Vel, prædictiones uel miracula.

[b] Scilicet morte.

[c] ἀναστρέψῃ

Digitized by Google

decimæ dimidiũ: superest autem quantũ eius est post dimidium decimæ partis.
Nunc ergo consule domui tuæ, castiga populũ tuum, consolare afflictos in eo, B
renuncia iam corruptelæ, mortales cogitationes missas facito, proijce abs te humanas molestias, infirmã tandem naturã exue, molestissimisq́ʒ sepositis seorsum meditationibus propera migrare ex hoc sæculo. His enim quæ uidisti iam contigisse malis alia rursum patrabuntur deteriora. †Quo enim magis præ senectute mundus elanguerit, eo plura erunt mala inhabitantiũ. Recedit enim magis magisq́ʒ integritas, & accedit uanitas. Iam enim accelerat euenire uisum quod conspicatus es. Tum respondi, ac dixi corã te domine, Ego quidẽ ecce abibo, sicut mihi præcepisti, & præsentem populũ castigabo: uerũ eos qui posthac nati fuerint quis cõmonebit? Positus est [D]enim mundus in tenebris, & lumine carent eius incolæ. Quoniã lex tua concremata est, quapropter nemini nota sunt facta tua, aut quæ futura sint opera. Quod si gratiã apud te nactus sum, imbue me spiritu sancto, ut perscribã omnia quę acta sunt ab æuo condito, quæ in lege tua scripta fuerunt, ut homines possint inuenire uiam, & uiuant qui uoluerint [e]in posterũ uiuere. Respondens ille mihi, Profectus, inquit, conuoca populũ, & interdicas ei ne quærat te diebus quadraginta: tu autem cõpara tibi tabellas buxeas q̃plurimas, & adscitis tibi Sarea, Dabria, Salemia, Echano, & Asiel, his quinqʒ scriptu præceleri promptis, huc redeas: & ego accendã in animo tuo lucernã intelligentiæ, quæ non extinguatur, quoad absoluta fuerint, quæ scribere cœperis. Ea ubi perfecta fuerint alia palàm facies, alia clam trades sapiẽtibus. Porrò hac hora crastina scribendi facies initiũ. Tum profectus ut iussus eram, omni populo conuocato dixi, Audi quæ dicã Israel, †Maiores nostri ab initio peregrini fuerunt in Aegypto, & inde liberati cum †legẽ uitalem accepissent, non seruauerunt eam: atqʒ etiam uos eam post illos uiolauistis. Cumq́ʒ sorte diuisa uobis esset terra, & terra Sion, & patres uestri, & uosipsi admisistis iniquitatẽ, nec perstitistis in itineribus quæ constituerat uobis altissimus: †qui cum sit iustus iudex, abstulit à uobis in pręsentia quod donauerat. Nunc uero uos hic adestis, & unà uobiscum fratres uestri. Si ergo imperaueritis sensui uestro, & animum uestrum in officio continueritis, conseruabimini uiui, & post obitũ ueniam consequemini. Manet enim nos post obitum iudiciũ, cum denuo reuixerimus, tum palàm fient nomina iustorum, & facta impiorũ proferentur. Nunc igitur nemo accedat ad me, nec me requirat ante exactos quadraginta dies. Tum adscitis mihi quinqʒ uiris, ut in mandatis habebã, unà profecti sumus in campum, & ibi mansimus, & ecce postridie uox me uocauit, dicens, Esdra, aperi os tuum, & †bibe quod tibi dabo potui. Cumq́ʒ aperuissem os meum, ecce poculũ plenum mihi porrigebatur, plenũ quidem illud sicut aqua, sed colore suo igni simile. Hoc acceptũ bibi: cumq́ʒ ex eo bibissem, cor meum torquebatur meditatione, & pectus meum increscebat sapientia: nam animus meus memoria uegetabatur. Tum erupit os meum, nec est cõpressum postea. Altissimus præbuit intellectũ quinqʒ uiris, qui scripserunt quæ dictabantur mira per noctem, quæ nesciebant. Cæterũ noctu [f]cibũ sumebant, ego autem loquebar per diem, & noctu non tacebã. Scripti sunt itaqʒ per quadraginta dies ducenti quatuor libri. Exactis autẽ quadraginta diebus, loquutus est altissimus his uerbis, Priores quos scripsisti palàm propone legendos dignis & indignis: posteriores autẽ septuaginta reseruabis, ut tradas eos sapientibus populi tui. In his enim est scatebra intelligentiæ, sapientiæ fons, & flumen scientiæ. Hoc ita sum executus.

Matt. 24. a; 1. Ioan. 2. c; Gene. 47. a; Deut. 4. f; Act. 7. g; Ezech. 3. a; Apoc. 10. b

Margin: C; D; [D] ברי; [e] באחרונים; [f] לחם

CAP. XV.

ECce loquere audiente populo meo sermones uaticinos quibus os tuũ imbuero, ait Dominus, & in charta scribendos accurato, quoniã *fideles sunt & ueri. Ne timeas à studijs aduersariorũ, nec turbet te frequens contradicentium diffi- A

*Vel, certi.

Digitized by Google

dentia, quoniam omnis diffidens per diffidentiam suam morietur. Ecce ego, ait Dominus, induco super orbem terrarũ mala, gladiũ, famem, mortem, interitum, propterea ꝙ abunde polluit iniquitas omnem terram, & perniciosa incolarũ facinora ad summum perducta sunt. Quapropter ait Dominus, Iam non dissimu labo impia facta eorũ quæ irreligiose perpetrant, nec iniusta facinora sustinebo: ecce †sanguis innoxius tristis clamores tollit ad me, & animæ iustorũ uociferantur perseueranter. Grauiter ulciscar illos, ait Dominus, & omnem sanguinẽ innoxium ab illis ad me asseram. Ecce populus meus quasi grex ad cædẽ ducitur, iam non patiar illũ habitare in terra Aegyptiaca, sed manu potẽti, brachioq́ sublimi educã eum, omnem autem terrã illam clade feriam, & deuastabo ut antea. Lugebit Aegyptus, & fundamenta eius affecta clade & supplicio, quæ Deus illi irrogabit. Lugebunt colentes eam agricolæ, quoniã deficient eos semina pręurediné, præ grandine, & terribili sideratione. Væ orbi & incolis eius, quia gladius imminet, & interitus eorũ, & insurget gens in pręliũ contra gentem, quarum manus telis armatæ sunt. Nam seditione conflictabuntur homines, alij inuadent alios, nec regem suum reuerebuntur, principesq́ rationem actuum suorũ potentia sua metientur. Erit enim cum quis cupiat in urbem cõmeare, nec possit. Propter superbiam enim illorũ ciuitates turbabuntur, domus euertentur, & homines trepidabunt. Non miserebitur quisquam proximi sui, quo minus ferro deleantur domus singulorum, bonaq́ diripiantur per penuriam panis, & multiplicem calamitatem. Ecce ego conuoco, dicit Deus, ad me timendũ omnes reges terræ, ab Oriente, ab Austro, ab Euro, & à Libano, ut regerantur ipsis, & reddantur quæ illis intulerunt: qualia in electos meos agunt etiã hodie, talia faciam, & rependam in sinũ ipsis. Hæc ait dominus Deus, Non parcet dextera mea scelerosis, nec desistet gladius meus ab effundentibus sanguinem innoxiũ in terra. Erupit ignis præ ira eius, & hausit fundamenta terræ, & scelerosos quasi stramen incensum. Væ peccantibus, & mandata mea non seruantibus, ait Dominus, non parcam illis. Decedite potestate ô filij, ne contaminetis sanctitatẽ meam, quoniam nouit Dominus omnes qui delinquũt in ipsum, propterea tradidit eos in mortẽ & ad occisionem. Iam enim occuparunt orbem terrarũ mala, in quibus hærebitis: non enim liberabit uos Deus, propterea ꝙ in eum peccauistis. Ecce aspectus horribilis, & facies illius ab Oriente. Frequens exibit progenies draconũ Arabum cum copia curruum, quorũ numerus more uenti feretur super terrã, à quo timeant & trepident omnes audientes illos ira uesanos Carmanij: exibunt, inquam, ut apri de sylua, & inuadentes magna ui, congredientur in præliũ cum illis, & partẽ Assyricæ terræ uastabunt. Postea uero dracones inualescẽt naturę suæ memores, & conspirantes magna ui se conuertent ad persequendũ illos: illi autẽ turbabuntur, & [a]domabuntur horũ potentia, pedibus suis in fugam conuersi. A primis Assyriorum finibus oppugnator obsidebit eos, quorũ perdomitis unis terror & horror in exercitũ ipsorum ingruet, & in reges eorum dissensio. Vrgent ecce nubes ab Oriente & Septentrione usq́ in Austrũ facie uehementer horrida, furiosa & procellosa, quę inter se collisæ deturbabunt stellã plurimam in terram, adeoq́ sidus ipsorũ: sanguis præ cęde uentre tenus inundabit, & illuuies hominis usq́ ad cingulã cameli. Pauor & terror plurimus inuadet terrã, horrebunt qui uiderint furorem illum, & tremore corripientur. Deinde mouebuntur nimbi frequentes ab Austro Septentrioneq́, & alia portio ab Occidente, & inualescent insuper ab Oriente uenti, qui [b]recludant eam, & nubem illam furiose concitatam: & sidus exortũ ad territandum orientalem uentum & Occidentem uiolabitur, & attollentur nubes ingentes, uehementes & furiosæ, simul & sidus, quæ omnem terrã & habitatores eius perterreant. Effundent super omnem locum altum

Apoc. 6. 19. a

B

C

[a] ירדמו

[b] Vel, intercludãt.

altum & excelsum terribilem sideratione, ignem, grandinem, uolantes gladios, & uim aquarũ copia sui omnes campos & riuos omnes inundantem. Ciuitates quoq; muros, montes, colles, arbores syluarũ, fœnum pratorũ, & frumenta disijcient. Babylonẽ usq; impetu continuato permeabunt, & euertent eam, illuc collectæ circuibunt eam, sideratione et omnẽ iram in eam effundent, excitabitur puluis & fumus ad cœlum usq;, omnes eam circuncirca lugebunt, & relicti in ea seruient eiusdem euersoribus. Porrò autem, ô Asia, Babylonicæ spei socia, & gloria personç eius, uæ tibi misera, propterea q; imitata es illam, & ornasti filias tuas per meretriciũ ut placerent, & uenditarent se amatoribus tuis, quibus scortari tecum semper fuit animus. *Inuisam per omnia facta studiaq; ipsius es imitata, propterea dicit Deus, Immittã tibi mala, uiduitatem, paupertatẽ, famem, gladium, & pestem, ut uiolatione domus tuæ, & cæde, & ᶜipsa uirtutis tuæ gloria deuastentur. More floris arescentis, cum inualuerit æstus qui te feriat, ægrotabis ut paupercula plagis affecta, & multata à mulieribus, ut non sustineant te admittere potentes & amatores. Nunquid ego tantopere sæuijssem in te, ait Dominus, si non ictibus manuum ex alto delatis interemisses electos meos omni tempore, & inebriata post cædem eorũ tibi dixisses: ᵇspeciem uultus tui exorna? Propterea præmium scortationis tuæ in sinũ tuum regestum recipies. Sicut electos meos tractare soles, ait Dominus, ita te tractabit Deus, & te dabit in malum. Nati tui interibunt fame, tu uero gladio cades, & urbes tuæ excindentur. Quicunq; tuorum in campo fuerint, occumbent gladio: qui uero fuerint in montibus, fame peribunt, suas ipsorũ carnes edent, & præ penuria ᶜpanis, sitiq; aquæ bibent sanguinem. Infelix permeabis maria, & mala rursum accipies. In transitu allident mactatã morte ciuitatẽ, & proterent aliquã terræ tuæ portionem, gloriæq; tuæ partem abolebunt, euersam denuo subuertentes. Diruta stipulæ uicem prębebis illis, & ipsi tibi uicissim ignis: haurient te simul & ciuitates tuas, tum terrã, montes, syluasq; tuas omnes, & arborem fructiferã igni cõburent. Filios tuos ducent captiuos, censum tuũ prædæ habebũt, & delebunt aspectus tui gloriã. CA. XVI.

D *Vel, Odio dignam.

ᶜ Id est, scortatione.

ᵇ Id est, Quin ego frontem exporrigo lætæ?

ᶜ Vel, cibi.

VAe tibi Babylon & Asia, uæ tibi Aegypte & Syria. Accingite uos saccis & cilicijs, lamentate filios uestros, & dolete, quoniã imminet contritio uestri. Immissus est in uos gladius, & quis auertat illũ? Immissus est in uos ignis, & quis extinguat illũ? Immissa sunt in uos mala, & quis repellat illa? Nunquis fugabit in sylua leonem esurientem? aut extinguet ignem in stipula, ubi semel exarserit? Nunquis arcebit sagittã à robusto missam sagittario? Cum Dominus ille potens immittit mala, quis illa repellat? Ignem erumpentẽ ex eius iracundia, quis extinguat? Illo coruscante, quis non timeat? tonante, quis non expaueat? comminante, quis non funditus è conspectu eius dispereat? Terra contremiscit, & fundamenta eius, mare fluctus ciet è profundo, & undæ eius simul & pisces disturbari solent à conspectu Domini, & præ potentiæ ipsius magnificentia, quoniã dextera eius qua tendit arcũ, robusta est, & acutæ sagittę quibus iaculatur, non elanguescunt ubi semel in fines terrę emissæ fuerint. Ecce mala mittũtur, donec super terrã inciderint nunquam reprimenda. Ignis accenditur, donec fundamenta terræ consumpserit, nunquã extinguendus. Quemadmodũ redire nescit sagitta à robusto sagittario missa, ita acta in terrã mala non reprimentur. Væ mihi, uæ mihi: quis me liberabit temporibus illis? Ingruunt dolores, & multi gemitus: ingruit fames, & frequens interitus: ingruent bella, & potestates formidabũt: ingruent mala, & trepidabunt omnes. In his malis quid faciã cum uenerint? Ecce fames, clades, ærumna & angustiæ castigationis causa missa sunt flagella: per omnia tamen hæc nemo se recipiet à sceleribus suis, neq; rationẽ unquã habebit flagellorũ. Ecce uilis erit annona in terra, adeo ut uideatur esse parta prosperi- B

A

tas: sed tum mala pullulabũt in orbe, gladius, fames, & ingens perturbatio. Nam plurimi terram inhabitantiũ fame interibunt, reliquos autẽ fami superstites per- ᵃיִנָּחֵם
det gladius, & cadauera iacebunt ut stercora, nec erit qui ᵃmisereatur eorum. De- relinquetur enim terra deserta, & urbes eius euertentur. Non relinquetur qui co lat terram, aut ei mandet semina. Arbores ferent fructus, at quis leget illos? Vua si maturuerit, quis calcabit illam? Magna enim erit solitudo locorũ, homo aspe- ctum hominis, & uocem quã audiat desiderabit. Supererunt de ciuitate decem, & duo ab agro, qui delituerint in densis nemoribus, hiatibusq́ue rupiũ, non secus quàm in oliueto, singulisue arboribus relictæ tres aut quatuor oliuæ, aut ut race mi in uinea uindemiata à diligentibus perscrutatoribus ipsius præteriti: ita tem- poribus illis tres aut quatuor relinquentur ab ijs qui domos gladio scrutabũtur. Relinquetur terra deserta, obsolescent agri eius, uiæ simul & omnes eius semitæ spinis germinabunt, nemine per eas cõmeante. Lugebunt uirgines sponsis ca- rentes, lugebunt uiris amissis mulieres, lugebunt & auxilio destitutæ earundem filiæ, quarũ sponsi consumentur bello, & uiri fame conficientur. Audite uero ista

ᵇ *Al. ne dijs.* serui domini, & ea cognoscite. Ecce uerbũ Domini, uos illud excipite, ᵇnec ijs cre datis de quibus dicit Dominus, Ecce mala propinquant, nec cunctantur. Quem admodũ cum prægnans filium suum nono mense paritura est duabus aut tribus horis antequã pariẽdi sibi tempus accesserit, uentrem eius dolores circũueniunt: & prodeunte ex eo fœtu uno puncto non cessant: ita mala non morabũtur, quo

C minus in orbẽ inuadant gemente mundo, doloribusq́ue circũuallato. Audi uer bum, mi populus, Para te in pugnã, & te in malis ita gere, ut peregrinus in terra: qui uendit, quasi fugiturus: & qui emit, quasi perditurus. Qui mercatur, quasi nõ percepturus fructũ: & qui ædificat, quasi non inhabitaturus. Qui seminat, quasi non messurus: & qui putat uineam, quasi non uindemiaturus. Qui ducunt uxo res, quasi non genituri filios: & cœlibes sint quasi uidui: propterea quòd qui laborãt, frustra laborant. Fruges enim illorũ metent alienigenæ, bona diripient, domos euertent, & captiuitate prement filios eorum, quia in captiuitate & fame genera bunt illos. Auare negotiantes, quo diutius exornant urbes, domos, possessio- nes, & personas suas, eo magis excandescã in eos ob peccata ipsorum, ait Domi- nus. Vt meretrix odit mulierem honestam, & probitate præstantẽ: ita iustitia in- iustitiæ seipsam exornanti succensebit, & palàm accusabit eam, cum uenerit qui authorem omnis peccati in terra coërceat. Propterea ne uos conformetis ad il- lam, aut factis eius, quoniam breui futurũ est, ut iniustitia tollatur de terra, & re- gnet in uobis iustitia. Non dicat peccator se non peccasse, quoniã carbones igni ti cõburentur super caput eius qui dicit, Non peccaui corã domino Deo, aut glo ria ipsius. †Ecce Dominus cognoscit omnes actiones hominũ, studia, cogitatio- Eccli 23. c
nes, simul & corda illorũ. Nam simulac dixit, *Fiat terra, facta est: fiat cœlũ, crea- Luc. 16. c *Gene. 1. a
tum est. Verbo ipsius stellæ firmatæ sunt, †ipseq́ue nouit earum numerum. Qui †Psal. 146.

ᶜאוֹצְרוֹת scrutatur profunda, & ᶜrecessus eorũ: qui mẽsus est mare, & eius capacitatem: qui mare conclusit in medio aquarum, & uerbo suo terram suspendit super aquas: qui expandit cœlũ quasi camerã, & super aquas fundauit illud: qui posuit in de- serto fontes aquarũ, & lacus super uerticem montiũ, ut de celsa rupe demittant ad

D irrigandã terram flumina: qui finxit hominẽ, qui collocauit in medio corporis

ᵈ *Vel, diuinã animam.* cor eius, qui spiritum ei, qui uitam, qui intellectum, & ᵈdiuinum afflatum immi sit omnipotens, qui creauit omnia, qui omnia rimatur, quæ in latebris terræ ab- strusa sunt: hic nouit cõmenta uestra, & quæ instituatis in cordibus uestris, dum peccatis, peccataq́ue uestra cupitis occultare. Quapropter dñs exacte scrutatus om- nes actiones uestras traducet omnes uos: & erubescetis palàm factis in cõspectu hominũ peccatis uestris, & sceleribus ipsis illo die ad accusationẽ uestri stantibus.

Quid

Digitized by Google

Quid facietis? aut q̃modo peccata uestra clam deo & angelis eius habebitis? Ecce iudex est Deus, eũ timete, & desistite à peccatis uestris, iniustaq; uestra facinora obliuione sempiterna dediscite, & Deus educet uos, et liberabit ex omni afflictione. Ecce enim excandescit in uos ardor turbæ frequentis eorum qui rapient aliquot è uobis, & simulachris in cibũ mactabunt: qui autem consenserint eis, erũt illis derisui, ludibrio, & obtritui. Erit enim [c] locis singulis, & in uicinis ciuitatibus frequens in timentes Dominum consurrectio. Tanq̃ insani nemini parcentes ruent ad deprædandum, & conficiendum porrò timentes Dominum, nam deuastabũt & diripient facultates ipsorũ, & domibus suis eos eijcient. Tum edet experimentum electorum meorum, ut aurum igni probatur. Audite chari mihi, ait Dominus, Ecce præsto sunt tempora calamitosa, & ex illis liberabo uos. Ne timeatis, aut hæsitetis, quoniam Deus dux uester est. Et qui mandata mea præceptaq; seruatis, ait Dominus, ne prægrauent uos peccata uestra, nec scelera superscandant. Væ ijs qui peccatis suis constringuntur, sceleribusq; suis operti sunt, quemadmodum ager impeditur sylua, & spinis obducta semita, inuia fit, & intercluditur, ignique tandem cremanda subijcitur.

c מקום למקום

Hæc extat in exemplari

Græco reliqua pars historiæ Esther, à capite decimo. Omnia uero transtuli è Græco, licet non in omnibus hãbeantur exemplaribus.



CVM Mardochæus, Adeo facta sunt hæc, inquit. Venit enim in mentem mihi somnij, quod mihi super his rebus uidere uisus sum, quarũ nihil quicquã cecidit ad irritum. Exiguus ille fons, qui euasit fluuius, simul autẽ erat lux, sol & aqua plurima. Esther est, inquã, ille fluuius, quam rex duxit uxorem, & reginam cõstituit. Duo uero dracones, ego & Aman sumus. Gentes autem sunt, quæ ad delendum nomen Iudaicum conuenere: mea uero gens, Israelitæ sunt ij, qui deum inuocauerunt, & seruati sunt. Nam Dominus populum suum seruauit, Dominus nos ex omnibus malis istis eripuit, Deus edidit ea signa miraculaq;, quæ nunquam aliâs inter gentes fuerunt designata. Nempe cum duas sortes constituisset, unam populo Dei, cunctisq; gentibus alteram: ad horam, tempus ac diem iudicij hæ sortes ambæ coram Deo præsto fuerũt inter omnes gentes. Deus autem populi sui non fuit immemor, & possessionem suam asseruit. Itaq; solennes erunt isti dies, mensis Adar decimaquarta, eiusdemq; decimaquinta diebus, cum celebritate, lætitia iucunditateq; coram Deo in populo ipsius, omnibus sæculorum ætatibus. B C D

CAP. XI.

ANno quarto regni Ptolemæi & Cleopatræ, qui se sacerdotem & Leuitã ferebat Dositheus, & Ptolemæus eiusdem filius prodiderunt hanc præsentẽ epistolam [a]Phurim, quam aiebant interpretatũ esse Lysimachũ Ptolemæi filium Hierosymitanum. Anno regni magni illius Artaxerxis secundo, prima die mensis Nisan, somnio usus est Mardochæus natus Iaro, filio † Semei è [b] Cisæo nati, è tribu Beniamin, homo Iudæus in urbe Susis habitans, uir magnus, munus gerẽs in aula regia. Erat autem cõsors captiuitatis, quam rex Babylonis † Nabuchodonozor cum Iechonia rege Iudææ deduxerat Hierosolymis. Hoc autem fuit eius somniũ. Exorto in terra subito sonitu tumultuoso cũ tonitruis, terræmotu & tempestate: ecce duo dracones immanes inter se concertare parati prodierunt. Edebãt A B C

Esther 2.a
Re. 24.d
...m. 24.a

a τῶν φρύμ, al. τῶν φρυρῶ.
b Al. Cis.

autem sonitum ingentem, quippe quo omnis gens ad bellum genti iustorũ inferendum exciretur, repenteq́ tenebrosa dies extitit & caliginosa, calamitas item
D & angustia, tum afflictio magnusq́ tumultus super terrã. Perturbata itaq́ gens omnis iusta, mala sibi metuens cum se comparasset ad occumbendum, clamorẽ ad Deum sustulit, præ quo clamore ingens uelut è paruo fonte fluuius, & magna uis aquarum promanauit, lux & sol effulsit, humiles euecti sunt, & superbos absorbuerunt. Hoc somnium & institutum Dei sibi repræsentatum experrectus Mardochæus mente recondidit, omnes eius partes cupide explorans, donec noctesceret.

CAP. XII.

a Al. Bagatha.

CVm autem Mardochæus habitaret in regia cum [a] Gabatha & Thara duobus eunuchis regijs aulæ custodibus, †audiuit consilia eorum, curas explorauit, & intellexit quo pacto Artaxerxi regi manus afferre cogitarent. Hoc cum ipse regi renunciasset, rex duos eunuchos suos curauit cõquirendos, quibus cum crimen confessi essent multatis suspendio, rex quod gestum erat retulit in commentarios, & Mardochæus quoq́ historiam eam scriptis mandauit. Iussit autem rex eum fungi munere aulico, & donis eum ornauit pro delatione. Tum Aman Amadathu filius, qui in magno honore erat apud regem, Mardochæo eiusdemq́ populo, propter duos eunuchos regios, malum dare machinatus est. Hoc autem erat exemplar epistolæ.

†. Esth. 2. & 6. a

CAP. XIII.

Exemplar edicti regij, quod pertinet ad historiam tertij capitis.

A HAec scribit rex magnus Artaxerxes centum uigintiseptẽ prouinciarum ab India ad Aethiopiam usq́ principibus, imperioq́ suo subiectis præsidibus. Cum dominio multarum gentium, & totius orbis imperio potitus essem, non putaui faciendum temere, ut me efferrem potentia, sed ut clementius & mitius eos qui mihi subiecti sunt usq́ tractando in tranquillam per omnia uitam collocarem, regnumq́ mihi redderem ad extimos usq́ fines quietum ac peruium, & exoptatam omnibus hominibus pacem renouarem. Cæterum super hoc cum consiliarijs consultante me, quomodo res perficeretur: uir apud nos sapientia præcellentissimus, deinde constanti beneuolentia, firmaq́ fide probatissimus, & honorem regni secundum adeptus Aman nobis indicauit, omnibus per orbem nationibus permixtum esse populum quendam inimicum, legibus omni genti contrarium, & assiduum regiorum edictorum contemptorem, ut iam constitutum à nobis imperium non possit inoffensum statum obtinere. Perpensum igitur habentes, unicam hanc gentem per omnia in eo esse positam, ut summe refragetur hominibus, instituto legum peregrino differre, à nostris dissidere rationibus, malaq́ maxima designare, quo minus regnum consequatur stabilitatem, præcipiendum putauimus, ut quicunq́ scriptis Aman, qui rerum administrationi præfectus est, & à nobis secundus, significati uobis fuerint, unà cum uxoribus & liberis omnes hostilibus gladijs citra ullam misericordiã & ueniam extirpentur radicitus,
C idq́ die mensis duodecimi Adar anni præsentis decimaquarta: ut iampridem & etiamnum inimici uiolenter demissi ad inferos in posterũ quietas nobis, & tranquillas omnino res exhibeant.

Iosephus Antiquit. 11. cap. 6.

(B in margin beside "rem regni secundum adeptus")

Oratio Mardochæi, pertinens ad historiam quarti capitis.

PRecatus est autem Mardochæus ad Dominum, omniaq́ ipsius facta cõmemorans, Domine domine rex omnipotens, inquit, (siquidẽ in potestate tua sunt omnia, nec est qui decretis contra te proficiat, si tu seruatos uelis Israelitas,) si quidem tu cœli terræq́ creator es, & omnium quæ cœlo subiecta sunt mirabiliũ, tu dominus es omnium, nec est qui te dominũ subsistat, tibiq́ nota sunt omnia: tu Domine scis, neq́ per contumeliã, neq́ per superbiã, nec per *ambitionem fecisse

** Vel, arrogantiã.*

cisse me, quo minus superbũ Aman adorarem, (pro salute enim Israelitarũ etiam D
plantas pedum eius osculari peruoluissem,) sed eò factum esse hoc, ne diuinæ maiestati gloriam humanam anteponerem, néue præter te Domine quenquam adorarem: tantum abest ut hoc ulla superbia fecerim. Quamobrem nunc Domine deus & rex, caue populo tuo, quoniam illi exitium nostrum speculantur, & affectant primam tuam possessionem delere. Ne negligas peculium tuum, quod tibi è terra Aegyptiaca asseruisti. Exaudi precationem meam, & esto sorti tuæ propitius. Luctum nostrum conuerte in gaudium, ut uiui prædicemus nomen tuum Domine, nec ora laudantiũ te deleas. Tales clamores summa ui tollebant omnes Israelitæ, quòd mors ipsis ante oculos obuersaretur.

CAP. XIIII.

Lamentatio & oratio Esther, quæ & ipsa ad historiam quarti capitis pertinet.

Esther quoq; regina anxio metu mortis perculsa cõfugit ad Dominum, exutas magnificas uestes suas mutauit tristibus & lugubribus, pro superbis delicijs puluere sordibusq; oppleto capite suo, corpus suum uehementer afflictauit, omnem locum festiuitatis suæ capillis intortis suis cõspersit, & implorans Dominum deum Israeliticum. Tu solus rex noster es, inquit, mi Domine. Fer opem mihi destitutæ, cui adiutor præter te nullus est, quoniam mihi præsto est meũ periculum. Equidẽ à prima ætate audiui in tribu cognationis meæ, † te Dominum Israelitas ex omnibus gentibus, & patres nostros ex omnibus maioribus suis in sempiternam elegisse possessionem, & habitos ad ipsos sermones te comprobauisse: † adeóq; nunc cum in te peccauimus, tradidisti nos in manus hostiũ nostrorum, eo quòd deos eorum coluerimus. Iuste tu quidem egisti Domine, uerũ illi iam non contenti sunt amara seruitute nostra, sed dexteras dexteris idolorum suorum cõmiserunt, se fidem ore suo datam executuros, tuamq; abolituros possessionem, tum obstructuros ora laudantium te, & splendorem ædis aræq; tuæ extincturos, ora gentium aperturos ad uirtutes uanorum prædicandas, regiq; corporeo perpetuam cõciliaturos admirationem. Ne tradas Domine sceptrum tuum ijs qui nulli sunt, nec contingat istis ridere super ruina nostra, sed retorque in ipsos consiliũ eorum, & ede exemplum in eum qui nobis horum author est. Memento Domine dare significationem tui tempore afflictionis nostræ, & me confirma rex gentium, & omnis imperij dominator. † Imbue os meum sermone facundo corã leone, & conuerte cor eius in odium oppugnantis nos ad interitum ipsius, & astipulatorum eiusdem: nos uero manu tua uindica, & mihi destitutæ, nec alium prčter te adiutorem habenti succurre. Omnia tibi nota sunt Domine, scis odisse me gloriam iniustorum, & lectum incircuncisorũ, omnisq; alienigenæ abominari. Scis impositam mihi necessitatem, nam detestor superbũ hoc insigne meum, quod diebus ijs quibus procedo in conspectum populi gero capite meo, ut pannum menstrualem detestor illud. Neq; enim gesto illud quibus diebus à publico ferior. Ancilla tua de mensa Aman cibum non sumpsit, conuiuium regium non magnifeci, uinum libaminum non bibi, nec ex quo sorte mutata sum usq; adhuc ancilla tua læta est, nisi nomine tuo Domine deus Abraham. Exaudi uocem deploratorum deus omnium potentissime, assere nos à manu improborum hominũ, & me hoc metu libera.

Margin: A (beside "Esther quoq;"); Deut. 4. c d (beside "riculum"); B (beside "sempiternam"); Hiere. 32. c (beside "uisse"); C (beside "suam cõciliaturos"); Exod. 4. c, Hiere. 1. a (beside "tium"); D (beside "riam iniustorum").

CAP. XV.

Et dedit ei negotium (haud dubie Mardochæus Esther) ut ad regẽ ingressa ei pro populo patriaq; sua supplicaret. Memento (inquit) temporum humilis sortis tuæ, & quomodo mea manu fueris enutrita. Quandoquidem Aman à rege secundus mortem nobis minatus est, inuoca tu Dominum, & regem affare pro nobis, ut nos à morte protegas.] Porrò die tertio quũ orandi finem fecerat, cum exutas uestes lugubres splendidis suis mutauisset, illustrata illis postquam rerum

Margin: Ioseph. Antiquitat. 11. cap. 6. (beside "Et dedit"); A; Esther 5. a (beside "pro nobis").

Digitized by Google

omnium inspectorem & seruatorem inuocauit, duabus ancillis adhibitis, quarũ
B alteri quasi delicate se gerens innitebatur, altera ponè sequebatur sustentans ue-
stem, ipsa formæ præstantia rubens, hilariq́ & tanquam amorem inuitanti uultu
prædita, corde interim timore contracto, per omnes ianuas ingressa in conspe-
ctu regis constitit. Sedebat aũt ille in regali solio suo, indutus omni habitu maie-
C stätis suæ, totusq́ collucens auro & gemmis, & [a] perq̃ terribilis. Cũq́ elata quæ
maiestate ardebat facie, acriter ferociterq́ tueretur, regina collapsa est, & colore præ
defectione mutato, super præcedentis ancillæ caput se demisit. †Tum Deus ad le- Prov. 21.
nitatẽ mutauit regis animũ, ut anxius solio exiliens illã ulnis suis exciperet: cũq́
ad se redisset, cõsolaretur insuper eam uerbis blandis, ac diceret, Quid hoc rei est
Esther? ego frater tuus sum, esto bono animo, ne morere, quoniam commune no
D bis est imperium: accede: simul elatum sceptrum aureum suum ceruici illius appli-
cuit, & eam amplexatus, Quin mecum loqueris, inquit? Tum illa sic eum allocu-
ta est, †Tanquam angelum dei te domine cõtuita sum, quapropter cor meum pa- Gen. 33. b 2 Reg 19.
uore maiestatis tuæ perturbatum est. Nam admirandus es domine, totaq́ tua fa-
cies relucet dignitate. Hæc cum loqueretur illa præ defectione corruit, & pertur-
batus est rex, totusq́ satellitũ ipsius cœtus eam consolabatur. CAP. XVI.

Exemplar edicti regij, quod ad caput octauum pertinet.

A REx magnus Artaxerxes †ab India ad Aethiopiã usq́ præfectis centũ uigin- 1. Esther 1
tiseptem prouinciarum, & principibus imperio nostro parentibus salutẽ di- 2 Esther 3
cit, Multi crebra benignitate beneficorum hominũ sæpius ornati, cum supra mo-
dum elati nõ solum ijs qui nobis subiecti sunt malum dare nitantur, ut qui lætã
copiã moderate ferre nequeant, cumq́ bene de se meritis moliantur insidias, neq́
gratitudinem solum ex hominum uita tollant, sed etiã quasi qui beneficio nullo
sint affecti, fastu tumeant, tamen inspectoris omniũ Dei ultrices malorũ pœnas
semper se credunt effugituros. Sæpe autem & multos quibus cõmissa potestas,
& administrandæ res amicorum concreditæ fuerant, uana spes participes sangui
nis innocentis factos calamitatibus inuoluit immedicabilibus: dum simplici be-
B nignitate principũ mendacij peruersitate fraudulẽter abutuntur. Hoc quod pro
posuimus non tam licet ex rerum ueterum monumentis intelligere, q̃ ex ijs quæ,
si quæras, in pedes incurrunt, & à peste indigne dominantiũ impie patrata sunt.
Quare prouidendum est in posterum, ut mutationibus usi tranquillũ reddamus
regnum omnibus hominibus, & quæ incurrũt in oculos leniter obuiam eundo
discutiamus. Ergo postquam †Aman Amadathu Macedo, reuera alienus à san- 1 Esther 3
guine Persico, multumq́ remotus à nostra bonitate, usus hospitio nostro, huma-
nitateq́ nostra, quam omnibus gentibus præstamus, adeo fretus, ut pater noster
appellaretur, & adoraretur ab omnibus, secũdamq́ regij solij personam gereret,
hanc excellentiam moderate ferre non ualens, nobis principatum & spiritum co
natus est adimere, eo quod seruatorẽ nostrũ, & per omnia beneficum Mardochæum,
C inculpatamq́ regni nostri sociam Esther, cum uniuersa istorum gente multiplici
bus fallaciarũ uijs expetiuit ad interitum, (nam his modis sperabat, ubi nos deser
tos oppressisset, se Persarum imperium ad Macedonas translaturũ,) nos uero Iu-
dæos ab hoc pestilentissimo uiro neci destinatos minime maleficos esse comperi
mus, sed iustissimis utentes legibus, summi, maximi uiuiq́ Dei, qui nobis & maio
ribus nostris regnum in pulcherrimum statum redegit, filios esse: recte sanè feceri
tis, si literis ab Aman Amadathu missis nõ pareatis. Nam harum author ipse ad
Susorum portas cum omni familia cruci affixus est, quia Deus omnipotens subi-
to dignas ei pœnas rependit. Cæterum huius epistolæ exemplari in omni loco
proposito, Iudæos sinatis libere suis uti legibus, et adiuuetis eos, ut eos qui insidias
D ipsis tempore calamitoso moliti sunt, ulciscantur, idq́ ipsa die duodecimi mensis
Adar

[a] Vel, perq̃ stupendus.

Digitized by Google

Adar decimatertia. Siquidem hanc Deus omnipotens in gaudium cõuertit ipsis pro generis electi internecione. Deinde uero uos insignem hanc diem ferijs uestris illustribus celebrate cum summa lætitia: ut id & nũc & in posterũ nobis amicisq; nostris Persis salutis, insidiatoribus autem nostris exitij sit monimentum. Porrò ciuitas omnis, aut in uniuersum regio, quæ secundum hæc se non gesserit, ferro igniq; per indignationem deuastabitur: & nõ solum hominibus inuia reddetur, sed etiam feris & uolucribus in tempus sempiternum infesta.

Liber primus Machabæorum.

CAPVT I.

POSTQVAM Alexander Philippi filius Macedo profe- A
ctus è terra Cethijm, cęcidit Darium regem Persarum & Me
.Mac. 6.a dorum, eiq; successit in regnũ, †cum prius rex fuisset in Græ
cia: accidit ut idẽ bella multa mouens expugnatis præsidijs,
& regibus terræ interfectis ad extremas usq; terras penetra-
ret. Vnde præda ex gentibus quamplurimis cõparata, cum
Idith. 2.b iam ei terra pacata pareret, †animo factus est elatior & su-
perbior, quippe parta sibi potentia q̃ amplissima, regionibus, gentibus, [a]regnisq; [a] τυραννίων.
tributarijs sibi factis imperitans. Post hæc cum lecto decubuisset, sibiq; cogno-
Ioseph. Antiquit. 12. uisset esse moriendũ, † uocatis seruis suis insignibus, qui unà cum eo à iuuentute
cap. 1. educati fuerant, uiuus adhuc eis *regnũ suum [b] diuisit. Cum ergo regnasset Ale- B [b] διεῖλεν.
Dan. 7.a xander annos duodecim, mortemq; obijsset, quisq; seruorum eius loco suo domi
.b natus est, & gestarunt post obitum illius singuli diademata, postq; eos per multos
annos eorundem filij. Et inualuerunt mala in terra, & scelerosa stirps orta est ex
Mac. 8.a eis Antiochus illustris filius regis Antiochi, †qui cũ obses Romæ fuisset, anno re-
gni Græcorũ centesimo tricesimoseptimo regnum adeptus est. Temporibus illis
extiterunt ex Israelitis homines nefarij, qui se consultores præbuerunt multis, di-
Deut. 7 a centes, †Eamus, & fœdus ineamus cum circumcolentibus nos gentibus. * Nam
Iudic. 2.a
Ier. 44. a ex quo ab illis discessimus, mala multa nobis euenerunt. Hæc illis oratio appro-
banda uisa est, & coorti è populo quidam ad regem profecti sunt, quibus ille in-
Mac. 4.b stitutis gentium & ritibus utendi dedit potestatem: quamobrem † [c] gymnasium [c] Scilicet palæstricum.
Hierosolymis ædificauerunt more gentium, & præputijs sibi factis defecerunt à
Reg 21.d sancto fœdere, gentibusq; iuncti, ad malum patrandũ se † emancipauerunt. Por- Ioseph. Antiqui. 12.
rò Antiochus [d] constabilito iam sibi regno, Aegypti quoq; regnũ affectabat, ut cap. 6.
Mac. 5. c duorũ regnorum rex esset. †Inuasitq; in Aegyptum cum ingentibus copijs, cum C [d] נכון vel הכין
carris, elephantis, equitibus, & cum classe magna, regiq; Aegypti Ptolemæo bel-
lum intulit. Cumq; Ptolemæus cõspectu eius territus fugam cepisset, cæsiq; occu-
buissent multi, Antiochus occupatis in Aegypto ualidis urbibus, terrã Aegyptia-
Mac. 5. c cam deprædatus est. Ab hac clade Aegypto illata, †reuersus idem [e] anno centesi- [e] Scilicet postquã regnare cœpit primus Seleucus.
mo quadragesimotertio aduersus Israelitas & Hierosolymam contendit ingenti-
bus copijs, & in sacram ædem ferociter ingressus, aram illã auream abstulit, unà
cum lucifero candelabro, omniq; eiusdem apparatu, cum mensa propositionis,
cum uasis libaminũ, phialis & peluibus sacrificis aureis, cum uelo, cum coronis, [f] Vel, adyti
cumq; aureo quod erat in conspectu [f] templi ornamento: quibus omnibus detra- ההיכל

Digitized by Google

ctum argentū & aurum cum omnibus uasis desiderabilibus abstulit, & thesauros
quos inuenit reconditos prædatus, asportans secum omnia rediit in terrā suam,
D postq̄ ediderat cædē magnam, dictisq; superbissime se gesserat. Quamobrē lamen
tatio Israelitarū ingens orta est in omnibus locis eorum, principes & senes inge-
muerunt, iuuenes & uirgines affecti sunt ægritudine, & uenustas mulierum im-
mutata est. Omnē sponsum luctus cepit, luxit & quæ sedebat in thalamo, terraq; 2.Mac.5.d
super incolis suis cōmota est, & omnis domus Iacob [g]deformitatem induit. †Post
[h]elapsos duos annos rex quæstorem tributi misit in ciuitates Iudaicas, qui Hiero
solymam uenit cum ingenti multitudine. Cumq; incolæ uerbis per dolum paci
ficis secum agenti †fidē adhibuissent, irruit in urbē repente, & eam clade magna 1.Mac.7.b
affecit, tum interfecta Israelitarum magna ui, †deprædatus urbē succendit igni, 1.Mach.3.d
domosq; eius & muros circuncirca diruit: mulieres autem cum liberis captiuas
abduxerūt, & iumenta prædati sunt. Tum urbem [i]Dauidicam extruxit muro ma
gno & ualido turribusq; munitis, ut sibi præsidio foret, & gente scelerosa, uirisq;
nefariis impositis uires in ea sibi fecit, arma & alimēta cōportauit in eam, & colle
E ctam prædā Hierosolymitanam ibidem reposuit. Ita laquei ingentis instar ad in-
sidias ædi sacræ, & calumnias atroces Israeli struendas semper excubantes sangui
nem innoxiū fundebant circa templū, ædemq; sacrā profanabant: adeo ut incolæ
Hierosolymæ propter eos fugā capesserent, & urbs alienigenis habitanda relin-
queretur. Ergo indigenis suis peregrina facta est, & qui in ea nati fuerant, ipsam
deseruerūt: sacrariū eius instar deserti desolatū est, †in luctū conuersa sunt eius so- Amos 8.b Tob.2.a
lennia, sabbatha in uituperiū, & honor in contemptū: gloriā eius exæquauit eius-
dem ignominia, & altitudo eius cum luctu cōmutata est. †Præterea cum scripsis- Ioseph. An
set rex in totū regnū suum, ut omnes consentirent in unum populū, & leges suas tiq.12.cap. 6.7.
quisq; desereret: omnibus gentibus edicto regis parentibus, multi Israelitarū reli-
gione eius approbata sacrificauerunt simulachris, & sabbathum profanarunt.
F †Quinetiam rex libellos per legatos misit Hierosolymam, & ad ciuitates Iudai- 2.Mach.6.
cas, ut leges terræ alienas sequendo holocausta, sacrificia & libamina ab æde sa-
cra prohiberent: atq; ut sabbathis & solennibus profanatis, temeratoq; unà cum
sacrosanctis hominibus sacrario, aras, lucos, & delubra extruerent suillis & impu
ris pecudibus immolandis, tum ut filios suos relinquerēt incircūcisos, & animas
eorum omni impuritate & [k]profanatione redderēt execrabiles: quo obliuiscerēn
tur legis, & ritus omnes immutarent. Quod si quis edicto regio non paruisset, in
terficeretur. Secundum hæc omnia dicta scripsit in totum regnum suum, & præ-
fectis cōstitutis in omni populo, ciuitatibus Iudaicis ut oppidatim sacrificarēt, im
perauit. Porrò de populo multi congregabantur ad illos, omnes utiq; legis deser
tores, qui terram malis afficiebant, & Israelitas agebant in latebras, quocunq; exu
G latum abiissent. Decimaquinta uero die mensis Cisleu anni [l]centesimi quadragē
simiquinti fœditas [m]exitialis super aram erecta est, & in circūiectis urbibus Iudai
cis extructa sunt altaria: in foribus insuper ædiū, & uicis, suffimēta facta, †libriq; Ierem 36.
legis qui inuenti fuissent, concerpti & igne cremati sunt. Apud quencunq; etiam Act.19.b
liber fœderis deprehensus fuisset, aut si quis fauisset legi, is edicto regis interficie-
batur. Ita isti potestate sua freti tractabāt Israelitas qui comparuissent in urbibus
†per singulos menses, quinta & uicesima quoq; die mensis super arā altari impo 2.Mac.6.b
sitam sacrificantes. Mulieres autem quæ filios suos circuncidissent, secundū man-
datum necabant suspensis de ceruicibus earū infantibus, & domus earum depræ-
dabantur, ac quicunq; se circuncidissent, eos trucidabant. Multi tamen ex Israeli-
tis fortes se præstiterunt, & ne impuris uescerentur se obfirmarunt, moriq; opta-
runt potius q̄ cibis pollui, & fœdus sanctum uiolare: atq; adeo mortem oppetie-
runt, & noxa perq̄ magna facta est in Israele.

CAP. II.

Tempo-

[g] Vel, turpitudinē, uel ignominiam.
[h] Anni dierū, id est anni omnibus diebus suis pleni.
[i] Quæ gētibus 25. annis paruit 1.Mac. 13.f
[k] βεβηλώσει, al. βεβηλώσεως αὐτῶν.
[l] ἑκατοστῷ.
[m] Abominatio desolationis. Ita simulachrum circumscribitur.

Digitized by Google

Ioseph. Antiq. 12. cap. TEmporibus illis profectus Hierosolymis Mattathias filius Ioannis filij Si- A
meonis, sacerdos ab Ioarib oriundus Modini cōsedit. Erant autē ei quinq;
filij, Iohannan cognomine [a] Gaddis, Simon Thassi dictus, Iudas cognomento [a] Al. Iaddis.
Machabæus, Eleazar [b] Abarō cognominatus, & Ionathan cognomine [c] Apphus. [b] Al. Auaran.
Hic [b] contumelias numinis uidens in Iudæa & Hierosolymis, Hei mihi, quorsum [c] Al. σαπφοῖς.
natus sum, inquit? Mēne uidere calamitatem populi mei, sanctæq; ciuitatis interi [b] Vel, indignitates
tum, & hic sedere, dum illa traditur in potestatē hostium, & sacrariū in manu alie- quibus numen affi-
Mac. 1. c na est? Viro [e] ignobili simile est templū eius, uasa eius magnifica in captiuitatem ciebatur.
asportata sunt, infantibus eius in uicis, iuuenibusq; [f] hostili gladio interfectis. [e] Vel, ignominioso.
Quæ gens non occupauit regnū eius, aut spolijs eius potita non est? Sublatus est [f] ἐχθροῦ, al. [illegible]
omnis ornatus eius, è libera facta est serua, sacraq; nostra ecce, decus & gloria no
stra desolata sunt, & gentes illa profanarunt. Quid est igitur iam cur nobis sit ui- B
uendum? simul autem scidit uestimēta sua Mattathias, & unà filij ipsius, atque in-
duti cilicijs uehementer lamentati sunt. Porrò cum præfecti regij qui defectionē
urgebāt, sacrificiorū curandorum causa in oppidū Modin uenissent, & ad illos ac
cessissent ex Israelitis q̄ plurimi, Mattathias quoque & filij eius congregati sunt.
Tum orsi qui à rege delegati fuerant, Mattathiam his uerbis sunt allocuti, Cum
tu princeps in hoc populo sis, insignis & magnus, tum etiā filijs subnixus & fra-
tribus, primus accede nunc, & mandatū regis exequere, ut gētes omnes, & uiri Iu-
dæi cum ijs qui relicti sunt Hierosolymis fecerunt, & unà cum domo tua in ami-
cis regis annumeraberis, tuq; simul & filij tui argento & auro, muneribusq; plu-
Act. 5. b rimis honorabimini. Respondit Mattathias, & magna uoce, † Etiamsi, inquit, om
nes gentes, quæ ad regiam domū Antiochi pertinēt, ei obedierint, ita ut quisq; de-
sciscant à patria religione sua, & acquiescant mandatis illius, ego tamē & filij fra
tresq; mei in fœdere patrum nostrorū perstabimus. Propitius condona nobis ne C
legem & ritus prodamus. Nam dicto audientes regi non erimus, ut à religione
Prou. 4. c nostra uel † dextrorsum recedamus, uel sinistrorsum. Cumq; finē imposuisset uer
bis his, accessit uir Iudæus ante oculos omnium super aram Modini secundū edi-
ctum regis sacrificaturus: quē ubi conspicatus est Mattathias, indignatione com-
motus est, adeo ut contremisceret [g] medullitus, & exarsit animo, ut fit: cumq; accur [g] בכליות
risset, mactauit illum ad aram, atq; etiam uiro regis illo, qui sacrificare eum coge-
bat, eodem illo tempore interfecto aram deturbauit, & legem prosecutus est ardo
Num. 25. b re animi, quali Phineas exemplū in † Zamrem Salomi filiū edidit. Cumq; excla-
2. Mac. 5. e massset Mattathias in oppido magna uoce, Me sequatur quicunq; studio legis ar-
det, & fœdus asserturus est: † simul ipse & filij eius ad montes, relictis quæ in op-
pido possidebant omnibus, confugere. Multiq; tum iustitiæ & æquitatis studiosi D
descenderunt in desertum, ibi habitaturi cum liberis & uxoribus & pecudibus
suis, eo q̄ mala in eos increbuissent. Cum autem uiris regijs & copijs quæ Hiero
solymis in urbe Dauid erant, nunciatum esset quosdā uiolatores mandati regij in
latebras deserti descendisse, persecuti sunt eos q̄ plurimi, qui cum deprehensos il-
los uallo iacto obsedissent, die sabbathorum oppugnare eos adorti sunt. Verbis
autem hortabantur illos, Satis iam nūc uobis habete, prodite tandem, & edictum
[illegible] regis exequimini, ut uiuatis. Quibus illi, † Minime prodibimus, nec regis edicto.
solenne sabbathorum prophanando parebimus. Cumq; prælium aduersus illos
cierent, nihil respondebant [illegible] nec lapidem mittebāt in eos, nec latebras ob-
struebant: sed, In [b] simplicitat[illegible] nostra, aiebant, omnes moriamur. Testimonio sunt [b] Vel, integritate uel
nobis cœlū & terra, q̄ iniuste nos interimatis. Sabbathis igitur eos adorti sunt innocentia
prælio, quo occubuerunt ipsi cum uxoribus, liberis & pecudibus suis ad hominū בתמנו
mille corpora. Quo nuncio accepto Mattathias & amici eius, uehementer lamen E
tati eos, alius alium his uerbis compellauerunt, Si omnes id agamus quod fecerūt

fratres nostri, & aduersus gentes pro corporibus & ritibus nostris nō pugnemus, illæ iam inde nos de terra protinus deleuerint. Constituerunt ergo illa die in hęc uerba, Quicunq; hominum nos die sabbathorū prælio adortus fuerit, cum eo di micabimus, ut ne moriamur omnes quomodo fratres nostri mortē in latebris op petierunt. Tum congregatum est ad eos [s] Asidæorum agmen, ex Israelitis ualentissimi uiribus, & in legē propensissimi quiq;, omnesq; profugi à calamitatibus se iunxerunt illis, & firmamentū eis attulerunt. Ita collectis copijs incensi ira scelerosos illos & nefarios uiros ceciderunt indignabundi, reliquis ad gentes salutis causa dilapsis. Circumeuntes autem Mattathias & amici eius diruebant aras, & pueros quos in finibus Israeliticis inuenissent incircūcisos, fortiter circuncidebāt, superbumq; genus illud persequebantur, & negotiū sub manus ipsis succedebat. Ita legem asseruerūt è manu gentium, regumq; potestate, nec [r] palmam sceleroso

[s] Al. Iudæorum.

[r] Cornu. i. uictoriā.

F tradiderunt. † Porrò instante iam die, quo moriturus esset Mattathias, sic filios suos est allocutus, Vires iam nūc accepit superbia, simul & [l] probatio, tempus euersionis, iraq; furiosa. Quapropter nunc, ô filij, exhibete ardentem affectum legi, & animas uestras pro fœdere maiorum uestrorum deponite. Mementote patrum nostrorum, quæ facinora sæculis suis ediderint, & amplā consequemini gloriam, nomenq; sempiternum. Nónne † Abraham in tentatione fidus inuentus est, & id ei pro iustitia est imputatum? † Ioseph tempore angustiarū suarum seruauit præceptū, & dominus Aegypti factus est. † Phineas ille pater noster propter ardentem animum suum pactū adeptus est sacerdotij sempiterni. † Iosue, quia mandatum executus est, iudex creatus est in Israel. * Chaleb ob ea quæ testatus est pro concione, possessionem terræ consecutus est. † Dauid propter [m] bonitatem suam solium regni per sæculorum ætates hæreditarium obtinuit. † Elias, eo q; ardenti affectu prosecutus est legem, in cœlum usq; sublatus est. † Ananias, Azarias, & Misaël fide præditi è flamma seruati sunt. Et † Daniel pro [n] synceritate sua liberatus ex ore leonum. Similiter per singulas ætates considerate, nullos qui spem in

Ioseph. Antiq. 12. cap 8.

[l] Vel, castigatio.

Gene. 22.

Gene. 41.

Num. 25.

Num. 27.

Iosue 1.

* Nū. 14.

[m] חסד bonitas, pietas.

1 Reg. 24.

4. Reg. 2.

Dan. 3.

[n] בתמתו

Dan. 6.

G Deum ponāt, elanguescere. Neq; uero uerba uiri scelerosi expauescatis, quia gloria eius in spurcitiam abit, & uermes. Hodie extollitur, qui cras non comparebit, ut qui [o] redierit in humum suam, cuiusq; mentio interierit. Vos ergo fortes estote liberi, & præstate uos legi uiros, quoniā gloriā ex ea consequemini, [cum ea quę uobis lege Domini dei uestri præcepta sunt, feceritis.] Ecce autem Simonem fratrem uestrum scio uirum esse consultū, ipsum omni tempore audiatis. Is loco patris erit uobis, & Iudas Machabæus, qui uiribus à iuuentute sua ualuit, dux militiæ uester sit. Ita bellum [p] pro populo gerentes, adiungetis uobis omnes qui legē seruant, populiq; uestri uindictam persequemini. Reddite uicē gentibus, & præcepta legis attendite. Tum fausta precatus illis, concessit ad maiores suos, annoq; centesimo & quadragesimosexto defunctus est, atq; à filijs suis sepultus Modini in sepulchris maiorum suorum. Omnes autem Israelitæ luctu magno prosecuti sunt eum.

[o] Vel, discesserit.

[p] Vel, cum populis.

CAP. III.

A TVm in locū eius successit Iudas cognomine Machabæus filius ipsius, adiuuantibus eū omnibus fratribus eius, unà cum omnibus qui se patri eius ad iunxerant, & bellum Israeliticum gerebāt cum alacritate. Hic gloria amplificauit populū suum, & thorace ueluti gigas indutus, armisq; suis bellicis accinctus, bella gerebat, castra gladio protegens, adeoq; factis suis leoni, aut in prædā frementi leonis catulo similis extitit. Nefarios indagans persecutus est, † populiq; sui perturbatores flammis tradidit. Itaq; nefarij se præ formidine [a] eius cohibuerunt, & perturbati sunt omnes iniquitati dediti. Nam salus opera eius rectè succedebat, multisq; regibus mouebat indignationem. Iacob factis suis lætificans, quamob rem memoria eius in perpetuum beata fuerit. Quinetiam urbes Iudaicas obeundo, delens

Ioseph. Antiq. 12. cap 8. 9.

2. Mac. 8.

[a] αὐτῷ, al. αὐτῶν.

Digitized by Google

do, delens inde impios, noxam auertebat ab Israelitis, quamobrem ad extremam
mac.10.g usq; terrã percelebratus est, & recollegit profligatos. Et cum †[b]Apollonius con [b] *Is erat Syriæ præfectus.*
traxisset gentes, & à Samaria magnũ exercitum, quo bellum faceret Israelitis, Iu-
das re cognita obuiam ei profectus est, & affectum clade eum interfecit: tum cęsi B
occubuerunt multi: cumq; fugam cepissent reliqui, Iudas lectis spolijs eorũ, Apol
lonij gladio potitus est, eoq; ad pugnã usus per omnem ætatem. Porrò Seron
dux exercitus Syriaci cum audisset Iudam habere secum agmen collectũ, & mul
titudinem fideliũ, bellíq; potentum uirorum, Parabo mihi nomen, inquit, & glo
riam in regno, Iudamq; cum socijs suis, qui spernunt imperiũ regis, debellabo:
adeoq; cœpit ascẽdere, comitante eum agmine impiorũ ingenti auxiliario ad ul-
tionem Israelitarũ. Cumq; propinquasset usq; ad cliuũ Bethoron, Iudas ob-
uiam ei progressus est cum perpaucis, qui exercitũ uidentes ex aduerso uenien-
tem, sic Iudam sunt allocuti, Qui ualebimus nos perpauci contra tantã & tam po
tentem multitudinẽ acie confligere, cum hodierno ieiunio langueamus? Tum
.Reg.14.a Iudas, †Facile est, inquit, multos in manus paucorũ [c]tradi, nec quicquã momenti [c] *Concludi pro tradi, Hebr.*
.Par. 25.b cœlo adferunt ad seruandũ multi, magis q̃ pauci. †Quoniã non in multitudine
sita est uictoria bellica, sed potentia è cœlo est. Illi nos aggrediuntur copia in-
iuriarũ & iniustitiæ, ut nos cum uxoribus & liberis nostris deleant ac deprædẽn- C
tur: nos autẽ pugnamus pro uita legibusq; nostris, & Deus illos in cõspectu no-
stro conficiet: uestrũ autem est, eos non metuere. Hæc cum dixisset, repente in
eos irruit, & Seron cum exercitu suo fusus est in conspectu eius, & persecuti sunt
eum de cliuo Bethoron usq; in planitiem: cecideruntq; ex illis uiri ad octingen-
tos, reliqui uero in terram Palestinorũ diffugerunt. Tum metus Iudę fratrumq;
eius, ac terror in gentes circũiectas ipsis ingruit, peruenitq; adeo ad regẽ usq; nõ
men eius, omnibus gentibus prœlia Iudę memorantibus. His sermonibus audi
tis, irato animo rex Antiochus misit qui copias regni sui omnes contraherent, ex
ercitum perq̃ ualidũ: apertoq; ærario suo, stipendia copijs suis numerauit in an-
num, & intra eum paratas esse iussit ad omnẽ necessitatem. Porrò cum uideret pe
cunias thesaurorũ suorum deficere, & [d]uectigales regionis esse paucos, propter [d] *φορολόγοι tamen habet Græcus, exactores tributorum.*
seditionẽ & cladem, cuius author in ea fuerat, eo q; iura priscis temporibus consti
tuta aboleuisset, ueritus est ne non ut [e]iam semel, in sumptus iterum, ac munera [e] *Vel, semel atq; iterum in sumptus & donaria, &c.*
quę antehac larga manu dederat, largitioneq; priores reges superarat, sufficeret.
1.Mac.6.a Anxius igitur animo ualde, in †Persiã proficiscẽdi consiliũ cepit, ut uectigalibus D
1.Mac.6.c earum regionũ acceptis argenti plurimum conficeret. †Reliquit ergo Lysiam
hominẽ de genere regio [f]nobilem, regiarũ rerum curatorem à flumine Euphra- [f] *ἔνδοξον.*
te, usq; ad fines Aegypti, & educatorem Antiocho filio suo, donec ipse reuersus
esset. Huic cum tradidisset dimidiũ copiarum suarũ, & elephantos, deq; omnibus
quas uellet rebus ei dedisset mandata, nempe de incolis Iudæę, & Hierosolymę,
ut mitteret exercitum in eos, quo potentiam Israeliticam, & reliquias Hierosoly-
mæ euerteret & excinderet, memoriaq; eorum de loco illo deleta, colonijs alieni
Ioseph. Antiq. lib 12. cap.10. genarum in fines eorundem deductis sorte distribueret terram eorum: rex ipse
assumpta exercitus dimidiati parte reliqua, ab Antiochia urbe sua regia profe-
ctus anno centesimo quadragesimoseptimo, transmisso flumine Euphrate, supe
1.Mac.8 b riores regiones peruadebat. †Tum Lysias delectos misit, Ptolemæũ Dorymenis E
filiũ, & Nicanorem ac Gorgiã uiros inter amicos regis potentes, cumq; eis qua-
draginta uirorũ millia, equitumq; septem millia, ut inuaderent in terram Iudai-
cam, & eam iuxta mandatũ regis deuastarent: qui cum omnibus copijs suis pro-
fecti sunt. Cumq; proxime ad Emmaum esset peruentũ, inq; agro campestri ca
stra locauissent, uenerunt ad eorum famã auditione acceptam in castra mercato-
res tractus illius cum seruis, sumpto secũ argento & auro plurimo, ut Israelitas in

Digitized by Google

seruitutem sibi cōpararent: tum Syriç quoq;, & auxilia terræ alienigenarum illis accesserunt. Porrò ut Iudas & fratres eius uiderunt multiplicata esse mala, & copias in finibus suis castra habere, uerbaq; regis quibus excidium populo & internecionem mandarat afferendā intellexerunt, ita sunt alius aliū allocuti, Summoueamus à populo nostro afflictionem hanc, & pro gente sacrisq; nostris dimi-
F cemus: & conuenit multitudo parata tam ad bellum q̄ ad orandū, & ad ueniam misericordiamq; implorandā. †Quia autem Hierosolyma erat instar deserti desolata, nec quisquā indigenarū ipsius eò se inferebat aut efferebat, sacrarioq; conculcato arcem occupabāt alienigenæ, & gentiū erat [s]diuersorium, iucunditas uero sublata erat è Iacob, & tibia citharaq; defecerat: congregati uenerunt in Maspham ex aduerso Hierosolymæ sitam. †Nam orandi locus antea Masphæ fuerat Israelitis. Ibi ieiuniū celebrarunt illo die induti ciliciis, & capite puluere conspersо, scissisq; uestimentis suis, & expanderunt librū legis, quales conquirebant gentes, ut in iis effigies simulachrorū suorum pingerent, tum uestes sacrificas, primitias ac decimas ferentes, suscitatis †Nazaræis, qui dies suos absoluerant, in cœlum uociferabantur his uerbis, Quid faciemus his, aut quonā eos abducemus? Nam sacra tua conculcata sunt & prophanata, & sacerdotes tui in luctu sunt &
G afflictione. En gentes ad excindendū nos congregatas, quid illæ in nos cogitēt, tu nosti. Quomodo poterimus corā eis subsistere, nisi tu nos adiuueris? Et increpuerunt tubis, uoceq; magna clamauerunt. Post hæc constituit Iudas duces populi, tribunos, centuriones, pentecontarchos & decuriones, & iis qui in ædificatione domorū essent, aut in plantatione uinearū, quiue sibi despondissent uxores, timidisq; domū suam singulis reuerti †iuxta legem iussis, castra mota ad Emmaum posuit. Ibi Iudas, Accingite uos, inquit, et prçstate fortes, adeoq; mane uos exhibete paratos ad dimicandū cum gentibus istis, quæ aduersum nos ad excidiū nostri sacrorumq; nostrorum collectæ sunt. Nam præstat nos in prælio occumbere, q̄ calamitates gentis nostræ sacrorumq; intueri. †Vt tamen in cœlo uoluntas est, ita fiat.

[s] *Vel, habitatio.*

1.Mac.1.f · 1.Reg.7.b · Num.6.a · Deut.20.a · Iudic.7.a · Matth.6.b

CAPVT IIII.

A PORRÒ Gorgias assumptis quingentis uiris, & mille lectis equitibus, noctu profectus est è castris, ut irrueret in castra Iudæorū, & subitā cladem eis inferret: qui autē tenuerant arcem, duces horū erant. Hoc ut intellexit Iudas, cum robore suorum properat ad cædendū exercitum regis ad Emmaum, dum diuulsæ adhuc à castris abessent copiæ. Vt ergo peruenit Gorgias in castra Iudæorū noctu, nec quenquā inuenit, in montibus eos quærere, [a]q; diceret, Isti nos fugitant. Prima uero luce Iudas in campo cum tribus uirorū millibus conspiciebatur. Sed cum nec tegumenta haberent, nec gladios ut uoluissent, uiderent autē exercitum ualidum & loricatū, tum circumseptum equitatu, eundemq; belli peritum, Iudas suos sic est allocutus, †Ne metuatis multitudinē istorum, nec impetū eorum formidetis. Mementote quo pacto patres nostri seruati fuerint in mari rubro, *cum
B Pharao eos cum exercitu persequeretur. †Nunc igitur clamemus in cœlū, si quo pacto misereatur nostri Dominus, & pacti cum patribus initi memor exercitum hunc hodie conficiat in conspectu nostro, ut discant omnes gentes esse qui liberet & seruet Israelē. Cum aūt alienigenæ sublatis oculis eos ex aduerso uidissent uenientes, è castris in aciem processerunt, & qui ab Iuda stabant signū dederunt classico, †pugnaq; commissa fusæ sunt gentes, & per campū fugatæ, è quibus ultimis quibusq; gladio cæsis persecuti sunt eas ad [b]Gazeron usq;, & campos Idumææ, Azoti, & Iamniæ. Cæsisq; ex eis ad tria millia uirorū, Iudas cum exercitu reuersus à persequēdis fugientibus, populū suum sic allocutus est, Ne uos spoliorum capiat cupiditas, (quia aduersum nos stat acies, & Gorgias cū exercitu prope nos est in monte,) sed nūc oppugnemus hostes nostros, eosq; debellemus, ut postea

[a] *Vel, quod eos fugitare ipsum diceret.*

[b] *Al. [illegible]*

Ioseph. Antiq.12. cap.10. · Deut.20.a · *Exo.14.f · †1.mac.9.c · 2.Mac.8.d

stea securi legatis spolia. Hæc adhuc dicēte Iuda, pars quædam è monte se uisa est ostendere: qui ut uiderūt in fugam uersos esse illos, & Iudæ milites castra succendere, (fumus enim qui conspiciebatur, quid accidisset indicabat:) ut inquā uiderunt hæc, territi sunt uehementer, & exercitū Iudæ in campo stantem in procinctu conspicati, in terram alienigenarū omnes aufugerunt. Iudas autem ad deprędanda castra reuersus est, partoq; inde auro multo, argēto, hyacinthinis, purpura marina, & diuitijs ingentibus, redierunt gratulantes, & carmen hoc in cœlū tollentes, †Bonus sanè Deus est, & misericordia eius sempiterna, & magna salus die illa parta est Israeli. Quicunq; uero alienigenarū euaserant, cum uenissent ad Lysiam, omnia ei ut gesta essent retulerunt. Quibus ille auditis, consternatus despondebat animū, quia non qualia uoluisset ipse, hæc obtigerant Israeli: nec qualia †mandarat ipsi rex, euenerant. Proinde subsequenti anno idem Lysias contraxit lectorū peditum sexaginta millia, & equitū quinq; millia: qui ut expugnaturi [c]Hierosolyma inuaserunt in Iudæam. Et cū castra posuissent ad [d]Bethsura, occurrit illis Iudas cum decem uirorū millibus, ualidumq; conspicatus exercitū, orauit, &, Prędicandus es, inquit, seruator Israelis, †qui manu serui tui Dauidis infregisti robusti ferociā, †& exercitum alienigenarū Ionathæ filio Saulis, & armigero eius in manus tradidisti, has quoq; copias conclude in manū populi tui Israelitici, ut eas pudeat uirium suarū, & equitatus. Immittas eis formidinem, & fiduciam roboris eorū labefacias, suaq; contritione percellantur. Prosterne eos gladio diligentiū te, & omnes qui te nouerunt celebrent nomen tuum canticis. Tum cōmisso prælio, ad quinq; millia uirorum occubuerunt de exercitu Lysiæ, & fusi sunt coram illis. Lysias autem ut uidit aciem suorū in fugam uersam, & exercitus Iudæ audaciam, q; paratus esset siue ad uiuendū, siue ad moriendum fortiter, reuersus Antiochiā, peregrinos milites colligebat, & exercitu ad priorē numerum reparato, cogitabat cum eo supplemento Iudæam de integro inuadere. Porrò Iudas fratribus suis, Ecce, inquit, profligati sunt hostes nostri, ascendamus ad expianda sacra, & de integro dedicāda: †totisq; castris congregati in montem Sion ascenderunt. Cumq; uidissent sacrariū desolatum, & aram prophanatam, tum exustas portas, atq; in atrijs uirgulta uelut in saltu aut monte quopiā enata, exhedrasq; dirutas, scissis uestimentis suis, lamentationē magnam ediderunt, & capite suo consperso puluere, proniq; prolapsi in faciem cum tubis signa canentibus increpuissent, in cœlū exclamauerunt. Tum Iudas cōstitutis uiris qui depugnarent aduersus eos qui arcē insidebant, donec sacra lustrata essent, sacerdotes inculpatos, & in legem propensos lustrandis ijsdē delegit. Hi cum lapides pollutos in locum prophanū extulissent, de altari holocausti prophanato deliberantibus quid illo facerent, bonū incidit consiliū diruendi illud, ne quando foret ipsis opprobrio, ut quod gētes polluissent: quamobrē altare demoliti lapides in monte templi opportuno in loco deposuerunt, donec exoriretur propheta, qui de his responderet. Sumptis autem lapidibus †iuxta legem integris nouā aram extruxerunt secundum priorem: ædificatoq; deinde sacrario, interiores templi partes, atriaq; [e]consecrauerunt. Præterea sacra uasa templi innouarunt, & candelabro arisq; holocaustorū ac suffimentorum, atq; mensa illatis in templū adoleuerunt suffimenta super aram, & lucernis in candelabro accensis templū illuminarunt, imposueruntq; mensæ panes, & uela expanderunt. His operibus faciendis cum finē imposuissent omnibus, cumq; mane surrexissent †quinta & uicesima die noni mensis (qui Casleu erat) anni centesimi quadragesimioctaui, sacrificiū fecerūt secundū legem super aram holocaustorū quam nouam extruxerant, idq; opportune eodē die quo gentes illam profanarant. Eodem die & dedicata est, adhibitis canticis, citharis, cinyris, atq; cymbalis, prostrato in faciē uniuerso populo, & ado

kk 2

Marginal notes: Psal. 106.a 117.a.135.a; 1.Mach.3.; 1.Reg.17.; 1.Reg.14 b; 2.mac.10.a; Exod.20.d Deute.27.a Iof.8.g; 2.mac.10.a; C; D; E; F; [c] Al. αὐτήν. [d] Vel, Bethoron. [e] ἡγίασαν, al. ἀγνίσαντο.

Grante, laudesq; in cœlum ad eum qui successus dedisset ipsis, extollente. †Hâc aræ 2.Par.7.b
dedicatione consumptis diebus octo, quibus holocausta immolarunt lætabun-
di, & hostias felices ac laudatiuas sacrificauerunt, faciem templi ornarût coronis
aureis, & scutulis, ianuasq; dedicatis portis & exedris indiderunt. Tum lætitia in
populo perq; magna est orta, utpote depulso gentium opprobrio: statuitq; Iudas
& fratres eius, omnisq; cœtus Israeliticus, †ut dies aræ dedicatæ suis temporibus Ioan.10.c
anniuersaria celebritate agitarentur per octo dies à quinta & uicesima mensis
Casleu cum gaudio lætitiaq;. Illo quoq; tempore montem Sion muro undiq;
præalto, ualidisq; turribus circumstruxerunt, nequando inuadentes ea loca gen
tes, conculcarent, ut antea fecerant, & copias ibidem præsidij causa collocauerût,
eidemq; tuendo munierunt †Bethsuram, ut præsidiû haberet populus aduersus 1.Mach.6.d.f
Idumæam.

CAP. V.

A Evenit autẽ ut cum gentes circumiectæ aram ædificatam, & sacrarium prisco Ioseph.lib.12.cap.12.
modo dedicatû esse intellexissent, indignati uehementer de excindendo ge-
nere Iacob, quod inter eas habitabat, deliberarent: adeoq; cœperût occidere quos-
dam è populo, & perimere. †Iudas autẽ tum aduersus Idumæos ab Esau oriun Ezech.25.c.35.a
dos bellû gerebat ad [a] Acrabattinẽ, q; obsedissent Israelitas, & iam eos ingenti cla 2.Mac.10.
de affecerat, & spolijs exutos in arctû coëgerat, cum recordatus est malitiæ natio
nis [b] Bæan, quæ populo instar laquei fuerat & offendiculi, positis ei per uias insi
dijs. Hos cõpulsos in arces obsedit, & deuouit, arcesq; eorû succendit igni cum
omnibus qui inerant in eis. Inde transgressus in nationem Ammonitarû, cum
inuenisset manû ualidam, & turbam ingentem, cuius dux erat Timotheus, com-
missis prælijs q̃plurimis præ se fusos profligauit eos, captaq; [c] Gazer cû [d] oppidu-
lis eius in Iudæam reuersus est. Cum autem gentes quæ Galaaditidem tenebant,
congregatæ essent aduersus Israelitas fines ipsarû incolentes, ut eos excinderent:
illi in Datheman munitionẽ confugerunt. Inde literas miserunt ad Iudam & fra
tres eius in hæc uerba, Gentes quæ nos circûcolunt, collectæ aduersum nos ex-
cindendos, uenire parant, ac munitionẽ in quam cõfugimus, capere: dux autem
B exercitus earû est Timotheus. Nunc igitur subueniens eripe nos è manibus eo-
rum. Nam occubuerunt è nobis multi, & fratres nostri qui in locis [e] Tubin erant
interfecti sunt, captis uxoribus suis cum liberis & sarcinis, adeoq; perempti sunt
illic circiter mille uiri. Cum hæ literæ adhuc legerentur, alij ecce nuncij è Galilęa
uenerunt scissis uestimentis, qui in eadẽ uerba nunciantes dicerent, aduersum se
è Ptolemaide, Tyro & Sidone, totaq; alienigenarû Galilæa, qui se delerent, esse
congregatos. †Quod nunciû ubi Iudas & populus accepit, concionẽ frequẽtem 2.Mac.8.c
aduocarunt consultatû quid fratribus suis facerent, ijs qui in calamitate positi ab
illis oppugnarentur. Tum Iudas fratrem suum Simonẽ sic compellauit, Delige ti
bi uiros quibus cû profectus, fratres tuos qui sunt in Galilæa liberes: & ego fra-
terq; meus Ionathas contendemus in Galaaditidẽ. Cumq; Iosepho Zachariæ fi
lio & Azaria ducibus populi præsidio relictis in Iudæa cû reliquo exercitu man
data dedisset, dicens, Præsitis huic populo, nec cõmittatis præliû cum gentibus,
C priusquã nos reuersi fuerimus. Attributa sunt Simoni uirorum quibus cum in
Galilæam proficisceretur tria millia, Iudæ uero in Galaaditidẽ octo millia uiro-
rum. Et profectus Simon in Galilæam multa cû gentibus certamina conferen-
do prę se fusas ac fugatas usq; ad [f] portas Ptolemaidis persecutus est, cæsis uirorû
è gentibus circiter tribus millibus, lectisq; spolijs eorû, assumptos eos qui in Ga-
lilæa & Arbattis erant, cum uxoribus & liberis, omniq; suppellectili sua, deduxit
in Iudæam cum magna lætitia. Porrò Iudas Machabæus & frater eius Ionathan
traiecto Iordane, & in deserto itinere trium dierû confecto, inciderunt in Naba
thæos, qui pacifice ipsis occurrebant. Hi cû exposuissent quæ omnia in Galaadi
tide

[a] *Al. Arabattanen.*
[b] *Vel, Baian.*
[c] γαζὴρ, al. ἰαζὴρ.
[d] *Vel, uicis.*
[e] τῶ βιs. *Quid si? q in uiuis erant: ut qđ mox sequitur, illic, fortasis pro, hic, positum sit.*
[f] πυλῶν.

tide fratribus accidérit, multosq́ eorũ in [g]Bosorra & Bosor, in Alemis, Hasbon, [h]Maged, & Carnaim, (quę omnes urbes munitæ sunt & magnæ,) & in reliquis Galaaditidis urbibus teneri circumuentos, quos in crastinũ oppugnare in munitionibus, & captos eos omnes uno die delere decretũ esset: conuersus Iudas cum exercitu suo, uia per desertũ protinus correpta Bosorram uersus urbem cepit, cæsisq́ acie gladij maribus omnibus, & captis inde spolijs, igni eam succendit. Inde D cum noctu mouisset, ut profecturus ad munitionẽ, postquam mane diluxit, oculos attollentibus, ecce turba ingens & innumerabilis cernebatur scalas & machinas ad munitionẽ capiendam ferentium, atq; illos oppugnantium. Videns ergo Iudas pugnã esse cõsertam, & clamorem ciuitatis tubis immaniq́ uoce ad cœlum usq; ferri, uiros exercitus sui hortatus est, Hodie pugnetis pro fratribus uestris, & illos à tergo conclusit tribus in locis. Tum signum tubis datũ est, & cum precatione clamor sublatus: unde copiæ Timothei Machabæum adesse intelligentes fugerũt à cõspectu eius, acceptaq́ ab eo clade magna die illa uiri ex illis ad octo millia cæsi sunt. Inde diuertit ad Masphan, quam occupauit expugnatã: & quicquid mariũ eius erat interfecto, spoliatã à se igni succendit. Rursum profectus

2.Mac.10.d illinc occupauit [i]Hasbon, Maged, & Bosor, & reliquas urbes Galaaditidis. †Porrò his ita gestis Timotheus alium coëgit exercitũ, cumq́ castra ad Raphon posuisset trans torrentẽ, Iudas exploratum castra misit, qui hæc ei dicta retulerunt. Omnes gentes quæ nos circũcolunt, collectæ sunt ad istos perq̃ multo exercitu, & Arabas auxilio sibi conduxerunt, castraq́ trans torrentẽ habent bellum inferre tibi paratæ. Cumq́ Iudas obuiam eis proficisceretur, Timotheus duces exercitus sui sic allocutus est, Vbi Iudas cum copijs suis appropinquarit ad torrentem, E si traiecerit ad nos prior, non poterimus eum subsistere, sed robore nobis præualebit. Sin territus trãs flumen castrametatus fuerit, traijciemus ad eum, & erimus superiores. Vt autem Iudas ad torrentẽ applicuit, cum scribis populi iuxta torrentem constitutis mandata dedisset, cauerent ne quenquam hominũ uallum iacere finerent, sed omnes inirent prælium, traiecit ad illos prior, omnisq́ multitudo eius consecuta est, & fusæ sunt à conspectu eius omnes gentes, quæ cum abiectis armis suis, confugissent in asylũ quod est Carnain, urbe capta, asylum igni cum omnibus qui inerant in eo succẽdit. Sic euersa est Carnain, nec poterant illi iam conspectũ Iudæ sustinere. Tum congregauit Iudas Israelitas qui erant in Galaaditide, tam paruos q̃ natu grandes cum uxoribus suis & liberis atq; suppellecti-

1.Mac.12.c li, agmine supra modũ frequenti, ut irent in terram Iudaicam. Cumq́ ad †Ephron usq;, quæ urbs est magna in itinere, & perq̃ munita, peruenissent, nec daretur ab ea dextra sinistraue diuerticulũ, sed per medium eius iter esset, incolæ autem interclusissent eos, portasq́ obstruxissent lapidibus, misit ad eos Iudas q uer

Num.20.c bis amicis dicerent, †Detur nobis transitus per terram uestrã, ut pergamus in pa- F triam nostrã, nec quisquam faciet uobis iniuriam, sed [k]pedestres tantum transibimus. Verum illis aperire nolentibus cum Iudas per præconẽ edixisset in exercitu, ut quo constiterat quisq; loco inuaderet, inuaserunt milites, & oppugnauerũt urbem toto illo die totaq́ nocte, donec urbs peruenit in manus eorũ, cuius stirpem maribus omnibus acie gladij peremptis deleuerunt, & ablata inde præda per urbem super cæsorũ corpora ingressi, transmisso Iordane in campũ illum spatiosum, qui est in conspectu [l]Bethsan, euaserunt. Iudas autem extremũ agmen continebat, & per totam uiam exhortabatur populũ, donec in Iudæam perueni-

2.Par.20.c retur. Cumq́ ascendissent in montem Sion, †cum gaudio lætitiaq́ immolarunt holocausta, eo q̃ nemo ex ipsis occubuisset, quo minus feliciter rediretur. Porrò quo tempore Iudas cum Ionatha erat in Galaaditide, & Simon frater eius ad Ptolemaidem in Galilæa, Ioseph filius Zachariæ & Azarias pręfecti exercitus rebus

[g] *Al. Barasa. Iosephus Bethsurã habet.*
[h] *Al. Mageth.*
[i] *Al. Chasbon, ב pro ה posito.*
[k] *Vel, restĩ.*
[l] *Ioseph. Bethsames.*

bene gestis, & bello quod illi confecissent, intellectis, Paremus, inquiunt, & ipsi nobis nomen, & ad oppugnandū gentes quæ nos circuncolunt, proficiscamur: simul exciuerunt quod militū secum habebāt in exercitu, & ad Iamniam conten
G derunt. Cæterū cum Gorgias cum suis ex urbe obuiā illis esset egressus in aciem, fusi sunt Iosephus & Azarias, & usq; ad fines Iudææ fugati, occubuerūtq; illa die de populo Israelitico uiri ad duo millia: adeo effusa fuit populi Israelitici fuga, eo q; †Iudæ & fratribus eius non obtēperauissent, fortiter se rem gesturos esse arbitrantes, cum non essent de semine uirorū eorum quibus Israelem manu sua ser uare datum erat. Vir autem ille Iudas & fratres eius gloria inclaruerunt apud omnes Israelitas & gentes, ad quas nomen eorū peruenisset, & frequentes ad eos confluebant gratulatū. Porrò aūt Iudas cum fratribus suis profectus nationem Esau in australi regione uexauit bello, & Hebron clade affecit & eius [m]oppidula, diruitq; munimenta eius, ac turres circuncirca succendit. Motis deinde castris contendens in terram alienigenarū peruadebat Samariam, quo tempore sacerdotes [n]urbiū occubuerunt, dum studet fortiter agere, & temere se cōmittit in prælium. Conuertit ergo se Iudas in terram alienigenarū ad Azotū, †arasq; eorū demolitus statuis deorū ipsorum igni concrematis, prædaq; capta ex urbibus, reuersus est in terram Iudaicam.

[m] Vel, uicos.

[n] πόλεων, alij legisse uidentur ἐν πολέμῳ.

1. Mac. 5. | Deut. 7. a

CAP. VI.

A INterea †rex Antiochus superiores peruadens regiones, cū intellexisset [a]in Elymaide Persiæ urbem esse diuitijs, utpote auro & argento nobilē, & delubrum in ea perq; opulentū, ubi essent tegumenta aurea, & loricæ atq; arma, quę ibi Alexander Philippi filius Macedo, qui regnum Græcorū primus obtinuit, reliquisset: profectus urbem illā capere, & eam deprædari conatus est, nec potuit. Nam cum incolæ urbis re cognita, aduersus eum bello insurrexissent, in fugā actus ab eis, summa cum tristitia abscessit inde repetens Babyloniā. Tum nuncius in Persiam ei uenit, copias quæ profectæ fuissent in terram Iudaicā, fugatas esse: & Lysiam qui cum exercitu in primis ualido expeditionē susceperat, à Iudæis profligatum: illos autem armis & potentia, partaq; de castris quæ expugnassent, præda plurima auctos esse: tum demolitos esse eos †fœditatē, quam ipse extruxisset super aram illam Hierosolymitanā, & sacrarium muris præaltis specie pristina, urbemq; ipsius Bethsurā cinxisse. His uerbis auditis rex expauit, & cōmotus uehementer lecto decubuit, in morbū illapsus ex mœrore, q; res pro uoto ipsius non
B successisset. Cumq; dies ibi multos egisset, augescente mœrore suo magno, moriendū esse sibi suspicatus, accersitis omnibus amicis suis, Somnus, inquit, oculos meos destituit, & animo collapsus sum præ anxietate sic mecū cogitans, Quò tandem deueni calamitatis & intemperiarū, in quibus nūc sum, ingentiū? Nam qui [b]felix & gratiosus in mea fui potentia, nunc cū reminiscor malorū quæ perpetraui Hierosolymis, quando uasa aurea omnia, & quæ ibidē erant argentea abstuli, misiq; insuper qui delerent incolas Iudææ immeritos, hæc mihi propter illa accidisse mala agnosco, & ecce magno mœrore pereo, & id in terra peregrina. Et cū uocatū unum ex amicis suis Philippū, toti regno suo præfecisset, tradito ei diademate, habituq; suo cū annulo, ut Antiochū filium ipsius instituens regno educaret: †mortuus est illic rex Antiochus anno centesimo quadragesimonono. Vt aūt Lysias regē decessisse cognouit, regem in ipsius locū suffecit Antiochū ipsius fi-
C lium, *eumq; educabat adolescentē, & nomen indidit Eupatori. Porrò qui insidebant arcem, Israelitas circa sacrā ædem angustissime continebant, mala quærētes illis assidue, gentibusq; firmamentū. Iudas igitur delere illos cogitans, omni populo suo ad obsidendos illos excito. Postq; congregatus est, cœpit obsidere illos anno centesimo & quinquagesimo, extructis aduersus eos balistis & machinis. Elapsi aūt quidam ex obsidione, quibus se quidam Israelitarū impij adiunxerāt, & pro-

[a] Al. Elymas in Persia.

[b] טוב

2. Mac. 9. a | Ioseph. Antiq. 12. cap. 13. | 1. Mac. 4. | 2. Mac. 9. B | b.c.d.e | Ioseph. Antiq. 12. cap. 14. | * 1. Mach. 3. d

& profecti ad regem, Quandiu cunctaris, inquiũt, exercere iudiciũ, & fratres nostros ulcisci? Nos patri tuo seruire & parere edictis eius, mandatisq; obsequi animum induximus, (nam ea de causa pars populi istius iampridẽ sunt à nobis alienati,) sed quicunq; deprehensi fuissent à nobis interficiebantur, & possessiones nostræ diripiebantur. Neq; uero nobis solũ manus illi iniecere, sed finibus suis omnibus: atq; adeo ecce hodie arcem obsident Hierosolymis, ut eam expugnatu-
1.Mac. 4.g ri. Præterea sacrã ædem & †Bethsurã munierunt: & nisi præueneris eos breui, his
1.mac. 13.a Ioseph. Antiq. lib. 12. cap. 14. etiam maiora designabunt, ut tandẽ superare eos non possis. †His auditis, iratus est rex, cumq; cõuocasset omnes amicos suos, duces exercitus sui & magistros equitũ, atq; etiam à regibus alijs, insulisq; mariũ exercitus cõductitij uenissent ad eum, confectus est numerus copiarũ eius centum millia peditũ, equitumq; uiginti millia, cum elephantis ad prælia doctis trigintaduobus. Hi per Idumæam in- D
1.Mac. 4.g 14.f gressi, †Bethsurã obsidentes per multos dies oppugnabãt extructis machinis: [c] illi autem eruptione facta concremauerunt eas igni, uiriliterq; pugnauerũt. Tum Iudas ab arce mouit: & cum castra ad Bethzachariã contra castra regis locauisset, rex mane excitatus, uersus Bethzachariã magna ui eduxit copias: & postq̃ explicatæ sunt ad præliũ acies, classica cecinerunt. Porrò elephantis sanguineus uuarum & mororũ liquor ostentabatur, quo irritarentur in prælium: dispositisq; per ualles belluis, unũquenq; elephantorum milleni stipabant pedites hamatis thoracibus loricati, galeasq; capitibus gestãtes æreas, & equites lecti quingeni cuiq; belluæ attributi: qui opportune ubicunq; bellua esset, aderant: & quacunq; incederet, comitabantur unà, nec ab ea discedebant. Ligneæ quoq; turres & ualidæ impositæ singulas protegebant belluas, machinis quibusdam superilligatæ: quarum in singulis uiri erant triceni bini pugnantes ex illis, cũ suo cuiusq; Indo [belluæ magistro.] Reliquo uero equitatu hinc atq; illinc constituto, qui ex utraq; parte agmen cieret in angustijs illis, & [D] contineret: quoties sol radios in clypeos auratos iaceret, refulgebant inde montes, & facium ignitarũ instar splendebant. Ita pars exercitus regij per editiora montiũ porrecti, pars per depressiora, caute incedebant atq; ordine: & percellebantur quicunq; uocem multitudinis eius, & incessum agminis armorumq; conflictationẽ audissent. Etenim exercitus perq̃ magnus erat & ualidus. Cæterum postquam Iudas & exercitus eius in aciem dimicationemq; uenerunt, cæsis iam de exercitu regis sexcentis uiris, Eleazar ille di-
1.Mac. 2.a ctus †[e] Abaron, unam belluarũ tegminibus regalibus loricatam conspicatus cæteris belluis excellentiorẽ omnibus, regem ea uehi suspicatus est: cumq; populi sui seruandi, æternumq; nomen sibi cõparandi causa se intulisset, impetum fecit ad eam per mediam aciem animose ad dexterã leuamq; cædens, illis se hinc atq; illinc dirimentibus, & succedens elephãto se supposuit, & interfecit eum, quo super ipsum humi collapso ibidem occubuit. Videntes autem hi uim regiorũ, & F copiarum impetũ, receperunt se ab illis, regiæq; copiæ [f] obuiam eis ascenderunt
1.Mac. 4.g 6.d 2.mac. 11.a 13.d *Leu. 25.a Hierosolymam. Cum ergo rex in Iudæa monteq; Sion castra posuisset, †Bethsuræos accepit in deditionẽ: quibus urbe egressis, eo q̃ ob *uacationẽ terræ datam alimentis, quibus obsidionẽ tolerarent, instructa non esset, rex Bethsurã occupauit imposito ad custodiam eius præsidio. Cæterum ædem sacram per multos dies obsedit collocatis ibi balistis & machinis, atq; ignium lapidumq; tormentis tum ad mittẽda tela scorpionibus ac fundis: contra quas machinas cũ illi rursum parassent alias, perq; multos dies pugnatũ esset, nec in horreis alimenta forent,
Leuit. 25.a eo q̃ †annus ageretur septimus, reliquias autem repositorum consumpsissent ij qui à gentibus se receperant in Iudæam: uiri in sacrario pauci relicti sunt, eo q̃ præualescente fame suam quisq; domũ essent dilapsi. Porrò ut intellexit Lysias Philip- G
1.Mac. 6.b pum, †quem rex Antiochus uiuus adhuc filio suo Antiocho in regnũ educando

[c] Bethsuræi.

[D] Vel, protegeret.

[e] Al. αὐαρὰν. Iosephus Mauranem uocat.

[f] Vel, aduersum eos.

præfecerat, è Persia Mediaq; reuersum esse cum copijs quas rex secū abduxerat, eumq; regnū cum administratione rerum capessere, subito extimulatus ab arce regem ducesq; exercitus ac milites adit, & ait, Deficimus indies, parumq; nobis superest alimentorū: deinde munitus est locus quē obsidemus, regniq; cura incumbit nobis. Nunc ergo dextera hominibus istis data, pacem cum eis totaq; gentē ipsorū pangamus ac firmemus, ut eis suis uti legibus instituto pristino liceat. Nam propter leges suas à nobis abrogatas ira cōmoti hæc omnia patrauerunt. Placuit hæc oratio cum regi tum principibus. Cumq; missi essent qui pacem deferrent illis, acceperunt eam cum interposito regis & procerū iureiurando. Ob hæc cum illi essent egressi è munitione, rex ingressus montē Sion, lociq; munitionem contēplatus, iusiurandū quod dederat infregit, & murū iussit undiq; dirui. Deinde festinato discessit, cumq; reuersus Antiochiā, Philippum reperisset ciuitati dominantem, oppugnauit eum, & urbem ui cepit.

CAP. VII.

A Anno centesimo quinquagesimoprimo cum Demetrius Seleuci filius Roma profectus, in [a] urbem maritimā cum paucis esset egressus, regnumq; ibi obtinuisset, accidit ut eo regiam maiorū suorum intrante, exercitus Antiochū & Lysiam cōprehenderet, ut eos ad ipsum adduceret. Sed cum ille re cognita uetuisset, ne sibi faciem eorū ostenderent, exercitus eos interfecit, & regni solium occupauit Demetrius. Tum adierunt eum uiri ex Israelitis nefarij & impijssimi quiq;, quorū dux erat affectans sacerdotiū Alcimus, qui populū apud regem his uerbis detulerunt, Iudas & fratres eius peremerunt omnes amicos tuos, & nos è patria nostra diffugarūt. Nunc igitur mitte uirū cui fidem habeas, qui profectus inspiciat omnem calamitatē illam quam ille nobis & regioni regis intulit, ut puniat eos simul & adiutores. Tunc rex designatū Bacchidem amicū regium, qui trans fluuium gerebat potestatem, magnū in regno, regiq; fidelem misit, & unà

B Alcimū illum impium, cui decreuit sacerdotiū, & pœnas ei ab Israelitis expetendas demandauit. Profecti igitur & cum magnis copijs ingressi terrā Iudaicam oratores ad Iudā & fratres eius cum blandis per dolum mandatis præmiserunt. †At illi uerbis eorū non acquieuere, φ eos cum copijs ingentibus aduenisse uiderent. Conuenit autē ad Alcimum & Bacchidem scribarum cœtus iuris petendi gratia, atq; adeo primi inter Israelitas fuerunt Asidæi, qui pacem ab eis poscerent, φ dicerēt, Homo sacerdos aduenit inter copias ex progenie Aaronis, nec ulla nos afficiet iniuria. Cum his ille uerbis egit pacificis, & interposito iureiurando, Nullū malum, inquit, uobis aut amicis uestris inferemus. Verū dum illi credunt, correptos ex eis sexaginta uiros interfecit una die, iuxta illud quod scriptū

C est, Corpora sanctorū tuorum & sanguinem eorū effuderunt circa Hierosolymā, nec erat qui illa sepeliret. Ingruit ergo terror eorū & horror in uniuersum populum. Nam aiebant, Nulla est in eis fides, nec iustitia, pactū enim & iusiurandum quod dederant, uiolarunt. Porrò Bacchides cum relictis Hierosolymis statiua haberet ad [b] Bezaith, misit cōprehensum multos quos apud se habebat transfugas, & quosdā è populo, quos cum mactatos in magnū puteum proiecisset, cōmissa Alcimo regione, militū quod ei præsidio foret reliquit apud eum, ipseq; ad regem reuersus est. Alcimus autem decertabat de sacerdotio, & congregati ad eum omnes perturbatores populi sui, occupauerunt terram Iudaicā, & cladem Israeli

D ingentem intulerunt. Videns ergo Iudas omnem calamitatē, qua Alcimus cum suis Israelitas affecisset atrocius quàm gētes, excursiones fecit in omnes fines Iudææ circumcirca, & pœnas repetiuit à uiris illis desertoribus, donec ab incursionibus regionis se continuerunt. Postquam autem uidit Alcimus Iudam cum suis præualuisse, & se nō esse sustinendis illis cognouit, reuersus ad regē, pessime eos criminatus est. †Quapropter rex Nicanorē misit unū è principibus suis eximiū, inimicum

[a] Iosephus Tyrum indicat.

[b] Βηζαιθ, al. Βηζεθ. al. Bethsecha. Iosephus, Birzito.

1. mac. 14. Ioseph. Antiq. lib. 12. cap. 15.

1. Mach. 1[illegible]

Psal. 78. 2.

2. mac. 15. 2.

inimicum Israelitis & infestum, & ei excidiũ populi demandauit. Cum ergo Nicanor magna ui uenisset ad Hierosolymã, ad Iudam & fratres eius misit, qui uerbis per dolum blandis ita dicerent, Ne qua inter nos & uos pugna intercedat, ueniam paucis comitatus, ut ora uestra cum pace conspiciã. Verum cum ad Iudam uenisset, pacifica consalutatione inuicẽ facta, hostes Iudã parabant abripere: quare Iudas cognita, se utiq; per dolum esse conuentum, expauit illum, nec porrò uoluit in conspectu eius permanere. Vt igitur cognouit Nicanor consilium suum B esse detectũ, obuiam Iudæ processit ad [c] Capharsalama, & occubuerunt de exercitu Nicanoris circiter quingenti uiri, reliqui autem in urbẽ Dauidis aufugerunt. His rebus ita gestis, cum Nicanor ascendisset in montem Sion, exierunt ad eum è sacerdotibus ex sacrario, & è senatu populi qui eum salutarent pacifice, & holocaustũ ei, quod pro rege offerebatur, ostenderent. At ille irridere eos, & habere ludibrio, uiolare eos, atq; superba loqui, †tum iurare furibundus, ac dicere, Nisi traditus fuerit Iudas & exercitus eius in manus meas in præsentia, ubi primũ incolumis rediero, succendam domum istam: simulq; cum ira magna exijt. Tum ingressi sacerdotes ante altare & [D] templum stantes lamentati sunt, ac dixerunt, †Tu ædẽ hanc inuocando in ea nomini tuo delegisti, ut domus orationis foret populo tuo & precationis: statue exemplum in hominem hunc & exercitũ eius, ut gladio trucidentur: recordare maledicta eorũ, nec locum eis dederis. Egressus itaq; F Hierosolymis Nicanor, insedit Bethoron, ibiq; auctus est copijs Syriacis: Iudas uero [e] Adasis statiua habuit cum tribus uirorum millibus. Ibi Iudas orauit, ac dixit, Olim cum ij qui à rege missi fuerant, male essent locuti, exortus †angelus tuus centum octogintaquinq; millia ex ipsis interfecit. Eodẽ hodie modo dele exercitum hunc in conspectu nostro, unde cæteri discant eum infauste locutũ esse aduersum sacra tua, adeoq; in eum pro malitia ipsius animaduerte. Postea prælio inter acies cõmisso die mensis Adar tertiadecima, fusa est acies Nicanoris, † ipseq; in pugna primus est interfectus: quẽ ubi cæsum esse uiderunt ipsius copiæ, abiectis armis suis fugam cepere. Cumq; per iter unius diei ab Adasis usq; ad Gazera G fugarentur, & canerent post eas quibus signa dabantur classica, prouolabant undiq; ex uicis Iudææ, qui eas altera in parte impellerent: & his aduersus illos contendentibus gladio cæsi sunt omnes, ut ne unus quidem ex illis euaserit. Tum hi spolijs lectis prædaq; parta, †caput Nicanoris & dexteram, * quam superbe protenderat, amputarunt. Cumq; ablata hæc suspendissent iuxta Hierosolymã, populus admodum lætatus diem illum celebrauit ut ingentis lætitiæ diem, & eam annis singulis decimamtertiam mensis Adar agitandam instituit. Ita regio Iudaica paucis diebus pacata est.

Marginal notes: 2.Mac.14.c — 2.Par.7.c — 4.Re.19.g, 2.Mac.8.d — 2.Mac.15.d — 1 Reg.17., Iudith.13.b, *2.Mac.14.c — [c] al. Capharsarama. — [D] Quod proprie היכל dicitur. — [e] Al. Adarsis.

CAP. VIII.

A Vdijt autem Iudas nomen Romanorũ, quantũ ualerent potentia, quamq; A beneuolos se præstarent omnibus fautoribus suis in amicitiam ipsorũ uenientibus, sancientibusq; cum eis societatem: & quantum opibus pollerent, tum etiam bella eorum ipsi relata sunt, & res aduersum Gallos fortiter gestę, quos scilicet deuictos sibi reddidissent tributarios. Deinde quæ gessissent in prouincia Hispania, metallis auri & argẽti, quæ sunt illic potiti, dominiq; tractus illius omnis facti consilio suo, & magnanimitate, (quamuis procul admodum ab ipsis abesset locus,) regibus [a] qui eos ab ultimis terris bello petiuissent, oppugnandis, donec profligassent illos, cladeq; ingenti affecissent, reliquis tributum ipsis annuũ pendentibus. Præterea ut Philippum & Persen Cithieorũ regem, cæterosq; qui arma aduersus eos tulerant, domuissent: †& Antiochus ille magnus Asiæ rex, qui bellũ eis centum & uiginti elephantis, atq; equitatu, curribusq;, & perq̃ magno exercitu instructus intulerat, fusus esset ab illis, captusq; uiuus, eoq; imperassent tam ipsi q̃ successuris ei regibus tributum ingens sibi pendendum, dandosq; obsides, B

Marginal notes: Ioseph. Antiq. lib. 12. cap. 17. — 1.Mac.1.a — [a] τῶν ἐπελθόντων, καὶ αὐτοὺς ἀπ᾽ ἄκρων.

atq; facta diuisione regiones Indiam, Mediam, Lydiã, partemq; amœnissimam ipsius regionum, ab eo acceptas tradidissent Eumeni regi. Adhæc Græcis adoriri eos & excindere deliberantibus, ipsos ut rem cognouerunt, duce uno aduersus eos misso, belloq; illato cæsos ex eis interemisse multos, captisq; plurimis cũ uxoribus eorundem & liberis, deprædatos esse eos, & terra ipsorum potitos: tum diruisse munitiones eorũ, & postquam prædã fecerint illos, & miserint in seruitutem ad præsentem usq; diem obtinere. Reliqua regna & insulas, quæcunq; tandem se ipsis opposuissent, deuastasse & redegisse in seruitutem, uerum cum amicis suis & fautoribus amicitiam conseruare. Ita regnis omnibus tam propinquis q̃ remotis potitos esse, omnibus qui nomen eorum audissent terribiles. Quoscunq; deniq; uoluissent adiutos ipsi, & in regna inductos, eos regnare: rursumq; è re-
C gno deduci quos uoluissent. Cumq; magnis aucti essent incrementis, diadema tamen in omnibus his gestare neminem ipsorum, nec purpura qua se magnifice gereret indui, sed eos senatum legisse sibi, & quotidie consilium inire trecentos et uiginti senatores de recte regenda multitudine semper consultantes. Porrò uni homini imperiũ annuum suum cõmittere, qui uniuersæ ipsorum terræ dominetur, cui omnes dicto sint audientes: nec inuidiam esse inter eos, aut æmulationẽ. Iudas itaq; delectos Eupolemum Ioannis ex [b] Accos nati filiũ, & Eleazari filiũ Iasonem Romã misit, ad amicitiam pangendã cum Romanis & societatẽ, per quã iugo leuarentur, eo quod seruitute premi uiderent à regno Græcorũ Israelem. Hi profecti Romam itinere perq̃ longinquo, ut ad senatũ ingressi sunt, sic orsi, Iudas ille Machabæus, inquiunt, & fratres eius, omnisq; populus Iudaicus nos huc miserunt, ut societatẽ & pacem uobiscũ ineamus, sociiq; uestri scribamur & amici. Hęc apud illos gratiosa fuit oratio, & hoc est exemplum epistolæ, quam rescriptam in tabulis æreis miserunt Hierosolymam, ut illic apud Iudæos esset repositũ monumentũ pacis & societatis. Quod felix faustumq; sit Romanis gentiq; Iudaicæ tam
D mari q̃ terra in perpetuum, [c] Gladius quidẽ & hostis procul ab his abesto, ueruntamen si bellum in Romanos motum prius fuerit, aut in quoscunq; eorũ socios, ubicunq; dominatum obtinent, auxiliũ feret ipsis gens Iudaica plena uoluntate, prout tempus dictauerit: & hostibus nec frumenta dabit, nec arma, pecuniam, naues subministrabit, prout Romanis id placuerit, quorum præscripta seruabit nulla mercede. Similiter autem si bellum genti Iudaicæ extiterit priori, auxilia dabũt Romani bona fide, prout tempus eos monuerit: belluq; iuuantibus nec frumentum suppeditabitur, nec arma, pecuniæ, naues: [d] prout Romanis uisum fuerit esse faciendum: sed hæc præscripta seruabunt citra dolum malum. In hæc uerba Romani pacti sunt cum populo Iudaico. Quod si ad hæc uerba decrerint hi aut illi addere quippiam, aut demere, alterorum id facient uoluntate: ratumq; esto quicquid addiderint aut dempserint. Porrò de malis quibus rex Demetrius Iudæos afficit, his uerbis ei scripsimus, Quare iugo tuo grauasti amicos nostros & socios Iudæos? Certè si nos adierint aduersum te denuo, persequemur ius eorũ, & bellum tibi terra mariq; faciemus.

[b] Al. Iacob.

[c] Vel, bellum.

[d] Vel, iuxta decretum Romanorum.

CAP. IX.

A VT autẽ intellexit Demetrius quomodo Nicanor cum copiis suis bellũ gessisset, denuo misit Bacchidem & Alcimũ in terram Iudaicam, attributo ipsis cornu dextero, qui itinere ad Galgala ducẽte profecti cum ad [a] Masaloth, quæ in Arbellis est castra posuissent, capta ea uitam plurimis hominibus eripuerunt. Deinde mense anni centesimi quinquagesimisecundi primo castris Hierosolymam motis profecti Bereã cum uiginti millibus peditũ, equitũq; millibus duobus peruenerunt. Iudas autẽ statiua habebat [b] Eleasæ cum tribus lectorum uirorum millibus, qui uim ingentem exercitus uidentes, exterriti sunt uehemẽter, multiq; è castris dilapsi, ut præter uiros octingentos ex illis nemo relinqueretur. Videns ergo Iudas 1. Mac. 7. f Ioseph. lib. 12. cap. 17.

[a] Al. [illegible]

[b] Al. in Laisa.

go Iudas exercitũ suum esse dilapsum, & se bello premi, fractus animo, eo q tempus recolligendi illos non haberet, cõsternatusq; hortatur reliquos, Exorti aggrediamur hostes nostros, si fortè possimus eos debellare. At illi absterrere eum, ac dicere, Minime poterimus: quin potius uitæ nostræ consulamus in præsentia. Reuertere, nam fratres nostri dilapsi sunt, & nos aduersus istos pugnemus cum pauci simus? Tum Iudas, Absit hoc à me facinus, inquit, ut istos fugerim. Quandoquidem dies nostra uenit, moriamur pro fratribus nostris fortiter, nec existimationi nostræ probrũ relinquamus. Interim è castris processit exercitus, & ex aduerso his constitit. Erat autem equitatus bifariam diuisus, & præcedebant exercitum funditores ac sagittarij, primamq; robustissimi quiq; tenebant aciẽ, Bacchides uero erat in cornu dextero. Certamen igitur inierunt phalanges utrinq; tubis signa canentibus, & inciuerunt etiam ab Iudæ copijs classica, adeo ut terra præ sonitu exercituum contremisceret. Cum autem commisso prælio à mane usq; ad uesperam pugnatũ esset, conspicatusq; esset Iudas Bacchidem cum firmamento exercitus in parte dextera, iunxerũt se ei [c] animo fidentissimi quiq;, & fuso cornu dextero fugientes usq; ad montem Azoti persecuti sunt. Cæterum qui tenebant sinistrum cornu, dexterũ cornu fusum esse uidentes cum se in uestigia Iudæ & sociorum eius à tergo circumegissent, ingrauescente certamine dum cæsi hinc inde crebri cadunt, Iudas quoq; occubuit, & reliqui fugam ceperunt. Tum Ionathan & Simon sublatum Iudam fratrem suum sepulchro maiorũ suorum Modini tradiderunt: & defleruntt eum ac planxerunt Israelitæ omnes ingenti cõploratione luxeruntq; diebus multis, dictitantes, Siccine cecidisse strenuum seruatorẽ Israelis? Cæterum rerum Iudæ & bellorum, fortiumq; factorũ eius, atq; rerum ad eorundem amplitudinem pertinentium supersunt quæ non sunt scripta: † [d] siquidẽ permulta fuerunt. Porrò post obitum Iudæ accidit ut proferrent se homines nefarij in omnibus finibus Israeliticis, & iniustissimi quiq; existerent: quibus cum orta fame temporibus illis perq̃ graui, regio desciuit. Tum Bacchides delectos uiros illos impios regionis dominos cõstituit, qui amicos Iudę inquirere & inuestigare, & eos ad Bacchidem ducere pœnis afficientem eos, & habentem ludibrio. Et accidit calamitas Israelitis ingens, qualis nulla extitit, ex quo nõ uisus fuit inter illos propheta. Proinde omnes amici Iudæ congregati ad Ionathan, Ex quo, inquiũt, frater tuus Iudas mortem oppetijt, nõ extat uir ei similis qui se opponat hostibus nostris & Bacchidi, gentisq; nostræ inimicis. Nunc igitur te delegimus hodie, ut princeps noster sis loco eius, & dux qui geras bellum nostrum. Ita Ionathas principatũ suscepit illo tempore, & successit Iudæ fratri suo. Quod cum cognouisset Bacchides ad necẽ eum quærebat. Hac re intellecta Ionathas & Simon frater eius cum socijs omnibus confugerunt in desertum Thecuæ, & ad aquas lacus Asphar castrametati sunt. Bacchides autem obseruato sabbathorum die, cum [e] omni exercitu suo uenit [f] ad oram Iordanis. Interea cum Ionathan fratrem suum populi ducem ad Nabathæos amicos suos misisset supplicem, ut apud eos sarcinas suorũ, quas multas habebãt, deponeret, natio [g] Ambri facta eruptione ex Medaba cepit Ioannem, & præda omniũ quæ habebat onusta abijt. Cæterum his rebus ita gestis, cum Ionathæ fratriq; eius Simoni nunciatum esset eandem nationem Ambri nuptias magna celebrare frequentia, & ducere sponsam è [h] Nadabath filiã cuiusdam primatis inter Chananæos potentis cũ ingenti pompa, memores Ioãnis fratris sui ascendunt, & se sub latebram montis abscondunt. Cumq; sublatis oculis repente uidissent turbam, & apparatũ multum, sponsumq; cum amicis suis exeuntem, atq; fratres eius obuiã his cum tympanis, organis, armisq; plurimis uenientes, ex insidijs in eos exurrexerunt, & trucidatis eorum cædendoq; prostratis multis, reliquis uero fugatis in montem, omnibus eorũ spolijs potiti sunt. Ita nuptiæ

Margin notes: B; C; D; Ioseph. Antiq. 13. ca. 1.; [c] Al. ἰσχυροι.; [d] [illegible]; [e] [illegible]; [f] בעבר; [g] ἀμβρί, al. ἰαμβρί.; [h] Al. Medaba, ut etiã Iosephus habet.

in luctum conuersæ sunt, & sonus eorũ musicus in fletum: hi uero sanguinẽ fra-
[t] ius, al. ὅρ. B tris sui graui uindicta expiarunt, & reuersi sunt ad [t] paludẽ Iordanis. Quod cum
intellexisset Bacchides, & uenisset ad ripam Iordanis cum exercitu multo die sab
bathorũ, Ionathas suos ita allocutus est, Exurgamus nunc, & pro uita nostra pu-
gnemus. Non enim iam se res habet ut heri aut nudiustertius. Nam ecce bellum
nos urget à fronte & à tergo, aquæ uero Iordanis hinc atq; illinc, tum paludes &
saltus, nec locus patet effugio. †Nunc ergo clamate in cœlũ, ut è manu hostiũ ue- 2.Par.20.
strorum liberemini. Porro cum commisso prælio Ionathas extenta manu appe- 1.Mac.4.
tiuisset Bacchidẽ, illeq; ab eo retro declinasset, Ionathas & qui cum eo erant capto
[r] εἰς. [r] in Iordanem saltu, in ulteriorẽ ripam tranauerunt, nec hi post eos traiecerunt Ior
danem. Cæsi sunt autẽ illa die milites Bacchidis ad mille, ipse uero reuersus Hie-
rosolymam, urbes muniuit extructionibus in Iudæa, propugnaculũ Iericho scili
cet, & Emmaum ac Bethoron, itẽq; Bethel, atq; Thamnatha, Pharathoni, Tephro
muris altis, portis & claustris, præsidiaq; insuper ad Israelem infestandũ imposuit.
Muniuit & urbem Bethsuram, & Gazaram atq; arcem, instruxitq; eas præsidijs,
& imposito commeatu. Ad hæc filios principum regionis accepit obsides, & eos
F curauit asseruandos custodijs in arce Hierosolymitana. Anni centesimi quin-
quagesimi tertij mense secundo cum Alcimus iussisset murum atrij interioris sa-
cræ ædis dirui, & opera prophetarũ destrui, iamq; aggressus esset demolitionẽ, ip
so illo tempore tactus est idẽ Alcimus, & opera eius impedita sunt. Nã occlusum
est os illius præ paralysi, ut uerbum eloqui non posset, nec testamentum condere:
sed ut illo tempore cum magno cruciatu moreretur. Videns ergo Bacchides Al-
cimum esse mortuum, reuersus est ad regẽ: quare cum terra Iudaica duobus an-
nis interquieuisset, nefarij omnes inito consilio, Ecce Ionathas, inquiunt, & sui se
curi quietem agunt, quamobrem nunc excieamus Bacchidẽ, qui eos omnes una
nocte capiat: profectiq; consilium suum cum eo communicarunt. Venit igitur il
le cum copijs ingentibus iter ingressus: simul epistolas clam misit socijs suis omni
bus qui in Iudæa erant, ut Ionathan cum suis caperent. Verum hoc non perfece-
runt, nam illi consilio istorum sibi renunciato, comprehensos regionis incolas ali
[l] Scilicet Ionathas cũ suis. Aliter Iosephus. quot sceleris †duces uiros ad quinquaginta, [l] occiderunt, Deinde Ionathas & Si- 2.Re.20.
mon cum suis se receperunt [m] Bethbasin, quæ est in deserto, & eam qua diruta fue
G rat reparatam munierunt. His cognitis Bacchides postquã coëgit omnes copias
[m] Al. Bethbessen. suas, euocatis etiã ex Iudæa militibus, profectus castra posuit ad Bethbasin, eamq;
machinis extructis per dies multos oppugnauit. Tũ Ionathas Simone fratre suo
[n] Al. Odarem. in urbe relicto, in agrũ exijt, & educta numerosa manu cæde affecit [n] Odomerã,
& fratres eius, filiosq; Phaseron oppressos in tabernaculis suis. Cum autem cœ-
pisset cædere, & uiribus magis magisq; proficeret, Simon quoq; eruptionẽ ex ur-
be fecit cum suis, qui machinas succenderũt, commissaq; cum Bacchide pugna, fu
derũt eum grauiter afflictum. Quia igitur consiliũ eius & expeditio frustra erat,
iram uertit in uiros illos nefarios, qui ei regionem inuadẽdi authores fuerant, &
multos eorum interfecit. Cum autem Ionathan intellexisset eum de redeundo in
terram suam agitare consilia, legatos misit ad eum de pace cum eo cõponẽda, qua
captiui inuicem redderentur: quam ille accepit, & acquieuit postulatis eius, atq; iu
rauit se nullum ei malum creaturũ omni tẽpore uitæ suæ, & captiuos quos è ter
ra Iudaica antehac abduxerat, ei reddidit. Tum remeans abscessit in terram suã,
[o] Hebr. gladius pro bello. nec postea Iudæorum fines rursum attẽtauit inuadere. Ita sublato ex Israele [o] bel-
lo Ionathas Machmis consedit, ubi magistratũ populi adeptus, impios deleuit ex
Israele.

CAPVT X.

A ANno centesimo sexagesimo Alexander Antiochi filius ille illustris fines Pto Ioseph. Antiq. lib. 13. cap. 2.3.
lemaidis ingressus occupauit eam, & receptus ibi regnauit. Quod cum in-
tellexisset

Digitized by Google

tellexisset Demetrius rex, copias perq; magno numero collectas aduersus eũ eduxit in expeditionẽ: simul literas misit ad Ionathan, uerbis amicis eũ amplificans. Cogitabat enim, Occupemus pacem cum eo conficere, priusquã eam aduersum nos faciat cum Alexandro. Memor enim malorum erit omniũ, quę in eum & fratres, gentemq; ipsius perpetrauimus. Dataq; ei potestate colligendi exercitum, & parandi arma, fruendaq; secum societatis: obsides quoq; qui in arce erant, eidem tradi iussit. Venit itaq; Ionathas Hierosolymam, & cum literas legisset audiente omni populo, arcisq; custodibus, illi magno timore perculsi, quod ipsi à rege potestatem exercitus cogendi datã audirent, †obsides Ionathæ tradiderũt, qui eos parentibus [a]restituit. Porrò habitans Hierosolymis Ionathas ædificare cœpit, & urbem instaurare, opificesq; iussit muros & mõtem Sion undiq; lapidibus quadratis extruere, ut essent munimento. Quod cum ita faceret, qui propugnacula à Bacchide extructa tenebant alienigenæ, diffugerunt, desertoq; suo quisq; loco, patriam suam repetiuere: nisi quod Bethsuris relicti sunt quidam desertores legis & præceptorum, eò se receptantes. Vt autem audiuit rex Alexander quæ per literas detulisset B Ionathæ Demetrius, & fama accepit bella, & res tam ab ipso quàm fratribus ipsius fortiter gestas, & quos labores exhausissent, Nósne, inquit, talem uirũ non demereamur? quin potius amicitiam cum eo faciamus & societatem: scripsitq; literas quas misit ad eum horum uerborũ argumento, Rex Alexander fratri Ionathæ salutẽ. Postquam fama de te accepimus, te uirum esse [b] potentia pollentẽ, & ad amicitiã nostram accommodatum, nos hodie te summum gentis tuæ pontificẽ constituimus, ut amicus regis appelleris, & partes nostras teneas, colasq; nobiscum amicitiam: simulq; purpuram ei misit, & coronam auream. Proinde mense anni centesimi & sexagesimi septimo Ionathas die scenopegijs solenni induit sacrũ habitũ, copias coëgit, & magnam armorum uim comparauit. Quo nuncio accepto contristatus Demetrius, Quid egimus, inquit, quod Alexander amicitia cum Iudæis præsidio sibi conficienda nos anteuertit? Scribam illis & ego uerbis inuitantibus, de dignitatibus, de muneribus, ut mecum iungãt auxilia: scripsitq; adeo in hæc uerba, Rex Demetrius genti Iudaicæ salutem, Quod pacta nobiscũ seruaritis, & perstiteritis in amicitia nostra, nec uos ad imimicos nostros adiunxeritis, & audiuimus, & gauisi sumus. Nunc igitur in fide nobiscũ conseruanda porrò manete, & gratiã uobis eo quod nobiscũ faciatis, referemus. Munera multa mittemus uobis, & C dona largiemur: atq; adeo iam nunc immunitatẽ do uobis, & remitto tributa Iudæis omnibus, salisq; pensiones, & coronarum: præterea tertias seminũ, & dimidium fructus arborum, debitam mihi obuentionem condono uobis iam inde ab hoc die in posterũ, ut nec à terra Iudaica exigatur, †nec à tribus additis ei præfecturis Samariæ & Galilææ, [[c]transq; Iordanẽ positæ regionis,] iam inde ab hoc die in æuum sempiternum: tum Hierosolyma sacrosancta esto, & libera cum finibus suis, decimis, uectigalibus. Cedo etiam potestate arcis Hierosolymitanæ, & eam trado summo pontifici, ut ei uiros imponat quos ipse pręsidio illius delegerit. Ad hæc nomen omne Iudaicum, quod captiuũ è terra Iudaica in totum regnũ meum abductum est, gratis libero: ut uectigalia omnibus, etiam iumentis ipsorũ remittantur. Dies insuper solẽnes omnes, et sabbathia, & neomeniæ, ac stati dies, [d]tresq; adeo dies solennem præcedentes, totidemq; subsequentes eundem immunes sint omnes & liberi Iudæis omnibus regnum meum incolentibus: nec potestatem habeat quisquam faciendi, quo quenquã eorum ulla in re interpellet. Porrò describantur in exercitum regis ex Iudæis ad triginta uirorũ millia, qui stipendio, quod omnibus regis militibus cõstitutum est, affecti pars disponantur per ingẽtes munitiones regis, pars regijs præficiantur curationibus ijs quæ fidem postulãt. Tribuni autem ipsorũ & principes ex ipsis sunto, suisq; utuntor legibus, sicut rex præ-

Mac. 9. e

Mac. 11. d

a καὶ ἀπέδωκε.

b Vel, fortitudine

c Hanc Ioseph. tertio loco addit.

d καὶ τρεῖς ἡμέραι.

D cepit in terra Iudaica. Quinetiã tres illæ præfecturæ, quæ ad Iudæam additæ sunt de terra Samariæ, Iudææ iungantur, ita ut cõtributæ subsint uni, nec alij præterq̃ summi pontificis potestati pareãt. Ptolemaidem autem cum suo territorio sacris Hierosolymitanis putaui donandã in sumptus ad sacra pertinentes. Addo etiam de meo siclorum argenti annua quindecim millia de rationibus regijs, quę suis è locis reficiuntur, & reliqua de curationibus superiorũ annorũ nondum persoluta: ut dehinc iam in opera templi impendantur. Ad hæc siclorum argenti quinq; millia de curationibus sacrarij superioribus annis desumpta è rationibus annuis etiam ea condonantur, q; ad sacerdotes sacrorum ministros pertineant. Et quicunq; [e] rationibus regijs quacunq; de re obnoxij in templum Hierosolymitanũ, aut quemuis ipsius terminum confugerint, dimittantur, rebus quas habent in regno meo saluis omnibus. Postremo in opera sacrorum condenda reparandaq; sumptus dabitur è rationibus regijs, & ad Hierosolymam muris extruendã atq; muniendam undiq;, sumptus item ex ærario regio suppeditabitur, necnon in muros per Iudæã ædificandos. His sermonibus auditis Ionathas & populus fidem non adhibuerunt, nec acquieuerũt eis, † q; summæ calamitatis, qua ille affecerat Israelitas, & supra modum afflixerat, meminissent, sed uoluntatem adiunxerunt ad Alexandrum, qui de amicitia cum ipsis prior egerat, & societatẽ cũ eo per omne tempus coluerunt. Porrò cum Alexander collectas copias ingentes eduxisset in expeditionem aduersus Demetrium, conserta inter utrunq; regem pugna, fugam cepit exercitus Demetrij, quem Alexãder persecutus, reportauit ab eo uictoriam:

E cum'q; illud perq̃ acre prælium usq; ad occasum solis durauisset, † Demetrius illa die occubuit. Tum misit Alexãder ad Ptolemæum regem Aegypti legatos cum mandatis in hæc uerba, Quoniam reuersus [f] in regnũ, consedi in solio maiorum meorum, imperium obtinui, Demetriũ fudi, & regione nostra potitus sum, (nam commisso cum illo prælio, quo ipse fusus est à nobis cum exercitu suo, soliũ regni ipsius occupauimus) nunc age amicitiam ineamus inuicẽ, & filiam tuam des mihi uxorem, ut sim gener tuus, donaq; tibi & ipsi mittam te digna. Cui respondit Ptolemæus rex his uerbis, Felix est illa dies qua in terram maiorum tuorum reuersus in solio regni ipsorum consedisti. Quare nunc tecum agam ut scribis. Verum tu mihi obuiam uenias Ptolemaidẽ, ubi alter alterum uideamus, & te generũ adsciscam mihi, sicut petiuisti. Venit ergo Ptolemæus ex Aegypto profectus cum filia sua Cleopatra Ptolemaidem anno centesimo sexagesimosecundo, ubi & Alexander rex præsto fuit, & Cleopatra filia sua eidem collocata, nuptias Ptolemaidi more regio summa cum magnificentia celebrauit. Tum rex Alexander literis obuiam sibi euocauit Ionathan: qui cum magnifice uenisset Ptolemaidẽ, utrunq; regem coram adijt, offerens eis argentum & aurum, donaq; amicis eorundẽ, fuitq; apud eos gratiosus. Confluxerunt autem eodem aduersus eum uiri pestilẽtes ex Israele, uiri nefarij, ut eum criminarentur, sed rex eis aurem non præbuit, sed Ionathan exutũ uestibus suis, purpurã iussit indui. Quod cum ita factum esset, rex eo

F in sede iuxta se collocato, principes suos sic allocutus est, Progressi cum hoc in medium ciuitatis per præconem edicite, ne quis eum ulla de re in crimen uocet, aut eius ullius dicti nomine sit molestus. Ita factum est, ut accusatores gloriam eius quomodo promulgata esset, & amictum purpureum uidẽtes, omnes se fuga proriperent. Ionathas autem cum rex eum gloria ornatum inter primos scripsisset amicum, ducem'q; cõstituisset, ac tribunum militum, Hierosolymam cum [g] pace, & lætitia reuersus est. Porrò anno centesimo sexagesimoquinto Demetrius Demetrij filius è Creta redijt in patriam suam. Quod cum audisset Alexander, contristatus uehementer, reuersus est Antiochiam. Demetrius autem ducem cõstituit † Apollonium præfectum Cœlesyriæ, qui collectis ingẽtibus copijs, & castris positis ad Iamnian,

[e] Vel, pecunias regias, aut quacunq; rem debentes.

[f] τὴν βασιλείαν, al. γῆν βασιλείας.

[g] Vel, incolumitate.

1. Mac. 7

Ioseph. li. 13. Antiq. cap. 5.

Ioseph. Antiq. lib. 13. cap. 6. 1. Mac. 10

Digitized by Google

Iamnian, ad Ionathan summum pontificē hæc mandata misit, Tu solus omniū aduersus nos intumescis, ego uero ludibrio sum habitus propter te, & probro affectus. At quid tandem aduersum nos ferocis in montibus? Quin si quid est in uiribus tibi fiduciæ, descēde iam nunc ad nos in campū, ubi armis decernamus inuicem, nam apud me est robur [b] ciuitatum. Interroga, & disce quis ego sim, & cæteri, quibus utor auxiliarijs. Non poteritis, inquiunt, pedē in conspectu nostro figere, quia maiores uestri in terra sua bis in fugā uersi sunt, ut nunc non ualeatis equitatum, tantumq; exercitum sustinere in campo, ubi nulla rupes est, nullum saxum, nullus locus effugio. His Appollonij sermonibus auditis animo cōmotus Ionathas cum decē lectis uirorū millibus egressus Hierosolymis, cū se ei Simon frater ipsius iunxisset auxilio, ad Ioppen duxit exercitum, & urbe exclusus, quod Apollonij præsidium intus esset, eam oppugnauit. Quamobrem territi ciues, aperuerunt, & Ionathas Ioppen obtinuit. Hoc nuncio accepto Apollonius, cum delectis sibi equitum tribus millibus, magnaq; ui peditū, ut iter facturus Azotum, profectus est. Cumq; se interim cōmitteret in planitiem, eo quod frequentē quo fidebat haberet equitatum, Ionathas eum à tergo Azotum contendentem persecutus prælium cum ultimo agmine commisit. Reliquerat autem Apollonius abditos à tergo suorum mille equites, quas insidias imminere tergo suo Ionathas animaduertit: cumq; exercitum eius circūuenissent, & lanceas in populū uibrarent à mane usq; ad uesperā, perstitit tamē populus quomodo Ionathas imperauerat, donec equi eorum fatigarentur. Tum Simon acie sua explicata, phalangē adortus est, (nam lassatus erat equitatus,) qua ab eo fusa & fugata, equites quoq; sparsa per campum fuga petentes Azotum in ædem Dagonis simulachri sui confugerunt. Ionathas aūt succendit Azotū cum oppidis ei circūiacentibus, captisq; inde spolijs delubrū Dagonis cū ijs qui eò confugerant, igni cremauit, & confectus est numerus cæsorū gladio cum concrematis ad octo millia uirorū. Inde profectus Ionathas ad Ascalonē castra posuit: cumq; ciues obuiā illi processissent cū summa ueneratione, Hierosolymam cum suis, spolia multa gerentibus, reuersus est. His rebus auditis Alexander rex, Ionathan amplioribus affecit honoribus, & misit ei bullam auream, qualis cognatis regum dari solebat, atq; Accaronem ei cum omnibus ipsius finibus possidendam attribuit.

[b] πόλεων, al. πολιτῶν.

CAP. XI.

ph. An 13. cap.

Porrò rex Aegypti cōtracto exercitu instar arenæ quæ circa orā maris est, numeroso, classeq; copiosa, regnū Alexandri dolo quærebat occupare, suoq; regno adijcere. Cum igitur esset amico prætextu ingressus in Syriam, qui tenebant urbes, portas aperiebāt illi, & pdibant obuiā, quia mandatū erat regis Alexādri, ut ei obuiam, eo q socer ipsius esset, iretur: ille uero urbes Ptolemaidis ingressus, copias & præsidia singulis imponebat. Vt autem appropinquauit ad Azotum, ostensum est illi delubrum Dagonis exustum, & Azotus ipsa cum circumiacentibus oppidis diruta, corporaq; proiecta, & cadauera eorū qui igni in bello peremti fuerant, (nam ea in aceruos, qua iter habebat, congesserant,) quæcunq; deniq; patrauisset Ionathas, regi narrata sunt ad inuidiam illi faciendam. Rex tamen tacuit, & Ionathas obuiā ei aduenit Ioppen magnifice: ubi cum consalutatione inter se facta pernoctassent, Ionathas regem usq; ad [a] fluuiū nomine Eleutherū comitatus, Hierosolymam remeauit. Rex autem Ptolemæus urbibus maritimi tractus, usq; Seleuciam & ipsam maritimam occupatis, mala in Alexandrū consilia instituebat animo, missisq; ad Demetrium regē legatis, Age, fœdus inter nos ineamus, inquit, & filiam meam quam Alexander habet, tibi collocabo, regnumq; patrium tuū obtinebis. Pœnitet enim me illi filiā meam nuptū dedisse, eo quod mihi necem machinatus est. Ita criminatus illum, ut qui affectaret regnū ipsius, † ereptam illi filiam suam locauit Demetrio: atq; alienatus est ab Alexandro, palamq;

[a] ποταμοῦ, καλουμένου.

g. 15. g

factæ sunt eorum inimicitiæ: & ingressus Antiochiam Ptolemæus duo capiti suo diademata imposuit, Asiæ scilicet & Aegypti. Erat autem Alexander rex in Cilicia temporibus illis, quod incolæ locorũ illorum defectionem meditarentur, qui hoc nuncio accepto, bellum illi intulit. Verum cum Ptolemæus suscepta expeditione occurrisset ei cũ manu ualida, fusus Alexander confugit in Arabiam, ut illic in tuto futurus, uictoria uero cessit Ptolemæo. Porrò Zabdiel Arabs [b] caput amputauit Alexandro, & misit illud ad Ptolemæum. Idem rex Ptolemæus tertia post die mortuus est, & ijs qui in præsidijs erãt, alteris ab alteris interfectis, rex Demetrius regnũ obtinuit anno centesimo sexagesimoseptimo. Illis temporibus cum Ionathas contractis ex Iudæa ad expugnandum arcem Hierosolymitanã copijs, multas iam aduersus eam extruxisset machinas, quidam exosi gentẽ suam uiri nefarij ad regem profecti, retulerunt illi Ionathan arcem obsidere. Quod ut intellexit ille iratus est, & simul ac primum audiuit, profectus uenit Ptolemaidem, scripsitque Ionathæ ut abstineret obsidendo, & obuiam sibi ad colloquium quàm primum ueniret Ptolemaidem. Quod postquam nuncium accepit Ionathas, suis ut obsiderent iussis, C ipse cum delectis ex Israele senioribus ac sacerdotibus, commisit se periculo: sumptoque argento & auro, & uestimentis, alijsque xenijs quàmplurimis, Ptolemaidẽ ad regem profectus est, fuitque apud eum gratiosus. Et quamuis eum quidam suæ gentis nefarij criminarẽtur, rex tamen eum tractauit more † priorum se regum, eumque coram omnibus amicis suis amplificauit. Ad hæc cõstabiliuit ei pontificatum, & quæcunque alia prius habuerat magnifica, eumque inter primos amicum censeri uoluit. Postulauit ergo Ionathas à rege, ut immunitatẽ daret Iudææ, † tribusque præfecturis, & Samariæ [eiusdemque finibus,] talenta illi trecenta pollicens: quod quidem regi placuit, scripsitque Ionathæ literas de his omnibus hoc argumentũ continentes, Rex Demetrius Ionathæ fratri gentique Iudaicæ salutem. Exemplũ epistolæ quã scripsimus Lastheni cognato nostro de uobis, scribimus etiam ad uos, [c] ut sciatis. Rex Demetrius Lastheni patri salutem, Quandoquidem genti Iudæorum qui nobis amici sunt, iuraque nobiscum pacta seruant, beneficiũ dare decreuimus pro ipsorum erga nos beneuolentia: assignauimus illis fines Iudææ, tres præfecturas, Aphærema, [d] Lyddam, & [e] Ramathem de Samaria ad Iudæã additas, omniaque ad eos pertinentia omnibus Hierosolymæ sacrificiis: idque pro regijs uectigalibus, D quæ rex antehac ab ipsis percepit annua de fructibus tam terræ quàm arborum. Alia item quæ dehinc iam nobis reficerentur tam decimas quàm tributa nobis debita, atque etiam salinas & coronas quæ pendebantur nobis, simul illis omnia cõcedimus: iamque inde ad omne tempus ne unum quidẽ horũ erit irritum. Iam igitur exemplum horum curate describendũ, quod detur Ionathæ, & in monte sancto in celebri loco ponatur. Videns autem Demetrius pacatam esse sub se terram, nihilque sibi resistere, dimisit omnes copias suas, suam quemque domum, excepto exercitu peregrino, quem ab insulis gentium cõtraxerat: quapropter copiæ ipsius quas à patribus acceperat, omnes odium in ipsum conceperunt. Fuit tum † Tryphon quidam, olim Alexandri partium, qui uidens milites aduersus Demetriũ omnes fremere, cum ad [f] Simalchue Arabem, qui Antiochum Alexandri filium educabat, se contulisset, instigauit eum, ut sibi eum ad regnandũ loco patris sui traderet: simul retulit illi quæcunque patrauisset Demetrius, & odium quod aduersus eum gereret E exercitus ipsius, diesque ibi multos egit. Interim Ionathas scripsit ad regem Demetrium, ut præsidia ex arce Hierosolymitana munitionibusque deduceret, quod crebro impugnarent Israelẽ. Cui rex Demetrius hoc remisit responsum, Non solũ hæc præstabo tibi gentique tuæ, sed nactus opportunitatẽ, te simul & gentem tuam gloria illustrabo. Porrò in præsentia rectè feceris, si miseris ad me uiros auxiliares, quia exercitus meus omnis desciuit à me. Tum Ionathas uirorum robore pollentium

[b] περιελών.
[c] ἴστε.
[d] Iosephus Belsceli da.
[e] Al. ῥαθάμιν.
[f] Al. Emalchuel. Iosephus Malachum.

1. Mac. 1 b
1. Mac. 1 d
1 Mac. Ioseph tiq. 13. 8.

tium tria millia misit Antiochiam. Qui cum ad regem uenissent, ipseq; aduentu eorū lætaretur, concurrerunt in medium urbis incolæ ad uirorum [g]centum uiginti millia, regem interficere cogitātes. Rex itaq; confugit in regiam, quam cum occupatis uicis urbis incolæ oppugnare inciperent, auxilia Iudæorū inuocauit: qui cum ad eum simul omnes con uenissent, effusi in urbem, interfecerūt in ea ad centum millia illa die, & incensa urbe, prædaq; plurima eadem die parta, regem seruarunt. Nam F uidentes incolæ Iudæos uictoriam in urbe consecutos ad uoluntatem, animo consternati uociferabantur ad regem cum precibus, dictitantes, Da nobis dexteram, ut Iudæi nos & urbem impugnare desinant: simul arma à se proijciebant. Ita pace facta, Iudæi gloriam apud regem, & omnes qui regno ipsius parebant, consecuti, multa onusti præda Hierosolymam redierunt. Demetrius autem in solium regni sui repositus, pacata iam sub ipso terra, quæcunq; promiserat fecit irrita, & ab Ionathan alienatus, nō retulit ei gratiam, qualem ab ipso acceperat, sed eum uehementer afflictauit. Cæterum his ita gestis, reuersus est Tryphon cum Antiocho adolescentulo, qui occupato regno, sumpsit diadema. Nam congregatæ sunt ad eum omnes copiæ stipendijs expunctæ à Demetrio: cui cum bellū intulissent, fuso eo & fugato, belluisq; captis Tryphon obtinuit Antiochiam. Tum Antiochus adolescens ad Ionathan scripsit in hæc uerba, Pontificatū tuum ratum habeo, & te quatuor præficio præfecturis, ut amicū te regi præbeas: simul misit illi potoria aurea, & uasariū, auroq; bibendi, atq; purpuram cum aurea bulla gestandi dedit potestatem. Simoni autem fratri eius præfecturā dedit à [h]termino Tyri usq; ad fines Aegypti. Profectus itaq; Ionathas trās fluuiū, obibat ciuitates: cumq; collectis ad se copijs è Syria auxiliaribus omnibus uenisset ad Ascalonem, ciuesq; urbis honorifice essent illi egressi obuiam, ad Gazam discessit illinc, & à Gazæis exclusus obsedit eam, & circumiacentia oppida succendit, & prædatus est. Ita supplices Ionathæ facti sunt G Gazæi, qui dexteram porrexit illis, & obsides accepit ab eis filios principum: quibus amissis Hierosolymā, ipse Damascū usq; peruasit regionē. Porrò cum intellexisset Ionathas principes Demetrij Cades, quæ est in Galilæa, aduenisse cū magno exercitu, q; cuperent eum à regione abstrahere, obuiam illis profectus est. Reliquerat autem Simonem fratrem suū in patria, qui cum Bethsurā obsedisset, multis diebus oppugnatam eò redegit angustiarū, ut oppidani [i]dexteram sibi dari poscerent: quam cum dedisset, ipsis illinc deductis, urbe potitus præsidiū ei imposuit. At Ionathas cū exercitu suo lacui Genesar castra applicuit, rursumq; inde mane mouit in campū Asor, ubi improuisa alienigenarū acies occurrit ei in ipso campo. Collocauerant autem ei insidias in montibus, ipsi uero ex aduerso se inferebant. Cum igitur ij qui insidijs locati fuerant, è locis suis exurrexissent, & commisissent prælium, fugam ceperunt omnes qui stabant ab Ionatha, ac ne unus quidem ipsorū substitit, præter Mattathiam filium Absalomi, & Iudam Calphi natū, duces exercitus. Tum Ionathas scissis uestimentis suis, capiteq; puluere conspersō, Deum pre-
.Reg.14.c catus, redijt ad eos pugnans, hostesq; fudit ac fugauit. Videntes enim hoc sui qui fugiebant, cum se ad eum recepissent, unà cum eo persecuti sunt illos usq; Cades ad castra ipsorum, quæ ibi posuerant: cæsisq; illa die ex alienigenis uirorum circiter tribus millibus, Ionathas Hierosolymam reuersus est.

CAP. XII.

[g] *Duodecim myriades fortassis posuit interpres pro duodecim millibus.*

[h] *Hebræi ingressus regionum & terminos uidentur uocare ascensus, à transcendēdo, quod interpretes aliquando scalam uerterunt.*

[i] *Id est, data fide in deditionem accipi.*

Digitized by Google

A Videns autem Ionathas se iuuari tempore, delectos uiros Romam misit ad amicitiam cum Romanis constabiliendã, atque renouandam, Spartemque, & alia in loca in eandem sententiam misit epistolas. Cumque Romã uenissent, ingressi curiam, Ionathas, inquiunt, summus pontifex, & gens Iudæorũ nos huc mittit, ut †pristinam nobiscũ amicitiam ac societatẽ in priores leges redintegremus. Tum illi dederũt libellos his ad singulorũ locorum incolas, ut pacifice deducerẽtur in terram Iudaicam. Hoc aũt exemplum est epistolæ quã Ionathas scripsit ad Spartiatas, Ionathas summus pontifex senatusque gentis ac sacerdotes, tum re-
B liquus populus Iudæorũ, Spartanis fratribus salutem. Quia literæ iam olim †ad Oniam summũ sacerdotem ab regnante apud uos Ario, missæ fuerunt, [a] fratres uos esse nostros, ut subscriptum exemplum continet, & Onias uirũ missum excepit honorifice, literasque in quibus de societate & amicitia agebatur, accepit: quamuis non indigeamus horũ, (ut qui solatium ex libris sacris, quos habemus in manibus, capiamus,) putauimus tamen scribendũ uobis de fraterna coniunctione amicitiaque renouãda, ut ne (quia multũ temporis elapsum est, ex quo ad nos scripsistis) fiamus uobis alieni. Nam nos quidẽ omni tempore, & sine intermissione, tam festis q̃ reliquis opportunis diebus, memoriã uestri celebramus in faciendis sacrificijs & precibus, (ut par est, & decet fratrũ meminisse,)
C atque etiam de uestra lætamur gloria. Cæterũ nos multis circumuenti calamitatibus, bellisque multis, & prælijs circũcolentium nos regũ appetiti, quamuis noluerimus esse molesti uobis, reliquisue socijs & amicis nostris in bellis his, (ut qui haberemus præsens nobis è cœlo auxiliũ, quo ab inimicis nostris liberati sumus, & hostes nostri afflicti,) cum tamen delectos Numeniũ Antiochi filiũ, & natum Iasone Antipatrum ad Romanos, ad amicitiã cum eis & pristinam societatẽ renouandã mitteremus, in mandatis dedimus illis, ut uos quoque salutatũ proficiscerentur, uobisque literas nostras de renouatione fraternæ coniunctionis redderent. Proinde nũc iam recte feceritis, si nobis ad eas respondeatis. †Hoc autem est exemplũ literarum, quas misit ad [b] Oniam Arius. Rex Spartiatarũ Oniæ pontifici maximo salutem. Repertũ est in monumẽtis scriptorum de Spartiatis & Iudæis fratres esse eos oriundos ex genere Abraham. Quod ex quo cognouimus, recte feceritis si ad nos de [c] statu uestro scribatis. Nos uero uicissim ad uos scribimus, Pecudes & facultates uestræ nostræ sunt: & quæ nostra sunt, uestra. In hanc itaque sententiã ad
D uos mandata dedimus. [d] Porrò cum Ionathas audisset principes Demetrij cum exercitu multo q̃ antea maiori ad bellũ secum gerendum reuerti, profectus Hierosolymis, properauit obuiam eis in Hamathitin regionem, (non enim dabat eis spatiũ regionem suã ingrediendi,) & misit exploratores in castra corũ, qui reuersi nunciant ei sic illos cõstituere, ut eum noctu opprimant. Vt ergo sol occidit, iubet Ionathas suos uigilare, & stare in armis paratos ad præliũ per totam noctem, & circum castra disponit excubitores. Quod ubi intellexerũt hostes, Ionathan cum suis paratum esse ad pugnã, territi animoque consternati, suffugerũt, ignibus in castris suis accensis: nec resciuit rem Ionathas cum suis, (uidebãt enim ignes ardentes,) donec mane diluxit. Tum persecutus est eos Ionathan fugientes, sed assequi non potuit. Iam enim Eleutherũ fluuium transierant. Diuertit ergo Ionathan in Arabas nomine Zabadæos, cladeque affecit eos, & deprædatus est, motisque inde castris, uenit ad Damascum,

Ioseph. Antiq. 13. ca.

1. Mac. 8.

Ioseph. Antiq. lib. 12. cap. 5.

Ioseph. Antiq. lib. 12. cap. 5.

[a] Id est, cognatos, qui fratres recte dicuntur: cum etiam Heduos fratres Romanorum uocet Cic. ad Attic. lib. 1. epistola 14. & alibi ad Trebatium.

[b] Lego, ὀνίᾳ ἄρει&. Hoc est exemplum epistolæ, cuius superior fecit mentionem olim ad Oniã missæ, quod quia prior interpres putauit scriptum ad Ionathan, ideo textũ corrupit additionibus. Vide Græca, & Iosephum Antiq. lib. 12. cap. 5.

[c] שלם, eo sensu usurpant Hebræi.

[d] Hactenus epistola Ionathæ cũ exẽplo epistolæ regis Spartani olim ad Oniam missæ, subscripto. Spartanorũ autem responsum præsens, quia in eandem fuit sententiã, ideo breuitatis causa omittitur, ut & 14. capite, cũ mentio facta est amicitiæ cum Ionatha renouatæ, quia in eandem sententiã cum Simone redintegrata fuit: ideo exemplum ad Simonẽ missum compẽdiosius attingitur, & id quo Simon respondit, omittitur. Potius tamen mihi uidetur horũ legatorũ reditus cum respõso cap. 14. describi. Quod sicui uidetur nimium esse tempus quod intercesserit, is cogitet Numenium, qui eodem 14. cap. remissus dicitur, post tantundẽm ferè temporis rediisse narrari cap. 15. præterq̃ quod Iudæi in historijs suis de temporum ordine parum sunt soliciti.

Digitized by Google

ctum, & omnem eius agrum percurrit. Simon quoq; cum ad Ascalonē usq; pro ximaq; præsidia expeditione peruasisset, declinauit inde ad Ioppen, quam & occupauit, (audierat enim eos de tradenda Demetrianis munitione cogitare,) atq; præsidium ad retinendam eam imposuit. Cum autem reuersus Ionathas cum conuocato populi senatu consilium iniȷsset de ædificandis in Iudæa munitionibus, de extruendis muris Hierosolymæ, & de attollenda celsa mole inter arcem & urbem, quæ arcem seorsum stantem ab urbe dirimens [e]emendo ac uendendo intercluderet: congregati sunt qui urbem repararent, (nam muri pars, quę ad torrentem est ab Subsolano, [f]corruerat,) & [g]Caphenatha dictū instaurarūt. Simon autem extruxit [h]Adida in Sephela, eamq; portis & claustris communiuit. Porrò †Tryphon regnare in Asia, imponereq; sibi diadema, atq; manus afferre Antiocho affectans, metuens tamen ne id nō permitteret Ionathas, sed bellum inferret ipsi, uiam quærebat cōprehendendi eum, atq; interficiendi. Cum igitur profectus Bethsan aduenisset, egressus obuiam ei Ionathas cum delectis ad pręliū quadraginta uirorū millibus Bethsan & ipse uenit. Videns autem Tryphon eum cum multis adesse copiȷs, manū cōferre ueritus, honorifice excepto, amicisq; suis omnibus cōmendato cum munera dedisset illi, & amicos exercitumq; suum ei æque atq; sibi parere iussisset, Ionathan sic allocutus est, Quid ita populum hunc uexandū putauisti, cum nullum inter nos bellum exortū sit? Iam igitur remissis domos suas his, delectisq; tibi uiris qui apud te remaneant paucis, comitare me Ptolemaidem. Tradā enim eam tibi cum reliquis præsidiȷs & copiȷs, terumq; gubernatoribus omnibus, indeq; retro qua ueni remeabo. Nā hac de causa adsum. Cui fidem adhibens ille, consilio eius paruit, & copias liberauit ad remeandū in terrā Iudaicam, retētis apud se tribus uirorū millibus: quorū duobus millibus relictis in Galilæa, mille secum abduxit. Cæterū ut primū Ionathas Ptolemaidem intrauit, Ptolemenses occlusis portis cōprehenderunt eum, & omnes simul ingressos ferro interfecerunt. Tum Tryphon pedestrem exercitū cum equitatu misit in Galilæam in campū illum magnū, ut omnes Ionathę socios perimeret. Qui cum Ionathan captū esse intellexissent, & eum cum suis [i]interiȷsse, cohortati sein uicem in prælīū ibant condensi & parati. Videntes autē iȷ qui persecutū eos uenerant, de uita agi periculū, se receperunt: hi uero salui euaserunt in terrā Iudaicā, Ionathan & socios eius lamentantes: quapropter territi uehementer omnes Israelitæ, luctui magno se dediderunt. Et omnes quæ circūcolebant gentes, conabantur eos excindere, q; dicerent, Nec ducem habent nec adiutorē, quare nunc bello petamus eos, & memoriam eorum è uiuis deleamus.

[e] *Id est, omni commeatu.*
[f] ἔπεσε, al. ἤγγισε.
[g] *Al. Caphetheta.*
[h] *Al. Adiada. Porrò Sephela uidetur interpres appellatiuum pro proprio posuisse. Nam alioqui* שפלה *uallem significat.*
[i] *Ita audierāt, quāuis interemptus nō esset, sed captus tātum, cap. 13. B.*

Ioseph. Antiq. lib. 13. cap. 9.

CAP. XIII.

PORrò Simon ut intellexit Tryphonem multas coēgisse copias, quibus cū inuaderet & attereret terrā Iudaicā, uidit autem populum trepidum & formidolosum, cum ascendisset Hierosolymā conuocatum populum adhortans, Ipsi scitis, inquit, quanta ego & fratres mei, domusq; paterna mea pro lege sacrisq; gesserimus, & quæ uiderimus prælia & angustias: per hæc enim fratres mei omnes †occubuerunt pro Israele, & solus ego relictus sum. Absit igitur nunc ut uitę meæ parcā ullo tempore calamitoso, (neq; enim pluris sum q̃ fratres mei,) quin gentem meam & sacra, tum uxores ac liberos nostros uindicem: quandoquidem omnes gentes ad excindendū nos hostiliter sunt congregatæ. Hæc simulatq; dicta audita sunt, refocillatus animis populus, magna uoce respondēs exclamat, Tu dux noster es loco Iudæ & Ionathæ fratrū tuorum, tu gere bellum nostrum, & omnia quęcunq; nobis imperaueris, faciemus. Tum collectis uiris bellicosis omnibus, simul muris Hierosolymę perficiendis instans, & eam undiq; communiens, Ionathan Absalomi filiū iusto cum exercitu misit Ioppen, quam eiectis incolis insedit. Interim cum Tryphon multo cum exercitu Ptolemaide mouisset in

Ioseph. lib. 13. Antiq. cap. 9.
1. Mac. 6. c lib. 2. 13. c

[a] ἀδιδοις, al. ἀδιςδοι, al. Addus. Iosephus ad Iadam.

uasurus terram Iudaicā, uinctumq; secū ducens Ionathan, Simon [a] Adidis in pro
C spectu campi castra fecit. Vt autem Tryphon cognouit Simonē Ionathæ fra
tri suo successisse, ipsumq; prælium secum esse cōmissurum, legatos ad eum mi
sit, qui dicerent, Fratrem tuum ob pecunias quas regijs rationibus, propter com
missas sibi curationes debet, detinemus. Nunc igitur mitte centū talenta argenti,
& duos filiorū eius obsides, (ne dimissus à nobis deficiat,) & eum dimittemus.
Quamuis itaq; Simon dolo secum agi intelligeret, argentū tamen & pueros mi
sit, ne fortè magnas inimicitias populi susciperet, dicturi, q̄ non misisset ei argen
tum & liberos, ideo illū interijsse. Pueros ergo misit cum centum talentis, sed il
le fefellit fidem, nec dimisit Ionathan. Deinde cum Tryphon ad regionē inua
dendam, ac deuastandā accedens iter Adoram uersus circūflecteret, Simon exerci
tum suum ducebat ei obuiam in quæcunq; loca proficisceretur. Ii uero qui tene
bant arcem miserunt ad Tryphona legatos, qui eum ut ad se per desertū conten
D deret, cōmeatumq; sibi mitteret, solicitarent. Quapropter Tryphon omnem equi
tatum suum ad iter illud comparauit. Cæterum quia multū illa nocte ninxerat,
per niuem uenire non potuit, sed profectus contendit in Galaaditiden. Cum au
tem appropinquasset Baschamam, Ionatha [cum filijs ipsius] occiso, ubi & sepul
tus fuit, conuersus inde remeauit in terram suam. Tum misit Simon qui trāsla
ta inde ossa Ionathæ fratris sui, Modini in patria suā sepelirent: omnesq; Israelitæ
eum magna lamentatione prosecuti, per dies multos luxerūt. Et extruxit Simon
patri suo fratribusq; monumentū, celso expolito lapide ædificio à fronte & à ter
go uisendū, septemq; pyramides singulis aduersas singulas, patri & matri, ac qua
tuor fratribus suis insuper imposuit: tum has artificiosa columnarū ingentiū stru
ctura circundedit, & columnis omnem armorū apparatum ad memoriam æter
nam superaddidit, nauibus in columnis iuxta arma insculptis, quæ essent omni
bus mare nauigantibus conspicuæ. Hoc est monumentū, quod ille Modini exci
E tauit hodie quoq; spectandū. Porrò Tryphon dolo agens cum Antiocho rege Ioseph. lib. 13. Antiq. cap. 10.
adolescente, cum interempto eo regnū occupasset, imposuit sibi diadema Asiæ,
clademq; terræ magnā intulit. Simon autem ædificās munitiones Iudææ, eamq;
celsis turribus, ac muris ingētibus, propugnaculis, portis claustrisq; cōmuniens,
atq; imponens cōmeatus munitionibus, delectos uiros ad regem Demetriū mi
sit de danda regioni uacatione, eo q̄ Tryphon omnia egisset per direptiones.
Cui Demetrius legatos remisit cum huiusmodi mandatis ac responso, talemq; re
scripsit ei epistolā, Rex Demetrius Simoni summo pontifici, et senatui gentiq; Iu
dæorum salutem. Coronā aureā & [b] bainen quæ misistis, recepimus, & para
ti sumus pacem amplā facere uobiscū, scribereq; præfectis uectigaliū, ut dent uo
bis uacationem: & ut quæcunq; uobis pacti sumus, rata sint, & uestræ sint quas
ædificastis munitiones. Errata quoq; & quæ ad hunc usq; diem peccata sunt, con
donamus, unà cum corona quā debebatis: & si quid aliud pendebatur Hieroso
lymis, ut iam non pendatur. Quod si qui uestrū qui numero nostrorū adscriban
tur, sunt idonei, adscribantur, & pax inter nos constat. Anno centesimo septuage
simo sublatū est ab Israele iugum gentiū, cœpitq; populus Israeliticus sic inscribe
F re syngraphas & perscriptiones, †Anno primo, Simone pontifice maximo, [c] du 2 Mac. 14.
ce & principe Iudæorum. Illis temporibus exercitū duxit ad Gazam, cinctæq;
obsidione urbi extructam machinā applicuit. Cumq; pulsatam turrim unam cœ
pisset, ijs qui in machina erant in urbem desilientibus, magna est orta in urbe tre
pidatio, & ciues unà cū uxoribus & liberis procurrere in muros, scissis uestimen
tis suis, magnaq; uoce clamitare, [d] dexteram à Simone sibi dari poscentes, ac dice
re, Ne secundū nostram malitiā agas nobiscum, potius q̄ pro tua misericordia. Et
pactus est cum illis Simon, atq; oppugnando destitit. Deductis deinde ex urbe il
lis, &

[b] Al. bahen, quod alij torquem interpretantur, alij smaragdum, alij balteum.

[c] Vel, præfecto.

[d] Id est, se in deditionem fide data accipi.

Digitized by Google

lis, & ædibus in quibus simulachra erant expurgatis, ita demũ ingressus est in illam cantans & gratulabundus: eiectaq; inde omni impuritate cum uiros legis studiosos in ea collocauisset, reddidit eam munitiorẽ, sibiq; habitationẽ in ea ædificauit. Qui autem arcem Hierosolymitanã insidebant, exitu & excursione in G
agros, tum [e] emendo uendendoq; interclusi, fame graui laborantes, adeo ut præ fame bona pars eorũ periret, à Simone dexterã sibi dari poscebant clamoribus: quam cum dedisset, deductis inde illis, arcem ab impuritate expurgauit, & tertia & uicesima die secũdi mensis anni centesimi septuagesimiprimi, ingressus est in eam cum laudibus & ramis palmeis, cum [f] citharis atq; cymbalis, cum nablis, hymnis & canticis, eo q; hostis immanis exterminatus esset ex Israele. Eam diem singulis annis cum lætitia celebrandã instituit. Cumq; montẽ templi arci proximum cõmuniuisset, ipse cum suis ibidem habitauit. Videns autem Simon Ioannem filiũ suum in uirum euasisse, constituit eum ducem uniuersi exercitus, & habitauit Gazaris.

[e] *Id est, omni commeatu.*

[f] *Vel, cinyris.*

CAPVT XIIII.

ANno centesimo septuagesimosecũdo, rex Demetrius collectis omnibus copijs suis in Mediam ad auxilia sibi contrahenda profectus est, ut qui Tryphoni bellũ esset illaturus. Vt aũt audiuit Arsaces rex Persiæ & Mediæ fines suos ingressum esse Demetriũ, unum misit è principibus suis, qui uiuũ eum comprehenderet: qui profectus Demetriũ exercitu eius deuicto captũ perduxit ad Arsacen, qui eum tradidit in custodiã. Et quiete usa est terra omnibus temporibus Simonis. Nam studiosus fuit commodorũ gentis suæ, & apud eam potestate sua gloriaq; per omne tempus gratiosus. Inter omnia autẽ ab ipso gesta magnifice Ioppen quoq; obtinuit portu commodã, ad insulas maris ingressum aperuit, gentis suæ fines dilatauit, ubi rector regionis est factus, [a] captiuosq; multos recollegit. Potitus est & Gazaris, ac Bethsuris & arce, quã expurgauit impuritatibus: B
nec iam quisquã ei resistere, sed in pace terram quisq; suam colere, illa uero reddere prouentus suos, & arbores fructus suos in agris. Senes in uicis sedentes omnes de bonis sermones inter se conferebant: iuuenes aũt se habitu gerebant magnifice, & bellicose. Præterea ciuitates iuuit cõmeatibus, & eas armamentis quibus cõmunirentur instruxit, adeo ut euaserit gloria nominis eius in ultimas usq; terras percelebrata. †Hic pacẽ terræ peperit, unde Israelitæ magnã lætitiam perceperunt. Sedebant enim quisq; sub uite sua, inq; tabernaculis: nec erat qui ipsos exterreret. Nam sublati erant de terra hostes eorũ, regesq; temporibus illis profligati. Hic confirmauit omnes humiles in populo suo, legẽ asseruit studiose, & nefarium omnem atq; sceleratũ deleuit, condecorauit sacra, uasaq; sancta multiplicauit. Porrò cum nunciatũ esset Romã interijsse Ionathan, famaq; ad Spar C
tiatas usq; peruenisset, magnus illis mœror iniectus est. Vt autem audierunt Simonem fratrẽ loco eius creatũ esse summũ pontificem, & eum regionẽ cum urbibus eiusdẽ obtinere, scripserunt ad eum tabulis æreis de renouanda cum eo amicitia & societate quã cum †Iuda & *Ionatha fratribus eius inierant, & pro concione lectæ sunt Hierosolymis. Hoc autẽ exemplum est literarũ quas miserunt Spartiatæ, Spartiatarũ principes, & ciuitas Simoni pontifici maximo, & senatui, tum sacerdotibus, reliquoq; populo Iudæorũ fratribus salutem. Postquã legati ad populũ nostrum missi, nos de gloria honoreq; uestro fecerunt certiores, aduentu eorũ gauisi relationem eorũ in plebiscita perscripsimus, hoc pacto, Cum Numenius Antiochi filius, & Iasonis filius Antipater legati Iudæorũ uenissent ad nos renouaturi pristinã nobiscum amicitiam: placuit populo uiros eos honorifice esse excipiendos, & exemplũ eorum [b] actorum referendũ in literas publicas, populo Spartano futurũ monimento. [c] Horum autem exemplũ ad Simonem D
summũ pontificem scriptum est. His ita peractis, misit Simon Numenium Ro-

[a] *Scilicet Iudæos: nisi malis, captiuos multos cõparauit, scilicet in potestatẽ suam redactos.*

1.Reg.4.b Leuit.26.a

1 Mac.8.c d. *1.Mach.12.a

[b] דברים

[c] *Vide aliquid annotatum supra cap. 12.C.D.*

Digitized by Google

mam cum ingenti clypeo pondo minarũ mille aureo, ad societatem cum Romanis confirmandã. [b]Populus autem his omnibus, ut acta essent, intellectis, Quam gratiã, inquit, Simoni & filiis eius referemus? Nam ipse cum fratribus suis domoq; paterna sua constabiliuit Israelẽ, & hostibus bello propulsatis, libertatem eidem peperit. Conscriptas itaq; tabulas æreas in columnis in monte Sion proposuere. Hoc autem est eius scripturæ exemplũ, Octauadecima die mensis Elul anni centesimi septuagesimisecũdi, qui tertius erat annus, ex quo Simon summũ pontificatum obtinuerat [c]Hierosolymis, in magno concilio sacerdotũ & populi, tum principũ gentis, senatusq; regionis, publice significandum putauimus, cum in nostra regione crebra bella essent exorta, Simonẽ Mattathiæ filium è posteris Iarib oriundũ, & fratres eius se commisisse periculis, seq; opposuisse hostibus gentis suæ, ut sacra ipsius & lex salua forent, eandemq; gentem magna condecorasse gloria. Cum uero Ionathas (qui gentẽ suam, cuius summus erat pontifex, continuerat) †ad populũ suum concessisset, hostesq; eorum conarentur terram ipsorũ inuadere, ut depopularentur eam, sacrisq; ipsorum manus afferrent, tum Simon exortus bellũ suscepit pro gẽte sua, pecunias multas erogauit de suo, armis instruxit milites exercitus gentis suæ, iisq; dedit stipendia. Præterea urbes Iudaicas cõmuniuit, præsertim Bethsuram sitam in Iudææ finibus, ubi arma hostium antea fuerant, & præsidiũ ibidem è uiris Iudæis collocauit. Ioppen quoq; muniit ad mare positã, & Gazaram, quæ est in finibus Azoti, antea ab hostibus infessam, & collocauit in ea Iudæos, omniaq; his ad reparationẽ earum accõmodata imposuit. Videns ergo populus fidẽ Simonis, & qua gloria gentem suam decreuisset afficere, ducem eum sibi constituit, summumq; pontificẽ, propter hæc omnia quæ gessit, & ob eam quã genti suæ seruauit iustitiã & fidem, ut qui populum suũ omni modo studuerit extollere. Huius temporibus opera eiusdem feliciter effectũ est, ut gentes è terra ipsorum auferrentur, cum iis qui urbem Dauid Hierosolymã insidentes arcem sibi extruxerant, ex qua excursantes quæ circum sacra erant profanabant, magnamq; cladẽ inferebant sanctitati. Hanc arcem Simon impositis uiris Iudæis cõmuniuit ad præsidiũ regionis & urbis, extruxitq; muros Hierosolymæ. Rex quoq; Demetrius pontificatũ ei constabiliuit [f]per omnia, & adnumerauit eum amicis suis, magnaq; gloria condecorauit. Audierat enim amicos appellari Iudæos à Romanis, & socios, legatosq; Simonis ab iisdẽ esse honorifice exceptos. Præterea placuisse Iudæis & sacerdotibus principem esse Simonẽ, summumq; pontificem perpetuò, (donec propheta [g]certus existeret,) atq; etiã ducem suum, cui sacra curæ forent, & qui muniis horũ ac regioni, tum armis munitionibusq; certos præficeret: qui curã haberet sacrarii, cuiusq; imperio cuncti obsequerentur. Ad hæc ut nomine ipsius inscriberentur omnes per regionẽ syngraphæ, ut purpurã gestaret & aurum, nec cuiquã è populo sacerdotibúsue fas esset quicquã horum facere irritum, aut imperio eius contradicere, aut cœtus agitare in regione iniussu eius, aut uestiri purpura, bulláue aurea insigniri. Quod si quis præter hæc quid fecisset, aut infregisset aliquid horum, ut culpa teneretur. Hæc placuit omni populo decernere Simoni secundũ hæc dicta facienda, quæ Simon recepit, clementerq; consensit summo pontificatu fungi, & dux esse ac princeps gentis Iudaicæ & sacerdotũ, omnibusq; præesse. Constitutũ est autem ut hæc perscripta proponerentur in tabulis æreis, collocatis in [h]pariete sacrariũ ambiente in loco celebri: exemplũ uero eius in [i]tabularium referretur Simoni & filiis eius habendum.

CAP. XV.

Porrò Antiochus filius regis Demetrii literas [a]ex insula maris misit ad Simonem pontificẽ, & principem gentis Iudaicæ, adq; ipsam gentẽ uniuersam, huiusmodi argumentũ continentes, Rex Antiochus Simoni summo pontifici, principi

[b] *Scilicet Iudaicus.*

[c] *Quod alibi Sara mel, Asaramel legitur, ego Ierusalem legendum putaui.*

1. mac. 13

[f] κατὰ πάντα, *al.* κατὰ ταῦτα.

[g] נאמן *uerus, certus, fidelis.*

[h] ערין, *peribolus transfertur etiam Ezech. 42. b*

[i] לשכה

[a] *Hebraismus, ex insulis, id est ex una insularum, ut, Habitauit in urbibus. i. una aliqua urbium.*

principi gentis, ipsiq; genti Iudæorũ salutem. Quoniã pestilentes homines regnum paternũ meum occupauerunt, uolo autem idem regnũ mihi uendicare, ut illud pristinæ sorti restituam, eoq; conduxi uim magnã militum, classemq; cõparaui bellicã, ut qui statuerim [b]obire regionẽ, ut ulciscar eos qui regionẽ nostram uastarũt, multis urbibus in regno desolatis: ideo nunc omnes immunitates quas tibi priores me reges condonarunt, tibi constabilio, & quascunq; alias pensiones tibi remiserunt. Præterea permitto tibi ut nota propria monetã in ditione tua ferias, Hierosolyma uero & sacra libera sint: utq; arma quæ parasti omnia, munitionesq; quas extruxisti & obtines, tua maneant. Quicquid etiam regi debetur, & eidem iam inde ad omne tempus reficeretur, id omne tibi remittitor. Vbi uero regnum nostrũ constituerimus, gloria magna te & gentẽ tuam atq; templum ornabimus, adeo ut gloria uestra nobilis euadat in omni terra. Anno centesimo septuagesimoquarto Antiochus terram paternã suam ingressus est, & confluxerunt ad eum omnes copiæ, adeo ut perpaucæ apud Tryphonẽ remanerẽt: cumq; Antiochus rex eum persequeretur, perfugit in Dorã maritimam. Videbat enim conflata sibi esse mala, & se ab exercitu destitutũ. Antiochus itaq; castris ad Doram applicatis cum centũ uiginti millibus bellicosorum peditum, & equitũ octo millibus urbem obsedit, eamq; nauibus à mari oppugnantibus tam terra q̃ mari premens, nec egredi inde quenquã nec ingredi patiebatur. Interim †Numenius & comites eius Roma rediere cum literis ad reges & prouincias hæc continentibus, Lucius Romanorũ Consul Ptolemæo regi salutem. Postq̃ legati Iudæorũ qui amici nostri sunt & socij, pristinã amicitiam & societatem renouatum missi à Simone summo pontifice populoq; Iudæorũ, ad nos uenerunt unà afferentes clypeum aureum mille minarũ, uisum est nobis ad reges & nationes scribere, ne malis appetant illos, aut urbes regionémue ipsorũ oppugnent, néue oppugnantibus eos auxilia præbeant: clypeum uero accipiendũ ab eis putauimus. Si qui igitur malefici è regione illorũ perfugerunt ad uos, curate eos tradendos Simoni summo pontifici, ut in eos secundũ legem suam animaduertat. Hæc eadem scripta sunt ad regem Demetriũ, ad Attalum, Arathen, Arsacen, & in omnes regiones, ad [c]Sampsamem item, & Spartiatas, in Delum, in Myndũ, in Sicyonem, in [D]Cariam, in Samum, in Pamphiliã, Lyciam, Alicarnassum, Rhodum, Phaselidem, in Con & Siden, Cortynam atq; Gnidon, & Cyprũ, & Cyrenen: exemplum autem eorũ ad Simonem summũ pontificem scriptum est. Antiochus uero rex Doram secũdo iam oppugnabat assidue manus admouens, admoliensq; machinas, & Tryphonem exitu ingressuq; intercluserat: cum Simon ei subsidio misit lectorũ uirorum duo millia, simul & argentũ & aurum, armamentaq; plurima. Verũ ille hæc accipere noluit, sed uana fecit quæ antea pactus ei fuerat omnia, & abalienatus ab eo misit Athenobiũ unũ ex amicis suis, qui cum eo his uerbis ageret, Quandoquidẽ uos tenetis Ioppen & Gazaram, arcemq; Hierosolymis in urbe regni mei, finibusq; earũ desolandis terras clade magna affecistis, multis in regno meo regionibus dominantes, nunc urbes quas occupastis unà cũ uectigalibus locorũ quibus extra fines Iudææ dominamini, reddite: aut certè pro illis quingenta argenti talenta numerate, & pro calamitate quã attulistis, locorumq; uectigalibus alia quingenta talenta, aut nos adorti uos bello exterminabimus. Venit ergo Athenobius amicus regis Hierosolymã, & magnificentiam Simonis uidens, [e]abacumq; cũ uasario aureo & argenteo, [f]largumq; apparatũ, stupens, mandata regis ei retulit. Cui respondens Simon, †Neq; terrã alienam occupauimus, inquit, neq; aliena obtinemus, sed nos paternã nostrã possessionem, quæ ab hostibus nostris ad tempus iniuste fuit usurpata, occasionẽ nacti uẽdicauimus. Cæterũ de Ioppe & Gazara quas petis, quãuis ipse populo nostro

Ioseph. lib. Antiq. [...] p. 11.

[...]mac. 14. d

[...]di. 11. c. d

B C D E F

[b] Vel, in terram descendere.

[c] Ita habent correctiores codices, al. Σαμψάκην.

[D] καρίαν, al. καρίδα.

[e] κυλικεῖον μετὰ χρυσωμάτων, &c. al. κύλικα χρυσῶν.

[f] Vel, copiosum ministerium, aut famulitium.

dadem in regione nostra magnam intulerint, pro illis tamen centũ talenta pendemus. Ad hæc Athenobius ne uerbo quidem respondit, sed indignabundus ad regem reuersus hæc dicta, simul & magnificentiam Simonis, & quæcunq; G ipse uidisset, ei renunciat. Rex itaq; incensus ira magna, cum Tryphon iam naui confugisset Orthosiadem, legato sibi in præfecturam maritimam Cendebæo, & traditis eidẽ copijs tam pedestribus q̃ equestribus, ut arma contra Iudæam moueret mandata dat, ac præcepta de instauranda, portisq; communienda Cedrone, deq; modo belli gerendi cum populo: ipse uero Tryphonem persequitur. Venit ergo Cendebæus Iamniam, populumq; [a]prouocare cœpit, & inuadere Iudæam, captosq; agere homines & cædere. †Extruxit etiam Cedron, equitesq; ibi constituit & copias, quæ excursionibus itinera Iudææ, ut à rege mandatũ habebat, peruaderent. 1.Mach.16 b

[a]Vel, uexare.

CAP. XVI.

A TVm †Ioannes Gazara [a]profectus nunciauit Simoni patri suo quæ Cendebæus egisset. Quare Simon duobus filijs suis natu maioribus Iuda & Ioanne uocatis, Ego, inquit, & fratres mei, domusq; paterna mea bellũ cum hostibus Israelis ab iuuentute ad hodiernã usq; diem gessimus, manibusq; nostris sæpe feliciter effectũ est, ut Israel seruaretur. At nunc consenui, uos uero beneficio ætatis abunde fruimini: uos subite in meam fratrisq; mei uicem, & profecti pro gente nostra pugnate. Adsit aũt uobis de cœlo auxiliũ. Ergo delectis ex ea regione peditum bellicosorũ uiginti millibus, & equitibus, contenderunt aduersus Cendebæum: cumq; Modini pernoctassent, mane excitati exibant in campũ, cum ecce uis ingens se offert illis tam peditũ q̃ equitatus. Erat autem torrens inter utrosq; medius, ad quem Ioannes cum suis castra posuerat, cumq; uideret populũ traijce B re torrentẽ formidare, primus ipse transijt. Quod ubi uiderunt singuli ipsi quoq; post eum traiecerunt. Tum populũ diremit equitibus inter pedites intermedijs. Erat aũt & ab aduersarijs perq̃ multus equitatus. Verũ ubi classica cecinerunt, in fugã uersus est Cendebæus & eiusdẽ exercitus, cæsiq; ex eo multi occubuerunt, residui uero confugerunt in munitiones. Ibi cum Iudas frater Ioannis uulnus accepisset, Ioannes fugientes Cedronẽ usq;, †[b]quam ille instaurauerat, persecutus est: cumq; perfugissent in arces in agro Azoti sitas, igni succendit singulas, & cæsis illorũ uiris ad duo millia, [c]saluus in terram Iudaicã reuersus est. Erat aũt Ptolemæus quidã Abubi filius agro Ierichuntino præfectus, qui cũ auro argentoq; abundaret, ut qui gener summi sacerdotis esset, elatus animo dominatũ regionis affectabat, & dolos in Simonẽ et filios eius machinabatur animo, quibus eos tol C leret. Cum itaq; Simon urbes regionis obiens, & curandis ijs intentus, Ierichuntem descẽdisset ipse cum Mattathia ac Iuda filijs suis anni centesimi septuagesimi septimi mense undecimo, qui mensis Sabat est, Abubi filius in munitiunculã nomine Doch, quam ædificarat, per dolũ exceptis magnum conuiuium apparauit. Locarat autẽ certos in insidijs, cumq; Simon & filij ipsius potu satiati essent, coorti unà ipse & conscij, armis suis arreptis, irruerunt ad Simonem in conuiuium, & ipsum duosq; filios eius cum quibusdã seruulis ipsius trucidauerunt. Hoc ubi nefas ingens perpetrauit Ptolemæus, malaq; pro beneficijs reddidit, scripsit de his, & literas dedit ad regẽ, ut mitteret sibi copias auxiliares, regionẽq; illorũ & urbes D sibi traderet: alios autem Gazarã misit, qui tollerent Ioannem, & ad tribunos dedit epistolas, ut uenirent ad se, ut qui daturus esset ipsis argentũ & aurum, & munera: & item qui Hierosolymã, montemq; templi occuparent, misit alios. Cum aũt præcurrisset quidã, & Ioãni patris eius & fratrum interitũ Gazarã nunciasset, atq; adeo missos esse qui ipsum quoq; perimerent: ille hoc nuncio uehemẽter perculsus, uiros qui eum perempturi uenerant, cõprehensos occidit, utpote à quibus se ad mortem quæri cognouisset. Reliqua uero rerũ Ioannis, nempe bella eius, factaq;

1.Mac.13. Ioseph. Antiq. lib. 13. cap. 12.

[a]Vel, ascendens.

1.Mach. 16 g Ioseph. Antiq. lib. 13. cap. 13.

[b]Vel, quam ipse instaurauerat: uel instaurauit.

[c]Vel, cum pace.

Digitized by Google

factaq; fortia, quæ præclare designauit, tum ædificiũ murorum quos extruxit, & res gestæ ipsius, hæc inquã omnia in [b] cõmentario pontificatus eius scripta sunt ab eo tempore quo summus pontifex loco patris sui creatus est. [b] Vel, annalibus.

Liber secundus Machabæorum.

CAPVT I.



RATRIBVS Aegyptum incolentibus Iudæis, fratres qui sunt Hierosolymis, & in Iudaica terra Iudæi salutem precantur, & felicem tranquillitatẽ. Benefaciat uobis Deus memor pacti sui cũ Abrahã, Isaac & Iacob seruis suis fidelibus, †detq; uobis omnibus animum colendi se, & uoluntatẽ suam magna cordis alacritate, propensoq; animo exequendi, tum corda uestra ad legem suam, & præcepta aperiat, pacem det uobis, exaudiatq; preces uestras, reconcilietur uobis, nec uos malis temporibus deserat. Cum nunc hic simus orantes pro uobis, anno centesimo sexagesimonono regnante Demetrio, nos Iudæi scribendum uobis putauimus in calamitate, summoq; discrimine, in quod uenimus annis his, ex quo Iason & socij ipsius à sancta terra & regno defecerunt, combusseruntq; uestibulum, & sanguinem innoxium effuderunt. Orauimus igitur Dominum, & exauditi sumus: sacrificauimus uictimis & similagine, panesq; proposuimus. Quapropter nunc dies † Scenopegiæ mensis Casleu celebrate. Anno centesimo octogesimooctauo incolæ Hierosolymæ & Iudææ, senatusq; & Iudas, Aristobulo præceptori regis Ptolemæi, qui genus ducit ab unctis sacerdotibus, & habitantibus in Aegypto Iudæis salutẽ & sanitatẽ. Ex magnis periculis à Deo liberati ingentes ei gratias agimus, æque ac si regẽ in acie uicissemus. Cum enim ipse cum ijs qui sanctam urbẽ oppugnarant, in Persiam irruisset, ipseq; dux, & quas secum habebat copias uiderentur sustineri non posse, in templo Naneæ cõcisi sunt, dolo usis Naneæ sacerdotibus. Vbi enim Antiochus ut cum ea congressurus in eum locũ uenit cum comitantibus ipsum amicis, ut pecunias quas Naneæ sacerdotes proposuissent, nomine dotis acciperet: ubi, inquam, ille cum paucis delubri ambitũ intrauit, occluso post ingressum ipsum templo, apertoq; laquearis occulto ostio, coniectu lapidũ quasi fulminantes ducem [cum suis] obruerunt, consectosq; membratim amputatis capitibus foras proiecerunt. Per omnia celebrandus est Deus, qui supplicio dedidit impios. Celebraturi igitur die mensis Chasleu quinta & uicesima expiationem templi, significandũ id uobis iudicauimus: ut uos quoq; agatis quasi solẽne Scenopegiæ, & ignis, quo Neemias tẽplo & altari ædificato sacrificauit. Nam cum patres nostri ducerentur in Persiã, qui tum [a] pij sacerdotes erant, acceptã ignis ab altari partem in cauerna putei locũ siccũ habente clam absconderunt, tutoq; reposuerunt ita ut ignotus omnibus esset ille locus. Elapsis autẽ annis multis, ubi Deo uisum est, dimissus à rege Persiæ Neemias † nepotes sacerdotum illorũ qui ignem abdiderant, misit ad eum requirendum: qui ut retulerunt nobis, se non ignẽ, sed aquã crassam inuenisse, iussit ut haurirent eam, & afferrent. Deinde ijs quæ ad sacrificia pertinebant aræ impositis, iussit Neemias sacerdotes aqua tam ligna, q̃ quæ ijsdem erant imposita, perfundere. Quod ubi factum est, & interposita mora sol

Margin: A — Deut. 30. b — B — Leuit. 23. f — C — D — [a] εὐσεβεῖς. — E — Leuit. 6. a / 2. Par. 7. a / 2. 16. a

nubibus antea obductus effulsit, ignis ingens exarsit, adeo ut omnes caperet eius admiratio. Porrò interim dum sacrificiũ consumebatur, precationẽ faciebant tam sacerdotes q̃ omnes alij, uerba præeunte Ionatha, reliquisq; exẽplo Neemiæ sub-
F sequentibus. Huiusmodi autem erat oratio, Domine domine deus, qui creator es omnium, terribilis, potens, iustus, misericors, qui rex solus es, & [b] benignus, solus liberalis, solus iustus, omnipotẽs & æternus, qui ex omni malo liberas Israelem, qui selectos patres reddidisti sanctos, sacrificium pro uniuerso populo tuo Israeli tico boni consule, conserua obuentionem tuam, & cõsecra, collige dispersionem nostri, libera eos qui seruiunt inter gentes, spretos & execratos respice, ut gẽtes cognoscant te solum esse deum nostrum, oppressores, & per superbiam iniuriosos affige, populumq; tuum in loco tibi sacro iuxta † dicta Mosis cõstabilies. Sacer- Deut.30.a
G dotes aũt hymnos accinebant, cumq; cõsumpto sacrificio reliqua superesset aqua, Neemias ea lapides maiores perfundi iussit: † quod ubi factum est, exarsit flãma, 3.Reg.18.e quæ lumine ab altari refulgente consumpta est. Vt autem palàm facta res est, regiq; Persarũ relata, in loco quo abducti in exilium sacerdotes ignem abdidissent, aquam qua Neemias cum suis sacrificia consecrassent, inuentam esse, rem approbans rex locum circumseptum sacrosanctũ reddidit, liberalitate sua sumptus multos insumens & impendens. Cæterum appellauit eum locũ Neemias [c] Ephthat, quod interpretatur [D] lustratio: uocatur aũt apud multos [e] Nephthar. CAP. II.

[b] *χρηστὸς, al. χριστὸς.*

[c] *Al. Nephthar.*
[D] *Vel, expiatio.*
[e] *Al. Nephi.*

A EXtat autem in monumentis, Ieremiam prophetam iussisse, ut qui exulatum ibant, ignem acciperent, † ut dictum est: sicut etiam ijsdẽ in exilium abeuntibus † idem propheta mandauit legem ipsis tradendo, ut ne obliuiscerentur præceptorum Domini, nec deciperentur animis simulachra aurea & argentea, & ornatum eorum uidentes: atq; alia huiusmodi monens dicebat, ne lex animis eorũ excideret. Est item in scriptorum monumentis, ut tabernaculũ & arcam propheta, edito sibi oraculo, sequi iusserit, cumq; peruenisset in montẽ, † (in quẽ cum ascendisset Moses, possessionem Domini contemplatus est,) progressusq; Ieremias conformatum in antrum reperisset domiciliũ, ut intulerit eo tabernaculum, & arcam,
B & aram suffimenti, atq; ostium obstruxerit. Deinde cum quidam notandæ uiæ causa unà consecuti accessissent, nec locum potuissent deprehendere, ut Ieremias re cognita increpans eos dixerit, ignotum fore locum illum, donec Deus recollegisset multitudinem populi, & placatus esset: tum demum Dominũ illa ostensurum, & gloriam eius apparituram cum nube, quemadmodũ † & tempore Mosis apparuit, * & sicut & Salomon petijt, ut locus magnifice consecraretur. Etenim aperte traditum est, qua ille sapientia præditus sacrificium dedicationis, & consecrationis templi celebrarit. † Quemadmodũ Moses precatus est ad Dominum, & ignis descendit de cœlo, qui cõsumpsit sacrificium: † ita Salomone quoq; oran
C te, demissus ignis holocausta depastus est. Dixit autem Moses, ne factũ pro peccato sacrificiũ comederetur, ideo consumptum esse. [a] Eodem modo & Salomon octo dies illos celebrauit. Memorantur autem in literis & commentarijs [b] secundum Neemiam hæc eadem, atq; etiam ut bibliothecã cõficiens, in eam scripta de regibus & prophetis, & quæ Dauidis sunt, itemq; epistolas regum de consecrandis donarijs congesserit, qualia Iudas propter bellum nobiscũ gestum dilapsa recollegit omnia, & extant apud nos: quorũ quidem si indigetis, mittite, qui ad uos perferant. Expiationem itaq; celebraturi scribendum uobis putauimus, quapro-
D pter recte feceritis, si dies eos obeatis. Deum autem liberatorem totius populi sui, qui possessionem omnibus cum regno & sacerdotio atq; religione, † sicut in lege sua pollicitus est, restituit: eum [c] inquam, deum speramus breui miseraturum nos, & è terra, q̃ late sub cœlo patet, in locum sanctum suum congregaturum. Eripuit enim nos è magnis periculis, locumq; [D] expiauit. Cæterũ res Iudæ Machabæi & fratrum

2.Mac.1.e | Ierem.29.b | Baruch 6.a | Deut.34.a | Exod.13.b | 3.Reg.8.b | Leuit.9.d | 2.Par.7.a | Deut.30.a

[a] *Scilicet, quo diximus Neemiam fecisse.*
[b] *Vel, ætate Neemiæ scriptis.*

[c] *ὡς sæpe magis affirmat, q̃ rationẽ reddat: uel, uos.*
[D] *Vel, repurgauit.*

Digitized by Google

fratrum eius, templiq́ magni expiationem, & dedicationem aræ, tum bella cum
2.Mach.6. Antiocho illustri, eiusdemq́ filio †Eupatore gesta, & miracula de cœlo per fortia
facta eorum, qui Iudaismi fuerunt studiosi edita, ita ut totam regionem percurre-
rent pauci, barbaraq́ agmina pellerent, celebre illud per totum orbem templum B
instaurarent, urbem liberarent, & iam ad irritũ cadentes leges, Domino ipsis cum
summa clementia placato, restituerent, quæ ab Iasone Cyrenæo quinq́ libris ex-
plicata sunt, nos uno uolumine perstringere conabimur. Considerata enim effu-
sa copia, quantaq́ obijciatur difficultas in cõmentarijs historiarũ uersari uolenti-
bus propter rerum turbam, & delectationi legere ea uolentiũ, & memoriæ man-
dare cupientium facilitati, omnium autem euoluentiũ utilitati studuimus. Quod F
ad nos attinet qui molestiã suscepimus epitomes, rem minime facilem, sed sudo-
ris & uigiliarum plenam, quamuis ut cum quis conuiuium instruit, & aliorum
quærit utilitatem, res negotio non careat: hunc tamen laborem in gratiam mul-
torum libenter sustinebimus, exacta singulorum pertractatione authori concessa,
ipsi propositum exemplar ad epitomen elaborandam peragrantes. Sicut enim no
uæ domus architectum de uniuersa structura oportet esse solicitum, formis autẽ
exprimere eam, aut depingere tentanti, ea quæ ad speciem faciunt, tantũ sunt con G
sideranda: ita censeo in nostro quoq́ negotio, penetrare altius, & sermone omnia
pertractare, curioseq́ rimari singula, ad authorem historiæ pertinere: compendiũ
autem dictionis consectari, & uitare quæ sunt in re exquisitiora, ei qui stylo sub-
sequitur, concedendum. Hinc ergo narrationem incipiamus, præfationem hacte
nus inhibentes. Stultum enim fit in ijs quæ historiam præcedunt effluentẽ, ipsam
historiam arctius contrahere. CAP. III.

CVm urbs sancta cũ summa pace habitaretur, & leges seruarentur q̃ optime, A
propter pietatem, & animũ Oniæ summi pontificis scelera perosum: euenit
1.Mac.1.c ut †ipsi quoq́ reges locum honorarent, templũq́ splendidissimis condecorarent
muneribus, ita ut Seleucus Asiæ rex de reditibus suis, omnes sumptus ad ministe-
1.Mac.3.4 b rium sacrificiorum pertinentes præstaret. †Simon uero quidã è tribu Beniamin
curator templi constitutus, dissidio inter ipsum & summũ pontificem super [a] ini-
quitate quæ in urbe patrabatur, orto, uincere Oniã non ualens, cõtulit se ad Apol
lonium Thrasææ filium, eo tempore Cœlesyriæ Phœniciæq́ præfectũ, & ei nun
ciauit ærarium Hierosolymitanum ineffabili pecuniarum summa refertum esse,
adeo ut innumerabilis esset uis nummorum, qui ad sacrificiorum rationem non
pertinerent, fieri autem posse ut in potestatem regis peruenirent. Cum ergo re- B
gem adijsset Apollonius, & ad eũ de pecunijs sibi indicatis retulisset, ille delectũ
Heliodorum tribunũ ærarij cum mandatis ad supradictas pecunias legauit aufe
rendas: statimq́ Heliodorus iter ingressus est, specie quidem quasi urbes Cœlesy
riæ Phœniciæq́ obiturus, sed reuera executurus regis propositum. Cumq́ per-
uenisset Hierosolymam, & à summo ciuitatis pontifice benigne esset acceptus, in
dicium ut factũ esset, proposuit, & cuius rei causa adesset, aperuit: sciscitans insu-
per an reuera sic se res haberet. Cui summus pontifex ostendit uiduis subleuan-
dis, & pupillis has esse repositas: quasdã autem etiam esse Hircani Tobiæ, uiri di-
gnitate eximij, non autem quales impius Simon calumniatus esset: in uniuersum
uero esse talenta argenti quadringenta, & auri ducenta: porrò per iniuriam frau- C
dari eos qui sanctitate loci, & honorati per uniuersum orbẽ templi maiestate, asy
loq́ fisi essent, id uero planè esse indignũ. At Heliodorus propter mandata quæ
à rege habebat, omnino in ærariũ regis inferendas esse dicere: adeoq́ die consti-
tuto, ad dispensationem earum dispiciendam ingressus est. Quapropter mœror
non paruus totã occupauit ciuitatẽ, & sacerdotes ante altare in sacro habitu pro-
Exod.22.b strati, elata in cœlum uoce, inuocabant eum, qui de deposito †legem tulisset, ut ijs

[a] παρανομίας, al. ἀγορανομίας.

Digitized by Google

qui deposuerant eas, saluas custodiret. In primis autem speciem summi pontifi-
cis contemplantibus, animus sauciabatur. Ipse enim uultus & color immutatus
animi angustiam indicabat. Quippe offusus uiro erat metus quidam, horrorq;
corporis, unde euidens esset inspicientibus, qui cordi dolor incũbebat. Præterea
gregatim è domibus confugiebatur ad publicam supplicationem, q; in contem-
D prum uenturus esse locus uideretur: & mulieres sub uberibus cilicijs accinctæ ui-
cos implebant. Sed & conclusarum antehac uirginum aliæ ad portas cõcurrere,
aliæ in muros, quædam prospectare fenestris, omnes autem extentis in cœlũ ma-
nibus, preces facere: adeoq; miserabilis erat mixtus totius populi procursus, & in
mœrore magno constituti summi pontificis expectatio. Atq; hi quidem inuoca-
bant omnipotentem Dominum, ut credita sibi, ijs qui ea crediderãt, salua in sum-
ma tutela conseruaret: sed Heliodorus quod semel habebat constitutum, id per-
agebat. Cæterum cum ipse iam cum satellitibus instaret ærario, Dominus [b]spiri-
tuum & omnis potentiæ, euidens miraculũ & ingens edidit, quo omnes comita-
E ri illum ausi potentiam Dei stupentes consternati sunt, & formidine correpti. †Vi 2. Mac. 10. 11. b.
sus est enim illis equus cũ equite terribili, pulcherrimo tegmine adornatus, qui in
citato impetu priores ungulas inflixit Heliodoro. Eques autẽ in uniuersa arma-
tura aurea cernebatur, anteq; eum conspicui duo iuuenes alij, robore eximij, deco
req; speciosissimi, qui amictu insignes, astantes utrinq; flagellabãt illũ sine inter-
missione, multaq; in eum uerbera ingerebant. †Cumq; subito collapsus esset hu- 2. Mac. 5, 6
mi, multaq; circunfusus caligine, correptum & feretro impositum eum, qui modo
cum stipatione frequenti, cunctisq; satellitibus tendebat in prædictum ærariũ, fe
rebant, omni armorum suorum ope destitutum, ut qui potentiã dei palàm cogno
uissent. Et ille quidem diuina uirtute mutus, & ab omni spe atq; salute derelictus
iacebat: illi uero Dominũ, qui locum suum gloria amplificauisset, prædicabant:
& quod paulò ante metu ac trepidatione plenum fuerat templum, præsentẽ ex-
F hibente se Domino omnipotente, gaudio & lætitia repletũ est. Cum autem pro-
tinus quidam Heliodoro familiarium rogassent Oniam, ut inuocaret altissimũ,
ut extremam iam animã agenti uitam donaret: ueritus summus pontifex, ne for-
tẽ suspicio regi incideret, dolum aliquem malum in Heliodorum fuisse structũ,
pro salute uiri illius sacrificium instituit. Porrò preces faciente summo pontifice,
ijdem illi iuuenes ijsdẽ amicti uestibus, Heliodoro se obtulerũt, & astantes, Plu-
rimam, inquiunt, habeto Oniæ pontifici gratiã, † nam Dominus in gratiã ipsius Act. 17. 4
tibi uitam condonauit. Tu uero de cœlo flagellatus, amplissimam Dei potẽtiam
omnibus edissere. His dictis illi è conspectu abierunt. Heliodorus autem cum fe-
cisset Domino sacrificium, uotaq; maxima nuncupasset ei, qui uitæ gratiã ipsi fe-
G cerat, Onia salutato retro ad regẽ motis castris remeauit, & omnibus quæ magni
Dei opera uidisset oculis suis, testatus est. Cumq; rex interrogasset Heliodorum,
ecquem censeret idoneum qui denuo Hierosolymam mitteretur: Siquem hostem
habes, ait, rebus tuis insidiosum, eum illuc ablega, & recipies flagellatum, si tamẽ
euaserit: nam uere diuinum quoddam numen in loco illo uersatur. Ipse enim do
micilij cœlestis habitator loci illius inspector est & defensor, qui disperdit eos qui
ad uiolandum illum accesserint. Atq; quod ad Heliodorum quidem, & ærarij de
fensionem attinet, hæc acciderunt.

CAP. IIII.

A Simon uero †supra nominatus, ille pecuniarum & patriæ proditor, criminaba 2. Mac. 3.
tur Oniam, quasi ipse [a] pulsasset Heliodorum, & malorũ author extitisset, &
de patria bene merentẽ, cui gens sua curæ erat, legisq; studiosum, appellare aude-
bat rebus regijs insidiosum. Cum autem inimicitiæ eousq; processissent, ut per
quosdam Simoni charos cædes etiam patrarentur, uidens Onias atrocitatem ini-
micitiarum, & sæuitiam Apollonij, (qui cum præfectus esset Cœlesyriæ Phœni-
ciæq;

[b] ὁ τῶν πνευμάτων καὶ etc. al. ὁ τῶν πατέρων κύριος καὶ.

[a] Vel, perterruisset.

Digitized by Google

ciæq; Simonis malitiam augebat,) ad regem se contulit, non ut accusator ciuium suorum, sed ut qui publicam & priuatam uniuersi populi utilitatẽ consideraret. Videbat enim sine regia procuratione pacem iam rebus non posse dari, nec Simonem insaniæ finem facturum. Porrò cum uitam cum morte commutasset Seleucus, & in regnũ ei successisset Antiochus cognominatus Epiphanes, Iason frater Oniæ summum pontificatum ambiens regem adijt, talenta argenti trecenta sexa
.Mac.1.b ginta pollicens, & [b] ob accessionem quandam aliam talenta octoginta. †Ad hæc B promittebat etiam se alia centũ & quinquaginta perscripturũ, si potestas sibi concederetur constituendi gymnasium & [c] ephebiũ, & ut incolas Hierosolymæ scriberet Antiochenos. Quæ cum rex annuisset, ipseq; obtinuisset principatũ, protinus gentem suam transformabat in mores Græcorum, & abrogabat statuta pri-
.Mac.8.c cipum clementer indulta Iudæis, per Ioannem Eupolemi patrem, †qui legationẽ de amicitia societateq; cũ Romanis, obierat: atq; etiam legitima instituta publica abolens, nefarias consuetudines introducebat. Etenim cum sub ipsa arce gymnasium ultro constituisset, optimos quosq; adolescentum in partes suas pertrahens [d] sub petasum ducebat. Eratq; Græcorũ morum quoddam tam ardens studium, exoticorumq; institutorum accessio, propter summã impij, minimeq; pontificis Iasonis impuritatem, ut nulla iam amplius esset ad munia altaris sacerdotum propensio, sed contempto templo, sacrificijsq; neglectis, currerẽt ad fruenda nefaria spectacula, quæ in palæstra exhibebantur, & certamina disci, & patrios honores pro nihilo habentes decora Græca pulcherrima ducerent: quapropter grauis cir- C cumuenit eos calamitas, & quorum æmulabant instituta, quibusq; per omnia similes esse studebant, eosdem hostes, & pœnarum exactores habuerunt. Nam res minime leuis est, admisisse in leges diuinas impietatem. Sed hæc quod consecutum est tempus indicabit. Porrò cum ludi quinquennales celebrarẽtur in Tyro, ubi rex præsens aderat, misit eò Iason ille sceleratus spectatores Hierosolymis, quasi Antiochenses essent, drachmas argenti trecentas in sacrificiũ Herculis deferentes. Rogabant tamen ipsi qui deferebãt has, ne erogarentur in sacrificium (quod minus conueniret,) sed in alium potius sumptum impenderentur. Missæ sunt igitur hæ, quod quidem ad missorem ipsum attinet, in sacrificium Herculis: propter eos autem qui deferebant eas, in [e] fabricationes triremium. Cum autẽ Antiochus Apollonio Menesthei filio propter regis Ptolemæi Philometoris [f] inaugurationẽ in Aegyptum misso, accepisset ipsum à commodis suis esse alienatũ, de rebus suis tuto constabiliendis cogitans ea de causa Ioppen profectus est, & peruenit Hiero D solymam: magnificeq; receptus est ab Iasone & ciuitate obuiam egressis cum facibus & acclamatione, & inde his ita gestis cum copijs reuersus in Phœniciã. Exacto autem triennio Iason Menelaum supradicti Simonis fratrem misit ad regem, cum pecunijs ad eum deportandis, & cum perferendis mandatis quibusdã de rebus necessarijs: qui regi commendatus, postquam ueneratus est eum, per speciem potestatis pontificatum in sese transtulit, Iasone talentis argenti trecẽtis superato: acceptisq; mandatis regijs aduenit, nihil afferens summo pontificatu dignũ, sed animos crudelis tyranni, & atrocis feræ gerens iracundiam. Et Iason quidem qui dolo suum ipsius fratrem circumscripserat, dolo circumscriptus ab alio, profugus in Ammanitidem regionem compulsus erat. Menelaus autem obtinebat principatum. Cæterũ de promissis regi pecunijs nihil procedebat, quamuis Sostratus præfectus arcis eas exigeret. Penes hunc enim erat pecuniarum exactio. Hanc ob causam cum uterq; ad regem euocatus esset, Menelaus procuratorẽ pontificatus E reliquit Lysimachum fratrem suum, & Sostratus Cratetem præfectum [g] Cyprijs. Dum hæc agebantur, accidit ut Tharsenses & Mallotæ seditionem mouerent, quod Antiochidi pellici regis dono essent dati. Cumq; rex protinus ad res componen-

[b] Id est, ob lucrum suũ aliud: uel, ut alterius rei accessionem impetraret: nisi malis, ut uetus interpres habet, ex redditibus alijs, siue causa aliorũ redditũũ.

[c] Ita uocatur pars palæstræ, in qua ephebi exercebãtur.

[d] Vt scilicet eos hoc ludi lenocinio corrũperet, uel ob palæstram, impetasum fastigiatã, uel quod in palæstra certãtes petasati essẽt.

[e] Vel apparatus, & instructiones.

[f] πρωτοκλίσια, q.d. propter celebritatẽ, qua primũ solio initiabatur: al. πρωτοκλισία: uel ob principatum, de quo erat cõtentio. Ioseph. lib. 2. belli Iudaici ca. 1.

[g] Vel, à cyprijs. i. à mensuris, qui metiendis frugibus alioquĩ præerat.

das profectus esset, relicto procuratore Andronico, uno ex ijs qui pollebant dignitate: Menelaus se [b] commodam occasionem nactum ratus aurea quædã templi uasa depeculatus, Andronico largitus est, alijs Tyrum & in circumiacentes urbes uenum datis. Eam rem certo compertam Onias criminabatur. Receperat autem se in tutum asylum Daphnen, uicinam Antiochiæ. Qua de causa Menelaus seorsum nactus Andronicum orauit, ut Oniam interficeret. Cum igitur ille ad Oniam peruenisset, fide per dolũ impetrata, [i] interpositoq; iureiurando receptus, dextera data, (quamuis suspectus esset,) persuasit illi ut ex asylo ꝓcederet, statimq; peremit eum, nulla iuris reuerentia. Qua de causa non solum Iudæi perdoluerũt grauiter, sed multi ex alijs quoq; gentibus iniustam uiri cædem acerbe tulerunt. Ergo postquam rex è locis Ciliciæ reuersus est, qui in urbe erant Iudæi, adiuuantibus odio sceleris & Græcis, de immerita Oniæ cæde apud eum conquesti sunt. Quare Antiochus ex animo contristatus, cõmotusq; miseratione illachrymauit propter interfecti moderationem, multamq; morum concinnitatẽ: & ira inflammatus, è uestigio detracta Andronico purpura, tunicaq; discissa, per totam urbem in eundem locum ubi Oniam impie trucidarat, circunducendum curauit impuratum hominem, & interficiendum. Domino condignas ab eo pœnas repetente. Porrò multis per urbem [k] sacrilegijs commissis à Lysimacho de consilio Menelai, famaq; rei diuulgata, multitudo aduersus eum, multo iam auro diuerse exportato, congregata est. Ibi Lysimachus, cum turba concitata esset, & ira plena, armatis circiter tribus millibus, iniusta manuum ui cepit agere, duce quodã tyranno, affecta iam ætate, nec minus mente. Videntes ergo illi conatum Lysimachi, alij correptos lapides, alij fragmenta lignorum, obuijq; pulueris quantum manu prehendissent alij, in factionem Lysimachi irruentem proijciebãt: quibus multi uulnerati, pars etiam prostrati, omnes certe in fugam pulsi sunt, ipse uero sacrilegus iuxta ærarium interfectus. Cæterum iudicio de his constituto aduersus Menelaũ, cum rex in Tyro præsto esset, tres uiri à senatu missi coram eo reum egerunt. Menelaus autem iam conuictus, [l] pecuniarum quod satis esset, Ptolemæo Dorymenis filio pollicitus est, ut regem sibi conciliaret. Itaq; Ptolemæus regem in atrium quoddam, quasi refrigerationis gratia seductum peruertit, ut Menelaum [m] totius sceleris [n] authorem criminibus absolueret, miseros autem illos, qui etiamsi apud Scythas causam dixissent, culpa fuissent absoluti, morte damnaret. Itaq; confestim iniusta pœna [o] affecti sunt, qui causam ciuitatis & populi, sacrorumq; uasorum egerant. Quamobrem Tyrij quoq; sceleris odio commoti, quæ ad funerandos eos pertinebant, magnificentissime suppeditarunt. Menelaus autem per auaritiam potentum, principatum retinuit, [p] malitiosa insinuatione magnus ciuibus insidiator constitutus.

[b] εὐφυῆ.
[i] καὶ δεξιασθεὶς μεθ' ὅρκων ...
[k] ἱεροσυλημάτων.
[l] χρήματα.
[m] ὅλης.
[n] Vel, reum.
[o] ὑπὲρ...
[p] Vel, malitiæ incrementis.

CAP. V.

Circa tempus illud cum † Antiochus secundã expeditionem in Aegyptũ suscepisset, † contigit per totam urbẽ, quadraginta ferè diebus, cerni per aërem discurrentes aurato habitu equites, & quasi cohortes armatas hastatorum, equorumq; ordinibus digestorum [a] agmina, tum pugnas cõmitti cominus, & concursus utrinq;, simul & motus scutorũ, ac spicula crebra, districtosq; gladios, telorum quoq; iactus, & micantia ornamenta aurea, omneq; genus loricas. Quapropter omnes ut bono forent ostenta precabantur. Sed cum falsus rumor emanauisset, uita excessisse Antiochum, Iason collectis non minus mille uiris, ad capiendã urbem repente uenit: & quamuis ciues cõuolassent in muros, ad ultimũ tamẽ cum urbs iam caperetur, Menelaus confugit in arcem, Iason aũt suorum ipsius ciuium cædem edebat, nemini parcens, nec cogitans felicitatẽ contra suos infelicitatẽ esse maximam, sed arbitrans se de hostibus, non de ciuibus trophæa cõparare. Principatum tamen non obtinuit, sed suscepto dedecore, (qui fuit insidiarum exitus,) fuga

[a] ἴλας.

1. Mac. 1. 4. Reg. 7. Esa. 13. a

.Mac.4.c fuga se sursum recepit in † Ammanitidem. Tandem igitur infelicem adeptus uicissitudinē, [b] in crimen uocatus apud Aretam tyrannū Arabum, ex alia in aliā urbem fugiens, eiectus ab omnibus, & odio habitus, ut legis proditor, atq; execratus ut patriæ ciuiumq; [c] carnifex, in Aegyptū extrusus est. Et qui multos extorres patria fecerat, extorris perijt profectus ad Lacedæmonios, tanquā locū ibi tutum habiturus propter cognationem: & qui insepultos multos abiecerat, luctu caruit, neq; ulla exequiarum iusta, neq; patrium sepulchrum consecutus. Hæc cum rex .Mac.1.c ut gesta erant accepisset, † defectionem meditari Iudæam suspicatus est. Quamobrem efferato animo profectus ex Aegypto, urbe ui capta, imperauit militibus, ut nemini parcentes tam obuios quosq; conciderent, q̄ eos qui se recepissent in domos, trucidarent. Cædebantur ergo tam iuuenes q̄ senes, uiri simul ac mulieres, puerig; perimebātur cum iugulatione uirginum & infantium, adeo ut intra tres ad summū dies octoginta millia fuerint interfecta, quadraginta uero millia manu capta, nec pauciores interfectis diuenditi. His tamen non contentus, etiā sanctissimum totius orbis templum inuadere ausus est, idq; duce Menelao proditore legum simul & patriæ, & sceleratis manibus sacra uasa corripiens, unaq; ea quæ ab alijs regibus ad amplitudinem & maiestatem decusq; loci consecrata fuerant, impijs manibus cōtrectans Antiochus, efferebatur insolentia & animo, non considerans Dominum propter peccata incolentiū urbē ad breue tempus irasci, eoq; Iudith.5.d locum esse neglectum. † Nam nisi contigisset illos multis peccatis inuolui prius, .Mac.3.d ut † Heliodorus ille à Seleuco rege missus ad perscrutandū ærarium, ita hic quoq; (ubi eodem erupit,) repente flagellatus, ab audacia fuisset absterritus. Sed non loci gratia gentem, sed gentis gratia locum Dominus elegerat. Ideoq; idem ille locus qui infortuniorum, quæ genti acciderunt, fuit particeps, postea beneficiorum quoq; Domini consors extitit: & qui per iram omnipotētis fuerat desertus, idem rursum reconciliato magno Deo, ad summam gloriam restitutus est. Antiochus igitur mille & octingentis ablatis è templo talentis q̄primū abscessit Antiochiā, præ superbia terram nauigabilem, mare uero pedibus peruium effecturum se existimans: tanta erat animi elatio. Reliquit autem præfectos qui gentem [b] affligerēt, Hierosolymis quidem Philippum natione Phrygem, moribus eo ipso qui constituerat eum, feriorem: in [e] Garizin autem Andronicum, & præter hos Menelaum, qui grauius q̄ cæteri ciuibus imminebat, alioqui hostili in ciues Iudæos animo. Misit insuper sceleratum principem Apollonium cum exercitu uiginti duorū millium, & cum mandatis, ut [f] ætate militari prēditos omnes interficeret, mulieres autem & iuniores uenderet. Hic cum peruenisset Hierosolymam, pacificum se simulans, rem usq; in sacrum sabbathi diem distulit, quo feriantes nactus Iudæos, cum recensum exercitus armati suis indixisset, egressos ad spectaculum omnes trucidauit, & in urbem cum armatis irruens, ingentem [g] peremit multitudinem. † Tum Mac.2.c Iudas Machabæus decimus ipse secessit in desertū, ibiq; cum suis ferarum modo uitam agebat in montibus, & cibo herbarū uescens durabat, ne se cum cæteris inquinaret.

C

D

[b] ἐγκλῃθεὶς, lego.

[c] Vel, perduellis.

[b] [illegible]

[e] Garizin mons Samariæ.

[f] Vel, ætate prouectiores.

[g] [illegible]

CAP. VI.

Mac.1.c NOn multo uero post tempore misit rex senem quendam [a] Antiochenū, qui Iudæos iura patria deserere cōpelleret, & usum legū Dei relinquere; quiq; profanato templo Hierosolymitano Iouis Olympij cognomen adderet, ei autē Ioseph. Antiq. lib.12. cap.7. quod in Garizin erat, † ut incolæ loci eius ultro iam fecissent, Iouis hospitalis. Grauis erat hæc uniuersis, & tristis sceleris introductio. Nam templū turpi luxu replebatur, & commessationibus gentium, quæ desidebant inter scorta, & intra sacros parietes rem habebant cum mulieribus, quæ minime cōueniebat intrò ferentes. Altare etiam rebus nefarijs lege uetitis plenum erat, & præterea neq; sabbathum celebrare quisquam audebat, neq; solēnes dies patrios seruare, nec omnino

A

B

[a] Ita uetus interpres, Græca tamen exēplaria uno cōsensu habent Ἀθηναῖον.

Digitized by Google

Iudæum se profiteri. Ducebantur autem per acerbam uim, singulis mensibus, celebrando natali regis die, ad uiscerationem, & agitando Bacchanaliorum solenni cogebantur Iudæi hedera coronati Baccho pompam ducere. Decretum insuper in uicinas Græcorum urbes est editum Ptolemæi instinctu, ut idem institutum & uisceratio contra Iudæos celebraretur: quod si qui minus in Græcorum instituta transire uoluissent, interficerentur. Palàm igitur uidere erat urgentem miseriam. †Duæ mulieres productæ, quod præputia natorum suorum circuncidissent, suspensis de uberibus earum infantibus illis, per urbē circunductæ sunt publice, & [b] de muris præcipitatæ. Alij quidam cum in proximas speluncas confugissent, septimum diem latenter celebraturi, indicati Philippo, flammis concremati sunt, quod propter maiestatem religiosissimæ diei auxilium ferre sibimetipsis uererentur. Obsecro igitur eos qui in hunc librum inciderint, ne ob hos casus animum despondeant, sed reputent hæc supplicia in genus nostrum non ad perniciem, sed ad castigationem eius esse constituta, præterquàm quod non multū temporis concessum esse impijs, †sed eos pœnas cito luisse, magni beneficij est indicium. Non enim sicut in alijs gentibus lenitate Dominus expectat, donec in eas ubi ad summum peccatorum euaserint, animaduertat, ita de nobis statuit: ne scilicet pro redundantibus ad summum peccatis nostris, pœnas tandem à nobis repetat. Quapropter nunquam nobis suam subducit misericordiam, sed populū suum aduersis casibus castigando non derelinquit. Verum hæc commonitionis gratia dicta sint à nobis hactenus, nunc flexu breui nobis ad narrationem redeundum est. Eleazarus quidā è primarijs scribis unus, uir ætate iam prouecta, uultusq; specie honestissima præditus, aperire os, † & carnem porcinam edere cogebatur. At ille gloriosam mortem uitæ cum scelere coniunctæ præoptans, ad [c] tormenta ultro accedebat insputabundus: quo pacto accedere oportebat eos, qui propter ea quæ non fas est amore uitæ gustauisse, laturi essent supplicium. Cæterum qui nefariæ uiscerationi præfecti erant, propter antiquam, quam habebant, uiri notitiā, seductum seorsum rogabant, ut sumptis quibus uti sibi liceret carnibus paratis à se, simularet se comedere de carnibus sacrificij ab rege imperatis, ut hoc pacto mortem effugeret, & propter ueterem cum ipsis amicitiam, humanitatem erga se consequeretur. At ille honesta inita ratione digna ætate sua, senectutisq; excellentia, tum cōtracta iam insigni canicie, atq; optima à puero [d] educatione, aut potius sanctæ & à deo conditæ, sancitæq; legi consentanea, cito respondens, ad manes præire se, dixit. †Non enim ætate nostra dignum est, inquit, simulare, unde multi adolescentium Eleazarum illum nonagenarium, in alienam religionē transisse existimantes, ipsi quoq; mea, propter breuem & [e] minimi momenti uitam, simulatione atq; culpa seducantur, & ego mihi piaculū labemq; senectuti contrahā. Nam etiamsi in præsentia hominū supplicia euasero, † illas tamen omnipotentis manus neq; uiuus effugero, neq; defunctus. Quamobrem nunc quidem uita fortiter excedendo, me qualem senectute dignum est exhibuero: adolescentibus aūt egregium reliquero exemplū ad mortem pro uenerandis sanctissimisq; legibus, prompte, animose, & alacriter obeundam. His dictis, se [f] tormento protinus obtulit. Cum autem ij qui ducebant eum, quam paulò ante pollicebantur beneuolentiam in maleuolentiā cōmutassent, propter supradictos sermones, quam ipsi insaniam interpretabantur: propè iam inter uerbera moriturus ingemiscens, Domino, inquit, sancta cognitione prædito planè notum est me, cum possem mortem euasisse, duros perferre corpore dolores flagellatum, animo uero libenter ista propter religionem ipsius perpeti. Atq; hic quidem uitam hoc modo finijt, morte sua non solum iuuenibus, sed alijs quoq; suæ gentis q̄ plurimis, exemplo magnanimitatis, uirtutisq; monumento relicta.

CAP. VII.

Contigit

Margin notes: [b] κατὰ τῶν τειχῶν. — [c] Vel, tympanum, quod est tormenti genus. — [d] ἀναστροφῆς, ἀνασπροφῆς alij legunt. — [e] ἀκαριαίου. — [f] Vel, tympano. — 1. Mach. — Prou. 3. b — Leuit. 11. — 1. Thess. — Amos

Gen.11.a Contigit autem, ut & septem fratres unà cum matre cõprehensi, † suillã con A
tra fas gustare cogerentur à rege, flagellis & taureis excruciati: quorũ unus
uice omniũ sic ait, Quid tandẽ exquirere uis, aut è nobis sciscitari? Nam nos qui-
dem mori potius parati sumus, q̃ leges patrias uiolare. Tum rex furore percitus,
sartagines & lebetes iussit feruefacere: quibus feruefactis, protinus ei qui uice o-
mniũ loquutus fuerat, præcidi linguã imperat, eumq́ cute detracta extremis mu
tilari, cæteris eius fratribus cum matre inspicientibus: deinde omnibus membris
inutilem redditũ igni admoueri spirantẽ adhuc iussit, & torreri sartagine. Porrò
dum uapor à sartagine se late diffunderet, illi cum matre seinuicẽ hortari ad mo-
riendum animose, & sic dicere, Dominus deus uidet hæc, & reuera super nobis B
recreatur: quemadmodũ in edito publice cantico testificans Moses prodidit, cum
Deut.32.e diceret, † Et super seruis suis recreabitur. Hoc modo cum primus ille mortem ob-
ijsset, & secundus duceretur ad illusionẽ, [a] illi eum cute capitis ipsi cum capillis de
tracta, interrogabant, Essétne tandẽ comesturus, priusquã corpore membratim
mutilando multaretur? At ille patria uoce respondens, Non, inquit, faciam. Qua
propter & hic consequens tulit suppliciũ, ut ille primus, & extremum agens spi-
ritum, ait, Tu quidẽ perniciosissime præsentem nobis uitam eripis, at ille rector
mundi pro legibus suis morientes nos ad æternã uitam denuo suscitabit. Post
hunc tertius, cum illuderetur, linguã quam poscebant, confestim protulit, & ma- C
nus audacter protendens, animose inquit, Hæc è cœlo accepi, hæc eadem sperno
propter leges eius, à quo me spero rursum ea recepturũ, ita ut ipse rex cum præ-
sentibus animũ miraretur adolescentis, qui pro nihilo duceret cruciatus. Hoc
quoq; extincto, quartũ ijsdem tormentis excruciabant, qui iam morti proximus
sic est locutus, Optabile est humana spe relicta, fretos diuina expectare diuini-
tus in uitã esse reuocandos. Nam tui quidem nulla ad uitam erit restitutio. Quin
tus deinceps cum adductus torqueretur, ad regem respiciens, Tu quidẽ, inquit,
in homines adeptus potestatẽ, cum caducus sis, quod tibi lubet facis: uerũ ne pu-
tes genus nostrũ esse à deo derelictũ. Sed perge, & spectator esto ingentis poten- D
tiæ eius, [b] quomodo te & progeniẽ tuam sit cruciaturus. Post hunc sextus cum
adduceretur iam moriturus, Ne temere erres, ait. Nos [c] ẽm propter nosmetipsos
hæc patimur, ut qui in nostrũ ipsorum Deum peccauerimus, dum [D] admiranda
etiam perpetrata sunt. Tu tamen ne putes te impune esse abiturũ, qui cum Deo
bellum gerere conatus sis. Supra modũ autem mater admiratione & memoria
felici digna est, quæ pereuntes tempore unius diei septem filios aspicere, propter
spem in Domino collocatã, fortiter sustinuit. Nam singulos eorum uoce patria
hortabatur, plena generosi spiritus, & fœmineam cogitationẽ animo masculo su
scitans, sic illos alloquebatur, Qualis fuerit ortus in utero meo uester ego nescio, E
nec uitã dedi uobis, neq; etiam coagmentationis uestræ elementa concinnaui.
At uero mundi creator ille, qui [e] conformauit originẽ hominis, & progeniei o-
mnium ac spiritus author est, idem rursum uitã quoq; uobis clementer redditu-
rus est, qui nunc uosipsos legibus ipsius posthabetis. Antiochus autẽ contemni
se arbitratus, [f] probrosam sibi uocem metuens, cum superesset adhuc natu mini-
mus, non solũ uerbis hortabatur eum, sed etiã iureiurando affirmabat se eum red
diturum diuitem & beatissimũ, si patria instituta deseruisset, atq; adeo ipsum ha-
biturũ pro amico, & ei administranda negotia concrediturũ. Porrò cum ado-
lescens nihil moueretur, rex aduocatã matrem hortabatur, ut iuueni consiliũ da
ret ad salutem: quæ cum multũ instante eo se filio suasuram recepisset, ut accessit F
ad illum propius, crudelem tyrannũ irridens, patria uoce sic est locuta, Miserere
mei fili, quæ te nouẽ mensibus in utero circuntuli, quæ te lactaui tribus annis,
quæ enutriui te, & ad hanc usq; ætatẽ perduxi atq; educaui. Postulo à te, fili, ut in

[a] καὶ τὸ τῆς κεφαλῆς δέρμα.

[b] Vel, ut is, qui te & progeniem tuam cruciaturus est.

[c] γὰρ.

[D] Id est, mira scelera. Alij ἄξια γὰρ habent, non, ἄξια καὶ.

[e] Vel, hominis nati uitatem instituit.

[f] ne probro sibi foret, si nihil profecisset tormentis.

Digitized by Google

cœlum suspiciens, terramq; & quæ in ea sunt contẽplans omnia, & agnoscens Deum ista condidisse ex nihilo, eodemq; modo genus humanũ esse ortũ, carnificem istũ non metuas, sed fratribus te dignũ præbens mortem eligas, ut te per clementiã tuam cum fratribus tuis recipiam. Hæc adhuc ea dicente, adolescens, Quem expectatis, ait? Imperio regis non obedio, sed audio præceptũ legis quæ maioribus nostris per †Mosen tradita est: tu uero omnis in Hebræos malitiæ inuentor, manus Dei nequaq̃ effugeris. Nos quidẽ hæc propter peccata nostra patimur, sed quãuis castigationis & correctionis gratia uiuus Dominus nobis aliquantisper irascatur, rursum tamen seruis suis reconciliabitur. Tu uero, ô impie, & omniũ hominum flagitiosissime, ne incerta spe fremẽs temere teipsum efferas, Leuit.11. Deut.14.
G seruis cœlestis Dei manũ afferendo. Nondũ enim iudicium omnipotentis inspectoris Dei effugisti. Nam fratres mei nunc breuem dolorẽ perpessi, diuino perennis uitæ pacto continentur: tu uero iudicio Dei iustas superbiæ pœnas daturus es. Equidẽ sicut & fratres mei corpus simul & animã pro patrijs legibus deuoueo, deũ inuocans, ut se breui genti nostræ propitiũ exhibeat, †tuq; inter tormenta & flagella solũ ipsum esse Deum confitearis, in me uero fratribusq; meis ut desinat ira omnipotentis, quæ iuste in uniuersam gentem nostrã effusa est. Tum rex furore percitus, se derisum acerbe ferens huic se magis q̃ cæteris sæuum exhibuit: & hic quoq; per omnia Domino fretus mortẽ sancte oppetijt: nouissimo uero loco mater filios morte subsecuta est. De uisceratiombus igitur, grauissimisq; supplicijs hactenus. 2.Mach.7

CAP. VIII.

A PORRÒ Iudas Machabæus, & qui se socios ei iunxerant, latenter in castella ingressi, cognatos euocabant ad societatẽ: & adscitis ijs qui in Iudaismo perstiterant, ad sex millia contraxerunt. Inuocabant autem Dominũ, ut afflictũ ab omnibus populũ respiceret, ut misereretur templi ab impijs hominibus profanati, misereretur & labefactatæ, & propè iam solo æquandæ urbis, utq; clamantem ad se sanguinẽ exaudiret, & recordaretur iniustas innocentiũ puerorũ mortes, factasq; nomini suo contumelias, atq; odium scelerũ declararet. †Machabæus ergo collecta manu iam intolerabilis erat gentibus ira Domini cõuersa in clementiam. 1.Mac.2.3
B Nam urbes & castella improuiso superuentu succẽdebat, & opportuna loca occupans non paucos hostiũ in fugam agendo uincebat, ad huiusmodi insidias maxime utens adiumento noctiũ. Ergo fama uirtutis eius quocunq; dimanante, uidens Philippus uirũ incrementis paulatim proficere, & crebras successuum accessiones facere, ad Ptolemæũ præfectum Cœlesyriæ scripsit, ut negotijs regis subueniret. Is delectũ protinus †Nicanorem Patrocli filiũ è primarijs amicis unũ misit, ad delendũ uniuersum genus Iudæorũ, attributis illi gentium promiscuis non minus duobus millibus, adiunctoq; eidẽ Gorgia uiro imperatorio, 1.Mac.3.4
C rerumq; bellicarũ perito. Cum autẽ Nicanor tributũ, quod duo millia talẽtorum conficiebat, regis causa pendendũ Romanis statuisset ex captiuitate Iudæorum supplere: confestim ad maritimas ciuitates misit, qui emptores Iudaicorũ mancipiorum euocarent, nonagena mancipia talento se distracturũ pollicens, nec expectans pœnas in se ab omnipotente consecuturas. Hac expeditione Nicanoris intellecta, cum Iudas inter suos euulgasset aduentũ exercitus, quidam formidolosi & uindictæ Dei diffisi, seipsos subducendo diffugiebant: alij uero omnibus quæ reliqua habebant, diuenditis, unà precabãtur Dominũ, ut seruaret eos, quos
D impius Nicanor, priusquã esset adeptus, uendidisset. Quod si minus propter eos, at ob ea quæ maioribus ipsorũ pactus esset, faceret: & propter uenerandum atq; magnificũ nomen suum, quo censerentur. †Machabæus autem conuocatos socios, qui erant numero sex millia, hortabatur, ne hostes reformidarẽt, †neq; multitudinem gentium quæ iniuste inuaderent ipsos, metuerent: sed decertarent 1.Mac.5 Deut.20. 2.Par.20

fortiter,

Digitized by Google

fortiter, ob oculos sibi ponentes nefariam in sanctũ locum patratam ab ipsis in-
dignitatem, & iniuriam ludibrio habitæ ciuitatis, dissipataq́ maiorum instituta.
Ierem. 17.b ‡Illi quidẽ armis confidunt, ᵃait, & audacia, nos autẽ Deo omnipotẽte fidimus, ᵃ ἱερὸν, ἱερῶς al.
qui potest & eos qui inuadunt nos, & totum mundũ uno nutu deijcere. Ad hæc B cet.
4.Re 19.g cum recitasset ipsis lata maioribus auxilia, †& illud quo sub Sennacherib cẽtum
Esa 37.f
1.Mac. 7.a octoginta ᵇmillia perierunt, atq́ prœliũ cum ipsis Galatis commissum in Baby ᵇ χιλιάδων.
lonia, ubi cum ad rem gerendam octo millia cum quatuor Macedonũ millibus
conuenissent, Macedonibus hæsitantibus, ipsa millia octo, peremissent centũ ui-
ginti millia, propter auxiliũ sibi missum de cœlo, unde commoda plurima ᶜpub ᶜ ὑπάρχοντα περιττεύει non
lice fuissent consecuti. His uerbis cum illis animũ addidisset, proq́ legibus & est in emendatioribus
patria moriendi alacritatem, quadrifariam diuisit exercitum, fratribus suis Simo- bus exemplaribus.
ne & Iosepho collocatis in ᵈutraq́ acie ᵉpræcedente, deinde Ionatha, attributis ᵈ ἑκατέρας.
cuiq́ millenis & quingenis, & post hos Eleazaro. Tum ᶠrecitato sacro libro, cũ ᵉ πεντακοσίοις lego,
1.Mac.4.b adiutoriũ Dei dedisset signo, †ipseq́ ut dux primæ cohortis prœliũ cum Nicano- al. πεντακοσίους.
re cõmisisset, opem ferente ipsis omnipotente interfecerunt hostiũ supra nouem ᶠ παραγνούς.
millia: uulneribus autem affecerunt, membrisq́ mutilauerunt maximã partem
exercitus Nicanoris, omnes certe in fugã egerunt: & pecunijs eorum qui ad em- F
ptionem ipsorũ ᵍaduenerant, potiti, ubi eos quantũ satis erat persecuti sunt, tem- ᵍ παραγεγονότων.
pore interclusi se receperunt. Erat enim pridie sabbati, quã ob causam non ʰdiu ʰ ἐμακροτόνησεν, al.
sunt eos persecuti: sed lectis armis hostiũ spolijsq́ detractis sabbato se dediderũt ἐμακροθύμησεν. ὁ
perq̃ studiose laudes agentes & gratulantes Domino, qui ad eum diem seruasset πολογίζοντες.
Num.31.d ipsos, prima misericordiæ in ipsos ⁱextillatione. †Exacto uero sabbato parte spo ⁱ στάξαντος.
liorum diuisa in damna passos, & uiduas ac pupillos, reliqua inter se & liberos
distribuerunt. ᵏHis peractis cum indicta supplicatione publica orassent miseri- ᵏ ταῦτα δὲ.
cordem Dominũ, ut se seruis suis perfecte placatum exhiberet: impressione con-
iunctim facta partiũ Timothei & Bacchidis interfecerunt super uiginti millia,
munitionibusq́ præaltis perq̃ feliciter expugnatis plurimã prædã distribuerunt
æquis inter se, damnaq́ passos, tum pupillos & uiduas ac senes factis partibus.
Arma deinde hostiũ diligenter collecta in opportuna loca reposuerunt, & reli- G
quam spoliorũ partem amiserunt Hierosolymã. Interemerunt autem & ˡPhilar ˡ φιλάρχην, al. φυ
chen partes Timothei secutũ uirum impurissimũ, qui perq̃ infestus fuerat Iudęis: λάρχην.
cumq́ celebrarent epinicia in patria, Callisthenem qui sacras portas succenderat,
cum in quasdã ædiculas perfugisset, subiecto igne cremauerunt. Ita ille dignam
mercedẽ recepit impietatis, Nicanor autem ille consceleratissimus, qui mille ne-
gotiatores euocarat ad uenditionem Iudæorũ, ab ijs quos apud se minimo æsti-
mabat, diuino auxilio afflictus, deposito magnifico uestitu per mare Mediterra
neũ serui fugitiui modo, ipse sibi solitudinis author, perfugit Antiochiã, ᵐamis- ᵐ διαφθορᾷ.
so exercitu, & re supra modũ infeliciter gesta. Et qui receperat se Romanis tribu
tum de captiuis Hierosolymitanis confecturum, is Iudæos propugnatorem ha-
bere nunciauit, eoq́ inuictos esse Iudæos, quod sequantur leges ab ipso consti-
tutas.

CAP. IX.

1.Mac. 6.a Eodem ferè tempore Antiochus se è Persicis regionibus ignominiose recepe A
rat. Nam quam dicunt Persepolim ingressus, cum tentasset templum expo-
liare sacrilegio, & ciuitatem opprimere, & ideo concitatũ uulgus ad præsidium
armorũ confugisset: contigit ut Antiochus ab indigenis in fugam actus turpi re
ceptu discederet. Cumq́ iam esset circa Ecbatana, accepto de rebus Nicanoris &
1.Mach.5. †Timothei ut gestæ essent, nuncio, ira incensus meditabatur etiam eorũ qui fuga
rant eum, malitiã Iudæis imputare. Quapropter iussit aurigam iter assidua con
citatione conficere, cœlesti uniq́ iudicio ipsum urgente, qui tam superbe dixisset,
se Hierosolymam, ubi eò peruenisset, facturum commune sepulchrum Iudæo-

Digitized by Google

rum. At [qui conspicit uniuersa] omnipotens dominus Deus Israelis ipsum insanabili cæcoque malo tetigit, ut uerba adhuc facientẽ eum dolor uiscerũ immedicabilis, & acerbi interaneorũ cruciatus caperent: & quidem iuste admodũ, quippe qui multis & nouis cruciatibus uiscera aliorũ torsisset. Ille tamen arrogantia sua non desistebat, sed superbia magis intumescebat etiã, ignem spirans animo in Iudæos, & profectionẽ accelerare iubens. Accidit autem ut curru, dum impetu fertur, decideret, grauique casu affectus omnibus mẽbris corporis discruciaretur. Ergo qui modo se maris fluctibus imperaturũ existimabat, ob insolentiam homine altiorẽ, & statera se montium [a] iuga putabat libraturũ; is humi deiectus ferebatur gestatorio, palàm in se Dei potentiam ostendens omnibus tantam, ut impiũ corpus eius scateret †uermibus, & uiui caro cum doloribus atque cruciatibus dilaberetur, fœtorque putredinis eius toti grauis esset exercitui, adeo ut qui paulò ante sydera cœli contingere sibi uidebatur, eum propter intolerabilẽ odoris grauitatẽ gestare nemo posset. Ibi demũ cœpit ingenti sua superbia desistere sauciatus, & doloribus diuino flagello per singula momenta augescentibus in cognitionem sui descendere: tandemque ne ipse quidẽ iam fœtorem suum ferre ualens, ita locutus est, Deo subiectũ esse iustum est, non autem se ei superbis cogitationibus exæquare. Orabat autem scelestus ille Dominũ iam non misertũrum eius, dicens, se sanctam illam urbem, quam solo æquaturus, †ac cõmune facturus sepulchrum petere contendisset, redditurũ liberam: & Iudæos, quos ne sepulchro quidem dignari, sed auibus cum liberis diripiendos, ac feris obijcere decreuisset, eos omnes facturũ pares Atheniensibus: templum etiam sacrosanctum, quod expoliasset antea, pulcherrimis condecoraturũ donarijs, & sacra uasa redditurũ omnia, eaque multiplicata, atque item imperatos ad sacrificia legitimos sumptus è suis redditibus præstaturum. Ad hæc etiam Iudæum se fore, locumque habitabilem omnem prædicando potentiã Dei obiturum. Cæterum non desinentibus doloribus, quod iustum Dei iudiciũ eum inuasisset, de rebus suis desperans, subiectam scripsit ad Iudæos epistolam, supplicãtis in modũ, hæc continentem, Optimis ciuibus Iudæis plurimã salutem, sanitatem ac felicitatem rex & imperator Antiochus, Si ualetis, & liberi ac res uestræ ex sententia uestra se habent, Deo sanè gratias ago maximas, in cœlo spem reponens: cæterũ ego grauiter afficior. Benigne autẽ recordatus amplitudinis uestræ & beneuolentiæ, dum è Persicis regionibus reuertor in grauem morbũ delapsus, factu necessarium duxi, ut communi omniũ securitati consulerem: non quod rebus meis desperẽ, (nam magna spe ducor me morbo liberatũ iri,) sed quod cogitem patrem quoque meum, quibus temporibus in superiores regiones exercitũ duxit, successorem sibi constituisse, ut si quid præter expectationẽ accidisset, aut acerbius quid fuisset nunciatum, qui regionem incolunt, cui rerum summa cõmissa esset scientes, non perturbarentur: prætereà quod considerauit confines principes & regno uicinos occasioni intentos rerum euentum expectare. Filium itaque Antiochum regẽ designaui, quem sæpe in superiores satrapias recurrens plærisque uestrũ commisi atque commendaui. Ad eum quoque subiecto exemplo scripsi. Oro itaque uos atque postulo, ut memores beneficiorũ publice & priuatim, præsentem quisque beneuolentiã mihi, & filio conseruetis. Confido enim eum moderate & humaniter sequendo uoluntatẽ meam uobis usurum. †Cæterũ homicida ille, & in Deum contumeliosus pessime affectus, quibus utique modis affecerat ipse alios, peregre uitã finiuit in montibus fato miserrimo: corpus aũt abstulit Philippus unà cũ illo educatus, qui filiũ Antiochi metuens, se in Aegyptũ contulit ad Ptolemæũ Philometorem.

Marginal notes: B; [b] τὰ πλάτη nõ est in correctioribus.; Act. 12. d; C; 1. Mach. 6; D; Dan 8. e

CAP. X.

Machabæus autẽ & sui [a] Domino fortunante, recepto templo & urbe, in foro extructas ab alienigenis aras, atque item delubra demoliti sunt: cumque ex- purgato

[a] Vel, instinctu Domini. — 1. Mach. 4.

Digitized by Google

Purgato templo altare aliud constituissent, concepto de igniitis lapidibus ignẽ sa-
crificium ac suffimenta, post tempus biennij & [b] sex mensiũ, instaurarũt, & lucer- *[b] Et sex mensiũ, non est in omnibus Græcis.*
nas panumq; proponendorum seriem adornarunt. Hæc cum fecissent proni in
uentrem humi prostrati precabantur Dominũ, ne iterum in talia mala inciderent,
sed si quando peccauissent, clementer castigarentur ab ipso, nec contumeliosis in
Deum aut barbaris gentibus dederentur. Porrò contigit, ut qua die templum ab
alienigenis profanatum fuit, eadem die eiusdẽ templi expiatio celebraretur, quæ
.Mac.4.f erat † uicesimaquinta eius mensis qui dicitur Casleu, quo dies octo lætitia trans- B
egerunt tanquã tabernaculorũ festos, recordantes ut non ita pridem solenne ta-
bernaculorum in montibus & speluncis more ferarũ egissent. Thyrsos itaq; &
pulchros ramos, atq; item palmas tenentes, hymnos canebãt ei, qui successum de-
disset ipsis, ad locum suum repurgandũ, & publico decreto ac plebiscito, dies eos
omni genti Iudæorum singulis annis agendos cõstituerunt. Atq; quod quidem
.Mach.9. attinet ad obitum Antiochi, qui appellatus fuit Illustris, † ita se res habet: nunc ue-
.Mach.6. ro Eupatoris Antiochi, qui filius fuit illius impij, res gestas narremus, [c] consecuta *[c] Vel, ipsa coniuncta bellis mala.*
continuo bellorum mala compendiose perstringentes. Is regnum adeptus, Ly-
siam quendã rebus gerendis præfecit, & præfectũ Cœlesyriæ Phœniciæq; sum-
mum constituit. Nam Ptolemæus ille Macron dictus, in primis iustitiæ erga Iu- C
dæos seruandæ, ob illatam ipsis iniuriam, studiosus, meditatusq; pacem cum ipsis
colere, cũ ea de causa apud Eupatorẽ delatus esset ab amicis, & proditor frequen-
ter diceretur, quod Cyprum sibi cõmissam reliquisset, & se contulisset ad Antiochum
Illustrem: cumq; nulla esset honorifica potestate, præ mœrore animi uitam uene-
no finierat. Gorgias autem in præfecturam locorum missus cõductitium alebat
exercitum, & bella aduersus Iudæos crebra moliebatur: cumq; eo simul etiam Idu-
mæi, cum opportunas munitiones obtinerent, Iudæos exercebant, & ijs qui Hie-
.Mac.5.a rosolymis extorres pulsi fuerant, adscitis, bellis mouendis erant intenti. † At qui D
Machabæũ sequebãtur, cum habita supplicatione Deũ, ut auxilio sibi foret, oras-
sent, aduersus Idumæorum munitiones cõtenderunt, easq; adorti ui locis captis,
omnes qui in muris pugnabant ulti, obuios quosq; interemerunt, trucidaruntq;
non minus [D] uiginti millia. Cum autẽ in duas arces perquã ualidas, & omnia quæ *[D] Al. 25. millia.*
tolerandæ obsidioni essent habentes, confugissent haud minus quã nouem millia,
Machabæus Simone & Iosepho, itemq; Zachæo, & cum eo satis multis ad horũ
obsidionem relictis, ad urgentia magis loca se cõtulit. Tum militũ Simonis qui-
dam auaritia ducti, à quibusdam eorum qui arces illas tenebant, corrupti sunt, &
acceptis septuaginta drachmarum millibus dilabi quosdam sunt passi, quos Ma-
chabæus, ubi factum cognouit, congregatis proceribus populi, accusatos quod pecu-
nia fratres, hostibus contra se dimissis, uendidissent, & [e] proditionis conuictos in- *[e] Vel, proditores factos.*
terfecit. Deinde duas illas arces confestim [f] expugnauit, & re armis atq; manibus E *[f] κατελάβετο.*
per omnia feliciter gesta, in ambabus munitiõibus plusquã uiginti millia peremit.
.Mac.5.d † Timotheus autẽ * antea uictus à Iudæis, contracto conductitiorũ militum exer-
1.mac.8. citu quãplurimo, collectoq; Asiano equitatu nõ pauco, ut armis subacturus Iudæã,
.mac.11.b aduenit. Quare qui sequebantur Machabæum, propinquante iam illo se † ad
supplicandũ Deo conuerterunt, & humo iniecta capitibus, lumbisq; accinctis ci-
licio, ad basim altari oppositam prostrati orabant, ut placatus ipsis hostem se exhi-
Deut.28.a beret hostibus ipsorum, & infestũ opponeret infestis, † ut lex palàm polliceretur.
Defuncti hac precatione sumptis armis ab urbe processere longius: & ubi propius
.Par.32.b 4.Reg.6. hostem uentum est, restitere, donec aurora se iam primum [g] diffundente, pugnam F *[g] διαχεομένης. al. διαλγομένης.*
.Mac.3.d 1.b utriq; cõmiserunt, † hi quidẽ sponsione successus, uictoriæq; cum uirtute coniun-
.Mac.5. ctæ fretum habentes ad Dominum perfugium, illi uero magistrũ ad certamina
animum statuentes. Porrò acri iam pugna * conspecti sunt, hostibus residentes

equis auro frenatis, quinq; insignes de cœlo uiri, (quorum duo Iudæos præcedebant,) qui interceptum in medio Machabæum omnibus armis suis protegentes conseruabant inuulneratum, in hostes autem tela & fulmina iaciebant. Quapropter errore uisus confusi, & pleni perturbatione, cadebant, & ᵃcæsis eorum uiginti millibus quingentis & sexcentis equitibus, ipse Timotheus perfugit in præsidium

ᵃ ἐπανιστάμενοι R.

G perq; munitum, nomine Gazaram, cui, Chæreas præerat. Id præsidium Machabæani per quatuor dies obsederunt alacres: cumq; qui intus erant loci præcipitio confisi supra modum impias cōtumelias, uocesq; infandas iactarēt, quinto & uicesimo iam illucescente die, iuuenes Machabæani, ob impias cōtumelias accensi animis, impetū ad muros uiriliter fecerunt, feroci animo obuiā quenq; trucidantes: itemq; alij qui simul ascenderant, inter confligendum cum ijs qui in præsidio erant, turres succendebāt, & immissis ignibus obtrectatores numinis illos uiuos concremabant, portas concidentibus alijs, & recepta reliqua acie urbem occupantibus. Timotheum quoq; [cum præsidium biduo toto uastassent,] in quodā cauo latitantem peremerunt, atq; etiam fratrem eiusdem Chæream, & Apollophanem. His gestis hymnis & gratulatione celebrabant Dominum, qui uictoria ipsis data, Israelem affecisset ingenti beneficio.

CAP. XI.

A PORrò pauco admodum post tempore Lysias †procurator regis, & cognatus, præfectus administrationi rerum, res ita gestas admodū ferens grauiter, collectus octoginta circiter millibus, & uniuerso equitatu, expeditionē suscepit aduersus Iudæos, cogitans se urbem domicilium Græcorum facturū, templumq; sicut cætera gentium delubra †quæstuosum, & ᵃuenale singulis annis sacerdotium redditurum. Potentia itaq; Dei nequaquam perpensa †ferox his peditum myriadibus, equitumq; milibus & octoginta elephantis ingressus Iudæā, admotis ad Bethsuram castris, premebat eam in loco ᵇmunito sitam, & circiter quinq; stadia

2. Ma. 10 b

Iob 2. b

Esa. 36. b

ᵃ πρατόν.

ᵇ ἐχυρῷ.

B distantem à Hierosolymis. Machabæani uero ut illum obsidere præsidia cognouerunt, ipsi simul & plebs †cum lamentis & lachrymis Domino supplicabant, ut bonum angelum mitteret Israeli ad salutem; cumq; primus ipse Machabæus sumptis armis alios adhortatus esset, ut unā cum eo periculum subirent ad auxiliū fratribus suis ferendum, coorti unā alacres profecti sunt. Nondum procul ab Hierosolymis aberant, †cum eques amictu candido, quassans armaturam omnē auream, præcedere ipsos uisus est. Tum deo misericordi gratulati, omnes confirmati sunt animis, adeo ut parati essent non solum homines, sed feras etiam crudelissimas, murosq; ferreos confodere, & procederent instructa acie, utpote misericor-

2. Ma. 10. c

2. Mac. 3. d
10 c
3 Mac. 5.

C dia Domini in se, nacti cœlestem adiutorem. Ergo leonino impetu irruentes in hostes, prostratis peditum undecim millibus, & equitum mille sexingentis, in fugam omnes uerterūt, & plerīq; nudi euaserunt acceptis uulneribus, ipseq; Lysias turpi fuga sibi consuluit. Cæterum non incallidus homo, secum quid accepisset detrimenti reputans, & inuictos esse intelligens Hebræos, omnipotente deo ipsis auxiliante, oratores de pace in quascunq; iustas leges cōficienda misit, se regē suadendo in amicitiam eorum pertracturum. Machabæus itaq; utilitati consulens, omnia Lysiæ postulata annuit, quod rex concessisset quæcunq; ipse datis ad Lysiam

D literis Iudæorū causa petierat. Nam scriptæ fuerunt à Lysia literæ ad Iudæos hoc argumento, Lysias populo Iudæorum salutem. Ioannes & Absalom legati uestri, qui subiectum uobis rescriptum reddiderint, ad nos de ijs quæ ᵃeo cōtinentur, retulerunt. Quæcunq; igitur ad regem referenda fuerūt, ego ei exposui, qui ea quæ licuit, concessit. Quod si rebus nostris beneuolentiam conseruaueritis, in posterum quoq; studebo uobis author esse beneficiorum. Cæterum de his singillatim mandata dedi tam his quàm meis legatis, quæ uobis referant. Valete. Anno centesimo quadragesimooctauo. Dioscorinthij uicesimaquarta die. Regis autem epi-

ᵃ αὐτῷ.

stola

Digitized by Google

stola hæc cõtinebat. Rex Antiochus fratri Lysiæ salutem. Postquam pater noster [b]in deos relatus est, nos [c]uolentes eos qui regno nostro subiecti sunt, rebus priuatis suis deditos uitam tranquillã agere, cum audiuissemus Iudæos nõ probare demutatam à patre ad ritus Græcorũ religionẽ, sed suis malle uiuere institutis, eoq; sibi iura sua concedi postulare: uolentes, inquã, hanc quoq; gentem esse quietam, constituimus ut templum ipsis restituatur, & publicis maiorum suorum utantur institutis. Recte igitur feceris, si miseris ad eos, è quibus dextera data nostram cognoscant uoluntatem, ut bono sint animo, suisq; sibi uendicatis læti fruantur. Ad gentẽ autem epistola regis talis erat. Rex Antiochus senatui Iudæorum, cæterisq; Iudæis salutem. Si ualetis, ita est ut uolumus, nos quidẽ ualemus. Retulit ad nos Menelaus cupere uos redire ad uestras proprias possessiones fruendas. Redeuntibus igitur, usque ad tricesimã mensis Xanthici diem, fide publica dabitur potestas Iudæis, ut utantur suo uictus genere, legibusq; pristinis, ut nemo eorum ullo modo obturbetur. [f]De ijs quæ latent nos Menelaum quoq; misi, ut uobis sit solatio. Valete. Anno centesimo quadragesimooctauo, mensis Xanthici quintadecima die. Miserunt autem & Romani epistolam ad Iudæos hæc complectentem. Quintus Memmius, & Titus Manlius legati Romanorum, populo Iudæorum salutem. Quæ Lysias cognatus regis indulsit uobis, nos quoq; probamus: de quibus autem ad regem referendum putauit, de ijs [g]inito consilio confestim aliquem mittite, ut sicut uobis congruit decernamus, nos enim Antiochiam accedimus. Ideoq; festinato mittite aliquos, unde nos quoq; qua sitis sententia cognoscamus. Valete. Anno centesimo quadragesimooctauo, die mensis Xanthici quintadecima.

[b] Vel, concessit ad superos.
[c] βουλόμενοι.
[f] περὶ τῶν ἠγνοημένων. Alij iungũt præcedentibus ita, ut nemo eorũ ullo modo obturbetur de ijs quæ per ignorantiã admissa sunt.
[g] βουλευσάμενοι. Correctiores tamen habent [illegible].

CAP. XII.

His ita factis pactionibus, Lysias ad regẽ se contulit, Iudæi uero agris suis colendis dabant operam. At præfecti locorũ Timotheus & Apollonius Gennæi filius, tum Hieronymus ac Demophon, & præter hos Nicanor ille Cypriarcha, non sinebant eos tranquillo statu quietem agere. Præterea autem Ioppitæ huiusmodi nefas perpetrauerunt. Cum habitantes apud se Iudæos hortati essent, ut exhibitas à se scaphas cum uxoribus ac liberis cõscenderent, quasi nullas haberẽt cum eis inimicitias, & hi [a]secundum publicũ ciuitatis decretum, ut qui paci studerent, nec quicquam suspicarentur, acquieuissent, in altum prouectos numero nõ minus ducentos submerserunt. Quam crudelitatem in gentem suam ut Iudas cognouit designatam, arma capere iussis uiris quos apud se habebat, cum iustum iudicem Deum inuocasset, aduersus interfectores fratrum cõtendit, & portu noctu incenso, scaphisq; combustis peremit quos ibi nactus est eodem loci confugisse. Cæterum urbe exclusus abscessit, ut qui denuo rediturus esset, & uniuersam Ioppitarum ciuitatem extirpaturus. Cum autem cognouisset Iamnienses idem facinus aduersus habitãtes apud se Iudęos cõcepisse, eos quoq; noctu aggressus, portui & classi ignem intulit tantum, ut fulgor incendij Hierosolymã usq; reluceret, per stadia ducenta quadraginta. Inde cum abscessisset nouem stadijs, irruerũt in eum aduersus Timotheum iter facientem, Arabum quinq; nõ minus millia, cum quingentis equitibus, cõmissaq; acri pugna, cum Iudæ pars ope diuina rem gessisset feliciter, uicti [b]Nomades Arabes dextris datis pacisci petebant cum Iuda, pecora se daturos, & reliquis in rebus opem ei laturos pollicentes. Iudas autem re uera sibi utiles eos in multis existimans, pacẽ habere cum ipsis acquieuit, illiq; fide cum dexteris accepta, in tabernacula sua rediere. Aggressus est etiam urbem quandam ponte ualidam, murisq; circũmunitam, quam nomine Caspin omnis generis promiscuæ gentes habitabant. Huius incolæ cum munitione murorum impositoq; cõmeatu freti, se peruicaciores exhiberent Iudæ militibus conuitiando, & iactando impias cõtumelias, dictuq; nefaria, Iudę milites inuocato magno

[a] [illegible].
[b] νομάδες ἄραβες.

Digitized by Google

mũdi dominatore, † qui fine arietibus, apparatuq; machinarũ temporibus Iosue Iericho subruit, impetu muros ferociter inuaserũt, & urbe fauore Dei capta, tot sine numero cædes edidere, ut adiacens lacus, qui duo stadia latitudine obtinebat, sanguine plenus fluere uideretur. Inde confectis stadijs septingẽtis quinquaginta, in [c] Characa ad Tubiaenos dictos Iudæos peruenere: & Timotheum quidem in locis illis nõ deprehenderũt, (nam is tum [D] infecta re inde discesserat,) sed cum præsidium quodam in loco reliquisset perq̃ ualidum, Dositheus & Sosipater duces partium Machabæi profecti, quæ Timotheus in præsidio reliquerat, amplius decem uirorum millia interemerunt. Machabæus autem instructo exercitu suo, cohortibusq; turmatim dispositis, contendit aduersus Timotheũ, qui apud se habebat centum uiginti millia peditũ, equitumq; [e] duo millia quingentos. Cognito autem aduentu Iudæ Timotheus, emisit mulieres & pueros cum reliquis impedimentis in præsidium Carniũ dictum, q locus esset oppugnatu, accessuq; difficilis, propter locorum omni ex parte angustias. Porrò ubi se prima Iudæ cohors ostendit, terror hostibus iniectus est pauorq;, ostendente se eo qui cõspicit omnia, incessit tantus, ut in fugam uersi, alij alio ferrentur impetu, crebriq; læderentur à suis, † & gladiorũ suorum mucrone confoderentur: dumq; Iudas eos ardentiori contentione persequitur, & cõcidit sceleratos, ad triginta millia uirorũ interemit. Timotheus uero cum incidisset in Dositheum & Sosipatrum, admodum ueteratorie rogabat, ut uiuum se dimitterent, eo q parentes multorum, quorundã etiam fratres haberet: futurũ ut hi negligerentur, si ipse occisus fuisset. Cum ergo fidem multis impetrasset, pactusq; esset se restituturum illos illæsos, propter fratrum salutem eum dimiserũt. Deinde Machabæus perrexit ad Carnion & Atargateum & ibi uigintiquinq; millia hominum interfecit. His fugatis & profligatis, Iudas exercitũ duxit ad † Ephron urbem munitam, quam Lysias & magna diuersarum gentiũ multitudo tenebant: & quãuis iuuenes robusti pro muris stantes depugnarent acriter, nec machinarũ aut telorum apparatus deesset: † hi tamen omnipotẽte, qui sua potentia uires hostium confringit, inuocato, urbem ui ceperũt, & trucidauerunt incolarum ad uigintiquinq; millia. Inde porrò Scythopolim ab Hierosolymis sexcentis stadijs distantẽ petierunt: ubi cum incolę Iudæi testati essent quam sibi Scythopolitæ prę̃stitissent beneuolentiã, quantaq; se calamitosis temporibus humanitate tractassent, actis eisdem gratijs, adhortati eos ut porrò ea beneuolentia erga gẽtem suam uti pergerent, Hierosolymam instante solenni hebdomadarum peruenerunt. Exacto autem Penthecostes appellato solenni, Gorgiæ præfecto Idumææ bellum intulerunt, eductis [f] in expeditionẽ peditum tribus millibus & equitibus quadringentis, [g] consertaq; pugna paucos ex [h] Iudæis cadere cõtigit. Porrò Dositheus quidam unus turmalium Bacenoris, uir eques & robustus, Gorgiam apprehensa chlamyde hærens, ui trahebat, ut qui uiuum capere scelestũ cuperet, cum eques quidam Thracensis inuectus in eum, humero eius amputato, fecit ut Gorgias Maresam effugeret. Diutius autem pugnantibus [i] Esdrini militibus, adeoq; iam fatigatis, Iudas inuocato Domino, ut se adiutorẽ, prælijq; ducem exhiberet, patria uoce exorsus, & clamore cum hymnis [k] sublato, repente irruens, Gorgiæ milites in fugã uertit. Tum Iudas recollectos milites perduxit in Odollam urbem, & instante die septimo de more purificati sabbathũ ibidem egerunt. Insequenti die [l] quo tempore ad necessarias functiones redibatur, egresso cũ suis Iuda, ut corpora cæsorũ tolleret, & cum cognatis mandaret ea sepulchris patrijs, inuentum est singulos interfectorũ sub uestibus aliqua habere, quæ simulachris Iamniensium consecrata fuerant, Iudæis autẽ † lege interdicta sunt, unde palàm omnibus cõstitit, hos eam ob causam occubuisse. Omnes itaq; [m] iusti iudicis Domini, occultaq; palàm facientis opus prædicantes ad preces [n] conuersi, rogabãt ut quod

Marginal notes: Iof.6.c — Iud.7.f; 1.Reg.14.c; 2.Par.20.d — 1.Mac.5.e — 2.Mac.10.c — Deut.7.c; Iof.7.a

Marginal notes (left), lettered D, B, F, G at text divisions:

[c] τὴν χάρακα, al. τὸν χάρακα, in uallum.
[D] ἄπρακτος τότε.
[e] δισχιλίους, al. χιλίους.
[f] ἐξοδον.
[g] πεσὸν τῶν ἐκ παρατα ξαμένων.
[h] ἰουδαίων, al. ἰδουμαίων.
[i] τῶν περὶ τὸν γοργίαν. al. & correctiores, τῶν περὶ τὸν ἔσδριν.
[k] ἀναβοήσας, al. ὑμνήσας.
[l] καθ' ὃν χρόνον, al. τρόπον, quo tẽpore post sabbathum cõsueta opera repetebantur.
[m] τὰ τοῦ δικαιοκρίτου.
[n] τράποντο ἀξιοῦντες τὸ γεγονὸς ἁμάρτημα τελείως ἐξαλειφθῆναι, al. πράξαντες ἀξιοῦντες μὴ διὰ τὸ γεγονός, &c.

Digitized by Google

quod commissum esset peccatũ prorsus aboleretur: simul egregius Iudas multitudinem hortatus est, ut se à peccato conseruaret integram, ut quæ uideret ante oculos, quis euentus peccati cæsorũ esset. Tum deinde stipe uiritim coacta, ad duo millia drachmarũ argenti misit Hierosolymam ad sacrificium pro peccato faciendum, bono admodũ scitoq; instituto, qui de resurrectione cogitaret. Nisi enim eos qui occubuerant reuicturos sperasset, superuacuum erat & uanum orare pro mortuis. Præterea q consideraret, ijs qui [o]cum pietate obijssent, optimũ esse repositum munus, sanctã & piam cogitationem, ideo mortuos expiauit, ut peccato absoluerentur.

[o] μετ' εὐσεβείας.

CAPVT XIII.

Mac.6.d A

ANno centesimo quadragesimonono, nuncius uenit Iudæ, Antiochũ Eupatorem cum copijs aduersus Iudæam aduentare, cumq; eo procuratorem rerumq; administrationi præfectũ Lysiam, utrunq; in exercitu [a]habentẽ Græcorum peditũ centena dena millia, equitumq; quina millia trecenos, elephantos aũt uicenos binos, & falcatos currus trecenos. Cum his Menelaus conspirauerat, multaq; simulatione exciuerat Antiochũ, minime consulens saluti patriæ, sed principatum se sperans obtenturũ. Sed rex ille regum animũ Antiochi aduersus scele- B

Mac.4.e ratum cõcitauit, ut cum Lysias docuisset †eum omnium malorũ extitisse causam, mandaret Bœream abducendũ, eoq; loci usitato supplicio necandũ. Eo in loco plena puluere quinquaginta cubitorũ turris erat, quæ machinã habebat circumuersatilem, in puluerem undiq; decliuem. Ibi eum qui damnatus esset sacrilegij, aut qui aliud quodcunq; malũ insigne patrasset, omnes protrudebant ad interitum. Huiusmodi supplicio nefarium illum mori contigit, ne [b]sepulchri quidem C compotem factũ Menelaum, & quidem meritissimo: ut, qui multa peccata commisisset in aram, cuius ignis & cinis sacrosanctus erat, is in cinere mortem oppeteret. Cæterũ efferatus animo rex uenire pergebat, pessima eorum quæ sub patre

Mac.10.e eius facta essent, in Iudæos exempla editurus. †Qua re cognita Iudas populo edixit, ut die nocteq; Domino supplicaret, ut si quando aliâs, nunc maxime succurreret de lege, patria sacroq; templo periclitantibus, nec populũ qui nuper paululum respirasset, iugo [c]infamiũ gentiũ subijci pateretur. Hoc cum fecissent unà D omnes, & misericordẽ Dominũ cum lamẽtis & ieiunijs, per tres dies assidue prostrati inuocassent, Iudas adhortatus eos præsto esse iussit: ipse uero seorsum cum senibus consiliũ cœpit, ut priusquam exercitus regis Iudæam inuaderet, urbeq; potiretur, egressi ope diuina de summa rerũ decernerent. Commisso itaq; dominatori mundi negotio, hortatus suos, ut pro legibus, pro templo, urbe, patria, ciuitateq; fortiter, & ad mortem usq; dimicarent, castra circa Modin collocauit, da- E taq; suis pro tessera Dei uictoria, cum lectis ualidissimis iuuenibus noctu irruit in tabernaculũ regium, & in castris [d]quatuor millia uirorũ interfecit, & præter

Mac.6.f hos †principem elephantũ, cum omni turba cõtubernali. Breuiter castris terrore tumultuq; repletis, re feliciter gesta, recessit. Dilucescente iam die designatum est hoc facinus, propter opitulantẽ ei defensionem Domini. Cæterũ rex audaciæ Iu-

Mac.11.a dæorum gustu iam capto, loca artibus attentans castra admouit †ad Bethsuram munitũ præsidium Iudæorum. Fugabatur tamen, offendebat, & atterebatur. Iis F autem qui in præsidio erant Iudas commeatũ summittebat. Porrò erat in exercitu Iudaico Rodocus, qui inquisitus, deprehensus, [e]uinculis mandatus est. Rex colloquio cum Bethsurçis per interpretẽ habito, dexterã dedit & accepit, discessit, prælioq; cum Iuda cõmisso, succubuit. Cumq; cognouisset Philippũ Antiochi

Mac.6.b †in rerum administratione relictum desciuisse, perturbatus suppliciter se summisit Iudæis, iurauit in quascunq; conditiones, pacem inijt, sacrificium fecit, honorem detulit templo, locũ benignitate prosecutus est, & Machabæũ amplexatus. Præfectũ reliquit à Ptolemaide ad Gerrhenos usq; Hegemonidẽ: cumq; uenisset G

[a] ἔχοντα.

[b] ταφῆς, al. γῆς.

[c] Vel, maledicarũ aut dirarum.

[d] τετρακισχιλίους. Correctiores, δισχιλίους. al. quatuordecim millia.

[e] ἐπισυνέδησαν, al. ἀπεκλείσθη.

Digitized by Google

Ptolemaidem, & Ptolemenses propter pacta se gererent acerbius, (indignabantur enim † conditiones [f] per nefas esse uiolatas) conscendit suggestū Lysias, rem commode excusauit, persuasit, pacatos ac beneuolos reddidit, abscessit Antiochiam. Hoc modo se habuit regis expeditio & receptus. 1.Mac.6

CAP. XIIII.

A EXacto autem triennio cum Iudæ nunciatum esset, Demetriū Seleuci filium inuectū Tripolitano portu cum ingētibus copijs & exercitu, interfecto Antiocho & eiusdem procuratore Lysia, regionē obtinuisse, Alcimus quidam olim summus pontifex, sponte autem pollutus temporibus promiscui cōmercij, cogitans nullam sibi reliquā esse uiam prosperitatis, neq; ad sanctuariū accessum amplius, uenit ad regē Demetriū [a] anno centesimo quinquagesimoprimo, offerens ei coronam auream, ac palmam simul & solennium templi ramorū aliquos. Atq; illo quidem die silentiū egit, tempus autem nactus insaniæ suæ cōmodum, cum in concilium aduocatus esset à Demetrio, & interrogatus, quo in statu essent, aut quibus consilijs uterentur Iudæi, hæc respondit, Qui ex Iudæis dicuntur Asidæi, quorū dux est Iudas ille Machabæus, bellis seditionibusq; mouendis intenti, regnum tranquillitate frui non patiuntur. Quapropter ego dignitate maiorū meorum, summo pontificatu, dico, exutus, huc me nunc contuli, primū quidē ut commodis regis syncere studeam, deinde etiam ut ciuibus meis consulam. Nam præ iniquitate supradictorum genus uniuersum nostrū non parua dispendia patitur. Quæ cum tu rex cognoris singula, regioni ac circumueto generi nostro, pro tua omnibus obuia humanitate, consule. Quandiu enim Iudas supererit, pacem dari rebus impossibile est. Talia ubi dixit iste, reliqui protinus amici hostili in Iudam animo inflammare Demetrium, adeo ut accerseret confestim Nicanorem, qui magister elephantorum erat, & designatum in Iudæam ducem mitteret cum mandatis, ut interfecto Iuda, socijsq; eius dissipatis, Alcimum summum maximi templi pontificem constitueret. Tum quæ Iudam ex Iudæa fugarāt gentes gregatim ad Nicanorem confluebant, Iudęorū infortunia & calamitates felicitati sibi fore arbitrati. Hi uero intellecto aduentu Nicanoris, gentiumq; aduersus se expeditione, [b] puluere conspersi supplices † orabant eum, qui confirmauisset populū suum æternitati, [c] suasq; partes claris uisis semper adiutauisset: deinde iussu ducis protinus inde profecti, ad uicum Dessau, in colloquium ad illos ierunt. Ibi Simon Iudæ frater cum uenisset in congressum Nicanoris, nonnihil propter subitum hostium silentium conterritus est. Nicanor tamen cum audisset qua fortitudine, & in certaminibus pro patria obeundis animi audacia præditi essent Iudæ socij, sanguine decernere formidabat. Quamobrem Posidoniū & Theodotum atq; [d] Matthiam misit, qui dexteras darent, & acciperent. Cæterū agitata diu super his consultatione, cum dux rem retulisset ad multitudinem, cōsentientibus omniū suffragijs, pactis annuerunt. Diem autem colloquio seorsum inter se habendo constituerant, qua die [e] processit utrinq; dux, sellæq; sunt positæ: cūq; Iudas armatos locis opportunis disposuisset, paratos ne qua forte ab hostibus repente oriretur iniuria, pactum inter se colloquiū habuerunt. Deinde Nicanor Hierosolymis moratus est, absurdi nihil patrauit, collectam gregatim multitudinem dimisit: Iudæ, quem in oculis semper habebat, ex animo fauens, rogauit ut uxorē duceret, & liberis daret operam: uxorem duxit, quietus fuit, uixitq; comiter. Alcimus autem ut uidit mutuam inter hos beneuolentiā, & initas inter eos pactiones cognouit, profectus ad Demetrium retulit illi, Nicanorem animo à cōmodis ipsius esse alienatum, ut qui insidiosum regno ipsius Iudam legatum sibi creauisset. Itaq; rex iratus percitus, & hominis sceleratissimi criminationibus concitatus scripsit ad Nicanorem, se pacta perq; grauiter ferre dicens, & iubens, ut uinctum Machabæum Antiochiam q̄primum mitteret. Hæc ut Nicanor accepit, perturbatus est, & grauiter se-

[f] ἐκτικῶς ἀθετῶν, al. ἠθληκῶς.

[a] Alij ut additū habent, sub annum.

[b] κατασπασάμενοι.

[c] Vel, semperq; suisse ostendisset adiutorem.

[d] ματθίαν, al. ματταθίαν.

[e] πρόηλθε παρ' ἑκάστου δίφρος, ἔθηκαν δὲ φρος. Διφραγις autē duces militum apud Parthos dicuntur: nec abhorrent ista scripta à raris uocabulis: nisi malis interpretari currus, scilicet quibus duces uehebantur, aut lege re, ut uulgo, καὶ προῆλθε, καὶ παρ' ἑκάστου διαφόρους ἔθηκαν δίφρους. Id est, E a dies ut uenit, ab sua utriq; parte seorsum sella fuit posita.

1.Mac.7 (beside "Demetriū Seleuci filium"); 2.Mac.14 (beside "populū suum")

Digitized by Google

ter ferebat irrita facere conuenta cum eo, qui nulla in re fuisset iniuriosus, quia ta A
men regi resistere minus erat cōmodum, qua arte rem conficeret, obseruabat. Ma
chabæus autē ut intellexit Nicanorem animo erga se esse austeriorem, & solito
asperiorem alloquio, non optimo ex animo austeritatem eam proficisci ratus, col
lectis suorū non paucis à Nicanore se occultabat. Ille ut cognouit hominē egre
gia techna esse usum, ingressus maximū illud sacrumq́ templum, sacerdotibus
legitimas hostias immolantibus, uirū sibi dedi iubebat: illis autem interposito iu
reiurando negantibus se, ubi nam esset qui quærebatur scire, extenta contra tem
ac. 7. c plum manu, hæc iurauit. †Nisi uinctū mihi Iudam tradideritis, hanc ædem Dei
solo æquabo, aramq́ diruam, & Baccho templū hic insigne extruam. His dictis F
abijt. At sacerdotes extentis in cœlū manibus, inuocantes eum qui semper fuisset
propugnator gentis nostræ, hæc dicebant, Tu Dominus uniuersi, nullius indi
gus, indulsisti libens, ut templū tibi inter nos domicilio constitueretur. Quapro
pter nunc omni sanctitate sancte Domine, hanc recens repurgatā ædem in æter
num conserues intemeratā, *& os iniustū omne obstruas. Porrò [f]Razis quidam
è Hierosolymitano senatu, indicatus est Nicanori uir esse amator ciuitatis, & per
q̃ præclara fama, propterq́ beneuolentiā pater Iudæorum appellatus. Hic enim
superioribus [g]secessionis temporibus corpore & uita pro Iudaismo ardentissime
obiectis, Iudaismi specimen in se ediderat. Volens itaq́ Nicanor q̃ hostili esset
in Iudæos animo, indicare, milites supra quingētos misit ad illum cōprehenden
dum, illo se capto quod ægerrime ferrent hi facturū existimans. Cæterum cum G
arcem expugnare multitudo moliretur, & in portā atrij uim faciens ignem, quo
porta succenderetur, admoueri iuberet, re dubia circūuentus gladio incubuit, for
titer mori malens, q̃ peruenire in manus consceleratorū, & indignas [h]indole sua
iniurias perpeti. Sed cum præ anxia festinatione, turba iam per ostia irrumpente,
incertum sibi uulnus intulisset, cursu ad murū audacter capto, seipsum uiriliter
præcipitauit in turbam: qua pedem celeriter referente, dato loco, in medium uen
trem delatus est. Cum aūt adhuc spirans, accensus animo emicuisset, cruore effu
sissime decurrente, quamuis grauiter uulneratus, cursu peruasit turbā, & in rupe
quadam prærupta stans iam prorsus exanguis, præhensa utraq́ manu intestina
protulit, & in turbam proiecit, ac precatus Dominū uitę spiritusq́, ut hęc eadem
sibi restitueret, hoc modo uitam finiuit.

f *Al. Razias.*

g *Vel, discessionis scilicet à consuetudine profana gentium.*

h *Vel, generositate.*

CAP. XV.

AT Nicanor ut Iudam cum suis in regionibus Samariæ esse comperit, consi A
lium cepit irruendi in eos die feriato, per summā securitatem. Cum autem
qui coacti sequebantur eum Iudæi dicerent, Nequaquā tam ferociter & inhuma
ne sæuias, sed diei honorifice consecratæ ab eo qui intuetur omnia, honorem tri
eg. 20. buas: ille sceleratissimus interrogauit, †Essétne in cœlo potens quisquā, qui sab
bathorum diem agi præcepisset: hisq́ affirmantibus, esse Dominū uiuum in cœ
od. 20. b lo potentissimū, qui †septimā diem celebrandam imperauisset, ille rursum, Ego
uero, inquit, alter in terra potens sum, qui arma capi iubeo, regisq́ negotiū pera
gi. Non tamen [a]consecutus est, ut infestum consiliū suum perficeret. Atq́ Nica
nor quidem per summā insolentiam animo elatus, se spolia de Iudę copijs simul
omnibus reportaturū sperabat, Machabæus autem indesinenter omni spe confi B
debat affuturum à Deo sibi auxilium. Ideo suos hortabatur, ne reformidarent ad
uentum gentiū: sed meritē tenētes lata sibi de cœlo prius auxilia, nunc quoq́ dan
dam ab omnipotente sibi uictoriā, & auxilium expectarent. Ad hæc consolatus
eos ex lege & prophetis, præliorū quę confecissent commonitos effecit alacrio
res, & animis erectos incitauit, simul allegans [b]nefariā impietatem gentiū, ac iu
ramenta uiolata. Ita singulos armauit, non tam clypeorū & hastarum munitio
dic. 7. c ne, q̃ exhortatione eximiæ orationis: †adiectaq́ demū digna fide narratione so

a *κατέσχε.*

b *Vel, perfidiam.*

e ὑπέρτι.
D Vel, alloquio.

C omnij, e supra modũ lætos reddidit. Erat aũt illius tale uisum, Oniam olim summo pontificatu functũ, uirum bonum & ornatissimum, D aspectu uenerabilem, suauemq; moribus, tum eleganti præditũ facundia, atq; à pueris ad omnes uirtutis partes exercitatum, eum inquã, manibus extensis orare pro toto cœtu Iudæorum. Deinde similiter alium uisum esse uirum canicie & maiestate eximiũ, mirabili quadã & excellenti magnificentia undiq; adornatum, de quo rogatus Onias dixerit, Hic ille fratrũ amator est, qui multa pro populo sanctaq; ciuitate precabatur, Ieremias ille Dei propheta. Ibi tum Ieremiam porrectũ dextera gladium aureum Iudæ tradidisse, atq; inter porrigendũ hæc loquutum, Accipe hunc sanctum munere Dei gladiũ, quo hostes conuulneres. His præclaris Iudæ sermonibus, ad ciendã uirtutem, & ad animos iuuenum erigendos efficacibus incitati, decreuerunt non castra facere, sed inuadere animose, & cum summa fortitudine

D inuecti conserta manu decernere: quandoquidẽ & urbis, & sacrorũ, & templi periculũ ageretur. Erat enim uxorũ & liberorum, itemq; fratrum ac cognatorum periculi minor apud eos ratio, maximus autem & primus pro sacrosancto templo metus. Tenebat autẽ & eos qui in urbe erant, non leuis anxietas, de subdiali conflictu solicitos. Cæterũ iam omnibus futuro certamine suspensis, hostibusq; manũ conserentibus, cum explicata esset acies, & belluæ opportuno loco constitutæ, atq; equitatus in cornu dispositus, Machabæus ut gradũ inferens agmen, uariumq; armorũ apparatum, necnon belluarum feritatẽ conspexit, extensis in cœlum manibus, mirificum Dominum inspectorem inuocauit, †ut qui sciret non 2.Par.14.d Iudic.7.b

E armis parari uictoriã, sed quibus illi dignum esset uisum, dari. Porrò huiusmodi uerbis ille precabatur, Tu Domine, ætate Ezechiæ regis Iudææ, angelũ tuum 4 Re.19.g
misisti, qui militũ Sennacherib interfecit ad centũ octoginta quinq; millia: idem Esa.37.f
nunc quoq; dominator cælorũ, demitte angelum bonum, qui nos ad pauorem & terrorem istorũ antecedat, ut qui sanctum populum tuum cum impia contumelia impetunt, potentia lacerti tui consternentur. Atq; hic quidẽ sic orauit. Et cum †Nicanor se inferret cum suis pæana canentibus, & cum classicis: copiæ Iu 1.Mac.7.f
dæ cum supplicatione & precationibus pugnã cum hostibus commiserunt. Ita manibus quidẽ decertando, cordibus autem precando Dominũ, triginta quinq;

F non minus millia prostrauerunt, interuentu Dei magnopere freti. Prælio autem defuncti cum se læti reciperent, ut Nicanorẽ cum omnibus armis occubuisse cognouerunt, sublato clamore promiscuo, omnipotenti patria uoce gratulati sunt. Tum ille per omnia corpore simul & animo princeps ciuiũ propugnator, qui beneuolentiam a ætatis erga populũ conseruauit, caput Nicanoris amputatum, & cum humero brachiũ, iussit perferri Hierosolymam: ipse autem ut eodem peruenit, conuocatis popularibus suis, & sacerdotibus ante altare collocatis, cum eos qui arcẽ tenebant accersiuisset, ostendit eis caput scelerati Nicanoris, simul ac manum maledici, qua contra sanctã omnipotentis ædem extenta, superbe se iactarat: & linguã eiusdem impij Nicanoris exectam, frustulatim se dixit daturũ auibus, & manubias dementiæ exaduersum templo suspensurũ. Omnes uero laudes in cœlũ extollere celebratissimo Domino, ac dicere, Prædicandus est qui locũ

a Vel, ab ineunte ætate.

G suum conseruauit incontaminatũ. †Cum ergo f caput Nicanoris, euidens omnibus & illustre signũ diuini auxilij, ex arce suspendisset: cõmuni suffragio decreuerunt omnes diem illã nequaq̃ obscuram relinquere, sed eam celebrare tertiam decimã duodecimi mensis, qui Adar dicitur lingua Syriaca, pridie diei Mardochaicæ. Rebus itaq; Nicanoris ita gestis, cum urbs ex eo tempore fuerit in potestate Hebræorũ, ego quoq; finem hoc loco faciã narrationis. Et siquidẽ recte, & cõmentario congruenter, hoc & ipse uolebã: sin exiliter ac tenuiter, hoc est quod potui. Alioqui enim ut uinũ per se bibere, atq; item rursum aquam, odiosum est: Iudith 14.a

f κεφαλὴν; correctiores tamen habent προτομὴν, effigiem umbilico tenus.

uinum

Digitized by Google

uinum autem aqua temperatum suaue est, & iucundam ac gratam affert uolupta
tem: ita contextus narrationis aures legentium delectat ipsa concinnitate. Cæ-
terum hic finis esto.

Liber tertius Macha baæorum.

CAPVT I.

Dan. 11. b  VM Philopator è reuersis intellexisset, erepta sibi esse ab An- A
tiocho loca quę tenebat, excitis omnibus copijs tam pedestri
bus suis q̃ equestribus, assumptaq; secũ Arsinoẽ sorore, [a]ex- [a] Vel, contendit.
currit ad uicinas usq; Raphiæ regiones, ubi castra habebãt
copiæ Antiochi. Theodotus autẽ quidam rem insidijs pera-
gere cogitans, cum assumpsisset è cõmissis sibi à Ptolemæo
armatis ualidissimos, contulit se ad tabernaculũ Ptolemæi
noctu, ut eum interficeret incautum, eoq; pacto finem bello imponeret. At Do-
sitheus filius Drimyli dictus, natione Iudæus, postea uero facta à lege transitio-
ne, à patrijs sanctionibus abalienatus, cum hunc subduxisset, ignobilẽ quendam
supposuit in tabernaculo, quem pro illo mulctari contigit. Porrò cõmisso acri prę
lio, cum fortius pugnaretur ab Antiocho, Arsinoẽ sedulo copias obambulans, ca
pillis solutis cum lachrymis orabat miserabiliter, ferrent opem audacter sibi, libe
ris & uxoribus, binas uictoribus auri minas daturã singulis pollicens. Ita hostes
pugna confici, multosq; capi contigit. Tum superatis insidijs uicinas obeundo
[b]ciuitates, sermone putauit confirmãdas: quod ubi fecit, delubraq; impertiuit do [b] πόλεις, al. κώμας.
narijs, animos subiectorũ erexit. Cum aũt Iudæi misissent è senatu senes ad Phi B
lopatorẽ, qui salutarent eum, ferentes munera, deq; rebus gestis ei [c]gratularẽtur, [c] συγχαρησόμενοι.
accidit ut eum cupiditas maior caperet se q̃primũ ad eos conferendi. [d]Venit itaq; [d] παραγενόμενος &c.
Hierosolymã, maximoq; deo sacrificauit: & gratulatione facta, [e]quæ fas erat lo- [e] ὡς ἔθει τῷ τόπῳ.
co præstitit. Deinde in locũ ingressus præ elaborato industria ornatu obstupuit,
[f]& concinnam templi structurã miratus, in [g]adytum quoq; intrare cupide cogi [f] ἐν τῷ παραγενέσθαι,
tabat. Illis autẽ negantibus hoc esse fas, q ne indigenis quidem liceret [h]ingredi, nõ est in emendatio-
Exod. 30. b adeoq; nec sacerdotibus, præterq̃ uni primo omniũ pontifici, †idq; semel in an- ribus.
Leuit. 16. g Heb. 9. a no tantũ: nihil tamen permoueri se patiebatur. Cumq; lex ei recitaretur, nõ cessa [g] היכל
bat porrò inferre se, ingredi oportere se dictitans. Quod si negatus esset illis hic [h] εἰσιέναι.
honos, at sibi non item esse oportere: rogitabatq; quare tandẽ se in quæcunq; de-
lubra ingredientem nemo præsentiũ prohibuisset? Cumq; improuide quidam
respondisset, male hoc ipsum [i]fuisse factũ: at facto, aiebat, hoc, quanam de causa [i] πράττεσθαι emenda-
3. Mac. 3. c tandem minus uelint nolint esset ingressurus? †Itaq; sacerdotibus cum omni ue C tiores πεπρᾶχθαι.
stitu se prosternentibus, & maximũ Deum orantibus, ut subueniret urgenti ne-
cessitati, & uim mala molientis auerteret, templumq; clamore & cõploratione re
plentibus, qui reliqui in urbe erant perturbati, & quid accidisset ignari exilierũt.
Conclusæ quoq; thalamis uirgines cũ puerperis procurrere, capitibus puluere ci
nereq; conspersis, & uicos implere luctu lamentisq;. Quæ uero uexilla modo ad
obuiam itionem adornata concinnarãt, condecentis se pudoris oblitæ perturba-
to cursu ferebantur per urbem, infantibusq; liberis relictis, matres simul & nutri
ces [k]aliò atq; aliò, hæ per domos, per uicos aliæ licẽter cõcurrebant in summũ tem [k] ἄλλαι καὶ ἄλλως.

Digitized by Google

plum: uariaq; erat collectorũ in hoc cõprecatio, aduersus ea quæ ille nefarie mo-
D liebatur. Ad hæc commoti audacia ciues non patiebantur cum prorsus irrum-
pere, propositũ suum exequi conantem: sed ad arma capessenda, & ad mortẽ au-
dacter pro lege patria oppetendã conclamantes magnam excitarunt eo loci exa
sperationem: sed tamen demoti à [1] sacerdotibus ac senioribus, ad pristinũ oratio-
nis locum rediere. Atq; uulgus quidem interim ut cœperat intentũ precibus erat:
senes uero regem circumstantes, multifariã tentabant superbum eius animum à
concepto consilio dimouere. At ille peruicaciter contemptis omnibus, nihilomi
nus ingressum moliebatur, quod semel dixisset se putans perfecturum. Quod e-
tiam ij qui ab eo stabant cernentes, conuersi ad eum, penes quem omnis potestas
est, unà cum nostris inuocabant eum, ut opem ferret rebus præsentibus, nec faci
nus nefarium ac superbũ dissimularet: adeoq; præ crebris ex anxia turba collectis
uocibus clamor quidã erat incomparabilis. Videbantur enim non solum homi
nes, sed parietes quoq; cum toto pauimento personare, utpote omnibus mortem
tum præoptantibus, potius q̃ illius loci profanationem.

CAP. II.

A Simon quidã certe summus põtifex genibus ex aduersum adyto flexis, apteq;
protentis manibus, huiusmodi precationẽ fecit, Domine domine rex cœlo-
rum, & dominator rerũ creatarum omnium, in sanctis sanctissime, monarcha o-
mnipotens, respice nos, qui ab impio & impuro, audacia & potentia superbo op
primimur. Tu enim es qui creasti omnia, iustus princeps, qui cuncta obtines, tu
iudex es uiolenter & superbe agentiũ, †tu priscos iniustitiæ operatos, inter quos Gen.7.d
& robore audaciaq; freti gigantes erant, inducto immenso diluuio deleuisti: †tu Gen.19.c
supbiæ deditos Sodomitas, flagitijsq; nobilitatos exemplũ posteris statuens igni
& sulphure concremauisti. †Tu contumaci Pharaoni, *qui seruitute premebat Exod.7.8.9.10.11.
sanctũ populum tuum Israeliticũ, ostendisti potentiam tuam uarijs multisq; (qui *Exod.1.1
bus potentia ingens tua inclaruit,) supplicijs exercito: †& cum curribus multaq; 5.a.b.c.d
turba tuos persequentẽ profundo mari demersisti: te uero rerum omnium princi †Exo.14.
pe fretos traduxisti saluos, †qui hæc omnia manu tua gesta agnoscentes, te omni Exod.15.a
B potentem laudauerunt. Tu rex conditor infinitæ & immensæ terræ, elegisti ur
bem hanc, & locum hunc ad celebritatem tibi, quamuis nullius omniũ indigo,
consecrasti, uisoq; illustrati magnifico, commendatione *ipsi ad gloriam magni
& augusti nominis tui conciliata. Amore quoq; domus Israeliticæ pollicitus es,
ubi quid à nobis deliratũ esset, quamobrem nos circumuenissent angustiæ, quas
locum hunc ingressi deprecaremur, te preces nostras exauditurũ. Fidelis autem
es utiq; & uerax. †Quoniã uero oppressis maioribus nostris sæpe opem tulisti Iudic.passim.
in afflictione, magnisq; eos liberasti periculis, & nunc etiam ecce rex sancte, nos
propter multa magnaq; peccata nostra premimur, hostibusq; nostris subiecti ui
rium inopia deficimus in calamitate nostra, iste autẽ contumax & impurus me-
ditatur temerare sanctũ, nominiq; glorioso tuo dedicatum in terra locum, (alio-
qui enim domiciliũ tuum cœlum cœlorũ est, locus hominibus inaccessus,) quo-
niam inquam gloriã tuam populo tuo, consecrando locum hunc, beneuole im-
pertiuisti: ne imputes nobis impuritatem istorũ, aut castiges nos ob profanatio-
nem, ut ne [b] glorientur animis nefarij, *neq; iactantia linguæ suæ elati dicant, se
C ædem religiosam pessundedisse, sicut inuisa tibi delubra conculcantur. Dele pec
cata nostra, delictaq; discute, & hoc tempore misericordiã tuam ostende. Fac q̃
primum nobis obtingat miseratio tua, & ora collapsorũ, atq; confractorum ani
mis, imbue laudibus pacem nobis conficiẽdo. [c] Ibi tum ille inspector omnium,
& inter omnia sancta sanctissimus Deus, legitima cõprecatione exaudita, illum
uiolentia magnaq; contumacia elatũ hinc atq; illinc percellens, ut arundinẽ uen
tus, ita flagellauit, ut iam humi iaceret inutilis, membrisq; solutus, & iusto suppli

cio-

[1] ἱερέων, al. γεραιῶν.

[a] Pro hac tota periodo usq; ad precationẽ, quædã exemplaria tantum habent, καὶ ἄπορ ἐμοθυμαδόν.

* αὐτῷ, non ἑαυτῷ.

[b] καυχήσωνται.

[c] ἐνταῦθα ὁ πάντων ἐπόπτης θεὸς, καὶ τῶν πάντων.

Digitized by Google

cio implicatus, uocem mittere non posset. Quocirca amici eius & stipatores corporis subitam & repentinam, qua oppressus esset, castigationem conspicati, metuentes ne eum uita quoq; deficeret, ingenti protinus pauore perculsi eum extraxere. Postea uero cum se recollegisset, quamuis castigatus, nulla tamen pœnitentia ductus est, sed discessit minitans atrocia. Vt igitur peruenit in Aegyptū, tam suis flagitiorū incrementis, quàm opera † supradictorū adiutorum ac sociorū, qui ab omni iustitia recesserant, non solum se innumeris effudit libidinibus, sed eò quoq; euasit temeritatis, ut maledicta passim sereret, multiq; amicorū, spectata regis sententia, ipsi quoq; uoluntatē eius sequerentur. Cumq; decreuisset rex gentem Iudaicā notare publica ignominia, in columna, quā in posita ad regiam turri erexerat, literis curauit insculpendū, Ne quis sacrificare nolens, ingrederetur in templa Aegyptiorū, utq; Iudæi omnes censu habito, ad seruilem sortem redigerentur: cui rei si qui contradixissent, ui abrepti tollerentur è uita: sin qui nomina in censu fuissent professi, eorū corporibus pro stigmate insigne Bacchi folium hederaceum inureretur. Atq; hos quidem [D] in iam dictam sanctionem segregauit. Cæterū ne omnibus infensus esse uideretur, subscripsit, quod si qui inter eos qui solennibus sacris initiarētur, uersari maluissent, ut pari cum Alexandrinis ciuibus iure uterentur. Quidā igitur [e] in ciuitatibus gradus urbanæ religionis exosi facile seipsos dedere, quasi magnā consecuturi essent ex futura [f] cum rege communicatione gloriam: plærìq; uero fortitudinē animi obtinentes à pietate non recesserunt, sed uitam pecunia redimentes intrepide seipsos, ne nomina profiterentur, conabantur liberare, bona spe freti, fore ut auxilium adipiscerentur: eos autē qui deficiebant à se, execrabantur, & pro hostibus gentis suæ habebant, communiq; excludebant commercio & usu.

Mac. 1. a

D

CAPVT III.

His intellectis impius ille tantopere iratus est, ut non solū Alexandriæ exerceret iram suam, sed etiam reliquā regionem incolentibus grauiorē se exhiberet inimicum, omnesq; eodem q̄primū congregatos pessimo supplicio è uita tolli iuberet. Dum hæc gerebātur, inimica genti [Iudaicę] fama percrebuit, occasione hominibus ad lædendū consentientibus data, ut ita se gererent, quasi illa quo minus leges apud se seruarentur, impediret. Cæterū Iudæi suam erga reges beneuolentiā & fidem immotā conseruabant: uerū quia deum colebant, eiusq; uiuebant legibus, excludebant quosdā, & à se [a] relegabant: quam ob causam quibusdam inimici uidebantur, cum iuste recteq; factis cōmunem uitā ornantes, omnibus hominibus essent cōmendabiles. Bene factorū itaq; sparsam ubiq; de gente famam [b] alienigenæ [c] nullo loco numerabant: in adorationibus aūt & moribus dissensionē exagitabant sermonibus, dicentes, neq; regi neq; potestatibus amicos esse homines, sed hostes, publicisq; cōmodis admodū aduersos. Atq; illi qdē non uulgaria criminabant, at qui in urbe erant Græci, nulla affecti iniuria, uidentes tumultū aduersus homines inopinatū, concursusq; improuisos fieri, cū opem ferre non ualerent, q tyrannicus rerū esset status, indignabundi consolabant eos, & cōmutationem horū sperabant: nō enim ita stare posse talem [d] factionē ullam temerariā. Iam uero & uicini quidam & amici, cōmercijsq; consociati, clam quibusdam adscitis, fidem dabant se coniuncturos auxilia, & omnem contētionem ad succurrendū allaturos. Porrò ille præsenti prosperitate elatus, nec potentiam maximi dei considerans, sed existimans eodem se perpetuo perfruiturū consilio, hanc contra Iudæos scripsit epistolā, Rex Ptolemæus Philopator ducibus ac militibus qui sunt in Aegypto, singulisq; locis, salutē & sanitatē: nam ego quidem saluus sum, simul & res nostræ. Nos postquā suscepimus expeditionem in Asiam, ut ipsimet [f] scitis, eaq; dato nobis à dijs inoffenso auxilio, nostrisq; uiribus ex sententia nostra q̄ optime confecta est, putauimus non armorū uiolētia, sed co

A

B

[D] Id est, uoluit nomina professos iam dicta sanctione uti, ut serui essent, & non interficerentur. ὅπ καὶ κατεχώρισεν εἰς τὴν προειρημένην αὐθεντίαν, al. ὅπ καὶ κατεχωρίσαι εἰς τὴν προειρημένην αὐθεντίαν.

[e] κατὰ πόλιν, al. κατὰ πόλεις.

[f] Id est, religione regis.

[a] Vel, fortunis euertebant, χωρισμὸν ἐποιοῦν, καὶ σίνιν καὶ καταστροφάς.

[b] Id est, alieno à Iudaica religione animo.

[c] Vel, nusquā commemorabāt φθέγγομαι lego.

[d] Vel, concursum, aut seditionem. μὴ γὰρ οὕτω παρατέθαι τηλικοῦτο σύστημα μηδὲν ἠγνοηκός, al. παρορᾶσθαι, & ἠγνοηκώς: ut uideatur hæc esse sententia, Non enim neglecturum talem seditionem ullam eum qui uidet omnia: quamuis hoc pacto solœcismus sit in Græco.

[e] γεγαυρωμένος, ἢ ὁ καθορῶν.

[f] ἴστε.

Digitized by Google

mitate multaq; humanitate lactandas, quæ Cœlesyriã & Phœniciã habitant gentes, beneficijsq; ultro afficiendas: cumq; templis urbiũ reditus q̃plurimos contulissemus, adducti sumus, ut Hierosolymã quoq; ascenderemus ad templum pestiferorum, qui insanire nunquam desinunt, honorandum. At illi uerbis aduentui
C nostro gratulati, reipsa insyncere affecti, cum cuperemus adytũ eorum ingredi, idq; eximijs ac pulcherrimis condecorare donarijs, antiquo fastu permoti, nos ingressu prohibuerunt, ignari potentiæ nostræ, propter eam quam omnibus hominibus exhibemus [g]humanitatem. Atq; inimico suo in nos animo palàm declarato, quasi soli sint gentiũ, nihil legitimum ferre uoluerunt, præ superba in reges & de se bene meritos contumacia. Nos tamen horũ acti insania, postquam reportata uictoria peruenimus in Aegyptũ, comitate utendo erga omnes gentes, quod decuit fecimus: atq; in tali re congeneribus eorũ omnibus iniuriarum obliuione promulgata, tam ob societatem, q̃ ob concredita [h]ipsis ab initio per simplicitatem infinita negotia, ausi sortem eorũ mutare, & eos ciuitate Alexandrinorum dignari uoluimus, †atq; in consortiũ perpetui sacerdotij recipere. At illi rem contra interpretãtes, & bono congenita sibi prauitate repudiato, in malũ assidue procliues, non solum recusarunt contemptã ignominiose ciuitatem, sed etiã uerbis & re paucos ex ipsis synceriter erga nos animatos abominantur, semper sperantes nos breui per ignominiosissimã uitam successuum finem consecuturos. 3.Mac.2.d
D Quapropter coniecturis persuasum optime habentes, hos omnibus modis erga nos male esse animatos, & prospicientes nequando repentino posthac exorto tumultu, in tergo nobis habeamus impios istos proditores & atroces hostes, mandandum putauimus, ut simul atq; primũ hæc reddita fuerit epistola, [i]eodem illo die qui indicati fuerint, unà cũ uxoribus & liberis, cum uiolentis [k]uexationibus, ferreis undiq; uinculis constricti mittantur ad nos, ad ineuitabilem calamitatem, & ad infamẽ cædem, hostibusq; congruentem. [l]Nam simul atq; in hos fuerit animaduersum, putamus fore ut in posterum res nostræ stabili & optimo loco, ac statu cõstituantur. Quod si quis Iudæum quempiã à natu maximo ad minimum, etiam ad lactentes usq;, tutatus fuerit, is cum omni familia fœdissimis tormentis excruciabitur: qui uero nomen cuiuspiã deferre uoluerit, is præterq̃ q; consequetur bona damnati, & de regia pecunia drachmarum argenti duo millia, libertatis quoq; corona donabitur. Omnis autem locus in quo deprehensus omnino fuerit Iudæus receptatus, is desolatus igni tradatur, omniq; mortaliũ generi per omnia reddatur ad perpetuum tempus inutilis. Atq; eius quidem epistolæ ita scriptum erat exemplar.

CAP. IIII.

A QVocunq; autem edictũ hoc perlatum fuisset, publicum agitabatur à gentibus cum iubilis & gaudio conuiuiũ: utpote indurato iam olim in animis eorũ odio per licentiã tum se proferente. Iudæi autem in [a]acerbissimo luctu erant, perq̃ lamentabiles cõploratione uoces edẽtes, gemitibus undiq; æstuante corde eorũ, inexpectatum, repentinaq; sententia irrogatũ sibi interitum deflentiũ. Quæ præfectura, aut urbs, aut quis omnino locus habitatus, quæ uiæ planctu eorũ, luctibusq; non fuerunt impleta? Adeo enim una omnium [b]acerba & immiti urbanorum præfectorũ sententia ablegabantur, ut propter [c]inusitata supplicia, quidã etiam hostium, communem miseriam ponentes sibi oculos, & animo suo incertã uitæ commutationẽ repræsentantes, deflerent miserrimam eorum ablegationem. [D]Ducebatur enim senum multitudo canis opertorum, & præ senectute curuorũ pedum tarditate, propter concitatam cum uiolentis sine pudore [e]minis increpationẽ, ad celeritatem itineris abutentiũ. Quæ autem
B nuper ad coniugalem uitæ societatem thalamũ intrauerant puellæ, luctus percipiebant pro iucunditate: & delibuta unguentis coma iam cõspersa puluere, rete

ctæ

[g] φιλανθρωπίαν, al. φιλίαν.

[h] αὐτοῖς ἀρχῆθεν μυστεία πράγματα.

[i] αὐθήμερον τοὺς ἐνσημαινομένους, al. αὐθωρὶ τοὺς ἐντιμωμένους.

[k] σκυλμῶν.

[l] τύπων γὰρ ὁμοῦ.

[a] ἀνήκεστῳ, al. ἀνηκέστῳ.

[b] μετὰ πικρᾶς καὶ ἀνοίκτου.

[c] ἐξάλλοις.

[D] ἤγετο, al. ἤγετο.

[e] ἀπειλαῖς, al. ἀπάσαις.

Digitized by Google

ctæ ducebantur lamentationem pro hymenæis unà ordientes, ut quæ uexationibus alienigenarum laceræ, uinctæq; publice usq; ad nauis ingressum ui traherentur. Harum quoq; coniuges, ceruicibus laqueis coronarum loco reuinctis, in uigente ac iuuenili ætate, pro cõuiuio atq; otio iuuentutis, reliquos nuptiarum dies in luctibus trahebant, ante pedes iam excubantem orcum uidentes. Auehebantur autem ferarum instar, ferreorum uinculorũ ui tracti, alij iugis nauium affixi ceruicibus, alij pedibus cõstricti pedicis indissolubilibus, densa quoq; superne tabula incumbente, qua oculis undiq; obtenebratis, insidiatorũ more tractarentur, per omnem nauigationem. Hos ita ad dictum nauigium perductos, rex nauigatione iuxta mandatum ipsius confecta, iussit eos collocari in tentorijs, in eo quod C
est ante urbem patens [f] in immensum hippodromi spatio ad exemplum supplicij omnibus in urbem se conferentibus, eademq; se in agros peregre efferentibus, q̃ opportunissimo, neq; copiarum suarum [g] cõmunicatione eos, neq; omnino murorum ambitu dignatus. Hoc ubi factũ est, cum audisset ex urbe clam congeneres quosdã egressos, crebrius ignominiosam fratrum miseriam deplorare, iratus iussit eos quoq;, eodem quo illos modo, caute tractari, supplicio illorum nulla ex parte diminutos, atq; adeo totum genus describi nominatim. Non enim iam se illos [h] promulgata pauloante laboriosa operum seruitute, sed [i] exquisitis tormentis excruciatos, ad extremum una die confecturũ. Celebrata est itaq; descriptio horum acerbo cum studio, assessioneq; ab ortu solis ad occasum usq; continenti, quadragesimo die nondum ad finem perducta. Interim rex magno ac continuo gau D
dio plenus cõuiuia ad omnia simulachra celebrabat, deuia procul à ueritate mente oreq; nefario laudãs muta, & sermonis opisq; uacua, in maximum autẽ deum quæ minime fas est effutiens. Porrò post supradictũ temporis spatium, cum scribæ ad regem renunciassent, se descriptioni Iudæorum non sufficere amplius, propter immensam eorum multitudinem, ut quorum plurimi adhuc essent per regionem, alij domesticatim adhuc, alij certis locis cõgregati, adeo ut res esset omnibus per Ægyptũ præfectis impossibilis: rex eis durius minatus est, quasi donis ad effugium illis moliendum corruptis. Accidit tamẽ, ut res ei planè persuaderetur, cum argumentis euidentibus confirmarent & chartã iam sibi, & calamos, quibus uterentur, defecisse. Hoc autem erat efficax opus inuictæ eius, qui opem de cœlo ferebat Iudæis, prouidentiæ.

f ἀπλῖτο.

g Vel, consortio.

h πολλαπλωμένην, al. πεπλημμυρέλω.

i Vel, certis.

CAP. V.

1.Mac.6.d Ioseph. contra Appio. lib.2. ab initio.

TVm accersito Hermone præfecto curæ elephantorũ, ira graui & indignatione per omnia implacabili plenus † iussit, ut proxima die thus largis manipulis cum uino mero plurimo, potui daretur elephãtis omnibus numero quingentis, ut potu affatim præbito efferati ad mortẽ Iudæis offerendam introducerẽtur. Atq; ille quidem cum hæc iussisset, conuocatis amicorũ & exercitus sui præcipuis, hostiliter in Iudæos animatis, conuertit se ad conuiuium. Magister autẽ elephantorum Hermon iussa scite exequebatur: horumq; ministri sub uesperã egressi manus obligabant miserorum, reliquaq; circa ipsos cauenda accurabãt, putãtes sub crepusculum gentem uno esse exitio interituram. At qui omni defensione destituti uidebantur esse gentibus Iudæi, propter undiq; constringentem eos uinculorum necessitatem, Dominum omnipotentem, & omni potestate superiorem misericordem deum suum & patrem, continenti uoce omnes inuocabant cum lachrymis, orantes ut impium contra se consilium auerteret, & magnifico interuentu ex A
instanti ante pedes fato eriperet. Atq; horũ quidem assidua in cœlum ferebatur B
supplicatio. Hermon autem, qui sæuos elephantos iam replerat potu uini large præbito, thureq; saturauerat, mane aderat ad regiam, ut rem regi nunciaret. At illud ab æuo condito pulchrũ nocte ac die opificiũ, quæ immittitur ab eo, qui largitur omnibus quibuscunq; uoluerit ipse, pars somni † ad regem missa est, quo ni

1Reg.26.b

Digitized by Google

Domini per q̃ suaui ac profundo detineretur, nefarioq; proposito multum deceptus, [a]implacabili sententia magnopere frustraretur. Iudæi ergo cum præfinitum tempus superauissent, laudabant sanctum Deum suum, & placabilem orabant denuo, ut potentiam ualidissimæ manus suæ gentibus superbis ostenderet. Media uero iam fermè hora decima, uocator frequentes adesse inuitatos uidens accedit, regem excitat, uixq; expergefacto cõuiuij tempus iam cedere nunciat, [b]de his uerba faciens: quibus rex admonitus, cum se in locum illum cõtulisset, iussit eos, qui ad conuiuium uenerãt, ex aduerso sibi discumbere: quod cum illi fecissent, hortatus est, ut epulis indulgentes [c]præsens cõuiuij tempus impense cohonestando hi C laritati darent. Porrò cum res sermonibus extraheretur diutius, rex accersitũ Hermonem acerbe minaciterq; interrogauit, Quanam de causa Iudæi permissi essent ea adhuc die uiuere superstites? Illo autem declarante se ea nocte iussa executum fuisse, amicisq; [d] eius idem testantibus, crudelitate q̃ Phalaris atrociori prædicus, Hodierno somno gratiam habeant, inquit, illi: cæterum tu citra cunctationẽ, elephantos in diem crastinum eodem modo præpara, ad nefariorum Iudæorum exitium. Hoc regis imperium cum læti [e] qui aderant omnes collaudassent, domum quisq; suam discessere: ubi tempus noctis non tam somno impenderunt, q̃ ad omnigenas miseris, ut putabantur, excogitandas illusiones. Vt ergo primum gallus mane cecinit, Hermon armatas in ampla porticu mouere belluas, totaq; urbe ad miserrimum spectaculum confluere multitudo cupide expectans diluculum. At Iudæi cõtinuo illo [f]tempore, [g]trahẽtes animã, lachrymosis precibus cum canticis flebilibus manus in cœlum tendendo Deum maximum orabant, ut rursum eis atq; breui succurreret. Nondum autem diffusis solis radijs, cum rex amicos excipere, Hermon stans uocabat ad exitum, significans paratam esse regis uolunta D tem: quod cum ille audisset, nefario illo exitu stupefactus, ut quem omniũ cepisset obliuio, sciscitabatur quid nã esset, cur hoc ab ipso tanto studio ageretur. †Cæterum efficax erat hoc opus Dei dominatoris omnium, qui menti eius obliuionem eorũ quæ cogitarat antea, immiserat. Cum uero diceret Hermon, & omnes amici, Belluæ & exercitus, ô rex, secundum uehementem tuam uoluntatẽ parati sunt, ille ob hæc dicta repletus ira graui, q; diuina prouidentia memoriã omnem horum amisisset, aspectu rigido ac minitabundus, dixit, Quotcunq; parentes adsunt, aut prognati liberis, qui largum hoc sæuis belluis pabulũ parauerunt, uicem sustineant insontium Iudæorum, qui suam erga me & maiores meos integrã ac stabilem fidem eximie declarauerũt: tametsi nemo ob fauorem sociæ educationis & officij uita pro his [h] est priuatus. Ita Hermon inopinatas simul ac periculosas minas pertulit, & aspectu uultuq; inhorruit: amici uero singillatim dilapsi tristes, eos qui conuenerant dimisere ad priuata sua quenq; negotia. Iudæi autẽ ijs quæ rex dixisset intellectis, laudabant celebratissimũ Dominum deum regem regum, E à quo hanc opem fuissent consecuti. Porrò cum rex eadem consuetudine conuiuium rursum instituisset, ut hilaritati se dederent hortatus, accersito Hermone minitabundus, Quoties tibi uidetur, inquit, idem præcipiendũ miserrime, uel nunc tandem para elephantos in crastinum diem ad perimendum Iudæos. Tum qui unà accumbebant cognati inconstantem mirati mẽtem eius, hæc prolocuti sunt, Quandiu, ô rex, quasi amẽtes nos pertentas, qui tertio iam præcipias deleri illos, rursumq; in re gerunda mutatus, quæ constitueris irrita facias? Ciuitas certe hac de causa suspensa tumultuatur, plenaq; iam coitionibus, secessionis crebro minatur periculum. Quapropter alter per omnia Phalaris rex plenus amentia, factis in se ad Iudæorũ conseruationẽ mutationibus animi pro nihilo habitis, [i]impotẽtissimo iureiurando firmiter asseuerauit, se hos abiecta omni cũctatione, genibus & pedibus belluarum fœdatos, orco demissurũ: deinde expeditione suscepta in Iudæam,

[a] ἀμετάθετον.
[b] τὰ περὶ τούτου λόγον.
[c] τὸ παρόν.
[d] αὐτοῦ.
[e] ἅπαντες.
[f] χρόνον.
[g] Vel, trahentes suspiria.
[h] ἐστερήθη, al. ἐστερήθησαν.
[i] Vel, minime perficiendo.

Deut. 28. f

3. Mach.1. deam, igni ferroq; breui uastaturũ illam, & ibi † inaccessum sibi Iudæorum sacrarium, deiectum igni traditurũ q̃primum illis qui hostias illic perpetuò immolarent. Tum læti amici, ac cognati, ut digressi sunt, exercitui opportunissima quæq; loca urbis designauerũt fideliter ad custodiam. Præfectus autem elephantorum B belluas ad insanam fermè, ut ita dicam, affectionem perduxit potibus odoratissimis, uinoq; thure temperato, terribiliq; apparatu adornauit. Iamq; circa auroram urbe secundum hippodromum repleta innumera multitudine, regiam ingressus regem ad rem propositam excitauit. Tum ille impio animo, iraq; graui pleno, tota ui cum belluis se protulit, immiti animo, pupillisq; oculorũ ærumnosum ac miserum supradictorum exitium spectare cupiens. Vt autem Iudæi circa portã egredientium elephantorum, sequentisq; armati exercitus, & pedum turbę puluerem uiderunt, horrisonumq; tumultum audierunt, ultimum sibi uitæ momentũ illud, finemq; miserrimæ expectationis esse existimantes, ad commiserationem sui luctumq; conuersi, osculabãtur seinuicem amplexi, & conijciebãt se in colla cognatis, patres filijs, & matres filiabus, & aliæ nuper natos infantes lac ultimũ tracturos adhibebant uberibus. Rursum autem eorum quæ antea sibi lata fuissent de cœlo auxiliorũ memores, pronos unanimiter se prosternentes, infantibus ab uberibus remotis, perq̃ magna uoce clamabãt, omnipotenti supplicãtes, ut interuentu suo misereretur ipsorũ, qui iam ad orci fores peruenissent. CAP. VI.

Eleazarus autem quidam uir insignis, unus è sacerdotibus eius regionis, senectam iam ætatem assecutus, & omni uitæ uirtute ornatus, sedatis circum se senibus, sanctum deum inuocando, hæc orauit, Rex præpotens, & altissime Deus omnipotens, qui creata cuncta clementer gubernas, respice semen Abrahami, sanctiq; Iacob progeniem, populũ obuentionis tibi consecratæ in alienigena terra A
Exod.14.f peregrinum, iniusteq; pereuntem, ô pater. †Tu Pharaonem curribus abundantem, olim huius Aegypti principem, immiti cõtumacia, iactantiaq; linguæ elatũ, cum superbo exercitu mari demersum perdidisti, luce misericordiæ illustrãdo ge-
Esa.37.f nus Israeliticum. †Tu innumeris exultantem copijs Sennacherib grauem Assyriorum regem, qui ferro iam totã terram ditioni suæ subiecerat, aduersus sanctam ciuitatem tuam elatum, diraq; fastu & audacia loquentẽ fregisti Domine, multis
Dan.3.d gentibus palàm ostendens tuam potentiam. †Tu tres illos in Babylonia amicos, B qui alacres uitam igni, ne uana colerent, tradiderant, ardentem fornacem irroran
Dan.6.d do, ad capillos usq; illæsos seruasti, flamma in omnes inimicos immissa. †Tu plenis inuidiæ criminibus ad leones sub terram deiectum, ut à feris deuoraretur, Da-
Ion.2.a nielem, in lucem reduxisti incolumem: †inq; uentre alumni maris ceti maceratũ abunde Ionam saluũ denuo suis ostendisti, ô pater. Nunc quoq; ne cuncteris clementissime omniũ inspector, quo minus te q̃primum ostẽdas Israelitico generi, quod à detestandis atq; nefarijs gentibus iniuste tractatur. Quod si contraxit impietatem peregre uita nostra, ereptos è manu inimicorum, quocunq; uolueris, ô Domine, exitio perde nos, ne qui uana cogitant, uanis gratulentur de interitu eorum quos charos habueris, ac dicant, Ne Deus quidem ipsorum liberauit eos. Quamobrem tu qui summo robore, summaq; potentia præditus es, æterne, respice nunc & miserare nos, qui per iniustam nefariorum uim, insidiatorũ in modum è uita tollimur. Fac stupeant gentes inuictã tuam potentiam hodie, & robur quo polles ad salutem generis Iacob [a] exerceas. Tibi supplicat omnis infantiũ multitudo, & eorundem parentes cum lachrymis. Palàm fiat omnibus gentibus te no- [a] tran.al.impe C
Deut.28. bis adesse Domine, nec faciem tuã à nobis auertisse: sed ut locutus es, †q, ne in hostili quidẽ terra tuos neglexeris, ita rem ô Domine perfice. Hæc orandi cum Eleazarus iam finem faceret, rex cum belluis omniq; copiarum strepitu ad hippodromum aderat: quod ubi uiderunt Iudæi, ingentẽ in cœlum clamorẽ extulere, adeo

Digitized by Google

ut adiacentes ualles resonando, largos toti exercitui fletus excuterent. Tum perq;
gloriosus, omnipotens, & uerus Deus sanctam faciem suam ostendens, cœlestes
portas aperuit, è quibus decori duo ac terribiles †angeli descendere, omnibus præ 2. Mac. 3. d
terquàm Iudæis conspicui. †Hi obsistendo copias hostiles perturbatione ac pa- 10. c. 11. b
uore repleuerunt, & præ quibus se mouere non possent compedibus constrinxe- Ioseph. contra Apion.
re. Tum corpus regis inhorruit, & iracundam eius audaciam cepit obliuio. Bel- lib. 2. ab ini-
luæ quoq; in consequentes armatas copias cōuersæ obterebāt eas, & perimebāt. tio hæc attingit.
†Ergo rex iram uertit ad cōmiserationem, & ad ea quæ antea molitus fuerat, de- Prou. 16. a
ploranda. Audito enim clamore, postquam prostratos ad interitū omnes uidit, la-
D chrymans, & iracunde increpitans amicos, Rege abutimini, inquit, & tyrannos
crudelitate superatis, mihiq; adeo ipsi de uobis benemerito imperium & spiritū
iam adimere conamini, clam ea quæ regno minime prosunt machinantes. Quis
b τῆς οἰκείας, al. οἰκίας. hos qui ditionis nostræ munitiones fideliter obtinebant, sedibus [b] suis euersos sin
gulos huc congregauit immeritos? Quis eos qui iam inde ab initio beneuolentia
erga nos gentes omnes per omnia antecesserunt, pessimaq; sæpe rerum humana
rum subiere pericula, tam nefarijs supplicijs implicuit? Soluite iniusta uincula, sol
uite, & hos ad sua remittēdo saluos antefacta deprecamini: dimittite filios omni-
potentis, cœlestis ac uiui Dei, qui à temporibus maiorum nostrorum usq; adhuc
statum rebus nostris præbet imperturbatum. Atq; hic quidem hæc dicebat: illi ue
ro cōtinuo soluti cum modo mortem effugissent, sanctum deum seruatorē suum
prædicabant. Post deinde rex in urbem reuersus, accersitum redituum dispensa-
E torem, uina reliquaq; ad conuiuium pertinentia Iudæis per dies septem submini
strare iussit, decreto, ut quo in loco mortem sibi subeundam putauissent, in eo sa-
lutiferā diem celebrarent. Tum illi contumelijs appetiti antea, mortiq; uicini, imò
iam mortem ingressi, pro acerbo & luctuoso leto salutare conuiuiū instruentes,
pleni lætitiæ, locum ruinæ suæ sepulchroq; destinatum designabāt sedilibus, mis
soq; flebilissimo lamentationis carmine, seruatorem ac mirificum Deum laudan
do †patrium ordiebantur canticum, omniq; cōploratione & eiulatione remota, Psal. 19. a
choreas indicio pacificæ lætitiæ instituebant. Similiter autem rex quoq; super his
ingens conuiuium celebrans, laudes in cœlum indesinēter ac magnifice, propter
inopinatā salutem datam extollebat. Qui uero antehac ad interitū, auibusq; de-
uorandos destinabāt illos, & addicebāt cum gaudio, ij suscepta in se ignominia,
F atq; ardenti audacia inglorie extincta, gemebant. Iudæi ergo, ut iam diximus, su-
c χόρον, al. χρόνον. pradictæ [c] saltationi & conuiuio dediti, in lætis gratulationibus & canticis erāt,
†communiq; sancita de his lege per omnem suam peregrinitatem ad posteros, su Ioseph. contra Appi.
pradictos lætitiæ dies agendos constituerunt, non compotationis gratia aut com lib. 2. ab ini-
messationis, sed propter datam sibi à Deo salutem: deinde rege adito, ut ad sua di- tio.
mitterentur, postularunt. Cæterum † descriptio eorum celebrata fuit à uicesima 3. Mac. 4.
quinta Pachonis die, usq; ad quartam Epiph, per dies quadraginta: perdendis au d
d Al. Abib. tem eis opera nauata est, à quinta die [d] Epiph usq; ad septimā eiusdem tribus die
bus, quibus misericordiam suam magnifice ostendēs, dominator omniū illæsos
simul omnes conseruauit: conuiuia uero agitarūt, subministratis à rege sibi rebus
omnibus, usq; ad quartamdecimā diem, qua die illum de se dimittendis adierūt.
Quibus rex collaudatis, ad præfectos singularū ciuitatum subiectam scripsit epi-
stolam, magnificam animi uehementiam continentem.

CAP. VII.

A REx Ptolemæus Philopator sparsis per Aegyptū præfectis, omnibusq; rerum
administrationi præpositis, salutem & sanitatem: nam nos quidē cum libe-
ris nostris ualemus. Cum magnus Deus nobis successum rerū pro uoto dedisset,
quidam amicorum morositate crebrius instando nobis persuaserunt, ut subie-
ctos regno Iudæos uno loco cōgregatos, ut perduelles inusitatis supplicijs affice
remus:

Digitized by Google

remus: ꝙ dicerent res nostras nunquam in tranquillo fore, propter odium quod
hi gererent in omnes gentes, donec hoc perfectum fuisset. Cumq; adeo uinctos
eos huc deportassent cum uexationibus, ut mancipia, imò ut insidiatores, citra
omnem quæstionẽ causæq; dictionẽ perimere conati sunt, crudelitate more Scy-
thico feriore [a] præditi. Nos autem his propterea acerbius increpatis, quæ nostra
est erga omnes homines [b] benignitas, postquam eos gratia nostra uix in uita reti-
nuimus, & cœlestem Deum Iudæos esse tutatum, & tanquam patrem filijs opitu B
latum per omnia certò cognouimus, tum etiam perpẽdimus amicitiæ qua firma
prosequuntur nos (ut maiores nostros) beneuolentiam, merito eos omni quali-
cunq; crimine absoluimus, mandauimusq; singulis ut ad sua dimittãtur omni in
loco, ne quisquam eos omnino lædat, aut quicquam eorum quæ iniuste perpessi
Ierem.30.c Zach.2.b sunt, exprobret. Etenim scitote nos, † si quid mali aduersum eos malitiose moliti
fuerimus, aut etiam eos omnino contristauerimus, non hominem, sed dominato
rem omnis potentiæ Deum altissimum, ultione factorum infestũ habituros, per
omnia, semper, & ineuitabiliter. Valete. Hac tamen epistola accepta, non pro-
.Mac.2.d tinus festinarunt abscedere, sed regem hoc quoq; poposcerunt, † ut qui ex Iudæo-
rum gente sanctum deum ac legẽ eius ultro uiolassent, merito supplicio ab ipsis
afficerentur: ꝙ dicerent eos qui uentris causa diuina mandata transissent, ne regis
quidem imperijs unquam fidos esse futuros. Hæc ille ab his uera dici deputans, C
collaudatis potestatẽ dedit, eos qui legem dei uiolassent, in omni regni sui loco,
perimendi libere, citra omnem intercessionem regiæ potestatis, aut inquisitionẽ.
Tum regi gratijs, ut par erat, actis, sacerdotes horum unaq; omnis multitudo Al-
leluia clamantes, cum gaudio discessere: atq; ita obuium quenq; impiatorum suæ
gentis inter eundũ multabant, exemplaq; statuendo perimebãt: atq; adeo illa die
supra trecentos uiros interfecerunt, gaudiaq; celebrauerunt læti impios trucidan
tes. Qui autem Deo ad mortem usq; adhæserant, plenum salutis fructum conse-
cuti, ex urbe profecti sunt, odoratissimis omnis generis floribus coronati, cum læ
titia & clamore, per laudes hymnorumq; suauissimum concentum, Deo patrum
suorum sancto Israelis seruatori gratulantes. Cumq; peruenissent Ptolemaidem D
Rodophoron, propter naturam loci, cognominatam, ubi classis eos expectabat,
ex communi consilio conuiuiũ illic per septem dies celebrarunt, rege ipsis propen
so animo cuncta ad profectionẽ necessaria cuiq;, donec domũ suam peruenisset,
suppeditante. Ita abscedentes salui cũ meritis gratulationibus, similiter illic quoq;
statuerunt illos dies lætos tempore peregrinitatis suæ agendos: ijsq; in conuiuali
precationis loco posita columna dedicatis, profecti sunt terra, mari fluuioq; inco
lumes, liberi ac læti: saluiq; mandato regis domum quisq; suam restituti sunt, am
pliorem quàm antea in hostes suos, cum gloria & terrore adepti potestatem, nec
omnino à quoquam bonis suis depulsi. Omnes enim omnia sua ex celebrata de
scriptione receperunt, ita ut quicunq; aliquid eorum haberent, cum summo timo
re redderent eis, summo Deo factis magnificis salutem eorum cõsummante. Præ
dicandus est liberator Israelis ad tempora sempiterna.

[a] ἀμπαρωτερον.
[b] Vel, æquitas.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

NOVVM TESTAMENTVM

Omne, ad Græcorũ exemplariũ fidem, ad ueterem item æditionem, Erasmi quoq Roterod. uersionem postremam, aliorumq emendatorum Latinorũ codicum interpretationem, recognitum, castigatum atq translatum: annotatis plærunq diuersis in margine interpretationibus, loquutionum quoq formulis, & singulorum capitum argumentis, antehac nuspiam à quoquam sic impressum atq uulgatum.



TIGVRI EXCVDEBAT CHRISTOPH. FROschouerus, Anno domini M. D. XLIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

SACROSANCTUM Iesu Christi Euāgelium, secundum Matthæum.

CAPUT I.

Vt conuincat Iesum esse promissum à prophetis Meßiam, genealogiam eius ad Abrahã usq; contexit: Mariæ & Iosephi desponsationem & conceptionem Christi è spiritu sancto describit, utq; Ioseph ab angelo admonitus, Mariam sibi adiunxerit.



Luc.3.c [a]IBER [b]generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abra- A
Gen.21. ham. †Abraham genuit Isaac. *Isaac autem genuit Ia-
Gen.25.d cob. †Iacob autẽ genuit Iudã & fratres eius. *Iudas autem
Gen.29.d genuit Phares, & Zaram è Thamar. †Phares autem genuit
Ge.38.g Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autẽ genuit Ami-
1.Par.2.a nadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autẽ ge
nuit Salmon. Salmon autem genuit Booz è Rachab. †Booz
Ruth 4.d autem genuit Obed è Ruth. Obed autem genuit Iesse. *Iesse autem genuit Da-
1.Re.12.f uid regem. Dauid autem rex genuit Solomonem, ex ea quæ fuerat [uxor] Vriæ.
1.Par.3.b. †Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem B
genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram au
tem genuit Hoziam. Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit A-
2.Par.36.a chaz. Achaz autem genuit Ezechian. Ezechias autẽ genuit Manasse. †Manasses
autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosian. *Iosias autem genuit Iecho-
4.re.24.c nian, & fratres eius, [c]in transmigratione Babylonica. Post transmigrationem au
1.Par.3.c tem Babylonicam Iechonias genuit Salathiel. †Salathiel autem genuit Zoro-
babel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim
autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achin. A-
chin autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autẽ genuit Mat C
than. Matthan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph, maritum Mariæ,
ex qua genitus est Iesus, qui dicitur Christus. Vniuersæ itaq; generationes ab
Abraham usq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid usq; ad trans-
migrationem Babylonicam, generationes quatuordecim: & à transmigratione
Babylonica usq; ad Christum, generationes quatuordecim. Iesu uero Christi na
tiuitas talis erat. Cum enim mater eius Maria desponsa esset Iosepho, prius q̃
[d]conuenissent, [e]inuenta est grauida è spiritu sancto. Ioseph autem maritus eius,
Deut.24.a cum iustus esset, & nollet eam †[f]traducere, uoluit occulte [g]repudiare eam. Hæc D
autem ipso in animo habente, ecce angelus Domini in somnis [h]adparuit ei, di-
cens, Ioseph fili Dauid, ne metuas adiungere tibi Mariam uxorem tuam: nam
quod in illa genitum est, è spiritu sancto est. Pariet autem filium, & uocabis no-
men eius Iesum: ipse enim saluabit populum suum à peccatis suis. Hoc autem to
tum factum est, ut impleretur quod dictum fuerat à Domino per prophetam,
Esa.7.c dicentem, †Ecce uirgo prægnans erit, & pariet filium, & uocabunt nomen
eius Emmanuel: quod si quis interpretetur, est, nobiscum Deus. Excitatus
autem Ioseph à somno, fecit ut iniunxerat ipsi angelus Domini, & adiunxit si-
bi uxorem suam, nec cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogeni-

a Sic est Latini uocant catalogum.
b Vel potius, generis & prosapiæ.
c Aliter, in deductione in Babylonem. Post deductionẽ uero in Babylonem.
d Scilicet in eandem domũ. Nam desponsa quidem erat Maria: sed nondum à Iosepho domũ ducta. Ideo angelus dicit, Ne metuas eam adiũgere sibi. i. desponsam ducere.
e Deprehensa.
f Infamare.
g Dimittere.
h Visus est.

Digitized by Google

tum: & uocauit nomen eius Iesum. CAP. II.

Veniunt ab Oriente Magi, & Christum muneribus dignis uenerantur, quē Herodes insidijs tollere cupiebat, sed impeditus dei potentia, innocentium infantium se sanguine commaculauit. Christus uero angelo monēte in Aegyptum deportatur, & eiusdem consilio redit in Nazareth.

A CVm autem natus esset Iesus in Bethlehē ciuitate Iudææ, temporibus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente aduenerunt Hierosolyma, dicentes, Vbi est ille natus rex Iudæorum? Vidimus enim stellam illius in Oriente, & uenimus ad adorandum eum. Auditis autem his Herodes rex, turbatus est, & tota Hierosolyma cum illo: cumq; congregasset omnes principes sacerdotum, & scribas populi, percontatus est eos ubi Christus [a]nasceretur. At illi dixerunt ei, In Bethlehem quæ est in Iudæa. Sic enim scriptum est per prophetam, Et †tu Bethlehem terra Iudæ, nequaquam es minima inter principes Iudæ: *ex te enim mihi prodibit dux, Mich. 5. a *Ioan. 7. f

B qui [b]recturus est populum meum Israelem. Tunc Herodes clàm accersitis Magis, diligenter perquisiuit ab illis tempus ex quo stella apparuisset. Et mittens eos Bethlehem, dixit, Profecti, diligenter inquirite de puello, quando uero inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniam, & adorem eum. At illi audito rege, profecti sunt: & ecce, stella quam uiderant in Oriente, præcedebat illos, donec progressa staret supra locum in quo puellus erat. Quum autem uidissent stellam, gauisi sunt perquàm magno gaudio: & ingressi domum, inuenerūt puellum cum Maria matre eius: † & prostrati adorauerunt eum, apertisq; thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham. Et oraculo admoniti in somnis, ne reuerterentur ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam. Digressis autē illis, ecce angelus Domini adparet in somnis Iosepho, dicens, [c]Cum Psal. 71. b

C surrexeris, adsume puellum ac matrem ipsius, & fuge in Aegyptum, & esto illic donec dixero tibi: futurum est enim ut Herodes quærat puellum, ad perdendum eum. Ille uero cum surrexisset, adsumpsit puellum & matrem eius noctu, & secessit in Aegyptum, fuitq; illic usq; ad obitum Herodis, ut impleretur quod dictum fuerat à Domino per prophetam, dicentem, Ex †Aegypto uocaui filium meum. Tunc Herodes cum uidisset illusum sibi à Magis, iratus est uehemēter, ac misso satellitio, interfecit omnes pueros qui erant Bethlehem, & in omnibus finibus illius, à bimulis & minoribus, iuxta tēpus quod perquisierat ex Magis. Tunc impletum est quod dictum erat ab Hieremia propheta, dicente, †Vox in Rhama audita est, lamentatio, ploratus, & fletus multus: Rachel plorās filios Oseæ 11. a Num 24. b Hier. 31. c

D suos, & noluit consolationem admittere, eo q; non superfint. Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini in somnis adparet Iosepho in Aegypto, dicens, [d]Cum surrexeris, adsume puellum & matrem eius, & proficiscere in terram Israelis, defuncti sunt enim [e]qui insidiabantur uitę puelli. At ille ut surrexit, adsumpsit puellum & matrem eius, uenitq; in terram Israelis. Verum quum audisset Archelaum regnare in Iudæa, loco Herodis patris ipsius, timuit illuc abire: oraculo autem iussus in somnis, secessit in partes Galilææ: ac profectus habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth, ut impleretur quod dictum fuerat per prophetas, †Nazaræus [f]uocabitur. CAP. III. Iud. 13. b

Ioannes uitæ seueritate commēdatus, euangelij negotium prædicatione & baptismo aggreditur: pharisæorum hypocrisim corripit, & pœnitentiam suadet. Christus ab eodem baptizatus, uoce cœlitus demissa filius dei agnoscitur.

A IN diebus †autem illis aduenit Ioannes Baptista, prædicans in deserto Iudææ, dicensq;, [a]Resipiscite. In propinquo est enim regnum cœlorum: nam hic est ille, dictus ab Esaia propheta, dicente, * Vox clamantis in deserto, parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Ipse uero Ioannes habebat indumentū suum è pilis Mar. 1. a Luc. 3. a Ioan 3. d *Esa. 40.

a Vel potius, nasciturus esset. Sæpe em̄ sacris literis in usu sunt tempora incircumscripta, pro participio futuri temporis, cum uerbo substantiuo, eiusdē temporis cum incircumscripto.
b Pascet.
c Surge & assume.
d Surge &c.
e Qui quærebāt animam. Hebraismus est.
f Vocabitur pro, erit. Hebraismus est.
a Id est, meditamini emendationem uitę. Hoc em̄ est Hebræis, quod interpretantur, agere pœnitentiam.

Digitized by Google

lis camelinis: & zonam coriaceam circum lumbos suos. Porrò cibus illius erant
Marc.1.a †locustę, & mel syluestre. Tunc egressa est ad illum Hierosolyma, & tota Iudæa, B
totaq; regio circumiecta Iordani, & baptizabantur in Iordane ab illo, confitētes
Luc.3.b peccata sua. †Cum uidisset autem multos ex Pharisæis & Sadducæis uenientes
ad baptismum suum, dixit illis, Progenies uiperarum, quis [b]docuit uos fugere à
uentura ira? [c]Facite igitur fructus dignos pœnitentia: & ne cogitetis dicere apud
uosipsos, Patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, posse Deum è lapidibus
istis suscitare liberos Abrahæ. Iam uero & securis ad radicem arborum posita est.
Omnis igitur arbor non [d]faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem conij C
Marc.1.b citur. †Ego quidem baptizo uos aqua ad [e]resipiscentiam, at ille qui post me uen
Luc.3.d turus est, potentior me est, cuius non sum idoneus ut calceamenta portem. Ipse
Ioan.1.c uos baptizabit spiritu sancto & igni: *[f]cuius in manu uentilabrum est, & per-
Luc.3.c purgabit aream suam, congregabitq; triticum suum in horreum, paleam autem
exuret igni inextinguibili. Tunc aduenit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad Io-
annem, ut baptizaretur ab illo. At Ioannes prohibebat illum, dicens: Mihi opus D
est ut abs te baptizer, & tu uenis ad me? Respondens autem Iesus, dixit illi: Sine
Marc.1.b nunc. Sic enim decet nos complere omnem iustitiam. Tunc finit illum. †Et ba-
Luc.3.d ptizatus Iesus, ascendit protinus ab aqua: & ecce aperti sunt illi cœli, & uidit spi-
ritum Dei descendentem tanquam columbam, & uenientem super ipsum. Et ec
ce uox è cœlis, [g]dicens: Hic est filius meus [h]dilectus, in quo mihi bene complaci-
tum est.

[b] Submonstrauit uobis ut fugeretis.
[c] Ferte.
[d] Ferens.
[e] Pœnitentiam.
[f] Cuius uentilabrū in manu ipsius. Hebraismus est, altero relatiuo redundante.
[g] Vel, dicebat. Hebraismus enim est, participium pro uerbo.
[h] Vel, unice dilectus, in quo placatus sum, Col.1.

CAP. IIII.

Iesus in desertum abductus ieiunijs exercetur, & satanæ tentationes uincit: in Galilæam profectus Euangelium annunciat, discipulos uocat Petrum & Andream, Ioannem & Iacobum, ac miraculosis morborum sanationibus doctrinam suam comprobat.

Mar.1.a TVnc †Iesus subductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et A
Luc.4.a cum ieiunasset dies quadraginta, totidemq; noctes, tandem esurijt. Cumq;
accessisset ad eum tentator, dixit: Si filius es dei, iube ut lapides hi panes fiant. At
Deut.8.a ille respondens, dixit: Scriptum est, †Non pane solo uicturus est homo, sed omni
Sap.16.c uerbo egrediente per os Dei. Tunc adsumit illum diabolus in sanctam ciui-
tatem, & statuit eum super pinnulam templi, dicitq; illi: Si filius es Dei, proijce te
Psal.90.c ipsum deorsum. †Scriptum est enim, Angelis suis [a]mādabit de te, & in manibus
ferent te, nequando impingas ad lapidem pedem tuum. Dixit illi Iesus: Rursum
Deut.6.c scriptum est, †Non tentabis Dominum Deum tuum. Rursum adsumit illum dia B
bolus in montem perquàm excelsum, & commonstrat ei omnia regna mūdi, &
gloriam illorum, dicitq; illi: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me.
Deut.6.c Tunc dicit illi Iesus: Abi satana. Scriptum †est enim, Dominū Deum tuum ado-
rabis, & illum solum coles. Tunc omittit illum diabolus: & ecce angeli accede-
Mar.1.c bant, & ministrabant ei. †Quum audisset autem Iesus Ioannem traditum esse, se-
Luc.4.c cessit in Galilæam: & relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaum mari
tima, in finibus Zabulon & Nephthalim, ut impleretur quod dictum fuerat per
Esa.9.a Esaiam prophetam, dicentem, †Terra Zabulon & Nephthalim [b]uergens ad ma C
re ultra Iordanem, Galilæa gentiū, populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem
magnam, & ijs qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est. Ex eo tem
pore cœpit Iesus prædicare, & dicere, [c]Resipiscite, instat enim regnum cœlorum.
Mar.1.a †Ambulans autem Iesus iuxta [d]mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem, qui
Luc.5.a uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare, (erant enim pi-
scatores,) & dicit illis, Sequamini me, & faciam uos piscatores hominum. At illi
relictis ilico retibus, sequuti sunt eum. Et progressus illinc, uidit alios duos fra- D
tres, Iacobum filiū Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, in naui cum Zebedæo pa-
tre suo, reconcinnātes retia sua, & uocauit eos. At illi protinus relicta naui, & pa

[a] Siue, mandata dabit.
[b] Vel, uersus mare. Nam, uiam maris, Hebraismus est, דרך
[c] Pœnitentiā agite.
[d] Id est, lacum.

Digitized by Google

tre suo, sequuti sunt eum. Et obibat totam Galilæam Iesus, docens in synagogis illorum, ac prædicans euangelium regni, curansque omnem morbum omnemque languorem in populo. Et dimanauit fama illius in totam Syriam. Et adduxerūt ad illum omnes male affectos, uarijs morbis ac torminibus cōtractos, & dæmoniacos, & lunaticos, & paralyticos, sanauitque illos. Et sequutæ sunt eum turbæ multæ à Galilæa ac Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & à regionibus trans Iordanem sitis.

CAP. V.

Describitur integra Christi concio, qua primo quæ nam sit uera beatitudo indicat, & quæ primariorum uirorū officia. Deinde legis uerum sensum, exemplis de cæde, adulterio, iuramento, & proximi dilectione productis, declarat.

A Cum uidisset autem turbas, ascendit in montem: cumque ipse consedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, †apertoque ore suo, docebat illos, dicens, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorū est regnum cœlorum. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient. Beati †mites, quoniam ipsi [a]possidebunt terram. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiam consequentur. Beati †mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei uocabuntur. Beati qui persequutionem †patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum

B cœlorum. Beati estis, quū probra iecerint in uos, & persequuti fuerint, dixerintque [b]quoduis malum uerbū aduersus uos, mentientes, propter me. Gaudete, & exultate, quoniam [c]merces uestra multa est in cœlis. Sic enim persequuti fuerunt prophetas qui fuerunt ante uos. †Vos estis sal terræ. Quod si sal infatuatus fuerit, quo salietur? Ad nihil ualet ultra, nisi ut proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest oppidum abscondi supra montem situm, †neque accendunt lucernam, [d]& ponunt illam subter modium, sed super candelabrum, & lucet omnibus qui sunt in domo. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & [e]glorificent patrem uestrum qui est in cœlis. Ne existimetis quod uenerim ad dissoluendum legem aut prophetas: non ue

C ni ut dissoluam, sed ut impleam. [f]Amen enim dico uobis, donec præterierit cœlum & terra, iota unū aut unus apex non præterierit ex lege, quoad omnia facta fuerint. Quisquis igitur soluerit unum ex mādatis hisce minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorū. Quisquis autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Dico enim uobis, Nisi abundauerit uestra iustitia plus quam scribarum & pharisæorum, nequaquam intraueritis in regnum cœlorum. Audistis dictum esse antiquis, †Non occides. Quisquis autem occiderit, obnoxius erit iudicio. At ego dico uobis, Quisquis irascitur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio. Quicunque uero dixerit fratri suo, Rhaca, obnoxius erit concilio. Quisquis autem dixerit, Fatue, obnoxius erit incendio gehennæ.

D Itaque si obtuleris munus tuum ad altare, & illic recordatus fueris fratrē tuum habere aliquid aduersum te, relinque illic munus tuum ante altare, & abi, prius reconciliare fratri tuo, & tum ueniens offer munus tuum. †[g]Habeto beneuolentiā cum aduersario tuo cito, dum es in uia cum illo, nequādo te tradat aduersarius iudici, & iudex te tradat ministro, & in carcerem conijciaris. Amen dico tibi, non exibis inde, donec persolueris extremum quadrantem. Audistis dictum esse antiquis, †Non committes adulterium. At ego dico uobis, Quicunque aspexerit [h]mulierem, ad concupiscendum eam, iam adulterium commisit cum ea in corde suo. Quod si oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue illum, & abijce

E ce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. Et si dextera tua manus offendiculo tibi fuerit, amputa eam, & abijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membro-

rum

Marginal references: Luc. 6. a. — Psal. 37. — *Isa. 65. b — †Psal. 24. — 1. Pet. 3. c — Marc. 9. g — Luc. 14. g — Mar. 4. c. — Luc. 8. c & 11. e — Exod. 20 — Deut. 5. b — Luc. 12. g — Prou. 25. — Exod. 20. b

Notes:

a Hæreditate consequi, uel obtinere, creber Hebraismus est, pro possidere.

b Omne pro quouis, Hebraismus.

c Præmium.

d Vel, ut ponant. Hebraismus enim una coniunctione uice multarum utitur.

e Vel, gloriose celebrent.

f Id est, uerè & certè.

g Vel, Fac cōuenias cū aduersario tuo.

h Vel, uxorem scilicet alterius.

att.19.b arc.10.b ic.16.d Cor.7.b rum tuorum, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam. †Dictum est autem, Quicunque repudiauerit uxorem suam, det illi libellum repudij. At ego dico uobis, Quisquis repudiauerit uxorem suam, præter caussam stupri, efficit ut illa committat adulterium: & quicunque repudiatam duxerit, adulterium committit. Rursum audistis dictum esse antiquis, †Non peierabis, *sed persolues Domino [i]iuramenta tua. †At ego dico uobis, Ne iuretis omnino, neque per cœlum, quia solium dei est: neque per terram, quia subselliũ est pedum illius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis: neque per caput tuum iurabis, quia non potes unum pilum albũ aut nigrum facere. Esto uero sermo uester, Est, est: Non, non. Porrò quod amplius his est, ex malo est. Audistis dictum esse, †Oculũ pro oculo, & dentem pro dente. At ego dico uobis, Ne resistatis malo, sed quisquis [k]impegerit alapam in dexteram tuam maxillam, obuerte illi & alteram. Et ei qui uoluerit tecum iudicio contẽdere, ac tunicam tuam auferre, permitte & pallium. Et quicunque te adegerit ad miliariũ unum, abito cum illo duo. Petenti abs te dato: & uolentem abs te mutuari, ne auerseris. Audistis dictum esse, †Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. At ego dico uobis, Diligite inimicos uestros, bene precemini deuouẽtibus uos, benefacite ijs qui uos odio prosequuntur, & orate pro ijs qui [l]lædunt & persequuntur uos, ut sitis filij patris uestri qui est in cœlis: quia solem suum exoriri sinit super malos ac bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos. †Nam si dilexeritis eos qui diligunt uos, [m]quod præmium habetis? Nónne & [n]publicani idem faciunt? Et si complexi fueritis fratres uestros tantum, quid eximium facitis? Nónne & publicani sic faciunt? Eritis igitur uos perfecti, quemadmodum pater uester qui est in cœlis perfectus est.

Left margin: mat. 19.d · Deut. 5.b · Iac. 5.c · xod. 21.d · euit. 24.d · eut. 19.d · uc. 6.c · euit. 19.c · uc. 6.c

F [i] Id est, quæ iurando promiseris.

[k] Propriè, si quis te palma ceciderit, siue depalmarit.

G [l] ἐπηρεάζω, uiolenta ui inuadere significat.

[m] Quã mercedem.

[n] Quos tum fouebant Romani, apud Iudæos autem infames erant.

CAP. VI.

Beneficentiam in pauperes docet, orandi formulam & ieiunij rationem præscribit. Auaritiam prohibet, ostendens simul quinam thesauri ueri sint, & quàm periculosum sit diuitijs operam dare. Diffidentiam autem tollit, indicans quanta sit dei patris erga nos prouidentia.

A Ttendite, [a]ne eleemosynã uestram præstetis coram hominibus, quo spectemini ab illis. Alioqui præmium non habetis apud patrem uestrum qui est in cœlis. Quando ergo præstas eleemosynam, ne tuba clanxeris ante te, quemadmodum hypocritæ faciunt in [b]synagogis, & in uicis, ut gloria extollantur ab hominibus. Amen dico uobis, abstulerunt [c]mercedem suam. Tu uero quum præstas eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit tua eleemosyna in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, ipse reddet tibi in propatulo. Et cum oras, ne imiteris hypocritas, quia [d]solẽt in synagogis & angulis platearum stantes orare, ut conspiciantur ab hominibus. Amen dico uobis, abstulerũt mercedem suam. Tu uero cum oras, introito in [e]cellam tuam, & occluso ostio tuo, ora patrem tuum qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, rependet tibi in propatulo. Verum orantes, ne sitis multiloqui sicut ethnici. Opinantur enim fore ut per multiloquium suum exaudiantur. Ne igitur adsimilemini illis. Nouit enim pater uester quibus rebus opus sit uobis prius quàm petatis ab eo.

Luc. 11.a Sic igitur orate uos: †Pater noster qui es in cœlis, [f]sanctificetur nomen tuum. Veniat regnum tuum: fiat uoluntas tua, sicut in cœlo, ita in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in tentationẽ, sed libera nos à malo:

infra 13.c · Mar. 11.c · Eccli 28.a [quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in sæcula,] †Amen. Etenim *si remiseritis hominibus errata sua, remittet & uobis pater uester cœlestis: quod si nõ remiseritis hominibus errata sua, nec pater uester remittet errata uestra. Porrò cum ieiunatis, ne sitis sicut hypocritæ tetrici, obscurãt enim facies suas, ut uidean

A [a] ἐλεημοσύνη Græce in sacris dicitur, quod Hebræis חסד id est, benignitas, & beneficentia, præsertim in egenos.

[b] Id est, cõgregationibus: uel, conciliabulis, id est, locis in quibus Iudæi ad tractanda sacra conueniebant.

[c] Præmium suum.

B [d] Vel, gaudent, aut amant

[e] Conclaue.

[f] Vel, sanctè obseruetur, aut sanctè prædicetur: uel, sanctitas tribuatur nomini tuo, sanctè colatur.

Digitized by Google

g Premium suum.

tur hominibus ieiunare. Amen dico uobis, abstulerunt gmercedem suam. Tu ue
C ro cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus
ieiunare, sed patri tuo qui est in occulto: & pater tuus qui uidet in occulto, reperi
det tibi in propatulo. †Ne recõdatis uobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea Luc. 12. d
corrumpit, & ubi fures perfodiunt & furantur. Sed recondite uobis thesauros in
cœlo, ubi neq; ærugo, neq; tinea corrumpit, & ubi fures non perfodiunt, neq; fu
rantur. Nam ubi fuerit thesaurus uester, illic erit & cor uestrum. †Lucerna cor Luc. 11. c
poris est oculus. Si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuũ lucidum
erit. Quod si oculus tuus hmalus fuerit, totũ corpus tuum tenebrosum erit. Ergo
si lumen quod est in te, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ? †Nemo potest duo Luc. 16. c
bus dominis seruire. Aut enim unũ odio habebit, & alterũ diliget: aut uni adhæ
rebit, & alterũ contemnet. Non potestis Deo seruire & iMammonę. Propterea di
co uobis, †ne soliciti sitis kpro uita uestra, quid edatis, & q͂d bibatis: neq; pro cor- Luc. 12. c
D pore uestro, quid induamini. Nonne uita pluris est q͂ cibus? & corpus [pluris] q͂ 1. Pet. 5. a
indumentũ? Intuemini uolucres cœli, quia non serunt, neq; metunt, neq; conue- Psal. 54. d
hunt in horrea, & pater uester cœlestis alit illas. Nonne uos longe præcellitis il-
las? Quis autem ex uobis solicite cogitando, potest addere ad staturã suam cubi
tum unũ? Ac de indumento quid soliciti estis? Considerate llilia agri quomodo
crescant, non laborant, neq; nent. Attamen dico uobis, ne Solomonẽ quidem in
uniuersa gloria sua sic amictũ fuisse ut unum ex his. Quod si gramen agri quod
hodie cum sit, cras in clibanũ mittitur, Deus sic uestit, an non multo magis uos ô
parũ fidentes? Ne sitis igitur soliciti, dicẽtes, Quid edemus, aut quid bibemus, aut
quo operiemur? Nam omnia ista gentes exquirunt. Nouit enim pater uester cœ-
lestis uos opus habere his omnibus. Quærite autem primũ regnum Dei & iusti-
tiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Ne sitis igitur soliciti in crastinũ, nam
crastinus dies mcurabit quę sua sunt. Sufficit sua diei adflictio.

CAP. VII.

Temeraria de aliorum uitijs iudicia prohibet, & ad precandi assiduitatem hortatur: legis summam, uiam salutis & pseudoprophetas describit. Postremo ostendit uerbum domini non audiendum modo, sed factis etiam exprimendum esse.

A NE †iudicate, ut ne iudicemini: quo eñ iudicio iudicatis, iudicabimini: *& Luc. 6. f
qua mensura metimini, amensura dabitur uobis. †Cur aũt uides festucam Roma. 2. a
*Mar. 4. c
quæ est in oculo fratris tui, trabem aũt quæ est in oculo tuo, non animaduertis? †Luc. 6. f
Aut quomodo dices fratri tuo, Sine eximã festucam ex oculo tuo, & ecce trabes
in oculo tuo? Hypocrita, eijce primũ trabẽ ex oculo tuo, & tum perspicies, ut exi-
mas festucã ex oculo fratris tui. Ne dederitis quod sanctũ est canibus, neue obie-
ceritis margaritas uestras porcis: nequando conculcent eas pedibus suis, & con-
uersi lacerent uos. †Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & ape Luc. 11. b
rietur uobis. Quisquis eñ petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperie Ioan. 14. b
16. c
B tur. An quisquã est ex uobis homo, qui si petierit filius eius panẽ ab eo, lapidẽ da Iacob. 1. a
turus sit illi? Et si piscem petierit, num serpentẽ porriget illi? Si uos igitur cum si-
tis mali, nostis dona bona dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui in cœ
lis est, dabit bona petentibus ab ipso? †Omnia igitur quæcunq; uolueritis ut fa Tob. 4. c
ciant uobis homines, btalia & uos facite illis. Hæc enim est lex & prophetæ. *In Luc. 6. c
troite per arctam portam, quoniam lata est porta, & spatiosa uia quæ abducit in *Luc. 13. c
cexitium: multiq; sunt qui ingrediuntur per illam. Quoniam angusta est porta,
& stricta uia quæ abducit ad uitam: & pauci sunt qui inueniunt illam. Cauete
uero à dpseudoprophetis qui ueniunt ad uos in uestibus ouiũ, intrinsecus autem
C sunt lupi rapaces. A fructibus ipsorum cognoscetis eos. †Nunquid colligunt de Luc. 6. f g
spinis uuã? aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos gignit: eputris autem arbor fructus malos gignit. †Non potest arbor bona fructus ma- Matth. 3. a
los

h Vel, uitiosus.
i Id est, Pluto, auaritiæ & diuitijs.
k Animæ uestræ. Hebraismus est.
l Vel, flores: lupini.
m Vel, solicitus erit de suis rebus.
a Vel, metientur uobis alij.
b Vel, sic.
c Vel, perditionem.
d Vel, falsis prophetis.
e Vel, uitiosa.

Digitized by Google

los gignere: neq; arbor cariosa fructus bonos gignere. Omnis arbor quæ nō gignit fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur. Igitur ex fructibus ipsorum cognoscetis eos. Non quisquis dicit mihi: Domine domine, introibit in regnum cœlorum, sed qui [f] facit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est. Multi dicēt mihi in illo die: Domine domine, nónne tuo nomine [g] prophetauimus? & tuo nomine dæmonia eiecimus? & tuo nomine multas uirtutes pręstitimus? Ac tum [h] confitebor illis: nunquam noui uos. Discedite à me, qui [i] operamini iniquitatem. Omnis igitur qui audit ex me sermones hos, & [k] facit eos, assimilabo illum D
ɔm.2.b uiro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram, & descendit imber, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, nec concidit: fundata enim erat super petram. Et omnis, qui audit à me sermones hos, & [l] non facit eos, assimilabitur uiro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit imber, uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & impegerunt in domū
larc.1.b illam, & concidit, fuitq; ruina illius magna. † Et euenit cum finisset Iesus sermo-
uc. 4.d nes hos, ut obstupescerent turbæ super doctrina illius. [m] Docebat enim eos, ut habens authoritatem, & non sicuti scribæ.

[f] Obsequitur uoluntati.
[g] Prophetico munere functi sumus.
[h] Confiteri, pro testari, Hebraismus.
[i] Vel operā datis iniquitati.
[k] Vel, factis exprimit eos, similem dicam illum.
[l] Vel, factis non exprimit eos, similis dicetur.
[m] Græce, ἦν διδάσκων erat docens: quod habet uim frequentatiui, pro, crebro docebat.

CAPVT VIII.

Christus sanato miraculose leproso, paralytico, socru Petri, alijsq; multis, documenta dat suæ diuinitatis, potentiæq; fidei in se: & mox item sedata tempestate uerbo, & eiectis in porcos dæmonijs. Atq; inter hæc docet, quomodo oporteat esse affectos sectatores suos.

larc.1.d CVm † descendisset autem ipse de monte, sequutæ sunt eum turbæ multæ, &
uc.5.c ecce, leprosus cum accessisset, adorauit eum, dicens: Domine, si uelis, potes me mundare. Protensaq; manu, tetigit illum Iesus, dicens: Volo, mundus fias. Ac protinus mundata fuit illius lepra. Et dicit illi Iesus: Vide ne cui dixeris, sed abi
euit.14.a † ostende teipsum sacerdoti, & offer munus, quod constituit Moses, [a] in testimo-
uc.7.a nium illis. † Porrò cum ingressus fuisset Iesus Capernaū, adijt eum Centurio, obsecrans eum, & dicens: Domine, [b] famulus meus decūbit domi paralyticus, ac grauiter discruciatur. Et dicit illi Iesus: Ego cū uenero, medebor illi. Cui respondens Centurio, dixit: Domine, non sum idoneus, ut tectū meum subeas: sed tantum dic uerbum, & sanabitur famulus meus. Etenim ego sum homo subditus potestati alterius, habēs sub me ipso milites, & dico huic, uade, & uadit: & alteri, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Hæc aūt cūm audisset Iesus, admiratus est, & ait sequentibus, Amen dico uobis, ne in Israel quidem tantam fidem re-
lalach.1. peri. † Dico autem uobis, multos ab Oriente, & Occidente uenturos esse, & accu B
bituros cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorū: [c] filios uero regni eijciendos in tenebras exteriores, illic erit ploratus & stridor dentium. Et dixit Iesus Centurioni: Abi, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est famulus eius in hora il
larc.1.c la. † Et cum uenisset Iesus in domum Petri, uidit socrum illius decumbentem,
uc.4.f & febricitantem, tetigitq; manū illius, & reliquit illam febris, surrexitq; ac ministrauit illis. Cum autem aduesperauisset, adduxerunt illi dæmoniacos multos: & eiecit spiritus uerbo, omnesq; male habentes sanauit: ut impleretur quod di-
a.53.b ctum erat per Esaiam prophetam, cum ait: † Hic infirmitates nostras suscepit, &
Pet.2.d morbos portauit. Cum uidisset autem Iesus turbas multas circum sese, iussit, ut
uc.9.g discederent in ulteriorem ripam. Et † cum accessisset unus scriba, dixit ei: Præceptor, sequar te quocunq; abieris. Et dicit illi Iesus: Vulpes foueas habent, & uo- C
lucres cœli nidos: at filius hominis nō habet ubi caput reclinet. Alius autem [de numero] discipulorum ipsius dixit ei: Domine, permitte mihi prius ut abeam, & sepeliam patrem meū. At Iesus dixit illi: Sequere me, & sine mortuos sepelire
larc. 4. d mortuos suos. † Et cū esset ingressus nauim, sequuti sunt eū discipuli sui, & ec-
uc.8.d ce, [d] motus magnus ortus est in mari, adeò ut nauis operiretur à fluctibus: ipse

[a] Vt ipsi testes sint, aut apud ipsos testatū sit te uere liberatū esse lepra.
[b] Puer, pro famulo, Græcismus est.
[c] Hebraismus est, pro eo quod est, regno destinatos.
[d] Vel tempestas magna.

uero dormiebat. Et accedentes discipuli, excitauerunt illum, dicentes: Domine, serua nos, perimus. Et dicit illis: Quid timidi estis ô exigua fide præditi? Tunc excitatus increpauit uentos, & mare, & facta est trãquillitas magna. Homines autẽ

D admirabantur, dicentes: Qualis est hic, quod & uenti & mare obediunt ei? † Et cum uenisset in ulteriorem ripam in regionem Gergesenorũ, occurrerunt ei duo dæmoniaci è monumentis egressi sæui ualde, ita ut nemo posset transire per uiam illam. Et ecce, clamabãt, dicentes: Quid [e] rei nobis tecum est Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus ad torquendum nos? Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum, qui pascebatur. Dæmones uero rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos, permitte nobis, ut demigremus in gregem porcorum. Et ait illis: Abite. Illi uero egressi, [f] abierunt in gregem porcorum. Et ecce, ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt in aquis. Porrò qui pascebant, aufugerũt: & profecti in ciuitatem renunciauerunt omnia, & quid accidisset dæmoniacis. Et ecce, tota ciuitas exiuit obuiam Iesu. Et cum uidissent illum, rogabant ut decederet à finibus ipsorum. Mar. 5. b Luc. 8. d

[e] Verbi interpretatione, Quid nobis et tibi.

[f] Vel, immaserunt.

CAPVT IX.

Christus paralytico medetur, Matthæum publicanum inter discipulos assumit, & fucatam pharisæorum discipulorumq́; Ioannis religionem in externis positam corripit, profluuio sanguinis laborantem sanat, puellam extinctam uitæ cæcisq́; uisum restituit, mutum & dæmoniacum curat, pharisæosq́; sibi obmurmurantes corripit, turbarumq́; misere tur.

A ET † ingressus nauem traiecit, ac uenit in [a] suam ciuitatẽ. Et ecce attulerũt ad illum paralyticũ in lecto decumbentẽ. Cumq́; uidisset Iesus fidem illorũ, dixit paralytico: Bono animo esto fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidã è scribis dicebant intra sese: Hic blasphemat. Et cum [b] uidisset Iesus cogitationes illorũ, dixit: Quare uos cogitatis mala in cordibus uestris? Vtrũ enim est facilius dicere, remittuntur tibi peccata: an dicere, surge & ambula? Vt aũt sciatis filiũ hominis in terra potestatem habere remittendi peccata: tũc dicit paralytico: Surge, tolle tuum lectũ, & abi domum tuam. Et cum surrexisset, abijt domũ suam. Turbæ uero quæ uiderãt, admiratæ sunt, & [c] glorificauerũt deũ, qui dedisset potestatem talem hominibus. † Et præteriens Iesus illinc, uidit hominẽ desidentẽ ad telonium, Matthæũ nomine, dicitq́; ei: Sequere me. Atq́; is cum surrexisset, sequutus est eum. Et euenit cum Iesus accumberet in [illius] ædibus, ut ecce multi publicani & [d] peccatores qui uenerant, simul accumberent cum Iesu, & discipulis il-

B lius. Quod cum uidissent pharisæi, dixerũt discipulis eius: Cur cum publicanis & peccatoribus sumit cibũ præceptor uester? Quod ubi Iesus audiuit, dixit illis, Non opus habent hi qui ualidi sunt medico, sed qui male habent. Quin potius ite, & discite quid sit [illud:] † Misericordiam uolo, & non sacrificiũ. Non enim ueni ad uocandum iustos, sed peccatores ad [e] pœnitentiã. * Tunc adeunt eum discipuli Ioannis, dicentes: Quã ob causam nos & pharisæi ieiunamus plerunq́;, discipuli uero tui non ieiunant? Et dixit illis Iesus: Num possunt filij [f] thalami nuptialis lugere, quandiu cũ illis est sponsus? Venient aũt dies, cum sublatus fuerit ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nullus immittit insuendum frustũ panni rudis in uestem ueterem: aufert enim supplementũ illius [g] à uestimento, & peior ruptura fit. Neq́; mittũt uinum nouũ in utres ueteres: alioqui rumpuntur utres, & uinũ effunditur, & utres pereunt. Sed mittunt uinum nouũ in utres nouos, &

C utraq́; conseruantur. † Hæc cũ illis loqueretur, ecce, [h] Primas quidã uenit, & adorauit eum dicens: Filia mea modo defuncta est, sed ueni, & impone manũ tuã super illã, ac uiuet. Et Iesus cum surrexisset sequutus est eũ, ac discipuli illius: Et ecce mulier, quæ sanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, cum accessisset à tergo tetigit fimbriam uestimenti illius: dicebat enim secũ: Si tantũ tetigero uestimentum

Marc. 2. a Luc. 5. d

Marc. 2. b Luc. 5. d

Oseæ 6. Matt. 12. a 1. Tim. 1. c * Marc 2. c Luc. 5. f

Marc. 5. b Luc. 8. f

[a] Capernaũ, ut Marcus indicat, suam uocat, quod ex omnibus hanc sibi peculiariter quasi delegisse uideretur.

[b] *Chrysostomus εἰδὼς legit, cum sciret.*

[c] Vel, gloriose celebrauerunt.

[d] Vel, flagitiosi, qui publice infames erant uitijs.

[e] Vel, emẽdationem uitæ.

[f] Hebraismus est, id est, homines nuptiales, siue qui interfũt nuptijs.

[g] Scilicet aliquid, uel, partẽ uestimẽti: ut sit, Supplemẽtũ, id est, frustũ quo ruptura expleta fuerat, aufert partẽ uestimẽti sarciti.

[h] Vel, princeps.

[illegible]

Digitized by Google

fimentum illius, salutem consequar. At Iesus cõuersus, ut uidit illam, dixit: Bono animo esto filia, fides tua saluā te reddidit. Et sanitati restituta est mulier ab hora illa. Et cum uenisset Iesus in ædes primatis, uidissetq́ tibicines, & turbā tumultuantem, dicit illis: Secedite, non enim mortua est adolescentula, sed dormit. Et deridebant illum. Cum autem fuisset eiecta turba, introgressus [e]tenuit manū illius, & surrexit adolescētula. Et emanauit fama hæc in totam regionem illam. Et cum discederet illinc Iesus, sequuti sunt illum duo cæci, clamantes & dicentes: Miserere nostri fili Dauid. At cum uenisset in ædes, adierunt illū cæci, & dicit illis Iesus: Creditis me posse hoc facere? Dicunt ei: Etiam, Domine. Tunc tetigit oculos illorū dicens: Iuxta fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt eorum oculi. Et interminatus est eis Iesus, dicens: Videte, ne quis sciat. At illi quum abijssent, [f]diuulgarunt famam illius, in tota regione illa. Illis autē egredientibus, ecce, adduxerunt illi hominē mutum dæmoniacum, & eiecto dæmonio, loquutus est mutus. Et admiratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam tale quid uisum est in Israel. †At pharisæi dicebant: Per principē dæmoniorū eijcit dæmonia. *Et obibat Iesus ciuitates omnes ac uicos, docens in synagogis illorū, & prædicans Euangeliū regni: sanansq́ omnem morbū, & omnem languorem in populo. †Cum uidisset autem turbas, [l]intime misertus est illarum: quod essent destitutæ & dispersæ, tanquā oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Ipsa quidem messis copiosa, cæterum operarij pauci: Rogate igitur dominū messis, ut [m]emittat operarios in messem suam. D

Matt.12.b Marc.3.c Luc.11 b Mar.6.a Lu.10.a Marc.6.d Luc.10.a

[e] Vel, apprehendit.

[f] Vel, fama percelebrarunt eum, in tota, &c.

[l] σπλαγχνίσθη. q. d. ipsa uiscera per misericordiā commouit, uel uiscera misericordiæ in illos effudit.

[m] ἐκβάλῃ uehementius est, extrudat uel expellat.

CAP. X.

Christus emittit duodecim discipulos in ministerium uerbi, instructos potentia miraculosa, cum mandatis & monitis, quæ faciant, quæ caueant, quæ expectent à mundo, et à deo diuersa præmia. His addit quæ præmia maneant eos qui recipiant ipsos: & quomodo affectos esse oporteat sectatores suos.

Marc.3.b Luc.6.b.c.

ET [a]accersitis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem aduersus spiritus immundos, ut eijcerent eos, & sanarent quemuis morbum, & quemuis languorem. Porrò duodecim apostolorum nomina sunt hæc. Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Iacobus filius Zebedæi, & Ioannes frater eius. Philippus & Bartholomæus. Thomas & Matthæus ille publicanus. Iacobus filius Alphæi, & Lebbæus, cognomento Thaddæus, Simon Cananites, & Iudas Iscariotes, qui & prodidit illum. Hos duodecim emisit Iesus, postquam præcepit eis dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatē Samaritanorum ne ingrediamini: sed ite potius ad oues perditas domus Israel. Profecti autem prædicate, dicentes: Adpropinquauit regnum cœlorum, [a]infirmos sanate, leprosos mūdate, mortuos suscitate, dæmonia eijcite: gratuito accepistis, gratuito date. Ne [b]comparetis aurum, neq́ argentum, neq́ æs [c]in zonas uestras, neq́ peram ad iter, neq́ binas tunicas, neq́ calciamenta, neq́ [d]uirgam. Nam dignus est operarius cibo suo. In quamcunq́ autem ciuitatem, aut uicum fueritis ingressi, exquirite, quis in ea sit dignus, atq́ illic manete, donec exeatis. Cum autem intrabitis domum, salutate illam: & siquidem fuerit domus digna, ueniat pax uestra super illam: sin minus fuerit digna, pax uestra ad uos reuertatur: & quicunq́ non exceperit uos, neq́ audierit sermones uestros, exeuntes ex ædibus aut ciuitate illa, excutite puluerem pedum uestrorum. Amen dico uobis: [e]tolerabilius agetur cum terra Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm cum ciuitate illa. †Ecce, ego emitto uos, uelut oues in medio luporum. Estote igitur prudentes ueluti serpentes: & simplices sicut columbæ. Cauete autem [f]ab hominibus: tradent enim uos in [g]concilia, & [h]in conciliabulis suis flagris cædent uos: quin & ad principes ac reges ducemini propter me, [i]in testimonium ipsis ac gentibus. †At cum tradiderint uos, ne sitis solliciti, quomodo, aut quid loquamini: dabitur

A

B

Luc.10.a

Luc.12.b & 21.b Mich.7.a

[a] Vel, ægros.
[b] Vel, possideatis.
[c] In zonis enim olim gerebantur pecuniæ.
[d] Vel, baculum.
[e] Vel, tolerabilior sors cōtinget: uel, tolerabiliori conditione erit terra, & c. quā ciuitas illa. Verbi interpretatione, Tolerabilius erit terræ, & c. quā ciuitati illi.
[f] Scilicet quibusdā: certos enim, non omnes significat articulus Græcis.
[g] συνέδρια proprie consessus senatorū.
[h] Vel, in synagogis suis.
[i] Id est, ut testatū sit ipsis peruenisse ad eos euangelium.

Digitized by Google

enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis illi loquentes, sed
spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Tradet aūt frater fratrem in mortem,
& pater [f] filium, & insurgent liberi aduersus parentes, & morte adficient eos: &
eritis odio [l] omnibus propter nomen meum. Verū qui sustinuerit usq; ad finem,
C hic salutem consequetur. Cum autem persequuntur uos in ciuitate hac, fugite
in aliam. Amen enim dico uobis: [m] Non perambulaueritis omnes ciuitates Is-
raelis, [n] donec uenerit filius hominis. † Non est discipulus supra præceptorem, Luc. 6. f
neq; seruus supra dominū suum. Sufficit discipulo, ut sit similis præceptori ipsius: Ioan. 13. b
& ut seruus similis domini ipsius. Si ipsum patrem familiâs uocauerunt Beel- & 15. b
zebul, quanto magis domesticos illius? Ne igitur metuatis eos. † Nihil enim est Marc. 4. c
tectum, quod non retegendum sit: & occultum, quod non futurum sit ut sciatur. Luc. 8. c. & 12. a
Quod dico uobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem auditis, prædicate
in tectis. Et ne metuatis ab his qui occidunt corpus, animā autem non possunt
occidere, sed metuite magis illum, qui potest & animam & corpus perdere in ge-
henna. Nónne duo passerculi minuto asse ueneūt? & unus ex illis non cadet in
terram sine patre uestro. Vestri uero etiam pili capitis omnes numerati sunt. Ne
D igitur metuatis: uos pluris estis, quàm multi passerculi. † Quicunq; igitur confi- Marc. 8.
tebitur [o] me coram hominibus, eum confitebor & ego coram patre meo, qui est Luc. 9. c.
in cœlis: * Porrò quisquis negauerit me coram hominibus, eum negabo & ego 12. b *2. Tim.
coram patre meo, qui est in cœlis. † Ne arbitremini me uenisse ad mittendum b †Luc. 12.
pacem in terram. Non ueni ut mitterem pacem, sed gladiū. * Nam ueni, ut dissi- Mich. 7.
dere faciam hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam,
& [p] nurum aduersus socrū suam: & inimici hominis [erunt hi, qui sunt] dome-
stici ipsius. † Qui amauerit patrem aut matrem supra me, non est me dignus: & Luc. 14. f
qui amauerit filium aut filiam supra me, non est me dignus. Et qui non accipit & 17. g
crucem suam, & subsequitur me, non est me dignus. Qui inuenerit animā suam,
perditurus est eam: † & qui perdiderit animā suā mea causa, inueniet eam. * Qui Ioan. 12. c
recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me. † Qui recipit *Luc. 10.
prophetam [q] nomine prophetæ, [r] mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iu- †Ioan. 13.
stum nomine iusti, [s] mercedem iusti accipiet. Et † quicunq; ad bibendum dede- Marc. 9. f
rit uni ex pusillis his poculum [aquæ] frigidæ tantum nomine discipuli, amen
dico uobis, non perditurus est mercedem suam.

CAPVT XI.

Ioannes discipulos ad Christum mittit scißitatum de ipso: quibus remißis Christus laudes Ioannis prædicat: tum exprobrat Iudæis ingratitudinem tam erga se, quàm erga Ioannem. Adhuc tamen inuitat omnes ad iugum suum iucundißimum.

A PORrò autem cum finem fecisset Iesus [a] mandandi duodecim discipulis suis,
progressus est illinc, ut doceret, & prædicaret in ciuitatibus illorum. † Ioan- Luc. 7.
nes autem cum audisset in carcere facta Christi, missis duobus discipulis suis, di-
xit illi: Es tu ille qui uenturus est, an alterū expectamus? Et respondens Iesus, di-
xit illis: Ite, & renunciate Ioanni, quæ auditis & uidetis: † Cæci uisum recipiunt, Esa. 35. a
& claudi ambulant: leprosi mundantur, & surdi audiunt: mortui excitantur, † & Esa. 61. a
pauperes lætum accipiunt euangelij nuncium. Et beatus est quicunq; non fuerit
offensus [b] in me. † Euntibus aūt illis, cœpit Iesus dicere turbis de Ioanne: Quid Luc. 7. c
existis in desertum, ut uideretis? Num arundinem, quæ agitatur à uento? Age,
quid existis, ut uideretis? num hominem mollibus uestibus amictum? Ecce, qui
B mollia gestant, in domibus regum sunt. At quid existis ad uidendū? Num pro-
phetam? Certe dico uobis, etiam excellentiorem propheta. Hic est enim de quo
scriptum est: † Ecce, ego mitto nuncium meum [c] ante faciem tuam, qui præpara- Mala. 3. a
turus est uiam tuam ante te. Amen dico uobis, non exortus fuit inter eos, qui Mar. 1. a
nascuntur è mulieribus, maior Ioanne Baptista. Attamen is, qui minor est in
regno

[f] Vel, liberos: quamuis Græce τέκνον singularis numeri unum tantū ex liberis significet. Latinis uox propria deest.
[l] Alij addunt, habiti ab.
[m] Verbi interpretatione, Nō absolueritis ciuitates Israelis.
[n] Al. quin iam.
[o] Verbi interpretatione, confitebitur in me.
[p] Vel, sponsam.
[q] *Præpositionē ἐν, et εἰς sæpe confundunt* sacræ literæ, *propterea quod* ב Hebræis utranq; significat, et præterea propter: ut sit hic *εἰς ὄνομα, id est, pro*pter nomen, vel ob nomen.
[r] Vel, præmium.
[s] Vel, præmium.
[a] Vel, mādata dādi.
[b] Vel per me.
[c] Ante faciē tuam, Hebraismus est, nil aliud significās quā simpliciter, ante te, Hebr. לפניך.

Digitized by Google

regno cœlorum, maior illo est. Porrò à diebus Ioannis Baptistæ usq; [D] adhuc re-
:.26.c gnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Nam † omnes prophetæ,
lal.4.b & ipsa lex, usq; ad Ioannē prophetauerunt. Et si uultis recipere, ipse est * Helias il
:.7.c le, qui uenturus erat. Qui habet aures ad audiendum, audiat. † Sed cui assimi-
labo [e] nationem hanc? Similis est pueris, qui sedent in foris, & acclamant sodali-
bus suis, ac dicunt: Tibia cecinimus uobis, & non saltastis: lugubria cecinimus C
uobis, & non planxistis. Venit enim Ioannes, nec edens, nec bibens, & aiunt:
Dæmoniū habet: uenit filius hominis, edens ac bibens, & dicunt: En hominem
comedonem, & uini potorem, publicanis amicum ac peccatoribus. Et iustificata
est sapientia à [f] filijs suis. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus æditæ
c.10.b fuerant plurimæ uirtutes ipsius, quod non resipuissent. † Væ tibi Chorazin,
uæ tibi Bethsaidan: quoniam si in urbe Tyro aut Sidone æditæ fuissent uirtutes,
quæ æditæ sunt in uobis, olim in sacco & cinere [g] egissent pœnitentiam. Atta-
men dico uobis: Cum Tyro & Sidone tolerabilius agetur in die iudicij, quàm
uobiscum. Et tu Capernaum, quæ usq; ad cœlum es exaltata, usq; ad inferos de- D
traheris: quoniam si Sodomis æditæ fuissent uirtutes, quæ æditæ sunt in te, man-
sissent usq; ad hodiernum diem. Veruntamen dico uobis, fore ut cum terra Sodo
morum tolerabilius agatur in die iudicij, quàm tecum. Illo tempore [h] respon-
dens Iesus, dixit: [i] Gratias ago tibi pater, Domine cœli & terræ, quod cælaris
hæc sapientes & prudentes, & detexeris ea [k] paruulis. [l] Sanè pater, [m] quia sic fuit
i.7.c 8.b bona uoluntas apud te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, † & nemo cogno-
.b scit filium nisi pater: neq; patrem quisquam cognoscit, nisi filius, & cuicunq; uo-
luerit filius [n] reuelare. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis: & ego
[o] requiem præstabo uobis. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quod
oan.5.a mitis sim, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus uestris. † Iugū enim
meum [p] commodum, & onus meum leue est.

CAPVT XII.

Christus defensis discipulis qui spicas euulserant sabbato, & curato eo qui manum habebat aridam, ac dæmoniaco, hypocrisim & malitiam pharisæorum increpat, & redarguit. Petentibus signum denegat, & quæsitus à parentibus, ostendit qui ipsi sint charissimi.

arc.2.d ic.6.a ILlo † tempore, ibat Iesus [a] sabbatis per segetes, discipuli uero illius esuriebant, A
& cœperunt uellere spicas, & comedere. Quod cum uidissent Pharisæi, dixe-
runt illi: Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbato. Ille uero dixit
eis: Non legistis quid fecerit Dauid, quum esuriret ipse, & ij qui erant cum illo:
leg.21.b † quomodo ingressus sit in ædem Dei, & panes propositionis ederit, quos ipsi
uit 24.b non licebat edere, neq; ijs qui cum ipso erant, nisi sacerdotibus solis? † Aut nō le-
am.28.b gistis in lege, quod sabbatis sacerdotes in templo sabbatum prophanent, & cri-
mine uacent? Dico autem uobis, templo maiorem esse hoc in loco. Quod si sci-
sea 6.c retis, quid sit: † Misericordiā uolo, & non sacrificium, nequaquam condemnasse
atth.9.b tis insontes. Nam dominus est & sabbati filius hominis. † At progressus illinc,
arc.3.a uenit in synagogam illorum: & ecce, homo erat manū habens aridam, & inter-
ic 6.b rogauerunt illum, dicentes: An liceret sabbatis curare, ut accusarent eum. At ille
dixit eis: Quis erit ex uobis homo, qui habeat ouem unā, & si ea inciderit sabba-
tis in foueā, non adprehendat illam & erigat? Quanto igitur præstantior est ho-
mo oue? Licet igitur sabbatis dare beneficium. Tunc dicit homini: Extende ma
num tuā: & is extēdit, ac restituta est [b] sanitati sicut altera. Porrò pharisæi egressi B
cœperūt consilium aduersus eum, ut illum perderent. At Iesus re cognita, secessit
illinc, sequutæq; sunt eum turbæ multę, sanauitq; eos omnes: & interminatus est
illis, ne se facerent manifestū, ut compleretur quod dictum erat per Esaiam pro-
ta.42.a phetam, qui ait: † Ecce, [c] puer meus quē elegi: dilectus meus, [d] in quē sibi benè

[D] Vel, Nunc: uel, ad hunc diem.
[e] Id est, genus hoc hominum?
[f] Id est, à discipulis suis, et ijs qui discipuli esse debebāt, iuxta Hebraismū, quo filij prophetarū, etc. sępe dicūtur discipuli prophetarum.
[g] Vel, meditari essent resipiscentiam.
[h] Id est, exorsus: iuxta Hebraismum.
[i] Vel, laudes ago tibi: uel, gratulor: uel, testor corā te, uel, agnosco. Hæc enim omnia significat Hebræis q̃d interpretantur uerbo confitendi.
[k] Vel, infantibus, id est, humiliter de se sentientibus.
[l] ναὶ hic est particula approbātis, ut Latinis Rectè, Bugè, Sanè, &c.
[m] Vel, quia sic bene aut rectè placitum est tibi.
[n] Vel, patefacere.
[o] Al. refocillabo uos.
[p] Vel potius, suaue.
[a] Hebraismus est, id est, sabbato quodā. Sic alibi, In urbibus, id est, in quadā urbium.
[b] Al. sana.
[c] Al. filius.
[d] Vel, in quo placata est anima mea.

Digitized by Google

complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super illum, & iudiciũ gentibus annunciabit. Non contendet, neq; clamitabit, neq; audiet quisquã in plateis uocem eius: arundinem contritam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiecerit ad uictoriam iudiciũ: & in nomine illius gentes sperabunt. † Tunc adductus est ei dæmoniacus, cæcus ac mutus, & sanauit illum, ita ut cæcus ac mutus, & loqueretur & cerneret. Et obstupuerũt omnes turbæ, dicebantq;: Num hic est ille filius Dauid? At pharisæi audito hoc, dicebãt: Hic nõ eijcit dæmonia, nisi per Beelzebul, principem † dæmoniorum. Iesus autem cum sciret cogitationes illorum, dixit illis: Omne regnum [e] secum ipsum dissidens, desolatur: & omnis ciuitas aut domus secũ ipsa dissidens, non stabit. Et si Satanas Satanam eijcit, secum ipse dissidet. Quomodo igitur stabit regnũ illius? Et si ego per Beelzebul eijcio dæmonia, filij uestri per quem eijciunt? Propterea ipsi uestrũm erunt iudices. Si autem ego per spiritum Dei eijcio dæmonia, utiq; peruẽnit ad uos regnum Dei. Aut quomodo potest aliquis intrare domum potentis, & uasa illius diripere, nisi prius uinxerit potentem, [f] ut tunc domum illius diripiat? Qui non est mecum, aduersum me est: & qui non congregat mecum, spargit. † Propterea dico uobis: Omne peccatum & conuicium remittetur hominibus, at conuicium in spiritum non remittetur hominibus. Et quicunq; dixerit [g] uerbum aduersus filium hominis, remittetur illi: Qui autem dixerit aduersus spiritum sanctũ, non remittetur ei, [h] neq; in præsenti sæculo, neq; in futuro. Aut [i] præstate arborem bonam, & fructum eius bonum: aut præstate arborem uitiosam, & fructum eius uitiosum: nam è fructu arbor cognoscitur. Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? Siquidem † ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo è bono thesauro cordis depromit bona: & malus homo ex malo thesauro depromit mala. Dico autem uobis, quod de quocunq; uerbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in die iudicij. Nam ex dictis tuis [k] iustificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis. Tunc [l] responderunt quidam è scribis & pharisæis, dicentes: Præceptor, [m] uolumus à te signũ uidere. At ille respondens, dixit illis: [n] Natio mala & adultera signũ quærit, [o] & signum non dabitur illi, nisi signũ Ionæ prophetæ. Quemadmodum enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, ac tribus noctibus, sic erit filius hominis in [p] penetrali terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt eam, † quod ipsi resipuerint ad prædicationem Ionæ. Et ecce, plusquàm Ionas [q] hic. * Regina Austri surget in iudicio cum natione hac, & condemnabit eam: quòd uenerit à finibus terræ, ad audiendam sapientiam Solomonis. Et ecce, plusquàm Solomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per [r] arentia loca, quærens requiem: & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar domum meam, unde exiui. Et cum uenerit, reperit eam uacantem, scopis purgatam, & ornatam. Tunc abit, & adiungit sibi septem alios spiritus sceleratiores se, & ingressi habitant illic: & fiunt postrema † hominis illius peiora primis. Sic accidet & nationi huic improbæ. * Cum autem adhuc loqueretur turbis, ecce, mater & [s] fratres eius stabant foris, quærentes ei loqui. Dixit autem illi quidã: Ecce, mater tua & fratres tui foris stant, quærentes tibi loqui. At ille respondens, dixit ei qui sibi renunciauerat: Quæ est mater mea? aut qui sunt fratres mei? Et protensa manu sua in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quisquis enim obsecutus fuerit uoluntati patris mei qui est in cœlis, ipse meus frater, & soror, & mater est.

CAPVT XIII.

Christus parabolis docet quis sit effectus, & quæ uis uerbi diuini inter homines, & causam indicat cur utatur parabolis. Contemnitur autem à suis eo quod esset humili loco natus.

In

Margin notes:

[e] Verbi interpretatione, diuisum aduersus sese.

C [f] Coniunctio, quam passim per & interpretantur, multarũ uice apud Hebræos in usu est.

[g] Id est, aliquid, דבר

[h] Verbi interpretatione, neq; in hoc sæculo.

[i] Vel, facite.

[k] Vel, iustus pronunciaberis, & iudicaberis quasi ex fructu arbor.

[l] Vel exorsi sunt, iuxta Hebraismum.

[m] Vel, cupimus.

[n] Id est, genus hominum malum.

[o] Vel, at.

D [p] Vel, in recessu: uel, in interiori parte terræ, Nã, in corde terræ. Hebraismus est, & metaphora Latinis insueta.

[q] Id est, in hoc loco.

[r] Δι ἀνύδρων, aquis destituta.

[s] Id est, cognati, iuxta Hebraismum.

Luc.11. | Marc.3. Luc.11. | Marc.3. Luc.12. | Luc.6. | † Ionæ 3. *3 Reg. 2.Par. | 2.Pet.2. *Mar.3. Luc.8.

Digitized by Google

rc.4.a c.8.a IN †die uero illo egressus Iesus è domo, sedit iuxta mare: & cõgregatæ sunt ad A
illum turbæ multæ, adeò ut ipse nauim ingressus, sederet: & uniuersa turba in
littore stabat, ac locutus est illis multa per similitudines, dicens: Ecce, exijt seminia-
tor ad seminandum, & cum seminaret, alia quidem ceciderunt iuxta uiam, uene-
runtq́ue uolucres, ac deuorauerunt ea. Alia uero ceciderunt in loca saxosa, ubi non
habebant multum terræ, & protinus exorta sunt, propterea quod non haberent
profunditatem terræ. Cum autem exortus esset sol, exusta sunt: & quia non habe
bant radicem, exaruerunt. Alia rursus ceciderunt in spinas, & [a]succreuerunt spi-
næ, & suffocauerunt ea. Alia uero ceciderunt in terram bonam, & dabant fructũ:
aliud quidem cẽtuplum, aliud uero sexagecuplum, aliud uero trigecuplum. Qui
habet aures ad audiendum, audiat. Et adeuntes discipuli, dixerunt illi, Quare
per parabolas loqueris istis? At ille respondens, dixit eis: Vobis datum est nosse B
att.25.c mysteria regni cœlorum, illis autem non est datum. †Quisquis enim habet, dabi-
tur illi, & reddetur abundantior: quisquis autem non habet, etiam illud quod ha
bet, tolletur ab eo. Propterea per parabolas loquor illis, quia uidentes nõ uident,
& audientes non audiunt, nec intelligunt: & completur in illis prophetia Esaiæ,
.6.c quæ dicit, †Auribus audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non cer
netis. [b]Crassum enim effectum est cor populi huius, & auribus grauiter audierũt,
oculosq́ue suos occluserunt, ne quando uiderẽt oculis, & auribus audirẽt, & corde
c.10.d intelligerent, & conuerterentur, & sanarem illos. †Vestri uero beati sunt oculi,
quia uident: & aures uestræ, quia audiunt. Amen enim dico uobis, multos pro-
phetas & iustos desyderauisse uidere quæ uidetis, & non uidisse: & audire quæ
ar.4.b auditis, & non audiuisse. †Vos igitur audite parabolã seminantis. Cum quiuis C
c.8.b audit sermonẽ regni, & non intelligit, uenit ille malus & rapit id quod seminatũ
est in corde illius: hic est qui iuxta uiã seminatus fuit. [c]At qui in petricosa semẽ ia-
ctum exceperat, hic est, qui uerbum audit, ac protinus cũ gaudio accipit illud: ue
rum non habet radicem in semetipso, sed temporarius est. Porrò cum inciderit ad
flictio, aut persequutio propter sermonem, continuo offenditur. [D]At qui in spi-
nas semen exceperat, hic est, qui uerbum audit, & [e]solicitudo sæculi huius, dece-
ptioq́ue diuitiarum suffocat sermonem, & infrugifer redditur. Cæterum [f]qui in ter
ram bonam excepit semen, hic est, qui sermonem audit & intelligit, qui deniq́ue fru
ctum quoq́ue reddit ac gignit: alius quidem centuplum, alius uero sexagecuplum
arc.4.d alius uero trigecuplum. †Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Assimilatum
est regnum cœlorum homini seminanti bonum semẽ in agro suo: dormientibus
autem hominibus, uenit illius inimicus, & seminauit zizania inter triticũ, abijtq́ue.
Cum autem germinasset herba, & fructum attulisset, tunc adparuerũt & zizania. D
Accedentes autem serui patrisfamiliãs, dixerũt illi, Domine, nónne bonum semẽ
seminaras in agro tuo? Vnde igitur habet zizania? Ille uero dixit illis: Inimicus
homo hoc fecit. Serui autem dixerunt illi, Vis igitur abeamus, & colligamus ea?
At ille dixit, Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis unà cũ illis triticũ: finite
pariter crescere utraq́ue usq́ue ad messem, & tempore messis dicam messoribus: Col-
ligite primum zizania, & colligate ea in fasciculos ad comburẽdum ea, triticũ ue-
arc.4.c ro congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis, dicens: †Si-
c.13.b mile est regnum cœlorum grano sinapis, quod acceptũ homo seminauit in agro
suo: quod minimum est omnium seminum, cæterum ubi excreuerit, maximũ est
inter olera, & in arborem excrescit, adeò ut ueniant uolucres cœli et nidulentur in
ramis illius. Aliam parabolam dixit illis: Simile †est regnum cœlorũ fermen- E
c.13.b to, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermẽtaretur to-
arc.4.d tum. †Hæc omnia loquutus est Iesus per parabolas ad turbas, & sine parabo-
la nihil loquutus est illis, ut compleretur, quod dictum fuerat per prophetam, qui

a Vel, ascenderunt, aut insurrexerunt.

b Al. incrassatũ est.

c Verbi interpretatione, At qui in pètricosa seminatus fuit, hic est, &c.
D Verbi interpretatione, Qui autẽ in spinas seminatus fuit, &c.
e Vel, cura.
f Ad uerbum, Qui in terram bonam seminatus fuit.

Digitized by Google

g Vel potius, pstrã. אבריעה
h Vel, propter illã.
i Alij mala.
k Docebat eos. Sed relatiua sæpe abundant more Hebraico aut pro nomine satis alioqui certo ponstur, præter morẽ alia rũ linguarũ. Docebat eos, scilicet, qui erant in patria eius.
l Vel, ut Erasmus, su per eo.
m Al. expers honoris.
a Vel, prophetã esse crederent.
b Vel, testatus est.
c Vel, subornata.

ait: †Aperiam per parabolas os meũ, g eructabo abscondita à constitutione mun di. Tunc dimissis turbis, uenit in ædes Iesus, & accesserunt ad illum discipuli eius, dicentes, Explica nobis parabolam zizaniorum agri. At ille respondens, di xit illis: Qui seminat bonũ semen, est filius hominis: ager autem est mũdus. Porrò bonũ semen, hi sunt filij regni: zizania uero sunt filij illius mali: inimicus autem qui seminat ea, est diabolus: † messis uero consummatio sæculi est: messores autem angeli sunt. Sicut igitur colliguntur zizania, & igni cõburuntur, sic erit in cõsummatione sæculi huius. Emittet filius hominis angelos suos, & colligent è regno illius omnia offendicula, & eos qui patrãt iniquitatẽ, ac mittent illos in caminum ignis, ibi erit ploratus, stridorq́ dentium. † Tunc iusti fulgebũt ut sol in regno patris sui. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Rursum, simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro, quem repertum homo abscondit, & præ gaudio, quod habet h super eo abit, & omnia quæcunq; habet, uendit, ac mercatur agrum illum. Rursum, simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti pulchras margaritas: qui quum inuenisset unam preciosam margaritam, abijt, & uendidit omnia quæ possidebat, & mercatus est illam. Rursum, simile est regnum cœlorum uerriculo iacto in mare, & ex omni genere corrahenti: quod quum impletum fuisset, subduxerũt in littus, & sedentes collegerunt quæ bona erant, in uasa, quæ uero i putria, foras abiecerunt. Sic erit in consummatione sęculi, exibunt angeli, & segregabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit ploratus & stridor dentium. Dicit illis Iesus: Intellexistis hæc omnia? Dicunt illi: Etiam Domine. At ille dixit illis: Propterea omnis scriba doctus ad regnum cœlorũ, similis est homini patrifamiliâs, qui depromit è thesauro suo noua & uetera, † Et euenit, ut quum finisset Iesus parabolas has, digrederetur illinc. Et quum uenisset in patriã suam, k docebat in synagoga illorum, ita ut stuperent, ac dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & uirtutes? † Nónne hic est ille fabri filius? Nónne mater eius uocatur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon, & Iudas? & sorores illius nónne omnes apud nos sunt? Vnde igitur huic hæc omnia? Et offendebantur l in eo. Iesus aũt dixit illis: Non † est propheta m cõtemptus, nisi in patria sua, & domi suæ. Et nõ ædidit illic uirtutes multas, propter incredulitatem illorum.

Psal. | Apo. | Dan. | Sap. | Marc. | Luc. 4 | Ioan. | Marc. | Luc. 4 | Ioan. 4

CAPVT XIIII.

Ioannis indigna mors describitur, qua cognita Iesus in desertum profectus aliquot millia hominum quinq; cibat panibus. Discipulos nauigio præmißos ipse aquis inambulans sequitur. Petrus huic occursurus cum fide dubia mergi cœpisset, per Christum seruatur. In Genezaret multi uestis attactu à morbis liberantur.

A ILlo † tempore audiuit Herodes Tetrarcha famã Iesu, & dixit famulis suis: Hic est Ioannes Baptista, is surrexit à mortuis, & ideo uirtutes uim suam exerunt in illo. †Nam Herodes cum cepisset Ioannem, uinxerat eum ac miserat in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi, fratris sui. Dicebat enim illi Ioannes: †Non licet tibi habere eam. Et cum uellet eum occidere, metuebat multitudinẽ, propterea quod illum a pro propheta habebãt. Quum aũtem celebraretur natalis Herodis, saltabat filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. Vnde cum iureiurando b pollicitus est se daturũ illi quicquid peteret. At illa, c prius instructa à matre sua: Da mihi, inquit, hic in patina caput Ioãnis Baptistæ. Et indoluit rex: attamen propter ea quæ iurarat, & eos qui simul accumbebant, iussit ei dari: & missis carnificibus, amputauit caput Ioannis in carcere: & allatum est caput eius B in patina, datumq́ est puellæ, quæ obtulit matri suæ. Cumq́ accessissent discipuli eius, sustulerũt corpus, ac sepelierunt illud, abieruntq́, & renunciarunt Iesu. † Id quum audisset Iesus, secessit illinc nauigio ad desertum locum seorsum. Quod quũ audisset multitudo, sequuta est illũ itinere pedestri, relictis urbibus. Et egressus

Marc. | Luc. 9 | Luc. 3 | Leuit. | Mar. 6 | Luc. 9 | Ioan. 6

Digitized by Google

sus Iesus, uidit turbã multam, & intime misertus est illorum, sanauitq; infirmos
illorum. Porrò quum appetisset uespera, adierunt eum discipuli ipsius, dicentes:
Desertus est locus, & hora iam præterijt, dimitte turbas, ut abeãt in uicos, & emãt
sibi cibaria. At Iesus dixit illis: Non est illis necesse ut abeant, date illis uos quod
edant. At illi dicunt ei: Nil habemus hic præter quinq; panes, & duos pisces. Ille
uero dixit: Afferte mihi illos huc. Et iussis turbis discumbere super gramina, sum
ptisq; quinq; panibus ac duobus piscibus, sublatis in cœlum oculis, [b]benedixit:
& cũ fregisset, dedit discipulis panes, discipuli uero turbis. Et comederũt omnes, C
& saturati sunt. Et sustulerunt [c]quod superfuerat fragmentorum, duodecim co-
phinos plenos. Porrò qui comederãt, fuêre uirorum fermè quinq; millia, præter
c.6.f mulieres ac pueros. †Et statim compulit Iesus discipulos suos, ut conscenderent
.6.b nauim, & præcederent ipsum in ripam ulteriorem, donec dimisisset turbas. Ac
dimissis turbis ascendit in montem solus ad orandum. Cum autẽ aduesperasset,
solus erat illic. Cæterũ nauis iam in medio maris erat, & agitabatur à fluctibus,
nam uentus erat aduersus. Quarta autem noctis uigilia abijt ad illos Iesus ambu
lans super mare, & cum uidissent eum discipuli super mare ambulantem, turbati
sunt, dicentes: Spectrum est: ac præ metu exclamauerũt: sed statim locutus est illis
Iesus, dicens: Bono animo este, ego sum, ne terreamini. Respondens autem illi
Petrus, dixit: Domine, si tu es, iubeto me ad te uenire super aquas. At ille dixit: D
Veni. Et cum descendisset è naui, Petrus ambulabat super aquas, ut iret ad Iesum.
Cæterum cum uideret uentum ualidum, territus est: & quum cœpisset demergi,
clamauit, dicens: Domine, serua me. Continuo autem Iesus extenta manu, adpre
r.6.g hendit eum, & dixit illi: Exigua fiduciã prædite, cur [f]dubitasti? Et †quum essent
ingressi nauim, conquieuit uentus. Porrò qui erant in naui, accesserunt & adora
uerunt eum, dicentes: Vere Dei filius es. Et cum traiecissent, uenerũt in terram
Gennezareth. Et cum agnouissent illũ uiri loci illius, emiserũt nuncios in totam
circumiectam regionem illam, & obtulerunt illi omnes male habentes, & obse-
crabant eum, ut tantum tangerent fimbriam uestimenti ipsius: & quotquot teti-
gissent, salutem consecuti sunt.

CAP. XV.

Falsam corripit scribarum in externis hypocrisim, & quæ nam uera sit sanctimonia docet. Describitur etiam constans Chananææ in Christum fides & miraculosa multorum sanatio. Postremum septem panibus paucisq; pisciculis aliquot hominum millia cibantur.

ar.7.a TVnc †accedunt ad Iesum qui Hierosolymis [uenerant] scribæ & pharisæi, A
dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditionẽ seniorum? Non e-
nim abluunt manus suas [a]cum edunt panem. At ille respondẽs, dixit eis: Quare
& uos transgredimini præceptũ Dei propter traditionem uestrã? Nam Deus præ
o.20.b cepit, dicens: †Honora patrem & matrẽ: & qui maledixerit patri aut matri, morte
ut.5.b moriatur. Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri aut matri: Dono quodcunq;
.6 à me [proficiscitur,] tu iuuaberis, & nõ honorabit patrem suum aut matrẽ suam:
& irritum fecistis præceptum Dei propter traditionem uestram. Hypocritæ, recte
a 29.d de uobis prædixit Esaias, dicens: †Adpropinquat mihi populus hic ore suo, & la B
bijs me honorat, cæterum cor eorum procul abest à me: sed frustra me colunt, do
centes doctrinas, præcepta hominum. Et aduocatis turbis, dixit eis: Audite, &
intelligite: Non quod ingreditur in os inquinat hominẽ, sed quod egreditur ex
ore, hoc inquinat hominem. Tunc cum accessissent discipuli eius, dixerũt illi:
Nosti pharisæos audito sermone [isto,] offensos fuisse? At ille respondens, dixit:
ac.6.f Omnis plantatio quam non plãtauit pater meus cœlestis, eradicabitur. †[b]Omit
tite illos, duces sunt cæci cæcorũ. Porrò si cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueam
arc.7.b cadent. †Respondens autem Petrus, dixit ei: Edissere nobis parabolam istam.

[b] Vel, bene precatus est, aut laudes egit, uel gratias egit. Hoc enim sibi uult Hebraismus hic.

[c] Vel, reliquiarũ de fragmentis.

[f] Græca uox, hinc inde animum impellere significat, quod & alternare Latini dixerunt.

[a] Hebraismus est, id est, cum sumunt cibum.

[b] Vel, missos facite illos.

Digitized by Google

Iesus autem dixit: Adhuc & uos intelligentia caretis? Nondum intelligitis, quod quicquid ingreditur in os, in aluum abit, & in secessum eijcitur? At ea quæ profiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurũ reddunt hominẽ. Nam ex corde exeunt cogitationes malę, cædes, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, [c]conuicia. Hæc sunt quæ impurũ reddunt hominem. Cæterum illotis manibus

C capere cibum, non inquinat hominem. †Et digressus illinc Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Cananæa, quæ à finibus illis uenerat, clamabat ad illũ, dicens: Miserere mei Domine fili Dauid. Filia mea misere à dæmonio agitatur. Ille uero non respondit ei [D]quicquã. Et accedentes discipuli eius, rogabant illum, dicentes: Amitte illã, quia clamat post nos. At ille respondens, dixit: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israeliticæ. Illa uero uenit & adorauit eum, dicens: Domine succurre mihi. At ille respondẽs, dixit: Non est honestũ sumere panem filiorũ, & obijcere catellis. Hæc aũt dixit: [e]Certe Domine, etenim catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorũ suorum. Tunc respondẽs Iesus, dixit illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata fuit filia eius ex hora illa. Et progressus illinc Iesus, uenit [f]iuxta mare Galilææ, & cõscen

D so monte sedebat illic. Et accesserunt ad eum turbę multæ, ducentes secũ claudos, cæcos, mutos, mutilos, & alios multos, & [g]abiecerunt eos ad pedes Iesu: †& sanauit eos, adeo ut turbæ miratæ sint, cum uiderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos uidere: & glorificabant Deum Israel. †Iesus aũt aduocatis discipulis suis, dixit: Intime miseret me turbæ, propterea ꝙ iam triduũ perseuerant apud me, & non habent quod edant, & dimittere eos ieiunos nolo, nequando deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli eius: Vnde nobis in solitudine panes tam multi, ut saturemus turbam tantam? Et dicit illis Iesus: Quot panes habetis? At illi dixerũt: Septem, & paucos pisciculos. Et iussit turbas discumbere humi, & sumpsit septẽ panes ac pisces, & actis gratijs, fregit, deditq; discipulis suis, discipuli uero turbæ, comederuntq; omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt quod supererat fragmentorũ septem sportulas plenas. At hi qui comederant, erant quatuor millia uirorum, præter mulieres & pueros. Et dimissis turbis conscendit nauim, uenitq; in fines Magdala.

Mar.7.
Isa.35.b
Mar.8.

> c Vel, sermones impij. Nam hos peculiariter sacræ literæ uocãt, βλασφημίας.
>
> D Verbum, loquutio est Hebraica, pro aliquid, seu quicquam דבר
>
> e Malim interpretari, imò domine. Nã ita uidentur suadere sequentia.
>
> f Vel, ad orã maris.
>
> g Apposuerunt.

CAPVT XVI.

Signum petentes obiurgat Christus, & pharisæorum fermento abstinere iubet. Discipuli ab illo interrogati hunc Meßiam & dei filiũ esse fatentur, quibus & mortem suam prædicit, & crucem commendat.

A ET †adgressi pharisæi unà cum Sadducæis tentantes, rogabant eum, ut [a]signum è cœlo ostenderet ipsis. *At ille respondens, dixit eis: Cum aduesperauerit, dicitis: Serenitas [erit,] nam rubet cœlũ: & mane, Hodie tempestas, rubet enim cœlũ triste. Hypocritæ, faciem quidẽ cœli scitis dijudicare, signa uero temporum non potestis? Natio †mala & adultera signũ quęrit, & signũ non dabitur ei, nisi signum *Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abijt. †Et quum uenissent discipuli eius in ulteriorem ripam, per obliuionem non sumpserãt panes. Iesus autẽ dixit illis: †Videte, & cauete à fermento pharisæorũ ac Sadducæorum. At illi [b]reputabant secum, dicentes: Panes non sumpsimus. Quod ubi cognouit Iesus, dixit illis: Quid cogitatis intra uosipsos, ô parum fidentes, ꝙ panes non sumpseritis?

B Nondum intelligitis, neq; †memoria tenetis quinq; illos panes, cum hominum essent quinq; millia, & quot cophinos sustuleritis? *Neq; septẽ illos panes, cum hominũ essent quatuor millia, & quot sportas sustuleritis? Qui fit ut non intelligatis me non de pane dixisse uobis illud, ut caueretis à fermento pharisæorũ & Sadducæorum? Tunc intellexerunt ꝙ non iussisset cauere è fermento panis, sed à doctrina pharisæorum & Sadducæorum. Cum uenisset autem Iesus in partes Cæsareæ, [eius quæ cognominatur] Philippi, interrogauit discipulos suos, di-

Mar.8.
*Luc.12.
Matt.12.
*Ion.2.
†Mar.8.
Luc.12.
Matt.14.
Ioan.6.b
*Mat.15.

> a Vel, miraculum.
>
> b Vel, disputabant.

[illegible]

Digitized by Google

cens: Quem me dicunt homines esse filiũ illum hominis? Illi uero dixerunt: Alij C
quidẽ Ioannem Baptistã, alij uero Heliam, alij uero Hieremiã, aut unũ de nume-
ro prophetarum. Dicit illis: At uos quem me dicitis esse? Respondens autem Simon
u.6.g Petrus, dixit: Tu es †Christus, ille filius dei uiuentis. Et respondẽs Iesus, dixit illi:
Beatus es Simon Bar Iona, quia [c]caro & sanguis non [d]reuelauit tibi, sed pater
meus qui est in cœlis. Et ego uicissim tibi dico: Tu es Petrus, & super hãc petram
ædificabo meam ecclesiam, & [e]portæ inferorum non præualebunt illi. Et dabo
tibi claues regni cœlorum, & quicquid alligaueris in terra, erit alligatũ in cœlis:
& quicquid solueris in terra, erit solutum in cœlis. Tunc edixit discipulis suis, ne
cui dicerent, ipsum esse Iesum Christum. Ex eo tempore cœpit Iesus indicare di
scipulis suis, oportere ipsum abire Hierosolymam, ac multa pati à senioribus, &
principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, tertioq; die resuscitari. Et cum assum
psisset eum Petrus, cœpit illum increpare, dicens: Propitius tibi [sis] Domine, ne D
quaquam accidet tibi hoc. At ille conuersus dixit Petro: Abi post me satana, [f]ob-
att. 10.d staculo es mihi, quia non sapis ea quæ sunt Dei, sed ea quæ sunt hominũ. †Tunc
ar.8.d c.9 g Iesus dixit discipulis suis: Si quis uult me subsequi, abneget semetipsum, & tollat
.f.17.g crucem suam, ac sequatur me. Qui enim uoluerit [g]animam suam seruare, perdet
n.12.d eam: rursus, qui perdiderit animam suam mea causa, inueniet eam. Quid enim
profuerit homini si totum mundum lucratus fuerit, animæ uero suæ iacturam
fecerit? Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam suam? Futu-
rum est enim, ut filius hominis ueniat in gloria patris sui cum angelis suis, & tũc
reddet unicuiq; iuxta facta ipsius. Amen dico uobis, sunt quidam hic stantes,
qui non gustabunt mortem, donec uiderint filium hominis [h]uenientem in re-
gno suo.

[c] Id est, homo. Periphrasis est hominis, iuxta Hebraismum.
[d] Vel, detexit hoc.
[e] Hebraismus est, pro præsidijs, & propugnaculis.
[f] Vel, offensioni es mihi.
[g] Id est, uitam.
[h] Id est, talem qualis est in regno cœlesti. Viderunt autem specimen eius in monte. Mat. ca. 17.

CAP. XVII.

Christus transformatus coram discipulis futuræ maiestatis formam exhibet, & quis nam uenturus ille sit Helias exponit. Lunatico medetur, quem discipuli liberare nequiuerant. Fidei uirtutem docet, & nummo miraculose acquisito soluit didrachma.

ar.9.a ET †post dies sex adsumit Iesus Petrũ, ac Iacobum, & Ioannem fratrem eius, A
uc.9.d & subducit illos in montem excelsum seorsum, transformatusq; est coram il
lis, & splenduit facies eius sicut sol. Vestimenta autem illius facta sunt candida si
cut lumen. Et ecce conspecti sunt illis Moses & Helias, cũ illo colloquentes. [a]Re
spondens autem Petrus, dixit Iesu: Domine, bonũ est nos hic esse, si uis faciamus
hic tria tabernacula, tibi unum, & Mosi unum, & Heliæ unũ. Adhuc eo loquẽte,
ecce nubes lucida obumbrauit illos, & ecce uox è nube, quæ diceret: Hic est filius
meus dilectus, [b]in quo mihi bene complacitum est, ipsum audite. Et cum hæc au
dissent discipuli, prociderunt in faciem suam, & territi sunt uehementer. Et cum
accessisset Iesus tetigit illos, dixitq;: Surgite, & ne timeatis. Sublatis uero oculis
ar.9.a suis, neminem uidebant nisi Iesum solum. †Et cum descenderent de monte, B
præcepit illis Iesus, dicẽs: Ne cui dixeritis uisum, donec filius hominis à mortuis
resurrexerit. Et interrogauerunt eum discipuli sui, dicentes: Cur igitur scribæ di-
lal.4.b cunt, †oportere Heliam uenire prius? Iesus autem respondens, dixit illis: Helias
quidem ueniet prius, & restituet omnia. Cæterum dico uobis, [c]Heliam iam ue-
nisse, [d]& non agnouerunt eum, sed perpetrauerunt in eo quæcunq; uoluerunt.
Sic & filius hominis passurus est ab illis. Tunc intellexerunt discipuli quod de Ioan
lar.9.c ne Baptista dixisset ipsis. †Et cum uenissent ad turbam, accessit ad eum homo
uc.9.e quidam flectens genua illi, dicensq;: Domine, miserere filij mei, quoniam luna-
ticus est, & miserè adfligitur: nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in aquam, & ob-
tuli eum discipulis tuis, nec potuerũt eum sanare. Respondẽs autem Iesus, dixit: C
O natio incredula & distorta, quousq; tandem ero uobiscum? usquequo patiar

[a] Id est, Orsus, iuxta Hebraismum.
[b] Vel, in quo placatus sum.
[c] Vel, Helias iam uenit.
[d] Et, pro sed positum uidetur, ut sæpe apud Hebræos.

Digitized by Google

nos? adducite mihi illũ huc. Et increpauit illud Iesus. Et exijt ab eo dæmonium,
& sanatus est puer [e]ab hora illa. Tunc accedentes discipuli ad Iesum seorsum,
dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere illud? Iesus autem dixit illis: Propter
incredulitatem uestrã. Amen enim dico uobis, † si habeatis fidem sicut granum Luc.17.
sinapis, dicetis monti huic, Demigra hinc illuc, & demigrabit: neq; quicquã im-
possibile erit uobis. Sed hoc genus non egreditur, nisi per precationem & ieiu-
nium. †Cum autem uersarentur in Galilæa, dixit illis Iesus: Futurum est, ut fi Mar.9.e
lius hominis tradatur in manus hominum, & occident eum, ac tertio die resur- Luc.9.c Matt.20.
D get. Et mœrore adfecti sunt uehementi. Cum autẽ uenissent Capernaum, acces-
serunt qui didrachma [f]solebant accipere ad Petrum, dixeruntq;: Præceptor uester
non soluit didrachma? Dicit: Etiam. Et cum ingressus fuisset in ædes, præuenit il
lum Iesus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tri-
buta aut censum, à filijs suis, an ab alienis? Dicit illi Petrus: Ab alienis. Ait illi Ie-
sus: Ergo liberi sunt filij. Verum ne simus illis offendiculo, profectus ad mare,
mitte hamum, & eum piscem qui prodierit primus, tolle, & aperto ore illius in-
uenies statêrem, acceptum eum da illis pro me & te. CAP. XVIII.

Humilitatem puelli exemplo discipulis commendat, & quantum sit offendiculi peccatum docet. Addit & causam propter quam in mundum uenerit ouis errantis similitudine figuratam. Condonandi leges & quomodo cum inimicis agendum sit, eleganti parabola adumbrat.

A ILlo †tempore accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis maximus est in re Marc.9.
gno cœlorum? Et Iesus accersitum ad se puellum, statuit in medio illorum, ac Luc.9.f
dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, & effecti similes puellorum, nequa
quam ingrediemini in regnũ cœlorum. Quisquis igitur [a]demiserit semetipsum
similiter puello isti, hic est ille maximus in regno cœlorum. Et quicũq; receperit
puellum talem nomine meo, me recipit. †Quicunq; autem offenderit unum de Marc.9.f
pusillis istis qui in me credunt, [b]expedit ei ut suspendatur mola asinaria de collo Luc.17.a
eius, ac demergatur in profundum maris. Væ mundo ab offendiculis, necesse
est enim ut ueniant offendicula: uerũtamen uæ homini per quem offendiculum
uenit. †Quod si manus tua uel pes tuus offensioni est tibi, abcide eum, & proij Matt.5.e
ce abs te: [c]Melius est tibi ad uitam ingredi claudum aut mutilum, quàm duas ma Mar.9.g
B nus, uel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus offen-
dit te, erue eum, & proijce abs te: Melius est tibi, ut luscus intres in uitam, quàm
ut duos oculos habens, mittaris in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis
quenquam ex his pusillis. Dico enim uobis, angelos eorum in cœlis semper ui-
dere faciem patris mei qui in cœlis est. Venit enim filius hominis seruatũ quod
perierat. † Quid uobis uidetur? si cui fuerint homini centum oues, & errauerit Luc.15.
una ex eis, nónne relictis nonagintanouem in montibus, profectus quærit er-
rantem? Et si cõtigerit ut inueniat eam, amen dico uobis, gaudet super ea magis,
quàm super nonagintanouem quæ non errauerunt. Sic non est uoluntas apud
patrem uestrum qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. † Porrò si pecca Luc.17.
uerit in te frater tuus, abi, & redargue eum [d]solus ipse solum. Si te audierit, lucra Eccli 19.
tus es fratrem tuum: sin uero non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, Leuit. 19.
C †ut [e]in ore duorũ aut trium testium [f]consistat [g]omne uerbum. Quod si non au- Num.35.d
dierit eos, [h]dic ecclesiæ. Quod si ecclesiam non audierit, sit tibi uelut ethnicus & Deut.17.b 19.b
publicanus. Amen dico uobis, quæcunq; ligaueritis in terra, erunt ligata in cœ-
lo: & quæcunq; solueritis in terra, erunt soluta in cœlo. Rursum dico uobis, si
duo ex uobis consenserint in terra, de quacunq; re quam petierint, continget il-
lis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo uel tres congregati nomine
meo, ibi sum in medio eorum. †Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, Luc.17.a
quoties

[e] Vel, à tempore illo.

[f] Verbi interpretatione, qui didrachma accipiebant.

[a] Vel, humilem reddiderit.

[b] Ecliptica uidetur oratio, expedit ei, (scilicet magis quàm illud fecisse) ut suspẽdatur, &c. uel expedit, pro melius est, quia Hebræi carent comparatiuo.

[c] Bonum est tibi, quàm &c. Est Ebraismus, pro melius est.

[d] Vel, interim dũ tu et ipse soli estis: uel, te & ipso solis. Verbi interpretatione, inter te & ipsum solum.

[e] Id est, in sermone.

[f] Vel, ratum sit.

[g] Vel, omnis res, iuxta Hebraismum. Omnis res rata sit.

[h] Vel, cœtui aut cõgregationi publicæ, siue multitudini.

Digitized by Google

quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? Num usq; septies? Dicit illi Ie
sus: Non dico tibi usq; septies, sed [i] usq; ad septuagies septenas [uices.] Ideo assi
milatum est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit conferre rationē cum ser
uis suis: & quum cœpisset conferre, oblatus est ei unus qui debebat ei decem mil
lia talentorum. Cæterum quum is non esset soluendo, iussit eum dominus eius
uenundari, & uxorē eius, & liberos, & omnia quæ habebat, ac fieri solutionem.
Procidens autem seruus ille, adorabat eum, dicēs: Domine, longanimis mihi sis,
& omnia tibi reddā. Intime autem misertus Dominus serui illius, absoluit eum,
& æs alienum remisit ei. Egressus uero seruus ille, inuenit unum conseruorum D
suorum, qui debebat ipsi centum denarios, & [t] comprehensum eum, præfocabat,
dicens: Solue mihi quod debes. Et procidens conseruus eius, obsecrabat eum, di
cens: Longanimis mihi sis, & omnia reddā tibi. At ille nolebat, sed abijt, & conie
cit eum in carcerem, donec redderet debitum. Porrò quum uidissent cōserui eius
quæ facta fuerant, indoluerunt ualde, & uenerunt, exposueruntq; domino suo
omnia quæ facta fuerant. Tunc accersiuit illum dominus suus, & ait illi: Serue
scelestе, totum debitum illud remisi tibi, quum obsecrasses me, nónne oportuit &
te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tra
didit eum tortoribus, quoadusq; redderet totum quod debebatur ipsi. Sic & pater
meus cœlestis aget uobiscum, si non remiseritis suo quisq; fratri ex cordibus ue
stris delicta illorum.

CAP. XIX.

Matrimonij ueterem institutionē Christus reuocat. Puerulis manus imponit. Quàm periculosa sit opum possessio, & quàm uana operum fiducia iuuenis exemplo discimus: porro quæ borum merces qui omnibus relictis, Christum secuti sunt.

Marc. 10.a POrrò † autē cum cōsummasset Iesus sermones hos, discessit à Galilæa, & ue A
nit in fines Iudææ trans Iordanē, & sequutæ sunt eum turbæ multæ, & sana
uit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi, tentantes eum, & dicentes ei: Licétne
homini diuortiū facere cum uxore sua qualibet ex caussa? Qui respondens, ait il
lis: An non legistis, quòd is qui [a] fecit ab initio, masculū & fœminam fecit eos? Et di
Gene. 2.d xit: † Propterea deseret homo patrem & matrem, & adglutinabitur uxori suæ: &
erunt duo [b] in carnem unam. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo
Deut. 24.a Deus copulauit, homo ne separet. † Dicunt illi: Cur ergo Moses iussit dare li
bellum repudij, ac dimittere eam? Ait illis: Moses [c] ad duritiā cordis uestri permi
Matth. 5.c fit uobis repudiare uxores uestras, cæterū ab initio non factū est sic. † Dico autem B
Marc. 10.a
Luc. 16.d uobis, quicunq; repudiauerit uxorem suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is
committit adulteriū. Et qui repudiatam duxerit, is adulterium committit. Di
cunt ei discipuli eius: Si talis est caussa hominis cum uxore, nō expedit cōtrahere
matrimoniū. Ille uero dixit eis: Non omnes capaces sunt [d] dicti huius, sed hi qui
bus datum est. Sunt enim eunuchi, qui ex utero matris sic nati sunt: & sunt eunu
chi, qui facti sunt eunuchi ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos eunuchos
Marc. 10 b fecerunt propter regnū cœlorum. Qui potest capere, capiat. † Tunc oblati sunt
Luc. 18.b.c ei puelli, ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autē increpabant eos. Iesus
uero ait: Sinite puellos, & ne prohibeatis eos ad me uenire, taliū est enim regnū
Marc. 10.b cœlorum. Et quū imposuisset eis manus, profectus est illinc. † Et ecce, unus ac C
Luc. 18.d cedens, ait illi: Præceptor bone, quid boni faciā, ut habeam uitam æternam? Ille
autem dixit ei: Cur me uocas bonū? Nullus est bonus, nisi unus, [nempe] Deus.
Exod. 20.c Quod si uis ad uitam ingredi, † serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit:
Non [e] facies homicidium, Non committes adulterium, Non facies furtum, Non
falsum dices testimoniū, Honora patrem & matrem, Et diliges proximum tuum
ut teipsum. Dicit illi adolescēs: Omnia hæc seruaui à iuuentute mea, quid adhuc
mihi deest? Ait illi Iesus: Si uis perfectus esse, abi, uende quæ habes, & da pauperi

[i] Græce non est ἑβδομηκοντάκις ἑπτάκις, quod esset, septuagies septies: sed est, ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ: quasi dicas septuagies septem. s. remissionibus, numero scilicet septenario, quem Petrus dixerat, septuagies multiplicato: ut sit, septuagies septenis. s. remissionibus, uel uicibus: id est, remitties quadringēties nonagies. Cæterum Christus multiplicando alludens ad septenarium à Petro obiectum, infinitas remissiones indicat, quasi dixisset Latine, sexcenties.

[t] Erasmus, sensum respiciens, longius à uerbis recessit. Et iniecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicens.

[a] Vel, creauit, hominem scilicet.

[b] Vel, in corpus unum: uel, unus homo.

[c] Vel, ob duritiam.

[d] Vel uerbi, ut sit Hebraismus, pro eo quod est, huius rei.

[e] Vel, non facies cædem.

bus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me. Quum autē audisset ado-
lescēs eum sermonem, abijt tristis: habebat enim possessiones multas. Iesus autem
dixit discipulis suis: Amen dico uobis, diues difficile intrabit in regnū cœlorum.
D Et iterum dico uobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diui
tem in regnum Dei ingredi. Auditis autem his, discipuli expauerūt ualde, dicen-
tes: Quis ergo potest salutem consequi? Intuitus autem [illos] Iesus, dixit illis: A-
pud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. Tūc
respondēs Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid
ergo obueniet nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico uobis, fore ut uos qui se-
quuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę,
sedeatis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et o-
mnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut
uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, [f] centuplum accipiet, & uitæ (f Vel, centies tanto amplius.)
æternæ sortietur hæreditatem. †Multi autem primi, erunt postremi: & postre- Matt. 20.b
mi, primi. Luc. 13.f 18.c

CAP. XX.

Quomodo sola dei bonitate & illius iustitia salutis mercedem recipiamus, uineæ & operariorum parabola exponitur. Christus mortē suam prædicit discipulis. Cumq; Zebedæi filij summā à Christo dignitatem petijssent, suo exemplo humilitatem docet. Duobus cæcis uisum restituit.

A NAm simile est regnū cœlorum homini patrifamiliâs, qui exijt primo statim
diluculo, ad conducendos operarios in uineam suam. Pactus autem cum
operarijs, denario in diem, misit eos in uineam suam. Et egressus circiter horam
tertiam, uidit alios stantes in foro otiosos: & illis dixit: Abite & uos in uineam, et
quodcunq; iustum fuerit, dabo uobis. Illi autem abierunt. Rursum autem egres-
sus circiter sextam & nonam horam, fecit similiter. Circa undecimā uero horam
egressus, inuenit alios stantes otiosos, ac dicit illis: Cur hic statis totum diem otio
si? Dicunt ei: Quia nemo nos cōduxit. Dicit illis: Abite & uos in uineam, & quic
quid fuerit iustum, accipietis. Quum autem aduesperauisset, dicit dominus uineę
procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedē, exorsus à postremis usq;
ad primos. Et quum uenissent, qui circa undecimam horam [uenerant,] accepe-
B runt singuli denarium. Venientes autem primi, arbitrati sunt se plus accepturos:
& acceperunt ipsi quoq; singuli denarium. Et quum accepissent, murmurabant
aduersus patremfamiliâs, dicentes: Hi postremi unam horam fuerunt in opere, et
illos nobis pares fecisti, qui portauimus onus diei & æstum. At ille respondēs
uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne denario pactus es me-
cum? Tolle quod tuum est, & abi. Volo autem huic postremo dare sicut & tibi.
An nō licet mihi quod uolo facere in rebus meis? Num oculus tuus [a] malignus (a Vel, malus.)
est, quia ego [b] benignus sum? †Sic erunt postremi primi, & primi postremi. Mul- (b Vel, bonus.) Matt. 19.d
ti enim sunt uocati, pauci uero electi. * Et ascendens Iesus Hierosolyma, ad- Mar. 10.d Luc. 13.f
sumpsit duodecim discipulos seorsum in uia, & ait illis: Ecce ascendimus Hiero- *Mar. 10.c
C solyma, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & conde- Luc. 18.e
mnabunt eum morte, & tradent eum gentibus illudendum, & flagellandum, &
crucifigendum, & tertia die resurget. † Tunc accessit ad eum mater filiorū Zebe Marc. 10. e
dæi cum filijs suis, adorans, & petens aliquid ab eo. At ille dixit ei: Quid uis? Ait
illi: Iube ut sedeant hi duo filij mei, unus tibi à dextra, & alter à sinistra in regno
tuo. Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere pocu-
lum quod ego bibiturus sum? & baptismate quo ego baptizor baptizari? Dicunt
ei: Possumus. Ait illis: Poculum quidem meum bibetis, & baptismate quo ego
baptizor baptizabimini: sedere autem mihi à dextra & sinistra, non est meum da-
re, [c] sed [ijs contingit] quibus est paratum à patre meo. Et quum audissent de-
cem

c Malim hoc interpretari sic, nisi qbus est paratū, &c. Solent enim sic Græci ἀλλὰ: *pro nisi uti.* Et sic nō opus esset dictionibus à priore interprete additis.

Digitized by Google

cem, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem cum aduocasset eos, dixit:
Marc.10.g Luc.22.c †Scitis principes gentium dominari ipsis: & eos qui magni sunt, potestatem exercere in ipsas. Non ita res habebit inter uos, sed quicunque uoluerit inter uos ma- D
gnus fieri, sit uester minister: & qui uoluerit inter uos primus esse, sit uester seruus. Sicut filius hominis non uenit ut sibi ministraret, sed ut ipse ministraret, ut que
Mar.10.g Luc.18.f.g daret animam suam redemptionem [b] pro multis. †Et egredientibus illis Hiericho, sequuta est eum turba multa. Et ecce duo cæci sedentes iuxta uiam, quum audissent Iesum præterire, clamauerunt, dicentes: Miserere nostri Domine fili Dauid. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Miserere nostri Domine, fili Dauid. Et cum restitisset Iesus, uocauit eos, & ait: Quid uultis faciam uobis? Dicũt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Intime autem affectus miseratione Iesus, tetigit oculos eorum: & confestim uisum receperunt oculi illorum, & sequuti sunt eum.

[b] Id est, pro tota multitudine hominum. Sic enim Græci solent τοὺς πολλοὺς uocare, ipsam uniuersitatem hominum, quamuis articulus absens nõ nihil huic sensui derogaret, nisi Hebræi quoque sic uterentur suo בכל.

CAP. XXI.

Christus regiam potẽtiam ostensurus Hierosolymam asina uectus aduenit, templum repurgat, ficum execratur, authoritatem suam contra phariseos defendit, quorum falsam religionem & perfidam impietatem cædisque cupidos animos uineæ parabola adumbrat. Sed dum hunc capere uolunt, populi metu impediuntur.

Marc.11.a Luc.19.c ET †quũ adpropinquassent Hierosolymis, & uenissent Bethphage ad mon- A
tem oliuarum, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in uicum qui est è regione uestri, & statim inuenietis asinam alligatã, & pullũ cum ea: soluite & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit, dicetis: Dominus his opus habet, & confestim [a] dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut impleretur quod
Zach.9.b Esa.62.d dictum est per prophetam, dicentem: Dicite filiæ Sion: †Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum [b] filium subiugis. Profecti autem discipuli, fecerunt sicut præceperat ipsis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum,
Ioan.12.b & imposuerunt super eos uestimenta sua, & eum [c] super illa collocarunt. †Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij uero cædebant ramos de arboribus, & sternebant in uia. Porrò turbæ quæ præcedebãt, & quæ sequeban
Psal.117.d tur, clamabant, dicentes: [d] Hos anna filio Dauid, [e] benedictus †qui uenit nomine
Mar.11.b Luc.19.g Ioan.2.c Domini: Hos anna in altissimis. †Et quum intrasset Hierosolyma, commota est uniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Turbæ autem dicebant: Hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiecit omnes B
uendentes & ementes in templo, mensasque [f] mensariorum, & cathedras uenden
Esa.56.c Hiere.7.b tium columbas, subuertit. Et dicit eis: Scriptum est: †Domus mea domus precationis uocabitur. At uos fecistis illam speluncam latronum. Et accesserũt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Cum uidissent principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hos anna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicant? Iesus au
Psal.8.b tem dicit eis: [g] Etiam. Nunquam legistis: †Ex ore infantium & lactentium concinnasti laudem? Et relictis illis, exijt è ciuitate Bethaniam, & diuersatus est illic.
Marc.11.b Mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt: Et quum uidisset †fici arborem unam in uia, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Ne posthac ex te fructus nascatur in æternum. Et arefacta est continuo ficus. Et eo uiso, discipuli mirati sunt, dicentes: Quàm continuo arefacta est ficus? Respondens aũt Iesus, dixit eis: Amen dico uobis, si habueritis fidẽ, & non hæsitaueritis, non solum hoc quod accidit ficui facietis, uerumetiã si monti huic dixeritis, Tollitor & mittitor in mare, fiet. Et omnia quæcunque petieritis in precatione credentes, accipietis. Et quum uenisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: Qua authoritate hæc facis? Et quis tibi dedit istam authoritatem? Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo uos &

[a] Alij hic ἀποστελεῖ legunt, ut uideatur dici de Iesu: alij ἀποστέλλει, ut dicatur de emittente asinam, quo sensu plærique ueterum intellexerunt.
[b] Malim interpretari, natum subiugi: quamuis Columella quoque filios equorum uocet pullos eorum.
[c] ἐπάνω αὐτῶν, al. ἐπάνω αὐτῆς, super illam.
[d] Id est, salutem da quæso.
[e] Vel, prædicãdus: uel laudabilis, uel fortunatus.
[f] Vel, numulariorum.
[g] Vel, sanè.

ego [h]quiddam, quod si dixeritis mihi, & ego uobis dicam qua authoritate hęc fa
ciam. Baptismus Ioannis unde erat? è cœlo, an ex hominibus? At illi [i]disputabãt
apud se, dicentes: Si dixerimus, E cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis il
li? Sin autem dixerimus, Ex hominibus, timemus multitudinem. †Omnes enim Matt. 24.d
[k]habent Ioannem [l]ut prophetam. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait
illis & ipse: Nec ego dico uobis qua authoritate hæc faciam. Quid autem uo-
bis uidetur? Homo [m]quidam habebat duos filios, & accedens ad priorem, dixit:
Fili, abi hodie, operare in uinea mea. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea ue
ro pœnitentia motus, abijt. Et cum accessisset ad alterum, dixit similiter. At ille
respondens, ait: [n]Faciam domine, & non abijt. Vter è duobus obsecutus est uo-
luntati patris? Dicũt ei: Prior. Dicit illis Iesus: Amen dico uobis, publicani & me
retrices præcedũt uos in regnum Dei. Venit enim ad uos Ioannes per uiam iu- Matt. 3.c
stitiæ, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos au
tem quum uidissetis, non fuistis commoti pœnitentia postea, ut crederetis ei.
D Aliam parabolam audite. †Homo quidam erat paterfamiliãs, qui plantauit ui- Esa. 5.a b
neam, & sepem circundedit ei, ac fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, loca- Hiere. 2.d Marc. 12.a
uitq; eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autẽ tempus fructuum adpro Luc. 20.b
pinquasset, emisit seruos suos ad agricolas, ut caperent fructus ipsius. Et agricolæ
adprehensis seruis eius, alium cæciderunt, alium occiderũt, alium uero lapidaue-
runt. Iterum emisit alios seruos, plures prioribus, & tractarunt illos similiter. Po
stremo autẽ emisit ad eos filiũ suum, dicens: Reuerebuntur filiũ meum. Agricolę
autem uiso filio, dixerunt [o]apud se: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & occu
pemus hæreditatem eius. Et adprehensum eum, eiecerunt extra uineam, & occi-
derunt. Quũ ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? Dicunt illi:
B Malos male perdet illos, & uineã locabit alijs agricolis, qui reddẽt ei fructus tem
poribus suis. Dicit illis Iesus: Nunq̃ legistis in scripturis: †Quem reprobauerunt Psal. 117.d
lapidem ædificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est hoc, Act. 4.b Rom. 9.g
& est mirabile oculis nostris? Ideo dico uobis, auferetur à uobis regnũ Dei, & da 1. Pet. 2.a
bitur genti [p]facienti fructus eius. *Et qui ciciderit super lapidem hunc, cõfringe Luc. 20.c Marc. 12.a
tur: super quencunq; uero ceciderit, cõteret eum. Et quũ audissent principes facer *Esa. 28.d
dotũ ac pharisæi parabolas eius, cognouerũt de ipsis loqui eum, & quærentes illi
manus inijcere, timuerũt multitudinẽ, quoniam tanq̃ prophetã eum habebant.
Et [q]respondens Iesus, iterũ dixit eis per parabolas, & ait.

CAP. XXII.

Describitur inuitatorum ad nuptias & uestis nuptialis parabola. Quæstionem de censu dando Cæsari Christus explicat. Sadducæos resurrectionem negantes conuincit. Quod summum in lege præceptum sit docet. Et cuius nam filius sit Christus Dauidis testimonio demonstrat.

A Assimilatum †est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Luc. 14.d
†Et emisit seruos suos, ut uocarent inuitatos ad nuptias, & nolebant ueni- Apoc. 19.b
re. Rursum emisit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum pa
raui, tauri mei & altilia mactata sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi au
tem neglecta re, abierunt, alius quidem in agrum suum, alius uero ad negotiatio
nem suam. Reliqui uero apprehenderunt seruos eius, & cõtumelijs adfectos, oc
ciderunt. Rex autem audita re, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homi
cidas illos, & urbem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem pa-
ratæ sunt, sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, &
quotcunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui illi in uias, congregaue
runt omnes quotquot inuenerunt, malos pariter ac bonos: & impleræ sunt nu-
B ptiæ discumbentibus. Ingressus autem rex ut uideret discumbentes, uidit illic ho
minem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non
habens

h Verbi interpretatione, sermonẽ unũ. Sed Ebraismus est, pro, rem quandam: uel, aliquã quæstionem דבר אחד

i Vel, ut uetus interpres, cogitabant.

k ἔχουσι, alij legunt ἔχον .i. habebant.

l Vel, propheta.

m Hoc enim ualet Græcis omissus articulus.

n Verbi interpretatione, Ego domine: sed Hebraismus est. Respondent enim Hebræi per pronomina, ubi Latini per uerba aut aduerbia.

o Vel, inter se.

p Vel, afferenti.

q Vel, orsus. Nã uerbum respondendi etiam pro ordiri sermonem in usu est Hebræis.

Digitized by Google

Matth.13.f habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit † rex ministris: Vinctis
25.c pedibus & manibus suis ejicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor den
Marc.12.b tium. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. † Tunc profecti pharisæi, con-
Luc.20.d silium cœperunt, quo pacto illaquearent eum in sermone. Et ad illum emittunt
discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus te uerac̃e esse, & uiã
Dei cum ueritate docere, neq; curare quenquam: nõ enim respicis personam ho-
minũ. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur? Licet censum dare Cæsari, an non? Co-
gnita aũt Iesus malitia eorum, dixit: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mi-
hi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Cuius est imago
Rom.13.c hæc, & inscriptio? Dicũt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: † Reddite ergo quæ sunt Cæ
saris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et his auditis, mirati sunt: & omisso eo, abie
Marc.12.b runt. † Illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui negant esse resurrectionem, C
Luc.20.d
Act.23.b & interrogauerunt eum, dicentes: [a] Magister, Moses dixit: Siquis * mortuus fue
Deu.25.b rit, non habens liberos, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri
suo. Erant aũt apud nos septem fratres, & primus uxore ducta, defunctus est: ac
nõ habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter & secundus & ter-
tius, usq; ad septem. Postremum aũt omnium defuncta est & mulier. In resurre-
ctione ergo cuius è septem illis erit uxor? Omnes enim habuerũt eam. Respon-
dens autem Iesus, ait illis: Erratis, non scientes scripturas, neq; potentiam Dei. In
resurrectione enim neq; matrimonium contrahunt, neq; elocantur, sed sunt sicut
angeli Dei in cœlo. De resurrectione uero mortuorum non legistis, quod uo-
Exod.3.b bis dictum est à Deo, qui ait: † Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus
Iacob. Deus, non est Deus mortuorum, sed uiuentiũ. Et quum audissent turbæ,
stupuerunt super doctrina eius. † Pharisæi autem quum audissent, quod obtu- D
Marc.12.c
Luc.10.e rasset os Sadducæis, conuenerũt simul, & interrogauit eum unus ex eis, legis do-
ctor quispiam, tentans eum, & dicens: Magister, quod est mandatum [b] maximũ
Deut.6.a in lege? Dixit autem illi Iesus: † Diliges Dominum deum tuum, toto corde tuo,
& tota anima tua, totaq; mente tua. Hoc est primum & maximum mandatum.
Leuit.19.d Secundum autem simile huic: † Diliges proximũ tuum perinde atq; teipsum. In
Marc.12.c his duobus mandatis tota lex & prophetæ pendent. † Congregatis autẽ pha-
risæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid uobis uidetur de Christo? cuius filius
est? Dicũt ei: Dauidis. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum Do-
Psal.109.a minum, dicens: † Dixit Dominus domino meo, sede à [c] dextra mea: Donec po-
nam inimicos tuos, subsellium pedum tuorũ? Si ergo Dauid uocat eum domi-
num, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respõdere quicquam, neq; au-
sus fuit quisquam ex eo die eum amplius interrogare.

CAPVT XXIII.

Acerba falso docentium & hypocritarum obiurgatio, quibus & simulatam sancti-monian & prophetarum cædes obijcit. Deinde Hierosolymis quoq; excidium propter impiam ingratitudinem minatur.

TVnc Iesus loquutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens: In cathedra A
Mosi sederunt scribæ & pharisæi, omnia ergo quæcunq; iusserint uos serua-
re, seruate, & facite: cæterum secundũ facta eorum ne facite: dicunt enim, & non
Luc.11.g faciunt. † Colligant enim onera grauia, difficiliaq; portatu, & imponũt in hume
Act.15.e ros hominum, cæterum digito suo nolunt ea mouere. Omnia uero facta sua fa-
Marc.12.d ciunt in hoc, ut spectẽtur ab hominibus. Dilatant autem phylacteria sua, & am-
Luc.20.g plificant fimbrias palliorum suorum, amantq; primos accubitus in cœnis, & pri
mas sedes in [a] synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rab-
bi. Vos aũt ne uocemini Rabbi, unus est enim magister uester, [nempe] Christus:
omnes autem uos fratres estis. Et patrem ne uocaueritis uobis in terra: unus est B
enim pater uester, qui est in cœlis. Nec uocemini magistri: unus enim uester est

[a] Vel, Præceptor.

[b] Verbi interpretatione, magnũ, iuxta Hebraismũ, qui posi tiuo utitur pro superlatiuo, quo caret.

[c] Sic Latinius quã iuxta Græcum idioma, à dextris meis: præterquã quod Hebraice quoq; in Psalmo singularis est numerus.

[a] Vel, concilijs, ut uetus interpres habet.

Digitized by Google

magister, [nempe] Christus. Qui maximus est uestrum, erit minister uester. † Qui Luc.14.c & 18.c
autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Væ au-
tem uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorũ ante ho-
mines: uos enim nõ intratis, neq; [b] ingressuros sinitis intrare. † Væ uobis scri- Luc.20.g
bæ & pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos uiduarũ, id'q; prætextu, ut qui
prolixe precemini, propter hoc grauius iudicium subibitis. Væ uobis scribæ &
pharisæi hypocritæ, quia obitis mare & [c] terram, ut faciatis unum [d] proselytum:
& quum fuerit factus, facitis eum [e] filium gehennę duplo magis quàm uos estis.
Væ uobis duces cæci, quia dicitis: Quicũq; iurauerit per templũ, nihil est: qui au-
tem iurauerit per aurum templi, [f] in noxia est. Stulti & cæci, utrũ enim maius est,
aurum an templum, quod [g] sanctificat aurũ? Et quicunq; iurauerit per altare, ni-
hil est: quicunq; aũt iurauerit per donum, quod est super illud, in noxia est. Stul-
ti ac cæci, utrum enim maius est, donum an altare quod sanctificat donum? Qui
C ergo iurauerit per altare, iurat per ipsum, & per omnia quæ super illud sunt. Et
qui iurauerit per templum, iurat per ipsum, & per eum qui habitat in ipso. Et qui
iurauerit per cœlum, iurat per solium Dei, & per eum qui sedet super ipsum. Væ
uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentham, & anethũ & cymi
num: & reliquistis quæ grauiora sunt legis, [i] iudicium, & misericordiã ac fidem.
Hæc oportebat fecisse, & illa nõ omisisse. Duces cæci, excolantes culicem, came-
lum autem glutientes. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia purgatis
exteriorem poculi patinæ'q; partem, cæterum intus [k] plena sunt rapina & intem-
perantia. Pharisæe cæce, † purga prius quod est intra poculum & patinam, ut & Tit.1.d
exterior horũ pars pura reddatur. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia
similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidem adparent speciosa, intus uero
plena sunt ossibus mortuorum, omni'q; spurcitia: sic & uos foris quidem adpa-
retis hominibus iusti, intus autem pleni estis [l] hypocrisi & iniquitate. Væ uobis
D scribæ & pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis
monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissemus tempore patrum nostrorum, non
fuissemus socij eorũ in [m] sanguine prophetarũ. Itaq; testimonio estis uobismet-
ipsis, quod filij sitis eorum qui prophetas occiderunt. Vos quoq; implete mensu-
ram patrum uestrorum. Serpentes, progenies uiperarũ, quomodo effugietis [n] iu-
dicium gehennæ? Ideo ecce, ego mitto ad uos prophetas, & sapientes, & scri-
bas: & illorum aliquot occidetis, crucifigetis'q;: & illorum nonnullos flagella-
bitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate [o] alia in aliam, [p] ut redun-
det in uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram à sanguine † Abel iu Gen.4.b
sti usq; ad sanguinem † Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & 2.Par.24.d
altare. Amen dico uobis, [q] redundabunt hæc omnia in [r] nationem istam. † Hie- Luc.13.g
rusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te ipsam missi
sunt: † quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat 4.Esd.1.c
pullos suos sub alas, & noluistis? Ecce, relinquitur uobis domus uestra deserta.
Dico enim uobis, haudquaquam me uidebitis posthac, donec dicatis: [s] Benedi-
ctus, qui uenit nomine Domini.

CAPUT XXIIII.

Christus iudicium & fatum Hierosolymis impendens exponit, describens simul quæ signa & turbæ illum interitum præcessuræ sint, & quàm crudelis futura sit uastatio. Deinde occasione accepta de orbis totius excidio disserit, siue de consummatione seculi & de glorioso aduentu filij hominis in iudicium, adhortans omnes ad uigilantiam & sobrietatem præmijs pœnisq; propositis.

A ET † egressus Iesus, discedebat à templo, & accesserunt discipuli eius, ut osten- Luc.21.b
derent ei structuras templi. Iesus autem dixit eis: Nónne uidetis hęc omnia? Marc.13.a
Amen dico uobis, † non relinquetur hic lapis super lapidẽ qui non destruendus Luc.19.g
sit.

[b] Id est, eos qui conãtur ingredi.
[c] Quæ eclipsĩ Hebraica, arida dicitur.
[d] Id est, ut pertrahatis aliquem ethnicũ in uestrã religionẽ: q. d. ad religionẽ aduentitium.
[e] Hebraismus est, id est, obnoxiũ gehẽnę.
[f] Vel, ei præstanda culpa est. Verbi interpretatione, debet.
[g] Vel, consecrat.
[h] Vel, consecrat.
[i] Siue ius & beneficentiam.
[k] Scilicet, poculũ, et patina, & quæ significantur hac allegoria.
[l] Simulatione, id est, studio simulationis.
[m] Id est, cæde.
[n] Iudiciũ pro supplicio, Hebraismus est & synecdoche.
[o] Verbi interpretatione, de ciuitate in ciuitatem.
[p] Vel, ut recidat in uos: uerbi interpretatione, ut ueniat super uos.
[q] Verbi interpretatione, uenĩet hæc omnia super, &c.
[r] Id est, genus hoc hominum.
[s] Vel, felix: uel, fortunatus: uel, prædicandus.

Digitized by Google

sit. Sedente autem eo in monte Oliuarum, accesserunt ad eum discipuli [a]seor- a Vel, solum.
sum, dicentes: Dic nobis, quando hæc euenient? & quod signum aduentus tui, &
Ephes.5.b Coloss.2.c cōsummationis sæculi? Et respondens Iesus, dixit eis: †Videte ne quis uos seducat.
Multi enim uenient nomine meo, dicētes: Ego sum Christus, multosq; seducent.
Audituri autem estis bella, & rumores bellorum, uidete ne turbemini. Oportet
Esd.13.e enim ea omnia fieri, sed nondum [b]est finis. †Consurget enim gens in gentem & b Vel al. iam.
regnum in regnum: & erūt pestilentiæ, & fames, & terræmotus [c]certis locis. Hæc c Vel, hinc inde atque ut si dicas, locatim seu per loca, non autem singulis locis.
Matt 10.c Dan.16.a autem omnia initiū sunt dolorum. Tunc †tradent uos in adflictionem, & occi
dent uos: & eritis [d]inuisi cunctis gentibus propter nomen meum. Et tunc offen- d Vel, odio.
dentur multi, et alius alium inuicem tradent, seq; odio habebunt inuicem, & mul B
Esd.14.b ti pseudoprophetæ exorientur, ac seducent multos. †Et propterea quod multipli
cata fuerit iniquitas, frigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit usq;
Marc.13.b in finem, hic saluus erit. †Et prædicabitur hoc Euangeliū regni in uniuerso orbe,
Dan.9.g in testimonium omnibus gentibus: & tunc ueniet ille finis. †Cum ergo uideri
tis [e]abominationem desolationis, (quæ dicta est per Danielem prophetam,) stan e Id est, fœditatem exitialem.
tem in loco sancto: qui legit, intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiāt in mōtes:
qui in tecto, non descendat, ut tollat quicquam è domo sua: & qui in agro, nō re
uertatur retro, ut tollat uestes suas. Væ autem prægnantibus & lactantibus in die
Dan.12.a bus illis. Orate autem, ut nō fiat fuga uestra hyeme, neq; sabbato. †Erit enim tūc
adflictio magna, qualis non extitit ab initio mundi, ad hoc usq; tempus, neq; exi
stet. Et nisi decurtati fuissent dies illi, nō seruaretur ulla [f]caro: sed propter electos, f Id est, corpus: uel, animãs ullum, iuxta Hebraismũ: uel, quicquam mortale.
Matt 13.c Luc.17.e decurtabuntur dies illi. †Tunc si quis uobis dixerit: Ecce, hic Christus, aut illic:
ne credatis. Exorientur enim [g]pseudochristi & pseudoprophetæ, & ædent signa g Id est, qui se falso Christi nomine uendi tant.
magna, & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi. Ecce,
prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis: ecce, in deserto est, ne exeatis: ecce, in pene- C
tralibus, ne credatis. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & relucet usq; in Occiden
tem, ita erit aduentus filij hominis. Vbicunq; enim fuerit cadauer, illic congrega
Marc.13.c Luc.21.e Ioel 3.c buntur aquilæ. †Statim autem post adflictionem dierum illorum, sol obscura-
bitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, uires'q; cœlorum
commouebuntur: & tunc adparebit signū filij hominis in cœlo, plangentq; tunc
Apoc.1.b omnes [h]tribus terræ, †& uidebunt filium hominis uenientē in nubibus cœli, cū h Vel potius, nationes
Marc.13.d potentia & gloria multa. †Et mittet angelos suos cum tubæ sonitu magno, & cō
gregabunt electos eius, à quatuor uētis, ab extremis cœlorum, usque ad extrema
eorundem. Ab arbore autem fici discite similitudinem, quum iam ramus eius
tener extiterit, & folia fuerint enata, scitis prope esse æstatem. Ita & uos quum ui-
deritis hæc omnia, scitote propè esse in foribus. Amen dico uobis, nō præterierit
[i]ætas hæc, donec omnia ista facta sint. Cœlum & terra præteribunt, uerba autem i Vel, natio.
mea nequaquam præterierint. Cæterum diem illam et horam nemo scit, ne ange D
Gen.6.& 7.c Luc.17.d.f li quidem cœlorum, nisi pater meus solus. †Sed sicut erant dies Noe, ita erit
et aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus qui præcesserunt diluuium,
edentes & bibentes, contrahentes matrimonium, & nuptum dantes, usq; ad eum
diem, quo intrauit Noe in arcam, et non cognouerunt, donec uenisset diluuium,
Luc.17.g & sustulisset uniuersos: ita erit & aduētus filij hominis. Tunc †duo erunt in agro,
unus adsumitur, & alter relinquitur: duæ molētes in mola, una adsumitur, et alte
Luc.12.e ra relinquitur. †Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester uentu-
rus sit. Illud autem scitote, si scisset paterfamiliâs, qua uigilia fur uēturus fuisset, ui
gilasset utiq;, & non siuisset perfodi domum suam. Ideo & uos estote parati, quia
Matt.25.b qua hora non putatis, filius hominis uenturus est. †Quis est fidelis seruus & pru
dens, quem præfecit dominus famulitio suo, ut det illis alimentum in tempore?
Apoc.16.c †Beatus seruus ille, quem quum uenerit dominus eius, inuenerit sic facientem. A-

Digitized by Google

men dico uobis, omnibus bonis suis præficiet eũ. Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo: Cunctatur dominus meus uenire, cœperitq́ percutere conseruos, edere autem & bibere cum ebrijs, ueniet dominus serui illius, in die qua non expectat, & hora qua ignorat, & dissecabit eum, partemq́ eius ponet cum hypocritis, ibi erit ploratus & stridor dentium.

CAPVT XXV.

Parabola decem uirginum & talentorum uigilantiam fidemq́; dignis relucentem fructibus suadet & sui iubet memores esse officij. Hinc quæ nam extremi iudicij forma futura sit, edocet.

A TVnc assimilabitur regnum cœlorũ decem uirginibus, quæ sumptis lampadibus suis, exierunt obuiã sponso. Quinq; aũt ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Quæ erant fatuæ, acceptis lampadibus suis, nõ sumpserant oleum secum. Prudentes uero sumpserant oleum in uasis suis unà cũ lampadibus. Cunctante uero sponso, dormitauerunt omnes, ac dormierunt. Porrò medio noctis clamor factus est: Ecce, sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & adornauerunt lampades suas. Fatuæ autem prudentibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. At prudentes responderunt, dicentes: [Nequaquã,] nequando nõ sufficiat nobis & uobis: quin ite potius ad uenditores, & emite uobisipsis. Porrò dum abirent emptũ, uenit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, clausaq́ est ianua. Postea uero ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondẽs, ait: Amen Dico uobis, nõ noui uos. Vigilate itaq;, quia

B nescitis diem neq; horã qua filius hominis ueniet. †Sicut enim homo quidam peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua: & huic quidẽ dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij uero unum: unicuiq; secundum suam facultatem, & peregre profectus est statim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat, & negotiatus est per ea, & confecit altera quinq; talenta. Similiter & qui duo [acceperat,] lucratus est & ipse altera duo. Qui aũt unum acceperat, abijt, & fodit in terra, & abscõdit pecuniam domini sui. Post multum uero temporis, uenit dominus seruorum illorũ, & subducit rationem cum eis: & accedens qui quinq; talenta acceperat, attulit altera quinq; talenta, dicens: Domine, quinq; talenta tradidisti mihi, ecce, altera quinq; talenta lucratus sum per ea. Ait autẽ illi dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, [a] in paucis fuisti fidelis, multis te præficiã: intra in gaudium domini tui. Accedens aũt & qui duo talenta acceperat, ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce, altera duo talenta lucratus sum per ea. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, in paucis fuisti fidelis, multis te præficiam: intra in gaudiũ domini tui. Accedens autẽ & qui unum talentũ acceperat,

C ait: Domine, noueram te hominem esse durum, metentem ubi non seminasti, & inde congregantem ubi non sparsisti, ac territus abij, abscondiq́ talentum tuum in terra. Ecce, habes quod tuũ est. Respondens autẽ dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas me metere ubi non seminaui, & congregare illinc ubi non sparsi: oportuit ergo te commisisse pecuniã meam mensarijs, & ueniens ego recepissem utiq; quod meum est cum usura. Tollite itaq; ab eo talentũ, & date ei qui habet decem talenta. †Omni enim habenti dabitur, & abundabit: Qui uero nõ habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Et inutilem seruũ eijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Cum autem uenerit filius hominis in gloria sua, & omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit in solio gloriæ suæ: & cõgregabuntur ante eum omnes Gentes, & separabit eos, alteros ab alteris, sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues quidẽ à [b] dextra sua, hœdos autem à sinistra. Tunc dicet rex his, qui à dextra sibi erunt: Venite [c] benedicti patris mei,

D possidete regnum paratum uobis à primordio mundi. †Esuriui enim, & dedistis mihi

Marginal references: Luc. 19.b — Matt. 13.b; Marc. 4.c; Luc. 8.c, 19.d — Esa. 58.b; Ezec. 18.b

[a] Vel, paucis præfectus. Hoc enim ualet *επὶ cũ accusatiuo.*

[b] Pluralis numerus in his, Græcismus est.

[c] Id est, fortunati: uel, fauorabiles.

Digitized by Google

mihi cibum: sitiui, & dedistis mihi potũ: peregrinus eram, & hospitio accepistis
Ezech. 7.d me: nudus, & operuistis me: † infirmus fui, & uisitastis me: in carcere eram, & ue
nistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quādo te uidimus
esurientem, & pauimus? aut sitientem, & potum dedimus? Quādo autem te ui-
dimus peregrinum, & hospitio excepimus? aut nudum, & operuimus? quando
autem te uidimus infirmum, aut in carcere, & uenimus ad te? Et respondens rex,
dicet illis: Amen dico uobis, quatenus fecistis uni de his fratribus meis minimis,
Psal. 6.c mihi fecistis. † Tunc dicet & his, qui à sinistra erunt: Discedite à me [b] maledicti — [b] Vel, infelices: uel, execrabiles.
Matth. 7.d in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & nõ
Luc. 13.f dedistis mihi cibum: sitiui, & non dedistis mihi potum: peregrinus eram, & non
excepistis me hospitio: nudus, & nõ operuistis me: infirmus, & in carcere, & nõ
uisitastis me. Tunc respondebũt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te uidimus
esurientem, aut sitientem, aut peregrinum, aut nudum, aut infirmũ, aut in carcere,
& nõ ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico uobis, qua-
Ioan. 5.c tenus non fecistis uni de minimis his, nec mihi fecistis. † Et abibunt hi in suppli-
cium æternum: iusti uero in uitam æternam.

CAPVT XXVI.

Christus in domo Simonis leprosi sepulturæ præparatus à Iuda proditur: ante tamen cœna instituta ad montem oliueti egreditur, ubi milites captum ad seniores populi & sacerdotes deducunt, quorum sententijs damnatur. Petrus uero perterritus, ter, ut prædixerat illi dominus, eundem abnegat.

PORrò autem, quum finisset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: A
Marc. 14.a Scitis, † post biduum pascha agi, & filius hominis traditur, ut crucifigatur.
Luc. 22.a Tunc congregati sunt principes sacerdotũ, & scribæ, & seniores populi, in [a] atriũ — [a] Vel, aulam.
principis sacerdotũ, qui dicebatur Caiaphas: & consiliũ inierunt, ut Iesum dolo
caperẽt, & occiderẽt. Dicebant aũt: Non in die festo, ne tumultus fiat in populo.
Cum aũt Iesus esset Bethaniæ, in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier,
habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius accumbentis.
Quod uidentes discipuli eius, indignati sunt dicentes: Quorsum perditio hæc?
Potuit enim istud unguentũ uenundari magno, & dari pauperibus. Eo autẽ co-
gnito, ait Iesus illis: Quid molestias exhibetis mulieri? Opus enim bonũ operata
est erga me. Nam semper pauperes habetis uobiscũ, me uero nõ semper habetis.
Quod enim hæc unguentum hoc misit super corpus meum, ad sepeliendũ me fe
cit. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatũ fuerit Euangeliũ hoc in toto mundo,
Marc. 14.b dicetur &, quod fecit hęc, in memoriã ipsius. † Tunc abijt unus de duodecim, qui B
Luc. 22.a dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotũ, & ait: Quid uultis mihi dare,
& ego uobis tradã illum? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et ex eo tem
Marc. 14.b pore quærebat oportunitatẽ, ut eum [b] traderet. † Cæterũ primo [die] azymorũ — [b] Vel, proderet.
Luc. 22.a accesserũt discipuli ad Iesum, dicentes ei: Vbi uis paremus tibi ad edendũ pascha?
At ille dixit: Ite in ciuitatẽ ad [c] illum quempiam, & dicite ei: Magister dicit, tem- — [c] τὸν δεῖνα significat certũ quempiã, quẽ tum nominarit Christus, euangelista autẽ non nõminat.
Marc. 14.b pus meum prope est, apud te ago pascha cum discipulis meis. Et fecerũt discipuli
Luc. 22.b sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. † Cum autem aduesperauisset
Ioan. 13.b discumbebat cum duodecim, & edentibus illis, dixit: † Amen dico uobis, unus
uestrũm me proditurus est. Et mœstitia affecti uehementer, cœperunt singuli di-
cere ei: Nunquid ego sum Domine? At ipse respõdes, ait: [D] Qui intinxit mecum — [D] Vel, qui intinxerit. Nã & hoc potest significare, ὁ ἐμβάψας.
manum in catino, hic me proditurus est. Filius quidem hominis abit, sicut scri-
ptum est de illo: uæ autem homini illi per quem filius hominis proditur, bonum
erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autẽ Iudas, qui [c] tradidit eum,
1. Cor. 11.c dixit: Num ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. † Vescentibus autem eis, accepit C — [c] Vel, prodidit.
Iesus panem, & quum egisset gratias, fregit, deditq; discipulis, & ait: Accipite, co-
medite, hoc est corpus meum. Et accepto poculo, actisq; gratijs, dedit illis, dicẽs:

Digitized by Google

Bibite ex hoc omnes: Hic est enim sanguis meus, qui est noui Testamẽti, qui pro
multis [f] effunditur in remissionem peccatorũ. Dico autem uobis: Neutiquam bi
bero posthac de hoc [g] fructu uitis, usq; in diem illum, quũ illum bibam uobiscum
nouum in regno patris mei. Et [h] quum hymnũ cecinissent, exierunt in montem
Oliuarũ. Tunc dicit illis Iesus: Omnes uos offendemini mea causa nocte hac.
Scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquã au
tem suscitatus fuero, præcedam uos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait
illi: Et si omnes offendantur tua causa, ego tamẽ nunquã offendar. Ait illi Iesus:
Amen dico tibi, hac nocte antequam gallus cantet, ter negabis me. Ait illi Petrus:
Etiamsi oportuerit me mori tecum, neutiquam te negabo. Similiter & omnes di
scipuli dixerunt. † Tunc uenit Iesus cum illis in [i] prædium, quod dicitur Geth Marc.14.d
D semane, & dicit discipulis: Sedete hic, donec digressus, orem illic. Et adsumpto
Petro, & duobus filijs Zebedæi, cœpit affici mœstitia & anxietate. Tunc ait illis
Iesus: Mœsta est anima mea usq; ad mortẽ: manete hic, & uigilate mecũ. † Et pro Luc.22.e
gressus paululũ, procidit in faciem suam, orans, ac dicens: Pater mi, si fieri potest,
transeat à me poculum istud. Veruntamen nõ sicut ego uolo, sed sicut tu. Et ue
nit ad discipulos, & reperit eos dormientes, & dicit Petro: Adeò nõ potuistis unã
horam uigilare mecum? Vigilate & orate, ut ne [k] incidatis in tentationẽ. Spiritus
quidẽ promptus est, at [l] caro infirma. Rursum secundo digressus, orauit, dicens:
Pater mi, si non potest hoc poculum transire à me, nisi bibero illud, fiat uoluntas
tua. Et uenit, & reperit eos iterum dormiẽtes. Erant enim oculi eorũ grauati. Et
relictis illis, iterum abijt, & orauit tertiò eundem sermonem dicens. Tunc uenit
ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam hinc, & requiescite. Ecce, adpropin
quauit hora, & filius hominis traditur in manus [m] peccatorũ. Surgite, eamus, ec
E ce adpropinquauit qui me tradit. † Adhuc eo loquente, ecce, Iudas unus ex duo Marc.14.e
decim, uenit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, à principibus sacer Luc.22.e
dotum & senioribus populi. Proditor aũt eius dedit illis signum, dicẽs: Quem Ioan.18.a
cunq; osculatus fuero, ipse est, prehendite eum: & confestim accedens ad Iesum,
dixit: Aue rabbi. Et deosculatus est eum. Dixitq; illi Iesus: Amice, quorsum ades?
† Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & prehenderunt eum. Et ecce,
unus ex his, qui erant cum Iesu, extenta manu, exemit gladiũ suum, & percutiens
seruum principis sacerdotũ, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: Con
uerte gladium tuum in locum suum. † Omnes enim qui accipiũt gladiũ, gladio Apoc.13.c
[n] peribunt.. An existimas, quod non possim modo rogare patrem meũ, qui exhi Gen.9.a
beat mihi plusquàm duodecim legiones angelorũ? Quomodo ergo implebun
tur scripturæ, [o] quod sic oporteat fieri. Illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam
ad latronem existis cum gladijs & fustibus, ad comprehendendum me: quotidie
apud uos sedebam docẽs in templo, & nõ me prehendistis. † Hoc autem totum Esa.53.c.d
factum est, ut complerentur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes reli
F cto eo, fugerunt. At illi cõprehensum Iesum abduxerunt ad Caiaphã principem
sacerdotum, ubi scribæ & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum
procul usq; ad [p] atrium principis sacerdotum. Et ingressus intrò, sedebat cum mi
nistris, ut uideret finem. Principes autem sacerdotum & seniores, & totum con
cilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut morti eum traderent, &
non inueniebant: etiam quum multi falsi testes accessissent, nõ inueniebant. Po
stremo autem aduenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit: Possum destrue
re templum Dei, & in triduo ædificare illud. † Et surgens princeps sacerdotũ, ait Marc.14.f
illi: Nihil respondes? Cur isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. † Et Luc.22.f
[q] respondens princeps sacerdotum, dixit illi: Adiuro te per Deum uiuentem, ut di
cas nobis, an tu sis Christus, filius Dei. Dicit illi Iesus: [r] Tu dixisti. Veruntamen
dico

f Non rarũ est Euãgelistis præsentia ponere p mox futuris.
g Periphrasis est uini.
h Vel, cũ hymnũ recitassent.
i Græce χωρίον legitur quod locũ significat.
k Vel, ne succũbatis aut cedatis tentationi.
l Vel, humanitas,
m Vel, flagitiosorũ.
Augus. lib. 22. contra Faust. [illegible]
n Secundũ legẽ, quę iubet homicidas interfici.
o Vel, quod talia oporteat euenire.
p Vel, aulam.
q Hebraismus est, ut supra quoq; annotauimus, p, Orsus uel Iterum.
r Id est, id quod dixisti, scilicet sum.

Digitized by Google

dico uobis, iam hinc uidebitis filiū hominis sedentē à [s] dextera [t] potentiæ, & ue- | [s] Pluralis numerus in tali sermone, Græcismus est.
nientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum disrupit uestimenta sua, G | [t] Antonomasia est, id est, à dextra dei.
dicens: Proloquutus est blasphemiam, quid insuper egemus testibus? Ecce, nunc
audistis blasphemiam eius, quid uobis uidetur? At illi respondentes, dixerunt:
Esa. 5. c | Reus est mortis. †Tunc inspuerunt in faciem eius, & colaphos ei infregerunt. A-
lij autem [u] palmis cæciderunt eum, dicentes: Vaticinare nobis Christe: Quis est, | [u] Vel, depalmarunt.
Marc. 14. g Luc. 22. f Ioan. 18. c | qui te percussit? †Petrus uero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una an
cillula, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicēs:
Nescio quid dicas. Quum autē exijsset in uestibulum, uidit eum alia [ancillula,]
& ait his qui aderant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum
iureiurando: Non noui hominem. Et paulò post accesserunt qui stabant, & dixe
runt Petro: Vere & tu ex illis es: nam & [x] sermo tuus te manifestum facit. Tunc | [x] Vel, lingua tua te prodit.
cœpit deuouere se & iurare, quod non nosset hominem. Et continuo gallus can
Marc. 14. b Luc. 22. c | tauit. Et recordatus est Petrus uerbi Iesu, qui dixerat ei: †Priusquam gallus cantet,
ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

CAP. XXVII.

Iudas cum Iesum Pilato traditum uidisset, abiecta proditionis mercede laqueo uitam finiuit. Pilatus eum multa frustra tentasset, Iesum flagellatum crucifigi iubet. Suspēsus illuditur: mortem plurima signa subsequūtur: sepelitur à Iosepho splendide. Iudæi sepulcrum ne resurgat, obsident.

Marc. 15. a Luc. 23. a Ioan. 18. c | TEmpore uero iam matutino, †consilium ceperūt omnes principes sacerdo- A
tum, & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. Et uinctū
eum, abduxerunt, & tradiderunt eum Pontio Pilato præsidi. Tunc uidens Iu-
das, qui eum prodiderat, quod condemnatus esset, pœnitentia ductus, retulit tri-
ginta argenteos ad principes sacerdotum & seniores, dicens: Peccaui, qui prodi-
derim sanguinem innoxium. At illi dixerunt: Quid nostra? tu uideris. Et proie-
Act. 1. c | ctis argenteis in templo, recessit: †& abijt, & laqueo se præfocauit. Principes
autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere [a] in corbo- | [a] Vel, in gazophylacium.
nam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum fi-
guli, in sepulturam peregrinorum: quapropter uocatus est ager ille, ager sangui-
nis, usq; in hodiernum diem. Tunc impletum est, quod dictū est per Hieremiam
Zach. 11. c | prophetam, †dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, pretiū æstimati, quem B
æstimatum emerunt à filijs Israel, & impenderunt eos in agrum figuli, sicut cōsti
Marc. 15. a Luc. 23. a Ioan. 18. f | tuit mihi Dominus. †Iesus autem stabat ante præsidem, & interrogauit eum
præses, dicens: Es tu rex Iudæorum? Ait autem illi Iesus: Tu dicis. Et quum accusa-
retur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pila-
tus: Non audis quàm multa aduersum te testificentur? Et non respondit ei ad
ullum uerbū, ita ut miraretur præses uehemēter. In festo autem consueuerat præ
ses multitudini dimittere unum uinctum, quem uoluissent. Habebat autem tunc
uinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit eis Pila
tus: Vtrum uultis dimittam uobis, Barabbam an Iesum, qui dicitur Christus? Scie
bat enim, quod per inuidiā tradidissent eum. Sedente autē illo pro tribunali, man | [b] Vel, nihil sit tibi et iusto illi.
data misit ad eum uxor eius, dicens: [b] Nihil tibi rei sit cum iusto illo: multa enim
passa sum hodie in somnis propter eum. Principes autem sacerdotum & senio C
res persuaserunt multitudini, ut peterent Barabbā, Iesum uero perderent. Respon
dens autem præses, dixit illis: Vtrum uultis è duobus dimittam uobis? At illi di-
xerunt: Barabbam. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciā Iesu, qui dicitur Christus?
Dicunt ei omnes: Crucifigatur. Præses aūt ait: Quid nam mali patrauit? At illi ma-
gis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autē Pilatus se nihil proficere, sed
magis tumultū fieri, accepta aqua, abluit manus coram multitudine, dicens: Inno-
cens sum à sanguine iusti huius, uos uideritis. Et respondens uniuersus populus

Digitized by Google

dixit: [c] Sanguis eius in nos, & in filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbã, Iesum
aũt flagellatũ tradidit ut crucifigeretur. Tunc milites præsidis cũ adsumpsissent
Iesum in prætoriũ, congregauerunt ad eum uniuersam cohortẽ. Et quũ exuissent
D eum, induerunt ei chlamydẽ coccinam, & coronã è spinis contextã imposuerunt
capiti eius, & harundinẽ in dexterã eius, & genu flexo ante eum, illudebant ei, di
centes: Aue rex Iudæorũ. Et quũ inspuissent in eum, [b] accipiebant harundinẽ, &
percutiebant caput eius. Et postquam illusissent ei, exuerunt eũ chlamyde, & in-
duerunt eum uestimentis suis: & abduxerunt eum ut crucifigerent. † Exeuntes Marc.15.
autẽ, inuenerunt hominẽ Cyrenæũ, nomine Simonẽ, hunc adegerunt, ut gestaret Luc.23.d
crucẽ eius. † Cumq́ uenissent in locũ, qui dicitur Golgotha, qui dicitur Caluariæ Ioan.19.d
locus, dederunt ei potui acetũ cum felle mixtũ: & quum gustasset, noluit bibere.
† Postquam aũt crucifixerũt eum, diuiserũt uestimenta eius, sortẽ mittentes: ut im Marc.15.
pleretur quod dictũ est à propheta: * Diuiserunt inter se uestimenta mea, & super Ioan.19.d *Psal.21.
uestitu meo miserunt sortẽ. Et sedentes seruabant eum ibi. Et † imposuerũt supra Luc.23.e
E caput eius caussam ipsius scriptã: Hic est Iesus rex Iudæorũ. Tunc crucifiguntur
cum eo duo latrones, unus à [e] dextra, & alter à sinistra. Prætereuntes aũt impia
conuicia iaciebant in eum, mouentes capita sua, & dicentes: [Tu] ille destructor
templi, quod in triduo ædificas, serua temetipsum: si filius Dei es, descẽde de cru-
ce. Similiter & principes sacerdotũ illudentes cum scribis & senioribus, dicebant:
Alios seruauit, seipsum non potest seruare. † Si rex Israel est, descẽdat nunc de cru Sap.2.d
ce, & credemus ei. † Confidit in Deum, liberet eũ nunc, [f] si fauet ei. Dixit enim: Psal.21.c
Filius Dei sum. Idipsum aũt & latrones, qui crucifixi erant cũ eo, exprobrabãt ei.
A [g] sexta aũt hora tenebræ [h] obortæ fuerunt super uniuersam terrã, usq́ ad horam
nonam. Circa aũt horam nonã, exclamauit Iesus uoce magna, dicens: Eli, Eli, la
ma sabachthani: † Hoc est, Mi Deus, mi Deus, quur deseruisti me? Quidam autẽ Psal.21.a
F illic stantium, hoc audito, dicebant: Heliam uocat iste. Et continuo currens unus
ex eis, acceptam spongiã, quam impleuerat aceto, imposuit harundini, dabatq́ ei
potum. Cæteri uero dicebant: Sine, uideamus an ueniat Helias, seruaturus eum.
Iesus autem quum clamasset iterum uoce magna, emisit spiritũ. Et ecce, uelum
templi scissum est [i] bifariam, à summo usq́ ad imũ: & terra mota est, petræq́ scis-
sæ sunt, & monumẽta aperta sunt, multaq́ corpora sanctorum, qui dormierant,
suscitata sunt: & egressi è monumentis post [k] resurrectionem eius, intrauerunt in
sanctam ciuitatem, & adparuerunt multis. Centurio uero, & qui cum eo erant,
custodiẽtes Iesum, uiso terræ motu, & his quæ facta fuerant, timuerunt ualde, di-
centes: Vere filius Dei erat iste. Erant autẽ ibi mulieres multæ è longinquo spe-
ctantes, quæ sequutæ fuerant Iesum à Galilæa ministrantes ei, inter quas erat Ma
ria Magdalene, & Maria Iacobi, & Iose mater, & mater filiorũ Zebedæi. † Cum Marc.15.
G autem aduesperauisset, uenit homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & Luc.23.g
ipse fuerat discipulus Iesu: hic accessit ad Pilatũ, ac postulauit corpus Iesu. Tunc Ioan.19.
Pilatus iussit reddi corpus. Et cum accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud sindo-
ni mundæ, posuitq́ illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra: &
aduoluto saxo ingenti ad ostium monumenti, abijt. Erat aũt ibi Maria Magda-
lene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. Postero autem die, qui est
postridie parasceues, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi, ad Pilatum,
dicentes: Domine, recordati sumus, impostorem illum dixisse adhuc uiuentem:
† [l] Post triduum resurgo, iube ergo muniri sepulchrum, usq́ in diem tertium, ne- Matt.16.
quando ueniant discipuli eius, & furentur eum, dicantq́ [m] plebi, [n] surrexit à mor 17.c.d Marc.9.d
tuis: & euadat [o] posterior error peior illo priore. Ait illis Pilatus: Habetis [p] custo Luc.18.d
diam, abite, munite sicut scitis. Illi autem profecti munierunt sepulchrum obsi-
gnato lapide, cum custodia.

CAPVT XXVIII.

Vespera

[c] Id est, pœna effusi sanguinis.

[b] ἔλαβον, *infiniti tẽ*poris est, id est, liberũ est ad quoduis præteritũ, siue imperfectũ, siue perfectũ, siue plusquãperfectum.

[e] Pluralis numerus à Græcismo est.

[f] Vel, si uoluntatem adiecit ad eum. Verbi intepretatione, si uult eum.

[g] Scilicet à sexta nostra antemeridiana (quæ Hebræis prima fuit) numeranda. Ea autem sexta Hebræorũ, nostra est duodecima. Nona uero Hebræorũ, nostra est tertia postmeridiana.

[h] Vel, extiterũt: uel, fuerunt.

[i] Vel, ut uetus interpres, in duas partes.

[k] Vel, suscitationẽ.

[l] Vel, post triduũ resuscitor.

[m] Vel potius, populo.

[n] Vel, suscitatus est.

[o] Vtrobiq́ superlatiuus *est per* κατ᾽ἐξοχὴν *positus ab* Euangelista pro comparatiuo: quia Hebræis eadem uox est per comparatiuũ & superlatiuũ interpre*tanda* ראשון & אחרון

[p] Id est, milites custodijs deputatos. Potest & per imperatiuũ interpretari, Habete custodiam, siue, Agite custodiam.

Digitized by Google

Christum à mortuis resurrexisse angelus Marijs nunciat, quæ & occurrentem sibi cernunt. Iudæi eius resurrectionem muneribus & mendacijs obscurare conantur. Christus in Galilæa cum discipulis collocutus ijsdem euangelij functionem commendat.

arc.16.b ic.24.d an.20.c VESpera [a] †autem [b] sabbati, quæ [c] illucescit in [d] primam sabbati, uenit Maria A
Magdalene, & alia Maria, ut uiderent sepulchrum. Et ecce terræmotus fa-
ctus est magnus. Angelus enim Domini qui descenderat de cœlo, accedens, de-
uoluit lapidē ab ostio, sedebatq; super eum. Erat aūt [e] species eius similis fulguri,
& indumentū eius candidū sicut nix. Præ timore aūt eius concussi sunt custodes,
& facti sunt uelut mortui. Respondens aūt angelus, dixit mulieribus: Ne timea-
tis uos, scio enim quod Iesum qui crucifixus est quæratis: non est hic, surrexit enim, si
cut dixit. Venite, inspicite locū ubi positus erat Dominus. Et cito profectæ, dicite B
discipulis eius, eum [f] surrexisse à mortuis, & ecce præcedit uos in Galilæā, ibi eum
uidebitis. Ecce dixi uobis. Et digressę celeriter à monumēto, cū timore & gaudio
magno currebant ut renunciarent discipulis eius. Dum aūt proficiscebātur ad de
ferendū nuncium discipulis eius, ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illę autem
accesserūt, & præhenderunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus:
Ne timeatis, abite nunciate fratribus meis ut abeant in Galilæā, & ibi me uide-
bunt. Abeuntibus aūt illis, ecce quidā ex custodia uenerunt in ciuitatem, ac nun C
ciauerunt principibus sacerdotū omnia quæ acciderant. Et cōgregati cum senio
ribus, consilio capto, pecuniā copiosam dederunt militibus, dicētes: Dicite, Disci
puli eius nocte uenerunt, & furati sunt eum, nobis dormiētibus. Et si hoc auditū
fuerit sub pręside, nos [g] persuadebimus ei, & securos uos faciemus. At illi accepta
pecunia, fecerūt sicut erant edocti: & diuulgatus est hic sermo apud Iudæos usq;
in hodiernū diem. Vndecim aūt discipuli abierunt in Galilæam, in montē quo D
cōstituerat ipsis Iesus. Et cū uidissent illū, adorauerunt eum: quidam aūt dubita
uerunt. Et accedens Iesus, loquutus est eis, dicēs: Data est mihi omnis potestas in
cœlo & in terra. Profecti ergo [h] docete omnes gentes, baptizantes eos in nomen
patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quęcunq; pręcepi uo
bis. Et ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad consummationē sæculi.

a Vel, sub exitum.
b Vel, sabbatorum.
c Vel, lucem tradit: uel, lucem orditur.
d Interpretatione uerbi, unam.
e Alij, aspectus.
f Vel, suscitatū esse.
g Vel, placabimus eum.
h Verbi interpretatione, discipulate, aut discipulos facite.

Euangelium secundum Marcum.

CAPVT I.

Marcus Euangelium suum à Ioanne orditur, cuius baptismum & prædicationē præmittit. Christus autem ab eodem baptizatus discipulos uocat, & prædicandi munus aggreditur. In Capernaum dæmoniacum à dæmone, & socrum Petri febricitantem à febri liberat, & multis alijs miraculosè medetur. Easdemq; uirtutes per totam Galilæam exercet, in qua leprosum sanitati restituit.



Matt.3.a Mal.3.a *Esa.40.a Luc.3.a Ioan.1 c †Ioan.3.d

NITIVM [a] Euangelij Iesu Christi, filij Dei, prout scri- A
ptum est in prophetis: †Ecce ego emitto nunciū meum [b] an
te faciem tuā, qui præparabit uiam tuam ante te. *Vox cla
mantis in deserto: Parate uiam Domini, rectas facite semi-
tas eius. †Baptizabat Ioannes in deserto, prædicans bapti
smum pœnitētiæ, in remissionem peccatorū. Et egredieban
tur ad eum tota Iudæa regio, ac Hierosolymitæ: & baptiza

a Loquutio est, significans, Euangelium Iesu Christi filij dei sic incœpit prout, &c.
b Hebraismus est, pro, ante te: uel, ante aduentum tuum.

bantur omnes ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua. †Erat autẽ Io- Matt.3.a
annes uestitus pilis camelinis, & zona [c]coriacea circũ lumbos suos, uescebaturq;
locustis & melle syluestri: & prædicabat, dicens: †Venit q fortior est me, post me, Matt.3.c
cuius non sum idoneus, ut procũbens soluam corrigiam calceamentorũ [d]eius. Luc.3.c Ioan.1.d
Ego quidem baptizaui uos aqua, ille uero baptizabit uos spiritu sancto. *Et *Luc.3.c
euenit in diebus illis, ut ueniret Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizaretur à Ioan Ioan.1.c
ne in Iordane. Et statim quum ascenderet ex aqua, uidit diffindi cœlos, & spiri-
tum tanq̃ columbam descendentẽ super illũ. Et uox edita est è cœlis: Tu es ille fi-
B lius meus dilectus, in [e]quo mihi bene complacitũ est. †Et continuo spiritus illũ Mat.4.a
[f]expellit in desertũ, & erat illic in deserto dies quadraginta, & tentabatur à satana, Luc.4.a
eratq; cum feris, & angeli ministrabant illi. †Postq̃ autem traditus est Ioannes, Matt.4.b
uenit Iesus in Galilæam, prædicans Euangeliũ regni Dei, & dicens: Impletũ est Luc.4.c
tempus, instatq; regnũ Dei, resipiscite, & credite Euangelio. †Quũ ambularet au Matt.4.c
tem iuxta mare Galilææ, uidit Simonẽ & Andream fratrem eius, iacientes retia Luc.5.a
in mare. Erãt enim piscatores, & dixit eis Iesus: Sequamini me, & faciã ut efficia-
mini piscatores hominũ. Ac protinus relictis retibus suis, sequuti sunt eum. †Et Matth.4.
progressus illinc paululum, uidit Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem Luc.5.a
eius, qui & ipsi in naui reconcinnabant retia, statimq; uocauit illos, & illi relicto
patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, sequuti sunt eum. †Et ingrediun Matt.4.b
tur Capernaum, & statim sabbatis ingressus in synagogam, docebat, & stupebãt Luc.4.e Matt.7.d
super doctrina eius. Docebat enim eos tanquam [g]authoritatem habens, & non
C sicut scribæ. Et erat in synagoga eorum homo obnoxius spiritui immundo,
& exclamauit, dicens: [h]Eia quid rei nobis tecũ est Iesu Nazarene? Venisti ad per-
dendum nos? Noui te qui sis, [nimirum] ille Sanctus Dei. Et increpauit illum Ie
sus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum [i]laniasset eum spiritus immundus,
exclamassetq; uoce magna, exijt ab eo. Et obstupuerunt omnes, ita ut rogitarẽt
inter se, dicentes: Quid est hoc? Quæ doctrina noua hæc? Quia cum authoritate
etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Emanauit autem fama eius
statim in totam undiq; regionem Galilææ finitimam. †Et protinus è synago Matt.8.b
ga egressi, uenerunt in domum Simonis & Andreæ, cum Iacobo & Ioanne. So Luc.4.f
crus autem Simonis decumbebat febricitans, & cõtinuo dicunt ei de illa. Et cum
accessisset erexit eam, apprehensa manu eius, & reliquit eam febris ilico, ac mini-
strabat eis. Postq̃ autem aduesperauit, cum occidisset sol, adferebant ad eum o-
mnes male habentes, & qui à dæmonijs agitabantur. Et ciuitas tota congregata
erat ad ostiũ, & sanauit multos qui laborabãt uarijs morbis: & dæmonia multa
D ejciebat, nec sinebat loqui dæmonia, q ipsum nossent. Et mane multa adhuc no
cte, quũ surrexisset, egressus est. Et abijt Iesus in desertũ locum, ibiq; orabat, & pro
sequuti sunt eum Simon & qui cũ illo erant: & quum inuenissent eum, dicunt ei:
Omnes te quærunt. Et ait illis: Eamus in proximos uicos, ut & ibi prædicem, in
hoc enim [k]egressus sum. Et prædicabat in synagogis eorũ in tota Galilæa, & dæ
monia ejciebat. †Et uenit ad eum leprosus, orans eum, eiq; genua flectens, ac Marc.8.a
dicens illi: Si uis, potes me mundare. Iesus autem intime misertus, protẽsa manu, Luc.5.c
tetigit illũ, & dicit ei: Volo, mundus esto. Quod quũ dixisset, statim [l]reliquit eum
lepra, & mundatus est: & cõminatus ei, statim amisit illũ, dicitq; ei: Vide ne quid
cuiquã dicas, †sed abi, teipsum ostende sacerdoti, & offer pro emũdatione tui quę Leui.14.a
præcepit Moses in testimoniũ illis. At ille egressus, cœpit prædicare multa, & di-
uulgare [m]rem, ita ut iam nõ posset Iesus palàm introire in ciuitatem, sed foris in
desertis locis erat, & ueniebant ad eum undiq;.

CAP. II.

Paralyticum Christus peccatis simul & morbo liberat. Matthæum discipulis adiungit. Causam aduentus sui pharisæis murmurantibus indicat. Nimiam & simulatam ieiu

nij

[c] Vel, pellicea.

[d] Eius abundat more Hebraico.

[e] Vel, in quo placatus sum.

[f] Vel, emittit.

[g] Vel, authoritate præditus.

[h] Vel potius, Sine.

[i] Vel, discerpsisset.

[k] Id est, in lucem prodij: uel, in mundũ ueni à patre.

[l] Verbi interpretatiõe, discessit ab eo.

[m] Verbi interpretatione, sermonẽ Sed Hebraismus est, sermo pro re, דבר.

Digitized by Google

tij religionem corrigit. Discipulos de sabbati uiolatione accusatos Dauidis exemplo defendit.

Matt.9.a Luc.5.d ET †iterum intrauit Capernaum [a]post dies aliquot, & auditũ est q in domo A [a] Vel, per dies aliquot, δι' ἡμερῶν.
esset, & protinus congregati sunt multi, adeò ut iam non [b]essent capiendis, [b] Vel, caperent eos.
nec illa loca quę erant circa ianuam, & loquebatur eis sermonem. Et ueniunt ad
eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. Et quũ non possent adpro-
pinquare illi præ turba, detexerunt tectũ [ædium] ubi erat, perfossoq; [tecto,] fu
nibus demittunt grabbatũ in quo paralyticus decumbebat. Quum autem Iesus
uidisset fidem illorum, ait paralytico: Fili, remittuntur tibi peccata tua. Erant au-
tem illic quidam de scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: Cur hic sic lo
Psal.32.a Esa.43.d Esa.44.d quitur blasphemias? †Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus? Et protinus
ubi cognouit Iesus spiritu suo, q sic cogitarent apud sese, dixit illis: Quid ista co-
gitatis in cordibus uestris? Vtrum est facilius, dicere paralytico, Remittantur tibi
peccata: an dicere, Surge, & tolle grabbatum tuum & ambula? Vt autem sciatis fi B
lium hominis habere potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: Tibi
Ioh.5.c dico, surge, & tolle grabbatum tuum, & abi domum tuam. †Et statim surrexit,
sublatoq; grabbato, egressus est in conspectu omnium, adeo ut stupescerent o-
Matt.9.a Luc.5.d Matt.15.a mnes, & [c]glorificarent Deum, dicentes: Nunquam talia uidimus. †Et egressus [c] Vel, gloriose & laudibus celebrarent.
est rursum ad mare, omnisq; turba ueniebat ad eum, ac docebat eos. Et quũ præ-
teriret Iesus, uidit Leui Alphæi filium sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere
me. Isq; surgens, sequutus est eum. Et euenit quum accumberet in domo illius,
multi etiam publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis
eius, erant enim multi qui sequuti fuerant eum. Et scribæ ac pharisæi quum ui-
dissent eum capientem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipu
lis eius: Quid [est] q cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit? Hoc audito C
1.Tim.1.c Iesus, ait illis: Non opus habent qui ualent medico, sed qui male habent. †Non
Matt.9.b Luc.5.f.g ueni ad uocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. †Et discipuli Ioan-
nis ac pharisæorũ ieiunabant, ueniuntq; & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis
& pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunãt? Et ait illis Iesus: Num
possunt [d]filij thalami nuptialis, [e]dum cum illis sponsus est, ieiunare? Quãdiu ha [d] Hebraismus est, de ijs qui intersunt nuptijs.
bent secum sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies quum auferetur
ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Et nemo assumentum panni [e] Vel, in quo scilicet thalamo.
rudis adsuit uestimento ueteri, alioqui aufert supplementum eius nouum à uete
ri, & peior scissura fit. Et nemo mittit uinũ [f]nouum in utres ueteres, alioqui rum D [f] Vel, mustum.
pit uinum nouum utres, & uinum effunditur, & utres pereunt, sed uinũ nouum
Matt.12.a Luc.6.a in utres nouos mittendum est. †Et accidit ut trãsiret sabbatis per segetes, & cœ
perunt discipuli eius [g]inter eundum uellere spicas, & pharisæi dicebant ei: Ecce [g] Verbi interpretatione, iter facere uellentes spicas.
cur faciunt sabbatis quod non licet? Et ipse ait illis: Nunquam legistis quid fece-
1.Reg.21.b rit Dauid quum egeret, & esuriret ipse & qui cum eo erant? †quomodo ingressus
sit ædem Dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis comede
Leuit.24.b rit, †quos non licet edere nisi sacerdotibus, & dederit etiam ijs qui secum erant?
Et dicebat illis: Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sab
batum. Itaq; dominus est filius hominis etiam sabbati.

CAP. III.

Aridam manum habenti Christus medetur sabbatis, & conspirantium contra se manibus elabitur, multa turba hunc sequente, è quibus multos uarijs morbis & dæmonijs liberat. Duodecim discipulos sibi constituit. Pharisæis dicentibus quod per Beelzebul dæmonia eijceret, respondet, & qui nam fratres sui sint indicat.

Matt.12.a Luc.6.b ET †introiuit iterum in synagogam, & erat ibi homo arefactam habens ma A
num, & obseruabant eum an sabbatis sanaturus esset eum, ut accusarent il-
lum. Et ait homini habẽti manũ arefactam: Surge in mediũ. Et dicit illis: Vtrum

Digitized by Google

a Id est, uitam seruare: uel, hominē, iuxta Hebraismum, in quo anima sæpe ponitur pro homine.

licet sabbatis benefacere, an malefacere? a animam seruare, an occidere? At illi tacebant. Et quū circūspexisset eos iratus cum ira, condolescens super cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illius sanitati ut altera. Egressi uero pharisæi, statim unà cum Herodianis consilium inibant aduersus eum, ut illum perderent. Iesus autē cum discipulis suis secessit ad mare, & ingens multitudo à Galilæa sequuta est eum, & ab Iudæa, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum habitabāt ac Sidonem, hominum multitudo magna, qui cum audissent quæ faciebat, uene

B runt ad eum. Et iussit Iesus discipulis suis, ut nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne ipsum premerent. Multos enim sanauerat, ita ut irruerent in eum, quo illum tangerent quotquot b affligebantur. † Et spiritus immundi quum illum uidissent, c accidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. Et uehementer interminabatur eis, ne se manifestum facerent. † Et ascendit in montem, ac uocat ad se quos uoluit ipse, & uenerunt ad eum. Et d designauit duodecim, ut essent secum, & ut emitteret eos ad prædicandum, utq; haberent potestatē sanandi morbos, eijciendiq; dæmonia. Et imposuit Simoni nomen Petrus: & e Iacobū filium Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod

C est, filij tonitrui: & † Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi filium, & Thaddæū, & Simonem Cananiten, & Iudam Iscarioten, qui & prodidit illum. Cumq; uenissent in ædes, conuenit iterum turba tanta, ut non liceret illis uel f panes edere. Quod cum audissent qui ad illum attinebant, exierunt ut præhenderent eum. Dicebant enim, Mente alienatus est. Et scribæ qui ab Hierosolymis descenderant dicebant: Beelzebul habet, & per principem dæmoniorum eijcit dæmonia. Et ad se uocatis eis, per g parabolas loquebatur illis. Quomodo potest satanas satanam eijcere? Et si regnum aduersus sese diuisum fuerit, non potest stare regnum illud: & si domus contra semetipsam diuisa fuerit, nō potest stare domus illa: & si satanas insurrexit aduersum se

D metipsum, ac diuisus est, nō potest stare, sed h finem habet. Non potest quisquam uasa fortis, ingressus in domū illius, diripere, nisi prius fortē uinxerit, & tum demum domum eius diripiet. † Amen dico uobis: Omnia remittentur filijs hominum peccata & blasphemiæ quibus blasphemauerint, at qui blasphemiā dixerit in spiritū sanctum, non habet remissionē in æternum, sed obnoxius est æterno iudicio. Dicebant enim: Spiritum immundum habet. † Et ueniunt mater eius & fratres, & foris stantes, miserunt ad eum qui euocarent eum: & sedebat turba circa eum, dicuntq; ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærūt te. Et respōdit eis, dicens: Quę est mater mea & fratres mei? Et cum circūspexisset in circuitu circū se discipulos sedētes, ait: Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim obsecutus fuerit uoluntati dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

b Verbi interpretatione, habebant flagella.
c Vel, procidebant ante eum.
d Vel, constituit.
e Scilicet, designauit.
f Vel, cibū capere, iuxta Hebraismū.
g Nempe per similitudines, qualis est quæ mox sequitur, Non potest quisquā uasa fortis, &c.
h Vel, finem attigit.

Luc. 4. e
Matt 10. a Luc. 6. b. c
Matt. 9. d; 12. b Luc. 11. b
Matt. 12. c Luc. 12. b 1. Ioan. 5. d
Matt. 12. d Luc. 8. c

CAP. IIII.

Verbi diuini uirtutem, & quomodo audiendum sit, parabolis de semine compositis indicat, & ad diligentiam hortatur, quibus similitudinem de grano sinapis adiungit. Postremo procellosam maris tempestatem uirtute diuina compescit.

A ET † iterum cœpit docere iuxta mare, & cōgregata est ad eum turba multa, ita ut nauim ingressus, sederet in mari, & tota turba iuxta mare in terra erat, & docebat eos per parabolas multa, dicebatq; illis a in doctrina sua: Audite, Ecce exijt seminator ad seminandum, & accidit inter seminandum, ut aliud quidem caderet iuxta uiam, ueneruntq; uolucres cœli, & comederūt illud: aliud uero cecidit super petrosa, ubi non habuit terram multam, & statim exortum est, quod non haberet b altitudinem terrę: sole autem exorto ustum est, & eo quod non haberet radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas, & succreuerunt spinæ, ac suffocauerunt illud, et fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum succrescentem

a Id est, docendo.
b Vel, profundam terram.

Matth. 13. a Luc. 8. a

Digitized by Google

scentem & augescentem, & adferebat aliud triginta, & aliud sexaginta, & aliud centum, ac dicebat illis: Qui habet aures ad audiendum, audiat. Cum uero esset solus, interrogauerunt eum hi qui circum illum erant cum duodecim, de parabo
Lu. 8. c la, & dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: †illis autem qui fo B
ris sunt, per parabolas omnia [c]fiunt, ut uidentes uideant, & non cernant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando conuertantur, & remittantur eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas in-
Matt. 13. b telligetis? †Seminator ille sermonem seminat. Hi uero sunt qui iuxta uiam [dicuntur,] [b]ubi seminatur sermo: & quum audierint, cōfestim uenit satanas, & aufert sermonem qui seminatus est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui in petrosa [e]semen excipiunt, qui cum audierint sermonem, statim cum gaudio accipiunt illum, & non habent radicem in se, sed temporarij sunt: deinde coorta adflictione, aut persecutione, propter sermonem, confestim offenduntur. Et hi sunt qui in spinas [f]semen excipiunt: hi [inquam] sunt qui sermonem audiunt, & soli
1. Tim. 6. c citudines sæculi huius, ac †deceptio diuitiarum, cæterarumq; rerum cupiditates introeuntes, suffocant sermonem, ac redditur infructifer. Et hi sunt qui in terram bonam [g]semen exceperunt, qui audiunt sermonem & suscipiunt, & fructū afferunt: [ita ut] aliud [granum adferat] triginta, aliud sexaginta, aliud centum. †Et
Matt 5. b Luc. 8. c 11. e dicebat illis: Nunquid lucerna incenditur, ut subter modium ponatur, aut subter
Mat. 10. c lectū? Nónne ut super candelabrū ponatur? Non †est enim quicq̃ occultū, quod C
Luc. 8. c 12. a non palàm futurū sit: neq; [h]factū est secretum, sed ut in propatulū ueniat. Si quis
Matt 7. a habet aures ad audiendū, audiat. Et dicebat illis: Videte quid audiatis. †Qua men
Luc. 6. f sura metimini, mēsura dabitur uobis. Et adijcietur uobis qui auditis: *qui enim
Mat. 13. b habet, dabitur illi: & ab eo qui non habet, etiā quod habet, auferetur. Et dicebat:
& 25. c 19. d Sic est regnū Dei, quemadmodū si homo iaciat sementē in terrā, ac [i]dormiat, atq; exurgat nocte ac die, segesq; germinet, ac surgat in altū, ipso inscio. Vltro enim terra fructū gignit, primum herbā, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Quum aūt [k]productus fuerit fructus, statim immittit falcem, quoniā adest
Matt. 13. e messis. †Et dicebat: Cui adsimilabimus regnū Dei? aut [l]qua collatione confe-
Luc. 13. d remus illud? Est sicut granū sinapis, quod quū seminatū fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra: & quum seminatū fuerit, exurgit, & euadit maius omnibus oleribus, & profert ramos magnos, ita ut possint sub umbra D
Matth. 13. e eius aues cœli nidificare. †Et talibus multis parabolis loquebatur eis sermonē,
Luc. 13. d prout poterant audire, sine parabola uero non loquebatur eis: seorsim autem discipulis suis exponebat omnia. Et ait illis in die illo, quū aduesperauisset: Trāseamus in ulteriorē ripam. Et dimissa turba adsumunt eum, ita ut erat in naui: sed & aliæ nauiculæ erant cum illo. Et oritur procella uenti magna, & fluctus irruebant in nauim, ita ut iam illa impleretur. Et erat ipse in puppi, super ceruical dormiens, & excitant eum, dicuntq; illi: Præceptor, non est tibi curæ quod perimus?
Matt. 8. c Et excitatus increpauit uentū, dixitq; mari: †Sile, obmutesce. Et conquieuit uen-
Luc. 8. d tus, factaq; est tranquillitas magna. Et dixit illis: Quid timidi estis adeo? Qui fit, ut non habeatis fiduciam? Et affecti sunt timore magno, dicebantq; inter sese: Quisnam hic est? q; & uentus & mare obediunt ei.

CAP. V.

Legionem dæmonum in Gadarenorum regione è dæmoniaco expellit Christus. Pro fluuio sanguinis multum uexata mulier tactu uestimēti illius sanatur. Filia Iairi mortua Christo iubente uitæ restituitur.

Matth. 8. d Luc. 8. d ET †uenerunt traiecto mari in regionem Gadarenorū, egressoq; ei de naui, A
statim occurrit [a] è monumentis homo spiritui immundo obnoxius, qui domiciliū habebat in monumētis. Et ne catenis quidē quisquā poterat eum ligare: propterea q; quum sæpe cōpedibus & catenis uinctus fuisset, discerptæ essent ab

[c] Proponuntur, uel contingunt.

[b] Vel, quando.

[e] Vel, seminantur.

[f] Vel, seminantur.

[g] Vel, seminati sunt.

[h] Vel, fuit.

[i] Ebraismus est, qualis, introire et exire, pro uersari in loco aliquo: sic hic, dormit & exurgit homo, id est, securus transigit noctes & dies, & segetem fortunæ committit, ipse agens alia uitæ munia.

[k] Vel, ad maturitatē peruenerit, uel percreuerit.

[l] Cui collationi.

[a] Hebraismus est, pro ex quodam monumēto: sic alibi, in urbibus, id est, in aliqua urbium.

Digitized by Google

illo catenæ, & compedes essent comminutæ, neq; quisquã ualuisset eum domare. Et semper die ac nocte in montibus & in monumentis erat, clamans, & concidens seipsum lapidibus. Quũ uidisset autem Iesum eminus, cucurrit & adorauit eum, & clamans uoce magna, dixit: Quid mihi rei tecum est, †Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per deum, ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus immũde ex homine. Et interrogabat eum: Quod est tibi nomen? Et respondit, dicens: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et precabatur eum [b] multis, ne ipsos emitteret extra regionem. Erat autem ibi iuxta montes grex porcorum magnus, qui pascebantur, & precabantur eum omnes dæmones, dicẽtes: Mitte nos in porcos,

B ut in eos introeamus. Et permisit eis statim Iesus. Et egressi spiritus immundi, ingressi sunt in porcos. Et ferebatur grex per præceps in mare: erant autem eorum fermè duo millia, & suffocati sunt in mari. Porrò qui pascebant porcos, fugerunt, & renunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt ad uidendũ quod acciderat, ueniuntq; ad Iesum, & uident illũ qui à dæmonio uexatus fuerat, sedentẽ ac uestitũ, & sanę mentis eum qui habuerat legionẽ, & extimuerũt. Et narrauerũt illis qui uiderant, qualia euenissent ei qui dæmonium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus ipsorũ. Cumq; ingressus esset nauim, rogabat illũ is qui fuerat à dæmonio uexatus, ut esset cum illo. Iesus autem non permisit ei, sed ait illi: Abi domũ tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prędicare in Decapoli, quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur. †Et cum traiecisset Iesus naui rursus in ulteriorem ripã, conuenit ad eum turba multa, & erat circa mare. Et ecce uenit

C quidam principũ synagogæ, nomine Iairus, & cum uidisset eum, procidit ad pedes eius, & precabatur eum multũ, dicens: Filiola mea in extremis est, [oro] ut uenias & imponas illi manus, ut salutẽ consequatur, & uiuat. Et abijt cũ illo, & sequebatur eum multa turba, cõprimebantq; eum. Et mulier quædã quæ laborauerat profluuio sanguinis annos duodecim, fueratq; multa perpessa à compluribus medicis, & insumpserat omnes facultates suas, neq; quicquam adiumẽti senserat, sed [c] plus detrimẽti acceperat, quum audisset de Iesu, uenit in turba à tergo, & tetigit uestimentũ eius. Dicebat enim: Si uel uestimẽta eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est [d] fons sanguinis eius, & sensit corpore quòd sanata esset à [e] supplicio. Et statim Iesus in semetipso cognoscens [f] uirtutem ex sese prodijsse, conuersus in turba, aiebat: Quis tetigit uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli ipsius: Vides turbam undiq; prementem te, & dicis: Quis me tetigit? Et circumspiciebat ut uideret eam quæ hoc fecerat. Mulier uero timens & tremens, sciens

D quid in se accidisset, uenit & accidit ei, dixitq; ei omnem ueritatẽ. Ille autem dixit ei: Filia fides tua te seruauit, uade cũ [g] pace, & esto sana à [h] supplicio tuo. Adhuc eo loquente, ueniunt à principe synagogę qui dicerent: Filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrũ? Iesus autẽ protinus audito sermone qui dicebatur, ait principi synagogæ: Ne metuas, tantũmodo crede. Et non permisit quenquam se consequi, præter Petrũ & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi, & uenit in domum principis synagogæ, uidetq; tumultũ, ac flentes, ac eiulãtes multum, & ingressus ait illis: Quid tumultuamini & ploratis? Puella non est mortua, †sed dormit. Et irridebant eum. *Ipse uero eiectis omnibus, adsumit patrem & matrem puellæ, & eos qui cum ipso erant, & ingreditur eò ubi puella decumbebat, & præhensa manu puellę, ait illi: Talitha cumi: quod est, si quis interpretetur, puella, tibi dico, surge. †Et statim surrexit puella, & ambulabat. Habebat enim annos duodecim: & inuasit eos stupor magnus: & interminatus est eis multũ, ne quisquam resciscerethoc: & iussit ut daretur illi quod ederet.

Act. 16. c

Mar. 9. e
Luc. 8. f

Ioan. 11. b
*4. Re. 4. d
Ioan. 5. e
Act. 9. f

[b] Vel, multum.

[c] Al. magis in deterius uenerat.
[d] Id est, scaturigo.
[e] Verbi interpretatione, à flagello.
[f] Vel, uim.

[g] Id est, incolumitate.
[h] Verbi interpretatione, flagello.

CAP. VI.

Christus

Digitized by Google

Christus à suis in patria contemnitur, apostolos ad prædicandum emittit. Mors Ioannis describitur. Quinq; panibus aliquot millia hominum cibantur. Iesus discipulos nauigio præmissos aquis inambulans sequitur, & tempestatem sedat. Multi ægroti uestimenti illius attactu sanantur.

Matt.13.g Luc.4.c Ioan.4.f ET †egressus est illinc, uenitq; in patriam suam: & sequũtur eum discipuli sui. A
Quumq; adesset sabbatum, cœpit in synagoga docere, multiq; audientes ob
stupuerunt, dicentes: Vnde huic hæc? & quæ est hæc sapientia quæ data est illi? &
tam potentia facta, [[a]quæ] [b]opera eius efficiuntur? Nónne hic est ille faber, filius
Mariæ, frater autẽ Iacobi, & Iose, & Iuda, & Simonis? Nónne & sorores eius hic
apud nos sunt? Et offendebantur in eo. Dicebat autẽ illis Iesus: Non est propheta
contẽptus, nisi in patria sua, & inter cognatos, & in familia sua. Et nõ poterat ibi
uirtutem ullam edere, nisi quod paucos [c]ægros, impositis manibus sanauit, ac te-
nebatur admiratione propter incredulitatem eorum. Obibat autem uicos undiq;
Matt.10.a Luc.9.a circumiacentes, docens. Et †accersit duodecim, cœpitq; eos emittere binos, ac da- B
bat illis potestatem aduersus spiritus immundos, præcepitq; eis, ut ne quid tolle-
rent in uiam, nisi uirgam solum, non peram, nõ panem, non in zona æs, sed [d]cal
Act.12.b cearentur †sandalijs, & ne induerentur binis tunicis. Et dicebat eis: Vbicunq; in
troieritis in domum, illic manete, donec exeatis illinc. Et quicũq; non receperint
Act.13.g uos, neq; audierint uos, †exeuntes illinc, excutite puluerem, qui est sub pedibus
uestris, in testimonium illis. Amen dico uobis, tolerabilius agetur cum Sodomis
aut Gomorrhis in die iudicij, q̃ cum ciuitate illa. Et egressi prædicabant, ut [e]re
sipiscerent: & dæmonia multa eijciebant, ungebantq; oleo multos ægros, & sa-
Matt.14.a Luc.9.a nabant. †Hæc audiuit rex Herodes, (innotuerat enim nomen eius) dicebatq;:
Ioannes ille qui baptizabat, [f]resurrexit à mortuis, & propterea uirtutes agunt in
illo. Alij dicebant, Helias est: alij uero dicebant, Propheta est, uel tanquam unus
ex prophetis. Quum audisset autem hoc Herodes, dixit: Cui ego præcidi caput, C
Ioannes iste est, ipse [g]surrexit à mortuis. Nam ipse Herodes missis satellitibus,
[h]præhenderat Ioannem, & uinxerat eum in carcere, propter Herodiadem, uxo-
rem Philippi fratris sui, quia duxerat eam uxorẽ. Dicebat enim Ioannes Herodi:
Leuit. 18.c Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, [i]cupie
batq; occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannẽ, sciens eum ui-
rum iustum & sanctũ, & obseruabat eum, auditoq; eo multa faciebat, & libenter
eum audiebat. Et quum dies opportunus accidisset, quum Herodes in natali-
tijs suis, cœnam faceret primatibus ac tribunis & primoribus Galilææ. Cumq; in
troisset filia ipsius Herodiadis, ac saltasset, placuissetq; Herodi, ac simul accũbenti
bus, rex ait puellæ: Pete à me quicquid uis, & dabo tibi: iurauitq; illi: Quicquid à
me petieris, dabo tibi usq; ad dimidium regni mei. At illa egressa dixit matri suæ:
Quid petã? Illa uero dixit: Caput Ioannis Baptistæ. Et ingressa statim cum festi- D
natione ad regem, petiuit, dicens: Volo, ut protinus des mihi in lance caput Ioan
nis Baptistæ. Et dolore adfectus rex [k]propter iusiurandũ, eosq; qui simul accum-
bebant, noluit eam reijcere. Et confestim rex misso spiculatore, iussit inferri caput
eius. At ille abijt, ac decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in lãce, deditq;
illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ. Quo audito discipuli eius, uenerunt
Matt.14.b Luc.9.b & sustulerunt cadauer eius, [l]mandaueruntq; illud monumento. †Et congregan
tur apostoli ad Iesum, & renunciauerunt ei omnia, & quæ egissent, quæq; do-
cuissent. Et ait illis: Venite uosipsi seorsum in desertũ locum, & requiescite [m]pau
lulum. Erant enim qui uenirent & abirent, multi, ac ne cibum quidem capere ua
cabat. Et contulit se in desertum locum nauigio seorsum. Quumq; uidissent E
eos abeuntes turbæ, agnouerunt eum multi, & itinere pedestri ex omnibus ci-
uitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos, conueneruntq; ad illum.

[a] Videtur more Hebraico relatiuũ prætermissum, ut sæpe solet, אשר
[b] Per manus eius, Hebraismus planè est, pro, opera eius, siue per operã eius.
[c] Al. infirmos.
[d] ὑποδεδεμένους calceatos.
[e] Vel, pœnitentiam agerent.
[f] Vel, suscitatus est.
[g] Vel, suscitatus est.
[h] Vel, manus iniecerat in Ioannem.
[i] Vel, uolebatq;.
[k] Vel, propter ea quæ iurarat.
[l] Verbi interpretatione, posueruntq; illud in, &c
[m] Vel, parumper.

Digitized by Google

†Et egressus, uidit turbam multam Iesus, & intime misertus est eorum, quia erãt Matt.9.d
uelut oues non habentes pastorem. Et cœpit illos docere multa. Cumq; iam
multum [n]temporis præterisset, accesserunt ad illum discipuli eius, dicentes: Deser
tus est locus, & iam multũ temporis [effluxit,] dimitte illos, ut abeant in circum
iacentes uillas, ac uicos, emantq; sibijpsis panes, nam quod edant non habẽt. At
ille respondẽs, dixit illis: Date uos illis quod edant. Et dicunt ei: Euntes emamus
ducentis denarijs panes, & demus illis quod edant? At ille dicit eis: Quot panes
habetis? Ite & uidete. Et quũ cognouissent, dicunt: Quinq;, & duos pisces. Et præ
F cepit [o]illis ut discumberent omnes, distributis conuiuijs, in uiridi gramine. Et di
scubuerũt, diuisi per uiridaria, centeni & quinquageni. Et quũ accepisset quinq;
panes ac duos pisces, sublatis in cœlũ oculis, [p]benedixit, ac fregit panes, deditq;
discipulis suis, ut adponerent illis: & duos pisces diuisit omnibus. Comederũtq;
omnes, & saturati sunt, & sustulerunt fragmentorũ duodecim cophinos plenos,
& de piscibus. †Erantq; qui comederant circiter quinq; millia uirorum. Et sta Matt.14.b Ioan.6.b
tim coegit discipulos suos conscendere nauim, & præcedere, [q]transmisso mari,
Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbam. Et quũ dimisisset eos, abijt in montem
ad orandum. Cumq; aduesperauisset, erat nauis in medio maris, & ipse solus in
terra, uiditq; eos laborantes in remigando. Erat enim uentus aduersus eis. Et cir
ca quartã uigiliam noctis uenit ad eos, ambulãs super mare, & uolebat præterire
G eos. At illi ut uiderunt illum ambulantem super mare, putauerunt spectrum esse:
& exclamauerunt. Omnes enim uidebant eum, & conturbati sunt. Et statim lo-
quutus est cũ eis, dicitq; eis: [r]Bono animo este, ego sum, ne terreamini. †Et ascen- Matt.14.d
dit ad illos in nauim, & conquieuit uentus: & supra modum uehementer stupe-
scebant apud sese, & admirabantur. Non enim meminerant [s]panum, erat enim
cor eorum obcæcatum. Et quum traiecissent, uenerunt ad terram Genesareth,
& appulerũt. Cumq; egressi essent è naui, continuo agnouerunt eum: & percur-
rentes totam undiq; regionem illam, cœperunt in grabbatis eos qui male habe-
bant, circunferre [eo] ubicunq; audiebant illum esse. Et quocunq; introijsset in
uicos, aut in ciuitates, aut in uillas, in [t]plateis ponebãt ægros. Et precabãtur eum,
ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebãt [u]eum, salutem
consequebantur.

CAP. VII.

Hypocritas in externis religiosos corripit Christus, & quæ nam uera sit sanctimonia edocet. Deinde Syrophœnissæ filiam dæmonio liberat, & surdo mutoq; miraculose medetur.

A ET †conueniunt ad eum pharisæi, & quidam è scribis, qui uenerant Hieroso Matt.15.a
lymis: & cum uidissent quosdam ex discipulis eius [a]cõmunibus manibus,
id est illotis, [b]edere panes, incusabant. Nam pharisæi & omnes Iudæi, nisi crebro
lauerint manus, non capiunt cibum, obseruãtes instituta maiorum: & à foro [ue
nientes,] nisi loti fuerint non edunt. Et alia multa sunt quæ susceperunt seruan-
da, [nempe] ablutiones poculorum, & [c]urceorum, & æramentorum, & [d]lecto-
rum. Deinde interrogãt eum pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui non [e]uiuunt
iuxta ritum traditum à maioribus, sed illotis manibus edunt panem? At ille re-
spondẽs, dixit illis: Bene uaticinatus est Esaias de uobis hypocritis, sicut scriptum
B est: †Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe abest à me. Frustra Esa.29.d
autem colunt me, docentes doctrinas, præcepta hominum. Nam omisso præce-
pto dei, seruatis [f]constitutionem hominũ: ablutiones urceorum & poculorum, Exod.20.c
aliaq; his similia facitis multa. Et dicebat illis: [g]Pulchre reijcitis præceptum Dei, Deut.5.b
ut constitutionem uestram seruetis. Moses enim dixit: †Honora patrem tuum & Ephes.6.a
matrem tuam: * & qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autem *Exo.21.c Leuit.20.b
dicitis: Si dixerit homo patri uel matri: Corban, quod est, dono quodcunq; ex Prou.20.c
me,

n Vel, diei: uel, multoq; iam die, &c.
o Scilicet turbis.
p Id est, bene precatus est: uel, gratias egit.
q Vel, in ulteriorem ripam.
r Vel, confidite.
s Id est, miraculi in multiplicatis panibus editi. Non intellexerũt de panibus, Hebraismus est.
t Vel, foris.
u Vel, eam, scilicet fimbriam, Græce enim ad utrunq; referri potest.
a Vel, prophanis aut immundis.
b Vel, cibũ sumere. Nam edere panes, Hebraismũ resipit.
c Videtur de ligneis uasis intelligẽdum, quæ ideo ξεστά uocarit, q̃d torno poliantur, aut quod sculpturis ornata sint. Vide Annot. Eras.
d Vel, sponsarum.
e Vel, se gerunt, ambulant. Hebraismus est.
f Vel, traditionem.
g Vel, belle.

Digitized by Google

me, [tu] iuuaberis. [b] Et præterea, non finitis eum quicquam facere patri suo, aut matri suæ: & irritū facitis uerbum Dei per constitutionem uestram, quam tradi-
att. 15. b distis. Et similia huiusmodi multa facitis. † Et quum aduocasset ad se totam turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite. Nihil est extra hominem, introiens in eum, quod possit eum inquinare, sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ inquinant hominem. Si quis habet aures ad audiendum, audiat. Et C
quum introijsset in domum [i] [semotus] à turba, interrogabant eum discipuli eius de similitudine. Et dicit illis: Siccine & uos intelligentia caretis? Nondum intelligitis, quod omne foris introiens in hominem, non possit eum inquinare? Quia non intrat in cor eius, sed in uentrem, & in secessum exit, expurgãs omnes cibos. Dicebat autem: Quod ex homine exit, illud inquinat hominem. Ab interioribus enim è corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, stupra, homicidia, furta, auaritiæ, fraudes, dolus, impudicitia, [f] malus oculus, conuicia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala ab internis procedunt, & inquinant ho-
Matt. 15. c minem. † Et inde surgens, abijt in confinia Tyri ac Sidonis, & ingressus domum, neminem uoluit scire, nec potuit latere. Cum enim audisset de eo mulier, cuius filiola habebat spiritum immundum, uenit, & accidit ad pedes eius. Erat autem mulier Græca, Syrophœnissa genere, & rogabat eum, ut dæmonium eijceret è filia sua. Iesus autem dixit ei: Sine prius saturari filios. Non est enim ho- D
nestum sumere panem filiorum, & obijcere catellis. At illa respondit, & dicit illi: Etiam Domine, nam catelli quoq; comedunt sub mensa de micis puellorum. Et ait illi: Propter istum sermonem uade, exijt dæmoniū è filia tua. Et quum abijsset domum suam, reperit dæmonium exijsse, & filiam iacentem super lectum. Et rursum egressus de finibus Tyri ac Sidonis, uenit ad mare Galilææ per medios fines Decapolis, & adducunt ei surdum, [m] impeditumq; ad loquendum, & precantur eum, ut imponat illi manum. Et quum [n] seduxisset eum à turba seorsum, misit digitos suos in aures eius, & sputo emisso, tetigit linguam eius, ac suspiciens in cœlū, ingemuit, & ait illi: Ephphatha, quod est, aperire. Et statim apertæ sunt
Marc. 1. d eius aures, & solutum est uinculum linguæ eius, ac loquebatur recte. † Ac inter-
a dixit eis, ne cui dicerent. Sed quo magis ille eis interdixerat, eo magis ac amplius
Gen. 1. a prædicabant: & supra modum stupebant, dicentes: Bene † omnia fecit, & facit
Eccli 39. c ut surdi audiant, & muti loquantur.

CAPVT VIII.

Septem panibus quatuor millia uirorū saturantur. Pharisæis Christus signū denegat. Fermento pharisæorū interdicit: cæco uisum restituit: ab apostolis sui confessionem extorquet & mortē suam prænunciat, omnesq; ut sublata cruce sua se sequantur admonet.

Matt. 15. d IN † diebus illis, quum turba admodū multa esset, nec haberent quod manducarēt, A accersitis ad se Iesus discipulis suis, ait illis: Intime misereor turbæ, quia iam triduo manent apud me, nec habent quod edant: et si dimisero eos ieiunos domū suam, deficient in uia. Quidā enim ex eis è longinquo uenerūt. Et responderūt ei discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic satiare panibus in solitudine? Et interrogabat eos: Quot panes habetis? Illi uero dixerunt: Septē. Et præcepit turbæ, discumbere humi. Et acceptis septē panibus, [a] cum gratias egisset, fregit, deditq; discipulis suis, ut adponerent: & adposuerūt turbæ. Et habebant pisciculos paucos, & quū [b] benedixisset, iussit adponi & hos. Comederunt aūt, & saturati sunt: ac sustulerunt quæ superfuerant, fragmentorū septem sportas. Erant aūt eorū qui comederant,
Matt. 16. a fermè quatuor millia: & dimisit illos. † Et mox ingressus in nauim cum discipu- B
Luc. 12 g lis suis, uenit in partes Dalmanutha. Et egressi sunt pharisæi, cœperūtq; disputare cum illo, quærentes ab eo signū è cœlo, tentantes eū. Et quū ingemuisset spiritu suo, dicit: Cur natio hæc signū inquirit? Amē dico uobis: [c] Si dabitur generationi
Matt. 16. a huic signū. Et relictis illis, ingressus rursus nauim, discessit in ulteriorē ripā. † Et

[b] Oratio est ecliptica, scilicet is demum honorarit patrem et matrem: quamuis re uera minime honoraret.

[i] Vel, relicta turba.

[f] Vel, malignus, id est, mala cupiditas rerū conspectarum.

[l] Vel potius, liberos.

[m] Vel, impeditū linguæ, scilicet hominem.

[n] Vel, assumpsisset.

[a] Hic liquet quid sit benedicere, quod mox in eodem sensu ponitur.

[b] Id est, gratias egisset: uel, bene precatus esset.

[c] Denegatio est cum aposiopesi scripturæ sacræ usitata in hoc genere sermonis.

Digitized by Google

obliti fuerãt sumere panes, nec plusquam unum panẽ habebant secũ in naui. Ac
præcepit illis, dicẽs: Videte, cauete à fermento pharisæorũ, & à fermento Herodis.
Et disputabãt inter sese, dicentes: Panes nõ habemus. Qua re cognita, Iesus dicit
illis: Quid disputatis quod panes nõ habetis? Nondum animaduertitis? nec in-
telligitis? adhuc obcæcatum habetis cor uestrum? Oculos habentes nõ cernitis?
& aures habentes, nõ auditis? & nõ meministis? †Quãdo quinq; panes in homi Ioan. 6. B
num quinq; milia fregi, quot cophinos fragmentis plenos sustulistis? Dicunt ei:
C Duodecim. Cum aũt septem in quatuor milia, quot sportas ex reliquijs fragmen
torum tulistis? Illi uero dixerunt: Septem. Et dixit illis: Qui fit, ut non intelliga-
tis? Et uenit Bethsaidan, & adducunt illi cæcum, & obsecrant eum ut illũ tan-
geret. Et adpræhensa manu cæci, eduxit illum extra uicum: & quum expuisset in
oculos illius, imposuissetq; illi manus, interrogabat eum, an quid uideret: & rece
pto [b] uisu, dicebat: Video homines, quoniam uelut arbores cerno ambulantes.
Deinde rursum imposuit manus super oculos illius, & fecit ut uisum reciperet. Et
restitutus est, ac discernebat dilucide omnes. Et ablegauit illum domum suam, di
cens: Neq; in uicum ingrediaris, neq; [rem] dixeris cuiquam in uico. † Et egres- Matt. 16. B
sus est Iesus, & discipuli illius in uicos Cæsareæ, [quæ cognominatur] Philippi: Luc. 9. c
& in uia interrogabat discipulos suos, dicens illis: Quẽ me dicunt homines esse?
Illi uero responderunt: Ioannẽ Baptistam, & alij Heliam, alij rursus unum de nu
mero prophetarũ. Et ipse dicit illis: At uos quẽ me dicitis esse? Respondens au-
tem Petrus, dicit illi: Tu es ille Christus. Et interminatus est eis, ne cui dicerẽt de
D se. Et cœpit docere eos, oportere filiũ hominis multa pati, & reprobari à seniori-
bus, summisq; sacerdotibus ac scribis, & occidi, & post tres dies resurgere. Et
aperte [c] sermonem loquebatur. Et adpræhendit illum Petrus, cœpitq; increpare
eum. At ille cõuersus, & intuitus discipulos suos, increpauit Petrum, dicens: Abi
post me Satana: [f] quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominũ. † Et Matt 16. d
quum ad se uocasset turbam, unà cum discipulis suis, dixit illis: Quicũq; uult se- Luc. 9. c 14. f
qui me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me. Nam * quis- *Ioan. 12. d
quis uoluerit [g] animam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdiderit ani
mam suam mea caussa & Euãgelij, hic seruabit eam. Quid enim profuerit homi
ni, si lucratus fuerit totum mundũ, & animæ suæ iacturam fecerit? Aut quid da-
turus est homo, [h] quo repenset animam suam? † Quemcũq; enim puduerit mei, Matt. 10. d
ac meorũ sermonũ, in natione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filium Luc. 9. c
hominis, ubi uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. CAPVT IX.

*Christus in monte corã discipulis transformatur, & quis nam Helias sit indicat. Spi
ritum mutum, quem discipuli eijcere nequiuerant, expellit: mortem suam denuo prædi-
cit: quis nam maximus horũ futurus sit, & quantopere offendicula cauẽda sint, edocet.*

A ET dicebat illis: † Amen dico uobis: Sunt quidam inter eos, qui hic stant, qui Matt. 16. d
non gustabunt mortem, donec uid rint regnum Dei uenisse cum [a] potentia. Luc. 9. c
† Ac post sex dies adsumit Iesus Petrum ac Iacobũ, & Ioannem, & subducit eos Matt. 17. a
in montẽ excelsum seorsum solos: & transformatus fuit coram illis, & uestimen Luc. 9. d
ta illius facta sunt splendida, candida ualde ueluti nix, quàm candida facere non
potest fullo super terram. Et conspectus est illis Helias cum Mose, colloqueban-
turq; cum Iesu. Et respondẽs Petrus, dicit Iesu: Rabbi, bonum est nos hic esse, &
faciamus tabernacula tria, tibi unum, & Mosi unum, & Heliæ unũ. Non enim
nouerat quid loqueretur: erant enim expauefacti. Et facta est nubes, quæ obum
B brauit illos. Et uenit uox è nube, dicẽs: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.
Et repente quum circumspexissent, non amplius uiderunt quenquam, sed solum
Iesum secum. † Porrò quum descenderent de monte, interdixit illis, ne cui nar- Matt. 17. b
rarent quæ uiderant, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexisset. Ac uerbum
hoc

[b] Vel potius, cum sustulisset oculos; scilicet qui prius clausi erant. Vtrũq; enim significat ἀναβλέπειν, oculos attollere, ut hic: & uisum recipere, ut mox.

[e] Id est, rem: iuxta Hebraismũ דבר

[f] Malim interpretari: quoniam non sapis diuina, sed humana.

[g] Id est, uitã, quãuis mox æquiuoce ponatur anima.

[h] In retributionẽ, uel permutationem animæ suæ.

[a] Vel, uirtute.

Digitized by Google

hoc retinuerunt, inter se disputantes, quid esset, à mortuis resurgere: & interroga-
bant illum, dicentes: [b]Scribæ dicunt, Heliam oportere uenire prius. Ille uero re-
Isa. 53. b Mal. 4. b spondens, dixit illis: Helias quidem ubi uenerit prius, restituit omnia. †Et quo-
modo scriptum est de filio hominis, ut multa patiatur, & contemnatur. Verum di
co uobis, Heliam uenisse: & fecerunt illi quæcunque uoluerunt, sicut scriptum erat
Matt. 17. c Luc. 9. e de illo. †Et quum uenisset ad discipulos, uidit turbam multam circum illos, & C
scribas disputantes cum eis. Et protinus uniuersa turba, quum uidisset eum, ob-
stupuit: & occurrentes salutauerunt eum. Et interrogauit scribas: Quid disputa
tis inter uos? Et respondens unus è turba, dixit: Præceptor, adduxi filium meum
ad te, habentem spiritum mutum, & quandocunque eum corripuerit, [c]lacerat eum:
& spumat, ac stridet dentibus suis, & arescit. Et dixi discipulis tuis, ut illum eijce
rent, & non potuerunt. At ille respondens ei, dicit: O natio incredula, quousque
apud uos ero? quousque patiar uos? Adducite illum ad me. Et adduxerunt illum ad
eum. Et uiso illo, continuo spiritus [d]discerpebat eum. Et prolapsus in terram, uol
uebatur spumans. Et interrogauit patrem illius: Quantum temporis est, quod D
hoc accidit ei? At ille dixit: A puero, & frequenter illum & in ignem abiecit, &
in aquas, quo perderet eum. Age, si quid potes, subueni nobis, intime misertus
nostri. Iesus autem dixit ei: Illud si potes credere. Omnia possibilia credenti. Et
confestim exclamans pater pueri cum lachrymis, dixit: Credo Domine, succurre
incredulitati meæ. Quum uidisset autem Iesus, turbam simul accurrere, incre-
pauit spiritum immundum, dicens illi: Spiritus mute & surde, ego tibi impero,
exi ab isto: & ne posthac ingrediaris in illum. Et quum clamasset [spiritus,] mul-
tumque [e]discerpsisset eum, exiuit. Et euasit similis mortuo, adeò, ut multi dicerent,
mortuus est. At Iesus præhensa manu illius, erexit eum: & [ille] surrexit. Et quum B
esset ingressus domum, discipuli illius interrogabant eum seorsum: Cur nos non
quiuimus eijcere illũ? Et dixit illis: Hoc genus nulla re potest [f]exire, nisi per pre-
Matt. 17. d Luc. 9. c cationem & ieiunium. †Et illinc digressi, iter fecerunt per Galilæam, nec uole
bat, ut quisquam [id] sciret. Docebat enim discipulos suos, & dicebat illis: Filius
hominis traditur in manus hominũ, & occident eum: & occisus, tertio die resur-
Matt. 18. a Luc. 9. f get. Et illi non intelligebant quod dixerat, & timebant eum interrogare. †Et
uenit Capernaum, & quum uenisset in ædes, interrogabat illos: Quid in itinere
inter uos disputabatis? At illi silebant. Nam inter se disputauerãt in uia, quis esset
maximus. Et quum consedisset, accersiuit duodecim, & dicit illis: Si quis uult pri-
mus esse, [g]erit omnium postremus, & omnium minister. Et apprehensum puellũ
statuit in medio illorum: & quum cepisset illũ in ulnas suas, dixit illis: Quisquis
unum ex talibus puellis receperit nomine meo, me recipit: & quicũque me recipit,
[h]non me recipit, sed eum qui misit me. Respondit autem ei Ioannes, dicens: F
Præceptor, uidimus quendam nomine tuo eijcere dæmonia, nec sequitur nos, &
1. Cor. 12. a prohibuimus illum, propterea quod non sequitur nos. At Iesus ait: †Ne prohi-
beatis illum. Nullus enim est, qui si ædiderit uirtutem per nomẽ meum, possit ci-
to male loqui de me. Qui enim nõ est aduersus nos, pro nobis est. Quisquis enim
ad bibendum dederit uobis poculum aquæ nomine meo, quod sitis Christi, amẽ
Matt. 18. b dico uobis, nequaquam perditurus est [i]mercedem suam. †Et quisquis offen-
derit unum ex pusillis, qui confidunt in me, melius foret illi si circũdaretur lapis
molaris ceruici eius, & abijceretur in mare. Quod si tibi offensioni fuerit manus
tua, amputa illam. [k]Melius est tibi mancum ad uitam ingredi, quàm duas manus G
Esa. 66. g habentem abire in gehennam, in ignem extinguibilem, ubi †uermis illorum nõ
moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus tibi offensioni fuerit, amputa il-
lum. Melius est tibi, ut ingrediaris ad uitam claudus, quàm ut duos pedes habẽs,
mittaris in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi uermis illorum non mori-

[b] Hoc ita enunciant, quasi dicerẽt, Id si uerũ est, quid dicis tu de resurrectione à mortuis, cum nondũ uenerit Helias, qui uenturus est ante diẽ iudicij, Mal. ult. in quo futura est resurrectio?

[c] Vel, lacerat eum, ut spumet, ac strideat dentibus suis, & arescat. Varius enim usus est unius coniunctionis copulatiuæ apud Hebræos.

[d] Vel, raptabat.

[e] Vel, raptasset.

[f] Vel, eijci.

[g] Futurum est pro imperatiuo, de more Hebraico, erit, id est, sit.

[h] Non pro nõ solũ, crebro est in usu sacris. Sic sæpe in euãgelio Ioãnis. Sic hic, Non, id est, nõ solũ me recipit: sed, id est sed etiam, &c. Vel, non tam me recipit, quàm eum, &c.

[i] Præmium suum.

[k] Hebraismus est, positiuus pro comparatiuo, qui Hebræis deest.

Digitized by Google

tur, & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus tibi offensioni est, erue illum. Melius est tibi, ut [l] luscus introeas in regnum Dei, quàm ut duos oculos habens, mittaris in gehennam ignis, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. † Vnusquisque enim igne salietur, [m] & unaquæque * uictima sale [n] salietur. † Bona res est sal. Cæterũ si sal insulsus fuerit, [o] quo nam ipsum condietis? [p] Habete in uobis ipsis salem, & pacem habete inter uos inuicem. CAPVT X.

[l] Vel, unioculus.

[m] Id est, ut.

[n] Id est, saliri solet, iuxta Hebraismum.

[o] Vel, qua nã re cõdieris salem, ut salsus fiat?

[p] Vel, facite ut habeatis.

Heb. 12. * Leuit. † Matt. 5. Luc. 14.

Matrimonij leges Christus præscribit & infantibus benedicit. Adolescentem operum fiducia tumidum relictis omnibus se sequi iubet: quantaque sit diuitiarum incommoditas, & quæ nam sequentium merces, edisserit. Zebedæi filios primatum spirantes humilitatem docet, & Bartimæo uisum restituit.

A ET † quum inde surrexisset, uenit in fines Iudææ per regionem quæ est ultra Iordanem, & conueniunt rursum turbæ ad illum: & sicut consueuerat, rursum docebat eas. Et adeuntes pharisæi, interrogauerũt eum: An liceret uiro uxorem repudiare, tentantes illum. At ille respondens, dixit illis: Quid uobis præcepit Moses? At illi dixerunt: † Moses permisit libellum repudij scribere, & repudiare. Et respondens Iesus, dixit illis: [a] Ad duritiã cordis uestri scripsit uobis præceptum istud: cæterũ ab initio creationis masculum & fœminã fecit illos Deus. Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adglutinabitur uxori suæ. Et erunt duo in [b] carnẽ unam. Itaque non iam sunt duo, sed una caro. Quod B igitur Deus copulauit, homo ne separet. Et in domo rursum discipuli illius eadem de re interrogauerunt illum. Et dicit illis: Quicunque repudiauerit uxorem suam, & duxerit aliam, adulterium committit aduersus illam. Et si mulier repudiauerit uirum suum, & nupserit alteri, adulterium committit. † Et afferebant ad illum puellos, ut tangeret illos discipuli uero increpabant eos, qui adducebant. Quod quum uidisset Iesus, indignatus est, & dixit illis: Sinite puellos uenire ad me, ne prohibete eos: talium est enim regnum Dei. Amen dico uobis: Quicunque non acceperit regnum Dei, tanquam puellus, haudquaquam ingredietur in illud. Et quũ cepisset illos in ulnas, impositis manibus super illos, [c] benedixit eis. † Et quum exiret in uiam, accurrit quidam, ac genua flexit illi, & interrogabat eum: Præceptor bone, quid faciam, ut uitam æternam possideam? Iesus au C tem dixit illi: Quur me dicis bonum? Nemo bonus, nisi unus, [nempe] Deus. Præcepta nosti. Ne † cõmittas adulteriũ. Ne occidas. Ne fureris. Ne falsum testimonium dicas. Ne fraudes. Honora patrem tuum & matrẽ. At ille respondens, dixit illi: Præceptor, hæc omnia seruaui ab adolescentia mea. Iesus autẽ intuitus illum, dilexit illũ, & dixit illi: Vnum tibi deest. Abi, † quæcunque habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo, & ueni, & sublata cruce sequere me. At ille mœstitia affectus propter eum sermonẽ, discedebat dolens: habebat enim possessiones multas. † Et quum circũspexisset Iesus, dicit discipulis suis. Quàm difficulter, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Discipuli uero obstupuerunt super uerbis illius. At Iesus rursum respondẽs, dicit illis: Filij, quàm dif D ficile est eos, qui confidunt pecunijs, regnum Dei ingredi. Facilius est camelum per foramen acus ingredi, quàm diuitem in regnum Dei ingredi. Illi uero supra modum stupebant, dicentes apud sese: Et quis potest salutem consequi? Intuitus autem illos Iesus, dicit: Apud homines impossibile est, sed non apud Deũ. Nam omnia possibilia sunt apud Deum. † Et cœpit Petrus dicere illi: Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. Respondens autem Iesus, dixit: Amen dico uobis: Nullus est, qui reliquit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorẽ, aut liberos, aut agros, mea caussa & euangelij, quin recipiat centupla, nunc in tempore hoc, domos & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & E agros cum persequutionibus, ac in sæculo uenturo uitam æternã. † Multi autem primi

[a] Vel, ob duritiam.

[b] Vel, corpus: iuxta Hebraismum.

[c] Vel, bene precatus est eis.

Matt. 19. Deut. 24. Matth. 5. 1. Cor. 6. Eph. 5. Matt. 19. Luc. 18. b Matt. 19. Luc. 18. d Exod. 20. Act. 2. c 4. d Matt. 19. Luc. 18. c Matt. 19. Luc. 18. c Matt. 19.

Digitized by Google

att.20.b primi erunt postremi: & postremi, primi. † Erant autē in uia, ascendentes Hiero-
ic.18.e solymam, & præcedebat illos Iesus, erantq; pauefacti, & sequentes timebant. Et
adsumptis Iesus rursum duodecim, cœpit illis dicere, quæ sibi euentura essent: Ec-
ce, ascēdimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum
& scribis, & condemnabunt eum ad mortem, tradentq; illum gentibus, & illu-
dent illi, flagellabuntq; illum, & inspuent in illū, & occident eum, & tertia die re-
att.20.c surget. † Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes, filij Zebedæi, dicentes: Præce-
ptor, uolumus ut quicquid petierimus, facias nobis. Ille uero dixit eis: Quid me F
uultis facere uobis? Illi uero dixerunt ei: Da nobis, ut unus tibi à [b] dextra, & alter [b] Pluralia à Græcismo sunt.
tibi à sinistra, sedeamus in gloria tua. Iesus autem dixit illis: Nescitis quid petatis.
Potestis bibere poculum, quod ego bibo? & baptismate, quo ego baptizor, bapti-
zari? At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem dixit illis: poculū quidem, quod
ego bibo, bibetis, & baptismate, quo ego baptizor, baptizabimini: cæterum se-
dere mihi à dextra ac sinistra, non est meum dare, [c] sed [ijs continget] quibus pa- [c] Vel, nisi quibus paratum est.
ratum est. Hoc quum audissent decem, cœperunt indignari de Iacobo & Ioan-
ic.22.c ne. Iesus autē quum uocasset eos ad se, dicit illis: † Scitis, eos qui uidentur impe-
rare gentibus, dominiū exercere in illas: & qui magnates sunt inter eas, potesta-
tem exercere in illas. Verum non sic se res habebit inter uos, sed quicunq; ex uo-
bis uoluerit fieri magnus inter uos, erit minister uester. Et quicūq; ex uobis uo-
luerit fieri primus, erit omnium seruus. Nam & filius hominis, non uenit ut sibi G
ministraretur, sed ut [ipse] ministraret: ac daret [f] animam suam, redemptionē pro [f] Id est uitam.
att.20.d multis. † Et ueniunt Hiericho, quumq; egrederetur Hiericho, ac discipuli illius
ic.18.f.g & turba copiosa, filius Timæi, Bartimæus cæcus sedebat iuxta uiam mendicans:
& quum audisset Iesum Nazaræum esse, cœpit clamare & dicere: Fili Dauid Ie-
su, miserere mei. Et increpabant illum multi, ut taceret. At ille multo magis cla-
mabat: Fili Dauid, miserere mei. Et stetit Iesus, ac iussit illum uocari. Et uocant
cæcū, dicentes illi: Bono animo esto: surge, uocat te. Ille uero abiecto pallio suo,
surrexit, & uenit ad Iesum. Et respondens dicit illi Iesus: Quid uis faciā tibi? Cæ-
cus autem dixit ei: Rabboni, ut uisum recipiam. Iesus aūt dixit illi: Abi, fides tua
saluū te reddidit. Ac protinus recepit uisum: & sequebatur Iesum in uia. XI.

Hierosolymam Christus asinæ pullo uictus aduenit, ficum fructu carentem execratur, quæstum captantes templo eijcit, fidei uirtutem docet, & pharisæos de authoritate sibi data interrogantes alia quæstione eludit.

att.21.a ET * quum adpropinquant Hierosolymis, ad Bethphage, & Bethaniam, iu- A
rc.19.e xta mōtem Oliuarum, emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: Abite in ui-
cum, qui è regione uestri est, & statim ingrediētes in illū, inuenietis pullū alliga-
tum, super quem nullus hominū sedit: soluite eum, & adducite. Et si quis uobis
dixerit: Cur facitis hoc? dicite, quod dominus eo opus habet: & continuo illum
mittet huc. Abierunt autem, & inuenerūt pullum alligatum iuxta ianuam, foris
in biuio: & soluunt illum. Et nonnulli eorum, qui illic stabant, dicebant illis:
Quid facitis soluentes pullum? At illi dixerunt eis, quemadmodum præceperat
Iesus: & sinebant illos. Et adduxerunt pullum ad Iesum, & iniecerunt illi uesti-
an.12.b menta sua: seditq; super illum. Multi † uero uestimenta sua sternebant in uiam: B
alij uero frondes incidebant ex arboribus, & sternebant in uiam. Et qui præcede-
al.117.c bant, quiq; sequebantur, clamabāt, dicentes: † Hos anna, [a] benedictus, qui uenit [a] Vel, prædicandus, siue celebrādus: uel, laudabilis, fortunatus, felix.
nomine Domini. Benedictū, quod uenit, regnum, nomine Domini, patris no-
stri Dauid: Hos anna in altissimis. Et ingressus est Hierosolymam Dominus,
& in templum. Et quum circumspexisset omnia, iamq; tempus esset uesperti-
att.21.b num, egressus est Bethaniam cum duodecim. † Et postero die, quum exijssent Be-
rc.19.g thania, esurijt: Quumq; * uidisset arborem fici procul, habentem folia, ueniebat,

Digitized by Google

an uidelicet inuenturus esset aliquid in ea. Et quum uenisset ad illam, nihil inue-
nit, nisi folia. Non enim erat [b] tempus ficorum. Et respondens Iesus, dixit ficui:
Ne posthac ex te in æternũ, quisquam fructum edat. Et audiebãt discipuli illius,
† ueniuntq; Hierosolymam. Et ingressus Iesus in templum, cœpit eijcere eos, Matt. 21.
qui uendebãt & emebant in templo, & mensas argentariorum, sellasq; uenden-
tium columbas subuertit: nec permittebat, ut quisquam deportaret uas per tem-
C plum. Et docebat, dicẽs illis: Nónne scriptũ est: † Domus mea, domus precatio- Esa. 56.d Hier. 7.b
nis uocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum.
Hoc audito scribæ, principesq; sacerdotum, quærebant quomodo illum essent
perdituri. Timebant enim eũ: quia uniuersa turba obstupescebat super doctrina
eius. Et quum aduesperauisset, egressus est Iesus è ciuitate, & mane prætereuntes,
uiderunt ficum aruisse radicitus: & recordatus Petrus, dicit illi: Rabbi, ecce ficus
illa, quam execratus es, aruit. Et respondens Iesus, dicit illis: Confidite Deo.
Amen dico uobis, quicunq; dixerit monti huic: Tollaris, ac mittaris in mare: &
non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit fore, quæ dixerit, continget illi quic-
quid dixerit. Propterea dico uobis, quæcunq; orantes petitis, credite uos impe-
D trare, & contingent uobis. † Et quum steteritis orantes, remittite si quid habetis
aduersus aliquem: ut & pater uester, qui in cœlis est, remittat uobis delicta uestra.
† Et ueniunt rursum Hierosolymam, & quum ambularet in templo, ueniunt ad Matt. 21
illum principes sacerdotũ, & scribæ, & seniores, & dicũt illi: Qua authoritate ista Luc. 20.a
facis? & quis tibi dedit authoritatem istam, ut ista facias? Iesus autem respõdens,
dixit illis: Quæram à uobis, & ipse quiddam, & respondete mihi: dicamq; uobis
qua authoritate hæc faciam. Baptismus Ioannis è cœlo erat, an ex hominibus?
Respondete mihi. Et [c] ratiocinabantur apud se, dicentes: si dixerimus, è cœlo, di
cet, Quur igitur non credidistis illi? At si [D] dixissent, ex hominibus, timebant po-
pulum. Omnes enim habebãt Ioannem, ut qui uere propheta fuisset. Et respon-
dentes, dicunt Iesu: Nescimus. Et Iesus respondens, dicit illis: Nec ego dico uo-
bis qua authoritate hæc faciam.

[b] Vel, tempestiuitas.

[c] Vel, cogitabant.

[D] Verbi tamen interpretatione anacoluthon est Hebræis frequens, sic: At si dixerimus ex hominibus, timebant populum.

CAPVT XII.

Parabola uineæ & agricolarum Christus Iudæorum taxat ingratitudinem & quæstionem de censu dando soluit. Sadducæos de resurrectione conuincit, & quodnam primum præceptorum cuiusq; ipse sit filius edocet. Scribas uitari iubet, & quo animo diuinis usibus inseruiendum sit commonstrat.

A ET † cœpit illis per parabolas loqui. Vineam plantauit homo, & circundedit Matt. 21
sepem, foditq; lacum, & ædificauit turrim: & elocauit eam agricolis, & pere- Luc. 20.
gre profectus est. Et misit ad agricolas, quũ tempestiuum esset, seruũ, ut ab agri- Isa. 5.a
colis acciperet de fructu uineæ. At illi arreptum illum cæciderunt, ac remiserunt Ier. 2.d
uacuum. Et rursum misit ad illos aliũ seruum, cui coniectis in eum saxis, caput
contuderunt, & remiserunt contumelijs affectum. Et rursum alium misit, & illũ
occiderunt, multosq; alios: hos quidem cædentes, alios uero occidentes. Itaq;
quum unum adhuc haberet filium suum dilectum, misit etiam illum ad illos po
stremum, dicens: Reuerebuntur filium meum. Illi uero agricolæ dicebant inter
sese: Hic est hæres, † uenite, occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et arreptũ Gen. 37.d
illum, occiderunt, & eiecerunt è uinea. Quid igitur facturus est dominus uineæ?
Veniet & perdet agricolas, & dabit uineam alijs. An ne hanc quidem scripturam
legistis? † Quem reprobauerũt lapidem ædificatores, hic factus est caput anguli: 1. Pet. 2.a
à Domino factũ est hoc, & est admirabile oculis nostris. Et quærebant eum com Psal. 117.
præhendere, [b] & metuebant multitudinem: sciebant enim, quod aduersus ipsos Matt. 21. Isa. 28.d
B parabolam dixisset. Et relicto illo abierunt. † Et mittunt ad illum quosdam è Act. 4.b Rom. 9.g
pharisæis, & Herodianis, ut eum captarẽt sermone. Illi uero quum uenissent, di- * Matt. 22.
cunt ei: Præceptor, scimus quod uerax es, & non curas quenquam: non enim re- Luc. 20.
spicis

[a] Anacoluthon est, quod licet sollas supplẽdo aliquid. Multosq; alios, scilicet male tractarunt, hos quidem, &c.

[b] Et, pro sed est positũ, more Hebraico, quo \ uice est multarũ coniunctionũ.

Digitized by Google

spicis personam hominum, sed reuera uiam Dei doces. Licet censum dare Cæsa-
ri, an non? Demus, an non demus? Ille uero cognita illorum simulatione, dixit il-
lis: Quid me tentatis? Afferte mihi denarium, ut uideam. Illi uero attulerunt. Et
dicit eis: Cuius est imago hæc, & inscriptio? Illi uero dixerunt ei: Cæsaris. Et re-
om.13.c spondens Iesus, dixit illis: †Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei,
Matt.22.c Deo. Et admirati sunt de eo. †Et ueniunt Sadducæi ad illum, qui dicunt, non
uc.20.d esse resurrectionem, interrogaueruntque eum, dicentes: Præceptor, Moses scripsit
eut.25.b nobis, *si cuius frater mortuus fuerit, ac reliquerit uxorem, & liberos non reli-
querit, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Septem fra-
tres fuerunt, ac primus duxit uxorem: isque moriens, non reliquit semen: & secun-
dus duxit illam, ac mortus est, & nec ipse reliquit semen: & tertius similiter. Et
duxerunt eam septem, nec reliquerunt semen. Postrema uero omnium mortua
est & mulier. In resurrectione igitur, quum resurrexerint, cuius illorum erit uxor?
Nam septem habuerunt eam uxorem. Et respondens Iesus, dixit eis: An non pro
pterea erratis, quod non sciatis scripturas, neque potentiam Dei? Quum enim à C
mortuis resurrexerint, neque contrahunt matrimonium, neque nuptum dantur, sed
sunt uelut angeli, qui in cœlis sunt. Cæterum de mortuis, quod resuscitentur, nõ
xod.3.a legistis in libro Mosi, quomodo in rubo loquutus sit illi Deus, dicens? *Ego ille
Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Non est Deus mortuorum, sed
Matt.22.d Deus uiuentium. Vos igitur multum erratis. †Et quum accessisset quidam è
uc.10.e scribis, & audisset eos disputantes, uideretque eum bene respondisse eis, interroga-
uit illum: Quod est primum omnium præceptorum? Iesus autem respondit illi:
eut.6.a Primum omnium mandatorum est: †Audi Israel, Dominus Deus noster, Do-
minus unus est. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex to
ta anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis uiribus tuis. Hoc est primum præce
euit.19.d ptum. Et secundum simile, hoc est: †Diliges proximum tuum, ut teipsum. Maius
Matt.22.d his, aliud præceptum non est. Et dixit illi scriba: Recte, præceptor, in ueritate
om 13.c dixisti, unum esse Deum, nec esse alium præter illum: diligereque eum ex toto cor-
al.5.c de, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis uiribus: ac diligere proxi-
c.2.b mum ut seipsum, plus esse quàm uniuersa holocautomata, & uictimas. At Iesus
quum uideret eum, cordate respondisse, dixit illi: Haud longe abes à regno Dei.
Matt.22.d Et nemo post illa, audebat illum interrogare. †Et respondens Iesus, dicebat, D
uc.20.c docens in templo: Quomodo dicunt scribæ, Christum esse filium Dauid? Nam
Psal.109.a ipse Dauid dixit adflatus spiritu sancto: †Dixit Dominus domino meo, sede à
dextra mihi. Donec posuero inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Ipse ergo
Dauid uocat eum dominum, [c] & unde filius eius est? Et pleraque turba audiebat
Matt.23.a eum libenter. Dicebat autem illis in doctrina sua: †Cauete à scribis, qui amant
uc.20.g stolati obambulare, & [amant] salutationes in foris, primasque sellas in [b] congre-
gationibus, & primos accubitus in cœnis: qui deuorant domos uiduarum, idque
prætextu, ut qui longas precationes faciant. Hi subibunt grauius [e] supplicium. Et
quum sederet Iesus ex aduerso gazophylacij, spectabat quomodo multitudo mit
teret æs in gazophylacium. Et multi diuites mittebant multa. Et uenit quædam
uidua pauper, misitque minuta duo, qui est quadrans. Vocatisque ad se discipulis
suis, dicit illis: Amen dico uobis, uidua hæc pauper plus misit, quàm omnes qui
miserunt in gazophylacium. Nam omnes ex eo, quod ipsis supererat, miserunt:
at hæc è penuria sua omnia quæcunque habebat misit, totam substantiam suam.

CAPVT XIII.

Christus horrendum Hierosolymarum excidium quale futurum & quæ signa præcessura sint, exponit: hinc occasione sumpta de extremo iudicio disserit, eiusdemque signa recenset, ad sobrietatem & uigilantiam omnes adhortans.

[c] Vel, unde ergo. Vt sit iuxta Hebraismi enallage coniunctionis.
[b] Vel, synagogis.
[e] Iudicium, synecdocha Hebraica, pro supplicio et condemnatione, mulctaque ponitur.

Digitized by Google

A ET † quum exiret è templo, dicit illi quidam è discipulis ipsius: Magister, uide cuiusmodi lapides, & cuiusmodi structuræ? Et Iesus respondens, dixit illi: Vides has magnas structuras? Non relinquetur lapis super lapidem, qui nō diruatur. Et quum sederet in monte Oliuarū, è regione templi, interrogabant illum [a] seorsum, Petrus & Iacobus, & Ioannes & Andreas: Dic nobis quando hæc euenient? Et quod signum erit, quando hęc omnia sint consummanda? At Iesus respōdens illis, cœpit dicere: Videte, nequis uos fallat. Multi enim uenīēt nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, multosq; decipient. Quum aūt audieritis bella, & rumores bellorū, ne turbemini: oportet enim [ea] fieri, at nondū finis. Insurget enim gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnū. Et erunt terræmotus [b] in singulis locis, eruntq; fames ac [c] tumultus. Initia dolorum hæc. Sed [d] cauete uos uobis ipsis. Tradēt enim uos in cōcilia, & in synagogas, cædemini, B & ad pręsides ac reges ducemini propter me in testimoniū illis. Et in omnes gentes oportet prius prædicari euangeliū. † Quum autem duxerint uos tradentes, ne solicite præcogitetis, quid dicturi sitis, neq; meditemini: sed quicquid datū fuerit uobis illa hora, hoc loquamini. Non enim estis uos qui loquimini, sed spiritus sanctus. Traditurus est aūt frater fratrem in mortem, & pater [e] filium: & insurgent liberi aduersus parentes, ac morte afficient eos. Et eritis odio omnibus, propter nomen meum. Qui uero [f] sustinuerit usq; in finē, hic saluabitur. † Porrò quum uideritis abominationē desolationis, de qua dictū est à * Daniele propheta, stantem ubi non oportet, qui legerit, intelligat: tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant in montes: qui uero fuerit in tecto, ne descendat in domum, nec ingre- C diatur, ut quicquā tollat è domo sua. Et qui fuerit in agro, ne reuertatur [g] retro ad tollendū pallium suum. Væ aūt pręgnantibus, & lactantibus in illis diebus. Sed orate ne fiat fuga uestra hyeme. Erunt enim dies illi, talis afflictio, qualis nō fuit à primordio rerū conditarū, quas condidit Deus, usq; ad hoc tēpus, nec futura est. Et nisi Dominus decurtasset dies, haudquaquā seruata fuisset [h] ulla caro. Sed propter electos, quos elegit, decurtauit dies. Ac tum si quis uobis dixerit: Ecce, hic Christus, ecce illic, ne credatis. Exorientur enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & edent signa ac prodigia ad decipiendū, si fieri possit, electos. Vos aūt cauete, ecce, prædixi uobis omnia. † Cæterū in illis diebus, post afflictionē illam, sol obtenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ cœli decident: & [i] uires, quæ in cœlis sunt, concutientur. Et tunc uidebunt filiū hominis uenientē in nubibus cum [k] potestate multa & gloria: & tūc mittet angelos suos, & aggre- D gabit electos suos, à quatuor uentis ab extremo terræ, usq; ad extremū cœli. † A ficu uero discite similitudinem, quum ramus eius iam tener fuerit, produxeritq; folia, scitis propè esse æstatem: Sic & uos quum uideritis hæc fieri, scitote propè esse in foribus. Amen dico uobis, non præterierit [l] natio hæc, donec omnia hæc facta fuerint. Cœlum & terra præteribunt, sed dicta mea nō præteribunt. Diem autem illam & horam nemo nouit, ne angeli quidem, qui in cœlo sunt, nec ipse filius, sed solus pater. † Cauete, uigilate, & orate: nescitis enim quādo sit [m] tempestiuitas. Sicut homo qui peregre agit, relicta domo sua, deditq; seruis suis [n] potestatē, ac suum cuiq; opus, [o] ianitori mādauit, ut uigilaret. Vigilate igitur, nescitis enim quando dominus domus [p] uenturus sit, uesperi an medio noctis, an in gallicinio, an diluculò: ne si uenerit repente, offendat uos dormientes. Cæterum quæ dico uobis, omnibus dico. Vigilate.

CAPVT XIIII.

Vltimis tribus capitibus eadem describit quæ & Matthæus, mortem scilicet saluatoris nostri Iesu Christi, quidq; eandem & antecesserit & consecutum sit, &c.

A ERat † autem pascha, et [a] azyma post biduum. Et quærebant summi sacerdotes, & scribæ, quomodo eum per dolum compræhensum, occiderent. Dicebant

[Right margin: Matt.2 / Luc.2 — Matt.1 — Matt.24 / Luc.21 / *Dan.9 — Matt.24 / Luc.21 / Ioel.3.c — Matt.2 — Matt.2 / 25.a / Luc.12 / & 16.a — Matt.2 / Luc.22]

[Margin notes:]

[a] Vel, secreto.

[b] Vel, hinc inde: uel, per loca.
[c] Vel, res turbulētæ.
[d] Vel, uidete.

[e] τέκνον.

[f] Perseuerauerit.

[g] ἐις τὰ ὀπίσω, nil aliud est quam retro. Aduerbialiter enim ponitur.

[h] Id est, ullus homo. Porro omnis pro ullus creber est Hebraismus.

[i] Siue robora & moles.
[k] Vel, potentia.
[l] Vel, ætas: uel, generatio.
[m] Vel, tempus illud.
[n] Græce appositus articulus indicat certā potestatē, scilicet suam, uel domesticā, den gwalt.
[o] Et, redundat more Hebraico. Cæterum anacoluthon est, qualia multa apud Hebræos: uel, aposiopesis. Videtur enim supplendū, ita uigilate, sicut homo peregre pfectus ianitori mandare solet, ut uigilet.
[p] Vel, ueniat.
[a] Id est, solenne azymorum.

Digitized by Google

Matt. 26.a
Luc. 22.a

bant autem: Non die festo, ne tumultus fiat populi. †Et cum esset Bethaniæ in
domo Simonis leprosi, accumbente eo, uenit mulier habens alabastrum ungu͂eti
nardi [b]pisticæ pretiosæ, & cõminuto alabastro, effudit illi in caput. Erant aũt qui-
dam qui indignabãtur apud sese, dicentes: Quorsum facta est hæc unguenti per
ditio? Nam poterat hoc uendi pluris q̃ trecentis denarijs, ac dari pauperibus. Et
fremebãt aduersus illam. At Iesus dixit: Sinite illam, cur illi [c]molestias exhibetis?
Bonum opus operata est erga me. Semper enim pauperes habetis uobiscum, &
quandocunq; uolueritis, potestis illis benefacere, me uero non semper habetis.
Quod potuit hæc, fecit, [d]præoccupauit ungere corpus meum ad sepulturã. Amen
dico uobis, ubicunq; prædicatũ fuerit euangelium hoc in totum mundũ, etiam

Matt. 26.b
Luc. 22.a

hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriã ipsius. †Et Iudas Iscariotes, unus è duo- B
decim, abijt ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis. Hoc aũt illi audito, gaui
si sunt, & polliciti sunt ei pecuniã se daturos. Et quærebat quomodo opportune

Exod. 12.c
Matt. 26.b
Luc. 22.a

illum traderet. †Ac primo die azymorũ cum pascha immolarent, dicunt illi disci
puli ipsius: Vbi uis ut profecti paremus, ut edas pascha? Et emittit duos è discipu-
lis suis, & dicit illis: Ite in ciuitatẽ, & occurret uobis homo [e]fictile uas aquæ baiu
lans. Sequimini illũ, & quocunq; ingressus fuerit, dicite patrifamiliãs: Magister
dicit: Vbi est diuersoriũ, ubi pascha cum discipulis meis edam? Et ille uobis osten
det [f]cœnaculum magnum, stratum, paratum, illic parate nobis. Et [g]exierunt disci
puli eius, & uenerunt in ciuitatem, & repererunt quemadmodũ dixerat illis: pa-

Matt. 26.b
Luc. 22.b
Ioan. 13.c

rauerunt͂q; pascha. †Et cum aduesperauisset, uenit cum duodecim. Cumq; ac-
cumberent, ederent͂q;, dixit Iesus: Amen dico uobis, unus ex uobis me proditu-
rus est qui edit mecum. At illi cœperunt affici mœstitia, ac dicere illi singulatim:
Nunqd ego? Et alius: Nunquid ego? Ille uero respondens, dixit illis: Vnus è duo C

Psal 40.c
Act. 1.c
Matt. 26.b
I. cor. 11.c

decim qui intingit mecũ in catinum. Filius quidẽ hominis abit sicut †scriptũ est
de ipso, uæ autẽ homini illi per quem filius hominis proditur. Bonũ erat illi si na
tus non fuisset homo ille. *Et edentibus illis, sumpto Iesus pane, cũ benedixisset,
fregit, & dedit illis, ac dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meũ. Et accepto po
culo, quũ gratias egisset, dedit illis. Et biberunt ex eo omnes. Et dixit illis: Hic est
sanguis meus noui Testamẽti, qui pro multis effunditur. Amen dico uobis, post
hac haud quaq̃ biberim de fructu uitis, usq; ad diem illum, quũ illum bibam no-

Ioan 16.g
Matt. 26.c
Zac. 13.d
Act. 1.a

uum in regno Dei. Et quũ †hymnũ dixissent, exierunt in montẽ Oliuarũ. *Et di
cit illis Iesus: Omnes offendemini in me in nocte hac, quia scriptũ est: †Percutiã
pastorem, & dispergentur oues. †Sed posteaq̃ resurrexero, præcedam uos in Gali
læam. Petrus autem dixit illi: Etiam si omnes offendantur, non tamen ego. Et di
cit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie in nocte hac, priusq̃ bis gallus cecinerit, ter ab
negabis me. At ille uehementius dicebat: Imò si me oportuerit cõmori tibi, haud D

Matt. 26.d
Luc. 22.d

quaquam te abnegauerim. Similiter autem & omnes dicebant. †Et ueniunt in
locũ, cuius nomen Gethsemani, & dicit discipulis suis: Sedete hic, donec digres-
sus orauero. Et assumit Petrũ & Iacobum & Ioannem secũ, cœpit͂q; expauescere
& [h]addictari. Et dicit illis: Dolore afficitur anima mea usq; ad mortem. Manete
hic, & uigilate. Et progressus paululũ, prolapsus est in terram, & orabat, ut si fieri
posset, transiret ab ipso hora, & dicebat: Abba pater. Omnia possibilia sunt tibi,
transfer poculum hoc à me. Veruntamen non quod ego uelim, sed quod tu. Et
uenit, & offendit eos dormientes, dicit͂q; Petro: Simon, dormis? non potuisti unã
horam uigilare? Vigilate & orate, ne [i]incidatis in tentationem. Spiritus quidem

Matt. 26.d

promptus est, at caro infirma. †Et rursum digressus orabat, & eundem dixit ser-
monem. Et reuersus, offendit illos rursum dormientes, erant enim oculi eorũ gra
uati, neq; sciebant quid illi responderent. Et uenit tertiò, dicit͂q; illis: Dormite
[k]posthac, & requiescite. Sufficit. Venit hora. Ecce traditur filius hominis in ma-

ddd

[b] Id est, synceræ, incorruptæ, quasi fidæ mercis, græce & vulgo.
[c] Vel, labores.
[d] Præuenit ut ungeret.
[e] Hydriam fictilem.
[f] ἀνώγεον cœnaculum sublimius in altiore ædiũ parte extructum, sic dictum, quasi à terra exaltatum sit.
[g] Vel, profecti sunt: uel, discesserunt. Sind vßgangen.
[h] Vel, angi.
[i] Vel, Veniatis.
[k] Vel, in posterum.

Digitized by Google

nus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce proditor mei appropinquat. †Et continuo adhuc eo loquēte accedit Iudas, qui erat unus è duodecim, & cum illo turba multa cum gladijs & fustibus, à summis sacerdotibus & scribis & senioribus. Dederat autem proditor eius cōmune signum illis, dicens: Quemcunque osculatus fuero, is est, comprehēdite illum, & abducite caute. Et quū uenisset, protinus accedit ad illum, dicitque ei: Rabbi rabbi, ac deosculatus est eum. Illi uero iniecerunt in illum manus suas, & comprehenderunt eum. Vnus autem quispiam adstantium, educto gladio, percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit eius auriculam. Et respondens Iesus, dixit illis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs ac fustibus, ad comprehendendum me: quotidie eram apud uos in templo, docens, & non comprehendistis me: [l]sed ut impleantur scripturæ. Et relicto illo, omnes fugerunt. Et unusquispiam adolescētulus sequebatur illum, circumamictus sindone super nudum, & comprehenderunt illum adolescentuli. Ille uero relicta sindone, nudus effugit ab illis. †Et abduxerunt Iesum ad summum sacerdotem, & conueniunt ad illum omnes summi sacerdotes, & seniores & scribæ. Et Petrus eminus sequebatur illum, donec uenisset in atrium summi sacerdotis, & sedebat unà cū ministris, & calefiebat ad [m]lumen. †Summi uero sacerdotes, & totū concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, ut morti eum traderēt, nec inueniebant. Nam multi falsum testimonium dicebāt aduersus illum, nec erant satis idonea testimonia. Et quidam assurgebant, & falsum testimoniū ferebant aduersus illum, dicentes: Nos audiuimus eum dicentem: Ego †diruam templū hoc manufactum, & tribus diebus aliud nō manufactum extruam. Et ne sic quidē satis idonea erant testimonia illorum. Et surgens summus sacerdos in medium, interrogabat Iesum, dicens: Non respondes quicquam? Quid isti aduersum te testificantur? At ille tacebat, neque quicquā respondebat. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, et dicit illi: Es tu ille Christus, filius illius benedicti? Iesus autem dixit: Ego sum: & uidebitis filiū hominis sedentem à dextra [n]potentiæ, & uenientem cū nubibus cœli. Summus autē sacerdos dilaceratis uestibus suis, dicit: Quid præterea opus habemus testibus? Audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? Illi uero omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam inspuere in eum, & obuelare faciē illius, & colaphis eum cædere, & dicere illi: [o]Diuina. Ac ministri alapas illi impingebant. †Et quum esset Petrus in atrio infra, uenit una ancillarū summi sacerdotis, quumque uidisset Petrum calefacientem se, intuita illum, dicit: Et tu cum Nazareno Iesu fuisti? At ille negauit, dicēs: Non noui, neque scio quid dicas. Et exiuit foras in uestibulum, & gallus cecinit. Et ancilla quum uidisset eum, rursum cœpit dicere his qui adstabant: Hic ex illis est. At ille rursum negabat. Ac paulo post iterum qui adstabant, dicebant Petro: Vere ex illis es, nam & Galilæus es, & [q]sermo tuus conuenit. At ille cœpit execrari, ac deierare: Non noui hominem istum de quo dicitis. Et secūdò gallus cecinit. Recordatusque est Petrus uerbi quod dixerat illi Iesus: Priusquam gallus cecinerit bis, abnegabis me ter. Cœpitque flere.

Margin references: Matt. 26.f, Luc. 22.e, Ioan. 18.a (at "Et continuo"); F (at "Et abduxerunt"); Matt. 26.g, Luc. 22.f, Ioan. 18.c; Matt. 26.g (at "Summi uero sacerdotes"); Ioan. 2.d (at "diruam"); G (at "tem cū nubibus"); Matt. 26.g, Luc. 22.f, Ioan. 18.c (at "Et quum esset Petrus").

[l] Aposiopesis est: q. d. sed ista fiunt ut impleantur.

[m] Id est, ad ignem: iuxta Hebraismum, in quo eadē uox est ignem & lumen significans אור Ezech. 5. Esa. 47. Effectus pro causa ponitur per metonymiam.

[n] Vel, uirtutis. Antonomasia est, id est, dei.

[o] Vel, uaticinare: uel, prophetam agito.

[p] Propriè, depalmabāt eum, siue palmis feriebant.

[q] Vel, lingua tua.

CAP. XV.

A ET †confestim diluculo consilio inito, summi sacerdotes cū senioribus & scribis, ac toto cōsessu, uinctum Iesum abduxerunt, tradideruntque Pilato. *Et interrogauit eum Pilatus: Es tu ille rex Iudæorū? At ille respondens, dixit illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes de multis. Pilatus autem rursus interrogauit illum, dicēs: Non respondes quicquam? Ecce quam multa aduersus te testantur. Iesus autem nihil quicquam respondit amplius, adeò ut admiraretur Pilatus. Cæterum, in festo dimittebat illis unum uinctum quemcunque postulassent. Erat autē qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis authoribus fuerat uinctus, qui per seditionem cædem patrauerant. Et cum exclamasset turba, cœpit postulare

Margin references: Psal. 2.a, Matt. 27.a, Luc. 22.g, Ioan. 18.c; *Mat. 27.b, Luc. 23.a, Ioan. 18.d.

Digitized by Google

[a]quod semper præstitisset ipsis. Pilatus autem respondit eis, dicens: Vultis dimit-
tam uobis regem istum Iudæorum? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent il-
Matt. 27.d lum summi sacerdotes. †Summi uero sacerdotes [b]concitauerunt turbam, ut po-
Matt. 27.c Luc. 23.b Ioan. 18.g 19.c tius Barabbam dimitteret ipsis. †Pilatus autem rursum respondens, dixit illis: B
Quid igitur uultis faciam ei quem dicitis regem Iudæorum? At illi rursum clama
uerunt: Crucifige illum. Pilatus autem dicebat illis: Quidnam mali fecit? At illi
uehementius clamauerunt: Crucifige eum. Pilatus uero uolens turbæ satis face-
Matt. 27.d Ioan. 19.a re, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellatum ad crucifigendum. †Mili
tes autem abduxerunt eum intro in atrium, quod est prætorium, & cõuocant to
tam cohortem, induuntque illum purpura, & circumponũt ei quam plexerant spi
neam coronam, cœperuntque salutare illum: Aue rex Iudæorum. Et uerberabãt il-
lius caput arundine, & inspuebant in illum, positisque genibus illum adorabant.
Et quum illusissent ei, exuerũt eum purpura, & induerũt illum uestibus proprijs,
Matt. 27.d educuntque eum ut eum crucifigerent. †Et coegerunt prætereuntem quendam Si
Luc. 23.d Ioan. 19.d monem Cyrenensem, uenientem ex agro, patrem Alexandri & Rufi, ut gestaret
crucem eius. Et ducunt eum in Golgotha locum, qui est interpretatione, Calua-
Psal. 21.b Matt. 27.d Ioan. 19.c riæ locus, dederuntque illi bibere uinum myrrhinũ, sed ille non sumpsit. †Cumque
crucifixissent eum, partiti sunt uestimẽta eius, mittentes sortẽ super illa quis quid
tolleret. Erat autem hora tertia [c]cum crucifixerunt eum. Et erat inscriptio causæ il
lius inscripta: Rex Iudæorum. Cum eo autem crucifigũt duos latrones, unum à C
Esa. 53.d dextra, & alterũ à sinistra eius. Et impleta est scriptura, quæ dicit: †Et cum iniquis
deputatus est. Et qui præteribant conuitiabantur illi, mouentes capita sua, ac
dicentes: Vah qui demoliris templum, & in tribus diebus exstruis, serua teipsum,
& descende de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes inter sese cum scri
bis, dicebant: Alios seruauit, seipsum seruare non potest. Christus ille rex Israelis
descendat nunc de cruce, ut uideamus, & credamus. Et qui crucifixi fuerant cũ il-
lo, probra iaciebãt in eum. Cum uero facta esset hora sexta, tenebræ [d]ortæ sunt
super totam terrã usque ad horam nonam. Et hora nona clamauit Iesus uoce ma-
Psal. 21.a gna, dicens: Eloi, Eloi, lama sabachthani: quod est interpretatione: †Mi Deus, mi
Deus, cur me deseruisti? Quod quidam adstantium cum audissent, dicebant: Ec-
ce Heliã uocat. Accurrit autem quidã, & impleta spongia aceto, impositaque arun
dini, potum dabat ei, dicens: Sinite uideamus an uenturus sit Helias ad deponen
dum eum. Iesus autẽ emissa uoce magna, expirauit. Et uelum templi scissum
est bifariã, à summo usque ad imum. Cum uidisset autem Centurio qui astabat ex
aduerso illi, eum sic emisso clamore expirasse, dixit: Vere homo hic filius erat dei. D
Erant autem & mulieres è longinquo spectantes, inter quas erat Maria Magda-
lene, & Maria Iacobi parui, & Iose mater, & Salome: quæ etiam, cum esset in Ga
lilæa, secutæ fuerant illum, & ministrauerant ei: aliæque cõplures quæ simul a[e]cen
Matt. 27.g derant cum eo Hierosolyma. †Et quũ iam aduesperauisset, quoniam erat pa-
Luc. 23.g Ioan. 19.g rasceue, quæ est pridie sabbati, uenit Ioseph, ortus ex [ciuitate] Arimathæa, hone
stus senator, qui & ipse expectabat regnum Dei, & cum audacia ingressus est ad
Pilatum, & petijt ab eo corpus Iesu. Pilatus autem admiratus est, si iam mortuus
esset: & accersito ad se Centurione, interrogauit illũ an [f]iamdudũ mortuus esset.
Et re cognita ex Centurione, donauit corpus Iosepho. Qui mercatus sindonem,
depositum eum, inuoluit sindoni, deposuitque eum in monumento quod erat ex-
cisum in petra. Et aduoluit lapidem ad ostium monumenti. At Maria Magdale-
ne, & Maria Iose spectabant ubi poneretur.

CAPVT XVI.

Matt. 28.a Luc. 24.a Ioan. 20.a ET †cum præterisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salo- A
me, emerunt aromata, ut uenirent & ungerent eum. [a]Et ualde mane [b]primo
sabbatorum ueniunt ad monumentum exorto sole, dicebantque inter sese: Quis

ddd 2

[a] Vel, ut hoc faceret quod semper facere consueuisset.

[b] ἀνέσεισαν, al. ἀνέπεισαν, persuaserunt turbæ.

[c] Et, Ebraismus est, in quo creberrima est ista enallage coniunctionis pro quauis copula etiam adverbiali.

[d] Vel, extiterunt.

[e] κράξας, al. ἔκραξε.

[a] Vel, summoque mane.

[b] Vnus pro primo, Hebraismus est. Primus autem sabbatorum, siue sabbati (nam plurali quoque numero uocari solet unũ sabbatũ Marc. 2.3.) est postridie sabbati, siue primus dies à sabbato, siue primus dies hebdomadæ, quæ sabbatũ dicitur Leuit. 23. Cæterum ipse euãgelista mox se interpretatur cum uocat primã sabbati, quod paulo ante appellauit unũ sabbatorum.

Digitized by Google

reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti? Et cum respexissent, uident lapidem esse reuolutum, nam erat ualde magnus. Et ingressæ in monumentum, uiderunt
B adolescentem sedentem à dextra, amictum stola candida, & expauerunt. At †ille Matt.28 Luc.24
dicit eis: Ne expauescatis, Iesum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus, surrexit, non est hic: ecce locus ubi posuerant illum. Sed abite, & dicite discipulis eius, & Petro, præcedit uos in Galilæā, †illic eum uidebitis, sicut dixit uobis. Et egressæ cito, fugerunt à monumento. Tenebat autem illas tremor & stupor, neq; quicquam dicebant, timebant enim. Cum surrexisset autem [Iesus] mane, primo [die] sabbati, apparuit primum Mariæ Magdalene, de qua eiecerat septem dæmonia. Illa profecta, renunciauit his qui cum illo fuerant, lugētibus ac flentibus. Act.1.b
C At illi quum audissent eum uiuere, ac uisum esse ab illa, non crediderūt. Post hæc autē duobus ex ipsis ambulātibus adparuit alia forma euntibus rus. Et illi abierunt, ac renunciauerunt reliquis, nec his [illi] crediderunt. Postea discumbentibus illis undecim, adparuit, & exprobrauit [illis] incredulitatem ipsorum, & cordis duritiam, quod his qui ipsum uidissent resuscitatum, non credidissent. Et dicebat eis: †Profecti in mūdum uniuersum, prædicate euangelium omni [c]creaturę. Matt.28 Ioan.20
D Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluabitur: qui uero nō crediderit, condemnabitur. Porrò, signa eos qui crediderint, hęc subsequentur. Per nomen meum dęmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si quid letale biberint, neutiquam nocebit eis. Super ægrotos manus imponent, & bene habebūt. †Itaq; Dominus quidem postquam loquutus est eis, receptus est in cœlū, & consedit à dextra Dei. Illi uero egressi, prædicauerunt ubiq;, Domino cooperante, & sermonem confirmante per signa subsequentia. Luc.24

[c] Sancta hyperbole, significat nulli hominum non esse natum Christū & passum, si modo euangelium amplectatur. Hęc est enim electionis conditio.

Euangelium secundum Lucam.

PRAEFATIO.



Voniam complures adgressi sunt [a]ordine conscribere narrationem, de certo compertis inter nos rebus: sicuti tradiderūt nobis hi qui ab initio ipsimet spectatores, ac [b]pars aliqua fuerunt [c]dicendorum: uisum est & mihi, persequendo ab initio omnia, deinceps tibi scribere, optime Theophile, ut cognoscas earū, de quibus edoctus es, [d]rerū certitudinem.

[a] Vel, contexere.
[b] Vel, ministri fuerunt.
[c] Verbi: uel, sermonis: uel, rei, iuxta Ebraismum דבר
[d] Vel, sermonum.

CAPVT I.

Orditur opus suum Lucas à conceptione præcursoris: cuius parentes & promissionē patri incredulo factam, eiusdemq; pœnam præmittit. Hinc Maria, cum Christi ex se nascendi promissionē accepisset, ad Elizabetam profecta, deum celebrat. Ioanne autē nato Zacharias, qui ante mutus fuerat, in dei laudes erumpit, & filij prædicat officium.



A VIT in [e]diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias, †de [f]uice Abię, & uxor illius [g]e filiabus Aharonis, cuius nomen Elizabet. Erant autem iusti ambo coram Deo, [h]uitam agentes [i]iuxta omnia pręcepta ac iura Domini, irreprehēsi. Nec erat illis proles, eo q; esset Elizabet sterilis, & ambo prouectæ iam ætatis essent. Euenit aūt, quum is sacerdotio fungeretur, in ordine uicis suæ, corā Deo, secundum 1.Par.24.

[e] Id est, regnante Herode.
[f] Vel, de diaria uice.
[g] Id est, ex posteritate Aharonica.
[h] Incedētes in omnibus præceptis, Hebraismus est.
[i] Vel, iuxta instituta, uel, iustificationes.

ft. 16.d dum consuetudinem †functionis sacerdotalis, ut sors illi obueniret, [f]ut suffitum
d. 30.a faceret, †ingressus in templum Domini, & omnis multitudo populi precabatur
foris tempore suffimenti. Visus est autē illi angelus Domini, stans à dextra altaris
suffimenti. Quo uiso Zacharias turbatus est, ingruitq́ timor in eum. Dixit au
tem illi angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est precatio tua, uxorq́
tua Elizabet pariet tibi filium, uocabisq́ nomen eius Ioannem. Et erit tibi gau- B
dio & exultationi, multiq́ super eius natiuitate gaudebūt: erit enim magnus co-
ram Domino, & uinū siceramq́ non bibet. Et spiritu sancto replebitur iam inde
ab utero matris suæ, multosq́ filiorū Israelis conuertet ad Dominū Deum ipso-
1.4.b rum. Ipseq́ præcedet ante eum cum spiritu & uirtute †Heliæ, ut conuertat corda
ft. 11.b patrū in filios, & [l]contumaces [m]ad prudentiā iustorum, ut præparet Domino po
pulum instructum. Et dixit Zacharias angelo: [n]Qui cognoscam isthuc? Ego
enim sum senex, & uxor mea prouectæ iam ætatis. Et respondens angelus, dixit
ei: Ego sum Gabriel, qui adstiti in conspectu Dei, missusq́ sum ut loquar tecum,
& hæc tibi læta nunciem. Et ecce eris tacitus, nec ualebis loqui ad eum usq́ diem
quo fiant hæc, eo ꝙ non credidisti uerbis meis, quæ implebuntur tempore suo.
Et populus expectabat Zachariam, & mirabantur ꝙ ipse moraretur in templo.
Egressus autem, non poterat loqui illis, & cognouerunt ꝙ uisum uidisset in tem C
plo. Et ipse [o]innuebat illis, permansitq́ mutus. Porrò autem ut impleti sunt
dies [p]muneris eius, abijt domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabet
uxor eius, & abscondit se mensibus quinq́, dicēs: Sic fecit mihi Dominus in die-
bus quibus respectum habuit ad auferendum opprobrium meum inter homi-
nes. Mense autem sexto missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Gali-
lææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen [erat] Io-
seph, è domo Dauid, ac nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, di-
xit: Aue gratiosa, Dominus tecum, [q]benedicta tu inter mulieres. Illa uero uiso
eo, perturbata est oratione eius, & cogitabat qualis esset ea salutatio. Et ait ange-
1.7.c lus ei: Ne timeas Maria, [r]nacta es enim gratiam apud deum. Ecce †concipies in
utero, & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum: is erit magnus, & filius al-
tissimi uocabitur. Et dabit illi Dominus Deus solium Dauid patris ipsius, regna
bitq́ super domum Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem D
Maria angelo: [s]Quomodo erit isthuc, quandoquidem uirum non [t]cognosco?
Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus [u]superueniet in te, & [x]uirtus al-
tissimi obumbrabit te. Quapropter & quod nascitur sanctum, uocabitur filius
Dei. Atq́ ecce Elizabet cognata tua & ipsa concepit filium in senectute sua, &
hic mensis sextus est illi, dictæ sterili. Quia non erit impossibilis apud Deum [y]ul
la res. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundū uerbum tuum.
Et discessit ab illa angelus. Cum exurrexisset autem Maria in diebus his, pro-
fecta est in montana cum festinatione in ciuitatem Iudæ, & intrauit in domū Za
chariæ, salutauitq́ Elizabetam. Et euenit, ut cum audisset Elizabet salutationem
Mariæ, subsilijt infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabet, excla-
mauitq́ uoce magna, & dixit: [z]Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fru- E
ctus uentris tui. Et unde mihi hoc, ut ueniat mater Domini mei ad me? Ecce enī,
ut [a]edita est uox salutationis tuæ ad aures meas, subsilijt prę gaudio infans in ute
ro meo. Et beata quæ credidit, quoniā perficientur ea quæ dicta sunt ei à Domi-
no. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominū. Et exultauit spiritus meus
[b]in Deo seruatore meo. Quia respexit ad humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ab
hinc beatam me dicent omnes [c]generationes. Quia pręstitit mihi magnifica qui
potens est, [d]& cuius nomen sanctum est. Et misericordia eius in [e]progeniem [f]&
progeniem, [g]timentibus eum. Exercuit potentiam brachio suo, dispersit super-

[f] Vel, ut odores incenderet.
[l] Vel, immorigeros.
[m] ἐν φρονήσει, & cōtumaces per prudentiam iustorum.
[n] Per quod scilicet signum.
[o] Vel, nutu signa dabat.
[p] Vel, ministerij: uel, functionis.
[q] Id est, fortunata, felix, beata.
[r] Inuenisti.
[s] Vel, Qui nam fiet isthuc.
[t] Hebraismus est, cū uiro non cōcumbo.
[u] Vel, adueniet.
[x] Vel, potentia.
[y] Verbi interpretatione, omne uerbū. Sed Ebraismus est, & quatenus omnis ponitur pro ullus, & uerbum pro re.
[z] Id est, beata, felix, fortunata: & mox, felix, beatus fructus.
[a] Vel, peruenit.
[b] Vel, ob deum seruatorē meum illud In enim Hebraismus est.
[c] Vel, ætates.
[d] Et sanctum nomen eius, est Hebraism.
[e] In progeniem & progeniem, Hebraismus est.
[f] Vel, aliā atq́ aliā.
[g] Id est, religiose colentibus.

Augustin. epist. 57 in' cardam

Digitized by Google

bos cogitatione cordis ipsorum. Detraxit potentes de solijs, & [h]euexit humiles.
F Esurientes impleuit bonis, & diuites ablegauit inanes. [i]Suscepit Israelē [f]seruum
suum, [l]recordatione misericordiæ, (sicut loquutus est patribus nostris, Abrahę &
semini eius) [m]in æuum. Mansit autē Maria cum illa circiter menses tres, & reuer
sa est domum suam. Elizabetæ uero completum est tempus pariendi, & pe-
perit filium. Cumq́ audissent uicini & cognati eius, magnifice declarasse Domi
num misericordiam suam erga illam, congratulabantur ei. Porrò autem die octa
uo uenerunt ad circuncidendum puellum, & uocabant eum nomine patris sui,
Zachariam. Et respondēs mater eius, dixit: Nequaquam, sed uocabitur Ioannes.
Et dixerunt illi: Nemo est in cognatione tua qui uocetur isto nomine. Innuebāt
autem patri eius, quo nomine uellet uocari eum. Postulataq́ tabellula, scripsit
his uerbis: Ioannes est nomen eius. Et admirati sunt uniuersi. Apertum est autem
os eius ilico & lingua eius, & loquebatur, [n]benedicens Deo. Et ingruit metus in
omnes uicinos eorum, & in tota montana regione Iudææ, diuulgabātur omnia
[o]facta hæc. Et [p]aduerterunt omnes qui audierunt animum suum, dicētes: Quis-
G nam puellus hic erit? Et manus Domini aderat illi. Et Zacharias pater eius re
pletus est spiritu sancto, [q]prophetauitq́, dicens: †[r]Laudandus Dominus deus Is- Infra 2.8 Mat 1.6
raelis, quia [s]uisitauit & perfecit redemptionem populo suo. Et erexit [t]cornu sa-
lutis nobis in domo Dauid serui sui. †Sicut [u]loquutus est per os sanctorū qui [x]ab Psal.73.8 131.d
æuo fuerunt prophetarum suorum. [y]Vindicationem ab inimicis nostris, & è ma. Iere 23.a
nu omnium qui oderunt nos. Vt faciat misericordiam cum patribus nostris, ac 30.b
memor sit Testamenti sui sancti. †[z]Iusiurandum quod iurauit Abrahæ patri no- Iere.31.f
stro, ut [a]daret nobis, ut sine timore [b]de manu inimicorū nostrorum liberati, seruia. Gene 2.6
mus ipsi *in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus uitæ nostræ. Et tu Heb.6.6
puelle propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem Domini ad paran
dum uias eius. †Ad dandam cognitionē salutis populo eius, per remissionē pec- Mal.4.a
catorū ipsorum. Per [c]intimam misericordiā Dei nostri, quа uisitauit nos oriens Zach.3.b
ex alto. Vt illucescat sedentibus in tenebris & umbra mortis, ad dirigēdos pedes
nostros in uiam [d]pacis. Puellus autem crescebat, & corroborabatur spiritu:
eratq́ in desertis usq́ ad [e]diem declarationis sui apud Israelitas.

CAP. II.

Ostenditur qua occasione Christus iuxta prophetarum oracula in Bethlehem natus sit, & quibus tam angelorum quàm hominum testimonijs comprobatus diuina uirtute profecerit, cuius primum specimen in templo docens puer adhuc exhibuit.

A EVenit autem in diebus illis, [a]ut exiret decretum à Cæsare Augusto, ut [b]cense 1.Reg.15. 26.a.20.b
retur totus orbis. Hæc [c]descriptio prima facta est præside Syrię Cyrenio. Et
proficiscebantur omnes ut [d]censerentur, in suam quisq́ ciuitatem. Ascendit au-
tem & Ioseph à Galilæa, de ciuitate Nazareth, in Iudæā, in ciuitatē Dauid, †quæ Mat.1.6
uocatur Bethlehem, eo q̄ esset è domo & familia Dauid, ut censeretur cum Ma-
ria desponsa sibi uxore, quæ erat prægnans. Euenit autem cum essent ibi, [e]com-
pleti sunt dies partus ipsius, & peperit filium suum primogenitū, ac fascijs eum
inuoluit, reclinauitq́ eum in præsepi, propterea q̄ non esset eis locus in diuerso-
B. rio. Et pastores erant in eadem regione, excubantes in agro, & agentes custo-
dias [f]nocte ad gregem suum. †Et ecce angelus Domini adstitit illis, & [g]gloria 1. Tim.3.b
Domini circumfulsit illos, & correpti sunt timore magno. Et dixit illis angelus:
Ne timeatis. Ecce enim [h]euangelizo uobis gaudium magnum, quod obtinget
uniuerso populo, quia natus est uobis hodie seruator, qui est Christus dominus,
in ciuitate Dauid. Et hoc uobis signum. Inuenietis infantem fascijs inuolutum,
positum in præsepi. Et subito [i]adiunxit se angelo multitudo [k]exercitus cœlestis:
laudantiū Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra [l]pax, [m]homi-
nibus bona uoluntas. Porrò autem ut discesserunt ab eis in cœlum angeli, ho-
mines

[h] Vel, exaltauit.
[i] Vel, uēdicauit sibi.
[f] Puer pro seruo, Græcismus est.
[l] Vel, recordando misericordiæ.
[m] Vel, ad perpetuitatem.
[n] Vel, prædicans deum.
[o] Verba pro factis & rebus, Hebr. est.
[p] Reposuerunt omnes, qui audierūt in corde suo, Hebr. est.
[q] Vel, uaticinatus est: uel, prophetam egit
[r] Siue, benedictus.
[s] i. uindicauit nos.
[t] Id est, uim, defensionem & propugnaculum salutare.
[u] Id est, pollicitus est.
[x] Id est, qui unquam fuerunt.
[y] Vel, salutem dandam ex inimicis, scilicet locutus est, & pollicitus.
[z] Scilicet exercēdo.
[a] Vel, iusiurandum, quod iurauit Abrahamo patri nostro, præstando nobis, ut sine timore, &c. Sæpe enim ut siue et, redundat more Hebraico maxime in prophetijs.
[b] Id est, è potestate.
* Vel, cum aut per sanctitatem.
[c] Per uiscera misericordiæ, Hebraism est.
[d] Vel, trāquillitatis.
[e] Vel, donec ueniret dies quo ostendendus erat apud Israelitas.
[a] Vel, ederetur.
[b] Vel, describeretur.
[c] Vel, conscriptio.
[d] Vel, describerentur aut profiterētur.
[e] Vt complerentur.
[f] Vel, noctis.
[g] Gloria, Hebraismus est, claritas.
[h] Hoc est, affero uobis lætum nuncium gaudij magni.
[i] Vel, extitit apud angelum.
[k] Vel, copiarum cœlestium.
[l] Tranquillitas.
[m] ἀνθρώποις, al. ἐν ἀνθρώποις.

Digitized by Google

mines illi pastores [n]alloquebantur se inuicem: Pergamus iam Bethlehem usq;, et uideamus [o]hanc rem quæ accidit, quam Dominus indicauit nobis. Et uenerunt festinato, & inuenerunt Mariã & Ioseph unà cum infante iacente in præsepi. Por- C rò cum uidissent, famã diuulgauerunt de re quæ dicta erat ipsis de puello hoc: & omnes qui audierunt, mirati sunt de his quę dicta erant ipsis à pastoribus. Porrò Maria cõseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores *glorificantes ac laudantes Deũ super omnibus quæ audierant & uiderant, quemadmodum dictum fuerat ipsis. Cumq; completi essent dies octo, ut cir- cunciderctur puellus, uocatum est nomen eius Iesus, †quod uocatum erat ab an- gelo prius quàm in utero conciperetur. Et cum completi essent dies purgatio- nis eorum secundum legem Mosi, †adduxerũt eum Hierosolymam, [p]ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: *Omne masculinum [q]adaperiens uuluam, sacrosanctum Domino uocabitur: & [r]ut darent hostiã, secundum D quod dictum est in lege domini, par turturũm, aut duos pullos columbarum. Et ecce erat homo Hierosolymis, cui nomen Simeon, eratq; homo iste iustus ac pius, expectans cõsolationem Israelis: & spiritus sanctus [s]erat super eum. Eratq; ei oraculum editum à spiritu sancto, non uisurum se mortem, prius quàm uide- ret Christum Domini. Venitq; instinctu spiritus in templum. Quum autem in- ferrent parentes puellum Iesum, ut facerent †secũdum consuetudinem legis pro eo: ipse quoq; accepit eum in ulnas suas, & [t]laudauit Deum, ac dixit: Nunc dimit- tis seruum tuum Domine, secundũ uerbum tuum [u]cum pace. Quia uiderũt oculi E mei Salutare tuum, quod parasti [x]ante faciem omnium populorum. Lumen ad illustrationem gentiũ, & gloriam populi tui Israelis. Tenebantur autem pater & mater eius admiratione super his quæ dicebantur de illo: & [y]benedixit illis Simeon, dixitq; Mariæ matri eius: †Ecce cõstitutus est hic in ruinã, & in resurrectionem multorum in Israele, & in signum cui contradicitur. Quin & tuam ipsius animam penetrabit gladius, ut [z]reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuelis, [a]tribulis Aser, hæc multum iam ætate pro- cesserat, & uixerat cum uiro annis septem à uirginitate sua, quę eadem uidua erat F annorũ fermè octogintaquatuor, nec discedebat de templo, ieiunijs ac precatio- nibus [b]religioni dans operam nocte ac die. Hęc quoq; eadem hora cum superue- nisset, palam [c]confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus expectanti- bus [d]redemptionem Hierosolymis. Et ut perfecerunt omnia secundũ legem do- mini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Puellus autẽ succre- scebat, atq; corroborabatur spiritu, & implebatur sapientia, gratiaq; Dei [e]fouebat ipsum. Proficiscebantur autem parentes eius quotãnis Hierosolymam †die festo paschæ. Et quũ iam esset annorũ duodecim, ascendissentq; ipsi Hierosolymam se- cundum consuetudinem diei festi, consummatisq; diebus quum redirent ipsi, re- mansit puer Iesus Hierosolymis, nec [f]animaduerterunt parentes eius. Cæterum G rati illũ esse in comitatu, processerunt itinere diei, & requirebãt eum inter cogna- tos & inter notos. Et quum non inuenissent eum, reuersi sunt Hierosolymã, quę- rentes eum. Euenitq; post triduum, ut inuenirent illũ in templo, sedentem in me- dio doctorum, & audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autẽ omnes qui audiebant eum super intelligentia & responsis eius. Et eo uiso perculsi sunt. Et dixit illi mater eius: Fili, cur sic egisti nobiscũ? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait illis: Quid tum ꝙ quęrebatis me? An nesciebatis, in his quę patris mei sunt oportere esse me? Et illi non intellexerũt sermonem quem loqu- tus erat ipsis. Et descendit cum eis, uenitq; Nazareth, eratq; subiectus illis. Mater autem eius conseruabat [g]omnia uerba hæc in corde suo. Et Iesus proficiebat sa- pientia & ætate & gratia apud Deum atq; homines.

CAP. III.

Marginal references: c.1.c — Leuit.12.a — Exo.13.a — Num.8.c — Leuit.12.c — 8.c — Rom.9.g — Act.2.b — Exod.34.c — Deute.16.a

[n] Vel, inuitabant se uerbis mutuo.
[o] Verbum hoc, Hebraismus est, uerbũ pro re.
* Vel, glorioso prædicantes.
[p] Sistendum.
[q] Pro eo q̃d est primum nascens, iuxta proprietatem linguę Hebrææ.
[r] Dandum.
[s] Vel, fouebat eum.
[t] Benedixit, Hebraismus est.
[u] Vel, placide.
[x] Vel, in conspectu, id est, quem destinasti proponere omnibus populis, ut sit lumen, &c.
[y] Vel, bene precatus est.
[z] Detegantur uel eruantur.
[a] Ex tribu.
[b] Vel, cultum præstans.
[c] Gratulabatur.
[d] Vel, liberationẽ.
[e] Erat super ipsum, Hebraismus.
[f] Vel, cognouerit.
[g] Vel, omnes res has: iuxta Ebraism.

Digitized by Google

Describitur quo tempore Ioannes prædicare inceperit, & quæ nam prædicationis summa, utq; multi ab illo baptizati sint, priusquã à Herode cõprehenderetur, inter quos & Christus baptismum accepit, cuius genealogia ad Adamum usq; enumeratur.

A ANno autẽ decimoquinto imperij Tiberij Cæsaris, Pontio Pilato præside
Iudææ, †tetrarcha uero Galilææ Herode, Philippo aũt fratre eius tetrarcha Luc.23.a
Ituræa & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha, sub pontifici-
bus Anna & Caiapha, [a]factũ est [b]uerbũ Domini ad Ioannem Zachariæ filium
in deserto. †Et uenit in omnem regionem finitimã Iordani, prędicãs baptismum Matt.3.a
pœnitentiæ in remissionem peccatorũ. Sicut scriptum est in libro sermonũ Esaiæ Mar.1.a
prophetæ, dicentis: Vox †clamantis in deserto, parate uiam Domini, rectas facite Esa.40.a
B semitas eius. Omnis uallis implebitũ, & omnis mons & collis reddetur humilis: Ioan.1.c
uertenturq; obliqua in rectũ, & asperæ uiæ in planas, uidebitq; [c]omnis caro Sa-
lutare Dei. †Dicebat ergo ad turbas quę exibant ut baptizarentur ab ipso: Pro Matt.3.b
genies uiperarum, quis [d]docuit uos fugere à uentura ira? *Facite ergo fructus di
gnos pœnitentia: & ne cœperitis dicere apud uosipsos: Patrem habemus Abra-
ham. Dico eñ uobis, potest deus de lapidibus istis suscitare liberos Abrahæ. Iam
uero & securis ad radicem arborũ posita est. Omnis ergo arbor non gignens fru
C ctum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur. Et interrogabant eum turbæ,
dicentes: Quid ergo faciemus? Respondẽs autem, dicit illis: Qui habet duas tuni
cas, †impertiat non habenti: & qui habet cibos, similiter faciat. Venerunt autem 1.Ioan.3.e
& publicani ut baptizarentur, & dixerunt illi: Magister quid faciemus? At ille di-
xit illis: Nihil amplius q̃ quod constitutum est uobis, exigatis. Interrogabant au
tem eum & milites, dicentes: Et nos quid faciemus? Et ait illis: Ne quem concu-
D tiatis, neq; calumniemini, & contenti estote stipendijs uestris. Expectante au-
tem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, [e]an ipse esset
Christus, [f]respondit Ioannes, dicens uniuersis: †Ego quidem aqua baptizo uos, Matt.3.e
sed ueniet qui potentior est me, cuius nõ sum dignus soluere corrigiã calceamen Mar.1.b Ioan.1.d
torum. Ipse uos baptizabit spiritu sancto & igni, [g]cuius in manu uentilabrũ est, Act.1.a.2.a
& perpurgabit aream suam, congregabitq; triticum in horreũ suum, paleam au- 11.c.19.a
tem comburet igne inextinguibili. Multa quidem & alia exhortãs, euangelium
annunciabat populo. Herodes autem tetrarcha, quum corriperetur ab eo de
Herodiade uxore fratris sui, deq; omnibus malis quæ patrabat Herodes, adiecit
& hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem. †Et euenit quum bapti- Matt.3.d
zaretur omnis populus, ut & Iesu baptizato & orante, apertum sit cœlum, & de- Marc.1.b
scendit spiritus sanctus corporea specie, sicut colũba, super ipsum. Et uox de cœ- Ioan.1.e
lo edita est, dicens: Tu es filius meus dilectus, in te [h]mihi bene complacitum est.
Et ipse Iesus incipiebat agere annum circiter tricesimum, ut †putabatur filius *Io Matt.13.f
F seph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, Mar.6.a
qui fuit Ioseph, q fuit Matatthiæ, qui fuit Amos, q fuit Naum, qui fuit Hesli, qui Luc.4.c Ioan.1.e
fuit Nagge, qui fuit Maath, qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Iosech, qui * Matt.1.
fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Rhesia, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel,
qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadam,
qui fuit Her, qui fuit Ieso, qui fuit Heliezer, qui fuit Ioram, qui fuit Mattha, qui
fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Ionam, qui fuit
G Heliacim, qui fuit Melea, qui fuit Menam, qui fuit Mathathan, qui fuit Nathan,
qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui
fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares,
qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharæ, qui
fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui
fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit
Lamech,

[a] Editum.
[b] Vel, oraculum, siue mandatum.
[c] Vel, omnis homo salutem dei.
[d] Vel, qs submonuit uos ut fugeretis, aut ut fugere posse putetis, imminẽtem iram?
* Vel, ferte.
[e] Vel, an forte.
[f] Vel, orsus est.
[g] Cuius in manu uẽtilabrum ipsius. Hebraismus est.
[h] Placatus sum.

Digitized by Google

Lamech, qui fuit Mathusala, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAPVT IIII.

Iesus negotium salutis aggressurus prius tentatur à diabolo. Hinc in Galilæam profectus peruenit in Nazareth docens magna omnium admiratione, cum illorum ingratitudinem corriperet, omnium animos in se concitat, sed elapsus uenit Capernaum, liberat dæmoniacum, socrui Simonis febricitanti medetur, alijsq; quàm plurimis.

Matth. 4.a Marc. 1.b IEsus † autem plenus spiritu sancto, regressus est à Iordane: & actus est [a] per spi- A
ritum in desertum, ac diebus quadraginta tentabatur à diabolo, nihilq; comedit diebus illis: & cõsummatis illis, tandem esurijt. Dixit autem illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat. Cui respondit Iesus, dicens: Scriptum
Deut. 8.a est: Non † [b] pane solo uiuet homo, sed [c] omni uerbo Dei. Et subduxit illũ diabolus in montem excelsum, ostenditq; illi omnia regna orbis terræ in puncto temporis. Et ait illi diabolus: Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam istorum, quia mihi tradita est, & cuicunq; uoluerim do illam: tu ergo si adoraue- B
ris corã me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus, dixit illi: Abi post me Satana.
Deut. 6.c 10.d Scriptum est enim: Adorabis † Dominum Deum tuum, & illum solum coles. Et duxit illum Hierosolymã, statuitq; eum super pinnam templi, & dixit illi: Si
Psal. 90. b filius Dei es, mitte teipsum hinc deorsum. Scriptũ est enim: † Angelis suis mandata dabit de te, ut conseruent te, & in manibus ferant te, ne quando offendas ad
Deut. 6.c lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait illi: Dictum est: † Non tentabis Dominum Deum tuum. Et cum consummasset omnem tentationem diabolus,
Matth. 4.b Marc. 1.b Ioan. 4.f recessit ab illo usq; ad tempus. † Et reuersus est Iesus uirtute spiritus in Galilæã, C
& fama exijt per uniuersam regionẽ de ipso. Et ipse docebat in synagogis eorũ,
Matth. 13.g Marc. 6.a Ioan. 4.f & [d] glorificabatur ab oĩbus. † Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus, intrauitq; secundum consuetudinem suam, die sabbatorum, in synagogam, & surrexit * ut legeret. Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Cumq; explicuisset librum, inue-
Esa. 61.a nit locum, ubi scriptum erat: † Spiritus Domini [e] super me, propterea quod unxit me, ad annunciandum euangeliũ pauperibus misit me, ut sanem cõtritos corde, ut prædicem captiuis [f] dimissionẽ, & cæcis uisum, ut dimittã confractos [g] dimissione, ut prædicẽ annum Domini acceptum. Et quum complicuisset librum, reddidissetq; ministro, resedit. Et omniũ in synagoga oculi erant defixi in eum. Cœ D
pit autẽ dicere illis: Hodie impleta est hæc scriptura [h] audientibus uobis. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur super [i] gratia sermonũ, qui proferebantur ore ipsius, dicebantq;: Nónne hic est filius Ioseph? Et ait illis: Omnino dicetis mihi [k] hanc similitudinẽ: Medice cura teipsum. Quæcunq; audiuimus facta in Capernaũ, fac & hic in patria tua. Ait aũt: Amen dico uobis: Nemo pro-
3. Reg. 17.a Iacob. 5.d pheta acceptus est in patria sua. † Sed in ueritate dico uobis, multæ uiduæ erant [l] temporibus Heliæ in Israel, quando clausum est cœlũ triennio, & sex mensibus, quum orta esset fames magna per omnẽ terram, & ad nullam earũ missus est He- E
4. Reg. 5.d lias, nisi Sarephtham Sidonis, ad mulierẽ uiduã. Et † multi leprosi erant in Israel ætate Helisæi prophetæ, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et insurrexerunt, eiecerúntq; illum è ciuitate, & duxerunt illum usq; ad superciliũ montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse aũt transiens per mediũ illorum
Marc. 1.c [m] ibat. † Et descendit Capernaum, ciuitatem Galilææ, & docebat illos sabbatis. Et stupebant super doctrina eius, quia cum authoritate [coniunctus] erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens spiritum dæmonis immundi, & excla- F
mauit uoce magna, dicens: [n] Eia, quid tibi nobiscũ rei est Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Scio te qui sis, sanctus ille Dei. Et increpauit illum Iesus, di-

[a] Vel, instinctu spiritus.

[b] Vel, cibo, qui Hebræis per synecdochen panis dicitur.
[c] Id est, omni eo q̃d deus iusserit, & uoluerit.

[d] Gloria extollebatur.
* Vel, ad legendũ.

[e] Vel, fouet me.

[f] Vel, missionẽ. Loquitur enim de liberatione.
[g] Vel, per remissionem.
[h] In auribus uestris, Hebraismus est.
[i] Sermonibus gratiæ, Hebraica est hypallage, quæ & per adiectiuũ uerti posset, sic, super sermonibus gratiosis.
[k] Vel potius, hoc ꝓuerbiũ, iuxta Hebraismũ, in quo eadem uox est, משל, quam nunc interpretantur prouerbium, nunc similitudinem.
[l] In diebus, Hebraismus.
[m] Vel, abibat, simplex pro cõposito.

[n] Vel, sine. q. d. missos nos facias.

Digitized by Google

cens: Obmutesce, & exi ab isto. Et quum proiecisset illum dæmoniũ in medium, exijt ab illo, nihilq́ illi nocuit. Et [o] ingruit pauor in omnes, & colloquebantur inter sese, dicentes: Quis sermo hic est? Quia cum auhoritate ac potestate imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum circumiectæ regionis. † Quum surrexisset autem Iesus è synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur febri magna, & rogauerunt illum pro ea, & adstans [p] supra eam increpauit febrem, & [febris] dimisit eam. Statimq́ surrexit, & ministrabat illis. † Quum autem sol occideret, omnes qui habebant laborantes morbis uarijs, ducebãt illos ad eum: at ille singulis manus imponendo, sanabat eos. Exibant aũt & dæmonia à multis, clamantia ac dicentia: Tu es Christus, ille filius Dei. Et increpans, nõ sinebat ea loqui, quod scirent ipsum esse Christũ. Cum aũt illuxisset dies egressus, abijt in desertũ locũ, & turbæ quærebant eũ, peruenerũtq́ ad ipsum: & detinebant illũ, ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Etiã alijs ciuitatibus oportet me annunciare euãgeliũ regni Dei. Nã ad hoc missus sum. Et concionabatur in synagogis Galilææ.

Matth. 8. b / Marc. 1. c (G)

Matth. 8. b / Marc. 1. c

[o] Et factus est pauor super omnes: pro eo quod est, Et expaue runt omnes.

[p] Id est, iuxta illã, ut Latini dicũnt. Sepul tus est super flumen, id est iuxta flumen. Est item loquutio significans conatũ & molimẽ rei grandis.

CAP. V.

Iesus cum magnam hominum multitudinem diu docuisset, tandem per miraculum Petrum cum suis ad se uocat: leprosum mundat, paralytico medetur, Leui uel Matthæum discipulis adiungit & pharisæos peccatorum commercia fugientes & ieiunijs crebris superbos coarguit.

A PORRO † autem, quum turba [a] incumberet ei, ut audiret uerbũ Dei, [b] & ipse stabat iuxta stagnum Genezareth, & uidit duas naues stantes ad stagnũ: piscatores autem descenderant ex illis, & abluebant retia. Ingressus autẽ in unam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum, ut à terra nauim ageret paululum: & sedens docebat è naui turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Age nauim in altum, & laxate retia uestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborãdo nihil cepimus, [c] tuo tamen iussu laxabo rete.
B Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Disrumpebatur autem rete eorum. Et innuerunt socijs, qui erant in altera naui, ut uenirent & adiuuarent ipsos: cumq́ uenissent, impleuerũt ambas naues, ita ut mergerentur. Quod quum uideret Simon Petrus, accidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim cõprehenderat eum, & omnes qui cum illo erant super captura piscium quam ceperãt: similiter aũt & Iacobum & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant socij Simoni. Et ait Simoni Iesus: Ne me-
C tuas, ab hinc homines * capies. Et subductis in terrã nauibus, relictis omnibus, sequuti sunt eum. †Et accidit, quũ esset in quadam ciuitate, ut, [d] ecce, uir plenus lepra, cum uidisset Iesum, prostratus in faciem, rogaret eũ, dicens: Domine, si uis, potes me mundare. Et protensa manu tetigit eum, dicens: Volo, mundus esto. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi, ne quid cuiquam diceret: sed uade [inquit] ostende teipsum sacerdoti, & offer pro emundatione tui, †quemadmodum præcepit Moses in testimoniũ illis. Dimanabat autẽ magis fama illius, & conueniebant turbæ multæ, ut audirent, & sanarentur ab ipso ab infirmitati-
D bus suis. Ipse autem [e] agebat in secessu in desertis, & orabat. Et euenit quodam die, ut ipse doceret, aderantq́ pharisæi sedentes, ac legis doctores, qui uenerant ex omni castello Galilææ & Iudææ, & Hierusalem. Et potẽtia Domini aderat ad sanandum [f] eos. Et ecce uiri portabant in lecto hominẽ, [g] qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante illum. Et nõ inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt super tectum, ac per tegulas demiserunt eum cum lectulo in medium, ante Iesum. Quorũ fidem, ut uidit, dixit illi: Homo, remittantur tibi peccata tua. Et cœperũt cogitare scribæ & pharisæi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus?

Matth. 4. c / Marc. 1. b

Matth. 8. a / Marc. 1. d

Leuit. 14. a

[a] Vel, immineret & & instaret.
[b] Et, redundat, more Hebraico.

[c] Ob tuum uerbum.

* ζωγρῶν, id est uiuos capies.
[d] Duriusculũ est, ut, ecce, sed hoc pollet, ut (dictu mirum) uir plane leprosus, uiso Iesu, prosternaretur.

[e] Vel potius, secedebat in deserta.

[f] Vel, homines. Nã Hebraismus est, relatiuũ pro nomine positum.
[g] Verbi interpretatione, qui erat resolutus &c.

Vt

Digitized by Google

Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit illis: Quid cogitatis in cordibus uestris? Vtrum est facilius dicere, Remittantur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt autem sciatis filium hominis habere potestatem in terra remittendi peccata, [h] ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectulum tuum, & abi domum tuam. Isque confestim cum surrexisset coram illis, sublatoque in quo iacuerat [lectulo] abijt domum suam, [i] glorificans Deum. Et stupor corripuit omnes, & [k] glorificabant Deum: & repleti sunt timore, dicentes: Vidimus incredibilia hodie. †Et post hæc exijt, ac uidit publicanū, nomine Leui, sedentē ad teloniū, & ait illi: Sequere me. Atque is relictis omnibus, surrexit, & sequutus est eū. Et fecit ei conuiuium magnum Leui domi suæ, eratque turba multa publicanorū et aliorum, qui cum illis accumbebant. Et murmurabant scribæ et pharisæi aduersus discipulos eius, dicentes. Quare cū publicanis & peccatoribus editis & bibitis? Et respondens Iesus, dixit illis: Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non ueni uocatum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. †At illi dixerunt ei: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & precationes faciunt, similiter & pharisæorum, tui uero edunt & bibunt? Quibus ipse ait: Num potestis filios thalami, dum cum illis est sponsus, adigere ad ieiunia? Venient autem dies, [l] & quū ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinem illis: Nemo insuendum frustum noui [m] uestimenti immittit in uestimentum uetus: alioqui & [n] nouum lacerat, & ueteri non conuenit quod immissum est ex nouo. Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres: alioqui rumpet uinum nouum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittendum est, & utraque conseruantur. Et nemo qui biberit uetus, statim uult nouum: dicit enim, uetus melius est.

Matth. 9. a / Marc. 2. b — Matth. 9. b / Marc. 2. c — E — G

[h] Anacoluthon est, & mutatio personæ, pro, dico paralytico.
[i] Vel, deum gloriose prædicans.
[k] Vel, gloria extollebant.
[l] Et, redundat, more Hebraico.
[m] Id est, panni, per catachresin.
[n] Scilicet uestimentum uetus.

CAP. VI.

Discipulos spicas uellentes sabbato Dauidis exemplo defendit Christus: manui aridæ medetur: apostolos duodecim eligit, deinde multis sanatis, quod nam summum sit bonum, quæ legis perfectio & quo fructu uerbum dei audiendum simul sit & faciendum edocet.

Accidit †autem ut sabbato [a] secundoprimo transiret per sata, uellebantque discipuli eius spicas, edebantque confricantes manibus. Quidam autem pharisæorum dicebant illis: Cur facitis quod non licet facere sabbatis? Et respondens Iesus, dixit eis: Ne hoc quidem legistis, quod fecit Dauid, quum esurisset ipse, & qui cum illo erant? †quomodo intrauit in ædem Dei, & panes propositionis sumpsit, editque, ac dedit etiam his qui secum erant, quos non licet edere, †nisi solis sacerdotibus? Et dicebat illis: Dominus est filius hominis etiam sabbati. †Euenit autem & alio sabbato, ut intraret in synagogam, ac doceret. Et erat ibi homo, cuius manus dextera erat arida. Obseruabant autem eum scribæ ac pharisæi, an sabbato sanaturus esset, ut inuenirent unde accusarent eum. Ipse uero nouerat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manū aridam: Surge, & sta in mediū. Ille uero surrexit, & stetit. Dixit igitur Iesus illis: Interrogabo uos: Vtrum licet sabbatis benefacere, an malefacere? [b] animam seruare, an perdere? Et circumspectis illis omnibus, dixit homini: Extende manū tuam. Quod ille fecit, et restituta est manus eius sanitati sicut altera. Ipsi autem repleti sunt amentia, & colloquebātur inter sese, quid nam facerent Iesu. Porrò autem in illis diebus, exijt in montem ad orandum, & pernoctabat in precatione Dei. †Cumque dies illuxisset, aduocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit: Simonem, quem & nominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobū & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam, Iacobū Alphæi filium, & Simonem qui uocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscarioten, qui idē fuit proditor. Cumque descendisset cum illis, stetit in loco campestri, turbaque di-

Matt. 12. a / Marc. 2. d — 1. Reg. 21. g / Leuit. 24. b — Matt. 12. a / Marc. 3. a — Matt. 10. a / Marc. 3. b / 6. a — A — B — C

[a] Apud Græcos una est dictio δευτερόπρωτον.
[b] Id est, uitam, iuxta Hebraismū: uel, hominē. Nā sic quoque anima sæpe sacris in usu est.

Digitized by Google

ſcipulorum eius, †& multitudo copioſa populi ex omni Iudæa & Hieruſalem, & Marc.3.b
à maritima Tyro & Sydone, [c] qui uenerant ut audirẽt eum, & ſanarentur à mor
bis ſuis, & qui uexabantur à ſpiritibus immundis, & ſanabãtur. Et omnis turba
quærebat eum tangere, quia * uis ab illo exibat, & ſanabat omnes. †Et ipſe attol Matth.5.a
lens oculos ſuos in diſcipulos, dicebat: Beati pauperes, quia ueſtrum eſt regnum Iſa.65.e Iſa.61.
Dei. Beati qui eſuritis nunc, quia ſaturabimini. Beati qui fletis nunc, quia ride-
bitis. Beati eſtis quum oderint uos homines, & ſegregauerint uos, & probra ob-
iecerint, & reiecerint nomen ueſtrum, tanquam malum, propter filium hominis.
D Gaudete illo die, & exultate: ecce enim, [d] merces ueſtra multa eſt in cœlis. Secun
dum hæc enim agebãt cum prophetis patres eorum. † [e] Sed uæ uobis diuitibus, Amos.6.a
quia [f] recepiſtis conſolationem ueſtrãm. Væ uobis qui ſaturati eſtis, quia eſurie-
tis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ uobis quum lauda-
uerint uos omnes homines, ſecundum hæc enim agebant cum pſeudoprophetis
patres eorum. Sed uobis dico, qui auditis: Diligite inimicos ueſtros, benefacite
ĳs qui uos oderunt. [g] Benedicite deuouentibus uos, & orate pro his qui contu-
melĳs afficiunt uos. †Percutienti te in maxillam, præbe & alteram: & ab eo qui Matth.5.f
aufert tibi pallium, etiam tunicam ne prohibueris. Omni autem exigenti abs te,
tribue: & ab eo qui aufert quæ tua ſunt, ne repoſcas. †Et prout uultis ut agant Matth.7.b Tob.4.c
uobiſcum homines, uos quoq; agite cum illis ſimiliter. *Quod ſi diligatis eos, *Matt.5.f
E qui uos diligũt, quæ uobis eſt gratia? Nam & peccatores eos, à quibus diligun-
tur, diligunt. Et ſi benefeceritis his qui uobis benefaciunt, quæ uobis eſt gratia?
Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et ſi † mutuum dederitis his, à quibus ſpe- Matth.5.g
ratis uos recepturos, quæ gratia eſt uobis? Nam & peccatores peccatoribus dant Deut.15.b
mutuum, ut recipiant paria. Quinimò diligite inimicos ueſtros, & benefacite: &
mutuum date, nihil inde ſperãtes. Eritq; [h] merces ueſtra multa, & eritis filĳ altiſ-
ſimi: quia ipſe benignus eſt erga ingratos & malos. †Eſtote ergo [i] miſericor- Matth.7.a
des, ſicut & pater ueſter miſericors eſt. Ne iudicetis, & nõ iudicabimini. Ne con- 18.c
demnate, & non condemnabimini. Abſoluite, & abſoluemini. Date, & dabitur
uobis. Menſuram bonam, preſſam, & concuſſam, & [k] ſuperfluentem dabunt in
F ſinum ueſtrum. †Eadem quippe menſura, qua metimini, uiciſſim menſura da- Matth.7.a
bitur uobis. *Dicebat autẽ illis ſimilitudinem: Nunquid poteſt cæcus cæcum Marc.4.c *matt.15.b
ducere? nónne ambo in foueam cadent? Non † eſt diſcipulus ſupra pręceptorem †matt.10.c
ſuum: perfectus autem omnis erit [l] ſimilis præceptoris ipſius. *Quid autẽ uides Ioan.13.b
feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo proprio eſt, non ani- *matt.7.a
maduertis? Aut, quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, ſine eĳciam feſtucam,
quæ in oculo tuo eſt, ipſe in oculo tuo trabem non uidens? Hypocrita, eĳce pri-
mum trabem ex oculo tuo, & tunc perſpicies, ut eĳcias feſtucam, quæ eſt in oculo
fratris tui. †Etenim non eſt arbor bona, quæ gignit fructum [m] carioſum: neq; Matt.7.c
arbor carioſa, [n] gignens fructum bonum. Vnaquæq; enim arbor ex fructu ſuo & 12.c
cognoſcitur. Neq; enim è ſpinis colligunt ficus, neq; è rubo uindemiant uuam.
G Bonus homo ex bono theſauro cordis ſui profert bonum: & malus homo, ex
malo theſauro cordis ſui profert malum. Ex abundantia enim cordis loquitur
os eius. Quid autem uocatis me, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?
†Quicunq; uenit ad me, & audit ſermones meos, & [o] facit eos, oſtendam uobis Matth.7.d
cui ſimilis ſit. Similis eſt homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & po- Iacob.1.d
ſuit fundamentum ſuper petram. Inundatione autem orta, illiſum eſt flumen do Ioan.2.b
mui illi, & nõ potuit eam mouere. Fundata enim erat ſuper petram. Qui autem
audiuit & non fecit, ſimilis eſt homini, qui ædificauit domum ſuper terram, abſq;
fundamento: in quam illiſus eſt fluuius, & continuo cecidit, factaq; eſt ruina do-
mus illius magna.

CAPVT VII.

Centu

[c] Qui, uidetur redundare: uel ſupplendũ eſt à priori, & ſtetit in loco campeſtri.
* Vel, uirtus.
[d] Præmium ueſtrũ.
[e] πλὴν, magis ſignificat ſed, quàm uerũ tamen, quod πλὴν ἀλλὰ, dicitur.
[f] ἔχειν, eſt habere: ἀπέχειν, receptum habere.
[g] Bene precamini.
[h] Præmium ueſtrũ.
[i] Vel potius, benigni, & benefici. Nã hoc proprie ſignificat uox Hebraica, quam ſolẽt interpretari miſericordem.
[k] Vel, effuſiſſimam.
[l] Vel, ſicut magiſter ipſius.
[m] Vel, malum aut putrem.
[n] Vel, quæ gignit.
[o] Vel, factis præſtat.

Digitized by Google

Centurionis famulum iam animā agentem sanat Christus, & uiduæ filium, cuius iam funus ducebatur, à mortuis reuocat. Mittit ad hunc discipulos Ioannes: cui clarum dat Christus testimonium, & Iudæorum incurabilem impietatem corripit. In pharisæi domo discumbens mulieri peccata sua deflenti, illa condonat, Iudæis multum ob hoc murmurantibus.

Matth. 8. a QVum † autē consummasset omnia uerba sua, audiente populo, intrauit A
Capernaum. Centurionis aūt cuiusdam seruus male habens erat moriturus: qui erat illi [a] charus. Quum audisset autem de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorū, rogans eum ut ueniret, & seruaret seruum suum. At illi, quum uenissent ad Iesum, rogabant eum studiose, dicentes: Dignus est ut hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et quum iam non longe abesset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens ei: Domine, ne uexes te: Non enim sum idoneus, ut tectum meū subeas. Quapropter nec meipsum sum dignū arbitratus, ut uenirē ad te: sed dic [b] uerbū, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum, sub potestate cōstitutus, habens sub meipso milites: & dico huic, uade, & uadit: & alteri, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, ac facit. Auditis aūt his, Iesus miratus est eum: & conuersus, sequenti se turbæ dixit: Dico uobis, ne in Israel quidem tantā fidē inueni. Et reuersi, qui missi fuerant, domum, inuenerūt seruum, qui ægrotauerat, sanum. Et euenit deinceps, ut iter faceret in ciuitatē, quæ uocatur Nain: & ibant cū eo discipuli eius multi, turbaq; copiosa. Cum autem adpropinquasset portæ ciuitatis, ecce, defunctus efferebatur, filius unigenitus matri suæ, & ea uidua erat: turbaq; ciuitatis multa cum illa. Quam quū uidisset Dominus, intime misertus eius, dixit illi: Ne fleas. Et accessit, tetigitq; loculū. Porrò qui portabant substiterunt, & ait: C
Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui fuerat mortuus, & cœpit loqui, tradiditq; illū matri suæ. Cepit aūt omnes timor, & [c] glorificabant Deum, dicentes: Propheta magnus exortus est inter nos, & uisitauit deus populū suū. Et exijt fama hæc in totā Iudæam de eo, & in omnem circumiacentē regionem. † Et renunciauerūt Ioanni discipuli ipsius de his oībus, qui conuocatis duobus de discipulis suis, misit eos ad Iesum, dicēs: Es tu is qui uenturus erat, an alium expectamus? Cum aūt uenissent ad eum uiri, dixerūt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Es tu ille qui uenturus erat, an alium expectamus? Eadem aūt hora multos sanauit à morbis, ac [d] plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit uisum. Et respōdens Iesus, dixit illis: Profecti renunciate Ioanni quæ uidistis & audistis. D
Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperibus annunciatur euangeliū. Et beatus est quicunq; nō fuerit offensus [e] in me. Et quum discessissent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere turbis: Quid existis in desertum ad uidendū? harundinē uento agitari? Sed quid existis uisuri? hominem mollibus uestimentis indutum? Ecce, qui uestitu splendido uestiuntur, & in delicijs agunt, in regijs sunt. Sed quid existis ad uidendū? Prophetam? Sanè dico uobis, & plus quàm prophetam. Hic est de quo scriptū est: † Ecce, ego mitto nunciū meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Dico enim uobis: Maior inter natos è mulieribus propheta Ioanne Baptista nemo est. Attamen qui minor est in regno Dei, maior est illo. Et omnis populus E
audiens, & publicani, iustificauerunt Deū, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt, aduersus semetipsos, nō baptizati ab eo. Ait † autē Dominus: Cui ergo similes dicam homines [f] nationis huius? & cui similes sunt? Similes sunt pueris, sedētibus in foro, & acclamātibus sibi inuicem, ac dicentibus: Cantauimus uobis tibijs, & non saltastis: cecinimus uobis lugubria, & non plorastis. Venit enim Ioannes Baptista, neq; edens panē, neq; bi-

Matth. 11. a (margin, beside "ma hæc in totā Iudæam")
Malac. 3. a (margin, beside "tam? Sanè dico uobis")
Matt. 11. c (margin, beside "ab eo. Ait † autē Dominus")

[a] ἔντιμος in precio habitus.
[b] Vel, uerbo, ut Græci legunt.
[c] Vel, gloriā tribuebant deo.
[d] Vel, noxis: uel, cruciatibus.
[e] Vel, propter me.
[f] Vel, generationis.

Digitized by Google

bens uinum, & dicitis: Dæmoniū habet. Venit filius hominis, edens ac bibens,
F & dicitis: Ecce, homo edax, & uinipotor, amicus publicanorum & peccatorū. Et
iustificata est sapientia à filijs suis omnibus. Rogabat autem eum quidam è pha-
risæis, ut caperet cibum cum ipso. Et ingressus domū pharisæi, accubuit. Et ecce,
mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit eum accubuisse in domo phari
sæi, attulit alabastrū unguenti, stansq; ad pedes eius à tergo, flens, lachrymis cœ-
pit rigare pedes eius, et capillis capitis sui extergebat, et deosculabatur pedes eius,
unguentoq; ungebat. Videns autē pharisæus, qui uocauerat eum, ait apud se,
dicēs: Hic, si esset propheta, sciret utiq;, quę & qualis sit mulier quæ tangit ipsum,
quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit illi: Simon, habeo quiddam quod ti
G bi dicam. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam creditori, unus de
bebat denarios quingentos, & alter quinquaginta. Cum autē illi non essent sol
uendo, condonauit utrisq;. Horū igitur dic, uter eum plus diliget? Respondens
autem Simon, dixit: Is, ut existimo, cui plus condonauit. At ille dixit ei: Recte iu
dicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui
in domum tuam, aquam pedibus meis nō dedisti: hæc autem lachrymis rigauit
pedes meos, & capillis capitis sui extersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem,
ex quo intraui, non cessauit deosculari pedes meos. Oleo caput meum nō unxi-
sti: hæc autem unguēto unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittantur
peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cui autem parum remittitur, [is]
§ parum diligit. Dixit aūt ad illam: Remittantur tibi peccata. Et cœperunt, qui
simul accumbebant, dicere apud se: Quis est hic, qui etiam peccata remittit? Dixit
autem muleri: Fides tua te saluam fecit, uade cum pace.

§ Al. minus?

CAPVT VIII.

Iesus cum aliquot mulierum ministerio subleuatus multa loca peragraret multis ad eum confluentibus parabolam seminatoris exponit, & quomodo uerbum audiendum, quiq; fratres illius sint edocet. Hinc mare traijciens tempestatem sedat, & dæmoniaco in Gadarenorum terra medetur. Sanguinis profluuium sistit, & Iairi filiam à mortuis reuocat.

a Vel, per singulas ci uitates & castella.

A ET euenit deinceps, ut ipse iter faceret [a] oppidatim & uicatim, prędicās & an-
nuncians regnum Dei, & duodecim cum illo, simulq; mulieres aliquæ, quæ
erant sanatæ à spiritibus malis, & infirmitatibus: Maria quæ uocatur Magdale-
ne, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chuzæ, procuratoris Hero
dis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. † Cum Matt. 13.
autem turba plurima conueniret, & passim è ciuitatibus properarent ad eum, di- Marc. 4.
xit per similitudinem: Exijt seminator ad seminandum semen suum: & inter se-
minandum aliud cecidit circa uiam, & conculcatū est, & uolucres cœli deuoraue
runt illud. Et aliud cecidit super petram, & enatū aruit, quia non habebat humo-
rem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul enatæ spinę suffocauerūt illud. Et aliud
cecidit in terram bonam, & enatum attulit fructum centuplum. Hæc dicens, cla
B mabat: Qui habet aures ad audiendum, audiat. † Interrogabant autem eum di- Matt. 13. Marc. 4.
scipuli eius, dicentes, quæ esset ista parabola. At ille dixit: Vobis datum est nosse Ioan. 12.f
mysteria regni Dei, cæteris autē per parabolas: ut † uidentes, non uideant: & au- Esa. 6.c
dientes, non intelligant. Est autem hæc parabola. Semen, est sermo Dei. Qui Act. 28.f Rom. 11.b
autem iuxta uiam, hi sunt, qui audiūt, deinde uenit diabolus, & tollit sermonem
de corde eorū, ne credentes seruentur. Nam qui super petram, hi sunt, qui quum
audierint, cum gaudio suscipiunt sermonem: [b] & hi radicem non habent, qui ad
tempus credunt, & tempore tentationis deficiunt. Quod autem in spinas cecidit,
hi sunt, qui audierunt, & præ solicitudinibus & diuitijs ac uoluptatibus uitæ eun
tes, suffocantur, nec [c] fructum perferunt. Quod autem in bonam terram, hi sunt,
qui corde honesto ac bono auditum sermonem retinent, & fructum adferūt per

b Et, pro at, positum est, iuxta Hebraismum.

c τελεσφοροῦσ fructū perfectum, & absolutum suo tempore proferre significat.

patientiam

Digitized by Google

...h. 5 b patientiam, †Nemo uero quum lucernam accēderit, operit eam uase, aut subter
...-4-c lectum ponit, sed imponit candelabro, ut intrantes uideant lumen. Nil *est enim E
...-10-c
...-4-c occultum, quod non manifestum sit futurum: nec absconditum, quod non sit co
...-13 b gnoscendum, & in propatulum uenturū. Videte ergo quomodo audiatis. †Quis
...-c
...-4-c quis enim habet, illi dabitur: & quicunqꝫ non habet, ab eo etiam quod uidetur ha
...-12 d bere auferetur.* Venerunt autem ad illū mater & fratres eius: cumqꝫ non possent
...-3-d adire eum præ turba, renūciatū est illi, dictumqꝫ: Mater tua et fratres tui stant foris
uolentes te uidere. Qui respōdens, dixit illis: Mater mea & fratres mei hi sunt, qui
...h. 8 d sermonem Dei audiunt, [b]ac faciunt illum. †Porrò autem quodam die, cum ipse
...-4-d ascendisset in nauim, ac discipuli eius, ait illis: Traijciamus in ulteriorē ripam sta
gni: ac soluerunt. Cæterum nauigantibus illis, obdormiuit, & ingruit procella
uenti in stagnū, & [c]cōplebantur, ac periclitabantur. Accesserunt autē, & suscitaue
runt eum, dicentes: Præceptor, præceptor, perimus. At ille experrectus, increpauit
uentū, ac tempestatē aquæ, & cessauerunt, factaqꝫ est tranquillitas. Dixit aūt illis:
Vbi est fides uestra? Timentes aūt mirati sunt inter se, dicentes: Quis nam hic est? D
...h. 8 d quia uentis quoqꝫ & aquæ imperat, & obediunt ei? †Et appulerunt ad regionem
...-5-a Gadarenorum, quæ est contra Galilæam. Et quum egressus esset in terram, occurrit
illi uir quidam è ciuitate, qui habebat dæmonia iam temporibus multis. Et uesti
mento non induebatur, neqꝫ in domo manebat, sed in monumentis. Is uiso Iesu,
cū exclamasset, procidit ante illū, ac uoce magna dixit: Quid mihi rei tecum est
Iesu, fili Dei altissimi? Obsecro te, ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui im
mundo, ut exiret ab homine. Frequenter enim corripuerat illum, & uinciebatur
catenis, compedibusqꝫ custodiebatur. Et ruptis uinculis, agebatur à dæmonio
in deserta. Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At
ille dixit: Legio. Quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et rogauerunt il E
lum, ne imperaret ipsis, ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum mul
torum pascentium in monte, & rogabant eum ut permitteret ipsis in illos ingre
di. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in por
cos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Porrò, ut ui
derunt quod acciderat pastores, fugerunt, remqꝫ renunciauerunt in ciuitatem ac
uillas. Exierunt autem ut uiderent quod acciderat, & uenerunt ad Iesum: & in
uenerunt hominem à quo dæmonia exierant, uestitum, ac sana mente sedentem
ad pedes Iesu, & territi sunt. Renunciauerunt autem illis etiam qui uiderant quo
modo sanus factus esset is, qui agitabatur à dæmonio. Et rogauerunt illum
omnis multitudo Gadarenorum, ut discederet ab ipsis, quia timore magno tene
bantur. Ipse autem conscensa naui, reuersus est. Rogauerat enim illum uir à quo F
dæmonia exierant, ut cum eo esset, sed ablegauit eum Iesus, dicens: Redi domum
tuam, & narra quæcunqꝫ tibi fecerit Deus. Et abijt per totam ciuitatem, prædi
...th. 9. e cans quæcunqꝫ sibi fecisset Iesus. †Porrò autem quum rediret Iesus, excepit il
...c. 5. b lum turba, nam omnes expectabant eum. Et ecce, uenit uir, cui nomen Iairus, &
is princeps synagogæ erat, accidītqꝫ ad pedes Iesu, rogans eum ut intraret in do
mum suam, quoniam unigenita filia erat ei, ferè annorum duodecim, & ea mo
riebatur. Verum inter eundum, turbæ coarctabant eum. Et mulier, quæ erat
obnoxia profluuio sanguinis, ab annis duodecim, quæ in medicos impenderat
omnem substantiam, nec ab ullo potuerat curari, accessit retro, & tetigit fimbriā
uestimenti eius: & confestim substitit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus: Quis est
qui me tetigit? Negantibus autē omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præ
ceptor, turbæ te comprimunt, & coarctant, et dicis: Quis me tetigit? Et dixit Iesus:
Tetigit me aliquis. Nam ego noui [f]uim à me exijsse. Videns autem mulier, se nō G
latuisse, tremens uenit, procidītqꝫ ante pedes eius, & ob quam caussam tetigisset

[b] Vel, & factis præstant illum.

[c] Id est, obruebantur scilicet aquis.

[f] Vel, uirtutem ali quam.

Digitized by Google

eum, indicauit ei coram toto populo, et quemadmodum confestim sanata fuisset. At ipse dixit ei: Bono animo esto filia, fides tua te seruauit, uade cum pace. † Ad huc eo loquente, uenit quidã à principe synagogæ, dicens ei: Mortua est filia tua, ne uexes magistrum. Quo audito, respondit Iesus ei, dicẽs: Ne metue, crede tantum, & salua erit. Et quum uenisset in ædes, non permisit intrare quenquam, nisi Petrum & Iacobum, & Ioannem, & patrem & matrem puellæ. Flebant autẽ omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Ne flete, non est mortua, † sed dormit. Et deridebant eum, scientes esse mortuam. Ipse autem eiectis foras omnibus, & apprehensa manu eius, clamauit, dicens: Puella, surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Iussitq; illi dari cibum. Et obstupuerunt parentes eius: ipse uero interdixit eis, ne cui dicerent quod factum erat.

Matth. 9 / Marc. 5 — Ioan. 11.

CAPVT IX.

Christus apostolos emittit. Herodes huius fama consternatur. Iesus quinq; panibus cibat aliquot millia hominum. Petrus hunc Christum esse fatetur: ille ad crucem hortatur: transformatur in monte: dæmoniacũ ante incurabilem sanat: humilitatem suadet discipulis, & eosdem quod alium suo nomine miracula edentem prohibuissent & uindictam spirarent, corripit. Vltimo de quibusdam hunc sequi uolentibus scribitur.

A CONuocatis autem duodecim, † dedit illis potestatem & authoritatẽ in omnia dæmonia, & ut morbos sanarent. Et misit illos ad prædicandum regnũ Dei, & sanandum ægros. Et dixit illis: Nequid tuleritis in uiam, neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniã, neq; binas tunicas habeatis. Et in quamcunq; domũ intraueritis, [a] illic manete, & illinc exite. † Et quicũq; non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem è pedibus uestris excutite, in testimonium aduersus illos. Egredientes autẽ [b] transibant per castella, prędicantes euangelium, & curantes ubiq;. † Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & [c] hæsitabat, eò quod diceretur à quibusdã, Ioannẽ surrexisse à mortuis: à quibusdam uero, Heliam adparuisse: ab alijs autem, prophetã quempiam ex antiquis surrexisse. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui, quis est autem iste, de quo ego talia audio? Et [d] quærebat uidere eum. † Cũq; reuersi apostoli, narrassent illi quæcunq; fecerant, adsumptis illis, secessit seorsum, in locum desertum

Matt. 10 / Marc. 3 & 6. a — Act. 13. — Matt. 14 / Marc. 6. — Matt. 14 / Marc. 6

a Hebræa dicẽdi forma, qua monet ut unis tantũ utantur ædibus.
b Vel, obibant uicatim.
c Perplexo animo erat, & ancipiti.
d Vel, cupiebat.

B ciuitatis, quæ uocatur Bethsaida. Quod quum cognouissent turbæ, sequutæ sunt illũ, & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei: & eos, qui curatione indigebant, sanabat. Dies autem cœperat inclinare, cum accesserunt duodecim, & dixerunt illi: † Dimitte turbas, ut euntes in castella uillasq; uicinas diuertant & inueniant cibos, quia hic in loco deserto sumus. Dixit autem illis: Vos date illis quod edant. At illi dixerũt: Non sunt nobis plures quàm quinq; panes, & duo pisces, nisi nos eamus, & emamus in omnem hunc populum cibos. Erant autẽ uirorũ circiter quinq; millia. Ait aũt discipulis suis, facite ut discumbãt in singulo quoq; discubitu, quinquageni. Atq; ita fecerunt: & curarunt ut omnes discũberent. Acceptis autem quinq; panibus, & duobus piscibus, sublatis in cœlum oculis, benedixit illis, & fregit, distribuitq; discipulis, ut adponerent turbæ. Et comederũt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est, quod superfuit illis, fragmentorum cophini

Ioan. 6.

C duodecim. † Et euenit quũ solus esset orans, ut essent cum illo & discipuli, interrogauitq; illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? At illi responderũt, & dixerunt: Ioannem Baptistam, alij aũt Heliam, alij uero prophetam quempiam de antiquis resurrexisse. Dixit autem illis: Vos autẽ quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Christum Dei. At ille cõminatus illis, præcepit ne cui dicerent hoc, dicens: Oportet filiũ hominis multa pati, & reprobari à senioribus, principibusq; sacerdotum & scribis: & occidi, tertiaq; die resurgere. Dicebat autem omnibus: Si quis uult me subsequi, abneget semetipsum, & [e] tollat crucẽ suã quotidie, & sequatur me. Qui enim uoluerit [f] animã suam seruare, perdet illam.

Matt. 16 / Marc. 8.

e Vel, ferat.
f Id est, uitam.

Qui

Digitized by Google

Qui uero perdiderit animam suam propter me, is seruabit eam. Quid enim utili
tatis consequitur homo, si lucretur uniuersum mundū, se autem ipsum perdat, aut
att. 10.d iacturā suiipsius faciat? †Nam quem mei meorumq́ sermonum puduerit, huius
ar. 8.d & filium hominis pudebit quum uenerit in maiestate sua, & patris, sanctorumq́
e. 12.a
Tim. 2.b angelorum. *Dico autem uobis uere, sunt quidam hic stantes, qui non gustabūt D
at. 16.d mortem, donec uideant regnum Dei. †Euenit aūt post hæc uerba, circiter die
ar. 9.a
Mat. 17.a bus octo, ut adsumptis Petro, & Ioanne, & Iacobo, ascenderit in montem ut ora
ar. 9.a ret. Et facta est dum oraret, species uultus eius alia, & uestitus eius candidus ac re
fulgens. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo, qui erant Moses & Helias, qui ui
si in maiestate, narrabant excessum eius, quem cōpleturus erat Hierosolymis. Pe
trus uero & qui cum illo erant, grauati erant somno. Experrecti autem uiderunt
maiestatem eius, & duos uiros qui astabant illi. Porrò autem quum discede
rent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse, faciamus tria
tabernacula, unum tibi, & unum Mosi, & unū Heliæ: nesciens quid diceret. Hæc
autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos: territi sunt autem intran
tibus illis in nubem. Et uox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, E
ipsum audite. Et [g]dum edita est uox, inuentus est Iesus solus, & ipsi tacuerunt, &
Matt. 17.d nemini enunciauerunt in illis diebus quicquā eorum quæ uiderant. †Euenit
Mar. 9.c autem postridie, descendentibus illis de monte, ut occurreret illi turba multa. Et
ecce uir de turba exclamauit, dicens: Magister, obsecro te respice filium meū, quia
unicus est mihi, & ecce spiritus corripit eum, subitoq́ clamat, & conuellit eum cū
spuma, & uix discedit ab eo conterendo eum. Et rogaui discipulos tuos, ut eijce
rent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit: O natio [h]incredula
& peruersa, usq́ quo ero apud uos, ac partiar uos? Adduc huc filiū tuum. Adhuc
autem accedente illo, laniauit illum dæmonium, & conuulsit. Increpauit autem
Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, reddiditq́ illum patri suo. Stupe
bant autem omnes super magnificentia Dei. Sed omnibus mirantibus omnia
quæ faciebat, dixit discipulis suis: Accipite uos auribus uestris sermones istos. Fu F
turum est enim ut filius hominis tradatur in manus hominum. At illi non intel
ligebant uerbum istud, & erat absconditum ab illis, ut non intelligerent illud. Et
Matt. 18.a timebant eum interrogare de hoc uerbo. †Incidit autē [i]disputatio inter eos, quis
Mar. 9.c nam esset maximus eorum. At Iesus uidens disputationem cordis eorum, appre
hendit puellū, & statuit illum iuxta se, aitq́ illis: Quicunq́ receperit puellū hunc
nomine meo, me recipit. Et quicūq́ me receperit, recipit eum qui misit me. Nam
qui minimus est inter omnes uos, hic erit magnus. Respondens autē Ioannes,
dixit: Præceptor, uidimus quendam sub nomine tuo eijcientē dæmonia, & pro
hibuimus eum, quia non [k]sequitur nobiscum. Et ait illi Iesus: Ne prohibueritis.
Qui enim non est aduersum nos, pro nobis est. Porrò autem [l]dum complerētur
dies adsumptionis eius, [m]ipse faciem suam obfirmauit ad proficiscendum Hiero
solymam. Et misit nuncios [n]ante conspectum suum, & profecti intrauerūt in ui
Ioan. 4.a cum Samaritanorum, ut pararent ipsi. Et non receperunt eum, quia [o]præ se fere G
bat se ire Hierosolymam. Eo autem uiso discipuli eius, Iacobus & Ioannes, dixe
runt: Domine, uis dicamus ut ignis descendat de cœlo, & cōsumat illos, quemad
modū & Helias fecit? Conuersus aūt Iesus, increpauit illos, dicens: Nescitis cuius
spiritus estis uos. Filius enim hominis non uenit ad perdendū animas hominū,
Matt. 8.c sed ad seruandum. Et profecti sunt in alium uicum. †Euenit autē proficiscen
tibus illis in uia, ut diceret quidam illi: Sequar te quocunq́ abieris. Et dixit illi Ie
sus: Vulpes cauernas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis nō ha
bet ubi caput suum reclinet. Dixit autem alij: Sequere me. Ille autem dixit: Domi
ne, permitte mihi ut prius abeam, & sepeliam patrem meum. Dixit autē ei Iesus:

[g] Vel, uoce iam edita.

[h] Vel, diffidens.

[i] Διαλογισμὸς disputationem & cogitationē significat: sed ex alijs euangelistis colligitur disputationem fuisse.

[k] Scilicet te.

[l] Id est, cum iam cederent dies, quibus per passionē erat in cœlestē gloriam recipiendus.

[m] Et, redundat hic, ut sæpe, more Hebr.

[n] Hebraismus est, id est, præ se.

[o] Verbi interpretatiōe, facies eius erat proficiscens Hierosolymā. Sed Hebraismus est. Aegre aūt ferebant Samaritani quenquā ire Hierosolymā adoratum, cum uellent locum adorationi dicatum apud se esse. Cæterū πορευόμενον, alias legitur πορευομένου.

Sine mortuos sepelire mortuos suos. Tu uero uade, & annũcia regnum Dei. Di
xit autem & alius: Sequar te domine, sed permitte mihi prius [p] ut dicam uale his
qui sunt domi meæ. Ait illi Iesus: Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit
retro, aptus est regno Dei.

p Vel potius, ut trãsigam cũ ijs, uel defungar, quod Germanice dicimus, Daß ich de abscheid mache.

CAP. X.

Iesus septuaginta emittit discipulos, & ingratis urbibus impietatem obijcit, discipulos redeuntes humilitatis admonet, & patrem suum celebrat. Legisperitum de maximo præcepto & proximi persona per similitudinem à latronibus uulnerati, instruit. Postremo Marthæ cura domestica & Mariæ circa sermones Christi studium describitur.

A POst hæc autem designauit dominus & alios septuaginta, misitq; illos binos
ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse uenturus. Di
cebat ergo illis: †Messis quidẽ multa, sed operarij pauci. Rogate ergo dominum Matt.9.d
messis, ut extrudat operarios in messem suam. Abite, ecce ego mitto uos sicut a- Matt.10.a
gnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calceamenta: †& ne 4 Reg.4.d
minem [a] per uiam salutaueritis. In quamcunq; domũ intraueritis, primũ dicite:
Pax huic domui. Et si ibi fuerit [b] filius pacis, requiescet sup illũ pax uestra: sin mi-
B nus, ad uos reuertetur. In eadem autẽ domo manete, edentes & bibentes quę dan
tur ab illis. Dignus est enim operarius mercede sua. Ne transeatis [c] de domo
alia in aliam. Et in quamcunq; ciuitatẽ intraueritis, & susceperint uos, edite quæ
adponuntur uobis, & sanate ægros qui in illa sunt, & dicite illis: Adpropinqua-
uit ad uos regnum Dei. †In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis, & non su- Matt.10.b
sceperint uos, egressi in plateas eius, dicite: Etiam puluerem qui adhęsit nobis de
ciuitate uestra, extergimus [d] in uos. Tamen hoc scitote, adpropinquasse uobis re
gnum Dei. Dico uobis, cum Sodomis in die illo tolerabilius agetur quàm cũ il-
C la ciuitate. †Væ tibi Chorozain, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone Matth.11.c
editæ fuissent uirtutes quæ editæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere sedentes,
[e] egissent pœnitentiam. Sed cum Tyro & Sidone tolerabilius agetur in iudicio, q̃
uobiscum. Et tu Capernaum, quæ usq; ad cœlum elata es, usq; ad infernum de-
primêris. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui autem me
spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio,
dicentes: Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis [f] per nomen tuum. Ait au
tem illis: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce do uobis pote-
statem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem [g] uirtutem inimi
D ci, & nihil uobis nocebit. Veruntamen ob hoc ne gaudeatis q; [h] spiritus subijci-
untur uobis, sed gaudete potius, q; nomina uestra scripta sint in cœlis. †Eadem Matt.11.d
hora exultauit spiritu Iesus, & dixit: Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, q;
cælasti hæc sapientes & prudentes, & [i] reuelasti ea paruulis: sanè pater, quoniam
sic complacitũ est [k] tibi. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo scit quis
sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui uoluerit filius *reuelare. †Et Matt.13.b
conuersus ad discipulos, seorsum dixit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis.
Dico enim uobis, q; multi prophetæ & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis,
E & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. †Et ecce quidam le Matt.22.d
gisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo uitam æter- Mar.12.c
nam [l] consequar? At ille dixit ei: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille re
spondens, dixit: †Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima Deut.6.a
tua, & ex totis uiribus tuis, et ex tota mente tua: *& proximũ tuum sicut teipsum. *Leu.19.d
Dixitq; illi: Recte respondisti, hoc fac, & uiues. Ille autem uolens iustificare sei- Rom.13.b
psum, dixit Iesu: Et quis est meus proximus? Respondens autem Iesus, dixit: Ho
mo quidam descendebat ab Hierosolymis in Hiericho, & incidit in latrones, qui
etiam despoliauerunt eum uestibus, ac uulneribus inflictis, abierunt, semimor-
tuo relicto. Casu uero fortuito sacerdos quidam descendit eadem uia, uisoq; illo,
præterijt.

a Sine inter uiam, inter eundum.
b Hebraismus est, id est, deditus paci: uel, capax pacis: ut alibi, filius gehẽnæ, pro obnoxio gehennæ.
c Verbi interpretatione, de domo in domum.
d Vel, uobis: ut scilicet uobis habeatis.
e Vel, meditati fuissent resipiscentiam.
f Vel, sub nomine tuo.
g Vel, potentiam.
h Vel, dæmonia.
i Detexisti.
k Verbi interpretatione, coram te.
* Vel, detegere.
l Vel, possidebo.

Aug. [illegible] cap. 14 [illegible] in natura, [illegible]

præterijt. Similiter & Leuita, cum eo loci peruenisset, ut accessit & uidit eum, præ-
terijt. Samaritanus autem quidã iter faciens, uenit ad eum, & uiso eo, misericor-
dia motus est, & accessit, obligauitq; uulnera eius, infundens oleum ac uinum,
cumq; imposuisset illum in suum iumentum, duxit eum in diuersoriũ, & curam
eius egit. Et postero die egrediens, depromptos duos denarios dedit hospiti, &
ait ei: Curam illius habe, & quicquid præterea insumpseris, ego cum rediero, red
dam tibi. Quis ergo horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in
latrones? Et ille dixit: Qui exercuit misericordiam in illum. Ait igitur illi Iesus:
Vade, & tu fac similiter. Euenit autẽ itinere faciundo ut ipse intraret in quod- G
dam oppidulum, & mulier quędam Martha nomine, excepit illum domũ suam.
Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam assidens ad pedes Iesu, audiebat ser-
monem illius. Martha autem distrahebatur circa frequens ministerium, quæ asti
tit, & ait: Domine non est tibi curæ q; soror mea [m]reliquit me, ut sola ministrem?
Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens, dixit illi Iesus: Martha Martha, solici-
ta es, & turbaris circa multa. Atqui unum est necessarium. Maria bonam partem
delegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

Iesus orandi formulam præscribit, & assidue orandum esse docet: dæmonium eijcit, & per Beelzebul hoc eiecisse dicitur: sed calumnijs respondet: signum petẽtibus negat, & animi synceritatem commendat: à pharisæo inuitatus externam illorum sanctimoniam & animum impium corripit.

Matth.6.b ET euenit quum oraret quodam in loco, postquam cessauit, ut †diceret qui- A
dam ex discipulis eius ipsi: Domine doce nos orare, sicut & Ioannes docuit
discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater noster qui es in cœlis, san-
ctificetur nomen tuum: adueniat regnũ tuum: fiat uolũtas tua, quemadmodum
in cœlo, sic etiam in terra. Panem nostrũ quotidianũ da nobis quotidie. Et remit-
te nobis peccata nostra, siquidem & nos ipsi remittimus omni debenti nobis. Et
ne nos inducas in tentationẽ, sed libera nos à malo. Et ait illis: Quis uestrûm
habebit amicum, ad quem eat media nocte, & dicat illi: Amice, da mihi mutuo
tres panes, quoniã amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quod adponã
illi: & ille intus respondens, dicat: Ne mihi molestus sis, iam ostiũ clausum est, &
puelli mei mecũ sunt in cubili, nõ possum surgere, & dare tibi? Dico uobis, etiam
si non surgat, & det illi, eo q; amicus eius sit, propter [a]improbitatẽ tamen eius sur B
Matt.7.a 11.c Mar.11.c Ioan.14.b Iaco.1.a get, ac dabit illi quotcunq; habet opus. †Et ego dico uobis: Petite, & dabitur
uobis: quęrite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, ac
cipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. [b]Quis autem ex uobis pater, à
quo si filius petierit panẽ, num lapidem dabit illi? Et si piscem, num pro pisce ser-
pentem dabit illi? Aut si petierit ouũ, num porriget illi scorpiũ? Si ergo uos, cum
sitis mali, nostis bona dona dare liberis uestris: quãto magis pater cœlestis dabit
spiritũ sanctũ petentibus ab ipso?
Matt.9.d & 12.b Mar.3.c †Et eijciebat dæmoniũ, illudq; erat mutum:
cumq; eiecisset dæmoniũ, loquutus est mutus. Et admiratæ sunt turbæ. Quidam
aũt ex eis dixerunt: Per Beelzebul principem dæmoniorũ eijcit dæmonia. Et alij
tentantes, signũ de cœlo quærebant ab eo. Ipse aũt, ut qui sciret cogitationes eorũ,
dixit eis: Omne regnũ aduersus seipsum diuisum, desolatur, & domus super do- C
mum cadit. Quod si satanas quoq; [c]aduersus seipsum diuisus est, quomodo stabit
regnum eius? Nam dicitis, [d]per Beelzebul eijcere me dæmonia. Quod si ego per
Beelzebul eijcio dęmonia, filij uestri per quẽ eijciũt? Ideo ipsi iudices uestrũ erũt.
Porrò, si [e]digito Dei eijcio dæmonia, profecto peruenit ad uos regnũ Dei. Cum
robustus armatus custodit atrium suum, [f]salua sunt ea quæ possidet. Vbi uero ro
bustior eo superueniens, uicerit eum, uniuersa arma eius aufert in quibus cõfide
bat, & spolia eius distribuit. Qui non est mecũ, contra me est: & qui non colligit

[m] Vel, passa est me solam ministrare?

[a] Id est, propter improbã, & instantem petitionem.

[b] Duriusculus est sermo, sed è Græco adhuc scabrior, Quem autem ex uobis patrem poscet filius panẽ, &c. Pro eo quod est, quis uestrum, si pater sit, & filius ab eo petat panem, an pro pane lapidem dabit?

[c] Vel, secum ipse dissidet.

[d] Vel, Beelzebul præsidio.

[e] Diuina uirtute & potentia.

[f] Verbi interpretatione, in pace sunt.

Digitized by Google

mecum, dispergit. Quum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arentia, quærẽs requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar domũ meam, un
D de exiui: & quum uenerit, inuenit eam scopis mundatam, atq; ornatã: tunc abit, & adsumit septem alios spiritus, nocentiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt extrema hominis illius peiora primis. Porrò aũt cum hæc diceret, extollens uocem quædã mulier de turba, dixit illi: Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimò, beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Turbis autem confluentibus cœpit dicere: Natio hæc mala est, signũ quærit, g& signum non dabitur ei, nisi signũ Ionæ prophetæ. †Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis nationi isti. *Regina Austri surget in iudicio cum uiris nationis huius, & condemnabit illos, quia uenit à finibus terræ, ut audiret sapientiam Solomonis. Et ecce plus q̃ Solomon hoc in loco. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum natione hac, & condemnabũt illam, quia [h]resipuerũt ad
E prædicationem †Ionæ. Et ecce plus q̃ Ionas hoc in loco. *Nemo lucernam accendit, & in occulto ponit, neq; subter modium, sed super candelabrũ, ut qui ingrediuntur, lumen uideant. Lucerna †corporis est oculus. Quum igitur oculus tuus fuerit simplex, totum quoq; corpus tuum lucidum est: quod si malus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum est. Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum [fuerit,] nõ habens aliquam partem tenebrosam, [sic] erit lucidũ totum, ut quũ lucerna fulgore illuminat te. Et quum loqueretur, rogauit illum quidam pharisæus ut pranderet apud se. Ingressus autem [Iesus] accubuit. Quod cum pharisæus uidisset, admiratus est q; non prius lauisset ante prandium. Et ait dominus illi: Nunc uos pharisæi exteriora poculi catiniq; mundatis, & quod intus est uestri, plenũ est rapina & malitia. Stulti, non
F ne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est fecit? Veruntamen, [i]quæ suppetunt date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Sed uæ uobis pharisæis, quia decimatis mentham & rutam, & quoduis olus, & præteritis [k]iudicium & charitatem Dei. Hæc oportebat fecisse, & illa non omittere. †Væ uobis pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ uobis scribæ & pharisæi, hypocritæ, quia estis similes monumentis quæ non adparent, quæ homines super ea ambulantes nesciunt. Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens, etiam nos afficis contumelia. At ille ait: Et uobis legisperitis uæ, †quia oneratis homines oneribus portatu difficilibus, & ipsi uno digito uestro non attingitis onera. Væ uobis, quia ædificatis monumenta prophetarum, [l]patres autem uestri occiderunt illos. Profectò testa
G mini, & comprobatis facta patrum uestrorum, quoniam illi quidem eos occiderunt, uos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas, & apostolos, & ex illis [aliquos] occident & persequentur, ut requiratur [m]sanguis omnium prophetarum qui effunditur à cõstitutione mundi, à natione ista, à sanguine †Abel usq; ad sanguinem *Zachariæ, qui periit inter altare & ædem. Profectò dico uobis, requiretur ab hac natione. Væ uobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introituri erant, prohibuistis. Hæc autem eo dicente illis, cœperunt legisperiti & pharisæi grauiter insistere, & [n]captiosè interrogare eum de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid uenari ex ore eius, quo accusarent eum.

CAP. XII.

Christus fermento pharisæorum abstinendum esse monet, nec eos metuendos qui corpus occidunt. Deinde auaritiam exemplis & parabolis uetat. Vigilantiam docet per boni & mali serui similitudinem, & turbas propter hunc exorituras prædicit.

A CVm autem cõuenisset innumera turbæ multitudo, adeò ut se inuicem conculcarent, cœpit dicere discipulis suis: Primũ †cauete uobisipsis à fermento phari-

---

g Et, pro at.

h Vel, pœnitentiam egerunt propter prędicationem, &c.

i Theophylactus per τὰ ἐνόντα diuitias intelligit quæ cordibus auarorum insunt. Alij hic præpositionem κατὰ subintelligunt, ut sit sensus, iuxta ea quę suppetũt, date, &c. Possunt etiam τὰ ἐνόντα dici quæ in nostra potestate sunt. Alij rursus pro τὸ ἐνὸν positum putant, q. d. quæ facta sunt, reuocari non possunt, illud restat ut eleemosynis pensetis rapinas, &c.

k Ius, nam Hebręi iudicium uocãt etiam ius.

l Vel, cum patres uestri occiderint illos: uel, quos patres uestri occiderunt.

m Id est, pœna sanguinis effusi.

n ἀποστοματίζειν dicitur, cũ multi unum interrogãt de diuersis, quo ad hæsitationem adducere possint: uel, uerbis alicuius quasi ab ore arreptis aliquem illaqueare, &c.

Ionæ 2.a
Matt. 12.c
Ionæ 3.b
*Matt. 5.b
Mar. 4.c
Matt. 6.c
Matt. 23.a
Marc. 12.d
Luc. 20.g
Matt. 23.a
Gen. 4.b
*2. Par. 24.f
Matt. 16.a
Mar. 8.b

Digitized by Google

pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil autem contectum est quod non sit [a] de-
latt.10.c tegendum, neq; occultum quod non sit cognoscẽdum. *Quapropter quæcunq;
lar.4.c in tenebris dixistis, in lumine audietur: & quod in aurem loquuti estis in [b] cellis,
prædicabitur in tectis. Dico autẽ uobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui
occidunt corpus, & posthæc non habent quod amplius faciant. Ostendã autem
uobis quem timeatis. Timete eum, qui postq̃ occiderit, habet potestatẽ conijcien
di in gehennã: certe dico uobis, hunc timete. Nonne quinq; passerculi ueneunt
minutis assibus duobus? & unus ex illis nõ est in obliuione corã Deo. Sed & pi-
li capitis uestri omnes numerati sunt. Ne igitur metuatis, multis passeribus præ- B
.Tim.2.b statis. Dico autẽ uobis: †Quicunq; confessus fuerit me corã hominibus, eum & fi-
lius hominis confitebitur corã angelis Dei. Qui aũt negauerit me corã homini-
latt.12.c bus, abnegabitur corã angelis Dei. †Et quisquis dixerit dictũ in filium hominis,
lar.3.c remittetur illi: ei uero qui in spiritũ sanctum [c] conuicium dixerit, nõ remittetur.
latt.10.b †Cum aũt adduxerint uos ad synagogas, & ad magistratus ac potestates, ne soli-
lar.13.b citi sitis quomodo aut quid respondeatis, aut quid dicatis, spiritus enim sanctus
docebit uos eadẽ hora quæ dicenda sint. Ait aũt ei quidam de turba: Magister,
dic fratri meo ut diuidat mecũ hæreditatem. At ille dixit ei: Homo, quis me cõsti-
tuit iudicẽ aut diuisorẽ uobis? Dixitq; illis: Videte, & cauete ab auaritia, quia non
[d] in eo ut supersit cuipiã de facultatibus suis, uita ipsius est. Dixit aũt similitudinẽ C
illis his uerbis: Hominis cuiusdã diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat
apud se, dicens: Quid faciã? quia non habeo quò congregem fructus meos. Et di
xit: Hoc faciã: Destruam horrea mea, & maiora extruam: & illuc cõgregabo om-
lccli11.c nes prouentus meos, & bona mea. Et dicã animæ meæ: †Anima, habes multa bo
na reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude. Dixit autẽ illi deus:
Stulte, hac nocte animã tuam repetunt abs te: quæ uero parasti, cui cedent? Sic
Psal.54.d qui [e] recondit sibijpsi, nec est erga Deum diues. Dixitq; discipulis suis: †Ideo di
Matt.6.c co uobis: Ne soliciti sitis pro [f] anima uestra, quid edatis: neq; pro corpore, quid in
Pet.5.b duamini. Anima pluris est q̃ cibus, & corpus pluris est q̃ indumentum. Conside
rate coruos, quia non seminant neq; metunt: quibus non est [g] penariũ, neq; [h] hor
reum, & Deus pascit illos. Quanto magis uos præstatis uolucribus? Quis autem
uestrum [i] solicitus potest adijcere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo ne id D
quidem, quod minimum est potestis, quid de cæteris soliciti estis? Considerate [k] li
lia, quomodo crescant: non laborant neq; nent: dico autem uobis, nec Solomon
in omni [l] gloria sua uestiebatur sicut unum istorum. Si autem [m] gramen quod
hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic uestit, quanto magis uos
ò parum fidentes? Vos quoq; ne quæratis quid esuri sitis, aut quid bibituri: [n] neq;
uris suspendamini. Hæc enim omnia gentes mundi [o] inquirunt: pater autem ue
ster scit uos istis indigere. Quin potius quærite regnum Dei, & hæc omnia adij-
cientur uobis. Ne timueris pusille grex, quia complacitũ est patri uestro da-
re uobis regnum. Vendite [p] quæ possidetis, & date eleemosynam. [q] Parate uobis
Matt.6.c †sacculos qui non ueterascunt, thesaurum inexhaustum in cœlis, quò fur non ac
cedit, neq; tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus uester est, ibi & cor uestrum erit.
Sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ accensæ: & uos similes hominibus expe- E
ctantibus dominum suum quando reuertatur à nuptijs, ut quum uenerit & pul
sauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum uenerit dominus, inuene-
rit uigilantes. Amen dico uobis, præcinget se, & faciet illos discumbere, & [r] tran-
siens ministrabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia, siue in tertia uigilia uene
Matt.24.d rit, atq; ita inuenerit, beati sunt serui illi. † Hoc autẽ scitote, si scisset paterfamiliâs
Mar.13.d qua hora fur uenturus fuisset, uigilasset utiq;, nec passus fuisset perfodi domum
suam. Et uos igitur estote parati, quia qua hora nõ putatis, filius hominis ueniet.

[a] Vel, reuelabitur.
[b] Vel, conclauibus.
[c] Blasphemus fuerit.
[d] Vel, in eo quod supersit cuipiam, &c. Id est, nullius uita opus habet eo quod illi superest: uel, nullius uita opus habet, ut illi supersit aliquid. Verbi interpretatione, quia nõ in eo, ut supersit cuipiã, uita eius est, ex facultatibus ipsius. Sed hoc pacto est hyperbaton, cuius sensus est: uitam nõ opus habere superfluis.
[e] Vel, recondit thesauros.
[f] Id est, uita.
[g] Vel, cella.
[h] Vel potius, repositorium.
[i] Vel, curas agitando.
[k] Id est, flores. Species pro genere, iuxta Hebraismum.
[l] Vel, magnificẽtia.
[m] Siue, herbam.
[n] Nolite in sublime attolli. Vel, ne curetis sublimia. *μετεωρίζω*, *proprie est* in dubio esse, & in incerto, ut quæ suspensa sunt & sublimia facile huc & illuc impelluntur, ita animus hominis qui in dubio est, & incertus, & huc atq; illuc fluctuat. Vel, ne impressiões æthereas spectetis, ac ab illis pendeatis.
[o] Curant.
[p] Vel, facultates uestras.
[q] Verbi interpretatione, facite.
[r] Vel, obambulãdo: uel, ultro citroq; eundo.

Digitized by Google

F Ait autem ei Petrus: Domine, nobis dicis istam parabolam, an etiam omnibus?
Dixit autem dominus: Quisnam est fidelis dispensator ac prudens, quem præfi-
ciat dominus famulitio suo, ut det [illi] in tempore demensum? †Beatus ille ser- Apoc. 16
uus, quem cum uenerit dominus eius, inuenerit ita facientem: uere dico uobis,
[s]omnibus quæ possidet, præficiet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo:
Differt dominus meus reditum, cœperitq; percutere seruos & ancillas, & edere bi
bereq;, & inebriari, ueniet dominus serui illius die quo nō expectat, & hora qua
nescit, & dissecabit eum, partemq; eius cum infidis ponet. Ille autem seruus qui
cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, nec se gessit secundum
uoluntatem eius, [plagis] uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit di-
gna plagis, uapulabit paucis. Porrò cuicunq; multū datum est, ab eo multū requi
retur: & cui commiserunt multum, amplius petent ab eo. Ignem ueni missurus
in terram, [t]& quid uolo, si iam accensus est? Sed baptismo [u]opus est me baptizari,
& [x]quomodo coartor donec perficiatur? †Putatis me pacem uenisse datum in ter Matt. 10.d
G ra? Non, dico uobis, sed dissidium. Erunt enim abhinc, quinq; in domo una dissi
dentes: tres contra duos, & duo contra tres: dissidebit pater cōtra filium, & filius
contra patrem, mater aduersus filiam, & filia aduersus matrem: socrus aduersus
nurum suam, & nurus aduersus socrum suam. †Dicebat autem & turbis: Cum Matt 16.a
uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Imber uenit, & ita fit. Et cum Mar. 8.b
[uideritis] Austrum flantem, dicitis: Aestus erit, & fit. Hypocritæ, faciem terræ &
cœli nostis iudicare, hoc autem tempus qui fit ut non diiudicetis? Cur autem &
à uobisipsis non iudicatis quod iustū est? †Cum enim abis cum aduersario tuo Matt. 5.d
ad magistratū, in uia da operam ut libereris ab illo, ne fortè pertrahat te ad iudi-
cem, & iudex tradat te exactori, & exactor conijciat te in carcerem. Dico tibi, ne-
quaq̄ exibis inde, donec ultimum etiam minutū reddideris.

[s] Vel, omnibus facultatibus suis.

[t] Nec aliud in uotis est, quàm ut iam ardeat?
[u] Habeo baptizari: Græcismus est.
[x] Vel, quàm anguste contineor. Solent enim contrahi & quasi cōprimi corda anxiorum.

CAP. XIII.

*Iesus exemplo illorum quos Pilatus occiderat, & qui à turre obruti fuerant, tum fi-
cus similitudine pœnitentiam docet. Mulieri contractæ sabbato medetur. Regnum dei si
milibus adumbrat, ad uigilantiam hortatur, Herodem uulpis nomine notat, & de Hiero
solymorum impietate conqueritur.*

A ADerant autem quidam eodem tempore, nunciū afferentes illi de Galilæis,
[a]quorū sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificijs ipsorum. Et respondens
Iesus, dixit illis: Putatis hos Galilæos præ cūctis Galilæis peccatores fuisse, q̃ ta
lia passi sunt? Nō, dico uobis. Sed nisi resipueritis, omnes similiter peribitis. Aut
illos decem & octo super quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos, putatis [b]eos
culpam cōmeritos fuisse ultra cunctos homines habitātes Hierosolymis? Non,
dico uobis. Sed, nisi resipueritis, omnes similiter peribitis. Dicebat & hanc si-
militudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua, uenitq; que
B rens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad uinitorem: Ecce per tres an
nos uenio quærens fructum in ficu hac, & non inuenio, succide illam. Quor-
sum uel terram occupat? At ille respondens, dicit illi: Domine sine illam & hoc
anno, donec [c]ablaqueauero illam, ac adiecero stercus, & si quidem ediderit fru-
ctum: [d]sin minus, in posterum succides eam. Docebat autem in una synago-
garum sabbatis, & ecce mulier quæ laborabat [e]spiritu infirmitatis annos decem
& octo, eratq; [f]contracta, neq; poterat erigere se omnino: quā cum uidisset Iesus,
C aduocauit eam, & dixit ei: Mulier, liberata es ab infirmitate tua. Et imposuit illi
manus, & cōfestim erecta est: & glorificabat Deum. Respondens autem prin
ceps synagogæ, indignans q̃ sabbato sanasset Iesus, dicebat multitudini: Sex dies
sunt in quibus oportet operari, in his ergo uenite ut sanemini, & non die sabba-
ti. Respondens autem illi dominus, dixit: Hypocrita, unusquisq; uestrum sabba
to nōnne soluit bouem suum aut asinum à præsepi, & ducit aquatum? Hanc au-
tem.

[a] Id est, quos Pilatus occiderat inter sacrificandum.
[b] Vel, quod hi debitores fuerint.
[c] Ablaqueare aliàs ῥιζοτομεῖν dicitur, quod fit, cū circum arbores fodimus, radices superiores recidimus ut magis fructificent.
[d] Supple, bene erit: aut simile quippiā. Nā anantapodoton est, id est, oratio uno membro deficiens.
[e] Spiritus infirmitatis, pro graui infirmitate.
[f] Vel, incurua.

Digitized by Google

tem filiam Abrahę, quam adligauit satanas, ecce decem & octo annis non opor D
tuit solui à uinculo isto die sabbati? Et quum hæc diceret, erubescebant omnes ad
uersarij eius: & omnis populus gaudebat super uniuersis, quę cum gloria fiebant
Matt. 13. d ab eo. Dicebat autem: † Cui simile est regnum Dei? & cui assimilabo illud? Si
Mar. 4. e mile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, &
euasit in arborem magnam, & uolucres cœli nidulabantur in ramis eius. Et
Matth. 13. c iterum dixit: † Cui simile dicam regnum Dei? Simile est fermento, quod acce
ptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentatum est totum. Et
transibat per ciuitates & castella, docens, & iter faciens Hierosolymam. Ait au E
tem illi quidam: Domine, sunt ne pauci qui salutem consequuntur? Ille autem
Matth. 7. b dixit illis: † Contendite intrare per angustā portam, quia multi, dico uobis, quæ
Matt. 7. d rent intrare, & non poterunt. † Postquam autem surrexerit paterfamiliâs, & clau
serit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, domi
ne, aperi nobis: & respondens, dixerit uobis: Nescio uos unde sitis: tunc incipie
tis dicere: Edimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet: Di F
Psal. 6. c co uobis, nescio uos unde sitis. † Discedite à me omnes qui patratis iniquitatem.
Matt. 7. b 13. d Ibi erit fletus & stridor dentium, cum uideritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & o
mnes prophetas in regno Dei, uos autem expelli foras. Et uenient ab Ori
Matt. 19. d 20. b Marc. 10. d ente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei. † Et ecce
sunt postremi, qui erunt primi: & sunt primi, qui erunt postremi. Eodem die
accesserunt quidam pharisæi, dicentes illi: Exi, & abi hinc, quia Herodes uult te
occidere. Quibus ait: Profecti dicite uulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & [g]curatio G
nes perago hodie & cras, & tertio die consummor. Veruntamen oportet me ho
die, & cras, & perendie ambulare, quia [h]fieri non potest, ut propheta pereat extra
Hierosolymam. Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas
eos qui missi sunt ad te, quoties uolui congregare liberos tuos, quemadmodum
auis [i]nidum suum sub pennas, & noluistis? Ecce relinquitur uobis domus ue
stra deserta. Dico autem uobis, non uidebitis me, donec uenerit tempus quo di
catis: [f]Benedictus qui uenit in nomine Domini.

[g] Vel, sanationes perficio.

[h] Vel, non usu uenit propheram perire.

[i] Id est, pullos suos: continens pro contento.

[f] Celebrandus, aut, felix.

CAP. XIIII.

Hydropicum Christus sabbato sanat, & inanem accubitus gloriam prohibet, admonens simul qui nam inuitandi sint, & parabolam de inuitatis nuptias spernentibus recenset. Postremo diligentem rerum omnium præmeditationem & renunciationem bonorum omnium à sectatoribus suis requirit.

ET accidit cum introisset in domum cuiusdam principis pharisæorum sabba A
to, ad capiendum cibum, ut ipsi obseruarent eum. Et ecce homo quidam hy
dropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit legisperitis & pharisæis, di
cens: Num licet sabbato sanare? At illi tacuerunt. Ipse uero adprehensum sanauit
eum, ac dimisit. Et respondens illis, dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in pu
teum cadet, [a]ut non continuo extrahat illum die sabbati? Et non poterant ad hæc
respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomo B
do primos accubitus eligerent, dicens illis: Quum inuitatus fueris ab aliquo ad
nuptias, ne accumbas in primo loco, ne quando honoratior te sit inuitatus ab il
lo, & cum uenerit is qui te & illū uocauit, dicat tibi: Da huic locū: & tunc incipias
cū dedecore extremū locum tenere. Quin potius quū uocatus fueris, uade, accum
Prou. 25 a be in nouissimo loco, ut quū uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: † Amice ascende
*Mat. 23 b superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. *Quia omnis qui se C
extollit, [b]deijcietur: & qui se [c]deijcit, extolletur. Dicebat autem & ei, qui ipsum
inuitauerat: Quum facis prandium aut cœnam, ne uocato amicos tuos, neq; fra
tres tuos, neq; cognatos tuos, neq; uicinos diuites, nequādo & ipsi te uicissim in

[a] Vel, qui non. Et enim ex Hebraismo est.

[b] Vel, humiliabitur.
[c] Vel, humile facit.

Digitized by Google

a Vel, retributio. uitent, & fiat tibi [a]compensatio. †Sed quando facis conuiuiũ, uoca pauperes, de- Iob 4.b
biles, claudos, cæcos: & beatus eris, quia non possunt rependere tibi. Rependetur Prouer.3
enim tibi in resurrectione iustorum. Cum audisset autem quidã de simul accum
D bentibus, dixit ei: Beatus qui comedit panem in regno Dei. At ipse dixit ei: †Ho- Matt.22
mo quidã adparauerat cœnam magnam, & uocauit multos, misitq; seruũ suum Apoc.19
hora cœnæ, ut diceret inuitatis: Venite, quia iam parata sunt omnia. Et cœperũt
simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse mihi est exire & ui
dere illam: rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq;, &
eo ad probandum illa, rogo te habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi,
E & ideo non possum uenire. Ac reuersus seruus, renũciauit hæc domino suo. Tũc
iratus paterfamiliâs, dixit seruo suo: Exi cito in plateas, & uicos ciuitatis, & pau-
peres, ac debiles, claudosq; & cæcos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factũ est
ut imperasti, & adhuc locus superest. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes,
& cõpelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico enim uobis, neminẽ uirorum
illorum qui uocati sunt, gustaturũ cœnam meam. Comitabantur autem eum
F turbæ multæ, & conuersus dixit illis: †Si quis uenit ad me, nec odit patrem suum Matt.10.
c Id est, uitam. ac matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, præterea autem & [c]animam 16.d Marc.8.d
suam, non potest meus esse discipulus: & quisquis non baiulat crucem suam, &
f Vel, uenit post me. [f]subsequitur me, non potest meus esse discipulus. Quis enim est ex uobis qui
uelit turrim ædificare, quin prius sedens computet sumptus, an habeat quibus
opus est ad consummationem: ne postquam posuerit fundamentum, nec potue-
rit perficere, omnes qui uiderint, incipiant illudere ei, dicentes: Hic homo cœpit
G ædificare, nec potuit consummare? Aut quis rex proficiscens ad committendum
prælium aduersus alium regem, non sedens prius cõsilium init, an possit decem
g Vel, tendit aduersus ipsum. millibus occurrere ei, qui cum uiginti millibus [g]eum adoritur? Alioqui dum ille
adhuc longe abest, legatione missa, petit ea quæ ad pacem pertinent. Sic ergo o-
mnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse
discipulus. Bonus est *sal, si uero sal infatuatus fuerit, quo condietur? Neq; in Matt.5.b
terram, neq; in sterquilinium utilis est, foras proijciunt illum. Qui habet aures Mar.9.g
ad audiendum, audiat.

CAP. XV.

Redarguens Christus simulatam pharisæorum sanctimoniã, per ouis perditæ, drachmæ amissæ & filij prodigi parabolas ostendit, deum non mortem peccatoris sed resipiscentiam quærere.

A Accedebãt autem ad eum omnes publicani & peccatores, ut audirẽt illum:
& murmurabant pharisæi ac scribæ, dicentes. Hic peccatores recipit, ac cibũ
capit cum illis. Dicebat autem illis parabolam hanc, dicens: †Quis ex uobis ho- Matt. 18
mo qui habeat centum oues, & perdiderit unã ex illis, non relinquit nonaginta
nouem in deserto, & abit ad illã quæ perdita est, donec inueniat eam? Et quũ in-
uenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, ueniensq; domũ conuocat ami
B cos & uicinos, dicens illis: †Cõgratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ 1.Pet.2.b
fuit perdita. Dico uobis, tale gaudium fore in cœlo super uno peccatore resipi-
a Vel, resipiscentia. scente, [magis] quàm super nonagintanouem iustis †qui non indigẽt [a]pœniten Luc.5.d
tia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam,
nonne accendit lucernam, & uerrit domum, quæritq; diligenter donec inueniat?
Et quum inuenerit, conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi,
b Vel, Ita. C quia inueni drachmam quam perdideram. [b]Tale dico uobis gaudiũ fit corã an-
gelis Dei super uno peccatore resipiscẽte. Ait autem: Homo quidã habuit duos
filios, & dixit adolescentior illorũ patri: Pater, da mihi portionẽ substantiæ quæ
mihi cedit. Et diuisit illis facultates. Ac post dies non multos, quũ omnia contra
xisset adolescentior filius, peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi
dissipauit

Digitized by Google

dissipauit substantiã suam, uiuendo luxuriose. Cumq; omnia consumpsisset, orta D
est fames ualida in regione illa. Et ipse cœpit egere, & profectus adiunxit se uni
ciuiũ regionis illius: atq; is misit illũ in agros suos, ut pasceret porcos. Et cupie-
bat implere uentrem suum de siliquis, quibus porci uescebantur. Neq; quisquam
illi dabat. In se autem reuersus, dixit: Quàm multi mercenarij patris mei abun-
dant panibus, ego uero fame pereo? Surgam, & ibo ad patrem meũ, & dicam ei:
Pater, peccaui in cœlum, & coram te, iam non sum dignus qui uocer filius tuus, E
fac me [c] sicut unum de mercenarijs tuis. Et surgens, uenit ad patrem suum. Cum
autem adhuc longe abesset, uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, ac-
currensq;, se coniecit in collũ eius, & deosculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater,
peccaui in cœlum & coram te, neq; posthac sum dignus qui uocer filius tuus. Di
xit autem pater seruis suis: Proferte stolam illam primã, & induite illum, & date
annulũ manu eius, & calciamenta pedibus: & eductũ uitulũ illum saginatũ [d] ma
ctate, sumptisq; epulis, lętemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: per- F
ditus erat, & inuentus est. Et cœperunt lætari. Erat autem filius eius senior in
agro. Cumq; ueniret, & adpropinquasset domui, audiuit concentum & coros,
& aduocatum unum de seruis suis, interrogauit, quid sibi uellent illa. At is dixit
illi: Frater tuus uenit, & [e] mactauit pater tuus uitulum illum saginatũ, quod inco
lumem illũ receperit. Iratus est aũt, & nolebat ingredi. Pater ergo illius egressus,
rogabat illũ. At ille respõdens, dixit patri: Ecce, tot annis seruio tibi, nec unquam G
præceptũ tuũ transgressus sum, nec mihi unquã dedisti hœdũ, ut cum amicis meis
lætarer. Postquam aũt filius tuus hic, qui [f] deuorauit facultates tuas cum meretri-
cibus, uenit, mactasti illi uitulũ illum saginatũ. At ille dixit ei: Fili, tu semper me-
cum es, & omnia mea tua sunt. Lætari aũt & gaudere oportebat, quia frater tuus
hic mortuus erat, & reuixit: perditusq; erat, & inuentus est.

CAPVT XVI.

Proponit Iesus de iniquo dispensatore parabolam: fidem docet & beneficentiã: auaritiam prohibet & adulterium. Verbi diuini certitudinem indicat. Postremo diuitis & Lazari parabolam adiungit.

DIcebat aũt & discipulis suis: Homo quidam erat diues, qui habebat dispen- A
satorem: & hic delatus est apud illũ, ut qui dissiparet bona ipsius. Et uoca-
uit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationẽ dispensationis tuæ: nõ
enim poteris posthac fungi dispensatione. Dixit aũt dispensator apud se: Quid
faciam? quia dominus meus aufert à me dispensationẽ. Fodere non ualeo, men-
dicare erubesco. Scio quid faciã, ut quũ amotus fuero à dispensatione, [sint qui]
recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui,
dicebat primo: Quantũ debes dño meo? At ille dixit: Centũ batos olei. Dixitq; B
illi: Accipe libellũ tuum, & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alteri dixit:
Tu uero quantũ debes? Qui ait: Centũ coros tritici. Et ait illi: Accipe libellũ tuũ,
& scribe octoginta. Et laudauit dominus dispensatorẽ iniquũ, quod prudẽter fe-
cisset. Quia [a] filij huius sæculi prudẽtiores sunt filijs lucis, [b] in natione sua. Et ego
uobis dico: Parate uobis amicos ex mammona iniusto, ut quũ defeceritis, recipiãt
uos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est: &
qui in minimo iniquus est, etiã in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammo- C
na fideles nõ fuistis, qd [c] uerũ est, qs credet uobis? Et si in alieno fideles nõ fuistis,
Matth. 6.c qd uestrũ est, qs dabit uobis? Nemo seruus potest † duobus dominis seruire. Aut
enim unum odio habebit, & alterũ diliget: aut uni adhærebit, & alterũ contem-
net. Non potestis Deo seruire, & [d] mammonæ. Audiebant autẽ hæc omnia &
pharisæi, qui erant auari, & deridebant illũ. Et ait illis: Vos estis ij, qui iustificatis D
uosipsos coram hominibus, Deus aũt nouit corda uestra. Quia quod inter homi-
Matt. 11.b nes excelsum est, [e] abominandũ Deo est. † Lex & prophetæ usq; ad Ioannem,

[c] Vel, parem alicui mercenariorum tuorum.

[d] Vel, sacrificate.

[e] Vel, sacrificauit.

[f] Conroxit, turpiter prodegit.

[a] Filij huius sæculi, Hebraismo dicuntur huic sæculo dediti, et obnoxij: ut filij lucis, luci dediti.
[b] Vel, in suo genere.
[c] Verũ de more Hebraico, pro syncero, integro, & incorrupto ponitur. Opponitur enim iniusto.
[d] Id est, Pluto, & diuitijs.
[e] Vel, execrationi est deo.

Digitized by Google

ab eo tempore regnū Dei annunciatur: & quiuis in illud uim facit. * Facilius est Matth.5.a
aūt cœlum & terram præterire, quàm legis unū apicem intercidere. Quisquis re- 1.Cor.7.b
pudiat uxorem suam, & alteram ducit, adulteriū committit: & qui repudiatam à Marc.10.b
B uiro ducit, adulterium committit. Homo quidā erat diues, qui induebatur pur-
pura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Erat autē quidam mendicus, no
mine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius hulcerosus, cupiens saturari de micis,
quæ cadebant de mensa diuitis. Sed & canes ueniebāt, ac lingebant hulcera eius.
Accidit autem, ut moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abra
hæ. Mortuus est autem & diues, ac sepultus est. Atq; in tartaro, sublatis oculis
F suis, cum esset in tormentis, uidet Abraham eminus, & Lazarum in sinu eius, &
ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat
extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia crucior in hac
flamma. Dixit autem Abraham: Fili, recordare te recepisse bona tua in uita tua,
& lazarum similiter mala: nunc autem hic solatio fruitur, tu uero cruciaris. Et
super hæc omnia, inter nos & uos hiatus ingens firmatus est, ut hi qui uolunt
G hinc transire ad uos, non possint, neq; isthinc huc transcendere. Ait autem: Ro-
go ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinq; fratres,
ut testificetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locū cruciatus. Ait illi Abraham: Ha
bent Mosen ac prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham, sed si
quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent. Dixit autem illi: Si Mosen & prophetas
nō audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, [f] credent. CAPVT XVII.

[f] Vel potius, persuadebitur illis.

Offendicula prohibet & fidei uirtutem indicat meritorumq; nostrorum inertiam: decem leprosos mundat: deinde regnum dei iam aduenisse & qualis filij hominis aduentus futurus sit, edocet.

A Ait autē discipulis: † Fieri nō potest, quin ueniant offendicula: uæ tamen illi Matt.18.a
per quem ueniunt. Expedit ei, si mola asinaria [a] complectatur collū eius, & Marc 9.f
proiectus sit in mare, magis quā ut offendiculo fuerit uni ex pusillis istis. Caue-
te uobis. † Si peccauerit in te frater tuus, increpa illū: & si pœnituerit, remitte illi. Matt.18.b
Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die cōuersus fuerit ad te, dicens: Pœ Leuit.19.d
B nitet me, remittes illi. Et dixerunt apostoli Domino: Adauge nobis fidem. Di Eccli 19.b
xit aūt Dominus: Si haberetis fidē, instar grani sinapis, dixissetis huic [b] sycamino:
Eradicator, & trāsplantator in mare, & obedisset uobis. Quis autem uestrûm est,
qui habens seruum arantē aut pascentē, regresso ab agro, dicat: Statim [c] perge, &
accumbe, ac non potius dicat illi: Para quod cœnem, & præcinge te, ac ministra
C mihi, donec edero & bibero, & deinde edito & bibito tu? Num gratiam habet
seruo illi, quia fecit quæ ei imperata fuerant? Non, puto. Sic & uos, quum feceri-
tis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus
facere fecimus. Et euenit, dum iret Hierosolymam, ut ipse transiret per mediā
Samariam & Galilæā. Et quū ingrederetur quendam uicum, occurrerunt ei decē
uiri leprosi, qui steterunt procul, intentaq; uoce, dixerunt: Iesu præceptor, misere-
D re nostri. Quos ut uidit, dixit illis: † Profecti, ostēdite uos sacerdotibus. Euenitq; Leuit.14.a
ut inter abeundū, mūdati sint. Vnus aūt ex illis, ut uidit se mundatū esse, regressus
est, cum uoce magna [d] glorificans Deū: & procidit in faciē ad pedes eius, gratias
agens ei. Et hic erat Samaritanus. Respōdens aūt Iesus, dixit: Nónne decē mun-
dati sunt? Nouem autē illi ubi? Non sunt reperti qui redierint, ut darent gloriam
Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade, fides tua te seruauit. Interroga-
E tus autē à pharisæis, quando uenturū esset regnū Dei, respondit eis, & dixit: Non
ueniet regnum Dei cum obseruatione, † neq; dicent: Ecce hic, aut: Ecce illic. Ec- Matt 24.b
ce enim regnum Dei intra uos est. Dixit autem discipulis: Venient dies, quan- Marc. 13.c
do desiderabitis unum dierū filij hominis uidere, nec uidebitis. Et dicent uobis:
Ecce

[a] Vel, ponatur circa.

[b] Id est, moro arbori.

[c] Vel, accede.

[d] Vel, gloriose prædicans.

Digitized by Google

Ecce hic, ecce illic. Ne eatis neque sectemini. Nam sicut fulgur fulgurando e regio
ne, quæ sub cœlo est, in alteram quæ sub cœlo est relucet regionem, ita erit filius
hominis in die suo. Sed prius oportet illũ multa pati, & reprobari à natione hac. F
Gen.7.b Matt.24.d Gen.19.e Et sicut accidit [e]in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. †Edebant, bibe-
bant, uxores ducebant, et dabantur nuptum, ad eum usque diem, quo intrauit Noe
in arcam, uenitque diluuiũ, & perdidit omnes. Cõsimiliter etiã ut accidit in diebus
Lot. Edebant, bibebant, emebant, uendebant, plantabant, ædificabant: cæterum
quo die exijt Lot è Sodomis, pluit ignem & sulphur de cœlo, & perdidit omnes.
Simili modo se res habebit, qua die [f]ostenditur filius hominis. Illo die, qui fue- G
rit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendat ad tollendum illa: & qui in agro,
Gen.19.e similiter non redeat [g]ad relicta. †Memores autem estote uxoris Lot. *Quicunque
Matt.10.d quæsierit animam suam seruare, perdet illam: et quicunque perdiderit illam, uitam
Marc.8.d illi parabit. †Dico uobis: In illa nocte erũt duo in lecto uno, unus adsumetur,
Luc.9.c Dan.12.d & alter relinquetur. Duæ erunt molentes simul, una adsumetur, & altera relin-
Matt.24.e quetur. Et respondentes dicunt illi: Ubi Domine? Qui dixit illis: Ubicunque fuerit
Thes.4.d corpus, illuc congregabuntur & aquilæ: CAP. XVIII.

Semper orandum esse iudicis & uiduæ parabola docet, & nimiam operum fiduciam pharisæi & publicani exemplo corripit: manus imponit pueris et iuuenem operibus tumidum omnibus uenditis se sequi iubet, ostendens quanta sit diuitiarum ad salutem consequendam incommoditas & quæ se sequentium præmia. Mortem suam prædicit & cæco uisum restituit.

Thes.5.d Eccli.18.c Dicebat autem & parabolã eis, huc spectantẽ, †quod oporteat semper orare, A
nec defatigari, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deũ non
timebat, nec hominem uerebatur. Vidua autem quædã erat in ciuitate illa, et ue
niebat ad eũ, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat aliquãdiu. [a]Tan
dem autem dixit apud se: Quanquam Deum nõ timeo, nec hominem uereor,
tamẽ quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illã, ne tandẽ ueniat, et [b]suggil-
let me. Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquus dicat. Deus autem non B
uindicabit electos suos clamãtes ad se die ac nocte, [c]etiã si longa patientia utatur
super illis? Dico uobis, persecuturum esse uindictam illorum [D]celeriter. Veruntã-
men, filius hominis quũ uenerit, nũ inueniet fidẽ in terra? Dixit aũt & ad quos-
dam, qui in se confidebant, [e]quod essent iusti, & aspernabantur cæteros, parabolã
istam: Duo homines ascenderunt in templũ, ut precarentur, unus pharisæus, & al
ter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quod C
non sum quales cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, qualis etiã hic publica
nus. Ieiuno bis [f]in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. [g]Et publicanus pro
cul stans, nec oculos uolebat ad cœlũ attollere, sed percutiebat pectus suũ, dicens:
Deus, propitius esto mihi peccatori. Dico uobis: Descendit hic iustificatus domũ
Matt.23.b Luc.14.c suã, [h]magis quàm ille. *Quia omnis, qui se extollit, humiliabitur: & qui se humi
Matt.19.b liat, extolletur. †Adferebant aũt ad eum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum
Marc.10.b uiderẽt discipuli, increpabãt illos. Iesus autem aduocatis illis, dixit: Sinite puellos
uenire ad me, & ne prohibeatis eos. Taliũ enim est regnũ Dei. Amen dico uobis: D
Matt.19.b Marc.10.b quicunque non acceperit regnũ Dei ueluti puellus, non intrabit in illud. †Et in
terrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciẽdo consequar
uitam æternam? Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi
Exod.20.c unus Deus. Præcepta nosti. †Non committes adulterium. Non occides. Non fa-
cies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, & matrem
tuam. At ille ait: Hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Quo audito Iesus, ait ei: Ad
huc unum tibi deest. Omnia quæcunque habes, uende, & distribue pauperibus, &
habebis thesaurum in cœlo, et ueni sequere me. His ille auditis, mœrore affectus.

[e] Vel, temporibus.
[f] Vel, ostẽdẽdus est, uel, reuelatur.
[g] Vel potius, retro. Nam εἰς τὰ ὀπίσω, locutio aduerbialis est, nil aliud significans quã retro.
[a] Vel, postea.
[b] ὑπωπιάζῃ, deroget ac uituperet.
[c] Id est, etiamsi diu differat uindictam illorum.
[D] ἐν τάχει, id est, celeriter, & breui tẽporis spacio, nõ autem breui ab hinc tempore, siue intra breue tẽpus.
[e] Vel, quasi.
[f] Id est, in hebdomada, quæ etiã Leuit. 23 sabbatũ dicitur.
[g] Et, pro at. Hebraismus.
[h] Vel, præ illo.

Digitized by Google

B est, quia prædiues erat. Videns autem Iesus illum mœrore affectum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent, in regnũ Dei intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnũ Dei. Quod qui audierant, dixerũt: Et quis potest salutem consequi? At ille ait: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus: Ecce, nos reliquimus omnia, ac sequuti sumus te. Ille uero dixit eis: Amẽ dico uobis, nemo est qui reliquit domũ, aut parentes, aut fratres, aut uxorẽ, aut liberos propter regnum Dei, qui nõ recepturus sit multo plura in tempore hoc, & in sæculo uenturo, uitã

F æternã. † Adsumptis aũt duodecim, ait illis: Ecce, ascendimus Hierosolymam, Matt.20.
& consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas, [de] filio hominis. Marc.10.
Tradetur em̃ gentibus, & illudetur, & cõtumeliis afficietur, conspuetur&qacute;: & post quam flagellauerint, occident eum, ac die tertia resurget. [e] Et ipsi nihil horũ intellexerunt, erat&qacute; uerbum istud absconditum ab eis, nec intelligebant quæ diceban

tur. † Euenit autem cum adpropinquaret Hiericho, ut cæcus quidam sederet iu- Matt.20.
xta uiam, mendicans: & quum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid Marc.10.

G hoc esset. Cum autem retulissent ei, Iesum Nazarenum præterire, clamauit, dicẽs: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabãt eum, ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus iussit illũ adduci ad se. Et quum adpropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uisum recipiã. Et Iesus dixit ei: Recipito uisum, fides tua te saluũ reddidit. Et confestim uisum recepit, ac sequebatur illum, [f] glorificans Deum. Et omnis populus ut uidit, [g] dedit laudem deo. CAP. XIX

Zachæus Christum suscipit. Talẽtorum parabola describitur. Christus asello uectus Hierosolymam petit, urbis casum deflet & uendentes templo eiicit.

A ET ingressus, perambulabat Hiericho. Et ecce, uir nomine Zachæus, atque is princeps erat publicanorum, & idem erat diues, & [a] quærebat uidere Iesum, quis esset: nec poterat præ turba, quod statura pusillus esset. Et cum præcurrisset ascendit in arborem sycomorum, ut uideret eum: nam illac erat transiturus. Cum&qacute; uenisset ad eum locum, suspiciens Iesus, uidit illum, dixit&qacute; ei: Zachæe, festinanter descende, hodie enim domi tuæ oportet me manere. Et festinãs descendit, & excepit illum gaudens. Quod cum uiderẽt omnes, murmurabant, [b] dicen-

B tes: ingressum esse, apud hominem peccatorem diuersaturum. Stans autem Zachæus, dixit Domino: Ecce, dimidium bonorũ meorum, Domine, do pauperibus, & [c] si quid cuiquam per calumniam eripui, reddo quadruplum. Ait autẽ ei Iesus: Hodie salus domui huic obtigit, eò quod & [d] ipsa filia sit Abrahæ. † Venit Matt.18.
enim filius hominis quæsitum, & seruatum quod perierat. Hæc illis audientibus, [e] insuper dixit parabolã, eò quod esset prope Hierosolymam, quód&qacute; existimarent fore, ut confestim regnũ Dei [f] palàm fieret. Dixit ergo: † Homo quidam Matt.25.
genere clarus, profectus est in regionẽ longinquam, [g] ut acciperet sibi regnũ, ac reuerteretur. Vocatis aũt decem seruis suis, tradidit eis decem minas, & ait illis:

C Negociemini, donec ueniam. Ciues autẽ eius oderant eum, miserunt&qacute; legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare [h] in nobis. Et euenit, cum redisset accepto regno, ut iusserit seruos illos uocari ad se, quibus dederat pecuniã, ut cognosceret quid quis&qacute; negociando confecisset. Accessit autẽ primus dicens: Domine mina tua, decẽ minas acquisiuit. Et ait illi: Euge bone serue, quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem in decẽ ciuitates. Venit&qacute; secundus, dicens: Domine, mina tua confecit quin&qacute; minas. Et huic ait: Et tu præfectus esto quin&qacute; ciuitatibus. Et alius uenit dicens: Domine ecce mina tua, quam habui repositã in sudario. Timui enim te, quod homo austerus sis: tollis quod non posuisti, & me-

D tis quod nõ seminasti. Dicit ei: Et ore tuo te iudicabo, serue male. Sciebas me ho- minem

[e] Vel, at.

[f] Vel, gloria extollens.

[g] Vel, laudauit deũ.

[a] Vel, cupiebat.

[b] In culpam illud uocabant, quod diuertisset ad palàm flagitiosum hominem.

[c] Vel, si quẽquã fraudaui: uel, si quicquã delationibus, uel malis artibus cuiquam extorsi.

[d] Continens pro cõtento, id est, imitatrix Abrahæ, per obedientiam fidei.

[e] Adiiciẽs dixit, Hebraismus est.

[f] Vel, ostenderetur.

[g] Vel, ut ueniret in possessionem regni.

[h] Vel, super nos.

Digitized by Google

minem austerum esse, tollentem quod non posui, & metentē quod non semina-
ui: [l] quare ergo nō dedisti pecuniā meam ad mensam, & ego ubi uenissem cum
usura utiq; exegissem illam. Et adstantibus dixit: Auferte ab illo minam, & date
illi, qui decēminas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decē minas. Dico enim
uobis, † omni habenti dabitur: ab eo autem qui nō habet, etiā quod habet, aufe
retur. Cæterū inimicos meos illos, qui noluerūt me regnare [f] in se, adducite huc,
& interficite ante me. Et his dictis, ibat pergendo, ascendēs Hierosolyma. *Por- B
rò autem, quum adpropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, iuxta montē, qui
uocatur Oliuarum, misit duos discipulorum suorum, dicens: Abite in castellum,
quod est ex aduerso, in quod introeuntes, inuenietis pullum alligatū, in quo ne-
mo unquam hominū sedit: soluite illum, & adducite. Et si quis uos interrogaue
rit: Quare soluitis? Sic dicetis ei: Quia dominus eo opus habet. Abierunt autē
qui missi erant, & inuenerunt sicut dixerat illis. Soluentibus autem illis pullum,
dixerunt domini eius ipsis: Quare soluitis pullum? At illi dixerūt: Quia Domi-
nus eo opus habet. Et duxerunt illum ad Iesum. Iniectisq; uestimentis suis super
pullum, imposuerūt Iesum. † Proficiscente autem illo, substernebant uestimenta F
sua in uia. Et quum adpropinquaret iam ad [l] descensum montis Oliuarum, cœ
perunt omnis multitudo discipulorū gaudentes laudare Deum uoce magna, su-
per omnibus quas uiderant, [m] uirtutibus, dicentes: [n] Benedictus qui uenit rex no
mine Domini: pax in cœlo & gloria in altissimis. Et quidam pharisæorū è tur-
ba dixerunt illi: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus respondens, ipse ait:
Dico uobis, si hi tacuerint, mox lapides clamaturos. Et ut adpropinquauit, ui-
dens ciuitatem, [o] fleuit super illa, dicens: O si cognouisses & tu, & quidē hoc die
tuo, quæ ad pacem tuam [pertinent curares.] Nunc autem occultata sunt ab ocu
lis tuis. † Quia superuenient tibi dies, cum circundabunt te inimici tui uallo, & G
cingent te, & [p] coangustabunt te undiq;, & solo æquabunt te, & filios tuos, qui
in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eò quod non [q] cogno
ueris tempus uisitationis tuæ. † Et ingressus templum, cœpit eijcere uendentes
in illo, & ementes, dicens illis: Scriptū est, * Domus mea, domus precationis est.
Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et docebat quotidie in templo.
Principes autem sacerdotum, & scribæ quærebant illum perdere, & primores po
puli: nec inueniebant quid facerent. Populus enim uniuersus pendebat [ab ore
eius,] quum audiret eum.

CAPVT XX.

Christus de authoritate ipsius interrogantes eludit, & sacerdotum impietatem uineæ & colonorum similitudine denotat. Tributū Cæsari reddendum esse docet, & Sadducæos resurrectionem negantes conuincit. Cuius nam filius sit Meßias tacite innuit, & à scribis cauendum esse monet.

ET euenit in uno dierum illorū, docente illo populū in templo, & euangeliū A
annunciante, ut præsto essent principes sacerdotū & scribæ cum senioribus,
dicerentq; illi his uerbis: Dic nobis, qua authoritate ista facis? Aut quis est is, qui
dedit tibi istam authoritatē? Respondens autē, dixit illis: Interrogabo uos & ego
[a] unū quiddā, & respondete mihi: Baptismus Ioannis è cœlo erat, an ex homini-
bus? At illi simul ratiocinabātur apud se, dicētes: Si dixerimus, è cœlo, dicet: Qua-
re ergo nō credidistis illi? Sin dixerimus, ex hominibus, populus uniuersus lapi-
dabit nos. Persuasum enim habet, Ioannem prophetā esse. Et responderūt, se ne-
scire unde [esset.] Et Iesus ait illis: Neq; ego dico uobis, qua authoritate hęc faciā.
Cœpit aūt dicere ad populum parabolā hanc: † Homo quidā plantauit uineam, B
& locauit eā colonis: ipseq; peregre egit multo tempore. Cumq; esset tempesti-
uum, misit ad colonos seruū, ut de fructu uineæ darēt ipsi. At coloni cæsum, emi
serunt eum inanē. [b] Et rursus adhuc alterū seruū misit. Illi uero hūc quoq; cæsum,

[l] Verbi interpretatione, Et quare. Sed Hebraismus est, coniunctio una copulatiua uice multarum.

[f] Vel, super se.

[l] Vel, cliuum.

[m] Id est, factis potentibus.

[n] Id est, celebrādus, felix, beatus.

[o] Vel, defleuit eam.

[p] Vel, anguste continebunt.

[q] Vel, agnoueris.

[a] Vel, unum sermonem.

[b] Et addidit adhuc mittere. Hebraismus est.

Marginal references: Matt. 25.b; Marc. 4.c; Luc. 8.c; Matt. 21.a; Marc. 11.a; Ioan. 12.b; Matt. 24.a; Marc. 13.a; Luc. 21.a; Matt. 21.b; Marc. 11.b; Esa. 56.c; Iere. 7.b; Matt. 21.c; Marc. 11.d; Matt. 21.d; Marc. 12.a; Esa. 5.a; Iere. 2.d

Digitized by Google

& contumelijs affectũ, emiserũt inanem. Rursus misit & tertiũ, at illi hunc quoq;
uulneribus inflictis, eiecerunt. Dixit aũt dominus uineæ: Quid faciam? Mittam
filium meum, illum dilectum: forsitan quum hunc uiderint, reuerebuntur. Vi-
so autẽ eo coloni, [c] disputabant apud se, dicentes: Hic est hæres, uenite occidamus
C illum, ut nobis obtingat hęreditas. Et eiectum illum extra uineã, occiderũt. Quid
ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet, & perdet colonos istos, & tradet uineã
alijs. Quod cum audissent, dixerũt: Absit. Ille uero intuitus eos, ait: Quid est er-
go hoc, quod scriptum est: † Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, is factus Psal. 117.
est caput anguli. Omnis qui ceciderit super illum lapidẽ, [b] conquassabitur: super Act. 4. b Rom. 9. f
quem autem ceciderit, eum comminuet. Et quærebant principes sacerdotũ & scri Esa. 28. a
bæ inijcere in illum manus eadem hora: [e] & timuerũt populum. [f] Intellexerant
enim quod in ipsos dixisset similitudinem hanc. † Et [g] obseruantes emiserunt in- Matt. 22. b Marc. 12. b
D fidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, traderentq; illum
principatui & potestati præsidis. Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, sci
mus te recte [h] dicere, ac docere, nec respicere personam, sed uiam Dei cum ueritate
docere: Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Intellecta autem illorũ uersu-
tia, dixit eis: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginẽ,
& inscriptionem? Respõdentes dixerunt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ Rom. 13. b
sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et non potuerunt uerbum eius re-
E prehendere corã populo: & mirati super responso eius, tacuerũt. † Accesserunt Matt. 22. c Marc. 12. b
autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionẽ, & interrogauerunt
eum, dicentes: Magister, Moses scripsit nobis: Si cuius frater mortuus fuerit ha-
bens uxorem, isq; sine liberis mortuus fuerit, ut ducat frater eius uxorẽ eam, & su
scitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erãt, & primus ducta uxore, mortuus
est sine liberis. Et duxit secundus illam uxorẽ, qui & ipse mortuus est sine liberis.
Et tertius duxit illam, similiter autem [i] illi septem: nec reliquerũt liberos, & mor-
tui sunt. Nouissime omniũ mortua est & mulier. In resurrectione ergo, cui eorũ
F obtingit uxor? Siquidem septem habuerunt eam uxorẽ. Et respondens, ait illis
Iesus: [k] Filij huius sæculi matrimonia contrahunt, & nuptũ dantur: qui uero di-
gni fuerint habiti, ut sæculum illud assequantur, & resurrectionẽ è mortuis, neq;
matrimonia [l] cõtrahũt, neq; nuptũ dantur. Neq; enim mori ultra possunt: æqua-
les enim angelis sunt, & filij sunt Dei, quũ sint [m] filij resurrectionis. Quod ue-
ro resurgant mortui, & Moses ostendit iuxta rubum, quũ dicit: Dominũ Deum
Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Deus aũt non est mortuorum, sed ui-
uorum: omnes enim illi uiuunt. Respondentes autem quidam scribarum, dixe-
runt: Magister, bene dixisti. Et amplius nõ audebant eum quicquam interroga-
G re. † Dixit autem illis: Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid? & ipse Matth. 22. Marc. 12.
Dauid dicit in libro Psalmorum: * Dixit Dominus Domino meo, sede à [n] dextris *Psal. 10
mea, donec posuero inimicos tuos, scabellũ pedum tuorum. Dauid ergo Domi-
num illum uocat, [o] & quomodo filius eius est? † Audiente uero cũcto populo, Matt. 23. Marc. 12 Luc. 11. f
dixit discipulis suis: Cauete à scribis, quibus studio est incedere in stolis, & amant
salutatiões in foris, ac primas cathedras in synagogis, primosq; discubitus in con
uiuijs. Qui deuorant domos uiduarum, & [p] per simulationem longas precatio-
nes faciunt, hi grauius [q] subibunt iudicium.

CAPVT XXI.

Viduæ donarium præfertur diuitibus. Hinc Christus templi & urbis uastationem prædicit unà cum signis hanc præcessuris et discipulorum suorum afflictionibus. Postremo iudicij diem quæ signa præcessura sint admonet, ad uigilantiam & sobrietatem omnes adhortans.

A CVm respexisset † autem, uidit eos, qui mittebant munera sua in gazophyla- Marc. 12
cium, diuites. Vidit autẽ & quandam uiduam pauperculã mittentem illuc

[æra]

---

[c] Vel, cogitauerunt.

[b] Confringetur.

[e] Et, pro sed positum est.

[f] Cognoscere, pro intelligere.

[g] Vel, per obseruationem.

[h] Pronunciare.

[i] Vel, cæteri.

[k] Id est, homines huius sæculi, iuxta Hebraismum.

[l] Vel potius, contracturi sunt, neq; nuptum dandi. Solent enim sic præsentia poni, pro ijs quæ Latini per participiũ futuri, & uerbum substantiuum præsentis temporis efferunt.

[m] Filij resurrectionis Hebraismus est, id est, cõsortes & capaces resurrectiõis.

[n] Pluralis numerus in hoc genere sermonis, Græcismus est.

[o] Hebraismus, pro quomodo ergo.

[p] Vel, cũ prætextu, scilicet pietatis, cum id fiat causa lucri. Ad uerbũ, et prętextu longo precantur, μακρὰ αλ. μακρῷ.

[q] Vel, ferent supplicium.

Digitized by Google

[era] minuta duo, & dixit: Vere dico uobis, uiduam hanc pauperem plus quàm
omnes misisse. Nā omnes hi ex eo, quod ipsis redundat, miserūt in munera Dei:
att 24. a hæc autem ex penuria sua, uniuersam substantiā quam habebat, misit. †Et qui-
arc. 13. a busdam dicentibus de templo, quod pulchris lapidibus ac donis ornatū esset, di- B
ic. 19. g xit: Ex his quæ uidetis, uenient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidē,
qui non diruatur. Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando er-
go hæc euenient? Et quod signum, quando ista [a]futura sint? At ille dixit: Vi-
oan. 4. a dete ne seducamini. †Multi enim uenient sub nomine meo, dicentes, Ego sum
[Christus:] & tempus instat, ne igitur sequamini illos. Cæterum quum audieritis
bella & seditiones, ne terreamini: oportet enim [b]prius hæc fieri, sed nō statim fi-
nis. Tunc dicebat illis: Insurget gens contra gentē, et regnū aduersus regnū, et ter C
ræmotus magni [c]in singulis locis, et fames ac pestilentiæ erunt, terriculamentaq́
& signa de cœlo magna ædētur. Sed ante hæc omnia, iniicient uobis manus
suas, & persequentur, tradentes in conciliabula & carceres: trahentes ad reges ac
præsides, propter nomen meum. [d]Continget autē uobis in testimonium. [e]Ponite
igitur in cordibus uestris, non præmeditādam esse [f]defensionem: nam ipse dabo
uobis os & sapientiā, cui non poterunt contradicere, neq; resistere omnes qui ad- D
uersabuntur uobis. Trademini autē etiam à parentibus, & fratribus, & cognatis,
& amicis: & [sunt quos] morte adficiēt ex uobis. Et eritis inuisi omnibus, propter
nomen meum: sed pilus de capite uestro nequaquā [g]perit. Per patientiā uestram
possidete animas uestras. †Quum aūt uideritis circundari ab exercitibus Hie-
att. 24. b rosolymam, tunc scitote imminere desolationem eius. Tunc qui in Iudæa sunt, fu-
arc. 13. b giant ad montes: & qui in medio eius, excedant: & qui in regionibus, non intrēt
in eam. Quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt. Væ au- E
tem prægnantibus & lactātibus in illis diebus. Erit enim adflictio magna super
terram, & *ira in populo hoc. Et cadent acie gladii, & captiui ducentur in omnes
gentes. Et Hierusalem proculcabitur à gentibus, donec impleātur [h]tempora gen-
att. 24. c tium. †Et erunt signa in sole & luna, & stellis: & in terra [i]anxietas gentium in
arc. 13. c perplexitate, resonante mari & fluctu, extabescentibus hominibus præ timore, &
zec. 32. d expectatione eorum quæ superuenient orbi [terrarum.] Nam uires cœlorū mo-
el. 3. c uebuntur. *Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube, cum potestate,
à. 32. b & gloria magna. His autem fieri incipientibus, suspicite, et attollite capita uestra: F
om. 8. d quoniam adpropinquat redemptio uestrûm. Et dixit illis similitudinem: Intue
mini ficum et omnes arbores: quum protrudunt iam gemmas, cernentes à uobis
ipsis scitis, iam instare æstatem. Ita & uos quum uideritis hæc fieri, scitote instare
regnum Dei. Amen dico uobis, [k]nō præterierit ætas hæc antequam omnia facta
m. 13. d fuerint. Cœlum & terra præteribunt, [l]uerba autem mea non præteribunt. †Ca G
uete autem uobis, nequando grauentur corda uestra crapula & ebrietate, & curis
huius uitæ, subitusq́ uobis ingruat dies ille: tanquam laqueus enim superueniet
omnibus qui sedent super [m]faciem totius terræ. Vigilate itaq; omni tempore, pre
cātes ut digni habeamini qui effugiatis hæc oīa, quæ futura sunt ut fiant, et [n]stare
coram filio hominis. Erat autem interdiu in templo docens, noctu uero egre-
diens, diuersabatur in monte, qui uocatur Oliuarum. Et omnis populus [o]dilucu
lo uentitabat ad eum in templo, ut audiret eum. CAP. XXII.

Dum pascha celebrare instituit Christus à Iuda uēditur. Præmittit autem qui pascha parent: in cuius celebratione cœnam sacram instituit, de primatu contendentes sedat, & futuros casus prædicit, in hortum egressus multumq; orans capitur: abductum Petrus co mitatus ter abnegat. Iesus autem diu illusus num filius dei & Meßias sit interrogatur.

att. 26. a INstabat autem dies †festus azymorum, qui dicitur Pascha, & quærebant prin- A
arc. 14. a cipes sacerdotum & scribæ, quomodo eum interficerent. Timebāt enim popu-

a Vel, agenda sint.
b Vel, primum.
c Vel, hinc inde.
d Vel, cedet autē uobis hoc in testimonium: quòd scilicet illis salutem renunciaueritis.
e Vel, habete in cordibus uestris repositum.
f Vel, causæ dictionem.
g Vel, periturus est. Est enim præsens pro futuro cum præsenti mixto, quod crebro fit in sacris.
* Vindicta.
h Scilicet fatalia, quibus data est illis potestas in Iudæos, et Hierosolymam.
i Vel potius angustia, scilicet animi, et quasi contractio.
k Vel non præterierit natio hæc.
l Id est, quæcunq; promisi, iussi & prædixi, nō manebunt infecta, nec erūt irrita.
m Facies pro solo, & superficie, Hebraismus est, Latinis in usu est pro forma.
n Vel, sisti.
o Vel, mane aderat.

Digitized by Google

lum. Satanas uero intrauit in Iudã, cui cognomen erat Iscariotes, qui erat è nume
ro duodecim: abijtq́, & [a] loquutus est cum principibus sacerdotũ ac [b] magistra-
tibus, quomodo eum traderet illis. Et gauisi sunt, ac pacti sunt pecuniã ipsi se da
turos. Et ille spopondit, quærebatq́ opportunitatem, ut traderet ipsum illis sine
turba. Venit † autem dies azymorũ, quo necesse erat immolari pascha. Et misit
Petrum ac Ioannem dicens: Profecti, parate nobis pascha, ut edamus. At illi di-
xerunt ei: Vbi uis paremus? Et dixit eis: Ecce, introeuntibus uobis in ciuitatẽ oc-
curret homo, uas aquæ [c] fictile portans, sequimini eum in domũ in quam intrat:
B & dicetis patrifamiliâs ædium: Dicit tibi magister: ubi est diuersoriũ, ubi pascha
cum discipulis meis edam? Et ipse ostendet uobis cœnaculum magnũ, stratum,
ibi parate. Digressi autem inuenerunt, sicut dixerat eis: & parauerunt pascha. Et
quũ esset tempus, accubuit, ac duodecim apostoli cum eo. Et ait illis: [D] Desiderio
desideraui hoc pascha comedere uobiscum, antequam patiar. Dico enim uobis:
Posthac neutiquam * edam ultra ex eo, donec cõpleatur in regno Dei. † Et acce-
pto poculo, gratias egit, ac dixit: Accipite hoc, & diuidite inter uos. Dico enĩ uo-
bis, [e] non bibam de fructu uitis, donec regnũ Dei ueniat. Et accepto pane, cum
gratias egisset, fregit ac dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro uobis
[f] datur: hoc facite in mei recordationẽ. Similiter & poculum, postquam cœnauit,
dicens: Hoc poculum, nouum Testamentũ [g] per sanguinem meum, qui pro uo-
bis effunditur. † Cæterum ecce, manus [h] proditoris mei mecum est in mensa.
C Et filius quidem hominis, prout definitum est, [i] uadit: ueruntamen uæ homini
illi, per quem proditur. Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quisnam esset ex ipsis,
qui hoc facturus esset. † Orta est autem & contentio inter eos, quis eorum ui-
deretur esse [k] maior. Dixit aũt eis: Reges gentium dominantur eis, & qui pote-
statem habent in eas, benefici uocantur. Vos autem nõ sic: Sed qui maior est in-
ter uos, fiat æqualis iuniori: & qui princeps est, æqualis ministranti. Nã uter ma-
ior est? qui accumbit, an qui ministrat? nónne qui accumbit? At ego in medio ue
strûm sum, ut qui ministrat. Vos autem estis ij, qui permansistis mecum in tenta-
tionibus meis. Et ego [l] decerno uobis, sicut decreuit mihi pater meus regnum: ut
edatis, & bibatis ad mensam meam in regno meo, & sedeatis in solijs, iudicantes
D duodecim tribus Israel. Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce, Satanas expe
tiuit uos, ut cribraret sicut triticum: sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Et
tu aliquãdo conuersus confirma fratres tuos. † At ille dixit ei: Domine: tecum
paratus sum & in carcerem & in mortẽ ire. At ille dixit: Dico tibi Petre, nequa-
quam canet hodie gallus, priusquam ter abnegaueris te nosse me. Et dixit eis:
Quando emisi uos sine sacculo & pera, & calciamentis, num quid defuit uobis?
At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui habet sacculum, tollat, simi-
liter & perã: & qui non habet, uendat tunicã suam, & emat gladium. Dico enim
uobis: adhuc illud quod scriptũ est, oportere perfici in me, nempe: † Et cum [m] ini
quis deputatus est. Etenim [n] ea quæ sunt de me, finẽ habent. At illi dixerũt: Do-
mine, ecce, duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. † Et egressus ibat, ut erat so
E litus, in montem Oliuarum: sequuti sunt autẽ illum & discipuli. Et quum perue
nisset ad locum, dixit illis: Orate, ne [o] incidatis in tentationẽ. [p] Cumq́ ipse auul-
sus esset ab eis fermè ad iactũ lapidis, positis genibus orabat, dicens: Pater, si uis,
transfer poculum hoc à me. Veruntamen, non mea uoluntas, sed tua fiat. Visus
est autẽ illi angelus de cœlo, corroborans eum. Et correptus angore, [q] prolixius
orabat. Et erat sudor eius sicut guttæ sanguinis, decurrentes in terram. Et quũ sur
rexisset à precatione, uenissetq́ ad discipulos suos, reperit eos dormiẽtes præ mœ
stitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, & orate, ne incidatis in tentationem.
† Adhuc autẽ eo loquente, ecce turba, & qui uocabatur Iudas, unus è duodecim,

Marginal notes (left):

[a] Vel, sermones contulit aut collocutus est.
[b] Vel, præfectis. Videtur autẽ per στρατηγοὺς eos intelligere militũ præfectos qui templum tuebantur, ut paulò post patebit.
[c] Vel, testaceum.
[D] Ex animo & summo cum desiderio desideraui.
* Vel, ederim.
[e] Nequaquam biberim.
[f] Vel, dandũ est. Frequẽs mos est scripturæ uti præsentibus pro participio futuri tẽporis cũ uerbo substãtiuo præsenti. Sic mox, effunditur, pro effundendus est.
[g] Vel, in sanguine meo.
[h] Vel, prodentis me.
[i] Id est, abit, & tollitur de medio.
[k] Enallage graduũ, comparatiuus pro superlatiuo.
[l] Vel, constituo: uel, delego aut dispono.
[m] Vel, nefarijs.
[n] Vel, ea quæ attinent ad me
[o] Vel, ueniatis: uel, ne cedatis tẽtationi.
[p] Vel, & ipse auulsus est.
[q] Vel, impensius.
[r] Vel, ueniatis, id est, ne cedatis tentationi.

Marginal references (right): Matt. 26 / Marc. 14; Matt. 26 / Marc. 14 / 1. Cor. 11; Matt. 26 / Mar. 14 / Ioan. 13; Matt. 20 / Marc. 10; Matt. 26 / Marc. 14; Esa. 53; Matt. 26 / Marc. 14 / Ioan. 18; Matt. 26 / Marc. 14 / Ioan. 18

[illegible] voluntatis [illegible] humani [illegible] Non autem [illegible] voluntas [illegible] divina [illegible] non mea sed tua [illegible] fiat. Non [illegible] voluntas patris [illegible] voluntas [illegible] sunt in Christo voluntates [illegible] cum voluntate patris [illegible] a patre [illegible] quandoque [illegible] suam voluntatem [illegible] humana [illegible] divinã dicit, Non mea voluntas sed tua fiat

Digitized by Google

antecedebat eos, & adpropinquauit Iesu, ut oscularetur eum. Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo filium hominis prodis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerũt ei: Domine, percutiemúsne gladio? Percussitq́ unus quispiam ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait: Sinite [s]hactenus. Et quum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. †Dixit autem Iesus ijs qui uenerant ad se, principibus sacerdotum ac magistratibus templi, & senioribus: Quasi ad latronem existis cum gladijs ac fustibus, quum quotidie uobiscũ fuerim in templo, non [t]iniecistis manus in me: sed hæc est hora illa uestra, & potestas tenebrarum. Comprehensum autem eum duxerunt, & induxerunt eum in domum principis sacerdotum. Petrus uero sequebatur eminus. †Cum autem accendissent ignem in medio [u]aulæ, atq; unà cõsedissent, sedit Petrus inter illos. Quem cum uidisset ancillula quædam sedentem ad [x]lumen, defixis in illum oculis, dixit: Etiam hic cum illo erat. At ille abnegauit eum, dicens: Mulier non noui illum. Pauloq́ post alius cum uidisset eum, dixit: Etiam tu ex illis es. Petrus uero ait: Homo, non sum. Et interuallo interiecto ferè horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo nescio quid dicas. Et continuo, adhuc eo loquente, cecinit gallus. Et cõuersus dominus, intuitus est Petrum. Recordatusq́ est Petrus sermonis domini, quomodo dixerat ipsi: †Priusquam gallus cecinerit, ter me abnegabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amarè. Et uiri qui tenebant Iesum illudebant ei, cædentes: cumq́ circuntexissent eum, percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes: Vaticinare, quis est ille qui te percussit? Et alia multa conuiciantes dicebant in eum. Atq; ut illuxit, conuenerũt seniores populi, principes sacerdotum & scribę, duxeruntq́ illum in [y]concilium suum, dicentes: Num tu es ille Christus? Dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, nequaquam credetis: quod si etiam interrogauero, nequaquam respondebitis mihi, neq; [z]missum facietis. Abhinc futurum est ut filius hominis sedeat à [a]dextra potentiæ Dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait illis: [b]Vos dicitis me esse. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.

Matt. 26. f / Mar. 14. f / Ioan. 18. e — Matt. 26. g / Mar. 14. g / Ioan. 18. g — Matt. 26. e / Ioan. 13. d

F [s] Vel, huc usq;.

[t] Vel, admoliti estis manus mihi.

[u] Vel, atrij.

[x] Id est ignem: Hebræis enim eadẽ est uox ignẽ & lumen significans אור

G

[y] Vel, consessum.

[z] Vel, dimittetis.

[a] Periphrasis est dei.

[b] Vel, uos dicitis, nam ego is sum: uel, sum equidem.

CAP. XXIII.

Christus Pilato traditur, qui eundem ad Herodem missum denuo recipit, & populi improbitate compulsus crucifigi iubet, quem innocentem esse cognouerat. Hinc ipsa saluatoris mors & sepultura omnibus circumstantijs adumbrata describitur.

Matt. 27. b / Marc. 15. b

ET †cum surrexisset uniuersa multitudo eorum, duxit illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc deprehẽdimus peruertentẽ gentem, & uetantem tributa dare Cæsari, dicentem se Christũ regem esse. Pilatus aũt interrogauit eum, dicens: Es tu ille rex Iudæorũ? At ille respondens illi, ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus principibus sacerdotum & turbis: Nihil inuenio noxiæ in hoc homine. At illi [a]inualescebant, dicentes: Concitat populum, docens per uniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa usq; ad hunc locum. Pilatus autem audita mẽtione Galilææ, interrogauit num homo Galilæus esset. Et ut cognouit, [b]eum ditionis Herodianæ esse, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per id tempus. Herodes autem, uiso Iesu, gauisus est ualde. Tenebatur enim multo iam tempore cupiditate uidendi illum, eo q; audiret multa de eo, & sperabat se [c]signum aliquod uisurum ab eo editum. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotũ & scribæ acriter accusantes eum. Cum autem spreuisset illũ Herodes cum exercitibus suis, illusissetq́ illi, indutum ueste splendida, remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes eodẽ illo die: nam antea simultas inter illos intercesserat. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotũ, & magistratibus, ac populo, di-

A

[a] Vel, instabant.

[b] Vel, quod ad Herodis ditionem pertineret.

B

[c] Vel, miraculum. Hebræi enim utuntur genere pro specie.

Digitized by Google

C xit illis: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum, & ecce ego
coram uobis interrogans, nullum crimen inuenio in homine isto ex his de qui-
bus accusatis eum, sed ne Herodes quidem. Nam remisi uos ad illum, & ecce ni-
hil dignũ morte actum est ei. Castigatũ ergo eum dimittam. Necesse autem habe
bat dimittere eis in festo unum. †Exclamauit autem simul uniuersa turba, di- Matt. 27.
cens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam, qui erat propter seditionem quan Mar. 15. b
dam factam in ciuitate & homicidium coniectus in carcerem. Iterum autem Pi- Ioan. 18.
latus loquutus est ad eos, uolens dimittere Iesum. At illi clamabãt, dicẽtes: Cruci 19. c
fige, crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos: Nam quid mali fecit hic? Nul
lum crimen capitale cõperio in eo: castigatum ergo dimittã illum. At illi instabãt
D uocibus magnis, postulantes ut crucifigeretur. Et inualescebant uoces eorum, ac
summorũ sacerdotum. Et Pilatus adiudicauit, ut fieret [b] postulatum illorum. Di-
misit autem illis eum qui propter seditionem & homicidium coniectus fuerat in
carcerem, quem poposcerant, Iesum uero tradidit arbitrio eorum. †Et quum ab- Matt. 27.
ducerent eum, adprehenderunt Simonem quendam Cyrenensem, uenientem ru Marc. 15.
re, & imposuerunt illi crucem, ut portaret post Iesum. Sequebatur autem eum Ioan. 19. b
multa turba populi ac mulierũ, quæ & plangebant & lamentabantur eum. Con
uersus autẽ ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalem, [c] nolite flere super me, sed super
uobisipsis flete & super filijs uestris. Quia ecce dies uenient, in quibus dicent: Bea
tæ steriles, & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc
E incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Quia si in
humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo fa
cinorosi cum eo, ut interficerentur. Et postquam uenerunt in locum qui uocatur
Caluaria, ibi crucifixerunt eum & facinorosos: unum quidem à dextra, alterũ ue
ro à sinistra. Iesus autem dicebat: Pater, [f] ignosce illis, nesciunt enim quid faciant.
†Diuidentes uero uestimenta eius, mittebant sortem. Et stabat populus spectans. Matt. 27.
Et deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios seruauit, seruet seipsum, si Marc. 15.
hic est ille Christus, ille Dei electus. Illudebant autem ei & milites, accedentes, & Ioan. 19. d
acetum offerẽtes ei, dicentesq́: Si tu es ille rex Iudæorum, [g] serua teipsum. Erat au
tem & inscriptio scripta supra eum literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est
F rex Iudæorum. Vnus autem qui erant suspensi facinorosorum, conuicia dice-
bat in eum, dicens: Si tu es ille Christus, serua teipsum, & nos. Respondẽs autem
alter, increpabat eum, dicens: Ne tu quidem times Deum, cum in eadem damna
tione sis? Et nos quidẽ iuste, nam digna factis recipimus, hic uero nihil [h] absurdi
gessit. Et dicebat Iesu: Domine, memento mei cum ueneris in regnum tuum. Et
dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Erat autem hora
ferè sexta, & tenebræ factæ sunt super totam terram usq́ ad horã nonam. Et ob-
scuratus est sol: uelumq́ templi scissum est medium. Cumq́ clamasset uoce ma-
gna Iesus, ait: †Pater in manus tuas [i] deponam spiritum meum. Cumq́ hæc di- Psal. 30.
xisset, expirauit. Cum uidisset aũt centurio quod acciderat, glorificauit Deum, di
G cens: Vere hic homo iustus erat. Et omnes turbæ eorũ qui simul accesserãt ad spe
ctaculum istud, uidentes quæ contingebãt, percutientes pectora sua, reuertebaN
tur. Stabant aũt omnes noti eius procul, & mulieres quæ simul sequutæ illũ erant
à Galilæa, hæc uidentes. Et ecce uir nomine Ioseph senator, qui erat uir bonus Matt. 27.
ac iustus, hic non consenserat consilio ac facto eorũ, oriundus ab Arimathæa ci- Marc. 15.
uitate Iudæorũ, qui expectabat & ipse regnum Dei: hic accessit ad Pilatum, & po Ioan. 19. g
stulauit corpus Iesu. Et depositũ inuoluit illud sindoni, & posuit illud in monu-
mento quod erat in lapide excisum, in quo nondũ quisquam positus fuerat. Et
dies erat parasceue, & sabbatum illucescebat. Subsequutæ aũt mulieres quæ cum
eo uenerant è Galilæa, intuitæ sunt monumentum, & quemadmodum positum
esset

[b] Vel, quod illi postulabant.

[c] Id est, ne flete mea causa, sed uestra ipsarum causa flete & liberorũ uestrorum.

[f] Vel, remitte.

[g] Vel, saluum te fac.

[h] Vel, mali.

[i] Vel, commendabo.

Digitized by Google

esset corpus eius. Reuersæ uero parauerunt aromata & unguēta. Ac sabbato quidem quieuerunt [f]secundum præceptum. CAP. XXIIII.

[f] Kατὰ, id. dicit propter.

Mariæ Christum quærentes eundem resuscitatum esse audiunt. Ipse uero Emauntem profecturis apparet & discipulis de resurrectione illius dubitantibus sese præsentem statuit, multis signis ueram corporis sui resurrectionem testatus. Iisdem scripturas exponit, Euangelium commendat, & in coelos ascendit.

Matt. 28.a Marc. 16.a Ioan. 20.a — VNo †autem sabbatorum profundo diluculo uenerūt ad monumentū portantes quæ parauerant aromata, & nonnullæ cum eis. Repererunt autē lapidem reuolutum à monumento, & ingressæ non inuenerunt corpus domini Iesu. Et euenit dum ambigerent de hoc, ut ecce duo uiri astarent illis in uestibus fulgurantibus. Cum autem [a]fuissent exterritæ, & declinarent uultum in terrā, dixe- A

[a] Vel, expauissent.

Matt. 17.d Marc. 9.c — runt illis: †Quid quæritis uiuentem cum mortuis? Non est hic, sed suscitatus est. Recordamini ut dixerit uobis quum adhuc in Galilæa esset, dicens, oportere filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertio resurgere. Et recordatæ sunt uerborum eius. Et regressæ à monumento, renunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant apostolis hæc. Et habita sunt ab illis pro deliramento uerba illarum: neq; crediderūt illis. Petrus autem cum exurrexisset, cucurrit ad monumentum, & prospiciens uidet linteamina sola posita, abijt apud semetipsum mirās quod acciderat. †Et ecce duo ex illis ibant eodem die in castellum, quod aberat spatio stadiorum sexaginta ab Hierosolymis, nomine Emaus, & ipsi colloquebantur inter se de his omnibus quæ acciderant. Et euenit, ut dum colloquerentur ac disputarent, ipse Iesus adpropinquans, iret unà cum illis. Cæterū oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et dixit illis: Qui sunt hi sermones quos confertis inter uos, ambulantes, & estis tristes? Respondens aūt unus, cui nomen Cleopas, dixit ei: Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neq; cognouisti quæ facta sunt illic diebus his? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt ei: [b]Quæ attinent ad Iesum Nazarenū, qui fuit uir propheta, potens opere & sermone coram Deo & toto populo, & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri [c]ad suppliciū mortis, & crucifixerunt eum. Nos aūt sperabamus eum esse illum, qui redempturus esset Israel. Atqui super hæc omnia tertius dies est hodie, ex quo hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nobis [D]stupefecerunt nos, profectæ diluculo ad monumentum: & non inuento corpore eius, uenerunt, dicentes: Se etiam uisum angelorum uidisse, qui dicerent eum uiuere. Et abierunt quidam eorum qui erant nobiscum ad monumentum, & ita repererunt sicut mulieres dixerant, ipsum uero non uiderunt. Et ipse dixit eis: O stulti, & tardi corde ad credendū in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nónne hæc oportuit pati Christum, & intrare gloriam suam? Et exorsus à Mose, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ [e]ad ipsum attinebant. Et appropinquando peruenerūt in castellum quò iter habebant, & ipse simulabat se longius iturum. Et coegerūt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam uergit ad uesperam, & inclinatus est

Marc. 16.b (beside "uidet linteamina")

B (beside "Et regressæ à monumento")

C (beside "ne eum")

[b] Vel, de Iesu Nazareno.

[c] Iudicium, pro supplicio & pœna iudicio irrogata.

D [D] Vel, exterruerunt, aut attonitos reddiderunt.

[e] Vel, de ipso erant.

Marc. 16.c Ioan. 20.c — dies. Et intrauit ut maneret cum illis. † Porrò autem dum accūbebat ipse cum eis, accepit panem, & benedixit: cumq; fregisset, porrigebat illis. Ipsorum autem oculi aperti sunt, & agnouerunt eum: & ipse [f]inconspicuus abiuit ab eis. Et dixerunt inter se: Nónne cor nostrum ardebat in nobis dum loquebatur nobis in uia, & aperiebat nobis scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt Hierosolyma, & inuenerunt congregatos undecim, & illos qui cum eis erant, dicentes: Surrexit dominus uere, & adparuit Simoni. Et illi narrabant quæ gesta erant in uia, & quomodo fuisset agnitus ipsis in fractione panis. Dum autem F

E [f] Vel, ipse subduxit sese à conspectu eorum. Græce est ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν, desijt illis esse conspicuus. De fumo & spectris apte utemur euanescendi uerbo: hic nō de spectro, sed uero corpore fit mentio.

hæc loquuntur, stetit Iesus ipse in medio eorum, & dicit eis: Pax uobis. Expauefa
cti uero & perterriti, existimabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati
estis, & quare cogitationes exurgũt in cordibus uestris? Aspicite manus meas, &
pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me, & aspicite, quia spiritus carnem
& ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cum hæc dixisset, ostẽdit eis manus
ac pedes. Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio, & mirãtibus, dixit eis:
Habetis hic aliquid edulij? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & de fauo apia
rio. Et cum accepisset, in conspectu illorum comedit. Et dixit eis: Hæc sunt uer
ba, quæ loquutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum, oportere impleri o-
G mnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & psalmis de me. Tunc ape-
ruit illorum mentem, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: † Sic scriptum est, & Psal.18.b
sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die: & prædicari nomi
ne eius [g]pœnitentiam, ac remissionem peccatorum in omnes gentes, † initio fa- Act.1.a
cto ab Hierosolymis. Vos autem estis testes horum. *Et ecce, ego emitto promis- Ioan.15
sionem patris mei super uos. Vos autẽ sedete in ciuitate Hierosolyma, donec in-
duamini potentia ex alto. † Eduxit autem eos foras usq; Bethaniam, & subla- Marc 16.
tis in altum manibus suis, [h]benedixit eis. Et euenit inter benedicendum illis, ut Act.1.a
recederet ab eis, ac ferretur in cœlum. Et ipsi, adorato eo, regressi sunt Hierosoly-
mam cum gaudio magno: & erant assidui in templo, laudantes ac [i]benedicentes
Deum. Amen.

g Vel, resipiscentiã, aut emendationem uitæ.

h Vel, bene precatus est eis ac maledixit.

i Vel, prædicantes.

Euangelium secundum Ioannem.

CAPVT I.

Magnum illud uerbi incarnati mysterium describit, & Ioannis Baptistæ de illo exhibitum testimonium. Deinde ut Iesus prodire cœperit & discipulos aliquot, Andream ni mirum, Petrum, Philippum & Nathanaelem uocauerit, &c.

A 

IN PRINCIPIO erat [a]uerbum, & uerbum erat apud
Deum, & Deus erat illud uerbum. Hoc erat in principio
apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso fa-
ctum est nihil quod factum est. In ipso uita erat, & uita erat
lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non
adprehenderunt. Erat homo missus à Deo, cui nomen
Ioannes. Hic uenit [b]ad testificandum, ut testificaretur de lu
ce, ut omnes *crederent per ipsum. Non † erat ille lux illa, Matt.3.a
B sed [missus erat] ut testificaretur de luce illa. [c]Erat lux illa uera, quæ illuminat o- Mar.1.a
mnem hominem [d]ueniens in mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum
factus est, & mundus ipsum non cognouit. In sua uenit, & sui ipsum non recepe
runt. Quotquot autem receperunt ipsum, dedit eis potestatem ut filij dei fierent,
[e]credentibus scilicet in nomen ipsius: qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate
carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. † Et uerbum illud caro fa- Matt.1.c
ctum est, & habitauit in nobis: (& spectauimus gloriam eius, gloriam sicut uni- Luc.2.a
geniti à patre) plenum gratia & ueritate. Ioannes testificatur de ipso, & cla-
mauit, dicẽs: Hic erat de quo dicebã: [f]Qui cum me sequeretur, antecessit me, quia
prior

a λόγος Græcis sermonẽ significat, non dictionem aut unum uerbum: sed Hebraica uox דבר utrunq; significat: ut & Latinis uerbum pro uocabulo, & dicto, seu sermone.

b Vel, in testimonium uenit, id est, ad testimonium dandũ: uel, ut testimonium perhiberet.

* Vel, fiduciam haberent.

c Vel, lux illa erat lux uera, id est, fons ipsius lucis, unde etiam Ioannes quicquid habebat lucis, acceperat.

d ἐρχόμενον ambigue positum est, ut possit uel ad hominem referri, qui in mundo nascitur, uel ad ipsam lucem in mundum uenientem: quo sensu nos accipimus, cum & Augustinus testatur, fuisse apud ueteres qui hoc modo intelligerent.

e Seu, numini ipsius fidem habentibus: uel, fiduciam collocantibus in nomen ipsius.

f Verbi interpretatione, qui post me ueniens, ante me fuit: uel, præ...

Digitized by Google

1. Tim. 6. d prior me erat. †Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gra-
1. Tim 6. c tia, quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christũ obtigit. †Deũ C
1. Ioan. 4. b nemo uidit unquam. Vnigenitus filius, qui est [g] ad sinũ patris, ille enarrauit. Et [g] Vel, in sinu.
hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdo-
tes & Leuitas, ut interrogarent eum: Quis es tu? Et confessus est, & non negauit.
Et confessus est: Non sum ego ille Christus. Et interrogauerũt eum: Quid ergo?
Helias es tu? Et dicit: Non sum. Es tu propheta ille? Et respondit: Non. Dixerunt
ergo ei: Quis es? ut responsum demus his qui miserũt nos. Quid dicis de teipso?
Matt 3. a Ait: †Ego uox clamãtis in deserto, dirigite uiam Domini, *sicut dixit Esaias pro-
Mar. 1. a pheta. Et qui missi fuerant erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eum, ac di-
Luc. 3. a
*Esa. 40. a xerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus ille, neq; Helias, neq; prophe- D
†Mat. 3. c ta ille? Respondit eis Ioannes, dicens: †Ego baptizo [h] in aqua, sed in medio ue- [h] Vel, baptizo aqua.
Mar. 1. b strum stat, quem uos nescitis: Ipse est ille [i] qui post me uenit, qui extitit ante me: cu- [i] Qui cum me seque retur, antecessit me.
Luc. 3. c
Act. 19. a ius ego non sum dignus ut soluã corrigiam calceamẽti. Hæc in Bethabara facta
sunt trans Iordanem, ubi [k] erat Ioannes baptizans. Postero die uidet Ioannes Ie- [k] Vel, baptizabat.
sum uenientẽ ad se, & ait: Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatũ mũdi. Hic est de
quo ego dicebã: Post me uenit uir, [l] qui ante me extitit, quia prior me erat, & ego [l] Vel, antecessit me.
nesciebã eum. Sed ut [m] manifestus fieret Israeli, propterea ueni ego [n] in aqua ba- [m] Vel, innotesceret. [n] Vel, ueni ego aqua baptizans.
Matt. 3. d ptizans. †Et testificatus est Ioannes, dicens: Vidi spiritum descendentem [o] sicut co- E [o] Erasmus, specie columbæ.
Mar. 1 b lumbam è cœlo, & mãsit super eum, & ego non noueram eum: sed qui misit me
Luc. 3. d [p] ad baptizandum in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritũ descenden- [p] Vel, ad baptizandum aqua: uel, ut baptizarem aqua.
tem, & manentem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. Et ego uidi, & te-
stificatus sum hunc esse filium Dei. Postero die iterum stabat Ioannes, & ex disci-
pulis eius duo, & intuitus Iesum ambulãtem, dicit: Ecce agnus ille Dei. Et audie-
runt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum. Conuersus aũt Iesus,
& conspicatus eos sequentes, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, q̃d
dicitur [q] interpretatione, [r] magister, [s] ubi manes? Dicit eis: Venite, & uidete. Vene- F [q] Vel, si interpreteris. [r] Vel potius, præceptor.
runt, & uiderunt ubi maneret: & apud eum manserũt diem illum. Hora aũt erat
ferme decima. Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audie- [s] Vel, habitas.
rant ab Ioanne, & sequuti fuerant eum. Reperit hic prior fratrẽ suum Simonem,
& dicit ei: Inuenimus Messiam: quod est [t] interpretatione, [u] Christus. Et adduxit [t] Si interpreteris.
eum ad Iesum. Intuitus eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis [u] Christus Græce, Latine unctus.
Cephas: quod interpretatione est, Petrus. Postero die uoluit Iesus exire in Gali-
læam, & reperit Philippũ, & dicit ei: Sequere me. Erat autẽ Philippus à Bethsaida
ciuitate Andreę & Petri. Reperit Philippus Nathanael, & dicit ei: De quo scripsit
Gene. 49. b †Moses in lege *& prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph, Nazarenũ. Et di- G
Deute. 18. c xit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni,
*Esa. 40. c & [x] uide. Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se, & dicit de eo: Ecce uere Israe- [x] Vel, experire.
45. b
Ezech. 34. f lita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, &
37. f dixit ei: Prius q̃ te Philippus uocaret, quũ esses sub ficu, uidebã te. Respondit Na-
Iere. 23. a thanael, & ait ei: Rabbi, tu es ille filius Dei. Tu es ille rex Israelis. Respondit Ie-
Dan. 9. f
sus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Videbam te sub ficu, credis. Maiora his uidebis. Et
Matt. 24. c dicit ei: Amen amen dico uobis: Posthac uidebitis cœlum apertum, & †angelos
18. d Dei ascendentes ac descendentes super filium hominis.

CAP. II.

Christus aquam in uinum mutatam facit signorum suorum initium: Capernaum petit: hinc Hierosolymam proficiscitur, & mercatum templo eijcit. Signum petentibus corporis sui resuscitationem promittit, & licet multi in illum crederent, cautus tamen simulatores uitat.

ET die tertia nuptiæ fiebant in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus A
est autem & Iesus ac discipuli eius ad nuptias. Et cum defecisset uinum, dicit

Digitized by Google

mater Iesu ei: Vinū non habent. Dicit ei Iesus: †[a]Quid mihi tei tecum est mulier? Luc.17.g
Nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit uobis,
facite. Erant autem ibi sex hydriæ lapideæ positæ secundum purificationem Iu-
dæorum, capientes singulæ metretas binas aut ternas. Dicit eis Iesus: Implete hy
drias aqua. Et impleuerunt eas usq; ad summum. Et dicit eis: [b]Haurite nunc, &
B ferte [c]architriclino: & tulerunt. Cum autē gustasset architriclinus [d]aquam in ui-
num uersam (nesciebat aūt unde esset, sed ministri sciebant qui hauserāt aquam)
uocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo [e]primo bonum uinū po
nit, & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu seruasti bonū uinum
[f]usq; ad hoc tempus. Hoc fecit initium signorū Iesus in Cana Galilææ, & ma-
nifestam fecit gloriā suam: & [g]crediderunt in eum discipuli eius. Postea descēdit
Capernaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserunt
C non multis diebus. [h]Instabat autem pascha Iudæorum, & ascendit Hierosoly-
mam Iesus, & reperit in templo eos qui uendebant boues & oues, & columbas,
& [i]mensarios sedentes. Et quū fecisset flagellū è funiculis, omnes eiecit è templo,
oues simul ac boues, & mensariorū æs effudit, & mensas subuertit. Et his qui co-
lumbas uendebant dixit: Auferte ista hinc, nec facite domū patris mei domū mer
catus. Recordati uero sunt discipuli eius q́ scriptum est: †[k]Zelus domus tuæ exe- Psal.68.b
dit me. [l]Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis,
[m]quandoquidē ista agis? Respondit Iesus, & dixit eis: Destruite templum hoc, &
D in tribus diebus [n]suscitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: †Quadragintā & sex an- Mat. 26.f
nis [o]ædificatū est templum hoc, & tu in tribus diebus [p]suscitabis illud? At ille di Mar.14.f
cebat de templo corporis sui. Quū ergo [q]suscitatus esset [r]è mortuis, recordati sunt
discipuli eius q́ hoc dixisset illis: Et crediderunt †scripturæ, & sermoni quem di- Psal.3.b
xerat Iesus. Quum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi credi 56.c
derunt in nomen eius, uidentes signa eius quæ edebat. Ipse autem Iesus non cre
debat semetipsum eis, eo q́ ipse nosset omnes, nec opus haberet ut quis testaretur
de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

Christus Nicodemum ab ipsis fundamentis Christianæ regenerationis instituit. Hinc baptismum conferenti clara fert testimonia Ioannes, ostendens hunc uerū esse dei filium & à deo missum quo per hunc salutem consequamur.

A ERat autem homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorū, hic
uenit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus q́ à Deo ueneris magister.
Nemo enim hæc signa potest [a]edere quæ tu edis, [b]nisi Deus adfuerit illi. Respon
dit Iesus, ac dixit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit [c]è supernis, nō po
test uidere regnū Dei. Dicit ei Nicodemus: Quomodo potest homo nasci quum
sit senex? Num potest in uentrem matris suæ iterum introire, ac nasci? Respondit
Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest
introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex
B spiritu, spiritus est. Ne mireris q́ dixi tibi, oportere uos nasci è supnis. †[d]Spiritus Psal.134.
ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, & quò abeat. Sic est
omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo
possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Es tu ille magister Israelis, & hæc
ignoras? Amen amen dico tibi, quod scimus loquimur, & quod uidimus testa-
mur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis, & non credi-
tis, quomodo si dixero cœlestia, [e]credatis? Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui
descendit è cœlo, filius hominis, qui est in cœlo. Et sicut Moses exaltauit serpen-
tem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum,
C non pereat, sed habeat uitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, ut fi-
lium suum unigenitum dederit, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed ha-
beat

---

[a] Verbi interpretatione, Quid mihi & tibi mulier?
[b] Al. infundite.
[c] Significat eum qui præfectus est apparando conuiuio.
[d] Al. aquam uinum factam.
[e] Vel primum, aut primo loco.
[f] Vel, usq; nunc.
[g] Vel, fiduciam collocarunt.
[h] Vel, & ppe erat.
[i] Vel, numularios.
[k] Vel, iusta indignatio pro domo tua: uel, ardens studium domus tuæ.
[l] Vel potius, orsi sunt: uel, obiecerūt. Ita enim respondendi uerbo sæpe utuntur Hebræi.
[m] Vel, quod ista facere possis. i. faciendi habeas authoritatem.
[n] Vel, erigam.
[o] Vel, extructū est.
[p] Vel, eriges.
[q] Surrexisset.
[r] Vel, à morte.

[a] Vel, facere.
[b] Vel, nisi deus faciat cum illo: uel, nisi fuerit deus cū eo.
[c] Vel, desuper, superne uel denuo.
[d] Vel, spiritus ubi uis spirat. Spiritus autē hic uentus est. Nam Ebræis רוח uox æquiuoca est ad uentum & spiritum dei.
[e] Vel, credideritis, aut credituri sitis.

beat uitam æternã. Non enim misit Deus filium suum in mundũ, ut [f]cõdemnet mundum, sed ut salutem consequatur mundus per eum. Qui credit in eum, non [g]condemnatur: qui uero non credit, iam [h]condemnatus est. Quia non credidit in nomen unigeniti filij Dei. Hæc est aũt [i]condemnatio, †q lux uenit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem. Erant enim opera eorum mala. Omnis enim qui mala agit, odit lucem: nec uenit ad lucem, ne arguantur opera ipsius. Qui aũt [k]operã dat integritati, uenit ad lucem, ut [l]palàm fiant facta ipsius, q cum Deo sint facta. Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in Iudæã terram, & illic morabatur cum eis, †ac baptizabat. Baptizabat autem & Ioannes in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic. Et adueniebant & baptizabantur. Nondum enim coniectus fuerat in carcerem Ioannes. Orta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione, & uenerũt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes ueniunt ad eum. Respondit Ioãnes, & dixit: Non potest D homo accipere quicquã, nisi fuerit ei datum è cœlo. Ipsi uos testes estis, †[m]me dixisse: Non sum ego Christus, sed missus sum ante illũ. Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, [n]etiam atq; etiam gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudiũ meum completũ est. Illum oportet crescere, me uero minui. Qui è supernis uenit, supra omnes est. [o]Qui est è terra, è terra est, & è terra loquitur. Qui è cœlo uenit, supra omnes est, & quod uidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit. Qui accepit eius testimonium, is obsignauit †Deũ esse ueracem. Quem enim Deus misit, uerba dei loquitur. Non enim [huic] ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia tradidit [p]in manũ eius. †Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui uero non credit filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum.

CAP. IIII.

Christum à Iudæis repulsum, gentibus exhibendum esse, hæc Samaritanæ historia testatur, cum qua Christus ad puteum de uera religione collocutus à Samaritanis excipitur. Hinc in Galilæam reuersus officialis regij filio medetur.

A VT ergo cognouit dominus audisse pharisæos, [a]Iesum plures discipulos adsciscere & baptizare q̃ Ioannem, (quanq̃ Iesus ipse †non baptizaret, sed discipuli eius,) reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. Oportebat autem eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatẽ Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædium quod dedit Iacob Iosepho filio suo. Erat autem ibi †fons Iacobi. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic [b]super fontem. Hora erat fermè sexta. Venit mulier Samaritana, ut hauriret aquã. Dicit ei Iesus: Da mihi quod bibam. Nam discipuli eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu cum sis Iudæus, potũ à me poscis, quæ sum mulier B Samaritana? (Non enim [c]commerciũ habent Iudæi cum Samaritanis.) Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donũ Dei, & quis sit qui dicit tibi: Da mihi quod bibam, tu utiq; petisses ab eo, & dedisset tibi aquã uiuam. Dicit ei mulier: Domine, [D]neq; quo haurias habes, & puteus profundus est: unde ergo habes aquã illam uiuam? Num tu maior es patre nostro Iacob, q dedit nobis puteũ, & ipse bibit ex eo, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit [e]de aqua hac, sitiet iterũ: quisquis aũt biberit de aqua quam ego dabo ei, neutiquã sitierit in æternũ; sed aqua quam ego dabo ei, euadet in eo fons aquæ saliẽtis in uitam æternam. Dicit illi mulier: Domine da mihi istam aquã, ut non sitiam, neq; ueniam huc ad hauriendũ. Dicit ei Iesus: Vade uoca uirum tuum, & ueni huc. Respondit mulier, & dixit ei: Non habeo uirum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, Non habeo uirum. C Quinq; enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: Domine uideo [f]prophetam esse te. †Patres

Marginal references: Ioan. 1. a; Ioan. 4. a; Ioan. 1. d. e; Rom. 3. a; Ioan. 5. b; Supra 3. e; Gene. 33. d; Deut. 12. a

[f] Vel, iudicet: & hic est synecdoche.
[g] Vel, iudicatur.
[h] Vel, iudicatus.
[i] Vel, iudicium.
[k] Vel, qui operatur ueritatem. Veritas pro integritate & synceritate.
[l] Vel, conspicua fiant.
[m] Vel, quod dixerim.
[n] Gaudio gaudet, Hebraismus est.
[o] Vel, qui è terra profectus est, terrenus est.
[p] Vel, in manu eius.
[a] Vel, q Iesus plures discipulos faceret.
[b] Vel, ad fontem.
[c] Vetus interpres, coutũtur, dixit, Græcam uocẽ συγχρῶνται expressurus. quæ mutua familiaritate & cõmercio uti significat.
[D] Verbi interpretatione, neq; haustrũ habes, ἄντλημα enim uas est q̃ aqua hauritur.
[e] Vel, ex.
[f] Vel, quod propheta es tu.

Digitized by Google

D nostri in monte hoc adorauerũt, & uos dicitis, *Hierosolymis esse locũ, ubi opor 4.Re.17.f.g
teat adorare. Dicit ei Iesus: Mulier crede mihi, uenit hora, quãdo neq; in hoc mon
te, neq; Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adora-
mus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed uenit hora, & nunc est, quando ue
ri adoratores adorabunt patrem spiritu ac [g]ueritate. Nam & pater tales quærit
[h]ipsius adoratores. Spiritus est †Deus, & adoratores eius spiritu ac ueritate opor- 2.Cor.3.d
tet adorare. Dicit ei mulier: Scio Messiam uenturum esse, qui dicitur Christus,
quumq; uenerit ille, annũciabit nobis omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor
tibi. Et [i]interim uenerunt discipuli eius, & mirabantur q cum muliere loquere-
tur. Nemo tamen dixit: Quid quæris? aut, Cur loqueris cum ea? Reliquit ergo
hydriam suam mulier, & abijt in ciuitatem, & dicit hominibus: Venite, uidete ho
minem, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci, [k]an is sit ille Christus? Exierunt er-
go è ciuitate, & ueniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes:
Rabbi, comede. Ipse autem dixit eis: Ego cibum habeo comedendũ, quem uos
E nescitis. Dicebant ergo discipuli inter se: Num quis attulit ei quod ederet? Dicit
eis Iesus: Meus cibus est, ut [l]exequar uoluntatem eius qui misit me, & perficiam
opus eius. Nónne uos dicitis: Adhuc quatuor menses sunt, [m]cum messis aderit?
Ecce dico uobis, attollite oculos uestros, & contẽplamini regiones, quoniã albæ
iam sunt ad messem. Et qui metit, mercedẽ accipit, & congregat fructũ in uitam Matt.10.a Luc.9.a
æternam: ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est sermo il
le uerus, q alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi uos ad metẽdum,
quod uos non [n]laborastis: alij [o]laborauerunt, & uos in [p]labores eorũ introistis.
Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter sermo
nem mulieris [q]testificantis, dixisse eum ipsi omnia quæcunq; fecisset. Quũ uenis-
F sent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum ut apud ipsos maneret. Et mãsit
ibi duos dies, ac multo plures crediderunt propter sermonẽ ipsius. Et mulieri di-
cebant: Iam non propter tuam [r]narrationem credimus, ipsi enim audiuimus, &
scimus hunc esse uere seruatorem mundi Christum. Post duos autem dies exijt
inde, & abijt in Galilæam. †Ipse enim Iesus testatus est [s]prophetã in sua patria in Matt.4.b Mar.1.b
honore non haberi. Quum ergo uenisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, Luc.4.c
[t]ut qui uidissent omnia quæ fecerat Hierosolymis in die festo. Nam & ipsi uene Sup.2.a.b
rant ad diem festum. Venit ergo Iesus iterũ Canam Galilææ, ubi fecerat ex aqua
uinum. Erat autem quidam [u]regius, cuius filius ægrotabat Capernaum. Hic
quũ audisset Iesum aduenisse à Iudæa in Galilæã, abijt ad eum, & rogabat eum,
G ut descenderet ac sanaret ipsius filium. [x]Erat enim moriturus. Dixit ergo Iesus ei:
Nisi signa & prodigia uideritis, nequaq̃ credideritis. Dicit ei regius: Domine, de
scende prius, q̃ moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus uiuit. Credi-
ditq; homo sermoni quem dixerat ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, ser
ui eius occurrerunt ei, & renunciauerunt, dicentes: Puer tuus uiuit. Sciscitatus est
ergo ab eis horam in qua melius habuisset, & dixerunt ei, Heri hora septima reli
quit eum febris. [y]Intellexit ergo pater [z]illam esse horam qua dixisset sibi Iesus: Fi
lius tuus uiuit. †Et credidit ipse & tota domus eius. Hoc iterum secundũ signum Act.18.a
edidit Iesus, quum uenisset ex Iudæa in Galilæam.

CAP. V.

Christus ad piscinam decumbentem sanat, & contra pharisæos factum suum suggillantes sese defendit authoritate patris sui, diuinam suam uirtutem multis alijs argumentis ac Mosis testimonio comprobans.

A POst hæc erat dies festus Iudæorum, & ascẽdit Iesus Hierosolymã. Est autem Leuit.23.e Deut.16.c
Hierosolymis ad probaticã [a]piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethes-
da, quinq; porticus habens: in his iacebat multitudo magna [b]ægrorũ, cæcorum,
claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus enim descendebat

certo

---

[g] Vel, integritate.
[h] Vel, qui adorarent ipsum.

[i] ἐν τῷ μεταξὺ, id est, in hoc: cum hæc dicerentur.

[k] Vel, nunquid ipse est Christus? Vel, nũ hic est ille Christus?

[l] Vel, faciam.
[m] Vel, & messis ueniet?

[n] Vel, coluistis.
[o] Vel, coluerunt.
[p] Vel, cultus.
[q] Verbi interpretationem, quæ testificabatur, Dixit mihi omnia quæcũq; feci.
[r] Vel, orationem.
[s] Vel, quod propheta in sua patria honorem non haberet.
[t] Vel, cum omnia uidissent: aut, uisis omnibus.
[u] Videtur hic βασιλίσκος legisse, qui Regulum interpretati sunt, cũ omnia exẽplaria βασιλικὸν habeãt, id est, hominẽ regium uel regali genere natũ, uel qui regio munere fungeretur.
[x] At. siquidẽ is agebat animam.
[y] Vel, cognouit.
[z] Ad uerbum, quod in illa hora, scilicet reliquisset eum febris, in qua, &c.

[a] κολυμβήθρα à natando dicitur, quasi dicas natatorium.
[b] Vel, languentium.

Digitized by Google

certo tempore in piscinam, & turbabat aquam. Itaque qui primus descendisset post
turbationem aquæ, sanus fiebat, à quocunque detineretur morbo. Erat autem qui-
dam homo illic, qui triginta & octo annos morbo tenebatur. Hunc quum uidis-
set Iesus decumbentẽ, & cognouisset eum iam [c] multo tempore affici, dicit ei: Vis
sanus fieri? Respõdit ei ægrotans: Domine, hominem non habeo, ut quum tur-
bata fuerit aqua, mittat me in piscinã. Sed interim dum ego uenio, iam alius an- B
te me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et sta-
tim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat au
tem sabbatum die illo: dicebant ergo Iudæi ei, qui sanatus fuerat: Sabbatum est,
r.17.c † non licet tibi [d] tollere grabatum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, is mihi di
xit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille
homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autẽ, qui sanatus fue-
an.7.b rat, nesciebat quis esset. † Iesus enim subduxerat se, quod turba esset eo in loco.
Postea reperit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce, sanus factus es, ne posthac C
pecces, ne quid deterius tibi contingat. Abijt ille homo, & renunciauit Iudæis, Ie
sum esse, à quo sanatus fuisset. Ac propterea persequebãtur Iudæi Iesum, & quæ-
rebant illum occidere, quòd ista fecisset in Sabbato. Iesus autem respondit eis: Pater
meus ad hoc usque temporis operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quæ-
rebant Iudæi eum interficere, quia non solum soluisset sabbatum, sed & patrem
suum dixisset Deum, æqualem se faciens Deo. Respõdit itaque Iesus, & dixit eis:
Amen amen dico uobis, non potest filius à se facere quicquã, nisi quid uiderit pa-
trem facientẽ. Quæcunque enim ille fecerit, hæc itidem & filius facit. Pater enim di D
ligit filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei
opera, ut uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos, & [e] uiuificat, sic & filius
quos uult, uiuificat. Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudiciũ dedit
filio. Vt omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Qui non honorat filiũ,
non honorat patrem qui misit illũ. Amen amen dico uobis, qui sermonẽ meum
audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in [f] iudicium nõ ueniet,
sed transiuit è morte in uitã. Amen amen dico uobis, quod ueniet hora, & nunc
est, quando mortui audient uocẽ filij Dei, & qui audierint, uiuent. Sicut enim pa E
ter habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitã in semetipso: & potesta
tem dedit ei iudicãdi quoque, quia filius hominis est. Ne miremini hoc: Quia ue-
niet hora, qua omnes qui in monumentis sunt, audiẽt uocem eius: & prodibunt
att.25.d † qui [g] bene egerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero mala patrarunt, in resurre
ctionem [h] iudicij. Non possum ego facere à meipso quicquam. Sicut audio, iu
dico: & iudicium meum iustum est. Quia nõ quæro uoluntatem meam, sed uo-
luntatẽ eius qui misit me, patris. Si ego [i] testificarer de meipso, testimoniũ meum
non [*] esset uerum. Alius est, qui testimoniũ perhibet de me: & scio uerum esse te-
stimonium quod testificatur de me. Vos misistis ad Ioannem, & is testimonium F
reddidit ueritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico,
ut [k] uos salutem consequamini. Ille erat lucerna ardens & lucens: uos aũt uolui-
stis ad tempus exultare in luce eius. At ego testimoniũ habeo maius testimonio
Ioannis. Opera enim, quæ dedit mihi pater, ut ea perficiã, ea ipsa opera quæ ego
tth. 3. d facio, testificantur de me, quod pater miserit me. Et qui misit me pater, † ipse testifi
a ut.4.b c catus est de me. Neque uocem eius unquam audistis, neque speciem eius uidistis, &
sermonem eius nõ habetis in uobis manentem, quia quem misit ille, huic uos nõ
creditis. Scrutamini scripturas, quia uos uidemini uobis in ipsis uitam æternam G
habere, [l] & illæ sunt quæ testificantur de me: nec uultis uenire ad me, ut uitam ha-
beatis. Gloriã ab hominibus nõ accipio, sed cognoui uos, [m] ut qui amorem Dei
nõ habeatis in uobis. Ego ueni nomine patris mei, nec recipitis me: si alius uene-

[c] Vel, quod iam multum tẽporis morbo teneretur.
[d] Vel, gestare.
[e] Vel, uitam dat.
[f] Id est, condemnationem.
[g] Bona fecerunt.
[h] Id est, condemnationis.
[i] Vel, testimoniũ perhiberẽ, uel perhibeo.
[*] Vel, est.
[k] Vel, uos salui sitis.
[l] Vel, at.
[m] Vel, quod dilectionem.

Digitized by Google

rit nomine suo, illum recipietis. Quomodo potestis uos credere, qui gloriā à uo-
a Vel, proficiscitur. bis inuicem accipitis, & † gloriam quæ à solo Deo [a] est, non quæritis? Ne putē 1. Cor. 4.
tis me accusaturū uos apud patrem: est qui accusat uos, Moses, in quē uos spem col
locastis. Si enim credidissetis Mosi, credidissetis utiq; mihi. De me enim ille scri-
psit. † Si uero illius scriptis non creditis, quomodo uerbis meis credetis? VI. Deut. 18.

Quinque panibus aliquot cibantur hominum millia, quos Christus se regem facturos fugit & discipulos nauigantes aquis inambulans sequitur. Sed cum multi illum uentris causa sequerentur, hinc occasione sumpta de uero & non perituro animæ cibo disserit. Multis uero à se deficientibus Petrus eum Christum & dei filium esse fatetur.

A POst hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, & sequebatur
eum turba multa, quia uidebant eius [a] signa, quæ faciebat super his qui infir
mabantur. Subijt autē in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Insta-
bat autem pascha, dies festus Iudæorum. † Quum sustulisset ergo oculos Iesus, & Matt. 14. b
uidisset multā turbam uenire ad se, dicit Philippo: Vnde ememus panes, ut edant Marc. 6. d
isti? Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus. Re- Luc. 9. b
spondit ei Philippus? Ducentorum denariorum panes nō sufficiunt eis, ut unus-
quisq; pusillum quipiam accipiat. Dicit ei unus ex discipulis ipsius, Andreas, fra-
ter Simonis Petri: Est puellus unus hic, qui habet panes quinq; hordeaceos, &
B duos [b] pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos? Dixit autē Iesus: Facite ut ho-
mines discumbant. Erat autem gramen multū in eo loco. Discubuerūt ergo ui-
rorum numero fermè quinq; millia. Accepit aūt panes Iesus, quumq; gratias egis-
set, distribuit discipulis, discipuli uero discumbentibus: Similiter & ex piscibus
quantum uolebant. Vt autem saturati sunt, dicit discipulis suis: Colligite quæ
superfuerunt fragmenta, nequid pereat. Collegerūt ergo, & impleuerunt duode
cim cophinos fragmentorū ex quinq; panibus hordeaceis, quæ superfuerant his
qui comederāt. Illi ergo homines quum uidissent signū quod Iesus fecerat, dice-
bant: Hic est uere propheta ille, qui uenturus est in mundū. Iesus ergo quum co-
gnouisset quod uenturi essent, ac rapturi ipsum, ut [c] crearent ipsum regem, secessit
iterum in montem ipse solus. [D] At ubi iam aduesperauisset, descenderunt disci-
puli eius ad mare, & conscensa naui uenerunt traiecto mari Capernaum. Iamq;
tenebræ erant, nec uenerat ad eos Iesus. Mare autē uento magno flante, intume-
C scebat. Quū remigassent ergo fermè stadia uigintiquinq;, aut triginta, uident Ie-
sum ambulantē super mare, & adpropinquantē naui: ac timuerunt. Ille aūt dicit
eis: Ego sum, ne timete. Voluerūt ergo eum recipere in nauim, & ilico nauis ad-
pulerat terræ, ad quam tendebant. Postero die turba, quæ stabat trans mare, ut ui-
dit quod nauicula alia nō esset ibi, nisi una illa, in quam ingressi fuerant discipuli
eius: & quod nō introisset Iesus cum discipulis suis in nauiculā, sed soli discipuli
eius abijssent. (Aliæ uero superuenerunt nauiculæ à Tiberiade prope locum, ubi
comederant panē, posteaq; gratias egisset Dominus.) Quum ergo uidisset turba
Iesum non esse ibi, neq; discipulos eius, cōscenderūt & ipsi nauiculas, & uenerūt
Capernaum quærentes Iesum. Et quum inuenissent eum trans mare, dixerūt ei:
Rabbi, quando huc uenisti? Respōdit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico uobis,
quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia comedistis de panibus, & saturati
D estis. Operemini, non cibū qui perit, sed qui permanet in uitam æternā, quē filius
hominis dabit uobis: hunc enim pater cōsignauit Deus. Dixerūt ergo ei: Quid Supra 1. a
facimus ut operemur opera Dei? Respōdit Iesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut Matth. 3.
credatis in eum quem misit ille. Dixerūt ergo ei: Quod ergo tu facis signū, ut ui- 17. a
deamus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerūt manna in Exod. 16
deserto, sicut scriptū est: † Panē de cœlo dedit eis ad edendū. Dixit ergo eis Iesus: Num. 11
Psal. 67
Amen Sap. 16

a Signa, genus pro specie, sæpe pro miraculis ponuntur.

b ὀψάριον diminutiuum est ab ὄψον quod significat eduliū quod pani additur. Sed & apud Latinos pro piscibus positum inuenitur.

c Vel, facerent.

D Vel, ut autem sero factum est.

Digitized by Google

Amen amen dico uobis, non Moses dedit uobis panē [illum] de cœlo, sed pater
meus dat uobis panem de cœlo uerum. Panis enim Dei est, qui de cœlo descēdit,
& dat uitam mundo. Dixerunt ergo ei: Domine, semper da nobis panē istum.
Eccli 24.c Dixit autē eis Iesus: Ego sum panis uitæ. †Qui uenit ad me, non esuriet: et qui cre
dit in me, non sitiet unquā. Sed dixi uobis, quod etiā uidistis me, nec creditis. Om
ne, quod dat mihi pater, ad me ueniet: & eum qui uenerit ad me, non eijcio foras.
Quia descendi de cœlo, nō ut faciā quod ego uolo, sed quod uult is qui misit me. B
Hæc est autem uoluntas eius, qui misit me, patris, ne quid perdā ex omnibus, quæ
dedit mihi, sed resuscitem illa in nouissimo die. Hęc est autē uoluntas eius qui mi
sit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitā æternam: & ego su
scitabo eum in nouissimo die. Murmurabāt ergo Iudæi de illo, quod dixisset:
Matt. 13. g Ego sum panis ille, qui è cœlo descendi. Et dicebant: Nonne hic est Iesus, filius Io
seph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic: De cœlo
descendi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Ne murmuretis inter uos. Nemo po
test uenire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum: & ego suscitabo eum in no
Esa. 54.c uissimo die. Est scriptū in prophetis: †Et erunt omnes docti à Deo. Omnis ergo
Matth. 11.e qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me: nō quod patrem uiderit quisquam, ni
si is qui est à Deo, hic uidit patrem. Amen amen dico uobis, qui confidit mihi, D
habet uitam æternam. Ego sum panis ille uitæ. Patres uestri comederūt māna in
deserto, & mortui sunt. Hic est panis ille è cœlo descēdens, ut de ipso edat aliquis,
& non moriatur. Ego sum panis uiuus, qui è cœlo descendi: si quis ederit de hoc
pane, uiuet in æternum. Et panis, quē ego dabo, caro mea est: quā ego dabo pro
mundi uita. Decertabant ergo Iudæi inter se, dicētes: Quomodo potest hic no
bis carnem illam [suam] dare ad edendū? Dixit ergo eis Iesus: Amē amen dico uo
bis, nisi ederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habetis ui
1.Cor. 11.f tam in uobis. †Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinē, habet uitā æter
nam: & ego suscitabo eū nouissimo die. Caro enim mea uere est cibus, et sanguis
meus uere est potus. Qui edit meam carnē, et bibit meum sanguinem, in me ma
net, & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, et ego uiuo propter patrem, [ita] et
qui māducat me, uiuet ipse quoque propter me. Hic est panis ille, qui è cœlo descen
dit: non sicut comederunt patres uestri manna, & mortui sunt. Qui edit hunc pa
nem, uiuet in æternum. Hæc dixit in synagoga, docens in Capernaum. Multi G
ergo his auditis ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo. Quis potest eum
audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quod murmurarēt de hoc discipuli
ipsius, dixit eis: Hoc uos offendit? ᵉQuid igitur si uideritis filiū hominis ascenden
Supra 3.b tem [eò] ubi †erat prius? Spiritus est, qui uiuificat: caro non prodest quicquā. Ver
ba, quæ ego loquor uobis, spiritus sunt, & uita sunt. Sed sunt quidā ex uobis, qui
non credūt. Nouerat enim ab initio Iesus, qui essent ij qui non crederent, & quis
proditurus esset ipsum. Et dicebat: Propterea dixi uobis, ᶠneminem posse uenire
ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex eo [tempore] multi discipulorū de
sciuerunt, eo relicto, nec amplius ᵍcum eo ambulabāt. Dixit ergo Iesus illis duo
Matt. 16.c decim: Nū & uos uultis abire? Respōdit ergo ei Simon Petrus: †Domine, ad quē
ibimus? Verba uitæ æternę habes, & nos credidimus, & cognouimus, quod tu es
Christus filius Dei uiui. Respōdit eis Iesus: Nonne ego uos duodecim elegi, et ex
uobis unus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariota. Hic enim erat
proditurus eum, quum esset unus ex duodecim.

e Verbum uerbo redditum est, si igitur uideritis.

f Vel, quod nemo potest.

g Vel, comitabantur eum.

CAP. VII.

Christus cognatos ad festum tabernaculorum profectos clam sequitur ac in templo docet. Varia de illo sunt uulgi iudicia. Christus doctrinam suam defendit & sabbati transgreßionem excusat. Sacerdotes aduersus illum consultant, sed cum milites ut hunc comprehenderent emißi redirent, etiam ipsi re infecta discedunt.

Digitized by Google

A Versabatur [a] aũt Iesus posthæc in Galilæa: [b] Nõ enim uolebat in Iudæa uer-
sari, quia quærebant eum Iudæi interficere. [c] Erat aũt in propinquo festum
Iudæorũ † Scenopegia. Dixerunt ergo ei fratres eius: Transi hinc, & uade in Iu- Leuit.23
dæam: ut & discipuli tui uideãt opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto fa
cit aliquid, & quærit ipse [D] palàm esse. [e] Si hæc facis, declara teipsum mũdo. Nam
ne fratres quidem eius credebant in eum. Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum
nondum adest, tempus autem uestrum semper est paratum. Non potest mundus
odisse uos, me autem odit, quia ego testimoniũ fero de illo, quod opera eius ma-
B la sint. Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego nondũ ascendo ad festum hoc,
quia tempus meum nondum impletum est. Hęc autem quum dixisset eis, mansit
in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad festum, nõ
palàm, sed uelut in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in festo, & dicebant: Vbi
est ille? Et murmur multũ erat in turbis de eo. Quidam enim dicebãt: Bonus est:
alij autẽ dicebant: Non, sed seducit [f] turbam. Nemo tamen [g] palàm de eo loque
batur, propter metum Iudæorum. [h] Cum autem iam dimidium festi peractum
C esset, ascendit Iesus in templum, ac docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quo-
modo hic literas scit, quũ non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctri
na, nõ est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uoluntati eius obtemperare,
[i] cognoscet de doctrina, utrũ ex deo sit, an ego à me ipso loquar. Qui à semetipso
loquitur, gloriam propriam quærit: qui autẽ quærit gloriã eius, qui misit ipsum,
hic uerax est, & iniustitia in illo non est. † Nónne Moses dedit uobis legem, & Exod.24
nemo ex uobis factis præstat legem? Quid me quæritis interficere? Respõdit tur
ba, & dixit: Dæmoniũ habes: quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit
eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea, Moses dedit uobis † circun Leuit.12
D cisionẽ, non quod ex Mose sit, sed ex patribus: & sabbato circunciditis hominẽ. Gen.17.b
Si circuncisionem accipit homo sabbato, ut non soluatur lex Mosi, mihi indigna
mini, qui totum hominem sanum fecerim sabbato? † Ne iudiceris secundũ aspe- Deut.1.c
ctum, sed iusto iudicio iudicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis:
Nónne hic est, quem quærunt interficere? Atqui ecce, [k] palàm loquitur, & nihil ei
dicunt. Num uere cognouerũt principes, hunc esse uere Christum? Sed hunc no
uimus unde sit, Christus autem quũ uenerit, nemo scit unde sit. Clamabat er-
go Iesus in templo, docens, ac dicẽs: Et me nostis, & unde sim nostis: & à meipso
nón ueni, sed est uerax qui misit me, quem uos nõ nouistis. Ego uero noui eum,
E quia ab ipso sum, & ille me misit. Quærebãt ergo eum adprahendere, [l] & nemo
iniecit illi manus, quia nondum uenerat hora eius. E multitudine autẽ multi cre
diderunt in eum, & dicebant: Christus, quum uenerit, num signa plura ædet his,
quæ hic ædidit? Audierunt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & mi-
serunt pharisæi ac principes sacerdotum ministros, ut adprahenderent eum. Di-
xit ergo eis Iesus: Adhuc [m] pusillo tempore uobiscũ sum, & abeo ad eum qui mi
sit me. † Quęretis me, nec inuenietis. Et ubi ego sum, eò uos non potestis uenire. Hier.29.c
Dixerunt ergo Iudæi inter sese: Quò hic iturus est, ut nos non inueniamus eum? Ioan.8.b 13.d
F Num in [n] dispersionem gentiũ iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo
quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis, & ubi ego sum, [eò] uos nõ potestis
uenire? Nouissimo autem † die magno festi stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si Leuit.23
quis sitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dixit scriptura, flumina de
uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autẽ dixit de spiritu, quem accepturi erant qui
crederẽt in ipsum. Nondũ enim erat spiritus sanctus, quia Iesus nondũ erat [o] glo
rificatus. Multi ergo de turba quum audissent hunc sermonem, dicebant: Hic est
uere propheta. Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam aũt dicebant: Num nam
ex Galilæa Christus ueniet? Nónne scriptura dixit, † q̃d ex semine Dauid, & de Mich.5 Matth.2
Bethlehem

[a] Vel, circumibat.
[b] Chrisost. legit οὐκ εἶχεν ἐξουσίαν, id est, non poterat: uel, nõ habebat potestatẽ: quã lectionẽ & Cyrillus et Augustinus secuti sunt.
[c] Vel, instabat autẽ dies festus.
[D] ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι, id est, libere uersari in ore & sermonibus liberis hominũ, uel celebrem esse.
[e] Id est, si talia designas, qualia de te uulgo feruntur.
[f] Id est, imperitam et rudẽ hominum multitudinẽ: uel, uulgus indoctum.
[g] Vel, libere.
[h] Vel, Iam autem die festo medtante: uel, circa medium festi.
[i] Vel, intelliget.
[k] Vel, libere.
[l] Id est, sed.
[m] Id est, paulisper.
[n] Id est, in dispersas gentes: Græce autẽ legitur in dispersionẽ Græcorũ Solent autẽ hi synecdochice poni pro omnibus gentibus.
[o] Vel, illustratus gloria.

Digitized by Google

Bethlehem castello, ubi erat Dauid, ueniet Christus? Dissensio itaq; orta est in tur
ba propter eum. Quidam aūt ex ipsis uolebāt adpræhendere eum, sed nemo con G
iecit in eum manus. Venerūt ergo ministri ad pontifices & pharisæos, & dixe-
runt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquam sic
loquutus est [p] homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisæi: Num &
uos seducti estis? Num quis ex principibus credidit in eū, aut ex pharisæis? Sed
Ioan.3.a turba hæc, quæ non nouit legem, [q] execrabiles sunt. Dicit eis † Nicodemus, qui
uenerat ad eum nocte, qui unus erat de numero eorum: Num lex nostra iudicat
hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Responderunt
& dixerūt ei: Num & tu Galilæus es? Scrutare & uide, quod è Galilæa propheta
non surrexerit. Et profectus est unusquisq; domum suam.

CAPVT VIII.

Christus adulterā absoluit. Hinc longa oratione docet se lucē mundi esse & à deo exi
uisse. Iudæos aūt non Abrahæ filios sed ex mundo esse cōprobat, æternitatē & diuinita-
tem suam cōstantißime asserens. Iudæis aūt hunc lapidare uolentibus, euadit incolumis.

IEsus aūt perrexit in montem Oliuarum, & diluculo iterum uenit in templum, A
cunctusq; populus uenit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem ad
eum scribæ & pharisæi mulierem, in adulterio depræhensam: & quū statuissent
eam in medio, dicunt ei: Magister, [a] hæc mulier depræhensa est in ipso facinore,
Leuit.20.a adulterium cōmittens. † In lege autem Moses præcepit nobis, ut huiusmodi lapi
darentur. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebāt tentantes eum, ut possent eum
accusare. Iesus autem inclinās se deorsum, digito scribebat in terrā. Cum autem
Deut. 17.b perseuerarent interrogare eum, erexit se, & dixit eis: Qui uestrum † [b] immunis est
à peccato, primus in illam lapidem iaciat. Et iterū cum se inclinasset, scribebat in
terram. At illi audientes [hæc,] singulatim alius post alium exibant, initio facto
à senioribus. Et relictus est solus Iesus, ac mulier in medio stans. Quum aūt ere-
xisset se Iesus, & neminem uideret præter mulierem, dixit ei: Mulier, ubi sunt illi
tui accusatores? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo Domine. Dixit autē B
Ioan.5.b Iesus: Nec ego te condemno. Vade, † & posthac ne peccaueris. Iterum ergo Ie
Ioan.1.b sus loquutus est eis, dicens: † Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, nequaquam
ambulauerit in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu
de teipso testificaris, testimonium tuum non est uerum. Respondit Iesus, & dixit
eis: Etiam si ego testimonium perhibeam de meipso, uerum est testimoniū meū:
quia scio [c] unde ueni, & quò uado: uos autē nescitis unde uenio, & quò uado.
Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. Porrò etiamsi iudi
cem ego, iudicium meum uerum est: quia solus nō sum, sed ego & qui misit me,
Deut.17.b .d pater. Quin & in lege uestra scriptum est: † Quod duorum hominū testimoniū
uerum est. Ego sum is qui testimonium fero de meipso, & testimoniū fert de me
qui misit me, pater. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neq;
me nostis, neq; patrem meum. Si me nouissetis, & patrem meum nouissetis. Hæc
uerba loquutus est Iesus in Gazophylacio, docens in templo. Et nemo adpræ- C
hendit eum: quia nondum uenerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego
uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini: quò ego uado, uos nō po-
testis uenire. Dicebant ergo Iudæi: Num interficiet semetipsum, quia dicit: Quò
ego uado, uos non potestis uenire? Et dicebat eis: Vos ex infernis estis, ego è su-
pernis sum. Vos ex mundo hoc estis, ego nō sum ex hoc mundo. Dixi ergo uo-
bis, morituros uos in peccatis uestris. Si enim nō credideritis, quod ego sum, mo
riemini in peccatis uestris. Dicebant ergo ei: Quis es tu? Et dixit eis Iesus: [d] In
primis quod & loquor uobis. Multa habeo, quæ de uobis loquar, ac iudicem: sed
qui misit me, uerax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor [e] in mundum. Non
cognouerunt, quod de patre eis loquutus esset. Dixit ergo eis Iesus: Quum ex D

[p] Id est, quisquam.

[q] Execrabilis est.

[a] Alij legunt, ταύτην εὕρομεν ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένην, id est, hanc depræhē dimus in ipso facinore, adulterium committentem.

[b] ἀναμάρτητος etiam eum significat, qui peccare non potest.

[c] Vel, unde uenerim & quò abeam.

[d] τὴν ἀρχὴν, &c. Id est, in primis quod loquor uobis, id est, omnino hoc ipsum sum, quod iam dixi, lux scilicet mundi et salus. Hoc enim sensu etiam prophani scriptores Græci hac loquutione uti solent.

[e] Vel, in mundo.

Digitized by Google

altaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quod ego sum, & quod à meipso nihil faciam, sed ita, ut docuit me pater meus, ea loquor, & qui me misit, mecum est. Non reliquit me solũ pater: quia ego quæ [f] placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderũt in eum. Dicebat ergo Iesus iis, qui crediderant ipsi, Iudæis: Si uos perstiteritis in sermone meo, uere discipuli mei estis: & intelligetis ueritatem, & ueritas liberos reddet uos. Responderunt ei: [g] Semen Abrahæ sumus, neq; cuiquam seruiuimus unquam, quomodo tu dicis: Liberi reddemini? Respondit eis Iesus: Amen amen dico uobis, † quod omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Seruus autem nõ manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo filius uos liberos reddiderit, uere liberi estis. Scio quod semen Abrahæ estis. Sed quæritis me interficere, quia sermo meus non habet locum in uobis. Ego quod uidi apud patrem meũ, loquor: & uos sanè quod uidistis apud patrem uestrum, facitis. Responderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui ueritatem uobis loquutus sum, † quam audiui à Deo. Hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris uestri. Dixerunt itaq; ei: Nos è stupro non sumus nati. Vnum patrem habemus, Deum. Dixit eis Iesus: Si Deus pater uester esset, diligeretis utiq; me. Ego enim ex Deo processi, & [h] uenio. Neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit. Quare [i] dicta mea nõ agnoscitis? Quia non potestis audire sermonẽ meum. Vos ex patre diabolo estis, & desiderijs patris uestri uultis obsequi. † Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit: quia non est ueritas in eo. Cum loquitur mendaciũ, [k] de suo loquitur: quia mendax est, atq; eius [rei] pater. Ego autem quia ueritatem dico, nõ creditis mihi. Quis ex uobis * arguit me de peccato? Porrò si ueritatẽ dico, quare uos non creditis mihi? † Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nónne bene dicimus nos, Quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus: Ego dęmonium non habeo, sed cohonesto patrem meum: & uos ignominia affecistis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui [l] quærit, & iudicat. Amen amen dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortẽ non uidebit in æternum. Dixerunt ergo illi Iudæi: Nunc cognouimus, dæmoniũ habere te.

G Abraham mortuus est, & prophetæ, & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Num tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt. Quẽ facis tu teipsum? Respondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus, qui glorificat me, quem uos dicitis, Deum uestrum esse: [m] & non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero, quod nõ nouerim eum, ero similis uestri, mendax. Sed noui eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater uester [n] exultauit, ut uideret diem meum: & uidit, atq; gauisus est. Dixerũt ei ergo Iudæi: Quinquaginta annos nondũ habes, & Abraham uidisti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis, antequam Abraham nasceretur ego sum. Tollebant ergo lapides, ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit è templo.

CAPVT IX.

Christus cæci nati oculos aperit sabbato, qui cum diu contra pharisæos disputasset à synagoga excluditur, quẽ Christus assumptum in uera fide instituit.

A ET præteriens Iesus uidit hominẽ cæcum à natiuitate: & interrogauerũt eum discipuli eius, dicẽtes: Rabbi, quis peccauit, hic an parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius: [a] sed ut manifesta fierẽt opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quãdo nemo potest operari. Quamdiu fuero in mundo, lux sum mũdi. Hoc quũ dixisset, expuit in terrã, & fecit lutum ex sputo: & illeuit lutum super

---

Marginalia (left):

f Vel, grata.

g Id est, genus.

h Vel, ueni.

F i Vel, loquelã meam: uel, potius sermonẽ meum.

k Vel, ex proprijs.

* Vel, redarguit me peccati?

l Vel, quærat & iudicet.

m Vel, & [tamen.]

n Id est, lætanti animo expetiuit.

a Eclipsis est, scilicet, ideo cæcus est natus.

Marginalia (right): Rom. 6. c; 2. Pet. 2. d; Ioã. 3. 17. d; 1. Ioan. 3. b; 1. Ioan. 4. c

Digitized by Google

super oculos cæci. Et dixit ei: Vade, laua in piscina Siloam, quod interpretatione
est, missus. Abijt ergo, & lauit & uenit uidens. Itaq; uicini, & qui uiderant eum B
prius, quod mendicus esset, dicebant: Nónne hic est, qui sedebat & mendicabat?
Alij dicebant: Hic est. Alij rursus: Similis est ei. Ille dicebat: Ego sum. Dicebant er
go ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit ille, & dixit: Homo qui dici-
tur Iesus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad piscinam Si
loam, & laua. Vt autem abij ac laui, uisum recepi. Dixerunt ergo ei: Vbi est ille?
Ait: Nescio. Adducunt ad pharisæos eum, qui dudum cæcus fuerat. Erat au-
tem sabbatum, quum lutum faceret Iesus, & aperiret oculos eius. Iterum ergo in- C
terrogabant eum & pharisæi, quomodo uisum recepisset. Ille autem dixit eis: Lu
tum mihi imposuit super oculos, et laui, & uideo. Dicebant ergo ex pharisæis qui
dam: Non est hic homo à Deo: quia sabbatum non [b]seruat. Alij autem dicebant:
Quomodo potest homo peccator hæc signa ædere? Et dissensio erat inter eos. Di
cūt cæco iterum: Quid dicis tu de illo, quia aperuit tibi oculos tuos? Ille autem di
xit: Propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quod cæcus fuisset, & D
uisum recepisset, donec uocauerunt parentes eius qui uisum receperat, & inter-
rogauerunt eos, dicentes: Est hic filius uester, quem uos dicitis cæcum natum es-
se? Quomodo ergo nunc uidet? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Sci-
mus quod hic est filius noster, & quod cæcus natus est: quomodo autem nunc ui
deat, nescimus, aut qui eius aperuerit oculos, nos nescimus. Ipse ætatem habet,
ipsum interrogate, ipse de se loquetur. Hæc dixerunt parentes eius, quod time-
rent Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis cōfiteretur eum esse Chri
stum, à synagoga [c]excluderetur. Propterea parentes eius dixerunt: Ætatem ha- E
bet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus,
& dixerunt ei: [d]Da gloriam Deo: Nos scimus hunc hominem peccatorem esse.
Respondit ergo ille, & dixit: An peccator sit, nescio: unum scio, [e]me, cum cæcus
fuerim, nunc uidere. Dixerunt ergo illi iterum: Quid fecit tibi? Quomodo ape-
ruit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, & [f]non audistis? Qur iterum
uultis audire? Num & uos uultis discipuli eius fieri? Conuiciati ergo sunt ei, et di
xerunt: Tu discipulus illius esto, nos autem Mosi discipuli sumus. Nos scimus F
quod Mosi loquutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille
homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile quiddam est, quod uos nesciatis unde
sit: [g]& tamen aperuit meos oculos. Scimus autem quod peccatores Deus non au
dit: sed si quis Dei cultor est, & uoluntati ipsius obtẽperat, hunc audit. [h]Ab æuo
non est auditū, quod quis aperuerit oculos cæci nati. Nisi esset hic à Deo, non po
tuisset [i]facere quicquam. Responderunt, & dixerunt ei: Tu in peccatis natus es to
tus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus quod eiecissent eum fo G
ras, cūq; inuenisset eum, dixit ei: Credis tu in filium Dei? Respondit ille, & dixit:
[k]Et quis est Domine, ut credam in eum? Dixit autē ei Iesus: Et uidisti eū, & qui lo-
quitur tecū, ipse est. At ille ait: Credo Domine. Et adorauit eū. Et dixit Iesus: In iu
dicium ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæ
ci fiant. Et audierunt hæc [quidam] ex pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt
ei: Num & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatū,
nunc uero dicitis: Videmus. Idcirco peccatum uestrum manet. CAP. X.

Pharisæos pastores cæcos & malos esse, se uero bonum Christus multis comprobat. Dissidium inter Iudæos propter illum exoritur. Encæniorum festo interrogatus, se Christum esse operibus & patris sui testimonio comprobat. Postremo lapides tollentium & comprehendere cupientium manibus elabitur.

AMen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in stabulum ouium, sed A
ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est.

[b] Vel, obseruat.

[c] Vel, eijceretur. Græce ἀποσυνάγωγος γένηται, id est, alienus à congregatione fieret, quod hodie excommunicatum uocant.

[d] Vel, concede gloriam deo.

[e] Vel, quod cæcus cum fuerim nunc uideam.

[f] Vel, & nō audistis sine interrogatione, ut pronuncietur quasi ab admirante.

[g] Vel, cum tamen aperuerit.

[h] Vel, à sæculo.

[i] Vel, proficere, scilicet in hac re. Er hette nüt mögen schaffen.

[k] Vel, quisnam.

ouium. Huic ostiarius aperit, & † oues uocem eius audiūt. Et proprias oues uo- Ioan. 8. d
cat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiserit, [a] ante eas uadit, & Prou. 27.
oues illum sequuntur: quia nouerunt uocem eius. Alienum uero neutiquam se-
quentur, sed aufugient ab eo: quia non nouerunt uocem alienorū. [b] Hoc prouer
bium dixit eis Iesus. Illi autē non intellexerunt quid sibi uellent quæ loquerentur
eis. Dixit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico uobis: † Ego sum ostium Ioan. 14.
B ouium. Omnes quotquot ante me uenerunt, fures sunt & latrones, sed non au-
dierunt eos oues. Ego sum ostium. Per me siquis introierit, salutē consequetur, &
ingredietur, & egredietur: & [c] pastū inueniet. Fur nō uenit, nisi ut furetur, & ma-
ctet, & perdat. Ego ueni, ut uitā habeant, & [d] abundantius habeant. † Ego sum Isa. 40. b
pastor ille bonus. Bonus pastor [e] animā suā [f] ponit pro ouibus. Mercenarius au- Eze. 34. f
tem, & qui non est pastor, cuius nō sunt oues propriæ, [g] uidet lupum uenientem,
ac deserit oues, fugitq́: & lupus rapit, ac dispergit oues. Mercenarius autem fu-
C git, quia mercenarius est: & oues nō sunt illi curæ. Ego sum pastor ille bonus, &
cognosco [oues] meas, & cognoscor à meis. Sicut nouit me pater, ita & ego no-
ui patrem: & animam meam pono pro ouibus. † Et alias oues habeo, quæ non Ezech. 37
sunt ex hoc ouili: illas quoq́ oportet me adducere, & uocem meam audient. Et Act. 11. g
fiet unus [h] grex, unus pastor. Propterea me pater diligit, quia † ego pono ani- Isa. 53. b
mam meam, ut [i] iterū sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam [k] à
D meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi
eam: † hoc mandatū accepi à patre meo. Dissensio igitur iterum orta est inter Iu- Act. 2. d
dæos, propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet,
& insanit. Quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc uerba non sunt dæmoniū ha-
bentis. Num dæmonium potest cæcorum oculos aperire? [l] Facta sunt autem
Encænia Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu
Solomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousq́ animam
E nostram suspendis? Si tu es Christus, dic nobis ingenue. Respondit eis Iesus: Di
xi uobis, nec creditis. Opera quæ ego facio nomine patris mei, hæc testimonium
reddunt de me. Sed uos non creditis: quia non estis ex ouibus meis, quemadmo
dum dicebam uobis: Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, &
sequuntur me: & ego uitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neq́ ra-
piet eas quisquam è manu mea. Pater meus, qui dedit mihi, [m] maior omnibus est:
F & nemo potest [n] rapere è manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Sustu-
lerunt ergo rursum lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa
opera bona ostendi uobis ex patre meo, propter quod eorum operum me lapida
tis? Responderūt ei Iudæi, dicentes: Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob
blasphemiam, & quia tu cum homo sis, facis teipsum Deum. Respondit eis Ie-
sus: Nonne scriptum est in lege uestra: † Ego dixi, Dij estis? [o] Si illos dixit Deos, Psal. 81.
ad quos sermo Dei factus est: & non potest solui scriptura, quē pater [p] sanctifica-
G uit, & emisit in mundum: uos dicitis me blasphemare, quia dixerim, Filius Dei
sum? Si non facio opera patris mei, ne credatis mihi: si uero facio, etiamsi mihi
non credatis, operibus credite: ut cognoscatis & credatis, quod pater in me est, &
ego in eo. Quærebant iterum eum adprehendere, & [q] euasit è manu eorum: &
abijt iterum trans Iordanem in eum locum, ubi fuerat Ioannes baptizans primū,
mansitq́ illic. Et multi uenerunt ad eum, ac dicebant: Ioannes quidem signum
edidit nullum, omnia autem quæcunq́ dixit Ioannes de hoc, uera erant: & cre-
diderunt multi illic in eum.

CAPUT XI.

Christus se uitam & resurrectionem ostensurus Lazarum mortuum et sepultum re-suscitat. Sacerdotibus uero de illius morte consultantibus Caiaphas unum pro multis oc-cidendum esse consulit. Quare ut ab omnibus obseruetur sacerdotes præcipiunt.

Aegrota

---

a Vel, præcedit eas.

b Hoc prouerbiū: sed potius, allegoriā iuxta Hebraismū, quo משל dicitur de quouis dicto insigni & obscuriore, tā de prouerbio, quàm allegoria, &c.

c Vel, pabulum: uel, pascua.

d Vel, abundantem. Potest enim esse adiectiuum cōmunis generis, *more* Attico.

e Id est, uitam.

f Vel, deponit.

g Vel, cum uidet.

h *Græce enim* ποίμνη *legitur, quod* gregem non ouile significat.

i Vel, recipiam.

k Vel, sponte, siue ultro.

l Vel, celebrata sunt.

m Enallage graduū, maximus omniū, æternus & omnipotens.

n Scilicet eas.

o Sic ordinari poterat sermo, Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, & quod scriptū est, falsitatis argui non potest: quomodo uos me quē pater sanctificauit et misit in mūdū dicitis blasphemare, eò quod dixi me esse filium dei?

p Vel, consecrauit.

q Et, Hebraismus, pro sed.

Digitized by Google

it. 26.a
112.g
Aegrotabat autem quidam nomine Lazarus, Bethaniensis, à castello Mariæ & Marthæ, huius sororis. †Maria autem erat ea quæ unxit dominum unguento, & exterfit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus ægrotabat. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas ægrotat. Audiens autem Iesus, dixit: Aegritudo hæc non est [a]ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autē Iesus Martham, & sororē eius, & Lazarum. Vt ergo audiuit eum ægrotare, tum quidem temporis mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hoc dicit discipulis: Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, modo quærebant te Iudæi lapidare, & iterum abis illuc? Respondit Iesus: Nónne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit [b]interdiu, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si quis autem ambulauerit noctu, offendit, quia lux non est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius, at illi putauerunt quod de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis quod non fuerim ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, discipulis: Eamus & nos, ut moriamur cum eo. Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habētem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymā ferè stadijs quindecim. Multique ex Iudæis uenerāt ad Martham ac Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit Iesum uenisse, occurrit illi, Maria uero domi desidebat. Dixit ergo Martha Iesu: Domine, si fuisses hic, frater meus nō fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quæcunque poposceris à Deo, [c]daturus sit tibi Deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio resurrecturum esse in resurrectione nouissimo die. Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio †& uita. Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit, & credit in me, nequaquam morietur in æternū. Credis hoc? Ait illi: Etiam domine. Ego credō te †esse Christum illum filium Dei, qui in mundū uenturus erat. Et quum hæc dixisset, abijt, & uocauit Mariam sororem suam clanculum, dicens: Magister adest, & uocat te. Illa ut audiuit, surgit cito, & uenit ad eum. Nondum autem uenerat Iesus in castellum, sed erat in eo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum eo in domo, & consolabantur eam, quum uidissent Mariam cito surrexisse, & exisse, sequuti sunt eam, dicentes: Abit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo quum uenisset [eò] ubi erat Iesus, uidens eum, accidit ad pedes eius, & dicit: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & [d]conturbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, ueni & uide. Lachrymatus est Iesus. Dixerūt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex eis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci, facere, ut & hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumētum. Erat autem spelunca, & lapis impositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Domine iam olet, quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nónne dixi tibi, Quod si credideris, uisura esses gloriam Dei? Sustulerunt ergo lapidem inde ubi [e]defunctus erat positus. Iesus autem attollens oculos sursum, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam quod semper me audias, sed propter turbam quæ circumstat, dixi, ut credant quod tu me miseris. Atque hæc quum dixisset, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Et prodijt qui fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fascijs funereis, & facies illius sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus: Soluite eum, et finite abire. Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam, & uiderant quæ fecisset Iesus,

Marginalia: A; B; C; D; E; F. Left: ra 5.c; .14.c; ra 6.d; 9.a.

[a] Vel, mortifera.
[b] Vel, in die.
[c] Vel, dabit tibi.
[d] Vel, conturbatus est.
[e] Defunctus à Plinio quoque corpus defuncti appellatur. In naturali historia.

Digitized by Google

crediderunt in eum. Quidam autem ex eis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis
quæ fecisset Iesus. Congregauerunt ergo pontifices & pharisæi concilium, ac
dicebant: Quid agimus? quia hic homo multa signa edit. Si permiserimus eum
sic, omnes credent in eum: uenientq́ Romani, & tollent tum locum nostrū, tum
gentem. Vnus autem quispiā ex eis Caiaphas, quum esset pontifex anni illius,
G dixit eis: Vos non scitis quicquam, nec perpenditis, expedire nobis, ut unus ho-
mo moriatur pro populo, ac nō tota gens pereat. Hoc aūt à semetipso non dixit,
sed cū esset pontifex anni illius, uaticinatus est, Iesum moriturū esse pro gente: &
non tantū pro gente, sed ut & filios Dei, q erant dispersi, congregaret in unū. Ab
illo ergo die consultauerunt unà, ut interficerent eum. Iesus ergo iam nō [f]propa
làm ambulabat inter Iudæos, sed abijt illinc in regionē deserto uicinā, in ciuitatē
quæ dicitur Ephraim, & ibi uersabatur cum discipulis suis. Instabat autem pa-
scha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam è regione ante pascha, ut
purificarent se. Quærebant ergo Iesum, & colloquebātur inter se in templo stan
tes: Quid uidetur uobis, ꝙ non uenerit ad diem festum? Dederant autem pontifi
ces & pharisæi præceptum, ut si quis cognouisset ubi esset, indicaret, ut compre-
henderent eum.

f Vel, libere uersabatur.

CAP. XII.

Christo apud Lazarum cœnanti pedes ungit Maria, à Iuda accusatur, à Christo defenditur. Sacerdotes Lazarum quoq; sublatum cupiunt. Christus Hierosolymam ueniens splendide excipitur: Græci eundem uidere cupiūt: docenti uox affertur cœlitus. Multi principum credunt, sed metu fidem supprimunt. Christus autem ad fidem omnes hortatur.

A IEsus †ergo ante sex dies paschę uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, Matt. 26.
quem suscitauit [a]è mortuis. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministra- Marc. 14.
bat, Lazarus uero unus erat de numero discumbentium cum eo. Maria ergo acce
pit libram unguenti nardi [b]pisticæ pretiosæ, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes
eius capillis suis: domus autem impleta est odore unguēti. Dicit ergo unus ex di
scipulis eius, Iudas Simonis Iscariotes, qui erat eum proditurus: Quare hoc un-
guentū non uenijt trecētis denarijs, & datū est egenis? [c]Dixit aūt hoc non ꝙ pau
peres illi curæ essent, sed quia fur erat, ac marsupium habebat, eaq́ quæ confere-
B bantur portabat. Dixit ergo Iesus: Sine illā, in diem sepulturę meæ seruauit istud.
Pauperes enim semper habetis uobiscum, me uero non semper habetis. Cogno
uit ergo turba multa ex Iudæis ꝙ illic esset, & uenerunt, non propter Iesum tan-
tum, sed ut Lazarum quoq; uiderent, †quem suscitauerat [d]è mortuis. Consulta- Ioan. 11
bant autem principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi pro-
pter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. †Postero die turba mul- Matt. 21
ta quæ uenerat ad diem festum, cum audissent ꝙ ueniret Iesus Hierosolymam, Marc. 11
acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant: [e]Hos an Luc. 19
na. [f]Benedictus qui uenit nomine domini, rex Israelis. Nactus autem Iesus
[g]asellum, insedit ei, sicut scriptum est: †Ne metue filia Sion, ecce rex tuus uenit, Zach. 9.
C sedens super pullum asinæ. Hæc autem non intellexerūt discipuli eius primum,
sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt hæc esse scripta de eo, & ꝙ
hæc fecissent ei. Testificabatur igitur turba quæ erat cum eo quando Lazarum
uocauit è monumento, & suscitauit eum è mortuis. Propterea & obuiā uenit ei
turba, ꝙ audierant eum edidisse hoc miraculū. Pharisæi ergo dixerunt inter se: Vi
detis [h]uos nihil proficere? Ecce [i]mundus [k]post eum abijt. Erant autem quidam
Græci ex his, qui ascenderant ut adorarent in festo. Hi ergo accesserunt ad Phi-
lippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, uolu-
mus Iesum uidere. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philip-
D pus dicunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicēs: Venit hora, ut glorificetur filius
hominis.

a Vel, à morte.

b Id est, syncereæ, nō adulterinæ: sed fideliter paratæ, q. d. μετὰ πίστεως ἐσκευασμένης.

c Vel, dicebat.

d Vel, à morte.

e Id est, salutem da quæso.

f Vel, felix: uel, beatus: uel, laudabilis.

g ὀνάριον, asellum, quem propheta uocat pullum asinæ.

h Vel, quod nihil proficitis.

i Id est, omnis turba.

k Vel, eum secutus est.

Digitized by Google

hominis. Amen amen dico uobis, nisi granum frumenti deiectum in terram,
mortuum fuerit, ipsum solum manet: si uero mortuum fuerit, multum fructum
affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animā suam in hoc mun
att. 10.d do, in uitam æternam [l]conseruabit eam. Si quis mihi †ministrat, me sequatur: & [l] Vel, custodiet.
.d ubi ego sum, illic & minister meus erit: & si quis mihi ministrauerit, cohonestabit
ar. 8.d
ic. 9.c eum pater. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, seruato me ex
.g hac hora. Sed propterea ueni in hanc horam. Pater, illustra nomen tuum. Venit
ergo uox è cœlo, [dicens:] Et illustraui, & rursum illustrabo. Turba ergo quæ sta
bat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant: Angelus ei loquu-
la. 21.e tus est. Respōdit Iesus, & dixit: †Non propter me hæc uox [m]edita est, sed propter B [m] Vel, uenit.
uos. Nunc iudicium est mundi huius. Nunc princeps huius mundi [n]eijcietur [n] Vel, exigetur. Foras uidetur pleonasmus Hebraicus.
in. 3.b foras. †Ergo si *exaltatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum. Hoc autem
c
Nu. 21.b dicebat, significās quali morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiui-
Psal. 109. mus ex lege, †Christū manere in æternum: [o]& quomodo tu dicis, oportet exalta [o] Vel, quomodo igitur.
110.a ri filiū hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc breui
a. 40.c
ec. 37.g tempore lumen uobiscum est. Ambulate donec lucem habetis, ne uos tenebræ oc
cupent. [p]Et qui ambulat in tenebris, nescit quò uadat. Dum lucē habetis, credite [p] Et, pro nam uidetur positum, ut Hebræis ferè pro quauis coniunctione.
in lucem, ut filij lucis [q]fiatis. Hæc loquutus est Iesus, ac digressus abscondit se F
ab eis. Quū autem tam multa signa edidisset corā eis, non credebāt in eum: ut ser
sa. 53.a mo Esaiæ prophetæ impleretur, quo dixit: †Domine, quis credidit [r]auditui no- [q] Vel, sitis.
om. 10.d stro? Et brachium Domini cui reuelatū est? Propterea non poterant credere, quia [r] Vel, sermoni nostro.
sa. 6.c iterum dixit Esaias: *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū: ne uideant
Matth. 13.b oculis, & ne intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit Esaias,
Mar. 4.b
uc. 8.b quando uidit gloriam eius, & loquutus est de eo. Veruntamen etiam ex principi
A. 28.f bus multi crediderunt in eum, sed propter pharisæos non confitebantur, [s]ne è sy [s] Id est, ne fierent ἀποσυνάγωγοι, id est, excommunicati.
nagoga excluderetur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis q̄ gloriā dei.
Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui G
misit me. Et qui uidet me, uidet eum qui misit me. Ego lux in mundū ueni, ut o-
mnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit uerba mea, &
non crediderit, ego non [t]iudico eum. Non enim ueni ut iudicem mundū, sed ut [t] Id est, non condemno.
seruem mundum. Qui reijcit me, nec accipit uerba mea, habet qui iudicet ipsum.
Sermo quē loquutus sum, ille iudicabit eum extremo die: quia ego [u]ex meipso [u] Vel, de meo.
non sum loquutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatū dedit, quid dicam,
& quid loquar. Et scio ꝙ mandatum eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquor,
sicut dixit mihi pater, sic loquor.

CAP. XIII.

Iesus humilitatem commendaturus discipulis pedes illorum lauat: proditorem Iudam certo signo denotat, charitatem mutuam commendat, & Petro lapsum abnegationis prædicit.

ANte festum autem paschæ, sciens Iesus ꝙ uenisset hora ipsius, ut transiret ex A
hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, usq; ad fi-
Matt. 26.b nem dilexit eos. Et cœna facta, †quum diabolus iam immisisset in cor Iudæ Si-
Marc. 14.a monis Iscariotæ, ut proderet eum, sciens Iesus omnia dedisse sibi patrē in manus,
Luc. 22.a seq; à Deo exisse, & ad Deum abire, surgit à cœna, & ponit uestimenta: cumq; ac
cepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pe
des discipulorum, & extergere linteo quo præcinctus erat. Venit ergo ad Si-
monem Petrum, & dicit ei ille: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, et
dixit ei: Quod ego facio, tu nunc nescis, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Ne-
quaquam laueris meos pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, [a] Vel, non es mei particeps.
[a]non habes partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes
meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, nihil opus habet [b]præ- B [b] Vel, nisi ut pedes lauet.

terquam pedes lauare, sed est mundus totus. Et uos mundi estis, sed non omnes.
Sciebat enim quis nam esset proditor ipsius. Propterea dixit: Non estis mundi
omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, receptisq; uestibus suis, accubuit,
iterum dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me Magistrum ac Domi-
num, & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros Dominus & ma
gister, uos quoq; debetis inuicem alij aliorum pedes lauare. Exemplũ enim præ
bui uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, uos quoq; faciatis. Amen amen di-
co uobis, non est †seruus maior domino suo, neq; legatus maior est eo qui lega- Luc.6.f Ioan.15.c
uit ipsum. *Si hæc nouistis, beati estis si feceritis ea. Non de omnibus uobis lo *mat.10
quor. Ego scio quos elegerim. Sed ut impleatur scriptura: Qui [c]edit †mecum pa †Psal.40
nem, sustulit aduersum me calcaneum suum, nunc dico uobis priusquam fiat, ut
C quum factũ fuerit, credatis quod ego sum. †Amen amen dico uobis, qui recipit Luc.10.c
quemcunq; misero, me recipit. Qui autem me recipit, recipit eum qui misit me.
Quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testificatus est, dixitq;: †Amen a- Matt.26.
men dico uobis, quod unus ex uobis proditurus est me. Aspiciebãt ergo se inuicem Marc.14 Luc.22.
discipuli, hæsitantes de quo diceret. Erat autem unus ex discipulis Iesu, recumbẽs
in sinu ipsius, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, ut sciscitare-
tur quis esset de quo loqueretur. Itaq; quum recubuisset ille super pectus Iesu, di-
cit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctam [d]offulam por
rexero. Et quum intinxisset offulam, dat Iudæ Simonis Iscariotę. Et post offulam
ingressus est in eum satanas. Dicit igitur ei Iesus: Quod facis, fac ocyus. Hoc
autem nemo discumbentium intelligebat ad quid dixisset ei. Quidam enim pu
tabant, quia loculos habebat Iudas, dixisse ei Iesum: Eme ea quæ opus sunt no-
bis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. Quum ergo accepisset ille offu-
D lam, exiuit continuo. Erat autem nox. Quum ergo exisset, dicit Iesus: Nunc [e]glo
rificatus est filius hominis, & Deus glorificatus est per eum. Si deus glorificatus
est per eum, & Deus glorificabit eum per se, & continuo glorificabit eum. Filio
li, adhuc paulisper uobiscum sum. †Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego Ioan.7.e
abeo, uos non potestis uenire: ita & uobis dico nunc. †Præceptũ nouum do uo- Ioan.15.b
bis, ut diligatis uos mutuo sicut dilexi uos, ut & uos diligatis uos mutuo. Per hoc
cognoscent omnes, discipulos meos esse uos, [f]si charitatem habueritis inter uos
mutuam. Dicit ei Simon Petrus: Domine quò abis? Respondit ei Iesus: Quò ego
abeo, non potes me nunc sequi, sequeris autem me postea. Dicit ei Petrus: Domi
ne, quare non possum te sequi nunc? Animã meam pro te ponam. Respondit ei
Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, †nequaquam canet gal- Matt.26
lus, donec ter me abnegaueris. Marc.14 Luc.22

CAP. XIIII.

Consolatur discipulos suos Iesus, diuinitatem suam & fructum mortis suæ exponens. Charitatem ab illis mutuam expostulat, spiritum promittit, eiusq; officium describit. Postremo pacem suam pollicetur, & contra persecutiones suo exemplo animat.

A ET dixit discipulis suis: Ne turbetur cor uestrum. Creditis in Deum, & in me
credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt: [a]Quod si secus esset, di-
xissem uobis: Vado paraturus uobis locũ. Etsi abiero ad parandum uobis locum,
redibo, & assumã uos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis: †& quò ego abeã Ioan.8.b
[b]nostis, & uiam nostis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò abeas, & quo
modo possumus uiam nosse? Dicit ei Iesus: Ego sum uia, & ueritas, †& uita. *Ne Ioan.1.a 11.c
mo uenit ad patrem, nisi per me. Si cognouissetis me, patrem quoq; meum utiq; *Ioan.6.e
cognouissetis. Et [c]iam hinc cognoscitis eum, & uidistis eum. Dicit ei Philip-
pus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tem-
pore uobiscum sum, & nõ cognouistis me? Philippe, qui uidit me, uidit patrem.
Et quomodo dicis tu: Ostende nobis patrem? †Non credis quod ego in patre sum, Ioan.10.c
&

[c] Vel, qui sumit mecum cibũ: panis pro quouis cibo per synecdochen ab Hebræis sumitur.

[d] ψωμίον. Alij panẽ exposuerunt. Sed buccellã aut offulã significat.

[e] Vel, gloria illustratus.

[f] Vel, si charitate prosequamini uos inuicem.

[a] Vel, si minus, dixissem uobis: uel, alioquin dixissem, &c.

[b] Vel, scitis.

[c] Vel, nunc, uel abhinc: uel, ex hoc tempore.

Digitized by Google

an.3.e b.8.c. .f.14.c & pater in me est?†Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor. Pater aũt B
q in me manet, ipse facit opera. Credite mihi, ꝙ ego in patre sum, & pater in me,
[b]alioqui propter ipsa facta credite mihi. Amen amen dico uobis, qui credit in
me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet, quia ego ad patrem
Matt.7.a Mar.11.e an.16.e.f meum abeo.†Et quicquid petieritis nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pa
ter per filiũ. Si quid petieritis [e]per nomen meũ, ego faciam. Si diligitis me, præ
cepta mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium [f]cõsolatorem dabit uobis, ut
maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest acci
pere, quia non uidet eum, nec nouit eum. Vos autẽ cognoscitis eum, quia apud
uos manet, & in uobis erit. Non relinquã uos [g]orphanos, ueniam ad uos. [h]Ad- C
huc pusillum, & mundus me iam non uidet, uos aũt uidetis me. Quia ego uiuo,
& uos uiuetis. Illo die uos cognoscetis me esse in patre meo, & uos in me, & me
in uobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea, is est ille qui diligit me. Qui au
tem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & aperiã ei meipsum.
Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine quid accidit ꝙ [i]palàm facturus es no-
bis teipsum, & non mũdo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermo-
nem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansio-
nem apud eum faciemus. Qui nõ diligit me, sermones meos non seruat: & ser-
mo quem auditis non est meus, sed eius qui misit me, patris. Hæc loquutus sum D
uobis, apud uos manens. [f]Paracletus autẽ ille, qui est spiritus sanctus, quem mit-
tet pater nomine meo, ille uos docebit omnia, & [l]suggeret uobis omnia quęcũq;
dixi uobis. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: non quomodo mun
dus dat, ego do uobis. Ne turbetur cor uestrũ, neq; formidet. Audistis me dixisse
uobis: Abeo, & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq; ꝙ dixerim: Vado
ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis, priusquam fiat, ut quum
factum fuerit, credatis. Posthac non multa loquar uobiscum, uenit enim prin-
ceps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus ꝙ
ioã.2.d diligam patrem, †& [m]sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite, ea-
mus hinc. CAP. XV.

Vitis & palmitum similitudine Christus ostendit quomodo discipuli in ipso manere, & fructum ferre poßint. Dilectionem sui commendat, & quæ nam eius signa sint, edocet. Postremo ad patientiã in afflictionibus perferendis proprio exemplo adhortatur.

Eccli 24. EGo sum †uitis illa uera, & pater meus agricola est. Omnẽ palmitem in me, A
non ferentem fructũ, tollit: & omnem qui fert fructum, purgat, ut fructum
Ioan.13.b. copiosiorẽ adferat. Iam †uos mundi estis propter sermonẽ quem loquutus sum
uobis. Manete in me, [a]& ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à
semetipso, nisi manserit in uite: sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis,
uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multum. Quia sine
me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, [b]eiectus est foras sicut pal-
mes, & exaruit: & colligunt eos, & in ignem coniiciunt, & ardent. Si mãseritis in
me, & [c]uerba mea in uobis mãserint: quicquid uolueritis, petetis, & obtinget uo
bis. In hoc glorificatus est pater meus, ut fructũ copiosum adferatis, & efficiami- B
ni mei discipuli. Sicut dilexit me pater, ego quoq; dilexi uos. Manete in [d]dilectio
Ioan.14.b ne mea. †Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut ego pa-
tris mei pręcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc loquutus sum uobis,
Ioan.13.d 1.Thes.4. b,c ut gaudiũ meum in uobis maneat, & gaudiũ uestrum impleatur. †Hoc est præce
ptum meum, ut diligatis uos inuicẽ, sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionẽ ne
mo habet, ut quis animã suam ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si fece-
ritis quæcunq; ego præcipio uobis. Nõ posthac uos dico seruos, quia seruus ne-
scit quid faciat dominus ipsius. Vos aũt dixi amicos, quia omnia quę audiui à pa

[b] Vel, aut certe propter, &c. Vel, sin minus, scilicet credere uultis, tamen propter, &c.
[e] Vel, nomine meo.
[f] Vel, aduocatum.
[g] Vel, orbos.
[h] Vel, Intra quam modicũ mundus me iam non uidet: uel, Parum adhuc super est cum, &c.
[i] Vel, manifestaturus.
[f] Vel, consolator: uel, aduocatus.
[l] ὑπομνήσει, *id est*, commonefaciet aut submonebit scilicet de iis quæ exciderunt.
[m] Et, uidetur redundare modo Hebraico: ut sit sensus: Ego in mundo hoc loqr uobiscum, & hæc facio, ut appareat ꝙ diligam patrem.
[a] Vel, ut ego. Sic enim sæpe ו, *id est* &, ponitur pro ut, iuxta Hebraismum.
[b] Vel, reiectus est sicut palmes.
[c] Id est, præcepta mea uobis cordi fuerint.
[d] Vel, amore meo: uel, in amore meo. Nam Græcis ambiguum est.

Digitized by Google

C tre meo, nota feci uobis. Non uos me elegistis, sed ego †elegi uos, & constitui uos, ut abeatis, & fructum adferatis, & fructus uester maneat: ut quicquid petieritis à patre nomine meo, det uobis. Hæc præcipio uobis, ut diligatis [e] inuicem. †Si mundus uos odit, scitis quod me prius quam uos odio habuerit. Si è mundo fuissetis, mundus quod suum est diligeret. Quia uero è mundo non estis, sed ego selegi uos è mundo, propterea odit uos mundus. Mementote sermonis quem ego dixi uobis: †Non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt, uos quoque persequentur: si sermonem meum seruauerunt, uestrum quoque seruabunt. Sed hæc D omnia facient uobis propter nomen meum, quia non nouerunt eum qui misit me. Si non uenissem, & loquutus fuissem eis, [f] peccatum non haberent. Nunc autem *non habent quod prætexant peccato suo. Qui me odit, etiam patrem meum odit. Si opera non fecissem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatū non haberent. Nunc autem & uiderunt & oderūt, tum me, tum etiam patrem meum. Sed [hoc accidit,] ut compleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: †Odio habuerūt me *[g] gratis. Quum autem uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritus ueritatis, qui à patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me. Quin & uos [h] testes estis, quia ab initio mecum estis.

Matt. 28.
1. Ioan. 4.
Matt. 10.
24. a
Ioan. 13. b
Psal. 24. §
* Lu. 24. §

[e] Vel, uos mutuo.

[f] Id est, culpam.
* Vel, prætextum non habent.

[g] Vel, immerito. חנם Ebræis gratis significat & immerito.

[h] μαρτυρεῖτε, id est, testimoniū perhibetis: uel, testimonium perhibete. Vtrunque enim potest significare.

CAP. XVI.

Crucem prædicit discipulis, & spiritum sanctum promittit, plenißime eius describēs officium. Mortem suam annunciat, & multis argumentis simul & promißionibus, ut patientes sint in cruce ferenda, adhortatur.

A HAec loquutus sum uobis, ut ne quid offendamini. [a] A synagoga excludent uos. Sed ueniet tempus, ut quisquis interficiat uos, uidatur cultum præstare Deo. Et hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem neque me. Sed hæc loquutus sum uobis, ut quum uenerit tempus illud, reminiscamini eorum quod ego dixerim uobis. Hæc autem ab initio non dixi uobis, quia uobiscum eram. Nunc autem abeo ad eum qui misit me, & [b] nemo ex uobis interrogat me: Quò abis? Sed quia hæc loquutus sum uobis, mœstitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego abeam. Si enim non abiero, consolator ille non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Et quum uenerit ille, arguet B mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidē, quia non credunt in me. De iustitia uero, quia ad patrem abeo, [c] & posthac nō uidetis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus est. Ad hæc multa habeo quæ uobis dicam, sed non potestis ferre nunc. Cum autem uenerit ille, qui est spiritus ueritatis, ducet uos in omnē ueritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audierit, loquetur, & [d] futura annūciabit uobis. Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. Omnia quæcunque habet pater, mea sunt. Propterea dixi quod de meo accipiet, & annunciabit uobis. Pusillum & non uidetis me: & iterum pusillum & uidebitis me. Quia ego abeo ad patrem. Dixerūt C ergo quidam ex discipulis eius inter se: Quid est hoc quod dicit nobis: Pusillum & non uideris me: & rursum, pusillū & uidebitis me: &, quia ego abeo ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit: Pusillum? Nescimus quid loquatur. Intellexit autem Iesus quod uellent ipsum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter uos quod dixi: Pusillum & non uidetis me, & iterum pusillum, & uidebitis me? Amen amen dico uobis, plorabitis & lamentabimini uos, mundus [e] autem gaudebit. Vos autem mœrore afficiemini, sed mœror uester uertetur in gaudium. Mulier cum parit, dolorem habet, quia uenit hora eius: cum autem peperit puellum, non amplius meminit anxietatis, propter gaudium, quod homo natus sit in mundum. Et uos igitur nūc quidem [f] in mœrore estis, sed iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollit à uobis. Et illo die me non interrogabitis quicquam. †Amen amen dico uobis, quæcunque petieritis à patre

†Matt. 7. a
21. c
Marc. 11. c
Luc. 11. b
Iacob. 1. a
Ioan. 14. b

[a] Vel, alienos à synagogis faciēt uos, id est, excommunicabunt.

[b] Id est, nemo uestrū uere expendit quò & cur abeam. Hoc enim si faceretis, nō dolore tanto afficeremini.

[c] Vel, ut posthac nō uideatis me.

[d] Vel, quæ futura sunt.

[e] Vel, contra.

[f] Vel, mœrorem habetis.

Digitized by Google

patre nomine meo, dabit uobis. Hactenus non petistis quicquam nomine meo. D
Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit perfectum. Hæc per [g]prouerbia lo
quutus sum uobis. Veniet tempus, quum iam non per prouerbia loquar uobis,
sed [h]palàm de patre meo annũciabo uobis. Illo die nomine meo petetis. Et non
dico uobis ꝙ ego rogaturus sim patrẽ pro uobis. Ipse enim pater amat uos, quia
an.20.b uos me amastis, & credidistis me à Deo exiuisse. †Exiui à patre, & ueni in mun-
dum: iterum relinquo mundum, & abeo ad patrem. Dicunt ei discipuli eius:
Ecce nunc aperte loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus te scire o-
mnia, nec opus esse tibi ut quis te [i]interroget. Per hoc credimus ꝙ à Deo existi. Re
Iatt. 26.c spondit eis Iesus: Nunc creditis. Ecce †instat tempus, & iam uenit, ut dispergami
Iarc. 14.d ni unusquisq; in sua, meq; solũ relinquatis: [f]& non sum solus, quia pater mecum
est. Hæc loquutus sum uobis, ut in me [l]pacem habeatis. In mũdo adflictionem
habetis, sed bono animo sitis: ego uici mundum.

CAP. XVII.

Christus cum iam tempus impletum uideret, ceu uerus homo & moriturus deo patri se commendat. Deinde pro discipulis sibi commissis & toto credẽtium grege patrem orat, ut intercedente morte sua, redeat cum humano genere in gratiam.

Iatt. 28.d HAec loquutus est Iesus, & sublatis in cœlum oculis suis, dixit: †Pater, uenit A
hora, glorifica filiũ tuum, ut & filius tuus glorificet te: sicut dedisti ei pote-
statem omnis [a]carnis, ut quotquot dedisti ei, det eis uitam æternã. Hæc est aũt uita
æterna, ut cognoscant te solũ uerum Deum, & quem misisti Iesum Christũ. Ego
te glorificaui super terrã, opus cõsummaui, quod dedisti mihi ut facerem. Et nũc
glorifica me tu pater apud temetipsum, gloria quam habui prius q̃ hic mundus
esset, apud te. [b]Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mun
do. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cogno
ian.4.c uerunt, omnia quæcunq; dedisti mihi [c]abs te esse. Quia uerba quæ dedisti mihi, B
tradidi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt uere me exiuisse à te, & crediderũt
ꝙ tu me miseris. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos de
disti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Et glorificatus
sum in eis. Et iam non sum in mundo, at hi in mundo sunt, ego autem ad te ue-
nio. Pater sancte, serua eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, ut sint unũ sicut
& nos. Quum essem cum eis in mundo, ego seruabã eos nomine tuo. Quos de-
Psal. 108.a disti mihi, custodiui, & nemo ex eis perijt nisi [d]filius perditus, †ut scriptura cõple
retur. Nunc autẽ ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut [e]habeant gaudium C
meum impletum in semetipsis. Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus eos
odio habuit, quia non sunt è mundo, sicut ego non sum è mundo. Non rogo ut
tollas eos è mundo, sed ut serues eos à malo. E mundo non sunt, sicut ego non
sum è mũdo. Sanctifica eos per ueritatem tuam. Sermo tuus ueritas est. Sicut me
misisti in mundum, [ita] & ego misi eos in mundum, & pro eis ego sanctifico
meipsum, ut sint & ipsi sanctificati per ueritatem. Non pro eis autem rogo tan
tum, sed & pro ijs qui credituri sunt per sermonẽ eorum in me, ut omnes unum
sint sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, ut credat mun-
dus ꝙ tu me miseris. Et ego gloriam quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum si- D
cut nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum: & ut
[f]cognoscat mũdus ꝙ tu me misisti, & dilexisti eos sicut me dilexisti. Pater, quos
dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut uideant gloriam meam
quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante conditũ mundum. Pater iuste, [g]& mun
dus te non cognouit, ego autem te cognoui: & hi cognouerunt ꝙ tu me miseris.
Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut [h]dilectio qua dilexisti me,
in ipsis sit, & ego in ipsis.

CAP. XVIII.

[g] Vel potiùs, per obscura, & allegorias. Quicquid enim obscure dictum & allegoricũ est, משל Hebræis dicitur, q̃d interpretãtur παροιμίαν, id est, prouerbium.
[h] Vel, clare: uel, aperte.
[i] Hebraismus est, p excutiat, scilicet eis, examinet, quasi ignorãtem aut ignorantiæ suspectũ. Id enim fit interrogando. [f] Et pro at.
[l] Id est, securi sitis, & animo trãquillo.
[a] Vel, mortalitatis, id est, hominum.
[b] Vel, palam feci.
[c] Vel, abs te profecti.
[d] Filius perditionis. Hebraismus est pro homine perdito, uel pernitioso.
[e] Vel, utantur gaudio meo pleno.
[f] Vel, intelligat.
[g] Et abundat, more Ebraico. Quanquã malim uocatiuũ iungere præcedẽtibus.
[h] Vel, amor, q̃ prosecutus es me.

Digitized by Google

Christus in hortum egressus à Iuda proditur: milites uirtute Christi in terrā prosternuntur, Petrus auriculam Malchi amputat. Christus ad Annam, hinc ad Caiapham ducitur, huncq; Petrus abnegat. Tandem Pilato traditus, ad crucem postulatur.

A HAec quum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Nouerat aūt & Iudas [a]proditor eius locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo quū accepisset cohortem, & à pontificibus ac pharisæis ministros, uenit illuc cum laternis ac facibus, & armis. Iesus itaq; sciens omnia quæ [b]uentura erant super se, processit ac dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas proditor B eius cum ipsis. Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerūt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus: Dixi uobis, me esse illum. Si ergo me quæritis, finite hos abire: [c]ut compleretur sermo quem dixerat: †Ex ijs quos dedisti mihi, nō perdidi quenquam. Simon ergo Petrus quum haberet gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro: Immitte gladiū tuum in uaginam. C An non bibam poculum quod dedit mihi pater? Cohors igitur & tribunus, ac ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & abduxerunt eum ad †Annā primum, erat enim socer *Caiaphę, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiaphas is, qui consilium dederat Iudæis, quod expediret unum hominem [b]perire pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille notus erat pontifici, & introiuit cū Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. †Exiuit ergo discipulus ille alter, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro D ancilla ostiaria: Num & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Nō sum. Stabant aūt serui & ministri qui prunas congesserant, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus, stans & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina ipsius. Respōdit ei Iesus: Ego palàm loquutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniūt, & in occulto nihil loquutus sum. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid loquutus sim ipsis. Ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hęc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum [c]inflixit alapam Iesu, dicens: Siccine respondes pontifici? Respondit ei Iesus: Si male loquutus sum, testi E ficare de malo: sin bene, cur me cædis? Et misit eum Annas uinctū ad Caiapham pontificem. Stabat aūt Simon Petrus, & calefaciebat se. Dixerunt ergo ei: Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non sum. Dicit unus ex seruis pōtificis, cognatus [eius] cuius absciderat Petrus auriculā: Nonne ego te uidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus. Et statim gallus cecinit. Ducūt ergo Iesum à Caiapha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut ederent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationē affertis aduersus hominē hunc? Responderunt F & dixerunt ei: Si non esset hic nocens, haudquaq̄ tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. Vt sermo Iesu impleretur, †quem dixit, significans qua morte esset moriturus. *Introiuit ergo iterum in prætoriū Pilatus, & uocauit Iesum, & dixit ei: Es tu ille rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. G Quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est ex hoc mundo. Si ex hoc mundo

Marginal notes (left):
a Græci gaudēt uti participijs pro nominibus, ut prodēs pro proditore.
b Vel, sibi impendentes.
c Eclipsis est, scilicet hoc dixit, uel factū est.
b Vel, mori.
c Vel, dedit.

Marginal references (right):
Matt. 26 / Marc. 14 / 2 Reg. 15 / Luc. 22.
Ioan. 17.b
Luc. 3.a / *Sup. 11.f
Matt. 26 g / Marc. 14.g / Luc. 22.f
Matt. 26.f / Marc. 14.f / Luc. 22.f
Matt. 20.c / *Matt. 27.a / Marc. 15.a / Luc. 22.g / Act. 11.a.b / 10.c

mundo esset regnum meum, ministri mei utique [f] decertassent ne traderer Iudaeis.
a.6.b †Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu?
Respõdit Iesus: [g] Tu dicis, [h] quod rex sum ego. Ego ad hoc natus sum, & ad hoc
ueni in mundum, ut testimoniũ feram ueritati. Omnis, qui est [i] ex ueritate, audit
uocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et quũ hoc dixisset, iterũ pro-
tt.27.c diit ad Iudaeos, & dicit eis: † Ego nullam in eo inuenio [k] culpam. Est autẽ con-
rc.15.b suetudo uobis, ut unum dimittam uobis in pascha. Vultis ne ergo dimittam uo-
c.23.b bis illum regem Iudaeorum? Clamauerunt igitur rursum omnes, dicentes: Non
hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

CAPVT XIX.

Pilatus Iesum flagellatum & spinis coronatum liberare uolens Iudaeorum improbitate uincitur. Crucifixi uestes diuidunt. Iesus matrem discipulo commendat, & aceto gustato moritur: mortui latus lancea confoditur. Hunc tamen Nicodemus & Iosephus sepeliunt splendide.

att.27.c TVnc † ergo adpraehendit Pilatus Iesum, & flagellauit: & milites cum ple- A
rc.15.b xissent coronam de spinis, imposuerunt capiti eius. Et ueste purpurea [a] ue-
c.23.b stierunt eum, ac dicebant: Aue rex Iudaeorum. Et incutiebãt ei alapas. Exiuit er-
go iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce, duco uobis eum foras, ut cognoscatis,
me nullam in eo inuenire [b] culpam. Exiuit ergo Iesus foras, gestans spineam co-
ronam, & uestem purpuream, & dicit eis: Ecce homo. Cum ergo uidissent eum
pontifices & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus: B
Accipite eum uos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo [c] culpam. Respon
att.24.a derunt ei Iudaei: † Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mo-
oan.5.b ri: * quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis
timuit. Et ingressus est praetorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus au
tem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis,
me potestatem habere crucifigendi te, & potestatem habere absoluendi te? Re-
spondit Iesus: Non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset ẽ
supernis. Propterea qui me tradidit tibi, [d] maius peccatum habet. Ex eo quaere-
bat Pilatus absoluere eum. Iudaei autem clamabant, dicentes: Si hunc absolue- C
ris, non es amicus Caesaris. Quicunque se regem facit, contradicit Caesari. Pila-
tus autem quum hunc audisset sermonem, produxit Iesum foras, seditque pro tri-
bunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem, Gabbatha. Erat autem
parasceue paschae, hora uero fermè sexta, & dicit Iudaeis: Ecce, rex uester. Illi autẽ
clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem uestrum cruci-
figam? Responderunt pontifices: Non habemus regem praeter Caesarem. Tunc
ergo tradidit eum illis, ut crucifigeretur. Acceperunt autem Iesum, & abduxe-
runt. Et [is] baiulans crucem suam, exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum,
Hebraice autem Golgotha, ubi crucifixerunt eum: & cum eo alios duos hinc &
att.27.d hinc, medium autem Iesum. Scripsit autem & titulum Pilatus, & imposuit cruci. D
arc.15.d Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus, rex Iudaeorum. Hunc ergo titulum multi
uc.23.a Iudaeorum legerunt: quia propẽ ciuitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et
erat scriptum Hebraice, Graece, Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudaeo-
rum: Ne scribe, Rex Iudaeorum, sed illum dixisse: Rex sum Iudaeorum. Respon
att.27.d dit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. † Milites ergo quum crucifixissent Iesum, acce-
uc.23.c perunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tu-
arc.15.d nicam. Erat autem tunica inconsutilis, [e] à summo contexta per totum. Dixerunt E
ergo inter se: Ne scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit, ut scriptura imple
al.21.c retur, dicens: † Partiti sunt uestimenta mea sibi, & super uestitu meo miserunt sor-
tem. Et milites quidem haec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater
eius, & soror matris eius, Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Quum uidisset

[f] ἠγωνίζοντο ἄν. Sic solent Graeci in potentiali modo cum ἄν particula uti imperfecto pro plusquamperfecto.
[g] Tu dicis, id est, recte dicis.
[h] Vel, quia.
[i] Vel, qui stat à ueritate, id est, fouet partes eius.
[k] Vel, crimen, hoc enim amplius significat αἰτία Graece, quàm causa Latine.
[a] Vel, circũdederũt.
[b] Vel, causam.
[c] Vel, causam.
[d] Vel, maiori peccato tenetur.
[e] Vel, à summa parte continuo textu, uel continua textura per totum contexta.

Digitized by Google

ergo Iesus matrem, ac discipulũ adstantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce, mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens Iesus omnia iam cõsummata esse, ut consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas igitur erat positum aceto plenum. Illi uero
F impleuerunt spongiam aceto, & hysopo impositam admouerũt ori eius. Quum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est, & inclinato capite, tradidit spiritum: Iudæi ergo, quoniam parasceue erat, ut nõ remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus ille dies sabbati) rogauerunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, ac tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius, qui cum eo crucifixus erat. Ad Iesum autem quum uenissent, ut uiderũt eum iam mortuũ, non fregerunt eius crura: sed unus militum lancea latus eius fodit, & cõtinuo effluxit sanguis & aqua. Et qui uidit, testimonium perhibuit: & uerũ est testimoniũ eius. Et ille scit, quod uera dicat, ut & uos Zach.13.
G credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur: † Os non cõminuetis ex eo. Et rursus alia scriptura dicit: * Videbunt in quem pupugerunt. † Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathiensis, qui erat discipulus Iesu, sed occultus, propter metũ Iudæorum, ut tolleret corpus Iesu: idq; permisit Pilatus. Venit autem & * Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes, ad libras fermè centũ. Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in eo loco, ubi crucifixus fuit, hortus, & in horto monumentũ nouum, in quo nondum quisquam positus erat, ibi ergo propter parasceuen Iudæorũ, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Iesum. †Exo.12. Num.9. *Zac.12. †Mat.27. Marc.15. Luc.23. *Ioan.3.

CAPVT XX.

Christum resurrexisse Maria nunciat discipulis, è quibus duo hoc uisuri excurrunt. Iesus Mariæ iuxta sepulchrum & discipulis domi cõgregatis apparet. Thomas uero incredulus ante cum Christum & uidisset & contrectasset, etiam ipse credidit.

a Vel, primo

A V[a]No † uero die sabbatorũ Maria Magdalene uenit manè, quũ adhuc tenebræ essent, ad monumentũ, uidetq; lapidem sublatum à monumento. Currit ergo, & uenit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum discipulũ, quem amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerũt Dominum è monumento: & nescimus, ubi posuerint eum. Exijt ergo Petrus, & ille alter discipulus: & uenerũt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alter discipulus præcucurrit citius Petro, Marc.16.a Luc.24.a
B uenitq; prior ad monumentũ. Et quum se inclinasset, uidit posita linteamina: nõ tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus, sequens eũ, & introiuit in monumentum: & uidet linteamina posita, & sudariũ, quod fuerat super caput eius, nõ cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in unum locũ. Tunc ergo introiuit & ille alter discipulus, qui uenerat prior ad monumentũ, uiditq; & credidit. Nondum enim nouerant scripturã, oportere eum à mortuis resurgere. Abie-
C rũnt ergo rursus discipuli ad semetipsos. † Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se in monumentũ, & uidet duos angelos [b] in albis sedentes, unũ ad caput, & alterũ ad pedes, [illic] ubi posuerant corpus Iesu, & dicunt ad eam illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Sustulerũt dominum meum, nec scio, ubi posuerint eum. Hæc quum dixisset, conuersa est retrorsum, & uidet Iesum stantẽ: nec sciebat Iesum esse. Dicit ei Iesus: Mulier, quid plo- Matt.28.a Marc.16.a

b Vel, [amictos] albis.

D ras? Quem quæris? Illa existimans hortulanũ esse, dicit ei: Domine, si tu asportasti eum, dicito mihi ubi posueris, eũ, & ego eum tollã: Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rhabbuni, q̃d dicitur, Magister. Dicit ei Iesus: Ne me tangas: Nondum enim ascendi ad patrẽ meũ. Sed abi ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: & Deum meum, & deum uestrum. Venit Maria Magdalene, annuncians discipulis, quod uidisset Dominum, & ea di-

xisset

Digitized by Google

xisset sibi. Quum ergo uespera esset die illo, qui erat unus sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, uenit Iesus, stetitq; in medio, & dicit eis: Pax uobis. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus, ac latus suum. †Gauisi sunt ergo discipuli uiso Domino. Dixit ergo eis Iesus iterum: Pax uobis. *Sicut misit me pater, ita & ego mitto uos. Et quum hoc dixisset, [c]insflauit, & dicit eis: Accipite spiritum sanctum. Quorumcunq; remiseritis peccata, remittuntur eis: quorumcunq; retinueritis, retenta sunt. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius uestigiũ clauorum, & misero digitum meũ in uestigium clauorum, & misero manum meam in latus eius, nequaquam credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas, et admoue manũ tuam, et immitte in latus meum: & ne sis incredulus, sed credens. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. Dicit ei Iesus: Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati qui non uiderunt, & crediderunt. †Multa igitur quidem et alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis Iesum esse Christum, illum filium Dei: & ut credentes, uitam habeatis per nomen ipsius.

Margin references: ...rc.16.e ...:24.f ...or.15.a ...tt.28.c ...:.21.g

Margin: B, G

Margin note: [c] Vel, flauit in eos.

CAP. XXI.

Iesus Petro & reliquis discipulis piscantibus apparet, qui miraculo captorum piscium eum agnoscunt. Cum prandissent Petro ouium curam committit, se sequi iubet & mortis genus prænunciat.

Postea [a]manifestauit se iterũ Iesus ad [b]mare Tyberiadis: manifestauit autẽ sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, alijq; ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscatum. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Exierunt, & conscenderunt nauim statim: & illa nocte nihil ceperunt. [c]Tempore uero iam matutino, stetit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli Iesum esse. Dicit eis Iesus: Pueri, num quid obsonij habetis? Responderunt ei: Non. At ille dixit eis: Mittite in dexteras partes nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non ualebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon ergo Petrus quum audisset Dominum esse, tunica accinxit se, (erat enim nudus) et misit se in mare. Alij autem discipuli nauigiolo uenerunt: non enim longe aberant à terra, sed circiter cubitis ducentis, trahentes rete [d]piscium. Vt ergo descenderunt in terram, uident prunas positas: & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus: Adferte de piscibus, quos prendistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et quum tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo discipulorum audebat interrogare eum, Quis es tu? [e]ut qui scirent Dominum esse. Venit itaq; Iesus, & accipit panem, & dat eis: similiter & piscem. Hoc iam [f]tertium manifestatus est Iesus discipulis suis, exsuscitatus à mortuis. Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simõ [g]Ionæ, diligis me [h]plus quàm hi? Dicit ei: Etiam domine, tu scis, quod amẽ te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei rursus secundò: Simon Ionæ, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis, quod amem te. Dicit ei: Pasce oues meas. Dicit ei tertiò: Simon Ionæ, amas me? Indoluit Petrus, quod dixisset sibi tertiò: Amas me? Dixitq; ei: Domine, †tu omnia nosti, tu scis quod amẽ te. Dicit ei Iesus: Pasce oues meas. Amen amẽ dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ambulabas quò uolebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & [i]ducet quò non

Margin: A, B, C, D; Pet.1.c

Margin notes:
[a] Vel, conspiciendũ aut manifestũ se exhibuit.
[b] Vel, lacum.
[c] Vel, mane autem iam facto.
[d] Vel, pisculẽtũ: uel, piscatorium.
[e] Vel, cũ scirent q̃d dominus esset.
[f] Vel, tertia uice.
[g] Alij Ioannis legũt, cũ in nonnullis Græcorũ codicibus iona, in nonnullis iwana legatur.
[h] Vel, plus his: uerũ illud ambiguum est.
[i] Vel potius, feret, id est, rapiet, ...

nis. Hoc autē dixit, significans qua morte glorificaturus esset Deum. Et quum
hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus autem Petrus uidet illum discipu-
lum, † quem diligebat Iesus, sequentē, qui & recubuit in cœna super pectus eius, Ioan.21
& dixit: Domine, quis est ille tui proditor? Hunc quum uidisset Petrus, dicit Iesu:
Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Si eum uelim manere donec ueniam,
k Vel, quid ad te? [k] quid tua? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille
non moreretur. Et non dixerat ei Iesus: Non moritur: Sed si uelim eum manere
l Vel, quid ad te? donec ueniam, [l] quid tua? Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his,
& scripsit hæc. Et scimus, quod uerum est testimonium eius. † Sunt autem & alia Ioan.20
m Vel, per singula. multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur [m] singulatim, nec ipse, opinor, mundus ca
peret eos, qui scriberentur libros.

Acta Apostolorum.

CAPVT I.

Christus cum apostolos Hierosolymis sancti spiritus promißionem expectare iußisset in cœlum sublatus est. Apostoli angelis monentibus reuersi precibus incumbunt. Deinde Petri instinctu Mathiam loco Iudæ proditoris in duodecim apostolorum numerum suscipiunt.

A

a Vel, primū sermonem feci, uel institui.
b Vel, postquam impertitus in hoc ipsū spiritū sanctum mandata dedisset, &c.
c Vel, post passionē. Frequenter enim apud Græcos infinitiuus pro nomine ponitur.
d Vel, indicijs: uel, signis.
e Infinitiui Græcis in multo usu sunt pro imperatiuis. Sic Luc. 9. μηδὲ ἀνὰ δύο χιτῶνας ἔχειν, pro ἔχετε. Vnde sic uerti poterat, Non discedite Hierosolymis, sed expectate promissum patris, de quo audistis ex me.
f Vel, uirtutem.
g Vel, in uos.
h Vel, sublimis ablatus est.
i Vel, in superiorem partem domus. Hāc enim significat τὸ ὑπερῷον, nō locum in quo cœnatur.



VPERIORE quidem uolumine diximus ô Theophile,
de omnibus quæ cœpit Iesus tum facere, tum docere, ad eum
usque diem, quo [b] (postquam † mandata dedit per spiritum Ioan.20.c
sanctum, * quos elegerat apostolis) sursum adsumptus est, *Ioan.15.
† quibus etiam seipsum exhibuerat uiuentem [c] (posteaquam Ioan.20.
supplicio fuit adfectus) compluribus [d] argumētis, dum per
dies quadraginta conspicitur ab illis, ac loquitur eis de regno
Dei. Et congregans [eos] in idem loci, præcepit eis, [e] Ne discederent Hieroso-
lymis, sed ut expectarēt promissum patris, † de quo [inquit] audistis ex me: quo- Luc.24
niam Ioannes quidem aqua baptizauit, * uos autē baptizabimini spiritu sancto, Ioan.14
post dies hosce non multos. Illi igitur quum conuenissent, percontabantur il- *Mat.3
B lum, dicentes: Domine, num tempore hoc restituis regnum Israeli? Dixit aūt il- Marc.1 Luc.3
lis: Non est uestrū nosse tempora & articulos temporum, quos pater in sua ipsius Ioan.1
constituit potestate: sed accipietis [f] potentiam, posteaquam spiritus sanctus adue-
nerit [g] super uos. Et eritis mihi testes, nō solum Hierosolymis, uerumetiā in uni-
uersa Iudæa Samariaq́ue: deniq́ue usque ad extrema terræ. Atque hæc loquutus,
uidentibus ijsdem, in altum sublatus est: & nubes subduxit illū ab oculis eorum. Luc.24
Cumq́ue essent defixis in cœlum oculis, eunte illo, ecce, uiri duo adstiterunt illis in
uestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis intuentes in cœlū? Hic
Iesus, qui [h] adsumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet, quemadmodum uidistis
eum euntem in cœlum. Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte, qui uoca-
C tur Oliueti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati. Et quū introissent, ascende-
runt in [i] cœnaculū, ubi mansitabāt & Petrus & Iacobus, & Ioannes & Andreas,
Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon
Zelotes, & Iudas Iacobi [frater:] hi omnes perseuerabant unanimiter in preca-
tione & obsecratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, cūq́ue fratribus illius:
Et in

Digitized by Google

Et in diebus his cum exurrexisset Petrus in medio discipulorum, dixit: (Erat'q turba [f] nominum simul ferè centũ uiginti) Viri fratres, oportuit impleri scriptu-
l.40.c ram hanc, quã prędixit spiritus sanctus per os Dauid † de Iuda, qui fuit dux his,
1.18.a qui comprǽhenderũt Iesum: * quia [l] cooptatus erat in numerũ nostrum, & sor-
ut.20.a
at.27.a titus erat sortem ministerij huius. Et † is quidem parauit agrum ex mercede ini-
quitatis, [m] suspensus'q, crepuit medius: & effusa sunt omnia uiscera eius. Et inno
tuit omnibus habitãtibus Hierosolymis, ita, ut uocatus sit ager ille uernacula lin-
gua eorum, Aceldama, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim in libro Psal- D
l.68.c morum: † Fiat cõmoratio eius deserta, & non sit qui habitet in ea. * Et [n] episco-
al.108. patum eius accipiat alius. Oportet igitur, ut eum conuersati sint nobiscũ uiri to-
to tempore, quo [o] uitæ consuetudinem egit nobiscum Dominus Iesus, exorsus à baptismate Ioannis usque ad eum diem, quo [p] receptus est à nobis, testem resurre ctionis eius constitui nobiscum, unum ex his. Et statuerunt duos, Ioseph, qui uocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiam. Et facta precatione, dixerunt: Tu Domine, qui nosti corda omnium, ostende utrum ex his duobus elegeris, ut accipiat sortẽ ministerij huius & [q] apostolatus, unde præuaricatus excidit Iudas, ut abiret in locum suum. Et miserunt sortes eorũ, & cecidit sors super Mathiam: & cooptatus est in numerum undecim apostolorum.

[f] Pro hominum posuit. Quia in numerando homines nominatim censentur.
[l] Vel, admuneratus,
[m] πρηνὴς γενόμενος, id est, pronus factus. Expressit gestũ suspẽsi. August. alibi legit, deiectus in faciẽ.
[n] Id est, inspectionẽ, id est, munus inspectionis.
[o] Intrare et exire, Hebraismus est, pro assiduum esse in aliquo loco, et in eo uersari.
[p] Vel, sublimis ablatus est.
[q] Id est, legationis.

CAPVT II.

Apostoli spiritu sancto repleti diuersis linguis loquuntur. Ebrietatis notam Petrus tollit, & hoc spiritus uirtutem Christum'q; Meßiam esse prophetarum oraculis docet. auditoribus consternatis pœnitentiam suadet. Et magna quotidie fideliũ multitudo Christo accedit.

ET quum compleretur dies pentecostes, erant omnes unanimiter in eodem lo A
co: [a] & factus est repente de cœlo sonitus, tanquam impetu uenientis flatus [b] uehementis, & repleuit totam domũ, ubi erant sedentes. Et uisæ sunt illis [c] dissectæ linguæ, [d] uelut igneæ. Sedit'q super singulos eorum, ac repleti sunt omnes spiritu sancto, cœperũt'q loqui alijs linguis, prout spiritus ille dabat eloqui illis. Erant autem Hierosolymis habitantes Iudæi, uiri religiosi ex omni natione earũ, quæ [e] sub cœlo sunt. Is rumor quũ increbuisset, conuenit multitudo, & [f] confusa est, quod audiret unusquisq lingua sua illos loquentes. Stupebãt autem omnes,
ac mirabantur, dicentes inter sese: Nónne, ecce, omnes isti, qui loquuntur, Gali- B
læi sunt? Et quomodo nos audimus eos sua quisq lingua nostra, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Elamitæ, & habitatores Mesopotamiæ, Iudææ'q & Cappadociæ, Ponti & Asiæ, Phrygiæ'q & Pamphyliæ, Aegypti & partiũ Libyæ eius, quæ est finitima Cyrenæ, & aduenæ Romani, Iudæi'q & [g] proselyti, Cretes & Arabes, audimus eos loquẽtes nostris linguis magnifica Dei. Stupebant aũt omnes, ac hæsitabant, alius alij dicentes: [h] Quidnam uult hoc esse? Alij autẽ irridentes, dicebant: Musto expleti sunt isti. Stans autem Petrus cum undecim, extulit uoce suam, ac loquutus est eis: Viri Iudæi, et qui habitatis Hierosolymis uniuersi,
hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea: Non enim, sicut uos existi- C
matis, hi ebrij sunt, [i] (est enim hora diei tertia:) sed hoc est, quod dictũ est per pro
l.2.f phetam Ioel: † Et eueniet in nouissimis diebus, dicit Deus, [ut] effundã de spiritu meo super omnem carnem. Et [k] prophetabũt filij uestri, & filiæ uestræ, & iuuenes uestri uisiones uidebunt, & seniores uestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis, effundã de spiritu meo, & prophetabũt: & dabo prodigia in cœlo supernè, & signa in terra infernè, sanguinem & ignem, & [l] uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem,
m.10.c antequam ueniet dies ille Domini magnus atq illustris. Et futurum est, ut † omnis, quicunq inuocauerit nomen domini, seruetur. Viri Israelitæ, audite uerba
hæc: Iesum Nazarenum, uirum [m] exhibitũ à Deo erga uos uirtutibus, & prodi- D

[a] August. propius expressit Græcam phrasim, factus est subito de cœlo sonus quasi ferretur flatus uehemens.
[b] Vel, potius, uiolenti.
[c] Vel, diuisæ aut dispertitæ.
[d] Vel, instar ignis.
[e] Vel, cœlo subiecta.
[f] Ad perturbationẽ animi & admirationem refertur, non pudorem, ut aliàs.
[g] Vel, peregrini, qui natione erant ex gentibus & Iudæi religione.
[h] Vel, quid nã hoc sibi uult?
[i] Vel, cum sit hora, &c.
[k] Id est, fungẽtur munere prophetico.
[l] Vaporem fumi, Hebraismus est, pro uaporem fumidum.
[m] Vel, demonstratũ: alij legisse uidentur ἀποδεδειγμένον, id est, approbatum.

Aug. lib. 4 cap. 20 de trinitate [illegible]

Digitized by Google

n Vel, præscientia.
o Vel, affixum scilicet cruci.

gijs, & signis, quę ædidit per illū Deus in medio uestri, sicut & ipsi scitis, hunc definito cōsilio & [n] prænotione Dei traditū, quum accepissetis per manus iniquorum, [o] crucifixū, interemistis. Quē Deus suscitauit solutis doloribus mortis: quatenus impossibile erat, teneri illū ab ea. Dauid enim dicit de eo: † Prouidebā Dominum coram me semper: quoniā à dextris est mihi, ne cōmouear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniā non derelinques animā meam [p] apud inferos: nec fines ut Sanctus tuus uideat corruptionem. Notas mihi fecisti uias uitæ, replebis me iucunditate cum facie tua. Viri fratres, quandoquidē licet libere dicere apud uos de patriarcha Dauid, quod & defunctus est, & sepultus est, & sepulchrū eius est apud nos, usq; in hodiernum diem. Propheta igitur quum esset, & sciret † iureiurando iurasse sibi Deum, futurum ut de fructu lumbi ipsius, quantū ad carnem, Christus exoriretur, ac sederet super sedē eius, præscius loquutus est de resurrectione Christi, quod non derelicta sit anima eius apud inferos, neq; caro eius uiderit corruptionē. Hunc Iesum suscitauit Deus, cuius omnes nos sumus testes. Dexterà igitur Dei exaltatus, & promissione spiritus sancti accepta à patre, effudit hoc, quod nunc uos uidetis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cœlos, sed dicit ipse: † Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris [q] mihi, donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorū. Certo sciat ergo tota domus Israel, quod Dominū & Christum fecerit Deus, hunc Iesum, quē uos crucifixistis. His uero auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt Petro, ac reliquis apostolis: Quid faciemus uiri fratres? Petrus dixit illis: [r] Delictorum pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrum nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum: & accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim [facta est] promissio, & filijs uestris: & omnibus qui longe sunt, quoscunq; aduocauerit Dominus Deus noster. Alijsq; uerbis plurimis testificabatur, & exhortabatur [eos,] dicēs: Seruemini à [s] natione ista praua. Qui ergo libenter acceperunt sermonem eius, baptizati sunt: & accesserūt in die illo [t] animæ, circiter ter mille. Continuo autem perseuerabant in doctrina apostolorū, & cōmunicatione, & fractione panis, & precationibus. Obortus est autem omni [u] animæ timor: multaq; prodigia & signa per apostolos ædebantur. Omnes autem, qui credebant, erant coniuncti, & habebant omnia communia. Possessionesq; & [x] substantias uendebant, ac diuidebāt illa omnibus, prout cuiq; opus erat. Et quotidie perdurantes unanimiter in templo, & frangentes per singulas domos panem, simul sumebant cibum, cum [y] exultatione & simplicitate cordis, laudantes Deum, & [z] gratiosi apud totum populum. Dominus autē addebat, qui salui fierent quotidie congregationi.

Psal. 15. b
B
3. Reg. 2. b
Psal. 131. c
Psal. 109. a
q Vel, meis.
F
r Vel, resipiscite.
s Vel, genere isto.
t Id est, homines.
G
u Id est, homini.
x Vel, facultates.
y Vel, gratulatione.
z Vel, habentes gratiam.

CAPVT III.

Petrus cum Ioanne in templum ascendens eum sanat, qui ab utero matris claudus fuerat. Populo autem ad miraculum concurrenti salutis mysterium per Christum exponit, ingratitudinem illorum accusans & pœnitentiam ab illis postulans.

A SImul autem Petrus & Ioannes ascendebant in templū, ad horam precationis nonam. Et quidam uir, qui erat claudus ex utero matris suæ, baiulabatur, quē ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret [a] eleemosynam ab introeuntibus in templum. Is quum uidisset Petrū & Ioannem ingressuros in templū, rogabat, ut [b] eleemosynam acciperet. Defixis autem in eum oculis, Petrus cum Ioanne dixit: Aspice nos. At ille intendebat oculos in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit: Argentū & aurum non est mihi, quod autē habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et [c] adpręhensa manu eius dextera, erexit eum. Protinus autem consolidatæ sunt plantæ illius ac tali. Et exiliens stetit, & ambulabat, intrauitq; cum illis in B templum, inambulans & saliens, ac laudans Deum. Et uidit eum totus populus

a Vel, stipem.
b Vel, stipem.
c κρατήσας, al. πιάσας.

Digitized by Google

lus ambulantem, ac laudantem Deum. Agnoueruntq́ illum, quod ipſe eſſet is,
qui ad [b] eleemoſynã ſederat ad ſpecioſam portam templi. Et impleti ſunt admira
tione & ſtupore ſuper eo, quod contigerat illi. Quum teneret autem qui ſanatus
fuerat claudus, Petrum et Ioannem, cõcurrit totus populus ad eos in porticu, quæ
adpellatur Solomonis, ſtupefactus. Quo uiſo, Petrus reſpondit ad populum:
Viri Iſraelitæ, quid miramini ſuper hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtrapte
[e] uirtute aut [f] pietate effecerimus, ut hic ambularet? Deus Abraham, & Iſaac, & Ia-
att.27.c cob, Deus patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum Ieſum, quẽ †uos [g] tradidi
arc.15.b ſtis, ac negaſtis in cõſpectu Pilati, cum ille iudicaſſet eſſe abſoluendũ. Vos autem
c.23.c
n.18.g ſanctum & iuſtum negaſtis, & poſtulaſtis, ut uirum homicidã donaret uobis, au-
thorem uero uitæ interfeciſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis: cuius nos teſtes ſu C
mus, et per fiduciam nominis eius hunc, quem uidetis ac noſtis, [h] confirmauit no
men ipſius: & fides, quæ per eum eſt, dedit ei integritatem iſtam, in conſpectu om
nium ueſtrûm. Et nunc fratres, ſcio quod per ignorantiam id feceritis, ſicut &
principes ueſtri. Deus autem, quæ prænũciauerat per os omnium prophetarum
ſuorum, Chriſtum paſſurũ, impleuit hoc pacto. [i] Reſipiſcite igitur, & cõuertimi-
ni, ut deleantur peccata ueſtra: [k] ut ueniant tempora [l] refrigerationis à [m] conſpectu
Domini, & [n] mittat eum, qui ante [o] prædicatus eſt uobis, Ieſum Chriſtũ, quẽ opor
tet quidẽ cœlum accipere, uſq́ ad tempus reſtitutionis omnium, quæ loquutus eſt
Deus per os omnium ſanctorũ ſuorum propheturũ ab æuo. Nam Moſes qui- D
dem patribus dixit: Prophetã ſuſcitabit uobis Dominus Deus ueſter de fratribus
ueſtris, mei ſimilem. Audietis eum, iuxta omnia quæcũq́ loquutus fuerit uobis.
Futurum eſt autem, ut [p] omnis anima, quæ non audierit prophetã illum, extermi
netur è populo. Quin & oẽs prophetæ à Samuele, ac deinceps quotquot loquuti
ſunt, etiam annunciauerunt dies iſtos. Vos eſtis filij prophetarum, ac [q] Teſta-
n.12.c menti, quod pactus eſt Deus cum patribus noſtris, dicens Abrahæ: †Et in ſemine
tuo [r] benedictionem conſequentur omnes familiæ terræ. Vobis primum Deus,
poſtquam ſuſcitauit filium ſuum Ieſum, miſit eum [s] benedicentẽ uobis, dũ unuſ-
quiſq́ ueſtrûm conuertat ſe [t] à malitioſis ſtudijs ſuis.

CAP. IIII.

Petrus & Ioannes capti ſacerdotum concilio ſiſtuntur, coram quibus Chriſti cauſam agunt intrepide, & minis multis acceptis dimittuntur. Diſcipuli preces ad deũ fundunt. Vendunt poſſeßiones ſuas multi, inter quos & Ioſes Barnabas numeratur.

LOquentibus autem illis ad populũ, [a] præſto fuerunt illis ſacerdotes, ac [b] præ- A
fectus templi, & Sadducæi, moleſte ferentes, quod docerent populum, & an
nunciarent nomine Ieſu reſurrectionem ex mortuis: & iniecerunt eis manus, [c] de
deruntq́ [eos] in cuſtodiam in craſtinum. Nam erat iam ueſpera. Multi uero eo-
rum, qui audierãt ſermonem, crediderunt: & factus eſt numerus uirorum circiter
quinq́ millia. Euenit autem poſtero die, ut congregarentur principes eorum,
& ſeniores, & ſcribæ Hieroſolymis, & Annas princeps ſacerdotum, et Caiaphas, B
& Ioannes, & Alexander: & quotquot erant de genere pontificio. Cumq́ ſtatuiſ
ſent eos in medio, interrogabant: [d] Qua potẽtia, aut quo nomine feciſtis hoc uos?
Tunc Petrus repletus ſpiritu ſancto, dixit eis: Principes populi, & ſeniores Iſrae-
lis, ſi nos hodie *examinamur de eo, quod bene fecerimus homini infirmo, [e] quo
modo iſte ſaluti reſtitutus ſit, notum ſit omnibus uobis, & toti populo Iſrael,
quod per nomen Ieſu Chriſti Nazareni, quem uos crucifixiſtis, quem Deus ſuſci
al.117.d tauit à mortuis, per hunc iſte adſtat coram uobis ſanus. †Hic eſt lapis ille, qui reie
a.28.d ctus eſt à uobis ædificantibus, qui factus eſt caput anguli: nec eſt in alio quoquã
latt.21.d ſalus. Neq́ enim aliud nomen eſt ſub cœlo datũ inter homines, in quo oporteat
larc.12.a
uc.20.c nos [f] ſaluos fieri. Videntes autem Petri in dicendo libertatem ac Ioannis, com C
.Pet.2.a

om.9.g

[c] Vel, poſuerunt. [d] Vel, qua uirtute. *Vel, dijudicamur: uel, uocamur ad rationem. [e] Vel, per quid. [f] Vel, ſalutem conſequi.

[b] Vel, ſtipem.
[e] Vel, potentia.
[f] *Alij* π *uoluerunt legiſſe uidetur* ἐξουσίᾳ, *id eſt, poteſtate.*
[g] Vel, prodidiſtis.
[h] Vel, conſolidauit.
[i] Vel, pœniteat facti aut uitæ prioris.
[k] Id eſt, uenire poſ*ſint:* ἄν *enim modũ* potẽtialẽ conſtituit. Vt ueniãt ſcilicet uobis, id eſt, obueniãt, quæ quidem iam uenerũt quod ad Chriſtum attinet: nondũ autem uenerunt uobis quatenus eũ non admittis: uel, ut ueniant, ſcilicet die nouiſſimo.
[l] .i. refocillationis à peccatis, & ira dei.
[m] Id eſt, à deo patre qui dator eſt ſalutis per Chriſtum. A cõſpectu domini, Hebraiſmus eſt, pro ab ipſo domino.
[n] Id eſt, patiatur uobis & saluti ueſtræ miſſum eſſe. Nam etiamſi miſſus ſit, uobis tamẽ perinde eſt ac ſi miſſus nõ eſſet, quamdiu eum per fidẽ non recipitis: uel, ut mittat etiã uobis et ſaluti ueſtrę in die nouiſſimo: uel, ut mittat per prędicationẽ noſtrã. Nã ita mox ſequẽtia uidẽtur poſtulare exponendũ.
[o] *Alij legunt,* προκεχειρισμένον, *id eſt,* præparatum.
[p] Hebraiſmus eſt, id eſt, omnis homo, ſiue omnes mortales.
[q] Filij teſtamenti, Hebraiſmus eſt, id eſt, capaces teſtamenti, ſiue pacti.
[r] Id eſt, felicitatem.
[s] Id eſt, felicitatẽ pollicentẽ: uel; felicitate donantem uos.
[t] Verbi interpretatione, à malitijs, uel prauitatibus ſuis.
[a] Vel, superuenerũt.
[b] στρατηγός, præfectus eſt, nã ſtrategias præfecturas uocari dicit Plinius 2. 6. cap. 9.4.

pertoq; quod homines essent illiterati, & idiotæ admirabantur, & agnoscebant eos, quod cum Iesu fuissent: hominē autem uidentes stantem cum eis, qui sanatus fuerat, nihil poterant contradicere. Iussis autem illis è concilio secedere, conferebant inter sese, dicētes. Quid faciemus hominibus istis? Nam conspicuū [g] signū æditum esse per eos, omnibus habitantibus Hierosolymis manifestū est: nec possumus inficiari. Sed ne amplius diuulgetur in populū, minaciter [h] interminemur eis, [i] ne posthac loquātur nomine hoc ulli hominū. Et accersitis illis, edixerunt, ne omnino loquerentur, neq; docerēt sub nomine Iesu. At Petrus & Ioannes respondentes, dixerūt eis: An iustum sit in conspectu Dei, uos potius audire, quàm Deum, iudicate. Non enim possumus, quæ uidimus & audiuimus, nō loqui. At illi additis minis, dimiserūt eos, nihil inuenientes, qua ratione punirent eos, propter populum: quia omnes glorificabāt Deum super eo quod acciderat. Annos enim habebat amplius quadraginta homo, in quo æditum fuerat signū istud sanationis. Dimissi autem, uenerunt ad suos, & renunciauerunt quæcunq; ipsis principes sacerdotum & seniores dixerant. Quibus illi auditis, unanimiter sustulerunt uocem ad Deum, dixeruntq;: Domine, tu es ille Deus, qui fecisti cœlum & terram, mareq; & omnia quæ eis cōpræhenduntur, qui per os Dauid [k] serui tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Adstiterūt reges terræ, & principes [l] conuenerunt in unum aduersus Dominū, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim uere aduersus sanctum filium tuum Iesum, quem unxisti, Herodes simul & Pontius Pilatus, cū gentibus & [m] populis Israel, ad faciendum quæcūq; [n] manus tua, & consiliū tuum prius decreuerat, ut fierent. Et nunc Domine, inspice minas eorū, & da seruis tui, ut cum omni fiducia loquantur sermonem tuum: manū tuam porrigēdo in hoc, ut sanatio, & signa, & miracula ædantur per nomē sancti filij tui Iesu. Et cum orassent illi, motus est locus, in quo erant congregati: & repleti sunt omnes spiritu sancto. Et loquebātur sermonem Dei [o] libere. Multitudinis autem credentiū erat cor unum, & anima una: nec quisquam aliquid eorum, quæ possidebat, proprium esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et magna potentia reddebāt apostoli testimonium resurrectionis Domini Iesu, gratiaq; magna [p] aderat oībus illis. Neq; enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorū, aut ædium erant, [q] uendentes, adferebant precia eorum quæ uendita fuerant, & ponebant ad pedes apostolorum. Distribuebatur autem singulis, prout cuiq; opus erat. Ioses uero qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod est, [r] filius consolationis, Leuites, Cyprius genere, quum haberet agrum, [s] uendidit eum, & attulit preciū, posuitq; ad pedes apostolorum.

CAPVT V.

Ananias propter fraudem reseruati precij exanimis corruit. Per multa apostolorum miracula Christiana fides propagatur. Apostoli autem carceribus inclusi liberantur per angelum. Et cum concilio sacerdotum sisterentur Gamalielis consilio seruantur, cæsiq; uirgis deum celebrant.

A Vir autem quidā, nomine Ananias cum Saphira uxore sua, uendiderat possessionē, & sibi reseruarat de precio, conscia etiam uxore sua: & allatā partem aliquam, ad pedes Apostolorum posuit. Dixit aūt Petrus: Anania, quur [a] impleuit Satanas cor tuū, ut [b] mentireris spiritui sancto, & fraudares de precio agri? Nonne [c] omnino tibi manebat, & uenundatus in tua erat potestate? [d] Quare induxisti in animū tuū rem istam? Non es mentitus hominibus, sed Deo. Audiens autē Ananias hæc uerba, collapsus expirauit. Et ingruit timor magnus in omnes, qui audierunt hæc. Cum surrexissent autē iuuenes, [e] collegerunt eum, elatūq; sepelierunt. B Intercessit autem fermè horarū trium interuallum, cum uxor quoq; ipsius nesciens, quod acciderat, introiuit. [f] Respōdit aūt ei Petrus: Dic mihi, num

tanti

[g] Vel, miraculum.
[h] Vel, etiā atq; etiam interminemur. Nam minis minemur, est Hebraismus. (D)
[i] Græca perinde sonant ac si dicas, ne ullā uocē æderent de Iesu, uel ne hiscerēt, &c.
(E)
[k] Puer, pro seruo, Græcismus est.
[l] Id est, in concilium cōgregati sunt: uel, conspirauerunt.
[m] Alij λαὸς legunt, id est, populus.
[n] Id est, potentia, iuxta Hebraismum. (F)
[o] Vel, cum fiducia.
(G)
[p] Vel, fouebat omnes illos.
[q] Vel, uendebāt &c.
[r] Filius consolationis, id est, homo plenus solatij, Hebraismus est.
[s] Vel, uenundato illo attulit, &c.
[a] Vetus interpres ἐπήρωσεν legisse uidetur, id est, tētauit.
[b] Vel, ut mendacio circūuenires spiritū sanctum, & per fraudem reseruares. (A)
[c] Manens tibi manebat, epitasis est moris Hebraici.
[d] Vel, quare concepisti corde tuo.
[e] Vel, amouerunt.
[f] Hebraismus est, pro, cōpellauit autē eam: uel intelligitur eam prius dixisse aliquid. (B)

Digitized by Google

tanti agrum uendidistis? At illa dixit: Etiam, tanti. Petrus aūt ait ei: Cur conspira-
stis inter uos, ut tentaretis spiritum Domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt ui
rum tuum [g]in foribus, & efferent te. Confestim autem concidit ad pedes eius, &
expirauit. Ingressi autem iuuenes, repererunt illam mortuam, & elatā sepelierūt
iuxta uirum suum. Et ingruit timor magnus in uniuersam congregationem, &
in omnes qui audiebant hæc. [h]Opera autem apostolorum edebātur signa ac C
miracula multa in populo. Et erant unanimiter omnes in porticu Solomonis.
Cæterorum autem nemo audebat se coniungere illis, sed magnificabat eos po-
pulus. Imò uero accrescebat credentiū Domino multitudo uirorū simul & mu-
lierum, ita ut in plateas exportarent ægros, & ponerent in lectulis & grabbatis,
ut uenientis Petri uel umbra obumbraret aliquem illorum. Conueniebat autem
& multitudo uicinarum ciuitatum Hierosolymam, adferens ægros, ac uexatos à
spiritibus immundis, qui sanabantur omnes. Exortus autem princeps sacerdo
tum, & omnes qui cum illo erant, quæ est factio Sadducæorum, repleti sunt æmula D
tione, & iniecerunt manus in apostolos, dederuntq́ eos in custodiam publicam.
Sed angelus domini per noctem aperuit ianuas carceris, eductisq́ illis, dixit: Ite,
& stātes loquamini in templo ad populū omnia uerba uitæ huius. Illi uero cum
hæc audissent, intrauerunt diluculo in templum, ac docebant. Cum aduenisset
autem princeps sacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerunt conciliū, & uni
uersum seniorum ordinem filiorum Israel, miseruntq́ ad carcerem qui eos addu
cerent. Cum autem uenissent ministri, nec reperissent eos in carcere, reuersi nun-
cium attulerunt, dicentes: Carcerem quidē inuenimus clausum [i]cū omni diligen
tia, & custodes foris stātes ante ianuas: cum aperuissemus aūt, neminem intus in
uenimus. Vt autem audierunt hos sermones & sacerdos & [k]præfectus templi, ac E
pontifices, ambigebant de illis quid nam [l]sibi uellet hoc. Adueniens autem qui
dam, renunciauit eis: Ecce uiri quos posueratis in carcerem, sunt in templo, stan-
tes ac docentes populū. Tunc abijt præfectus cum ministris, & adduxit illos sine
ui. Timebant enim populū, ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos, statuerunt
in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens: Nónne [m]etiam atq́
etiam præcepimus uobis, ne doceretis sub nomine isto? Et ecce replestis Hieroso
lymam doctrina uestra, & uultis [n]intendere nobis [o]sanguinē hominis istius. Re
spondens autem Petrus & apostoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis q̄ ho- F
minibus. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum quem uos [p] interemistis,
suspensum in ligno. Hunc principem & seruatorem Deus exaltauit dextera sua,
ad dandā pœnitentiam Israeli, remissionemq́ peccatorum: & nos sumus ei testes
[q]horum quæ dicimus, insuper aūt & spiritus sanctus, quem dedit Deus obedien
tibus ipsi. Illi aūt cum hæc audissent, dissecabantur: & consultabant ut interfice-
rent eos. Surgens autem quidā in concilio pharisæus, nomine Gamaliel, legis
doctor, in pretio habitus apud uniuersum populū, iussit ut paulisper secederent
foras apostoli. Dixitq́ illis: Viri Israelitæ, [r]attendite uobisipsis super hominibus
istis, quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens se esse aliquem:
cui adhæsit numerus uirorū circiter quadringentorū, qui occisus est, & omnes [s]q G
credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilū. Post hunc extitit Iudas Galilæus
in diebus [t]descriptionis, auertitq́ populum multum post se, & ipse perijt: & om-
nes quotquot paruerant ei, dispersi sunt. [u]Et nunc dico uobis, abstinete ab ho
minibus istis, & sinite illos. Quoniam si ex hominibus est consiliū aut opus hoc,
dissoluetur: sin ex Deo est, non potestis dissoluere, nequando [x]& Deo repugnare
reperiamini. Huic uero assensum est, & cum aduocassent apostolos, cæsis, præce
perunt ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant
gaudentes à conspectu concilij, q̄ digni habiti essent, qui pro nomine eius con-

[g] Vel, ad ostium ad sunt.
[h] Vel, ministerio. Per manus enim, Hebraismus est.
[i] Vel, cum summa fide: uel, fidelissime.
[k] Vide cap. 4. a
[l] Vel, futurum esset: uel, qui nam factum esset hoc.
[m] Præcepto præcepimus, Hebraism. est.
[n] Id est, conferre in nos inuidiam necis hominis istius: uel, intendere nobis periculum ob cædem eius.
[o] Id est, necē, & effusum sanguinem: uel, pœnas ob effusum eum.
[p] Διαχειρίσασθε, id est, uiolēta manu occidistis.
[q] Verbi interpretatione, uerborum istorum: q̄d posset iuxta Hebraismum interpretari rerum istarum.
[r] Vel, circumspecte cōsultate apud uos.
[s] Vel, qui parebant ei.
[t] Vel, professionis.
[u] Et, pro itaq́: iuxta Hebraismum.
[x] θεόμαχοι, id est, hostes dei, aut deo rebelles.

Digitized by Google

tumelia adficerentur. Et quotidie in templo, & [g]domesticatim non cessabant docere, & [h]annunciare Iesum Christum.

CAP. VI.

Cum inter Græcos murmur oriretur propter neglectas ipsorum uiduas, apostoli septem delectis uiris, ministrandi officium delegant. Inter quos Stephanus cũ multa signa edidisset, captus sacerdotum concilio sistitur, & uiolatæ legis Moseos accusatur.

A In diebus autem illis, crescente numero discipulorũ, ortum est murmur [a]Græcistarum aduersus Hebræos, eo quod [b]despicerentur in ministerio quotidiano uiduæ ipsorum. Cæterum duodecim illi, quum iussissent adesse multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est [c]cõmendabile, ut nos derelicto sermone Dei, ministremus mensis. Circumspicite ergo fratres, uiros ex uobis [d]spectatę probitatis septem, plenos spiritu sancto & sapientia, quibus delegabimus hoc negotij. Nos

B uero precationi, & administrando sermoni incũbemus. Et placuit hic sermo [e]toti multitudini, & elegerunt Stephanum, uirum plenum fide ac spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proselytum Antiochenum. Hos statuerunt in conspectu apostolorum, & quum orassent, imposuerunt eis manus. Et sermo Dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorum Hierosolymis ualde: multaque turba sacerdotum obe-

C diebat fidei. Porrò Stephanus plenus fide ac fortitudine edebat miracula, & signa magna in populo. Exorti sunt aũt quidam è synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorũ, & Cilicum, & Asianorum, disputantes cum Stephano, nec poterant resistere sapientiæ & spiritui, [f]quo loquebatur. Tunc subornarunt uiros, qui dicerent: Audiuimus eum dicentem uerba [g]impie contumeliosa in Mosen ac Deum. Cõmoueruntque [h]populum, & senio-

D res, & scribas, atque inuadentes corripuerũt eum, & adduxerunt in conciliũ, statueruntque falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui uerba impie contumeliosa aduersus hunc sanctum locum & legem. Audiuimus enim eum dicentem: Iesus Nazarenus ille demolietur locum hunc, & mutabit instituta quæ tradidit nobis Moses. Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, uiderunt faciem eius tanquam faciem angeli.

CAP. VII.

Stephanus causam dicens coram sacerdotum concilio ostendit, Deo fidem non ceremonias placere, qui etiam cum sanctis conuersatus sit sine tabernaculo. Quare se in locum sanctum & deum nihil deliquisse. Multum autem illi obstrepentibus Iudæis, lapidibus obruitur.

A Dixit autem princeps sacerdotum: Num hæc ita se habent? At ille ait: Viri fratres & patres, audite. Deus [a]gloriæ uisus est patri nostro Abrahæ, cũ esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charrhan, & dixit illi: † Exi è terra tua, & è cognatione tua, & ueni in terram quãcunque monstrauero tibi. Tũc egressus è terra Chaldæorum, habitauit in Charrhan. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram hanc, in qua uos nunc habitatis. Et non dedit illi [b]hæreditatem in ea, ne uestigium quidem pedis: & repromisit illi eam sedaturum possidendam, & semini eius post ipsum, quum non haberet filium. Loquutus est autem Deus sic, [c]semen eius fore inquilinum in terra aliena, futurumque ut illud seruitute premerent & male tractarent annis quadringentis. Et gentem cuicunque seruierint, [d]iudicabo ego, dixit Deus. Et post hæc exibunt, & seruient mihi in loco hoc. † Tradiditque illi [e]testamẽtum circuncisionis. * Atque [f]hic genuit Isaac, & circuncidit eum die octauo. † Et Isaac [genuit] Iacob, & Iacob [genuit] duode-

B cim patriarchas. * Et patriarchæ inuidia moti, Ioseph uendiderũt in Aegyptum. Aderatque ei Deus, qui eripuit eum ex omnibus adflictionibus eius, & dedit ei gratiam, & sapientiam apud Pharaonem regem Aegypti. † Et constituit eum præfectum Aegypto, totique domui suæ. * Inuasit autem fames in uniuersam terram Aegypti.

Gen. 12. a (Exi è terra tua)
Gen. 15. d (Loquutus est)
Gen. 17. b (Tradiditque illi)
* Gen. 21. a (hic genuit Isaac)
† Gen. 25. c (Et Isaac genuit)
Gen. 29. f (duodecim patriarchas)
* Gen. 37. f (Ioseph uendiderũt)
Gen. 41. f (Et constituit eum)
Gen. 41. h (Inuasit autem fames)

[g] κατ' οἶκον, non significat in singulis domibus, sed quod uulgo dicitur, per domos: uel, de domo in domum: uel etiam, domi.
[h] Vel, læto nuncio prædicare.
[a] Id est, Iudæorũ qui extra regionẽ Iudaicã nati, lingua Græca & peregrina utebantur: q. d. Græcisantium Iudæorum.
[b] Vel, negligerẽtur.
[c] ἀρεστόν, tale ut placere, laudari, & commendari queat. Vetus interpres sensum magis respiciẽs transtulit, Non est æquum.
[d] μαρτυρουμένους .i. bono testimonio probatos.
[e] Corã tota multitudine, Hebraism. est.
[f] ᾧ ἐλάλει, alij legerunt, ὃ ἐλάλει.
[g] Vetustiores Latini codices hæc non habent, quare βλάσφημα adiectitium esse uidetur.
[h] Vel, uulgum.

[a] Hebraismus est, pro deus gloriosus.
[b] Vel, possessionem, iuxta Hebraismum.
[c] Vel, posteros eius incolas fore.
[d] Id est, puniam, & ulciscar: iuxta Hebraismum.
[e] Hyppallage est Hebræis familiaris. i. circuncisionẽ pacti; id est, quæ esset signum pacti. Vel, pactum circũcisionis, periphrastice. i. circuncisionem.
[f] Alij legunt οὕτως, id est, sic, scilicet circuncisum.

Digitized by Google

Aegypti & Chanaan, & adflictio magna, nec inueniebant alimenta patres no-
stri. Cum audisset aũt Iacob esse frumenta in Aegypto, misit patres nostros pri-
me. 45.a mum. †gCumq́ iterũ misisset eos, agnitus est Ioseph à fratribus suis, & innotuit
Pharaoni genus Ioseph. Misso aũt nuncio Ioseph, accersiuit Iacob patrem suum,
me. 46.a omnemq́ cognationem suam, hcum animabus septuagintaquinq́. †Et descẽdit
Ge. 49.d Iacob in Aegyptum, *defunctusq́ est ipse & patres nostri, & translati sunt in Sy-
Ge. 50.b chem, positiq́ sunt in sepulchro †quod emit Abrahã pretio argenti à filijs Emor,
C. 24.g Gen. 33.d filij Sychem. *Quum autem appropinquaret tempus promissionis, de qua iura
Exod. 1.a uerat Deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus est in Aegypto, donec exor
tus est alius rex, qui non nouerat Ioseph. Hic circumueniens genus nostrum, ad
Exod. 2.a flixit patres nostros, ut exponerent infantes suos, ne fœtus essent uitales. †Eo-
dem tempore natus est Moses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mẽsibus
in domo paterna. Expositũ autem illum, sustulit filia Pharaonis, & educauit eum
sibi uice filij. Et eruditus est Moses omni sapientia Aegyptiorum, eratq́ potens fa
ctis & dictis. Vt autem ei expletum est quadraginta annorum tempus, subijt
cor eius, ut inuiseret fratres suos filios Israel. Et cum uidisset quendam iniuria ad
fici, defendit eum, & ultus est uicem eius qui adfligebatur, cæso Aegyptio. Existi
mabat autem intelligere fratres suos, Deum iper manum ipsius dare salutẽ illis.
At illi non intellexerũt. Et insequenti die ksuperuenit illis llitigantibus, & redi
gebat eos in concordiam, dicens: Viri, uos fratres estis, cur uos inuicem afficitis
iniuria? Cæterum is qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens: Quis te
constituit principem ac iudicem nobis? Num interficere me tu uis, quemadmo-
dum interfecisti heri Aegyptium? Fugit autem Moses ad dictum hoc, & peregre
Exod. 3.a habitauit in terra Madian, ubi genuit filios duos. †Et exactis annis quadragin
ta, uisus est illi in deserto montis Sina, angelus Domini in flammeo incẽdio ru-
bi. Moses aũt ut conspexit, admiratus est uisum. Porrò cum accederet ut inspice-
ret, facta est ad eum uox Domini: Ego [sum] Deus patrum tuorum, Deus Abra-
ham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moses, non audebat in-
Ex. 5.d spicere. Dixit aũt illi Dominus: †Solue calceamentũ pedum tuorum, locus enim
in quo stas, terra sancta est. Vidi, uidi, inquam, adflictionem populi mei qui est in
Aegypto, & gemitum eorum audiui, & descendi ut eripiam eos. mEt nunc ueni-
to, & mittam te in Aegyptum. Hunc Mosen, quem negauerunt, dicentes: Quis
te constituit principem & iudicẽ, hunc [inquam,] Deus principem & redempto
Exod. 7.8. rem misit nper interpretem angelũ, qui uisus fuit illi in rubo. †Hic eduxit illos,
9.10.11.14 edens miracula & signa in Aegypto, & in rubro mari, & in deserto, *annis qua
Exo. 16.a Deu. 18.c draginta. Hic est Moses qui dixit filijs Israel: †Prophetã suscitabit uobis dominus
Exo. 19.d Deus uester è fratribus uestris, similem mei, illũ audietis. *Hic est qui fuit in con-
gregatione in solitudine, cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cũ pa
tribus nostris, qui accepit osermonem uiuum, dandum nobis: cui noluerunt obe
dire patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt corde suo in Aegyptum, dicentes
Exod. 32.a ad Aaron: †Fac nobis deos qui præcedant nos, Mosi enim huic qui eduxit nos è
terra Aegypti, nescimus quid acciderit. Et uitulum fecerũt in diebus illis, obtule-
runtq́ hostiam simulachro, & lætabantur operibus manuum suarum. pConuer
tit autem se Deus, & qtradidit eos ad colẽdum militiam cœli, sicut scriptum est in
Amos 5.d libro prophetarũ: †Num uictimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta
in deserto, domus Israel? rEt suscepistis tabernaculũ Moloch, & sydus Dei uestri
Rempham, figuras quas fecistis ad adorandum eas. sEt transferam uos ultra Ba
bylonem. Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, sicut tcon
Exod. 25.d Heb. 8.b stituerat is qui †loquebatur cum Mose, ut faceret illud secundum formam, quam
Ios. 3.c.d uiderat. uQuod & intulerunt qui successerũt patres nostri, cum xIesu yin posses-

g Vel, Et in secũdo, scilicet descensus in Aegyptum.
h Hebraismus est, pro eo quod fortasse Latinius diceretur, cũ capitibus 75. siue quod minus Latiñe uulgo dicitur, cũ personis 75.
C
i Id est, opera ipsius: uel, per ministerium ipsius: uel, ipso interprete & internũcio. Nam hæc omnia significant Hebræis בְּיַד, *id est, per* manum.
D
k Verbi interpretatione, uisus est ab illis.
l Vel, pugnantibus.
m Et pro ergo, iuxta Hebraismum.
n Verbi interpretatione, per manũ angeli. Sed Hebraism. est. Nam Hebræi manũ uocant quicquid uice instrumenti est, & medij ad aliquid conficiendũ, siue animatum id sit, siue inanimatũ: adeoq́ per manum angeli nil aliud est, quàm per angelum.
E
o λόγον, al. λόγια. i. eloquia uel oracula.
p Hebraismus tamẽ hic esse uidetur, pro rursum autem deus tradidit eos, &c.
q Id est, permisit eos colere.
r Et pro imò: iuxta Hebraismũ, in quo Et est uice multarũ coniunctionum.
s Et pro ideo.
t Id est, præceperat: uel, designarat aut descripserat.
u Vel, quod & intulerunt exceptum patres nostri, &c. Id est, quasi per manus ipsis traditum.
F
x Qui & Iosue dicitur.
y Vel, cum subigerent & superarent gentes.

Digitized by Google

sionem gentiũ, quas expulit Deus à conspectu patrum nostrorũ, usq; ad tempora
†Dauid, qui nactus est gratiam apud Deum, & petijt ut inueniret tabernaculum 1. Reg. 16.
Deo Iacob. *Solomon autem ædificauit illi ædem. Sed excelsissimus ille non Psal. 131.
in templis manufactis habitat, sicut propheta dicit: † Cœlũ mihi sedes [est:] terra 1. Par. 17.
autem scabellũ pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi? dicit Domi- *3. Re. 6.
nus. Aut quis locus quietis meæ [est?] Nonne manus mea fecit hæc omnia? Du- †Infra 17. Esa. 66. a.
ri ceruice, & incircũcisi corde & auribus, uos semper spiritui sancto resistitis, sicut
G patres uestri, ita & uos. Quem prophetarũ non sunt persequuti patres uestri? Et
occiderunt eos qui prænunciabant aduentum iusti illius, cuius uos nunc prodi-
tores & interfectores extitistis: qui accepistis legem iuxta [§] præscripta angelorum,
nec seruastis. Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & frendebant
dentibus suis in eum. Ipse autem ut qui esset plenus spiritu sancto, intentis in cœ
lum oculis, uidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et ait: Ecce uideo
cœlos apertos, & filiũ hominis stantem à dextris Dei. Exclamantes aũt uoce ma-
gna, continuerũt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum, eiectumq;
eum è ciuitate, lapidabant. Ac testes deposuerunt uestimenta ad pedes adolescen
tis qui uocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanũ inuocantem ac dicentẽ: Do-
mine Iesu, suscipe spiritũ meum. Positis aũt genibus clamauit uoce magna: Do-
mine, ne statuas illis peccatũ hoc. Et cũ hoc dixisset, obdormiuit. CA. VIII.

§ Vel, mandata: id est, eo modo quo tradita uobis est à Deo per angelũ interpretem & prophetas legatos eius. Nam etiã prophetæ dicuntur angeli. i. internũcij dei.

Dum Stephanum lugent fideles, Saulus ecclesiam uastat. Philippus euangelium Samariæ prædicat, ad quem apostoli profecti spiritum sanctum impetrant fidelibus. Simonis magi auaritia notatur, Philippus Eunuchum reginæ Aethiopum in fide Christiana institutum baptizat.

A SAulus autem consenserat in necem eius. Orta est autem illo die persequutio
magna aduersus ecclesiam quę erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per
regiones Iudææ & Samariæ, præter apostolos. Curauerunt autem unà Stepha-
num uiri religiosi, [a] edideruntq; planctum magnum super eo. Saulus uero dea
stabat ecclesiam, [b] domesticatim se inferens, & trahens uiros ac mulieres, tradebat
in custodiam. Illi igitur dispersi diuerse abierunt annunciantes sermonem. Phi
lippus autem peruenit in ciuitatem Samariæ, ac prædicabat illis Christum. Inten
debant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur unanimiter, auscultantes &
B uidentes [c] signa quæ edebat. Spiritus enim immũdi è multis qui ab illis teneban-
tur, exibant, clamantes uoce magna. Multi autem paralytici & claudi sanati sunt.
Et ortum est gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine
Simon, ante in ea ciuitate artem exercuerat magicã, ac gentem dementauerat Sa
mariæ, dicens se esse quempiam magnum: cui auscultabant illi [d] tam parui q̃ ma
gni, dicentes: Iste est potentia Dei illa magna. Auscultabant autem ei, propterea
q; multo tempore magicis artibus dementasset eos. Quum uero credidissent Phi
lippo prædicanti euangelium de regno Dei, deq; nomine Iesu Christi, baptiza-
C bantur uiri simul ac mulieres. Simon autem & ipse credidit: & quum baptizatus
esset, adhærebat Philippo. Vidensq; potentia facta & signa quæ edebantur, stu-
pens admirabatur. Cum autem audissent apostoli qui erant Hierosolymis, q;
recepisset Samaria sermonem Dei, miserunt ad eos Petrum ac Ioannem: qui cum
descendissent, orauerunt pro ipsis, ut acciperent spiritum sanctum. Nondũ enim
in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantum erant in nomen Chri
sti Iesu. Tunc imponebant manus super illos, accipiebantq; spiritum sanctum.
Cum uidisset autem Simon q; per impositionem manuum apostolorum dare-
D tur spiritus sanctus, obtulit eis pecunias, dicens: Date & mihi potestatem istam,
ut cuicunq; imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ei:
Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunijs
parari.

a Vel, planctuq; magno prosecuti sunt eum.
b Vel, per singulas domos intrans.
c Vel, miracula.
d Verbotenus, à minimo usq; ad maximum.

Digitized by Google

parari. Non est tibi pars neq; sors [e]in hoc negotio, cor enim tuum nō est rectum [f]coram Deo. Resipisce igitur ab ista malitia tua, & roga Deum, an forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. [g]Imbutum enim felle amaritudinis, & colligatione iniquitatis uideo te esse. Respondens autem Simon, dixit: Precemini uos pro me ad Dominum, nequid eueniat in me horum quæ dixistis. Et illi quidem testificati, & loquuti sermonem Domini, reuersi sunt Hierosolymam, & multis oppidulis Samaritanorum annunciabant euangelium. Angelus autem Domini loquutus est Philippo, dicens: Surge, & uade Meridiem uersus, ad uiam quę descendit ab Hierosolymis, ad [ciuitatem] Gazam: ea est deserta. Et cum surrexisset, profectus est, & ecce uir Aethiops, eunuchus, præfectus Candaces reginæ Aethiopum, qui præerat uniuersæ gazæ eius, qui uenerat adoraturus Hierosolymam, & reuertebatur sedens in curru suo, legebatq; Esaiam prophetam. Dixit autem spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currū istum. Cum accurrisset autem Philippus, audiuit eum legentem Esaiam prophetam, & dixit: Intelligisne quę legis? At ille ait: Quinā enim possim, [h]nisi aliquis dux uiæ mihi fuerit? Rogauitq; Philippum ut ascenderet, sederetq; secum. Argumentum autem scripturæ quam legebat erat hoc: †Tanquā ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se mutus, sic non aperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatū est. [i]Generationem autē eius quis enarrabit? Quoniā tollitur de terra uita eius. Respondens autem eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo propheta dicit hoc, de se an de alio quopiam? Cum autem adaperuisset Philippus os suum, exorsus à scriptura ista, euangelio prædicauit illi Iesum. Dum autem proficiscebantur per uiam, uenerūt ad quandam aquam. Et ait eunuchus: Ecce aqua, quid uetat quo minus baptizer? Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens, ait: Credo filiū Dei esse Iesum Christum. Et iussit sisti currum, ac descenderunt ambo in aquā, Philippus simul & eunuchus, & baptizauit eum. Cum autem ascendissent ex aqua, spiritus Domini rapuit Philippū, nec amplius uidit eum eunuchus. Ibat enim per uiam suam gaudens. Philippus autem [k]comparuit Azoti, & [l]obeundo prædicabat euangelium ciuitatibus cunctis, donec ueniret Cæsaream.

Margin: E, F, G; Esa. 53. c

[e] Verbi interpretatiōe, in sermōe hoc. Sed est Ebraif. pro, in hac re.
[f] Vel, erga deum.
[g] εἰς χολήν, non ἐν χολῇ.
[h] Vel potius, nisi quis mihi prœiuerit.
[i] Vel, genus eius.
[k] Repertus est, Hebraismus est.
[l] Vel, pertransiens prædicabat, &c.

CAP. IX.

Paulus Damascum petens Christianos capturus à domino prosternitur, & ab Anania baptizatus Christo nomen dat, Iudæorum autem insidijs in sporta de muro demissus eripitur. Hierosolymis etiam cedere cogitur persecutorum sæuitiæ. Petrus Aeneæ paralytico medetur, Dorcadam defunctam uitæ restituit, & apud Simonem coriarium Ioppe diuersatur.

SAulus autem adhuc spirans minas & cædem aduersus discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas, [quas perferret] Damascum ad synagogas, ut si quos inuenisset eius [a]uiæ, seu uiros seu mulieres, uinctos duceret Hierosolymam. [b]Porrò itinere faciundo cōtigit ut appropinquaret Damasco. Et subito circunfulgurauit eum lux è cœlo, collapsusq; in terram, audiuit uocem dicentem sibi: Saul, Saul, quid me persequeris? Dixit aūt: Quis es domine? Dominus autē dixit: Ego sum Iesus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulos calcitrare. Ille tremens & stupens dixit: Domine, quid me uis facere? Cui dominus: Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui erant ei comites itineris, stabant [c]attoniti, audientes quidem uocem, sed neminem uidentes. Surrexit autem Saulus à terra, apertisq; oculis suis, neminem uidebat, sed manu ducentes illum, introduxerunt Damascum. Et erat tribus diebus non uidens, ac non comedit neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, dixitq; illi per uisum Dominus: Anania. Et ille ait: Ecce me Domine. Cui Dominus: Surge, et uade in uicum qui

Margin: A, B; 1. Cor. 15. b; 2. Cor. 12. a

[a] Id est, in ea uia. Posset etiam iuxta Hebraismum intelligi, eius sectæ.
[b] Vel, inter proficiscendum uero.
[c] ἐνεοὶ sunt qui nouitate alicuius rei attoniti redduntur.

[illegible]

Digitized by Google

nocatur Rectus, & quære in domo Iudæ Saulum, nomine Tharsensem. Ecce e-
nim orat. Et uidit per uisum uirum, Ananiam nomine, introeuntem, & impo-
C nentem sibi manum, ut uisum reciperet. Respondit autem Ananias: Domine,
audiui ex multis de uiro hoc, quantis malis affecerit sanctos tuos Hierosolymæ,
Et hoc loco habet potestatem à principibus sacerdotum, uinciendi omnes qui in
uocant nomen tuum. Dixit autem ei Dominus: Vade, quoniam [d] organum ele-
ctum est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, ac filijs Is
rael. Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et
abijt Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus, dixit: Saul frater,
Dominus misit me qui uisus est tibi in uia qua ueniebas, ut uisum recipias, & im
plearis spiritu sancto. Et confestim deciderunt ab oculis eius quasi squamæ, & ui
sum recepit: & surrexit, ac baptizatus est. Cumq; cepisset cibum, corroboratus
D est. Fuit autem Saulus cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot. Et
continuo in synagogis prædicabat Christum, quod is esset filius Dei. Stupebant
autem omnes qui [eum] audiebant, ac dicebant: Nónne hic est ille qui [e] grassa-
batur Hierosolymis in eos qui inuocabant nomen istud? & huc ea causa uenit,
ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem magis inuale
scebat, & [f] confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans & quòd is
esset Christus. Exactis autem diebus compluribus, inierunt inter se Iudæi con
silium, ut illum occiderent. Sed intellectæ sunt Saulo insidiæ eorum. †Adserua- 2. Cor. 11
bantq; portas die ac nocte, ut eum interficerent. Cum accepissent autem eum
E discipuli nocte, per murum demiserunt, submittentes in sporta. Cum autem
Saulus uenisset Hierosolymam, tentabat se iungere discipulis, & omnes time-
bant eum, non credentes esse discipulum. Barnabas autem apprehensum illum
duxit ad apostolos, ac narrauit illis quomodo in uia uidisset dominum, quodq;
loquutus esset ei, & quomodo Damasci libere loquutus esset nomine Iesu. [g] Et
erat cum illis, ac uersabatur Hierosolymis, cum fiducia loquens nomine domi-
ni Iesu. Loquebaturq;, & disputabat aduersus Græcistas. Illi uero quærebant oc
cidere eum. Quod quum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, &
emiserunt Tarsum. Igitur ecclesiæ quidem per totam Iudæam, & Galilæam, &
Samariam habebant pacem, & ædificabantur, uersantes in timore Domini, &
F consolatione spiritus sancti multiplicabantur. Factum est autem, ut Petrus,
dum peragraret per omnes, deueniret etiam ad sanctos qui habitabant Lyddæ.
Reperit autem ibi hominem quendam nomine Aeneam, annis iam octo de-
cumbentem in grabbato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aenea, [h] sanet te
dominus Iesus Christus, surge, & sterne tibi ipsi. Et continuo surrexit, & uiderũt
eum omnes qui habitabant Lyddæ & Assarone, qui conuersi sunt ad dominum.
Ioppæ autem fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quæ interpretata, dici-
tur Dorcas. Hæc erat plena bonis operibus, & eleemosynis quas præstabat.
Euenit autem in diebus illis, ut per infirmitatem moreretur. Quam cum lauis-
sent, posuerunt in cœnaculo. Cum autem uicina esset Lydda Ioppæ, ac discipu
li audissent Petrum esse in ea, miserunt ad eum [duos uiros] rogatum, ne graua-
G retur uenire usq; ad ipsos. Cum exurrexisset autem Petrus, uenit cum illis. Et
cum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum: & circumsteterunt illum omnes
uiduæ flentes, & ostendentes tunicas uestesq; quas faciebat cum esset cum ipsis
Dorcas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus positis genibus, orauit, & conuer-
sus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos, uisoq; Petro, rese-
dit. Data autem illi manu, erexit eam: & cum uocasset sanctos ac uiduas, exhi-
buit eam uiuam. Id autem innotuit per totam Ioppen, & crediderunt multi in
Dominum. Euenit autem ut dies multos maneret Ioppæ apud Simonem quen
dam

[d] Vas electionis dixit more Hebraico, pro homine selectissimo & præclarissimo.

[e] Vel, qui expugnabat aut uastabat.

[f] Vel, confutabat.

[g] καὶ ἦν μετ' αὐτ. εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος, & erat cum illis intrãs & exiens, &c. Meus est Hebraismus.

[h] Vel, sanat. Nam ἰᾶται tam indicati ui modi est, quàm coniunctiui.

Digitized by Google

dam coriarium. CAP. X.

Cornelius centurio angeli iussu Petrum accersit, qui & ipse ante uisione à deo obla ta, ne gentes aspernetur instituitur. Hinc Cornelio & familiæ ipsius euangelium annunciat. Hi autem spiritu sancto accepto baptizantur.

VIr autem quidã erat Cæsareæ nomine Cornelius, centurio ex cohorte quæ A
dicebatur Italica, [a]religiosus ac timens Deum cum tota domo sua, præstãs
eleemosynas multas plebi, precansq; Deum semper. [Is] uidit per uisum manife
ste fermè hora diei nona, angelum Dei introeuntem ad se, dicentemq; sibi: Cor-
neli. At ille intuens eum, ac timore correptus, dixit: Quid est Domine? Dixit au-
tem illi: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ [b]ascenderunt in memoriam coram
Deo. [c]Et nunc mitte uiros Ioppen, & accerse Simonẽ, qui cognominatur Petrus.
Hic diuersatur apud Simonem quendam coriarium, cui est domus iuxta mare.
Hic dicet tibi quid te oporteat facere. Cum autem discessisset angelus qui loque-
batur Cornelio, uocauit duos famulos suos, & militẽ religiosum, ex his [d]qui illi
inseruiebant. Quibus cum narrasset omnia, misit illos Ioppen. Postridie uero B
facientibus illis iter, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus [e]in superiora
domus, ut oraret circa horam sextam. Cœpit autem esurire, & appetebat cibum.
Parantibus autem illis, ingruit in eum mentis excessus, & uidet cœlum apertum,
ac descendens ad se uas quoddam, uelut linteum magnum, quatuor [f]extremitati
bus adligatum, submitti è cœlo in terram, in quo erant [g]omnia quadrupedia ter
ræ, bestiæq;, & reptilia, & uolatilia cœli. Et facta est uox ad eum: Surge Petre, ma
cta, & uescere. Ait autem Petrus: Nequaquam Domine, quia nunquam edi quic
quam commune aut immundum. Et uox rursus secundò [perlata est] ad eum:
Quæ Deus purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autem factum est tertiò. Et
rursum receptũ est uas in cœlũ. Et dum apud sese hæsitaret Petrus, quidnã sibi C
uellet uisum quod uidisset, ecce uiri qui missi erant à Cornelio, percontati de do-
mo Simonis, præsto fuerunt ad [h]ianuam. Et euocato quopiam, interrogabant,
an Simon, qui cognominaretur Petrus, illic hospitaretur. Petro uero cogitante
de uiso, dixit ei spiritus: Ecce uiri quærunt te: [i]surge itaq;, & descẽde, & uade cum
eis, nihil hæsitans, propterea quod ego misi illos. Cum descendisset autem Pe-
trus ad uiros qui missi erant à Cornelio ad ipsum, dixit: Ecce ego sum ille quem
quæritis. Quæ causa est propter quam uenistis? Qui dixerunt: Cornelius centu-
rio, uir iustus, ac timens Deum, & testimonium habens ab uniuersa gente Iudæo
rum, oraculo admonitus est ab angelo sancto, ut accerseret te domũ suam, & au D
diret [k]te loquentem. Intrò uocatos igitur eos, recepit hospitio. Sequenti uero
die Petrus profectus est cum illis, & quidam ex fratribus Ioppensibus comitati
sunt eum. Postridie uero introierunt Cæsaream. Porrò Cornelius expectabat il-
los, conuocatis cognatis suis, ac necessarijs amicis. Porrò autem cum introiret Pe
trus, obuiam progressus ei Cornelius, ac procidens ad pedes, adorauit. Petrus ue
ro erexit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum. Et colloquens cum illo, intra
uit, & offendit multos qui conuenerant, dixitq; illis: Vos scitis non esse fas uiro
Iudæo, coniungi aut accedere ad alienigenam. Sed mihi ostendit Deus, ne quem
communem aut immundum dicerem hominem, quapropter & [l]citra contradi- E
ctionem ueni accersitus. Interrogo ergo, quam ob caussam accersistis me? Et
Cornelius ait: Die ab hinc quarto usq; ad hanc horam [m]sedebam ieiunus, & ho
ra nona precabar [n]domi meæ, & ecce uir stetit ante me in ueste splendida, & ait:
Corneli, exaudita est precatio tua, & eleemosynæ tuæ in memoria habitæ sunt
apud Deum. Mitte ergo Ioppen, accersitum Simonem, qui cognominatur Pe-
trus: hic diuersatur in ædibus Simonis coriarij iuxta mare, qui simul atq; uene-
rit, loquetur tibi. Confestim ergo misi ad te, & tu bene fecisti qui adueneris. Nũc

[a] Vel, pius & religiosus erga deum.
[b] Id est, subierũt memoriam dei.
[c] Et pro itaq;, Ebraismus est.
[d] Id est, qui apparebant ei, & continuo præsto erant.
[e] Vel, super domũ.
[f] Vel, angulis.
[g] Id est, omnigena.
[h] Vel, uestibulum.
[i] Græcus habet: Sed surge, &c.
[k] Verbi interpretatione, & audiret uerba à te.
[l] Vel, incunctaer
[m] ἤμην, al. ἤμην. i. eram.
[n] Vel, in domicilio meo.

Digitized by Google

ergo omnes nos [o] teste Deo adsumus, ut audiamus omnia quæcunque tibi præce-
F pta sunt à Deo. Aperiens autem Petrus os, dixit: † [p] In ueritate deprehendo quòd Rom. 2.b Gal. 2.b Ephes. 6.b Col. 3.d
non sit personarum respectus apud Deum, sed in omni gente qui timet ipsum,
& operatur iustitiã, is acceptus est illi. [q] Sermonem quem misit Deus filijs Israel,
euangelio annuncians pacem per Iesum Christum, (Hic est omnium dominus)
ipsi nostis, sermonem diuulgatum in tota Iudæa, exortum à Galilæa (post bapti-
sma quod prædicauit Ioannes) Iesum illum Nazarenum, [r] ut unxerit eum Deus
spiritu sancto, & uirtute, [s] qui obambulauit benefaciendo, & sanãdo omnes [t] op
pressos à diabolo, quoniam Deus aderat illi. Et nos testes sumus omnium quæ
gessit & in regione Iudæorum, & Hierosolymis, quem occiderunt suspensum in
ligno. Hunc Deus suscitauit tertio die, & exhibuit eum, ut manifestus fieret, non
toti populo, sed testibus prius ad hoc delectis à Deo nobis, qui comedimus & bi
G bimus unà cum illo posteaquàm resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis, ut prædica-
remus populo, ac testificaremur ipsum esse illum, qui constitutus est à Deo iudex
uiuorũ ac mortuorum. Huic † omnes prophetæ testimoniũ ferũt, quòd remissionem Iere. 31.f
peccatorũ accepturus sit per nomen eius quisquis crediderit in eum. Adhuc lo Mich. 7.d
quente Petro uerba hæc, ingruit spiritus sanctus in omnes qui audiebant sermo
nem. Et obstupuerunt hi [u] qui ex circuncisorum genere credebant, quotquot ue
nerant cum Petro, quòd & in gentes donum spiritus sancti effusum esset. Audiebant
enim illos loquentes linguis, ac magnificantes Deum. Tunc [x] respondit Petrus:
[y] Num quis prohibere potest, quo minus aqua baptizentur hi qui spiritum san-
ctum acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari nomine Domini. Tunc ro-
gauerunt eum, ut remaneret aliquot dies.

CAP. XI.

Petrus eo nomine accusatus quod ad gentes introiuisset sese defendit. Mittitur Antiochiam Barnabas, ubi fideles primo Christianorum nomen accipiunt. Iisdem etiã Agabus propheta famem futuram prænunciat.

A Audierunt autem apostoli & fratres qui erant in Iudæa, etiam gentes rece-
pisse sermonem Dei. Cumque ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabãt
cum illo [a] qui erant ex circuncisione, dicentes: Ad uiros præputium habentes in-
troisti, & cibum sumpsisti cum illis. Petrus autem exorsus rem, exposuit illis ordi
ne, dicens: Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & uidi [b] raptus extra me, uisum, de-
scendẽs uas quoddam ceu linteum magnum, quatuor extremitatibus, demissum
è cœlo, & uenit usque ad me. In quod quum intendissem oculos, animaduerti, &
uidi quadrupedia terræ, & bestias, & serpentes ac uolucres cœli. Audiui autem &
uocem dicentem mihi: Surge Petre, macta & uescere. Dicebam autem: Nequa-
quam Domine, quia nihil commune aut immundum unquam introiuit in os
B meum. Respondit autem mihi uox rursum è cœlo: Quæ Deus mundauit, tu ne
communia dixeris. Idque accidit tertiò, & rursum omnia subducta sunt in cœlum.
Et ecce extemplo tres uiri præsto aderant ad ædes in quibus eram, è Cæsarea ad
me missi. Dixerat autem mihi spiritus, ut proficiscerer cum illis, nihil hæsitãs. Por
rò comitati me sunt & sex fratres hi. Et ingressi sumus in domum uiri, isque retulit
nobis ut uidisset angelum domi suæ, qui adstitisset & dixisset sibi: Emitte uiros
Ioppen, & accerse Simonem cognomento Petrum, qui tibi [c] ea dicturus est per
quæ serueris & tu, & uniuersa domus tua. Cum autẽ exorsus essem sermonem,
ingruit spiritus sanctus in illos, quemadmodũ & in nos initiò. Veniebat autem
in mentem uerbi Domini, ut dixisset: † Ioannes quidẽ baptizauit aqua, cæterùm Act. 1.a
uos baptizabimini spiritu sancto. Proinde si par donum dedit illis Deus atque no Matt. 3.c Mar. 1.b
C bis, quum credidissemus in dominum Iesum Christum, ego porrò quis eram, Luc. 3.c
qui possem prohibere Deum? His autem auditis, obticuerunt, & glorificauerunt Infra 19.a
Deum, dicentes: Igitur & gentibus Deus pœnitentiam concessit ad uitam. Et
illi

[o] Vel, conscio deo. Verbi interpretatione, in conspectu dei.
[p] Vel, re ipsa: uel, re uera.
[q] Consentientibus Græcorũ distinctionibus, sic foret hic locus interpretandus. Quem sermonẽ misit filijs Israel, euãgelio annunciãs pacẽ per Iesum Christũ, is est omniũ dominus. Vos scitis editum uerbũ in tota Iudæa; exortum à Galilæa, &c.
[r] ὡς ἔχρισεν αὐτόν, al. ὃν ἔχρισεν αὐτόν.
[s] ὅς, al. ὡς.
[t] Vel, diaboli potentia & tyrannide pressos.
[u] Verbi interpretatione, qui ex circuncisione credebant.
[x] Vel, exorsus est: uel, cœpit dicere: iuxta Hebraismum.
[y] Verbi interpretatione, Num aquam prohibere potest quisquam, quo minus baptizentur, &c.
[a] Id est, circuncisi: uel, socij circuncisionis.
[b] Vel, excussus mente.
[c] Verba: sed Hebraismus est, pro res.

Digitized by Google

illi quidem, qui diſperſi fuerant ab adflictione, quæ orta fuerat ob Stephanum, peruaſerunt uſque ad Phœnicen & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes ſermonem illum, niſi ſolis Iudæis. Erant autem quidam ex eis, uiri Cyprij & Cyrenenſes, qui quũ introiſſent Antiochiam, loquebantur ad [d] Græciſtas, per euangelium annunciantes Dominum Ieſum. Et [e] manus Domini aderat eis, multusq; numerus recepta fide conuerſus eſt ad Dominum. Peruenit autem fama ad aures eccleſiæ, quæ erat Hieroſolymis, de his: & miſerunt Barnabam, ut iret uſq; Antiochiam. Qui, cum eò perueniſſet, & uidiſſet gratiam Dei, gauiſus eſt: & hortabatur omnes, [f] ut propoſito cordis perſeuerarent adhærere Domino. Nam D erat uir bonus, ac plenus ſpiritu ſancto, & fide. Et [g] acceſſit multa turba Domino. Profectus eſt autem Barnabas Tarſum, ut quæreret Saulum: quem quũ inueniſſet, perduxit Antiochiam. Accidit autem, ut annum totum conſuetudinẽ agerent cum ea [h] congregatione, docerentq; turbam multam: & diſcipuli nuncuparentur primum Antiochiæ, Chriſtiani. In his autem diebus deuenerũt ab Hieroſolymis prophetæ Antiochiam, ſurgensq; unus ex eis, nomine Agabus, ſignificabat per ſpiritum, famem magnam futuram in toto orbe: quæ & accidit ſub Claudio Cæſare. Diſcipuli autem, prout cuiq; ſuppetebat, propoſuerunt [i] ſubſidium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: quod & fecerũt, [k] mittentes ad ſeniores [l] per Barnabam & Saulum.

[d] Vide cap. 6. a

[e] Id eſt, potentia.

[f] Vel, ꝓpẽſo corde.

[g] Vel, & facta eſt acceſſio multæ turbæ domino.

[h] Vel, eccleſia.

[i] διακονίαν, id eſt, miniſterium, uocat. Subminiſtrat enim qui neceſſaria ſuppeditat.

[k] Vel, cum miſiſſent.

[l] Per manum, Hebraiſmus eſt, nil aliud ſignificãs quàm, per.

CAPVT XII.

Herodes Iacobum gladio occidit, et Petrum in carcerem conijcit, qui liberatur ab angelo. Rex autem Tyrijs & Sidonijs infenſus placatur, et cum diuinos honores ſibi uendicat à uermibus corroſus uitam finit.

EOdem autem tempore iniecit Herodes rex manus, ut adfligeret quoſdam dè A eccleſia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autẽ id gratum eſſe Iudæis, perrexit compræhendere & Petrum (erant autem dies azymorum,) quem cum etiam adpræhendiſſet, coniecit in carcerem, traditum quatuor quaternionibus militum adſeruandũ, uolens poſt paſcha producere eum populo. Petrus itaq; ſeruabatur in carcere. Cæterum precatio fiebat ſine intermiſſione ab eccleſia ad Deum pro eo. Cum autẽ producturus eum eſſet Herodes, in ipſa nocte dormiebat Petrus inter duos milites, uinctus catenis duabus: & cuſtodes ante oſtium cuſtodiebant carcerem. Et ecce, angelus Domini adſtitit, & lumen refulſit in domicilio, percuſſoq; latere Petri, excitauit eum, dicẽs: Surge uelociter. Et exciderũt catenæ de manibus eius. Dixit autẽ angelus ei: Præcingere, & ſub B liga ſoleas tuas. Quod cum ita feciſſet, dicit illi: Indue ueſtimentũ tuum, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum, & neſciebat rem ueram eſſe quod fiebat per angelum, ſed putabat ſe uiſum uidere. Cum autem præteriſſent primam ac ſecundam cuſtodiam, uenerunt ad portam ferream, quæ ducit in ciuitatem, quæ ultrò aperta eſt eis. Cumq; exiſſent, proceſſerunt uicum unum, & continuo diſceſſit angelus ab eo. Et Petrus ad ſe reuerſus, dixit: Nunc ſcio uere quod emiſerit Dominus angelum ſuum, & eripuerit me è manu Herodis, & ex omni expectatione plebis Iudæorum: reſq; perpenſa uenit ad domum Mariæ, matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes. Quũ pul- C ſaſſet autem Petrus oſtium ueſtibuli, proceſſit puella, ut ſubauſcultaret, nomine Rhode. Et ut agnouit uocem Petri, præ gaudio non aperuit ueſtibulum, ſed introcurrens, renunciauit, ſtare Petrum ante ueſtibulum. At illi dixerunt illi: Inſanis. Illa autẽ [a] aſſeuerabat rem ſic ſe habere. At illi dicebant: Angelus eius eſt. Petrus autem [b] perſeuerabat pulſans. Cum autem aperuiſſent, uiderũt eum: & obſtupuerunt. Cum autem mota manu ſignificaſſet eis, ut tacerent, narrauit illis, quomodo Dominus eduxiſſet ipſum è carcere. Dixit autem: Renunciate Iacobo & fratribus hæc. Et egreſſus, abijt in alium locum. Porrò ubi diluxit, erat tur-

[a] Vel, affirmabat.

[b] Vel, inſtabat pulſando.

Digitized by Google

c Vel, quo nam deuenisset Petrus.
D Vel, postquã quæstionẽ habuit de custodibus.
e Alij, infensus erat. θυμομαχῶν autẽ significat bellũ nondũ indictum animo meditari.

D bario non parua inter milites, e quidnam accidisset Petro. Herodes autẽ cum requisisset eum, nec inuenisset, D examinatis custodibus, iussit eos abduci: cumq; descendisset à Iudæa Cæsaream, [ibi] cõmoratus est. Herodes autem e bellum animo agitabat in Tyrios & Sidonios. At illi unanimiter uenerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui præerat cubiculo regis petebant pacem: eò quod aleretur regiò ipsorum è ditione regia. Statuto autem die, Herodes uestitus ueste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Vox Dei, & non hominis. Confestim autem percussit eum angelus Domini, eò quod non tribuisset gloriam Deo: & erosus à uermibus, expirauit. Porrò sermo Domini f augescebat, ac multiplicabatur. Barnabas autem & Paulus reuersi sunt Hierosolymam, expleto ministerio, adsumpto & Ioanne, cui cognomen erat Marcus. Act.15.a

f Scilicet, accessionibus.

CAPVT XIII.

Paulum & Barnabam sibi segregari iubet spiritus, qui in Paphum delati uerbum annunciant & à Paulo Elymas Magus excæcatur. Hinc in Antiochiam Pisidiæ profecti euangelium prædicant: sed Iudæorum seditione pulsi puluerem pedum in illos excutiunt.

A ERant autem quidã Antiochiæ, in ea quæ ibi erat ecclesia, prophetæ ac doctores, Barnabasq; & Simon, qui uocabatur Niger, et Lucius Cyrenensis, & Manaen, qui erat Herodis tetrarchæ a collactaneus, & Saulus. Cum autẽ illi b operarentur Domino, ieiunarentq;, dixit spiritus sanctus: Segregate iam mihi Barnabã & Saulum in opus, ad quod accersiui eos. Cumq; ieiunassent & orassent, imposuissentq; eis manus, dimiserunt. Igitur hi quidẽ emissi à spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt in Cyprũ. Et cum essent Salamine, annunciabant sermonem Dei in synagogis Iudæorum. Habebant aũt & Ioannem ministrum. Et peragrata insula usq; ad Paphum, inuenerunt quendã Magum, pseu-
B doprophetam, Iudæum, cui nomẽ erat Bariesu: qui erat apud proconsulem Sergium Paulum, uirum prudentem. Hic accersitis Barnaba & Saulo, desiderabat audire sermonem Dei. Resistebat autem illis Elymas Magus (sic enim interpretandũ est nomen eius) quærens auertere proconsulẽ à fide, Saulus autẽ, qui idem Paulus, repletus spiritu sancto, intentis in eum oculis, dixit: O plene omni dolo, & omni D uersutia, e fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, nõ desines inuertere uias Domini rectas? f Et nunc, ecce, manus Domini g intentata tibi, & eris cæcus, nõ uidẽs solẽ usq; ad tempus. Et confestim ingruit in eum caligo ac tenebræ: & circumiens quærebat, qui se manu ducerent. Tunc proconsul, cũ uidisset quod acciderat, credidit, admirans de doctrina Domini. Cum aũt à Papho soluisset h Pau-
C lus cum comitibus, uenerunt Pergen Pamphyliæ. † Ioannes aũt digressus ab eis, Act.15.c
reuersus est Hierosolymam. Cæterũ ipsi peragratis regionibus, à Perga uenerunt Antiochiam Pisidiæ: & ingressi synagogam die sabbatorũ sederunt. Post lectionem autem legis ac prohetarum, mandata dederunt principes synagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, i si est uobis in animo sermone exhortari populum, dicite. Cum surrexisset aũt Paulus, † mota manu [silentio indicto] ait: Viri Israelitæ, & Act.12.c
qui timetis, Deum, audite. Deus populi huius, delegit patres nostros, & populũ
in altũ extulit, quum essent incolæ in terra † Aegypti: * brachioq; sublimi eduxit †Exod.1.a
eos ex ea, & circiter quadraginta annorũ tempus mores eorũ sustinuit in deserto, *Exo.14.d
ac deletis gentibus septem in terra Chanaan, † sorte distribuit eis terram eorum. Exod 16.a
*Et post hæc annis circiter k quadringẽtis quinquaginta dedit iudices usq; ad Sa- †Iosu.14.a
D muelem prophetã. † Et exinde postulauerunt regem. Deditq; eis Deus Saul, filiũ *Iud.3.b
Cis, uirum de tribu Beniamin, annis quadraginta. * Et amoto illo, suscitauit illis †1 Re. 8.a
Dauid, ut esset rex, cui testimoniũ reddens, dixit: † Inueni Dauid filiũ Iesse, uirum 1.Reg.10.a
l secundũ cor meũ: qui m operam dabit per omnia uolũtati meæ. Huius è semine *1 Re.16.c
Deus, ita ut promiserat, produxit Israeli seruatorẽ Iesum, cum ante prædicasset Io- †Psal.88.b
annes

a Vel potius, qui fuerat unà cum Herode tetrarcha educatus.
b λειτουργῶν, non est sacrificare: sed quod uis munus exequi publicũ aut sacrũ, siue id fiat sacrificando, siue precando, siue modis alijs: quod Latini uocant alicui rei operari.

D ῥᾳδιουργία propensionẽ animi significat ad quoduis facinus patrandum.
e Hebraismus est, id est, qui deditus es diabolo.
f Et, pro ergo. Hebraismus.
g Verbotenus, super te.
h οἱ περὶ τὸν παῦλον Græca loquutio, idẽ significãs ac si Paulum dixisset solum.
i Vel, si quibus de rebus est uobis exhortãdus populus. Verbi interpretatiõe: Si est in uobis sermo exhortationis ad populũ. &c. Sed hoc Hebraismum resipit.
k Scilicet, ab exitu terræ Aegypti.
l Vel, qui mihi cordi est.
m Vel, qui faciet omnes uolũtates meas.

Digitized by Google

annes ⁿpræuentu introitus eius baptismum pœnitentiæ Israeli. Cum autē consi- | ⁿ Ante faciem introitus, Hebraismus est.
nc.3.a ceret Ioannes cursum, dixit: †°Quē me arbitramini esse? Nō sum ego [ille,] sed ec | ° Quid si sic. Quem me arbitramini esse, nō sum ego: sed &c. Sed consensus codi cū distinguit eo sensu, qui in cōtextu est: & τίνα non ponitur initio p ὅτι, nisi quod in sacris sæpe negligitur Græca elegantia.
larc.1.a
latth.3.a ce, uenit post me, cuius non sum dignus soleam pedū soluere. Viri fratres, filij
natt.10.a generis Abrahę, & qui inter uos timēt Deū, †uobis sermo salutis huius missus est:
Qui enim habitabāt Hierosolymis, & principes eorū, cū ignorarent illū, & uoces
latt. 27.c prophetarum, quæ per omne sabbatū leguntur, cōdemnato eo impleuerunt, †&
larc.15.b
nc.23.c nulla caussa mortis inuenta, petierunt à Pilato, ut interficeret illū. Quūq; consum E
an.19.c massent omnia, quæ de eo scripta erant, depositū de ligno, posuerūt in monumen
latth. 28. tum. Deus aūt suscitauit eū à mortuis, †qui uisus est per dies multos his, qui simul
larc.16.
nc.24. ascenderāt cum eo ė Galilæa Hierosolymam: qui sunt testes eius apud populum.
an.20. Et nos uobis per euangeliū annunciamus, Deū eā repromissionē, quę patribus fa
cta est, implesse liberis illorū nobis, resuscitato Iesu. Sicut & in Psalmo ᵖ secundo | ᵖ Quanquā alij Græci codices habeant πρώτῳ, id est primo, Hispana tamē æditio δευτέρῳ, id est, secūdo legit.
al. 2.b scriptū est: †Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod aūt suscitauit eum à mor
tuis, iam non amplius reuersurum in corruptionem, ita dixit: †Dabo uobis san-
a.55.b
al.15.d cta Dauid fidelia. Ideo & in alio [Psalmo] dicit: *Nō permittes, ut sanctus suus ui
deat corruptionem. Nam Dauid quidem, ᑫpostquam suæ ætati inseruiuit, consi-
Reg. 2.b lio Dei †dormiuit: & adpositus est ad patres suos, uiditq; corruptionem. At is F | ᑫ Id est, decurso spatio ætatis suæ.
quem Deus suscitauit, non uidit corruptionem. Notum igitur sit uobis uiri fra
tres, quod per hunc uobis remissio peccatorum annunciatur: & ab omnibus, à
quibus non potuistis per legem Mosi iustificari, per hunc, omnis qui credit, iustifi
bac.1.b catur. Videte ergo, ne eueniat uobis, quod dictum est in prophetis: †Videte con-
temptores, & admiramini, & euanescite: quia opus ʳoperor ego in diebus uestris, | ʳ Vel, operaturus sum.
quod neutiquam credatis, si quis enarret uobis. Egressis autem è ˢcœtu Iudæis, | ˢ Vel, synagoga.
rogabant gentes, ut ᵗsequenti sabbato uerba illa sibi facerent. Soluto autem cœtu, | ᵗ Græca sonant quasi dicas, intermedio siue intercurrēte sabbato.
sequuti sunt multi Iudæi, & religiosi proselyti Paulum ac Barnabam, qui allo-
quentes suadebant eis, ut perseuerarent in gratia Dei. Sequenti uero sabbato,
penè uniuersa ciuitas conuenit ad audiendum sermonem Dei. Videntes autem G
turbas Iudæi, repleti sunt ᵘzelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur, | ᵘ Vel, æmulatione: uel, indignatione.
reclamantes, ac loquentes blasphemias. Tunc ˣsumpta fiducia Paulus ac Barna- | ˣ Vel, libere locuti.
bas, dixerunt: Vobis oportebat primum loqui sermonem Dei, sed quoniam repel
litis illum, & indignos uos iudicatis æterna uita, ecce, conuertimur ad gentes: sic
a.49.b enim nobis præcepit Dominus: †Constitui te lucem gentium, ut sis salus usq; ad
extremum terræ. Audientes autem hæc gentes, gaudebant, & glorificabant ser-
monem Domini: & crediderunt, quotquot erant ordinati ad uitam æternam. Di
uulgabatur autem sermo Domini per uniuersam regionem. Iudæi uero extimu-
lauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis: & excitauerunt per-
latt.10. b sequutionem in Paulum ac Barnabam, eiecerunt q; eos de finibus suis. †At illi ex
larc. 6.b
nc.9.a cusso puluere pedum suorum in eos, uenerunt Iconium. Porrò discipuli repleban
tur gaudio, & spiritu sancto.

CAP. XIIII.

Paulus & Barnabas Iudæorum tumultu eijciuntur Iconio. Paulus Lystris claudum sanat & sibi sacrificaturos prohibet. Rursum uero Iudæis authoribus lapidatur. Hinc multis ecclesijs peragratis & institutis presbyteris Antiochiam cū Barnaba reuertitur.

A Euenit autem Iconij, ut simul introirent in synagogam Iudæorum, & loque
rentur sic, ut crederet Iudæorū simul & Græcorum copiosa multitudo. Qui
uero increduli erant Iudæi, concitauerunt, & deprauarunt animos gentiū aduer-
sus fratres. Multum igitur temporis exegerunt libere loquentes præsidio Domi-
ni, qui testimonium perhibebat sermoni gratiæ suæ: dabatq;, ut signa, et miracula
ederētur ᵃministerio eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis, & alij quidem | ᵃ Vel, opera eorum: uel, per ipsos. Nam per manus eorū, Hebraismus est.
stabant à Iudæis, alij uero ab apostolis. Cum autem factus esset impetus gen-
tium, pariter & Iudæorum, unà cum principibus suis, ut uim adferrent, ac lapida

Digitized by Google

B rent eos, re intellecta, confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ, Lystram & Derben, & circumiectam regionem: ibiq; prędicabant euangelium. Et quidam uir Lystris, inualidus pedibus sedebat, claudus ab utero matris suæ, qui nunquã ambulauerat: hic audiuit Paulum loquentẽ. Qui intuitus eum, & uidẽs eum fide esse prædituũ, fore ut saluus fieret, dixit magna uoce: [b] Surge in pedes tuos rectus. Et exiliit, ambulabatq;. Turbæ uero cum uidissent quod fecerat Paulus, sustulerunt uocem suam, Lycaonicè dicentes: Dij specie hominum descenderunt ad nos. Et uocabant Barnabam Iouem, Paulum uero Mercurium: quod is esset [c] antistes sermonis. Sacerdos autem Iouis, qui erat ante ciuitatem illorum, tauros & coronas C ad uestibula [d] adferens, cum turbis [e] uolebat sacrificare. Quod ubi audierũt apostoli, Barnabas & Paulus, conscissis uestibus suis, [f] se intulerunt in turbã, clamantes ac dicentes: Viri, quur ista facitis? Nos quoq; eisdem, quibus uos, obnoxij sumus malis homines, per euangeliũ docentes uos, ut ab istis uanis conuertamini ad Deũ uiuum, † qui creauit cœlum & terrã, & mare, & omnia quæ eis cõprehenduntur: qui prçteritis ætatibus sinebat oẽs gentes [g] uiuere institutis suis. Quanq̃ non expertẽ testimonij seipsum esse sinebat, ut qui se præberet beneficũ, de cœlo nobis dans pluuias, ac tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra. Et hæc dicentes, uix compescuerunt turbas, ne sibi immolarent. [h] Superuenerunt autem ab Antiochia & Iconio Iudæi, qui cum persuasissent turbis, ac † Paulum lapidassent, extraxerũt eum è ciuitate, existimantes illum mortuũ esse. Cum autẽ circundedissent eum discipuli, surrexit, & intrauit in ciuitatẽ. Ac postero die, D profectus est cum Barnaba Derben. Quũq; euangeliũ annunciassent ciuitati illi, discipulosq; adsciuissent multos, reuersi sunt Lystram, & Iconiũ, & Antiochiam, cõfirmantes animas discipulorũ, exhortantesq; ut perseuerarent in fide: & quod per multas adflictiones oporteat nos intrare in regnũ Dei. Et cũ suffragijs creassent illis [i] per singulas ecclesias [k] presbyteros, precatiq; essent cũ ieiunijs, cõmendauerunt eos Domino, in quem crediderant. Peragrataq; Pisidia, uenerunt in Pamphyliam: cumq; loquuti essent sermonẽ Pergæ, descenderũt [in urbem] Attaliam, & inde soluerũt Antiochiam, † unde erant commissi gratiæ Dei, in opus quod cõpleuerunt. Cum autem uenissent, & congregassent ecclesiam, retulerunt [l] quæcunq; gessissent Deo iuuante: quodq; aperuisset gentibus ostiũ fidei. Commorati sunt autem illic multum temporis cum discipulis.

Psal.145.a Psal.8.c Apoc.14. 2.Cor.11.f Act.13.a

[b] Additur hic in æditione Hispana σοὶ λέγω, ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, id est, tibi dico, in nomine domini Iesu Christi, &c.
[c] Vel, dux.
[d] Vel, cũ attulisset.
[e] Alij legũt, ἤθελον, id est, uolebant.
[f] Vel, insilierunt.
[g] Ingredi uijs suis, Hebraismus est, pro, uti institutis suis, & suo more modoq; uiuere.
[h] In Hispana æditione sic legitur, διατριβόντων δὲ αὐτῶν καὶ διδασκόντων ἐπῆλθον, id est, Cæterum cũ illic uersarentur & docerent, superuenerunt.
[i] Vel, passim per ecclesias.
[k] Vel, seniores.
[l] Verbi interpretatione, quæcunq; gessisset deus cũ ipsis. Sed est Hebraismus pro eo quod posuimus in contextu.

CAPVT XV.

Antiochenis quidam legem Mosis obtrudere conantur. Consultant de ea re apostoli & quid Antiochenos facere deceat per literas indicatur. Grauis inter Paulũ & Barnabam oboritur contentio.

A ET quidam qui descenderant à Iudæa, docebant fratres: † nisi circuncidamini secundum morem Mosi, non potestis salutem consequi. Cum orta ergo seditio, & disceptatio esset non exigua Paulo ac Barnabæ aduersus illos, statuerunt ut ascenderet Paulus & Barnabas, & quidam alij ex illis, ad apostolos ac presbyteros Hierosolymam, super hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia pertransibant Phœnicen & Samariam. narrentes conuersionẽ gentiũ: & adferebãt gaudiũ magnum omnibus fratribus. Cum autẽ uenissent Hierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia, & ab apostolis ac presbyteris: annunciaueruntq; [a] quæcũq; gessissent B Deo iuuanre eos. [b] Exorti sunt autem quidam è secta pharisæorũ, qui crediderãt, dicentes: Quod oporteret circuncidere eos, ac præcipere ut seruarent legẽ Mosi: conueneruntq; apostoli ac presbyteri, ut dispicerent [c] de hoc negotio. Quũ autem magna disceptatio extitisset, surrexit Petrus, & dixit eis: Viri fratres, uos scitis, quod iam inde [d] antiquitus Deus inter nos ẻlegit, ut per os meũ audirent gentes [e] uerbum euangelij, crederentq;. Et qui nouit corda Deus, testimonium præbuit illis, † dans illis spiritũ sanctum, sicut & nobis: nihilq; discreuit inter nos & illos,

Gal.5.a Act.10.b

[a] Quæcunq; deus fecisset cũ illis. Hebraismus est.
[b] Vel, surrexerunt.
[c] De sermone hoc. Hebraismus est.
[d] Vel, ab antiquis diebus.
[e] Vel, sermonem aut prædicationem.

Digitized by Google

illos, quum fide purificauerit corda illorum. Nunc ergo quid tentatis Deum, [f] ut imponatur iugum super ceruices discipulorũ, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus nos saluos futuros, quemadmodũ & illi. Tacuit autẽ tota multitudo, & audiebant Barnabam ac Paulum, narrantes quæcũq; Deus ædidisset signa & miracula inter gentes per ipsos. Et postquam conticuissent, respondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me. Simeon narrauit, quemadmodum Deus primum uisitauerit, ut sumeret ex gentibus populum in nomine suo: & huic consonant uerba prophetarum, sicut scriptum est: † Post hæc reuertar, ac rursus ædificabo tabernaculum Dauid, quod collapsum est, & diruta eius instaurabo, & erigam illud: ut requirant, qui reliqui sunt hominum, Dominũ, & omnes gentes, [g] super quas inuocatũ est nomẽ meum dicit dominus, qui facit hęc omnia. Nota à sęculo sunt Deo omnia hęc opera sua. Quapropter ego censeo, nõ obturbandũ esse illis, qui ex gentibus conuertuntur ad Deum: sed scribendũ ad eos, ut abstineant se ab inquinamentis simulachrorũ, & scortatione, & suffocato, & sanguine. Moses enim ab ætatibus antiquis in singulis ciuitatibus habet, qui ipsum prædicent in synagogis, ubi per omne sabbatũ legitur. Tunc [h] placuit apostolis, & senioribus cum tota ecclesia, delectos ex sese uiros mittere Antiochiã, cum Paulo & Barnaba, Iudam cognomento Barsabam & Silam, uiros primarios inter fratres, missis [i] per manum eorum his scriptis. Apostoli & presbyteri, & fratres his qui sunt Antiochiæ, & in Syria, & in Cilicia, fratribus, qui sunt ex gentibus, Salutem, Quoniã audiuimus, quod quidam è nobis egressi, turbauerunt uos uerbis, [k] labefactantes animas uestras, iubentes uos circuncidi, & seruare legem, quibus non mandaueramus. Visum est nobis unanimiter congregatis, delectos uiros mittere ad uos, cum dilectis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui exposuerunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi, Misimus ergo Iudã & Silam, qui & ipsi uerbis uobis referant eadem. Visum est enim spiritui sancto, ac nobis, ne quid amplius imponeremus uobis oneris, quàm hęc necessaria, uidelicet, ut abstineatis ab his, quæ sunt immolata simulachris, & sanguine, & suffocato, & scortatione: [l] à quibus si conseruaueritis uosipsos, benefacietis. Valete. Illi ergo dimissi uenerunt Antiochiã, & congregata multitudine, reddiderunt epistolam. Quã cum legissent, gauisi sunt propter consolationem. Iudas aũt & Silas, quũ essent & ipsi prophetæ, [m] sermone copioso adhortati sunt fratres confirmauerũtq;. Commorati aũt illic aliquantũ temporis, dimissi sunt cum pace à fratribus ad apostolos. Visum est autem Silæ, manere ibidem. Paulus uero & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes, & euangelio annunciantes, cum alijs etiam cõpluribus, sermonem Domini. Post aliquot aũt dies, dixit ad Barnabam Paulus: Reuersi iam, uisitemus fratres nostros per omnes ciuitates, in quibus annunciauimus sermonem Domini, quomodo se habeant. Barnabas autem consuluit, ut adsumerent & Ioannem, cognomento Marcum. Paulus autem [n] nolebat eum qui defecisset ab ipsis ex Pamphylia, nec isset cum eis in opus, adiungere. [o] Orta est igitur acris disceptatio, ut alter ab altero seiungeretur: et Barnabas quidem adsumpto Marco, nauigaret in Cyprum, Paulus uero allecto Sila, profectus est, [p] cõmissus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam ac Ciliciam, confirmans ecclesias.

Amos 9.c

C

D

E

F

G

[f] Vel, ad imponẽdũ.

[g] Verbi interpretatione, super quas inuocatũ est nomẽ meum super ipsas. Sic enim ꝓnomen repetitur more Hebraico,

[h] Vel, uisum est, aut decretum est.

[i] Hebraismus, pro eo quod est, per illos.

[k] Vel, subuertentes.

[l] Hispana æditio hic inserit, ϗ ὅσα μὴ θέλητε ἑαυτοῖς γίνεσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖτε, id est, quæcunq; uobis fieri non uultis, nec uos alijs facite.

[m] Vel, multis uerbis

[n] Vel, cẽsebat, aut æquum iudicabat eũ, qui defecisset, &c. non assumere.

[o] Verbi interpretatione, facta est igitur exacerbatio.

[p] Vel, cõmendatus.

CAPVT XVI.

Paulus Timotheum ante circuncisum assumit. Deinde in Macedoniã uocatur per uisionẽ. Philippis agens Lydiam mulierẽ in fide Christi instituit, Pythonis spiritũ expellit. Propter quod factum uirgis cæsus in carcerem cum suis conijcitur. Terræmotu aũt carceris ianuæ aperiuntur, & eiusdẽ custos Christi fidẽ recipit. Hinc à uinculis liberantur.

PEruenit autem Derben & Lystram, & ecce, discipulus quidã erat ibi, nomine Timotheus, filius cuiusdã mulieris Iudææ, fidelis, cæterũ patre Græco. Huic A

Digitized by Google

testimonium bonum reddebant, qui Lystris erant, & Iconij, fratres. Hunc uoluit
Paulus secum proficisci: & adsumptū circuncidit eum propter Iudæos, qui erant
in illis locis. Sciebant enim omnes, patrē eius Græcum esse. Cum autē pertransi-
rent ciuitates, [a] tradebant eis seruanda decreta, quæ erant ordinata ab apostolis &
presbyteris, qui erant Hierosolymis. Itaq; ecclesiæ confirmabātur fide, & abun-
dabant numero quotidie. Cum peragrassent autem Phrygiam, & Galaticam re-
gionem, uetitiq; essent à spiritu sancto loqui sermonem in Asia, profecti in My-
siam, tentabant Bithyniam uersus proficisci, & nō permisit eos spiritus. Cum au-
B tem [b] pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem: & uisum per noctem Pau-
lo apparuit. Vir Macedo quidam stabat, & deprecabatur eum, ac dicebat: Profe-
ctus in Macedoniā, succurre nobis. Vt autē uisum uidit, statim quæsiuimus pro-
ficisci in Macedoniam, certi facti, quod uocasset nos Dominus, ad euangelizan-
dum eis. Cum soluissemus igitur à Troade, recto cursu cōtendimus Samothra-
cen, & postero die Neapolim, & inde Philippos, quæ est prima partis Macedo-
niæ ciuitas, colonia. In eadem autem urbe diebus aliquot commorabamur. Et
C die sabbatorum egressi sumus è ciuitate, iuxta flumen, ubi solebat esse precatio, &
sedentes loquebamur mulieribus, quæ conuenerant. Et quædam mulier nomi-
ne Lydia, purpurarum uenditrix, ciuitatis Thyatirorum, colens Deum, audiuit:
cuius cor Dominus aperuit, ut intenderet his, quæ dicebantur à Paulo. Cum au
tem baptizata esset, & domus eius, deprecata est, dicens: Si iudicastis, me fidelem
Domino esse, introite in domum meam, & manete: & adegit nos. Accidit au-
tem euntibus nobis ad precationem, ut [c] puella quædam, habens spiritum Pytho
D nis, occurreret nobis: quæ quæstum magnū præstabat dominis suis [d] diuinan-
do. Hęc subsequuta Paulum ac nos, clamabat, dicens: Isti homines, serui Dei ex-
celsissimi sunt, qui annunciant nobis uiam salutis. Hoc autem faciebat multos
dies. Sed ægre ferēs Paulus, & conuersus, spiritui dixit: Præcipio tibi per nomen
Iesu Christi, ut exeas ab ea. Et exijt eadem hora. Videntes autem domini eius
quod abijsset spes quæstus sui, adpræhensum Paulum ac Silam, traxerunt in fo-
rum ad principes: & offerentes eos [e] magistratibus, dixerunt: Hi homines con-
turbant ciuitatē nostrā, quum sint Iudæi, & annunciant instituta, quæ nō licet no
bis suscipere, neq; seruare, quū simus Romani. Et concurrit turba aduersus eos,
ac magistratus scissis uestibus suis, † iusserunt eos uirgis cædi. Quūq; multas pla- 2. Cor. 11. 1. Thes. 2. Phil. 1.
E gas eis imposuissent, coniecerunt eos in carcerē, præcipientes custodi carceris, ut
diligenter custodiret eos. Qui quum tale pręceptū accepisset, coniecit eos in inte-
riorem carcerem, & pedes eorū [f] strinxit ligno. Media autē nocte Paulus & Silas
orantes, laudabāt Deum. Exaudiebant aūt eos qui uincti erant. Subito uero ter-
ræmotus factus est magnus, ita, ut concuterentur fundementa carceris. Et statim
aperta sunt omnia ostia, & omnium uincula soluta sunt. Experrectus aūt custos
carceris, quum uideret ianuas carceris apertas, euaginato gladio, erat seipsum in-
terfecturus, existimans aufugisse uinctos. Clamauit autē Paulus uoce magna, di
F cens: Ne quid feceris tibi ipsi mali, uniuersi enim hic sumus. Postulatoq; lumi-
ne irrupit, ac tremefactus, accidit Paulo & Silæ [ad pedes,] et productis illis foras
ait: Domini, quid me oportet facere ut saluus fiam? At illi dixerūt: Crede in Do-
minum Iesum, & saluus eris tu, & domus tua. Et [g] loquuti sunt ei sermonem Do
mini, & oībus qui erant in domo eius. Et adsumptis illis in illa hora noctis, ab-
luit plagas: & baptizatus est ipse, & omnes domestici illius cōtinuo. Quūq; per-
duxisset eos in domū suam, adposuit eis mensam: & exultauit quod cum tota do
mo sua credidisset Deo. Et quū dies ortus esset, miserunt magistratus [h] lictores,
G dicentes: Dimitte homines illos. Renunciauit autem custos carceris sermones
hos Paulo: Miserūt magistratus ut dimittamini. Nunc igitur egressi, ite in pace.
Paulus

[a] Vel, cōmendabant eis decretorū obseruationem.

[b] Vel, præterissent.

[c] παιδίσκη hic magis conditionē ancillæ exprimere uidetur, cū mox dominorū quoq; meminerit.

[d] Verbi interpretatione, diuinans.

[e] στρατηγοῖς, id est, primoribus exercitus aut ducibus militiæ.

[f] ἠσφαλίσατο, id est, diligenter cauteq; strinxit quo de fuga illorū esset securior.

[g] Vel, potius, annunciauerunt.

[h] ῥαβδοῦχοι dicti à gestādis uirgis. Brauiatores dixit.

Paulus autem dixit eis: Caesos nos publice, indicta caussa, quum simus Romani, coniecerunt in carcerē: & nunc occulte nos eijciunt? Non profecto, sed ueniant ipsi ac nos educant. Nunciauerunt aūt magistratibus lictores uerba haec: timuerūtq́ audito quod Romani essent. Et uenientes deprecati sunt eos, & eductos rogabāt, ut egrederentur è ciuitate. Egressi aūt è carcere, introierūt [i]ad Lydiam: & uisis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt.

CAP. XVII.

Paulus Thessalonicae praedicans à Iudaeis seditionem mouentibus impeditur, quibus etiam authoribus Berrhoea discedere cogitur. Hinc Athenas profectus in Martio uico deum illis ignotum praedicat nonnullis ad Christum conuersis.

Quum autem iter fecissent per Amphipolin, et Apolloniam, uenerūt Thessalonicen, ubi erat synagoga Iudaeorum. Secundum cōsuetudinē autem suā Paulus introiuit ad eos, et per sabbata tria disserebat eis è scripturis, adaperiens & allegās, q̄d Christū oportuisset pati, & resurgere à mortuis: et quod hic esset Christus Iesus, quem ego [inquit] annuncio uobis. Et quidā ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo et Silae, et religiosorum Graecorum multitudo magna, mulieresq́ primariae non paucae. [a]Zelo autem cōmoti Iudaei increduli, & adsumptis quibusdam circumforaneis uiris malis, ac turba coacta, concitauerūt ciuitatem: [b]et urgentes domum Iasonis, quaerebant eos producere ad populum. Et cum non inuenissent eos, trahebant Iasonem, & quosdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes: Hi, qui terrarum orbem [c]conturbarunt, [d]huc quoq; uenerunt, quos clanculum excepit Iason: & hi omnes contra decreta Caesaris faciunt, regem alium dicentes esse Iesum. Concitauerunt autem turbam, & magistratus ciuitatis, audientes haec. Et accepta satisfactione ab Iasone, & à caeteris, dimiserunt eos. Fratres uero confestim per noctem, emiserunt Paulum simul & Silam in Berrhoeam. Qui quum aduenissent, abierunt in synagogam Iudaeorum. [e]Hi autem erant summo genere nati inter eos, qui erant Thessalonicae, qui receperant sermonem cum omni animi promptitudine, quotidie [f]scrutantes scripturas, an haec ita se haberent. Multi itaque crediderunt ex eis, & Graecae mulieres honestae, & uiri non pauci. Quum autem cognouissent Thessalonicenses Iudaei, quod & Berrhoeae annunciatus esset à Paulo sermo Dei, uenerūt: & illic quoq; commouebant turbas. Statimq́ tunc Paulum emiserunt fratres, ut iret uelut ad mare. Silas autem & Timotheus remanserunt ibi. Porrò qui prosequebantur Paulum, deduxerunt eum Athenas usq;: & accepto mandato ad Silam ac Timotheum, ut quàm celerrime uenirent ad se, profecti sunt. Paulus autem quum Athenis eos expectaret, [g]incandescebat spiritus eius in ipso, quum uideret simulachrorum cultui deditam ciuitatem. Disputabat igitur in synagoga cum Iudaeis & religiosis, & in foro quotidie cum his, qui ipsum forte adissent. Quidam autem Epicurei & Stoici philosophi [h]conflictabantur cum eo, & quidam dicebant: Quid uult [i]spermologus hic dicere? Alij uero, nouorum [inquiebant] [k]daemoniorum uidetur annunciator esse: quod Iesum, & resurrectionem annunciaret eis. Et adpraehensum eum, ad Martium uicum duxerunt, dicentes: Possumus ne scire quae sit ista noua, quae à te refertur doctrina? Noua enim quaedam ingeris auribus nostris. Volumus ergo scire, quidnam uelint haec esse. Athenienses autem omnes, & qui illic uersabantur, hospites, ad nihil aliud uacabant, nisi ad dicendum, aut audiendum aliquid noui. Paulus autem cum constitisset in medio Martij uici, ait: Viri Athenienses, per omnia ferè superstitiosiores uos uideo. Praeteriens enim, & [l]contemplans culturas uestras, inueni & arā, in qua inscriptum erat: Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuncio uobis. Deus, qui fecit mundum, & omnia quae in eo sunt, hic coeli & terrae quū sit Dominus, nō in manufactis tēplis habitat, nec manibus humanis [m]colitur, indigēs aliquo, † quū ipse det

[i] εἰς τὴν Λυδίαν, ambigue positū est, ut incertū sit nū regionē significet aut mulierem: sed uidetur dictū esse, pro eo quod est, In domū Lydiae.

[a] ἀπειθοῦντες in Hispano exemplari nō legitur.

[b] Vel potius, et imminētes domui Iasonis: uel, insurgētes contra domum, &c.

[c] Vel potius, cōmouerūt, rerum innouatione scilicet.

[d] Vel, hic etiā adsūt.

[e] Vel, Hi aūt nobilissimi Thessalonicēsium erant, qui, &c.

[f] Vel, dijudicantes, aut potius discutientes.

[g] Vel, incitabatur, irritabatur, &c.

[h] Vel, congrediebantur aut committebātur cum eo.

[i] Id est, uerborum seminator, nugator, loquuteleius, qui rumores nouos spargit & ad quaestum quiduis garrit.

[k] Potest etiā, deorū legi, Ethnici enim daemonia dicebāt deos.

[l] Vel, etiam, considerans.

[m] Irenaeus legit, tractatur. Idem enim significat Graecis θεραπεύεται.

[n] Vetus interpres ἅιματος omisit.
[o] ὁροθεσία constitutionem terminorum significat.
[p] August. et Irenęus poetæ uocabulū nō habent.
[q] ἐνθυμήσεως non inuentū modo, sed omne illud quod homo cogitatione aut animi meditatione, uel etiam imaginatione concipit.

omnibus uitam & halitū per omnia: fecitq; ex uno [n] sanguine omne genus hominum, ut inhabitaret super uniuersam faciem terræ: cum definiisset præstituta
tempora, & [o] terminos habitationis eorum, ut quærerent Deum, si forte palpent
eum, & inueniant. Quamuis non longe absit ab unoquoq; nostrum. Per ipsum
enim uiuimus & mouemur, & sumus: sicut & quidam uestratium [p] poetarum
dixerūt. Nam huius progenies etiam sumus. Genus ergo quum simus Dei, non Arat.
G debemus existimare, auro aut argento, aut lapidi arte sculpto, & [q] inuento hominis, Numen esse simile. Et tempora quidē huius ignorantiæ, cum hactenus dissimularit Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubiq; resipiscant: eò quod
statuit diem, in quo iudicaturus sit orbem terrarum cum iustitia, per eum uirum
per quem decreuerat, fide præstita omnibus, quum excitarit illum ex mortuis.
Quum audissent autem resurrectionem mortuorum, alij quidem irridebant, alij
uero dixerūt: Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit è medio eorū. Quidam uero uiri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita,
& mulier, nomine Damaris, alijq; cum eis.

CAPVT XVIII.

Paulus Corinthi manuariam artem exercet, & Iudæis Christum auersantibus ad gentes sese conuertit. Solatur hunc dominus. Captum ad Gallionem ducūt, sed frustra. Hinc in Syriam profectus Ephesum, Galaticæ regionis & Phrygiæ ecclesias confirmat. Apollos ab Aquila institutus Ephesi magno cum fructu Christum prædicat.

A POst hæc autem Paulus digressus Athenis, uenit Corinthum: & nactus quendam Iudæum, nomine Aquilam, Ponticū genere, qui nuper uenerat ab Italia, & Priscillam uxorem eius, eo quod præcepisset Claudius omnes Iudæos Roma decedere, accessit ad eos. Et quia eiusdem erat artificij, manebat apud eos, &
operabatur. [a] Erat autem ars illorū, texere tabernacula. Disputabat autē in syna-
B goga per omne sabbatum, suadebatq; Iudæis pariter & Græcis. Quum uenissent aūt è Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur spiritu Paulus, testificans
Iudæis, Christum esse Iesum. Contradicentibus autē eis, ac blasphema loquentibus, excussis uestimentis, dixit ad eos: Sanguis uester super caput uestrum. Mundus ego, posthac ad gentes uadam. Et migrans inde intrauit in domū cuiusdam,
nomine Iusti, colentis Deum: cuius domus erat contigua synagogæ. Crispus au
tem archisynagogus, credidit Domino cū tota domo sua: multiq; Corinthiorū
C audientes credebant, ac baptizabantur. Dixit autem Dominus nocte per uisionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas, propterea quod ego sim tecū:
& nemo adorietur te, ut adfligat te, quoniā populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit autem ibi annum, & sex menses, docens eos sermonem Dei. Cæterū
cum Gallio ageret proconsulem Achaiæ, insurrexerūt uno animo Iudæi in Pau
D lum, & adduxerunt eum ad tribunal, dicentes: Cōtra legē hic suadet hominibus
colere Deum. [b] Cum aūt Paulus iam pararet aperire os, dixit Gallio ad Iudæos:
Si qua iniuria esset, aut facinus malū, ô Iudæi, meritò uos sustinerē: si uero quæstio est de sermone, ac nominibus, & lege uestrate, uosipsi uideritis. Iudex enim
ego horum nolo esse. Et abegit eos à tribunali. Adpræhensum autē omnes Græci Sosthenem, principem synagogæ, percutiebāt ante tribunal: neq; quicquā eo-
E rum Gallioni curæ erat. Paulus uero deinde commoratus dies multos, [c] ualedicto fratribus, abnauigauit in Syriam, comitantibus eum Priscilla et Aquila, posteaquam raserat caput in Cenchreis: habebat enim uotū. Deuenitq; Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse uere ingressus synagogā, disputabat cum Iudæis. Rogantibus autem eis, ut tempore ampliori maneret apud se, non annuit, sed ualedixit illis dicens: Oportet omnino me festū, quod instat, agere Hierosolymis, sed iterum
F reuertar ad uos, Deo uolente. Et soluit Epheso, quumq; descendisset Cæsaream,
ascendissetq;, & salutasset Ecclesiam, descendit Antiochiam. Et commoratus illic
aliquan

Num. 6 Infra. 21

[a] Vel, erant autē au læorum aut tabernaculorū texendorum artifices.
[b] Vel, cū autem aperturus esset os, &c.
[c] Vel, dimissis fratribus.

Digitized by Google

aliquantum temporis, profectus est, perambulans ex ordine Galaticā regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos. Iudæus autem quidā, Apollos nomine, Alexādrinus genere, uir [b]eloquens, deuenit Ephesum, potens in scripturis. Hic erat institutus in uia Domini, & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Domini, sciens tantum baptisma Ioannis. Et hic cœpit libere loqui in synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, adsumpserūt eum, atq; exactius exposuerunt ei uiam Dei. Cum autem uellet ire in Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis ut susciperent eum. Qui cū uenisset, contulit multum his qui crediderunt per gratiā. [c]Vehementer enim Iudæos reuincebat publice, ostendens per scripturas, q; Iesus esset ille Christus. G

[b] λόγιος eruditum & prudentem significat. Id est, in doctrina & religione.

[c] Vel, ac etiam.

CAP. XIX.

Paulus Ephesi Ioannis tantum baptismo baptizatos Christo inaugurat, biennio illic docens & edens miracula. Exorcistæ nomine Iesu abusi lacerantur à dæmone. Libri exuruntur magici. Paulo autem iam discessum parante, magnam in hunc seditionem concitat Demetrius.

1.Cor.1.b FActum est autem †cum Apollos esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus, ueniret Ephesum, & repertis quibusdā discipulis, dixit ad eos: Num spiritum sanctum accepistis posteaq̄ credidistis? At illi dixerūt ad eum: Imò neq;, sit ne spiritus sanctus, audiuimus. Et dixit ad illos: In quid ergo baptizati Matt.3.c estis? At illi dixerūt: In Ioannis baptisma. Dixit autem Paulus: †Ioannes quidem Mar.1.a baptizauit baptismo pœnitentiæ, populo dicens, ut crederent in uenturum post Luc.3.c ipsum, hoc est, in Christum Iesum. His autē auditis, baptizati sunt in nomen do- Ioan.1.d mini Iesu. *Et quum imposuisset illis manus Paulus, uenit spiritus sanctus super Act.2.a eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Erant autem omnes uiri, ferè duodecim. Ingressus autem synagogā, libere loquebatur ad tres menses, disputās & suadens ea quæ sunt de regno Dei. Cum autem quidam indurarētur, nec crederent, male loquentes [a]de uia Domini corā multitudine, digressus ab illis, segregauit discipulos, quotidie disputans in schola Tyrāni cuiusdam. Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in Asia, audirent sermonem domini Iesu, Iudæi simul & Græci. Virtutesq; nō uulgares edebat Deus per manus Pauli, ita ut etiam super infirmos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia, & recederent ab eis morbi, & spiritus mali ab eis egrederentur. Tentauerūt autem quidam è circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen domini Iesu, dicentes: Adiuramus uos p Iesum quem Paulus prædicat. Erant autem quidam filij Sceuæ Iudæi, principis sacerdotum, septem qui hoc faciebant. Respondēs autem spiritus malus, dixit: Iesum noui, & Paulum scio, uos autem qui estis? Et [b]insiliens in eos homo in quo erat dæmonium malum, & dominatus eis, inualuit contra eos, ita ut nudi & uulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem innotuit omnibus Iudæis simul & Græcis qui habitabant Ephesi, & incidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen domini Iesu. Multiq; credentiū ueniebant confitentes & annūciantes facta sua. Multi autem ex eis qui [c]curiosas artes exercuerant, cōportatos libros exusserunt corā omnibus: & [d]supputatis pretijs illorum, inuenerunt [e]argenti miriadas quinq;. Ita fortiter crescebat sermo Dei, & confirmabatur. His autem expletis, proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia, ire Hierosolymam, dicens: Postq̄ fuero ibi, oportet me & Romam uidere. Missis autem in Macedoniam duobus ex ijs qui ministrabant sibi, uidelicet Timotheo & Erasto, ipse [f]remansit ad tempus in Asia. Ortus est autem illo tempore tumultus non exiguus [g]de illa uia. Nam quidam nomine Demetrius, faber argentarius, qui faciebat delubra argentea Dianæ, præstabat artificibus non exiguum quæstum: quibus conuocatis, & ijs qui similium rerum erant opifices, dixit: Viri, scitis q; ex hoc opifi-

A B C D E

[a] Id est, de religione Christiana.

[b] Vel, irruens.

[c] τὰ περίεργα magicas artes uocat, utpote quibus exercēdis homines curiosiores sint quàm cōueniat.

[d] Verbi interpretatione, & supputauerunt pretia illorum, & inuenerunt.

[e] Id est, quinquagies mille numum.

[f] Vel, morā traxit.

[g] Id est, propter hāc doctrinam, scilicet euangelicam.

dio quæstus nobis est, & uidetis & auditis, quod non solum Ephesi, sed pene totius Asiæ hominibus Paulus hic persuasit, & auertit multam turbam, dicens quod non sint dij qui manibus fiunt. Non solum autem hæc pars nobis in periculum uenit, ne reprobetur, uerumetiam ne magnæ deæ Dianæ templum pro nihilo habeatur: [b]futurumque sit, ut etiam destruatur maiestas eius, quam tota Asia & orbis

F colit. His auditis, repleti sunt ira, & exclamauerunt, dicentes: Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est tota ciuitas confusione, & impetum fecerũt uno animo in theatrũ, correpto Gaio & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. Paulo autem uolente intrare ad populum, non permiserunt discipuli. Quidã autem & ex Asiæ primoribus, qui erant amici eius, miserunt ad eum, rogantes, [i]ne se daret in theatrum. Alij quidẽ igitur aliud quiddã clamabant. Erat enim concio confusa, & plærique nesciebant qua ex caussa conuenissent. De turba autem protraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, uolebat rationem reddere populo. Quem ut cognouerũt Iudæum esse, uox orta est una omnium ferme ad horas duas clamantium: Magna Diana

G Ephesiorum. Cum autem sedasset scriba turbam, dixit: Viri Ephesij, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem, cultricem esse magnæ deæ Dianæ, & à Ioue delapsi [simulachri?] Cum igitur his nemo cõtradicat, oportet uos sedatos esse, & nihil præcipitanter agere. Adduxistis enim uiros istos, neque sacrilegos, neque [k]contumeliosos in deam uestram. Quod si Demetrius & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem caussam, [conuentus] forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem. Si quid autem de rebus alijs quæritis, in legitima concione dirimetur. Nam periculum est, ne seditionis hodiernæ rei fiamus: quum nulla subsit caussa unde poterimus reddere rationẽ concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit concionem.

CAP. XX.

Paulus iter in Macedoniam instituit. In Troade autem iuuenis quidam concionante Paulo per fenestram delapsus eodem resuscitatur. Deinde cum Miletũ appulisset Ephesinæ ecclesiæ presbyteris ad se uocatis, integritatem suam testatur, fata sua & illorũ simul exponens cum alijs quibusdam. Hi autem magno cum luctu eum ad nauim deducũt.

A Postquam autẽ cessauit tumultus, uocatis ad se Paulus discipulis, cõplexusque illos, profectus est ut iret in Macedoniã. Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, uenit in Græciam, & ibi peractis mensibus tribus, quum essent illi structæ insidiæ à Iudæis soluturo in Syriam, habebat in animo ut reuerteretur per Macedoniam. Comitatus est autem eum usque ad Asiam Sopater Berrhœensis, Thessalonicensium uero Aristarchus & Secun-

B dus, & Gaius Derbæus, ac Timotheus, Asiani uero Tychicus & Trophimus. Hi quum præcessissent, expectarũt nos Troade, nos uero abnauigauimus post dies azymorum à Philippis, & uenimus ad eos Troadem intra dies quinque, ubi demorati sumus diebus septem. Vno autem die sabbatorum, [a]cum conuenissent discipuli ad frangendũ panem, Paulus disserebat eis, profecturus postridie, protraxitque sermonem usque in mediam noctem. Erant autem lucernæ multæ in [b]cœnaculo, ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens, nomine Eutychus, in fenestra, quum degrauaretur somno profundo, differente [diu] Paulo, magis depressus somno decidit [c]ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mor-

C tuus. Cum descendisset autem Paulus, incubuit super eum, & complexus, dixit: Nolite turbari, anima enim eius in ipso est. Quum ascendisset autem, fregissetque panem, ac degustasset, diu colloquutus usque ad diluculum, ita demum profectus est. Adduxerunt autem puerum uiuentem, & refocillati sunt non mediocriter. Nos autem conscensa naui, soluimus Asson, inde excepturi Paulum. Sic enim ordinarat ipse [d]per terram iter facturus. Cum autem conuenissemus Asson, rece-

pto

[h] Alij legũt, μάλλον δὲ, i. magis autem. Quasi hoc lõge grauissimum sit, si Dianæ maiestas cõcidat.

[i] Vel, ne se committeret theatro.

[k] Vel, blasphemos.

[a] Vel, congregatis discipulis.

[b] ὑπερῷον cœnaculum significat sublime in superiori parte ædium.

[c] Verti poterat ex tertia cõtignatione, quod Germani dicimus vß dem dritten gmach.

[d] Vel potius, pedibus iter facturus: uel, pedestri uenturus itinere.

Digitized by Google

pto eo, uenimus in Mitylenen. Et inde nauigantes, sequenti die uenimus contra Chium. Postridie uero adpulimus Samum, & commorati Trogyllij, proximo die uenimus in Miletum. Proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia. Festinabat enim si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes ageret Hierosolymis. B A Mileto autem missis Ephesum nuncijs, accersiuit [e]presbyteros ecclesiæ, qui quum peruenissent ad ipsum, dixit eis: Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiam, quomodo uobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Domino cum omni [f]animi humilitate, cum multis lachrymis & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum, ut nihil suffugerim eorum quæ essent in rem uestram, [g]quin annunciarem uobis, & docerem uos publice, ac [h]per singulas domos, testificans Iudæis simul & Græcis, eam quæ erga Deum est, pœnitentiam ac fidem quæ est erga Dominum nostrum Iesum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu, proficiscor Hierosolymam, quæ in ea obuentura sint mihi ignorãs, nisi quod spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur, dicens: Quod uincula & afflictiones me manent. F Verum nihil me mouet, [i]neque uita mea chara est mihiipsi, ut absoluã cursum meum cum gaudio, & ministerium quod accepi à domino Iesu, ad testificandum euangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce ego scio quod posthac non uidebitis faciem meam uos omnes per quos transiui, prædicans regnum Dei. Quapropter contestor uos hodierno die, quod mundus ego sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi quo minus annunciarim omne consilium Dei uobis. Attendite igitur uobis, & cuncto gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos, [k]ad regendum ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego enim noui hoc, quod ingressuri sint post discessum meum lupi graues in uos, non parcentes gregi. G Et ex uobisipsis exorientur uiri, loquentes [l]peruersa, ut abducant discipulos post se, propter quod uigilate, memores quod per trienniũ nocte ac die non cessauerim cum lachrymis monere unumquenque. Et nunc commendo uos fratres Deo, & sermoni gratiæ ipsius, qui potens est [m]superstruere, & dare uobis hæreditatem inter sanctificatos omnes. Argentum & aurum, aut uestitum nullius concupiui: 1.Cor.4.c 1.Thes.3.b imò ipsi scitis, quod necessitatibus meis, & his qui mecum sunt, suppeditauerunt manus hæ. Omnia ostendi uobis, quod sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse uerborũ domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatum est dare potius quàm accipere. Et quum hæc dixisset, positis genibus suis, orauit cum omnibus illis. Magnus autem fletus coortus est omnium, & ruentes in collum Pauli, deosculabantur eum dolentes, maxime ob sermonem quem dixerat: Quod amplius faciem eius non essent uisuri. Et deducebant eum ad nauem.

[e] Vel, seniores.

[f] ταπεινοφροσύνη est animi modestia uihil altũ de se sentientis.

[g] Vel, quo minus.

[h] Vel, priuatim.

[i] Verbi interpretatione, neque habeo animam meam pretiosam mihiipsi. Augustinus legit, nõ facio animam meam pretiosam mihi.

[k] Vel potius, ad pascendum. Hoc enim absolutum episcopi officium cõprehendit.

[l] Διεστραμμένα .i. distorta. Opponuntur hic his quæ simplicia uocamus.

[m] Vel, superædificare.

CAP. XXI.

Paulus Hierosolymam tendens Tyrum transit, & Cæsareæ Philippum conuenit. Huius etiam uincula prædicit Agabus, sed amicis multum frustra monentibus Hierosolymam peruenit. Templum uero ingressus, & comprehensus à Iudæis, per tribunum Lysiam ijsdem eripitur.

CVm autem factum esset, ut soluissemus, auulsi ab eis, recto cursu uenimus A Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram. Et nacti nauẽ, quæ traijceret in Phœnicen, ea conscensa, soluimus. Cum aũt cœpisset nobis apparere Cyprus, relicta ea, ad sinistram nauigauimus in Syriam, ac uenimus Tyrũ: nam huc nauis exponebat onus. Repertisque discipulis, mãsimus ibidẽ diebus septem. Qui Paulo dicebant per spiritũ, ne ascenderet Hierosolymam. Et expletis diebus, profecti ibamus, deducẽtibus nos omnibus, una cum uxoribus & filijs, donec exissemus ciuitatem, & positis genibus in littore precati sumus. B Et consalutatis nobis inuicem, conscendimus nauim, illi autem redierunt ad sua. Nos uero nauigatione explicita à Tyro, descendimus Ptolemaidam, & salutatis fratribus, mansi-

Digitized by Google

a Hispanū exemplar non male uidetur sic legere, τῇ δ᾽ ἐπαύριον ἐξελθόντες ἤλθομεν εἰς καισάρειαν. i. postridie aūt egressi uenimus Cęsaream.

mus diem unū apud illos. [a]Postridie uero, qui erant cum Paulo egressi, uenerunt Cæsaream. Et ingressi domum Philippi Euangelistæ, qui erat unus è septē, mansimus apud eum. Huic autem erant quatuor filiæ uirgines prophetantes. Et quū permaneremus dies cōplures, aduenit quidam à Iudæa propheta, nomine Agabus. Et is quum uenisset ad nos, tulit cingulū Pauli, & alligans sibi pedes ac manus, dixit: Hæc dicit spiritus sanctus: Virum cuius est cingulum hoc, sic alligabūt
C Hierosolymæ Iudæi, tradentq́ in manus gentium. Cum autem audissemus hæc, rogabamus & nos & cæteri qui loci illius erant, ne ascēderet Hierosolymā. Tunc respondit Paulus, & dixit: Quid facitis, flentes, & adfligentes cor meum? Ego uero nō solum uinciri, sed & mori paratus sum Hierosolymis pro nomine domini Iesu. Cum uero illi non persuaderetur, acquieuimus, dicentes: Domini uoluntas fiat. Post dies autem istos sublatis sarcinis, conscendebamus Hierosolymam. Venerunt autem unà quidam ex discipulis à Cæsarea nobiscum, adducentes secum apud quem hospitaremur, Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum. Et cum uenissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.
D Postero autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesq́ cōuenerunt presbyteri. Quos cum salutasset, narrabat per singula quæ Deus fecisset inter gentes per ministerium ipsius. At illi cum audissent, glorificabant Dominum, dixeruntq́ ei: Vides frater [b]quot millia sunt Iudæorum qui crediderunt, & omnes studiosi sectatores sunt legis. Audierūt autem de te, ꝙ defectionem doceas à Mose, omnes qui inter gentes sunt Iudæos, dicens: Non debere eos circuncidere filios, neq́ secundum instituta [c]uiuere. Quid est ergo? omnino oportet conuenire multitudinem. Audient enim te uenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus. Sunt
E nobis uiri quatuor, †uotum habentes super se. His adsumptis, purifica te cum illis, & impende super illis, ut radant capita, & sciant omnes ꝙ quæ de te audierūt, nihil sunt, sed [D]ambulas & ipse custodiens legem. †De his autem qui crediderunt ex gentibus nos epistolas misimus, decernentes, nequid huiusmodi obseruent, nisi ut sibi caueant & ab his quæ sunt immolata simulachris, & à sanguine, & suffocato, & scortatione. Tunc Paulus adsumptis uiris, postero die purificatus, cum illis intrauit in templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec [e]offerretur pro unoquoq́ eorum oblatio. Dum aūt septem dies iam penè essent expleti, hi qui ab Asia erant Iudæi, cum uidissent eum in templo, conturbauerunt totum populū, & iniecerunt ei manus, clamantes: Viri Israelitæ, succurrite. Hic est ille homo, qui aduersus populum & legem, & locum hūc omnes ubiq́ docet. Insuper & Græcos induxit in templum, & prophanauit sanctum lo-
F cum hunc. Viderāt enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quem existimauerunt ꝙ in templum introduxisset Paulus. Commotaq́ est ciuitas tota, & factus est concursus populi. [f]Et apprehensum Paulum, protrahebant è templo, statimq́ clausæ sunt fores. Quærentibus autem illis eum occidere, [g]nunciatum est tribuno cohortis, ꝙ tota conturbata esset Hierosolyma. Qui statim adsumptis militibus ac centurionibus, decurrit ad illos. At illi, cum uidissent tribunū & milites, cessauerunt percutere Paulū. Tunc accedens tribunus, apprehendit eum, & iussit alligari catenis duabus, & interrogabat quis nam esset, & quid fecisset. Alij autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset certū cognoscere præ tumul-
G tu, iussit duci eum in castra. Et cum uenisset ad gradus, contigit ut portaretur à militibus propter uiolentiam turbæ. Sequebatur enim multitudo populi, clamans: Tolle eum. Et cum cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno: Licetne mihi loqui ad te? Qui dixit: Græce nosti? Nónne tu es ille Aegyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertū quatuor millia uirorum sicariorum? Dixit autem Paulus: Ego sum homo quidem Iudæus, Tarsensis, Ciliciæ nō ob-

scuræ

Margin notes:

b Verbi interpretatione, q̃t myriades. Continet autem myrias decem millia hominum.

c Ambulare pro uiuere dixit, more Hebraico.

D Vel, uitam instituis.

e Vel, oblata est.

f Vel, & cum adprehendissent.

g Verbi interpretatione, ascēdit fama: uel, peruenit rumor.

Num. 6.c

Act. 18.c

Act. 15.d

sturæ ciuitatis ciuis. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cum il
le permisisset, Paulus stans in gradibus annuit manu ad plebem: & magno silen
tio facto, alloquutus est lingua Hebræa, dicens.

CAP. XXII.

Paulum rationem fidei suæ reddentem aliquandiu Iudæi audiunt. Tandem uero illis obstrepentibus, uirgis examinari iubetur à tribuno, sed is ut Romanum esse cognouit, uirgis cædi prohibet.

VIri fratres & patres, audite [a] meam, qua nunc apud uos utor, excusationem. A
Cum audissent autem quod Hebræa lingua ipsis loqueretur, magis præstite-
Ib. 8.a rum silentiū. Et dicit: †Ego quidem sum uir Iudæus, natus in Tarso Ciliciæ, cæ-
terum educatus in hac ciuitate ad pedes Gamalielis, institutus [b] accurate in patria
Ib. 9.a lege, sectator Dei, sicut & uos omnes estis hodie, qui †[c] hanc uiā persecutus sum
usque ad mortem, alligans & tradens in carceres uiros pariter ac mulieres, sicut &
princeps sacerdotum mihi testis est, & totus seniorū ordo, à quibus etiam episto- B
lis [d] ad fratres acceptis Damascū pergebā, adducturus & illos qui illic essent, uin
ctos Hierosolymam, ut punirentur. Accidit autem mihi iter facienti, & appro-
pinquanti Damasco circiter meridiem, ut subito de cœlo circūfulguraret me lux
multa, cecidique in solum, & audiui uocem dicentem mihi: Saul Saul, quid me per
sequeris? Ego uero respondi: Quis es domine? Dixitque ad me: Ego sum Iesus ille
Nazarenus, quem tu persequeris. Et qui mecum erant lumen quidē uiderunt, & C
exterriti sunt, uocem autem non audierūt eius qui loquebatur mecum. Dicebam
autem: Quid faciam Domine? Dominus autem dixit mihi: Surge, ac uade Dama
scum, & ibi tibi dicetur de omnibus [e] quæ ordinata sunt tibi ut facias. Et cum nō
uiderem præ gloria luminis illius, per manū deductus à comitibus qui erant me
cum, ueni Damascum. Ananias autem quidam, uir pius, secundum legem, [f] te
stimoniū habens ab omnibus illic habitantibus Iudæis, ueniens ad me, & adstās
dixit mihi: Saul frater recipe uisum. Et ego eadem hora recepto uisu, uidi illū. At D
ille dixit: Deus patrum nostrorum præparauit te, ut cognosceres uoluntatē suam,
& uideres id quod iustū est, & audires uocem ex ore eius, quia eris illi testis apud
omnes homines eorum quæ uidisti & audisti. Et nunc quid contaris? Exurge, &
baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine Domini. Factum est autem,
quum essem reuersus Hierosolymam, & orarem in templo, ut raperer extra me,
& uiderem eum dicentē mihi: Festina, & exi cito Hierosolymis, quoniā non reci
supra 8.a pient testimonium tuum de me. Et ego dixi: Domine, ipsi sciunt quod ego †pertra- E
hebam in carcerem, & cædebam in singulis synagogis eos qui credebant in te.
Act. 7.g Et cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego quoque †assistebam, & assentie
bar morti illius, & custodiebam uestimēta interficientium illum. Et dixit ad me:
Vade, quoniam ego ad gentes procul mittam te. Audiebant autem eum usque ad
hoc uerbum, atque sustulerunt uocem suam, dicentes: Tolle de terra hominē istius-
modi: Non enim decet eum uiuere. Vociferantibus autem eis, & proijcientibus
uestimenta, & puluerem iactantibus in aerem, iussit tribunus eum induci in ca- F
stra, & imperauit eum flagris examinari, ut sciret propter quam caussam sic occla
marent ei. Et cum adstrinxisset eum loris, dixit adstanti sibi centurioni Paulus:
Num hominem Romanū, & indemnatum licet uobis flagellare? Quo audito,
centurio accessit ad tribunum, & renunciauit ei, dicens: Vide quid facturus es?
Hic enim homo Romanus est. Accedens autem tribunus dixit illi: Dic mihi,
num tu Romanus es? At ille dixit: Etiam. Et respondit tribunus: Ego multa sum G
ma ciuitatem istam comparaui. At Paulus ait: Ego uero & natus sum. Protinus
ergo discesserunt ab illo qui illum fuerant examinaturi. Tribunus quoque timuit,
postquam resciuit quod Romanus esset, & quod uinxisset eum. Postero autem die uo
lens scire certū, qua ex caussa accusaretur à Iudæis, soluit eum à uinculis, & iussit

[a] Verbi interpretatione, meam ad uos nunc excusationem.

[b] Vel potius, iuxta exactam rationem.

[c] Id est, religionē scilicet Christianam.

[d] Vel etiam, aduectus.

[e] *Alij legunt, τί σε δεῖ ποιεῖν. i. quid te* oporteat facere.

[f] Vel, testimonio omnium illic habitantium Iudæorum probatus.

Digitized by Google

principes sacerdotum conuenire, totumq; concilium eorum, ac deductum Paulum sistebat coram illis.

CAP. XXIII.

Paulum causam dicentem Ananias percutere iubet. Dissensio inter ipsos accusatores oritur. Solatur Paulum dominus. Tribunus autem cum Iudæorum insidias obseruat, qui se deuouerant ad Pauli necem, eundem Felici præsidi transmittendum curat.

A INtentis autem oculis in conciliū Paulus, dixit: Viri fratres, ego omni conscien
tia bona conuersatus sum coram Deo usq; in hodiernum diem. Princeps au-
tem sacerdotum Ananias præcepit adstantibus sibi, ut percuterent os eius. Tunc
Paulus dixit ad eum: Percussurus est te Deus paries dealbate. Et tu sedes iudicans
me secundū legem, & contra legem iubes me percuti? Et qui adstabant dixerunt:
Summo sacerdoti dei [a]conuiciaris? Dixit autē Paulus: Nesciebam fratres q; pon

a Alij, maledicis?

B tifex esset. Scriptum est enim: †Principi populi tui nō maledices. Sciens autem Exod. 22.d
Paulus q; una pars esset Sadducæorum, & altera pharisæorū, exclamauit in con-
cilio: Viri fratres, †ego Pharisæus sum, filius Pharisæi, de spe & resurrectione mor Phil. 3.b
tuorū ego iudicor. Et cum hoc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Sad-
ducæos, & dissecta est multitudo. †Nam Sadducæi quidem dicunt, non esse re Matt. 22.e
surrectionem, neq; angelum, neq; spiritum: Pharisæi autem utraq; confitentur.
Factus est autem clamor magnus. Et quum surrexissent scribæ de factione Phari
sæorum, [b]depugnabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto. Quod

b Vel, contendebāt.

C si spiritus loquutus est ei, aut angelus, ne repugnemus Deo. Et cum magna se
ditio coorta esset, ueritus tribunus, ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites
descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra. Sequenti
autem nocte adsistens ei Dominus, dixit: Bono animo esto Paule. Vt enim testifi
catus es [c]de me Hierosolymis, sic te oportet & Romæ testificari. Facto autem
die, collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se, dicentes: Neq; esuros se,
neq; bibituros, donec occiderent Paulum. Erant autem plures quàm quadragin

c *Græce est τὰ περὶ ἐμοῦ, id est, ea quæ* ad me spectant.

D ta [uiri,] qui hanc coniurationem fecerant. Qui accesserunt ad principes sacerdo
tum, ac seniores, & dixerunt: Deuotione deuouimus nosipsos, nihil gustaturos,
donec occidamus Paulum. Nūc ergo uos significate tribuno & concilio, ut cras
producat illum ad nos, [d]tanquam aliquid certius cognituros de eo. Nos uero,
priusquam appropinquet, parati sumus interficere illum. Cum autem audisset fi
lius sororis Pauli insidias, uenit & intrauit in castra, renunciauitq; Paulo. Accersi
to autem Paulus ad se uno ex centurionibus, ait: Adolescentē hunc abduc ad tri-

d Græce sic, tanquā certius cognituros, τὰ περὶ αὐτοῦ. i. causam illius: uel, de causa illius.

E bunum, habet enim quod renunciet illi. Et ille quidem adsumens eum, duxit ad
tribunū, & ait: Vinctus Paulus accersitū me rogauit, ut hunc adolescentem perdu
cerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi. Apprehensa autem tribunus
manu illius, secessit cum eo seorsum, & percontatus est illum: Quid est quod ha-
bes [e]significandum mihi? Ille autem dixit: Iudæi conspirauerunt, ad rogandum
te, uti crastino die educas Paulū in cōcilium, quasi aliquid certius inquisituri sint
de illo, tu uero ne morē gesseris illis. Insidiantur enim ei ex illis uiri plures qua-

e Vel potius, annunciandum.

F draginta, qui seipsos deuouerunt, ne uel edant, uel bibāt, donec interficiāt eum:
& nunc parati sunt expectantes [f]ut promittas. Tribunus igitur dimisit adole-
scentem, præcepitq; ei, Ne cui effutias, [inquiens,] q; hæc indicaueris mihi. Et ac
cersitis duobus quibusdam centurionibus, dixit: Parate milites ducentos, ut eant
Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis, et
iumenta præbete, ut impositū Paulum, saluum perducant ad Felicem præsidem,
scriptis literis in hanc formam: Claudius Lysias potentissimo præsidi Felici salu-
tem. Virum hunc comprehensum à Iudæis, cum iam esset interficiendus ab eis,
superueniens cum exercitu, eripui: cognito q; Romanus esset. Volensq; scire cau
sam ob quam accusarent illum, deduxi eum in cōcilium eorum. Quem comperi
accusari

f Verbi interpretatione, tuam promissionem.

Digitized by Google

accusari de quæstionibus legis ipsorũ, nullum dignũ morte, aut uinculis haben tem crimen. Et cum indicatũ esset mihi de insidijs, [g]quas parauerāt illi Iudæi, protinus misi eum ad te, præcepto dato etiam accusatoribus, ut quæ habent aduersus eum, dicant apud te. Vale. Milites uero iuxta quod sibi iniunctum erat, receptum Paulum duxerunt per noctem Antipatriden. Postero autem die dimissis equitibus, ut cum eo irent, reuersi sunt in castra. Qui cum uenissent Cæsaream, ac tradidissent epistolam præsidi, statuerunt coram eo & Paulum. Cum legisset autem præses, & interrogasset ex qua prouincia esset, & cognouisset quod ex Cilicia, audiā te (inquit) cum accusatores quoque tui aduenerint. Iussitque in prætorio Herodis custodiri eum. G

[g] Verbi interpretatione, quæ in uirum hunc à Iudæis euen turæ erant.

CAPVT XXIIII.

Paulus coram Felice præside causam suam agit, accusante hūc oratore Tertullo. Præses à Paulo pecunias pro redemptione dandas expectat: quæ cum nullæ darentur, eundem prouincia decedens uinctum relinquit.

Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias, cum senioribus & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem contra Paulum. A Et citato Paulo, cœpit accusare Tertullus, dicēs: Cum in multa pace agamus per te, & multa recte gerantur in populo hoc, per tuam prouidentiam, & semper & ubique comprobamus, præstantissime Felix, cum omni gratiarum actione. Sed ne diutius te detineam, oro te ut audias nos paucis pro tua [a]humanitate. Nacti B enim sumus uirum hunc, [b]pestem, & concitantē seditionem omnibus Iudæis in uniuerso orbe, & præfectum [c]hæreseos Nazaræorum, qui etiam templum prophanare conatus est, quem & adprehensum uoluimus secūdum legem nostram iudicare. Sed superueniens tribunus Lysias, cum magna ui eripuit eum è manibus nostris, iubens accusatores eius ad te uenire, ex quo poteris ipse inquisitione facta, de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. Adiecerūt au- C tem & Iudæi, dicentes hæc ita [se] habere. Respondit autem Paulus, quum annuisset ipse præses, ut diceret: Aequiore animo [d]pro meipso caussam dico, quum sciam te multis iam annis iudicem fuisse genti huic, qui possis cognoscere, quod non plures sunt mihi dies quàm duodecim, ex quo ascendi adoraturus Hierosolymam, & neque in templo compererunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis, neque in ciuitate: [e]neque probare possunt D ea de quibus me accusant. Confiteor autem hoc tibi, quod iuxta [f]uiam quam uocant hæresim, sic colo patrium Deum, credens omnibus quæ in lege & prophetis scripta sunt, spem habens in Deum, fore, quam & hi ipsi expectāt, resurrectionem mortuorum, iustorum simul & iniustorum. Quin in hoc & ipse studeo, sine offendiculo conscientiam habere erga Deum, & erga homines semper. Post annos autem plures accessi, eleemosynas exhibiturus in gentem meam, & obla- E Act. 21. e tiones, †in quibus compererūt me purificatum in templo, haud cum turba, neque cum tumultu. [g]Quidā autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse, & accusare, si quid haberent aduersum me: aut hi ipsi dicant, si quid deprehenderunt in me iniquitatis, cum stem in concilio, nisi de una hac uoce, qua clamaui Act. 23. b inter eos stans: †De resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à uobis. Audi F tis autem his Felix, distulit illos, certo sciens quæ ad eam uiam attinebant, dicēs: Cum tribunus Lysias descenderit, pernoscā caussam uestram. Iussitque centurioni ut custodiret Paulū, sineretque eum relaxari, & ne quē ex illius familiaribus uetaret subministrare ei, aut adire eum. Post aliquot autem dies, cum aduenisset Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit Paulū, & audiuit ab eo fidem quæ est in Christum. Disputante autem illo de iustitia & temperantia, & de iu G dicio futuro, tremefactus Felix, respondit: In præsentia abi, cæterum opportunitatē nactus accersam te. Simul & illud sperans, fore ut pecunia sibi daretur à Pau

[a] Græca dictio etiā æquitatē significat.
[b] Alij, pestiferum.
[c] Vel, sectæ.
[d] Vel, causam meam ago: uel, defendo.
[e] Vel, neque me conuincere possunt eorum.
[f] Id est, uitæ institutum.
[g] Imperfectus sermo, qui sic supplendus esse uidetur, Quidā aūt ex Asia Iudæi eum tumultū concitarūt, nō ego: qui si causam haberent in me iustā, adessent utique, &c.

Digitized by Google

lo, ut solueret ipsum, propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. Biennio aūt expleto, accepit successorem Felix Portiū Festum. Volens autem [b]gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulū uinctum.

CAP. XXV.

Paulus cum denuo causam suam coram Festo præside ageret Iudæorum improbitate compulsus Cæsarem appellat. Festus Agrippæ regi Pauli negotium exponit, eundemq; illi sistit ut causam illius cognoscat.

A Festus ergo suscepta prouincia, post triduum ascendit Hierosolymam à Cæsarea. [a]Significaruntq; illi principes sacerdotum, ac primores Iudæorū de Paulo, & rogabant eum, postulantes fauorem aduersus eum, ut accerseret eum Hierosolymam, insidias tendentes, ut interficerent eum in uia. Festus autem respondit, ut seruaretur quidem Paulus Cæsareæ, se uero breui illò profecturum. Qui ergo inter uos, (inquit) [b]potentes sunt, unà nobiscum descendāt, & si quod in hoc uiro est crimen, accusent eum.

B Demoratus autē inter eos diebus amplius q̄ [c]decem, descendit Cæsaream, & postero die sedit pro tribunali, iussitq; Paulum adduci. Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum qui ab Hierosolymis descenderant, Iudæi, multa & grauia crimina intendentes aduersus Paulum, quæ non poterant probare, Paulo pro se respondente, q̄ neq; in legem Iudæorum, neq; in templum, neq; in Cæsarem quicquam [D]peccasset.

C Festus autem uolens gratificari Iudæis, respondens, Paulo dixit: Vis Hierosolymam ascendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari. Iudæis nullam iniuriam feci, sicut & tu melius nosti. Si enim iniurius sum, ac dignum morte aliquid feci, non recuso mori. Si uero nihil est eorum de quibus hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem adpello. Tunc Festus cum consilio colloquutus, respondit: Cæsarem adpellasti. Ad Cæsarem ibis. Diebus autem aliquot transactis, Agrippa rex & Bernice descenderūt Cæ-

D saream, salutaturi Festum. Et cum dies complures ibi [e]commorarentur, Festus regi retulit caussam Pauli, dicens: Vir quidam est relictus à Felice uinctus, de quo cum uenissem Hierosolymam, [f]significarunt mihi principes sacerdotū, & seniores Iudæorum, [g]postulantes aduersus illum sentētiam. Quibus respondi: †Non est Romanis consuetudo, ob gratiā donare aliquem hominem, ut pereat, priusq̄ is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat de Deut. 17.2

E crimine. Cum ergo huc conuenissent, sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci uirum. De quo quū stetissent accusatores, nullum crimen intendebant [super hisce rebus] de quibus ego suspicabar, sed quæstiones quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus uiuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quæstione,

F dicebam: Num uellet ire Hierosolymam? & ibi iudicari super istis? Paulus autem cum adpellasset, ut seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruari eum donec mitterem eum ad Cæsarem. Agrippa autem dixit ad Festum: Volebam & ipse hominem audire. Cras (inquit) audies eum. Postero autem die, quum uenisset Agrippa, & Bernice cum multo adparatu, & introissent in auditorium cum tribunis, & uiris principalibus ciuitatis, iubente Festo, adductus est Paulus. Et dicit Festus: Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum uiri, uidetis hunc

G hominem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me, & Hierosolymis & hic, acclamantes, non oportere eum uiuere amplius. Ego uero cōperi, nihil dignum morte eum admisisse. Cæterum cum is ipse adpellasset Augustum, statui mittere eum. De quo quid certum scribam domino, non habeo. Quapropter produxi eum ad uos, & maxime ad te rex Agrippa, ut examinatione facta, habeam quod scribam. Iniquum enim mihi uidetur mittere uinctū, & crimina de quibus accusatur non significare.

CAP. XXVI.

Paulus

---

[b] Vel, rem gratā facere.

[a] Vetus interpres ἐνέτυχον legisse uidetur .i. adierunt, &c.

[b] οἱ δυνατοὶ .i. qui possunt, aut quibus commodum est.

[c] Hispana editio, octo legit etiā in Græco textu.

[D] *Græce est ἥμαρτον .i. peccaui, &* sic Paulus his uerbis usus fuisse dicetur.

[e] διατρίβει *singulare est*, cōmoraretur.

[f] Etiā ut initio cap. ἐνέτυχον *legit ue*tus interpres.

[g] Id est, postulabant ut ficta specie cognitionis Paulus uideretur iure dānatus. Hoc enim ex sequentibus Festi uerbis colligitur.

Digitized by Google

Paulus coram Agrippa rege fidei suæ rationē uocationemq; tanta authoritate exponit, ut etiam regis animum nonnihil flecteret. Sed re infecta discedunt proceres.

AGrippa uero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tūc Pau A
lus extēta manu, pro se dicebat: Super omnibus, de quibus accusor à Iudæis,
rex Agrippa, existimo me beatū,[a] qui caussam dicturus sim apud te hodie: quū tu
maxime sis gnarus earum, quæ apud Iudæos sunt, & consuetudinū & quæstio-
num. Quapropter obsecro te, ut patienter me audias. Itaq; uitam quidē meam,
quam egi ab adolescentia, quæ ab initio fuit in gente mea Hierosolymis, noue-
runt omnes Iudæi, qui prius nouerant me ab initio, si uelint testimonium ferre, B
quod secundum exquisitissimā sectam nostræ religionis, uixerim pharisæus. Et
nunc propter spem repromissionis, quæ ad patres nostros facta est à Deo, sto iu-
dicio subiectus, ad quam duodecim tribus nostræ instanter nocte ac die colentes
Deum, sperāt se peruenturas. De qua spe accusor, rex Agrippa, à Iudæis. Cur in-
credibile iudicatur apud uos, si Deus mortuos suscitat? Ego itaq; existimaui,
Act.8.a meipsum aduersus nomen Iesu Nazareni † multa repugnando facturū: quod & C
feci Herosolymis. Et multos sanctorum ego carceribus inclusi, à principibus sa-
cerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, detuli sententiā. Et per omnes
synagogas frequēter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insa-
supra 9.a niens in eos, persequebar etiā in exteras usq; ciuitates. [b] Quarū rerum studio quū
irem Damascum, cum authoritate, & permissu principū sacerdotum, die medio,
rex, in uia uidi è cœlo,[c] supra splendorē solis, circumfulsisse me lumen, & eos qui
mecum faciebant iter. Cum autē omnes nos decidissemus in terram, audiui uo-
cem loquentem ad me, ac dicentē Hebraica lingua: Saul, Saul, quid me persequeris? D
Durum est tibi, contra stimulos calcitrare. Ego autē dixi: Quis es Domine?
At ille dixit: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Sed exurge, & sta super pedes
tuos. Ad hoc enim adparui tibi, ut constituam te ministrū ac testem, & eorū quæ
uidisti, & eorū in quibus adparebo tibi: eripiens te à populo & gentibus, in quas
Esa.60.a nunc te mitto, ut aperias oculos eorū, ut conuertantur à tenebris ad † lucem, & à
potestate Satanæ ad Deum: ut accipiant remissionem peccatorū, & sortem inter
eos, qui sanctificati sunt per fidē, quæ est erga me. Vnde rex Agrippa, non fui E
Act.13.& 14. inobediens cœlesti uisioni, sed his qui sunt † Damasci primum, & Hierosolymis,
& per omnem regionem Iudææ, deinde & Gentibus annunciabam, ut pœniten-
tiam agerent, & conuerterentur ad Deum, opera facientes digna [d] his qui resi-
puissent. Hac ex caussa Iudæi me in templo compræhensum tentauerunt [e] inter-
ficere. Auxilium igitur nactus Dei, usq; in hodiernum diem sto, testificans, tum
paruo tum magno, nihil aliud dicens quàm quæ prophetæ prædixerant futura F
esse, & Moses: An passurus fuerit Christus, An primus ex resurrectione mortuo-
rum, lumen annunciaturus sit populo & gentibus. Hæc ait quum pro se di-
ceret, Festus magna uoce ait: Insanis Paule. Multæ te literæ ad insaniam conuer-
tunt. Et Paulus: Non insanio, (inquit) præstantissime Feste, sed ueritatis & so-
brietatis uerba eloquor. Scit enim de his rex, apud quem & libere loquor. Latere
enim eum nihil horum arbitror. Neque enim hoc in angulo gestum est. Credis G
rex Agrippa, prophetis? Scio quod credis. Agrippa autem ad Paulum ait: [f] Mo-
dica ex parte persuades mihi, ut fiam Christianus. Et Paulus ait: Optarim à Deo,
non solum modica ex parte, uerum etiam magna, nō te modo, sed omnes etiam
qui me audiunt hodie, esse tales, qualis & ego sum, exceptis uinculis his. Et hæc
eo locuto, surrexit rex ac præses, & Bernice, & qui assidebant eis. Et quum se-
cessissent, loquebantur inter se, dicentes: Nihil morte, aut uinculis dignum facit
homo iste. Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non adpel-
lasset Cæsarem.

[a] Hieron. uertit, cum apud te sim hodie defendendus.

[b] Ad uerbum, in quibus scilicet rebus uersans.

[c] Id est, lumē sole splendidius.

[d] Vel potius, pœnitentia: uel, quę pœnitentiam decerent.

[e] Vel, potius, uiolenta manu uiolare.

[f] Id est, parum abest quin mihi persuadeas: uel, ut alij, aliquantulum mihi persuades, &c.

CAPVT XVII.

Digitized by Google

Paulus ad Cæsarem ducendus centurioni committitur, qui cum illius consilio non paruisset aduersa nauigatione usus est. Et diu uentis undiq; iactati naufragium faciunt, omnibus tamen saluis in Meliten insulam euadentibus.

A POstquam autem decretum est, ut nos nauigaremus in Italiam, tradiderunt et
Paulum, & quosdam alios uinctos centurioni, nomine Iulio, cohortis augu
stæ. † Conscensa autem naue Adramytina, nauigaturi iuxta loca Asiæ soluimus 2. Cor. 11
perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. Sequenti aũt die
adpulimus Sidonem. Et Iulius humaniter tractato Paulo, permisit ut ad amicos
profectus, ab illis curaretur. Et inde quũ soluissemus, subnauigauimus iuxta Cy
B prum: propterea quod essent uenti cõtrarij. Et pelagus, quod est contra Ciliciam
& Pamphyliam, emensi, peruenimus Myram, quæ est Lyciæ: & ibi nactus cen-
turio nauem Alexandrinam nauigantẽ in Italiam, imposuit nos in eam. Quum
autem multis diebus tarde nauigaremus, uixq; deuenissemus contra Gnidum,
prohibente nos uento, subnauigauimus Cretam iuxta Salmonem. Et uix præ-
terlegentes illam, peruenimus in locum quendam, qui uocatur Pulchri portus:
cui uicina erat ciuitas Lasæa. Multo autem tempore peracto, & cum esset iam pe
riculosa nauigatio, ob id quoq; [a] quod ultra tempus sustinuissent inediã, admo-
nebat eos Paulus, dicens eis: Viri, uideo quod cum iniuria, multoq; damno, non
solum oneris & nauis, sed etiam [b] animarũ nostrarum futura sit nauigatio. Cen-
turio autẽ gubernatori & nauclero magis credebat, quàm his quæ à Paulo dice-
C bantur. Et cum aptus portus non esset ad hybernandum, cõplures ceperunt con
silium soluẽdi illinc, si quo modo possent peruecti Phœnicen, illic hybernare. Is
est portus Cretæ, spectans ad Africum & ad Chorum. Aspirante autem Austro,
rati se propositi compotes, quum soluissent Asson, præterlegebant Cretam. Ve-
rum haud multo post, coortus est contra ipsam uentus Typhonicus, qui uocatur
[c] Euroaquilo. Quumq; correpta esset nauis, nec posset [d] obniti uento, data naue
flatibus, ferebamur. In insulam aũt quandam deuecti, quæ uocatur Clauda, uix
potuimus obtinere scapham. Qua sublata, adiutorijs utebantur, subcingentes na
D uem, timentes ne in Syrtim inciderẽt, demisso uase, sic ferebantur. Quum autem
uehementi tempestate iactaremur, sequenti die iactũ fecerunt, ac tertio die nostris
manibus armamẽta nauis proiecimus. Porrò neq; sole, neq; syderibus adparen-
tibus ad complures dies, & tempestate nõ exigua imminente, iam ablata erat spes
omnis salutis nostræ. Quũ aũt multa iam esset inedia, tunc stans Paulus in me-
dio eorũ, dixit: Oportebat quidẽ ô uiri, audito me, non soluere à Creta, nec acer-
sere nobis iniuriam hanc & iacturam. Et nunc hortor, ut bono animo sitis. Ia-
ctura enim animæ nulla erit ex uobis, sed tantũ nauis. Adstitit enim mihi hac no
cte angelus Dei, cuius sum, quem & colo, dicens: Ne timeas Paule. Cæsari te
oportet sisti. Et ecce, donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. Propter quod
B bono animo estote uiri. Credo enim Deo, quod sic erit, quemadmodũ dictum est
mihi. In insulam autem quandam oportet nos eijci. Sed posteaquam quartade
cima nox superuenit, nauigãtibus nobis in Adria, circa medium noctis, suspica-
bantur nautæ [e] adparere sibi aliquam regionem. Qui & demissa [f] bolide, repere-
runt passus uiginti, ac pusillum inde digressi, rursumq; demissa bolide, repererũt
passus quindecim. Timentesq; ne in aspera loca inciderẽt, de puppi iactis ancho
ris quatuor, optabant diem oriri. Nautis uero quærentibus è naui fugere, quum
demisissent scapham in mare, sub prętextu uelut è prora anchoras extensuri, dixit
F Paulus centurioni & militibus: Nisi hi in naui manserint, uos salui fieri nõ pote-
stis. Tunc absciderũt milites funes scaphæ & passi sunt eã excidere. Et cum dies
inciperet adparere, hortabatur Paulus omnes sumere cibum, dicens: Dies hic de-
cimus quartus est q̃d expectãtes ieiuni permanetis, nihil accipiẽtes: propter quod
hortor

[a] Verbi interpretatione, quod iam ieiunij quoq; tẽpus præterisset. Quod tamen de inedia magis quã statuto ieiunio intelligendũ esse docẽt circumstantiæ, &c.
[b] Animas pro uita dixit. Hebraismus.

[c] εὐροκλύδων legũt Græci. Vox hinc ducta quod uentus hic ingẽtes fluctus excitet.
[d] ἀντοφθαλμεῖν metaphorice dicitur, oculos obuertere pro obniti.

[e] Græce προσάγειν legitur, quod accedere significat. Nisi fortaßis alij προσαυγεῖν legerint.
[f] Põdus intelligit funiculo alligatũ, quo in mare demisso nautæ eiusdem profunditatem explorant.

Digitized by Google

honor uos, ut sumatis cibum: hoc enim ad salutē uestram pertinet. Quia nullius uestrûm capillus de capite cadet. Et cū hęc dixisset, sumpto pane, gratias egit Deo, in conspectu omniū: & cū fregisset, cœpit edere. Porrò animis iam recreatis omnium, sumpserunt & ipsi cibū. Eramus uero uniuersæ [g]animę in naui, ducentæ septuaginta sex. Et saciati cibo, alleuabant nauē, eiicientes triticū in mare. Quū aūt dies esset, terram non agnoscebant: sinū uero quendā animaduertebāt, habentē litus, in quod cogitabant, si possent, appellere nauem. Et quū anchoras sustulissent, G committebant se mari, simul laxatis iuncturis gubernaculorum, & sublato artemone, ad auræ flatū tendebant ad littus. Et cum incidissent in locū bimarem, impegerūt nauem. Ac prora quidē infixa manebat immobilis: puppis uero soluebatur à ui undarū. Militum autē consiliū erat, ut uinctos occiderent, ne quis cum enatasset, effugeret. At centurio uolens seruare Paulum, compescuit eos à consilio, iussitq; ut qui possent natare, abiicerent se primos, & in terram euaderent: cæteriq; partim in tabulis, partim in quibusdam nauis fragmentis. Et sic factum est, ut omnes incolumes euaderent in terram.

g Animas dicunt etiam Hebręi quod Latini capita uocant, uel hodie, personas.

CAP. XXVIII.

Paulus sarmenta colligens uiperam manu tollit illæsus. Publium primatem & alios miraculosè sanat. Hinc denuo conscensa naui Romam perueniunt. Paulus Iudæis conuocatis causam suam exponit, & Christum docet biennio.

ET cum euasissent, tunc cognouerunt quod insula Melite uocaretur. Barbari A uero præstabant non uulgarem humanitatem nobis. Accensa enim pyra recipiebant nos omnes propter imbrem, qui imminebat, & propter frigus. Cum congregasset autem Paulus sarmētorum multitudinem, et imposuisset in ignem, uipera è calore prorepens, inuasit manum eius. Vt uero uiderunt Barbari pendentem bestiam de manu eius, inter sese dicebant: Omnino homicida est homo hic quem seruatū è mari [a]ultio nō sinit uiuere. Et ille quidē excussa uipera in ignem, B mali nihil passus est. At illi existimabant futurum, ut incenderetur, aut concideret repente mortuus. Diu autem illis expectantibus, & intuentibus nihil mali illi accidere, mutata [b]mente, dicebant, eum esse Deum. In locis autem illis erant prædia primati insulę, nomine Publio, qui nos exceptos, triduo benigne tractauit hospitio. Contigit autem, patrem Publij febribus & dysenteria uexatū, decumbere. Ad quem Paulus intrauit, & cum orasset, imposuissetq; ei manus, sanauit eum. Hoc igitur facto, cæteri quoq; qui habebant infirmitates in insula, accedebant, & C sanabantur: qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & soluētibus imposuerunt quæ necessaria erant. Post menses autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne [c]Castor et Pollux. Et cum uenissemus Syracusas, mansimus triduo. Inde circumlegentes deuenimus Rhegium, & post unum diem adflante Austro, postridie uenimus Puteolos, ubi repertis fratribus, rogati sumus manere apud eos dies septem, et sic uenimus Romam. Et inde cum audissent fratres de nobis, prodierunt in occursum nobis, usque ad Appij forum ac tres tabernas. Quos cum uidisset Paulus, gratijs actis Deo, sumpsit fiduciam. Cum autē uenissemus Romam, centurio tradidit uinctos principi D exercitus. Permissum est autem Paulo, ut maneret solus, cum custodiente ipsum milite. [D]Post tertium autem diem cōuocauit Paulus Iudæorū primores. Cumq; uenissent, dicebat eis: Ego uiri fratres, cum nihil fecerim aduersus plebem, aut instituta maiorum, uinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum: qui cum examinassent, uoluerunt me dimittere, eò quod nulla esset caussa mortis in me. Sed contradicentibus Iudæis, coactus sum adpellare Cæsarem: nō quasi E habeam, de quo gentē meam accusem. Propter hāc igitur caussam aduocaui uos, ut uiderem, et alloquerer. Propter spem enim Israelis catena hac circundatus sum. At illi dixerunt ad eum: Nos neque literas accepimus de te à Iudæa, neque adue-

a Vel etiam, iustitia. Vt sic ipsam deam intellexerint.

b Vel, sententia.

c Διόσκουροι enim, id est, Iouis filij hi duo dicebantur, & nauigantibus fauere credebantur.

D Verbi interpretatione; euenit autem post dies tres ut Paulus conuocaret.

Digitized by Google

niens aliquis fratrum renunciauit, aut loquutus eſt aliquid de te mali. Volumus
ãũt ex te audire, quæ ſentias. Nam de ſecta iſta notũ eſt nobis, quod ubiq; ei con-
tradicitur. Cum conſtituiſſent aũt illi diem, uenerunt ad eum in hoſpitium com-
F plures, quibus exponebat, teſtificans regnum Dei, ſuadensq; eis [e] de Ieſu ex lege
Moſi & prophetis, à mane uſq; ad ueſperam: & quidam credebant his quæ dice-
bantur, quidã uero non credebant. Quumq; inter ſe non eſſent concordes, diſce-
debant, ubi dixiſſet Paulus unum uerbũ: Bene ſpiritus ſanctus loquutus eſt per
Eſaiam prophetam ad patres noſtros, dicens: † Vade ad populum iſtum, & dic: Eſa.6.c
[f] Auribus audietis, & nõ intelligetis: & uidentes uidebitis, & nõ cernetis. [g] Craſ Matt.13.b Marc.4.b
G ſum enim effectum eſt cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos Luc.8.f
ſuos occluſerũt, nequando uiderent oculis, & auribus audirent, & corde intellige Ioan.12.f
rent, & conuerterentur, & ſanarem eos. Notũ ergo ſit uobis, q̃d gentibus miſſum Rom.11.b
eſt hoc ſalutare Dei: & ipſi audient. Et cum hæc dixiſſet, diſceſſerũt Iudæi, multã
habentes inter ſe diſceptationem. Manſit autem Paulus biennio toto in ſuo con
ducto, & ſuſcipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipſum, prędicans regnũ Dei,
ac docens quæ ſunt de Domino Ieſu, cum omni fiducia, nemine prohibente.

[e] τὰ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, id eſt, ea quæ ad Ieſum ſpectabant.

[f] Repetitiones hæ Hebraico more poni conſueuerunt.

[g] Al. incraſſatũ eſt.

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Romanos.

CAPVT I.

Principio beneuolentiã & attentionem captat, uocationẽ ſuam, Euãgelij dignitatẽ & ſuũ in Romanos ſtudiũ exponendo. Deinde primã epiſtolæ partẽ de fide iuſtificante aggreditur, oſtendẽs horrendiſſimũ ſcelerũ fontẽ eſſe dei ignorantiã et religionẽ corruptã.



A PAVLVS ſeruus Ieſu Chriſti, [a] uocatus Apoſtolus, † [b] ſegre- Act.13.a
gatus in euangeliũ Dei, quod ante promiſerat per prophe-
tas ſuos, in ſcripturis ſanctis, de filio ſuo, qui genitus eſt ex
ſemine Dauid ſecundũ carnem: qui [c] definitus eſt, filius Dei
per potentiã, ſecundum ſpiritũ [d] ſanctificationis, ex reſurre-
ctione mortuorũ Ieſu Chriſti, Domini noſtri, per quem ac-
cepimus gratiam, & [e] apoſtolatũ, [f] ad obedientiam fidei in-
ter omnes gentes ſuper nomine eius, de quorum numero eſtis & uos uocati Ieſu
Chriſti. Omnibus qui Romæ eſtis, dilectis Dei, uocatis ſanctis, gratia uobis &
pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Primũ quidẽ, gratias ago Deo
meo per Ieſum Chriſtum, ſuper omnibus uobis, quod fides ueſtra annũciatur in
B toto mundo. Teſtis enim eſt mihi Deus, quem colo ſpiritu meo, in euãgelio filij
ipſius, quod indeſinenter mentionẽ ueſtri faciam, ſemper in precibus meis orans,
ſi forte tandem aliquando proſperum iter nactus fuero [g] per uoluntatem Dei, ut
ueniam ad uos. Percupio enim uos uidere, ut aliquod impertiar uobis donũ ſpi-
rituale, quo uos confirmemini: hoc uero eſt, ut cõmunem capiam cõſolationem
in uobis, per mutuam fidem, ueſtram ſimul & meam. Nolo autẽ uos ignorare
fratres, quod ſæpe propoſueeã uenire ad uos, [h] licet præpeditus fuerim ad hunc
uſque diem: quo fructum aliquẽ haberem inter uos quoq;, quemadmodum &
inter reliquas gentes (Græcis ſimnl & Barbaris, eruditis pariter ac rudibus debi-
tor ſum) ita, quantũ in me eſt, paratus ſum uobis quoq;, qui Romæ eſtis, euange-
lizare.

[a] Vocatus hic nomẽ eſt abſolute poſitũ: q.d. qui ſecundũ uocationem meam apoſtolus ſum.

[b] ἀφορίζειν, id eſt, cũ iudicio aliquid ſecernere.

[c] Id eſt, declaratus, demonſtratus, uel iudicatus.

[d] Vel, ſanctificantẽ.

[e] Id eſt, apoſtolici muneris functionem.

[f] Vel, ut obediatur.

[g] Vel, uolente deo.

[h] Vel, & prępeditus ſum: ut ſic ad negocia referatur. Vel, & prohibitus ſum: ut referatur ad ſpiritũ, qui etiam in Bithyniam profecturũ prohibuit, Act.16.

Digitized by Google

lizare. Non enim me pudet euangelij Christi. Potentia siquidem Dei est, ad salutem [k] omni credenti, Iudæo primum simul & [t] Græco. Iustitia C enim Dei * per illud patefit ex fide, in fidem: sicut scriptum est: † Iustus autẽ ex fide uiuet. [l] Palàm fit enim ira Dei de cœlo, aduersus omnem impietatem, & iniustitiam hominũ, qui ueritatem in iniustitia detinent: propterea quod id quod de Deo cognosci potest, manifestum est [m] in illis. Deus enim illis patefecit. Siquidẽ quæ sunt inuisibilia illius, ex creatione mundi, [n] dum per opera intelliguntur, peruidentur: ipsa nempe æterna eius potentia ac diuinitas, in hoc, ut sint inexcusabiles. Propterea † quod cum Deum cognouerint, non ut Deũ glorificauerunt, aut grati fuerũt, sed frustrati sunt per [o] cogitationes suas, & obtenebratũ est insciẽs cor eorũ. Cum se crederẽt esse sapientes, stulti facti sunt: mutaueruntq́ gloriam incorruptibilis Dei, per similitudinem imaginis, corruptibilis hominis, & uolatiliũ, & quadrupedum, & reptiliũ. Quapropter etiam [p] tradidit illos Deus per cupiditates cordium suorum, in immunditiam, ut ignominia adficiant corpora sua inter se mutuo, qui commutarunt ueritatem eius mendacio, & uenerati sunt, coluerũtq́ [q] ea quæ condita sunt supra eum qui condidit, qui est [r] laudandus in sæcula, Amen. Quamobrẽ tradidit eos Deus in [s] cupiditates ignominiosas. Nam & D fœminæ illorũ mutauerunt naturalem usum, in eum qui est præter naturam. Similiterq́ & masculi, relicto naturali usu fœminæ, exarserunt per apetentiam sui alius in alium, masculi in masculos fœditatem perpetrantes, & [t] præmium, quod oportuit, erroris sui in sese recipientes. Et quemadmodum [u] nõ probauerunt, ut Deum agnoscerent, ita tradididit eos Deus in reprobam mentem, ut facerent [x] quæ non conueniebat, [y] repleti omni iniustitia, scortatione, uersutia, auaritia, malitia, pleni inuidia, cæde, contentione, dolo, [z] malis præditi moribus, susurrones, obtrectatores, Dei osores, contumeliosi, elati, gloriosi, excogitatores malorum, parentibus immorigeri, expertes intelligentiæ, pactorum haud quaq̃ tenaces, [a] alieni à charitatis adfectu, [b] fœdifragi, immisericordes. Qui cũ iustitiã Dei agnouerint (q̃ hi, qui talia faciunt, digni sint morte) non solũ ea faciunt, uerum etiã assentiuntur ijs qui faciũt.

CAP. II.

Ostendit hic omnes homines peccato obnoxios esse & iram dei meruisse. Et ne Iudæi propter legem & circuncisionem se à peccato liberos esse putarent, ostendit quæ sint illorum scelera: quis uere Iudæus, & quæ sit uera circuncisio.

QVapropter, inexcusabilis es ô homo, quisquis es † qui iudicas. A Nam hoc ipso, quod iudicas alterũ, teipsum condemnas. Eadẽ enim facis tu, qui iudicas. Scimus autẽ, quod iudicium Dei est secundũ ueritatẽ, aduersus eos qui talia agunt. Cogitas aũt ô homo, qui iudicas eos qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu suffugies iudicium Dei? Aut diuitias benignitatis illius, ac tolerantiæ, longanimitatisq́ contemnis, ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiã te [a] inuitat? Sed iuxta duritiam tuam, & cor pœnitere nescium, [b] colligis tibi ipsi iram in die iræ, quo patefiet iustum iudicium Dei, qui † redditurus est unicuiq́ iuxta opera sua: his quidem [c] qui perseuerantes in benefaciendo, gloriã B & honorem, & immortalitatem quærunt, uitam æternam: ijs uero qui sunt [d] contentiosi, & qui ueritati quidem non obtemperant, sed obtemperant iniustitiæ, uentura est indignatio & ira, adflictio & anxietas aduersus omnẽ animã hominis, perpetrantis malum, Iudæi primũ, simul

Habac.2.a
Gal.3.b
Hebr.10.g
Ephes.4.c
Matth.7.a
Matt.16.a

[k] Vel, cuiuis. Hoc enim magis excludit nationum delectum.
[t] Græcus hic pro Ethnico sumitur, ut etiam alibi ferè semper.
* Verbi interpretatione, in illo.
[l] Vel, reuelatur, detegitur.
[m] Id est, apud illos.
[n] Verbi interpretatione, operibus intellecta: uel, per creaturas intellecta. Quamuis νοούμενα hic præsens sit.
[o] διαλογισμὸς cogitationẽ ratiocinantis & dijudicantis singula significat, quæ à fide aliena est.
[p] Id est, permisit illos cupiditatibus cordium, &c.
[q] Vel, creaturas.
[r] Vel, benedictus.
[s] Vel, affectus aut cupiditates ignominiæ, quod Hebraismum resipit.
[t] Vel, retributionem præmij aut repensationem. August. mercedem mutuam dixit.
[u] Id est, noluerunt, non uisum est illis.
[x] Id est, se indigna.
[y] Græci accusatiuum habent, repletos, ut referatur ad uerbum supra positum, tradidit. Sic etiam paulò post legunt, plenos.
[z] Apud Græcos substantiuum est, κακοηθεία quod morum asperitatem & difficultatem significat.
[a] στοργὴ naturalem illum pietatis et charitatis affectum significat, quẽ habemus erga parentes aut fratres. Hinc ἄστοργοι, qui ad hũc affectum obsurduit.
[b] Vel potius, irreconciliabiles aut intractabiles.
[a] ἄγει, id est, ducit. Hyeron. in Ezechielem uertit per prouocandi uerbum.
[b] Vel, ceu thesaurum recondis.
[c] Verbi interpretatione, per perseuerantiam operis boni.
[d] Verbi interpretatiõe, qui sunt ex contentione, id est, contentiosi. Sic enim τοὺς ἐκ περιτομῆς uocat circumcisos. Rom.4.

Digitized by Google

& Græci. Gloria uero & honor, & pax omni operanti bonũ, Iudæo pri
mum simul & Græco. † Non enim est personarũ respectus apud Deũ. Act.10.d
Quicũq; enim sine lege peccauerũt, sine lege & peribunt: & quicunq; in Ephes.6. Gal.2.a
lege peccauerũt, per legẽ [e] iudicabuntur. † Non enim [f] qui audiũt legẽ, †Matt.7.
C iusti sunt apud Deũ, sed qui legẽ factis exprimũt, iusti habebuntur. Nã Iacob.1.c
cum gentes, quæ legem non habent, natura quæ legis sunt, faciant, hæ
legem non habentes, sibijpsis sunt lex, qui ostendunt opus legis [g] scri-
ptum in cordibus suis, simul attestante illorum conscientia, & cogitatio
nibus [h] inter se accusantibus, aut etiã excusantibus, in eo die, quum iu-
dicabit Dominus occulta hominum, iuxta Euangelium meum, per Ie-
sum Christum. [i] Ecce, tu Iudæus cognominaris, & acquiescis in lege,
& gloriaris in Deo, & nosti uoluntatem, ac probas eximia, [k] institutus
ex lege, confidisq; teipsum ducem esse cæcorum, lumen in tenebris uer-
santium, eruditorem insipientium, doctorem imperitorũ, habentem for
mam cognitionis ac ueritatis per legẽ. Qui igitur doces alium, teipsum
D non doces: qui prædicas, non furandum, furaris: qui dicis, non adulte-
randum, adulterium committis: qui execraris simulachra, sacrilegium
admittis: qui de lege gloriaris, per legis transgressionem Deum deho-
nestas. Nam nomen Dei propter uos [l] male audit inter gentes, † quem- Esa.52.b
admodum scriptum est. Nam circuncisio quidem prodest, si legem ser Ezec.36.f
uaueris: quod si transgressor legis fueris, circuncisio tua in præputium
uersa est. Ergo si [m] præputiũ iustificationes legis seruauerit, nónne præ-
putium illius pro circuncisione imputabitur? Et quod est ex natura præ-
putium, si legem seruauerit, iudicabit te, qui per literã & circuncisionem
transgressor es legis. [n] Non enim is, qui in manifesto Iudæus sit, [Iu-
dæus est:] nec ea quæ in manifesto sit carnis circuncisio, [circũcisio est,]
sed qui in occulto Iudæus fuerit, [is Iudæus est,] & circuncisio cordis,
[circuncisio est,] quæ spiritu constat, non litera: cuius laus nõ ex homi-
nibus [est,] sed ex Deo.

CAPVT III.

Initio capitis ceu digreßiuncula ostendit in quo nam Iudeus præcellat. Hinc ad scopum rediens omnes homines peccati conuincit, docetq; iustitiam non operibus legis, sed fide in Christum per gratiam dei comparari.

A Q[a]Vid igitur habet in quo præcellat Iudæus? aut quæ utilitas
circuncisionis? Multum per omnem modũ. Nam primũ qui-
dem [illud] quod [illis] [b] cõmissa sunt oracula Dei. Quid enĩ,
† si quidam fuerunt increduli? Num incredulitas illorũ, fidem Dei [c] fa- †2.Tim.2.c
ciet irritam? Absit. * Imò sit [d] Deus uerax, † omnis autẽ homo mendax. *Ioan.3.f
quemadmodũ scriptũ est: * Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas †Psal.115.a
cum iudicaris. Quod si iniustitia nostra, Dei iustitiam [e] cõmendat, quid †Psal.50.a
dicemus? Num iniustus Deus, qui inducit iram? [f] Secundũ hominem
dico. Absit. [g] Nam q̃modo iudicabit Deus mundum? Etenim si ueritas
Dei per meum mendacium excelluit, in gloriam ipsius, quid posthac &
ego ueluti peccator iudicor? Ac non potius (quemadmodũ [h] de nobis
male loquuntur, & sicut quidã aiunt, nos dicere) faciamus mala, ut ue-
niant bona. Quorum damnatio iusta est. Quid igitur? Præcellimus?
B Nullo modo. Nã ante caussis redditis ostendimus & Iudæos † & Græ †Gal.3.d
cos omnes sub peccato esse: sicut scriptũ est: * Nõ est iustus, ne unus qui *Psal.13.a
dem. Non est qui intelligat. Nõ est qui exquirat Deũ. Omnes deflexe-
rũt, simul inutiles facti sunt. Nõ est qui exerceat bonitatẽ, non est usq; ad
unum. † Sepulchrũ apertum guttur eorũ, linguis suis ad dolũ usi sunt, & Psal.5.a Psal.139.a
uenenum

[e] Pro, condemnabuntur.
[f] Verbi interpretatione, auditores legis.

ἔγγραπτον, *nomen est, non par*ticipium: q. d. scriptitium.
[h] Vel, inuicem, ut Hier.

[i] *Alij legunt,* εἰ δὲ, *id est, si au*tem, &c.
[k] Vel, eruditus aut initiatus.

[l] Vel, blasphemijs proscinditur.

[m] Id est, gentes incircuncisę. Peculiare enim est Paulo ut circuncisionem uocet Iudæos, & gentes præputium.
[n] Græci hic breuiores sunt dicẽdo, Nõ enim qui in manifesto, Iudæus est: neq; quæ in manifesto in carne, circuncisio est, &c. Sed sensum apud illos conficiunt articuli, quos Latini nõ nisi hac paraphrasi, quæ in contextu est, exprimunt.

[a] Verbi interpretatione, Quæ igitur est excellentia Iudæi?

[b] Vel, concredita sunt.
[c] Vel, abolebit aut antiquabit.

[d] γινέσθω *positũ uidetur pro* ἀποδεικνύσθω, *id est, demõstre*tur, comprobetur.
[e] συνίστησι, *id est, stabilit, con*firmat & fulcit.
[f] Al. humano more loquor.
[g] Vel, insuper. Quasi nouã quæstionem moueat.
[h] Vel, blasphemijs & conuicijs impetimur.

Digitized by Google

Psal.9.c *uenenum aspidũ sub labijs eorum. Quorum os execratione & amarulentia ple
Esa.59.b num est, ueloces pedes illorum ad effundendum sanguinem. †Contritio & cala-
Psal.35.a mitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt. *Non est timor Dei coram
...2.d oculis eorum. Scimus autem, quod quæcunq; lex dicit, his qui in lege sunt, di- C
cat: ut omne os obturetur, & obnoxius fiat totus mundus Deo: propterea quod
ex operibus legis [i]non iustificabitur omnis caro in conspectu eius. Per legem e-
nim agnitio peccati. Nunc uero absque lege iustitia Dei manifestata est, dum cõ
probatur testimonio legis ac prophetarum. Iustitia uero Dei, per fidem Iesu Chri
sti in omnes, & super omnes qui credunt. Non enim est distinctio. Omnes e-
nim peccauerunt, ac [k]destituuntur gloria Dei. Iustificantur [autem] gratis, per il-
lius gratiam, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu: quem proposuit Deus
[l]propitiatorium, per fidem [m]interueniente ipsius sanguine, ad ostensionem iusti- D
tiæ suæ, propter remissionem præteritorum peccatorum, [n]quæ Deus tolerauit, ad
ostendendam iustitiam suam, in præsenti tempore. In hoc, ut ipse sit iustus, & iu-
stificans eum qui est ex fide Iesu. Vbi igitur gloriatio? Exclusa est. Per quam le-
gem? Operum? Non. [o]Imò, per legem fidei. Colligimus igitur, fide iustificari ho
minem, absq; operibus legis. An Iudæorum Deus tantum? An non & gentium?
Certe & gentium. Quandoquidem unus Deus, qui iustificabit [p] circuncisionem
ex fide, & præputium per fidem. Legem igitur [q]irritam facimus per fidem? Absit.
Imò, legem stabilimus.

CAP. IIII.

Quia Abrahæ exemplum obijcere poterant Iudæi quasi is ex circuncisione iustitiam esset consecutus, idem illud in illos retorquet Paulus, ostendens hunc priusquam circunci deretur promissionem accepisse. Nec filios Abrahæ & promissionis esse, qui legem habeant & circuncisi sint, sed qui fidem Abrahæ imitentur. Et sic solide concludit solam fidem in Christum iustificare.

QVid igitur dicemus Abraham patrem nostrum [a]inuenisse secundum car A
nem? Nã si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur,
Gen.15.b at non apud Deũ. Quid enim scriptura dicit? †Credidit aũt Abrahã Deo,
Gal.3.a et imputatum est ei ad iustitiã. Ei uerò qui operatur, merces non imputatur secun
Iac.2.d dum gratiam, sed secundum debitũ. Porrò ei qui non operatur, sed credit in eum
qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iustitiam. Quemadmodũ & Dauid
explicat beatificationem hominis, cui Deus imputat iustitiam, absque operibus:
Psal.31.a †Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum obtecta sunt peccata. Beatus B
uir, cui non imputauerit Dominus peccatum. Beatificatio igitur hæc, ad circun
cisionem [tantum,] an & ad præputium [b] [pertinet?] Dicimus enim, quod impu
tata fuerit Abrahæ fides ad iustitiam. Quomodo ergo imputata est? cum esset in
circuncisione, an cum esset in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio.
Gen.17.b Et †signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ fuerat in prępu
tio, ut esset pater omnium credentium per præputium, ut imputaretur & illis iu-
stitia, & pater circuncisionis, [c]non circuncisis solummodo, uerum etiam ijs qui
ingrederentur uestigijs fidei, quæ fuit in præputio patris nostri Abrahæ. Non C
enim per legem promissio contigit Abrahæ, aut semini eius, (illum hæredẽ fore
mundi) sed per iustitiam fidei. Etenim, si [d]hi qui ad legem pertinẽt, hæredes sunt,
inanis facta est fides, et irrita facta est promissio. Nam lex iram operatur. Siquidẽ
ubi non est lex, ibi nec transgressio est. Idcirco ex fide [datur hæreditas,] ut secun
dum gratiam, ut firma sit promissio uniuerso semini: non ei [e] quod est ex lege tã
tum, uerum etiam ei quod est ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrûm. Si-
Gen.13.& 22. cut scriptum est: †Patrem multarum gẽtium cõstitui te; [nimirum] ad exemplum
Dei, cui crediderat: qui [f]uitæ restituit mortuos, ac uocat ea [g]quæ nõ sunt, tanquã
sint. Qui [h]præter spem sub spe credidit, se fore patrẽ multarum gentium. Iuxta id D

[i] Hebraismum sapit, pro, iustificabitur nulla caro.

[k] ὑστεροῦνται propriè dicuntur, qui non assequuntur q̃d optãt.

[l] Vel, propitiationẽ aut recõciliatorem.

[m] Ad uerbũ, in ipsius sanguine.

[n] Vel, in patientiam uel, tolerantia dei.

[o] Vel, sed.

[p] Id est, circuncisos Iudæos & gentes incircuncisas.

[q] Vel, abrogamus et antiquamus.

[a] Id est, consecutum esse & meruisse. Sic enim inueniendi uerbo et Hebræi et Græci utuntur.

[b] Theophylactus enim huc subiunxit πίπτει, id est, cadit, uel competit.

[c] Verbi interpretatione, non solum ijs qui ex circũcisione, id est, qui non solum circuncisi essent, uerum etiam, &c. Sensus est, Abrahã illorum Iudæorũ patrẽ dici qui circuncisioni fidem adiũxerint.

[d] οἱ ἐκ νόμου, id est, qui ex lege. Locutio superiori similis, pro ijs qui legem seruant.

[e] Id est, Iudęis legem habentibus.

[f] Vel uiuificat.

[g] Id est, quæ nullius sunt ualoris: uel, quę omnino non existunt.

[h] Id est, cũ nullo modo appareret: uel, signum eius quod sperari posset, &c.

Digitized by Google

quod dictum est: Sic erit semen tuum. Ac non infirmatus fide, haud considerauit suum ipsius corpus, iam emortuũ, quum centũ ferè natus esset annos, nec emortuam uuluam Saræ. Verum ad promissionẽ Dei non [i] hæsitauit ob incredulitatem, sed robustus factus est fide, tribuens gloriã Deo, certa persuasione concepta, [k] quod is qui promiserat, idem potens esset & præstare. Quapropter etiam imputatum est illi ad iustitiam. Non scriptum est autem propter illum tantum, imputatum fuisse illi, sed etiam propter nos, quibus imputabitur, credentibus in eum, qui excitauit Iesum Dominum nostrum à mortuis: qui traditus fuit propter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationem nostri.

CAPVT V.

Principio de fidei fructibus disserit, ostendens simul diuini beneficij magnitudinem, cui fides innititur, eiusq; certitudinẽ. Deinde altius repetens omnia, peccati fontes ostendit & eiusdem effectus, describens simul unde nam gratia oriatur, uita & iustificatio.

A IVstificati igitur ex fide, pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum, [a] per quem & aditum nacti sumus fide, in gratiã hanc, in qua stamus, & gloriamur sub spe gloriæ Dei. Nec id solum, uerumetiam gloriamur in adflictionibus: scientes quod adflictio patientiã pariat, patientia uero probationem, probatio autem spem. Porrò spes non pudefacit, quia dilectio Dei effusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Christus enim, quum adhuc essemus infirmi iuxta rationem temporis, pro impijs mortuus est.
B Nam uix pro iusto quisquam morietur. Siquidem pro bono forsitan aliquis etiã mori [b] sustinet. [c] Commendat autem suam charitatẽ erga nos Deus, quod cum adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis iustificati nunc sanguine eius, seruabimur per eum ab ira. Nam si cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati, seruabimur per uitam ipsius. Non solum autem [hoc,] uerumetiam [d] gloriantes in Deo, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconcilia-
C tionem [e] adsequuti sumus. Propterea, quemadmodũ per unum hominem peccatum in mundum introijt, ac per peccatũ mors: & sic in omnes homines mors peruasit, [f] quatenus omnes peccauerũt. Vsq; ad legem enim peccatũ erat in mundo. Porrò peccatũ non imputatur, cum non est lex. Imò regnauit mors ab Adam usq; ad Mosen, in eos quoq;, qui non peccauerant [g] ad similitudinem transgressionis Adam, qui typum gerit illius [h] futuri. At non, ut peccatum, ita & donũ. Nam si unius delicto [i] multi mortui sunt, multo magis gratia Dei, et donum per gratiam, quæ fuit unius hominis, Iesu Christi, in multos exuberauit. Et non si-
D cut per unum, qui peccauerat, [uenerat mors, ita] donum. Nam iudiciũ quidem ex uno [delicto] ad condemnationẽ, donum autem ex multis delictis ad iustificationem. Etenim si per unius delictum mors regnauit [k] per unum, multo magis hi qui exuberantiam gratiæ & doni iustitiæ accipiunt, per uitam regnabunt, authore uno Iesu Christo. Itaq; sicut per unius delictũ, [propagatum est malum] in omnes homines ad condemnationem, ita & per unius iustificationem [propagatur bonum] in omnes homines, ad iustificationem uitæ. Quemadmodum enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti fuimus [l] multi, ita per obedientiam unius, iusti constituentur multi. Cæterum lex obiter subijt, ut abundaret delictum. Vbi uero exuberauit peccatum, ibi magis exuberauit gratia: ut quemadmodum regnauerat peccatũ [m] in morte, sic & gratia regnaret per iustitiam, ad uitam æternam, per Iesum Christum.

CAPVT VI.

Ne hi qui operibus iustitiã negari audiebãt, uitæ licentiam hinc colligerent, ostendit quod nã fideliũ Christi sit officiũ, adhortãs simul ut excusso peccati iugo iustitiæ seruiãt.

A QVid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui mortui sumus peccato, q̃modo posthac uiuemus in eodẽ? † An ignoratis,

[i] Vel, diiudicauit & disquisiuit. Hoc enim difficultates faciunt.

[k] Verbi interpretatione, quia quod promissum est potest etiam facere.

[a] Erasm. longius à textu discedẽs dixit, per quẽ & contigit nobis ut fide perduceremur, &c.

[b] Vel, ausit.

[c] Vel, Cõfirmat, stabilit et comprobat hoc scilicet ceu certo indicio uel signo.

[d] Alij, καυχώμενοι, id est, gloriamur.

[e] Vel, accepimus.

[f] Vel, in quo.

[g] Id est, eo modo, aut idem illud peccatum quod Adam commisit.

[h] Scilicet Christi.

[i] Multi positum uidetur pro omnes.

[k] Vel, propter.

[l] Vel potius, omnes.

[m] Vel, in mortẽ: uel, ad mortem.

1. Pet. 3. Heb. 9.

Gal. 3.

tis, quòd quicunque baptizati sumus in Christum Iesum, in mortem eius baptizati sumus? Sepulti igitur sumus unà cum illo per baptismum in mortem, ut quemad-
phes.4.e ol.3.b eb.12.a modum excitatus est Christus ex mortuis per gloriam patris, †ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Nam si insititij facti sumus illi per similitudinem mortis eius, nimirum & resurrectionis [participes] erimus. Illud scientes, quòd uetus ille noster homo cum illo crucifixus est, ut aboleretur [a]corpus peccati, ut posthac non
Pet.3.a seruiamus peccato. Etenim *qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Quod si mortui sumus cũ Christo, credimus quòd & uiuemus cum illo, scientes quòd Christus excitatus à mortuis, non amplius morit, mors illi nõ amplius dominatur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod uero uiuit, uiuit Deo. Ita & uos [b]reputate, uosipsos mortuos quidem esse peccato, [c]uiuere autem Deo per Christum Iesum dominum nostrum. Ne regnet igitur peccatum in mortali uestro corpore, [d]ut obediatis illi per cupiditates eius. Neque [e]accõmodetis membra uestra arma iniustitiæ peccato, sed accõmodetis uosmetipsos Deo, uelut ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiæ Deo. Peccatum enim uobis nõ dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. Quid igitur? Peccabimus
m.8.d quod non simus sub lege, sed sub gratia? Absit. †An nescitis quòd cui accommoda-
Pet.2.d tis uosipsos seruos ad obediendũ, eius serui estis cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iustitiam? Gratia autem Deo, quod fuistis quidem serui peccati, sed obedistis ex animo in eam in quam traducti estis, formam doctrinæ. Cæterum liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanum quiddam dico, propter infirmitatem carnis uestræ. Quemadmodum enim præbuistis membra uestra serua immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem: sic & nunc præbete membra uestra serua iustitiæ, ad sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati, liberi eratis [f]iustitiæ. Quem igitur fructum habebatis tunc in his de quibus nunc erubescitis? Nam [g]finis illorum mors. Nunc uero manumissi à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem autem uitam æternam. Etenim [h]stipendia peccati mors, donum autem Dei uita æterna, per Christum Iesum dominum nostrum.

CAP. VII.

Ne cum lege fructus etiam bonorum operum abijcerent, similitudine ostendit quatenus & quomodo à lege liberati sint. Deinde ceu digrediens docet quid lex sit, quare lata sit, & qui eius in nos effectus, uis & officium, & quis nam ab illius imperio nos liberet.

AN ignoratis fratres, (scientibus enim legem loquor) quod lex tantisper do-
or.7.g minatur homini, quoad [ea] uixerit? †Nam uiro obnoxia mulier, uiuẽti ui-
latt.5.d ro alligata est per [a]legem: quod si mortuus fuerit uir, liberata est à lege uiri. *Proinde uiuente uiro, adultera uocabitur si [b]se iunxerit alteri uiro: sin autẽ mortuus fuerit uir, libera est à lege [uiri,] ut nõ sit adultera, si iuncta fuerit alteri uiro. Itaque fratres mei, uos quoque mortificati estis [c]legi per corpus Christi, ut iungeremini alteri, nimirum ei qui ex mortuis surrexit, ut fructificemus Deo. Cum enim essemus in carne, adfectus peccatorum, qui sunt per legem, uigebant in membris nostris, ad fructificandum morti. Nunc autem [d]liberati sumus [e]à lege, mortui [ei] in qua detinebamur, ut seruiamus per nouitatem spiritus, & non per uetustatem literæ. Quid ergo dicemus? lex peccatum [est?] Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam & concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset:
xd.20.c tt.5.b †Non concupisces. Sed occasione accepta, peccatum per præceptũ genuit in me omnem concupiscentiam. Siquidem absque lege peccatum [erat] mortuum. Ego autem uiuebam sine lege quondam. Porrò ueniente mãdato, peccatum reuixit, ego uero mortuus fui. Et repertum est mandatum quod institutũ erat ad uitam, mihi cedere ad mortem. Nam peccatum occasione accepta per præceptum, [f]decę

B [a] Id est, nostra caro, quæ merum peccatum est nec quicquã aliud.

[b] Vel, cõsiderate & ob oculos habete.

C [c] Græci ζῶντας. i. uiuentes legunt.

[d] Vel, ad obediendum.

[e] Vel, exhibeatis.

D [f] Datiuus est, idem significans ac si dixisset, à iustitia.

[g] τέλος etiam pro tributo & uectigali sumi potest, quod ex seruitute peccati colligitur.

[h] ὀψώνιον erat quod dabatur alendo militi.

A [a] Id est, ius matrimonij.

[b] Vel, si fuerit alteri uiro.

[c] Per legem hic non dei uoluntas intelligenda est, sed illud quod legis indicio agnoscitur, peccatũ scilicet.

[d] κατηργήθημεν. i. iure legis abolito, uel antiquato, liberi sumus.

B [e] Alij legunt, ἀπὸ τοῦ νόμου θανάτου. i. à lege mortis, uel mortifera: Chrysost. autẽ legit, ἀπὸ τοῦ νόμου ἀποθανόντος, id est, à lege emortua.

[f] Vel, seduxit.

Digitized by Google

pit me, & per illud occidit. Itaq; lex ipsa quidem sancta, & præceptū sanctum, ac 1. Tim. 1. b
iustum & bonum. Ergo quod bonum erat, mihi factum est mors? Absit. Sed
peccatum. g Vt appareret peccatum per id quod bonum erat, mihi gignere mor-
C tem, ut fieret maiorem in modū h peccans peccatum per præceptū. Scimus enim
ꝙ lex spiritualis est, at ego carnalis sum, uenditus sub peccatum. Quod enim ago
nō probo. Non enim quod uolo, hoc facio: sed quod odi, hoc ago. Si uero quod
non uolo, hoc facio, consentio legi ꝙ bona [sit.] Nunc autem non iam ego per-
petro illud, sed inhabitans in me i peccatum. Noui enim ꝙ non habitet in me,
(hoc est, in carne mea) bonum. Nam uelle adest mihi, at ut faciam bonum, non
reperio. Non enim quod uolo, facio, bonum, sed quod non uolo, malum, hoc
D ago. Porrò, si quod non uolo ego, hoc facio, non iam ego perpetro illud, sed in-
habitans in me peccatum. Reperio igitur [per] legem, uolenti mihi facere bo-
num, quod mihi malum adiunctum sit. Delectat enim me lex Dei secundum in
ternum hominem, sed uideo aliam legem in membris meis, rebellantē legi men-
tis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati quæ est in membris meis. Miser
ego homo, quis me liberabit ex hoc k corpore mortis? Gratias ago Deo per Ie-
sum Christum dominum nostrum. Itaq; idem ego mente quidē seruio legi Dei,
carne uero legi peccati.

g Scilicet, mihi factum est mors.
h Vel, peccaminosum peccatum, si sic loqui liceret, aut peccatrix peccatū. Posuit autem pro insigni peccato, ut si nos dicamus, scelestum scelus.
i Id est, uis peccati, quod supra affectus peccati dixit.
k Id est, corpore obnoxio affectib. peccandi, qui nos occidunt.

CAP. VIII.

Securitatem fidelium describit, eorum qui in spiritu ambulant. Ostendit autem quis nam ille spiritus sit, quo scilicet in filios dei assumimur, quod nam eius officiū, & quantus sit pijs in dilectione dei fructus repositus, à quo nulla separet huius mundi adflictio.

A NVlla igitur nunc est condemnatio ijs qui sunt in Christo Iesu, qui non iux
ta carnem uersantur, sed iuxta spiritū. Nam lex a spiritus uitæ per Christum
Iesum liberū me reddidit à lege peccati & mortis. Etenim quod lex præstare non
poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnē, [hoc] Deus proprio filio, misso in
similitudine b carnis peccatricis, [præstitit,] ac c de peccato condemnauit peccatū,
per carnem, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem
uersamur, sed secundum spiritum. Nam qui carnales sunt, quæ carnis sunt cu
rant: at qui spirituales, quæ sunt spiritus. Nam d adfectus carnis, mors [est:] adfe-
B ctus uero spiritus, uita & pax. Propterea ꝙ adfectus carnis inimicitia est aduersus
Deum, nam legi Dei non subditur. Siquidem ne potest quidem. Qui uero in car
ne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu,
siquidem spiritus Dei habitat in uobis. Quod si quis spiritum Christi non habet,
hic non est eius. Porrò si Christus in uobis est, corpus quidem mortuum [est,]
propter peccatū: spiritus autem uita [est] propter iustitiam. Quod si spiritus eius,
C qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, is qui excitauit Christum ex mor
tuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra e propter ipsius spiritum inhabitātem
in uobis. Proinde fratres, debitores sumus, non carni, ut secundum carnem ui-
uamus: nam si secundum carnem uixeritis, moriemini. Quod si spiritu facta cor
poris mortificetis, uiuetis. Etenim quicūq; spiritu Dei ducuntur, hi sunt † filij dei. Gal. 4. a
*Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiri- 2. Tim. 1. b
tum adoptionis, per quem clamamus: Abba pater. Idem spiritus contestatur spiri
D tui nostro, ꝙ simus filij Dei. Quod si filij, igitur & hæredes. Hæredes quidē Dei,
cohæredes autem Christi. Siquidem simul cum eo patimur, ut & unà cum illo
glorificemur. Nam reputo, nō esse pares adflictiones præsentis temporis ad glo
riam quæ reuelabitur erga nos. Etenim solicita creaturæ expectatio expectat, ut
palàm fiant filij Dei. Quippe f uanitati creatura subiacet, non uolens, sed pro-
pter eum qui subiecit illam sub spe. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à g ser-
uitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim ꝙ omnis

a Id est, spiritus illius uitalis, ipsa nimirum fidei uis, qua scimus nobis omnia à deo donata.
b Caro peccati, Hebraismus pro carne peccato obnoxia.
c Non ineptum uidetur si legas, ac per peccatum cōdemnauit peccatum. Sic enim more ueteris testamēti Christi caro peccatum dicetur, quia pro peccato immolata est, &c.
d φρόνημα, animi affectionem, curam, cogitationem & sensum significat, &c.
e Hilarius legit, propter spiritum suum, qui habitat in uobis.
f Vanitas hîc frustrationem sonat, cū scilicet nō assequimur, quod cupiebamus.
g Id est, à seruitute corrumpente, cuius nimirum stipendium est mors.

creatura

creatura congemiscit, simulq; nobiscum parturit, usq; ad hoc tempus. Non so- B
lum autem [illa,] sed & ipsi qui primitias spiritus habemus: & nosipsi in nobis
ipsis gemimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Siqui-
dem spe seruati sumus. Porrò spes, si uideatur, non est spes. Quod enim quis cer-
nit, cur idem speret? Si uero quod non uidemus, speramus, [id] per patientiam ex
pectamus. Consimiliter autem & spiritus [b]auxiliatur infirmitatibus nostris.
Siquidem hoc ipsum, quid oraturi simus, ut oportet, non nouimus: uerum ipse
spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus. At ille qui scrutatur cor
da, nouit quis sit [i]adfectus spiritus, quoniam secundū Deum intercedit pro san-
ctis. Scimus autem, quod his qui diligunt Deum, omnia simul [f]adiumento sunt in
bonum: nimirū his qui iuxta propositum uocati sunt. Quoniam quos praesciue
rat, eosdem & praefiniuit, conformes imaginis filij sui, ut ipse sit primogenitus F
inter multos fratres. Porrò quos praefinierat, eosdem & uocauit: & quos uocauit,
eos & iustificauit: quos autem iustificauit, hos & glorificauit. Quid igitur dice-
mus ad haec? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui proprio filio non peper-
cit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, [l]qui [fieri potest,] ut non & cum eo-
dem omnia nobis donet? Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus
est qui iustificat, quis ille qui condemnet? Christus est qui mortuus est, imò qui &
suscitatus est, qui etiam est ad dexterā Dei, qui & intercedit pro nobis. Quis nos G
separabit à dilectione Dei? Num adflictio? Num angustia? Num persequutio?
Num fames? Num nuditas? Num periculum? Num gladius? Quemadmodum
Psal. 43.d scriptum est: †Propter te morti tradimur tota die, habiti sumus uelut oues destina
tae mactationi. Verū in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. Nam
mihi [m]persuasum habeo, quod neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus,
neq; potestates, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profunditas, neq;
ulla creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei, quae est in Christo Iesu do
mino nostro.

b συναντιλαμβάνεται est in re aliqua suscepta auxiliū ferre laboranti.
i Vel, sensus, φρόνημα.
f Vel, cooperantur.
l Vel, quomodo nō etiam cum eodem, &c.
m Hierony. ad Algasiam, confido, dixit.

CAP. IX.

Animum beneuolum erga Iudaeos protestatus, aliud tractare incipit, gentium scilicet uocationem & Israelis repudium. Ostendit primum qui nam Israelitae sint ueri. Deinde docet dei consilium fuisse, ut per Christum salutem consequantur homines, quem cum gentes per fidem receperint, dei populus facti sunt, Iudaeis interim operum fiducia tumidis in hunc offendentibus.

VEritatem dico in Christo, non mentior, adtestante mihi simul conscientia A
mea, per spiritum sanctum, quod dolor mihi sit magnus, & [a]assiduus cru-
Exo. 32.d ciatus cordi meo. †Optarim enī ipse ego [b]anathema esse à Christo pro fratribus
1.Cor.15.b meis, cognatis meis secundum carnem, qui sunt Israelitae, quorum est adoptio, &
gloria, & testamēta, & legis constitutio, & cultus, & promissiones: quorum sunt
patres, & ex quibus [est] Christus, quantum attinet ad carnem, qui est in omni-
bus Deus laudandus in saecula. Amen. Non autem haec loquor, quod excide- B
rit [c]sermo Dei. Non enim omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel: neq; quia sunt se-
Gene. 21.b men Abrahae, statim omnes filij. Sed †per Isaac nominabitur tibi semen: hoc est,
Gal. 4.d non qui filij [sunt] carnis, hi filij Dei: sed *qui [d]filij sunt promissionis, recensen-
Gene. 18.b tur in semen. Promissionis enim sermo hic est: †In tempore hoc ueniam, & erit
*Gen. 25.c Sarae filius. Non solum autem [hoc,] *sed & Rebecca ex uno cōceperat, Isaac C
patre nostro. Nondū enim natis [pueris,] quum neq; boni quippiam fecissent,
neq; mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret: non ex operibus,
Mal. 1.a sed ex uocante dictum est illi: Maior seruiet minori. Sicut scriptum est: †Iacob di-
lexi, Esau uero odio habui. Quid igitur dicemus? Num iniustitia est apud deū?
Exod. 9.d Absit. Nam Mosi dicit: †Miserebor, cuiuscunq; misereor: & commiserabor, D
quemcunq; commiseror. Itaq; non uolentis est, neque currentis, sed mise-

a Vel, indesinens.
b Id est, abdicari, reiici & alienus fieri à Christo.
c Is scilicet qui est de salute Israelis.
d Filij promissionis sunt qui credūt. Promissio enim fidē postulat.

Digitized by Google

rentis Dei. Dicit enim ſcriptura Pharaoni: †In hoc ipſum te excitaui, ut oſtendam Exod.9.
in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in tota terra. Itaq; cui
uult miſeretur, quem autem uult indurat. Dices ergo mihi: Quid adhuc con-
B querituꝛ? Nam uolūtati eius quis [e]reſtitit? Atqui ô homo, tu quis es, qui ex aduer
ſo reſpondes Deo? Num dicet figmentum ei qui finxit, Cur me finxiſti ad hunc
modum? †An non habet poteſtatem figulus luti, ut ex eadem maſſa fingat, aliud Iſa.45.b
quidē uas in honorem, aliud uero in ignominiam? [f]Quod ſi Deus uolens oſten Sap.15.b Hier.18.a
dere iram, & notam facere potentiam ſuam, protulit in multa longanimitate ua
ſa iræ, apparata in interitum, & ut notas faceret diuitias gloriæ ſuæ erga uaſa mi
ſericordiæ quæ præparauerat in gloriam. Quos & uocauit, [nimirum] nos, non
F ſolum ex Iudæis, uerumetiam ex gentibus. Quemadmodum & in Oſea dicit:
†Vocabo populum qui meus non erat, populū meum: & eam quæ dilecta non Oſee.2.d 1.Pet.2.b
erat, dilectam. Et erit in loco, ubi dictum fuerat eis: Non populus meus uos, ibi
uocabuntur filij Dei uiuentis. Eſaias autem clamat ſuper Iſrael: †Si fuerit nume- Eſa.10.e
rus filiorum Iſrael ut arena maris, reliquię ſaluæ erunt. Sermonē enim perficiens Amos 9.b
& abbreuians in iuſtitia, [g]quia ſermonem abbreuiatum faciet Deus in terra. Et
G quemadmodū prius dixit Eſaias: †Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſe- Eſa.1.c
men, ut Sodoma facti fuiſſemus, & Gomorrhæ adſimilati fuiſſemus. Quid igi-
tur dicemus? Quod gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſti
tiam, iuſtitiam autem eam quæ eſt ex fide: Contrà Iſrael, qui ſectabatur legem iu
ſtitiæ, ad legem iuſtitiæ non [h]peruenit. Propter quid? Quia non ex fide, ſed tan-
quam ex [i]operibus legis. Impegerunt enim in lapidem offendiculi, quemadmo
dum ſcriptū eſt: †Ecce pono in Sion lapidem offendiculi, & petram offenſionis. Eſa.28.d Eſa.49.e
†Et omnis qui credit in eo, non pudefiet. 1.Pet.2.b

[e] Vel, reſiſtit.

[f] Sermo perplexior eſt, q̄ dilucidior fiet ſi uerbum proferēdi etiam ad uaſa miſericordiæ referatur per ἔνδειγμα, ut deus dicatur per ſuam iuſtitiam declarare proferendo nobis hominum deuotorū exempla, & eundē ſuam declarare miſericordiam proferendo exempla piorū, qui uaſa ſunt miſericordiæ.

[g] Id eſt, breui exequetur quod inſtituit.

[h] Vel, aſſecutus eſt, ἔφθασεν enim dicitur de eo, qui præueniendo alios feſtinans aliquid aſſecutus eſt.

[i] Opera legis hic dicuntur, quæ quidem ſecūdum legem, ſed non ex fide ſunt

CAP. X.

Denuo Iudæorum beneuolentiam captat, cauſam ſimul oſtendens qua à Chriſto exciderint. Deinde confert inter ſe iuſtitiam legis & fidei, indicans ſimul quod fides neminem excludat, & unde oriatur. Poſtremo prophetis demonſtrat Iudæos propria culpa excidiſſe.

A FRatres, [a]propenſa quidē uoluntas cordis mei, & deprecatio quæ fit ad deum
pro Iſrael, eſt ad ſalutem. Teſtimonium enim illis perhibeo, q̄ [b]zelum Dei ha
bent, ſed non ſecundum ſcientiam. Nam ignorantes Dei iuſtitiam, & propriam
iuſtitiam quærentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non fuerunt ſubditi. Nam [c]finis le-
gis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti. Moſes enim ſcribit de iuſtitia quæ eſt
ex lege, †quod qui fecerit ea homo, uiuet per illa. Cæterum quæ ex fide eſt iuſti- Leuit. 18 Ezec 20
B tia, ea ſic loquitur: *Ne dixeris in corde tuo: Quis aſcendet in cœlū? Hoc eſt Chri *Deu.30
ſtum [ex alto] deducere. Aut quis deſcendet in abyſſum? Hoc eſt Chriſtum ex
mortuis reducere. Sed quid dicit? Prope te uerbum eſt in ore tuo, & in corde tuo.
Hoc eſt uerbum fidei, quod prædicamus. Nempe, ſi confeſſus fueris ore tuo
Dominum Ieſum, & credideris in corde tuo, q̄ Deus illum excitauit à mortuis,
ſaluus eris. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.
Dicit enim ſcriptura: †Omnis qui fidit illi, non pudefiet. Non enim eſt diſtinctio Eſa.28.d
C uel Iudæi, uel Græci. Nam idem Dominus omnium, [d]diues in omnes inuo-
cantes ſe. †Quiſquis enim inuocauerit nomen Domini, ſaluus erit. Quomodo Ioel.2.g Act.2.c
igitur inuocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent [ei] [e]de
quo non audierunt? Quomodo uero audient abſq; prædicante? Quomodo au-
tem prædicabunt, niſi miſſi fuerint? Sicut ſcriptū eſt: †Quàm ſpecioſi pedes [f]euan Num.1.
gelizantiū pacem, euangelizantium bona? At non omnes obedierūt euangelio.
Eſaias enim dicit: †Domine, quis credidit [g]auditui noſtro? Ergo fides ex auditu Eſa.53.b Ioan.12.e
D [eſt,] auditus aūt per uerbū Dei. Sed dico, An non audierūt? *Atqui in omnem *Pſal.18
terram exiuit ſonus eorū, & in fines orbis terrarū uerba illorum. Sed dico: Nun-
quid

[a] εὐδοκία beneuolentia propenſa & fauor gratuitus.

[b] Vel, ſtudiū, uehemens nimirum & ardens.

[c] Alij perfectio: uel, ſumma.

[d] Vel, affluens & abundans diuitijs.

[e] Vel potius, quem.

[f] Vel, annunciantiū. Sed hoc etiam de rebus aduerſis dicitur, cum Græca dictio nō niſi felix nuncium ſignificet.

[g] Vel, prædicationi noſtræ. Ponitur enī hic auditus pro eo quod auditu percipitur.

Deute.32.c quid non cognouit Israel? Primus Moses dicit: †Ego ad æmulationē prouocabo uos, per gentē quæ nō est gens, per gentem stultā ad iram cōmouebo uos. Esaias

Esa.65.a autem post hunc audet, & dicit: †Inuentus fui his qui me non quærebant: cōspicuus factus sum his qui de me non interrogabant. Aduersus Israel aūt dicit, Toto die expandi manus meas ad populū non credentem, & contradicentem. XI.

Ne Iudæi de salute desperarent consolatur iam, ostendens dei promissiones non irritas esse, si eas fide recipiant. Superesse enim reliquias per gratiam. Rursus, ne animo efferrentur gentes, ostendit Iudæorum lapsum reparabilem esse, ipsosq; ut Iudæos excidere posse, si imitentur. Postremo locum hunc concludit, ostendens dei iudicia esse inscrutabilia.

DIco igitur: Nū repulit deus populū suum? Absit. Etenim ego Israelita sum, A
ex semine Abrahæ, de tribu Beniamin. Non repulit deus populum suum, quem ante [a]agnouerat. An nescitis de Helia quid dicat scriptura? Quomodo in-

3.Reg.19.d terpellat apud deum aduersus Israel, dicens: †Domine, prophetas tuos occiderūt, & altaria tua subuerterunt, & ego relictus fui solus, & [b]insidiātur uitæ meæ. Sed

3.Reg.19.d quid dicit ei oraculum? †Reliqui mihiipsi septem millia uirorū, qui non inflexerunt genu imagini Baal. Sic igitur & in hoc tempore reliquiæ secundū electio-

Deut.9.a nem gratiæ [c]fuerunt. †Quod si per gratiam, iam non ex operibus. Quandoquidem gratia iam non est gratia. Sin ex operibus, iam non est gratia. [d]Quandoquidem opus iam non est opus. Quid igitur? Quod inquirit Israel, hoc non assecutus est, sed [e]electio consequuta est, reliqui uero excæcati sunt. Quemadmodum B

Esa.6.c scriptum est: †Dedit eis deus *spiritum compunctionis, oculos, ut non uideant:

Act.28.f Math.13.b & aures, ut non audiant, usq; ad hodiernū diem. Et Dauid dicit: †Vertatur mensa

Ioan.12 f illorum in laqueum, & in captionem, & in offendiculū, & in retaliationem ipsis.

Psal.68.c Obtenebrētur oculi eorum, ut non uideant, & tergum illorum semper incurua. Dico igitur: Num [ideo] impegerunt, [f]ut conciderent? Absit. Sed per lapsum illorum salus contigit gentibus, in hoc, ut eos ad æmulandum prouocaret. Quod si lapsus illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio illorum diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo illorum? Vobis enim dico gentibus, quatenus ego quidem sum apostolus gentium, ministerium meum illustro, si quo modo ad æmulandum prouocem [g]carnem meam, & saluos reddam nonnullos ex illis. Nam si reiectio illorum est reconciliatio mundi, quæ erit adsumptio, nisi uita ex mortuis? Quod si primitiæ sanctæ, sancta est & cōspersio. Et si radix sancta, [sancti erunt] C
& rami. Quod si nonnulli rami defracti sunt, tu uero cum es oleaster, insitus fuisti illis, & consors radicis, & pinguedinis oleæ factus es, ne glorieris aduersus ramos: quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dices igitur: Defracti sunt rami, ut ego insererer. Bene dicis. Per incredulitatē defracti sunt, tu uero fide constitisti. [h]Ne efferaris animo, sed timeas. Nā si Deus naturalibus ramis non pepercit, uide [i]ne quā [fiat,] ut nec tibi parcat. Vide igitur [k]benignitatem ac [l]seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te uero benignitatem, si permanseris in benignitate. Alioquin & tu excideris, & illi rursum, si non permanserint in incredulitate, inserētur. Potest enim Deus denuo inserere illos. Etenim si tu ex naturali exectus es oleastro, & prēter naturā insitus es in bonā oleā: quanto magis hi qui naturales sunt, inserentur propriæ oleæ? Non enim uolo D
uos ignorare fratres, mysterium hoc, ut ne sitis apud uosmetipsos [m]elati animo, quod excæcatio ex parte Israeli accidit, donec plenitudo gentiū aduenerit, [n]& sic

Esa.59.d totus Israel saluabitur. Sicut scriptum est: †Veniet ex Sion ille qui liberat, & auertet impietates à Iacob. Et hoc illis à me [o]Testamentum, cum abstulero peccata ipsorum. Secundum euangelium quidem inimici, propter uos: secundum electionem autem dilecti, propter patres. [p]Nam dona quidem & uocatio Dei

a Vel, præsciuit, & sic ad prædestinationem refert August.
b Hebraismus est, quærunt animam meam.
c Vel, superfuerunt. Alij factæ sunt.
d Hoc membrum in ueteri interpretatione non habetur, nec apud Origenē etiā, nec Chrysostomū.
e Metonymia, pro his qui sunt in electiōe, id est, electi.
f Id est, ita peccarēt ut nulla spes remissionis esset reliqua.
g Id est, Iudæos, è quibus secundum carnem natus sum.
h Verbi interpretatiōe, ne altū sapias.
i Vel, ne forte nec tibi, &c.
k χρηστότης est animi propensio ad bene merendum de quopiā. Poterat hic non inepte indulgentia uocari.
l ἀποτομία, id est resectio. Hic pro stricti iuris seueritate sumitur et rigore, cum res ad uiuū exigitur.
m φρόνιμοι hic ad animi affectum refertur, quo nobis nimium tribuimus.
n Vel, & tunc.
o Vel, pactum.
p Verbi interpretatione, impœnitenda enim sunt dona &c. Et sic legit alicubi August.

Digitized by Google

eiusmodi sunt, ut eorum illum pœnitere non possit. Quemadmodũ enim & uos quondã increduli fuistis Deo, nunc autem misericordiã estis consequuti, per illorum incredulitatem: sic & isti nũc increduli facti sunt, ex eo q uos misericordiam estis adepti, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim deus omnes sub [a]incredulitatem, ut omniũ misereretur. O profunditatem diuitiarũ, & sapientiæ, & cognitionis Dei, quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles uiæ eius? †Quis enim cognouit mentem Domini? Aut quis illi fuit à cõsilijs? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniam ex illo, & per illum, & in illum omnia. Ipsi gloria in sæcula. Amen. Sap.9.c Esa.40.d 1.Cor.2.d

[a] Vel potius, inobedientiam.

CAP. XII.

Priuatæ uitæ munia instituit, docens primo quis cultus sit deo gratus. Deinde ad concordiam hortatur & charitatem, odium mali, industriam, opportunitatem, spem, omnia deniq; Christianæ charitatis officia. Postremo uindictæ cupiditatem prohibet.

A OBsecro igitur uos fratres, per miserationes dei, ut præbeatis corpora uestra †hostiam uiuentem, sanctã, acceptam deo, [a]rationalem cultum uestrum. Et ne accommodetis uos ad figuram sæculi huius, sed transformemini per renouationem mentis uestræ, ut probetis †quæ sit uoluntas Dei, quod bonum est, acceptumq; & perfectũ. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, cuilibet uersanti inter uos, ne quis arroganter [de se] sentiat, supra q̃ oportet [de se] sentire: sed [ita] sentiat, [b]ut modestus sit & sobrius, ut cuiq; Deus partitus est mensurã fidei. Phil.4.d Ephes.5.b 1.Thes.4.a

B †Quemadmodũ enim in uno corpore multa membra habemus, membra uero omnia non eundẽ habent actum: sic multi unum corpus sumus in Christo, singulatim autem alij aliorum membra, sed [tamen] habentes dona, iuxta gratiam nobis datam, uaria. Siue prophetiam iuxta portionem fidei, siue ministeriũ in ministerio: siue qui docet, in doctrina: siue qui exhortatur, in exhortatione: qui impertit, in simplicitate: qui præest, in diligentia: qui miseretur, in hilaritate. Dilectio [sit] non simulata. 1.Cor.12.a Ephes.4.b

[a] Vel, qui est rationalis cultus uester. Hoc enim pollet articulus τὴν appositus.

[b] εἰς τὸ σωφρονεῖν. i. ad modestiã, sobrietatẽ: uel potius, temperantiã. Solent enĩ Græci uerbis infinitiuis cũ articulo cõstructis uti pro nominibus.

C *Sitis [c]odio prosequentes quod malum est, adhærentes ei quod bonum est, per fraternam charitatem, ad mutuò uos diligendos propensi, †honore alius alium præuenientes. [d]Studio non pigri, spiritu feruentes, [e]tempori seruientes, spe gaudentes, in adflictione patientes, precationi instantes, necessitatibus sanctorum cõmunicantes, †hospitalitatem sectãtes. [f]Bene loquamini de ijs qui uos insectantur: bene loquamini [inquam,] & ne male precemini. Gaudere cum gaudentibus, & flete cum flentibus: eodem animo alij in alios adfecti. Deut.15.b Amos 5.d 1.Pet.4.c

D †Non [g]arroganter de uobisipsis sentientes, sed humilibus uos accommodantes. Ne sitis arrogantes apud uosmetipsos, *neq; cuiquam malum pro malo reddatis. †Prouide parantes honesta in conspectu omnium hominum, *si fieri potest, quantum in uobis est, cum omnibus hominibus in pace uiuentes, non uosmetipsos ulciscentes, dilecti: quin potius [h]date locum iræ. Scriptũ est enim: †Mihi ultio, ego rependam, dicit Dominus. *Si igitur esurit inimicus tuus, pasce illum: si sitit, da illi potũ. Hoc enim si feceris, carbones ignis coaceruabis in caput illius. Ne uincaris à malo, imò uince bono malum. Hebr.13.a 1.Pet.4.c *Prou.3 Isa.5.c *1.Pet.3 2.Cor.8.c *Heb.12.c †Deu.32.c *Pro.25.c

[c] Vel etiam, abhorrentes.

[d] Id est, sedulitate et industria exhibendi officij.

[e] Alij legunt domino. Sed facile fuit dictionem καιρῷ mutare per incuriam in κυρίῳ.

[f] Vel, benedicite illis.

[g] Verbi interpretatione, non altum sapientes.

[h] Id est, cedite à uestro instituto quo uindictam meditabamini, ut dei uindicta locum habeat.

CAP. XIII.

Vitam instituit publicam, & primum quid magistratui, deinde quid singulis hominibus præstandum sit, docet: quæ tamen omnia charitatis præcepto comprehendit. Postremo à temporis ratione ad uitæ innocentiam & puritatem hortatur.

A OMnis [a]anima [b]potestatibus supereminentibus sit subdita. Non enim est potestas, nisi à deo: quæ uero sunt potestates, à deo ordinatæ sunt. Itaq; quisquis resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem restiterint, sibijpsis [c]iudicium accipient. Nam principes non sunt terrori [d]bene agentibus, sed malè. Vis autem non timere potestatem? Quod bonum est facito, & feres laudem ab illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Quod si feceris id quod malum est, time. Sap.6.a 1.Pet.2.c

B Non enim frustra gladiũ gestat. Nam dei minister est, ultor ad iram ei, qui quod malum

[a] Id est, quiuis homo. Hebr.

[b] Potestas hoc loco idem significat quod magistratus.

[c] Pro condemnatione.

[d] Verbi interpretatione, bonis operib. sed malis. Res pro personis.

Digitized by Google

malum est, fecerit. Quapropter oportet esse subditos, non solum propter iram, uerumetiam propter conscientiam. Propter hoc enim & uectigalia soluitis. Siquidem ministri Dei sunt, in hoc ipsum incumbentes. †Reddite igitur omnibus quod debetur: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquam [c]debeatis, nisi hoc, ut inuicem diligatis. †Nam qui diligit alterum, legem expleuit. Siquidem illud: *Non mœchaberis. Non occides. Ne furaberis. Non falsum dices testimoniū. Non concupisces, & si quod aliud præceptum est, in hoc sermone [f]summatim comprehenditur. †Nempe, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio, proximo malum non operatur. Consummatio itaq; legis, est dilectio. Præsertim, quum sciamus tempus, quod tempestiuum [sit] nos iam à somno expergisci. Nunc enim propius adest nobis salus, q̃ tum cum credebamus. Nox progressa est, dies autem ad propinquauit. Abijciamus igitur opera tenebrarū, & induamur arma lucis: tanquam in die cõposite ambulemus. Non †comessationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac lasciuijs, non contẽtione & æmulatione, sed induamini dominum Iesum Christum. †Et [g]carnis curã ne agatis ad concupiscentias. CA. XIIII.

Matt. 22. c · Tim. 1. a · Exo. 20. c · Deut. 5. b · Leuit. 19. d · Matt. 22. d · Marc. 12. c · Luc. 21. f · Gal. 5. c · 1. Pet. 2. c · C · D

[c] Vel, debetis.

[f] August. alicubi Græcam dictionem expressit dicens, recapitulatur. Sumpta metaphora ab epilogis rhetorū, in quibus capita orationis repetuntur, &c.

[g] Gr. σαρκὸς πρόνοιαν, id est, carnis prouidentiam. Vt sit sensus, non faciendum esse quod caro bonum et iucundū esse sentit, &c.

Quoniam magna erat inter gentes & Iudæos disceptatio de ciborum & temporum discrimine, commode nunc monet Paulus, ne hi suam contumaciam, nec illi nimiam licentiam sequantur: sed ut utriq; charitatis regulam in huiusmodi externis sequantur, ne infirmiores offendi possint.

POrrò eum [a]qui infirmatur fide, adsumite: non [b]ad dijudicationes disceptationum. Alius quidem credit, uescendum esse quibuslibet. Alius aũt qui infirmus est, oleribus uescitur. Qui uescitur, non uescentẽ ne despiciat: & qui nõ uescitur, uescẽtem ne iudicet, Deus enim illum adsumpsit. †Tu quis es qui [c]iudicas alienum famulum? Proprio domino stat aut cadit. Imò fulcietur, ut stet. Potens enim est Deus efficere ut stet. [d]Hic quidem iudicat diem præ die, ille autem iudicat omnem diem. Vnusquisq; in propria mente [e]certus sit. Qui dijudicat diem, domino dijudicat: & qui non dijudicat diem, domino non dijudicat. Qui uescitur, domino uescitur, gratias enim agit Deo: & qui non uescitur, domino non uescitur, & gratias agit Deo. Nullus enim nostrum sibijpsi uiuit, & nullus sibijpsi moritur. Nam siue uiuimus, domino uiuimus: siue morimur, domino morimur. Siue igitur uiuamus, siue moriamur, domini sumus. In hoc enĩ Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, †ut mortuis ac uiuentibus dominetur. Tu uero cur iudicas fratrem tuum? Aut etiam tu cur despicis fratrem tuum? Omnes enim [f]sistemur tribunali Christi. Scriptum est enim: *Viuo ego, dicit Dominus: Quia mihi [sese] flectet omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Igitur unusquisq; nostrum de seipso rationem reddet Deo. Ne posthac igitur alius alium iudicemus. Verum illud [g]iudicate magis, ne offendiculum ponatur fratri, [h]aut lapsus occasio. †Noui siquidem, & persuasum habeo per dominum Iesum, nihil esse [i]commune per se, nisi ei qui existimat aliquid esse commune, illi commune [est.] Verum si propter cibum frater tuus contristatur, non iam secundum charitatem ambulas. Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus mortuus est. [k]Ne blasphemetur ergo uestrum bonum. Regnum Dei enim non est cibus & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Etenim qui per hæc seruit Christo, acceptus est Deo, & probatus hominibus. Itaq; quæ sunt pacis, sectemur, & quæ ædificationis [l]alius erga alium. Ne cibi causa destruas opus dei. Omnia quidem pura, sed malum [est] homini qui per offendiculum uescitur. †Bonũ est non edere carnes, neq; bibere uinum, neq; [quicquã,] per quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur. Tu fidem habes? Apud temetipsum

A · Ma. 4. d · B · Act. 2. d · Philip. 2. d · 2. Cor. 5. b · Esa. 45. d · Phil. 2. b · C · 1. Cor. 8. d · Tit. 1. d · D · 1. Cor. 8. d

[a] Vel, infirma fide præditum.
[b] Id est, contentiosis disputationibus.
[c] Vel, condemnas. Crebro enim iudicandi uerbo hoc sensu utitur scriptura.
[d] Id est, Hic quidem iudicat aliquid interesse inter diẽ hũc & illũ: alius autem idem sentit de quouis die.
[e] Scilicet qd agat, & in quem finem.
[f] Vel, sistẽdi sumus.
[g] Id est, decernite, curate, uel etiã cauete diligenti rationis iudicio.
[h] Græce, σκάνδαλον.
[i] Id est, immundum. Sic enim Hebræi uocant, quæ prophana dicimus, & quæ cõtingere non liceat.
[k] Id est, Ne commitatis ut libertas illa Christiana, quæ per se bona est, propter uestram licẽtiam impiorum maledictiæ obijciatur.
[l] Vel potius mutuę.

habe coram Deo. Beatus qui seipsum nō [m] iudicat in eo quod probat. At qui di-
iudicat, si ederit, condemnatus est, quoniam [n] non ex fide [edit.] Porrò quicquid
ex fide non est, peccatum est.

CAPVT XV.

Monet ut infirmos patienter ferant. Deinde epistolæ libertatem excusat, & suam in uerbi ministerio fidem amoremq; in Romanos testatur. Deinde causam indicat qua impeditus ad illos non ueniat. Postremo preces illorum pro se postulat.

A DEbemus autem nos, qui potentes sumus, infirmitates impotentiū portare,
ac [a] non placere nobisipsis. Nam unusquisq; nostrûm proximo placeat, in
bonum ad ædificationem. Etenim Christus non placuit sibijpsi, sed quemadmo
dum scriptum est: † Opprobria opprobrantium tibi, inciderūt in me. Nam quæ
cunq; præscripta sunt, in nostram doctrinam præscripta sunt, ut per patientiam,
& consolationem scripturarum, spem habeamus. [b] Deus autem patientiæ & con
B solationis det uobis idem mutuo inter uos sentire, secundum Christum Iesum,
ut unanimiter uno ore glorificetis Deum, ac patrem Domini nostri Iesu Christi.
Quapropter adsumite uos inuicem, quemadmodum & Christus adsumpsit nos
in gloriam Dei. Illud autem dico: Iesum Christum ministrum fuisse circunci-
sionis, pro ueritate Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Cæterum ut gen
tes pro misericordia glorificent Deum, sicut scriptum est: † Propter hoc confite-
C bor tibi in gentibus, & nomini tuo canam. Et rursum dicit: † Gaudete gentes,
cum populo eius. Et rursum: * Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate
eum omnes populi. Et rursum Esaias dicit: † Erit radix Iesse, & qui exurget ad
imperandum gentibus, in eo gentes sperabunt. [c] Deus autem spei impleat uos
omni gaudio & pace, [d] in credendo, in hoc, ut exuberetis in spe per potentiam spi
ritus sancti. Persuasum autem habeo, fratres mei, & ipse ego de uobis, quod
& ipsi pleni estis bonitate, impleti omni scientia, ualentes etiam inuicem alius
D alium admonere. Sed tamen [e] audacius scripsi uobis, fratres, [f] ex parte, ueluti
commonefaciens uos, propter gratiam, quæ data est mihi à Deo, in hoc, ut sim mi
nister Iesu Christi in gentes, [g] administrans Euangelium Dei, ut fiat oblatio gen
tium acceptabilis, sanctificata per spiritum sanctum. Habeo igitur, quod glorier
per Christum Iesum, in his quæ ad deum pertinēt. Non enim ausim loqui quic-
quam eorum, quæ non effecit Christus per me, in obedientiam gentium, uerbo
& facto, per potentiam signorum ac miraculorum, per potentiam spiritus Dei, ut
E ab Hierusalem, et in circumiacentibus regionibus, usq; ad Illyricum impleuerim
euangeliū Christi. Ita porrò [h] adnitens prædicare euangelium, non ubi nomi-
natus erat Christus: ut ne super alienum fundamentum ædificarem, sed quemad-
modum scriptum est: † Quibus nō est annunciatum de eo, uidebunt: & qui non
audierāt, intelligent. Quapropter sæpe etiam præpeditus sum, quo minus ueni-
rem ad uos. Nunc uero, cum non amplius habeam locū in regionibus his, desi-
derium autem habeam ueniendi ad uos multis iam annis, quandocunq; iter in-
F stituero in Hispaniā, ueniam ad uos. Spero enim fore, ut istâc iter faciens, uideam
uos, & à uobis producar illuc, si [tamen] uestra cōsuetudine prius ex parte fuero
expletus. Nunc autem proficiscor Hierosolymam, ministrans sanctis. Visum
est enim Macedoniæ & Achaiæ [i] communicationem aliquam facere in pauperes
sanctos, qui sunt Hierosolymis. Nam ita uisum est ipsis, & debitores illorū sunt.
† Etenim si spiritualia sua communicauerunt gentibus, debent & [hæ] in carna-
libus ministrare illis. Hoc igitur ubi perfecero, & obsignauero illis fructū hunc,
G reuertar per uos in Hispaniā. Scio nanq;, quod ubi uenero ad uos, cum [k] pleni-
tudine benedictionis euangelij Christi uenturus sim. Obsecro autem uos fra-
tres, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per dilectionem spiritus, [l] con-
certare mecū per precationes, pro me ad Deum, ut liberer ab incredulis in Iudæa,

ut

m Vel, dijudicat, id est, dubius est & disceptat in eo q̄d bonum esse agnoscit.

n Vel, nō ex fide est, id est, nō est fidelis: ut supra, ex circuncisione esse dixit, qui sunt circuncisi.

a Id est, non nimium nosipsos amare. Hic enim φιλαυτίαν notare uidetur.

b Hebraismus, pro eo q̄d est, deus longanimis & consolator.

c Id est, deus qui est spes omniū credentium.

d Vel, in fide ut exuberetis, &c.

e Pro eo quod est, familiarius aut liberius.

f Vel, aliquantulū.

g ἱερουργοῦντα quasi rem sacram operantem.

h φιλοτιμούμενος .i. ambitiose adnitēs: significat autem sanctum illum Pauli feruorem prædicationis, &c.

i Id est, collationem: uel, eleemosynam.

k Id est, plenissima benedictione.

l Eras. longius discedens à uerbis dixit, ut me laborantē adiuueris precationib. Sed sic perit Græci uerbi gratia. συναγωνίζεσθαι enim de ijs dicitur, qui certantem adiuuant.

Psal. 68. b

2. Reg. 22

Psal. 17. a

Psal. 116. a

Esa. 11. c

Esa. 52. d

1. Cor. 9. b

Digitized by Google

utque ministerium hoc meum; quod exhibebo Hierosolymis, acceptum sit sanctis:
ut cum gaudio ueniam ad uos per uoluntatem Dei, unaque uobiscum refociller.
.Cor.14.c [m] Deus autem † pacis sit cum omnibus uobis. Amen.

[m] Id est, deus pacificus, uel pacis author.

CAPVT XVI.

Commendat Phœben Romanis & salutari iubet suo nomine fratres. Postremo eos cauendos esse monet qui dißidiorum authores sunt.

COmmendo autem uobis Phœben, sororem nostram, quæ est ministra ecclesiæ Cenchreensis, ut illã suscipiatis in Domino: ita, ut decet sanctos, & adsitis ei, in quocunque uobis eguerit negocio. Nam hęc cum multis adfuit, tum mihi etiam ipsi. Salutate Priscam & Aquilã, auditores meos in Christo Iesu: qui pro [a] anima mea suam ipsorum ceruicem supposuerũt. Quibus nõ ego solus gratias ago, sed & omnes ecclesiæ gentium. Item quæ in domo illorum est, congregationem. Salutate Epænetũ dilectum meum, [b] qui est primitiæ Achaiæ in Christo. Salutate Mariam, quæ multum laborauit erga nos. Salutate Andronicum, & Iuniam, cognatos meos, & cõcaptiuos meos: qui sunt insignes inter apostolos, qui etiam ante me fuerũt [c] in Christo. Salutate Ampliam, dilectũ meum in Domino. Salutate Vrbanũ, [D] adiutorem nostrũ in Christo, & Stachyn dilectum meum. Salutate Appellam, probatũ in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiaribus. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi familiaribus, hos qui sunt in Domino. Salutate Triphænã & Tryphosam, quę laborant in Domino. Salutate Persidẽ dilectam, quæ multũ laborauit in Domino. Salutate Rufum, electũ in Domino, & matrẽ illius ac meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Herman, Patroban, Hermen: & qui cum his sunt, fratres. Salutate Philologum, & Iuliam, Nerea, & sororem eius, & Olympam, & qui cum his sunt, omnes sanctos. Salutate [uos] inuicem osculo sancto. Salutant uos ecclesiæ Christi. Obsecro autẽ uos, frares, ut consideretis eos qui dissidia & offendicula contra doctrinã, quam uos didicistis, gignunt: & declinetis ab illis. Nam qui eiusmodi sunt, Domino Iesu Christo non seruiunt, sed suo ipsorũ uentri: & per blandiloquentiam & assentationem decipiunt corda [e] simplicium. Nam uestra obedientia ad omnes permanauit. Gaudeo igitur sanè de uobis. Sed nolo uos sapientes quidem esse ad bonum, [f] synceros autem ad malum. Deus autem pacis conteret Satanam sub pedes uestros breui. Gratia Domini nostri Iesu
Act.16.a Christi [sit] uobiscum. Salutant uos † Timotheus, cooperarius meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei. Saluto uos ego Tertius, qui scripsi epistolam in Domino. Salutat uos Gaius, hospes meus & totius ecclesiæ. Salutat uos Erastus, quæstor ærarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia Domini nostri Iesu Christi [sit] cum omnibus uobis. Amen. Ei autem, qui potest uos confirmare secundum Euangelium meum, & præconium Iesu Christi, iuxta reuelationem mysterij, temporibus æternis taciti, manifestati uero nũc, & per scripturas propheticas, iuxta delegationem æterni Dei, ad obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti,
Rom.11.d † soli sapienti Deo, per Iesum Christum, cui gloria in sæcula. Amen.

[a] Id est, uita mea.

[b] Id est, qui primus in Achaia Euangelium Christi recepit.

[c] Id est, Christiani.

[D] Vel, cooperarium.

[e] ἀκάκων, id est, eorum qui expertes sunt fraudis ac suspicionis.

[f] Vel potius, integros, sanos, qui dijudicare possint quod pietati incommodet.

Ad Romanos missa à Corintho, per Phœben, ministram Cenchreensis ecclesiæ.

Digitized by Google

Epistola Pauli Apostoli ad Corinthios prima.

CAPVT I.

Post beneuolentiæ captationem hortatur, ut concordes sint, & dissidiorū causam tollit, quæ propter humilitatem prædicationis Pauli emerserat. Ostendit autem deum humilia elegisse, quo omnis gloria ad illum referatur.



A PAVLVS, uocatus Apostolus Iesu Christi, per uoluntatem
Dei, & Sosthenes frater, ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, san-
ctificatis per Christum Iesum, uocatis sanctis, unà cum om-
nibus, qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in
quouis loco, uel suo uel nostro. Gratia uobis & pax, à Deo
patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo
meo semper pro uobis [a] de gratia Dei, quæ data est uobis per
Christū Iesum, quod in omnibus ditati estis per ipsum, in omni sermone, & om-
B ni cognitione, [b] (quemadmodum testimonium Christi confirmatū est in uobis)
adeò, ut uos non destituamini in ullo dono: expectantes reuelationem Domini
nostri Iesu Christi, qui & confirmabit uos usq; ad finem, [c] inculpatos in die Do-
mini nostri Iesu Christi. † [d] Fidelis est Deus, per quem uocati estis in consortium 1 Thess. 5. d
filij ipsius Iesu Christi Domini nostri. Obsecro autem uos fratres, per nomen
Domini nostri Iesu Christi, † ut idem loquamini omnes, & non sint inter uos dis Rom. 12. c
sidia, sed sitis [e] integrum corpus, eadem mente, & eadem sententia. Significatum
est enim mihi de uobis, fratres mei, à familiaribus Chloæ, quod cōtentiones sint
inter uos. Dico autem illud, quod unusquisq; uestrū dicit: Ego quidem sum Pau-
li, † Ego uero Apollo, Ego uero Cephæ, Ego uero Christi. Num diuisus est Chri Act. 18. f
C stus? Num Paulus crucifixus est pro uobis? Aut, in nomē Pauli baptizati fuistis? 1. Cor. 3. a 16. b
Gratias ago Deo, quod neminem uestrûm baptizauerim, nisi † Crispū & Gaium: Act. 18. a
ut nequis dicat, quod in nomen meum baptizauerim. Baptizaui autē & Stepha-
næ familiam. Præterea haud scio, num quem alium baptizauerim. Non enim mi
sit me Christus ut baptizarem, sed ut euangelium prædicarem, non [f] erudito ser-
mone, ne * inanis reddatur crux Christi. Nam sermo crucis his quidem qui pe
reunt, stultitia est: at nobis qui salutem consequimur, potentia Dei est. Scriptum
est enim: Perdam sapientiam sapientium, & intelligentiam intelligentium [g] rej-
ciam. † Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi disputator huius sæculi? Nonne infatuauit Esa. 29. c
deus sapientiam mundi huius? Nam postquam in sapientia Dei, non cogno-
uit mundus per sapientiam Deum, [h] decreuit Deus [i] per stultam prædicationem
saluos facere credentes. Quandoquidem & Iudæi signum postulant, & Græci sa
D pientiam quærunt. Nos autem prædicamus Christum crucifixū, Iudæis quidem
offendiculum, Græcis uero stultitiam: sed eisdē uocatis Iudæis, pariter & Græcis,
Christū Dei potentiā, ac Dei sapientiā. Quoniā [k] stultitia Dei sapientior est quā ho
mines, & imbecillitas Dei robustior est quàm homines. Videtis enim uocatio-
nem uestrā fratres, quod non multi sapientes secundū carnē, non multi potentes,
non multi claro genere nati, uerum quę [l] stulta erant secundum mundum, delegit
Deus, ut pudefaceret sapientes: & quæ erant imbecillia in mundo, delegit Deus,
ut

[a] Vel, pro gratia.

[b] Vel, quibus rebus, sermone scilicet & cognitione.

[c] Vel, irreprehensibiles.

[d] Vel, certus & uerax.

[e] Ad uerbū, perfecti, uel, in unum corpus redacti.

[f] In sapientia sermonis, Hebraismus est.

* Vel, euacuetur.

[g] Vel, abolebo, ad nihilum redigam.

[h] Vel, beneplacitum est deo: aut, uisū est.

[i] Stultitiam prædicationis, Hebr.

[k] Vel, hoc quod in deo stultū est, uel uidetur. Et sic postea, Quod in deo infirmum esse uidetur.

[l] Ad uerbum, stulta mundi. i. quę in mundo stulta uidebātur.

Digitized by Google

ut pudefaceret ea quæ sunt robusta: & quæ ignobilia erant in mundo [m] contem- | [m] Vel, annihilata.
ptaq́ue, delegit Deus: & ea quæ non erant, ut ea quæ sunt obliteraret, ut ne gloriе-
tur ulla caro coram ipso. Ex eodem autem uos estis in Christo Iesu, qui factus fuit
Ierem.23.a nobis sapientia à Deo, †iustitiaq́ue, & *sanctificatio, & redemptio. Vt, quemadmo
Ioã.17.c dum scriptum est: †Qui gloriatur, in Domino glorietur. CAP. II.
Esa.65.c
Iere.9.g
2.Cor.10.d

Exponit qua humilitate ipsis Euangelium annunciauerit, docet autem hanc humilitatem, quam ipsi stultitiam æstiment, ueram esse sapientiam, quæ non possit ab homine carnali percipi, nisi illi per spiritum dei reuelata fuerit.

A ET [a] ego cum uenirem ad uos fratres, non ueniebã cum eminentia sermonis aut sapientiæ, annuncians uobis testimonium Dei. Nõ enim iudicaui [me] quicquam scire inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego per infirmitatẽ, & cũ timore, ac in tremore multo apud uos uersatus sum: †& sermo meus & prędicatio mea non erat in persuasorijs humanę sapientię uerbis, sed in demonstratione spiritus ac potentię, ut fides uestra non sit in sapiẽtia hominum, sed in potẽtia Dei.

Act.1.8.
Supra 1.c
2.Pet.1.c

[a] Particula, Et, hic inferẽdi nota est, pro Igitur: q.d. Cũ deus humilia elegerit, ego quoq́ue &c.

B Porrò sapientiam loquimur [b] in perfectis, sapientiam autẽ non sæculi huius, neq́ue principũ sæculi huius qui abolentur: sed loquimur sapiẽtiam Dei in mysterio, quæ est recondita, quã præfinierat Deus ante sæcula, in gloriam nostram, quã nemo principũ sęculi huius cognouit. Nam si cognouissent, haud quaquam [c] Dominũ gloriæ crucifixissent.

[b] Sapientia in perfectis, pro sapiẽtia perfectionis. i. sapientia perfecta & absoluta, ipse nimirũ Christus, &c.

C Esaie.64.b Sed quemadmodũ scriptum est: †Quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderũt quæ prę parauit Deus diligentibus se. Nobis autem Deus reuelauit per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei. Quis enim hominũ nouit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic & ea quę sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei.

[c] Id est, Dominũ gloriosum.

D Nos uero non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui est ex Deo: ut sciamus ea quæ à Deo donata sint nobis, quæ et loquimur, non sermonibus quos docet humana sapiẽtia, sed quos docet spiritus sanctus, spiritualibus spiritualia comparantes. [d] Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, stultitia siquidem illi sunt, nec potest cognoscere q̃ spiritualiter dijudicantur. [e] At spiritualis dijudicat quidem omnia, ipse uero à nemine dijudicatur. †Quis enim cognouit mentem Domini, qui consilium daturus sit illi? Nos autem Christi mentem tenemus. CAP. III.

Esa.40.d
Sap.9.c
Roma.11.d

[d] Id est, nudus iste et naturalis homo, qui anima & corpore constat, & propriæ animæ, non spiritus sancti gubernatione regitur.

[e] Scilicet homo, qui spiritu dei regitur.

Rationem reddit doctrinæ suæ humilis. Deinde de ministrorum officio & dignitate disputat, ostendens non horum sed dei opus esse, non igitur in hominibus, sed in solo deo esse gloriandũ.

A ET ego fratres, non potui loqui uobis ut spiritualibus, sed [loquendũ fuit] ut carnalibus, ut infantibus in Christo. Lactis potu uos alui, & non cibo. Nondum enim poteratis, imò ne nunc quidẽ adhuc potestis, nam adhuc carnales estis. Siquidẽ cum in uobis sit æmulatio & cõtentio, & factiones, nónne carnales estis, & [a] secundum hominem ambulatis? Etenim quum dicat aliquis: Ego quidẽ sum Pauli: alter uero, Ego Appollo: nónne carnales estis? Quis igitur est Paulus? Quis autem Apollo?

[a] Id est, uiuitis iuxta humanos affectus.

B Nisi ministri per quos credidistis, et ut cuiq́ue Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus dedit incrementum. Itaq́ue neq́ue qui plãtat est aliquid, neq́ue qui rigat, sed qui dat incrementum, Deus. †Cæterum is qui plantat, & is qui rigat, unum sunt. Vnusquisq́ue tamen suam mercedem accipiet iuxta suũ laborẽ. Etenim Dei sumus cooperarij, Dei agricolatio, Dei ædificatio estis, iuxta gratiam Dei quæ data est mihi. Vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem super [illud] ędificat. Porrò quisq́ue uideat quomodo superstruat. Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, quod est Iesus Christus.

Psal.61.d
Gal.6.b

C Quod si quis superstruit super fundamentum hoc, aurum, argẽtum, lapides pretiosos, ligna, fœnũ, stipulam, cuiusq́ue opus manifestum fiet. Dies enim

Digitized by Google

declarabit, q̃d in igne reuelatur, & cuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superstruxit, mercedem accipiet: si cuius opus exustum fuerit, damnũ patietur, ipse uero saluabitur, sed sic tanquam per ignem. † An nescitis quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? 1.Cor. 6.d
2.Cor.6.c
[b] Si quis templũ Dei prophanat, hunc perdet Deus. Nam templum Dei sanctũ est, quod estis uos.
D Ne quis seipsum fallat. Si quis uidetur sapiens esse inter uos, in sæculo hoc stultus fiat, ut reddatur sapiens. Etenim sapientia mundi huius, stultitia est apud Deum. Scriptũ est enim: † Qui comprehendit sapientes in astutia ipsorum. Et rursum: Iob 5.c
*Dominus nouit cogitationes sapientium quod sint uanæ. Itaq; ne quis glorietur in hominibus: omnia nanq; uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia [inquã] uestra sunt, uos autem Christi, Christus uero Dei. *Psal.93.b

[b] Hilarius legit, Si quis templũ dei corruperit, corrũpet & hũc deus. Et sic Græca habent, sed Latini de tẽplo non corrũpere sed prophanare dicunt.

CAPVT IIII.

Ministri ecclesiæ quales æstimandi sint docet. Deinde Corinthiorũ insolentiam increpat, proprio exemplo pseudapostolorũ hypocrisim reuelans. Postremo officij sui commonet, Timotheum commendat, & suum aduentum pollicetur.

A SIc nos æstimet homo, † ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorũ dei. 2.Cor.4.a
Quod superest autẽ, [illud] requiritur in dispensatoribus, ut fidus aliquis reperiatur. [a] Mihi uero pro minimo est, ut à uobis [b] dijudicer, aut ab humano [c] die. Imò nec meipsum dijudico. Nullius enim rei mihi conscius sum, sed nõ per hoc iustificatus sum. Cæterũ qui me dijudicat, Dominus est. Proinde ne ante tempus quicquam iudicetis, donec uenerit Dominus, qui & illuminabit occulta tenebrarum, & patefaciet consilia cordium, ac tunc laus erit unicuiq; à Deo.
B Hæc autem fratres, per figuram transtuli in meipsum, & [in] Apollo, propter uos, ut in nobis disceretis, ne quis supra id quod scriptum est, [de se] sentiat, [d] ut ne hic illius, ille huius noĩe inflemini, alius aduersus aliũ. Quis enim te [e] dijudicat? *Quid autem habes quod non accepisti? Iaco.1.b
Quod si etiam accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam ditati estis, absq; nobis regnũ adepti estis. Atq; utinã sanè regnum adepti sitis, ut & nos simul uobiscum regnemus. Arbitror enim, q Deus nos, qui sumus apostoli postremi, ostẽderit tanquam morti addictos. Quoniam spectaculũ facti sumus mũdo, [f] & angelis & hominibus. Nos stulti propter Christum, uos autem prudentes [g] per Christum:
C nos imbecilles, uos aũt ualidi: uos clari, nos autẽ contempti. Ad hoc usq; tempus & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cędimur, & incertis uagamur sedibus, † & laboramus operantes proprijs manibus: Act.20.f
1.Thes.2
2.Thes.3
[h] male audientes, benedicimus: persequutionẽ patientes, sustinemus: cõuitijs adfecti, obsecramus. Veluti excrementa mundi facti sumus, omniũ reiectamentũ ad hunc usq; diem. Non quo uos [i] pudore suffundam hęc scribo, sed ut filios meos dilectos admoneo. Nam etiã si innumeros pædagogos habeatis in Christo, nõ multos tamen habetis patres. Siquidẽ in Christo Iesu per euangelium ego uos genui. Adhortor itaq; uos, ut imitatores mei sitis.
D Hac de caussa misi uobis Timotheum, qui est filius meus dilectus, et fidelis in Domino, qui uobis in memoriã reducet [k] uias meas quæ sunt in Christo, quemadmodum ubiq; in omni ecclesia doceo. Perinde quasi nõ sim uenturus ad uos, inflati sunt quidam. Sed ueniã breui ad uos, si Dominus uoluerit, & cognoscam non sermonem istorum qui inflati sunt, sed uirtutem. Non enim in sermone regnum Dei est, sed in uirtute. Quid uultis? Cum uirga ueniam ad uos, an cum charitate, & [l] spiritu lenitatis?

[a] Vel, haud magni æstimarim.
[b] Id est, deferar.
[c] Diẽ pro iudicio posuit per metalepsim. Reis enim dies dici consueuit.

[d] Verbi interpr. Ne unus pro uno (aut propter unum) infletur aduersus alterũ.
[e] *Διακρίνειν* hic pro separare & præferre positũ uidetur: ut sit sensus, Quis docuit te, ut temet ab alijs separes & præferas?
[f] Possunt hic angeli mali etiã.i. dæmones intelligi.
[g] Vel, in Christo.
[h] Vel, calumnijs lacessiti.
[i] *Ἐντρέπειν dicitur*, cui suum probrũ ingeritur, ut seipsum agnoscat.

[k] Id est, doctrinam meam.

[l] Heb. pro spiritu leni uel miti.

CAPVT V.

Corinthiorum doctores uanos esse, hinc probat, quod gloriam captantes, interim infandum illud stuprum non puniant. Deinde hoc puniendum esse monet, ne tota inficiatur ecclesia. Postremo generalem hortationem instituit, ut uitæ puritatem sequantur, & sceleratos fugiant.

Omnino

Digitized by Google

OMnino auditur inter uos stupru͂, & huiusmodi stupru͂, quod nec inter gen- A
tes nominatur, † ut aliquis uxore͂ patris habeat. Et uos inflati estis, ac non
potius luxistis, ut tolleretur de medio uestru͂ qui facinus hoc perpetrasset. † Nam
ego quidem ut absens corpore, pręsens autem spiritu: iam decreui tanquam præ-
sens, ut is qui sic hoc patrauit, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis B
uobis & meo spiritu, unà cum potestate Domini nostri Iesu Christi, tradatur sata-
næ, ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit in [a] die Domini Iesu. Non est bo
na gloriatio uestra. † An nescitis quod paululum fermenti totam consperssionem
fermentat? Expurgate itaq; uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis
infermentati. Nam & pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus. Itaq; C
festum celebremus, non in fermento ueteri, nec in fermento malitiæ & uersutiæ,
[b] sed in panibus fermento carentibus, hoc est, synceritate & ueritate. Scripsi uo-
bis per epistolam, ne denuo commisceremini cum scortatoribus, ac non omnino
cum scortatoribus mundi huius, aut cum auaris, aut cum rapacibus, aut simula-
chroru͂ cultoribus: [c] Alioquin oportebit ex hoc mundo exisse. Nunc au͂t scripsi D
uobis, ne co͂misceamini. Si quis cum [d] frater appelletur, fuerit scortator, aut aua-
rus, aut simulachrorum cultor, aut conuitiator, aut ebriosus, aut rapax, cum eius-
modi ne cibum quidem capiatis. Quid enim ad me attinet, etiam de his qui foris
sunt, iudicare? Nonne de his qui intus sunt iudicatis? Eos uero qui foris sunt,
Deus iudicat. Etiam [e] profligate istum qui malus est ex uobisipsis. CAP. VI.

Iniquos forensium litium abusus corripit, iustitiam suadet & charitatē. Deinde contra luxuriam & scortationem grauissime inuehitur.

SVstinet aliquis uestrum, negotium habens cum altero, iudicari sub iniustis, & A
non magis sub sanctis? † An nescitis quod sancti mundum iudicabunt? Et si
per uos iudicatur mundus, indigni estis minimis iudicijs? An nescitis quod an-
gelos iudicabimus, non tantum ista quæ ad uictum pertinent? † Proinde siquide͂
iudicia habueritis de ijs quæ ad uitæ usum attine͂t, qui contempti sunt in ecclesia,
eos constituite. Ad erubescentiam uestram dico. Adeo no͂ est inter uos sapiens? B
ne unus quidem qui possit diiudicare [a] inter fratrem suum & fratrem? Sed frater
cum fratre [b] litigat, idq; sub infidelibus. Itaq; iam quide͂ omnino in uobis deli-
ctum est, quod [c] lites habetis inter uos inuicem. † Cur non potius iniuriam pa-
timini? Cur non potius damnum accipitis? Imò uos iniuriam facitis, & damno
afficitis, idq; fratres. An nescitis quod iniusti regni Dei hæreditatem non conse-
quentur? Ne erretis. Neq; scortatores, neq; cultores simulachroru͂, neq; adulteri,
neq; molles, neq; qui concu͂bunt cu͂ masculis, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, C
neq; maledici, neq; rapaces, regni dei hæreditatem accipient. Atq; hæc eratis qui-
dam, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per nomen Domini
Iesu, & per spiritum Dei nostri. † Omnia mihi licent, at non omnia conducunt.
Omnium mihi potestas est, at ego non redigar sub ullius potestatem. Escæ uen-
tri [destinatæ sunt,] & uenter escis: Deus aute͂ & hunc & illas abolebit. Corpus
uero non stupro, sed Domino, & Dominus corpori. Deus autem & Dominum
suscitauit, & nos suscitabit per potentiam suam. An nescitis quod corpora uestra
membra sunt Christi? Num igitur tollens membra Christi, facia͂ scorti membra?
Absit, an nescitis quod qui adglutinatur scorto, unum † corpus est? [D] redigentur D
enim (inquit) duo in carnem unam. At qui adglutinatur Domino, unus spiri-
tus est. Fugite scortationem. Omne peccatum quodcunq; fecerit homo, extra
corpus est: sed qui scortatur, [e] in proprium corpus peccat. † An nescitis quod
corpus uestru͂ templum est habitantis in uobis, spiritus sancti, que͂ habetis à Deo,
& non estis ipsi uestri iuris? *Nam empti estis pretio. Glorificate iam deum [f] per
corpus uestrum, & per spiritum uestrum, quæ sunt dei. CAPVT VII.

Marginal references (left): [Lev]it. 18.b; [...] 1. 2. a; 1. 5. b; [M]att. 12. d; [...] d; [D]eut. 25. a; Matth. 5. e; [L]uc. 6. e; [R]om. 12. d; [E]ccle. 37. d; [1.] Cor. 10. c; Gene 2. d; Matt. 19. a; Marc. 10. a; Ephe. 5. g; 1. Cor. 3. d; 2. Cor. 6. c; *1. Cor. 7. d; 1. Pet. 1. d

Marginal notes (right), chapter V:
[a] Dies ponitur p iudicio, ut sup. cap. 4.
[b] Verbi interp. sed in infermētatis synceritatis & ueritatis.
[c] Vel, alioquin debetis sanè &c.
[d] Id est, Christianus sit.
[e] Vel potius, tollite.

Marginal notes (right), chapter VI:
[a] Ad uerbū, In medio fratris.
[b] Vel, iudicatur.
[c] κρίματα non iudicia modo Græcis, sed etiam ipsas actiones uel lites forenses significant.
[D] Vel, Erunt.
[e] Vel, aduersus.
[f] In corpore uestro, et in spiritu uestro, Hebraismum sapit.

Digitized by Google

Cum matrimonij usus pseudapostolorũ traditionibus corruptus esset, alijs hunc damnantibus, alijs nimium sibi tribuentibus, Paulus hic plenißime de coniugij legibus, cœlibatu, uiduis & uirginitate differit.

A C[a] Aeterum de quibus scripsistis mihi: [b] Bonum [quidem] est homini, uxorẽ
non attingere. Attamen, propter stupra [uitanda,] suam quisq; uxorem ha
beat, & suum quæq; uirum habeat. † Vxori uir [c] debitam beneuolentiã reddat, si- 1.Pet.3.a
militer autem & uxor uiro. Vxor proprij corporis ius non habet, sed maritus: si-
militer autem & maritus proprij corporis ius non habet, sed uxor. Ne fraudetis
uos inuicẽ, nisi si quid ex consensu pro tempore, ut uacetis ieiunio & precationi,
& rursum in unum conueniatis, ne tentet uos satanas propter intemperantiã ue-
stram. Hoc autem dico iuxta indulgentiam, nõ iuxta præceptum. Nam uelim
omnes homines esse ut & ipse sum. Sed unusquisq; proprium donum habet ex
B Deo, alius quidem sic, alius autem sic. Dico autẽ inconiugatis & uiduis: Bonum
eis est, si manserint ut & ego. Quod si [se] nõ continent, contrahant matrimo-
nium. Nam satius est matrimonium contrahere quàm uri. At coniugatis præ-
cipio, non ego, imò Dominus: † Vxor à uiro ne separetur: quod si separata fuerit, Matth.5.d
maneat innupta, aut marito recõcilietur: & maritus uxorẽ ne dimittat. Reliquis 19.b Marc.10.b
aũt ego dico, nõ Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc assen- Luc.16.d
C titur ut habitet cum illo, ne dimittat eam: & mulier quæ habet maritũ infidelem,
& is assentitur ut habitet cum ea, ne dimittat illũ. Sanctificatus est enim maritus
infidelis per uxorẽ, & sanctificata est uxor infidelis per maritũ. Alioqui liberi ue-
stri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit, discedat.
Non est seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, sed in pace uocauit nos
Deus. Qui nãq; scis mulier an maritum sis seruatura? Aut qui scis uir an uxorem
sis seruaturus? Vtcũq; fuerit, † unusquisq; ut ipsi partitus est Deus, unusquisq; ut Ephe.4.a
D illum uocauit Dominus, ita ambulet: & sic in ecclesijs oĩbus ordino. Circun-
cisus aliquis uocatus est? ne accersat [præputiũ.] In præputio aliquis uocatus est?
ne circuncidatur. Circuncisio nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio man-
datorũ dei. Vnusquisq; in ea uocatione in qua uocatus fuit, maneat. † Seruus uo 1.Tim.6.a
catus es? ne sit tibi curæ. Quin etiã si potes liber fieri, potius utere. Etenim qui in
Domino uocatus est seruus, libertus Domini est. Similiter & q liber uocatus fuit,
seruus est Christi. † Pretio empti fuistis, nolite fieri serui hominum. Vnusquisq; 1.Cor.6.d
E in eo, in quo uocatus fuit, fratres, maneat apud Deũ. De uirginibus autẽ præce- 1.Pet.1.d
ptum Domini non habeo, [d] consiliũ tamen do, tanquam misericordiam conse-
quutus à Domino, [in hoc] ut sim fidelis. Arbitror igitur hoc bonũ esse propter
[e] præsentem necessitatem, ut bonũ sit homini sic esse. Alligatus es uxori? ne quæ-
re [f] diuortiũ. Solutus es ab uxore? ne quæras uxorem. Quod si & uxorem duxe-
ris, non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Attamen adflictionem in car
ne habituri sunt huiusmodi. Ego uero uobis parco. Cæterũ illud dico fratres,
tempus contractũ est. Superest, ut qui habent uxores, sint tanquã non habeãt: &
qui plorant, tanquam non plorent: & qui gaudent, tanquã non gaudeãt: & qui
emunt, tanquam non possideãt: & qui utuntur mundo hoc, tanquam nõ [g] utan-
tur. Præterit enim habitus huius mundi. Velim autem uos absq; solicitudine
F esse. Qui cœlebs est, curat ea quæ sunt Domini, quomodo placiturus sit Domi-
no: at qui duxit uxorẽ, solicitus est de his quæ sunt mundi, quomodo placiturus
sit uxori. [h] Diuisa sunt hæc duo, mulier & uirgo. Innupta curat ea quæ sunt Do-
mini, ut sit sancta cum corpore tũ spiritu. Cõtra, quæ nupta est, curat ea quæ sunt
mundi, quomodo placitura sit marito. Hoc autẽ [i] ad id quod uobisipsis conduci
bile est, dico: non, uti laqueum uobis iniciam, sed [k] ut quod honestum ac decorũ
est sequamini, & adhæreatis Domino absq; ulla distractione. Quod si quis in-
decorum

[a] Locutio est, perinde sonans ac si dixisset, Vt autẽ de his quę scripsistis mihi, respondeam.
[b] Id est, commodum, utile. Hic enim non opponitur uitio.
[c] Conijcitur ex multis exẽplaribus scriptũ fuisse τὴν ὀφειλὴν. i. debitum.

[d] Vel, meã tamen dico super hac re sententiam.
[e] Vel, instãtem. Intelligit autẽ molestias coniugij.
[f] Vel, solutionẽ. Alludit enim ad uerbũ alligandi.
[g] Vel potius, abutantur.
[h] Id est, diuersum uitæ studiũ sequũtur.
[i] Vel potius, in commodũ uestrum dico, uel uestri commodi gratia.
[k] Hier. aduersus Iouin. sic legit, Vt ad id quod honestũ est, & intente facit seruire Domino, absq; ulla distractione, uos adhorter.

Digitized by Google

decorum uirgini suæ putat, si prætereat nubendi tempus, et sic oportet fieri: quod uult faciat: non peccat, iungantur matrimonio. Cæterum qui stat firmus in corde, G
non habens necessitatem, sed potestatem habet propriæ uoluntatis, & hoc decreuit in corde suo, ut seruet suam uirginē, bene facit. Itaque qui elocat nuptum, bene
a.7.a facit: attamen qui non elocat nuptum, melius facit. †Vxor alligata est [f]legi quandiu uiuit maritus eius. Quod si dormierit maritus illius, libera est ad cui uelit nubendū, modo in Domino. Attamen beatior est si sic maneat, iuxta meam sententiam. Opinor autem quod et ipse spiritum Dei habeam.

[f] Scilicet matrimonij.

CAP. VIII.

De ijs disputat quæ simulachris immolata comedebantur. Monet autem ut charitatis regulam secuti, caueant ne euangelica libertas infirmis sit offendiculo.

CAeterum de his quæ simulachris immolantur, scimus quod omnes scientiā habemus. Scientia inflat, charitas uero ædificat. Quod si quis [sibi] uidetur aliquid scire, nondum quicquam nouit, quemadmodum oportet scire. At si quis diligit Deum, [a]hic cognitus est ab illo. De esu igitur eorum quę simulachris immolantur, scimus quod [b]nihil est simulachrū in mundo, & quod nullus sit Deus alius, nisi unus. Nam etiam si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodum sunt dij multi, & domini multi, nobis tamen unus [est] Deus, [qui est] pater ille ex quo omnia, & nos in illū: & unus Dominus, Iesus Christus, per quē omnia, & nos per illum. Sed non in omnibus [est] scientia. Nōnulli uero cum conscientia simulachri usque ad hoc tempus, tanquam simulachris immolatū edunt: & conscientia illorum, infirma cum sit, polluitur. Atqui esca non cōmendat nos Deo. Neque enim si comedamus, [c]aliquid nobis superest: neque si non comedamus, [d]quicquam nobis deest. Sed uidete, ne quo modo [e]potestas illa uestra offendiculo sit ijs qui infirmi sunt. Etenim si quis cōspexerit te, qui habes sciētiā, in [f]epulo simulachrorum accumbentem, nónne conscientia eius, cum infirmus sit, ædificabitur ad edendum ea quæ sunt simulachris immolata? Et peribit frater qui infirmus est, in tua scientia, propter quem Christus fuit mortuus. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes illorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis. Quapropter †si esca offendit fratrem meum, haudquaquā uescar carnibus in æternum, ne fratri meo sim offendiculo.

A B C D; m.14.c; m.14.d

[a] ἔγνωσται hic passiuum, referendum est ad hominem, ut sit sensus, Qui deum diligit, hic a deo uerā cognitionem et scientiam hausit, uel edoctus est.
[b] Vel, nullius momenti est.
[c] Vel, abundamus.
[d] Vel, deficimus, uel minus habemus.
[e] Id est, libera uescendi licentia.
[f] εἰδωλεῖον proprie templum est, & locus in quo ea quæ immolata erant, comedebantur.

CAPVT IX.

Idem quod cap. 8. cœpit, hic proprio exēplo confirmat, ostendens se nec uxore usum esse, nec stipēdium pro labore prædicandi petijsse unquam, cum maxime liceret, ne infirmis esset offendiculo.

AN non sum apostolus? An non sum liber? An non Iesum Christum Dominum nostrū uidi? An non opus meum uos estis in Domino? Si cæteris non sum apostolus, at sane uobis sum. Siquidem sigillum apostolatus mei uos estis in Domino. Mea responsio apud eos qui me [a]interrogāt, hæc est: An non habemus potestatem edendi ac bibendi? An non habemus potestatem [b] sororem uxorem circunducendi? Quemadmodū & cæteri apostoli, & fratres Domini, & Cephas. Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem [c]non operandi? Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit? Num secundum hominē hæc
m.25.a dico? An non & lex eadem dicit? †Etenim in lege Mosi scriptum est: Non obligabis os boui trituranti. Num boues curæ sunt Deo? An [hoc] propter nos omnino dicit? Propter nos enim [hoc] scriptum est, quod sub spe debeat is qui arat, arare: & qui triturat sub spe, spei suæ particeps esse [debeat.] Si †nos uobis spiritualia
n.13.f seminauimus, magnū [est,] si nos uestra carnalia messuerimus? Si cæteri potestatis erga uos participes sunt, cur non potius nos? Atqui non usi sumus potestate ista, sed omnia sufferimus, ne quod [d]offendiculum demus euangelio Christi.
m.18.a †An nescitis quod hi qui sacra administrant, ex sacro edunt? Qui altari [e]assistunt,

A B; tim.5.c

[a] Vel, dijudicant, id est, qui mihi detrahunt & obloquuntur.
[b] Id est, Christianā.
[c] Græci enim legūt, τοῦ μὴ ἐργάζεσθαι, i. nō laborandi. Et ita interpretatur Chrysost. ut sensus sit, Et iam mihi licebat in ocio uiuere, nec opera manuaria acquirere uictum. Alij uero legunt, hoc faciendi.
[d] Vel potius interruptionem.
[e] Vel, inseruiunt: παρεδρεύειν enim .i. assidere, assiduum sacrorum cultum significat.

Digitized by Google

unà cum altari partem accipiunt? Sic & Dominus ordinauit, ut qui euangelium
C annunciant, ex euangelio uiuant. Ego tamen nullo horũ uſus fui. Quanquam
non ſcripſi hæc, ut ita fiat in me. Nam bonum eſt mihi mori potius, quàm ut glo
riationem meam aliquis [f]inanem reddat. Etenim ſi euangelizem, non eſt quod
glorier, neceſſitas enim mihi incumbit. Væ autẽ mihi eſt, niſi euangelizem. Nam
ſi uolens hoc faciam, præmium habeo: ſin inuitus, diſpenſatio commiſſa eſt mi-
hi. Quod igitur eſt mihi præmiũ? Vt cum euangelizem, [g]gratuitũ efficiam euan-
gelium Chriſti, in hoc, ne abutar poteſtate mea in euangelio. Etenim cum liber
ſim ab omnibus, omnibus meipſum ſeruũ feci, quo plures lucrifaciam. Et factus
ſum Iudæis quaſi Iudæus, ut Iudæos lucrifaciã: ijs qui ſub lege ſunt, quaſi [ſim]
ſub lege, ut eos qui ſub lege ſunt lucrifaciã: his qui ſine lege ſunt, tanq̃ ſim ſine le
ge, [h]cum nõ ſim ſine lege Deo, ſed obnoxius legi Chriſti, ut lucrifaciã eos q ſunt
D ſine lege. Factus ſum infirmis quaſi infirmus, ut infirmos lucrifaciã. Omnibus fa
ctus ſum omnia, ut omnino aliquos ſeruem. Hoc aũt facio propter euangelium,
ut particeps illius fiam. An neſcitis, q̃ qui in ſtadio currunt, omnes quidẽ currũt,
ſed unus accipit [i]præmiũ? Sic currite, ut comprehendatis. Omnis autẽ qui certat,
per omnia temperans eſt. Illi quidẽ igitur, ut [k]perituram coronam accipiant, nos
autẽ ut [l]æternam. Ego itaq; ſic curro, ut non in incertũ: ſic pugilem ago, non ue-
lut aërem feriens, uerũ ſubigo corpus meum, & in ſeruitutẽ redigo. Ne quo mo-
do [fiat,] ut cum alijs prædicarim, ipſe reprobus efficiar.

[f] Vel, euacuet.

[g] ἀδάπανον dicitur, quod nemini ſit ſumptuoſ.

[h] Verbi interpretatione, nõ exiſtẽs exlex Deo, ſed &c.

[i] Braniũm dicitur illud pro quo certatur.

[k] Vel, corruptibilem.

[l] Vel, incorruptibilem.

CAP. X.

Adhuc in eo uerſatur, ne cupiditatem propriam ſequuti, ſacrificiorũ epulis communicent. Monet autem primum Iudæorum exemplo, qui in deſerto deum irritauerant, quibus & alia ſubiungit, docens Chriſtianam libertatẽ charitatis legibus eſſe refrenandam.

A NOlim autem uos ignorare fratres, †q̃ patres noſtri omnes ſub nube erant, Exod.
& omnes per mare tranſierũt, & omnes in Moſen baptizati ſunt p nubem
& per mare, †& omnes eandẽ eſcam ſpiritualẽ comedebant, *& omnes eundem Exod 17. *Nũ. 20.
potũ ſpiritualem bibebant. Bibebant enim de ſpirituali, quæ illos comitabatur,
petra, petra uero fuit Chriſtus. [a]Sed plures illorũ non approbauit Deus. Proſtrati
B enim ſunt in deſerto. Hæc autem figuræ noſtri fuerunt, ne nos ſimus concupi-
ſcentes rerum malarum, quemadmodũ & illi †concupierunt. Neq; ſimulachro- Num.
rum ſitis cultores, ſicuti quidam illorũ, quemadmodum ſcriptum eſt: †Sedit po- Exod.
pulus ut ederet ac biberet, & ſurrexerunt ad ludendũ. Neq; [b]ſtupris inquinemur,
†ſicut quidã illorum [c]ſtupris polluti ſunt, & conciderũt uno die uiginti tria mil- Num. Pſal.
lia. Neq; tentemus Chriſtũ, *ſicut & quidam [d]illorum tentauerunt, & à ſerpenti- *Nũ.
C bus extincti ſunt. Neq; murmuretis, ſicut & quidam illorum murmurauerunt, et Num.
interempti ſunt ab extinctore. Hæc autẽ omnia figuræ contigerunt illis. Scri- Iud. 8.
pta uero ſunt propter admonitionem noſtri, in quos termini ſæculorum incide-
runt. Proinde qui ſibi uidetur ſtare, uideat ne cadat. Tentatio uos non cepit, niſi
humana. Sed fidelis eſt Deus, qui nõ ſinet uos tentari ſupra id quod poteſtis. Imò
D faciet unà cum tentatione euentũ, quo poſſitis ſufferre. Quapropter dilecti mei,
fugite à ſimulachrorũ cultu. Vt prudentibus loquor, iudicate uos quod dico.
Poculũ benedictionis [e]cui benedicimus, nónne [f]cõmunicatio ſanguinis Chri-
ſti eſt? Panis quem frangimus, nónne communicatio corporis Chriſti eſt? Quo-
niam unus panis, unum corpus multi ſumus. Nam omnes ex eodem pane parti
cipamus. Videte Iſraelem iuxta carnem. Nónne qui edunt uictimas, conſortes al
taris ſunt? Quid ergo dico? q̃ ſimulachrum aliquid ſit? Aut quod ſimulachris
B immolatum aliquid ſit? [Non.] Verum [illud dico,] quod quæ immolãt gentes,
dæmonijs immolãt, & non Deo. Nolim autem uos conſortes dæmoniorũ eſſe.
Non poteſtis poculum domini bibere, & poculum dæmoniorum. Non poteſtis
menſæ domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. An prouocamus domi-
num?

[a] Verbi interp. Sed in pluribus ipſorum non bene placitũ eſt, uel placatus eſt deus. Diſplicuerunt deo.

[b] Vel, ſcortemur.

[c] Vel, ſcortati ſunt.

[d] Alij legunt αὐτὸν i. illũ, ut ad Chriſtũ referatur.

[e] Quo benedicimus, ſiue gratias agimus.

[f] Vel, communio.

Digitized by Google

[37.d num? Num fortiores illo sumus? †Omnia mihi licent, at non omnia conducūt.
r.6.c Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. *Nemo quod suum est quærat, sed
Or.13 a quisq; quod alterius est. Omne quod in macello uenditur, edite, nihil [g]interro F
.25.a gantes, propter conscientiā. †Domini siquidem est terra & plenitudo eius. Quod
si quis uocat uos infideliū, & uultis ire, quicquid apponitur uobis, edite, nihil in
terrogantes, propter conscientiam. Quod si quis uobis dixerit: Hoc simulachris
immolatum est, ne edatis, propter illum qui indicauit, & propter conscientiam.
Domini siquidem est terra & plenitudo eius. Porrò, conscientiā dico, non tuam,
sed illius alterius. Cur eñ libertas mea iudicatur ab alia cōscientia? Quod si ego G
.8.c cum gratia participo, cur ob id mihi maledicitur, pro quo ego gratias ago? †Siue
igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriā dei facite. [h]Tales estote,
ut nullū præbeatis offendiculū, neq; Iudæis, neq; Græcis, neq; ecclesiæ dei. Quem
admodū & ego per omnia omnibus placeo, non quærens meam ipsius utilitatē,
sed multorū, ut salui fiant. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. CA. XI.

[g] Vel potius, disquirentes, dubitantes uel hæsitantes.

[h] ἀπρόσκοποι, tales per quos nemo offendatur.

Cœtus publicos instruit. Et primo quidem quo habitu uiri simul & mulieres in his esse debeant, docet. Deinde cœnam dominicam contentionibus simul & luxu, alijsq; uitijs corruptam ex ipsa domini institutione corrigit.

COllaudo autem uos fratres, quod omnia mea memoria tenetis, & quemadmo A
dum tradidi uobis, instituta [a]tenetis. Sed uolo uos scire, quod omnis uiri caput
hes.5.c Christus est, †caput autem mulieris uir: Caput uero Christi Deus. Omnis uir
orans aut prophetans, [quicquam] habens in capite, dehonestat caput suum. O-
mnis uero mulier orans aut prophetās nō uelato capite, dehonestat caput suum.
Nam id perinde est prorsus, ac si rasa esset. Etenim si non uelatur mulier, etiā ton B
deatur. Quod si fœdum est mulieri tonderi aut radi, uelетur. Vir quidem non
debet uelare caput, quū [is] imago sit & gloria dei. At mulier gloria uiri est. Non
ne.2.d eñ est uir ex muliere, sed mulier ex uiro. †Neq; enim cōditus est uir propter mu-
lierem, sed mulier propter uirum. Propter hoc debet mulier [b]potestatē habere in C
cles 5.a capite, propter †angelos: alioqui neq; uir absq; muliere, neq; mulier absq; uiro
in Domino. Nam quemadmodum mulier ex uiro [est,] ita & uir per mulierem,
omnia uero ex Deo. Inter uosipsos iudicate: [Num] decorum est, mulierem non
uelatam Deum orare? An ne natura quidem ipsa hoc docet uos, quod uiro quidem,
si comatus fuerit, probro sit? contrà, mulieri, si comata fuerit, gloriæ sit? Eo quod co-
ma pro uelamine data sit. Cæterum si quis uidetur contentiosus esse, nos huius- D
modi consuetudinem non habemus, neq; ecclesiæ Dei. [c]Illud tamen præcipiens,
non laudo, quod nō in melius, sed in deterius conuenitis. Nam primū quidem cum
conuenitis in ecclesia, audio dissidia in uobis esse. Et aliqua ex parte credo. Opor
tet enim & sectas in uobis esse, quo qui probati sunt, manifesti fiāt inter uos. Igi
tur cum cōuenitis in eundem locum, non licet dominicam cœnam edere, unus-
quisq; enim propriam cœnam [D]occupat in edendo. Et hic quidem esurit, ille ue-
ro ebrius est. Num sanè domos non habetis ad edendum & bibendum? An eccle E
siam Dei contemnitis? & pudefacitis eos qui non habent? Quid uobis dicā? Lau
dabo uos? In hoc non laudo. Ego enim accepi à domino, quod & tradidi uo-
Matt. 26.c bis, †quod dominus Iesus in ea nocte qua traditus est, accepit panē: & postq̄ gra
Marc.14.c tias egisset, fregit, ac dixit: Accipite, edite. Hoc meum [est] corpus, quod pro uobis
Luc.22.b frangitur: hoc facite in mei commemorationem. Ad eundem modū & poculum
peracta cœna, dicens, Hoc poculum, nouum Testamētum est in meo sanguine. F
Hoc facite quotiescunq; biberitis, in mei cōmemorationem. Quotiescunq; enim
comederitis panem hunc, & [e]poculum hoc biberitis, mortem domini annuncia
Ioan.6.f te donec uenerit. †Itaq; quisquis ederit panem hunc, aut biberit poculum domi
1. Cor.13.b ni indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. †Probet aūt homo seipsum,

[a] Alij legūt, tenete. κατέχετε enim ambiguū est, & utrūq; significat.

[b] Id est, uelamen, quod signū est sub uiri potestate esse mulierē.

[c] Alij legunt, τοῦτο δὲ παραγγέλλω οὐκ ἐπαινῶν. i. hoc autē præcipio non laudans. Sensus est, se non laudare eos in hoc quod modo dicturus sit.

[D] Id est, festinās præuenit alios ijs nō expectatis.

[e] Metonymia, continens pro contento. Potum enim intelligit.

Digitized by Google

G & sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat. Nam qui edit aut bibit indigne, iu-
dicium sibiipsi edit & bibit, non diiudicans corpus domini. Propter hoc inter
uos multi imbecilles & inualidi, & dormiunt multi. Etenim si nosipsos diiudi-
cassemus, haudquaq̃ iudicati fuissemus. At cum iudicamur à Domino, corripi-
mur, ne cum mundo condemnemur. Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad come-
dendum, alius alium expectate. Quod si quis esurit, domi edat, ne ad [f] iudicium
conueniatis. Cætera uero cum uenero disponam.

f Vel, condemnationem.

CAP. XII.

Erant apud Corinthios quidam falsi doctores, quorũ spiritus diiudicare docet. Erant deinde alij, qui donis spiritus ad fastum & æmulationem abutebantur, & dissidiorum authores erant, quos hic corporis & membrorum similitudine corripit, ostendẽs unum corpus esse ecclesiæ, & membra diuersa.

A Porrò de [a] spiritualibus fratres, nolo uos ignorare. Scitis q̃ gẽtes fuistis, [&]
ad simulachra muta utcunq; ducebamini sequentes. Quapropter notum
uobis facio, † q̃ nullus per spiritum dei loquens, dicit anathema [esse] Iesum: & Mat. 9.
nemo potest dicere Dominum [esse] Iesum, nisi per spiritum sanctum. *Diui- 1. Ioan. 4.
siones autem [b] donorum sunt, sed idem spiritus: & diuisiones ministeriorũ sunt, *Rom. Ephe. 4.
sed idem Dominus: & diuisiones [c] operationum sunt, sed idem est Deus, efficiens
omnia in omnibus. Vnicuiq; uero datur manifestatio spiritus, ad id quod expe-
dit. Nam huic quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij uero sermo scien-
B tiæ secundũ eundem spiritum, alij uero fides per eundem spiritũ, alij uero dona
sanationum per eundem spiritum, alij uero efficaciæ potentiarũ, alij uero prophe
tia, alij uero discretiones spirituum, alij uero genera linguarũ, alij uero interpre-
tatio linguarum. Sed omnia hæc efficit unus ille & idem spiritus, diuidens [d] pecu
liariter unicuiq; sicuti uult. Quemadmodum enim corpus unum est, & mem
bra habet multa, omnia uero mẽbra corporis unius multa cum sint, unum sunt
corpus: sic & [e] Christus. Etenim per unum spiritũ nos omnes in unũ corpus ba-
ptizati sumus, siue Iudæi, siue [f] Græci, siue serui, siue liberi: & [g] omnes in unũ spi-
ritum potati sumus. Etenim corpus non est unum membrum, sed multa. Si dicat
pes, Non sum manus, non sum de corpore: num idcirco non est de corpore? Et si
dicat auris, Non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?
C Si totum corpus oculus, ubi auditus? Si totum auditus, ubi olfactus? Nunc au
tem Deus posuit membra, unũquodq; eorum [singulatim] in corpore, quemad-
modum uoluit. Quod si essent omnia unum membrũ, ubi corpus? Nunc autem
multa quidem membra, unum uero corpus. At nõ potest oculus dicere manui,
Non est mihi opus te: aut rursum caput pedibus, Non est mihi opus uobis. Imò
multo potius, quæ uidentur mẽbra corporis imbecilliora esse, necessaria sunt: &
quæ putamus minus honesta esse corporis, his honorem uberiorẽ apponimus:
& indecora nostri copiosiorem decorem habent. Cæterum quæ decora sunt no-
stri, non indigent. Sed Deus simul temperauit corpus, ei cui deerat, copiosiorem
addens honorem: ne sit dissidiũ in corpore, sed inuicem alia pro alijs eandem soli-
D citudinem gerant membra. Et siue patitur unum membrum, simul patiuntur o-
mnia membra: siue glorificatur unum membrũ, simul gaudent omnia membra.
Vos autem estis corpus Christi, [h] & membra ex parte. Et alios quidem posuit
Deus in ecclesia, primũ apostolos, deinde prophetas, tertio doctores, deinde [i] po-
testates, deinde dona sanationum, [k] subsidia, gubernationes, genera linguarum.
Num omnes apostoli? Num omnes prophetæ? Num omnes doctores? Num o-
mnes potestates? Num omnes dona habent sanationum? Num omnes linguis
loquuntur? Num omnes interpretãtur? [l] Sectemini uero dona potiora. Et adhuc
his excellentiorem uiam uobis ostendo.

a Id est, diuinis illis aut prophetis, qui spiritum iactant.

b χάρισμα propriè dicitur donum gratuitum.

c ἐνέργημα significat uim quandã & efficaciã, qua deus in nobis operatur.

d Vel, propria, ut August. legit. Hic enim ἴδια & nomen esse potest et aduerbium.

e Id est, ecclesia. Sic enim exponit Theophylactus.

f Id est, gentiles.

g Alij, omnes unum spiritum hausimus. Ambrosius legit, omnes unũ spiritum potauimus.

h Ambrosius legisse uidetur μέλη ἐκ μέλους, i. membra ex membro, ut intelligamus membrũ ex membro pendere.

i Positum uidetur pro magistratibus.

k Vel diaconos, aliosq; qui negotijs ecclesiasticis opitulantur.

l ζηλοῦτε, i. omni studio annitimini.

CAP. XIII.

Ve-

Digitized by Google

Vt factionum studia tolleret, inferiorum murmur compesceret, & superiorũ fastum reprimeret, charitatis encomium scribit, docens uel maximas uirtutes nullius esse pretij, nisi charitatem habeant adiunctam.

SI linguis hominum loquar & angelorũ, charitatem autem non habeam, fa- A
ctus sum æs resonans, aut cymbalũ [a] tinniens. Et si habeam prophetiã, & no
uerim mysteria omnia, omnemq; scientiam, & si habeam omnem fidem, adeo ut
montes loco dimoueam, charitatẽ autem non habeam; nihil sum. Et si insumam
in alimoniam [pauperũ] omnes facultates meas, & si tradã corpus meũ ut com- B
burar, charitatẽ autem non habeam, nihil utilitatis capio. Charitas longanimis
est, benigna est, charitas non [b] inuidet, charitas non est procax, non inflatur, [c] non
agit inhoneste, nõ quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malũ, non gau
det de iniustitia, sed congaudet ueritati: omnia [d] suffert, [e] omnia credit, omnia spe C
rat, omnia sustinet. Charitas nunquã [f] excidit, etiamsi prophetię deficient, siue lin
guæ cessabunt, siue scientia abolebitur. [g] Ex parte enim cognoscimus, & ex parte
prophetamus. Ast ubi uenerit quod perfectũ est, tunc quod ex parte est, abolebi-
tur. Cum essem puer, ut puer loquebar, ut puer sentiebã, ut puer cogitabã: at ubi D
factus sum uir, aboleui puerilia. Cernimus enim nunc per speculũ in ænigmate,
tunc autem facie ad faciem: nũc cognosco ex parte, tunc uero cognoscã quemad
modum & cognitus sum. Nunc autẽ manet fides, spes, charitas, tria hæc, sed [h] ma
xima in his charitas.

CAP. XIIII.

Redit nunc ad corrigendum cœtum ecclesiasticum. Siquidem scioli quidam linguis & prophetia abutebantur. Restituit igitur uerum scripturas interpretandi modum, & quod nam esse debeat linguarum studium, docet.

SEctemini charitatẽ, æmulemini spiritualia, magis tamen ut [a] propheteris. Nã A
qui loquitur [b] lingua, nõ hominibus loquitur, sed Deo: nullus enim [c] audit,
[d] spiritu uero loquitur mysteria. Cæterũ qui prophetat, hominibus [e] loquitur ædi
ficationem, & exhortationẽ, & consolationẽ. Qui loquitur lingua, seipsum ædi-
ficat: at qui prophetat, ecclesiam ædificat. Volo aũt omnes uos loqui linguis, ma
gis tamen ut propheteтis. Maior enim qui prophetat, q̃ qui loquitur linguis: nisi
interpretetur, ut ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si ueniam B
ad uos linguis loquens, quid uobis prodero? Nisi uobis loquar aut per reuelatio
nem, aut per scientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam? Quin & inani-
ma uocem reddẽtia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonis dederint, quo
modo cognoscetur quod tibia canitur aut citharæ? Etenim si incertam uocẽ tuba
dederit, quis apparabitur ad bellum? Sic & uos, per linguam nisi significantẽ ser
monẽ dederitis, quomodo intelligetur quod dicitur? Eritis enim in aẽrẽ loquen-
tes. Tam multa, uerbi gratia, genera [f] uocum sunt in mundo, & nihil horũ mu C
tum. Itaq; si nesciero uim uocis, ero ei qui loquitur barbarus: & qui loquitur, [g] a-
pud me barbarus. Itaq; & uos, quandoquidẽ sectatores estis spirituũ, ad ædifica-
tionem ecclesiæ quęrite, [h] ut excellatis. Quapropter qui loquitur lingua, oret ut
interpretetur. Nam si orem lingua, [i] spiritus meus orat, at mens mea fructu uacat.
Quid igitur est? Orabo [k] spiritu, sed orabo & mẽte. Canã spiritu, sed canã & men
te. Alioqui si benedixeris spiritu, is qui implet locũ indocti, quomodo dicturus
est Amen ad tuam gratiarum actionem? Quandoquidem quid dicas nescit. Nam D
tu quidem bene gratias agis, uerum alius non ædificatur. Gratias ago deo meo,
q magis q̃ omnes uos linguis loquor. Sed in ecclesia malo quinq; uerba mente
mea loqui, ut & alios instituam, q̃ decem millia uerborum lingua. Fratres, ne
sitis puelli sensibus, sed malitia infantes sitis: sensibus uero perfecti sitis. In lege
Esa. 28. c scriptũ est: †Varijs linguis, & labijs uarijs loquar populo huic, & ne sic quidẽ au-
dient me, dicit Dominus. Itaq; linguæ signi uice sunt, non his qui credunt, sed in

[a] ἀλαλάζον, iubilans. Est enim ἀλαλάζειν perpetuo sonitu tinnire, sono sonum excipiente.
[b] Vel potius, æmulatur.
[c] August. legit, Nõ dehonestatur, ἀσχημονεῖ. Eras. Nõ est fastidiosa.
[d] Cyprianus legit hic, diligit. Unde uidetur legisse στέργει pro στέγει.
[e] Id est, probe fidit. Non enim de leuitate loquitur, qua qdnis credimus, sed dicit non esse suspicionis plenam.
[f] Id est, non sinit ut quis sibi excidat aut aberret.
[g] Vel, per incrementa. Germanice dicimus, nach vñ nach.
[h] μείζων. i. maior. Sed solent Græci ꝓ superlatiuis nõnunquam comparatiuis uti.
[a] Prophetia hoc capite nõ ꝓ uaticinio sumitur, sed scripturæ interpretatione.
[b] Scilicet peregrina.
[c] Id est, intelligit.
[d] Spiritus hoc loco pro flatu uerborũ sumitur.
[e] Id est, ea loquitur quæ ædificent, &c.
[f] Ambr. legit, linguarum.
[g] ἐν ἐμοί. i. meo iudicio.
[h] Vel potius, abundetis.
[i] Id est, deprecatoria uerba spiro, sed animi affectus, &c.
[k] Id est, uerbis, uel halitu uocis.

B credulis: contrà, prophetia, non incredulis, sed credentibus. Ergo si conuenerit ecclesia tota simul, & omnes linguis loquantur, ingrediantur autem indocti aut increduli, nónne dicent uos insanire? Si uero omnes prophetent, ingrediatur autem aliquis incredulus aut indoctus, [l]coarguitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus: & sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atque ita procidēs in faciem, adorabit Deum, renūcians quòd Deus reuera in uobis sit. Quid igitur est fratres? Quoties conuenitis, unusquisque uestrum canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationē fiant.

F Siue lingua quis loquitur, [fiat] per binos, aut ad summum ternos, idque uicissim, & unus interpretetur. Quod si nō sit interpres, taceat in ecclesia, cæterum sibi ipsi loquatur & Deo. Prophetæ uero duo aut tres loquantur, & cæteri [m]diiudicēt. Porrò si alij fuerit reuelatum assidenti, prior taceat. Potestis enim singulatim omnes prophetare, ut omnes discant, & omnes consolationem accipiant, & spiritus prophetarum prophetis subijciuntur. Non enim est [n]confusionis Deus, sed pacis, ut in omnibus ecclesijs sanctorum. Mulieres uestræ in ecclesijs sileant; nec

G enim permissum est illis ut loquātur, sed ut subditæ sint: quemadmodum & †lex dicit. *Quod si quid discere uolunt, domi suos uiros interrogent. Nam turpe est mulieribus in cœtu loqui. An à uobis sermo Dei profectus est? An in uos solos incidit? Si quis uidetur propheta esse aut spiritualis, agnoscat quæ scribo uobis, quòd domini sint præcepta: cæterum si quis ignorat, ignoret. Proinde fratres, ad id enitamini ut prophetetis, & loqui linguis ne uetueritis. Omnia decenter & †secundum ordinem fiant.

Gen. 3. c
1. Tim. 2.
Col. 2. a

CAP. XV.

Cum essent apud Corinthios, qui corporum resurrectionem in dubium uocarent, illis occurrit Apostolus, docens primo Christum resurrexisse, & hoc nostræ religionis esse solatium: deinde nos etiam resurrecturos esse multis comprobat. Tertio qualis nam resurrectio sit futura, docet.

A NOtum [a]autem †uobis facio fratres, Euangeliū quod annunciaui uobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salutē consequimini, quo [b]pacto annunciarim uobis, si tenetis. Nisi frustra credidistis. Tradidi enim uobis in primis quod & acceperam, quòd Christus mortuus fuerit pro peccatis nostris, secūdum scripturas: †& quòd sepultus sit, & quòd resurrexerit tertio die, secundum scripturas: & quòd uisus sit Cephæ, deinde duodecim illis, postea uisus est plus quàm quingentis [c]fratribus simul, ex quibus plures manent ad hunc usque diem, quidā autem & obdor-

B mierunt. Deinde uisus est Iacobo, post apostolis omnibus. Postremo uero omniū, uelut [D]abortiuo uisus est & mihi. †Ego enim sum minimus apostolorum, qui nō sum idoneus ut uocer apostolus, *propterea quòd persecutus sum ecclesiam dei. Sed gratia Dei sum [id] quod sum. Et gratia eius quæ [profecta est] in me, non fuit inanis, sed copiosius quàm illi omnes laboraui: nō ego tamen, sed gratia dei quæ mihi adest. Siue igitur ego, siue illi, sic prędicamus, & sic credidistis. Quod si Christus prædicatur à mortuis resurrexisse, quomodo dicunt quidā inter uos, non esse resurrectionem mortuorum? Porrò si resurrectio mortuorum non est, ne Christus quidem resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, inanis uidelicet [est] prę-

C dicatio nostra, inanis autē est & fides uestra. Reperimur autem & falsi testes dei, quoniam testificati sumus [e]de Deo, quòd excitauerit Christum: quem non excitauit, si uidelicet mortui non resurgūt. Etenim si mortui non resurgūt, ne Christus quidem resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, superuacanea est fides uestra: adhuc estis in peccatis uestris. Igitur & qui obdormierunt in Christo, perierūt. Si in uita hac spem in Christo tantū fixam habemus, [f]maxime miserabiles omnium hominū sumus. Nunc autem Christus surrexit ex mortuis, †[g]primitiæ eorū qui dormierant fuit. Postquā enim per hominem mors, etiam per hominem resurrectio

Gal. 1. b
Esa. 53. b
Ionæ 2. a
Osee 6. a
Ioan. 20.
Ephe. 3. b
*Act. 9. a
Co. 1. c
1. Thes. 4.
Apoc. 1. b

[l] ἐλέγχεται. i. protrahitur, cōuincitur, ut sentiat scelera sua taxari, &c.

[m] Id est, expendant quid dicatur, & quàm apposite.

[n] Alij legunt, seditionis.

[a] Vel, etiam, in memoriam reuoco.

[b] Vel, sermone.

[c] Id est, Christianis.

[D] Id est, homini contēpto & abiectitio, vßwürffling, vßschindling.

[e] Potest etiam legi, Aduersus deum, ut uetus interpres trāstulit.

[f] ἐλεεινότεροι. Comparatiuus pro superlatiuo.

[g] Ambrosius initiū legit.

Digitized by Google

ctio mortuorum. Quemadmodum enim per Adam omnes moriuntur, ita & per
Christum omnes [b]uiuificabuntur. Vnusquisq; autem in primo ordine. Primitiæ
Christus, deinde hi qui sunt Christi, in aduentu ipsius. Deinde finis, cum tradide D
rit regnum Deo & patri, cum [i]aboleuerit omnem principatum, & omnem pote
Psal. 109.a statem, ac uirtutem. †Nam oportet eum regnare, donec posuerit omnes inimicos
Hebr. 1.d sub pedes suos. Nouissimus hostis aboletur mors. Nam *omnia subiecit sub pe
10.c
Psal. 8.c des illius. Atqui cum dicat q; omnia subiecta sint, palàm est, excipiendũ eum qui
Heb. 2.d subiecit illi omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius sub
ijcietur ei qui illi subiecit omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Alioqui quid fa
cient hi qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Cur &
baptizantur pro illis? Quid & nos periclitamur omni tempore? Indies morior
[k]per nostram gloriationẽ quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secun
dum hominẽ cum bestijs depugnaui Ephesi, quæ mihi utilitas si mortui non re
Esa. 22.a surgũt? †Edamus & bibamus, cras enim morimur. Ne decipiamini. *Mores bo E
Sap. 2.b nos colloquia corrũpunt mala. Expergiscimini iuste, & ne peccetis. Nam ignora
Menander. tionem Dei nonnulli habent. Ad pudorẽ uobis loquor. At dicet aliquis, Quo
modo resurgunt mortui? Quali autem corpore ueniunt? Stulte, tu quod seminas
non uiuificatur, nisi mortuum fuerit. Et [hoc] quod seminas, non corpus quod
nascetur seminas, sed nudũ granum. Exempli caussa, tritici aut alicuius ex cæteris.
Sed deus illi dat corpus [l]ut uoluit, & unicuiq; seminũ suum corpus. Non omnis
caro, eadem caro. Sed alia quidẽ caro hominũ, alia uero caro pecorum, alia uero
piscium, alia uero uolucrũ. Et sunt corpora cœlestia, & sunt corpora terrestria. Ve
rum alia quidem cœlestiũ gloria, alia uero terrestriũ: alia gloria solis, & alia glo
ria lunæ, & alia gloria stellarũ. [m]Stella siquidẽ à stella differt in gloria, sic & resur
rectio mortuorũ. Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate: semi F
natur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in poten
tia. Seminatur corpus [n]animale, resurgit corpus spirituale. Est corpus animale,
Gene. 2.b & est corpus spirituale. Quemadmodũ & scriptum est: †Factus est primus homo
Adam [o]in animã uiuentem, extremus Adam [p]in spiritũ uiuificantem. At nõ pri
mum quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. Primus homo
de terra terrenus, [q]secundus homo ipse Dominus de cœlo. Qualis terrenus ille,
tales & hi qui terreni [sunt:] & qualis ille cœlestis, tales & hi qui cœlestes [sunt.]
Et quemadmodũ gestauimus imaginẽ terreni, gestabimus & imaginẽ cœlestis.
Hoc aũt dico fratres, q; caro & sanguis regni Dei hæreditatẽ consequi non pos
sunt. Neq; corruptio incorruptibilitatis hæreditatẽ accipit. Ecce mysteriũ uobis
dico: Non omnes quidẽ dormiemus, omnes tamen immutabimur, in pũcto [tem G
poris,] in momento oculi, per extremã tubam. Clanget enim, & mortui resurgẽt
incorruptibiles, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile [r]hoc induere
incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem corru
ptibile hoc induerit incorruptibilitatẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem,
Osee 13.d tunc fiet sermo qui scriptus est: †Absorpta est mors [s]in uictoriã. Vbi tuus ô mors
Hebr. 2.d aculeus? Vbi tua inferne uictoria? Aculeus autem mortis peccatũ: potentia uero
1.Ioan.5.a peccati lex. Sed deo gratia, †qui dedit nobis uictoriã per dominũ nostrum Iesum
Christũ. Itaq; fratres mei dilecti, stabiles sitis, immobiles, abundantes in opere do
mini semper: cũ sciatis q; labor uester non est inanis in domino. CA. XVI.

Peculiaria quædam tradit de collatione in sanctos, deq; suo aduentu. Deinde Timo
theum illis commẽdat, & post salutationes charitatem mutuam & Christi dilectionem
præcipit.

Caeterum [a]de collatione in sanctos, quemadmodũ ordinaui ecclesijs Gala A
tiæ, ita & uos facite. In una sabbatorũ unusquisq; uestrum apud se seponat,

[b] Cyprianus legit, uiuificantur: sed apud Græcos futurum est.
[i] Ambr. destituerit.
[k] νὴ *iurandi parti*cula est etiam hoc loco.
[l] August. ut noluerit.
[m] Potest etiam legi, Stella siquidem stel*lam antecellit. διαφέρει enim Græcis* non differre modo, sed etiam excellere significat.
[n] Id est, terrenum, quod animæ affectibus regitur. Cuius collatione nunc spirituale dicitur quod animæ commotionibus caret, spiritu impellitur.
[o] Hebr. pro eo quod est anima uiuẽs, uel homo uiuens.
[p] Id est, spiritus uiuificans.
[q] Vetus interp. legit, Secundus homo de cœlo, cœlestis. Quæ lectio licet discrepet nonnihil à Græcis, tamen magis germana uidetur: apte enim refertur ad membrũ præcedens, & ea quoq; quæ sequuntur. Et fortasse Græca immutata sunt.
[r] *σαρκίνους*. Hanc enim & eandem carnem denotat, quã in terris existentes gestamus, Iob 19.
[s] Ambrosius *νεῖκος* legit pro *νῖκος*, nam contentionem transtulit.
[a] Verbi interp. de collectione.

recondens quicquid commodum fuerit, ne cum uenero, tunc collationes fiant. Vbi uenero autem, quoscunque probaueritis per epistolas, hos enim mittam ut perferant [b]munificentiam uestram Hierosolymam. Quod si fuerit operæpretium, ut & ipse proficiscar, mecum proficiscentur. Veniam ad uos cum Macedoniam
B pertransiero. Macedoniam enim pertransiturus sum. Apud uos autem forte permanebo, aut etiam hybernabo, ut uos me deducatis quocunque proficiscar. Nolo enim uos nunc in transcursu uidere, sed spero tempus aliquantum mansurū me apud uos, si dominus permiserit. Cōmorabor autem Ephesi [c]usque ad diem quinquagesimum. Nam ostium mihi apertum est magnum & efficax, [D]& aduersarij multi. Quod si uenerit Timotheus, uidete ut absque metu sit apud uos. Opus em̄ domini operatur, quemadmodum & ego. Ne quis igitur eum spernat, deducite
C autem eum cum pace, ut ueniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus. Porrò [e]de Apollo fratre multum hortatus sum illum, ut iret ad uos cum fratribus. Et omnino non erat uolūtas nunc eundi, uenturus est autem cum opportunitatem erit nactus. Vigilate, state in fide, uiriliter agite, estote fortes: omnia uobis cum charitate fiant. Obsecro autem uos fratres, nostis familiam Stephanæ esse primitias Achaiæ, & quod in ministerium sanctis ordinarunt seipsos, ut & uos subditi sitis talibus, & omni adiuuanti & laboranti. Gaudeo uero de aduentu Stepha-
D næ, & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod mihi deerat uestri, hi suppleuerūt. Refocillauerunt enim spiritum meum ac uestrum. Agnoscite itaque huiusmodi. Salutant uos ecclesiæ Asiæ. Salutant uos in domino multum Aquila & Priscilla, cum ea quæ in domo ipsorum est ecclesia. Salutant uos fratres omnes. Salutate inuicem osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis nō diligit dominum Iesum Christum, sit anathema, Maran atha. Gratia domini Iesu Christi [sit] uobiscum. Dilectio mea cum omnibus uobis in Christo Iesu. Amen.

[b] Græce χάριν. i. gratiā, dixit pro beneficio gratis collato.

[c] ἕως τῆς πεντηκοστῆς, id est, usque ad pentecosten. Videtur autem de festo intelligendum, ut Act. 2.

[D] Et hoc loco positū uidetur pro sed, more Hebr. sic enim etiam Hiero. in locum legit.

[e] Eclipsis est, subintelligitur enim, Notum facio, aut tale quippiam.

Ad Corinthios prior missa fuit è Philippis, per Stephanum, & Fortunatum, & Achaicum, & Timotheum.

Epistola Pauli Apostoli ad Corinthios secunda.

CAPVT I.

Erant apud Corinthios, qui Paulo tumultuandi studium & crucem obijcerent. Incipit igitur ab ipsa adflictionis mentione epistolam, ostendens quid passus sit, & quàm benigno dei fauore sit usus. Deinde synceritatem suæ functionis probat contra eos qui illum mendacij accusabant, quod iuxta promissum ad ipsos nondū uenisset, causam enim ostendit cur hactenus non uenerit.

A 
AVLVS apostolus Iesu Christi, per uoluntatem Dei, ac Timotheus frater, ecclesiæ dei quæ est Corinthi, unà cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia, †Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui est [a]pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis, consolans nos in omni adflictione nostra, in hoc ut possimus nos cōsolari

Gal. 1. a. Ephe. 1. a. 1. Pet. 1. a.

[a] Id est, Deus misericors & consolator.

cos

Col. 1. c eos qui sunt in quauis adflictione, per consolationem qua nosipsos consolatur B
†deus. Quoniã sicut abundãt adflictiones Christi [b]in nobis, ità per Christũ abun
dat & consolatio nostra. [c]Siue autem adfligimur, pro uestri consolatione ac salu
te, quæ operatur in tolerantia earundem adflictionum, quas & nos patimur: siue
consolationem accipimus, pro uestri consolatione ac salute. Spes etiam nostra fir
ma est pro uobis, cum sciamus, quod quemadmodũ participes estis adflictionũ, sic fu
turi sitis & cõsolationis. Non enim uolumus uos ignorare fratres, de adflictio
ne nostra quæ nobis accidit in Asia, quoniã supra modum grauati fuimus supra
uires, adeo ut desperauerimus etiã de uita. Quin ipsi in nobisipsis sentẽtiam mor
tis acceperamus, ne cõfideremus in nobisipsis, sed in Deo, qui [ad uitam] suscitat
mortuos, qui ex [d]tanta morte eripuit nos, & eripit, in quo spem fixã habemus, quod
etiam posthac erepturus sit, simul adiuuantibus & uobis per deprecationem pro
nobis, ut [e]ex multis personis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ agãtur C
pro nobis. Nam gloriatio nostra hæc est, testimoniũ conscientiæ nostræ, quod cum
simplicitate & [f]synceritate Dei, non sapientia carnali, sed per gratiã Dei conuer-
sati fuerimus in mundo, abundantius autem erga uos. Non enim alia scribimus
uobis, quàm quæ legitis, aut etiã agnoscitis. Spero autẽ quod usque ad finem quoque agno
scetis, quemadmodum & agnouistis nos ex parte. Quoniã gloria uestra sumus,
quemadmodũ & uos nostra, in die domini Iesu. Et hac fiducia uolebã ad uos
uenire prius, [g]ut geminã apud uos inirem gratiam, & per uos pertransire in Ma
cedoniam, & rursum à Macedonia uenire ad uos, ac à uobis deduci in Iudæam.
Hoc igitur cum in animo uersarem, nuncubi leuitate sum usus? [h]Aut [num] quę D
cogito, secundum carnem cogito? [Nequaquam. Sed potius] ut sit apud me quod est,
etiam, etiã: & quod est, non, non. Imò fidelis Deus, quod sermo noster erga uos non
fuit etiam & non. Nam Dei filius Iesus Christus, qui inter uos per nos prædica-
tus est, per me & Syluanum ac Timotheum, non fuit etiam & non, sed etiam per
ipsum fuit. Quotquot enim [sunt] promissiones dei, per ipsum [sunt] etiã, & per
ipsum [sunt] amen, Deo ad gloriã per nos. Porrò, qui cõfirmat nos unà uobiscũ
in Christũ, & qui unxit nos, Deus [est:] qui etiam obsignauit nos, deditque arram
spiritus in cordibus nostris. Ego uero testem deum inuoco in animam meam, quod
parcens uobis, nondum uenerim Corinthũ, non quod dominemur uobis nomine
fidei, sed adiutores sumus gaudij uestri. Nam fide statis.

CAP. II.

Accusabatur à pseudapostolis Paulus, quod tyrannidem ecclesiæ affectaret, eo quod mœchum in priori epistola satanæ tradendum esse præcepisset. Hoc diluit, docens simul causam sui consilij. Deinde eos refutat qui eum impostorem esse dicebant, ostendit enim se bona fide uerbum docuisse ipsos, & reliquas quoque gentes idem læto successu docere.

Sed decreui apud memetipsum hoc, non iterũ cum dolore ad uos uenire. Nã A
si ego mœrore uos adficiam, & quis est qui exhilaret me, nisi is qui mœrore
adficitur ex me? Et scripsi uobis hoc ipsum, ne cũ uenero ad uos, dolorẽ capiam
[ex his,] [a]ex quibus oportebat me capere uoluptatem: fiduciã hanc habens erga
uos omnes, quod meum gaudiũ omnium uestrum sit. Nam ex multa adflictio- B
ne & anxietate cordis scripsi uobis per multas lachrymas: non ut mœrore adfice
remini, sed ut cognosceretis charitatẽ quam habeo abundantius erga uos. Quod
si quis dolore adfecit, nõ me dolore adfecit, sed ex parte, ne adgrauẽ omnes uos.
Sufficit istiusmodi [homini] increpatio hæc, quæ facta est à pluribus, adeò, ut è di
uerso magis condonare [debeatis] & consolari: ne quomodo fiat, ut immodico
dolore absorbeatur huiusmodi. Quapropter obsecro uos, efficite ut ualeat in illũ C
charitas. Nam & in hoc scripseram, ut cognoscerem probationẽ uestri, an ad om
nia obedientes sitis. Cui uero cõdonatis aliquid, & ego cõdono. Nam & ego si
quid condonaui, cui condonaui, propter uos [condonaui] [b]in cõspectu Christi,

[b] Vel, in nos.
[c] Hisp. exemplar legit, ἄτε δὲ θλιβόμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν, καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. εἴτε παρακαλούμεθα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας, εἰδότες, &c. Id est, Siue autem affligimur pro uestri consolatione ac salute, quæ operatur in tolerãtia earundem afflictionũ, quas & nos patimur, etiam spes nostra firma est pro uobis: siue cõsolationem accipimus pro uestri cõsolatione ac salute, cũ sciamus &c.
[d] Pro eo quod est ex tanto mortis periculo.
[e] Id est, multis, uel multifariam.
[f] Id est, synceritate sancta uel diuina.
[g] Verbi interpretatione, ut secundam gratiam habeatis, iteratũ beneficium.
[h] Non inepte uidetur sic legisse ueteres, Aut quę cogito secũdum carnem cogito, ut sit apud me est & nõ? Fidelis autem, &c.
[a] Vel potius, de quibus oportebat me gaudere.
[b] Id est, bona conscientia, ac si Christus mihi astaret.

Digitized by Google

ne [c]occupemur à satana. Non enim illius cogitationes ignoramus. Cæterum cum uenissem Troadem in euangelium Christi, & ostium mihi esset apertũ per dominum, [D]non habui relaxationem spiritu meo, eo quod non inuenissem Titum
D fratrem meum: sed dimissis illis, abij in Macedoniam. Deo autem gratia, qui semper triumphat per nos in Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Quoniam Christi bona fragrantia sumus Deo, in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt: his quidem odor mortis ad mortem, illis uero odor uitę ad uitam. Et ad hæc quis idoneus? Non enim sumus, ut plærique [c]cauponantes uerbum Dei, sed uelut ex synceritate, sed uelut ex Deo, in conspectu Dei, per Christum loquimur.

c Vel, ne possideamur & usurpemur uelut ab iniusto possessore satana. πλεονεκτεῖν enim est illicito modo rem alienam occupare.
b Vel, non conquieui animo.
c καπηλεύειν est ad quæstum abuti aliqua re.

CAP. III.

Exemplo ipsius Corinthiorum ecclesiæ probat se rite functum esse ministerio euangelico, idque non suis uiribus, sed per gratiam domini. Deinde contra illos disputans qui legalia immiscere conabantur, confert inter se legem & euangelium, ostendens quanta sit huius excellentia, utpote cum spiritus legis ipse Christus sit, &c.

A INcipimus rursus nosipsos commẽdare. Num egemus, ut nonnulli, commendatitijs epistolis apud uos? aut à uobis commendatitijs? Epistola nostra uos estis, inscripta in cordibus nostris, quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus, dũ declaratis quod estis epistola Christi, subministrata, à nobis inscripta, nõ atramento, sed spiritu Dei uiuentis: nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis. Fiduciã autem huiusmodi habemus per Christum erga Deum: non quod idonei simus ex nobisipsis cogitare quicquam, tanquam ex nobisipsis, sed
B [a]si ad aliquid idonei sumus, id ex Deo [est,] qui & idoneos fecit nos ministros noui Testamenti, non literæ, sed spiritus. Nam litera occidit, spiritus autem uiuificat. Quod si administratio mortis in literis, †[b]deformata in saxis, fuit in gloria, adeò ut non possent oculos intendere filij Israel in faciem Mosi, propter gloriam uultus eius, quæ aboletur: cur non potius administratio spiritus erit in gloria? Nam si administratio cõdemnationis [c]gloria [est,] multo magis excellit ad-
C ministratio iustitiæ in gloria. Quandoquidem ne glorificatũ quidem fuit, quod glorificatum est in hac parte propter eminentem gloriam. Si enim quod aboletur in gloria [fuit,] multo magis [id] quod manet [est] in gloria. Itaque quum habeamus huiusmodi spem, multa [D]libertate utimur: & non quemadmodũ Moses ponebat uelamen in faciem suam, ne oculos intenderent filij Israel in finem eius quod abolebatur. Sed obcæcati sunt sensus illorum. Nam usque ad diem hodiernum idem uelamen in lectione ueteris Testamenti manet: nec tollitur ue-
D lum, quod per Christum aboletur. Sed ad hunc usque diem, cum legitur Moses, uelamen cordibus illorum impositum est. Cum autem [aliquis] conuersus fuerit ad Dominum, tolletur uelamen. †Dominus autem spiritus [ille] est. Porrò ubi spiritus Domini, ibi libertas. Nos autem omnes retecta facie, gloriam Domini in speculo repræsentãtes, ad eandem imaginem transformamur, à gloria in gloriam, tanquam à Domini spiritu.

Exod. 34.d
Ioan. 4.c

a Verbi interpretatione, idoneitas nostra.
b Vel potius, desculpta.
c Pro gloriosa.
D παῤῥησία, dicẽdi libertas.

CAP. IIII.

Defendit adhuc suam in ministerio uerbi fidẽ. Deinde docet homines impios sua culpa perire, et ipsos propriæ damnationis authores esse. Postremo ne cruce illius offenderentur, ostendit multis quanto successu etiam per summas tribulationes Christũ doceat.

A PRopterea cum ministerium hoc habeamus, prout misericordiam consecuti sumus, haud [a]degeneramus, sed reiecimus [b]occultamenta dedecoris, [c]cum non uersemur per astutiã, neque dolo tractemus uerbũ Dei, sed manifestatione ueritatis, commendemus nosipsos apud omnẽ conscientiam hominũ, in cõspectu Dei. Quod si adhuc uelatũ est euangeliũ nostrum, in his qui pereunt uelatum
B est. In quibus Deus huius sæculi excęcauit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen euãgelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Non enim nosipsos prædicamus,

a Vel, segnes sumus & inertes.
b Id est, probra quæ nobis occulte obijciuntur.
c Verbi interpretatione, nõ uersantes.

Digitized by Google

camus, sed Christũ Iesum Dominũ: nosipsos autem seruos uestros propter Iesum.
Quoniã Deus est, qui iussit è tenebris lucẽ illucescere, qui [d] luxit in cordibus no-
stris, ad illuminationem cognitionis glorię Dei, in facie Iesu Christi. Habemus
autẽ thesaurum hunc in testaceis uasculis, ut [e] uirtutis eminentia sit Dei, & non ex
nobis. Dũ in omnibus premimur, at non anxij reddimur: laboramus, at non de- C
stituimur: persequutionem patimur, at nõ [in ea] deserimur: deijcimur, at non pe
rimus, semper [f] mortificationem Domini Iesu in corpore circũferentes, ut & uita
Iesu in corpore nostro manifestetur. Semper enim nos, qui uiuimus, in mortem
tradimur propter Iesum, ut & uita Iesu manifestetur in mortali carne nostra. Itaq;
mors quidem in nobis agit, uita uero in uobis. Cæterũ, cum habeamus eundem
Psal. 115. a spiritum fidei, iuxta illud quod scriptũ est: †Credidi, & ideo loquutus sum: & nos
credimus, quapropter & loquimur, scientes quod qui suscitauit Dominũ Iesum, D
nos quoq; per Iesum suscitabit, & cõstituet uobiscum. Nam omnia propter uos,
ut gratia, quæ exundauit, [g] pluribus gratias agentibus, exuberet in gloriam Dei.
Propterea nõ defatigamur, sed quamuis externus noster homo corrumpitur, in-
ternus tamen renouatur in dies singulos. Nam momẽtanea leuitas afflictionis
nostræ, mire supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis, dum non spe-
ctamus ea quæ uidentur, sed ea quæ non uidentur. Nam quæ uidentur, tempo-
raria [sunt:] at quæ non uidentur, æterna.

[d] August. claruit legit.
[e] Vel, potẽtię. Hier. legit, fortitudinis. Virtus enim hic nõ uitio, sed infirmitati opponitur.
[f] Ambrosius legit, mortem.
[g] Verbi interpretatione, propter multorũ gratiarũ actionẽ.

CAPVT V.

Plenius persequitur spem salutis, de qua in fine prioris cap. dixerat. Vtitur allegoria tabernaculi & domicilij illius cœlestis, cuius amore raptus omnia sustineat. Subinde tamen ita orationem mitigat, ne gloriam quærere uideatur. Postremo aditum sternit ad sequentia, salutis negotium in Christo & nostrum officium paucis comprehendens.

SCimus enim, quod si terrenum nostrum domiciliũ huius tabernaculi destru- A
ctum fuerit, ędificationẽ ex Deo habemus, domiciliũ non manufactũ, æternũ
in cœlis. Nã et ob id gemimus, domicilio nostro, quod è cœlo est, superindui desi
Apoc. 16. c derantes: †si tamen induti, non nudi reperiemur. Etenim qui sumus in hoc taber
naculo, gemimus onerati, propterea quod non uolumus exui, sed superindui, ut
absorbeatur mortalitas à uita. Porrò, qui parauit nos in hoc ipsum, Deus [est:] qui
idem dedit nobis arrabonem spiritus. Itaq; bono animo sumus semper, & sci-
mus quod cum domi sumus in corpore, peregrinamur à Domino. Per fidẽ enim
ambulamus, non per speciem. Confidimus aũt, & probamus magis peregre ab- B
esse à corpore, & præsentes adesse apud Dominũ. Quapropter & contendimus,
Rom. 14. b siue domi præsentes, siue foris peregre agentes, ut illi placeamus. †Omnes enim
nos manifestari oportet coram tribunali Christi, ut reportet unusquisq; ea quæ
fiunt per corpus, iuxta [id] quod fecit, siue bonum siue malum. Scientes igitur
terrorem illum Domini, suademus hominibus, Deo uero manifesti sumus. Spe-
ro autem [nos] et in conscientijs uestris manifestos esse. Non enim iterũ nosipsos C
cõmendamus uobis, sed occasionẽ damus uobis gloriandi de nobis, ut [aliquid]
habeatis aduersus eos, qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim insani-
mus, Deo [insanimus:] siue sani sumus, uobis [sani sumus.] Charitas eñ Christi
[a] constringit nos, iudicantes illud, quod si unus pro omnibus mortuus fuit, ergo
omnes mortui fuerunt. Et pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, posthac non
sibi uiuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaq; nos posthac [b] nemi
nem nouimus secundũ carnẽ. Porrò etiam si cognouimus Christũ secundum car
nem, nũc tamen nõ amplius nouimus. Proinde si quis [est] in Christo, noua crea D
Esa. 43. c tura [est.] Vetera præterierunt, †ecce, noua facta sunt omnia. Omnia aũt ex Deo,
Apoc. 21. b qui reconciliauit nos sibi per Iesum Christũ, deditq; nobis ministeriũ reconcilia-
tionis, quandoquidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non im
putans eis peccata ipsorũ: & posuit in nobis sermonem recõciliationis. Itaq; no-

[a] Siue, cõpellit: uel, adducit, scilicet nos, eõ ut tanto animi zelo prædicemus.
[b] Id est, nihil moramur carnalia, id est, externas personas pro ipsa re.

Digitized by Google

ᶜ Vel etiam, exhortante.

mine Chriſti legatione fungimur, tanquã Deo ᶜ obſecrãte per nos, rogamus pro
Chriſto, reconciliemini Deo. Eum enim, qui non nouit peccatum, pro nobis pec
catum fecit, ut nos efficeremur iuſtitia Dei per illum.

CAPVT VI.

Hortatur ad uitam Chriſto dignam, idq; proprio exemplo, multis ſuam in fide uera conſtantiam deſcribens. Deinde impietatis anſam tollit, impiorum nimirum commercia & connubia, admonens ne templum dei hiſce polluant.

A QVin et adiuuãtes obſecramus, ne in uacuũ gratiam Dei receperitis. Dicit
enim: †In tẽpore accepto exaudiui te, et in die ſalutis ſuccurri tibi. Ecce, Eſa. 49.d
nunc tempus acceptũ, ecce, nũc dies ſalutis. Ne quã uſquã demus offen
ſionẽ, ne reprehẽdatur miniſteriũ: ſed in omnibus ᵃ commendemus noſipſos, †ut 1. Cor. 4.a
Dei miniſtri. In tolerãtia multa, in adflictionibus, in neceſſitatibus, in anxietati

ᵃ Poteſt etiã dici, Exhibeamus.

B bus, in plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, in
puritate, in ſciẽtia, in animi lenitate, in benignitate, in ſpiritu ſancto, in charitate
nõ ſimulata, ᵇin ſermone ueritatis, in potẽtia Dei, per arma iuſtitiæ dextra ac ſini-
ſtra, per gloriã & ignominiã, per conuitia & laudes: quaſi impoſtores, & [tamen]
ueraces: quaſi ignoti, & [tamẽ] noti: quaſi morientes, & ecce, uiuimus: quaſi cor-

ᵇ Id eſt, in ſermone uero, uel ueraci.

C repti, & nõ occiſi: quaſi dolentes, ſemper tamẽ gaudentes: quaſi pauperes, multos
tamen ditãtes: ut nihil habentes, & [tamẽ] omnia poſſidentes. Os noſtrũ apertũ
eſt erga uos, Corinthij. Cor noſtrũ dilatatũ eſt. Non eſtis anguſti in nobis, ſed an
guſti eſtis in uiſceribus ueſtris. Eandẽ aũt ᶜ remunerationem, ut ᵈ à liberis exigo.
Dilatemini & uos, ne ducatis iugum cũ incredulis. Quod enim conſortium iu-
ſtitiæ cum iniuſtitia? Aut quæ communio luci cum tenebris? Aut quæ concordia
D Chriſto cum Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Quæ aũt compoſitio tem-
plo Dei cum ſimulachris? †Nam uos eſtis templũ Dei uiuentis, quemadmodũ di 1. Cor. 3.d
xit Deus: *Inhabitabo in illis, & inambulabo: & ero illorũ Deus, et ipſi erunt mi 6.c
hi populus. †Quapropter exite de medio illorum, & ſeparemini [ab illis,] dicit *Leu. 26.b †Eſa. 52.c
Dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego ſuſcipiã uos, *ᵉero'q; uobis in pa- *Iere. 31.a
trem, & uos eritis mihi in filios ac filias, dicit Dominus omnipotẽs.

ᶜ Ambr. legit, mercedis retributionem.
ᵈ Verbi interpretatione, ut liberis dico: uel, potius præcipio.

ᵉ Hebraiſmus, pro, ero ueſter pater, & uos eritis mei filij et meæ filiæ.

CA. VII.

Repetit quod cap. 2. attigerat, oſtendens ſe non tyrannico animo, ſed illorum ſalutis gratia iuſſiſſe mœchum puniri. Quod ut facilius probet, hiſtorica narratiuncula de Tito inſerta ſuam in ipſos beneuolentiam exponit.

A HAs igitur promiſſiones cum habeamus, chariſſimi, mundemus noſipſos ab
omni inquinamento carnis ac ſpiritus, perficientes ſanctimoniã cũ timore
Dei. Capaces eſtote noſtri, neminem læſimus, neminẽ corrupimus, neminẽ ᵃfrau
dauimus. Non ad condemnationẽ [ueſtri hoc] dico. Siquidem iã antè dixi uobis,
ᵇquod in cordibus noſtris eſtis ad cõmoriendum, & conuiuendũ. Multa mihi ᶜfi
ducia erga uos. Multa mihi gloriatio de uobis. Impletus ſum conſolatione, uehe
B mẽter exundo gaudio in omni adflictione noſtra. Etenim quum ueniſſemus in
Macedoniã, nullã habuit relaxationẽ caro noſtra, ſed in omnibus adfligebamur:
foris pugnæ, intus terrores. Verũ qui conſolatur humiles, cõſolatus eſt nos Deus
per aduentum Titi. Non ſolũ autem per aduentũ illius, uerumetiã per conſola
tionem, quam ille accepit de uobis, quũ annunciaret nobis ueſtrũ deſiderium, ue
ſtrum fletũ, ueſtrum pro me ſtudiũ, adeò ut magis gauiſus fuerim. Nam etiã ſi uos
contriſtaui per epiſtolã, non me pœnitet, etiamſi pœnituiſſet. Video nanq; quod
C epiſtola illa, tametſi ad tempus contriſtauit uos, nunc gaudeo, nõ quod contriſta
ti fueritis, ſed quod contriſtati ſitis ad pœnitentiam. Nam cõtriſtati eſtis ſecundũ
Deum, ſic ut nulla in re detrimẽto ſitis adfecti per nos. †Nam qui ſecundũ Deum 1. Pet. 2.c
eſt dolor, is pœnitentiã ad ſalutem, haud pœnitendã parit: ᵈ contra, mundi dolor
mortem adfert. Ecce enim iſtuc ipſum, quod ſecundum Deum contriſtati fuiſtis,
quantum in uobis genuit ſtudium? imò ᵉſatisfactionẽ, imò indignationẽ, imò ti
morem,

ᵃ Id eſt, nullius rem præter ius occupauimus. Hoc enim ualet, ἐπλεονεκτήσαμεν.
ᵇ Locutio, idẽ ſignificans, quod, uellẽ uobiſcum commori & conuiuere.
ᶜ Vel potius, libertas, ſcilicet dicendi.
ᵈ Poſterius hoc ſententiæ huius mẽbrum in Græco contextu exemplaris Hiſpanici non habetur.
ᵉ Vel potius, excuſationẽ, defenſionem: uel, purgationẽ. Ambroſius aũt hunc locũ exponẽs uidetur ἐξομολογήσιν legiſſe, id eſt confeſſionẽ.

Digitized by Google

morem, imò desyderium, imò æmulationē, imò uindictam. Siquidē ubiq; [f] commendastis uosipsos, quod puri sitis in eo negotio. Proinde tametsi scripsi uobis, non id feci eius caussa, qui læserat, nec eius caussa qui læsus fuerat: sed ob id, ut palàm fieret studium uestrum pro nobis apud uos in conspectu Dei. Idcirco consolationē accepimus ex consolatione uestri: quin uberius insuper gauisi fuimus ob gaudium Titi, quod refocillatus sit spiritus illius ab omnibus uobis. Quod si quid apud illum de uobis gloriatus sum, nō fuerim pudefactus: sed ut omnia cū ueritate loquuti sumus uobis, ita & gloriatio nostra, qua usus eram apud Titum, ueritas facta est. Et uiscera illius maiorem in modum erga uos adfecta sunt, dum recolit omnium uestrum obedientiam, quemadmodū cum timore ac tremore exceperitis ipsum. Gaudeo quod in omnibus confidam uobis. CAP. VIII.

f Potest etiam exponi, præstitistis: uel, exhibuistis.

D

Ad beneficentiam in fratres egenos exercendam multis hortatur, primo Macedonū deinde Christi exemplo. Monet autem, ut quod ante cœperunt nunc tandem absoluant. Postremo commendat illis Titum & alios cum illo missos fratres.

Certiores autem uos facimus, fratres, de [a] gratia Dei, quę data fuit in ecclesijs Macedoniæ. Quoniā per multam probationē adflictionis exuberauit gaudium illorum, & profunda paupertas illorum exundauit in diuitias simplicitatis ipsorum. Nam pro uiribus (testor) etiam supra uires [b] prompti [fuerūt,] multa cum obtestatione rogantes nos, ut beneficium & [c] communionem ministerij susciperemus in sanctos, ac [d] non quatenus sperabamus: quin etiā semetipsos dediderūt primum Domino, [deinde] & nobis, per uoluntatem Dei, in hoc, ut adhortaremur Titum, ut quemadmodū antè cœpisset, ita & consummaret hanc quoq; erga uos beneficentiam. Imò quemadmodū ubiq; abundatis fide & sermone, & scientia, et omni diligentia, et in ea, quæ ex uobis erga nos est, charitate, [facite] ut in hac quoq; beneficentia abūdetis. Non secundum imperium loquor, sed per aliorum [e] studium, etiam uestræ charitatis [f] synceritatem explorans. Nostis enim beneficentiam Domini nostri Iesu Christi, quod propter uos pauper factus sit, cum esset diues, ut uos illius paupertate ditesceretis. Et consilium in hoc do, nam hoc uobis conducit: qui quidem non solum facere, uerumetiam uelle iam cœpistis anno superiore. Nunc autem & illud quod facere cœpistis, perficite: ut quemadmodum uoluntas prompta fuit, ita & perficiatis ex eo quod potestis. Etenim si prius adsit animi promptitudo, ea iuxta quicquid illud est, quod possidet aliquis, accepta est, non iuxta id quod non possidet. Nō enim ut alijs relaxatio sit, uobis autē angustia: sed ut ex æquabilitate in præsenti tempore uestra copia illorum [succurrat] inopiæ, & illorum copia uestræ succurrat inopiæ. Ut fiat æquabilitas, quemadmodum scriptum est: † Qui multū [habebat, huic] nihil superfuit: & qui paulū [habebat,] is nihilo minus habuit. Gratia autem Deo, qui dedit idē studium pro uobis in corde Titi, quod exhortationem acceperit: quin potius cum esset studiosior, suapte sponte ad uos uenerit. Misimus autem unà cum illo fratrem [eum,] cuius laus [est] in [g] Euangelio per omnes ecclesias: nec id solū, uerumetiam delectus est ab ecclesijs [h] comes peregrinationis nostræ, cum hac beneficentia, quæ administratur à nobis ad eiusdem Domini gloriam, et animi uestri promptitudinē [i] declinantes hoc, ne quis uos carpat in hac exuberantia, quæ administratur à nobis, † procurantes honesta, non tantum coram Domino, sed etiam coram hominibus. Misimus autem unà cum illis fratrem nostrum, quem probaueramus [k] in multis sæpenumero diligentem, nunc autem multo diligentiorem, ob multam fiduciam, quam habeo erga uos: siue Titi nomine, qui socius meus est, & erga uos adiutor, siue [aliorum] qui fratres nostri [sunt et] legati ecclesiarum, gloria Christi. Proinde documentum charitatis uestræ, & nostræ de uobis gloriationis, in eos demonstretis, etiam in conspectu ecclesiarum. CAPUT IX.

A B C D

Exod. 16. d

Rom. 12. d

a Eleemosynā, uel beneficium gratuitum χάριν uocat, id est, gratiam.
b Vel, spontanei.
c Vel, participationē aut cōmunionem.
d Id est, multo amplius quàm sperare audebamus.
e Vel, diligentiam et promptitudinem.
f γνήσιον, id est, ingenuitatem.
g Id est, in prædicatione Euangelij.
h Vel, collegæ aut socius, Græca enim uox æqualitatem significat.
i Vel, cauentes.
k Verbi interpretatione, in multis multoties.

Digitized by Google

Planius indicat qua de causa Titum & alios ad ipsos miserit. Deinde multis & ualidißimis argumentis ad eleemosynam dandam hortatur, ostendens quantus hinc fructus redundare soleat.

A Nam de† subministratione quidem, quæ fiat in sanctos, superuacuũ est mihi scribere uobis. Noui enim promptitudinem animi uestri, quã de uobis iacto apud Macedones, quod Achaia parata est ab anno superiore. Et [a] studium uestrum prouocauit complures. Misi tamẽ hos fratres, ne gloria nostra, qua glorior de uobis, inanis fiat in hac parte: ut quemadmodum dicebam, parati sitis, ne quo Rom. 15. 1. Cor. 16. 2. Cor. 8.
B pacto fiat, ut si mecũ uenerint Macedones, & offenderint uos imparatos, nos pudore suffundamur, ut ne dicam uos, in hoc argumento gloriationis. Proinde necessarium arbitratus sum, adhortari fratres, ut prius accederent ad uos, & præpararent iam ante promissam [b] beneficentiã uestram, ut ea sit in promptu, sic tanquam beneficentia, & non tanquam [c] fraudatio. Illud aũt [dico:] qui sementem facit parcè, is parcè messurus est. Et qui sementem facit libèter & benigne largiendo, copiose etiam messurus est. Vnusquisque secundum propositũ cordis, non ex
C molestia aut ex necessitate. †Nam hilarem datorem diligit Deus. Potens est autẽ Deus efficere, ut omnis gratia in uos exuberet, ut in omnibus omnem sufficientiam habẽtes, exuberetis in omne opus bonum, quemadmodũ scriptum est: †Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum. Porrò, qui suppeditat semen seminanti, is & panem in cibum suppeditet, & multiplicet sementẽ uestrã, & augeat prouẽtus iustitiæ uestræ: ut in omnibus locupletemini in omnem sim- Eccli 35. Psal. 111.
D plicitatem, quæ per nos efficit, [d] ut gratiæ agantur Deo. Nam functio huius [e] ministerij, non solum supplet ea quę desunt sanctis, uerumetiam exuberat [in hoc,] quod per multos agãtur gratiæ Deo, qui propter [f] probationem ministerij huius glorificant Deum, super obedientia consensus uestri in euangelium Christi, & de [g] simplicitate communicationis in ipsos, & in omnes, & in illorum oratione pro uobis, [h] qui [i] desiderant uos, propter eminentem gratiam Dei in uobis. Gratia autem Deo, super inenarrabili suo munere.

CAPVT X.

Defendit authoritatẽ suã contra pseudapstolos, qui illũ hominem esse & proinde errare posse dicebãt, & affectati imperij accusabant. Docet igitur quæ sit sua potentia, in quem finem data, & quomodo hac usus sit: & quod uera gloria in solo deo consistat.

A Caeterum, ipse ego Paulus obsecro uos per lenitatem & mansuetudinẽ Christi, qui [a] iuxta faciem quidẽ humilis sum inter uos, absens tamen audax sum erga uos. Rogo autẽ uos, ne præsens audeã ea fiducia, qua existimor audax fuisse in quosdam, qui putant nos ueluti secundum carnẽ ambulare. Nam [b] in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Siquidem arma militiæ nostræ, non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad demolitionem munitionum, quibus con
B silia demolimur, & omnem celsitudinẽ, quæ extollitur aduersus cognitionẽ Dei: & captiuam ducimus omnẽm cogitationem, ad obediendũ Christo: & in promptu habemus uindictam aduersus omnem inobedientiam, cũ impleta fuerit uestra obedientia. Quæ in conspectu sunt uidetis? Si quis de seipso confidit, quod Christi sit, illud rursum perpendat ex seipso, quod quemadmodum ipse Christi [est,] ita & nos Christi [sumus.] Nam si & amplius quippiã glorier de potestate
C nostra, quam dedit Dominus nobis, in ædificationem, et non in destructionẽ uestri, non pudefiam, ne uidear ceu perterrefacere uos per epistolas. Nam epistolæ quidem (inquit) graues sunt & robustæ, at præsentia corporis infirma, & sermo contemptus. Hoc reputet, qui istiusmodi est, quod quales sumus sermone per epistolas, cum absumus, tales [sumus] & cum adsumus facto. Non enim sustinemus inserere, aut conferre nosipsos cum quibusdam, qui seipsos cõmendant. Sed isti non intelligunt, quod ipsi inter sese seipsos metiuntur, et comparant semet sibi.

[a] Verbi interpretatione, qui ex uobis est zelus: uel, uestrũ exemplum.

[b] Græce, benedictionem. Solet autem apud Hebræos gratuitum aliquod beneficium etiam benedictio dici.

[c] *πλεονεξία, id est,* inuita & maligna largitio. Auari enim, si quid dãt, inuiti dãt.

[d] Verbi interpretatione, gratiarũ actionem deo.

[e] Vel, subministrationis, scilicet in sanctos.

[f] Pro eo quod est, probatam istam administrationem, uel eleemosynam.

[g] Id est, simplici & cãdida cõmunicatione, uel beneficentia.

[h] Scilicet intercedunt.

[i] Vel, amant: uel, desyderant uidere.

[a] Pro eo quod est, coram: uel, præsens.

[b] Vel, quamuis homines simus, non tamen negotium humanum agimus.

Digitized by Google

bi. At nos non in immensum gloriabimur, uerũ iuxta mẽsurã regulæ, qua parti- D
tus est nobis Deus, mensura pertingendi etiam usq; ad uos. Non enim quasi nõ
pertingamus usq; ad uos, extẽdimus nos ipsos supra modum. Nam usq; ad uos
quoq; peruenimus in Euangelio Christi, nõ in immensum gloriãtes in alienis
laboribus: sperantes [futurũ] ut subolescente fide uestra in uobis, magnificemur
iuxta regulã nostram in exuberantiã: ut ijs quoq; regionibus, quę ultra uos sunt,
euangelizem: nõ per alienam regulam, ut de his quæ parata sunt gloriemur. Sed
Hier. 9. d qui gloriatur, in Domino glorietur. Non enim qui seipsum cõmendat, ille pro-
1. Cor. 1. d batus est, sed is quem Dominus commendat.

CAPVT XI.

Quia pseudapostolorum calumnijs patebat Paulus, hic sancta quadam ambitione, ne ministeriũ illius extenuaretur, suam authoritatem sibi uendicat, multis argumentis ostẽdens se nõ parem modo, sed superiorem etiam reliquis apostolis esse. Docet autem simul in quibus nobis sit gloriandum.

VTinam tolerassetis me paulisper insipientia mea. Imò & suffertis me. Nam A
zelotypus sum erga uos, Dei zelo, adiunxi enim uos uni uiro, [a] ut uirginẽ
Gen. 3. a castam exhiberetis Christo: sed metuo, ne qua fiat, ut † quemadmodum serpens
Euam decepit uersutia sua, ita corrumpantur sensus uestri à [b] simplicitate, quę erat
erga Christum. Nam si is, qui uenit, alium Iesum prædicat, quem nõ prædicaui-
mus: aut [si] spiritum alium accipitis, quem non accepistis: aut Euãgelium aliud,
quod non accepistis, recte sustinuissetis. Arbitror enim me nihilo inferiorem B
fuisse eximijs apostolis. Cæterũ licet imperitus sim sermone, non tamen scientia.
Verũ ubiq; manifesti fuimus in omnibus erga uos. Num illud peccaui, quod me
ipsum humiliarim, ut uos exaltaremini? quod gratuito euangelium Dei prædica
uerim uobis? Cæteras ecclesias deprædatus sum, accepto ab illis stipẽdio, quò uo
bis inseruirẽ. Et cum apud uos essem, & egerem, non onerosus fui cuiquã. Nam
quod mihi deerat, suppleuerũt fratres, qui uenerant à Macedonia: & in omnibus C
sic me seruabã, ne cui essem onerosus, atq; ita seruabo. Est ueritas Christi in me,
quod hæc gloriatio non interrumpetur contra me in regionibus Achaiæ. Qua-
propter? An quod non diligam uos? Deus nouit. Verum quod facio, [idem] &
faciam, ut amputem occasionem ijs, qui cupiunt occasionẽ: ut in eo de quo glori
antur, reperiantur quemadmodum & nos. Siquidem istiusmodi pseudapostoli,
operarij dolosi sunt, sumpta persona apostolorũ Christi: atq; haud mirũ. Quan-
doquidem ipse Satanas transfiguratur in angelum lucis. Non magnũ est igitur, D
si & ministri illius personam in se transferũt, quasi sint ministri iustitiæ: quorum
finis erit iuxta opera eorũ. Iterum dico, ne quis me putet insipientem esse: alio-
quin & iam ut insipientẽ accipite me, ut paululum quiddã & ego glorier. Quod
dico, non dico secundũ Dominum, sed uelut per insipientiam, in hoc argumento
gloriationis. Quandoquidẽ multi gloriantur secundũ carnem, et ego gloriabor.
Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis sapientes. Suffertis enim, si quis uos E
in seruitutẽ adigit, si quis exedit, si quis accipit, si quis attollit sese, si quis uos in fa
ciem cædit. Iuxta contumeliam loquor, perinde quasi nos infirmi fuerimus. Imò
in quocunq; audet aliquis, (per insipientiam loquor) audeo & ego. Hebrę i sunt,
[sum] & ego: Israelitæ sunt, [sum] & ego: Semẽ Abrahæ sunt, [sum] & ego: mini
stri Christi sunt, (desipiens loquor) excellẽtius [sum] ego: in laboribus copiosius
in uerberibus [c] supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequẽter.
Deut. 25. a †A Iudæis quinquies quadragenas [plagas] una minus, accepi. *Ter uirgis cęsus F
*Act. 16. c fui: † semel fui lapidatus: * ter naufragium feci. Noctẽ ac diem in profundo egi.
†Act. 14. c
*Act. 27. a In itineribus sæpe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis [d] ex gene
re, periculis ex gẽtibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari,
periculis inter falsos fratres, in labore & molestia, in uigilijs sæpe, in fame & siti,

a Vel, ad exhibendũ uirginem castã. Græca enim etiã ad Paulum referri possunt.
b Ambr legit, castitate. Fortassis autẽ apud Græcos ἁγνότητι legebat, nõ ἁπλότητι.
c Vel, eximie, aut supra quã credi possit.
d Id est, Iudæis.

e August. sic legit, Incursus in me quotidianus, solicitudo omniũ ecclesiarum.

G in ieiuniis sæpe, in frigore & nuditate. Præter ea quæ extrinsecus accidunt. [e]Incumbens mihi quotidiana cura omnium ecclesiarũ. Quis infirmatur, & [ego] nõ infirmor? Quis offenditur, & ego non uror? Si gloriari oporteat, de his quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus et pater Dñi nostri Iesu Christi, q est laudãdus in sæcula, nouit quod nõ mẽtiar. † In Damasci ciuitate gẽtis præfectus Aretæ regis, excubias posuerat in Damascenorũ urbe, cupiẽs me cõprehendere: ac per fenestrã in sporta demissus fui per mœnia, effugiq; manus eius. Act. 9. A

CAP. XII.

Post multa sua facta etiam uisiones recenset, quibus à deo instructus sit, causam simul reddens in quem finem hac gloriatione utatur. Deinde rursum suam testatur beneuolentiam, & de aduentu suo ipsos commonet.

a Quidam è Græcis legũt, καυχᾶσθαι δεῖ, οὐ συμφέρει μοι, id est, Gloriari oportet? Non expedit mihi. Quo sensu & Ambrosius legit.

b ἄρρητα, id est, non dicenda: uel, ineffabilia.

c φείδομαι. i. parco.

A G[a]Loriari sanè non expedit mihi: ueniã enim ad uisiones et reuelationes Domini. Noui hominẽ in Christo ante annos quatuordecim: an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio: Deus nouit, raptũ huiusmodi in tertiũ usq; cœlum. Et scio huiusmodi hominẽ: an in corpore, an extra corpus, nescio, Deus nouit, raptũ fuisse in paradisum, & audisse [b]arcana uerba, quæ fas nõ sit hominẽ loqui. Super huiusmodi homine gloriabor: de me uero ipso nõ gloriabor, nisi sup infirmi B tatibus meis. Nã si uoluero gloriari, nõ ero insipiens, ueritatẽ enim dicã, sed [c] desino, ne quis de me cogitet, super [id] qd uidet esse me, aut [quod] audit ex me. Et ne excellentia reuelationũ supra modũ efferrer, datus est mihi stimulus in carne, C angelus Satan, ut me colaphis cæderet, ne supra modũ efferrer. Super hoc ter Dominũ rogaui, ut discederet à me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nã uirtus mea per infirmitatẽ perficitur. Libentissime igitur gloriabor potius super infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Quamobrẽ [d]placeo [mihi] in infirmitatibus, in cõtumeliis, in necessitatibus, in persequutionibus, in anxietatibus D pro Christo. Cũ enim infirmus sum, tũc robustus sum. Factus sum insipiens gloriando. Vos me coegistis. Nam ego debuerã à uobis cõmendari. Nulla enim in re inferior fui summis apostolis, tametsi nihil sum. Signa quidẽ apostoli peracta fuerunt inter uos, cum omni patientia & signis, & prodigiis, & potẽtibus factis. Nam quid est, in quo fuistis inferiores cęteris ecclesiis, nisi quod ipse ego nõ fue E rim uobis onerosus? Condonate hãc mihi iniuriã. Ecce, tertiò propensus animo sum, ut ueniam ad uos: nec ero uobis onerosus. Nõ enim quæro quę uestra sunt, sed uos. Non enim debent filii parentibus recõdere, sed filiis parẽtes. Ego uero libentissime impendã, & expendar pro animabus uestris: licet uberius uos diligens, minus diligar. Sed esto, ipse non grauaui uos: uerũ cum essem astutus, dolo uos cepi. Num per quenquã eorum, quos misi ad uos, [e]expilaui uos? Rogaui Ti F tum, & unà cũ illo misi fratrem. Num quid à uobis extorsit Titus? An nõ eodem spiritu ambulauimus? An non eisdem uestigiis? Rursum arbitramini quod [nos] uobis excusemus? In conspectu Dei, in Christo loquimur, sed omnia charissimi, pro uestri ædificatione. Nam metuo, ne qua fiat, ut si uenero, nõ quales uelim, G reperiam uos: et ego reperiar uobis qualem nolitis. Ne quo modo sint contentiones, æmulationes, irę, concertationes, obtrectationes, susurri, tumores, seditiones: ne iterum ubi uenero, humiliet me Deus meus apud uos, & lugeam multos eorum, qui ante peccauerint, & non pœnituerint super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam patrarunt.

d Vel potius, acquiesco, tranquillo sum animo.

e Vel, quę uestra erãt nullo iure occupaui sed fraudibus.

CAPVT XIII.

Colligit ferè omnia, quæ extra eleemosynæ negotium tractauit. Primo enim ostendit, se nõ falso promittere aduentum suum, nec se fore imbecillem. Optat tamen ut resipiscant, & fausta imprecatur.

a Hisp. exemplar habet ἰδοὺ τρίτον ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. i. Ecce, tertia uice uenio ad uos.

A H[a]Ic tertius erit aduentus meus ad uos. In † ore duorũ testium aut trium constituetur omne uerbum. Prædixi, & prædico, ut præsens cum essem iterum, ita & absens nunc scribo iis qui antè peccauerũt, & reliquis omnibus, quod si ue- Ioan. 8. c

nero

Digitized by Google

nero denuo, non parcam. Quandoquidem experimentum quæritis in me loquē
tis Christi, qui erga uos non est infirmus, sed potens est in uobis. Nam quamuis
crucifixus fuit ex infirmitate, uiuit tamen ex potentia Dei. Siquidem & nos infir- B
mi sumus in illo, sed uiuemus cum illo ex potentia Dei erga uos. Vosipsos tenta-
a Cor.12.f te, num sitis in fide. Vosipsos probate. An non cognoscitis uosmetipsos, quod Ie-
sus Christus in uobis est? Nisi sicubi reprobi estis. At spero uos cognituros, quod
nos non simus reprobi. Opto autem apud deum, ne quid mali faciatis, non quo C
nos probati adpareamus, sed ut uos, quod honestum est, faciatis: nos uero ueluti
reprobi simus. Non enim possumus quicquam aduersus ueritatem, sed pro ueri-
tate. Gaudemus enim, cum nos infirmi fuerimus: uos autem ualidi fueritis. Hoc
autem insuper optamus uestram integritatem. Propterea hæc absens scribo, ne
cum præsens fuero, [b] rigidus sim iuxta potestatem, quam dedit mihi Dominus in D
extructionem, & non in destructionem. Quod superest, fratres, ualete, integri
estote, consolationem habete, [c] unanimes sitis, in pace agite: & Deus charitatis ac
pacis erit uobiscum. Salutate uos mutuo sancto osculo. Salutant uos sancti om-
nes. Gratia Domini Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio spiritus sancti
sit cum omnibus uobis. Amen.

[b] Verbi interpretatione, præcise utar potestate, &c.
[c] Ambrosius Græca propius exprimens legit, idem sapite.

Ad Corinthios secunda missa fuit à Philippis Macedoniæ,
per Titum & Lucam.

Epistola Pauli Apostoli ad Galatas.

CAPVT I.

Quoniam Galatarum ecclesiæ ab euangelio syncero defecerant, legis nimirum opera cum fide miscentes, Paulus multis uocationem suam commendat, deinde inconstantiæ accusat. Postremo narrationem texit, qua uitam pristinam & uocationem suam officiumq́ recenset, huc omnino spectans, se euangelium suum non ab hominibus, sed à solo Christo accepisse.



AVLVS Apostolus, non ab hominibus, neq; per ho- A
minem, sed per Iesum Christum, ac Deum patrem, qui su-
scitauit illum ex mortuis, quiq; mecum sunt, omnes fra-
tres. Ecclesijs Galatiæ, Gratia uobis, & pax à Deo patre,
& Domino nostro Iesu Christo, qui dedit seipsum pro pec
catis nostris, ut eriperet nos ex præsenti sæculo [a] malo,
iuxta uoluntatem Dei & patris nostri: cui gloria in sæcula
sæculorum. Amen. Miror, quod à Christo, qui uocauit B
nos per gratiam, adeò cito [b] transferamini in aliud euangelium: quod non est
aliud, nisi quod quidam sunt, qui turbant uos, & uolunt inuertere euangelium
Christi. Cæterum etiam si nos, aut angelus è cœlo prædicauerit uobis euan
gelium, præter id quod prædicauimus uobis, anathema sit. Quemadmodum
antè diximus, & nunc iterum dico: si quis uobis prædicauerit euangelium, pre
ter id quod accepistis, anathema sit. Nunc enim utrum homines suadeo, an
Deum? Aut, quæro hominibus placere? Nam si hactenus hominibus pla
cuissem, Christi seruus haudquaquam essem. Notum autē uobis facio, fratres,

[a] Vel, ærumnoso.
[b] Ad uerbū, transponamini.

C euangelium, quod prædicatũ est à me, non esse [c] secundũ hominẽ. Neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; [d] didici, sed per reuelationẽ Iesu Christi. Audistis enĩ meam conuersationẽ quondã in Iudaismo, quod supra modũ persequebar ecclesiam Dei, ac [e] depopulabar illã: & proficiebam in Iudaismo supra multos [f] æquales in [g] genere meo, cũ uehementer essem studiosus à maioribus meis traditorum institutorũ. Ast ubi Deo, qui segregauerat me ab utero matris meæ, & uocauit

D per gratiã suam in hoc, ut reuelaret filiũ suum p me, uisum est ut prædicarẽ ipsum inter [f] gẽtes, continuo non contuli cũ [h] carne & sanguine, neq; redij Hierosolymã ad eos qui ante me fuerant apostoli: sed abij in Arabiam, ac denuo reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres redij Hierosolymam, ut [i] uiderem Petrum, & mansi apud illũ dies quindecim. Aliũ autem ex apostolis non uidi [quenquam,] nisi Iacobum fratrem Domini. Porrò quæ scribo uobis, ecce, coram Deo non mentior. Deinde ueni in regiones Syriæ, Ciliciæq;. Eram autẽ ignotus iuxta faciem ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo. Sed tantũ [k] hic rumor apud illos erat: qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam quondam [l] expugnabat. Et glorificabant in me Deum.

CAPUT II.

Perstat adhuc in cœpta narratione, qua docet se nec ab apostolis quidem euãgelium didicisse, imò quo ipse potius Petrum reprehenderit. Hinc autem lento pede ad statũ rei delabitur, ostendens nos gratia Christi per fidem & non lege per opera iustificari.

A DEinde post annos quatuordecim, rursum ascendi Hierosolymam unà cum Barnaba, adsumpto simul & Tito. Ascendi autem iuxta reuelationẽ, & contuli cum illis euangelium, quod prædico inter gentes: sed priuatim cũ his qui erãt in pretiò, ne quo modo in uanum currerem, aut cucurrissem. Sed neq; Titus, qui mecum erat, cum esset Græcus, cõpulsus fuit circuncidi: propter obiter ingressos falsos fratres, qui subintroierant ad explorandum libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, quo nos in seruitutẽ adigerent. Quibus ne ad tempus qui

B dem cessimus, [a] per subiectionem, ut ueritas Euãgelij permaneret apud uos. [b] Ab ijs autem, qui uidebantur aliquid esse, quales aliquando fuerint, nihil mea refert. †Personã hominis Deus non accipit. Nam mihi, qui uidebantur esse in pretio, nihil contulerunt. Imò contra, cum uidissent mihi concreditũ fuisse euangelium [c] præputij, quemadmodũ Petro circuncisionis, (Nam qui efficax fuit in Petro ad Apostolatũ circuncisionis, efficax fuit & in me erga gentes) cumq; cognouissent gratiam mihi datam, Iacobus & Cephas, & Ioannes, qui uidebantur esse columnæ, [d] dexteras societatis dederunt mihi ac Barnabæ; ut nos in gentes, ipsi uero in [e] circuncisionem [apostolatu fungeremur:] tantum, ut pauperum memores esse-

C mus, in quo & diligens fui, ut hoc ipsum facerem. Cum autẽ uenisset Petrus Antiochiam, [f] palàm illi restiti: quoniam [g] reprehensus erat. Nam antequã uenissent quidam à Iacobo, unà cum gentibus sumebat cibum: cum autẽ uenissent, subduxit, & separauit seipsum [ab illis,] metuens [h] illos, qui erant ex circuncisione. Ac simulabant unà cum illo cæteri quoq; Iudæi, adeò ut Barnabas simul abduceretur [i] in illorum simulationem. Verum ubi uidissem quod non recto pede incederent ad ueritatem euangelij, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum sis Iudæus, [k] gentiliter uiuis, ac nõ Iudaice, cur gentes cogis Iudaizare? Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores, quoniam scimus non iustificari hominem ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christum Iesum credidimus, ut iu-

D stificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Propterea quod nõ iustificabitur ex operibus legis [l] ulla caro. Quod si, dũ quærimus iustificari per Christum, reperimur & ipsi peccatores, num ergo Christus peccati minister [est?] Absit. Nam si quæ destruxi, ea rursum ædifico, transgressorem meipsum constituo. Ego enim per legem legi mortuus fui, ut Deo uiuerem: unà cum Christo crucifi-

xus

---

[c] Vel, humanum.
[d] Vel, edoctus fui.
[e] Hier. & August. legunt, uastabam.
[f] Vel, coætaneos.
[g] Vel, gente mea, scilicet Iudaica.
[h] Id est, homine. Est autẽ periphrasis Hebræis frequentior.
[i] ἱστορῆσαι nõ modo uidere aliquẽ significat, sed percõtandi et discendi causa aliquem inuisere, uel cõuenire & colloqui.
[k] Verbi interpretatione, audientes erant: uel, auditum erat ab illis.
[l] Al. depopulabatur: uel, ut supra, uastabat.
[a] Vel, ut illis subijceremur.
[b] Sermo uidetur imperfectus, quẽ sic cõpleas: Ab ijs aũt qui uidebãtur magni esse, nihil adiutus sum, &c. Redit enĩ ad id quod superius dixerat, se nõ didicisse euangelium ab apostolis.
[c] Præputium & circuncisionẽ ponit pro gẽtibus incircũcisis et Iudęis circũcisis. Sic euangelium præputij uocat, quod gẽtibus annunciatur, &c.
[d] Dextræ societatis, Hebrais. est, pro dextris socialibus, uel societatis symbolis.
[e] Id est, gẽtẽ Iudaicã.
[f] Verbi interpretatione, secundũ faciẽ, Id est, in cõspectu omnium.
[g] Alij legunt, reprehensibilis, id est, reprehensione dignus.
[h] τοὺς ἐκ τῆς περιτομῆς, id est, circuncisos, scilicet Iudæos. Similis locutio Rõ. 4.
[i] Vel, illorum simulatione.
[k] Id est, secũdũ earũ gentiũ consuetudinẽ quę Christũ receperunt.
[l] Græ. legit, πᾶσα οὐ, p ulla, iuxta Hebraismũ. Dixit autẽ pro eo quod est, ullus homo.

† Act. 10. c
Rom. 2. b
Ephes. 6. b
Deut. 10. d
2. Par. 19. c
Iob 34. b
Sap. 6. b
1. Pet. 1. c
Eccli. 35. b

Digitized by Google

xus sum, uiuo tamen non iam ego, sed uiuit in me Christus. Vitam autem quam nūc uiuo in carne, [m]per fidē uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non aspernor gratiam Dei. Nam si per legem [est] iustitia, igitur Christus frustra mortuus est. CA. III.

m Vel, in fide uiuo, fide inquā filij dei.

Nunc tandē contra eos inuehitur, multis argumentis ostendens nos gratia Christi per fidem iustificari, nō lege per opera. Docet autem hoc exemplo Abrahæ & effectu fidei & legis, ostendens simul cur lex data sit, & quod fide ab illius imperio liberemur.

O Stulti Galatę, quis uos fascinauit, [a]ut non obediretis ueritati? Quibus præ A
oculis Iesus Christus antè fuit depictus, inter uos crucifixus. Hoc solū cupio discere à uobis, [utrum] ex operibus legis spiritum accepistis, an [b]ex prædicatione fidei? Adeò stulti estis, cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini? Tam multa passi estis frustra. Si tamen & frustra. Qui igitur subministrat uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis, utrum ex operibus legis, an ex prædicatione fidei [id facit?]
ne.15.b om.4.a c.2.d †Quemadmodum Abraham credidit Deo, & imputatū est illi ad iustitiā. [c]Scitis igitur, quod qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura, quod ex fide iustificet gentes Deus, prius rem lætam nunciauit Abrahæ:
en.12.a ccli 44.d †Benedicetur, [inquiens,] in te omnes gentes. Itaq; [d]qui ex fide sunt, benedicun- B
tur cum fideli Abraham. Nam quotquot ex operibus legis sunt, execrationi sunt
ut.27.d obnoxij. Scriptū est enim: †Execrabilis omnis qui non mãserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quod aūt per legē nullus iustificetur apud
bac.2.a Deum, palàm est. †Siquidē iustus ex fide uiuet. Lex autē non est ex fide: *sed qui
om.1.b Leu.18.a fecerit ea homo, uiuet per ea. †Christus nos redemit ab execratione legis, dū pro
Rom. 8.a uobis factus est execratio. Scriptū est enim: *Execrabilis omnis qui pendet in li-
Deu.21.d gno, ut in gētes benedictio Abrahæ ueniret per Christū Iesum, ut promissionem spiritus acciperemus per fidem. Fratres, [e]secundū hominem dico: Hominis licet C
eb.9.d testamentum, tamen si †sit comprobatum, nemo reijcit, aut addit aliquid. Porrò Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit: Et seminibus, tanquam de multis, sed tanquam de uno: Et in semine tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum antè comprobatū à Deo in Christum, lex quæ post annos quadringentos & triginta cœpit, nō facit irritum, ut abroget promissionem. Nam si ex lege est hæreditas, non iam ex promissione. Atqui Abrahæ per promissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter transgressiones addita fuit, donec ueniret semen [f]cui promissum fuerat: ordinata per angelos [g]in manu intercessoris. Intercessor autem unius non est, at Deus unus est. Lex igitur, [num est] aduer- D
sus promissiones Dei? Absit. Etenim si data fuisset lex, quæ possit uiuificare, uere
om.3.b ex lege esset iustitia. †Sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Cæterum antequam uenisset fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ erat reuelanda. Itaq; lex pædagogus noster fuit ad Christum, ut ex fide iustificaremur. At postquā uenit fides, non amplius sub pędagogo sumus. Omnes enim filij Dei estis, [h]eo quod credidistis
om.6.a ol.2.b Christo Iesu. †Nam quicunq; baptizati estis, Christū induistis. Non est Iudæus, neq; [i]Græcus: non est seruus, neq; liber: non est masculus ac fœmina. Omnes enim uos unus estis in Christo Iesu. Quod si uos estis Christi, igitur Abrahæ semen estis, & iuxta promissionem hæredes. CAPVT IIII.

a Chrysostomus & Theophylactus hęc non habent, nec ipse etiam Hieronymus.

b Ad uerbū, ex auditu fidei, q̄d per metalepsim pro prædicatione sumitur.

c γινώσκετε, anceps est, potest enim etiā in imperatiuo accipi, ut, Cognoscite igitur, &c.

d Id est, qui fideles sunt.

e Vel, humano more. Aut, exemplū humanum afferam.

f Alij legunt ὅ, i. quod, ut referatur ad semen.

g Vel, per manum: est autem Hebraismus idem significans, quod nos diceremus, opera intercessoris: uel, per potentiā & uirtutem intercessoris.

h Verbi interpretatione, per fidem in Christo Iesu.

i Pro quouis ethnico ponitur.

De libertate Christiana planius disputaturus, quædam de usu & genio legis præmittit, à qua nos liberari docet per Christum. Deinde ad prima elementa reuertentes increpat, & quàm turpis sit illorum error ex uitæ pristinæ collatione ostendit, simul pseudapostolorum fraudes detegens. Deinde typo ex lege proposito ostendit nos lege constringi, & per Christum liberari.

Digitized by Google

a Locutio est Paulo familiaris, pro eo quod est, Illud autē est quod dico.
b Vel, legauit, cum mandatis scilicet.

c Hieron. legit, et hęres per Christum. Theophylactus autem legit, εἰ δὲ υἱὸς κληρονόμος, κληρονόμος μὲν θεοῦ, συγκληρονόμος δὲ χριστοῦ. Sed huc transcripta uidentur hæc ex Roma. 8. cap.
d καιρὸς enim non tēpus quoduis, sed certū & opportunū temporis articulum significat.
e Vel, affectant et zelotypia quadam ambiunt.
f Alij leg. ἐγκλεῖσαι, id est, includere.

g Vel, modo naturali, quo solent gigni liberi: uel, ex consilio carnis, Saræ nimirum, &c.
h Chrysost. dicit allegoriam hic pro typo & figura poni.

A Dico [a] autem quādiu hæres puer est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omniū: sed sub tutoribus & curatoribus est, usq; ad tempus quod pater præscripserit. Sic & nos, cum essemus pueri, sub elementis mundi eramus, in seruitutem adacti. At ubi uenit plenitudo temporis, [b] emisit Deus filium suum, natū ex muliere, legi obnoxiū, ut eos qui legi erant obnoxij, redimeret, ut adoptione ius filiorum acciperemus. Quoniam autem estis filij, emisit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem: Abba pater. Itaq; iam non es seruus, sed filius: quod si filius, [c] & hæres Dei per Christum. Sed tum quidem, cum ignoraretis Deum, seruiebatis

B ijs qui natura non sunt dij. At nunc posteaq̄ cognouistis Deum, quin potius cogniti estis à Deo, quomodo conuertimini denuo ad infirma & egena elementa, quibus iterum ab integro seruire uultis? Dies obseruatis, & menses, [d] & articulos tempo[rum], & annos. Metuo de uobis, ne frustra laborauerim erga uos. Estote ut ego [sum,] quandoquidē & ego [sum] ut uos. Fratres, rogo uos. Nihil me læsistis. Nostis autem q; per infirmitatem carnis euangelizauerim uobis prius, & experimentū mei, quod erat in carne mea, non estis aspernati, neq; respuistis, sed me uelut nuncium Dei suscepistis, uelut Christum Iesum. Quæ ergo erat beatitudo uestra? Testimoniū enim reddo uobis, q; si fieri potuisset, oculos uestros effos-

C sos dedissetis mihi. Igitur inimicus factus sum uobis, uera loquendo uobis? [e] Aemulantur uos, non bene, imò [f] excludere uos uolunt, ut ipsos æmulemini. Bonū [est] autem æmulari in re bona semper, & non solū cum præsens sum apud uos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. Vellem autem adesse apud uos nunc, & mutare uocem meam: quoniā consilij inops sum in uobis. Dicite mihi qui sub lege uultis esse, legem ipsam non auditis? Scriptum est enim, q; Abraham duos filios habebat, †unū ex ancilla, *& unum ex libera. †Verum is, qui ex ancilla [natus est,] [g] secundum carnem natus est: qui uero ex libera, per promissionem. Quæ per [h] allegoriam dicuntur. Nam hæc sunt duo Testamenta. Vnum quidem à monte Sina, in seruitutem generans, quæ est

D Agar. Nam Agar, Sina mons est in Arabia, confinis est autem ei quæ nunc uocatur Hierusalem. Seruit autem cum filijs suis. At quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum. Scriptū est enim: †Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama quæ non parturis, quoniam multi liberi desertę, magis q̄ eius quæ habet uirum. †Nos autem, fratres, secundum Isaac promissionis filij sumus. Sed quemadmodum tunc is qui secundū carnem natus erat, persequebatur eum qui [natus erat] secundum spiritum, ita & nunc. At quid dicit scriptura? †Eijce ancillam, & filium illius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaq; fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ.

Gene. 16
*Gen. 21
†Rom. 9
Esa. 54
Rom. 9
Gene. 21

CAP. V.

Hortatur ut in libertate Christiana perseuerent, ni etiam à Christo uelint excidere. Deinde pseudapostolis suam pœnam minatur. Ne autem libertate sua in carnis licētiam abuterentur, charitatem præscribit, & carnem cum suis affectibus uult crucifigi.

a Verbi interpretatione, aboliti estis à Christo.
b ἐνεργουμένη, i. degens, scilicet occulta & innata sibi uirtute.

A IN libertate igitur, qua Christus nos liberauit, state: & ne rursus iugo seruitutis implicemini. Ecce ego Paulus dico uobis, †q; si circuncidamini, Christus nihil uobis proderit. Contestor aūt rursus omnem hominē, qui circuncidi[tur], q; debitor est totius legis seruandæ, [a] Christus uobis factus est otiosus: quicunq; per legem iustificamini, à gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitię expectamus. Nam in Christo Iesu neq; circuncisio quicq̄ ualet, neq; præputiū, sed fides per dilectionē [b] efficax. Currebatis bene, quis uos impediuit ut non obedire-

B tis ueritati? [Nempe] persuasio, non ex eo [profecta,] qui uocat uos. †Paulū fermenti totam conspersionē fermentat. Ego confido de uobis in domino, q; nihil aliud sensuri sitis. Cæterum qui cōturbat uos, portabit iudicium, quisquis fuerit. Ego autem fratres, si circūcisionem adhuc prædico, quid adhuc persequutionem patior?

Act. 15
1. Cor. 5

Digitized by Google

patior? Abolitum est igitur offendiculum crucis. Vtinam & abscindantur qui uos [c]labefactant. Vos enim in libertatem uocati fuistis fratres, tantum, ne libertatem in occasionem [detis] carni: sed per charitatem seruite uobis inuicem. Nam tota lex in uno uerbo completur, nempe hoc: †Diliges proximum tuum ut teipsum. Quod si alius alium uicissim mordetis & deuoratis, uidete ne uicissim alius ab alio consumamini. Dico autem, spiritu ambulate, *& concupiscentiam carnis nequaquam perfeceritis. Nam caro cõcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Hæc autem inter se mutuo aduersantur, ut non quæcunque uolueritis, eadem faciatis. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Porrò manifesta sunt opera carnis, quæ sunt hæc: adulterium, scortatio, immunditia, lascivia, simulachrorum cultus, ueneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, seditiones, sectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia: de quibus prædico uobis, quemadmodum & prædixi, quòd qui talia agunt, [b]regni dei hæredes non erunt. Contrà, fructus spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, temperantia. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui uero sunt Christi, carnem crucifixerunt cum adfectibus & concupiscẽtijs. Si uiuimus spiritu, spiritu & incedamus. Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem [nos] prouocantes, inuicem inuidentes.

Leuit.19.d Matt.22.d Mar.12.c Rom.13.c *1.Pet.2.c

G D

[c] Vel, à statu dimoueant.

[b] Vel, regnũ dei non possidebunt: secundum Hebræos enim, hæreditate cõsequi, uel habere, idem dicitur quod possidere.

CAP. VI.

Clementiam suadet erga eos qui per infirmitatem labuntur, mutuum amorem præcipit, philautiam & inanem gloriam prohibet. Deinde uerbi ministros cõmendat, & constantiam in operibus bonis docet. Postremo epistolæ authoritatẽ asserit, præcipua illius capita repetens.

FRatres, etiã si [a]occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instaurate huiusmodi spiritu [b]mansuetudinis: considerans temetipsum, ne & tu tenteris. [c]Inuicem alij aliorũ onera portate, & sic complete legem Christi. Nam si quis uidetur sibi aliquid esse, cum nihil sit, suum ipse fallit animum. Opus autem suum probet unusquisque, & tunc in semetipso tantũ gloriationem habebit, & non in alio. †Vnusquisque enim propriam sarcinam baiulabit. *Communicet autem qui [d]catechizatur sermone, ei qui se catechizat in [e]omnibus bonis. Ne erretis, deus non [f]subsannatur. †Quicquid enim seminauerit homo, hoc & metet. Quoniam qui seminat in carnem suam, de carne metet corruptionem: sed qui seminat in spiritum, de spiritu metet uitam æternam. †Bonum autem faciendo ne defatigemur. Tempore enim suo metemus, non defatigati. Itaque dum tempus habemus, operemur bonum, cum erga omnes, tum uero maxime erga domesticos fidei. Videtis quãta uobis epistola scripserim mea manu. Quicunque uolunt iuxta faciem placere in carne, hi cogunt uos circuncidi: tantum ne ob crucem Christi persequutionem patiantur. Nam qui circuncidũtur, ne ipsi quidem legem seruant, sed uolunt uos circuncidi, ut in uestra carne glorientur. Ego uero, absit ut glorier, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Nam in Christo Iesu neque circuncisio quicquã ualet, neque præputiũ, sed noua creatura. Et quicunque iuxta regulam hanc incedunt, pax super eos, & misericordia, & super Israelem Dei. De cætero, ne quis mihi molestias exhibeat. Ego enim [g]stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro fratres. Amen.

1.Cor.3.b Rom.14.b *Ro.15.d 2.Cor.9.b †Lu.16.d 2.Thes.3.c

A B C D

[a] προληφθῇ, i. præuentus fuerit, prius quàm scilicet potuerit cauere.

[b] Pro mansueto.

[c] Ambros. & Augustinus legunt, inuicẽ onera uestra portate.

[d] Id est, qui uoce doctis in religione instituitur.

[e] Vel, omnia bona.

[f] μυκτηρίζεται enim idẽ est quod nos dicimus naso suspendere.

[g] Id est, notas impressas.

Ad Galatas missa fuit è Roma.

Digitized by Google

Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Epheſios.

CAPVT I.

Statim ab initio docet, deum ante conditū mundum conſtituiſſe ſaluare nos per Chriſtum, in quo omnes theſauros ſcientiæ & ſalutis aperuerit: cuius cognitionē dum Epheſijs imprecatur, beneuolentiam illorum ſibi conciliat, ſimul docens quid à Chriſto datum ſit, & quid maxime ſit à deo petendum.



A PAVLVS apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatē Dei, ſanctis
qui agunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu, Gratia uobis
& pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. †Benedi 2 Cor.1.a
ctus deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit 1.Pet.1.a
nos omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, Chriſto.
Quemadmodum elegit nos in ipſo, antequā iacerentur fun
damenta mundi, ut eſſemus ſancti, & irreprehēſibiles coram
B illo per charitatem: qui prædeſtinauit nos ut adoptaret in filios, per Ieſum Chri-
ſtum in ſeſe iuxta beneplacitū uoluntatis ſuæ, ut laudetur gloria gratiæ ſuæ, qua
[a]charos nos reddidit per illum dilectum. In quo habemus redemptionem per
ſanguinem ipſius, remiſſionem peccatorum, iuxta [b]abundantem gratiam ſuam,
de qua [c]ubertim nobis effudit, [D]omnem ſapientiam & prudentiā, patefacto no-
bis arcano uoluntatis ſuæ, iuxta beneplacitum ſuum, [quo] propoſuerat in ſei-
pſo, ad diſpenſationem plenitudinis temporum, [e]ſummatim inſtaurare omnia
per Chriſtum, & quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra per eundem, per quem & in
ſortem aſciti ſumus, prædeſtinati ſecundū propoſitum ipſius, cuius ui fiunt uni-
C uerſa, iuxta decretum uolūtatis ipſius: ut ſimus nos in laudem gloriæ illius, [f]qui
priores ſperauimus in Chriſto. In quo [ſperatis] & uos, audito uerbo uerita-
tis, euangelio ſalutis ueſtræ, [g]cui etiam poſtquam credidiſtis, obſignati eſtis [h]ſpi-
ritu promiſſionis ſancto, qui eſt arrhabo hæreditatis noſtræ, in redemptionem
[i]acquiſitæ poſſeſſionis, in laudem gloriæ ipſius. Quapropter & ego, cum audiſ-
ſem [k]fidem ueſtram in dominum Ieſum, & charitatem in omnes ſanctos, nō de-
ſino gratias agere pro uobis, mentionem ueſtri faciens in precibus meis: ut deus
domini noſtri Ieſu Chriſti, pater [l]gloriæ, det uobis ſpiritū [m]ſapientiæ, & reuela-
D tionis per agnitionē ſui, illuminatos oculos mentis ueſtræ: ut ſciatis quæ ſit ſpes,
ad quam ille uocauit, & q̄ opulenta gloria hæreditatis illius, quam ſanctis para
uit, & quæ ſit excellens magnitudo potentię illius in nos qui credimus, ſecūdum
efficaciam [n]fortiſſimi roboris eius, quod exercuit in Chriſto, cum ſuſcitaret eum
ex mortuis, †& ſedere fecit ad dexterā ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem *princi Pſal. 109.a
patum ac poteſtatem, & uirtutem, & dominium, & omne [o]nomen quod nomi- *Dan.10.a
natur, non ſolum in ſæculo hoc, uerumetiam in futuro. †Et omnia ſubiecit ſub Pſal.8.c
pedes illius, & eum dedit caput ſuper omnia ipſi eccleſiæ, quæ eſt corpus illius,
complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet.

CAP. II.

Docet omnes homines peccatores eſſe, iuſtificari autem gratis per Chriſtum: deinde indicat etiam gentes ad ſalutem hanc eſſe uocatas, cum is interſtitium legis ſuſtulerit, et unam fecerit omnium fidelium eccleſiam.

A ET nos cum eſſetis mortui delictis ac peccatis, in quibus aliquando ambula Col.2.d
ſtis, iuxta ſæculum mūdi huius, iuxta principem, cui poteſtas eſt aeris, qui eſt
ſpiritus,

[a] Vel, per gratiā meram nos gratos fecit.
[b] Diuitias gratiæ ſuæ, Hebraiſ. eſt.
[c] Sic enim Chryſoſtomus et Theophylactus exponunt, dicentes ἀφθόνως ἐξέχεεν. Et περισσεύειν hoc loco trāſitiuum eſt.
[D] Iuxta Ebraiſmū in omni ſapientia, &c.
[e] ἀνακεφαλαιώσασθαι. i. ad caput reuocare: uel, in ſummam & compendium redigere.
[f] Poteſt & ſic legi; iſ nimirum qui ſperauerunt in Chriſto, in quo ſperatis et uos, &c.
[g] In quo, Hebraiſmū ſapit.
[h] Id eſt, ſpiritu promiſſo.
[i] Id eſt, noſtri, quos ſanguine ſuo acquiſiuit Chriſtus.
[k] Verbi interpretatione, eam quæ penes uos eſt fidem in domino, &c.
[l] Vel, glorioſus.
[m] Id eſt, ſapientiam conferentem, & arcana reuelantem.
[n] Fortitudinē roboris, iuxta Hebraiſ. dixit, pro fortiſſimo robore.
[o] Nomen pro ipſa re poſitum.

Digitized by Google

Col.3.a spiritus, nunc agens in [a]filijs contumacibus, †inter quos & nos omnes conuersabamur aliquando in concupiscentijs carnis nostræ, facientes quæ carni ac menti libebant: & eramus natura [b]filij iræ, quemadmodũ & cæteri. Sed Deus, qui diues est in misericordia, propter multã charitatem suam qua dilexit nos, etiã cum essemus mortui per delicta, conuiuificauit [nos] unà cum Christo, (Per gratiã estis seruati) simulq́ cum eo resuscitauit, & simul cum eo sedere fecit inter cœlestes, per Christum Iesum, ut ostenderet in sæculis superuenientibus [c]opulentissimam gratiam suam benignitate erga nos, per Christũ Iesum. Gratia enim estis seruati per fidẽ, idq́ non ex uobis. Dei donũ [est,] non ex operibus, ne quis glorietur. Nam ipsius sumus [d]opus, cõditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ præparauit Deus, ut in eis ambularemus. Quapropter memẽtote, quod uos quondam gentes in carne, qui uocabamini præputium, [e]ab ea quæ uocatur circuncisio in carne, quę [circuncisio] manibus fit: quod, [inquam,] eratis in tempore illo sine Christo, abalienati à republica Israelis, & extranei à testamentis promissionis, spem non habentes, Deoq́ carentes in mundo. Nunc autem per Christũ Iesum uos, qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis per sanguinem Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex utrisq́ unum, & [f]interstitium maceriæ diruit: simultatem per carnem suam, legem mandatorum in decretis [sitam] abrogans, ut duos conderet in semetipso in unum nouum hominem: faciens pacem, & ut reconciliaret ambos in uno corpore Deo per crucẽ, perempta inimicitia per eam: & ueniens †euangelizauit pacẽ uobis, qui procul aberant, & ijs qui propè. Quoniam per illum habemus aditum utriq́ in uno spiritu ad patrem. Iam igitur nõ estis hospites & incolæ, sed conciues sanctorum, ac domestici Dei, superstructi super fundamentum apostolorum ac prophetarum, existente summo angulari lapide ipso Iesu Christo, in quo quæcunq́ structura coagmẽtatur, ea crescit in templum sanctum in domino: in quo & uos coædificamini in habitaculum Dei per spiritum.

(margin: B, C, D; Rom.5.a)

[a] Gręce, filijs inobedientiæ.

[b] Filius iræ, iuxta Hebraismũ, qui iræ obnoxius est, uel irã alterius sustinet.

[c] Eminentem opulentiam gratiæ, Hebraismus est.

[d] Ambr. legit, figmẽtum.

[e] Id est, ab ijs qui secundum erant circuncisi.

[f] Pro maceria dirimente.

CAP. III.

In eorum quæ supra dixerat comprobationem, nunc ministerium suum commendat. ostendens unde functionem suam acceperit, & quid iam pro illa simul & gentibus patiatur. Ne uero uinculis suis offenderentur, ad constantiam hortatur, scribens se semper deum pro illis orare, quo suo exemplo simul & ipsos ad preces incitat.

HVius rei gratia ego Paulus uinctus sum Christi Iesu pro uobis gentibus. Si quidem audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in uos, quod secundum reuelationem notum mihi fecit mysterium, quemadmodũ antè scripsi paucis, ex quibus potestis legẽtes intelligere cognitionẽ meam in mysterio Christi, quod in alijs ætatibus non innotuit filijs hominũ, quemadmodum nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis per spiritum, ut sint gentes cohæredes, & eiusdẽ corporis, consortesq́ promissionis eius in Christo per euangeliũ, cuius factus sum minister secundum donum gratiæ Dei, quod datum est mihi secundum efficiam potentiæ illius. †Mihi [a]minimo omnium sanctorum data est gratia hæc, ut inter gentes euangelizem imperuestigabiles diuitias Christi: & in lucem proferam omnibus, quæ sit communio mysterij, quod erat absconditum à sæculis in Deo, qui uniuersa condidit per Iesum Christum, ut innotescat nunc principatibus ac potestatibus in cœlestibus per ecclesiã multiuaria sapientia Dei, secundum præfinitionem sæculorũ, quam fecit in Christo Iesu domino nostro, per quem habemus [b]audaciam, & aditum cum fiducia, quæ est per fidem illius. Quapropter peto ne deficiatis ob adflictiones meas, [quas] pro uobis [tolero,] quæ est gloria uestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis parẽtela in cœlis & in terra [c]nominatur, ut det uobis iuxta [d]diuitem gloriã suam, ut fortitudine corroboremini per spiritũ suũ, in in-

(margin: A, B, C; 1.Cor.15.b)

[a] ἐλαχιστοτέρῳ, idest longè infimo. Est enim comparatiuus ex superlatiuo factus, ut si nos dicamus, infimiori, &c.

[b] παῤῥησίαν, id est, loquẽdi libertatem.

[c] Vel, existit.

[d] Ad uerbum, diuitias gloriæ suæ.

Digitized by Google

D ternum hominē, ut inhabitet Christus per fidem in cordibus uestris, fixis in cha
ritate radicibus, & fundamento iacto, ut ualeatis adsequi cum omnibus sanctis,
quæ sit latitudo, & longitudo, & profunditas, & sublimitas: cognoscereq; præe
minentem cognitionis dilectionem Christi, ut impleamini in omnem plenitudi
nem Dei. Ei uero, qui potest cumulate facere ultra omnia quæ petimus aut cogi
tamus, iuxta uim agentem in nobis, sit gloria in ecclesia per Christum Iesum, in
omnes ætates sæculi sæculorum. Amen.

CAP. IIII.

Initio multis argumentis concordiam suadet, deinde ad uitæ sanctimoniā adhortatur. Postremo uaria uitia in sermone, operibus & animi affectibus sita, corripit.

A HOrtor itaq; uos ego uinctus in domino, †ut ambuletis ita ut dignū est uo 1.Cor.7.d
catione, qua uocati estis cum omni [a]submissione ac mansuetudine, cum lon
ganimitate, tolerantes uos inuicem per charitatem, †studentes seruare unitatem Roma.12.c
spiritus, per uinculū pacis. Vnum corpus, & unus spiritus, quemadmodū & uoca 1.Cor.12.b
ti estis in una spe uocationis uestræ. Vnus Dominus, una fides, unum baptisma,
unus Deus & pater omnium, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus Mal.2.b
B uobis. † Verum unicuiq; nostrum data est gratia *iuxta mensurā donationis Rom.12.a
Christi. Quapropter dicit: †Cum ascēdisset in altū, captiuam duxit captiuitatem, 1.Cor.12.b
& dedit dona hominibus. Cæterū illud, ascendit, quid est, nisi quod etiam descen 2.cor.10.d
derat prius in infimas partes terræ? Qui descendit, idem ille est, qui etiam ascēdit *Ioan.3.c
supra omnes cœlos, ut impleret omnia. †Et idem dedit, alios quidem apostolos, †Psal.67
C alios uero prophetas, alios autem euāgelistas, alios autem pastores ac doctores, 1.Cor.12.d
ad [b]instaurationem sanctorū in opus administrationis, in ædificationem corpo
ris Christi, donec [c]perueniamus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei,
in uirum perfectū, in mensuram ætatis plenè adultæ Christi: ut non amplius si
mus pueri, qui fluctuemus, & circunferamur quouis uento doctrinæ, per uersu
tiam hominū, per [d]astutiam, [e]qua nos adoriuntur ut seducāt nos. Sed ueritatem
D sectantes in charitate, adolescamus in illū per omnia, qui est caput, [nempe] Chri
stus. Ex quo totum corpus, si coagmentetur, & cōpingatur per omnem commis
suram subministrationis, iuxta [f]actum in mēsura uniuscuiusq; [g]partis, incremen
tum corporis facit, in ædificationem sui ipsius per charitatem. Hoc itaq; dico,
& testor per Dominum, ne posthac [h]ambuletis quemadmodum & reliquæ gen
tes ambulant in uanitate mentis suæ, dum [i]mentem habent obtenebratā, abalie
nati à uita Dei, propter ignorantiam quæ est in illis, & excæcationem cordis eo
E rum: qui posteaquam dolere desierint, semetipsos dediderunt lasciuiæ, ad patran
dum immunditiā omnem cum auiditate. Vos autem nō sic didicistis Christum.
Siquidem illum audistis, & in eo docti fuistis, quemadmodū est ueritas in Iesu,
†deponere iuxta priorem conuersationem, ueterem hominē, qui corrumpitur iu Rom.6.a
xta concupiscentias erroris: renouari uero spiritu mentis uestræ, & induere no Heb.12.a
uum hominem, qui iuxta Deum conditus est, per iustitiam & sanctitatem uerita 1.Pet.2.a 4.a
F tis. †Quapropter deposito mendacio, loquamini ueritatem quisq; proximo suo: †Zach.8.f
quoniam sumus inuicem membra. †Irascimini, & ne peccetis: sol non occidat su Psal.4.b
per iram uestram: neq; detis locum calumniatori. Qui furabatur, nō amplius fu Iac.4.d
retur: magis autem laboret operando manibus, quod bonum est, ut possit imper
tiri ei qui opus habuerit. Omnis sermo spurcus ex ore uestro non procedat: sed
si quis est bonus [k]ad ædificationem necessariam, ut det gratiam audientibus. Et
G ne contristetis spiritum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diem redem
ptionis. Omnis amarulentia, & tumor, & ira, & uociferatio, & maledicentia tol
latur à uobis, cum omni malitia. †Sitis autem inuicem alius in alium comes, mi Col.3.c
sericordes, gratiam exhibentes mutuam, quemadmodum & Deus per Christum
gratiam exhibuit nobis.

CAP. V.

[a] ταπεινοφροσύνη est uirtus est qua quis humiliter de se sentit.

[b] Ambros. legit, cōsummationem.

[c] Ad uerbum, occurramus, uel obuiemus nobis inuicem. Metaphora sumpta ab illis qui è diuersis locis egressi in uno aliquo conueniunt.

[d] κυβείαν. i. artificem fallaciam. Metaphora sumpta ab aleatoribus dolosis.

[e] μεθοδεία est cū aliquē ex insidijs adorimur.

[f] ἐνέργειαν. i. latentem & insitam agendi uim.

[g] Chrysostomus legit, μέλους, id est, membri.

[h] Vel, uitam instituatis.

[i] Ambros. legit, intellectum.

[k] οἰκοδομὴ τῆς χρείας iuxta Hebraismum dixit.

Charitatem

Digitized by Google

Charitatem commendat, omnem immunditiem & linguæ impuritatem prohibet, ob oculos illis statuens prioris uitæ ignominiam. Deinde ebrietatem tollit. Postremo de coniugij legibus disputat, adumbrans simul ecclesiæ cum Christo spirituale coniugium.

Matt. 5. e Ioan. 13. d 15. b — Sitis igitur †imitatores Dei tanquã filij dilecti, & ambulate in dilectione, quẽadmodum & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & uictimam Deo, in odorem bonæ fragrantiæ. Cæterũ scortatio, & omnis immunditia aut auaritia, ne nominetur quidem inter uos, sicut decet sanctos: aut obscœnitas, aut stultiloquium, aut [a] facetia: quæ non conueniunt, sed magis gratiarum actio. Nam hoc scitis, quod omnis scortator, aut immundus, aut auarus, quod est simulachrorũ cultor, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. †Ne quisquam uos decipiat inanibus sermonibus. Propter hæc enim uenit ira Dei in [b] filios inobedientes. Ne sitis igitur consortes illorum. Eratis enim quondã tenebræ, nunc autem lux in domino. Vt filij lucis ambulate, (Nam *fructus spiritus [situs est] in omni bonitate, & iustitia, & ueritate) probantes, quid sit acceptum Domino: & ne commercium habueritis cum operibus infrugiferis tenebrarum, quin [ea] potius etiam arguite. Nam quæ secretò fiunt ab istis, turpe est uel dicere. Sed omnia dum arguuntur, à luce manifesta fiunt. Nam quicquid manifestum redditur, lumen est. Quapropter dicit: Expergiscere qui dormis, & surge à mortuis, & illucescet tibi Christus. †Videte igitur, quo modo circumspecte ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes, †redimentes occasionem quod dies mali sint. Propterea, ne sitis imprudentes, sed intelligentes quæ sit uoluntas domini. Et ne inebriemini uino, in quo luxus est: †sed impleamini spiritu, loquentes uobismetipsis per Psalmos & hymnos, & cantiones spirituales, canentes ac psallentes in corde uestro domino, gratias agentes semper de omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri, subditi uicissim alius alij cum timore dei. †Vxores proprijs uiris subditi sitis, ueluti domino. *Quoniã uir est caput uxoris, quemadmodum & Christus [est] caput ecclesiæ: & idem est qui salutem dat corpori. Itaque quemadmodũ ecclesia subdita est Christo, sic & uxores suis uiris [subditæ sint] [c] in omnibus. Viri, diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã, & semetipsum exposuit pro ea, ut illam sanctificaret, mundatã lauacro aquæ per uerbum, ut adhiberet eam sibi ipsi gloriosam ecclesiam, non habentem maculã, aut rugam, aut quicquã eiusmodi: sed ut esset sancta, & irreprehensibilis. Sic debent uiri diligere suas uxores, ut sua ipsorum corpora. Qui diligit suam uxorem, seipsum diligit. Nullus enim unquã suam ipsius carnem odio habuit, imò enutrit, ac fouet eam: sicut & dominus ecclesiam. Quoniam membra sumus corporis eiusdem, ex carne eius, & ex ossibus eius. †Huius rei gratia relinquet homo patrem ac matrem, & [d] adglutinabitur ad uxorem suam, [e] atque è duobus fiet una caro. Mysteriũ hoc magnum est. Ego autem loquor de Christo & ecclesia. Veruntamen & uos singulatim, unusquisque suam ipsius uxorem sic diligat ut seipsum: uxor autem ut reuereatur maritum.

Marginal references (left): Col. 5. a; 1. Thes. 2. a; *Mat. 24. a Mar. 13. a Luc. 21. b; Col. 4. a; Roma. 12. a; 1. Thes. 4. a; Col. 3. c 1. Pet. 3. a *1. Cor. 11. a; Gen. 2. d Matt. 19. a 1. Cor. 6. d

Section letters (right): A, B, C, D, E, F, G

[a] Vel, scurrilis urbanitas.

[b] Filios inobedientiæ. Hebr. dixit, pro contumacibus.

[c] Vel, per omnia. Vel etiam, semper.

[d] Vel, adhærebit uxori suæ.

[e] Iuxta Hebr. erunt duo in carnẽ unam, id est, duo erunt una caro.

CAP. VI.

De liberorum & parentum, seruorũ & dominorum officijs differit. Deinde ad constantiam hortatur, describens simul quàm acris pugna fidelibus proposita sit, & quibus armis in ea utendum. Postremo priuata quædam tractat & Tychicum commendat.

Col 3. d — A — Liberi, †obedite parentibus uestris in domino, nam id est iustum. Honora patrem tuum & matrem, *quod est præceptũ primum [a] in promissione, ut bene sit tibi, & sis longæuus in terra. Patres, ne prouocetis ad iram liberos uestros, sed educetis eos per [b] eruditionẽ & correptionem domini. †Serui, obedite ijs qui domini sunt iuxta carnem, cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis uestri, tanquã Christo: non ad oculum seruientes, uelut hominibus placere studentes, sed tanquã serui Christi, facientes quæ uult Deus, ex animo, cum beneuolentia,

Marginal references (left): Exod. 20. c Deut 5 c Eccli 3. b †Col 3. d Tit. 2. c 1. Pet. 2. c

[a] Vel, promissionem habens adiunctam.

[b] Vtraque uox anceps est, παιδεία enim eruditionem significat & castigationẽ, νουθεσία etiã admonitionem & obiurgationem.

Digitized by Google

B seruientes Domino, & non hominibus: [illud] scientes, quod unusquisque quod fecerit boni, hoc reportabit à Domino, siue seruus siue liber [fuerit.] Et [uos] domini, eadem facite erga illos, [c]remittentes minas: scientes quod & uester ipsorum Dominus est in cœlis, *nec personæ respectus est apud illum. Quod superest fratres mei, sitis fortes per Dominum, perque potentiam roboris illius. Induite totam armaturam Dei, ut possitis stare aduersus [b]assultus diaboli. Quoniam non est nobis lucta aduersus [e]sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus [f]mundi dominos, [rectores] tenebrarum sæculi huius, aduersus C spirituales astutias in cœlestibus. Quapropter adsumite uniuersam armaturam dei, ut possitis resistere in die mala, & omnibus peractis stare. State igitur lumbis uestris circumcinctis [baltheo] per ueritatem, & induti thoracem iustitiæ, & calceati pedibus, ut parati sitis ad euangelium pacis: super omnia assumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula mali illius ignita extinguere. [g]Galeamque salutaris accipite, & gladium spiritus, qui est uerbum Dei, in omni †precatione & obsecratione, orantes in omni tempore, in spiritu: & ad hoc ipsum †uigilantes, cum omni [h]sedulita D te & precatione, pro omnibus sanctis, & pro me, ut mihi detur sermo in apertione oris mei, cum libertate, ut notum faciam mysterium euangelij, super quo legatione fungor in catena, ut in eo libere loquar, sicut oportet me loqui. Vt autem sciatis & uos, quæ ad me pertinent, quid agam, de omnibus uos certiores reddet Tychicus dilectus frater, & fidus minister in domino, quem misi ad uos in hoc ipsum, ut cognosceretis de rebus nostris, & consolaretur corda uestra. Pax fratribus, & charitas cum fide, à deo patre, & domino Iesu Christo. Gratia [sit] cum omnibus diligentibus dominum nostrum Iesum Christum cum [i]synceritate. Amen.

Act. 10.d Rom. 2.b Col. 3.b 1. Pet. 1.c 1. Thes. 5.b Col. 4.a

[c] Id est, minus feroces aut minabundi.

[b] μεθοδείας. i. insidiosos congressus.

[e] Hebraica periphrasis, homines notans & humana omnia.

[f] Tertull. uertit, mundi tenentes. Ambros. mundipotentes.

[g] Vel, galeam quæ salutaris est & tuetur.

[h] Ambros. legit perseuerantia.

[i] Vel, integritate.

Missa fuit è Roma ad Ephesios per Tychicum.

Epistola Pauli Apostoli ad Philippenses.

CAPVT I.

Principio fidem illorum laudat & constantiam: hortatur deinde ne cruce sua offendantur, cum ex hac plus commodi quàm incommodi euangelio accedat, ipseque pro Christo mori paratus sit. Postea hortatur ut secundum uocationem suam ambulent.

A 
AVLVS ac Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, [a]unà cum episcopis ac diaconis. Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias ago deo meo in omni memoria uestri, semper in omni precatione mea, pro omnibus uobis cum gaudio precationem faciens, [b]quod ueneritis in communionem euangelij, à primo die usque ad hoc tempus: persuasum ha B bens hoc ipsum, quod is qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet usque ad diem Iesu Christi: sicut iustum est mihi, ut hoc sentiam de omnibus uobis, propterea quod habeam uos in corde, & in uinculis meis, & in defensione, & confirmatione euangelij, cum sitis omnes mihi consortes gratiæ. Testis enim mihi est Deus, quàm desiderem uos omnes in [c]uisceribus Iesu Christi. Et illud oro, ut charitas uestra

[a] Al. coniunctim leg. συνεπισκόποις. i. coepiscopis.

[b] Verbi interp. propter communionem uestram in euangelium.

[c] Vel, misericordia aut animi desiderio.

Digitized by Google

uestra adhuc magis ac magis exuberet in agnitione omniq; intelligentia: ut pro betis quæ sunt[b] præstantia, ut sitis synceri, &[c] ut nemini sitis offendiculo, in diem Christi: impleti fructibus iustitiæ, qui sunt per Iesum Christum, ad gloriā & laudem Dei. Scire aūt uos uolo fratres, quod, quæ mihi acciderunt, magis ad profectum euangelij euenerunt, ita, ut uincula mea manifesta facta sint in Christo in toto prætorio, ac cęteris omnibus: utq; plures ex fratribus in Domino, freti uinculis meis, uberius auderēt impauide sermonē loqui. Nōnulli quidē per inuidiam C & contentionē, nōnulli uero & propter bonā uoluntatem prædicant Christum. Alij quidem ex contentione Christum annunciant non purè, existimantes [sese] adflictionem addere uinculis meis: alij rursus ex charitate, scientes quod in defensionem euangelij constitutus sim. Quid enim? Attamen quouis modo, siue per prætextum, siue per ueritatem, Christus [tamen] annunciatur: & in hoc gaudeo, quin etiam gaudebo. Noui enim quod hoc mihi cedet in salutem per uestram deprecationem & subministrationē spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam, quod nulla in re pudefiam: sed cum omni libertate, ut semper, ita nunc quoq; magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem. Nam mihi[f] uita Christus [est,] & mors lucrum. Quod si cōtingat uiuere in carne, ea res mihi fructus est operis: & quid eligā ignoro. [g] Coartor enim ex his D duobus, desiderans dissolui: & esse cum Christo, multo longeq; melius est. Cæterum manere in carne, magis necessariū propter uos. Et hoc certo scio, quod mansurus sim, & cum omnibus uobis permansurus sim, in uestrum profectū, & gaudium fidei: ut gloriatio uestra exuberet per Christum Iesum, in me, per meum ad uos reditum. Tantum, ut dignum est euangelio Christi, conuersemini: ut siue cum uenero, & uidero uos, siue absens sim, audiam de rebus uestris, quod stetis in uno spiritu, una anima, adiuuantes simul decertantem[h] fidem euangelij: nec in ullo terreamini ab aduersarijs, quæ illis quidem est[i] caussa perditionis, uobis autem salutis, & hoc à Deo. Quia uobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, uerumetiā ut pro illo patiamini: idem certamen habentes, quale uidistis in me, & nunc auditis in me.

[b] Amb. συμφέροντα legisse uidetur, exponit enim utilia.
[c] Potest etiam exponi de ipsis, ne ipsi offendant usquā. Græca enim uox ambigua est.

[f] In Greco uerba, uiuere et mori, uice nominum ponuntur.
[g] συνέχομαι: q. d. utrinq; teneor.

[h] Vel, fidem euangelicam.
[i] Vel, etiam, argumentum.

CAPVT II.

Docet hanc uocationem illorum esse, ut concordia uera iuncti animorum fastus reprimant Christi exemplo, de cuius mysterio paucis disputat. Deinde Timothei aduentum pollicetur & Epaphroditum commendat.

SI qua igitur[a] consolatio in Christo, si quod solatium dilectionis, si qua cōmu A nio spiritus, si qua uiscera ac miserationes, complete meum gaudiū: ut similiter affecti sitis, eandē charitatē habentes, unanimes, idem sentientes. Ne quid fiat per contentionē, aut per inanem gloriam: sed per humilitatē animi, alium quisq; se præstantiorem existimet. Ne sua quisq; spectetis, sed unusquisq; quę sunt aliorum. Is enim adfectus sit in uobis, qui fuit & in Christo Iesu: qui cū esset in forma Dei, non rapinā arbitratus est, ut esset æqualis Deo: sed semetipsum inaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominū constitutus, & figura repertus ut ho-
Heb. 2. b mo, humilem præbuit semetipsum, factus obediens † usq; ad mortem, mortē au- B tem crucis. Quapropter & Deus illum[b] in summā extulit sublimitatem, ac dona-
Esa. 45. d uit illi nomē, quod est supra omne nomē, † ut in nomine Iesu omne genu [se] flectat, cœlestium, & terrestrium, ac[c] infernorum: omnisq; lingua confiteatur, quod Dominus sit Iesus Christus, ad gloriam Dei patris. Proinde dilecti mei, quem-
Rom. 14. b admodum semper obedistis, non tanquam † in præsentia mea solū, sed nunc multo magis in absentia mea,[d] cum timore ac tremore uestram ipsorum salutem operemini. Nā Deus est is qui agit in uobis, & ut uelitis, et ut efficiatis, pro bono animi proposito. Omnia facite[e] sine murmurationibus ac disceptationibus, ut sitis tales, de quibus nemo queri possit, synceriq;, filij Dei, irreprehēsibiles in medio na-

[a] Vel etiam, exhortatio.

[b] Ambros. uocē Grecam expressurus dixit, superexaltauit.
[c] Vel, subterraneorum.
[d] Metalepsis, pro eo quod est, cū summa diligentia.
[e] Alij legunt, χωρὶς ὀργῆς, id est, sine ira.

[illegible]

f Vel, conspicui estote. C tionis prauæ ac tortuosæ, †inter quos [f]lucete tanquam luminaria in mundo, ser- 1.Pet.4.d
monem uitę sustinentes, ut gloriari possim in diem Christi, quod non in uanum cucurrerim, nec in uanũ laborauerim. Quin etiam si immolor super hostia, sacrificioq; fidei uestræ, gaudeo, & cõgaudeo omnibus uobis. Ob id ipsum autem & uos gaudetis, & congaudetis mihi. Spero autem in Domino Iesu, me †Timo- Act. 16.a
g Ambr. legit certior de uobis factus. theum breui missurum uobis, ut et ego lęto sim animo, [g]cognito statu uestro. Neminem enim habeo pari mecum animo præditum, qui germanè res uestras curaturus sit. †Nam omnes quæ sua ipsorum sunt, quærũt, non quæ Christi Iesu. Por- 1.Cor.13.b
rò probationẽ eius nostis, quod ut filius mecum ueluti cum patre seruierit in euã
D gelium. Hunc igitur spero me missurum, mox ubi uidero mea negotia. Confido autem in Domino, quod & ipse breui uenturus sim. Sed operæpretium arbitratus sum, Epaphroditum fratrem, & collegam, & cõmilitonem meum, uestrum autem apostolũ, quiq; mihi subministrat in necessitate mea, mittere ad uos. Quandoquidẽ desiderabat omnes uos, [h]anxius animi, propterea quod audissetis eum infirmatũ fuisse. Et certe fuit infirmus, ita, ut esset uicinus morti, sed Deus misertus est illius: at non illius tantum, sed et mei, ne dolorem haberem super dolorem. [i]Studiosius itaq; misi illum, ut cum uideritis illũ, denuo gaudeatis, & ego magis uacem dolore. Excipite igitur illum in Domino, cum omni gaudio: & qui huiusmodi sunt, eos in precio habete: quoniam propter opus Christi eò accessit, ut morti proximus fuerit, non habita ratione uitæ, ut suppleret id, quod in uestro erga me officio fuit diminutum.

h Ambros. impatienter solicitus erat.

i Vel, festinantius.

CAP. III.

Monet ab illis caueant, qui legem miscebant euangelio, cum omne quod in mundo iustitiæ nomine eximium est, reiectamentum sit si cum Christo conferatur. Se igitur imitari iubet constanti animo, & falsos doctores uitare, quos simul suis pingit coloribus.

A QVod superest fratres mei, gaudete in Domino: eadem scribere uobis, me quidẽ haud piget, uobis aũt tutum est. Cauete canes, cauete malos operarios, cauete concisionẽ. Nos enim sumus [a]circuncisio, qui spiritu Deũ colimus, & gloriamur in Christo Iesu, & non cõfidimus in carne: quanquã ego cõfidam etiam in carne. Si quisquã alius uidetur fiduciam habere in carne, ego magis [habeo,] [b]circũcisus octauo die. Israelita ex genere, tribus Beniamin, Hebręus ex Hebræis, †iuxta legem Pharisæus, iuxta studium persequẽs ecclesiam, iuxta iu- Act. 23.b
B stitiam quæ est in lege, factus irreprehensibilis. Sed quæ mihi erant lucra, ea arbitratus sum propter Christum, damnum [esse.] Quin etiam arbitror, omnia damnum esse propter [c]excellentiã cognitionis Christi Iesu Domini mei, propter quẽ omnia pro damnis duxi, habeoq; pro reiectamẽtis, ut Christum lucrifaciam, utq; reperiar in illo, non habens meam iustitiam quæ ex lege [manat,] sed eã quæ per fidem est Christi, quę est ex Deo iustitiã super fide: ut cognoscã illum, & potentiã resurrectionis illius, & cõmunionem adflictionum illius, dum cõformis fio mor-
C ti eius, si quo modo pertingam ad resurrectionem mortuorum. Non quod iam adprehenderim, aut iam perfectus sim, sed sector, si etiam adprehendã, quatenus & adprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego meipsum nondum arbitror adsequutum esse. Vnum autem [illud ago,] ea quidem, quæ à tergo sunt, obliuiscens, ad ea uero quæ à fronte sunt, enitens, iuxta præfixum signũ insequor ad palmam supernæ uocationis Dei, per Christum Iesum. Quotquot igitur perfecti [sumus,] hoc sentiamus: & si quid aliter sentitis, hoc quoq; uobis Deus reuelabit. Attamen ad [id,] quod adsequuti sumus, eadem procedamus regula, [D]ut simus concordes.
D Pariter estote imitatores mei fratres, & considerate eos, qui sic ambulant, quemadmodum habetis nos pro exemplari. Nam complures ambulant, de quibus sæpe dixi uobis, nunc autem & flens dico, inimici crucis Christi, quorũ finis per-

a Pro eo quod est, circuncisi, iuxta tropum.
b Ad uerbũ, circuncisio octaui diei. Sed & hic tropus est, ut supra.

c Id est, excellentem cognitionem.

D Vel, ut idem sentiamus.

ditio

Digitized by Google

Rom. 16. c ditio [est,] † quorum Deus uenter, & gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant. Nam nostra conuersatio in cœlis est, unde & seruatorem expectamus, Dominum Iesum Christum, qui transfigurabit [e] corpus nostrum humile, ut conforme fiat corpori suo glorioso secundum efficaciam, qua potest etiam subijcere sibi omnia.

e Corpus humilitatis nostræ, iuxta Hebraismum.

CAPVT IIII.

Ad constantiam hortatur, deinde præcepta quædam peculiaria subiungit, concordiam & reliquas uirtutes Christianis dignas complectentia. Hinc pro muneribus sibi missis gratias agit, & salutationes adiungit.

PRoinde fratres mei dilecti, ac desiderati, gaudium & corona mea, sic state in Domino dilecti. Euodiam obsecro, & Syntichen obsecro, ut [a] sint concordes in Domino. Sane rogo & te [b] compar germane, adiuua eas, quæ in Euangelio decertarunt mecum, una cum Clemente quoque, et reliquis cooperarijs meis, quorum nomina sunt in libro uitæ. Gaudete in Domino semper, & iterum dico, gaudete. [c] Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope [est]. De nulla re soliciti sitis, sed semper per precationem & obsecrationem, cum gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ superat omnem intellectum, custodiet corda uestra, & sensus uestros, per Christum Iesum. Quod reliquum est fratres, quæcunque sunt uera, quæcunque honesta, quæcunque iusta, quæcunque pura, quæcunque accommoda, quæcunque [D] boni nominis, si qua uirtus, & si qua laus, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me, hæc facite, & Deus pacis erit uobiscum. Gauisus sum autem in Domino magnopere, quod iam tandem reuiguit uestra pro me solicitudo, in eo quod & soliciti eratis, uerum deerat opportunitas. Non quod iuxta penuriam dicam. Nam ego didici [his] in quibus sum, contentus esse. Noui & humilis esse, noui & excellere: ubique & in omnibus institutus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum per Christum, qui me corroborat. Attamen recte fecistis quod simul communicastis meæ adflictioni. Nostis autem & uos Philippenses, quod in principio Euangelij, cum proficiscerer à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauerit in rationem dandi & accipiendi, nisi uos soli. Nam & in Thessalonica cum essem, semel & iterum quod opus erat, mihi misistis: non quod requiram munus, sed requiro fructum exuberantem in rationem uestram. Recepi tamen omnia, & abundo: expletus sum, posteaquam accepi ab Epaphrodito, quæ à uobis [missa] fuerant, odorem bonæ fragrantiæ, † hostiam acceptam, gratam Deo. Deus autem meus supplebit, quicquid opus fuerit uobis, secundum diuitias suas cum gloria, per Christum Iesum. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutant uos omnes sancti, maxime uero qui sunt ex Cæsaris familia. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen.

A B C D

Rom. 12. a

a Vel, idem sapiant, uel, sentiant.
b Vel, coniux germana, id est, syncera.
c Vel etiam æquitas.
D Ambr. legit, laudabilia.

Scripta est è Roma per Epaphroditum.

Digitized by Google

Epistola Pauli Apostoli ad Colossenses.

CAPVT I.

Gratulatur illis propter fidem, spem & charitatem quam ex euangelio didicerant: deinde Christum describit copiosius, docens salutem nobis per eum gratuito cõferri, per quem pater omnem plenitudinem in nos effuderit.



A AVLVS Apostolus Iesu Christi per uoluntatẽ Dei, et Timotheus frater, his q sunt Colossis, sanctis ac fidelibus fratribus in Christo. Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo, & patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro uobis orãtes, quoniam audiuimus fidem uestrã in Christo Iesu, & charitatẽ quę est erga omnes sanctos, propter spem repositã uobis in cœlis, de qua prius audieratis per[a] sermonẽ ueracẽ euãgelij, quod peruenit ad uos: quemadmodũ & in toto mundo etiã fructificat, sicut et in uobis, ex eo die quo audistis, & cognouistis gratiã Dei per ueritatẽ: quemadmo-

B dum & didicistis ex Epaphra, dilecto conseruo nostro, qui est fidus pro uobis minister Christi, qui & exposuit nobis dilectionem uestram in spiritu. Propterea et nos, ex quo die audiuimus, nõ desinimus pro uobis orare, et poscere, ut impleamini agnitione uoluntatis eius, per omnem sapientiam, & prudentiam spiritualẽ, ut ambuletis digne Domino, ut per omnia placeatis, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in agnitionem Dei, omni robore corroborati, iuxta [b] potentiam glorię illius, ad omnem tolerantiam ac patientiam, cum gaudio, gratias agentes patri, qui idoneos nos fecit ad participationem sortis sanctorũ in lumine. Qui eripuit nos à potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum [c] filij sibi dilecti, per quem habemus redemptionem, per sanguinem ipsius, remissionẽ pec-

C catorum. Qui est imago Dei [d] inuisibilis, primogenitus uniuersæ creaturæ, quod per illum creata sint omnia, quæ in cœlis sunt, & quę in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per illum, & in illum creata sunt, & ipse est ante omnia, et omnia per illum consistunt. Et ipse est caput corporis, ecclesiæ: † [e] qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primas tenens: quoniam in illo bene complacitum est [patri,] uniuersam plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinem crucis eius per eundem, siue quæ in terra sunt, siue quæ in cœlis. Et uos qui quondam eratis abalienati, & inimici mente in operibus malis, nunc tamen reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem, ut exhiberet uos sanctos & [f] irreprehensibiles, & inculpatos in conspectu suo. Si quidẽ permanetis in fide fundati ac stabiles, nec dimouemini à spe euan-

D gelij, quod audistis, quod prædicatum est apud uniuersam creaturam quę sub cœlo est: cuius factus sum ego Paulus minister. Nũc gaudeo super adflictionibus meis pro uobis, & [g] suppleo quę deerãt adflictionũ Christi in carne mea, pro corpore ipsius, quod est ecclesia: cuius factus sum ego minister, iuxta dispensationẽ Dei, quæ data est mihi in uos, implendi sermonẽ Dei, mysteriũ quod reconditum fuit à sæculis, & à generationibus, nunc aũt patefactũ est sanctis illius, quibus uoluit Deus notũ facere, quæ [sint] [h] diuitiæ gloriæ mysterij huius inter gẽtes, qui est Chri-

[a] Græci habent, sermonẽ ueritatis, iuxta Hebraismum.

[b] Vel, potentiã illius gloriosam.

[c] Apud Græcos Hebraismus est, filij dilectionis suæ.

[d] Al. inconspicui.

[e] Potest etiam sic legi, Qui est principiũ primogenitũ, id est, primum, &c.

† 1. Cor. 15. Apoc. 1.

[f] Tertullianus sæpius uertit, inuituperabiles.

[g] Ambros. suppleo reliquias pressurarum.

[h] Pro eo quod est, diuitiæ gloriosæ.

Digitized by Google

Christus in uobis,[i] spes gloriæ,quem nos annunciamus,admonentes omnē hominem,& docentes omnem hominē[k] per omnem sapientiam,ut exhibeamus omnem hominem,perfectum in Christo Iesu:ad quod etiam[l] enitor,decertās secundum efficaciam eius,efficaciter agentem in me per potentiam. CAP. II.

Post beneuolentiam denuo partam hortatur ipsos ne à doctrina euāgelij perfecta ad argutias philosophicas & Iudaicas fabulas relabantur. Vbi uehementissimo animi feruore in huiusmodi doctores inuehitur, subinde ingeminans omnem plenitudinē in Christo esse.

NAm uolo uos scire,quantum certamen habeā de uobis, & his qui sunt Laodiceæ,& quotquot non uiderunt faciem meam in carne,ut consolationem accipiant corda illorum,cum fuerint[a] coniuncti charitate,& in[b] omnem opulentiam certæ persuasionis intelligentiæ, † in agnitionem mysterij Dei, & patris & Christi, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi. † Hoc autem dico,ne quis uobis falsis rationibus imponat, per probabilitatem sermonis. Etenim quamuis carne sim absens,tamen spiritu uobiscum sum,gaudens,ac uidens uestrum ordinem,& soliditatem uestræ in Christū fidei. Quemadmodum igitur accepistis Christum Iesum Dominū,[ita] in eo ambulate, sic ut radices habeatis in illo fixas,& in illo superstruamini,confirmemini[q]; per fidem,sicut edocti estis,exuberantes in ea cū gratiarum actione. Videte ne quis sit, qui uos [c] deprædetur per philosophiam,& inanem deceptionem, iuxta constitutionem hominum,iuxta elementa mundi,et non iuxta Christū. Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo Deitatis[d] corporaliter,& estis in illo completi:qui est caput omnis principatus ac potestatis:per quem & circuncisi estis circuncisione,quæ fit sine manibus,dum exuistis corpus[e] peccatorū carnis per circuncisionē Christi,consepulti simul cum illo per baptismum,in quo simul etiam cum illo resurrexistis,per [f] fidem efficacem Dei,qui excitauit illum ex mortuis. † Et uos cum essetis mortui per delicta,& per præputium carnis uestræ,simul cum illo uiuificauit,condonans nobis omnia delicta,deleto,quod aduersus nos erat, chirographo, [g] quod erat nobis contrarium per decreta,& illud sustulit è medio,adfixum cruci:expoliatos[q]; principatus ac potestates[h] ostentauit palàm,triumphās de illis per semetipsum. Ne quis igitur uos iudicet in cibo aut potu,aut in parte diei festi,aut nouilunij,aut sabbatorum,quæ sunt umbra rerum futurarum,corpus autem Christi. † Ne quis uobis[i] præmium intercipiat data opera per humilitatē animi,& superstitionem angelorum,in his quę non uidit,fastuosus incedens,frustra inflatus à[k] mente carnis suæ,nec obtinens caput,ex quo totum corpus per cōmissuras & compagines subministratum,& compactum, augescit augmento Dei. Itaq; si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid quasi uiuētes in mundo,decretis tenemini? Ne tetigeris,ne gustaris,neq; contrectaris,quę omnia ipso pereunt abusu,iuxta præcepta & doctrinas hominum: quæ uerbotenus quidem habent speciem sapientiæ,per superstitionem,ac humilitatem animi,&[l] læsionē corporis:non per honorem aliquem ad expletionem carnis. CAP. III.

Hortatur ut terrenis contemptis curent cœlestia: deinde uitia quędā nominatim perstringit,in primis charitatem ipsis commendans & uerbi dominici profectum. Hinc matrimonij leges,liberorum & parentum,seruorum & dominorum officia instituit.

ITaq; si resurrexistis unà cum Christo, superna quærite: ubi Christus ad dexteram Dei sedet. Superna curate, non terrestria. Siquidem emortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Quandocunque Christus manifestatus fuerit,uita nostra,tunc & uos cum illo manifestabimini in gloria. † Mortificate igitur membra uestra[a] terrestria,stuprum,immunditiam,[b] mollitiem,concupiscentiam malam,& auaritiam,quæ est simulachrorum cultus:ob quę uenire

Marginal letters: A (beside "Nam uolo uos scire"), B (beside "igitur accepistis"), C (beside "pulti simul cum illo"), D (beside "sti. Ne quis uobis"), A (beside "Itaq; si resurrexistis").

Marginal references: Dan.17.a — 1.Cor.5.b — Ephes.2.a — Matt.24.a — Ephes.5.a

Side notes:

[i] Id est, spes gloriosa.
[k] In omni sapientia, Hebraismum sapit.
[l] Vel,laboro.
[a] Vel, compacti.
[b] Vel, indubitatā & compertam certitudinem scientiæ, &c.
[c] Vel, ceu prædā abducat.
[d] Vel, uere & naturaliter.
[e] Vel, quod obnoxium est peccatis carnalibus. Et August. alibi sic scriptū fuisse testatur.
[f] Fides efficaciæ Hebraismus est, pro fide efficaci.
[g] Vel, quod erat ipsa dogmata nobis aduersa.
[h] August. Græcā uocem expressurus dixit, exemplauit.
[i] καταβραβευέτω enim dicitur cū penes aliū est uictoria, penes aliū præmium.
[k] Vel, mente sua carnali aut carnis affectui dedita.
[l] ἀφειδία propriè dicitur, cū quis alicui rei non parcit.
[a] Verbi interpretatione, quæ sunt super terram.
[b] μαλακὸς est, quod non mollitiē modo significat, sed de iis dicitur qui effœminati & pathici sunt & qui affectibus nimiū dediti, itē de iis qui ... illorū arbitrio ... cur.

ᵉFilios inobedientiæ dixit iuxta Hebr.

ᵈPro quouis gentili ponitur.

ᵉId est, propitissimã & plenam misericordiam.
ᶠVel, lõganimitatẽ.

ᵍScilicet induite.

ʰHiero. per ingratos intelligit gratiosos & amabiles. Qui enim tales sunt, per comitatẽ et benignitatẽ solent pacẽ conciliare.

ⁱVel, iniuriam facit.

solet ira Dei inᵉfilios cõtumaces: inter quos & uos ambulabatis quondã cum ui
B uereretis in his. † Nũc aũt deponite & uos omnia, iram, indignationẽ, malitiam, Rom. 6.a
maledicentiam, turpiloquentiã ab ore uestro. Ne mẽtiamini alius aduersus aliũ, Ephes. 4.c Heb. 12.a
posteaquã exuistis ueterem hominẽ cum factis suis, et induistis nouũ, qui renoua 1. Pet. 2.a
tur ad agnitionẽ iuxta imaginẽ eius, qui condidit illũ: ubi non est ᵈ Græcus & Iu 4.a
dæus, circuncisio & præputiũ, Barbarus, Scytha, seruus, liber: sed omnia in omni
bus Christus. † Induite igitur tanquam electi Dei sancti ac dilecti, ᵉuiscera mi Ephes. 6.b
serationum, benignitatem, modestiam, mansuetudinem, ᶠlenitatẽ: sufferẽtes uos
inuicem, & condonantes uobis mutuo, si quis aduersus aliquem habuerit quere
C lam: quemadmodũ & Christus condonauit uobis, ita & uos. † Super omnia au Matt. 22.b
tem hæc, ᵍcharitatẽ, quę est uinculum perfectionis. Et pax Dei palmã ferat in cor
dibus uestris: in quam & uocati estis in uno corpore: & ʰgrati sitis. Sermo Chri
sti inhabitet in uobis opulenter cum omni sapientia. † Docete&q; et cõmonete uos Ephes. 5.b
inuicem cantionibus & laudibus, & cantilenis spiritualibus, cum gratia canen
tes in corde uestro Domino. † Et quicquid egeritis sermone aut facto, omnia in 1. Cor. 10.g
D nomine Domini Iesu [facite,] *gratias agentes Deo & patri per illum. † Vxo Ephes. 5.e
res, subditę estote proprijs uiris: sicuti conuenit in Domino. Viri, diligite uxores, † Ephes. 5.e 1. Pet. 3.a
& ne sitis amarulenti aduersus illas. Liberi, obedite parentibus in omnibus: hoc Ephes. 6.a
enim bene placet Domino. Patres, ne prouocetis liberos uestros, ne despondeant
animum. † Serui, obedite per omnia ijs, qui domini sunt secundum carnem: non Ephes. 6.a Tit. 2.c
obsequijs ad oculum exhibitis, tanquam hominibus placere studentes, sed cum 1. Pet. 2.c
simplicitate cordis timentes Deum. Et quicquid feceritis, ex animo facite, tanquã
Domino, & nõ hominibus: scientes, quod à Domino recipietis mercedem hære
ditatis. Nam Domino Christo seruitis. Cæterum quiⁱ iniuste agit, reportabit in
iustitiam suam: † & non est personarum respectus. Rom. 2.b Sap. 6.b

CAPVT IIII.

Precandi studiũ & loquendi prudentiam præcipit, deinde eos commendat per quos epistola est missa. Postremo salutationes subiungit, & præcepta quædam singularia.

ᵃVerbi interpretatione, In sapiẽtiã ambulate, &c.

ᵇPro eo quod est, circuncisi, id est, Iudæi.
ᶜVel, decertans.

A VOs domini, ius & æquabilitatem seruis exhibete: sciẽtes quod & uos habe Luc. 18.a
tis Dominũ in cœlis. Obsecrationi † instate, uigilantes in ea cũ gratiarum 1. Thes. 5.d
actione, orãtes simul et pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostiũ sermonis, ut loqua Ephes. 6.c 2. Thes. 3.a
mur mysteriũ Christi, propter quod & uinctus sum, ut manifestẽ illud, sicut opor
B tet me loqui. † ᵃSapienter uos gerite erga extraneos, opportunitatẽ redimẽtes. Ser Ephes. 5.d
mo uester semper cũ gratia sit sale cõditus: ut sciatis, quomodo oporteat uos uni
cuiq; respõdere. De omnibus rebus meis certiores uos faciet Tychicus dilectus
frater, & fidus minister, & cõseruus in Domino: quẽ misi ad uos in hoc ipsum, ut
cognoscat ea, quæ de uobis sunt, & cõsoletur corda uestra, unà cũ Onesimo, fido
& dilecto fratre, qui est ex uobis: de omnibus uobis exponent quæ hic agantur.
C Salutat uos Aristarchus, concaptiuus meus, & Marcus, cõsobrinus Barnabæ, de
quo accepistis mãdata: si uenerit ad uos, excipite eum: & Iesus qui uocatur Iustus,
qui suntᵇ ex circũcisione. Hi soli cooperarij [sunt] ad regnũ Dei, qui fuere mihi so
latio. Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi, semper ᶜanxie labo
rans pro uobis in precationibus, ut stetis perfecti, & completi in omni uoluntate
D Dei. Testimoniũ enim illi perhibeo, quod habeat multũ studiũ pro uobis, & his
qui sunt Laodiceę, et his qui sunt Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus, dilectus,
& † Demas. Salutate fratres, qui sunt Laodiceæ, & Nymphã, & quę in domo il 2. Tim. 4.c
lius est, congregationẽ. Et cũ recitata fuerit à uobis epistola, facite, ut & in Laodi
censiũ ecclesia recitetur: & eã quæ scripta est ex Laodicea, ut uos quoq; legatis. Et
dicite Archippo: Vide ministeriũ q̃d accepisti in Domino, ut illud impleas. Salu
tatio mea manu Pauli. Memores sitis uinculorũ meorũ. Gratia uobiscũ, Amen.

Missa è Roma per Tychicum, & Onesimum.

Digitized by Google

Epistola Pauli Apostoli ad Thessalonicenses I.

CAPVT I.

Laudat Thessalonicenses quod inter maximos tumultus fidem suam, quam à Paulo didicerant, synceram & inconcussam seruando reliquis exemplum facti sint.



PAVLVS & Siluanus & Timotheus, ecclesiæ Thessaloni- A
censiũ, in Deo patre, & Domino Iesu Christo. Gratia uobis
& pax à deo patre nostro, & dño Iesu Christo. Gratias agi-
mus Deo semper de omnibus uobis, mentionẽ uestri facien
tes in precibus nostris, indesinenter memores uestri propter B
opus fidei, ac laborẽ charitatis: & q permãsistis in spe Domi
ni nostri Iesu Christi, corã Deo & patre nostro. Scientes fra-
tres dilecti à Deo electionẽ uestrã: quoniã euangeliũ nostrũ
nõ factũ est ad uos [a]per sermonẽ solũ, uerũetiam per uirtutẽ & per spiritũ sanctũ, C
perq; certitudinẽ multã, quẽadmodũ nostis quales fuerimus inter uos uestra cau
sa. Et uos imitatores nostri facti fuistis et Dñi, recipientes sermonem cũ afflictio
ne multa, cũ gaudio spiritus sancti, adeò, ut fueritis exemplo omnibus credẽtibus
in Macedonia et Achaia. A uobis enim [b]pertonuit sermo Domini, non solum in D
Macedonia & Achaia, uerumetiam in omni loco fides uestra, quæ est in Deum,
dimanauit: ut non sit nobis necesse loqui quicquã. Siquidẽ ipsi de uobis renunci-
ant, qualẽ ingressum habuerimus ad uos, & quomodo conuersi fueritis ad Deũ
à simulachris, ut seruiretis Deo uiuenti & ueraci, & expectaretis filiũ eius de cœ
lis: quẽ excitauit à mortuis Iesum, qui liberat nos ab ira uentura.

a Verbi interpretatione, in sermone tantũ, &c. Hebraismus.

b Proprie, exsonuit: uel, ebuccinatus est.

CAP. II.

Copiosius nunc describit doctrinam suam, quam ipsis tradidit. Non autem in hoc ut se laudet, sed ut illos hortetur, ne à fide & pietate deficiant, nec illorum authoritate moueantur, qui Christum & omnes apostolos sint persecuti.

NAm ipsi nostis fratres, introitũ nostrũ ad uos, quod non fuerit inanis: sed & A
Act.16.b quod antè malis adflicti, †& cõtumelijs adfecti (quẽadmodũ scitis) Philip
pis, [a]audacter egerimus in Domino nostro, ad loquendũ apud uos euangelium
Dei in multo certamine. Siquidem exhortatio nostra non fuit ex impostura, neq;
ex immunditia, neq; cum dolo, sed quemadmodũ probati fueramus à Deo, ut [no
bis] cõmitteretur euangeliũ, ita loquimur, non ut hominibus placentes, sed Deo,
qui probat corda nostra. Neq; enim unquã per sermonẽ adulationis uersati fu-
mus, (quemadmodũ nostis:) nec per [b]prętextũ auaritiæ, [c](Deum testor,) neq; quæ B
rẽtes ex hominibus gloriã, nec à uobis, nec ab alijs, cum possemus [D]in onere esse,
tanquã apostoli Christi: sed fuimus placidi [e]inter uos, perinde ac si nutrix foueat
suos filios: sic adfectu propensi in uos, ex animo cupiebamus impertire uobis, nõ
solum euangelium Dei, uerumetiã nostras ipsorũ animas, propterea quod chari
Act.20.g nobis facti estis. Meministis enim fratres, laboris nostri ac sudoris. †Nocte e-
1.Cor.4.c nim ac die laborantes ob id, ne cui uestrũm essemus oneri, prædicauimus apud
2.Thes.3.b uos euangeliũ Dei. Vos [aũt] testes [estis,] & Deus, q̃ sanctè & iuste, & inculpate
uobiscum qui credebatis, uersati fuerimus, quemadmodũ nostis, ut [erga] unum C
quenq; uestrum, tanquam pater erga filios suos, [fuerimus adfecti:] obsecrantes
uos, & consolantes, & obtestantes, ut ambularetis digne Deo, qui uocasset uos in
suum regnum ac gloriam. Quapropter et nos gratias agimus Deo indesinenter,

a Ambr. uerbũ Græcum circumscribens legit, Exerta libertate usi fuimus.

b Al. leg. occasionẽ.
c Verbi interpretatione, deus est testis.
D Vel, in authoritate esse, uel oneri esse petendo stipendium.
e Verbi interpretatione, in medio uestri. Hebraismus.

Digitized by Google

quod accepto sermone [f] prædicationis Dei à nobis, accepistis non sermonem ho minũ, sed sicut erat uere, sermonẽ Dei, qui & agit in uobis credentibus. Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarũ dei, quę sunt in Iudęa, in Christo Iesu: quod D eadẽ passi sitis & uos à proprijs cõtribulibus, quemadmodũ & ipsi à Iudæis. Qui ut & Dominũ occiderunt Iesum, & proprios prophetas, ita & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur: qui obsistũt nobis, ne loquamur gentibus, quo salui fiant, ut expleant sua peccata semper: peruenit autem in illos [g] ira in finem. Cæterum nos fratres, orbati uobis ad spatiũ temporis, adspectu non corde, uehementius studuimus uidere faciem uestrã cum multo desiderio. Quapropter uoluimus uenire ad uos, ego quidẽ Paulus, & semel et iterum, & obstitit nobis Satanas. Nam quę est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriationis? An nõ & uos, in conspectu Domini nostri Iesu Christi, in eius aduentu? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

f Vel, quo deus nobis prædicabatur.

g Vel, uindicta extrema & implacabilis.

CAPVT III.

Pergit adhuc in cœpta narratione, qua suum in illos fauorem per Timothei legationem & suas preces comprobat: quæ omnia huc spectant, ne persecutione offensi à Christo exciderent.

A PRoinde cum non amplius ferremus, [a] uisum est nobis, ut † Athenis [b] residere mus soli: ac misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrũ Dei, ac adiutorem operis nostri in euangelio Christi, ut confirmaret uos, & consolaretur uos de fide nostra, ne quisquam turbaretur in adflictionibus his. Nã ipsi nostis, [c] nos in hunc usum positos esse. Etenim cum apud uos essemus, prædicabamus uobis B fore, ut adflictionem pateremur: quemadmodũ euenit, & nostis. Quapropter & ego non amplius ferens, misi ad hoc ut cognoscerem fidem uestram, ne quo pacto tentasset uos ille, qui tẽtat, & inanis factus esset labor noster. Nuper autem cum uenisset Timotheus ad nos à uobis, & annunciauisset nobis fidem ac dilectionem uestram: & quod habeatis memoriam nostri bonam semper, desideran C tes nos uidere, quemadmodum nos quoq; uos. Iccirco cõsolationem accepimus fratres, per uos, super omni adflictione & necessitate nostra, per uestrã fidẽ. Quoniam nunc uiuimus, si uos statis in Domino. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo repẽdere de uobis super omni gaudio, quod gaudemus propter uos in conspectu Dei nostri, nocte ac die [b] supra modũ orantes, ut uideamus uestram faciem, & suppleamus quæ desunt fidei uestræ? Ipse uero Deus, & pater D noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat uiam nostram ad uos: uos autem Dominus abundantes & exuberantes faciat mutua inter uos charitate, & in omnes, quemadmodum & nos in uos, ut confirmet corda uestra, irrepræhensibilia per sanctimoniam, coram Deo & patre nostro, in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius.

Act. 16.

a Ambros. optimũ duximus.
b Vel, relinqueremur Et sic legit Ambrosius.
c Vel, nos in hoc esse constitutos.

b Ambros. expressius Gręca legit, abũdantissime orantes.

CAPVT IIII.

Altera hic oritur epistolæ pars, quæ hortatur ut indies in uera religione proficiant per uitæ puritatem, innocentiam & charitatem mutuam. Deinde ocium & curiositatem uetat Postremo de defunctis disputat & corporum nostrorum resurrectione.

A QVod superest igitur fratres, rogamus uos & adhortamur per Dominum Iesum, quemadmodũ accepistis à nobis, † quomodo oporteat uos uersari, & placere Deo, ut abundetis magis. Nostis eñ quæ præcepta dederimus uobis, per Dominũ Iesum. † Hæc enim est uoluntas Dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis à scortatione, & sciat unusquisq; uestrûm suũ uas possidere cum sanctificatione & honore, non cum adfectu concupiscentiæ, quemadmodũ & gen- B tes, quæ non nouerunt Deum: ne quis opprimat, ac fraudet in negotio fratrem suum, propterea quod ultor est Dominus de omnibus his: quemadmodum & antẽ diximus uobis, ac testati sumus. Non enim uocauit nos Deus [a] immunditiæ caussa,

Phil. 1. d
Rom. 12. a
Ephes. 5. d

a Ad uerbum, ad immunditiam.

Digitized by Google

Luc.10.b 1.Cor.1.b 6.c caußa, ſed ad ſanctificationē. †Proinde qui reijcit, nō reijcit hominem, ſed deum, qui dedit ſpiritū ſuum ſanctum in uos. * Cæterum de [b]fraterna charitate non

*Ioan.13.d neceſſe habetis ut ſcribam uobis. Ipſi nanque diuinitus docti eſtis, ut diligatis uos

15.b Ioan.2.b 4.d inuicem. Nam & facitis hoc erga cūctos fratres qui ſunt in tota Macedonia. Ob C
ſecramus autem uos fratres, ut abūdetis magis, & in hoc incumbatis, ut quieti ſitis: & agatis res proprias, & operemini proprijs manibus ueſtris, ſicuti uobis præcepimus: ut uos [c]gēratis honeſte erga extraneos, & nulla re uobis ſit opus. Cæterum, nolo uos ignorare fratres de his qui obdormierūt, ne doleatis quemadmodum & cæteri non habentes ſpem. Nam ſi credimus quod Ieſus mortuus eſt, & reſurrexit: ſic & Deus eos qui obdormierūt per Ieſum, adducet cum illo. Hoc enim

1.Cor.15.d uobis dicimus in uerbo Domini, †quod nos qui uiuemus, & reliqui erimus in aduentum domini, nequaquam præueniemus [D]eos qui dormiunt. Quoniam ipſe dominus cum hortatu & uoce archangeli, ac tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui in Chriſto reſurgent primum, deinde nos qui uiuemus, qui reliqui erimus, ſimul cū illis rapiemur in nubibus, in occurſum domini in aera, & ſic ſemper cum domino erimus. Proinde conſolemini uos mutuo ſermonibus his. D

[b] Ambr. affectione fraternitatis.

[c] Verbi interp. ambuletis.

[D] Vel, ſomno ſopitos. Auguſt. legit, eos qui ante dormierunt.

CA. V.

De incertitudine temporis noſtræ reſurrectionis agit, quo argumento ad uigilias & ſobrietatem hortatur. Deinde eccleſiæ miniſtros illis commendat. Mutuam pro ſe inuicem curam præcipit, prophetias probare docet, & credentibus bona imprecatur.

Porrò de temporibus & articulis temporum, fratres, non eſt opus ut uobis A

1.Pet.3.c Apoc.3.a ſcribam. †Ipſi enim planè ſcitis, quod dies ille domini ut fur in nocte ita uenturus ſit. Cum enim dixerint, Pax & [a]ſecuritas, tunc repentinus eis imminet interitus, ſicut dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient. At uos fratres, nō eſtis in tenebris, ut dies ille uos tanquā fur opprimat. Omnes uos filij lucis eſtis, ac filij diei: non ſumus noctis, neque tenebrarū. Proinde ne dormiamus, ſicut & cæteri: ſed uigilemus, & ſobrij ſimus. Nam qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, noctu ſunt ebrij. At nos qui ſumus diei, ſobrij ſimus, induti †thoracem B

Eſa.59.c Ephe.6.c fidei & charitatis, [b]& pro galea ſpem ſalutis. Quoniā non cōſtituit nos Deus [c]ut iram nobis concitemus, ſed ut ſalutem conſequamur, per dominum noſtrum Ie-

1.Cor.5.b ſum Chriſtum, †qui mortuus eſt pro nobis, ut ſiue uigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo uiuamus. Quapropter adhortemini uos mutuò, & ædificetis ſinguli ſingulos, ſicut & facitis. Rogamus autē uos fratres, ut agnoſcatis eos qui C laborant inter uos, & qui præſunt uobis in Domino, & admonēt uos, [D]ut habeatis illos in ſummo pretio per charitatem, propter opus illorum: pacem habete [e]cum illis. Obſecramus autem uos fratres, monete inordinatos, conſolamini puſillanimes, ſubleuate infirmos, longanimes eſtote erga omnes. †Videte ne quis malum

Pro.17.c 11.d Rom.12.d 1.Pet.3.b *Ecli 18.c Luc.18.a Col.4.a pro malo cuipiam reddat, ſed ſemper quod bonum eſt, ſectemini, tum erga uos inuicem, tum erga omnes. Semper gaudete, *indeſinenter orate, in omnibus gratias agite. Hæc enim [eſt] uoluntas Dei, per Chriſtum Ieſum erga uos. Spiritū ne D extinguatis, prophetias ne aſpernemini. Omnia [f]probate, quod bonum [fuerit,] tenete. Ab omni ſpecie mala abſtinete. Ipſe autem Deus pacis ſanctificet uos per omnia perfectos. Et integer ueſter ſpiritus, & anima, & corpus, ita ut in nullo poſ-

1.Cor.1.b ſitis culpari in aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti, ſeruetur. †Fidelis eſt qui uocauit uos, qui idem efficiet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes oſculo ſancto. Adiuro uos per dominum, ut recitetur hæc epiſtola omnibus ſanctis fratribus. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti [ſit] uobiſcum. Amen.

[a] Vel, tuta omnia. Ambr. firmitas. Eſt enim ἀσφάλεια cū res in eo ſtatu ſunt ut nihil periculi ſit metuendum.

[b] Ad uerbū, & galeam ſpem ſalutis. i. quæ eſt ſpes, &c.

[c] Verbi interpr. ad iram, ſed in acquiſitionem ſalutis.

[D] Ambr. ut illis ſummum honorē habeatis in charitate.

[e] Alij legunt, ἐν ἑαυτοῖς. i. inter uos ipſos. Et hanc lectionē ſequitur Ambr.

[f] Tertullianus legit examinate.

Ad Theſſalonicenſes prima ſcripta fuit ex Athenis.

Digitized by Google

Epistola Pauli Apostoli ad Thessalonicenses II.

CAPUT I.

Principio fidem illorum laudat, quæ in maximis periculis perstiterũt, cuius præmium uitam æternam fore pollicetur, contrà damnationem minatur impijs: describens simul gloriosum illum Christi aduentum: quibus preces adiungit, admonens quid nobis faciendum sit.

A  AVLVS & Siluanus ac Timotheus, ecclesiæ Thessalonicensium in Deo patre nostro, & domino Iesu Christo, Gratia [sit] uobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratias agere debemus Deo semper de uobis fratres, [a] ut par est, ꝙ uehemẽter augescit fides uestra, & exu-
B berat mutua uestra omnium charitas, cuiusq; in alterum, adeò, ut nosipsi de uobis gloriemur in ecclesijs Dei, de tolerantia uestra & fide, super omnibus persequutionibus uestris, & adflictionibus, quas sustinetis, [b] documentũ iusti iudicij Dei, in hoc, ut digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Siquidem iustũ est apud Deum,
C reddere his qui adfligunt uos, adflictionem, & uobis qui adfligimini relaxationem nobiscum, cum reuelabitur dominus Iesus de cœlo cum [c] angelis potentiæ suæ, cum [d] incendio flammæ, qui infligit ultionem ijs qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi, qui pœnam luent, interitum æternũ, à facie domini, & à gloria fortitudinis illius, cum uenerit ut glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in omnibus credentibus, ꝙ fides habi-
D ta sit testimonio nostro erga uos in die illo. Ad quod etiam oramus semper pro uobis, ut uos dignos habeat ista uocatione Deus noster, & compleat omne [e] bonum propositum bonitatis, & opus fidei cum potentia, ut illustretur nomen domini nostri Iesu Christi, per uos, & uos per illum, iuxta gratiam Dei nostri, & domini Iesu Christi.

[a] Vel, ut dignũ est.

[b] Vel, specimen.

[c] Id est, per quos potentiã suam exercet.

[d] Vel, incẽdio flammeo, uel flãmanti.

[e] Vel, promptam uoluntatem.

CAP. II.

Cum sæpius iam aduentus Christi meminisset, & multi essent qui illum iamiam instare putarent, monet nunc ne huiusmodi hominum erroribus seducantur, docens Christi aduentũ non affore donec reuelatus fuerit Antichristus, quem interim graphice describit, illisq; commendat perseuerantiam.

A ROgamus autem uos fratres, per aduentũ domini nostri Iesu Christi, & nostri adgregationem in illum, ne cito dimoueamini à mente, neq; turbemini, neq; per spiritũ, neq; per sermonem, neq; per epistolam, tanquam à nobis [profectam,] quasi instet dies Christi. Ne quis uos decipiat ullo modo, quoniã non adueniet dominus, nisi uenerit defectio prius, & reuelatus fuerit [a] homo ille sce-
B lerosus, filius perditus, qui est aduersarius, & effertur aduersus omnẽ qui dicitur Deus aut numen: adeò, ut ipse in templo Dei ceu Deus sedeat, ostentans seipsum esse Deum. An non meministis, ꝙ cum adhuc essem apud uos, hæc dixerim uobis? Et nũc quid detineat scitis, [nempe] ut ille reueletur in suo tempore. Nam mysteriũ nunc agit iniquitatis, [b] tantum qui tenet nunc, donec è medio tollatur:
C & tunc patefiet iniquus ille, † quem dominus conficiet spiritu oris sui, & abolebit claritate aduentus sui: cuius est aduentus secundũ operationem satanæ, cum Esa.11.a

[a] Verbi interpr. homo ille peccati, filius perditionis. Hebraismus.

[b] Id est, hoc solũmodo, quod nunc detinet, è medio tolletur, & tunc, &c.

omni-

omni potentia, & signis ac prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniustitiæ, in ijs qui pereunt, pro eo quod dilectionem ueritatis non receperunt [in hoc,] ut salui fierent. Et propterea mittet illis Deus [c]efficaciã illusionis, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed [b]approbauerunt iniustitiam. D Nos autem debemus gratias agere Deo semper de uobis, fratres dilecti à Domino, quod elegerit uos Deus ab initio in salutem per [e]sanctificationem spiritus, ac [f]fidem ueritatis: ad quod uocauit uos per euangelium nostrum, in acquisitionem gloriæ domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state, & tenete institutiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse uero dominus noster Iesus Christus, & Deus ac pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam per gratiam, cõsoletur corda uestra, & stabiliat uos in omni sermone & opere bono.

c Vel, efficacissimam illusionem.
b Vel, acquieuerunt in iniustitia: uel, quibus placuit iniustitia.
e Id est, spiritum sanctificantem.
f Vel, fidem ueram.

CAPUT III.

Monet ut pijs precibus euangelij uerbum promoueant. Deinde iterum atque iterum inculcat, ut eos in ordinem redigant qui otio & curiositate sua ecclesiam & huius ordinem turbabant.

Ephes. 6.c Col. 4.a

QVod superest, †orate fratres pro nobis, ut sermo domini currat, & glorificetur, sicut & apud uos: & ut eripiamur ab absurdis & peruersis hominibus. A Non enim omnium est fides, sed [a]fidelis est dominus, qui stabiliet uos & custodiet à malo. Confidimus autem per dominum de uobis, quod quæ præcipimus uobis, & faciatis, & facturi sitis. Porrò dominus dirigat uestra corda in dilectionem Dei, & in expectationem Christi. B Præcipimus autem uobis fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut subducatis uos ab omni fratre qui inordinate [b]se gerit, & non iuxta institutionem quam accepit à nobis. Nam ipsi scitis, quomodo oporteat imitari nos: quoniam nõ inordinate gessimus nos inter uos, neque gratis panem accepimus à quoquam, †sed cum labore & sudore, nocte dieque facientes opus, ad hoc ne cui uestrum essemus oneri. C Non quod id nobis non liceat, sed ut nosmetipsos formam exhiberemus uobis ad imitandũ nos. Etenim cum essemus apud uos, hoc præcipiebamus uobis, ut si quis nollet operari, is nec ederet. Audimus enim quosdam [c]uersantes inter uos inordinate, nihil operis facientes, sed [d]curiose agentes. Iis autem qui sunt istiusmodi, præcipimus & obsecramus per dominum nostrum Iesum Christum, ut cum quiete operãtes, suum ipsorum panem edant. D Vos autem fratres ne defatigemini in bene faciendo. †Quod si quis non obedit sermoni nostro, per epistolam hunc [e]indicate: & ne commertium habeatis cum illo, ut pudore suffundatur: neque ueluti inimicum habeatis, sed admonete ut fratrem. Ipse autem Dominus [f]pacis det uobis pacem semper omnibus modis. Dominus [sit] cum omnibus uobis. Salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola. Ita scribo: Gratia domini nostri Iesu Christi [sit] cum omnibus uobis. Amen.

Act. 20.g 1.Cor. 4.c 1.Thes. 2.b

Gal. 6.c

a Vel, fidus, uerax & constans in promissis.
b Vel, ambulat, iuxta Hebraism.
c Vel, obambulantes, id est, circumuagantes.
d Vel, supernacua & inutilia agentes.
e Vel, notate.
f Vel, pacificus.

Missa fuit ex Athenis.

Digitized by Google

Epistola Pauli Apostoli ad Timotheum I.

CAPVT I.

Absolutißimum boni pastoris exemplar hic proponitur. Cum autem precipua illius functio sit docere, quid docendum sit hoc cap. indicat, ut scilicet reiectis fabulis & quaestionibus superuacaneis ea tradat quae charitatem & fidem spectant. His enim duobus & lex & euangelium comprehenditur.



A PAVLVS apostolus Iesu Christi, iuxta delegationem Dei
seruatoris nostri, & domini Iesu Christi, qui est spes nostra,
Timotheo germano filio in fide. Gratia, misericordia, pax Act.16.a
à deo patre nostro, & domino Iesu Christo domino nostro.
Quemadmodum rogaui te ut [a]remaneres Ephesi, cum pro
ficiscerer in Macedoniam: [ita facito,] ut denũcies quibus-
dam, ne diuersam sequantur doctrinam, nec attendãt fabu
B lis & genealogijs nunquam finiendis, quae quaestiones praebent magis, q̃ aedifi-
cationem Dei quae est per fidem. Porrò finis praecepti est charitas, ex puro corde,
& conscientia bona, & fide non simulata: à quibus quod aberrauerunt quidam,
deflexerunt ad uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes quę
loquuntur, neq; de quibus adseuerant. †Scimus autem ꝙ bona [sit] lex, si quis Rom.7.c
ea legitime utatur, sciens illud, ꝙ iusto lex non sit posita, sed iniustis & [b]inobse-
quentibus, impijs & peccatoribus, irreuerentibus & prophanis, patricidis, & ma
tricidis, homicidis, scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, menda
cibus, periuris, & si quid aliud [est,] quod sanae doctrinae aduersetur, secundum
C euangelium gloriae beati Dei, quod concreditum est mihi. Et gratiã habeo, qui
me potentem reddidit, Christo Iesu domino nostro: quia fidelem me iudicauit
praeficiens [me] ministerio, qui prius eram blasphemus, & †persequutor, & uio- Act.9.a
lentus. Sed & misericordiam adeptus sum, ꝙ ignorans fecerim per incredulita- Gal.1.b
tem. Exuberauit autem supra modum gratia domini nostri, cum fide & dilectio
ne quae est per Christum Iesum. [c]Certus sermo, & dignus quem modis omni
bus amplectamur, †ꝙ Christus Iesus uenit in mundũ, ut peccatores saluos face- Matt 9.b
ret, quorũ primus sum ego. Verum ideo misericordiã adeptus sum, ut in me pri- Marc.2.c
D mo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam, ad [d]exprimendum exemplar
ijs qui credituri essent in ipso in uitam aeternam. Regi aũt saeculorum, immortali,
inuisibili, soli sapienti Deo honor, gloria in saecula saeculorũ. Amen. Hoc praece-
ptum cõmendo tibi fili Timothee, iuxta prophetias quae de te praecesserũt, ut mi
lites in eis bonam militiã, habens fidem & bonam conscientiã, qua repulsa non
nulli circa fidem naufragium fecerunt: quorũ de numero est Hymenaeus & Ale
xander, quos tradidi satanae, ut discant non maledicere.

CAP. II.

Secundum pastoris munus est precibus incũbere: docet igitur quales preces, & quo modo deo offerendae sint: ubi simul de uirorum mulierumq; habitu & officio disserit.

A ADhortor igitur, ut ante omnia fiant deprecatiões, obsecrationes, [a]intercessiones, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus in eminentia cõstitutis, ut placidam ac quietam uitam degamus, cum omni pietate & honestate. Nam hoc [b]bonum est & acceptum coram seruatore nostro Deo, qui cunctos homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire.

Vnus

[a] Potest etiã per imperatiuũ accipi, maneto. Crebro enim infinitiuis sic utũtur Graeci.

[b] ἀνυποτάκτοις qui subdi nolunt, nec ferunt imperium.

[c] πιστὸς, id est, fidelis: uel, fide dignus.

[d] ὑποτύπωσιν est, cũ res expressa subijcitur oculis.

[a] Vel, interpellationes.

[b] Vel etiam, honestum.

Vnus enim Deus [est,] unus etiam [c]mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum pretium redemptionis pro omnibus, ut esset testimoniũ temporibus suis, in quod cõstitutus sum ego præco & apostolus: (ueritatem dico in Christo, non mentior,) doctor gentium cum fide & ueritate. Volo igitur orare uiros in omni loco, sustollentes [d]puras manus, absq; ira & [e]disceptatione. Consimiliter & mulieres in amictu modesto, cum uerecundia & castitate ornare semetipsas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut uestitu sumptuoso: sed quod decet mulieres profitentes pietatem per opera bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Cæterum mulieri docere non permitto, neq; authoritatẽ usurpare in uirum, sed esse in silentio. Adam enim prior formatus est, deinde Eua: & Adam nõ fuit seductus, sed mulier seducta, [f]in transgressionẽ incidit: salua tamen fiet per generationem liberorũ, si manserint in fide ac dilectione, & sanctificatione cum castitate.

2.Tim.1.c

B c Vel, conciliator. Tertull. legis, sequester.

C d ὁσίους.i. sanctas. e Vel etiam, hæsitatione.

D

f Verbi interp. in transgressione facta est.i. decepta cœpit trãsgredi præcepta: uel, sobrietate.

CAP. III.

Cum plurimum momenti sit in ipsa episcopi uita, describit iam qualis ea esse debeat, qualis diaconus. Deinde quod nam uxorum illorum & totius familiæ officium.

In[a]dubitatus sermo. Si quis episcopi munus appetit, honestũ opus desiderat. Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum, uigilantem, sobrium, modestum, hospitalem, aptum ad docendũ: nõn uinolentum, non percussorem, non turpiter lucri cupidũ, sed æquum: alienum à pugnis, alienum ab auaritia: qui suæ domui bene præsit, qui liberos habeat [b]obedientes cum omni reuerentia. Quod si quis propriæ domui præesse non nouit, quomodo ecclesiam Dei curabit? Non nouitium, ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet autem illum & bonum habere testimonium ab extraneis, ne in probrum incidat, & laqueum calumniatoris. Ministros itidem cõpositos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpiter lucri auidos, tenentes mysteriũ fidei cum pura conscientia: atq; hi probentur prius, deinde ministrent, [sic] ut nemo possit illos criminari. Vxores similiter modestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus. Diaconi sint unius uxoris mariti, qui liberis recte præsint, & proprijs familijs. Nam qui bene ministrauerint, gradũ sibi bonum acquirunt, & [c]multam libertatem in fide quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo, sperans fore, ut ueniam ad te citò: q; si tardius uenero, ut noris quomodo oporteat te in domo Dei uersari, quæ est ecclesia Dei uiuentis, columna & basis ueritatis, & citra controuersiã magnum est pietatis mysterium: Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu: uisus est angelis, prædicatus est gentibus: fides illi habita est in mundo, receptus est in gloria.

A a πιστὸς fidelis, dignus.

b Verbi interp. in subiectione.

B

C

D c Id est, apertam & liberalem fidei & religionis uetæ cognitionem.

CAP. IIII.

Quia bonæ doctrinæ corruptã aspergit satanas, huius specimen nunc proponit, quo facilius cauere possimus. Deinde ipsam episcopi functionem diligentius prosequitur.

2.Tim.3 a
2.Pet.3.a
Iudæ 1.f

Spiritus autem certò loquitur, q; in posterioribus temporibus deficient quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis [a]dæmoniorum, per simulationem falsiloquorũ, cauterio notatam habentium propriam conscientiam, prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis, quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs qui cognouerunt ueritatem: q; quicquid creauit Deus, bonum sit, & nihil reijciendum, si cum gratiarum actione sumatur. Sanctificatur enim per sermonem Dei ac precationem. De his, si commonefeceris fratres, bonus eris minister Iesu Christi, [b]enutritus in sermonibus fidei bonæq; doctrinæ, quam usq; sequutus es. Cæterum prophanas & aniles fabulas reijce, quin potius exerce temetipsum ad pietatẽ. Nam corporalis exercitatio paululum habet utilitatis: at pietas ad omnia utilis, ut quæ promissiones habeat uitæ huius præsentis ac futuræ. [c]Indubitatus sermo, dignus q; qui omnibus modis approbetur. Nam in hoc & laboramus, & probris

2.Tim.3.b

A a δαιμονίων etiam potest adiectiuũ esse à nominatiuo δαιμόνιος, quod significat diuinũ, eum nimirum qui fingit se spiritum dei habere, cum sit impostor.

B b Potest etiam actiue accipi, enutriens illos. Est enim participium mediũ apud Græcos.

C c πιστὸς pro ἀξίωτος.

Digitized by Google

adficimur, ꝙ ſpem fixam habeamus in Deo uiuente, qui eſt ſeruator omnium hominum, maxime fideliũ. Præcipe hæc & doce. Nemo tuam iuuentutẽ deſpiciat, ſed eſto [b]forma fidelium in ſermone, in conuerſatione, in dilectione, in ſpiritu, in
D fide, in puritate. Donec uenero, attende lectioni, exhortationi, doctrinæ. Ne neglexeris quod in te eſt donũ, quod datum eſt tibi per prophetiã, cum impoſitione manuum, authoritate ſacerdotij. Hæc exerce, in his eſto, ut tuus profectus manifeſtus ſit in omnibus. Attende tibijpſi & doctrinæ, perſiſte in his. Nam id ſi feceris, teipſum ſeruabis, & eos qui te audierint.

[b] Vel, exemplo fi delibus.

CAP. V.

Varia præcepta continet, quomodo nempe cum ſenioribus agendũ ſit & iunioribus uiduis item & presbyteris. Poſtremo quædam corporis ualetudini ſeruientia admiſcet.

A Seniorẽ ne ſæuius obiurges, ſed adhortare ut patrem: iuniores ut fratres, mulieres natu grandiores ut matres, iuniores ut ſorores, cum omni [a]caſtitate. Viduas honora, quæ uere [b]uiduæ ſunt. Quod ſi quæ uidua liberos aut nepotes habet, diſcant primum propriam domũ pie tractare, & uicem repẽdere maioribus. Hoc enim eſt honeſtum & acceptum coram Deo. Porrò quæ uere uidua eſt ac deſolata, ſperat in Deo, & perſeuerat in obſecrationibus ac precationibus noctu dieꝗ. Porrò quæ in delitijs uerſatur, ea uiuens mortua eſt. Et hæc præcipe, ut irreprehẽſibiles ſint. Quod ſi qua ſuis, & maxime familiaribus, non prouidet, fidem
B abnegauit, & eſt infideli deterior. Vidua deligatur non minor annis ſexaginta, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis hominum teſtimonio comprobata: ſi liberos educauit, ſi fuit hoſpitalis, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi adflictis ſubminiſtrauit, ſi in omni opere bono fuit aſſidua. Porrò iuniores uiduas reijce, cum enim laſciuire cœperint aduerſus Chriſtum, nubere uolũt, habentes [c]condemnationem, ꝙ primam fidem reiecerint, ſimul autem & otioſæ diſcunt circumire domos. Imò non ſolum otioſæ, uerumetiam [d]garrulæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet. Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum adminiſtra-
C re, nullam occaſionem dare aduerſario, ut habeat maledicẽdi cauſſam. Iam enim nonnullæ deflexerunt, ſequutæ ſatanam. Quod ſi quis fidelis, aut ſi qua fidelis habet uiduas, ſuppeditet illis, & non oneretur eccleſia, ut ijs quæ ueræ uiduæ ſunt ſuppetat. †Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime ij qui laborant in ſermone & doctrina. Dicit enim ſcriptura: *Boui trituranti non obligabis os. †Et dignus eſt operarius mercede ſua. Aduerſus presbyterum accuſationẽ ne admiſeris, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Eos qui peccant, coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. Obteſtor in conſpe-
D ctu Dei & domini Ieſu Chriſti, & electorum angelorum, ut hæc ſerues ſine [e]præcipitatione iudicij, nihil faciens iuxta propenſionẽ animi. Manus citò ne cui imponas, neꝗ cõmunices peccatis alienis. Temetipſum purum ſerua. Ne poſthac bibas aquã, ſed uino paululo utere propter ſtomachum tuum, et crebras tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata ante manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium, quoſdam uero & ſubſequuntur. Conſimiliter & bona opera antè manifeſta ſunt, & ea quæ ſecus habent, occultari non poſſunt.

[a] Vel, puritate.
[b] Id eſt, deſtitutæ & deſolatæ ſunt. Græca enim uox eſt à χήρω, *quod ſignificat* deſtituo, orbo, &c.
[c] Græce, iudicium, iuxta Hebraiſ.
[d] Vel, nugaces.
[e] πρόκριμα, præiudicio.

Gene.47.c
Deute.25.a
1.Cor.9.a
†Mat.10.b
Luc.10.b

CAP. VI.

Seruorum officia docet. Deinde colligens omnia diligenter indicat quæ nam doctrina ſeruanda, & quæ uitanda ſit. Poſtea ceu ſacramento aſtringit Timotheum. *Et cum auaritiæ ſtudium maxime noceat, multa de hac & diuitijs admiſcet.*

A Quicũꝗ ſub iugo ſunt ſerui, ſuos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen Dei, & doctrina [a]male audiat. Qui uero fideles habent dominos, ne contemnant ꝙ fratres ſint, ſed magis inſeruiant ꝙ fideles ſint ac dilecti, qui beneficentiæ participes ſunt. Hæc doce & exhortare. Si quis diuerſam ſequitur doctrinã, & non accedit ſanis ſermonibus domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundũ pietatem eſt doctrinæ, is [b]inflatus eſt, nihil ſciens, ſed inſaniens.

[a] Vel, blaſphemijs impetatur.
[b] Vel, tumore elatus. Ambroſ. ſuperbit.

Digitized by Google

niens circa quæstiones ac disputationũ pugnas, ex quibus nascitur inuidia, con-
tentio, [c]maledicentia, suspiciones malæ, superuacaneæ cõflictationes hominum B [c] Vel, blasphemiæ
mente corruptorũ, & quibus adempta est ueritas, qui existimant quæstũ esse pieta
tem. Seiungere ab his q istiusmodi sunt. Est uero quæstus magnus, pietas cũ [d]ani [d] αὐταρκείας.
Iob 1.d Eccli 5.c mo sua sorte contento. †Nihil enim intulimus in mundum, uidelicet nec efferre
quicq̃ possumus: sed habẽtes alimẽta, & quibus tegamur, his contẽti erimus. Cæ
terũ qui uolunt ditescere, incidunt in tentationẽ & laqueũ, & cupiditates multas,
stultas ac noxias, quæ demergunt homines in exitiũ & interitum. Siquidẽ radix
omniũ malorum, est studiũ pecuniæ: quam quidã dum appetunt, aberrauerunt à
fide, & seipsos implicuerũt doloribus multis. Tu uero homo dei, ista fuge: secta- C
re aũt iustitiam, pietatem, fidem, charitatẽ, patientiam, mãsuetudinẽ: certa bonum
certamen fidei, apprehende uitam æternã, ad quam & uocatus es, & professus es
Ioan.18.g Matt. 27.b bonam professionẽ coram multis testibus. Præcipio tibi in conspectu dei, †qui ui
uificat omnia, & Iesu Christi, qui testatus est sub Pontio Pilato bonã professionẽ,
ut serues præceptũ, immaculatus, irreprehensibilis, usq; ad [e]apparitionẽ dñi nostri [e] Vel, illustrationem.
Apoc.17.d 19.c Iesu Christi, quã temporibus suis ostẽsurus est ille beatus, & solus princeps, †rex
regnantiũ, & dominus dominantiũ, qui solus habet immortalitatẽ, lucem habi-
Ioan.1.b 1.Ioan.1.c tans inaccessam, †quem uidit nemo hominũ, neq; uidere potest: cui honor & [f]im D [f] Vel, potestas.
periũ sempiternũ. Amen. His q diuites sunt in præsenti sæculo præcipe, ne [g]ela [g] Vel, altũ sapian Hoc enim significat uox Græca ὑψηλοφρονεῖν. Ambros. uertit, superbe sapere.
Luc.12.b *Ioan.1.b to sint animo, neq; †spem ponãt in diuitijs incertis, sed in deo uiuente: *qui præ
bet nobis omnia affatim ad fruendũ, ut benefaciant, ut diuites sint opibus bonis,
ut faciles sint ad impertiendũ, libenter cõmunicantes, recondentes sibijpsis funda
mentum bonum in posterũ, ut apprehendant æternã uitam. O Timothee, deposi
tum serua, deuitans prophanas uocũ inanitates, & oppositiones falsò nominatæ
scientiæ: quã nonnulli profitẽtes, circa fidẽ aberrauerunt. Gratia [sit] tecũ. Amen.

Missa fuit ex Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

Epistola Pauli Apostoli ad Timotheum II.

CAPVT I.

Testatur suam erga hunc beneuolentiam, propter fidem, in qua illum perseuerare iu bet, nec offendi persecutionum cruce, cui & se & alios subiectos esse uideat.



PAVLVS apostolus Iesu Christi, per uolũtatem Dei, secun A
dum promissionẽ uitæ, quæ est in Christo Iesu, Timotheo
dilecto filio. Gratia, misericordia, pax à Deo patre, & Chri-
sto Iesu domino nostro. Gratiam habeo Deo, cui seruio
à maioribus cum pura conscientia, q citra ullam intermis- [a] Ambros. legit, syncere.
sionem faciam de te mentionem in precationibus meis no
ctu dieq;, desiderans te uidere, memor tuarũ lachrymarũ, ut [b] Vel potius, persuasum autẽ habeo.
gaudio replear, ubi cõmonefactus fuero eius quæ est in te, [a]non simulatæ fidei, B [c] ἀναζωπυρεῖν proprie de igne dicitur, qui iam ferè conditus resuscitatur.
quæ habitauit primũ in auia tua Loide, & matre tua Eunica: [b] certum aũt scio q
in te quoq;. Quam ob caussam cõmonefacio te, ut [c]suscites donum Dei quod est
Rom.8.c in te, per impositionem manuum mearum. Non †enim dedit nobis Deus spiri- [d] August. legit, continentiæ.
tum timiditatis, sed potentiæ, & dilectionis ac [d]sobrietatis. Ne igitur te pudeat

testimonij domini nostri, neq; te pudeat mei, qui sum uinctus illius: sed esto parti
C ceps afflictionum euangelij iuxta potentiam Dei, †qui saluos fecit nos, & uoca Tit. 3. b
uit uocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum suum proposi- Ephes. 1. a
tum & gratiam, quæ data quidem est nobis per Christum Iesum ante †tempora Tit. 1. a
æterna, sed [e]palàm facta est nunc per apparitionem seruatoris nostri Iesu Christi,
qui mortem quidē aboleuit, uitam autem in lucem produxit, ac immortalitatem
per euangelium, in quod cōstitutus sum ego †præco & apostolus, ac doctor gen 2. Tim. 2. a
tium, quam ob causam & hæc patior, attamen non [f]erubesco. Noui enim cer-
tus'q; sum, ꝙ is cui credidi, potens sit depositum meum custodire in illum diem.
[g]Formam habeto sanorum sermonum, quos à me audisti cum fide & charitate
quæ est in Christo Iesu. Egregium depositum seruato per spiritum sanctum qui
D inhabitat in nobis. Nosti hoc, quod auersati fuerint me omnes qui sunt in Asia:
quorum est Phygellus & Hermogenes. Det misericordiam dominus Onesipho
ri familiæ, quoniā sæpe me refocillauit, & de cathena mea non erubuit: sed cum
esset Romæ, studiosius quæsiuit me, & inuenit: det ei dominus ut inueniat mise-
ricordiam apud dominum in die illo, & in ꝗ̄ multis Ephesi ministrauerit, melius
tu nosti.

CAP. II.

Perstans adhuc ad patientiam & cōstantiam hortatur, ne propter nonnullorum qui deficiunt, exempla & ipse in impietatem recidat, cum tamen sermo ueritatis nec uinci ri nec uinci possit. Monet item quomodo cum hostibus fidei sit agendum.

A TV igitur fili mi, fortis esto in gratia quæ est per Christū Iesum, & in his quæ
audisti à me per multos testes. Hęc cōmenda fidelibus hominibus, qui erūt
idonei, ut alios quoq; doceant. Tu igitur feras afflictiones, ut bonus miles Iesu
Christi. Nemo qui militat, implicatur [a]uitæ negotijs, ut ei qui se in militiam de-
legit, placeat. Quod si certet etiam aliquis, nō coronatur, nisi legitime certauerit.
Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Cogita quæ di-
co. Det enim tibi dominus in omnibus intellectum. Memento Iesum Christum
resurrexisse ex mortuis, ex semine Dauid, secundū euangeliū meum, in quo ma-
B lis affligor, quasi facinorosus usq; ad uincula: at sermo Dei nō fuit uinctus. Pro-
pterea omnia suffero propter electos. Vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in
Christo Iesu cum gloria æterna. [b]Certus sermo. Nam si commortui sumus, &
conuiuemus: si sufferimus, & conregnabimus: †si negamus, & ille negabit nos: Matt. 10. d
si [c]increduli sumus, ille fidelis manet, negare seipsum non potest. Hæc admone, Marc. 8. d Rom. 3. a
contestans corā domino, ne uerborum pugnas sequātur, ad nullā utilitatem, ad
subuersionem audientium. Stude teipsum probatū exhibere Deo, operarium
C non erubescendum, recte secantem sermonem ueritatis. Cæterū prophanas [d]uo
cum inanitates prætermittito: ad maiorem enim proficient impietatē: & sermo il
lorum, ut cancer [morbus,] pastionem habebit: quorum de numero est Hyme-
næus & Philetus, qui circa ueritatem aberrarunt, dicentes: Resurrectionem iam
esse factam: & subuertunt quorundā fidem. Solidum tamen fundamentum Dei
stat, habens signaculum hoc: Nouit Dominus qui sint sui. Et discedat ab iniqui-
tate omnis qui nominat nomen [e]Christi. Cæterū in magna domo nō tantum
sunt uasa aurea & argentea, uerumetiā lignea ac testacea: & alia quidē in hono-
D rem, alia uero in contumeliā. Si quis igitur expurgarit seipsum ab istis, erit uas in
honorem, sanctificatū, ac commodū usibus domini, ad omne opus bonum præ
paratū. Iuueniles aūt concupiscētias fuge: sectare uero iustitiā, fidem, charitatem,
pacem, cū his qui inuocant dominū ex puro corde. Stultas aūt & ineruditas quæ
stiones respue, sciens eas parere pugnas. Porrò seruum domini non oportet pu-
gnare, sed placidū esse erga omnes, [f]appensum ad docendū, tolerantē malos cū mā
suetudine, erudientē eos q obsistūt, si quādo det illis Deus pœnitentiā ad agnoscē
dum

[e] Vel, illustrata est nunc per illustrationem, &c.

[f] Vel, pudet me.

[g] Vel, exemplar.

[a] Vel, negotijs ad uictum pertinentibus, βίος enim non uitam modo sed & uictum significat.

[b] πιστός. Vide sup.

[c] Vel, diffidimus.

[d] Ambr. & Chrysost. legunt, καινοφωνίας. i. uoces nouas.

[e] Alij legūt, κυρίου, id est, domini.

[f] Vel, idoneum ac paratum.

Digitized by Google

dũ ueritatẽ, & resipiscant è diaboli laqueo, capti ab eo ad ipsius uoluntatẽ. III.

Describit quàm periculosa futura sint postrema tempora propter falsorum doctorum impietatẽ. Docet aũt solam scripturã sanctam cõtinere omnia, quæ ad pietatẽ pertinent.

2. Tim. 4 a 2. Pet. 3. a Iudæ. 1. f Illud aũt scito, † quod in extremis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines sui amãtes, auari, [a] fastuosi, superbi, [b] maledici, parentibus immorigeri, ingrati, impij, carentes adfectu, nescij fœderis, calũniatores, intemperãtes, immites, [c] negligentes bonorum, proditores, [d] præcipites, inflati, uoluptatũ amãtes potius quàm amãtes Dei: habentes [e] formam pietatis, sed qui uim eius abnegarint. Et istos auersare. Ex his enim sunt qui subeunt in familias, & captiuas ducũt mulierculas, peccatis [f] adobrutas: quæ ducuntur concupiscentijs uarijs, semper discentes, nec unquam ad cognitionem ueritatis uenire ualentes. Quemadmodum autem Iannes & Iambres resistebant Mosi, ita & hi resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem: sed non proficient amplius. Siquidem amentia istorum euidens erit omnibus, quemadmodum & illorum fuit. Tu uero adsectatus es doctrinam meam, institutionem, propositum, fidẽ, [g] lenitatem, charitatem, patientiam, persequutiones, adflictiones, quæ mihi acciderunt Antiochiæ, Iconij, Lystris, quas persequutiones sustinuerim. Et ex omnibus eripuit me Dominus. Sed & omnes qui uolunt pie uiuere in Christo Iesu, persequutionem patientur. Porrò mali homines, & impostores proficient in peius, [h] dum & in errorem adducunt, & errant ipsi. At tu persistito in his quæ didicisti, & quæ tibi concredita sunt: sciens à quo didiceris, & quod à puero sacras literas noueris, quæ te possunt eruditum reddere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu.
2. Pet. 1. d † Omnis scriptura diuinitus inspirata, & utilis [est] ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iustitia, ut integer sit Dei homo ad omne opus bonum [i] adparatus.

CAPVT IIII.

Multis hortatur & quasi obstringit Timotheũ ut solas scripturas omni conatu ecclesijs inculcet, suo exemplo illũ confirmans. In fine autem quædam peculiaria subiungit.

Obtestor igitur ego coram Deo & Domino Iesu Christo, qui iudicaturus est uiuos & mortuos in adparitione sua, & in regno suo. Prædica sermonẽ, insta tempestiue, intempestiue, argue, increpa, exhortare cũ omni lenitate et doctrina. Nam erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed iuxta concupiscentias suas, coaceruabunt sibi doctores, hi quibus pruriunt aures, & à ueritate quidem aures auertent, ad fabulas uero conuertentur. At tu [a] uigila in omnibus, obdura in adflictionibus, opus peragre euangelistę, ministeriũ tuum [b] ad plenum probatũ reddito. Nam ipse iam immolor, & tempus meæ [c] resolutionis instat. Certamen bonum decertaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui: quod superest, reposita est mihi iustitię corona, quam reddet mihi Dominus in illo die, qui est iustus iudex: non solũ aũt mihi, sed & omnibus qui diligũt aduentũ ipsius. Da operam ut uenias ad me citò. Nam Demas me reliquit, amplexus præsens sæculũ, et profectus est Thessalonicã, Crescens in Galatiã, Titus in Dalmatiã: Lucas mecum est solus.
Col. 4. d † Marcum adsumptũ adducito unà tecũ: est enim mihi perutilis ad ministerium. Porrò Tychicum misi Ephesum. [d] Penulam quam reliqui Troade apud Carpũ, quum uenies adporta, & libros, maxime aũt membranas. Alexãder faber ærarius multis malis me adfecit, reddat illi Dominus iuxta facta ipsius: quẽ & tu caue. Vehemẽter enim restitit sermonibus nostris. In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerũt, ne illis imputetur: sed Dominus mihi adfuit, & corroborauit me, ut per me præconiũ [e] expleretur, & audirent omnes gentes. Et ereptus fui ex ore leonis, & eripiet me Dominus ab omni facto malo, seruabitq; in regnum suum cœleste: cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Saluta Priscam & † Aquilam, & Onesiphori familiam. Erastus mansit Corinthi.
Supra 1. d

σωφρονίζωσιν, id est, ad sobrietatẽ redeãt, uel expergiscantur. Vtrunq; enim significat uox Græca.
[a] Vel, arrogantes. Ambros. insolẽtes.
[b] Blasphemi: quod plus quiddam significat.
[c] Ambros. bonorum inimici. Cyprianus, bonum non diligentes.
[d] Vel, temerarij.
[e] μόρφωσιν: q. d. formationẽ, ut illos notet qui etiã alios in pietate informare uideantur.
[f] Velut aceruo adobrutas.
[g] Vel, lõganimitatẽ.
[h] Vel, seducentes & seducti.
[i] Ambr. legit, perfectus.
[a] Vel etiam, sobrius esto.
[b] πληροφόρησον, id est, plenã fidẽ facito tuæ prædicationi.
[c] Cyprianus legisse uidetur, ἀναλήψεως. Legit enim assumptionis.
[d] Hiero. alibi, lacernam dixit.
[e] Vel potius, ad plenũ persuaderetur & certã haberet fidem.

Trophimum autem reliqui in Mileto languentem. Da operā ut uenias ante hyemem. Salutat te Eubulus & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia uobiscum. Amen.

Scripta è Roma ad Timotheum secunda, cum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.

Epistola Pauli Apostoli ad Titum.

CAPVT I.

Titum Cretensium ecclesiæ præfecerat apostolus: quē hortatur ut presbyteros ordinet. Describit autem quales esse debeant qui ecclesijs præficiantur, quo falsis doctoribus resistere possint, quos etiam in Creta non defuturos esse docet.



A PAVLVS seruus Dei, Apostolus aūt Iesu Christi, †iuxta fidem electorū Dei, et agnitionē ueritatis, quæ est secūdū pietatem in spe uitæ æternæ, quā promisit is,[a] qui mentiri nescit, Deus ante tēpora æterna. Patefecit aūt temporibus suis sermonē suū per prædicationē, quæ cōmissa est mihi secundum delegationē seruatoris nostri Dei, Tito germano filio (2. Tim. 1.)
B iuxta cōmunem fidē. Gratia, misericordia, pax à Deo patre, & Domino Iesu Christo seruatore nostro. Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut quę desunt, pergas corrigere, et cōstituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinaram: si quis est[b] inculpatus, unius uxoris uir, liberos habens fideles, nō obnoxios crimini luxus, aut qui nō sint intractabiles. † Opor-
C tet enim episcopū inculpatū esse, tanquā Dei dispensatorem: non[c] præfractū, non iracundum, non uinosum, nō percussorē, non turpiter lucro deditū: sed hospitalem, bonarū rerum studiosum, sobrium, iustū, pium, temperantē, tenacem eius qui secundum doctrinam est, indubitati sermonis, ut potens sit etiā exhortari per doctrinam sanā, & contradicentes conuincere. Sunt enim multi intractabiles & uaniloqui, mentiū́ǵ seductores: maxime hi, qui sunt[d] ex circuncisionē, quibus oportet obturare os, qui totas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lu- (2. Tim. 3.)
D cri gratia. Dixit quidā ex istis proprius ipsorum propheta: *Cretenses semper mēdaces, malę bestiæ, uētres pigri. Testimonium hoc est uerum. Quam ob caussam redarguito illos[e] seueriter, ut sani sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis, & præceptis hominum, auersantium ueritatem. Omnia quidem pura puris. Porrò † pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta est illorum & mens & conscientia. Deum profitentur [se] scire, cæterum factis negāt: quum sint abominabiles & immorigeri, & ad omne opus bonum reprobi. (Epimenides.) (Rom. 14.)

CAP. II.

Peculiaria omnis generis hominum officia describit, docens hāc esse dei uocationem, ut mundo relicto, illi soli uiuamus.

A TV uero loquere quæ decent sanam doctrinā. Senes ut sobrij sint, graues, modesti, sani fide, charitate, patiētia. Anus itidem, ut[a] in habitu sint qui religionem deceat, non calumniatrices, non uino multo seruientes: ut honesta doceant, quo possint modestas reddere adolescentulas, ut maritos suos diligant, ut liberos
B ament, ut sobriæ sint, puræ, domus custodes, bonæ, subditæ suis uiris, ne sermo Dei[b] male audiat. Adolescentes cōsimiliter adhortare, ut sobrij sint, per omnia teipsum præbens[c] formā bonorū operum in doctrina, integritatē, grauitatē, sermonem

a ἀψευδὴς non mendax, ut Hiero. legit. Amb. contrariū posuit, scilicet uerax.

b Vel, irreprehensibilis.

c Ambros. & Hiero. legunt, proteruum.

d Iuxta tropum, pro, circuncisi, id est, Iudæi.

e ἀποτόμως, id est, præcise: q. d. ad uiuum resecando.

a Ambros. in statu religione digno.

b Vel, blasphemijs impetatur.

c Vel, exemplar.

Digitized by Google

nem sanũ, [b]irreprehensibilẽ: ut is qui repugnat, rubore suffundatur, nihil habens
quod de uobis dicat mali. †Seruos hortare, ut suis dominis pareant, in oĩbus il C
lis placeant: non responsatores, non susurrantes, sed fidem omnẽ ostendentes bo
nam: ut doctrinã seruatoris nostri dei ornẽt in omnibus. [c]Illuxit enim gratia Dei,
salutifera omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegata impietate, & mũdanis
concupiscentiĳs, sobrie, iusteq́, & pie uiuamus in præsenti sæculo, expectãtes bea-
tam illã spem, & illustrationẽ gloriæ magni Dei, & seruatoris nostri Iesu Christi, D
qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purifica
ret sibiĳpsi populũ peculiarẽ, sectatorẽ bonorũ operum. Hæc loquere & hortare,
& argue cum omni iniunctione. Nemo te despiciat.

CAP. III.

*Obedire iubet magistratui. Deinde pristinam uitæ consuetudinem reuocat, ut intelli-
gant se sola dei gratia esse seruatos. Postea quid docendum sit et quomodo cum sectarum
authoribus agendum, indicat. In finem quædam ponuntur peculiaria.*

ADmoneto illos, ut principatibus ac potestatibus subditi sint, ut magistrati- A
bus pareant, ut ad omne opus bonum sint parati: ne de quopiam male di-
cant, ne sint pugnaces, sed [a]humani, omnem exhibentes, mansuetudinem erga om
nes homines. Nam eramus quondam et nos stulti, inobedientes errantes, seruien
tes desiderĳs ac uoluptatibus uarĳs, in malitia & inuidia degentes, odiosi, inuicẽ
odio prosequentes. At postquam bonitas, & erga homines amor adparuit serua-
toris nostri Dei, nõ ex operibus, quæ sunt in iustitia, quæ faciebamus nos, sed secũ B
dum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, ac [b]reno
uationis spiritus sancti, quẽ effudit in nos opulente per Iesum Christum seruato
rem nostrum, ut iustificati illius gratia, hæredes efficeremur, iuxta spem uitæ æter
næ. [c]Indubitatus sermo. De his uolo ut confirmes, quo soliciti sint, ut bonis ope C
ribus præsint qui crediderunt Deo. Hæc enim sunt honesta & utilia hominibus.
†Stultas autẽ quæstiones & genealogias, et contentiones ac pugnas legales omit
te: sunt enim inutiles et superuacaneæ. [d]Sectarum authorem †hominẽ post unam
et alteram admonitionem auersare: sciens quod euersus sit qui eiusmodi est, et pec D
cet per se damnatus. Cum autem misero Arteman ad te, aut Tychicũ, da operam
ut uenias ad me Nicopolim: nam illic decreui hybernare. Zenam legisperitum et
Apollo studiose deducito, ne quid illis desit. Discant autem & nostri bonis operi
bus præesse ad necessarios usus, ut non sint infrugiferi. Salutant te qui mecũ sunt
omnes. Saluta eos qui diligunt nos in fide. Gratia cum omnibus uobis. Amen.

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

Ephes. 6. a; Coll. 3. d; 1. Pet. 2. c

1. Tim. 1. d; 6. a; 2. Tim. 2. d

[b] Vel etiam, non contemnendum, uel qui contemni non possit.

[c] Al. Apparuit.

[a] Vel etiam, æqui.

[b] Potest etiam per accusatiuũ legi, renouationem.

[c] πιστὸς. Vide sup.

[d] αἱρετικὸν, factiosum.

Epistola Pauli Apostoli ad Philemonem.

*Epistola est generis deliberatiui. Erat enim Philemoni seruus, qui suppilatis domini
facultatibus Romam aufugerat. Sed illic à Paulo religionis Christianæ mysteria didicit.
Hortatur ergo Paulus ut eundem ad se remissum recipiat.*



PAVLVS uinctus Christi Iesu, & Timotheus frater, Phile- A
moni dilecto, & [a]cooperario nostro, & Apphiæ dilectæ, &
Archippo cõmilitoni nostro, & quæ domi tuæ est, congre-
gationi, Gratia uobis et pax à Deo patre nostro, et Domino
Iesu Christo. Gratias ago Deo meo, semper mentionẽ tui
faciens in precibus meis, cũ audiam tuã charitatẽ ac fidem,
quã habes erga Dominũ Iesum, & erga omnes sanctos, ut B

[a] Al. collegæ.

Digitized by Google

communicatio fidei tuæ efficax fiat in agnitione omnis boni, quod est in uobis erga Christū Iesum. [b]Gaudium enim habemus multum, & consolationē in dilectione tua, quod uiscera sanctorū refocillata sunt per te frater. Quapropter quāuis multam in Christo[c] fiduciam habeam iniungēdi tibi, id quod officij tui erat: tamen propter charitatē potius rogo, cum talis sim, nempe Paulus senex, nūc autē
C etiam uinctus Iesu Christi. Rogo te pro filio meo, quem genui in uinculis meis, Onesimo, quondam tibi inutili, nunc uero tibi, & mihi perutili, quem remisi. Tu autem eum, hoc est, uiscera mea suscipe, quem ego cupiebam apud me retinere, ut pro te ministraret mihi in uinculis Euangelij. Sed absq; tua sententia nihil nolui facere, ne uelut ex necessitate bonum tuum esset, sed spontaneum. Nam propterea forsitan secessit ad tempus, ut æternum eum reciperes, non iam ut seruum, sed [D] supra seruum, [nempe] fratrem dilectum, maxime mihi: quanto autem magis
D tibi, & in carne, & in Domino? Si igitur me habes consortem, suscipe illum tanquam me. Quod si quid læsit te, aut debet, hoc mihi imputato, (ego Paulus scripsi mea manu) ego dependam: ut ne dicam tibi, quod etiam teipsum mihi insuper debes. Etiam frater, ego te fruar in Domino. Refocilla mea uiscera in Domino. Confisus de obedientia tua scripsi tibi, sciens quod etiam ultra quàm dico, facturus sis. Simul autem etiam præpara mihi hospitium. Spero enim, quod auxilio precum uestrarum donabor uobis. Salutant te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu: Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia Domini nostri Iesu Christi [sit] cum spiritu uestro. Amen.

[b] Græce χάριν, id est, gratiā. Sed sæpe inuenitur hæc uox pro gaudio posita.
[c] Vel, libertatem.
[D] Quidam legisse uidentur ὑπὲρ δοῦλ, exponunt enim, pro seruo fratrē dilectū.

Missa fuit è Roma per Onesimum seruum.

Epistola Pauli Apostoli ad Hebræos.

CAPVT I.

Prior epistolæ pars hoc syllogismo continetur, Nemo unquam impune contempsit uerbum dei per angelos nunciatum: Christus angelis maior est & ipse dei filius: ergo nec huius uerbum impune contemnet aliquis. Et minorem quidem propositionem hoc cap. multis probat testimonijs.

A

EVS olim multifariam multisq; modis loquutus patribus per prophetas, extremis diebus hisce loquutus est nobis per filium, quem constituit hæredem omnium: per quem etiam sæcula fecit, † qui cum sit [a] splendor gloriæ, Sap.7.d
& expressa imago substantiæ illius, moderetur͛q; omnia uerbo potentiæ suæ, per semetipsum purgatione facta
B peccatorum nostrorum, consedit ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto præstantior factus angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est nomen. Nam cui dixit unquam angelorum: † Filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rursum: * Ego ero ei [b] pater, & ille erit mihi filius. Rursum autem cum inducit primogenitum in orbem terra- Psal.2.a *2.Re.7.c
C rum, dicit: † Et adorent eum omnes angeli Dei. Et [c] de angelis quidē dicit: * Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignis flammam. Ad filium autem: † Tronus tuus Deus in sæculum sæculi, uirga rectitudinis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exul- Psal.96.a *Psal.104.a †Psa.44.b

[a] ἀπαύγασμα est, quod ex alio resplendet.
[b] Ad uerbum, in patrem, & ille erit mihi in filium. Hebr.
[c] Videtur omnino hic apud Græcos esse præpositionū enallage, ut πρὸς legatur pro περὶ. Hæc enim de angelis & non ad angelos dicta esse ipsa uerba testantur.

Digitized by Google

Psal.108.d exultationis, ultra consortes tuos. †Et tu in initio Domine terræ fundamēta fecisti, & opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes ut uestimentum ueterascent, ac uelut amictū circumuolues eos, & mutabuntur, tu autem idem es, & anni tui nō deficient. D Ad quem autem angelorum dixit
Psal.109.a unquam: †Sede à dextris meis, donec posuero inimicos tuos scabellū pedum tuo-
1.Cor.15.d rum? Nonne omnes sunt administratorij spiritus, qui in ministerium emittuntur propter eos, qui hæredes erunt salutis?

CAP. II.

Absoluit argumentationem cap. 1. cœptam, ostendens denuo Christum esse maiorem angelis. Hinc autem eo digreditur ut ostendat eundem etiam esse uerum hominem: ubi simul causas humanæ in Christo naturæ demonstrat.

PRopterea oportet nos [a]diligentius attēdere ijs, quæ dicta sunt nobis, ne quando perfluamus. A Etenim si is, qui p angelos dictus fuerat sermo, fuit [b] firmus, & omnis transgressio & inobedientia iustā præmij repensationem accepit, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cum primum enarrari cœperit per ipsum Dominum, [c] ab his qui audierāt, in nos confirmata fuit, attestante Deo, & signis & prodigijs simul, uarijsq́ uirtutibus, & spiritus sancti donis secūdum ipsius uoluntatem distributis. Non enim angelis subiecit orbem B terræ futurum, [d] de quo loquimur. Testatus est autem alicubi quidam, dicens:
Psal.8.c †Quid est homo quod memor es eius? aut filius hominis quod inuisis illū? [e] Fecisti eū paulisper inferiorē angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti
1.Cor.15.d eum super opera manuū tuarum. Omnia subiecisti pedibus eius. †In hoc enim,
Matt.28.d quod ei subiecit omnia, nihil omisit illi non subiectum. Nunc autē nondum uidemus illi omnia esse subiecta. Eū uero qui paulisper diminutus fuerat infra an-
Phil.2.b gelos, cernimus Iesum, †propter [f] passionē mortis, gloria & honore coronatum, C ut per gratiā Dei pro [g] omni gustaret mortē. Decebat enim eum, propter quem sunt omnia, & per quem sunt omnia, ut multis filijs in gloriam adductis, principem salutis illorum per adflictiones perfectum redderet: quandoquidem & qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno sunt omnes. Quam ob caussam non
Psal.21.c erubescit fratres illos uocare, dicens: † Annunciabo nomen tuum fratribus meis,
Psal.17.a in medio ecclesiæ [h]celebrabo te. Et rursum: *Ego ero fidens in illo. Et iterum: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit Deus. D Posteaquam igitur pueri cōmercium ha-
Esa.8.d bēt cum carne & sanguine, †& ipse similiter particeps factus est eorundē, *ut per
*Osee13.d mortem aboleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolū: & liberos
1.Cor.15.g redderet eos, quicunq́ metu mortis per omnē uitā obnoxij erant seruituti. Non enim uidelicet angelos assumit, sed semen Abrahæ assumit. Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi, ut misericors esset & fidelis pontifex: in his [i] quæ apud Deum forent agēda, ad expiandum peccata populi. [k] Nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & ijs qui tentantur auxiliari.

CAP. III.

Redit ad exhortationem ut Christum recipiant, cum is Mose maior dominus sit omnium. Deinde maiorum exemplo miserabili docet, quantum supplicium laturi sint si Christum dei filium contemnant.

VNde fratres sancti, uocationis cœlestis participes, considerate legatū & pon- A tificem [a]confessionis nostræ Christum Iesum, quod fidelis sit ei qui ipsum
Num.12.a [b]constituit, quemadmodum & † Moses in tota domo ipsius. Tanto namq́ maiore gloria, quàm Moses, hic dignus est habitus, quanto maiorem honorem habet is, qui construxit domum, quàm ipsa domus. Omnis enim domus cōstruitur ab aliquo. Porrò qui condidit omnia, Deus [est.] Et Moses quidem fidelis [fuit] in tota domo illius, ueluti minister in testimonium illorum, quæ post dicenda erāt. At Christus tanquā filius administrauit domū ipsius, cuius domus sumus nos, B si fiduciam & gloriationem spei, ad finem usq́ firmam tenuerimus. Quapro-

a Ad uerbū, abundātius. Al. uehemētius.
b Vel, ratus.
c Vnò hic ordinis est, idem quod post significans.
d Enallage est tēporis, præsens enim loco futuri ponitur. Est enim sensus, de quo in sequenti testimonio loquemur.
e Ad uerbum, Minuisti eum breue quiddam præ angelis.
f Vel, cruciatum.
g Vel, quouis.
h Vel potius, decantabo.
i Vel, quæ ad deum pertinent.
k Vel, Nā in hoc q̄d contigit illi tentatio, potest tētatis quoq́ ferre suppetias.
a Vel etiā, professionis.
b Vel, fecit.

Digitized by Google

pter sicut dicit ille spiritus sanctus: †Hodie si uocem eius audieritis, ne obduretis Psal. 94
corda uestra, sicut in exacerbatione, in die tentationis in deserto, ubi tentauerunt
me patres uestri, probauerunt me, et uiderũt opera mea quadraginta annis. Qua
C propter [c] infensus eram generationi illi, & dicebam: Semper errant corde, ipsi ue
ro non cognouerunt uias meas, sicut iuraui [d] in ira mea, si [e] ingressuri sunt in re
quiem meam. Videte fratres, ne quando sit in ullo uestrûm cor prauum, obno
xium incredulitati, ut desciscat à Deo uiuente: sed exhortemini uos inuicem quo
tidie, quoad adpellatur dies hodiernus, ne quis ex uobis induretur [f] seductione
peccati. Participes enim facti sumus Christi, si sanè initium substantiæ, usq; ad fi
D nem firmum tenuerimus. In hoc dicitur: Hodie si uocem eius audieritis, ne obdu
retis corda uestra, sicut in exacerbatione. Nam qui dam cum audissent, exacerba
uerunt: at non omnes qui profecti fuerant ex Aegypto per Mosen. Quibus au
tem infensus fuit quadraginta annis? Nónne ijs qui peccauerant? quorum mem
bra conciderunt in deserto? Quibus † autem iurauit, non ingressuros in requiem Num. 14
suam, nisi ijs qui non obedierant? [g] Et uidemus quod non potuerint ingredi, pro
pter incredulitatem.

[c] *πεοσοχθεῖν* *signifi*cat tędiũ et molestiã capere ex re aliqua. Vnde Hier. legit, displicuit mihi generatio illa.
[d] Vel, iratus.
[e] Iurãdi formula Hebræis usitata, pro eo quod dicimus, Iuraui non ingressuros esse, &c.
[f] Heb. id est, fallaci et seducenti peccato.

[g] *xij uidetur hic nota insertis p ergo.*

CAPVT IIII.

Immoratur adhuc priori exemplo, ostendens quæ sit illa requies à qua maiores ipsorum per incredulitatem exciderint, adhortans simul, ut uera fide eandem pœnam effugiant. Ad quod in fine hortatur argumentis ex ipsa dei & uerbi natura ductis. Hinc aditum parat ad sequentia.

A METuamus igitur, ne quãdo derelicta promissione introeundi in requiẽ eius,
uideatur aliquis ex uobis fuisse frustratus. [a] Etenim sumus euãgelio dona
ti, quemadmodum & illi. At non profuit illis audisse sermonem, quod is non es
set cum fide [b] coniunctus ijs, qui audierant. Introimus enim in requiẽ, nos qui cre
didimus, quemadmodũ dixit: † Sicut iuraui in ira mea, si ingressuri sint in requiẽ Psal. 94
meã, [c] & sanè operibus à iactis fundamentis mundi perfectis. Dixit enim quodã
in loco de septimo [die] sic: † Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operi Gen. 2
B bus suis. Et in hoc rursum: †Si introibunt in requiem meam. Postquã igitur [il Psal. 94
lud] reliquum est, aliquos introire in eam, & hi quibus prius annunciatũ fuit, nõ
introiuerunt propter incredulitatẽ, rursum quendam præfinit diem hodie, in Da
uid dicens, post tantum temporis, quemadmodum dictum est: Hodie si uocem
eius audieritis, ne obduretis corda uestra. Nam si eis Iosue requiẽ præstitisset, ne
quaquã de alio posthac die loquutus fuisset. Itaq; relinquitur sabbatismus popu
C lo Dei. Nam qui ingressus est in requiẽ illius, & ipse requieuit ab operibus suis,
quemadmodum à suis Deus. Studeamus igitur ingredi in illam requiem, ne
quis eodem concidat incredulitatis exemplo. Viuus enim [est] sermo Dei & effi
cax, & penetrantior quouis † gladio [d] ancipiti, ac pertingens usq; ad diuisionẽ ani Esa. 9
mę simul ac spiritus, compagumq; & medullarum, & discretor cogitationum &
D intentionũ cordis: † nec est ulla creatura, quæ nõ manifesta sit in conspectu illius. Eccli 15 Psal. 33
Sed omnia nuda, & resupinata oculis eius, ad quẽ nobis est sermo. Habentes igi
tur pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, Iesum filiũ Dei, teneamus profes
sionem. Non enim habemus pontificẽ, qui non possit [e] condolere infirmitatibus
nostris, sed tentatum per omnia, iuxta similitudinẽ, absq; peccato. Accedamus igi
tur cum fiducia ad thronũ gratię, ut consequamur misericordiam: & gratiam in
ueniamus ad opportunum auxilium.

[a] Alij legũt, Etenim nobis annunciatum est, quemadmodum & illis.
[b] *Alij legunt, συγκεκραμένους, id est, ad*mixtis. Quin & quidã Latinorum ita legũt. In uetustissimo enim bibliothecę Tigurinę codice locus hic sic legitur, Sed non profuit illis sermo auditus, non admixtis fidei ex his quæ audiuerunt.
[c] Oratio est ecliptica, significans, Nos qui credimus requiẽ ingredimur, & sanè in eã in quã ipse deus post mũdi creationẽ ingressus est, cuius typus erat terra Chanaan.
[d] Vel, utrinq; incidente.
[e] Vel, affici sensu infirmitatũ nostrarum.

CAPVT V.

Probat iam Christum uerum deum & hominem, uerum etiam esse sacerdotem à deo institutum secundum ordinem Melchisedec, qui pro nobis sacrificans perfectio nostra factus sit. Deinde in illorum socordiam digreditur.

A NAm omnis pontifex, qui ex hominibus adsumitur, pro hominibus cõstitui
tur, in his quæ erga Deum aguntur, ut offerat donaria, & uictimas pro pec
catis,

Digitized by Google

catis,[a] qui moderate ferre possit ignorantes et errantes: quandoquidem & ipse cir-
cundatus est infirmitate. Et propter hanc debet, quemadmodum pro populo, ita
& pro seipso immolare pro peccatis. Et nemo sibijpsi usurpat honorē, sed qui uo-
catur etiam à Deo, quemadmodum & Aaron. Ita & Christus nō semetipsum glo- B
Psal. 2. b rificauit, ut fieret pontifex, sed is qui dixerat illi: †Filius meus es tu, ego hodie ge-
Psal. 109. b nui te. Sicut & alibi dicit: *Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Mel-
chisedec. Qui in diebus carnis suæ, cum & precationes & supplicationes apud
illū, qui poterat ipsum à morte seruare, cū clamore ualido & lachrymis obtulisset, C
& exauditus esset pro [b] reuerentia, tametsi filius esset, didicit ex his quæ passus est,
obedientiā, [c] ac perfectus redditus est, omnibus qui sibi obedierunt, caussa salutis
æternæ, cognominatus à Deo pontifex secundū ordinē Melchisedec: de quo no-
bis multa forēt dicenda, eaq; difficilia explicatu, quandoquidem segnes facti estis
auribus. Etenim cum debeatis pro temporis ratione doctores esse, rursum opus D
habetis, ut doceamus uos, quę sint elementa initij eloquiorum Dei, factiq; estis ij,
quibus lacte sit opus: et non solido cibo. Nam quisquis lactis est particeps, is [d] ru-
dis est sermonis iustitiæ: infans enim est. Porrò perfectorū est solidus cibus, [nem-
pe] horum, qui propter [e] assuetudinem sensus habent exercitatos, ad discretionem
boni pariter & mali.

CAPVT VI.

Perstat adhuc in digreßione horum segnitiem et tarditatem increpans, pœnam simul minitans nisi in ueritate cognita pergant. Verbum dei enim in hoc prædicari, ut fructum ferat, cum ipsum certum sit & iuramento dei firmatum.

Quapropter omisso [a] qui in Christo rudes inchoat sermone, ad perfectio- A
nem feramur, non rursum fundamentum iacientes pœnitentiæ ab ope-
ribus [b] mortuis, & fidei in Deum, baptismatum, doctrinæ, ac manuum
impositionis, & resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Atq; id faciemus, si
Matt. 12. d quidē permiserit Deus. Nam fieri †non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gu-
2. Pet. 2. d stauerintq; donum cœleste, et participes facti fuerint spiritus sancti, gustauerintq;
bonum Dei uerbum, ac uirtutes futuri sæculi, si excidant, denuo renouentur per B
pœnitentiam ab integro crucifigentes sibimetipsis filium Dei, et [c] infamantes. Si-
quidem terra, quæ imbrem sæpius in se uenientem combiberit, & progenuerit
herbam accommodam eis, quorum opera & colitur, recipit benedictionē à Deo.
At quæ produxerit spinas et tribulos, reproba est, & maledictioni confinis, cuius
exitus [huc tendit,] ut exuratur. Cęterum persuasimus nobis de uobis dilecti, quę
sint meliora, & [d] cum salute coniuncta, quamuis sic loquamur. Non enim iniu-
stus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri, & [e] laboris ex charitate [suscepti,] quam
exhibuistis erga nomen illius, qui ministrauistis sanctis, & ministratis. Cupimus C
autem, ut unusquisq; uestrūm idem pręstet studium, ad plenam spei certitudinem,
usq; ad perfectionem, ne sitis [f] imbecilles, sed imitatores eorum, qui per fidem ac
[g] patientiam hæreditatem accipiunt promissionum. Deus enim pollicitus Abra-
hæ, cum non posset per quenquam maiorem iurare, iurauit per seipsum, dicens:
Gen. 22. c [h] †Nisi benedicēs benedixero tibi, et multiplicans multiplicauero te. Atq; ita cum
æquanimiter expectasset, consecutus est promissum. Nam homines quidē per
eum iurant, qui sit maior, atq; ijsdem omnis controuersiæ finis [i] ad confirmatio-
nem, est iusiurādum. Qua in re Deus cum eximie uellet hæredibus promissionis D
ostendere firmitatem consilij sui, interposuit iusiurandum, uti per duas res immu-
tabiles, in quibus [f] fieri non posset, ut mentiretur Deus, ualidam consolationem
haberemus, qui huc cōfugimus, ut potiamur proposita spe, quam uelut ancoram
tenemus animæ, tum tutam, tum firmam, & introeuntem usq; ad ea quæ sunt in-
tra uelum, ubi præcursor pro nobis ingressus est Iesus, iuxta ordinem Melchise-
dec, pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

a Vel, qui p[illegible] lis esse po[illegible] σ[illegible] en [illegible] derandis a[illegible] dicitur.

b Vel etiam, p[illegible] Quod non [illegible] quadrat, cum [illegible] tre loquatur [illegible]
c Alij, perfe[illegible] ctus est, &c.

d Vel, inexpe[illegible]

e Vel, habitu[illegible]

a Ad uerbū, [illegible] Christi sermo[illegible] est, initiali[illegible] stianarum ser[illegible]
b Metonymia, [illegible] quod est, qu[illegible] gignunt. Su[illegible] enim peccat[illegible]

c Vel, ludibrio [illegible] nentes.

d August. sal[illegible] rentia.
e Laboris di[illegible] nis, Hebr.

f Vel potius [illegible]
g Vel potius [illegible] nimitatem.

h Vel, reuera be[illegible] cēs benedica[illegible] &c.
i Vel, si acced[illegible] rie iurandi con[illegible] tio.

f Vel, impossibile [illegible] rat deum menti[illegible]

Digitized by Google

Redit eo unde digressus erat, & exponit primo quis nam ille Melchisedec fuerit, iuxta cuius ordinem in sacerdotium constitutus sit Christus. Deinde docet Christũ uerum esse sacerdotem & æternum Leuitis multo excellentiorem.

A HIc enim †Melchisedec, rex Salem [erat,] sacerdos Dei altissimi, qui occurrit Abrahæ reuertenti à cæde regum, & benedixit illi, cui & decimas ex omnibus impertitus est Abraham: qui primum quidem ex interpretatione dicitur rex iustitiæ, deinde uero etiã rex Salem, quod est rex pacis, [a]ignoti patris, ignotę matris, [b]ignoti generis, nec initium dierum, neq; uitæ finem habens, sed adsimilatus filio Dei, manet sacerdos in perpetuum: Considerate uero, quantus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abraham patriarcha de [c]spolijs. Atq; ij quidem, qui [quod sint] de numero filiorũ †Leui, sacerdotij functionem sumunt: pręceptum habent ut decimas accipiant à populo iuxta legẽ, hoc est, à fratribus suis, licet egressi ex B lumbis Abrahæ. At is cuius genus nõ recensetur ex illis, decimas accepit ab Abraham, & habenti promissiones benedixit. [d] Porrò nemo negat, quin id quod minus est, ab eo quod maius est, benedictionem accipiat. Atq; hic quidem homines, qui moriuntur, decimas accipiunt. Illic autem is, de quo testatum est, quod uiuat: & ut ita dicam, in Abraham etiam [ipse] Leui, qui decimas accipit, decimatus est. Nam is adhuc in lumbis patris erat, cum occurreret Abrahæ Melchisedec. Proinde si consummatio per Leuiticũ sacerdotium erat, siquidẽ per hoc populus legem acceperat, quid præterea fuit opus, alium exoriri sacerdotẽ, qui secundum ordinem Melchisedec, & non secundum ordinem Aaron, [diceretur?] Quandoquidem translato sacerdotio, necesse est, ut legis quoq; translatio fiat. Nam is, C de quo dicũtur hæc, ad aliã tribum pertinet, de qua nullus altari adstitit. Palàm est enim, quod è tribu Iuda exortus sit Dominus noster, de qua tribu, quod sacerdotium spectat, Moses nihil locutus est. Idq; magis etiam liquet, siquidem ad similitudinem Melchisedec exoritur sacerdos alius, qui non iuxta legem mandati carnalis factus sit, sed iuxta potentiam uitæ indissolubilis. Testificatur enim ad hũc modum: †Tu sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedec. Abrogatur enim præceptum quod præcessit propter imbecillitatem & inutilitatem. Nam nihil ad perfectionem adduxit lex, uerum erat introductio ad spem potiorem, per quam adpropinquamus Deo, atq; hoc [e] potiorem, quod nõ absque iureiurando res acta sit. Nam illi quidem citra iusiurãdum sacerdotes facti sunt: hic uero cum D iureiurando, per eum qui dicit ad illum: Iurauit Dominus, & nõ pœnitebit eum, tu [es] sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. Tanto potioris testamenti sponsor factus est Iesus, & illi quidem plures facti sunt sacerdotes, propterea quod per mortem non sinerẽtur permanere. At hic quod idem maneat in æternum, [f]perpetuum habet sacerdotium: unde & saluos facere ad plenũ potest, qui per ipsum adeunt Deum, semper uiuens, ad hoc ut interpellet pro illis. Talis enim decebat [ut esset] nobis pontifex, sanctus, [g] innocẽs, impollutus, segregatus à peccatoribus, & sublimior cœlis factus, cui nõ sit quotidie necesse, quemadmodum illis pontificibus, prius pro proprijs peccatis uictimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel, cum semetipsum obtulit. Siquidẽ lex homines constituit pontifices, habentes infirmitatem. Porrò sermo iurisiurandi, quod [h]post legem fuit, filium [constituit] in æternum consummatum.

Gen. 14. Deut. 18. Iosu. 14. Psal. 109. Leuit. 16.

[a] Ad uerbum, sine patre, &c.
[b] ἀγενεαλόγητος, id est, cuius generis origo non possit explicari.
[c] ἀκροθινία propriè frugũ primitias significant. Sed hoc loco spolia intelligi ipsa docet historia.
[d] Verbi interpretatione, Sed citra omnẽ controuersiam, id quod &c.
[e] Verbi interpretatione, quatenus non citra iusiurandum.
[f] ἀπαράβατον dicitur, quod successiõe nõ transit ad alium.
[g] Vel expers doli. Sic enim exponit Chrysost.
[h] Alij, supra legem.

CAP. VIII.

Colligit nunc quæ hactenus disputauit fusius, ostendens Christum esse sacerdotem, deinde sacerdotem esse unicum, cuius sacerdotium semper duraturum sit, cum Aaronicum illud iam sit sublatum, quod multis argumentis probat & testimonijs.

A SVmmarium autem eorum quæ dicũtur hoc est. Talem habemus pontificem, qui cõsedit ad dexteram throni maiestatis in cœlis, sanctorum administrator ac ueri tabernaculi, quod fixit Dominus, & nõ homo. Omnis enim pontifex ad

offerendum

Digitized by Google

offerendū donaria & uictimas constituitur, unde necesse est, ut hic etiam habeat
aliquid quod offerat. Nam si esset in terra, ne sacerdos quidē esset, cum sint sacer
dotes, qui offerunt iuxta legem donaria, quæ quidē exemplari & umbræ deser- B
uiunt cœlestium, quemadmodum oraculo responsum est Mosi, cū esset absolu-
Exod.25.d turus tabernaculum. †Nā uide, inquit, ut facias omnia secundū[a] exemplar, quod
Acto.7.f ostensum est tibi in monte: nunc uero hoc [b] excellentius sortitus est ministerium,
quo præstantioris est Testamenti intercessor, quod in præstantioribus promis-
sis sancitum est. Etenim si prius illud tale fuisset, ut nihil in eo posset reprehen-
di, haudquaquā fuisset secundò quæsitus locus. Nam [c] reprehendens eos, loqui C
Hier.31.e tur illis: †Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & consummabo super domū Israel,
& super domum Iuda, Testamentum nouum, non iuxta Testamentū quod feci
patribus illorum in die, cum adprehenderem manum illorū, ut educerem eos è
Acto.7.c terra Aegypti: †quoniam ipsi non perstiterunt in Testamento meo, & ego negle
ctui eos habui, dicit Dominus. Nam hoc est Testamentum, quod disponam do- D
mui Israel post dies illos, dicit dominus: dans leges meas in mentem illorum, &
in corde illorum inscribam illas, & ero illis [d] Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et
non docebunt quisq; proximum suum, & unusquisq; fratrem suum, dicētes: Co-
gnosce Dominum, quoniam omnes cogniturì sunt me [e] ab eo qui pusillus fuerit
inter eos, usq; ad eum qui magnus est inter illos, quoniā placatus ero super iniu-
stitijs illorum, & peccatis eorum: et iniquitatū illorum non recordabor amplius.
Per hoc quod dicit nouum, antiquauit prius. Porrò quod antiquatur & senescit,
in propinquo est ut euanescat.

a Vel formam.
b Nonnulli Græcorum legunt, διαφορώτερον, aduerbialiter nimirum.
c Vel, incusans.
d Ad uerbum, in deū & in populū. Hebr.
e Vel, à minimo illorum usq; ad maximum illorum.

CAPVT IX.

Disputat nunc de ipso Christi sacrificio, probans hunc unicam pro totius mundi pec catis hostiam esse. Sacrificia autem Aaronica, quæ Christi typus fuerunt, iam omnino abolita esse, cum Christi sacrificium perfectum sit & reiteratione non habeat opus.

IGitur habebat quidē etiam prius illud, iustificationes, [a] cultus, ac sanctum mun A
Exo. 26. a danum. †Siquidem tabernaculum factum fuit primum, in quo [erāt] & [b] cande
36.a labrum, & mensa & propositio panum, quod dicitur, sancta. Post secundum au-
tem uelum [erat] tabernaculum, quod uocatur sanctum sanctorū, aureum habēs
3. Reg.8.b [c] thuribulum, & †arcam testamenti, undiq; circuntectam auro, in qua urna aurea
Exod.25.b habens manna, & uirga Aaron, quæ germinauerat, & tabulæ Testamenti. Super
hanc autem Cherubim gloriæ, obumbrantia propitiatorium: de quibus non est
nunc dicendum singulatim. His autem ad hunc ordinatis modū, in prius qui- B
dem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes, qui sacrorū ritus peragant:
Exo.30.b †in secundum autem semel quotannis solus pontifex non sine sanguine, quē of
Leuit.16.a fert pro seipso, & pro populi ignorantijs, illud significante spiritu sancto, nondū
manifestatam esse sanctorum uiam, adhuc priore tabernaculo consistente, quæ
[erat] similitudo pro tempore tum præsente, quo dona sacrificiaq; offerūtur, quæ
non possunt iuxta conscientiam perfectum reddere cultorem, in cibis duntaxat C
& potionibus, & diuersis ablutionibus ac iustificationibus carnis, usq; ad tēpus
correctionis [d] imposita. At Christus accedens pontifex futurorum bonorum,
per maius & perfectius tabernaculum, non manufactum, hoc est, nō huius stru-
Leuit.16.e cturæ, neq; per sanguinē hircorum ac uitulorū, * sed per proprium sanguinē in-
2 Ioan.1.b gressus est semel in sancta, æterna redemptione reperta. Nam si sanguis taurorū D
1.Pet.1.d & hircorū, & cinis iuuencæ, aspergens inquinatos, sanctificat ad carnis purifica-
Apoc.1.b tionem, quanto magis sanguis Christi [e] qui per spiritum æternū seipsum obtulit
[e] immaculatū Deo, purgabit conscientiam uestram à [f] mortuis operibus, ad ser-
uiendum Deo uiuēti? Et ob id noui Testamenti [g] mediator est, ut morte interce-
dente, ad redemptionem earum præuaricationum, quæ fuerāt sub priori Testa-
mento, ij qui uocati sunt, promissionē accipiant æternæ hæreditatis. Siquidē ubi

a Vel, cultus.
b Vel, lucerna.
c θυμιατήριον, locum & aram suffitus significat in qua suffit.
d Vel, correctionis iniuncta.
e Vel, inculpatum, reprehensibilem.
f Metonymia, ijs quæ mortem gignunt.
g Vel, conciliator, intercessor.

Digitized by Google

B Testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris. Nam † Testamentum Rom.5.b
in mortuis ratum est, quandoquidem nondum ualet cum uiuit testator. Vnde ne 1.Pet.3.c
prius quidem illud absq; sanguine dedicatū fuit. Cum enim Moses omne præce Gal.3.b
ptum iuxta legem exposuisset omni populo, sumpto sanguine uitulorum & hir
corum, cum aqua & lana coccina & hyssopo, simul & ipsum librum, & totum
populum asperfit, dicens: † Hic est sanguis testamenti, quod mandauit uobis Exod.24.c
F Deus. Insuper autem & tabernaculum, & omnia uasa ministerij, sanguine con-
similiter aspergebat. Et omnia ferè secundum legem sanguine purificantur, &
absq; sanguinis effusione non fit remissio. Itaq; necesse est, ut [h] exemplaria qui-
dem eorum quæ sunt in cœlis, hisce rebus purificentur. Cæterum ipsa cœlestia
potioribus quàm hæ sint, uictimis [mundentur.] Non enim in manufacta
Sancta ingressus est Christus, [i] exemplaria uerorum, sed in ipsum cœlum, ut ap-
G pareat nunc in conspectu Dei pro nobis, non ut sæpius offerat semetipsum,
quemadmodū pontifex ingreditur in sancta singulis annis per sanguinem alie-
num. Alioqui oportuisset illum sæpius passum fuisse à condito mundo. Nunc
autem semel sub consummationem sæculorum, ad [k] profligationem peccati, per
immolationem suiipsius adparuit. Et quatenus illud manet homines, ut semel
moriantur, post hoc autem iudicium: ita & Christus semel oblatus, † ut multo- Rom.5.b
rum peccata tolleret, secundariò absq; peccato conspicietur ijs, qui illum expe- 1.Pet.3.c
ctant in salutem.

[h] Al. leg. exemplar ipsum cœleste.

[i] ἀντίτυπα, id est, deformationes, quæ iuxta cœlestis illius tabernaculi formam erant constituta aut expressa.

[k] Vel, ab rogationē.

CAPVT X.

Pergit adhuc probare Christum unicum & perfectum esse pro peccatis sacrificium, simul etiam ueterum sacrificiorum usum ostendens. Hinc autem nouam partem aggreditur, admonens ut uiam à Christo apertam uera fide ingrediantur concordes: contumaciores quidem supplicij minis, meliores autem præmij spe attrahit.

A NAm lex† umbram obtinens futurorum bonorum, non ipsam imaginē re- Col.2.c
rum, his hostijs, quas singulis annis easdem continenter offerūt, nunquam
potest accedentes perfectos reddere. Alioqui nónne desijssent offerri? Propterea
quod nullam iam habuissent conscientiam peccatorū qui sacrificassent, ac semel
purgati essent. Atqui in istis commemoratio fit peccatorum quotannis. † [a] Non Leuit.16.c
enim potest sanguis taurorum et hircorum auferre peccata. Quapropter cum in-
gressurus est mundum, dicit: † Sacrificium & oblationem noluisti: corpus autem Psal.39.b
B aptasti mihi, holocautomata & pro peccato non comprobasti. Tunc dixi: Ecce Psal.40.
adsum, in capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus uoluntatem tuam. Supe
rius cum dicit: Sacrificium & oblationem & holocautomata, & pro peccato no
luisti, neq; comprobasti, quę iuxta legem offeruntur, tunc dixit: Ecce adsum, ut fa
ciam Deus uoluntatem tuā: tollit prius, ut posterius statuat: per quam uoluntatē
C sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel peractā. Et omnis
quidem sacerdos adsistit quotidie sacra peragens, & easdem sæpius offerens ho-
stias, quæ nunquam possint auferre peccata. Hic uero una pro peccatis oblata ui-
ctima, perpetuo sedet ad dexteram Dei, [b] id quod superest expectans, † donec red- Psal.109.a
dantur inimici ipsius scabellum pedū eius. Vnica enim oblatione perfectos effe- 1.Cor.15.d
cit in perpetuum, eos qui sanctificantur. Testificatur autem nobis & ipse spiritus
sanctus, nimirum cum prædixerit: † Hoc [est] testamentum, quod condam erga il Hier.31.f
los, post dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in corde illorū, & in menti- 8.c
D bus illorum inscribam eas, & peccatorum atq; iniquitatum illorum nō recorda-
bor amplius. Porrò ubi horum est remissio, nō est amplius oblatio pro peccato.
Cum igitur fratres, habeamus libertatem adeundi in sancta, per sanguinē Iesu,
ea uia quam dedicauit nobis recentē ac uiuentem per uelamentum, hoc est, [per]
carnem suam: cumq; habeamus sacerdotem magnum præfectū domui Dei, ac-
cedamus cum uero corde, in certitudine fidei, aspersi cordibus, ac depulsa consci-
entia

[a] Vel, Impossibile enim est sanguinem taurorum, &c.

[b] Vel, in posterum expectans.

Digitized by Google

entia mala, & abluti corpore aqua pura, teneamus confessionem spei[e] non uacil lantem (fidelis enim qui promisit) & cõsideremus nos inuicem, in hoc, ut prouo E cemus ad charitatem & bona opera, non deferentes adgregationem nostri mu tuam, (sicuti mos [est] nonnullis) sed adhortantes inuicem: idq; hoc magis, quod

Heb.6.a uideris adpropinquantem diem. †Nam si uolentes peccauerimus post acceptam cognitionem ueritatis, non ultra pro peccatis reliqua est hostia, sed formidabilis quædam expectatio iudicij, & ignis uehementia, qui deuoraturus est aduersa

Deut.17.b rios. Qui † aspernatus fuerit Mosi legem, absq; misericordia sub duobus aut tri

Ioan.8.c

Matt.18.b bus testibus moritur. Quanto putatis peioribus [d] adficietur supplicijs, qui filium

2.Cor.13.a Dei conculcarit, & sanguinem testamenti [e] communem existimarit, per quem fue F rat sanctificatus, & spiritum gratiæ contumelia adfecerit? Nouimus enim eũ qui

Deut.32.e dixit: [f] Mihi uindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Et rursum: Dominus iudi

Rom.12.d cabit populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Rede ant autem uobis in memoriam superiores dies, in quibus illuminati, ingens cer tamen sustinuistis adflictionum: partim quidem dum & probris & pressuris ad fecti, spectaculo fuistis omnibus, partim dum consortes ita conuersantium facti

Acto.21. estis. Siquidem [g] & adflictionum, † quæ ex uinculis meis contigerunt, participes

Ephes.4.a

Philip.1.a fuistis, & direptionem facultatum uestrarum cum gaudio accepistis, * sciẽtes uos G

2.Tim.2.b habere [h] in uobis potiorem substantiam in cœlis, ac manentem. Ne abieceritis igi

*Matt.5.a tur fiduciam uestram, quæ magnam habet præmij retributionem. Nam patientia uobis est opus, ut ubi uoluntatem Dei peregeritis, reportetis promissionem. Ad

Abac.2.a huc enim perpusillum temporis, & qui uenturus est, ueniet, & non tardabit. †Iu stus autem ex fide uicturus est, & si se subduxerit, [i] non probabitur animo meo. At nos non sumus, qui subducamus nos in perditionem, sed ad fidem pertine mus in acquisitionem animæ.

CAP. XI.

Docet primo quid sit fides: deinde eius effectum multis exemplis describit, ostendens omnes sanctos à primo iusto, Abel nimirum, per solam fidem esse seruatos.

Est autem fides [a] earum rerum quæ sperantur substantia, argumentum eorum A

Gene.1.a quę non uidentur. Per hanc enim [b] testimonium meruerunt seniores. †Per fi dem intelligimus perfecta fuisse sæcula uerbo Dei, ut ex his quæ nõ adparebant,

Gene.4.a ea quæ uidentur fierent. †Per fidem uberiorem hostiam Abel obtulit Deo, quàm Cain, per quam testimonium meruit, quod esset iustus, testimonium perhibente

Gene.5.c de donarijs illius Deo, & per hanc mortuus adhuc loquitur. Per † fidem Enoch

Sap.4.b

Eccli 44.c fuit translatus, ne uideret mortem: nec fuit inuentus, propterea quod transtulerat illum Deus: priusquam enim transferretur, testimonium meruerat, quod placuis set Deo. [c] At sine fide impossibile est [illi] bene placere. Nam qui accedit ad B Deum, hunc credere oportet, quod Deus sit, et quod ijs qui exquirunt eum, remu

Gene.6.c nerator sit. †Per fidem admonitus oraculo Noe, ea quæ nondum uidebantur, ue

Eccli 44.c ritus, adparauit arcam ad salutem domus suę, per quam [arcã] condemnauit mun

Gene.12.a dum, & eius quæ secundum fidem est, iustitiæ factus est hæres. †Per fidem adpel latus Abraham, obedijt, ut exiret in locum, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiuit, nesciens quo esset uenturus. Per fidem [d] commigrauit in terram pro missionis, ueluti peregrinam, cum in tabernaculis habitasset cum Isaac & Iacob, cohæredibus eiusdem promissionis. Expectauerat enim habentem fundamenta

Gene.18.a ciuitatem, cuius opifex & conditor est Deus. †Per fidem & ipsa Sara uim ad C

Gene.17.c concipiendum ac retinendum semen accepit: *ac præter ætatis rationem peperit, quod [e] fidelem iudicaret eum qui promiserat. Quapropter et ex uno nati sunt [po steri,] eoq; iam annis effœto, tanto numero, quanto sunt stellæ cœli, & uelut ha rena quæ est iuxta [f] marginem maris innumerabilis. Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, cum non accepissent promissiones: sed procul eas uidissent, & credidis

[e] Vel, immotam aut firmam.

[d] Vel potius, dignus [illegible] habebitur.

[e] Vel, ceu rem prophanam habuerit.

[f] Vel, Mea est ul[illegible] disci, ego rependam.

[g] Ad uerbum, & uinculis meis condoluistis.

[h] Alij leg[illegible] id est, uob[illegible] præpositione in

[i] Ad uerbum [illegible] sibi placet anima mea in illo. Sed Hebraismus est.

[a] August. in [illegible] cap.14 legit [illegible] tium substan[illegible] eicipium [illegible] ue exponens [illegible]

[b] Vel, testimonio probati [illegible]

[c] Vel, atqui fieri non potest, quis illi placere.

[d] [illegible] dem transmigra[illegible]

[e] Vel, uera [illegible] fidum.

[f] χεῖλος. i. labia. Sed labia maris litore dicitur metaphora[illegible]

sent salutassentq;, & confessi fuissent, se hospites atq; aduenas esse in terra. Nam
hæc qui dicunt, declarant se patriam inquirere. Et si illius quidem memores fuis-
sent, unde fuerant profecti, habebant opportunitatem reuertendi. Nunc autẽ me-
liorem expetunt, hoc est, cœlestem. Quapropter non erubescit ipse Deus, uocari
D Deus illorum. Parauerat enim illis ciuitatem. † Per fidem obtulit Abraham Gene. 22.a
Isaac, cum tentaretur, & unigenitũ obtulit, qui promissiones acceperat, ad quem Eccli 44.d
dictum fuerat: In Isaac uocabitur tibi semẽ, cum illud secum perpendisset, Deum Gene. 21.b
uel à mortuis excitare posse: unde illum etiam [resurrectionis] typo reduxit. Rom. 9.b
† Per fidem de futuris benedixit Isaac filio Iacob & Esau. * Per fidem Iacob mo- Gen. 27.d
riens, singulis filijs Ioseph benedixit, & adorauit fastigium uirgæ illius. † Per *Gen. 24.c †Gen. 50.d
fidem Ioseph moriẽs, egressionis filiorum Israel meminit, deq; ossibus suis man
E dauit. † Per fidem cum natus esset Moses, occultatus est menses tres à parentibus Exod. 2.a
suis: propterea quod uiderent elegantem puellum, nec ueriti sunt edictum regis.
*Per fidem Moses iam grandis renuit uocari filius filiæ Pharaonis, potius eligẽs Exod. 12.d
simul malis adfici cum populo Dei, quàm † temporarijs peccati commodis frui, Exod. 14.e
maiores arbitratus diuitias [g] probrum Christi, quàm Aegyptiorum thesauros.
Respectum enim habebat remunerationis. Per fidem reliquit Aegyptũ, haud
ueritus ferociam regis. Perinde enim quasi uidisset eum, qui est inuisibilis, ita ob
durauit. Per fidem fecit pascha, & effusionem sanguinis: ne is qui perimebat pri-
F mogenita, tangeret ipsos. † Per fidem transierunt rubrum mare, ueluti per siccam Exod. 14.e
[terram:] quod cum tentassent Aegyptij, absorpti sunt. Per fidem mœnia Hie- Iud. 17.
richo conciderunt, circundata ad dies septem. † Per fidem Rhaab meretrix nõ pe Iosu. 5.c
rijt unà cum his, qui non obedierant, cum excepisset hospitio exploratores pacifi Iosu. 6.d Iosu. 2.a
ce. Et quid præterea loquor? Deficiet enim me tempus commemorantem de
Gedeone, de Barac, & Sampsone, & Hiephthaẽ, nec non Dauid & Samuele, ac
prophetis: qui per fidem expugnauerunt regna, [h] operati sunt iustitiã, adsequuti
sunt promissiones, occluserunt ora leonum, extinxerunt uim ignis, effugerunt
G acies gladij, [i] ualidi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello, [k] castra
inclinarunt exterorum. Mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos. Alij
uero distenti sunt, aspernati redemptionem, ut potiorem sortirentur resurrectio-
nem. Alij rursus ludibrijs & flagris explorati sunt, insuper & uinculis & car-
cere, lapidati sunt, [l] dissecti sunt, [m] tentati sunt, occisione gladij occubuerunt: ober
rarunt in ouillis & caprinis pellibus, destituti, pressi, adflicti, quibus indignus
erat mundus: in desertis errantes, & montibus, ac speluncis & cauernis terræ.
Atq; omnes hi [n] testimonio comprobati per fidem, non acceperunt promissio-
nem, quod Deus de nobis melius quiddam prouiderat, ne sine nobis consum-
marentur.

[g] Id est, uitam Christi impiorum conuitijs obiectam.
[h] Vel, exercuerunt.
[i] Vel, reualuerunt ex infirmitate.
[k] Vel, incursiones auerterunt.
[l] Vel; serra dissecti sunt. De Isaia enim interpretatur Hieronymus.
[m] Huius particulæ nec Chrysost. nec Theoph. meminerunt.
[n] Vel, testimonium promeriti.

CAPUT XII.

Redit eo unde in fine capitis 10. erat digressus, ut ad patientiam hortetur, quod & multis argumentis præstat. Deinde omnium epilogum texit, ostendens Mosaicæ legis infirmitatem & euangelij authoritatem, per id, quod Christi sacrificio simus redempti. Deinde hortatur ut illi uere fidamus.

A PRoinde nos quoq;, cum tanta septi simus nube testium, † deposito onere om Rom. 6.a
ni, & tenaciter inhærente peccato, per tolerantiã curramus in proposito no- Ephes. 4.e Col. 3.a
bis certamine, respicientes ad fidei [a] ducem, et consummatorem Iesum, qui propo 1. Pet. 2.a
sito sibi gaudio, pertulit crucẽ, ignominia contempta, & ad dexteram throni Dei 4.a
consedit. Reputate enim quod is talem sustinuerit à peccatoribus aduersus se con
B tradictionem, ne defatigemini [b] animis uestris deficientes. Nondum usq; ad san
guinem restitistis aduersus peccatum repugnantes: & obliti estis exhortationis,
quæ uobis tanquam filijs loquitur: † Fili mi, ne neglexeris correptionẽ Domini, Prou. 3.b
neq; deficias, cum ab eo argueris. Quem † enim diligit Dominus, corripit, flagel Apoc. 3.d
lat

[a] Græca sonant, inceptorem & finitorem: quod Christus sit author initij & finis.
[b] Vel, animis defecti.

Digitized by Google

lat autem omnem filium quem recipit. Si castigationem sustinetis, ueluti filijs
uobis [c]offert se Deus. Quis enim est filius, quem non castigat pater? Quod si alie C
ni estis à castigatione, cuius participes facti sunt omnes, profecto spurij estis, non
filij. Itaque cum carnis nostræ patres habuerimus castigatores, & reueriti simus il-
los, an non multo magis subijciemur patri spirituū, & uiuemus? Atque illi quidem
ad paucos dies pro arbitratu suo nos [d]erudiebāt: hic autem ad commodum no-
strum in hoc, ut [e]impertiat nobis sanctimoniam suam. Omnis autem castigatio
in præsens quidem non uidetur esse [f]iucunda, sed molesta. At postea fructū tran
quillum iustitiæ reddit his, qui per illam fuerint exercitati. Quapropter manus re D
missas, & genua soluta surrigite, & facite ut recti sint gressus pedibus uestris: ne
Roma.12.d claudicatio aberret à uia, imò sanetur potius. †Pacem sectemini cum omnibus,
& sanctimoniam, sine qua nemo uidebit dominum, curam agentes, ne quis sit
qui deficiat à gratia Dei, ne qua radix amarulētiæ suppullulans obturbet, & per
Gene.25.d hanc inquinētur multi: ne quis scortator, aut prophanus, uelut Esau, †qui unico
edulio permutauit ius primogenituræ suæ. Scitis enim quod & postea cum uellet
Gen.26.f hæreditario iure benedictionē adsequi, reprobatus sit. †Non enim reperit pœni E
*Exo.20.c tentiæ locum, tametsi cum lachrymis quæsiuisset eam. Non *enim accessistis ad
[g]contactū montem, & incensum ignem ac turbinē, & caliginem & procellam,
tubæque sonitum, & uocem uerborum, quam qui audierāt, deprecati sunt, ne [h]his
Exod.19.b adiungeretur oratio. Non enim ferebāt quod edicebatur. †Si bestia tetigerit mon
20.e tem, lapidabitur, aut iaculo configetur: & adeò terribile erat [i]uisum quod appare
bat. Moses dixit: Expauefactus sum, ac tremebundus: sed accessistis ad montem
Sion, & ad ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem supercœlestem, & ad innumerabi F
lium angelorum cœtum, & ad concionem primogenitorū, qui cōscripti sunt in
cœlis, & ad iudicem uniuersorum, Deum, & ad spiritus iustorum perfectorū, &
ad noui testamenti [k]mediatorem, Iesum, & ad sanguinem aspersionis meliora lo
quentem, quàm [loquebatur] sanguis Abel. Videte ne aspernemini eum qui
loquitur, nam si illi non effugerunt, qui auersabantur eum qui oracula loqueba
tur in terra, multo magis nos, si eum qui de cœlis est, auersemur, cuius uox tum con
Hag.2.b cussit terram. At nunc denunciauit, dicens: †Adhuc semel ego concutio, non mo G
do terram, uerumetiā cœlum. Porrò illud quod dicit, Adhuc semel, significat eo-
rum quæ concutiuntur translationem, utpote quæ facta sint, ut maneant ea quæ
non concutiuntur. Quapropter regnum adsumentes, quod concuti non possit,
Deut.4.d habeamus gratiā. †Per quam ita colamus Deum, ut illi placeamus cum reueren
tia & religione. Etenim Deus noster ignis consumens est.

CAP. XIII.

Appendicis loco aphorismos annectit, quibus Christianam charitatem, uitæ innocentiam, fidem in Christum, & ueram religionem commendat.

Gen.19.a Fraterna charitas maneat. †Hospitalitatis ne sitis immemores. Per hanc enim A
*Rom.12.c quidam inscientes exceperunt angelos hospitio. *Memores estote uinctorū,
1.Pet.4.c tanquam unà cum illis uincti, eorum qui adfliguntur, uelut ipsi quoque uersantes
in corpore. Honorabile [est] inter omnes coniugiū, & cubile impollutū. Scorta
tores autem & adulteros iudicabit Deus. Sint mores alieni ab auaritia, contenti
Ios.1.a his quæ adsunt. Siquidem ipse dixit: †Non te desero, neque derelinquo, ut fiden-
Psal.55.a tes dicamus: †Dominus mihi auxiliator, nec timebo quid faciat mihi homo. Me
117.a mores estote eorum qui præsunt uobis, qui loquuti sunt uobis sermonem Dei, B
quorū imitemini fidem, considerantes qui fuerint exitus conuersationis [illorū.]
[a]Iesus Christus heri & hodie, idem [est] etiam in sæcula. Doctrinis uarijs ac pere
grinis ne circunferamini. Bonū est enim, gratia cōstabiliri cor, non escis quæ non
profuerunt his qui uersati sunt in illis. Habemus altare, de quo non est fas edere
Leuit.16.f his qui tabernaculo deseruiūt. †Animalium enim quorum sanguis infertur pro

[c] Vel, offertur deus. August. sicut filios uos aggreditur deus.

[d] Vel potius, castigabant: ut referatur ad superiora.

[e] Ad uerbum, participes simus sanctimoniæ suæ.

[f] Ad uerbum, gaudij, sed molestiæ.

[g] Cōtactus mons dicitur per antiphrasim, quem nemo contingere audebat.

[h] Vel, ipsis adderetur sermo.

[i] τὸ φανταζόμενον. id est, quod uideri uidebatur.

[k] Vel, cōcillatorem, aut intercessorem.

[a] Videtur hic per enallagen poni Christus pro doctrina & religione Christiana.

Digitized by Google

peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Quapropter & Iesus, ut sanctificaret per proprium sanguinem populũ, extra portam
C passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, opprobriũ eius portantes. †Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum igitur offerimus hostiam laudis semper Deo, hoc est, fructum labiorũ, confitentium nomini eius. Cæterum beneficentiæ & communicationis ne obliuiscamini. Talibus enim uictimis [b] placetur Deo. Parete his qui præsunt uobis, & concedite, siquidem illi uigilant pro animabus uestris, tanquam rationem reddituri, ut cum
D gaudio hoc faciant, & non gementes: nam id [est] inutile uobis. Orate pro nobis. Confidimus enim, quod bonam habemus conscientiã inter omnes cupientes honeste conuersari. Magis autem obsecro uos, ut id faciatis, quo celerius restituar uobis. Deus autem pacis, qui reduxit à mortuis pastorem ouium illum magnum, per sanguinem testamenti æterni, dominum nostrum Iesum, absolutos uos reddat in omni opere bono, ad faciendum uoluntatem ipsius: efficiens ut quod agitis, acceptum sit in conspectu suo per Iesum Christum, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen. Obsecro autem uos fratres, sufferte sermonem exhortationis. Etenim paucis scripsi uobis. [c] Scitis fratrem Timotheũ solutum esse, cum quo si celerius uenerit, uisam uos. Salutate omnes qui præsunt uobis, & omnes sanctos. Salutant uos Itali. Gratia cum omnibus uobis, Amen.

Missa fuit ab Italia per Timotheum.

Mich. 2. e

[b] Vel, conciliatur, placatur, aut delectatur deus.

[c] Alij legunt, agnoscite Timotheũ fratrem nostrũ ad uos delegatũ, cum quo si celerius redierit, uisam uos, &c.

Epistola D. Iacobi Apostoli.

CAPVT I.

De cruce patienter ferenda disputat, docens simul unde & quo modo sapiẽtia dei ad hanc rem petenda sit. Deinde contra eos agit, qui se à domino tentari, & deum mali authorem esse dicebant. Deinde ut uerbum dei factis exprimant hortatur, ostendens simul quænam uera sit religio.



A IACOBVS Dei ac domini Iesu Christi seruus, [a] duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem. Pro summo gaudio ducite fratres mei, quoties in tentationes incideritis uarias, illud scientes, quod exploratio fidei uestræ parit patiẽtiam. Cæterum patientia opus perfectũ habeat, ut sitis perfecti & integri, nullaque in re diminuti. Quod si cui uestrum deest sapientia, postulet †ab eo qui dat, [nempe] Deo, qui dat, [inquam,] omnibus simpliciter, nec exprobrat: ac dabitur ei: *sed postulet cum fiducia nihil [b] hæsitans. Nam qui hæsitat, is similis est fluctui maris, qui uentis agi-
B tur, & impetu rapitur. Neque enim existimet homo ille se quicquam accepturũ à domino. Vir animo duplici, inconstans: [est] in omnibus uijs suis. Glorietur autem frater qui est humilis, in sublimitate sua. Contrà, qui diues est, in humiliatione sui: quoniam ueluti flos [c] herbæ præteribit. †Exortus est enim sol cum æstu, & exaruit herba, & flos illius decidit, & decor aspectus illius perijt. Sic & diues in [d] uijs suis marcescet. *Beatus uir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam promisit dominus his qui diligunt ipsum.

[a] Id est, Iudæis per diuersa regna dispersis.

[b] Vel potius, dijudicans. Dijudicare enim solent qui de re aliqua dubitant, quod Latini alternare dicunt.
[c] Vel, graminis.
[d] Vel etiam, successibus. Vel, si πορίαις legas, significat abũdantiam, quod huc non inepte quadrabit.

Matt. 7. a
21. c
Marc. 11. c
Luc. 11. b
Ioan. 14. b
16. c. f
*Mat. 11. c
Eccli 14. c
Esa. 40. b
1. Pet. 1. d
*Iob 5. c

ipsum. Ne quis cum tentatur, dicat se à Deo tentari. Nam Deus ut à malis tenta- C
ri non potest, ita nec ipse quenquam tentat. Imò unusquisque tentatur, dum à pro-
pria concupiscentia abstrahitur & inescatur. Deinde concupiscentia posteaquam
concepit, [e] parit peccatum: peccatum uero perfectum progignit mortem. Ne er-
retis fratres mei dilecti. Omnis donatio bona, & omne donum perfectum, è su
pernis est, descendens à patre luminum: apud quem non est trāsmutatio, aut con
uersionis obumbratio. Is destinata uoluntate, progenuit nos sermone ueritatis,
ut essemus primitiæ quædam suarum creaturarum. Itaque fratres mei dilecti, sit
omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram. Nam
ira uiri iustitiam Dei non efficit. Quapropter deposita omni [f] immunditia &
redundantia malitiæ, cum mansuetudine recipite insitum sermonem, qui potest
Matt. 7. d Rom. 2. b saluas reddere animas uestras. † Sitis autem effectores sermonis, & non audi- D
tores [tantum,] fallentes uosmetipsos. Quoniam si quis audiat sermonem, nec
eum factis exprimat, hic similis est uiro consideranti faciem [g] natiuitatis suæ in
speculo. [h] Considerauit enim seipsum, & abijt, & continuo oblitus est qualis
esset. At qui prospexerit in legem perfectam, quę est libertatis, & permanserit, hic
cum non sit [i] auditor obliuiosus, sed effector operis, beatus facto suo erit. Si quis
uidetur religiosus esse inter uos, qui non frenat linguam suam, sed aberrare sinit
cor suum, huius uana [est] religio. Religio pura & immaculata apud Deum &
patrem hæc est, inuisere orphanos & uiduas in adflictione sua, immaculatum
seipsum seruare à mundo.

CAP. II.

*Initio contra personarum respectum agit, legem charitatis in omnibus obseruare do
cens. Deinde in inani fidei titulo tumidos inuehitur, ostendens fidem, nisi per opera sit
efficax, emortuam esse & inutilem.*

FRatres mei, ne cum respectu personarum habeatis fidem domini nostri Iesu A
Christi [a] ex opinione. Nam si ingrediatur in cœtum uestrum uir, aureum ge
stans annulum, ueste indutus splendida: ingrediatur autem & pauper in sordida
ueste, & respexeritis ad illum qui uestem gestat splendidā, & dixeritis illi: Tu se-
de hic [b] bene, & pauperi dicatis: Tu sta illic, aut sede hic subter scabellum meum:
an nō dijudicati estis in uobisipsis, & facti estis iudices cogitationum malarum?
Audite fratres mei dilecti, nónne Deus elegit pauperes mūdi huius, diuites in fi
de, & hæredes regni, quod promisit his qui ipsum diligunt? Vos autem contem B
ptui habuistis pauperem. Nónne diuites tyrannidem exercent in uos, & ijdē tra
hunt uos ad tribunalia? & ijdem [c] male loquūtur de bono nomine, [d] quod inuo-
Leuit. 19. d uocatū est super uos? Si legem quidem [e] regiam perficitis iuxta scripturam: † Di
liges proximum tuum sicut teipsum, bene facitis. Si uero personam respicitis, pec
catum committitis, & redarguimini à lege, ueluti transgressores. Quisquis enim
totam legem seruauerit, offenderit autem in uno, factus est omnium reus. Nam
qui dixit: Ne adulterium commiseris, dixit etiam: Ne occidas. Quod si non com
miseris adulterium, occideris autem, factus es trāsgressor legis. Ita loquamini, &
ita faciatis, ueluti per legem libertatis iudicandi. Siquidem iudicium absque mise- C
ricordia [erit] ei, qui non præstiterit misericordiam. Et gloriatur misericordia ad
uersus iudicium. Quæ utilitas fratres mei, si fidem aliquis dicat habere [se,] facta
1. Ioan. 3. c uero non habeat? Num potest fides saluū facere illum? † Quod si frater aut soror
nudi fuerint, & egentes quotidiano uictu, dicat autē aliquis uestrum illis: Abite
cum pace, calescite, & saturamini: non tamen dederitis illis, quæ sunt necessaria
corpori, quæ [erit] utilitas? Sic & fides, si facta nō habuerit, mortua est per se. Sed
dicet aliquis: Tu fidē habes, & ego facta habeo. Ostēde mihi fidē tuam ex factis
tuis, & ego ostendā tibi ex factis meis fidem meam. Tu credis quod Deus unus D
est? Recte facis. Et dæmonia credunt, ac contremiscunt. Vis uero scire ô homo

[e] τεκεῖν, metaphora à grauidis: q. d. enititur.

[f] Vel, sorditie.

[g] Vel, natiuitatis.
[h] Vel, cōtemplatus est.

[i] Auditor obliuionis, iuxta Hebr.

[a] Vel, gloriæ, ut sit Hebraism. pro, Christi gloriosi. Quanquam magis cōsentaneum uidetur quod in cōtextu positum est.
[b] Vel etiā, honeste, aut honorifice, καλῶς.

[c] Vel, blasphemant bonum nomen, &c.
[d] Id est, quo nomine uos appellamini, Christiani nimirū.
[e] Id est, principalē, quę reliquas omnes in se comprehendit.

f Vel, efficax erat cū factis illius: aut, adiumento erat. Vel potius, uires suas in operibus exercuit.

inanis, ꝙ fides absq; factis mortua sit? Abraham pater noster, nónne ex factis iustificatus est, cum obtulisset Isaac filium suum super altare? Vides ꝙ fides [f] cooperabatur factis illius, & ex factis fides perfecta fuerit? Et impleta est scriptura, quæ dicit: †Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei uocatus est. Videtis igitur ꝙ ex factis iustificetur homo, & non ex fide tantum? *Similiter autē & Rhaab meretrix, an non ex factis iustificata est, cum excepisset nuncios, & alia uia emisisset? Nam quemadmodū corpus absq; spiritu mortuum est, ita & fides absq; factis mortua est.

Gen. 15. b / Rom. 4. a / Gal. 3. a / *Iosu. 2. a

CAP. III.

Deterret eos qui docendi facultate destituti docendi munus affectabant. Duas autem primarias doctoris functiones instituit, linguam nimirum et sapientiam, ostendēs quod cuiusq; sit proprium, & quomodo moderandæ sint.

Matt. 23. a

A Nolite †plures magistri fieri fratres mei, scientes quod maius iudicium accepturi simus. In multis enim labimur omnes. Si quis in sermone non labitur, hic perfectus [est] uir, qui possit freno moderari totum etiam corpus. Ecce, equis frena in ora immittimus, ut obediant nobis: & totū corpus illorū circumagimus. Ecce naues quoq;, cum tantæ sint, & à sæuis uentis agantur, circumagūtur à minimo gubernaculo, quocūq; impetus dirigentis uoluerit. Ita & lingua pusil-

B lum membrum est, & [a] magna iactat. Ecce, exiguus ignis quantam materiam incendit. Et lingua ignis est, [b] mundus iniustitiæ: sic lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflāmat rotam natiuitatis, & inflammatur à gehenna. Omnis enim natura & ferarum & uolucrum serpentiumq;, & marinorū domatur, & domita est à natura humana. Linguā autem nullus hominum domare potest, incoercibile malū, plena ueneno mortifero. Per ipsam be-

C nedicimus Deo & patri, & per ipsam maledicimus hominibus: qui ad similitudinem Dei conditi sunt. Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem foramine emittit dulcem & amarā [aquam?] Nūquid potest fratres mei, ficus oleas gignere, aut uitis ficus? Sic nullus fons salsam ac dulcē potest edere aquam. Quis sapiens & scientia præditus inter uos? ostendat ex bona conuersatione opera sua cum [c] mansue-

D tudine sapientiæ. Quod si æmulationem amarā habetis, & contentionem in corde uestro, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus ueritatem. Non est enim ista sapientia è supernis descendens, sed terrena, [b] animalis, dæmoniaca. Vbi enim æmulatio & contentio, ibi [e] inconstantia, & omne opus prauum. Quæ autem è supernis est sapientia, primum quidem casta est, deinde pacifica, [f] æqua, tractabilis, plena misericordia & fructibus bonis, [g] nihil dijudicans, nihil simulans. Fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem.

a Vel, magnifice se iactat.
b Id est, cōgeries uitiorum omniū. *κόσμος enim & mūdus*, nō orbis modo machinā, sed etiam cumulū rerum repositarum significat.

c Pro mansueta sapientia. Hebr.
b Id est, affectibus humanis dedita.
e Vel potius, confusio aut seditio.
f Vel, modesta, morigera.
g Al. sine dijudicatione, sine simulatione.

CAP. IIII.

Contra priuatæ rei studium acerrime inuehitur, ostendens quæ sit auarorum pœna. Deinde obtrectatores corripit & maledicos. Postremo contra illos disputat qui superba animi præsumptione omnia suo consilio non dei prouidentia agere instituunt.

A Vnde bella & pugnæ in uobis? Nónne hinc? [Nimirū] ex uoluptatibus uestris, quæ militant in membris uestris. Concupiscitis, & non habetis: [a] inuidetis & æmulamini, & nō potestis adipisci: pugnatis & bellatis: nō habetis, propterea quod non postulatis. Petitis, & non accipitis, eo ꝙ male petatis, ut in uolu-

B ptatibus uestris insumatis. Adulteri & adulteræ, nescitis ꝙ amicitia mundi, inimicitia est cum Deo? Quicunq; ergo uoluerit amicus esse mundi, inimicus Dei constituitur. An putatis quod inaniter scriptura dicat? †Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui [b] habitauit in nobis? Maiorem autem dat gratiam. *[c] Subditi ergo estote Deo, resistite diabolo, & fugiet à uobis. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Emundate manus [ô] peccatores, & purificate corda duplices ani-

C mo. Affligite uos & lugete, & plorate. Risus uester in luctum conuertatur, & gaudium

Gene. 6. a / 8. d / Prou. 3. d / 1. Pet. 5. b / *Ephe. 4. f

a *Græci legūt φονεύετε. i. occiditis.* Sed haud dubie, ut *Eras. annotat φθονεῖτε scribendū* erat, cum occidendi uerbum huc nō quadret.
b Vel potius, qui sedem posuit.
c Hisp. exēplar hic *inserit, διὸ λέγει, κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν*, id est, propterea dicit, dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Digitized by Google

1.Pet.5.b gaudium in mœrorem. †Humiliate uos in conspectu Domini, & exaltabit uos.
Nolite detrahere uobis inuicem fratres. Qui detrahit fratri, quique iudicat fratrem
suum, detrahit legi, & iudicat legẽ. Quod si iudicas legem, non es [b] effector legis, [b] Vel, obseruator.
Rom.14.a sed iudex. Vnus est legislator, qui potest & seruare & perdere. Tu† quis es, qui iu
dicas alium? Age nunc qui dicitis: Hodie & cras eamus in hanc ciuitatem, & D
[e] transigamus ibi annum unum, & mercemur, & lucrũ faciamus: qui ignoratis, [e] Vel, faciamus, ad uerbum.
quid futurum sit postero die. Quæ [est] enim uita uestra? Vapor enim est, qui ad
exiguum tempus adparet, & deinde euanescit: pro eo quod dicere debueritis: Si
Dominus uoluerit, & si uixerimus, faciamus hoc aut illud. Nunc autẽ [f] gloriami [f] Vel, exultatis.
ni in superbijs uestris. Omnis [g] gloriatio talis, mala est. Igitur qui nouerit recte fa [g] Vel, exultatio.
cere, nec facit, hic peccato tenetur.

CAP. V.

Principio contra diuitum securitatem, luxuriam, iniquitatem & tyrannidem inuehi tur. Deinde afflictos consolatur, patientiam suadens, iurare uetat. Quomodo cum ægro tis agendum sit, docet. Orationis piæ fructum exponit, & errantes iubet in uiam re ducere.

Agite nunc diuites, plorate, ululantes super miserijs uestris, quæ aduenient A
uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, uestimenta uestra [a] tinearum cibi fa [a] Vel, à tineis corro sa sunt.
cta sunt: aurum & argentum uestrum ærugine uitiatum est, & ærugo eorum in
testimonium uobis erit, & exedet carnes uestras sicut ignis. Thesaurum conges
sistis in extremis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones ue
stras, quæ fraude non reddita est à uobis, clamat: & clamores eorum qui messue
rant, in aures Domini Sabaoth introierunt. In delicijs uixistis super terram, & B
lasciuistis: enutrijstis corda uestra, ut in die [b] mactationis. Condemnastis, & oc [b] Vel, occisionis. Intelligit autẽ festos di es in quibus cæde bantur uictimæ.
cidistis iustum, & non resistit uobis. [c] Patientes igitur estote fratres, usque ad ad [c] Vel potius, longa nimes.
uentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patiẽter expe
ctans illum, donec accipiat pluuiam tempestiuam & serotinam. Patientes igitur
estote & uos, & confirmate corda uestra, quoniam aduentus Domini adpropin
quat. Nolite ingemiscere alius aduersus alium fratres, ut ne cõdemnemini. Ecce
iudex ante ianuam adsistit. Exemplum accipite, fratres mei, adflictionis ac patien
tiæ prophetas, qui loquuti sunt [in] nomine Domini. Ecce, beatos ducimus eos,
qui sustinent. Tolerantiam Iob audistis, & finẽ Domini uidistis, quod ualde mi C
Matth.5.f sericors sit Dominus ac commiserans. † Ante omnia autem fratres mei, nolite
iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iusiurandũ. Sit au
tem uestrum est, est: & non, non, ut ne in simulationẽ incidatis. Affligitur aliquis
inter uos? oret. Aequo animo est aliquis? [d] psallat. [e] Infirmatur quis inter uos? ac [d] Id est, deum cele bret gratias agendo pro donis suis.
cersat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, † ungentes eum oleo in nomine [e] Vel, ægrotat.
Marc.6.b Domini: & [f] obsecratio fidei saluum reddet laborantem, & eriget eũ Dominus: et [f] Vel, uotum.
si peccata commiserit, remittentur ei. Confitemini inuicem alius alijs [g] delicta, & D [g] παραπτώματα offensas illas quotidianas significat: quasi dicas, lapsus, uel errata.
orate pro uobis inuicem, ut sanemini. Multum enim ualet deprecatio iusti effi
3.Reg.17.a cax. † Helias homo erat similiter obnoxius adfectionibus ut nos, & precatione
Luc.4.d precatus est, ne plueret: & non pluit super terram annos tres & menses sex. Et rur
sum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra [h] produxit fructum suum. Fratres, [h] Vel, germinauit.
si quis inter uos errauerit à ueritate, & conuerterit quis eum, sciat quod qui con
uerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, saluam faciet animam à morte, & ope
riet multitudinem peccatorum.

ooo 5

Digitized by Google

Epistola Petri Apostoli prima.

CAPVT I.

Patientiam suadet in afflictionibus constitutis propter Christum. Ne uero ipsi causæ diffiderent, ostendit Christum esse illũ ab æterno prædefinitum agnum, in quo salus promissa sit. Simul etiam ad uitæ puritatem hortatur, ostendens omnia humana caduca esse.



A PETRVS Apostolus Iesu Christi, [a]aduenis sparsim incolẽtibus Pontũ, Galatiam, Cappadociam, Asiam et Bithyniam,
electis iuxta *præscientiã Dei patris, per sanctificationẽ spiritus in obedientiam, & aspersionem sanguinis Iesu Christi.
Gratia uobis & pax multiplicetur. †Laudandus [est] Deus
& pater Domini nostri Iesu Christi, qui iuxta copiosam suã
misericordiam regenuit nos in spem uiuam, [b]per hoc quod
resurrexit Iesus Christus ex mortuis, in hæreditatem immortalem & incontaminabilem, atq; immarcescibilem, conseruatam in cœlis erga uos, qui uirtute Dei
B custodimini per fidem ad salutem, quę in hoc parata est, ut patefiat in tempore supremo, in quo exultatis, nunc ad tẽpus breue, si opus sit, adflicti in uarijs experimentis, quo exploratio fidei uestrę multo pretiosior auro (quod perit, et tamẽ per ignem probatur) reperiatur in laudem & gloriã & honorem: [c]tum cum reuelabitur Iesus Christus: quem cum non uideatis, diligitis, in quem in præsentia, cum non uideatis, credentes tamen [D] exultatis gaudio ineffabili, & glorificato, reportantes finem fidei uestræ, salutem animarum, de qua salute exquisierunt, & scrutati sunt prophetæ, qui de uentura in uos gratia uaticinati sunt: scrutantes ad quem, aut cuiusmodi temporis articulũ significaret, qui in illis erat spiritus Christi, qui priusquam acciderent, testabatur uenturas in Christũ adflictiones, & quæ has secuturę essent, glorias: quibus & illud reuelatũ est, quod haud sibijpsis, imò nobis ministrarent hæc, quæ nunc annunciata sunt uobis per eos, qui uobis præ
C dicauerunt euangelium, per spiritum sanctũ emissum è cœlo, in quæ desiderant angeli prospicere. Quapropter succincti lumbis mentis uestræ, [e]sobrij, perfectè sperate in eam quę ad uos defertur gratiam, [f]per reuelationẽ Iesu Christi, tanquã filij obedientes, ut non accõmodetis uos [g]his [in] quibus prius per ignorantiam uestram eratis concupiscentijs, sed quemadmodũ is qui uos uocauit, sanctus est, ita [ipsi] quoq; sancti in omni conuersatione reddamini, propterea quod scriptũ est: †Sancti estote, nam ego sanctus sum. Et si patrem [h]inuocatis citra personarum respectum iudicantem iuxta cuiusq; opus, uidete ut in timore conuersantes, incolatus uestri tempus transigatis. Cum sciatis uos non[caducis [rebus, uelut] argento & auro, fuisse redemptos à uana uestra conuersatione, quam ex patrũ ac
D ceperatis traditione, †sed pretioso sanguine, uelut agni immaculati, & incõtaminati Christi: qui præordinatus quidẽ fuerat antequã conditus esset mundus: sed manifestatus fuit extremis temporibus propter uos, qui per illũ creditis in Deũ, qui illum excitauit è mortuis, & gloriã ei dedit, ut uos fidem ac spem haberetis in Deum, qui animas uestras purificastis obediendo ueritati, per spiritum ad charitatem fraternam, ab omni simulatione alienã: ex puro corde uos inuicem diligite impense, renati non ex semine mortali, sed [ex] immortali, per sermonem uiuentis Dei, & manentis in æternum. Propterea †quod omnis caro uelut gramẽ [sit,]

&

a Aduenis dispersionis, Hebr. pro aduenis dispersis.
*Vel, præfinitionẽ.

b Verbi interpretatiõe, per resurrectionẽ Iesu Christi ex, &c.

c Vel, in reuelatione Iesu Christi.

D August. lib. 2. ad Catech. legit, exultate. Græca enim uox anceps est ad indicatiuum & imperatiuũ modum.

e Vel, uigilantes.

f Vel, dum uobis patefit Iesus Christus.

g Alij legũt pristinis concupiscentijs, qui bus dũ adhuc ignoraretis Christũ, agebamini.

h Vel, cognominatis.

1. Cor. 1. a
Ephes. 1. a
Leuit. 11. g
19. a 20. b
Deut. 10. d
Rom. 2. b
Gal. 2. b
1. Cor. 6. d
7. d
Heb. 9. d
1. Ioan. 1. d
Apoc. 1. b
Esa. 40. b
Eccli 14. c
Iac. 1. b

Digitized by Google

& omnis gloria hominis, quasi flos graminis. Exaruit gramen, & flos decidit: at uerbum Domini manet in æternum. Hoc autem est uerbum, quod per Euangelium delatum est ad uos.

CAP. II.

Docet quod nam sit renatorum in Christo officium, ut scilicet super Christũ petram fundati, innocentiam uitæ sectentur. Imprimis autem obedientiam magistratui debitam commendat. Deinde redit ad id, ut patientiam suadeat.

Rom. 6.a Ephes. 4.c Col. 3.b Heb. 12.a PRoinde †deposita omni malitia, & omni dolo, & simulationibus, & inuidẽ A
tijs, & omnibus obtrectationibus, ut modo nati infantes, [a]lac illud non cor
poris, sed animi, quod dolum nescit, adpetite, ut per illud subolescatis. Siquidẽ gu
stastis, quod benignus [sit] Dominus: ad quẽ accedẽtes, qui lapis est uiuus, ab ho
minibus quidem reprobatus, apud Deum uero electus ac pretiosus: ipsi quoq; ue
luti uiui lapides ædificemini, domus spiritualis, sacerdotiũ sanctum, ad offerendũ
spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum, quapropter & continet
Esa. 28.d Rom. 9.g Matt. 21.d Act. 4.b scriptura: †Ecce pono in Sion lapidem in summo ponendum angulo, electũ, pre
tiosum. Et qui crediderit in illo, non pudefiet. Vobis igitur pretiosus est, qui cre- B
ditis. Cæterum ijs, qui non credunt, *lapis quem reprobauerant ædificantes, hic
*Psal. 117.c †Esa. 8.c [b]factus est in caput anguli: †& lapis in quem impingitur, & petra ad quã offen-
dant, [nempe, his] qui impingunt in sermonẽ, neq; credunt in id, ad quod & insti
Exod. 19.a tuti fuerant. †Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, po-
Rom. 9.e pulus [c]acquisitus, ut uirtutes prædicetis illius, qui è tenebris uos uocauit in admi
Osee. 2.d rabilem suam lucẽ. †Qui quondam eratis non populus, nunc autẽ populus Dei:
qui quondam non consequuti misericordiam, nunc uero estis misericordiam cõ
Rom. 13.b Gal. 5.e sequuti. Dilecti, obsecro tanquam aduenas ac peregrinos, †abstinete à carnali C
bus concupiscentijs; quæ militant aduersus animam, & conuersationem uestram
habete honestam inter gentes, ut in hoc quod obtrectãt uobis quasi maleficis, ex
bonis operibus æstimantes uos, glorificẽt Deũ in die uisitationis, proinde subditi
estote cuiuis humanæ creaturæ propter Dominũ: siue regi tanq̃ præcellenti, siue
præsidibus, ut qui per eũ mittantur, ad uindictã quidẽ nocentiũ, laudẽ uero recte
agentium: quoniã sic est uoluntas Dei, ut benefaciẽdo [d]obturetis os hominibus
stultis & ignorantibus, tanquam liberi, & non ueluti prætextũ habentes malitiæ
Rom. 12.b libertatem, sed tanquã serui Dei. †Omnes honorate, fraternitatẽ diligite, Deum
*Matt. 22.c timete, *regem honorate. †Famuli subditi sint cum [e]timore dominis, non solũ
†Ephe. 6.a Col. 3.d Tit. 2.c bonis ac humanis, uerumetiam prauis. Nam *hæc est gratia, si quis propter con-
scientiam Dei suffert molestias, præter meritum adfectus malis. Quæ enim [est]
*1.Cor. 7.c laus, si cum peccantes alapis cædimini, suffertis? At si cum benefacitis, & tamẽ ma
lis adficimini, suffertis. Hæc enim est gratia apud Deum. Siquidem in hoc uocati D
estis, quoniam & Christus adflictus est pro nobis, relinquens nobis exemplũ, ut
insequeremini uestigia ipsius, qui peccatum nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore
Esa. 53.c *Ioan. 5.a illius, qui cum [f]conuicijs incesseretur, non regessit conuicia: cum malis adficere-
tur, non minabatur. Sed [g]tradidit [uindictam] ei, qui iudicat iuste: qui peccata no
stra ipse pertulit in corpore suo super lignum, quo peccatis [h]mortui, iustitiæ uiue
remus. Cuius eiusdẽ uibice sanati fuistis. Nam eratis uelut oues errantes, sed con
uersi estis nunc ad pastorem, & curatorem animarum uestrarum.

CAP. III.

Coniugum officia diligentius persequitur. Deinde innocentiæ studium & charitatem postulat. Postea redit ad patientiã, exemplo Christi docens quid nobis faciendum sit, cum is omnium seculorum sit saluator.

Ephes. 5.c Col. 3.e SImiliter †uxores, subditæ sitis proprijs uiris, ut etiam qui non obtemperãt ser A
moni, per uxorum conuersationem absq; sermone lucrifiant, [a]dũ considerãt
1.Tim. 2.c cum reuerentia coniunctam castam conuersationem uestrã. †Quarum ornatus
sit non externus, qui situs est in plicatura capillorum, & circumpositione auri, aut

[a] Ad uerbum, ratio nale & syncerũ la[...] id est spirituale & [...] tegrũ, quod dolu[...] nesciat. Augu. ra[...] nabile & innocen[...] lac.

[b] Vel, cœpit esse [...] put.

[c] Ad uerbum [...] quisitionẽ: quo[...] braismum capta[...] brosi legit, pop[...] in adoptionem [...]

[d] Ad uerbum [...] retis stultorum [...] num ignorantia[...]

[e] Vel etiam [...] tia. Sic enim [...] ro. nonnun quam [...] terpretatur.

[f] Vel, maledictis [...]
[g] August. legit, commendabat i[...] qui, &c.
[h] Vel, defuncti [...] legit, separati.

[a] Vel, inspicientes [...]

Digitized by Google

b Verbi interpretatione, sed occultus cordis homo, in incorruptibilitate placidi & mansueti spiritus, qui preciosus est coram deo.

in amictu palliorum: [b] sed occultus, qui est in corde homo, si is careat omni corruptela, ita ut spiritus placidus sit ac quietus, qui corã Deo magnifica ac sumptuosa res est. Nam ad eum modum olim & sanctæ illæ mulieres, sperantes in Deũ ornabant sese, & subditæ erant suis uiris, quemadmodum Sara obediuit Abrahæ, †dominum illum adpellans: cuius factæ estis filiæ, dũ benefacitis, & non terfemini ullo pauore. Gen.18.b

B Viri similiter cohabitent secundum scientiam, ueluti infirmiori uasi muliebri impertientes honorem, tanquam etiam cohæredes gratię uitæ, ne interrumpantur preces uestræ. 1.Cor.7.a

c συμπαθεῖς, qui mutuo affectu tangantur.

In summa uero, sitis omnes unanimes, [c] similiter adfecti, fraterna præditi charitate, misericordes, affabiles, non †retaliantes malum malo, aut conuicium conuicio: sed contra benedicentes, scientes uos in hoc uocatos esse, ut benedictionem hæreditate possideatis. Nam qui uult uitã diligere, & uidere dies bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: quærat pacem, & persequatur eam: quoniam oculi Domini super iustos, & aures eius ad deprecationem illorum. Prou.17.c 21.d 1.Thes.5.d Rom.12.d Gen.12.a Psal.33.c

C Rursus aspectus Domini super eos, qui faciunt mala. [d] Et quis est, qui sit adflicturus uos, si bonitatis æmulatores fueritis? Imò si quid [e] etiam acciderit incommodi propter iustitiam, †beati [tamen estis.] Cæterum terrore illorum ne terreamini, neq; turbemini, sed Dominum Deum sanctificate in cordibus uestris. Sitis autem parati semper ad respondendum cuilibet petenti, [f] ut loquamini de ea, quæ in uobis est spe, cum mansuetudine & reuerentia, conscientiam habentes bonam, † ut in hoc quod uobis detrahunt, tanquã scelerosis, pudefiant hi qui incessunt uestram bonam in Christo conuersationem. Præstat enim ut bene agẽtes, (si ita uelit Dei uoluntas,) malis adficiamini, quàm male facientes. Math.5.a Tit.2.a

d In Hisp. codice additur, ἐξολοθρεύσαι αὐτοὺς ἐκ γῆς, id est, ut extirpet eos de terra.
e Vel, passi fueritis.
f Vel, rationem spei uestræ.

D † Quandoquidem & Christus semel pro peccatis passus est, iustus pro iniustis, ut nos adduceret Deo, mortificatus quidẽ carne, sed uiuificatus spiritu: in quo etiam [g] profectus, spiritibus, qui erant in carcere, prædicauit, qui inobedientes fuerant quondam. Cum semel expectabatur Dei lenitas in diebus † Noe, cum adparabatur arca, in qua paucæ, hoc est, octo animæ seruatæ fuerunt per aquam: cuius figuræ nunc respondens baptismus, nos quoq; saluos reddit. Quo non carnis sordes abijciũtur, [h] sed quo fit, ut bona conscientia bene respondeat apud Deum, per resurrectionem Iesu Christi: qui est ad dexteram Dei, profectus in cœlum, subiectis sibi angelis, & potestatibus, ac uirtutibus. Rom.5.b Heb.9.d Gen.6.a Matt.24.d Luc.17.f

g Vel, abijt &c.

h Verbi interpretatione, sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum.

CAP. IIII.

Exemplo Christi pœnitentiam docet, ostendẽs simul impiorum pœnas. Et cum in infinitum pateant charitatis officia, iubet nos bonos dispensatores esse diuinæ gratiæ. Postremo monet ut in cruce patientes sint.

a Vel, eandem cogitationem induite uelut armantes nos.
b Vel, quiescere aut cessare fecit peccatũ. Iuxta Hebraismũ.
c Aug. Sufficit enim præteritum tempus uoluntatem gentium consummasse.
d August. in quo stupescunt.

A Qvum igitur Christus passus sit pro nobis carne, uos quoq; [a] iuxta eandẽ cogitationẽ armemini: quod q passus est in carne, [b] destitit à peccato: in hoc, ut iã non cõcupiscentijs hominũ, sed uolũtati Dei, quod superest in carne tẽpus uiuat. † [c] Sat enim est nobis, quod anteacto uitę tempore uoluntatem gentiũ patrauerimus, cum uersaremur in lasciuijs, concupiscentijs, uinolentijs, comessationibus, compotationibus, & nepharijs simulachrorum cultibus. [d] Atq; id Ephe.4.

B absurdum illis uidetur, quod non accurratis unà cum ipsis in eãdem luxus refusionem, qui de uobis male loquuntur. Qui reddituri sunt rationẽ ei, qui paratus est ad iudicandũ uiuos & mortuos. † Nam in hoc mortuis quoq; prædicatum est Euangelium, * ut iudicentur quidem secundum homines carne, uiuant aũt iuxta Deum spiritu. † Porrò rerum omnium finis imminet. Sitis igitur sobrij, & uigilantes ad orandum. * Ante omnia uero charitatem inter uos uehementẽ habentes. Nam charitas operiet multitudinem peccatorum. Hospitales estote erga uos 1.Pet.3.c * Ioan.5.c 2.Pet.3.b 1.Ioan.2.c *Pro.10.b

C inuicem, [e] sine murmurationibus, ut quisq; accepit donum, ita alius in aliũ illud ministrantes, ut boni dispensatores uariæ gratiæ Dei. Si quis loquitur, loquatur

e Id est, nõ inuiti. Metalepsis est.

Digitized by Google

Rom.12.c ut eloquia Dei: † si quis ministrat, ministret tanquam ex uirtute, quam suppeditat Deus, ut in omnibus glorificetur Deus per Iesum Christū, cui est gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen. Charissimi ne[f] miremini, dum per ignem exploramini: quæ res ad experimentum uestri fit, perinde quasi nouum aliquid uobis obtingat: imò in hoc quod consortes estis adflictionum Christi, gaudete, ut in reuelatione quoque gloriæ eiusdem gaudeatis exultantes. Si probris adficimini in nomine Christi, beati [estis:] quoniam gloria & spiritus Dei super uos requiescit. Iuxta ipsos quidem maledictis adficitur, iuxta uos autem glorificatur. Ne quis enim uestrum adfligatur, ut homicida, aut fur, aut facinorosus, aut [g] tanquam alienorum inspector. Porrò si ut Christianus [adfligitur aliquis,] ne pudefiat, imò glorificet Deum in parte hac. Quandoquidem & tempus est, ut incipiat iudicium à domo Dei: quod si primum incipit à nobis, quis erit finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? Et si iustus uix saluus efficitur, impius & peccator ubi comparebit? Proinde qui adfligũtur iuxta uoluntatē Dei, tanquam [h] apud fidelem conditorem deponant animas suas benefaciendo. D

CAP. V.

Ministris ecclesiæ suum præscribit officium, deinde quid iuniores faciant, docet. Humilitatem suadet, sobrietatem & uigilantiam.

PResbyteros qui inter uos sunt, obsecro, qui sum & ipse presbyter, ac testis adflictionum Christi, atque idem consors gloriæ quæ reuelabitur, pascite quantū in uobis est, gregem Christi, curam illius agentes non coactè, sed[a] uolentes: non turpiter adfectantes lucrum, sed propenso animo, neque ceu dominium exercẽtes aduersus[b] cleros, sed sic ut sitis exemplaria gregis. Et cum adparuerit ille pastorū princeps, reportabitis immarcescibilem gloriæ coronam. Similiter iuniores, A
Rom. 12. c subditi estote senioribus, [sic] ut omnes alius alij uicissim subijciamini. † Humilitatem animi uobis[c] infixam habete, propterea quod Deus superbis resistit, B
Iac.4.c † humilibus autem dat gratiam. [d] Humiliamini igitur sub potenti manu Dei,
Matth.6.c ut uos extollat cum erit opportunum: omni † cura uestra coniecta in illū. Nam
Psal.54.d illi cura est de uobis. Sobrij estote, uigilate: quoniam aduersarius uester diabo-
Luc.12.c lus, tanquam leo rugiens obambulat, quærens quem deuoret, cui resistite solidi C fide: scientes easdem adflictiones, uestræ quæ in mundo est fraternitati, consummari. Sed Deus omnis gratiæ, qui uocauit nos ad æternam suam gloriā per Christum Iesum, parumper adflictos, idem instauret uos, fulciat, roboret, stabiliat. Ipsi D gloria, imperium in sæcula sæculorum. Amen. Per Siluanum uobis fidelem fratrem, ut arbitror, paucis scripsi, adhortans & testificans, hanc esse ueram gratiam Dei, in qua statis. Salutat uos ea, quæ est Babylone consors electionis [ecclesia,] & Marcus filius meus. Salutate uos mutuo charitatis osculo. Pax uobis omnibus, qui estis in Christo Iesu, Amen.

f ξυνίζω, [illegible] tur cõmo[illegible] ua & in[illegible]

g Vel, ut cur[illegible] alienarū re[illegible] curas alien[illegible] Vel, qui alien[illegible] bus inhiet.

h Vel fideli co[illegible] ri commend[illegible]

a ἀκόντως, pro[illegible]

b Id est, sub di[illegible] uobis instituen[illegible] rigerūt. Sic en[illegible] cat delectum de[illegible] pulū, qui deo ue[illegible] sorte obuenit, & [illegible]

c ἐγκομβώσασθε. Id [illegible] est, arcte ceu nod[illegible] illigatam tenete.

d Vel, Submittite nos sub potent[illegible] num dei.

Digitized by Google

Epistola Petri Apostoli secunda.

CAPVT I.

Hortaturus ad certam in fide perseuerantiam, docet deum nobis in Christo dedisse omnia quae ad uitam & pietatem pertinent: & quod fides Christiana certa & indubitata sit, approbata dei patris & prophetarum testimonio.

A YMEON Petrus, seruus & apostolus Iesu Christi, his qui aeque pretiosam nobiscum sortiti sunt fidem, per iustitiā Dei nostri, & seruatoris Iesu Christi. Gratia uobis & pax multiplicetur per agnitionem Dei, & Iesu Domini nostri: [a]ut eius diuina uirtus omnia nobis largita est, quę ad uitam ac pietatem pertinent, per agnitionem eius, qui uocauit nos per gloriam & uirtutē, per quae pretiosa nobis ac maxima promissa donata sunt, ut per haec efficeremini diuinae consortes naturae, si refugeritis à cor-

B ruptione, quae est in mundo per concupiscentiam. Sed & in hoc ipsum omni adhibito studio, subministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute uero scientiam, †in scientia uero temperantiam, in temperantia uero patientiam: rursus in patientia pietatem, in pietate autem fraternam charitatem, in fraterna uero charitate dilectionem. Haec enim cum uobis adsint & exuberēt, haud otiosos, nec in irritum laborantes efficiunt, ad Domini nostri Iesu Christi cognitionem. Nam cui non adsunt haec, [is] caecus est, [b] manu uiam tentans, oblitus sese à ueteribus peccatis suis fuisse purgatum. Quapropter fratres, potius operam date, ut uocationē & electionem uestram firmam efficiatis. Haec enim si feceritis, nequaquam labemi-

C ni unquam, sic enim abunde subministrabitur uobis introitus in aeternum regnum Domini nostri, & seruatoris Iesu Christi. Quapropter haud [c] negligam, uos semper commonere de his, tametsi sciatis, & confirmati sitis in praesenti ueritate. Attamen iustum arbitror, quandiu sum in hoc tabernaculo excitare uos per commonitionem: † cùm sciam breui futurum, ut deponam hoc tabernaculum meum, quemadmodū et Dominus noster Iesus Christus significauit mihi. Quin & dabo semper operam, ut post exitum meum, horum mentionem facere possitis. Non enim [d] arte compositas fabulas secuti, notam uobis fecimus Domini nostri Iesu Christi [e] potentiam & aduentum: sed qui oculis nostris aspeximus illius maiestatem. Acceperat enim à Deo patre honorem & gloriā, uoce ad illum

D delata huiusmodi à magnifica gloria: †Hic est ille filius meus dilectus, in quo [f] mihi complacitum est. Et hāc uocem nos audiuimus è coelo delatam, cum essemus unà cum illo in monte sancto. Et habemus firmiorem sermonem propheticū: cui dū attenditis, ceu lucernae adparenti in obscuro loco, recte facitis, donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus uestris. [g] Si illud prius noueritis, quod omnis prophetica scriptura non sit priuatae interpretationis. † Nō enim uoluntate hominis allata est olim prophetia: sed à spiritu sancto [h] impulsi loquuti sunt sancti Dei homines.

Marginal notes:
- 1. Cor. 13 (beside "†in scientia")
- Ioan. 21 / 2. Tim. 4 (beside "† cùm sciam")
- Matt. 17 (beside "†Hic est ille filius")
- 2. Tim. 3. 4 (beside "† Nō enim")

[a] ὡς hic uidetur admiratiua esse particula: q.d. O quā abūde diuina uirtus, &c. Hoc enim sensu apud multos authores eam usurpari uidemus, ut etiam Latinis particula, ut.

[b] Vel, palpans.

[c] Vel, omittam.

[d] Vel, argutas & ad fallēdum confictas.

[e] Vel, uirtutem.

[f] Vel, placatus sum.

[g] Vel, hoc prius scientes.

[h] Vel, rapti aut agitati.

CAPVT II.

Exponit, cur haec monuerit superius, propter falsos doctores nimirum, quos graphice simul describit, artes illorum & interitum describens.

A FVerunt autem & pseudoprophetae in populo, quemadmodum & inter uos erunt falsi doctores: qui clam inducent [a] sectas perniciosas, etiam Dominum

[a] Sectas perditionis, Hebr.

qui

Digitized by Google

qui illos mercatus est, abnegantes: accersentes sibiipsis celerem interitum, & plerique sequentur illorum exitia, per quos uia ueritatis [b] maledictis adficietur, & per auaritiam factitijs sermonibus de uobis negotiabũtur: quibus iudiciũ iam olim

Iob.4.d non tardat, & perditio illorum non dormitat. † Nam si deus angelis, qui peccauerant non pepercit, sed [c] catenis caliginis in tartarum præcipitatos tradidit ser

Gen 7.a uandos in iudicium: † & prisco mundo nõ pepercit, sed octauum iustitiæ præco

Gen.19.b nem Noe seruauit, diluuio in mundum impiorum inducto: & * ciuitates Sodomorum & Gomorrhæ, in cinerem redactas, subuersione [d] cõdemnauit, [eosque] fecit exemplum his, qui impie forent acturi: & iustum Lot, qui opprimebatur à nepharijs per libidinosam cõuersationem, eripuit. Is enim oculis & auribus iustus, cum habitaret inter illos, quotidie animam iustam iniquis illorũ factis excruciabat. Nouit Dominus pios è tentatione eripere, iniustos autem in diem iudicij puniendos seruare: maxime uero illos, qui carnem sequentes, in concupiscentia pollutionis ambulant, ac dominationem cõtemnunt, audaces, præfracti, qui [e] gloria præcellentes non uerentur conuitijs incessere. Cũ ipsi angeli, qui sunt robore ac uirtute maiores, nõ ferunt aduersus sese apud Dominum, maledicum iudicium.

C At isti ueluti bruta animantia, natura genita in capturam, & in pernitiem, in his quæ non intelligunt maledicentes, in perditione sua peribunt, reportantes mercedem iniustitiæ, pro uoluptate ducentes, [f] si in diem delitijs fruãtur, labes ac maculæ: [g] qui cõuiuantes in erroribus suis, insultant uobis, oculos habentes [h] plenos adulteræ, & qui à peccando cessare nesciant, inescantes animas instabiles, cor habentes exercitatum rapinis, [i] execrabiles filij, qui relicta recta uia, aberrauerũt secuuti uiam Balaam filij Bosor, qui mercedem iniquitatis dilexit, sed redargutus fuit de sua iniquitate. Animal subiugale, mutũ, humana uoce loquens, prohibuit

Iudæ.1.c prophetæ dementiam. Isti sunt fontes aqua carentes, † nebulæ quæ à procella

D feruntur, quibus [k] caligo tenebrarum in æternum seruata est. Siquidẽ ubi uehementer fastuosa uanitatis uerba sonuerint, inescant homines per cõcupiscentias carnis uoluptatibus, eos qui uere auffugerant ab his, qui in errore conuersantur,

Ioan.8.d dum illis libertatẽ pollicentur, cum ipsi serui sint corruptionis. † Siquidem à quo

Rom.6.c quis superatus est, huic etiam in seruitutem est addictus. Nam si postea quã refugerunt ab inquinamentis mundi, per agnitionẽ Domini & seruatoris Iesu Chri

Heb.6.a sti: tamẽ his rursum inuoluti superantur: † facta sunt illis postrema peiora primis. Satius enim fuisset illis, non cognouisse [l] uiam iustitiæ, quàm ubi cognouerũt, cõuerti ab eo, quod illis traditum fuit, sancto præcepto. Verum accidit illis id quod uero prouerbio [dici solet:] Canis reuersus ad suum ipsius uomitum: & sus lota, reuersa ad uolutabrum cœni.

CAP. III.

Principio causam reddit superiorum omnium, deinde docet quales futuri sint in postremo seculo homines, qualia item horum consilia & sermones, disputans simul de uindictæ tempore. Hinc ad uitæ sanctimoniam hortatur.

A HAsce iã alteras uobis charissimi scribo epistolas, in quibus extimulo uestrã, per commonitionem, synceram mentem: ut memores sitis uerborum, quæ prædicta sunt à sanctis prophetis, & mandati nostri, qui sumus Apostoli Domini

1.Tim.4.a & seruatoris. † Illud primũ scientes, uenturos in extremis diebus illusores, qui

2.Tim.3.a iuxta proprias concupiscentias ambulent, & dicant: * Vbi est pollicitatio aduen

Iudæ.1.f tus eius? Siquidem ex quo die patres dormierũt, omnia sic permanent [ut] ab ini

Ezec.12.f tio creationis [erant.] Nam illud [a] uolẽtes nesciunt, quod cœli iam olim fuerint ac

B terra, ex aqua & per aquã consistens Dei sermone, [b] per quos is qui tum erat mundus, aqua inundatus perijt. At qui nunc sunt cœli ac terra, eiusdem sermone repositi sunt, & seruantur igni in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum. Vnum autem hoc ne lateat uos dilecti, quod unus dies apud Dominũ perinde

[b] Vel, blasphe... tur.

[c] Id est, uin... caliginosis. Intelli... tem ipsas ... quę damnatos ... piunt.

[d] Pro puni... enim conde... nem sequit...

[e] Δόξας dixit ... lis qui in glori... constituti.

[f] Vel, ... tias.

[g] Verbi ... tiõe, delit... posturis suis ... uiuãtur uob... detur autem ... lis nõ inep... Iam corrupte ... pro ... charitatibus ... nim locus hic ... taria epistola ... &c.

[h] Cyprianus ... plenos moechati... bus.

[i] Execratio... Hebr.

[k] Id est, caligo ... bricosa.

[l] Id est, doctrina... uel religionẽ iusti...

[a] Vel, scire nolũ...

[b] August. legit, per quem.

Digitized by Google

c Dominus promiſſionis, Hebr.

est, ut mille anni: & mille anni, ut dies unus. Haud tardat[c] Dominus qui promiſit, quemadmodum nonnulli tarditatem exiſtimant. Verum longanimis eſt erga
C nos, dum non uult ullos perire, ſed omnes ad pœnitentiam recipere. Veniet autem dies Domini, ſicut fur in nocte, qua cœli[b] procellę in morem tranſibunt: elementa uero æſtuantia ſoluentur, terraq́ & quæ in ea ſunt opera, exurētur. Cum igitur hæc omnia ſoluantur, quales oportet eſſe uos in ſanctis cōuerſationibus ac pietatibus, expectantes & accelerantes aduentū diei Dei: per quem cœli incenſi ſoluentur, & elementa æſtuantia liqueſcent.† Sed cœlos nouos ac terrā nouam Iſa.65 Apoc.
D iuxta promiſſum illius expectamus, in quibus iuſtitia inhabitat. Quapropter dilecti, hæc expectantes, date operam, ut immaculati & [e] incōtaminati ab illo reperiamini in pace, dominiq́ noſtri longanimitatem, ſalutem arbitremini: quemadmodum & dilectus frater noſter Paulus, iuxta ſibi datam ſapientiā ſcripſit uobis, etiam in omnibus ferè epiſtolis, loquens de his, inter quę ſunt nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti parumq́ firmi detorquēt, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perniciem. Vos igitur dilecti, poſteaquam præmoniti eſtis, cauete ne ſimul cum alijs nephariorū errore abducti, excidatis à propria ſtabilitate, ſed creſcite in gratia, & cognitione Domini noſtri, & ſeruatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

b August. magno impetu tranſcurrent.

e Vel, irreprehenſibiles.

Epiſtola D. Ioannis Apoſtoli prima.

CAPVT I.

Aſſeuerat ſe certa & comperta proferre, Chriſti nimirum euangelium ueri dei & hominis, in quo uitæ innocentiam diſcamus, & peccatorum remiſſionem conſequamur, ſi modo confiteamur peccata.



A QVOD erat ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis noſtris, quod[a] perſpeximus, & manus noſtræ[b] contrectauerunt de ſermone uitæ, & uita manifeſtata eſt: & uidimus, etiam teſtamur, & annunciamus uobis uitam æternā, quæ erat apud patrem, & manifeſtata eſt nobis. Quod uidimus
B & audiuimus annunciamus uobis, ut & uos[c] ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra [eſt] cum patre, & cum filio eius Ieſu Chriſto. Et hæc ſcribimus uobis, ut gaudium ueſtrum ſit impletum. Et hæc eſt[d] promiſſio, quam audiuimus ex ipſo, & annunciamus uobis,
C quod Deus† lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt ullæ. Si dixerimus quod ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & ueritatem non facimus. Quod ſi in luce ambulamus, ſicut ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus inter nos mutuam, & † ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni pec Hebr.9 1.Pet.1 Apoc.1
D cato. Si dixerimus. * peccatum non habemus, noſipſos fallimus, & ueritas in nobis non eſt. Si confiteamur peccata noſtra, [e] fidelis eſt & iuſtus, ut remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, non peccauimus, mendacem facimus eum, & ſermo eius non eſt in nobis. 3.Reg. Prou. 2.Par.

a ἐθεασάμεθα, id eſt, ſpectauimus uelut in hoc expoſitum.
b Hiero. uertit, palpauerunt.
c Vel potius, cōmunionem, aut commercium.

d Vel potius, annunciatio aut narratio, der fürtrag.

e Id eſt, uerax et integer qui ſtet promiſſis ſuis.

CAP. II.

Hortatur nomine fidei ad uitæ puritatem, charitatem mutuam & multam uigilantiam, eo quod antichriſti multi ſint, quorum artes euitare poßint, ſi doctrinæ ſpiritus ſancti indiuulſe adhæſerint.

Digitized by Google

Filioli mei, hæc scribo uobis, ne peccetis: & si quis peccauerit, [a]aduocatum ha- A
bemus apud patrem, Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro pec-
catis nostris: non pro nostris autẽ tantum, sed etiam pro totius mundi. Et per hoc
an. 4.c scimus quod cognouimus eum, si [b]mandata ipsius obseruamus. †Qui dicit: No
ui eum, & præcepta eius non seruat, mendax est, & in eo ueritas non est. Qui au
tem seruat sermonem eius, uere in hoc charitas Dei perfecta est. Per hoc scimus
quod in ipso sumus. Qui dicit se in eo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse
ambulare. Fratres, non præceptum nouum scribo uobis, sed præceptum uetus
quod habuistis ab initio. Præceptũ uetus est sermo, quem audistis ab initio. Rur
n.13. b sum †præceptum nouum scribo uobis, quod uerum est in ipso, [idem uerum est] B
& in uobis: quia tenebræ prætereunt, & uerum lumen iam lucet. Qui dicit se in
luce esse, & fratrem suum odit, [is] in tenebris est usque adhuc. Qui diligit fratrem
suum, in lumine manet, & offendiculum in eo non est. Qui autem odit fratrem
suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæ
cauerunt oculos eius. Scribo uobis filioli, quoniam remittuntur uobis peccata
propter nomen eius. Scribo uobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab ini
tio est. Scribo uobis [c]adolescentes, quoniam uicistis illum malum. Scribo uo
bis pueri, quoniam cognouistis patrem. Scripsi uobis patres, quoniam cogno
uistis eum qui ab initio est. Scripsi uobis adolescentes, quoniam fortes estis, &
uerbum Dei manet in uobis, & uicistis illum malum. Ne diligatis mundum, C
neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, nõ est charitas patris in eo.
Quoniam omne quod est in mundo, [uidelicet] concupiscentia carnis, & concu
piscentia oculorũ, & [d]fastus uitæ, non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus
transit, & concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatem Dei, manet in æter-
num. Pueri, nouissimum tempus est, & sicut audistis, quod Antichristus uen-
turus sit, etiam nunc Antichristi multi [e]cœperunt esse. Vnde scimus nouissimum
tempus esse. E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex no-
bis, permãsissent utique nobiscum. [f]Sed ut manifesti fierent, quod non sint omnes
ex nobis. Sed uos unctionem habetis à sancto illo, & nostis omnia. Non scripsi
uobis, [g]quasi ignorãtibus ueritatem, sed [h]tanquam scientibus eam. Et quoniam D
omne mendacium ex ueritate non est. Quis est mẽdax, nisi [is,] qui negat Iesum
esse Christum? Hic est Antichristus, qui negat patrem & filium. Quisquis negat
filium, [is] ne patrem quidem habet. Vos igitur quod audistis ab initio, in uobis
permaneat. Si in uobis permanserit, quod audistis ab initio, & uos in filio & pa-
tre permanebitis. Et hæc est promissio, [i]quam ipse pollicitus est nobis, uitã æter-
Isa.54.c nam. Hæc scripsi uobis de his qui seducunt uos. †& unctio quam uos accepi-
Ioan.6.e stis ab eo, manet in uobis. Et non necesse habetis ut quisquam doceat uos: sed si-
..16.b cut ipsa unctio docet uos de omnibus, & uerax est, & non est mendacium. Et si-
cut docuit uos, manete in ea. Et nunc filioli manete in eo, ut cum apparuerit, ha
..5.a beamus fiduciam, †& non pudefiamus ab eo in aduentu eius. Si scitis quod iustus
est, scitote quod omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

CAP. III.

In eodem autem argumento uersatur, adhortans ad morum uitæque innocentiam, maxime uero ad charitatem fraternam.

Videte qualem charitatem [a]dedit nobis pater, ut filij Dei [b]uocemur. Propter A
Luc.20.d hoc mundus non nouit uos, quia non nouit eum. Charissimi, nunc †filij
Rom.8.c Dei sumus, & nondũ apparuit id quod futuri sumus. *Scimus autem, quoniam
1.Cor.15.f si apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Et omnis qui
Col.3.a habet hanc spem in eo, purificat se, sicut & ille purus est. Omnis qui cõmittit pec
Phil.3.e catum, idem & iniquitatem cõmittit, & peccatum est iniquitas. †Et scitis quod il-
Isa.53.c le apparuit, ut peccata nostra tolleret: & peccatũ in eo non est. Omnis qui manet
1.Pet.2.d

a Vel, patronũ: aut etiam mediatorẽ & intercessorẽ. Omnia enim hæc significat uox Græca παράκλητος.
b Vel, iussa.
c August. legit, iuuenes.
d Vel, arrogantia, insolentia & ostentatio facultatum ad uitæ sustentationẽ pertinentium.
e Vel, facti sunt.
f Oratio uidetur ecliptica, & intelligendũ esse, Sed ideo exciderunt, ut, &c.
g Vel, quod ignoretis.
h Vel, quod sciatis.
i Vel, qua. Nam promissionem promittere secundum Græcos Atticismus est.
a Vel, exhibuit, præstitit.
b Secundum Hebr. intelligi potest pro simus. Sic enim uocandi uerbo uti solent.

Digitized by Google

B in eo, non peccat: omnis qui peccat, non uidit eum, nec [c]nouit eum. Filioli, nemo uos ſeducat. Qui exercet iuſtitiam, iuſtus eſt, ſicut & ille iuſtus eſt. Qui committit peccatum, ex diabolo eſt: †quoniam ab initio diabolus peccat. Ad hoc apparuit filius Dei, ut diſſoluat opera diaboli. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non committit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & nõ poteſt peccare, eo quod ex Deo natus eſt. †In hoc manifeſti ſunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non facit iuſtitiam, non eſt ex Deo, & qui non diligit [d]fratrem ſuum. Quoniam hæc eſt annũciatio, quam audiſtis ab initio, ut diligatis uos inuicem. Non ſicut Cain ex illo malo erat, & occidit fratrẽ ſuum. Et propter quid occidit eum? C quia opera eius mala erant, fratris autem eius iuſta. Ne miremini fratres mei, ſi odit uos mundus. Nos ſcimus quod tranſlati ſumus de morte ad uitã, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: & ſcitis quod omnis homicida non habet uitam æternam in ſe manentem. Per hoc cognouimus charitatem, quoniam ille [e]animam ſuam pro nobis [f]poſuit. †Et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui uero habuerit [g]ſubſtantiam mundi, & uiderit fratrem ſuum egentem, & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, †ne diligamus uerbo D neq; lingua, ſed opere & ueritate. Et per hoc cognoſcimus quod ex ueritate ſumus, & in conſpectu eius [h]ſuadebimus cordibus noſtris. Quod ſi cõdemnet nos cor noſtrum, maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia. Chariſſimi, ſi cor noſtrum non condemnet nos, fiduciam habemus erga Deum: †& quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniam præcepta eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt [i]placita coram eo, facimus. †Et hoc eſt præceptum eius, ut credamus nomini filij eius Ieſu Chriſti, & diligamus nos mutuo, ſicut dedit præceptum. Et qui ſeruat præcepta eius, in illo manet, & ipſe in eo. Et per hoc ſcimus quod manet in nobis, è ſpiritu quem nobis dedit.

[Margin: Ioan. 8. d; Ioan. 13. d; 15. b; Ioan. 15. b; Iac. 2. c; Ioan. 16. c; 1. Ioan. 15. d]

[c] Vel, cognitum habet. Græca em̃ uox actum inhærentem ſignificat.

[d] Fratres nocat more Hebr. quos nos ꝓximos uocamus.

[e] Pro uitam. Hebr.
[f] Enallage figuræ, pro depoſuit, aut in mortem tradidit.
[g] βίος enim, non uitam modo, ſed omnia quæ ad uitam ſuſtinendam faciũt, ſignificat.
[h] Vel, placabimus corda noſtra. Significat autem cõſcientiã fore ſecurã cum ſtabimus ſynceri coram deo iudice.
[i] Hebr. ſapit, pro eo quod eſt, placẽt illi.

CAPVT IIII.

Interſerit quedã de probatione ſpirituum, deinde uero redit ad charitatem, ad quam plurimis argumentis hortatur.

A Chariſſimi, ne cuiuis ſpiritui credatis, ſed probate ſpiritus an ex deo ſint: quoniam multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum. Per hoc cognoſcite ſpiritum Dei. Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtũ in carne ueniſſe, ex Deo eſt. Et omnis ſpiritus qui non confitetur Ieſum Chriſtũ in carne ueniſſe, ex Deo non eſt. Et hic eſt ille [ſpiritus] Antichriſti, de quo audiſtis quod uenturus ſit: & nunc iam in mundo eſt. Vos ex Deo eſtis filioli, & uiciſtis [a]eos, quoniam maior eſt qui in uobis [eſt,] q̃ qui in mundo. Ipſi è mũdo ſunt, ideo [b]è mundo loquun B tur, & mundus eos audit. Nos ex Deo ſumus. †Qui nouit Deum, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos. Per hoc cognoſcimus [c]ſpiritum ueritatis, & ſpiritum erroris. Chariſſimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo eſt. Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas eſt. †In hoc apparuit charitas Dei in nobis, ꝙ filium ſuum unigenitum emiſit Deus in mundũ, ut uiuamus per eum. In hoc eſt charitas, non quod nos dilexerimus Deum, ſed quod ipſe dilexerit nos, & emiſe C rit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris. Chariſſimi, ſi ſic Deus dilexit nos, & nos debemus nos mutuo diligere. Deum †nemo uidit unquam. Si diligamus nos inuicẽ, Deus in nobis manet, & [d]charitas eius perfecta eſt in nobis. In hoc cognoſcimus, in eo nos manere, & ipſum in nobis, quod de ſpiritu ſuo dedit nobis. Et nos uidimus, & teſtamur, ꝙ pater emiſit filium ſeruatorem mundi. Quiſquis cõfeſſus fuerit ꝙ Ieſus eſt filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo. Et nos cognouimus, & credimus charitatem quam habet Deus in no D bis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc

[Margin: Ioan. 8; Ioan. 3. b; Ioan. 1. b; 1. Tim. 6. b]

[a] Auguſt. legit, eum.
[b] Id eſt, ex affectu mundi.

[c] Heb. pro, ſpiritum uerac ẽ & ſpiritum ſeductorem.

[d] Charitas dei ponitur pro ipſo deo diligente.

Digitized by Google

hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij: quod sicut ille est, & nos sumus in mundo hoc. [e]Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras eijcit timorem, quoniam timor [f]cruciatū habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos diligimus eum, quoniam ipse prior dilexit
Ioan.13.d 15.b Ephes.5.a nos. Si quis dixerit: Diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidit, Deum quem non uidit, quomodo potest diligere? Et hoc præceptum habemus ab eo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

CAP. V.

Disserit de uirtute fidei, fidei, inquam, quæ est in Christum, qui sit uerus dei filius & æterna credentium salus, adeo ut extra eum non sit ulla salus.

A Omnis qui credit Iesum esse Christum, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit et eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus ꝙ diligamus filios Dei, cum Deū diligimus, & præcepta eius seruamus. Hæc est
Matt.22.d enim charitas Dei, ut præcepta eius seruemus: †& præcepta eius grauia nō sunt.
1.Cor.15.g *Quoniā omne quod natum est ex Deo, uincit mundū: & hæc est uictoria quæ uicit mundum, fides nostra. Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit ꝙ Iesus est filius Dei? Hic est qui uenit per aquam & sanguinem, Iesus Christus: non per aquam solū, sed per aquam & sanguinem. Et spiritus est qui testificatur, quo B niam spiritus [a]est ueritas. [b]Quoniam tres sunt qui testimonium dant, spiritus & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoniam hoc est testimonium Dei, quo testificatus est
Ioan.3.d de filio suo. Qui credit in filium Dei, habet testimonium in seipso: qui non †credit Deo, mendacem fecit eum, quia non credidit in testimonium, quod testificatus est Deus de filio suo. Et hoc est testimonium, quod uitam æternam dedit nobis Deus, & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam: qui non ha C bet filium Dei, uitam non habet. Hæc scripsi uobis, qui creditis in nomen filij Dei, ut sciatis ꝙ uitam habetis æternam, & ut credatis in nomen filij Dei. Et hæc est fiducia, quā habemus apud eum, quod si quid petierimus secundū uolūtatem eius, audit nos. Et si scimus ꝙ audit nos, quicquid petierimus, scimus ꝙ habemus petitiones quas postulauimus ab eo. Si quis uiderit fratrem suum peccare, peccatum non ad mortem, petet & dabit ei uitam, peccantibus non ad mortem. Est pec D catum ad mortem, non pro illo dico ut roges. Omnis iniquitas peccatum est. Et est peccatum non ad mortem. Scimus ꝙ omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed qui genitus est ex Deo, seruat seipsum, & malus ille non [c]tangit eum. Scimus ꝙ ex Deo sumus, & mundus totus in malo constitutus est. Scimus autem
Luc.24.d ꝙ filius Dei uenit, †& dedit nobis mentem, ut cognoscamus illum qui uerus est: & sumus in uero, in filio Iesu Christo. Hic est uerus Deus, & uita æterna. Filioli, cauete uobis à simulachris. Amen.

ppp 2

[e] Timor hic pro [illegible] speratione & c[illegible] nata conscien[illegible] mitur.
[f] August. tormen[illegible] tum.

[a] Hebr. pro, est [illegible] rax.
[b] Magna hic est [illegible] dicum uarietas. [illegible] rillus legit, Qui[illegible] tres sunt qui testi[illegible] nium perhibent, s[illegible] ritus, aqua & sa[illegible] guis: & hi tres u[illegible] sunt. Quā lectione [illegible] iisdē ferè uerbis [illegible] uetustissimo Tigu[illegible] næ bibliothecæ co[illegible] dice inuenimus. H[illegible] spana editio sic le[illegible] git, ὅτι τρεῖς εἰσὶ [illegible] μαρτυροῦντες ἐν τῷ [illegible] ρανῷ, ὁ πατὴρ καὶ [illegible] λόγος καὶ τὸ ἅγιον [illegible] πνεῦμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς [illegible] τὸ ἕν εἰσι. καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐπὶ [illegible] γῆς, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα. [illegible] Tres sunt qui testimonium perhibēt in cœlo, pater, uerbum & spiritus sanctus, & tres unū sunt. Et tres sunt qui testimonium perhibēt in terra, spiritus, aqua & sanguis. Hic enī nō additur, quod hæc tria quæ in terra testantur, unū sint. Vide Annot. Erasmi. Nos Cyrilli & aliorum ueterum lectionem, tum probatissimorum Græcorū codicū fidem sequi maluimus; &c.
[c] Id est, tentat aut aggreditur eum.

Digitized by Google

Beati Ioannis Epistola secunda.

Gratulatur fideli ecclesiæ, quod ueritatem receperit: in hac uero ut perseueret, & se se mutuo diligat, & à pseudoprophetis sibi caueat, hortatur.

a Vel potius, liberis.
b Id est, uere & syncere.
c Vel potius, liberis.

A 
ENIOR, electæ dominæ & [a]filijs eius, quos ego diligo [b]in ueritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerũt ueritatem, propter ueritatem quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum. Erit uobiscum gratia, misericordia, pax à deo patre, & à domino Iesu Christo, filio patris in ueritate & charitate.
B Gauisus sum ualde, quod inueni de [c]filijs tuis ambulantes in ueritate: sicut præceptum accepimus a patre. Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatũ nouum scribo tibi, sed quod habuimus ab initio, ut †diligamus nos mutuo. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundũ præceptum eius. Hoc est præceptum, quemadmodum audistis Ioan. 15. b
C ab initio, ut in eo ambuletis: quoniã multi seductores ingressi sunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum [d]uenturum in carne: hic est seductor & Antichristus. [e]Cauete uobisipsis, ne perdamus quæ operati sumus, sed ut mercedem plenam recipiamus. Omnis qui transgreditur, & non manet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui manet in doctrina Christi, hic & patrem & filiũ habet.
D Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinã non adfert, ne recipiatis eum in domum, nec [f]aue ei dixeritis. Qui enĩ dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malis. Cum multa haberem uobis scribenda, nolui per chartam & atramẽtum: sed spero me uenturũ ad uos, & [g]præsentem præsentibus loquuturum, ut gaudium nostrum sit completum. Salutant te filij sororis tuæ electæ. Amen.

d Potest etiam ἐρχόμενον per præteritum exponi, ut negent Christũ in carne uenisse, &c.
e Vel, intuemini uos ipsos.
f Vel, salutem illi dixeritis.
g Ad uerbum, ore ad os.

Beati Ioannis Epistola tertia.

Gaio gratulatur, quod in recepta ambulet ueritate, beneficentiamq; exerceat in fratres. Perstringit Diotrephen & commendat Demetrium.

a Vel, liberos.

A 
ENIOR Gaio dilecto, quem ego diligo in ueritate. Dilecte, de omnibus opto, ut prospere agant, & recte ualeat, sicut prospere agit anima tua. Gauisus sum enim ualde uenientibus fratribus, & testimonium reddentibus ueritati tuæ, sicut tu in ueritate ambulas. Maius his nõ habeo gaudium, quàm ut audiam [a]filios meos in ueritate ambulare.
B Dilecte, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & in hospites, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ, quos, bene facies, si deduxeris digne Deo: Pro hoc enim nomine profecti sunt, nihil accipientes à gẽtibus. Nos ergo debemus recipere huiusmodi, ut cooperatores simus ueritati.

Digitized by Google

ueritati. Scripsi ecclesiæ, sed is qui amat primatū gerere in eis [b] Diotrephes, non C recipit nos. Propter hoc si uenero, indicabo facta illius quę facit, uerbis malitiosis garriens in nos: & nec his contentus, non solum nō recipit fratres, uerumetiam nolentes [recipere] prohibet, & è cōgregatione eijcit. Dilecte, ne imiteris quod malum est, sed quod bonum est. Qui bene facit, ex Deo est: qui autem male facit, non uidit Deum. Demetrio testimonium redditum est ab omnibus, & ab ipsa ue- D ritate: sed & nos testimonium perhibemus, & nostis quod testimonium nostrum uerum est. Multa habebam quæ scriberem, sed nolo per atramētum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus me uisurum te, [c] & præsentes corām loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

b Quid si adiectiuū sit positum pro iactabundo et arroganti. Olim enim qui generis nobilitate inflati erant διοτρεφεῖς, id est, à Ioue nutriti solebāt uocari. Et huc facit quod eū principatus ecclesiastici affectatorem dixit.
c Verbi interpretatione, ore ad os.

Beati Iudæ Apostoli Epistola catholica.

Hortatur sanctos ut & ipsi in fide pergant, & alijs quoq; sint adiumento: deinde ut ueritatem euangelicam bonis exprimant operibus, caueāt autem ab impostoribus, quos hic depingit graphice, interitum simul illorum interminans.



IVDAS Iesu Christi seruus, frater aūt Iacobi, his qui per A Deum patrem sanctificati sunt, quiq; per Iesum Christum seruati sunt, uocatis. Misericordia uobis & pax, & charitas multiplicetur. Dilecti, [a] tantum mihi studium fuit scribendi ad uos de cōmuni salute, ut non potuerim non scribere uobis, obsecrans, ut uestris laboribus adiumento sitis fidei, quæ semel data est sanctis. Obiter enim subierūt quidam homines impij, qui prius descripti fuerant in hoc iudiciū, qui Dei nostri gratiā transferunt ad lasciuiā: ac Deum, qui solus est herus, ac dominum nostrū Iesum Christū negant. Volo aūt uos cōmonefacere, cū sciatis se- B
Num.14.f mel illud: quod Dominus, posteaquā populū ex Aegypto saluū eduxerat, †rursus eos qui nō credebant, perdidit: quodq; angelos, qui nō seruauerant suā [b] originē, sed reliquerāt suum domicilium, ad iudicium magni illius diei, uinculis æternis
Gen.19.c sub caligine seruauit. †Sicut Sodoma & Gomorrha, & his finitimæ ciuitates, quæ ad consimilem modum cum illis stupris inquinatæ fuerant, ac sequutæ fuerant carnem alienam, propositæ sunt exemplo, ignis ęterni pœnam sustinentes. Similiter sanè et hi delusi in somnijs, carnem quidē polluunt, [c] dominos uero
Zach 3.c spernunt: in gloria aūt constitutos maledictis insectantur. At †Michael archange-
Eccli 21.d lus cum aduersus diabolum certans, disceptaret de corpore Mosi, nō ausus est illi notā impingere [d] maledicti, sed dixit: Increpet te Dominus. At isti quæ non nouerunt, ea maledictis insectantur: quę uero natura ceu rationis expertia animantia
Gen.4.b sciunt, in his corrumpuntur. Vę illis, quoniā uiā †Cain ingressi sunt, & [e] deceptio- C
Num.22.d ne mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt, & contradictione* Core perie-
*Nū.16.a runt. Hi sunt inter charitates uestras maculæ, inter se cōuiuantes, absq; [ullius]
2.Pet.2.d timore, [f] seipsos pascentes, †nubes aquā non habentes, quæ à uentis circumaguntur, arbores autumno marcescentes, infrugiferæ, bis emortuæ & eradicatæ: undę efferæ maris, despumantes sua ipsorū dedecora: stellæ erraticæ, quibus caligo [g] tenebrarum in æternum seruata est. Prius autem & his uaticinatus est septimus ab

a Vel, cū magno uobis scribēdi studio tenerer de communi salute, necessitas me scribere coëgit, id est, non potui nō scribere & meo obsequi desyderio.
b Vel, primam naturam, in qua nimirum erant conditi.
c *Græcus* κυριότητα *legit*, & δόξας, id est, dominationē & glorias. Ponitur aūt res pro persona in imperio & gloria & potestate constitutā.
d Vel, conuicij.
e Hebr. pro mercede dolosa et decipiēte.
f Vel, suopte uiuentes arbitrio, ποιμαίνειν *enim nō tantū* de pabulo dicitur, sed etiā pastoris in morē regere sibi cōmissos, significat.
g Hebr. pro tenebricosa.

Digitized by Google

Adã Enoch, dicẽs: † Ecce uenit Dominus in sanctis milibus suis, ut faciat iudiciũ aduersus oẽs, & redarguat oẽs ex eis qui sunt impij, de factis omnibus, [b] quæ impie patrarũt, deq; omnibus duris, quæ loquuti sunt aduersus eum peccatores impij. Hi sunt murmuratores, queruli, iuxta cõcupiscentias suas ambulantes, et os illorũ loquitur tumida, admirantes personas utilitatis gratia. Vos aũt dilecti, memores estote uerborũ, quę antehac dicta fuerunt ab apostolis Domini nostri Iesu Christi, quod dixerunt uobis, in extremo tẽpore futuros illusores, qui iuxta suas impias cupiditates ambularent. Hi sunt qui segregant, [i] animales, spiritum nõ habentes. Vos autẽ dilecti, sanctissimæ uestræ fidei superstruentes uosipsos, per spiritum sanctũ orantes, uosipsos in charitate Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in uitã ęternã. Et hos quidẽ cõmiseremini, [f] dũ dijudicamini: illos autem, per timorem saluos facite ex incendio rapientes, odio prosequentes, & eam quæ ex carne est maculatam tunicam. Ei uero qui potest illos seruare à peccato immunes, & statuere in cõspectu gloriæ suæ, [l] incontaminatos cum exultatione, soli sapienti Deo seruatori nostro, gloria & magnificentia, imperium & potestas, nunc & in omnia sæcula. Amen.

Apoc. 1. b

D

b Ad uerbum, implefactis ipsorum.

i Id est, animi affectibus dediti & uacui spiritu dei.

f Vel, dijudicantes. Grȩcis ambiguũ est.

l Vel, irreprehensibiles.

Apocalypsis beati Ioãnis Apostoli & Euangelistæ theologi.

CAPVT I.

Prima hic continetur uisio, ostendens cuius iussu & in quem finem liber hic conscriptus sit. Docetur autem hoc per candelabrorum & stellarum speciem.

a Vel, ostenderet, exhiberet.

A



REVELATIO Iesu Christi, quã dedit illi Deus, ut [a] palàm faceret seruis suis, quæ oporteat fieri citò: & significauit emisso mandato per angelum suum, seruo suo Ioanni, qui testificatus est sermonem Dei, & testimoniũ Iesu Christi, & quęcunq; uidit. Beatus qui legit, & qui audiunt uerba prophetiæ: & seruant ea, quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope [est.] Ioannes, septem ecclesijs, quæ sunt in Asia. Gratia uobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui uenturus est: & à septem spiritibus, qui in cõspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo, q est testis fidelis, † primogenitus mortuorum, & princeps regũ terræ: ei qui dilexit nos, & * lauit nos à peccatis nostris per sanguinẽ ipsius, & fecit nos [b] reges, & sacerdotes Deo et patri suo, [c] Ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorũ. Amen. † Ecce, uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ, etiam, Amen. † Ego sum Alpha & Ω, [d] principiũ & finis, dicit Dominus: qui est, & qui erat, & qui uenturus est, omnipotens. Ego Ioannes qui & frater uester sum, & particeps in adflictione, & regno, & patientia in Christo Iesu, fui in insula, quæ adpellatur Patmos, propter sermonem Dei, et testimonium Iesu Christi. Fui in spiritu, in dominico die, & audiui post me uocem magnam, tanquã tubæ dicentis: Ego sum Alpha & Ω, primus & nouissimus. Quod uides scribe in libro: & mitte septem ecclesijs quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ. Et conuersus sum, ut uiderem uocem quæ loquebatur mecũ. Et conuersus, uidi septem candelabra

B

C

1. Cor. 15. Col. 1. c
*Heb. 9. d
1. Ioan. 1. d
1. Pet. 1. d
Apoc. 5. b
†Mat. 24. c
Iudæ. 1. c
†Esa. 44. b
Apoc. 22. c
21. b

b Hisp. exemplar legit, βασιλείαν, id est, regnum.

c Pronomen repetitũ uidetur more Hebræorum.

d Hæc in Hisp. codice non habentur, & possunt uideri adiecta ad expositionem ipsius α & ω.

Digitized by Google

candelabra aurea: & in medio septem candelabrorum similem filio hominis, ue-
stitum ueste [e]ad pedes usque demissa, & præcinctum ad mamillas zona aurea: ca
put autem eius & capilli [erant] candidi, uelut lana alba, & tanquã nix. Et oculi
eius [f]tanquam flamma ignis, et pedes eius similes chalcolibano, uelut in camino
ardentes, & uox illius tanquam uox aquarum multarũ, et habebat in dextera sua D
stellas septẽ. Et de ore eius gladius [g]anceps [&] acutus exibat. Et facies eius, sicut
sol lucet in uirtute sua. Et cum uidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquã mor-
Esa. 44. a 41. b tuus, & posuit dexteram suam super me, dicens mihi: Noli timere, †ego sum pri-
mus & nouissimus, & [h]uiuus: & fui mortuus, & ecce [i]sum uiuens in sæcula sæcu
lorum, Amen: & habeo claues inferni & mortis. Scribe [ergo] quæ uidisti, & quæ
sunt, & quæ oportet fieri post hæc. [k]Sacramentum septem stellarum, quas uidisti
in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ, angeli sunt septem ec
clesiarum: & candelabra septem quæ uidisti, septem ecclesiæ sunt.

CAP. II.

Monentur hic Ephesiorum, Smyrnensium, Pergamenorum & Thyatirorum ecclesiæ, ut fata futura per pœnitentiam effugiant.

ANgelo Ephesinæ ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dexte A
ra sua: qui ambulat [a]in medio septem candelabrorũ aureorũ. Noui opera
tua, & laborem, & [b]patientiam tuam, & quod non potes sustinere malos: & tẽta
sti eos, qui se dicunt apostolos esse, & non sunt: & inuenisti eos mendaces, & tuli
sti. Et patientiam habes, & laborasti propter nomen meum, & non defecisti. Sed
habeo aduersum te, quod charitatẽ tuam primã reliquisti. Memor esto itaq; unde
excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin minus, ueniam tibi citò, & B
mouebo candelabrũ tuũ de loco suo, nisi resipueris. Sed hoc habes, quia odisti fa-
cta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ec
clesijs. Vincenti dabo edere de ligno uitæ, quod est in medio paradisi Dei. Et
angelo Smyrnæorũ ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mor
tuus & [c]uixit: Noui opera tua, et adflictionẽ et paupertatẽ, sed diues es: & blasphe
miam eorũ, qui se dicunt Iudęos esse, et nõ sunt, sed [sunt] [d]synagoga Satanæ. Ni C
hil horum timeas, quæ passurus es. Ecce, missurus est diabolus aliquos ex uobis
in carcerẽ, ut tentemini: & habebitis adflictionẽ dierum decẽ. Esto fidelis usq; ad
mortẽ, & dabo tibi coronã uitę. Qui habet aurẽ audiat, quid spiritus dicat eccle-
sijs. Qui uicerit, nõ lædetur à morte secũda. Et angelo Pergamensis ecclesiæ scri
be: Hæc dicit, qui habet gladiũ ancipitem & acutum. Noui opera tua, & ubi habi
tas, ubi sedes [est] Satanæ, et tenes nomen meum, & non negasti fidẽ meam. Et in
diebus [e]meis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud uos, ubi Satanas ha
Num. 24. c bitat. Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinã †Balaã, qui D
docebat per Balac mittere offendiculum coram filijs Israel, ut ederent ex his quæ
simulachris immolabantur, & fornicarentur. Ita habes & tu tenentes doctrinam
Nicolaitarum, [f]quod odi. Resipisce, alioqui ueniam tibi citò, & pugnabo cum il
lis gladio oris mei. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs. Vin-
centi dabo edere ex manna abscondito, & dabo illi calculum candidum, & in cal E
culo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Et angelo Thya
tirensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam
ignis, [g]cuius pedes similes [sunt] chalcolibano. Noui opera tua, & charitatẽ, et mi
nisteriũ, & fidem, & [h]patientiã tuam, & opera tua, & nouissima plura prioribus.
Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierẽ Hiezabel, quæ se dicit pro- F
phetam, docere & seducere seruos meos, scortari, & edere ex his, quæ simulachris
immolantur. Et dedi illi tẽpus, ut resipisceret à scortatione sua, nec resipuit. Ecce,
ego [i]mitto eam in lectum, & qui adulterio miscentur cum ea, in adflictionẽ ma-
ximam: nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis: & liberos eius interficiã mor

[e] Vel, talari.
[f] Vel, instar flammæ igneæ, uel ignitæ.
[g] Vel, utrinq; incidens.
[h] Vel, & uiuens ille, licet fuerim, &c.
[i] Vel, uiuo.
[k] Mysterium, uel arcanum.

[a] In medio, pro inter secundum Hebr.
[b] Vel, perseuerantiã.
[c] Vel, uitæ redditus est, aut reuixit ζῆν.
[d] Vel, congregatio, concilium.
[e] Al. leg. ἐν αἷς, id est, in quibus.
[f] Al. leg. ὁμοίως, id est, similiter: & coniungunt cũ uerbo sequenti Resipisce.
[g] Pronomen pro relatiuo ponitur, iuxta Hebraismum, & pedes eius, &c.
[h] Vel, perseuerantiã.
[i] Vel potius, deijcio, prosterno. Est autẽ præsens pro futuro.

Digitized by Google

te.†Et scient omnes ecclesiæ, quod ego sim ille scrutãs renes & corda: et dabo uni cuiq; uestrum secundum opera sua. Vobis aūt dico, & cæteris qui Thyatire estis: quicunq; non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt profunditates Satanæ, quemadmodum dicunt: nō mittam super uos aliud pondus, tamen [id] quod habetis tenete donec ueniam. Et qui uicerit, & custodierit usq; in finē opera mea, †dabo illi potestatē super gentes, & [f] reget eas uirga ferrea, [&] tanquam uasa [l] figulina cōfringentur. Sicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs. CAP. III.

Hier.17.b Psal.7.c 1.Reg.16 Psal.2.c

G

f ποιμανεῖ, id est, pascet, uel instar pastoris reget, qui errantē gregē pedo coërcet.
l Vel, fictilia.

Narrantur hic fata quæ Sardinensi, Philadelphicæ, & Laodicensium ecclesiæ euentura sint.

A ET angelo ecclesiæ, quæ est Sardis scribe: Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas. Noui opera tua: quia nomē habes, quod uiuas, & mortuus es. Esto uigilans, & confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inueni opera tua, plena coram Deo. [a] In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris, & serua, & resipisce. †Si ergo non uigilaueris, ueniam ad te tanquam fur, & [b] nescies qua hora ueniam ad te. Habes pauca [c] nomina & Sardis, qui non inquinauerunt uestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis: quia digni sunt.
B Qui uicerit, sic uestietur uestimentis albis: & non delebo nomen eius de libro uitæ, & † confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs. Et angelo Philadelphiensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit sanctus ille uerax, qui habet clauem Dauid, qui † aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Noui opera tua. Ecce dedi corā te ostium apertum, & nemo potest claudere illud, quia exiguā habes potentiā: & seruasti sermonem meum, & non negasti nomen meum. Ecce do de synagoga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce adigam illos ut ueniant, & adorent ante pedes tuos: & sciant quod ego dilexi te, quoniam seruasti
C sermonem [b] patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ uentura est in orbem uniuersum, ut tentet habitantes in terra. Ecce uenio citò. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Qui uicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum nouum. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs. Et angelo Laodicensium ecclesiæ scribe: Hæc dicit Amen testis ille fidelis & uerus, principium creaturæ Dei. Noui opera tua, quia neq; frigidus es, neq; feruidus: utinam frigidus esses, aut feruidus. Itaq; quoniam tepidus es, &
D nec frigidus, nec feruidus, [e] incipiā te euomere ex ore meo: quia dicis, diues sum, & ditatus sum, & nullius egeo, & nescis quod tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, ac nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum ex igni, ut locuples fias: & uestimenta alba, ut induaris, ne adpareat [f] dedecus nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos, ut uideas. † Ego quoscunq; amo, arguo & castigo. Aemulare ergo ac resipisce. Ecce sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit uocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cū illo, & ipse mecum. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego uici, & consedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs. CAPVT IIII.

Infra 16.c 1.Thes.5 2.Pet.3.c Luc.12.a Esa.22.f Iob 12.b Ioan.14.a Prou.3.b Heb.12.a

a Vel, memento aut consydera.
b Vel, ut nescias. Hebræis enim una coniunctio multarū locum supplet.
c Nomina pro hominibus nominatim recensitis, ut & alibi.
b Vel, perseuerantię.
e Vel, euomam te.
f Hebr. ignominiosa tua nuditas, uel etiā dedecus tuū nudum omniumq; oculis expositum.

Alia narratur uisio diuinæ maiestatis gloriam continens, quæ à quatuor animalibus & uigintiquatuor senioribus celebratur.

A POst hęc uidi, & ecce ostium apertum in cœlo, et uox prima quam audiui, tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendā tibi quę oportet fieri post hæc. Et statim [a] fui in spiritu. Et ecce, thronus positus erat in cœlo, & super

a Vel, spiritu abreptus sum.

Digitized by Google

super thronum sedēs. Et qui sedebat, similis erat aspectu lapidi Iaspidi & Sardio:
et iris erat[b] in circuitu throni, similis aspectu Smaragdino. Et in circuitu throni[c] se
dilia uigintiquatuor, et super sedilia uidi uigintiquatuor seniores sedētes, circum
amictos stolis albis, & habebant in capitibus suis coronas aureas. Et de thro- B
no procedebant fulgura, & tonitrua, & uoces: & septem lampades ignis ardētes
ante thronū, quæ sunt septem spiritus Dei. Et in conspectu throni mare uitreum
simile crystallo, & in medio throni, & in circuitu throni quatuor animalia, plena
oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni, et secundū animal simile ui-
tulo, tertium [illegible] habens faciem instar hominis, & quartū animal simile aqui
læ uolanti. Et [illegible]or animalia, singula eorū habebant alas senas in circuitu, & C
intus plena erant oculis. Et requiem nō habent die ac nocte, dicentia: †[d] Sanctus,
sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus
est. Et cum dederint illa animalia gloriam & honorem, &[e] benedictionem se-
denti super thronum, uiuenti in sæcula sæculorum, procidūt uiginti quatuor se-
niores ante sedentem in throno, & adorant uiuentem in sæcula sæculorū: & ab- D
iiciunt coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es Domine & Deus noster,
[f] accipere gloriam, & honorem, & potentiam: quia tu creasti omnia, & per uo-
luntatem tuam sunt, & creata sunt.

Esa.6.a

b Vel, circa sedem.
c Etiā in Græco throni legūtur, sed diuersa uoce usi sumus propter euidentiam.
d In Hisp. exemplari, ἅγιος nouies repetitur.
e Vel, gratiarū actionem.
f Addit hic Hisp. ὁ ἅγιος, id est, qui sanctus es.

CAP. V.

Librum septem sigillis obsignatum, quem nemo aperire poterat, agnus ille dei assumptus omnium cœlestium uoce aperire iubetur.

ET uidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & in tergo, A
obsignatum sigillis septem. Et uidi angelū fortem, prædicantē uoce magna:
Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Et nemo poterat, neque
in cœlo, neque in terra, neque subter terram, aperire librū, neque aspicere illum. Et ego
flebam multum, quod nemo dignus inuentus esset aperire & legere librū, nec ui
dere eum. Et unus de senioribus dicit mihi: Ne fleueris. Ecce, uicit leo, qui est B
de tribu Iuda, radix Dauid, ut aperiat librum & soluat septem sigilla eius. Et uidi,
& ecce in medio throni & quatuor animaliū, & in medio seniorum agnus stans
tanquam occisus, habens cornua septem, et oculos septem: qui sunt septē spiritus
Dei, missi in omnem terram. Et uenit, & accepit de dextera sedentis in throno li-
brum. Et cum accepisset librum, quatuor animalia & uigintiquatuor seniores C
prociderunt coram agno, habētes singuli citharas, & phialas aureas plenas odo-
ramentorum: quæ sunt precationes sanctorū, & canunt canticum nouum, dicen
tes: Dignus es accipere librum, & aperire sigilla eius: quoniam occisus es, & rede
misti nos Deo per sanguinem tuū, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natio-
ne: & fecisti nos Deo nostro reges ac sacerdotes: & regnabimus super terrā. †Et
uidi, & audiui uocem angelorum multorum in circuitu throni, & animaliū, et se
niorum,[a] & milia miliū dicentia uoce magna: Dignus est agnus, qui occisus est, D
accipere uirtutem, & diuitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & glo
riam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cœlo est, & quæ super ter
ram, & sub terra, & in mari, & quæ in eis sunt omnia, audiui dicentes: Sedenti in
throno & agno benedictio, & honor, & gloria imperiumque in sæcula sæculorū.
Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et uigintiquatuor seniores ceciderunt [in
facies suas,] & adorauerunt uiuentem in sæcula sæculorum.

Dan.7.c

a Inserit hic Hisp. καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, id est, et erat numerus ipsorū myriades myriadū. Est autem myrias numerus complectens decem millia.

CAP. VI.

Aperit agnus libri sigilla sex, quibus apertis cædes, fames, pestis, sanctorum querelæ, terræmotus, & uaria cœli prodigia oriuntur.

ET uidi cum aperuisset agnus unum de sigillis, & audiui unū de quatuor ani A
malibus dicens, tanquam uocē tonitrui: Veni, & uide. Et uidi, & ecce equus
albus, & qui sedebat super eum, habebat arcū, & data est ei corona: & exiuit uin-
cens, & ut uinceret. Et quum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum

Digitized by Google

a Ad uerbum, & sedenti super illũ, datum est ei. Repetitur pronomen iuxta Heb.

animal dicens: Veni & uide. Et exiuit alius equus rufus, & [a]insidẽti huic, datum
est ut tolleret pacem de terra, & ut inuicẽ se interficiant. Et datus est ei gladius ma-
gnus. Et quum aperuisset sigillum tertium, audiui tertiũ animal, dicens: Veni &
uide. Et uidi. Et ecce equus niger, & qui sedebat super eum habebat stateram in
B manu sua: & audiui uocem in medio quatuor animalium, dicentem: Chœnix tri-
tici denario, & tres chœnices hordei denario, & uinum & oleum ne læseris. Et
quum aperuisset sigillum quartum, audiui uocem quarti animalis, dicentem: Ve-
ni, & uide. Et uidi. Et ecce equus [b]pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi
mors: & infernus sequitur eum. Et data est illis potestas interficiendi super quar-
tam partem terræ, gladio, & fame, morte, & à bestijs terræ. Et cum aperuisset si-
gillum quintum, uidi subter altare animas [c]interfectorum propter uerbũ Dei, &
C propter testimonium quod habebant. Et clamabant uoce magna, dicentes: Vsq;
quo Domine, qui es sanctus & uerax, non iudicas, ac uindicas sanguinem no-
strum de his qui habitãt in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum
est illis, ut requiescerent adhuc pusillum temporis, donec complerentur conser-
ui eorum, & fratres eorũ, qui interficiendi essent sicut & illi. Et uidi, cum ape-
ruisset sigillum sextum, & ecce, *terræmotus magnus factus est. Et sol factus est Matth. 27.
niger, tanquã saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: & stellæ de cœ-
D lo ceciderunt super terram, sicut ficus abijcit [D]grossos suos, quum à uento magno
mouetur. Et cœlum recessit, sicut liber qui circumuoluitur: & omnis mons & in-
sulæ de locis suis motæ sunt: †& reges terræ, & principes, & diuites, & tribuni, & Esa. 2. d
fortes, & omnis seruus, & omnis liber absconderunt se in speluncis, & in petris
montium. †Et dicunt montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à Osee 10. b
faciæ sedentis super thronum, & ab ira agni: quoniam uenit dies magnus iræ il- Luc. 23. c
lius, & quis potest stare?

b χλωρὸς, id est, uiridis.

c Alij legunt, τῶν ἀνθρώπων ἐσφραγισμένων, id est hominum signatorum.

D ὄλυνθοι ficus, sunt immaturæ.

CAP. VII.

Inhibentur grassantes in orbe angeli, donec electi domini ex omnibus tribubus signentur. Deinde eorum qui Christi causa persecutionem sustinuerunt, gloria, honor & gaudium describitur.

A ET post hæc uidi quatuor angelos stãtes super quatuor angulos terræ, tenen-
tes quatuor uentos terræ, ne flaret uentus super terram, neq; super mare, neq;
in ullam arborem. Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, haben-
tem sigillum Dei uiui, & clamauit uoce magna quatuor angelis, quibus datũ est
nocere terræ, & mari, dicens: Nolite nocere terræ, neq; mari, neq; arboribus, quo-
adusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus suis. Et audiui numerum signa-
torum, centum quadragintaquatuor millia signati, ex omni tribu filiorũ Israel.
B Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signa-
ti. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signa-
ti. Ex tribu Nephthalim, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim
millia signati. Ex tribu Symeon, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duode-
cim millia signati. Ex tribu Isachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulon,
duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Ben-
iamin, duodecĩ millia signati. Post hæc uidi, & ecce turba multa, quã dinumera-
C re nemo poterat, ex omnibus gentibus, et tribubus, & populis, & linguis, stãtes an-
te thronũ, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ, &
clamabant uoce magna, dicentes: Salus ei qui sedet super thronũ Dei nostri, & a-
gno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorũ, & quatuor animaliũ:
& ciderũt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes:
Amen. Benedictio & gloria, & sapientia, & gratiarumactio, & honor, & poten-
D tia, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen. Et respondit unus
de senioribus, dicens mihi: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & unde ue-
nerunt

runt. Et dixi illi: Domine, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui uenerunt ex afflictio
ne magna, & [a] dilatauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas per sanguinẽ agni.
Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui se-
Esa. 49.c det in throno, habitabit super illos. †Non esurient amplius, neque sitient amplius,
nec cadet super illos sol, neque ullus æstus: quoniã agnus, qui in medio throni est,
Esa. 25.c [b] reget illos, & deducet eos ad [c] uiuos fontes aquarum: †& absterfurus est Deus
Apoc. 21.b omnem lachrymam ab oculis eorum.

[a] Alij legunt, ἔπλυναν, i. lauerunt.

[b] ποιμανεῖ. i. instar pastoris diriget.

[c] Alij legunt, ζωῆς, id est, uitæ fontes, iuxta Hebr.

CAP. VIII.

Aperitur iam septimum libri sigillum. Offeruntur sanctorũ preces per incensa. Procedunt septem angeli cum tubis: & quatuor primis canentibus ignis decidit, mare turbatur, aquæ amarescunt, & stellæ obtenebrantur.

ET quum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, media A
fermè hora. Et uidi septem angelos qui stant in conspectu Dei, & datæ sunt
illis septem tubæ. Et alius angelus uenit, & stetit ante altare, habens [a] thuribulum
aureum, & data sunt illi incẽsa multa, ut daret [de] precationibus sanctorum o-
mnium super altare aureum quod est ante thronũ. Et ascendit fumus incẽsorum,
[de] precibus sanctorum è manu angeli coram Deo. Et accepit angelus thuri- B
bulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram: & facta sunt tonitrua,
& uoces, & fulgura, & terræmotus. Et septem angeli qui habebant septẽ tubas,
præparauerunt se, ut tuba canerent. Et primus angelus tuba cecinit, & facta est
grando, & ignis, mixta sanguine: & missa sunt in terram, & tertia pars [b] arborum
concremata est, & omne fœnũ uiride combustũ est. Et secundus angelus tuba C
cecinit, & tanquam mons magnus, igne ardẽs, proiectus est in mare. Et facta est
tertia pars maris sanguis, & mortua est tertia pars creaturarum quæ erãt in mari,
quæ habebãt animas: & tertia pars nauium interijt. Et tertius angelus tuba ce
cinit, & cecidit è cœlo stella magna, ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam
partem fluminum, & in fontes aquarũ: & nomen stellæ dicitur Absinthiũ. Et fit
tertia pars in absinthiũ, & multi homines mortui sunt ex aquis: quia amarę factę D
sunt. Et quartus angelus tuba cecinit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars
lunæ, & tertia pars stellarum: ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non lu
ceret pars tertia, & noctis similiter. Et uidi, & audiui unum angelũ, uolantẽ per
medium cœli, dicentem uoce magna: Væ, Væ, Væ habitantibus in terra. E cæte-
ris uocibus tubæ trium angelorum, qui erant tuba canturi.

[a] Videtur subesse metonymia, ut contentum ponatur pro continenti. λιβανωτὸν enim proprie thus significat.

[b] Hisp. exemplar legit, τῆς γῆς, id est, terræ.

CAP. IX.

Quinto angelo tubam inflante uastatrices locustæ prodeunt. Sextus autem tubam inflans equites commouet humanum genus deuastantes.

ET quintus angelus tuba cecinit, & uidi stellam de cœlo cecidisse in terrã, & A
data est ei clauis putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus pu
tei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aër à fumo putei. Et de
fumo exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem
scorpiones terræ. Et præceptum est illis, ne læderent fœnum terræ, neque omne ui
ride, neque omnem arborem: nisi tantum homines, qui non habẽt signum Dei in
frontibus suis. Et datum est illis, ne occiderent eos, sed ut cruciarentur mensibus
Luc. 23.d quinque. Et cruciatus eorũ ut cruciatus scorpij, quũ percusserit hominem. *Et in
Osee 10.b diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt B
Sap. 16.b mori, & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarũ similes equis paratis in prę
lium, & super capita earum tanquam coronæ, similes auro, & facies earum tan-
quam facies hominum. Et habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes
earum quasi leonum erant. Et habebant loricas sicut loricas ferreas: & sonitus ala
rum earum sicut sonitus curruum equis multis currentibus ad bellũ. Et habebãt
caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum: & potestas earũ no-
cere hominibus mensibus quinque. Et habent super se regem, angelum abyssi, cui

Digitized by Google

[a] Latine, perdens, uel uastator.

C nomen Hebraice Abbadon, & Graece [a]Apollyon. Vae unum abijt, & ecce ue-
niunt adhuc duo uae post haec. Et sextus angelus tuba cecinit, & audiui uocem
unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, dicentem sexto
angelo, qui habebat tubam: Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine
magno Euphrate. Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erãt in horã, & diem,
& mensem, & annum, ut occiderẽt tertiam partem hominum. Et numerus eque
stris exercitus uicies millies dena millia. Et audiui numerũ eorũ. Et ita uidi equos
in uisione, & qui sedebãt super eos, habebant thoraces igneos, & hyacinthinos,
& sulphureos. Et capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore ipso-
D rum procedebat ignis, & fumus, & sulphur. Ab his tribus plagis occisa est tertia
pars hominũ, de igne, & de fumo & sulphure: quae procedebant ex ore ipsorum.
Potestates enim eorum in ore ipsorum sunt, [[b] & in caudis ipsorum.] Nam cau-
dae eorum similes serpentibus, habentes capita: & per haec nocent. Et caeteri ho
mines qui non sunt occisi his plagis, neq; resipuerunt ab operibus manuum sua
rum, ut non adorarent daemonia, & simulachra aurea, & argentea, & aerea, & la
pidea, & lignea: quae neq; uidere possunt, neq; audire, neq; ambulare: & non ege
runt poenitentiam ab homicidijs suis, neq; à ueneficijs suis, neq; à fornicatione
sua, neq; à furtis suis.

[b] Haec in Hisp. codice habentur, sed desiderantur in reliquis.

CAPVT X.

Alius apparet angelus terrae mariq; simul insistens, librũ manibus tenens, quem Ioan nes oraculi iussu comedit.

[a] Hebr. pro, colũnae igneae.

A ET uidi alium angelum fortem, descendẽtem de coelo, amictum nube, & iris
in capite eius, & facies eius erat ut sol, & pedes eius tanquã [a]columnę ignis,
& habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super
mare, sinistrum autem super terram. Et clamauit uoce magna, quemadmodum
quum leo rugit. Et quum clamasset, loquuta sunt septem tonitrua uoces suas. Et
B quum loquuta fuissent septem tonitrua uoces suas, ego scripturus eram. Et audi-
ui uocem de coelo dicentem mihi: Obsigna quae loquuta sunt septem tonitrua, et
ne ea scribas. †Et angelus quem uidi stantem super mare, & super terram, leuauit Dan.12.
manum suam ad coelum, & iurauit per uiuentem in saecula saeculorum, qui crea
uit coelum, & ea quae in illo sunt: & terrã, & ea quae in ea sunt: & mare, & ea quae
C in eo sunt, tempus non fore amplius, sed in diebus uocis septimi angeli, quũ coe-
perit tuba canere, consummandum esse mysterium Dei, sicut euangelizauit ser-
uis suis prophetis. Et uox quam audiui de coelo, iterum loquebatur mecum,
& dicebat: Vade, accipe libellum apertum in manu angeli stantis super mare, &
super terram. Et abij ad angelum, dicens ei: Da mihi libellum. Et dicit mihi: Ac-
D cipe libellum, & deuora illum, †& faciet amaricari uentrem tuum: sed in ore tuo Ezech.3.
erit dulcis tanquam mel. Et accepi libellum de manu angeli, & deuoraui illum:
& erat ori meo tanquam mel, dulcis. Et quum deuorassem eum, amaricatus est
uenter meus. Et dicit mihi: Oportet te igitur prophetare in gentibus, & linguis,
& populis, & regibus multis.

CAP. XI.

Templum metiri iubetur. Dominus testes duos excitat, quos à bestia laniatos nemo terrae mandat. Deus autem resuscitatos coelesti honore dignatur. Terrentur impij. Et septimus angelus tubam inflat, &c.

[a] Hisp. καὶ εἱστήκει ὁ ἄγγελος λέγων. i. & stetit angelus dicens.
[b] Alij legunt, τὴν ἔξωθεν, id est, quod foris est, &c.

A ET datus est mihi calamus similis uirgae, [a]à dicente mihi: Surge, & metire tem
plum Dei & altare, & adorantes in eo. Et atrium quod [b]intra templum est,
eijce foras, & ne metiaris illud, quoniã datum est gentibus, & ciuitatem sanctam
calcabunt mensibus quadragintaduobus: & dabo duobus testibus meis, & pro-
phetabunt diebus mille ducentis saxaginta, amicti saccis. Hi sunt duae oliuae, &
duo candelabra, in conspectu Dei terrae stantia. Et si quis uoluerit eis nocere,
ignis exit de ore eorũ, & deuorat inimicos eorũ. Et si quis uoluerit eos iniuria af
ficere,

Digitized by Google

ftere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlũ, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas, conuertẽdi eas in sanguinem, & percutiendi terram omni plaga quotiescunq; uoluerint. Et quum finierint testimonium suum, bestia quę ascendit de abysso, faciet aduersus eos bellum, & uincet illos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ uocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, ubi & dominus noster crucifixus est. Et uidebunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus corpora eorũ per tres dies & dimidium, & corpora eorum non sinent poni in monumenta. Et inhabitantes terram gaudebunt super illis, & lætabuntur, & munera mittent inuicem: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant super terram. Et post dies tres & dimidium, spiritus uitæ à Deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui uidebant eos. Et audierunt uocem magnam de cœlo dicentem ipsis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlum in nube, & uiderũt illos inimici eorum. Et in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit: & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia, & reliqui territi sunt, & dederũt gloriam Deo cœli. Væ secundum abijt, & ecce uæ tertiũ ueniet citò. Et septimus angelus tuba cecinit, & factæ sunt uoces magnæ in cœlo, dicentes: Facta sunt regna huius mundi domini nostri & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum. Amen. Et uigintiquatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum, dicentes: Gratias tibi agimus domine Deus omnipotẽs, qui es, & qui eras, & qui uenturus es: quia accepisti potẽtiam tuam magnam, & regnasti. Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, ut iudicentur: & reddas mercedem seruis tuis, prophetis & sanctis, & timẽtibus nomen tuum, pusillis & magnis: & perdas eos qui perdunt terram. Et apertum est templũ Dei in cœlo, & uisa est arca Testamenti eius in templo eius: & facta sunt fulgura, & uoces, & tonitrua, & terræmotus, & grando magna.

CAP. XII.

Parturientis fœminæ signum apparet, cuius fœtui insidiatur draco, qui à Michaele deuictus deijcitur.

ET signum magnum apparuit in cœlo. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Et in utero habẽs, clamat parturiens, & cruciatur, ut pariat. Et uisum est aliud signum in cœlo, & ecce draco magnus, rufus, habens capita septẽ, & cornua decem, & in capitibus suis diademata septem: & cauda eius trahit tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram. Et draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut quum peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculum, qui [a] recturus erat omnes gentes uirga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius. Et mulier fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum à Deo, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. Et factum est prælium [magnum] in cœlo. Michael & angeli eius præliabantur cum dracone: & draco pugnabat & angeli eius, & non ualuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus & Satanas, qui seducit totum terrarum orbem, proiectus est [inquam] in terram, & angeli eius cum illo proiecti sunt. Et audiui uocem magnam dicentem: In cœlo nunc facta est salus & uirtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte, & ipsi uicerunt eum propter sanguinem agni, & propter sermonem testimonij sui, & non dilexerunt animam suam usq; ad mortem. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ habitatoribus terræ & maris, quia descendit diabolus ad uos, habens iram magnã, sciens quod paululum temporis habeat.

[a] Vel, pasturus. Est enim ποιμαίνειν.

Et postquam uidit draco, quod proiectus esset in terram, persequutus est mulie-
D rem, quæ peperit masculum. Et datæ sunt mulieri alæ duæ Aquilæ magnę, ut uo
laret in desertum, in locum suum: ubi alitur per tempus & tempora, & dimidium
temporis à facie serpentis. Et eiecit serpens ex ore suo post mulierem aquam, tan-
quam flumen, ut eam [b] faceret rapi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, et aperuit
terra os suum, & absorbuit flumen, quod eiecerat draco ex ore suo. Et iratus est
draco aduersus mulierem: & abijt ut faceret prælium cũ reliquis de semine eius,
qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit super
arenam maris.

[b] Græce ποταμοφόρητον ποιήσῃ.

CAP. XIII.

Describitur bestia illa multiceps, quæ maximam mundi partem in idololatriam seducit, quæ ab alia bestia ascendente confirmatur.

A ET uidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua de
cem. Et super cornua eius decem diademata, & super capita eius [a] nomẽ blas
phemiæ. Et bestia quam uidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes ursi, &
os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco potentiam suam, et thronum suum, et po
testatem magnam. Et uidi unum de capitibus eius, quasi occisum in mortem,
& plaga [b] mortis eius curata est. Et admiratio fuit in uniuersa terra post bestiam.
B Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ: & adorauerunt bestiam,
dicentes: Quis similis bestiæ? & quis potest pugnare cum ea? Et datum est ei os
loquens magna & blasphemias, & data est ei potestas [c] faciendi menses quadra-
ginta duos. Et aperuit os suum in blasphemiam contra Deum, ut blasphemijs ad
ficeret nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitant. Et datum
est illi bellum facere cum sanctis, & uincere eos. Et data est illi potestas in om-
nem tribum, & linguam, & gentem, & [d] adorabant eum omnes, qui inhabitant Act.4.c
terram: quorum non sunt scripta nomina in libro uitæ agni, qui occisus est ab o-
C rigine mundi. Si quis habet aurem audiat. Si quis captiuitatem contraxerit, in
captiuitatem abit: si quis † gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est Gen.9.a Matt.26.e
[e] patientia & fides sanctorum. Et uidi aliam bestiam, ascendentem de terra, &
habebat cornua duo, similia agni: & loquebatur sicut draco. Et potestatẽ prioris
bestiæ omnem facit in conspectu eius, & facit terram, & inhabitantes in ea adora
re bestiam primã, cuius curata est plaga [f] mortis. Et facit signa magna, ut etiam
ignem faciat de cœlo descendere in terram, in conspectu hominum. Et seducit ha
D bitantes in terra, propter signa quæ data sunt illi, ut faceret in conspectu bestiæ, di
cens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestię, quæ habet plagam gladij,
& [g] uixit. Et datum est illi, ut daret spiritum imagini bestiæ, & ut loquatur ima
go bestiæ: & faciet, ut quicunq; non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur.
Et facit omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, et seruos ac
cipere characterẽ in manu sua dextera, aut in frõtibus suis. Et ne quis posset eme
re aut uendere: nisi qui habeat characterẽ, aut nomen bestiæ, aut numerum nomi
nis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Nu
merus enim hominis est, & numerus eius sexcẽti sexaginta sex.

[a] Vel, nomẽ blasphemum.

[b] Vel, mortifera, lætalis.

[c] Vel, uiuendi, transigendi.

[d] Græce est futurũ, adorabunt. Sed uidetur enallage temporum.

[e] Vel, perseuerantia.

[f] Pro mortifera, letalis.

[g] Vel potius, reuixit.

CAP. XIIII.

Agnus monti Sion insistit unà cum castis suis cultoribus. Angeli tres euangelium nunciant. Babylonis casum prædicunt & bestiam uitare monent. Mittitur postea falx domini in messem simul & uindemiam.

A ET uidi, & ecce agnus stans super montem Sion, & cum eo cẽtum quadragin
ta quatuor milia, habentia nomen patris eius scriptũ in frontibus suis. Et au
diui uocem de cœlo, tanquam uocem aquarum multarum, & tanquam uocẽ to-
nitrui magni, et uocem audiui citharœdorum citharizantium citharis suis. Et can
tant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores: &
nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui
empti

Digitized by Google

empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: uirgines enim sunt. Hi sequūtur agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & agno: & in ore eorum non est inuentus dolus. Sine macula enim sunt ante thronum Dei. Et uidi alterum angelum uolantem per medium cœli, habentem Euangelium æternum, ut euangelizaret habitantibus super terram, & omni genti, & tribui, & linguæ, & populo, dicentē uoce magna: Timete Deū, & date illi honorē, quia uenit hora iudicij eius: & adorate eum qui †fecit cœlum & terram, mare, & fontes aquarū. Et alius angelus sequutus est, dicens: *Cecidit cecidit Babylon, ciuitas illa magna, quia à uino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et tertius angelus sequutus est illos, dicens uoce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de uino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure in cōspectu angelorū sanctorum, & ante conspectum agni. Et fumus tormenti eorum ascendit in sæcula sæculorum. Nec habent requiem die ac nocte, qui adorant bestiam & imaginē eius, & si quis acceperit characterē nominis eius. Hic [a]patientia sanctorum est. Hic qui custodiūt mandata Dei & fidem Iesu. Et audiui uocem de cœlo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui qui in Domino moriuntur, amodo etiam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis: sed opera illorum sequuntur illos. Et uidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronā auream, & in manu sua falcem acutā. Et alius angelus exiuit de templo, clamans uoce magna ad sedentē super nubem: †Mitte falcem tuam, & mete, quia uenit tibi hora ut metas, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra. Et alius angelus exiuit de templo quod est in cœlo, habēs & ipse falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem super ignem, & clamauit uoce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & uindemia botros terræ, quoniā maturæ sunt uuæ eius. Et misit angelus falcem suam acutam in terram, & uindemiauit uineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem: & exiuit sanguis de lacu usq; ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta.

Psal. 145.a; Act. 14.c; *Esa. 21.c; Hier. 51.a; Ioel. 3.c; Matt. 13.c

B C D

a Vel, perseuerantia.

CAP. XV.

Apparent septem angeli habentes septem plagas ultimas. Deum laudant bestiæ uictores. Angelis septem, septem dantur diuini furoris phialæ.

ET uidi aliud signum in cœlo magnum & mirabile, angelos septem, habentes plagas septem nouissimas: quoniā in illis consummata est ira Dei. Et uidi tanquam mare uitreum mixtum igni, & eos qui uictoriam reportarant de bestiā, & de imagine eius, & de charactere eius, & de numero nominis eius, stantes super mare uitreum, habentes citharas Dei, & cantant canticum Mosi serui Dei, & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia [sunt] opera tua domine Deus omnipotens: iustæ & ueræ sunt uiæ tuæ rex sanctorum. Quis non timebit te domine, & glorificabit nomen tuum? Quia solus sanctus [es,] quoniā omnes gentes uenient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniā iudicia tua manifestata sunt. Et post hæc uidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo: & exierunt septem angeli, habentes septem plagas, de templo, uestiti lino mūdo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et unum ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei uiuentis in sæcula sæculorum. Et impletū est templum fumo à maiestate Dei, & de potentia eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem angelorum.

Hier. 10.a

A B C D

CAPVT XVI.

Effundunt angeli septem commissas sibi furoris diuini phialas, quibus effusis, plagæ etiam in terrarum orbe exoriuntur.

A ET audiui uocem magnam de templo dicentem septem angelis: Ite, effundite [septem] phialas iræ Dei in terram. Et abijt primus [angelus,] & effudit phialã suam in terram, & factum est ulcus malum ac noxiũ in homines, qui habebant characterem bestiæ, & in eos qui adorabant imaginem eius. Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquã mortui, & omnis anima uiuens mortua est in mari. Et tertius angelus effudit phialam suam in flumina, & in fontes aquarũ, & factæ sunt sanguis. Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es domine, qui es, & qui eras, & sanctus: quia hæc iu-
B dicasti, quia sanguinem sanctorũ & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere. Digni enim sunt. Et audiui alterũ de altari dicentem: Etiã domine Deus omnipotens, uera & iusta iudicia tua. Et quartus angelus effudit phialã suam in solem, & datũ est illi æstu adfligere homines per ignem. Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei, habentis potestatẽ super has plagas: neq; resipuerunt, ut darent illi gloriã. Et quintus angelus effudit phialã suam super sedem bestiæ, & factum est regnũ eius tenebrosum, & cõmanducauerunt linguas suas præ dolore, & conuicijs adfecerunt Deum cœli præ do-
C loribus suis, & præ ulceribus suis: nec resipuerũt ab operibus suis. Et sextus angelus effudit phialã suam in flumen illud magnũ Euphraten, & siccata est aqua eius, ut pararetur uia regũ ab ortu solis. Et uidi ex ore draconis, & ex ore bestiæ, & ex ore pseudoprophetæ [exire] spiritus tres immũdos, in modũ ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorũ, facientes signa, ut procedant ad reges totius terræ, ad congregandũ illos in prælium diei illius magni Dei omnipotentis. Ecce, uenio sicut †fur. Beatus qui uigilat, & custodit uestimẽta sua, ne nudus ambulet, Matt. 24. d & uideant turpitudinem eius. Et cõgregauit illos in locum, qui uocatur Hebraice Armageddon. Et septimus angelus effudit phialã suam in aërem. Et exiuit Luc. 12. c 1. Cor. 5. a
D uox magna de templo cœli à throno, dicẽs: Factũ est. Et facta sunt fulgura, & uoces, & tonitrua & terræmotus factus est magnus, qualis nõ fuit ex quo homines fuerunt super terrã, talis terræmotus adeò magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentiũ ceciderũt. Et Babylon magna uenit in memoriam ante Deum, ut daret illi calicem uini indignationis iræ suæ. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna, sicut talentũ, descendit de cœlo in homines, & blasphemauerunt Deũ homines propter plagã grandinis: quoniam magna facta est plaga eius uehementer.

CAP. XVII.

Describitur nobile illud scortum principes terræ seducens, cuius fatum simul & cœlestis agni uictoriam adumbrat.

A ET uenit unus de septem angelis qui habebant septem phialas, & loquutus est mecũ, dicens mihi: Veni, ostendam tibi [a]damnationẽ meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas: cum qua scortati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de uino prostitutionis eius. Et abstulit me spiritu in desertum. Et uidi mulierem sedentem super bestiam coccinam, plenã nominibus [b]maledicentiæ, habentem capita septem, & cornua decem. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro & lapide pretioso, & margaritis: habẽs po-
B culum aureum in manu sua, plenũ abominationibus, & [c]immunditia libidinis suæ. Et in fronte eius nomen scriptũ mysterium: Babylon magna, mater scortationum, & abominationum terræ. Et uidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu: & miratus sum, quũ uiderem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus: Quare miraris? Ego dicã tibi mysterium mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septẽ, & cornua decem. Bestia

[a] κρίμα pro condemnatione sumitur, iuxta Hebr.

[b] Pro blasphemis.

[c] Vel, immunda libidine sua.

Digitized by Google

stia quam uidisti, fuit & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum abit, &
mirabuntur inhabitantes terram: quorum nomina scripta non sunt in libro uitę
à condito mundo, uidentes bestiam, quæ erat & non est. Et est hic mens, quæ ha- C
bet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet:
& reges septem sunt. Quinque ceciderunt, & unus est, alius nondum uenit. Et
quum uenerit, oportet illum breue [tempus] manere. Et bestia quæ erat, & non
est, & ipse octauus est, & de septem est, & in interitū uadit. Et decem cornua, quæ
uidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tan-
quam reges una hora accipiunt cum bestia. Hi unum consiliū habent, & poten-
tiam & imperium suum bestiæ tradent. Hi cum agno pugnabunt, & agnus uin-
1. Tim. 6. c cet illos: quoniam †Dominus dominorum est, & rex regum, & qui cum illo sunt D
Apoc. 19. c uocati, & electi, & fideles. Et dicit mihi: Aquæ quas uidisti, ubi meretrix sedet,
populi sunt & turbæ, & gentes, & linguæ. Et decem cornua quæ uidisti in bestia:
hi odio prosequentur meretricem, & desolatam facient illam, & nudā, & carnes
eius comedent, & ipsam in igne concremabunt. Deus enim dedit in corda eorū,
ut faciant quod placitum est illi, & ut unam faciant uoluntatē, & ut dent regnum
suum bestiæ, donec consummentur uerba dei. Et mulier quam uidisti, est ciuitas
magna, quæ habet regnum super reges terræ.

CAP. XVIII.

Atrocissimum Babylonis fatum describitur, & sanctorum iustum gaudium, quod ex domini iusta uindicta sumpturi sint.

ET posthæc uidi alium angelum, descendentem de cœlo, habentē potestatem A
magnam, & terra illuminata est à gloria eius, & clamauit per fortitudinē uo-
Esa. 21. c ce magna, dicens: Cecidit † cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmo-
Hier. 51. a niorum, & custodia omnis spiritus immūdi, & custodia omnis uolucris immun-
dæ & inuisæ: quia de uino iræ scortationis eius biberunt omnes gentes. Et reges
terræ cum illa scortati sunt, & mercatores terræ de uirtute deliciarum eius diuites
facti sunt. Et audiui aliam uocem de cœlo dicentem: Exite de illa populus B
meus, ne participes sitis delictorū eius, ne de plagis eius accipiatis. Quoniā per-
uenerunt peccata eius usque ad cœlū, & recordatus est Deus iniquitatū eius. Red-
dite illi, sicut & ipsa reddidit nobis: & duplicate ei duplicia, secundum opera eius:
in poculo quo miscuit, miscete illi duplum. Quantū glorificauit se, & in delitijs
Esa. 47. b fuit, tantum miscete illi tormentū & luctum. Quia in corde suo dicit: † Sedeo re- C
gina, & uidua non sum, & luctū nō uidebo. Ideo in una die uenient plagæ eius,
mors, & luctus, & fames, & igne comburetur. Quia fortis est Dominus deus, qui
iudicabit illam. Et flebūt illam, & plangent se super illa reges terræ, qui cum il-
la scortati sunt, & in delitijs uixerunt, quum uiderint fumum incendij eius, longe
stantes propter timorem tormenti eius, dicentes: Væ uæ ciuitas illa magna Baby
lon, ciuitas illa fortis: quoniā in una hora uenit iudicium tuum. Et negotiatores D
terræ flent & lugent super illa. Quoniam merces eorum nemo emit amplius, mer
ces auri & argenti & lapidis preciosi, neque margaritæ, et byssi & purpuræ, & seri-
ci, & coccini, & omne lignum thyinum, & omne uas eburneū, & omne uas de li-
gno preciosissimo, & ære, & ferro, & marmore, & cinamomū, & odoramenta, et E [a] Alij, siliginem.
unguentum, et thus, & uinū, & oleum, & [a] similam, & triticū, et iumenta: et oues:
& equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animas hominum. Et poma de
siderij animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia, et præclara [b] perierunt à te, [b] Alij, ἀπῆλθον, id est, abierunt.
& amplius illa iam nequaquā inueneris. Mercatores horū qui diuites facti sunt,
ab ea longe stabunt, propter timorem tormenti eius, flentes ac lugentes, & dicen
tes: Væ uæ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & coccino, & F
deaurata erat auro, & lapide precioso & margaritis, quoniam una hora desolatæ
sunt tantæ diuitiæ, & omnis gubernator, & omnis in nauibus turba, & nautæ, &

Digitized by Google

quicunq; in mari operantur, longe steterunt, & clamauerũt, uidentes fumum incendij eius, dicentes: Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerẽ super capita sua, & clamauerunt flentes et lugentes, dicẽtes: Væ uæ, ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari de pretijs eius, quoniam una hora desolata est. Exulta super eam cœlum, & sancti apostoli, et prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium uestrum de illa. Et sustulit unus angelus fortis lapidem, quasi molarem magnũ, et misit in mare, dicens: Sic impetu mittetur Babylon, ciuitas illa magna, et ultra iam non inuenietur. Et uox citharœdorum et musicorum, & tibicinum, & tuba, non audietur in te amplius: et omnis artifex, cuiuscunq; artis non inuenietur in te amplius: et uox molæ, nõ audietur in te amplius, et lux lucernæ non lucebit in te amplius, et uox sponsi & sponsæ non audietur posthac in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in ueneficijs tuis errauerũt omnes gentes: et in ea sanguis prophetarum et sanctorum inuentus est, et omnium qui interfecti sunt in terra.

G

CAP. XIX.

Laudant turbæ cœlestes deum propter meretricis suppliciũ. Apparet summus ille rex regum, & pugna exoritur, qua uincitur bestia, & in stagnum ardentem deijcitur.

A ET posthęc audiui [quasi] uocem magnam turbæ multæ in cœlo, dicentis: Alleluia. Salus, & gloria, et honor, et potentia Domino Deo nostro: quia uera & iusta iudicia eius, quia [a] iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã prostitutione sui, et uindicauit sanguinem seruorum suorum de eius manu. Et iterũ dixerunt: Alleluia. Et fumus eius ascẽdit in sæcula sæculorum. Et prociderunt uigintiquatuor seniores, et quatuor animalia: et adorauerunt Deum, sedentẽ super thronũ, dicentes: Amen, Alleluia. Et uox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, et qui timetis eum, pusilli et magni. Et audiui uocem turbæ multæ, & sicut uocem aquarum multarum, & sicut uocem tonitruorũ magnorũ, dicentium: Alleluia. Quoniam regnauit Dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus et exultemus, & demus gloriam ei: quia uenerunt nuptiæ

B agni, et uxor eius præparauit se. Et datum est illi, ut cooperiat se, byssino puro, & splendido. Byssinum enim, iustificationes sanctorum sunt. Et dicit mihi, scribe: †Beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. Et dicit mihi: Hæc uerba Dei uera sunt. Et cecidi ante pedes eius, ut adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris. †Conseruus tuus sum, & fratrum tuorũ, habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ. Et uidi cœlum apertum: & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, uocabatur fidelis & uerax, & in iustitia iudicat & pugnat. Oculi autẽ eius, sicut flamma ignis, & in capite eius dia-

C demata multa, habens nomẽ scriptũ, quod nemo nouit nisi ipse. † Et uestitus erat ueste tincta sanguine. Et uocatur nomen eius, sermo Dei. Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, uestiti byssino albo & mũdo, & ex ore eius procedit gladius [b] anceps & acutus, ut eo percutiat gentes: †& ipse reget eas uirga ferrea, et ipse calcat torcular uini furoris, et iræ Dei omnipotentis. Et habet in uestimento, & in femore suo nomen scriptũ: †Rex regum, & Dominus dominantium. Et uidi unum angelum stantem in sole, & clamauit uoce magna, dicens omnibus auibus, quæ uolabant per medium cœli: Venite, & cõgregamini ad cœ-

D nam magni Dei, ut edatis carnes regum, & carnes tribunorũ, et carnes fortium, & carnes equorum, & sedentiũ in ipsis, et carnes omnium liberorũ ac seruorum, & pusillorũ ac magnorum. Et uidi bestiam, et reges terræ, & exercitus eorũ congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius. Et adprehensa est bestia, & cum illa pseudopropheta, qui fecit signa coram ipsa, in quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerũt imaginem eius, uiui coniecti sunt hi duo in stagnum ignis, ardens sulphure, & cæteri occisi

[a] Vel. condemnauit meretricem, &c.

[b] Anceps in Hisp. codice habetur, in reliquis non.

Matt. 22. a
Luc. 14. d
Act. 10. c
14. c.
Apoc. 22. b
Esa. 63. a
Psal. 2. c
1. Tim 6. c
Apoc. 17. d

Digitized by Google

ri occisi sunt gladio sedentis super equũ, qui procedit ex ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt ex carnibus eorum. CAP. XX.

Ligat angelus Satanam, qui post mille annos solutus Gog & Magog in sanctos concitat. Sed uenit domini uindicta hos reprimens. Aperiuntur libri iuxta quorum sententiam mortui iudicantur.

ET uidi angelum descendentem è cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam A
magnam in manu sua. Et adprehendit draconem, serpentẽ antiquum, qui est
diabolus, & Satanas, et ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, &
clausit eum: & obsignauit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec con
summentur mille anni. Et post hæc oportet illum solui modico tempore. Et ui-
di sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorũ
propter testimonium Iesu, et propter sermonem Dei: et qui non adorauerunt be- B
stiam, neq; imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus suis, aut
in manibus suis: et uixerunt, et regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri ue
to mortuorum, non reuixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc illa resur
rectio prima. Beatus et sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In his
secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regna
bunt cum illo mille annis. Et quum cõsummati fuerint mille anni, soluetur Sa-
tanas de carcere suo: et exibit, ut seducat gentes, quæ sunt super quatuor angulos C
Ezec. 38. c 39. a terræ, †Gog & Magog, ut congreget eos in prælium, quorum numerus est sicut
arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circũierunt castra sancto-
rum, & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos: et
diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris: ubi bestia et
pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum. Et uidi thro
num magnum candidũ, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & D
cœlum, & locus non est inuentus eis. Et uidi mortuos, magnos & pusillos, stantes
in conspectu [a] Dei, et libri aperti sunt: et alius liber apertus est, qui est uitæ, et iudi [a] Alij legũt, throni.
cati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum: et de
dit mare mortuos, qui in eo erant, & mors et infernus dederunt eos, qui in ipsis
erant mortuos: et iudicatum est de singulis secundum opera ipsorũ. Et infernus
et mors coniecti sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuen-
tus est in libro uitæ scriptus, coniectus est in stagnum ignis. CAP. XXI.

Nouam illam Hierosolymam, cœlo delapsam, Christi sponsam, ecclesiam nimirum, diligentissime describit.

Esa. 65. c 66. g 2. Pet. 3. c ET uidi cœlum nouum, et terram nouam. Primum enim cœlum, et prima ter A
ra abijt, et mare iam non est. Et ego Ioannes uidi sanctam ciuitatem, Hierusa
lem nouam [a] descendentẽ de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatã uiro suo. [a] Græci sic distinguũt, descendentem à deo è cœlo paratã, ut sponsam, &c.
Et audiui uocem magnam de throno dicentẽ: Ecce tabernaculum Dei cum ho-
minibus, et habitabit cum eis: et ipsi populi eius erunt, et ipse deus cum eis erit eo-
Esa. 25. c Apo. 7. d rum Deus. † Et abstersurus est Deus omnem lachrymã ab oculis eorum. Et mors B
ultra non erit: neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra: quia prima abierũt.
Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce, noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia
Esa. 43. c 2. Co. 5. d hæc uerba uera sunt et fidelia. Et dixit mihi: Factum est: †Ego sum Alpha et Ω,
initium et finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ uiuæ gratis. Qui uicerit, posside
bit omnia, et ero illi Deus, et ipse erit mihi filius. Timidis autem, et incredulis, et C
execratis, et homicidis, et scortatoribus, et ueneficis, et idololatris, et omnibus
mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne et sulphure: quod est mors
secunda. Et uenit ad me unus de septẽ angelis, habentibus septem phialas, ple
nas septem plagis nouissimis: et loquutus est mecum, dicens: Veni, et ostendam
tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit me spiritu in montẽ magnum et altum: et

Digitized by Google

D ostendit mihi ciuitatem magnam, sanctam Hierusalem, descendentem de cœlo à
Deo, habentem gloriam Dei. Et lumen eius, simile lapidi pretiosissimo, tanquam
lapidi iaspidi crystallizanti: & habebat murum magnum, & altum, habentẽ por
tas duodecim: & in portis angelos duodecim: & nomina inscripta quæ sunt no-
mina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab Oriente portę tres, ab Aquilone por
tæ tres, ab Austro portæ tres, ab Occasu portę tres: & murus ciuitatis habens fun-
damenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim apostolorum agni.
E Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur
ciuitatem: & portas eius, & murum eius. Et ciuitas in quadro posita est: & longi-
tudo eius tanta est, quanta & latitudo, & mensus est ciuitatem de arundine aurea
per stadia duodecim milia: & lõgitudo, & altitudo, & latitudo eius æqualia sunt.
Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura ho
F minis, quę est angeli. Et erat structura muri eius ex Iaspide. Ipsa uero ciuitas aurũ
mundum, similis uitro mundo: & fundamẽta muri ciuitatis omni lapide pretio-
so ornata. Fundamentum primum, Iaspis: secundũ, sapphirus: tertium, calcedo-
nius: quartum, smaragdus: quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimum, chry-
solithus: octauum, berillus: nonum, topazius: decimũ, chrysoprasus: undecimũ,
hyacinthus: duodecimum, amethystus. Et duodecim portæ, duodecim marga
ritæ sunt per singulas, & singulæ portæ singulis margaritis: & platea ciuitatis au
G rum mundum, tanquam uitrum pellucidum. Et templum non uidi in ea. Domi-
nus enim Deus omnipotens templum illius est, & agnus: & ciuitas non eget sole
neq; luna, ut luceant in ea. Nam gloria Dei illuminauit eam, & lucerna eius [est] Esa.60.d
agnus. Et ambulabunt gentes, quæ seruantur in lumine eius: & reges terræ adfe-
rent gloriam & honorẽ suum in illam. Et † portæ eius non claudentur per diem. Esa.60.c
Nox enim non erit illic. Et adferẽt gloriam & honorem gentium in illam. Non
intrabit in eam aliquid quod inquinat, aut abominationem facit, & mendaciũ:
nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni. CAP. XXII.

Ostenditur hic aquæ uiuæ fluuius, & nouæ ciuitatis leges describuntur. Prohibetur Ioannes ne angelum adoret, Postremo prophetiæ huius authoritas, certitudo & religio indicatur, &c.

A ET ostendit mihi † purum fluuium aquæ uiuæ, splendidum tanquam crystal Ezec.47.a
lum, procedentem de throno Dei & agni. In medio plateæ eius, & ex utraq; Zac.14.b
parte fluminis lignum uitæ, adferens fructus duodecim, per menses singulos red
dens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum
non erit amplius, sed thronus Dei & agni in illa erit, & serui eius seruient illi. Et
uidebunt faciem eius, & nomen eius in frontibus suis. † Et nox ultra non erit, & Esa.60.d
non egent lumine lucernæ, neq; lumine solis: quoniam Dominus Deus illumi-
nat illos, & regnabunt in sæcula sæculorum. Et dixit mihi: Hæc uerba fidelia
B sunt & uera. Et Dominus Deus sanctorum prophetarum emandauit angelum
suum, ostensurum seruis suis, quæ oportet fieri citò. [Et] ecce uenio uelociter. Bea
tus, qui custodit uerba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes, uidens hæc & au-
diens. Et postquam audissem & uidissem, cecidi ut adorarem ante pedes angeli,
qui mihi hæc ostendebat. Et dicit mihi: † Vide, ne [feceris.] Conseruus enim tuus Apoc.19.b
sum, & fratrum tuorum prophetarũ, & eorum qui seruant uerba libri huius. Deũ
C adora. Et dicit mihi: Ne obsignaueris uerba prophetię libri huius. Tẽpus enim
prope est. Qui iniuria adficit, iniuriã adficiat adhuc: & qui sordidus est, sordescat
adhuc: & qui iustus, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc, & ecce ue-
nio cito, & merces mea mecũ [est,] ut reddã unicuiq;, ut opus illius erit. † Ego sum Esa.41.b
Alpha & Ω, principiũ & finis, primus & nouissimus. Beati, qui seruant mãdata il- 44.
lius, ut sit potestas eorum in ligno uitæ, & per portas intrent in ciuitatẽ, foris autẽ Apoc.1.b 21.b
canes

Digitized by Google

canes & uenefici, & scortatores, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Ego Iesus misi angelum meum, ut testificaretur uobis hæc in ecclesijs: ego sum radix & genus Dauidis, stella splendida & matutina. Et spiritus & sponsa dicunt, ueni: & qui audit, dicat: Veni. † Et qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. Conteslor enim omni audienti uerba prophetiæ libri huius. Si quis adposuerit ad hæc, adponet Deus super illum plagas, scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius è libro uitæ, & à ciuitate sancta, & ex his, quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam uenio cito, Amen, Etiam. Veni Domine Iesu. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis. Amen. D

Esa. 55. a

FINIS.

Concilium Hispalense secundum 13 suorum decretorum capitulo sic ait
Ego sicut immaculata fides et sancta dei Ecclesia docet, confitemur dominum nostrum Iesum Christum
intemporaliter ex patre Deum natum, temporaliter ex utero gloriosæ virginis Mariæ
editum editum et ob hoc in una existere persona duas naturas habentem: deitatis
qua ante sæcula genitus: et humanitatis qua dei ultimis editus est: in illa secundum
formam Dei, in ista secundum formam servi existens: in illa patri manens æqualis
in ista sine peccato similis nostræ conditioni: in illa inviolabilis, in ista passibilis
in illa ex qua mori non potuit, in ista in qua mortem suscepit.
Hæc concilium Hispalense expressit contra Acephalos
Contra hanc hæresim scripsit Gelasius papa eodem libello quo scripsit contra
Nestorium: scripsit etiam Boetius adversus eandem hæresim unum librum de
duabus naturis: et beatus Damascenus lib. 3. de fide orthodoxa per singula
capita contra singulos præfatos hæreticos disputat
F. Alfonsus de castro lib. 4 fol. 313. & 314
Sexta synodus Constantinopoli celebrata sub Agathone papa, actione 17 sic definit
Iuxta quod prophetæ olim de eo et ipse nos Iesus erudivit et sanctorum patrum nobis tradidit symbolum
duas naturales voluntates in eo et duas naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, inconfuse, secundum sanctorum patrum doctrinam adæque prædicamus, et duas naturales volun-
tates non contrarias (absit) iuxta quod impii asseruerunt hæretici: sed sequentem humanam eius
voluntatem et non resistentem vel reluctantem, sed potius subiectam divinæ eius atque omnipotenti
voluntati. Oportebat enim carnis voluntatem moveri, subiici vero voluntati divinæ iuxta sapientissimum
Athanasium. Sicut enim eius caro Dei verbi dicitur et est, ita et naturalis eius voluntas propria verbi dicitur et est
sicut ipse ait quia descendi de cœlo non ut faciam voluntatem meam sed eius qui misit me patris,
suam propriam dicens voluntatem quæ erat carnis eius. Hæc concilium Constantinopolitanum

Augustinus ep(isto)la 105 de infantibus

Multum est autem indulgentiae et sine ulla dubitatione gratuitum, quod Dei gratia per Jesum Christum Dominum nostrum praestatur infantibus, ut eis non obsit ex Adam generatio et prosit in Christo regeneratio in quibus et ipsum accipiendi sensum tanto ante misericordia Dei praevenit: qui certe si in hac parvula aetate de corpore exierint, vitam aeternam regnumque coelorum sine dubio accipient, qui minus interitu, quod hic nec utique profecisse meruerint. Certe in his post priorem doctrinam ita non nisi priora sunt dona, in quibus donandis Dei gratia sic operatur ut nec voluntas accipientium et praeveniat et adjuvet et subsequatur: quandoquidem tantum beneficium non solum non volentibus verum etiam reluctantibus datur quod eis ad magnum imputaretur sacrilegium, si iam in his aliquid valeret voluntatis arbitrium. Hoc diximus propter eos qui non valentes in causa gratiae inscrutabilia Dei iudicia perscrutari, cum ex Adam massa quae profecto ex uno in condemnationem tota collapsa est, aliud vas faciat in honorem aliud in contumeliam, tamen audent parvulos reos per priorum impingere peccatorum, ut qui bona malave cogitare non possunt putentur per liberum arbitrium et poenam mereri posse vel gratiam, cum potius Apostolica veritas dicendo, Ex uno omnes in condemnationem, satis ostendat quod nascantur in poena, ut non merito sed misericordia renascantur in gratia.

Augustinus ep(isto)la 105

Satis sit interim Christiano ex fide adhuc viventi et nondum cernenti quod perfectum est sed ex parte scienti, nosse et credere, quod neminem Deus liberet nisi gratuita misericordia per Dominum nostrum Jesum Christum. Cur autem illum potius quam illum liberet aut non liberet, scrutetur qui potest iudiciorum eius tam magnum profundum verumtamen caveat praecipitium.

Ibidem

Non itaque gratuitae misericordiae Dei plurimorum adversantur insania. Sinant pluriores in qualibet aetate quaerere et salutem facere quod praestat


Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

Digitized by Google